del Collegio dela Compañia de Jesus Granada
R. 10671

# IACOBI MENOCHII IVRISCONSVLTI PAPIENSIS, DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI,

*Et in nobiliſsimo Gymnaſio Papienſi, Iuris Cæſarei interpretis primarij, horis matutinis.*

**De Præſumptionibus, Coniecturis, Signis & Indiciis,**

COMMENTARIORVM PARS SECVNDA:

Nunc primùm in lucem edita.

*Varia, reconditáque & perfecta eruditione referta, & omnibus iudicia præſertim exercentibus, oppido quàm neceſſaria.*

Cum Summariis, Indicibúſque Præſumptionum ac rerum inſignium locupletiſſimus.

*Quæ in opere habeantur: pagina quarta ſedulò indicabit.*




*LVGDVNI,*

SVMPTIBVS PETRI LANDRY.

*M. D. XCIII.*

del Collegio dela Compañia de Jesus Granada
R. 10671
R. 10671
B.a

# IACOBI MENOCHII IVRISCONSVLTI PAPIENSIS, DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI,

*Et in nobiliſſimo Gymnaſio Papienſi, Juris Cæſarei interpretis primarij, horis matutinis.*

**De Præſumptionibus, Coniecturis, Signis & Indiciis,**

COMMENTARIORVM PARS SECVNDA:

Nunc primùm in lucem edita.

*Varia, reconditáque & perfecta eruditione referta, & omnibus iudicia præſertim exercentibus, oppido quàm neceſſaria.*

Cum Summariis, Indicibúſque Præſumptionum ac rerum inſignium locupletiſſimus.

*Quæ in opere habeantur: pagina quarta ſedulò indicabit.*




LVGDVNI,

SVMPTIBVS PETRI LANDRY.

M. D. XCIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

IAcobo Richardo Potẽtiſsimi inuictiſsimíque Philippi Regis Catholici iudicio & auctoritate meritiſsimo Præſidi, Illuſtriſsimi Sapientiſsimíque Senatus Mediolanenſis, Iuriſperitorum eloquentiſsimo, ac eloquentium iuris peritiſsimo: maxima dignitate Senatoria, ac ampliſsimo munere Pręſidis illuſtrium Quæſtorum, Sacri Regij patrimonij fœliciſsimè perfuncto, liberalitate, morum comitate, ſermonis lenitate, fidę, integritate, pietate, religione, denique omnibus animi, & corporis virtutibus ornatiſsimo. IACOBVS MENOCHIVS Iuriſconſultus poſt peregrinationem octo & viginti annorum, tanti Præſidis beneficio in patriam magnis cùm honoribus reuocatus atque reſtitutus, horum Commentariorum ſuorum quaſi votiuam tabellam, reſtitutionis compos factus, ſuæ erga reſtitutorem obſeruantiæ gratíque animi teſtimonium appendit atque dicauit. Sex. Idus Octobr. 1558.

COMMENTARIORVM DE PRÆSVMPTIONIBVS, Coniecturis, Signis, & Indicijs, pars hæc ſecunda tres habet Libros,

*Quartus Præſumptiones, & coniecturas vltimarum voluntatum comprehendit.*

*Quintus habet Præſumptiones, Coniecturas, ac Indicia circa maleficia & delicta.*

*Sextus autem, & vltimus Miſcellanea Præſumptionum coniecturarumq́; continet.*

# Index Præſumptionum Libri Quarti.


1 TEſtamentum an præſumatur conditum necne, egregiè diſputatur atque declaratur pag. 2

2 Teſtamentum in ſcriptis vel nuncupatiuum condere an & quando quis voluiſſe præſumatur, diligens & accurata explanatio. pag. 3

3 Teſtamentum condere, vel codicillos conficere an quis voluerit, dilucidè explicatur. pag. 6

4 Teſtamentũ an & quando iure communi vel iure ſpeciali & priuilegiato confectum præſumatur. pag. 7

5 Teſtamentum quando perfectum & abſolutum præſumatur, egregia declaratione tractatur. pag. 9

6 Teſtamentum cæci ob præſumptam falſi ſuſpicionem multas ſolennitates requirere, qua ſuſpicione ipſa falſi ceſſante teſtamentum non vitiant, ſi adhibitæ non fuerunt. pag. 10

7 Teſtamẽtũ patris vel matris inter liberos quibus indicijs & cõiecturis cõſiſtat: & inibi multa copioſè de ſchedula, quæ manu patris matriſue aſſeritur. pag. 10. & 11

8 Teſtamentum ſeu hęredis inſtitutio ad alterius interrogationem facta quando facta pręſumatur teſtatoris voluntate: & inibi quando iure valeat, plena manu explicatur. pag. 12

9 Teſtamentum an & quando ſolemne præſumatur. pag. 17

10 Teſtamentum an & quando validum & de iure confectum præſumatur. pag. 18

11 Teſtamentum an & quando pręſumatur ſpontè vel metu à teſtatore factum. pag. 21

12 Teſtamentum an & quando dolo confectum præſumatur. pag. ead.

13 Ex duobus teſtamentis confectis, quod primo, & quod ſecundo loco confectum præſumatur. pag. 22

14 Militis teſtatoris voluntas quibus coniecturis interpretetur. pag. ead.

15 Teſtatoris voluntatem dubiam declarari & præſumi ex ſcriptis in teſtamento nullo, vel reuocato. pag. 23

16 Teſtatoris affectionem maximè conſiderari in coniecturanda eius voluntate. Et vnde colligatur maior affectio erga vnum, quàm erga alterum. pag. 24

17 Inſtitutus vel ſubſtitutus quando quis præſumatur breuis & clara explicatio. pag. 25

18 Hæredes quibus ex partibus inſtituti vel ſubſtituti præſumantur, elegans & accurata explanatio. pag. 26

19 Hęredis inſtitutio an & quando coniecturis & pręſumptionibus inducta cenſeatur. pag. 30

20 Inſtitutus in re certa quando ex præſumpta mente teſtatoris cenſeatur hæres vel legatarius pag. 31

21 Inſtituto poſthumo, quis poſtumus inſtitutus & vocatus præſumatur. pag. 32

22 Hærede inſtituto filio, vel ſeruo, an & quando pręſumatur contemplatione patris vel domini facta inſtitutio. pag. 35

23 Hærede inſtituto filio, rogatóque eiúſque patre filium emancipare, præſumi rogatum patrem etiam reſtituere hæreditatem ipſi filio. pag. ead.

24 Inſtitutio hæredis, legatum, aliáue teſtatoris diſpoſitio falſa ex cauſa facta, quando ex præſumpta voluntate teſtatoris valeat. pag. 36

25 Hæredis inſtitutio incerta, quando & quibus coniecturis reddatur certa, vt valeat. pag. 38

26 Inſtitutio hæredis an & quãdo ex pręſumpta teſtatoris voluntate extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus. pag. 39

27 Succedentes ab inteſtato an & quando ex præſumpta vel ficta morientis voluntate ſuccedere dicãtur. p. 42

28 Exhæredatio quando bona vel mala mente facta pręſumatur. pag. 43

29 Exhęredationis cauſa in teſtamento à patre expreſſa, an vera vel falſa præſumatur. pag. 44

30 Exhæredatio an & quando coniecturis & præſumptionibus inducta cenſeatur. pag. ead.

31 Clauſulę codicillares & alię ſimiles ſcriptę in teſtamento an & quando pręſumantur in teſtamento ſcriptę voluntate teſtatoris. Et quando hę clauſulę ſcriptę non ſunt, an & quando ex pręſumpta mente teſtatoris ſubintelligantur. pag. 45

32 Clauſula codicillaris an & quando fideicõmiſſum operetur ex præſumpta mente teſtatoris in filio iam nato, & in poſthumo ſcienter vel ignoranter pręterito. pag. 46

33 Patrem & cęteros aſcendentes pręſumi velle relinquere hęreditatem filijs & deſcendentibus. pag. 49

34 Pupillaris ſubſtitutio quibus coniecturis facta conſtare poſsit. pag. 50

35 Subſtitutio tacita pupillaris comprębenſa in expreſſa vulgari an pręſumatur, vel à lege fingatur. pag. 55

36 Subſtitutio vulgaris expreſſa quando & quibus caſibus contineat tacitam pupillarem. pag. 57

37 Subſtitutione vulgari facta à teſtatore partim expreſſa & partim tacita, quando mater excludatur, eueniente caſu ipſius tacitę. pag. 63

38 Pupillari ſubſtitutione expreſſa matrem excludi. Et an à legitima excludatur, diligenter diſputatur. Et quando etiam excludatur ſubſtitutione pupillari partim expreſſa & partim tacita, explicatur. pag. 66

39 Subſtitutio pupillaris tacita quando & quibus in caſibus excludat matrem, patrem, & auiam. pag. 69

40 Subſtitutionem tacitam pupillarem comprehẽſam in expreſſa vulgari ineſſe in ipſa vulgari vſque ab initio ad matris excluſionem, ex præſumpta teſtatoris voluntate. pag. 78

41 Subſtitutio vulgaris expreſſa quando & quibus caſib. contineat tacitam exemplarem. pag. 81

42 Subſtitutio expreſſa pupillaris an & quando comprehendat tacitam exemplarem. pag. 82

43 Subſtitutio pupillaris expreſſa quando & quibus caſibus contineat vulgarem tacitam. pag. 83

44 Subſtitutio exemplaris expreſſa an contineat vulgarem & pupillarem tacitas pag. 85
45 Subſtitutio compendioſa an ex præſumpta voluntate teſtatoris comprehendat exemplarem. pag. ead.
46 Subſtitutio exemplaris tacita an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris excludat matrem. pag.86
47 Pupillaris ſubſtitutio quando facta præſumatur vſque ad pubertatem, vel infra. pag. ead.
48 Subſtitutus pupillariter quib. in bonis ex præſumpta teſtatoris voluntate ſuccedat. pag. 87
49 Subſtitutio exemplaris quando & quibus verbis facta præſumatur. pag. ead.
50 Subſtitutio exemplaris an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate reconualeſcat, redeunte furore, qui iam ceſſauerat. pag. 88
51 Subſtitutio compendioſa quibus coniecturis facta conſtare poſſit. pag. 90
52 Subſtitutio compendioſa facta verbis directis, obliquis & communibus à milite impuberi, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate poſt pubertatem valeat iure directo, vel iure fideicommiſſi.
Vbi explicatur & cõciliatur l. Cẽturio ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. precib. C. de impub. & alijs ſubſt. pa. 92
53 Subſtitutio compendioſa à pagano facta verbis communibus an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate contineat vulgarem. pag. 95
54 Subſtitutio compendioſa verbis communib. à pagano facta an & quando ex præſumpta mente teſtatoris comprehendat pupillarem. pag. 96
55 Subſtitutio compendioſa à pagano facta verbis directis, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris poſt aditam hæreditatem & pupillarem ętatem expiret, vel valeat tanquam fideicommiſſaria. pag. 99
56 Compend. ſubſtitutio à pagano verbis directis vel communibus facta impuberi, matre exiſtẽte in medio, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris valeat ſemper iure directo, & quando ad fideicommiſſariam trahatur. pag. 102
57 Compend. ſubſtitutio verbis communibus à pagano facta an & quando ex præſumpta mente teſtatoris contineat fideicommiſſariam, quando directò valere non poteſt. pag. 105
58 Compend. ſubſtitutio verbis obliquis à pagano facta an & quãdo cõtineat vulgarẽ, pupil. & fideicom, pa. ea.
59 Reciproca ſubſtitutio, quam & breuiloquam appellant, quando facta pręſumatur. pag. 106
60 Reciproca ſubſtitutio quot & quas ſubſtitutiones ex præſumpta teſtatoris voluntate contineat. pag. 107
61 Reciproca ſubſtitutio directa, hoc eſt vulgaris vel pupillaris, an & quando pręſumatur facta inter plures, quib. morientib. facta eſt vulgaris vel pupillaris ſubſtitutio. pag. 114
62 Reciproca ſubſtitutio fideicommiſſaria quando præſumatur facta inter plures vocatos, quib. omnibus vel vltimo morienti datus eſt ſubſtitutus. pag. 115
63 Subſtitutione hac formula concepta, vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum: vel ſimili alia, quando præſumatur tributa electio ſubſtituto ſuccedendi ex quauis ſubſtitutione. pag. 122
64 Subſtitutio directa an & quando coniecturis & præſumptionibus inducta & facta cenſeatur. pag. 124
65 Subſtitutio directa an & quando ex præſumpta mente teſtatoris extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus. pag. ead.
66 Subſtitutio an obliqua & fideicommiſſaria, vel potius directa præſumatur. pag. 129
67 Fideicommiſſum à teſtatore relictum atque conſtitutum non præſumi. Et ibidem. quales eſſe debeant coniecturæ, vt præſumi illud poſſit. pag. 130
68 Fideicommiſſaria ſubſtitutio à teſtatore facta an & quando ex præſumpta eius voluntate & mente facta dicatur. pag. 132
69 Fideicommiſſi onus quando ex præſumpta mente teſtatoris repetitum ſeu continuatum cenſeatur ab inſtituto patre in filios ſubſtitutos, & alios deinde vocatos. pag. 134
70 Filij vnà cum eorum patrib. vocati; an & quando pręſumantur vocati, vt eodem ſuccedant tempore, vel ordine ſucceſſiuo. pag. 136
71 Filij ordine ſucceſſiuo vocati poſt eorum parentes an & quando per vulgarem ſubſtitutionem vel per fideicommiſſariam vocati præſumantur. pag. 140
72 Fideicommiſſum quando præſumatur relictum, vt à filio impubere hærede inſtituto reſtituatur, vel ab eius hæredibus. pag. 146
73 Subſtitutio fideicommiſſaria an & quando extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus ex præſumpta teſtatoris voluntate. pag. 149
74 Subſtitutus pupillo, & grauatus alteri reſtituere an & quando præſumatur grauatus reſtituere etiam bona ipſius pupilli. pag. ead.
75 Frater vtrinque coniunctus an & quando ex pręſumpta teſtatoris voluntate excludat fratrem conſanguineum tam in caſu ſubſtitutionis vulgaris & pupillaris, quàm fideicommiſſariæ, ac etiam in iure accreſcendi. pag. 150
76 Filij in conditione poſiti an & quando ex præſumpta mente & voluntate teſtatoris dicantur vocati vt ſuccedant ex teſtamento. pag. 152
77 Filij ex matrimonio putatiuo nati an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate dicantur comprehendi ſub filijs in conditione poſitis ad ſubſtituti excluſionem. pag. 164
78 Filij naturales quando ex præſumpta mente teſtatoris deficere faciant conditionem, atque ita ſubſtitutum excludant, vel non. pag. 165
79 Legitimatus reſcripto, quando ex præſumpta teſtatoris voluntate deficere faciat conditionem, atque ita excludat ſubſtitutum, vel non. pag. 173
80 Legitimari filium illegitimè natum quando voluiſſe præſumatur pater. pag. 178
81 Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate excludat ſubſtitutum. pag. 180
82 Filij adoptiui an & quando ex præſumpta teſtatoris mente, & voluntate excludant ſubſtitutum. pag. 182
83 Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, an & quando dicatur extitiſſe, ſi hæres inſtitutus & grauatus religionem profeſſus eſt. pag. 184
84 Filij vel liberis diſpoſitiuè vocatis, quando ex præſumpta mente teſtatoris dicantur vocatæ etiam fœminę, atque ita quando in diſpoſitione maſculinum concipiat fœmininum. pag. 195
85 Quando & quibus caſibus fœminæ deficere faciant expreſſam conditionem ſubſtitutionis, ſi deceſſerit inſtitutus ſine filijs. pag. 197
86 Ius accreſcendi an ſit ex præſumpta atque coniecturata mente teſtatoris à lege introductum. pag. 201
87 Subſtitutus quando & quibus ex coniecturis præferatur coniuncto, & econtra. pag. 203
88 Familia, genere, ſtirpe, linea, domo, parentibus, cippo, & agnatione à teſtatore vocatis & ſubſtitutis, de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe. pag. 204
89 Conditio, ſi ſine filij deceſſerit, an & quando tacitè à lege ſubintelligatur in ſubſtitutione à teſtatore facta, & quando illa excludat ſubſtitutum. pag. 207
90 Hæredem rogatum reſtituere quando voluerit, præſumi rogatum tempore mortis. pag. 229
91 Deſcendentibus vocatis, de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe. pag. ead.
92 Primogenito ad fideicommiſſi ſucceſſionem vocato, de quo teſtatorem ſenſiſſe præſumatur. pag. ead.
93 Filij, deſcendentes, agnati vel cognati nondum nati, vel concepti tempore euenientis caſus fideicommiſſi an & quando ex præſumpta mente teſtatoris ad fideicommiſſi ſucceſſionem admittantur. pag. 230
94 Nepotes quando ſub filiorum nomine in teſtatoris diſpoſitione contineantur, vel non contineantur coniecturis & præſumptionibus. pag. 231
95 Filius quando ingrediatur locum patris, eiúſque perſonam repræſentet in ſucceſſionibus ab inteſtato, necnon & in fideicommiſſis, vt concurrat cum patruo ex præſumpta voluntate eius, de cuius hæreditate & bonis agitur. pag. 234
96 Filio ſpurio & incapaci quando dolo & fraude reliquiſſe præſumatur pater. pag. 237
97 Vxori à marito relictum, quando in fraudem legis pręſumatur legatum. pag. 241
98 Moleſtiam vel controuerſiam cùm prohibet teſtator inferri hæredi vel legatario, de qua moleſtia & controuerſia ſenſiſſe præſumatur. pag. 242
99 Hæreditatis aditionem non præſumi, nec ſolo ipſo animo fieri. pag. 243
100 Hæreditatis aditio quibus verbis facta præſumatur. pag. 246
101 Hæreditatis aditio an & quando ex geſtis & factis præſumatur. pag. 249
102 Hęreditatis repudiatio an & quando ex verbis vel factis præſumatur. pag. 256
103 Bonorum poſſeſſionem an agnouiſſe præſumatur, qui poſſeſſoriam hæreditatis petitionem contra bonorum occupatores mouet. pag. 258
104 Qui bonorum poſſeſſionem agnouit, & agit contra bonorum poſſeſſores, poſſeſſoria hęreditatis petitione intra debitum tempus bonorum ipſam poſſeſſionem agnouiſſe præſumitur. pag. 259
105 Legatum, vel donatio, an præſumatur, quando teſtator vſus eſt verbis his, Dono, Lego, Relinquo. pag. 262
106 Legatum dubium & obſcurum quam recipiat interpretationem ex pręſumpta teſtatoris volũtate. pag. 264
107 Legatum incertum quando & quibus coniecturis reddatur certum, vt valeat atque conſiſtat. pag. 267
108 Legata ab inſtituto quando præſumantur repetita à ſubſtituto. pag. 268
109 Legatũ factũ creditori an & quãdo præſumatur factũ animo compenſandi cũ ipſi debito neceſſario. p. 272
110 Legatum factum creditori voluntario, an & quando præſumatur factum animo compenſandi cum ipſo debito voluntario. pag. 279
111 Legatum ciuibus factum quando ipſi ciuitate factum præſumatur. pag. 283
112 Legatum Eccleſię, Epiſcopo, alteriue prælato an & quando contemplatione eccleſiæ vel perſonæ factum pręſumatur. pag. 285
113 Legatum canonicis an & quando contemplatione eccleſiæ, vel eorum propriæ perſonæ factum præſumatur. pag. 286
114 Eccleſiæ legatum, cuius eccleſię cauſa ac fauore relictum pręſumatur. pag. 288
115 Legatum ad pias cauſas quando factum pręſumatur. pag. 289
116 Re aliena legata, quando ex præſumpta teſtatoris voluntate res ipſa ſit præſtanda, vel ſaltem eius ęſtimatio. pag. 291
117 Re hæredis à teſtatore legata, an & quãdo legatario res ipſa debeatur, vel ſaltem ipſius rei æſtimatio. p. 294
118 Legatarius an & quando re legata euicta, agere poſſit de euictione contra hęredem ex præſumpta teſtatoris voluntate. pag. 295
119 Æſtimatio rei eccleſiaſticæ vel feudalis, quæ præſtari legatario non poteſt, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate ſolui debeat. pag. 297
120 Æſtimatio rei legatæ incapaci an & quando ex præſumpta mente teſtatoris præſtanda ſit. pag. 298
121 Legatum factum dignitati an & quando præſumatur factum etiam ſucceſſoribus. pag. ead.
122 Legatum vxori factũ an & quãdo præſumatur relictum etiam ſecundę vxori ductę, mortua prima. pa. 299
123 Legatum factum vxori vel alteri, vt habitet cum filijs, cuius cauſa & fauore factum præſumatur. pag. 301

124 Legatum tutori factum præſumitur factum, vt tutelam ſuſcipiat. pag.302
125 Legatum, factum pauperibus, de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe. pag.303
126 Legatis bonis exiſtentibus in ciuitate, an & quando præſumantur relicta ea, quæ ſunt in territorio & comitatu. pag.30
127 Legata ſolùm ea, quæ teſtator tempore conditi teſtamenti habebat, an & quando præſumantur. pag.306
128 Legatum an & quando duplicatum præſumatur. pag.309
129 Legatum domus, vel bonorum domus, de qua domo intelligatur & præſumatur. pag.310
130 Legatum vel fideicommiſſum Caio & eius hæredibus relictum: vel deſcendente inſtituto ſine hæredibus Caio reſtituendum, de quibus hæredibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe. pag.311
131 Legatum vel fideicommiſſum an & quando ab inſtituto, vel ſubſtituto, vel inſtituti hæredibus relictum præſumatur. pag.313.
132 Legatum annuum & reiterabile quando præſumatur. pag.314.
133 Proprietas rei, non autē ſolus vſusfructus q̃n legata præſumatur, & ſi vſusfructus aliqua mētio ſit. pa.315
134 Vſusfructus tantùm non autem proprietas quibus coniecturis legatus præſumatur. pag.317
135 Vſufructu legato quando ipſe vſus relictus præſumatur. pa.118
136 Fructus tantùm, an ius ipſum vſufructus quando præſumatur relictum. pag.ead.
137 Res venales an in legato rerū mobiliū vel earum vſufructu cōprehenſæ à teſtatore præſumatur. pa.319
138 Pecunia an in legato rerum mobilium vel eorum vſufructu comprehenſa præſumatur. pag.320
139 Vſumfructum vel alimenta tantùm an & quando teſtator reliquiſſe præſumatur vxori, filijs iam hæredib. inſtitutis. pag.321
140 Vſumfructum vel alimenta tantùm an & quando teſtator vxori reliquiſſe præſumatur, hærede extraneo inſtituto pag.328
141 Vſufructu vxori relicto nullo alio hęrede penitus inſtituto, vel ſolùm poſt ipſius vxoris mortem, quid ei relictum præſumatur. pag.330
142 Vſufructu legato, quibus ex rebus legatus præſumatur. pag.336
143 Vſufructuarius an & quando ex præſumpta mente teſtatoris teneatur ſoluere æs alienum à teſtatore relictum. pag.338
144 Seruitutis legatum quid ex præſumpta teſtatoris voluntate contineat. pag.339
145 Dotis prælegatum qui ex præſumpta teſtatoris voluntate comprehendat. pag.341
146 Dotis legatum quando purum vel modale, vel conditionale præſumatur: & ob id quando transmitti vel non ad hęredes poſſit. pag.347
147 Dotis legatum puellæ factum quando erit nupta, vel copulata matrimonio, quo tempore teſtatorem ei præſtare voluiſſe præſumatur. pag.346
148 Dotis legatum factum puellæ cùm nubet, an & quando præſumatur relictum, etiam ſi velit ingredi religionem. pag.347.
149 Dotis legatum pluribus filiabus factum an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris admittat ius accreſcendi. pag.348
150 Optione legata qui ex præſumpta mente teſtatoris legatum præſumatur. pag.349
151 Frumento legato, quid ex præſumpta mente teſtatoris debeatur. pag.350
152 Vino legato qui ex præſumpta teſtatoris voluntate contineatur. pag.ead.
153 Oleo legato quid ex teſtatoris præſumpta voluntate debeatur. pag.352
154 Fundo inſtructo legato quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris legata dicantur. pag.ead.
155 Peculium an & quando legatum præſumatur: & quid ex præſumpta voluntate teſtatoris legato peculio contineatur: ac quid ex eo deducatur, & quando extinguatur. pag.354
156 Penus legata quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris præſtanda veniant. pag.355
157 Alimenta quando, & quæ, & quantum alimentorum nomine præſumatur legatum. pag.357
158 Alimentis duobus vel pluribus coniunctim legatis an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris locū habeat ius accreſcendi pag.361
159 Ius accreſcendi an & quando habeat locum in legato vſusfructus. pag.ea.
160 Supellectile legata, quæ debeantur ex præſumpta teſtatoris voluntate. pag.364
161 Veſtibus legatis, quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris præſtanda ſint. pag.365
162 Auro vel argento legato quid præſtandum ſit ex præſumpta voluntate teſtatoris. pag.367
163 Ornamentis legatis mulieri, qui ex præſumpta voluntate teſtatoris debeatur. paag.368
164 Liberatione legata quid legatum atque relictum pręſumatur. pag.369
165 Teſtator an & quando ſuam reuocaſſe atque mutaſſe diſpoſitionem præſumatur. pag.372
166 Teſtamentum cum clauſula derogatoria ad futura confectum, quando per ſecundum teſtamentum reuocatum præſumatur. pag.374
167 Legatum quando alienatione rei legatæ ademptum atque reuocatum præſumatur. pag.383
168 Legatum nominis debitorum factum, quando ipſius crediti exactione ademptum atque reuocatum præſumatur. pag.387
169 Legatum vel fideicommiſſum an & quando reuocatum & ademptum pręſumatur, adempta & reuocata conditione vel modo eis appoſitis & adiectis. pag.ead.
170 Legatum propter ſuperuenientem inimicitiam inter teſtatorem & legatarium quando ademptum atque extinctum præſumatur. pag.389
171 Legatum ademptum & reuocatum an & quando rei legatę deſtructione vel refectione præſumat. pag.391
172 Legatum ademptum atque reuocatum pręſumi vel mutata, vel ceſſante cauſa ipſa, ob quam teſtator legauit. pag.eadem
173 Legatum factum ſecundo ſub commemoratione primi an ab ipſo primo ademptum & in ſecundum tranſlatum præſumatur. pag.392.
174 Legatum quando cum eiſdem conditionibus translatum pręſumatur. pag.395.
175 Conditionalis diſpoſitio, vel potius pura, vel modalis, vel in diem, vel pœnalis, an & quando præſumatur. pag.396.
176 Conditio & qualitas poſita in primo teſtamento an & quando repetita præſumatur in ſecundo. pag.397.
177 Conditio appoſita in teſtamento quando repetita in codicillis præſumantur. pag.398.
178 Conditio appoſita in inſtitutione quando repetita in ſubſtitutione præſumatur. pag.ead.
179 Conditio inſtitutioni adiecta quando repetita pręſumatur in prælegato & econtra. pag.401.
180 Conditio & qualitas adiecta vni legato an & quando in altero repetita præſumatur. pag.402.
181 Conditio vel qualitas poſita in clauſula ſeparata à præcedentibus & ſequentibus an & quando ex præſumpta mente teſtatoris referatur ad omnia, vel ad vnum tantùm ex præcedentibus vel ex ſequentibus. pag.409.
182 Conditionem eueniſſe, impletam quæ fuiſſe, an & quando præſumatur. pag.408.
183 Conditio quando ex pręſumpta teſtatoris voluntate pro impleta habenda ſit. pag.409.
184 Modus quando ex pręſumpta voluntate & mente pro impleto habeatur. pag.413.
185 Conditio an & quando ex præſumpta mente & voluntate teſtatoris in forma ſpecifica vel per æqui pollens impleri poſſit. pag.414.
189 Conditio hæc, ſi deceſſerit ſine liberis: adiecta ſubſtitutione duobus vel pluribus facta, quando verificetur altero inſtitutorum decedente ſine prole. pag.416.
187 Legatum factum mulieri, ſi, vel cùm erit, vel donec erit vel permanebit vidua, an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris debeatur, ea deinde nubente. pag.421.
188 Fideicommiſſi onere ſimpliciter grauatus, vel vt reſtituat quod ei ſuperetit, quid & quantum alienare hodie poſſit: & quando in fraudem fideicommiſſi alienaſſe præſumatur. pag.423.
189 Fideicommiſſi bona quando ex præſumpta teſtatoris mente alienari poſſint cauſa dotis conſtituendæ. pag.425
190 Fideicommiſſi bona an & quando ex præſumpta mente teſtatoris alienari poſſint pro dotis reſtitutione pag.445.
191 Fideicommiſſi bona an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris alienari poſſint pro alimentis alijsque impenſis. pag.449.
192 Fideicommiſſi bona an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate alienari poſſint pro redimendo filio captiuo, vel ob delicto carcerato. pag.451.
193 Fideicommiſſo grauatus an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate reſtituat percepta ex ſubſtitutionibus cohæredib. deficientib. pag.452.
194 Prælegata an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate reſtitui debeant ſubſtituto per fideicommiſſum. pag.455.
195 Prælegata an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris reſtitui debeant ſubſtituto directo pag.461.
196 Bona ad hæredem fideicommiſſo grauatum peruenta ex perſona quidem teſtatoris, ſed tamen alio iure quàm hæreditario, an & quando ex præſumpta mente ipſius teſtatoris veniant in reſtitutione fideicommiſſi. pag.462.
197 Bona in hæreditate teſtatoris fideicommittentis reperta, & fructus ab hęrede grauato percepti, an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris reſtitui debeant fideicommiſſario. pag.464.
198 Falcidiæ & Trebellianicæ detractio quibus coniecturis cenſeatur à teſtatore prohibita. pag.465.
199 Qui tempore legatum & fideicommiſſum peti & præſtari poſſit & debeat ex præſumpta voluntate teſtatoris. pag.469.
200 Legatum quo in loco ſolui & præſtari voluiſſe teſtatorem, & quib. coniecturis præſumatur. pag. 471.
201 Tranſmiſſioni legati & fideicommiſſi an & quando ex præſumpta mente & voluntate teſtatoris locus eſſe poſſit. pag. 472.
202 Quando præſumatur tęſtatorem voluiſſę ſuam voluntatem & diſpoſitionem eſſe legi cōformem. pag.ea.

ELENCHVS

# Elenchus Præſumptionum Libri Quinti.


1 HOminem ſui natura bonũ præſumi ex multorũ ſentẽtia:& quãdo minimè bonus præſumatur.p.473
2 Deliquiſſe neminẽ præſumi multis cõprobatur, egregiisq; aliquot declarationib.explicatur.p.476
3 Dolus, fraus & culpa an & quando præſumantur:& quæ differentia ſit inter dolum & fraudem:& quis dolus verus,& quis præſumptus, ſatis diligenter explicatur. pag.479
4 Vitio hominem carere præſumi. pag.487.
5 Hominem æternæ ſalutis memorem tùm maximè,cùm in extremis agit,præſumi. pag.ea.
6 Religionis Chriſtianæ obſeruatorem ,non autem hæreticum, hominem præſumi: & quando hæreticus quis præſumatur. pag.489.
7 Hæreticus pertinax quibus præſumptionib.& coniecturis quis præſumatur. pag.492.
8 Simoniæ labem non præſumi,& aliquæ coniecturæ,quib.illa detegitur, explicantur. pa.493.
9 Cõfidẽtia beneficiorũ illicita,quæ ſimoniaca appellatur,quib.cõiecturis & præſumpt.detegatur.pag.494.
10 Delinquentes ſpe & animo immunitatis eccleſię,ac confugiendi ad eam:quãdo ex ea extrahi poſſint, & quib.coniecturis ille animus detegatur. pa.496.
11 Filium occidiſſe parentes vel offendiſſe iure non præſumi.Et inibi aliqua de reuerentia filiorum erga parentes annotata. pag.497.
12 Patriam ſuam quemlibet diligere præſumi, eoſq; impios credi,qui ſine iuſtis cauſis eã euerterũt. pa.498.
13 Occidiſſe ac læſiſſe ſeipſum non præſumi:& inibi quantum peccant,qui ſeipſos occidunt. pa.499.
14 Patrem ptæſumi correctionis cauſa verberaſſe filium:& inibi multa de amore patris erga filium. pag.ea.
15 Maritum verberantem vxorem præſumi id facere corrigendi animo:& quando præſumatur,virum vxorẽ occidiſſe,declaratur. pag.500.
16 Fratrem occidiſſe vel læſiſſe fratrem non præſumi:& inibi aliqua de amore & dilectione fratrũ. pag.eadẽ.
17 Coniunctos ſanguine non præſumi inuicem fornicari. pag.501.
18 Socium non præſumi lædere ſocium, aliquidue agere in eius detrimentum:& ibidem aliqua de fide ſocietatis & beneuolentia. pag.502.
19 Vaſallus qñ Dñi arcana ſecretaque retexiſſe dicatur, vt domino obeſſet,variis coniecturis declaratur.ead.
20 Falſi crimen non præſumi,interdum verò præſumi,& quando excuſari poſſit, copioſe explicatũ.pag.503.
21 Quando inſtrumentum in vna parte falſum,præſumatur etiam in totum falſum. pag.506.
22 Teſtimonium teſtis quando in vna parte falſum præſumatur eſſe & in cęteris partib.falſum. pag.509.
23 Falſum teſtimonium quando ex repugnantia & contrarietate præſumatur. pag.510.
24 Partus ſuppoſiti an & quando præſumantur. pag.511.
25 Calumniari quando quis præſumatur. pag.514.
26 Colludere duos litigantes quibus detegatur coniecturis. pag.ead.
27 Delictum à ſeruo, famulo,vel filio, vel altero conſanguineo coniuncto,aut amico,non præſumi commiſſum voluntate domini, patris, affinis, vel amici. pag.ead.
28 Serui & vaſalli quando præſumantur ſimulatè nõ attuliſſe auxilium domino interfecto, vt non excuſentur pœna S. C.Syllaniani,vel amiſſionis feudi. pag.516.
29 Res furto ſubtracta quando apud aliquem reperitur,an is furtum commiſiſſe præſumatur, tam vt ſi locus pœnæ furti,quam vt domino res ipſa reſtituatur. pag.517.
30 Furtum quando in re inuenta,vel pro derelicto habita commiſſum præſumatur:& quando cenſeatur res habita pro derelicto. pa.520.
31 Furtum à rei cuſtode præſumi commiſſum. pa.522.
32 Malus & nequam ſemel,quando ſemper malus ac nequam præſumatur. pag.523.
33 Vitium paternum quando & quomodo in filios præſumatur deſcendere, atque continuare. pa.526.
34 Rerum nouarum ſtudioſos eſſe valdè legibus ſuſpectos,& ob id malè de eis præſumi:id quod multis exẽplis explicatur. pag.528.
35 Epiſcopus ſedem mutando an & quando bono vel malo zelo mutare velle præſumatur. pag.529.
36 Homicidia noctis tempore commiſſa à quibus perpetrata præſumantur. pag.530
37 Mortis occiſi conſcium præſumi eum, qui ante tẽpus veriſimile mortem patefecit in loco vbi mortis fama peruenire non potuit. pa. ead.
38 Animus deliberatus atque præmeditatus occidendi quibus cõiecturis & præſũptionib. cognoſcat.pa.531.
39 Aggreſſor quis ex duob.contendentibus & rixantibus præſumatur. pag.eadem
40 Animus delinquẽdi, vel non, quando & quomodo coniecturis & præſumptionibus declaretur. pag.ea.
41 Adulterium quibus præſumptionibus coniecturis detegatur.Et an oſculum impudicum legitimam coniecturam faciat. pag.533.
42 Incendiarius quibus indicijs & coniecturis detegatur. pag 535
43 Inimicitia & odium quando inter aliquos præſumatur. pa.ea.
44 Contempſiſſe Dei ac Principis ſui leges & præcepta quando quis præſumatur. pag.536.
45 Bannitus quibus commodis & iuris beneficijs priuatus præſumatur. pag.538.
46 Bannitus à banno liberatus & patriæ reſtitutus, an & quãdo bona etiam rei reſtituta præſumatur.pa.540
47 Hæreticus damnatus,deinde ad eccleſiæ gremium reſtitutus,qñ ad bona amiſſa reſtitutus præſumatur.541
48 Innocentia accuſati quibus coniecturis & præſumptionibus detegi poſsit : & inibi de innocentia aliqua ſcitu non indigna. pag.544.
49 Pœnam leuiorem mitiorémque prẹſumi à lege indictam, pag.545.


INDEX

# Index omnium Præſumptionum Libri Sexti·


RVbricas ſeu inſcriptiones titulorum iuris communis vel ſtatutorum, ſolùm præſumptionem & coniecturam facere, non autem perfectè diſponere,ſtatueréque. pag. 547.
2 Præfationes prooemiáque legum,ſtatutorum & aliarũ diſpoſitionũ præſumptionẽ & coniecturam facere & legiſlatorumac diſponentium voluntatem declarare. pag.549.
3 Actum præparatorium qui confecit,quando actum principalem ſicque præparatum confeciſſe,vel de eo diſpoſuiſſe præſumatur. pag.550.
4 Actum quemlibet ita præſumi factum vt valeat, diligens & copioſa explanatio. pag.551.
5 Actum ita geſtum præſumi,vt valeat omni meliori,efficaciori, potentiorique modo. pag.555.
6 Actus, qui & iure communi & iure ſpeciali potuit confici, quo iure geſtus & celebratus præſumatur. pa.ea.
7 Actum illum præceſſiſſe præſumi, qui iure præcedere debet. pag.556.
8 Actum tempore mortis, cùm viuens facere potuerit,fraude præſumitur feciſſe. pag.557
9 Actum minus vtrique partium oneroſum confectum præſumi. pag.ea.
10 Actum præſumi ſecundum propriam naturam confectum plana lucidáque explanatio. pag.ead.
11 Actum præſumi factum ab eo,qui impenſam facere tenetur. pag.558.
12 Actus correſpectiui qui præſumantur, & quis ſit eorum effectus. pag. ea.
13 Actui ſolenniter geſto præſumi interueniſſe perſonę habilitatem. pag.560.
14 Facti quæ ſunt,non præſumi. pag.561.
15 Actuum, rerum, perſonarum ac agnationum pluralitas,vel vnitas idẽtitáſque an & quãdo præſumat.pa.562
16 Actus permiſſus vel prohibitus an iure præſumatur. pag.565.
17 Actus finem ex principio bonum vel malum præſumi. pag. 556.
18 Præſentia alicuius in actu an præſumatur, cùm illa omnino requiratur. pag.567.
19 Præſentia vel abſentia an præſumatur,egregia diſputatione declaratum. pa.ead.
20 Abſentia iuſta ac legitima an præſumatur, vel potius ex malitia. pa.568.
21 Præſentem præſumi ſcire quę ibi acta fuerunt. pa.ea.
22 Error an & quãdo præſumatur commiſſus in actu & diſpoſitione. pag.569.
23 Ignorantia errórque tam iuris quàm facti proprij vel alieni an & quando præſumatur. pag.ea.
24 Vicinus,vel ſanguine coniunctus quando præſumatur ſcire facta vicini vel ſanguine coniuncti, diligenti explanatione tractatum. pag.574.
25 Diues vel pauper an & quando quis præſumatur,multis diſtinctionibus explicatum. pag.577.
26 Diuitias & bona plura extare vel nõ extare quãdo præſumatur & qñ præſumptio ſit pro inuẽtario.pag.578.
27 Locupletior quando factus præſumatur ille, ad quẽ vel res vel fructus peruenerunt. pag.580.
28 Diuites atque locupletes in dies effici homines præſumi. pag.581.
29 Quando in fundo proprio aliquid faciens præſumatur feciſſe ad vicini damnum. pag.582.
30 Ciuis vel forenſis, quando quis præſumatur. pa.583.
31 Ea,quæ irrationabilia ſunt,non præſumi. pag.584.
32 Obliuionem præſumi aliquando paucis explicatur. pag.eadẽ.
33 Præſcriptionem non præſumi paucis enarratur. pa.ea.
34 Conſenſus,auctoritas, licentia & conſilium quãdo de ſubſtantia actus qui geri debet,prẹſumantur.pag. 585.
35 Animum talem prẹſumi,qualem vel verba vel facta ipſa declarant pag.586.
36 Extremis probatis media prẹſumi. pag.587
37 Voluntatis mutationem correctionémque non præſumi,quod variè explicatur & declaratur. pag.588.
38 Leges vel ſtatuta antiqua an & quando ex præſumpta mente legislatorum nouis legibus vel ſtatutis promulgatis correcta & mutata dicantur. pag.591.
39 Priuilegium à principe conceſſum an & quando prẹſumatur derogare & tollere ſtatutum ciuitatis.pa. 595.
40 Priuilegio nouo an & qñ ex præſumpta mente principis concedentis antiquum ſublatum præſumatur.596.
41 Priuilegio renunciaſſe an & quando quis prẹſumatur. pag.598.
42 Domicilij mutatio an & quando præſumatur. pa.599.
43 Finium mutationem non prẹſumi. pag.600.
44 Morbo infirmitatéve aliqua affectus ſemel,an in eodẽ morbo perſeuerare atque perſiſtere præſumatur. ea.
45 Furioſus, inſanus,demens & mentecaptus an & quando quis prẹſumatur. pag.601.
46 Senes an ęgri atque infirmi præſumantur, & quando ægris comparentur. pa.606.
47 Senes prẹſumi prudentiores,ſapientiores & probatiores ipſis iuuenibus. pag.607.
48 Iuuenes præſumi validiores, robuſtiores, & calidiores ipſis ſenibus. pag.608.
49 Homo quandiu viuere præſumatur,luculenta explanatione declaratur. pag.ead.
50 Duobus ſimul mortuis bello, ruina, naufragio vel incendio, quis prius mortuus,& qui ſuperſtes præſumatur. pag.611.
51 Ex duobus filijs, maſculo ſcilicet & fœmina,vel ambobus maſculis natis vnà ſimul ex eodẽ partu,quis prior natus præſumatur. pag.616.
52 Partum fœtúmque immaturum atque imperfectum natum eſſe quibus ſignis atque coniecturis cognoſci dicique poſſit dilucidè explicatum. pag.618.
53 Filiatio quibus præſumptionibus & coniecturis probetur. pag.619.


54 Filius

54 Filius an & quando legitimus vel naturalis, vel ſpurius præſumatur. pag.624
55 Filius an ſub patris poteſtate vel ſui iuris eſſe præſumatur. pag.628
56 Patrem præſumi diligere filium. fol.123
57 Filium præſumi diligere parentes. fol.124
58 Filium patri ſimilem virtute,& moribus præſumi. fol.eod.
59 Nobilitatem ſummam pro ſe præſumptionem habere multis comprobatum. pag.633
60 Nobilitatem non præſumi. pag.ead.
61 Rei amiſſio an & quando præſumatur. pag.634
62 Dominus qui olim fuit,an & nunc præſumatur.Et quid econuerſo. pag.637
63 Dominium an ex poſſeſsione præſumatur. pag.638
64 Ex poſſeſſione præteriti temporis an & quando præſumatur poſſeſsio præſentis temporis. pag.639
65 Ex poſſeſsione præſentis temporis quando præſumatur poſſeſsio præteriti temporis. pag.643
66 Ex poſſeſsione præteriti ac præſentis temporis quando præſumatur poſſeſsio medij temporis. pag.ea.
67 Quando poſsidere quis dicatur titulo præambulo. pag.644.
68 Poſſidere eum præſumi qui rem detinet,& apud ſe habet. pag.645
69 Poſſeſsio an & quãdo præſumptionem pro ſe habeat:& de multis commodis,quæ poſſeſsio tribuit. pag.ead.
70 Excommunicatus olim an & hodie præſumatur excommunicatus. pag.647
71 Alimenta præſumi præſtita ab eo, qui apud ſe habuit animal. pag.648
72 Eccleſia quando vel Epiſcopo vel alteri Eccleſiæ ſubdita præſumatur. pag.ead.
73 Paries an & quando proprius,vel communis cum vicino eſſe præſumatur. pag.649
74 Quando dominus præſumatur aliquo ex actu voluiſſe liberare à ſua poteſtate ſeruum. pag.650
75 Clericum, qui diu poſſidet beneficium, præſumi poſſidere conſenſu,& auctoritate ſuperioris. pag651
76 Clericus an & quando quis eſſe præſumatur. pag.ead.
77 Præſentatio ad beneficium, & beneficij acceptatio an & quando præſumantur facta intra tempus à lege præſtitutum. pag.652
78 Beneficij renũciatio vel permutatio an & quando in fraudẽ, expectantis præſertim,facta præſumatur. pag.653
79 Eccleſia quando ſolenniter conſtructa & dotata præſumatur. pag.655
80 Vnio eccleſiarum quando præſumatur. pag.ead.
81 Vxoratus quando præſumatur legitimè ingreſſus religionem. pag.ead.
82 Beneficiis renunciaſſe eum præſumi,qui probationis habitum ſuſcepit. pag.656
83 Religionem ingreſſus quando præſumatur emiſiſſe profeſsionem. pag.ead.
84 Religioſus decedens intra annum probationis an & quando præſumatur voluiſſe bona ſua acquiri monaſterio, vel agnatis. pag.657
85 Electionem à maiori eligentium numero factam,maiori zelo factam præſumi. pag.659
86 Decimæ laicis conceſſæ an & quando præſumuntur conceſſæ ante Concilium Lateranenſe. pag.660
87 Emphyteutica,vel feudalis res ad Eccleſiam aliqua de cauſa reuerſa, an & quando præſumatur Prælati voluntate incorporata Eccleſiæ, atque ita de eius menſa effecta. pag. ead.
88 Parochiæ ſubditus quando quis præſumatur. pag.661
89 Virginitas in muliere an & quando præſumatur. pag.ead.
90 Habilis & idoneus ad contrahendum matrimonium, & ad generandum an & quando quis eſſe præſumatur. pag.ead.
91 Habilis & idoneus an & quando quis ad alios actus præſumatur. pag.662.
92 Perſonæ induſtria quando electa præſumatur. pag.664
93 Prohibito conſequente quando præſumatur prohibitum antecedens. pag.665
94 Pœnitens in extremo vitæ exitu an ſaluus fieri, & æternam vitam conſequi præſumatur. pag.666
95 Confeſſionem ſacramentalem an & quando ſacerdos præſumatur conſenſu & licentia confeſſi reuelaſſe atque detexiſſe. pag.668
96 Bellum an & quando præſumatur iuſtum vel iniuſtum. pag.669.
97 Deſcripta in inuentario à tutore vel curatore præſumptionem aduerſus eos facere. Et de hærede, qui inuentarium non confecit,aliqua. pag.670
98 Præſumi contra matrem, quæ intra annum non propoſuit & probauit iuſtam cauſam non petiti tutoris filio pupillo. pag.671
99 Tacens an & quando conſentire præſumatur. pag.672
100 Præmijs & honoribus donatos præſumi libentius ſtudiis & laboribus operam dare. pag.ead.

D. IACOBI



# D. IACOBI MENOCHII, DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI,

*Et in nobiliſsimo Gymnaſio Patauino Iuris Cæſarei interpretis primarij, horis matutinis,*

## DE PRÆSVMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, SIGNIS, ET INDICIIS, QVI CIRCA VLTIMAS diſpoſitiones, & voluntates morientium verſatur,

# LIBER QVARTVS.

## PRÆFATIO.

ENARRATVRI *Simúlque noſtra qualicunque diligentia & ſtudio explicaturi præſumptiones & coniecturas, quæ circa vltimas morientium voluntates & diſpoſitiones verſari ſolent, prius dicere propoſuimus, quod apud noſtros ſatis certum & exploratum eſt, nempè vis Cæſareum duas præcipuas teſtamenti formas teſtari volentibus præſtituiſſe. Quarum vna eſt teſtamenti in ſcriptis, quod à ſolennitate ſcripturæ nomen accepit. Altera eſt nuncupatiui, quod à nuncupando hæredis nomine dictum eſt. Vtriuſque formam commemorat atque conſtituit Iuſtinia. in l. hac conſultiſſima. C. de teſt. & in inſtit. de teſtam. Differunt duo hæc teſtamentorum genera ſolennitate, & forma, non autem ſubſtantia: Cum æquè in vno ac in altero hæredes fieri, fideicommiſſa, & legata conſtitui, & relinqui poſſint. His in teſtamentis quatuor perfectiones conſiderabat Bald. in l. 1. ff. de teſtam. Prima quarum eſt (vt ait ille) materialis voluntatis reſpectu, Cum ſuam illam diſpoſitionem pro perfecta, & abſoluta teſtator habet, lege ſi is, qui. ff. de teſtam. Secunda eſt ſubſtantialis, quæ principaliter poſita eſt in hæredis inſtitutione, cum illa ſit caput teſtamenti. ſ. ante hæredis: in inſtitu. de lega. Deinde accidentis loco in legatis fideicommiſſis, cæteriſque qualitatibus, quas adijcere ſuis in teſtamentis teſtatores ſolent, collocata eſt. Tertia perfectio formalis eſt, quæ in ſolennitate adhibenda verſatur, & quæ legum diligentia appellatur in l. ſi quæramus. Vbi gloſſa vlt. ff. de teſt. Eſt & quarta teſtamenti perfectio, quæ ipſius diſpoſitionis confirmationem reſpicit. Et hæc quidem duplex eſt. Vna cum teſtamentum efficitur irreuocabile: quod quidem ſola teſtatoris morte contingit. l. omnium. C. de teſta. Et dicebat D. Paulus ad Hebræos cap. 9. Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt. Altera autem confirmatio eſt, quando teſtamentum ita ſuum effectum conſequitur, vt ad cauſam inteſtati reduci amplius nequeat: quod per hæreditatis aditionem euenit. l. ſi alienum. ſ. in extraneis. ff. de hæredib. inſtit. Hæc ex Bald. & Caſt. in d. l. 1. ff. teſt. ſcripſimus. Illis accedunt Iaſon in conſil. 196. colum. 2. verſic. teſtamentum enim, libro ſecundo, & in conſil. 8. colum. 5. verſic. alibi dicit. lib. 3. & M. Antonius Natta in l. hac conſultiſsima. ſ. ex imperfecto, num. 28. C. de teſta. Qui quidem Natta ex ſententia Anchar. adiungit quintam perfectionem: quod ſcilicet teſtator fuerit habilis ad teſtandum. In interpretandis autem his morientium voluntatibus atque diſpoſitionibus nos ſæpe errare dicebat Bald. in l. precibus num. 23. C. de impub. & alijs ſubſtit. quippe qui dum diſponentis animum non cernimus, tanquam ignari longe ſpeculamur quem-*

a admodum

*admodum vſu venit ijs, qui è loco procul ſunt. Sicuti*
*philoſophorum princeps Ariſtoteles ſcriptum reliquit.*
*Et accedit illud Boëtij. Eius, quod multipliciter ex-*
*ponitur, veritas ignoratur. Illam Baldi ſententiam*
*commendant Curtius Sen. in conſi. 64. Antiquiſſima,*
*colum. 11. verſic. quia in vltimis voluntatibus. Iaſon*
*in l. licet Imperator. col. 3. delegat. 1. Idem in conſil.*
*108. col. 2. in fine. & in conſil. 143. in princ. & in conſ.*
*153. in princ. lib. 4. Decius in conſil. 278. col. 1. Craue. in*
*conſ. 98. in fine, & alij, quos commemorat Tiraquel-*
*lus in l. ſi vnquam, in verbo. Libertis, num. 23. C. de*
*reuocat. donat. Qui quidem ſubiungit ex eodem Bal.*
*in l. 1. col. 7. verſic. modò ſequitur alia. C. de confeſſ.*
*de mente hominis nullum eſſe directum teſtimonium,*
*cum illa ſoli Deo cognita ſit, l. iuriſgentium. ſ. pa-*
*ctorum. ff. de pactis. Coniecturis itaque ac præſum-*
*ptionibus vtimur in perſcrutanda hac morientis vo-*
*luntate & mente. De his nos diſſeremus hoc in libro,*
*& eo quidem ordine, vt primum explicemus illas,*
*quæ circa primam illam perfectionem verſantur,*
*nempe teſtatoris voluntatem: Deinde de ijs, quæ ſe-*
*cundam perfectionem, ideſt, ſubſtantiam, & quali-*
*tates reſpiciunt. Poſtmodum de ijs, quæ ſolennitatem*
*attingunt. Et tandem de ijs, quæ diſpoſitiones ipſas*
*omnino confirmant.*

---

Teſtamentum An præſumatur conditum, nec ne egregiè diſputatur atque declaratur.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an præſumatur ab aliquo conditum: cum teſta-mentum ſit quid facti.*
2 *Facti quæ ſunt, non præſumuntur.*
3 *Dictio, in, quo caſu habeat vim negatiuæ.*
4 *Vllus, dictio nunquàm affirmatiuè ponitur, ſed ſubiunctiuè.*
5 *Negatiuam deducens, eam probare debet: ſecus quando præſum-ptio eſt pro negante num. 6.*
*Et quando eam probare teneatur num. 7.*
8 *Notarius ſemper præſumitur rogatus de inſtrumento.*
9 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

ERE maximè viſum eſt, priusquàm explicemus
præſumptiones, & coniecturas, quæ verſantur
circa confectum teſtamentum, vel codicillos,
1 explicare, an † teſtamentum prȩſumatur ab ali-
quo conditum: Cùm de eius ſucceſſione agi-
tur. Hac de re ſcripſerunt multa interpretes noſtri in l. ſi
emancipati. C. de collatio. præſertim recentiores, & nouè
Doctiſſimus Franciſcus Mantica ſuperioribus annnis Col-
lega meus, & nunc meritiſſimus Romanæ Rotæ Auditor, is
inquam in commentariis de coniecturis vltimarum volun-
tatum, in libro ſecundo, titulo primo. Ego obſeruaui varias
eſſe hac de diſputatione Doctorum opiniones. Illa tamen
eſt magis recepta: teſtamentum conditum non prȩſumi. Hãc
ſanè probarunt Alex. & Iaſon in l. is poteſt. ff. de acquirenda
hæredita. ille num. 19. iſte num. 84. qui ſcripſerunt ita ſenſiſ-
ſe Bart. ibi num. 25. Idem Alex. in l. ſi emancipati. in 2. notab.
C. de collation. & ibidem Corneus, & Iaſon, & Riminaldus
Sen. Curt. Iun. num. 5. Cagnolus num. 64. Idem affirmarunt
Guido Papæ in tractat, de præſumpt. num. 118. Curt. Sen. in
conſil. 27. colum. 9. verſic. ſed contra præmiſſam. Gulielmus
Benedictus in cap. Raynutius, in verbo, vxorem nomine A-
dalaſiam. num. 3. & in verbo, teſtamentum. il. in princip. de
teſtam. Gulielmus Maynerius in l. quamdiu num. 43. de reg.
Iur. Bertr. in conſil. 21. num. 1. libr. 2. & in conſil. 103. num. 2.
& in conſil. 313. num. 1. libr. 3. Boërius quæſt. 37. num. 9. Ri-
minaldus Iunior in d. l. ſi emancipati. in 2. notab. C. de col-
latio. & ibidem Bologne. num. 7. Et hanc opinionem eſſe
æquiorem & in foro obſeruandam cenſuit Didacus libr. 2.
Maria. reſolut. cap. 6. num. 5. in fine, etſi ipſe dubitet. Et ho-
rum quidem opinio ea ratione prima fulcitur, quod conde-
2 re teſtamentum eſt quid facti. Ea † autem quæ facti ſunt non
præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. &
dicemus infra libr. 6. præſumpt. Non ergo præſumitur con-
ditum fuiſſe teſtamentum. Nec huic rationi obſtat conſide-
ratio Didac. in d. cap. 6. num. 5. Cum dixit, ex ratione illa ſe-
qui quidem, quod non præſumatur teſtamentum factum. Et
ideo qui allegat conditum fuiſſe teſtamentum probare id
debet. Non tamen (inquit Didacus) ex hoc infertur, præſu-
mi teſtamentum factum non fuiſſe, & ideo allegantem, in-
teſtatum aliquem deceſſiſſe, ad eius intentionem proban-
dam, non teneri id probare. Vtrumque enim manet (dicebat
Didacus) ſine aliqua iuris præſumptione: Quamobrem, qui
dixerit, aliquem inteſtatum deceſſiſſe non videtur immunis
ab onere probandi: ſaltem (ait Didacus) non conuincitur
prædicta ratione. Huic ſanè conſiderationi crediderim ſa-
tisfieri ſic poſſe: quod ille, qui aſſerit aliquem inteſtatum de-
ceſſiſſe, non tam affirmatiuam quàm negatiuam deducit:
Cum idem ſit dicere, illum deceſſiſſe inteſtatum, quod aſſe-
3 tere, illum deceſſiſſe, non facto teſtamento. Illa † enim di-
ctio, in, negatiuæ vim (vt certi iuris eſt) hic obtinet. Cum
hoc autem negante concurrit naturalis ſtatus rei, qui pro-
bandi onus reiicit in aduerſarium, vt docuit Bart. in l. ſi prius.
in tertia opp. ff. de operis noui nuntia. & ſcripſi ſuprà lib. 1.
quæſt. 24. num. 41. & ſimili propè in caſu conſiderat Ripa in
lege, in illa, num. 26. verſic. & ideo. ff. de verbor. oblig. & in
in ſpecie Bologn. in d. l. ſi emancipati, num. 7. verſic. tamen
ego. C. de collatio. Quod autem naturalis ſtatus rei hic con-
currat, cum negante, vel ex eo apparet, quod ab ipſa natura
condito teſtamento non naſcimur: ſed requiritur quod pu-
bes ſit, habeatq; iudicium, & teſtamentum conficiat ſicuti
in ſpecie rationem hanc perpendit omnium primus Guido
Papæ in d. tractat. de prȩſumptio. num. 118. & quam quidem
probauit Riminal. Iunior in d. l. ſi emancipati. num. 34. C. de
collatio. Hac itaq; ſolida ratione exiſtimo veram eſſe com-
munem hanc opinionem.

Contrariam tamen defendere conati ſunt Romanus in d.
l. ſi emancipati. C. de colla. & ibidem Decius in ſecundo no-
tab. Idem ſenſerunt Spec. in tit. de teſtam. §. ſequitur videre.
num. 26. Bart. in conſil. 90. num. 10. lib. 2. & Franciſcus Aret.
in l. ſed ſi de ſua num. 4. ff. de acquir. hæred. ij adducti in hanc
opinionem ſunt.

Primò ex dicta lege ſi emancipati. C. de collatio. cuius
verba hæc ſunt. *Si emancipati vtrique à patre fuiſtis, collatio ceſ-*
*ſat: Si autem frater tuus in poteſtate patris mortis tempore fuerat,*
*nec vllum teſtamentum relictum, vel nouiſſimum iudicium commu-*
*nis patris téque emancipatum probatum fuerit, ab inteſtato ad ſuc-*
*ceſſionem paternam venientem, ad collationem forma perpetui edi-*
*cti certo iure prouocat.* Hactenus Imperator. Illa enim verba,
*nec vllum teſtamentum relictum,* coniungenda videntur cum il-
lis verbis, *probatum fuerit.* Et ſenſus eſt, ſi à te probatum fue-
rit, nullum teſtamentum à patre tuo relictum. Ita perpende-
bat Romanus. Verùm multis modis reſpondent cæteri inter-
pretes, ſicuti varias interpretationes commemorat Riminal-
dus Iunior in d. l. ſi emancipati num. 37. Placet mihi (vt libe-
rè & paucis dicam quod ſentio) illa interpretatio Curt. Iun.
in d. l. ſi emãcipati, quam probauit Didacus præcitato in lo-
co: nempè prædicta quidem verba coniungi, ſed ſenſum hũc
eſſe ſi probatum non fuerit, vllum, ideſt, aliquod teſtamen-
tum factum: atque ita illa dictio, vllum, non coniungitur
cum antecedenti dictione, nec, ſed ſtat per ſe, atque ita affir-
matiuè. Id quod placuit & Cagnolo in d. l. ſi emancipati. Et
ſimilia



ſimilia ſunt in inſtit. per quas perſo. nob. acq. in princ. ibi, *vlla*
*diſtinctione,* ideſt, aliqua, & in c. 2. de præben. ibi, *vllo epiſcopo,*
id eſt, alicui epiſcopo. & in l. 1. C. de reuocan. dona. & alibi
ſæpè. Nec obſtat, quod ait Riminaldus Iunior in d. l. ſi
4 emancipati. num. trigeſimoquarto, ex † Grammaticorum
ſententia dictionem, vllum, nunquam affirmatiuè poni.
Non enim dicimus, vllus homo currit: ſicuti dicimus, ali-
quis homo currit. Nam reſpondetur hic ſtare ſubiunctiuè,
cùm dixit, ſi (ita enim illa dictio ſi, eſt repetenda ad ſub-
ſequentia) nec vllum teſtamentum probatum fuerit. Et
apud bonos auctores ita ſæpe dictio vllus ſubiunctiuè po-
nitur, vt apud Terent. in Andria, ſi vllo modo eſt, vt poſſit,
quod ſpero fore, & Cicero act. 6. in Verrem.

*Nullum inquam horum reliquit, neque aliud vllum tamen, præ-*
*ter vnum peruetus ligneum, bonam fortunam, vt opinor.* & ex-
plicat Laurentius Valla, in lib. 3. elegant. cap. 63.

5 Secundò moti ij ſunt ea ratione, quod ille, qui † deducit
negatiuam, probare eam debet. l. pen. §. docere. ff. ne quis
eum, qui in ius voca. eſt vi eximat. in l. in illa. ff. de verbo-
rum obligatione, & l. 2. C. de iure emph. & his in locis ſcri-
bunt Doct. & fuſius comprobant Ripa in c. cum eccleſia
Sutrina. nu. 75. de cauſa poſſeſſ. & propr. & Hercul. in tract.
Quis teneatur probare nega. num. 2. Hic ergo qui negat ali-
quem confeciſſe teſtamentum, eam negatiuam debet pro-
bare. Huic argumẽtationi altero de duobus modis reſpon-
dent interpretes, qui communem opinionem ſecuti ſunt.
6 Et primò, quod quando † præſumptio eſt pro negante, is
non tenetur probare negatiuam à ſe deductam. In Bart. in
d. l. in illa. colum. vlt. de verborũ oblig. Socin. Sen. in cõſil.
66. colum. 5. libr. 1. & Marſil. in ſing. 451. & Herculanus vbi
ſupra, nume. 4. Cum ergo noſtro in caſu præſumptio ſit (vt
diximus) pro negante conditum eſſe teſtamentum, non is,
ſed eius aduerſarius probare debet. Hanc reſponſionem in
ſpecie attulit Riminaldus Iunior in d. l. ſi emancipati. num.
47. Verùm apud me dubitatione non caret: Cum pro con-
ſtanti præſupponat quod diſputatur, nempè, præſumptio-
nem eſſe aliquem deceſſiſſe non confecto teſtamento. Re-
ſpondent itaque ſecundo præcitati Doctores, quod tunc
demum deducens negatiuam, eam probare debet, quando
7 † negatiua eſt probabilis ſaltem præſumptiuè à commu-
niter contingentibus. Ita loquitur Bart. in d. l. in illa. vt eſt,
ſi dicerem, Regem Francorum in Italiam non veniſſe. Vel
Titium nihil in bonis habere. Hæc ſanè negatiua proba-
bilis eſt, cum eius contrarium veriſimiliter ſciri poſſit à
multis ſaltem præſumptiuè: ſed quando negatiua eſt eiuſ-
modi, vt eius contrarium veriſimiliter eſſe non poſſit co-
gnitum pluribus, ita quod ex diligenti inquiſitione veriſi-
militer haberi non poteſt veritas, ſicuti quando actus eſt
momentaneus, qui palam non conficitur, vt contractus,
teſtamentum & his ſimilia. Hoc in caſu allegans negati-
uam non tenetur eam probare. Ita diſtinguit, & declarat
Claudius Aqueus in d. l. in illa, col. vlt. quem ſecuti ſunt
Cagnolus & Riminal. Iun. in d. l. ſi emancipati: iſte nu. 49.
ille num. 70. & Crauetta in conſ. 1. num. 10.

Extenditur recepta hæc opinio, vt locum habeat etiam,
quando paſſim conſueuiſſent homines conficere teſtamẽ-
tum. Nam adhuc nõ præſumitur quod eodem in loco mo-
riens confecerit teſtamentum. Ita Curtius Iunior in d. l. ſi
emancipati. num. 12. C. de collat. & ibidem Sapia. num. 14.
Riminal. Iunior, num. 61. Habet enim & hoc in caſu locum
ratio ſuprà allegata, nempè, quod ea, quæ facti ſunt, non
præſumantur. Nec repugnant quæ pro contraria opinione
adferuntur à Cagnolo in d. l. ſi emancipati. num. 64. & Bo-
logne. nume. 7. in fi. nempè traditio Baldi in rub. C. de fide
8 inſtr. colum. tertia. Cùm dixit, præſumi notarium, eſſe † ro-
gatum de inſtrumento, ex quo non conſueuit notarius
conſcribere inſtrumentum, niſi de eo rogatus ſit. Nam in-
quam repugnat hæc doctrina, ſi quidem loquitur Baldus,
quando conſtat de facto principali, hoc eſt, de ipſa ſcriptu-
ra, & ſolùm dubitatur de accidenti, nempè de rogitu: Qui
quidem præſumitur, ex quo notarius conſueuit eſſe roga-
tus vt notarius, non vt amicus, ob qualitatem perſonæ.
Qua de re ſcripſi ſuprà lib. 2. præſumpt. vbi fuſius traditio-
nem hanc explanaui.

Declaratur vt locum non habeat hæc præſumptio quã-
do iam conſtaret conditum fuiſſe teſtamentum, & quis aſ-
ſereret teſtatorem illud reuocaſſet, atque ita inteſtatum
deceſſiſſe. Nam tunc non præſumitur, quod is deceſſerit in-
teſtatus. Ita in ſpecie declarat Bologne. in d. l. ſi emancipa-
9 ti. num. 7. in fine. C. de colla. Ea eſt ratio, quia † non præſu-
mitur mutatio voluntatis, ſicque teſtamenti reuocatio. l.
cum teſtamentum. ff. de proba. & dicemus infra ſuo loco.

## PRÆSVMPT. II.

# Teſtamentum in ſcriptis, vel nũcupatiuum condere an & quando quis voluiſſe præſumatur, diligẽs & accurata explanatio.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum aliud in ſcriptis, aliud nuncupatiuum, vtriuſque autem diuerſa eſt forma.*
2 *Teſtamenti nuncupatiui forma.*
3 *Teſtamenti in ſcriptis forma.*
4 *Teſtatorem voluiſſe diſponere nuncupatiuè, vel in ſcriptis quo-modo perpendi poſſit.*
5 *Diſponentis animus ex facto ipſo declaratur.*
6 *Teſtamentum in ſcriptis ſi caret aliqua ſolennitate, puta vnius teſtis ſubſcriptione, vel ſigillo, an corruat, an verò valeat, vt nuncupatiuum. num. 7.*
8 *Teſtator eligens teſtari in ſcriptis nõ cenſetur renuntiare formæ teſtandi nuncupatiuè.*
*Teſtamentum ergo eius in ſcriptis in aliquo deficiens valebit vt nuncupatiuum.*
*Extende vt num. 9. 10. 11. & 24.*
*Declara, vt num. 12. & 25.*
13 *Teſtatum vel inteſtatum aliquem voluiſſe decedere, colligitur ex proœmio ſcripturæ.*
14 *Teſtamentum in ſcriptis an & quando poſſit valere vt nuncu-patiuum.*
*Et an & quando corruat in totum, num. 15.*
16 *Teſtator ſi adhibuit ſolennitatem ſufficientem teſtamento nun-cupatiuo, non tamen ſufficientẽ teſtamento in ſcriptis, vel econ-tra, quo caſu ſuſtineatur teſtamentum.*
17 *Interpretatur ſemper teſtatorem velle ſuam diſpoſitionem vale-re omni meliori modo, &c.*
18 *Teſtatoris voluntas interpretatur ita, vt comprahendat caſum, de quo ſi fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet ſe ita diſponere velle.*
19 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
20 *In pendentibus à voluntate vnius ſi non valet quod ago vt ago, nec valebit vt valere poteſt. Et quando hoc procedat.*
21 *Hæredis inſtitutionem faciens cenſetur teſtari voluiſſe, non au-tem codicillari.*
22 *Ars imitatur naturam.*
23 *Clauſula in teſtamento, quod valeat quocunque modo valere poteſt, quid operetur.*

1 TESTANDI duplicem † formam eſſe ſuprà
in præludijs admonuimus. Vnam in ſcriptis:
alteram verò per nuncupationem. Diuerſa
autem eſt vnius ab alterius forma. Qui enim
nuncupatiuè teſtari vult † obſeruare ſolum
2 habet, vt coram ſeptem teſtibus, ad hoc conuocatis, ex-
primat nomen eius, quem hæredem ſibi eſſe cupit. §. vlt. in
inſtit. de teſta. & l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem.
3 C de teſta. Qui verò † teſtari in ſcriptis exoptat is obſer-
uare multa tenetur. Nam teſtator ſua ipſa manu ſcribere
debet nomen eius, quem hæredem facit: adhibere de-
bet ſeptem teſtes, qui illi ſuæ ſcripturæ ſubſcribant, & ſi-
gillum appingant. Et ſolennem hanc formam teſtandi in
ſcriptis explicant omnes in inſtit. de teſtam. in princ. & ex
recentioribus omnium meliùs Rolan. à Valle in conſi. 36.
lib. 1. qui formam, ordinem ac modum teſtandi ſecreto, &
in ſcriptis declarat.
4 Cæterùm ſolet † dubitari, vndè colligi poſſit, teſtato-

rem voluiſſe teſtari nuncupatiuè, vel in ſcriptis. Scripſit hac de re multa Eruditiſſ. Mantica. in lib.1. de coniecturis vltimarum voluntatum.tit.7.

Ego verò animaduerti vnam præcipuè à noſtris conſiderari coniecturam, qua teſtatorem in ſcriptis teſtari voluiſſe conijcitur, quando ſcilicet adhibita ſunt ſolennia illa, quæ ſolent adhiberi teſtamentis in ſcriptis, vt ſi adhibet ſubſcriptiones teſtium,& eorũ ſignacula. Ita omnium primus cenſuit Ioannes Blonoſcus, cuius meminit Cynus in l. hac conſultiſſima.§.per nũcupationem.C.de teſtam. Illum ſecuti ſunt Caſtren.& Corn.ibidem.& idem Caſtr.in l. hæredes palam, in princ.num.5.ff.de teſtam. Alexan. in conſil. 176.num.5.lib.5.& in conſ.105.num. quinto, libro ſeptimo, Ruinus in conſil.193.colum.penult. lib.2. & alios congerit Pariſius in conſ.19.col.1.lib.5. Et huius ſententiæ ea eſt ratio,

5 quod diſponentis animus ex facto ipſo declaratur. l. Paulus.ff.rem ratam habes dicemus infra libro ſexto, præſumpt. Natura autem facti hic conuenit teſtamento in ſcriptis: Cum in nuncupatiuo adhiberi non ſoleant hæ ſolénitates. Eſt ergo dicendum, teſtatorem hunc voluiſſe in ſcriptis teſtari. Et huc maximè pertinet tex.l.non codicillum. C. de teſtam. vbi ex natura facti eiuſq; ſubſtantia arguitur teſtatorem voluiſſe teſtamentum condere, non autem codicillos conficere. Et eo loci annotauit Alexan.num.1.præſumptionem ductam ab obſeruatione ſubſtantiæ anteferri præſumptioni, quæ ſumitur ab obſeruatione ſolennitatis: innuens manifeſté, obſeruationem ſolennitatis ſignificare quæ fuerit teſtatoris voluntas. Et qua de re dicemus in ſubſequenti præſumptione.

6 Hinc modo † inferebat Blonoſcus ille,& qui eum ſecuti ſunt, quod ſi pars aliqua ſolennitatis huius teſtamenti in ſcriptis deficit, puta vnius teſtis ſubſcriptio, vel ſigillum, non ſuſtinetur teſtamentum hoc ob defectum ſolénitatis, nec etiam valet vt teſtamentum nuncupatiuũ, ob defectum voluntatis.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Cynus & Fulgoſius in d.§.per nuncupationem. Socin. Sen. in conſ.142. col. tertia, verſ. & ad allegata. libro primo, ij ſanè ſcripſerunt, coniecturam hanc non eſſe ſatis ſolidam: Cum fieri poſſit, vt teſtator adhibeat etiam teſtamẽto nuncupatiuo ſubſcriptiones & ſigillationes teſtium, ex quo forma hæc non repugnat formæ teſtamenti nuncupatiui: ſed cum ea ſatis cõuenire illique adaptari poteſt. Ea propter vna electa altera remiſſa non præſumitur. Et hinc etiam inferunt præcitati interpretes aduerſus Blonoſcum, quod ſi aliqua ex dictis ſolennitatibus teſtamenti in ſcriptis deficit, valet tamen vt teſtamentum nuncupatiuum.

7 Duo ſunt, mea † quidem opinione hac de re conſideranda. Vnum, an teſtator iſte in ſcriptis teſtari voluerit. Alterũ, an ſi eo in teſtamento, quod in ſcriptis voluit conficere, aliqua deficit ſolennitas, valeat ſaltem vt teſtamentum nuncupatiuum. Quod attinet ad primum, ego Blonoſco ſubſcribo, quod ſcilicet in ſcriptis teſtari voluerit. Et ſi rectè perpendantur traditiones Cyni & aliorum, qui alioqui à Blonoſco diſſentiunt, hac in parte ab eo non recedunt: Cum

8 † dixerint, electa hac forma teſtandi in ſcriptis, non cenſeri renuntiaſſe formæ teſtandi nuncupatiuè, ſenſerunt itaque principaliter prioreq; loco, teſtatorem hunc præſumi elegiſſe teſtari in ſcriptis: & ſi aliqua eius ſolénitas deficit, teſtari voluiſſe nũcupatiuè. Et veram profectò exiſtimo Blonoſchi ſententiam: quando quidem principaliter & propriè ſubſcriptiones,& ſigillationes teſtium, & cætera ſolennia teſtamenti in ſcriptis illi teſtamento conueniunt: teſtamento verò nuncupatiuo per accidens adaptantur. Et propterea veriſimile magis eſt, ac etiam magis iuri conſentaneũ, quod obſeruans illa ſolennia voluerit teſtari in ſcriptis.

9 Extenditur † primò hæc coniectura, vt procedat etiam, quando teſtator dixit, quod in quadam ſcriptura continebatur teſtamentum confectum coram ſeptem teſtibus, qui ſe ſubſcripſerunt & ſigillarunt: vno excepto, qui ſe non ſuſcripſit, nec ſigillauit. Ex his enim verbis ducitur coniectura, hunc teſtatorem voluiſſe in ſcriptis teſtari: Et propterea ob defectum formæ, cum ſcilicet vnus teſtium non ſubſcripſerit, nec ſigillauerit, teſtamentum non valet, vt in ſcriptis. Ita cenſuit egregiè Paulus Caſtren. in l. hac conſultiſſima.§.per nuncupationem. numero tertio. C. de teſta. & in l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond. & demonſt. & ſi enim ex illa relatione ad ſcripturam videatur facta hæredis nuncupatio, atque ita videatur teſtamentum nuncupatiuum: attamen illa ſolennitas ita expreſſa ſigillationis,& ſubſcriptionis arguit (vt diximus ſupra) teſtatorem voluiſſe in ſcriptis teſtari. Nec hic obſtat traditio Bartol. in d.l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond.& demonſt. quem ibi ſecutus eſt Imola, ſi (aiunt iſti) teſtator coram teſtibus dixit, relinquo illis, quos iam nominaui in quadã ſchedula mea manu ſcripta, quam depoſui penes Guardianum (vt eorum verbis vtar) fratrum Minorum, ſi probabitur, ſchedulam illam fuiſſe ſcriptam manu propria ipſius teſtatoris, vel comparatione literarum, vel coniecturis, teſtamentum illud valebit vt nuncupatiuum, atque ita non dicitur voluiſſe teſtari in ſcriptis. Huic obiectioni ſatisfacit Socin. Sen. in dict. conſilio 142. numero octauo, lib.1. qui dixit, Bartholum non loqui quando teſtator ſimpliciter adhibuit teſtes, quibus non mandauit, vt ſe ſubſcriberent & ſigillarent, ſed potius teſtator ipſe dicitur elegiſſe teſtari nuncupatiuè, cum implicitè nuncupauerit nomen hæredis. Et illam Bart. traditionem probarunt in ſpecie noſtra Alex. in conſil. 176. numero ſexto, libro quinto. Ruin. in conſilio 193. numero 10. lib. ſecundo, in conſilio 10. num.7. in conſilio 11. num.7. libri 3. Rubeus in conſilio 14. num.7.& in conſilio 95. numero quinto, Pariſ. in conſil.3. num.15. in conſil.19. numero 26. & in conſil. 90. num.3. lib.3.& Socin. Iun. in conſ.189. num.7. & num.16. lib. ſecundi.

10 Extenditur † ſecundò hæc coniectura, vt procedat etiam quando teſtator ſua ipſa manu ſcripſit teſtamentum, & illud non legit coram notario & teſtibus qui ſe ſubſcripſerunt. Nã & tunc coniectura ducitur voluiſſe teſtari in ſcriptis. Ita reſpondit Ruin. in conſ.193. num.10. verſ. ſed in caſu noſtro. lib.2.

11 Extenditur † tertiò, vt procedat etiam quando teſtator obtulit chartam,& dixit teſtibus, quod illud erat ſuum teſtamentum. Nam & tunc præſumitur voluiſſe in ſcriptis teſtari. Ita reſpondit Ruin. in cõſil.193. numero decimo, verſ. vel ſecundum eum, lib. ſecundo. Idem ſentit Natta in auth. quod ſine, num.26. C. de teſtam.

12 Declaratur † hæc coniectura, vt locum non habeat, quãdo ex proœmio ipſius teſtamenti, colligitur, quod voluit teſtari nuncupatiuè, vt puta, ſi in ipſo proœmio dixit, volẽs teſtamentum nuncupatiuum condere. Nam ceſſat illa coniectura, quæ ſumitur ab obſeruatione ſolennitatis. Ita Ioan. Faber in d.l. hac conſultiſſima.§.per nuncupationem. C. de teſtam. Crottus in conſilio 121. numero 10. lib. primo. Alciatus in reſp.601. incipit, Luce ſpeciatij, numero primo. Et hos ſecutus eſt Ludouicus Lana in præcitato eleganti reſponſo, de teſtamentorum formulis, numero 40. Ita

13 † dicimus ex proœmio ſcripturæ colligi, an quis voluerit decedere teſtatus, vel inteſtatus. Ita Socin. Iun. in conſ. 111. num.6. lib.1.

Cæterùm ſcripſi in conſil.313. num.15. libro quarto, retuli Pariſium, qui reſpondit, non credit notario, quod teſtator protulerit illa verba. Et rurſus numer.17. adiunxi. Ioan. Fabri, Crotti & ſequacium traditionem procedere, niſi vrgens magis contraria coniectura repugnat.

14 Quò ad † ſecundam illam conſiderationem, an ſi teſtamentum hoc in ſcriptis quod facere voluit teſtator, poſſit valere vt teſtamentum nuncupatiuum. Hic conſiderandi atque diſtinguendi ſunt tres caſus, & ſi quatuor diſtinguat Fernandus Vaſquius in tract. de ſucceſſio. lib. 2.§.2. nu.14. & num.12.

Primus eſt caſus, quando teſtator adhibuit ſolennitates ſufficientes tam teſtamento nuncupatiuo quàm teſtamẽto in ſcriptis. Hoc in caſu ſuſtinetur teſtamentum ſecundum vtramque formam. Et dicitur quædam miſta ſpecies teſtamenti. Ita cenſuit Vaſquius ſic intelligens Iacobum de Rauenna, Cynum, Fulg.& Caſtren. in d.l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſta.& eundem Caſtren. in l. hæredes palam. in princ. numero quinto..ff.de teſtam. Ang. & Imol. in l. prima.§.ſin autem.ff.de hæred.inſtit. Alexand. in conſ.176.



conſil.176. num.5. libro quinto, Soc. Sen. in d. conſil.142. numero tertio, lib.2. Gozad. in conſil.3. num. 11. & Gregorium Lupum in interpretationibus legum Hiſpaniæ. Et communem eſſe ſentẽtiam aſſeruit ipſe Vaſquius, qui ſcripſit, quod vna forma alteram non conſumit, ſed ambæ ſimul concurrere & eſſe poſſunt, quod ait probari arg. l. re coniuncti. verſ. præfertur.ff.de leg. tertio. l. triplici. verſ. nec dubium. de verb. ſig. l. teſtamẽtum. C. de teſta.& in inſtit. ſi quadruples pauper. feciſſe dica.

15 Secundus eſt † caſus, quando teſtator non adhibuit ſolẽnitates & formam, quæ requiruntur in teſtamẽto in ſcriptis, nec in nuncupatiuo. Hoc caſu non ſuſtinetur, vt teſtamentum in ſcriptis, nec in nuncupatiuum. Ita Vaſquius præcitato in loco, qui eiuſdem ſententiæ commemorat in ſpecie Afflictum in deciſione 143. num.6.& ſubiungit, hoc eſſe ex mente omnium ſupra allegatorum. Et probari ait in l. ad teſtium. §. vlt.ff.de teſtam.& in l. hac conſultiſſima in princ. C. eod.& in l. non codicillum. C. de codicil. Ego exiſtimo rectius ea ratione fulciri, quod ſi deficit forma vnius & alterius teſtamenti, nõ poteſt expreſsè efficere teſtator, vt valeret vel vno, vel altero modo l. nemo poteſt,& ibi Doctor. de leg.1. Ergo multò minus tacitè ſicque per coniecturas poteſt.

16 Tertius eſt caſus, quando † teſtator adhibuit ſolennitatem ſufficientem teſtamento nuncupatiuo, non tamen ſufficientem teſtamento in ſcriptis: vel econtra. Hoc in caſu ſuſtinetur teſtamentum ſecundum formam illam, quæ obſeruata reperitur: etiam ſi teſtator ob adhibitam formam teſtamenti in ſcriptis, vel etiam ex expreſſione aliqua verborum vſus fuerit in ſcriptis teſtari. Ita Cynus, Corneus,& Iaſ. in d. §. per nuncupationem. Iaſon in d.l.1.§.ſi quis ita num.15. de verbor. oblig. qui communem eſſe dixit Socin. ſen. in d. conſ.142. col. 2. lib.1. Crottus in l.1. num.19.ff. de legat. 1. communem dixit Gozad. in conſ.3. num.11. Ruin. in conſil.1. num.21. lib.2. Boër. in q.240. num.5. Duran. Gualde. De arte teſtandi tit.2. cautel. 1. num.3. Brunus in Tract. de rebus dubiis, in princip. num.57. & Guielmus Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo. teſtamentum. il.1. num.9. de teſta. Et apertius Vaſquius in dict.§.2. numero 11. verſicul. aliquando & tertio. Gramma. deciſio. 62. num.25.

Quæ ſanè opinio ita multis fulciri poteſt argumentis. Et

17 primò, quia ſemper † ſumi ſolet illa interpretatio, quod teſtator voluerit ſuam ipſam diſpoſitionem valere omni meliori modo. l.3.ff. de teſtamen. milit. quam copioſè explicabimus infra lib.6. præſumpt.3. Etſi ergo forma hæc teſtamẽti in ſcriptis arguat ipſius teſtatoris voluntatem fuiſſe teſtari in ſcriptis, attamen, vt valeat diſpoſitio ſumitur coniectura, quod voluerit teſtamẽtum valere vt nuncupatiuum, cum valere non potuit vt in ſcriptis.

18 Prætereà & ſecundò accedit, quod voluntas † & diſpoſitio teſtatoris ita interpretatur, vt comprehẽdat caſum illum, de quo ſi fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet, ſe ita teſtari,& diſponere velle. l. tale pactum.§. vlt. vbi gloſſ. & Doctor.ff. de pactis, & dicemus infrà ſuis locis. At qui dubium non eſt, quin ſi teſtator iſte fuiſſet interrogatus, an vellet teſtamentum hoc valere ſaltem vt nuncupatiuum, reſpondiſſe, velle valere. Ergo dicendum eſt valere. Rurſus & tertiò, illa magna ſolennitas, quam obſeruare voluit teſtator, arguit teſtatorem voluiſſe ſuam ipſam diſpoſitionem omnino validam & munitam reddere, vt nullo caſu euerti poſſet: ſi ergo diceremus eam diſpoſitionem non ſuſtineri ſaltem vt teſtamen-

19 tum nuncupatiuum, inducta ad † augmentum operarentur diminutionem contra regulam. l. legata inutiliter. de leg.1.& l. legata.ff. de adim. lega. cum ſimil.

Non obſtant nunc argumenta eorum, qui cõtrariam opinionem probarunt, nempè Io. de Blonoſco, quem commemorat Cynus in d.§.per nuncupationem,& quem verè ſecutus eſt ibi Caſtren. in fine.& idem Caſtr. in l. hæredes palàm in princip. numer.5.ff.de teſtam. qui malè pro contraria opinione adducitur à Socino Sen. & Vaſquio. Hanc quoque opinionem probauit Alexand. in conſil. 176. num.8. lib. 5. & in conſil.105. numero 5. lib.7. qui huius opinionis citat,& malè Cynum in d.§.per nuncupationem. Ruin. conſil. 193. num. 10. lib.2. Crottus. l.1.§.ſi quis ita numero 34. de verb. oblig. ij ſanè ſcripſerunt, hoc teſtamentum, quod ex coniectura, apparet teſtatorem voluiſſe in ſcriptis conficere non valere, etiam vt teſtamentum nuncupatiuum. Primò ea ratione,

20 quia in his, quæ pendent † à voluntate vnius ſi non valet vt ago, non etiam valet, vt valere poteſt, ſicuti ſcribunt Bartol. & reliqui in l.1.§. ſi quis ita de verb. oblig. cum ergo teſtamẽtum ſit vnius diſpoſitio, ſi non valeat vt teſtamentum in ſcriptis, non etiam ſuſtineri poſſe videtur, vt nuncupatiuum. Verùm reſpondetur, traditionem illam procedere quando digreſſio fit, de vna ſpecie in alteram ſpeciem diuerſam ſicuti cùm digreditur de teſtamento ad codicillos: ſecus eſt, quando vna ſpecies tranſit in aliam non diuerſam, vt in teſtamento in ſcriptis ad teſtamentum nuncupatiuum, inter quæ nulla eſt differentia in ſubſtantia, nempè in hæredis inſtitutione. Ita poſt alios declarat Alciatus in l. 1. §. ſi quis ita. num.32. de verb. obligat.

Secũdò vrgere videtur tex. l. non codicillum. C. de teſtam.

21 quo dicimus, quod is, qui † hæredis inſtitutionem fecit, præſumitur voluiſſe teſtari, non autem codicillos conſcribere. Quod ſi ob aliquem defectum nõ ſubſiſtit teſtamẽtum, non etiam diſpoſitio illa ſuſtinebitur, vt codicilli. Idem ergo & in caſu noſtro videtur dicendum. Cæterum facilè reſponderi poteſt, diuerſam ad modum eſſe rationem caſus. d.l. non codicillum, à caſu noſtro. Nam in caſu, d.l. non codicillum ſubſtantia teſtamenti omninò repugnat ſubſtantiæ codicillorum. Cum in codicillis directè quis hæres inſtitui nõ poſſit, & tamen poteſt in teſtamento, ſicuti dicemus in ſubſequenti præſumptione. Ita ex teſtamento hæres totam ſubſtantiam teſtatoris capit atque conſequitur. Cum tamen totam non conſequatur ex codicillis.

22 Tertiò huic opinioni ſuffragari videbatur, quod ars † imitari ſolet naturam. l. adoptio.ff. de adoptio. cum ſimilibus. At qui natura non fert, vt vna ſpecies animalium in aliam trãsferatur, atque ita nouam naturam aſſumat. Ergo idem videtur dicendum in teſtamento in ſcriptis confecto, vt nõ poſſit aſſumere naturam teſtamẽti nuncupatiui. Verum reſpondetur, pares non eſſe terminos naturæ & artis in caſu noſtro. Nam cum per naturam aliquod animal eſt iam creatum & in eſſe productum, non poteſt in aliam ſpeciem tranſire: cum impoſſibilis ſit naturæ mutatio. Diuerſum eſt in caſu noſtro, cùm ſcilicet quis deſtinauit teſtari in ſcriptis, ſi illud nõ perfecit, ſed nuncupatiuum tantum fecit, non videtur illam ſpeciem teſtamenti in ſcriptis conuertiſſe in teſtamentum nuncupatiuum. Sed magis creditur, quod à priore volũtate nondum perfecta deſtiterit,& ad aliam ſe tranſtulerit. Ita explicat Vaſquius in d.§.2. num.3. verſ. neque ſimiliter.

23 Hæc autem ſententia † quam probauimus, multò magis procedit, quando in ipſo teſtamento fuit adiecta clauſula illa, quod valeat quocũque modo, vt melius de iure valere poteſt. Nam tunc ſine controuerſia teſtamentum ſaltem vt nuncupatiuum ſuſtinebitur. Ita cenſuerunt Bart. in l. vltim. C. de Codicill. Imola in l.1.§. ſin autem.ff. de hæred. inſtitut. Socin. Sen. in conſ.142. num.3. verſ. ſed tamẽ ex alio.& num.10. lib.1. Et idem reſpõderunt alij plures, quos commemorat & probat Ludo. Lana Brixienſis iuriſconſ. eruditiſſim. in reſponſo de teſtamentorum formulis, num.43. Et in conſilio Neapolitano ſic deciſum fuiſſe teſtatur Afflictus in deciſ.144. Eãdem opinionem probauit Gramm. in deciſ.62. num. 8. & num. 19.

24 Extenditur primò hic † caſus, vt procedat etiam quando errore notarij deficeret aliqua ſolennitas teſtamenti in ſcriptis. Nam adhuc ſuſtinetur, vt teſtamentum nuncupatiuum. Ita Socin. Sen. in d. conſ.142. num.3. lib.1.

25 Declaratur primò, † vt non habeat locum, quãdo adhibita fuit clauſula, quod non valeat, nec aliter nec alio modo. Nam tunc non etiam valebit vt teſtamentum nũcupatiuum. Ita declarant Socin. Sen. in d. conſ.142. nu.3. lib.1. & Gramm. in deciſ.62. num. 26.

## PRÆSVMPT. III.

### Teſtamentum condere, vel codicillos conficere an quis voluerit, dilucidè explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum valde differt à codicillo, & in quib.*
2 *Actus iudicatur ab effectu, non autem à nuda denominatione.*
3 *Præſumptio ducta à ſubſtantia rei præfertur præſumptioni ſumptæ à ſolennitate actus.*
4 *Clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, valeas iure codicillorum: arguet, teſtatorem voluiſſe teſtari.*
5 *Teſtator quomodo præſumatur voluiſſe codicillari, non autem teſtari, ſi teſtib. dixerit illud eſſe ſuum teſtamentum, vel Notarius ſcripſerit, hoc eſt teſtamentum, &c.*
6 *Codicilli latè, dicuntur teſtamentum.*
*Teſtamenti enim appellatione continetur quælibet vltima voluntas. num. 7.*
8 *Teſtari prohibitus, cenſetur etiam prohibitus codicillari.*

1 SOLENT morientes † altero de duobus modis de rebus ſuis diſponere, vel teſtamento vel Codicillis: inter quæ magnam eſſe differentiam nemo eſt qui ignoret. Dubitari autem ſæpe contingit, quibus coniecturis & præſumptionibus colligi poſſit aliquem teſtamentum & non codicillos condere voluiſſe. Hac de diſputatione ſcripſit multa Reuerendiſſimus Mantica in lib. 2. de coniecturis vltimarum voluntatum. tit. 3. Ego verè obſeruaui has multas coniecturas, quibus colligi ſolet morientis voluntas.

Prima eſt coniectura, quando inſtituit hæredes, vel filios nepoteſuè exhæredauit. Nam tunc præſumptio maxima ſumitur teſtamentum condere voluiſſe. Ita probat. l. non codicillum. C. de teſta. Quo loci Alexand. ſcripſit, hanc eſſe præſumptionem cæteris efficaciorem. Idem reſponderunt Corn. in conſil. 202. num. 6. libr. 4. Alciatus in reſp. 525. numer. 1. & Socin. Iun. in conſil 111. num. 6. libr. 1. & in conſil. 69. nu. 10. libr. 4. Gratus in conſil. 7. num. 26. lib. 2. vbi ſimile tradit.

Extenditur primò, vt locum habeat hęc coniectura etiam, quando teſtator, conuocatis ſeptem teſtibus, inſtitutiſque hæredibus & factis legatis, dixit teſtibus, eſtote teſtes his meis codicillis. Et volo meam hanc voluntatem valere iure codicillorum. Nam adhuc, ob illam hæredis inſtitutionem, teſtamentum conficere voluiſſe prȩſumitur. Ita Ioan. Andreæ in additio. ad Specul. in titul. de inſtrum. æditio. §. compendiosè in verbo, ad intellectum, poſt Dynum, quem commemorat. Alexandr. & Iaſon in d. l. non codicillum, num. 1. Socin. Iunior in conſilio 111. numer. 8. lib. 1. Alciatus in d. reſp. 525. num. 2. & 3. & ibidem num. 10. idem eſſe dixit, quando teſtator appellauit ſuã illam diſpoſitionem, capitulum. Gratus in conſ. 7. num. 26. lib. 2. alios nonnullos refert Ludouicus Molin. in lib. 2. de Hiſp. primogen. cap. 8. num. 29. Huius tra-
2 ditionis † ea eſt ratio, quia actus non iudicatur à nuda denominatione, ſed ab effectu. l. ſi vno. ff. loca. Decius in l. non vult hæres eſſe, num. 8. de reg. iur. & ſcribit Bart. in l. Cotem Ferro. §. qui maximos. ff. de publica. cuius doctrinam explicaui ſuperiore lib. præſumpt.

Et huc pertinet, quod ſcribunt Baldus & Salicetus in l. teſtamentum. C. de teſta. & refert Iaſon in dict. l. non codicillum numero 1. quod ſi teſtator coram ſeptem teſtibus dicat, eſtote teſtes huic meo contractui, nihilominus teſtari voluiſſe præſumitur. Idem ſcripſit Galliaula in l. 1. §. ſi quis ita, num. 13. de verb. oblig. Idem eſt, quando teſtator inſtituit hæredes, ſed notarius dicit, talis volens codicillos facere. Nam adhuc præſumitur voluiſſe teſtari. Et verba illa notarij enunciatiua non impediunt, quin ſit teſtamentum. Ita Baldus in l. Imperator la 1. col. 2. ff. de ſtatu hom. quem ſecuti ſunt Iaſon in dict. l. non codicillum. num. 1. Alexand. in conſ. 141. numer. 12 libr. 1. & in conſil. 18. lib. 6. Molina in d. cap. 8. nu. 35. Cæterum à prædicta opinione Ioan. Andreæ & ſequacium diſſentiunt Baldus in l. vlt. num. 7. C. famil. erciſc. Salicetus in l. filiis numero 5. C. eod. Caſtren. in l. vltim. numero 4. C. de cod. & Alexandr. in dicta l. non codicillum numero 2. Et hos ſecutus eſt Molina in dicto cap. 8. numer. 32. verſic. ſed vt vlterius, qui numer. 34. ſcripſit prædictam opinionem iure non probari.

Extenditur ſecundo, vt procedat etiam quando conuocatis ſolùm quinque teſtibus, hæredes inſtituit. Nam & ex illa quinque teſtium conuocatione argui poſſe videatur, teſtatorem hunc voluiſſe codicillari: attamen illa hæredis inſtitutę validiorem coniecturam facit, vt teſtari voluerit. Ita ex dict. l.
non codicillum. Scribunt ibi Alex. & cæteri. Et eo loci colli-
3 git Alexander † præſumptionem ductam à ſubſtantia rei anteferri præſumptioni ſumptæ à ſolennitate actus. Quam traditionem comprobauimus ſupra libr. 1. quæſt. 23. dum explicauimus, quæ præſumptio ſit altera validior. Et hanc ipſam extenſionem intelligimus procedere, tametſi hæc teſtatoris diſpoſitio omnino vitietur: cum ſcilicet non valeat iure teſtamenti, ob ſolennitatis defectum: nec iure codicillorum ob defectum voluntatis ipſius teſtatoris. Atque ita actus iſte teſtatoris, ob defectum formæ, cum non valeat eo modo quo agitur, nec etiam valet eo modo, quo valere poteſt. Sicuti annotarunt Alexand. & Iaſon. in d. l. non codicillum, & tradunt omnes in l. 1. §. ſi quis ita de verb. oblig. Mattheſ. notab. 140. & egregie Corn. in d. conſil. 202. num. 6. lib. 4. & ij declarant præcitatis in locis. l. Scæuola. ff. ad Trebell. de qua ſuo loco dicemus.

Extenditur tertiò vt procedat hæc præſumptio etiam quã-
do agitur de reuocando primo teſtamento. Ita Alciatus in d.
4 reſp. 525. numer. 3. verſ. primum eſt. Extenditur † quartò, vt procedat etiam quando adeſt clauſula, ſi non valebit iure teſtamenti valeat iure codicillorum. Nam hæc clauſula magis, arguit teſtatorem voluiſſe teſtari. Ita reſpondit Alciatus in d. reſp. 525. num. 4.

Extenditur quinto vt procedat etiam quando duobus vel tribus verbis tantum facta eſt hæredis inſtitutio: atque ita quando eſſet inſtitutio admodum ieiuna & arida. Ita reſpondit Alciatus in d. reſp. 525. num. 6.

Declaratur primo hæc coniectura, vt locum non habeat, quando teſtator, conuocatis ſeptem teſtibus, inſtituit hæredes illos, qui alioqui nõ erant ſucceſſuri ab inteſtato, & deinde dixit ſe velle ſuam hanc diſpoſitionem valere iure codicillorum tantùm. Nam tunc præſumitur voluiſſe condere codicillos & ſuam ipſam diſpoſitionem iure fideic. valere: vt ſcilicet venientes ab inteſtato eſſent directè hæredes, deinde grauati reſtituere in ea diſpoſitione vocatis. Ita declarat. Alex. in d. l. non codicillum in fine. C. de teſtam. dum conciliat opinionem Caſtren. cum illa Ioan. Andreæ. ſic & Corne. in l. teſtamentum num. 1. C. de teſta. Ruin. in conſil. 37. num. 8. lib. 1. & Alciatus in reſp. 525. colum. 1. verſic. tertiò ſuadent & verſic. quintò, quia & num. 5. dixit poſt Claudium Seyſellium communem ſententiam eſſe cum Alex.

Declaratur ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio, quando illi teſtamento, ſeu diſpoſitioni adiecta fuit clauſula codicillaris, nempè quod ſi non valebit iure teſtamenti valeat iure codicillorum. Nam tunc præſumitur teſtatorem voluiſſe codicillos conficere. Ita Corn. in conſ. 306. num. 2. lib. 3. Declaratur tertiò, vt non procedat quando appellaſſet ſuam illam diſpoſitionem codicillos: & in eis rem vnam ſolam reliquiſſet ei, qui ſe hæredem deinde dicit. Nam tunc non præſumitur velle teſtamentum condere, ſed codicillari: Ita colligo ex Pariſio in conſil. 51. num. 27. lib. 3. poſt Barb. in rub. extrà de teſta. colum. vlt.

5 Secunda eſt coniectura † diuerſa à præcedenti quando ſcilicet, teſtator conuocatis ſeptem teſtibus, dixit, eſtote teſtes huic meo teſtamento: & notarius ſcripſit in procœmio: hoc eſt teſtamentum Sempronij, &c. deinde ibi non continetur hæredis inſtitutio: ſed ſolùm aliqua legata, & fideicommiſſa. Hoc in caſu ab ipſo effectu ſumitur coniectura, teſtatorem voluiſſe codicillos conficere, non autem teſtamentum. Et nomen illud teſtamenti expreſſum pro codicillis ſumitur. Ita in ſpecie docuit Caſtren. in l. proximè. ff. de his, quæ in teſtam. delen. quem ſecuti ſunt Iaſon in dicta l. non codicillum verſicul. quid ſi aliquis Soc. Sen. in conſil. 142. numero. 6. lib. 1. Ripa. in l. 1. §. ſi quis ita numero 26. ff. de verbor. obligatio. Alciatus in dict. reſp. 525. numero 3. Afflictus in deciſio. 134. in fine.





Hoc enim in caſu (ait Caſtren. & cum eo cæteri) teſtamen-
6 tum ſumitur pro codicillis: cum † codicilli lata ſignificatione ſumpta teſtamentum dicantur, vt cenſuit gloſſ. in l. 1. ff. de teſta. quam annotauit ibi Baldus ad defenſionem notarij, qui ſcripſerat, quod talis ſanus mente ſuum condidit teſtamentum, in quo legauit, vel reliquit Titio decem: & nullum in eo hæredem inſtituit. Ait Baldus, ſumitur teſtamentum pro codicillis. Huc pertinet glo. in l. 2. in princ. & ibidem Bald. C. communia deleg. & gloſſ. in l. 2. ad finem. C. de conſtit. pecu.
7 quæ ſcripſerunt, teſtamenti † appellatione, contineri, quamlibet vltimam voluntatem: atque ita etiam codicillos. Hinc ſcripſit Salicetus in l. filij in primo notab. C. famil. erciſ. ſe de facto interrogatum reſpondiſſe, emphyteutam eccleſiæ, cui conceſſa fuit facultas relinquendi ſuo teſtamento cui vellet emphyteuſim ipſam, potuiſſe in codicillis relinquere. Cum codicilli (dicebat ille) largo ſumpto nomine teſtamentum dicantur. Huc etiam pertinet Afflictus in d. deciſ. 134. num. 4. cum decidit, illum, qui ſemel dixit ſibi deberi legata ex teſtamento, deinde aſſeruit ex codicillis, non allegare contraria cum largo ſumpto vocabulo codicilli dicantur teſtamentum. Hinc etiam Barba. in rubr. extrà de teſta. columna penultima in fine.

8 Scriptum reliquit, quod ſi † ſtatutum prohibet minorem teſtari: dicitur prohibuiſſe etiam codicillari: cum teſtamenti appellatione veniant codicilli.

## PRÆSVMPT. IIII.

### Teſtamentum an & quando iure communi, vel iure ſpeciali & priuilegiato confectum præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Miles poteſt teſtari quoquo modo vult, ſed ſecundum ius commune, vel ſecundum ius ſpeciale & priuilegiatum.*
2 *Ius Pontificium permittit Romæ, minorem poſſe teſtari ſecundum ius commune.*
3 *Teſtamentum Venetijs conditum cum duob. teſtib. valet.*
4 *Senis ſtatuto cautum eſt, tres teſtes etiam non rogatos ſufficere in teſtamentis.*
5 *Teſtari qui poteſt ſecundum ius commune & ſecundum ius ſpeciale, an & quando præſumatur teſtamentum condidiſſe vel vno vel altero modo.*
6 *Viam nemo præſumitur eligere, qua ſua diſpoſitio ſubuertatur.*
7 *Specialia plura ſimul concurrere non poſſunt.*
8 *Princeps cùm poſſit concedere ex iure communi & ex ſpeciali, præſumitur conceſſiſſe de iure communi.*
9 *Iudex, qui poteſt ferre ſentẽtiam tanquam delegatus & tanquam ordinarius, præſumitur in dubio eam tuliſſe tanquam ordinarius.*
10 *Ius commune eſt iure ſpeciali potentius & firmius.*
*Contra num. 11. cùm ius ſpeciale deroget iuri communi.*
12 *Statutum quantò magis eſt ſpeciale, tanto fortius & potentius eſt.*
13 *Ius ſpeciale difficilius tollitur quam ius commune.*
14 *Intellectus. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſta.*
15 *Ius ſpeciale dicitur ius extraordinarium, & non conſiderabile.*
16 *Iudex præſumitur datus vt cognoſcat ſecundum ius commune, non autem ſecundum ius extraordinarium.*
17 *Teſtamentum primum non rumpitur per ſecundum, in quo filius ſpurius fuit hæres inſtitutus.*
18 *Remedium extraordinarium concurrens cum ordinario an ſit conſiderabile.*
19 *Ius ſpeciale tanquam deuians à iure communi reſtringi debet.*
20 *Actus forma diligenter inſpecta facile ipſe actus agnoſcitur.*

CONTIGIT quandoque teſtari aliquis poſſe ſecundum ius ipſum commune & etiam ſecundum ius ſpeciale & priuilegiatum ſicuti miles,
1 qui vtroque † modo poteſt condere teſtamentum. l. 3. ff. de milita. teſta.
2 Ita & qui † teſtantur Romæ, vbi lege pontificia permiſſum eſt poſſe teſtari minori cum ſolennitate quàm concedat ius commune nempè duobus adhibitis teſtibus, & Parocho cap. cum eſſes de teſta. vel quando loco Parochi duo alij adhibentur teſtes: ſicuti ex ſententia Specul. & aliorum reſpondit Decius in conſil. 284. num. 6. verſic. ſed tamen prædictis non obſtantibus: & in conſi. 512. num. 1. & alios refert Didac. in d. cap. cum eſſes num. 3.

3 Sic & † Venetiis teſtari iure ipſo Veneto poteſt adhibitis tantum tribus, vel ſaltem duobus teſtibus. Sicuti extat lex ipſa Veneta in conſultis authenticis. c. 19.

4 Sic pariter † in ciuitate Senarum cautum eſt ſtatuto ſub Rub. de teſtamentis, tres teſtes etiam non rogatos ſufficere in teſtamentis, Quemadmodum refert Soc. Sen. in conſil. 83. col. 1. lib. 1. Ita & in Regnis Hiſpaniarum lege regia ſancitum eſt, teſtamentum coram tribus teſtibus & notario confici poſſe: vt ſcribit Didacus in d. cap. cum eſſes. num. 1.

5 Dubitari itaque † ſolet an & quando qui vtroque modo potuit teſtari, præſumatur teſtamentum ſuum condidiſſe, an ſcilicet ſecundum ipſum ius commune vel ſecundum ſpeciale & priuilegiatum. Hanc diſputationem pertractant interpretes in l. in teſtamento & in l. quanquam. C. de teſta. & copiosè Alciatus in Tract. de præſumptionibus, reg. 3. prȩſump. 36 dum propoſuit regulam magis generalem: nempe, an & quando actus præſumatur iure communi, vel ſpeciali confectus. Qua quidem de re dicemus etiam aliqua infra libr. 5. in præſumpt. 8. Hic ergo exiſtimo diſtinguendos eſſe aliquot caſus.

Primus eſt caſus, quando teſtamentum non poteſt valere atque ita ſuſtineri ſecundum ius commune. Nam tunc præſumitur iure ſpeciali & priuilegiato confectum: ſicuti ſi miles ante perfectum teſtamentum deceſſit: cum enim tunc valere non poſſit ſecundum ius commune, præſumitur, iure ſpeciali teſtari voluiſſe. l. 3. ff. de milit. teſta. & tradunt Alciatus in d. prȩſumpt. 36. nu. 6. verſic. 4. limitatur. Galliaula in l. centurio. num. 144. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

Paulus Leonius in tract. de ſubſtitutionibus, in tit. de compendioſa num. 228. & Sfortia addo in Tract. de compendioſa in quinta particula, in quinto præmiſſo, verſiculo primus eſt, &c.

6 Ea eſt ratio, quia (vt inquit ipſemet iuriſcon. in d. l. 3. ff. de milit. teſta.) nemo præſumitur † eligere viam, qua ſua diſpoſitio ſubuertatur: qua etiam de re dicemus infrà ſuo loco Hinc intelligimus eum, qui Romæ, vel Venetiis teſtatus eſt, adhibito minori numero quàm ſeptem teſtium, non iure communi, ſed illo ſpeciali teſtari voluiſſe, ne alioqui teſtamentum corruat.

Secundus eſt caſus, quando teſtamentum valere poteſt tam iure communi quàm ſpeciali: ſed tamen vtilius eſt ipſi teſtatori, vt iure ſpeciali valeat. Hoc etiam caſu præſumitur teſtatorem teſtari voluiſſe iure ſpeciali & priuilegiato. Ita ſcripſit Sfortia addo in dicto Tract. compendioſæ in quinta particula in quinto prȩmiſſo. col. 2. verſic. ſecundus caſus eſt qui probat eo text. d. l. 3. ff. de milit. teſta. & l. centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

Tertius eſt caſus, quando vtroque iure valere poteſt teſtamentum: ſed ſecundum vnum ius maior extat æquitas. Hoc caſu præſumitur, quod teſtari voluerit ſecundum ipſam maiorem æquitatem. Ita Baldus in l. precibus, num. 26. C. de impub. & aliis ſubſt. cùm dixit, militem compẽdiosè ſubſtituentem filio ſuo impuberi præſumi ſubſtituiſſe ſecundũ ius commune: quia præſumptio hæc æquior, & humanior eſt, ne mater excludatur, & Baldum ſecutus eſt Alciatus in d. reg. 3. prȩſumpt. 36. numer. 11. qui numero 4. dixit, præſumi actum & diſpoſitionem magis fauorabilem. Quod etiam attingemus infrà.

Quartus eſt caſus, quando teſtamentum & diſpoſitio valere poteſt tam de iure communi, quàm ſpeciali, & nulla extat differentia, vel maioris vtilitatis, vel æquitatis, quod vno vel altero modò valeat: ſed tamen ex verbis colligitur, quo iure teſtari atque diſponere voluerit. Hoc in caſu præſumitur diſpoſuiſſe, vel iure ſpeciali vel communi: vt magis ſignificant ipſa verba. Ita poſt Cynum in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Alexandr. in l. Centurio. numero 25. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Decius in l. in teſtamento numero 13.

C.de teſt.mil. Alciatus in d.reg.3.præſumpt.36.num.4.verſ. ſecundo limitatur.Leonius in d.tit.de compendioſa ſubſtit. nu.227.& Sfortia addo in dicto tract.Compendioſæ, in quinta particula in quinto præmiſſo. col.2. verſ. ſecundus caſus eſt: ij ſanè ſcripſerunt, militem teſtari voluiſſe iure militari, quado vſus fuit verbis directis, quæ ſermonis proprietate priuilegium ſignificant, atque ita interpretati ſunt. l. miles vnum ex fundo.& l.quærebatur.ff.de teſta.milit.& l.1. & l.2. C.eod.

Quintus eſt caſus, quando eſt verbis colligi non poteſt, quo iure teſtator vti voluerit: ſed tamen ſi iure ſpeciali vſum fuiſſe diceremus, plura ſpecialia cócurrerent. Hoc ſanè in caſu non præſumitur iure ſpeciali teſtari, & diſponere voluiſſe. Ita ſenſui Sfortia addo in d.quinto præmiſſo.col.3.verſ.aut ex verbis non poteſt colligi, qui ſic intepretatus eſt. l. in teſtamento.C.de teſt.milit.

7 Et accedit ratio, quia † plura ſpecialia ſimul concurrere non poſſunt.l.1.C.de dotis promiſſ. Bart. in l.ſi is, qui pro emptore, in fi. ff. de vſucap.

Sextus eſt caſus, quando pares omnino ſunt termini, & actus poteſt vtroque iure ſimul valere & ſubſiſtere. Hoc caſu præſumitur, quod is, qui teſtatus eſt, & diſpoſuit vſus fuerit vtroque iure. Ita caſum hunc affirmauit Paulus Leonius in d. tract.de ſubſtitu.in titu. de compendioſa.numero 230.qui ſic intellexit.l. ſi miles qui deſtinauerat. ff. de teſta milit. & d.l. Centurio.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.

Septimus & vltimus eſt caſus, quando omnino pares ſunt termini, & differentia aliqua non extat, quod teſtamentum & diſpoſitio potius valeat iure communi quàm ſpeciali. Hoc in caſu recepta eſt opinio Doctorum, quo præſumatur teſtamentum confectum ſecundum ius commune, non autem ſecundum ius ſpeciale. Ita Caſtren. & Alexand. in dicta l. Centurio.ff.de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.& ibidem Galliaula.num.132.quos commemorat ibidem Ripa. num. 23. & num.24.hanc ſententiam verè probauit. Idem ſcripſerunt Iaſ. in l. quamquam nu.1.C.de teſta milit.& ibidem Decius.nu. 18. Alciat.in tract. de præſumpt.reg.3.præſumpt.36.nu.1.& apertius Paulus Leonius in tract. de ſubſt. in tit.de compendioſa.num.231.& Sfortia addo in d.tract.de compendioſa. in 5.particula, in quinto præmiſſo. col.3. verſ.aut ſimpliciter vnico. Et ij quidem in hanc ſententiam citant tex.in d.l.quamquam. & l.in teſtamento.la prima, C.de teſta.mil.l.Centurio. de vulg.& l.ſi certarum.ff.de teſta.milit.quibus probatur, militem, qui potuit iure ſpeciali militum teſtari, vt etiam iure communi, præſumitur iure communi condidiſſe teſtamen-
8 tum. Eſt ſimile quod dicimus, † Principem, qui poteſt concedere ex iure communi, & ſpeciali, præſumi conceſſiſſe de iure communi, atque ita reſcripſiſſe, ſeccundum iuris communis diſpoſitionẽ, ſicuti multis affirmarunt. Iaſ.in d.l.quamquàm. num. 2.C. de teſta. milit. & Galliaula in l. Centurio. nume.133.ff.de vulg.& nos ſcripſimus ſupra lib.2.præſumpt.
9 47. Sic etiam iudex, qui potuit † ferre ſententiam tanquam ordinarius, & tanquam delegatus, præſumitur in dubio eam tuliſſe tanquam ordinarius. Ita cenſuit Rom. in d.l. quamquàm C. de teſta. milit. & ibidem Corn. & Galliaula in d. l. Centurio.nu. 135. qui idem eſſe ſcripſerunt, quando à ſententia ex iuriſdictione delegata appellari non poſſet. Et his accedit Vantius in tract. de nullitate in titu. de nullitate ex defectu iuriſd.ordinariæ.numero 27. de præſumpt. quæ circa factum iudicis verſatur. Huius autem præſumptionis, quod ſcilicet teſtamentum & diſpoſitio præſumatur ſecundum ius
10 commune, plures adferri ſolent rationes. Eſt prima, quia ius † commune eſt iure ipſo ſpeciali potentius & firmius .l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de milit.teſta. Et hanc traditionem multis ſimilibus comprobant Ripa in d. l. Centurio. nu. 25. verſ. pro iſto tamen.de vulg. Afflictus deciſ. 257. numero 12. & Tiraquel. in tract.quod ceſſante cauſa ceſſat effectus.limit.
11 11. in fi. Hanc rationem † reijcit Alciatus in tract.de præſumptionibus.reg.3.præſump.36.ob id, quia imò ipſum ius ſpeciale eſt potentius, & firmius ipſo iure communi. Cum ipſi iuri communi deroget ius ſpeciale.l.ſeruis vrbanis.§.vlt.de leg. 3.& l.in toto.ff. de regul.iuris. Ita dicimus, ſtatutum quanto
12 magis † eſt ſpeciale, tanto fortius & potentius eſſe ſicuti ſcripſerunt Aret. in conſilio. 84.Alexand. in l. Gallus. §. ille caſus. numero 10.ff.de liberis & poſth. Corne.in conſil. 66. lib.1. Dec.in dicta l.in toto numero tertio de regulis iuris.& ibidem Cagnolus numero quarto & alios commemoraui in
13 conſil.36.numero 9.lib.1. Et accedit † quod ius ipſum ſpeciale difficilius tollitur quam ius commune, vt multis probat Zuchardus in rubrica.ff.ſi certum petatur. numero 25.
14 Nec † repugnat tex.dicta l.eius militis.§. militia miſſus.ff.de mili.teſta. quia reſpondet Alciatus præcitato in loco, ibi difficilius annullari teſtamentum nõ ſimpliciter, quòd iure communi conditum ſit, ſed quia maiori cum ſolennitate erat confectum. Et æquum eſt, vt ea, quæ difficilius in eſſe producuntur, etiam difficilius tollantur.l.ab emptione.ff.de pact.& l. nolumus. C.de teſtam. Vel & ſecundo reſpondetur dicto §. militia. loqui eo in caſu, in quo ita ab initio fuit qualitas illa à lege, vt eo modo poſſet teſtamentum illud.

15 Secunda adfertur † ratio, quia ius ſpeciale ſicque priuilegium eſt ius quoddam extraordinarium, quod conſiderabile non eſt. l. 4. §. 1. ff. de fideicom.liber Hinc Spec. in tit. de quæſt.§.1.& Abbas in cap.examinata.de iudicijs ſcripſerunt,
16 iudicem præſumi † datum, vt cognoſcat & iudicet ſecundum ius commune, non autem ſecundum ius extraordinarium inquirendo. Et hanc traditionem probauit & Decius in l. in teſtamento.in vlt.notab. C.de teſta. militis. Hinc docuit Bart. in l.1.in fine.ff. de iniuſto rupto & irrito teſta. teſtamentum primum non rumpi per † ſecundum, in quo filius ſpurius fuit
17 hæres inſtitutus, & ſi fieri poſſit, quod ſpurius ille legitimetur: cum illud legitimationis remedium ſit extraordinarium, ſicque non conſiderabile. Et Bartholum ſecutus eſt Benedictus de Plumbino in dicta l.4.§. primo in fi.ff.de fideicom. libert. Hinc etiam reſpondit Pariſius in conſil.30.numero 40. lib. 4.reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam tanquam remedium extraordinarium non eſſe conſiderabile. l. 4.§.ſecundo. ff. de fideicom.liber. quam ſententiam & alijs multis comprobauit. Tiraquel.in tracta.de retractu conſang. §.32.glo.1.num 58.& num.64.

Cæterùm rationem hanc reiicit idem Alciatus in dicta præſumpt.36. numero ſecundo. verſ.ſed etiam, cum † & reme-
18 dium extraordinarium concurrens cum ordinario ſit conſiderabile, vt ſcripſerunt Bart. in l.in prouinciali. §. primo numero ſecundo, & ibidem Iaſo. numero tertio de operis noui nunt. Nec obſtat dicta l.4.§.primo de fideicom.liber.quia illa procedit, ne diſpoſitio ſui natura certa ſtet in ſuſpenſo: aliàs remedium ipſum extraordinarium eſt cõſiderabile.l.non quocunque.§.primo de leg.1. Ita reſpondet Alciatus præcitato in loco, poſt Barb.in c. Raynutius, in primo effectu vulgaris ſubſtitutionis.de teſtam.

Tertia & melior veriorque ratio adfertur ab eodem Alciato in dicta præſumpt. 36. quia ius † ſpeciale ſeu priuilegium
19 tanquam deuians à iure communi, & vt quid odioſum reſtringi debet.l.ſi quando in prin.C de inoffi. teſta.& ſcripſit Bart. in l.2.numero.1.ff.de conſtit.princip. Quo circa, ſi eſſemus (inquit Alciatus) in iure ſpeciali fauorabili eſſet potius ſumenda contraria præſumptio tanquam benignior. argum.l. priuilegia.ff. de priuileg. cred. Huc facit quod docuit Alexand. in l. Gallus. §. vlt. numero 10.verſ.item ſtatutum pupillorum. de libe. & poſthum. Cùm ſcripſit, ſtatutum pupillorum priuilegiatum & fauorabile anteferri iuri communi. Et accedit, quod gratia ſicque conceſſio fauorabilis eſt potentior ipſo iure communi.cap.ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in 6.vbi Ioan. Andreæ annotauit. Et idem docuit Ripa in l. Centurio.numero 26.in fi.de vulg. & pupil. ſubſt. Confirmatur hæc ratio ſecundum Alciatum, quia præſumitur, quemlibet vſum fuiſſe via vtiliori & fauorabiliori.l.3.ff. de milit.teſtam. & diximus ſuperiore præſumptione.

Declaratur hic caſus, vt non procedat, quando aliquæ extant contrariæ coniecturæ. Ita declarat Alciatus in dicta reg. ſump.36.in fi.

Prima eſt quando ſcilicet actus geſtus ſicque teſtamentum haberet formam iuris ſpecialis, non autem iuris communis. Nam ad † cognoſcendum actum forma ipſius actus inſpi-
20 ci & conſiderari debet. Ita Aret.in l.1.§.ſi quis ita. nume.18. de verbo.oblig.& confert.l.ſi vno. ff. locati. & l.ſi inſulam de præſcrip.verb.

Secunda eſt coniectura, quando præcedens tractatus demonſtraret



monſtraret actum atque ita teſtamentum iure ſpeciali debuiſſe confici, arg.l.ita ſtipulatus.la granda.in princ.de verbor.oblig.

Tertia eſt coniectura, ſecundum Alciatum præcitato in loco, quando quis haberet aliquod priuilegium odioſum, & ſimpliciter renunciaret iuri ſuo. Nam & tunc intelligitur renuntiaſſe & illi iuri ſpeciali.l. ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff. ſi quis cautio. vbi Bald. & idem in l. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.

Quarta eſt coniectura, quando actus aliquis committtitur perſonæ priuilegiatæ. Nam tunc qualitas ſecũdum quam agit eſt attendenda. Ita Alciatus in d. præſumpt.36. num.5. verſ.tertio limitatur.l. non idcirco.C.de iuris & facti igno. & l.ſi proponas.§.1.vbi Ang.ff. de inoff.teſta.atque ita intelligit Alciatus procedere text.l. ex militari.ff. de milit teſtamen. & l. ſi quis filio.§. irritum.ff. de iniuſto rupto & irrito teſtam.

## PRÆSVMPT. V.

### Teſtamentum quando perfectum & abſolutum præſumatur egregia declaratione tractatur.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti perfectio præcipua à voluntate teſtantis dependet.*
2 *Teſtatoris voluntas quando præſumatur perfecta.*
3 *Baldi verba interpretantur in l.fideicommiſſa.§.1.de leg.3.*
4 *Teſtamentum multis modis, & in multis caſibus poteſt probari imperfectum, & enumerantur caſus in nu.ſeq.*
5 *Teſtamentum dicitur eſſe quid indiuiduum, & capit vires ab vltimo puncto.*
6 *Conditionis omiſſio an arguat imperfectionem teſtamenti quoad inſtitutionem & ſubſtitutionem.*
7 *Teſtamenti publicatio an ſit neceſſaria ad perfectionem ipſius.*

1 INTER teſtamenti † perfectiones illa eſt omnium prima & præcipua, quæ ex teſtantis voluntate pendet: Cum ſcilicet perfectè apparet
2 illum ita voluiſſe. Eſt autem hac † de re frequens quæſtio, quando ſcilicet præſumatur perfecta hæc voluntas. In dubio ſumitur præſumptio, voluntatem hanc vltimam, ſicq; teſtamentum fuiſſe perfectum. Ita probat text.in l.ſi is, qui.ff.de teſta.ibi, ſi conſtaret voluiſſe plures eum hæredes pronuntiare. Et ibi in ſpecie annotarunt Bald. & Imo. Idem ſcripſerunt Ang. Aret.in §.ex eo, in fine, in inſtit.quibus modis teſtam.infirm. Fulg. in conſil. 117.Ioannes.col.pen.verſ.Cæterùm, ſi non probatur. Alex. in conſil.74.num.3.lib.1. Ruyn.in conſil.204. num.1.in fin. lib.2.& Iaſ.in conſ.8.col.1.verſ.ſecundò facit.lib.3.& idem in l.pen.nu.1.C. de inſti. & ſubſt. Cum itaque nullum adeſt vitium ſignificans imperfectionem voluntatis, teſtamentum perfectum præſumitur. Nec repugnat authoritas Baldi in l. quæſtionem.num.19.verſ.Si autem non conſtat.C.de fideicom. dum ſcriptum reliquit in hæc verba. *Si autem non conſtat, quod teſtator perfecerit teſtamentum talis ſcriptura non valet.* ex l.fideicommiſſa.§.1.de legat.3. Innuit ergo Baldus, conſtare debere, teſtatorem perfeciſſe teſtamentum, atque ita præſumptionem eſſe, quod non perfecerit. Et Bald. ſecuti ſunt Alex.in conſ.76. lib.3.& Gramma.in deciſ.62.nu.10.
3 Nam reſpondetur, Baldi † verba ita eſſe legenda. Si autem conſtat, quod teſtator non perfecerit. Hanc interpretationem probat.d.l. fideicommiſſa.§.1. de leg.3. allegata Bald. non ſolum ſibi ipſi parum conſtans eſſet, ſed etiam aduerſus. d.l.ſi is, qui.ff.de teſtam.ſcripſiſſet. Hæc ipſa iuris præſumptio magis, & magis coadiuuatur, quando notarius, qui teſtamentum ipſum conſcripſit, adieciſſet clauſulam illam, actum, &c. Nam clauſula illa ſignificat, teſtatorem habuiſſe teſtamentum pro perfecto, & abſoluto. Ita in ſpecie ſenſit Bart.in l.ſi is, qui.num.3.ff. de teſta.& ibidem apertius Caſtren.num.3.Bald.in auth. quod ſine.num.1.verſ. quidquid. C.de teſta. Caſtren.in conſil.306. Ad primum quæſitum, lib. 1.Lud.Bologn.in conſil.53. col.1.verſ. ſecundo præſuppono. Iaſon in conſilio 8.colum.1.verſicul. confirmatur, quia. libr.3. & Ruyn. in conſilio 159. numero 11. & numero 13. libr.4.

4 Verùm † multi ſunt modi & caſus, quibus probari atque demonſtrari poteſt, teſtamentum eſſe imperfectum, reſpectu voluntatis ipſius teſtatoris.

Primus eſt modus, quando teſtator ſcripſit hæredis inſtitutionem, & dum vellet ſubſtitutionem facere obmutuit: Nam tunc teſtamentum cenſetur reſpectu voluntatis imperfectum.d.l.ſi is, qui.ff.de teſtam. Et propterea infertur, nil illud valere etiam quò ad ea, quæ iam ſcripta, & perfectè relicta fuerunt. Cuius illationis ea eſt ratio, quia teſtamentum
5 dicitur † eſſe quid indiuiduum.l.furioſum.C. qui teſtam. facere poſſ. Hinc dicimus, quod teſtamentum capit vires ab vltimo puncto, ſicuti ſcripſerunt Bald.& Imo.in d.l.ſi is, qui. Soc.Sen.in conſ.92.num.3.lib.3.& idem in rub.ff. de leg.1. num.1. Idem reſpondit Iaſ.in conſil.8.colum.5. verſic.item teſtamentum.lib.3.

Secundus eſt modus, quo detegitur teſtamentum non eſſe perfectum, quando ſcilicet teſtator iam ſcripta hæredis inſtitutione, & ſubſtitutione erat facturus legata. Nam & tunc totum ipſum teſtamentum demonſtratur imperfectum. Ita aduerſus antiquos ſcripſerunt Caſtr. & Aret.in d.l.ſi is, qui. Iaſ. in conſ.8.col.5.verſic.2.ad idem.libr.3. Ruyn.in conſil. 204.num.8.lib.2.& Pariſius in conſ.27.num.17.lib.2.

Declaratur autem hæc doctrina, vt locum non habeat, quando teſtator, qui deſtinauit facere legata, diu ſuperuixit, & nihil egit. Nam tunc teſtamentum illud dicitur habuiſſe pro perfecto, & illius deſtinationis pœnituiſſe. Ita egregiè declarat Curtius Iun.in conſ.12.num.2.verſ.tertio ad idem. ex d.l.ſi is, qui, à ſenſu contrario. Et huc facit quod tradit Iaſ.in auth. ex cauſa.num.25.C. de lib. præter. de qua dicemus infrà, in præſumpt.

6 Tertius eſt modus, quando teſtator erat † ad ſcripturus conditionem ſuæ diſpoſitioni, & non adſcripſit. Nam tunc habetur tota hæc diſpoſitio, vt imperfecta. Ita reſpondit Ruyn.in d.conſil.204.num.8.libr.2. Loquitur tamen Ruyn. de ea conditione, qua teſtator volebat imminuere ſucceſſionem hæredi relictam: alioqui omiſſio conditionis non videtur ſignificare imperfectionem teſtamenti, quò ad inſtitutionem & ſubſtitutionem.l. pen.C. de inſtit. & ſubſt. & ibidem Iaſ.num.1.poſt Baldum & alios, & idem reſpondit Craue.in conſil.147.num.6.

Quartus eſt modus, quando teſtator conuocatis teſtibus, iuſſit alicui, vt ſuum teſtamentum conſcriberet, atque ita ſcribi fecit hæredis inſtitutionem & cætera omnia, & deinde iuſſit ſuam illam diſpoſitionem legi coram ipſis teſtibus. Poſtmodum dixit teſtibus, reuertimini cras, quia volo de his omnibus conſcribi inſtrumentum, à notario. Et die ſequenti vocatus fuit notarius, ſed antequam ad teſtatorem accederet deceſſit teſtator. Coniectura hic ſumitur teſtatorem non perfeciſſe ſuam illam diſpoſitionem. Ita egregiè reſpondit Oldr. in conſilio 119. Titius condidit teſtamentum quem ſecuti ſunt Ioan.And.in additio.ad Spec.in tit. de inſtrumen. æditione.§. compendioſè.verſ. quid ſi prius fecit teſtamentum. Anchar.in c. cum eſſes.de teſtam. Corn. in conſil. 118. num.2.libr.3.Iaſ.in conſil.196.colum.4.verſ.ad idem lib.2. in conſil.8.colum.6.verſ. quarto ad confirmationem.libr.3. & in conſil.155.col.3.lib.4.vbi aſſerit, hanc eſſe communem opinionem. & ibidem recenſet idem conſuluiſſe Ioan. de Anna.in conſil.57.Viſis & conſideratis.& Caſtren.in conſil. 365.Viſa dicta facti narratione.lib.1.quod eſt hodie in conſ. 450.lib.2. Idem affirmarunt Imo.in conſil.91.Ruyn.in conſilio 7.num.7.in conſil.11.num.12.lib.2.& in conſilio 137. numer.11.libr.5. Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§. ex imperfecto. num.4.C.de teſtam. Curtius Senior in l.admonendi.numer. 123.ff. de iureiur. Dec.in cap.1.colum.4.numer.15.de fide inſtr.in conſil.159. num.4.& in conſ.488.num.12.& 13.Pariſ.conſil.24.num.11.lib.3.Gramma.in deciſ.62.num.15.& Didacus in c.relatum.il primo, num.9.de teſta. Verùm ſcripſerunt per multi, hanc non eſſe coniecturam quæ de re dubia eſſe ſolet, ſed manifeſtam probationem imperfectæ voluntatis: cum apertè appareat, teſtatorem non habuiſſe ſuam illam

illam diſpoſitionem pro perfecta. Sic ſanè intellexerunt Ruyn. in conſil. 15. nume. 18. lib. 2. Natta in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 146. C. de teſta. Iulius Clarus in §. teſtamentum. q. 7. verſ. aliquando verè. & Cephalus in conſ. 99. numero 9. & in fi. lib. 1. ij enim ſcripſerunt, teſtatorem hunc potius ſe præparaſſe ad teſtãdum, quàm quod teſtatus ſit. Diſſentiunt tamen multi ab Oldrado, ſicuti illos commemorat Ceph. in d. conſilio 99. numer. 6. libr. 1. Et illis accedunt Natta in l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. nume. 147. C. de teſta. & Anton. Gabriel in ſuis concluſionibus libr. 5. titul. de teſta. concluſ. 9. numer. 8. ij ſanè ſcripſerunt, teſtamentum hoc caſu non cenſeri imperfectum ratione voluntatis, ſed ſolennitatis tantùm. Declaratur autem primò hæc traditio Oldradi & ſequacium, vt locum non habeat, quando diſpoſitio teſtatoris perfecta eſt quò ad vnum capitulum, licèt imperfecta ſit quò ad reliqua. Ita egregiè adferri poteſt exemplum ex Bar. in l. in teſtamento. ff. de fideicom. liber. cœperat teſtator conficere teſtamẽtum, & iam ſcribi fecerat, quod tali in loco exſtrueretur eccleſia, cui ſummam quandam reliquerat. Et ſtatim deceſſit teſtator ille, non abſoluto reſiduo teſtamenti. Inquit Bart. ſe reſpondiſſe eam diſpoſitionem perfectam eſſe. Et Bartholum ſecuti ſunt infiniti propè congeſti à Tiraq. in tractat. de priuilegijs piæ cauſæ. priuilegio ſeptim. vbi magis communẽ eſſe aſſeruit. Erat ſanè perfecta illa diſpoſitio, quò a ædificationem eccleſiæ, & legatum ei factum. Ita Bartol. conciliando cum Oldrado præcitato in conſil. 119. ſunt interpretati Nicellus in tract. concord. Bartol. in concordia. 210. Ruyn. in conſ. 15. numer. 18. verſ. nonobſtat etiam, quod lib. 2. & Didacus in cap. relatum. il j. numer. 9. & 10. de teſta. Non ignoro aliam conciliationem feciſſe Ruynum in conſ. 7. num. 7. lib. 3. quem ſecutus eſt Cephalus in conſ. 99. numero 21. libro primo, ſed viderint alij quàm vera illa ſit.

Declaratur ſecundò hæc traditio, vt locum non habeat, quando teſtator ordinato & publicato teſtamento coram teſtibus & notario, poſtea dixit notario, non facias aliud vſque cras: & rogauit notarium, & teſtes, vt cras reuerterẽtur: ſi deinde cras nihil fecit, non tamen teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis. Ita reſponderunt Ant. de prato veteri inter conſilia Alex. in conſil. 73. numer. 3. & Alex. ipſe ibi conſ. 74. numer. 3. lib. 1. Ruyn. in conſil. 15. numer. 19. lib. 2. Iaſ. in l. pen. nume. 1. verſ. iſtud limitatur. C. de in inſtitut. & ſubſt. Ea eſt ratio, quia præſumitur teſtatorẽ pœnituiſſe illius ſuæ deſtinationis, quam habebat addendi aliquid ipſi teſtamento iam perfecto.

7 Sextus eſt modus, quo † detegitur teſtamentum eſſe imperfectum reſpectu voluntatis, quando ſcilicet ſcriptura ipſa teſtamenti non fuit lecta & publicata coram notario, vel teſtibus. Ita Bar. in diſt. l. ſi is, qui. ff. de teſta. Ang. in conſil. 400. Teſtator ſua propria. col. 2. verſ. primo, quia notarius Alexand. conſil. 76. nume. 9. libr. 3. Dec. conſil. 488. num. 15. verſ. præterea. Ludouic. Bolog. in conſil. 53. colum. 1. verſic. tertiò præſuppono. Iaſ. in conſil. 68. colum. vlt. libr. 1. Ruyn. in conſil. 15. num. 11. verſ. & in primis. lib. 2. & in cõſil. 1. nume. 8. lib. 3. & ibidem nume. 26. ſubſcripſit Campegius. Idem ergo reſpondi conſil. 42. num. 14. lib. 1. Non defuerunt tamen multi, qui exiſtimarunt, hanc imperfectionem ſolennitatis eſſe, non autem voluntatis. Caſtren. in conſilio 450. Viſa dicta facti narratione. num. 2. lib. 7. Ruyn. in conſ. 15. num. 20. lib. 2. Boer. q. 240. nume. 4. & Tiraq. de priuilegijs piæ cauſæ. priuileg. 6. Verùm defendi poſſe videtur prima illa opinio, eo in caſu quãdo ipſe teſtator deſtinaſſet, quod ſua ipſa voluntas & diſpoſitio publicaretur coram notario & teſtibus, iuxta l. fideicommiſſa. §. 1. de legat. 3. aliàs non eſt neceſſaria hæc publicatio, cùm ſchedula eſt manu ipſius teſtatoris ſcripta. Ita Guido Papæ in conſil. 55. numer. 3. Ruyn. in conſil. 1. numer. 11. & numer. 12. libr. 3. Soc. Iun. in conſil. 24. num. 2. lib. 3. Natta in diſt. auth. quod ſine. numer. 1. Didacus in cap. relatum. numer. 12. de teſta. & Ceph. in conſil. 99. numer. 7. & 8. libr. 1. & in conſil. 409. numer. 11. libr. 3. qui latè diſſerit. Diſſentit tamen à Guidone Papæ in d. conſil. 55. Franc. Hotomanus in conſilio 55. num. 12. & 13. vbi latè declarat.

## PRÆSVMPT. VI.

Teſtamentum cæci ob præſumptam falſi ſuſpicionem multas ſolennitates requirere: quæ ſuſpicione ipſa falſi ceſſante teſtamentum non vitiant, ſi adhibitæ non fuerunt.

### SVMMAIRVM.

1 *Teſtamentum cæci cur tot ſolennitatibus commemoratis in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ. confici debeat.*

*Et nunquid non ſeruatis dictis ſolennitatibus ſubſiſtere poſſit. nu. 2.*

3 *Teſtamentum confectum ad alterius interrogationem an & quando valeat.*

4 *Teſtator primum teſtamentum declarare validum præſumitur, ſi ipſi potuit mutare & nouum conficere, & non mutauit.*

1 IVSTINIANVS † optimis de cauſis ſtatuit, teſtamentum cæci confici debere adhibitis multis illis ſolennitatibus commemoratis in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſſeſſ. ſic etenim exiſtimauit ipſe legiſlator euitari poſſe falſitates, quæ committi his in teſtamentis ſolent: ſicuti vltima hæc Iuſtiniani verba ſignificant: *Si namque* (inquit Iuſtinianus) *fieri confidimus, vt non recipiat ſe tantũ in cæcis teſtandi licentia: Sed ne locum quidem vllum relinquat inſidijs, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in toto locata manibus.* Hactenus legiſlator; Cuius adducti verbis cenſent interpretes noſtri, diſpoſitionem. d. l. hac cõſultiſſima, fundatam eſſe in præſumpta falſitate. Ita Iaſon. ibid. num. 4. & Decius. nume. 36. & apertius M. Antonius Natta in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 37. C. de teſta. Idem ſenſerunt Zabarella in conſil. 149. in fine, Corneus in conſil. 86. numer. 13. lib. 3. & de eadem facti ſpecie reſpondens Socyn. Sen. in conſil. 163. numer. 1. libr. 2. Quapropter,
2 † quando ceſſat illa falſitatis ſuſpicio teſtamentum conſiſtit, & ſi ſolennitas illa non fuit obſeruata: ſicuti ſcripſerunt Bal. in d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſſ. & ibidem Dec. numer. 36. Fulgoſ. in conſil. 41. colum. 2. & in conſil. 91. colum. 1. Soc. Sen. in conſil. 163. colum. 1. lib. 2. & Natta in d. §. ex imperfecto. num. 37. Et ſimile eſt, quod ſtatuit idem Iuſtinianus in l. iubemus. C. de teſta. teſtamenta, ſcilicet confici non poſſe ad alterius interrogationem, ne falſitas aliqua committatur, vt dicemus infra in præſumpt. vbi explicabimus, quod quãdo ceſſat illa falſi ſuſpicio, valet teſtamentum ad alterius interrogationem confectum. Porrò in caſu iſto ceſſat falſi ſuſpicio, quando pater cæcus condidit teſtamentum inter liberos. Nam tunc & ſi non fuit obſeruata illa ſolennitas. d. l. hac conſultiſſima, attamen conſiſtit. Non enim aliqua eſſe poteſt ſuſpicio: cum eſſent ab inteſtato ſucceſſuri. Ita Bald. Dec. Fulg. Socinus, & Natt. præcitatis in locis. Ita quoque ceſſat falſi ſuſpicio, quando cæcus ipſe teſtator, iam minus ſolenni condito teſtamento, coram teſtibus declarauit, ſe tali in loco confeciſſe teſtamentum manu talis conſcriptum; illis & illis adhibitis teſtibus; ita quod certum ſit, teſtamentum illud
3 fuiſſe a cæco ipſo conditum. Ita dicimus teſtamentũ † confectum ad alterius interrogationem valere, & omnem falſitatis ſuſpicionem ceſſare, quando conſtat ex ſubſecuta deinde ipſius teſtatoris declaratione, teſtari illum ſic voluiſſe: vt explicabimus infra in præſumpt. 8.

4 Sic etiam, quando † Cæcus iſte teſtator vixit multos annos poſt conditum illud teſtamentum ſibi, & alijs cognitum; & ipſum teſtamentum potuit mutare & nouum conficere, ſi non mutauit, dicitur declaraſſe illud primum validum, & velle cũ eo decedere. Ita ſimili in caſu poſt alios ſcripſerunt Iaſon in authen. ex cauſa. numer. 25. C. de liber. præter. Decius in conſi. 490. numer. 7. & 8. & Socyn. iun. in conſil. 153. in fin. lib. 2.

## PRÆSVMPT. VII.

Teſtamentum patris vel matris inter liberos quibus indicijs



indiciis & coniecturis conſiſtat: & inibi multa copioſè de ſchedula, quæ manu patris matriſve aſſeritur.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum à parentibus conditum inter liberos an ſolis indicijs & coniecturis conſiſtat.*

*Et quæ coniecturæ ſufficiant. num. ſeq.*

2 *Schedula manu aliena conſcripta, an habeat vim teſtamenti inter liberos, maximè quæ non ſit repoſita in prothocollo notarij.*

*Quid autem ſi eſt ſcripta manu parentis, nullis adhibitis teſtibus eſt autem apud notarium, ſed non in prothocollo regiſtrata. 3.*

*Et quid ſi eſt manu aliena ſcripta, & reperitur in domo vel arca ipſius patris, nullis adhibitis teſtib. num. 4.*

*Et quid ſi ſchedula careat teſtib. fuit autem conſcripta manu parẽtis, & reperitur in eius domo, & recognita à filijs pro ſchedula patris. num. 5.*

*Et quid ſi eſt ſcripta manu aliena, & ſubſcripta manu patris. numero 6.*

*Quid ſi dubitatur an ſit ſcripta manu patris vel aliena, nec extant teſtes qui teſtificari poſſint de hoc. num. 7.*

*Et quid ſi ſchedula fuit reperta in domo patris, ſed non recondita in arca, & dubitatur an fuit ſcripta eius manu, & contentio eſt de hoc non ſolum inter ipſos filios, ſed inter aliquem ex eis, & extraneum. num. 8.*

9 *Diuiſionem à patre factam inter filios teſtamenti loco eſſe.*

DIXIMVS ſupra duplicem eſſe teſtamenti formam, vnam nũcupatiui alteram in ſcriptis. Ve-
1 rùm, † omnis ipſa ſolennitas remiſſa adeò eſt in teſtamentis, quę conſcribuntur à parentibus inter liberos, vt ſufficiat etiam teſtamentum imperfectum, & quod ſolis indiciis & cõiecturis apparet. l. vlt. C. famil. erciſc. & remiſſam eſſe ſolennitatem illam omnem, quæ teſtamentis in ſcriptis adhiberi ſolet, aperrè probant conſtitutiones Iuſtinia. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & in auth. quod ſine. C. de teſtam. Et ſolis indiciis ac cõiecturis conſiſtere teſtamentũ inter liberos ſcripſerunt. glo. tamen, Bart. & Bal. in l. vlt. C. fam. erciſc. exiſtimant ſufficere quaſcunq; coniecturas. Imola in l. ſi is, qui. ff. de teſta. Corn. in conſil. 118. num. 6. lib. 3. Hæc tamen indicia & coniecturæ efficaces atque vrgentes eſſe debent, vt poſt alios declarat Natt. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 196. C. de teſta.

Prima eſt coniectura & indicium, patrem ita inter filios teſtari noluiſſe, cùm ſola ſchedula eos hæredes fecit. auth. quod ſine. C. de teſta. Cæterùm quia dubia admodum, & perplexa eſt hæc tractatio, aliquot caſus ego ita ex varijs doctorum traditionibus diſtinguo atque conſtituo.

2 Primus † eſt caſus, quãdo ſchedula fuit non manus patris, matriſuè, ſed aliena, nullis adhibitis teſtibus conſcripta: & illa reperitur apud notarium, qui eam repoſuit inter ſuas ſcripturas: ſed non in protocollo aliorũ inſtrumentorum. Hoc ſane caſu ſchedula hæc non obtinet vim teſtamenti. Ita Bal. in d. auth. quod ſine num. 1. & ibid. Iaſ. num. 1. & Natt. num. 3. C. de teſta. Angelus in conſil. 400. quem commemoraui ac ſecutus ſum in conſ. 42. num. 22. & idem reſpondit Caſſaneus. in conſ. 21. num. 3. Non enim eſt ſatis factum legi, quæ requirit, vt parentes ij ſua manu ſcribant. d. auth. quod ſine. ibi, manu propria. Ergo non aliena, iuxta l. vnicam. §. ſi verò talis. C. de caducis tollen. ibi, domum proprijs manibus. Nec notarius videtur ea de ſchedula rogatus conficere inſtrumentum, alioqui eam ſuo in protocollo, in quo cætera inſtrumenta deſcribere atque reponere conſueuit, repoſuiſſet: vt ex multorum ſententia ſcripſi in conſ. 42. num. 18. lib. 1.

3 Secundus eſt caſus, quando † ſchedula verè fuit ſcripta manu parentum, nullis adhibitis teſtibus: & reperitur repoſita apud notarium, qui eam ſuo in protocollo non deſcripſit, vt cætera inſtrumenta à ſe recepta. Hoc etiam in caſu ſchedula iſta vim teſtamenti inter liberos ipſos non obtinet Cum non ſignificet teſtatorem perfectè ita diſpoſuiſſe: alioqui eam notarius in ipſo protocollo tanquam de ea rogatus conficere inſtrumentum redegiſſet, Ita Iaſon in d. auth. quod ſine num. 1. C. de teſta. Curtius iunior in conſ. 162. & ſcripſi in conſ. 42. num. 23. lib. 1. & illi meo reſponſo ſubſcripſit eruditiſſimus. Cæph. in conſi. 409. num. 12. lib. 3.

4 Tertius eſt caſus, quando † ſchedula nullis adhibitis teſtibus, fuit aliena manu ſcripta, reperitur tamen in domo, & arca ipſius patris, vel matris. Hoc etiam in caſu ſchedula hæc vim teſtamenti non obtinet, etiam inter ipſos liberos: Cum non extent teſtes, qui affirmare poſſint, patrem, vel matrem, ita diſpoſuiſſe. Potuit enim fieri, quod curauerint ſchedulam illam conſcribi, vt ea ſub forma teſtamentum cõficerent: & tamen pœnitentia ducti id executi non ſint. Ita ſanè affirmarum Bald. & Caſtren. in d. auth. quod ſine C. de teſta. & ibidem Iaſon. colum. 2. verſ. tertius caſus eſt. & ibi quoque Corneus ad finem. Ancha. & Imola in c. 2. de teſta. Gulielmus Benedictus in c. Raynutius, in verbo teſtamentum. in l. 1. num. 87. verſ. ſecundus caſus eſt. de teſta. & ſi Bart. in l. fideicommiſſa. §. 1. de legat. 3. dubitaſſe videatur.

5 Quartus eſt caſus, † quando ſchedula carens teſtibus verè fuit ſcripta manu patris, vel matris, & reperitur in eorum domo recondita in aliqua arca, & recognita fuit à filijs ipſius pro ſchedula patris, aut matris, vt diſponerent de hæreditate inter ipſos filios. Hoc in caſu, & ſi careat teſtibus ſchedula illa: attamen teſtamenti vim obtinet inter filios ipſos. Ita ſcripſerunt Bald. in d. auth. quod ſine. num. 1. C. de teſta. Bart. in l ſi is, qui. ff. eo. & ibidem Caſtren. Idem ſcripſerunt. Alex. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eo. Corn. in d. auth. quod ſine. num. 10 & ibidem. Iaſ. colum. 1. verſic. tu autem. & Natt. num. 7. & q. 13. Gul. Bened. in d. c. Raynutius. in verbo teſtamentum il 1. nu. 87. verſ. ſi quidem illa. de teſt. Qui quidem ita intelligunt.

Conſtitutionem illam Iuſtinia. in auth. de teſta. imperfectis, relatam in d. auth. quod ſine. C. de teſta. Et ratio ea eſt, quia æquitati conuenit, filios obſeruare parentum voluntatem, & ſi omni ſolennitate careat: Cum ſola ipſa veritas inter eos ſpectari debeat. Et fruſtra hic requiritur teſtium præſentia, cum ſatis conſtet, talem fuiſſe parentum diſpoſitionem.

Diſſentiunt tamen, & male, ab hac opinione Salicetus. in d. §. ex imperfecto. & Alex in conſil. 76. num. 12. lib. 3.

6 Extenditur hic † caſus vt præcedat etiam quando hæc ſchedula fuiſſet conſcripta manu aliena: ſed ſubſcripta manu patris. Ita ſcribunt Guido Papæ in conſ. 234. in fin. Iaſ. in d. auth. quod ſine. colum. 2. verſ. ſi autem talis, & Guil. Bened. in d verbo, teſtamentum. il 1. nu. 87. verſ. reſtat, quod. Et Natt. in d. auth. quod ſine. nu. 44. qui num. 48. extendit procedere etiamſi ſubſcriptio ſit generalis. & num. 49. ſubiungit, hoc tamen procedere, dummodum teſtator legit ſcriptum ipſum teſtamentum.

7 Quintus eſt caſus, quando † ſchedula fuit quidem reperta in domo & arca ipſius patris, vel matris: ſed dubitatur, an eius manu fuerit conſcripta; vt quia alter filiorum, negat eam eſſe manu patris, vel matris, aut ſaltem non affirmat: Et teſtes nulli extant ſubſcripti, qui teſtificari poſſint de veritate illius ſcripturæ. Hoc caſu ſchedula hæc inter filios ipſos vim teſtamenti non obtinet: donec probetur, ſcriptam fuiſſe manu patris, vel matris. Ita tradunt glo. in §. 1. in verbo, diuiſione. num. 1. in auth de teſta. imperfectis. Bald. in d. auth. quod ſine. num. 1. C. de teſta & ibid. Fulg. & Iaſ. colum. 2. verſi. ſi autem dubium. & idem Iaſ. in conſ. 184. col. vlt. & in conſ. 195. col. 2 libro 2. Ruyn. in conſ. 71. nu. 12. lib. 3. & Natt. in d. auth. quod ſine. num. 7. ij enim ſcribunt, ſchedulam hanc demonſtrari poſſe ſcriptam manu ipſius patris matriſvè, vel teſtibus, vel literarum comparatione. Sentiunt ergo, & rectè, interim & donec verificetur, ſchedulam eſſe parentum manu ſcriptam, haberi non poſſe pro teſtamento.

8 Sextus eſt & † vltimus caſus, quando ſchedula fuit quidem reperta in domo ipſius patris, vel matris: ſed non recondita in aliqua eius arca: & dubitatur, an fuerit ſcripta eorum manu: nec adſunt teſtes aliqui ſubſcripti: & contentio non eſt inter ſolos ipſos filios, ſed inter aliquem ex eis, & extraneum.

& extraneum. Hoc de caſu fui aliquando ex facto interrogatus in hac alma Ciuitate Paduæ. Et reſpondi, ſchedulam hanc non poſſe pro teſtamento patris matriſvè recipi. Et multis adductus ſum rationibus & argumentis. Et primo, quia ceſſat hoc in caſu ratio illa, ob quam ſimplex parentum ſchedula teſtamenti vim obtinet inter liberos. Cum hic non ſit contentio inter ſolos filios, ſed inter filium & extraneum. Nam iure negare poteſt extraneus, ſchedulam eſſe manu illius teſtatoris ſcriptam: negare etiam poteſt eam, quo ad ſui preiudicium eſſe ſatis ſolennem. Sicuti à fortiori tradunt interpretes noſtri, quod quando pater ſimili in ſchedula vnà cum filiis ſuis hæredem facit extraneum, vel ei aliquid legat, ſua illa ſchedula nil prodeſt illi extraneo, ex quo caret teſtibus, cum duo ſaltem erant adhibendi. Ita ſcribunt Bald. in d. auth. quod ſine. num. 1. & ibid. Corn. col. 2. verſ. nota, quod in teſtamento & Iaſ. col. 1. verſ. verum eſt, quantum. C. de teſta. Caſtren. in l. ſi is, qui. num. 3. in fin. ff. eod. Alex. in conſil. 76. num. 14. libr. 3. qui fortius hoc verum eſſe affirmarunt, quando legata fuiſſent facta piis locis. Et idem tradunt Ruy. in conſ. 1. num. 9. 10. & 11. in conſil. 11. num. 11. & in conſil. 71. num. 12. lib. 3. Iac. Put. inter conſilia vltimarum voluntatum conſil. 121. num. 27. lib. 1. Zaſius in conſil. 6. num. 25. lib. 1. Soc. Iun. in conſil. 24. num. 2. lib. 3. & Nat. in d. auth. quod ſine. num. 37. verſ. & hæc. Quorum quidem ſententiam manifeſte probat text. d. auth. quod ſine. Et ratio illa eſt, quia quo ad extraneos, qui in ſchedula illa hæredes ſunt inſtituti, vel quib. factum eſt legatum, ceſſat ille fauor filiorum, ob quem placuit legiſlatori tribuere vim illam ſchedulæ paternæ. Et ſi extraneo non prodeſt ſchedula, non etiam nocere debet. Præterea & ſecundo accedit, quod diſpoſitio d. auth. quod ſine eſt inducta ad fauorem liberorum, ad quos etiam pertinet patris ſucceſſio. iux. l. cum ratio. ff. de bonis damn. & l. ſcripto. ff. vnde liberi. Et in ſpecie ſic conſiderat Put. in d. conſil. 121. nu. 25. 26. qui dixit, hanc eſſe rationem. l. vlt. C. fam. erciſ. quam pariter conſiderauit & Bald. in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Quo fit, vt cum de ipſorum filiorum onere agitur, nil prodeſt ſchedula hæc, niſi teſtes ſint adhibiti, ſicuti cum extraneis relinquuntur legata, cum tutores vel curatores ipſis filiis dantur, vel cum executores atque commiſſarij conſtituuntur. Ita reſpondit Put. in d. conſil. 121. num. 27. & 28. Idem ergo eſt, cum vnus filiorum grauatur alteri reſtituere, ceſſat ratio diſpoſitionis. dict. auth. quod ſine. Alcia. reſp. 480. num. 6. qui dixit, hoc caſu non habere locum diſpoſitionem. dict. §. ex imperfecto. Et præterea reſtitutio fideicom. eſt onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pup. ſubſti. & dicemus infra præſumpt. Et rurſus accedit, quod tūc demum ſchedula patris vel matris vim teſtamenti inter liberos obtinet, cum eorum in arca recondita reperitur. Ita verè loquuntur Salyc. in l. hac conſultiſſ. §. ex imperfecto. col. 1. ver. ſed dubitant. C. de teſta. Iaſ. in conſ. 61. in fin. lib. 1. & in conſil. 195. col. 2. in princ. lib. 2. & idem in auth. quod ſine. num. 1. & ibid. Natta num. 1. C. de teſta. & Soc. iun. in conſil. 24. num. 1. lib. 3. Et huius quidem traditionis ratio ea eſſe poteſt (& ſi pręcitati interpretes eam non perpenderint) quia dum parentes ij recondunt ſchedulam, vel ſimiles ſcripturas in arca, ſignificant illas eſſe ſibi caras, eáſque magni ſe facere: ſicuti econtra, cum ſchedula recondita non eſt in arca, ſed in aliqua parte domus relicta, pro neglecta & nullius momenti apud eos habere. ¶ Secunda
9 eſt coniectura, quando pater ipſe in teſtamento † diuiſit bona inter ipſos filios. Hanc enim diuiſionem eſſe teſtamentum patris inter filios lex præſumit. l. quoties. & in l. vlt. C. fam. erciſ. dum ſtatuit, diuiſionem illam eſſe loco inſtitutionis ipſorum filiorum: ſicuti infra in præſumpt. 19. in 2. caſu attingemus. Et ad rem tradunt nonnulla Iaſ. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. & Natt. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 208. C. qui teſta. facere poſſ.

## PRÆSVMPT. VIII.

**Teſtamentum ſeu hæredis inſtitutio ad alterius interrogationem facta, quando facta præſumatur teſtatoris voluntate: & inibi quando iure valeat, plena manu explicatur.**

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſeu hæredis inſtitutio ad alterius interrogationem facta, an & quando præſumatur facta voluntate teſtatoris, & quando iure ſuſtineatur & valeat. nu. 3. & per totam.*

2 *Iuſtiniani conſtitutio in l. iubemus. C. de teſt. quòd teſtator manu propria ſcribat in teſtamento nomen hæredis à ſe inſtituendi, & quare facta ſit hæc conſtitutio. num. 8.*

*Et cur non obſeruetur hodie.*

4 *Afflicti deprehenditur error.*

5 *Teſtamentum nuncupatiuum, & teſtamentum in ſcriptis an æquiparentur quò ad correctionem Iuſtiniani de inſcribendo nomen hæredis manu teſtatoris.*

6 *Iaſon deprahenditur.*

7 *Teſtator nunquid poſſit loco expreſſionis nominis ſui hæredis ad alterius interrogationem reſpondere, atque ita teſtari.*

9 *Teſtamentum caret omni ſuſpicione, ſi poſtquam eſt confectum à notario, interrogetur teſtator, an hæredem eſſe velit ſcriptum in teſtamento, & ipſe coram teſtibus reſpondeat, velle.*

*Extenditur, vt num. 10. 14. 15. 16. 18. 19. & 20. & 21. & 23.*

11 *Loqui ore proprio, & loqui ore alieno ex proprio conſenſu & voluntate paria ſunt.*

12 *Iudex ſi citat reum ad audiendam ſententiam ore ſuo, hæc citatio habet vim trinæ citationis.*

*Idem ſi nuncius præſente iudice.*

13 *Teſtes in teſtamento adhibendi debent eſſe rogati à teſtatore: & quomodo ſufficiat eos eſſe rogatos.*

14 *Teſtator ſi interrogatur à priuata perſona de nomine hæredis, & notarius ſcribat, atque ita de hærede inſtituto inſtrumentum conficiat, valet teſtamentum.*

15 *Teſtamenti ad validitatem an ſit neceſſe, quòd notarius adhibeatur & rogetur.*

*Scriptura, quæ conficitur à notario, non eſt de ſubſtantia, ſed ad faciliorem probationem.*

16 *Teſtamentum confirmatur, etiam ſi non conſtat ipſum teſtatorem teſtari voluiſſe, cum interrogatus à notario, vel à priuata perſona, reſpondeat talem ſuum hærede eſſe velle. Et reprobatur Iaſonis opin.*

17 *Romanus arguitur & improbatur.*

18 *Teſtamentum robur obtinet, etiam quòd teſtator à conſanguineis vexatus, vt eos hæredes faciat, interrogatus an velit Caium extraneum inſtituere, reſpondeat velle.*

19 *Alienatio metu facta non annullatur ad detrimentum illius, qui acquiſiuit, ſi metus particeps is non fuit.*

20 *Teſtamentum valet, etiam ſi interrogatio ſit facta à perſona ſuſpecta.*

*Idem eſt ſi ad alterius interrogationem eſt conditum, & ſit reuocatorium alterius iam conditi. num. 21.*

22 *Teſtamentum primum habens clauſulas derogatorias tollitur per ſecundum ſimplex.*

23 *Teſtamentum ratum cenſetur, ſi teſtator interrogatus an faciat Caium hæredem, & reſpondeat, ſic, non repetendo eius nomen.*

24 *Teſtamentum illius, qui ſanæ mentis exiſtit licet corpore infirmo, ad interrogationem alterius valet, cùm ignoratur quem hæredem velit facere.*

*Extende, vt num. 26. 27. & 28.*

25 *Teſtamenti validitas vel inualiditas non pendet à corporis valetudine, ſed à mentis ſanitate.*

29 *Teſtamentum inualidum cenſetur, quando teſtator non eſt liberæ mentis, vt quia timet eos, ſub quorum eſt cuſtodia, etiam ſi conſtet ipſum velle teſtari.*

*Et fortius procedit hoc, quando non conſtaret teſtatorem voluiſſe teſtari. num. 30.*

31 *Teſtamentum illius, qui non eſt ſanus mente non valet.*

*Extende, etiam ſi teſtator inſtituiſſet conſanguineos. num. 32.*

*Quid autem, ſi teſtator verè & propriè non eſt mente inſanus, ſed dubitatiuè. 33.*

*Et quomodo cognoſci poſſit ipſum teſtatorem ita voluiſſe teſtari, ita vt valeat teſtamentum, & quæ ſint ſigna. num. 34. 36. & 37. & ſeq.*

35 *Teſtari ſana mente is dicitur qai animæ ſuæ, & de ſe benemeritis conſuluit, etſi ad alterius interrogationem id fecerit.*

36 *Inſani ſæpiſſime ſane loquuntur.*





38 *Signa, quæ indicant teſtatorem voluiſſe teſtari, quæ ſint. & num. ſeq.*

39 *Teſtamentum interrogati ab eo, qui acceſſit cum teſtamēto ſcripto & eo lecto dixit, facis ita, non valet, etiam ſi teſtator reſpondeat, quòd ſic.*

40 *Teſtamentum infirmatur, quando interrogatio eſt facta à perſonis ſuſpectis, vel conditum eſt teſtamentum à notario ſuſpecto, vt quia omittit ſolennia in teſtamento adhibenda.*

41 *Teſtamentum conditum à marito ad vxoris interrogationem an valeat.*

1 QVAM grauis, † & controuerſa ſit illa noſtrorum interpretum diſputatio, quando teſtamentum ſeu hæredis inſtitutio ad alterius interrogationem facta, præſumatur facta voluntate teſtatoris, & quando iure ſuſtineatur & valeat, nemo, eſt qui neſciat. Diſceptatio magna ex parte coniecturalis eſt. Quò tamen explicetur atque intelligatur, hoc ordine progrediar, vt prius duo diſputationis capita conſtituam: Quorum primum erit de teſtamento, quod in ſcriptis appellatur: Alterum de teſtamento nuncupatiuo. Et in vtroque horum, & de coniecturata voluntate teſtatoris: & de diſpoſitionis validitate diſputabo.

2 Quod attinet † ad primum illud caput de teſtamento in ſcriptis, ſciendum prius eſt: Iuſtinianum ſtatuiſſe in l. iubemus. C. de teſta. teſtatorem debere hæredis à ſe inſtituendi nomen ſua ipſa manu in teſtamento ſcribere. Quod conſtituiſſe, aſſeruit Iuſtinianus, vt falſitas, quæ circa teſtamenta committit ſolet, euitetur.

Verum quia vſu compertum fuit, non omnes teſtatores ſcribere didiciſſe, & propterea ſubtilem hanc ſolennitatem obſeruare non poſſe, alia conſtitutione ſanciuit Iuſtinia. in §. illud. in Auth. de ſpōſ. larg. licere teſtatori aliena manu, prius tamen declaratione à ſe facta, hæredem ſcribere. Eſt ergo clari iuris, teſtamentum, quod in ſcriptis conficitur, conſiſtere etiam ſi dictante teſtatore, hæredis nomen aliena ma-
3 nu quam teſtatoris ſcribatur. † Sed dubitationis eſt, an teſtamentum hoc ad alterius interrogationem conſcriptum valeat? Et non ſuſtineri aperte cenſuit. Afflictus in deciſ. 143. numer. 3. qui huius opin. recenſet Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſta. §. in primis. num. 9. Et ait Afflictus, ſic à Socyno & alijs nonnullis fuiſſe reſponſum. Ea propter (inquit Afflictus) hoc in caſu locum non habet opi. gl. in d. l. iubemus. in verbo, quemadmodum, vt ſcilicet valeat teſtamentum ad alterius interrogationem conditum: quoniam illa procedit (ait
4 Afflictus) in teſtamento nuncupatiuo tantum. Hanc † Afflicti traditionem veram non eſſe exiſtimo. Non. n. reddi poteſt ratio diuerſitatis inter teſtamentum nuncupatiuum, & teſtamentum in ſcriptis, quin ita nomen hæredis in vno ad notarij vel alterius interrogationem ſcribi poſſit, quemadmodum & in altero nuncupari, teſtatore ita confirmante. Nec Ioan. Andr. doctrina iure, vel ratione probatur. Et Albe. in l. iubemus, qui forte à prædictis citatur, nil hac de re ſcribit: imò ait, ſcripturam nominis hæredis alteri poſſe committi. Quod ſi ſcriptura mandari poteſt, quid obſtat, quin illa ſcriptura ad alterius interrogationem poſſit confici, ſicuti illa,
5 quæ fieri ſolet de teſtamento nuncupatiuo? Eſt ergo † dicēdum non differre in his teſtamentum in ſcriptis à nuncupatiuo, quin. ſcilicet liceat ita teſtari, vt ſcripto hæredis nomine in teſtamento, interroget quis teſtatorem, placet ne ita eſſe ſcriptum? Quæ ergo de teſtamento nuncupatiuo dicemus de teſtamento in ſcriptis erunt concluſa.

Secundum eſt caput diſceptationis noſtræ cum de teſtamento nuncupatiuo agitur: de quo quidem nil noui. l. iubemus. §. oportet. C. de teſta. conſtituit, ſed iam ſancita recenſet. Nam & in l. hæredes palam. in princ. ff. de teſta. fuerat cōſtitutum, hæredes palam à teſtatore nominari oportere. Nec quidquam immutatum ex his fuit noua eiuſdem Iuſtiniani conſtitutione ex d. §. illud in Auth. vt ſponſa. largit. & ſi Iaſ.
6 in d. l. iubemus, numer. 11. verſ. 2. facit. ſcribat, † & male (mea quidem ſententia) æquiparari teſtamentum nuncupatiuum & teſtamentum in ſcriptis, quò ad correctionem à Iuſtinianō factam. Non æquiparantur certè, quia ratio illa, quæ Iuſtinianum mouit, vt ſuam illam ſubtilem ſolennitatem ſcribendi nomen hæredis in teſtamento manu ipſius teſtatoris abrogaret, quia ſcilicet multi ſcribere neſciunt; hæc inquam ratio in teſtamento nuncupatiuo locum habere non poteſt: Cum teſtator, qui teſtari, poteſt, & hæredis nomen exprimere poſſit: quod ſi non poſſet, nec teſtamētum condere va-
7 leret. Dubitari † ergo contingit an teſtator loco expreſſionis nominis ſui hæredis poſſit ad alterius interrogationem reſpondere atque ita teſtari, valeatque illud teſtamentum. Dubitatio hæc noſtrorum ingenia exercuit: & quò facilius ex-
8 plicetur ſciendum eſt à Iuſtiniano † & antiquis non alia ratione fuiſſe conſtitutum, teſtatorem nominare ſuo ore, vel ſua manu hæredis nomen ſcribere, quàm vt falſitas, quæ in his teſtamentis committi ſolet, quantum fieri poteſt euitetur, quemadmodum apertè ſcriptum eſt in dict. l. iubemus. Et ibi Bald. numer. 4. verſ. Ego circa. Iaſon ad finem, & cæteri omnes hanc rationem præcipuam huius conſtitutionis agnoſcunt, quod facit Corneus conſ. 77. num. 5. lib. 4. & Socyn. Sen. in conſil. 163. num. 1. lib. 3. & Socynus Iunior in cōſil. 183. num. 22. lib. 2.

Quare dicendum eſt, quod illis in caſibus, in quibus aliqua falſi ſuſpicio adeſſe poteſt, non eſt permiſſum teſtari ad alterius interrogationem, & è contra, vbi nulla aderit ſuſpicio, liceat: cum (vt ſuo loco dicam) paria ſint ſuo ore, vel alieno nominare. Quo ergo clarius eluceſcant omnia aliquot caſus in hac controuerſa diſceptatione ſunt diſtinguēdi atque conſtituendi.

9 Primus eſt † caſus, cum conſtat teſtatorem eſſe ſanæ mētis & corporis, & caret omni vexatione affinium, qui illi non ſuadēnt, vt teſtetur & eos hæredes faciat: & etiam conſtat voluiſſe teſtari, eo quia ad ſe vocari fecit notarium & teſtes: Et deinde iam conſcriptum teſtamentum à notario coram eo & teſtibus recitatur: & notarius interrogat ipſum teſtatorem an hæredem eſſe velit ſcriptum in teſtamento, teſtatórque reſpondeat, velle.

Hoc caſu ſine controuerſia valet teſtamentum. Et nemo eſt qui diſſentiat. ita enim aperte docuit Bald. in l. iubemus numer. 5. verſ. quandoque in teſtamento nuncupatiuo. C. de teſta. Quin, & Iaſon ipſe, qui in d. l. iubemus. numer. 11. & numer. 12. à communi diſſentit, in caſu, quem mox ſubijciam; hoc noſtro in caſu idem quod nos ſcribit, dum ibid. numer. 10. verſ. ſed reſponde dupliciter, & numer. 12. verſ. ſed, iſta ſolutio, ait, declarando. l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitatis. C. qui teſt. face. poſſ. & §. illud, in auth. vt ſponſa. larg. ait, procedere, cum notarius iam teſtatoris voluntate hæredem ſcripſit in teſtamento, quod deinde coram eo recitatur. & interrogatur, an ita diſponere velit. Non habet his caſus probabilem dubitationem, cum omni ex parte ceſſet falſi ſuſpicio, quæ fuit in cauſa (vt iam admonui) vt conſtituerent legiſlatores, teſtatorem debere ore ſuo hæredem nominare. Et hic caſus magis & magis ex his, quæ mox ſubijciam, confirmabitur.

10 Extenditur † primo caſus iſte, vt locum etiam ſibi vendicet, quando notarius non ante ex voluntate teſtatoris teſtamentum conſcripſiſſet, appoſito hæredis nomine, ſed eo in inſtanti præſentibus teſtibus, notarius, aliunde ſciens teſtatorem voluiſſe hæredem facere Caium, interrogat teſtatorem, an hæredem eſſe velit Caium, & ille reſpondeat velle: teſtamentum conſiſtit. ita ſcribunt glo. in d. l. iubemus. §. oportet. in quemadmodum, quam ibidem ſecuti ſunt Albertus, Papienſis, Cyn. col. verſ. vlt. quæritur. Iacob. Butr. verſ. Modo quæro quid ſi alter, qui eiuſdē opinionis refert Martinum gloſſatorem. idem eo loci ſcripſerunt Bar. & Bal. Nam Bal. ibi. numer. 6. recitata contraria opin. Nicolai Matterili, tandem verſic. ſed quicquid ipſe dicat, hanc communem probat. Idem faciunt eo loci Io. Fabri, & Salicetus, idem docuit Ang. ibi & in l. hæredes palam in fin. princ. ff. de teſta. & in l. in fraudem. §. 1. ff. de teſta. mil. Imol. in c. cum tibi. numer. 12. verſ. quid ſi teſtator. de teſta. Ang. Aret. inſt. de teſta. in princ. colum. 4. & verſ. nota iſtam gloſſam. Franc. Aret. in l. hæredes palam. in fin. prin. ff. de teſta. Fulg. in d. l. iubemus, in fin. vbi communem teſtatur, quod facit & Alexand. num. . . imò & Iaſon. numer. 10. idem Alex. conſil. 12. colum. 2. verſic. hoc etiam probatur. libr. 1. & conſil. 33. numer. 9. lib. 3. Corn. conſil. 73. numer. 5. conſil. 304. num. 2. lib. 1. & conſil. 77.

num.4.& conſil.261. num.18.lib.4.communem dicit Soc.Se. conſil.92.num.16.lib.3.Iaſon.conſi.124.in fin.lib.1. vbi teſtatur hanc eſſe communem Ruyn.conſil.2.num.8.lib. 2. Barb. conſil.29.col.vlt.verſ.Nec obſtat oppo. libr. 1.Gratus.conſil. 30.num.19.lib.2.Bertrandus conſil. 78. in fin. lib. 2. in nouis. vbi communem eſſe aſſerit.omnes in l.1.§.ſi quis ita.de verb. obligat.ibi Ripa.num.9.Boer.q 35.num.5.Syluanus conſil.54. num.10.Gramma.deciſ.73. num. 35. communem teſtatur etiã Alcia.reſp.570.Tam abunde.num.5.& Soc.Iun.conſil.178.nu. 16.lib.2.

Et verè dubitandum non eſt, quin ſit receptiſſima & vera Doctorum ſententia, quæ quidem, præter id quod ceſſat hic illa falſi ſuſpicio, habet eam rationem veram & ſoli-
11 dam, quod paria † ſunt ore proprio, vel alieno ex proprio conſenſu, & voluntate loqui, & hæredem nominare. Ita enim videmus ſtipulari poſſe præſentis nomine.l.procuratori præſentis. ff. de verbo. oblig. Cum tamen non niſi vtroque loquente illa contrahatur. l. 1. in princ.de verbo. oblig. Et eò loci concedunt Doctores ſtipulari poſſe per interpretem.ita hoc caſu.habet teſtator notarium ſuæ voluntatis interpretem & declaratorem. Ita pariter ſcribit Baldus in leg. 2.§.1.C.quomo.& quando iudex. Eſt gl. in d. §. primo, quæ
12 ait, quòd ſi iudex † ore ſuo citat reum ad audiendum ſententiam, citatio illa vim trinæ citationis habet: ait modo Baldus, idem eſſe, cum nuntius præſente iudice reum ipſum citat.

Ita dicimus ſententiam proferri à iudice cum recitante ſcriba, vel notario iudex recitatione facta, ait, Ita pronuncio. l.1.& 2.C.de ſen.ex bre.rec.vbi. Et ad rem noſtram hoc ſimili vtitur Bal.in d.l.iubemus.num.6.

13 Et ad rem maximè † confert, quòd videmus teſtes teſtamento adhibendos eſſe debere rogatos à teſtatore auth.rogati.C.de teſtib.& copiosè, Soc.Iun.conſil.183.numer. 37.38. lib.2.Et tamen ſufficit, quòd à notario vel altero rogentur, teſtatore præſente. ita gloſſ. in auth. rogati. Iaſon in l.ſerui electione.num.41. de leg. quo loci teſtatur, ita obſeruari, & Soc.in l.ſi quis ita de rebus dubijs.qui aſſerit, ita aliquando à multis fuiſſe reſponſum. Et in ſpecie ſic reſponderunt Alex. in conſil.33.num.14.& 14.lib.3.& Corn.in conſ.304. colum. 1.verſ.præterea.lib.1.

His conſtat male ſenſiſſe eos, qui ſcripſerunt, hoc teſtamentum non conſiſtere.Ita ſanè Nicolaus Materellus, quem refert Bal.in d.l.iubemus.num.7.& ibidem Iaſ.num.7. & Socy.Iun.in d.conſil.183.num.26.lib. 2.

14 Extenditur † ſecundo hic caſus, vt etiam locum habeat, cum à notario, ſed à perſona priuata teſtator interrogaretur, & notarius ſcriberet atque ita de hærede inſtituto inſtrumentum conficeret. Nam cum & hoc in caſu ceſſet falſi ſuſpicio, idem dicendum eſt, quod dixi ſupra, nempe valere teſtamẽtum.Notarius.n.videtur ſuo ipſo ore rogaſſe teſtatorem, poſtea quã factã interrogationẽ ſcribit. Hanc ſententiam probarunt.gl.in d.l.iubemus, & Docto.paulò ſupra relati, dum non conſtituunt differentiam, an teſtator interrogetur à notario, vel ab alio.Et apertè ita aſſerit Cor. conſ. 77. num.4.libr.4.& clare Ruy. conſil.2. num.9. verſ. Nec obſtat quòd Bal.& conſ.12.nu.12.verſ.non obſtat quòd ſint. lib.2.Et hæc traditio magis, & magis ex his quæ infra dicemus confirmabitur.Quocirca malè ſentiunt qui aliter ſcripſerunt, vt Baldus in d.l.iubemus.nu.5.verſ.Ego circa hanc. quem viſus eſt ſequi Socyn.Sen.conſ.229.num.7.verſic. Et hanc opinionem.lib.2.Ea ratione vtitur Baldus, quòd quædam ſuggeſtio potius teſtatori facta videtur, quàm diſponendi voluntas, vt in l.1.§.qui quæſtionem.ff. de quæſtio. Et ideo lex ita conſtituit (ait Baldus) ne detur materia fabricandi falſum iuxta. l.2. §.diem.ff.quemad.teſta.aper.cum ſimilibus.Hæc ratio in caſu noſtro loco habere non poteſt, cum hic conſtet falſum nõ committi, ex quo teſtator ſanus mente & corpore optimè nouit, quod agit. Et ſuggeſtio iſta noceret, quando teſtator infirmitate oppreſſus libere non poſſet animum ſuum explicare. quemadmodum in ſpecie conſiderat Decius conſil. 489.numer.9. verſ. Non obſtat.Ita etiam malè reſponderunt Ruyn.conſil.9.num.15.verſ.accedit etiam.libr.2. & Syluanus conſil.54.num.10.in fine.

15 Extenditur † tertio, vt procedat locumque habeat hic caſus etiam quando non adeſt notarius, ſed ſeptem teſtes tãtum vocati, & teſtator interrogatur, an Caium hæredem faciat, & reſpondeat facere.Hic caſus maiorem quidem dubitationem habet, quàm iam relati: Attamen, ob id quòd & hic ceſſat falſi ſuſpicio, credo teſtamentum hoc conſiſtere. quo in caſu ita reſpondit Alciat.reſp.534.Grauiter ægrotante, & ſi alia ratione ſuo in caſu male reſponderit Alciatus, vt infra dicemus. Huius extenſionis eſt ratio, quòd ad teſtamenti validitatem neceſſe non eſt, quod notarius adhibeatur & rogetur: cum ſatis ſit ſeptem teſtes præſentes eſſe: ſcriptura enim, quæ conficitur à notario, non eſt de ſubſtantia, ſed ad faciliorem probationem, iuxt.leg. contrahitur. ff. de pign.

16 Extenditur quarto, vt procedat † etiam ſi non conſtaret teſtatorem teſtatori voluiſſe.Et interrogatur, vel à notario, vel à perſona priuata. Nam adhuc valet teſtamentum. Cum & hic ceſſet falſi ſuſpicio. Nec repugnat, quod conſtet teſtatorem teſtari voluiſſe: Cum nil hoc referat, ex quo erat in ſua poteſtate recuſare vel approbare hæredis nominationem.ſenſit Alexander conſil.33.num.11.libr.3. & ibi nume.12. ſcribit opinionem eorum, qui aliter ſentiunt carere ratione & æquitate.Et ait Socynus Iunior conſil.178.numer 9.10. lib.2.ſufficere tacitum rogitum, cum ſcilicet notarius ſcribit, & legit teſtamentum.Quocirca malè docuit Iaſon in d.l. iubemus. in fine, hoc caſu teſtamentum non conſiſtere: & ſuæ opinionis auctores recenſet Petrum Cynum & Baldum ibidem, & Romanum conſil.306.Propoſita conſultatio.in fine. Et præter eos idem ſenſerunt Marſil.ſingul.449. Teſtamenta &c.

Moder.Pariſien.in additio.ad Alex.conſil.12. num.6.lib.1. qui eiuſdem opinionis alios recenſent.

Ea ratione vtuntur, quòd hic daretur delinquendi materia (vt dixi ſupra) quæ ratio in caſu noſtro ceſſat: poſtquam cõſtat de voluntate teſtatoris, qui ſuæ liberæ poteſtatis erat, & falli non potuit cum ſanæ mentis eſſet & corpore. Quod verò Romanus ſcribit, hanc teſtandi formam non eſſe à iure inuentam, & ſuperſtitionis eſſe nouum hunc diſponẽdi modum introducere.

17 Falſus † eſt, hac in re Romanus, cum à iure non improbetur hæc forma.

Nam qui refert quod iam ſtatuerit teſtator teſtari aliquot dies ante hanc interrogationem, vel deliberet tunc cum interrogatur: cum deliberandi certum animum habeat? Et quòd præſente teſtatore ſcribat teſtamentum, vel iam ſcripſerit, nil ad rei veritatem oprimendam, vel aperiendam facit.

Nec repugnant auctoritates Petri & Cyni, quandoquidem Petrus, quem expreſſe ſequitur Cynus, ſolùm diſtinguit inter interrogationem factam teſtatori, qui morbo opprimebatur, & qui mente ſanus erat. Et Bald. aliter ſenſit quàm intellexerit Iaſon. ſi quidem Baldus in d.leg.iubemus. numer.6.verſ.ſed melius & verius; videtur quidem affirmare id quod ait Iaſon. ſed illa non eſt Baldi opin. ſed Nicolai Matterelli (vt ſupra admonui.) Quod vel ex eo conſtat, quia paulo poſt adſcripto Nicolai nomine ſubiungit in hac verba. *Sed quidquid ipſe dicat*, (id eſt. Nicolaus) *quando interrogatio ſit à Tabellione rogato dic valere teſtamentum.* Ecce quod Baldus non diſtinguit, an tunc vel ante fuerit rogatus notarius, an deliberauerit olim, vel nunc teſtator teſtari. Non etiam aliter ſenſit Ioan. Andr.in annota.ad Specul. titul.de teſtamentis. §. in primis. numer.9. Alius enim eſt ſenſus verborum Ioan. Andreæ vt in ſpecie contra Romanum reſpondit Alexan.conſil.33.num.11. libr.3. Ita quoque non diſſentit Corn.conſil.1.colum.2.lib.4.qui à Pariſienſibus recenſetur. Nam id affirmat Corne. multis alijs coniecturis concurrentibus, quemadmodum facit & Soc.Sen.conſil.229.nu. 7.lib.2.Nec aliter loquitur Corn.conſil.319.colum.2.lib.4.Et Marſilius falſus eſt auctoritate aliorum, qui in ſpecie hac nõ ita ſcribunt. Ita pariter male ſentit Crottus in l. prima. §. ſi quis ita num.21.de verb. oblig. qui ſecutus Romanum ſcribit, ſe ita conſuluiſſe, & ex ſuo conſilio ita fuiſſe à Rotæ Romanæ Auditoribus pronuntiatum.

Et ſubiungitur ita quoque ſenſiſſe Paulũ Caſtrenſem cõſ. 366.eſt conſilium 156. viſo puncto & allegationibus. libr.1.

sed



ſed verè in caſu Pauli Caſtr. plura alia concurrrebant, vt ſuo loco dicam. Et Calc.conſ.91.nu.11.verſ.ſed quando ſcribit.

18 Extenditur quinto, vt † locum habeat hic caſus etiã quando teſtator ſanus mente & corpore à conſanguineis vexatur, vt eos hæredes faciat: & non conſtat quod voluerit eos hæredes facere, vel non. Deinde à notario interrogatus, an Caium, qui teſtatori extraneus ſit, hæredem faciat: & teſtator reſpondet, facio. Adhuc enim opinor teſtamentum conſiſtere. Nec illa vexatio quam à conſanguineis paſſus eſt teſtator, hæredi inſtituto duabus rationibus obeſt: prima, quia licet teſtator vexaretur, attamen ſuæ liberæ poteſtatis erat, hæredem facere, vel non facere. Et ſi dicatur, id fecit, vt à vexatione ſe eximeret, reſpondetur: liberatum non fuiſſe ex quo adhuc vexari potuiſſet, vt illud teſtamentum reuocaret. Secunda eſt ratio, quia vexatio illa huic extraneo inſtituto, qui nil mali egit, nil admiſit, nocere non debet: quemadmodum dicimus, aliena-
19 tionem metu † factam non annullari ad detrimentum illius, qui acquiſiuit, ſi metus particeps is non fuit. Ita ſcribunt. l. metum. §. ſed licet. ff. de eo, quod metus cauſa vbi gloſſ. & Docto.

20 Extenditur ſexto, vt † procedat etiam cum interrogatio facta eſt à perſona ſuſpecta, vt puta à conſanguineo, qui cupiebat heres inſtitui. Nam adhuc conſiſtit teſtamentum: cum fuerit in facultate ipſius teſtatoris reſpondere, & non reſpondere. Nec illa interrogatio & perſuaſio perſonæ ſuſpectæ obeſt, iuxta l.1.C. ſi quis aliquem teſta. prohib. Ita Socinus Sen. in conſil. 229. colum. 6. libro 2. Decius in conſil. 489. num.60. Ruyn.in conſil.2.num.10.libr.2. Id quod procedit, niſi aliqua adſit ſuſpicio & coniectura contraria, vt declarant Gratus in conſil. 30.num.12.lib.2. Boër.q.35.numer. Socin. Iun.in conſil.144.numer.55. & in conſil.183.num.5. libr.2. Alcia.in reſp.534. & in conſil.570.num.5. & Moderni Pariſienſes in conſil.32.num.6.

21 Extenditur ſeptimo, vt † procedat etiam quando hoc teſtamẽtum ad alterius interrogationem conditum eſſet reuocatorium alterius iam conditi. Non enim differt quod ad interrogationem alterius conficiatur vel primum, vel ſecundum. Ita reſponderunt Rom. conſil.306. in Secundo dubio. & clarius Alex.conſ.33.num.12.verſ.Et dicere.lib.3.Ruynus conſ.12.num.11.lib.2.& clarius Dec.conſ.489.nu.9.& Soc. Iun.conſil.144.num.56.lib.2.vbi Dec.ſequitur.

Quocirca malè ſentiunt qui aliter ſcripſerunt: quemadmodum viſus eſt reſpondere Caſtrenſ.conſ.156.vt eum Ruynus & Decius pręcitatis locis recenſent. Quanquam dici poſſet Caſtrenſem non niti hac ratione ſola, quod ad reuocationem iam conditi teſtamenti non ſufficiat ſecundum ad alterius interrogationem conditum: ſed plura ſuo in caſu concurrebant; & inter cætera concurrebat in caſu Caſtrenſis, quòd ille teſtator infirmitate grauatus admodum erat: & dubitabatur, an ſanæ mentis eſſet quemadmodum ipſemet Caſtren.in l. hac conſultiſſima.§. at cum humana.num.2. C. qui teſta.face.poſſ.declarat, qui refert, ſe ita conſuluiſſe. Nec deferendum eſt Guidoni Papæ conſ.64. in fine. Cum nec lege, nec ratione, nec aliquorum auctoritate nitatur. Solùm ait ſecundum hoc teſtamentum, vt ſimplex non derogare primo, in quo adeſt clauſula derogatoria. Quod equidem non ad-
22 mitto, cum † primum teſtamentum habens clauſulas derogatorias tollatur per ſecundum ſimplex, vt tradunt Bart.in l. ſi quis in principio teſtamenti.num.de leg. 1.

Ita pariter Socin. Sen. conſilio 92. numero 17. verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus. libr.3. ſequutus Caſtrenſem in d. conſilio 156. reſpondit eo in caſu, quando teſtator multum grauabatur infirmitate, & à conſanguineis vexabatur, & iam conſtabat ipſum teſtatorem non habuiſſe animum reuocandi primum teſtamentum. Ita pariter loquitur Ruyn.conſilio 9. numer.14.& numer.15.verſicul.præterea iſto libr.2. Ita quoque reſpondit idem Ruyn.conſil.8.numer.9.libr.3.Et Socin. Iunior conſil.183. numer.34. libr.2. qui Caſtren. ſententiam ac Romani contra Dec.d. conſil.489. conatur tueri præſupponit, ſuo illo in caſu non conſtare, quod teſtator teſtari ſecundò voluerit, quia eius voluntas dubia erat, nos loquimur, quando conſtat de eius mente & animo, ita quoque intelligit & declarat ipſemet Soc.Iun.conſ. 144.num.53.verſ. Nec demum.lib.2.etſi ipſemet Soc.Iun.conſ. 183.num.34.lib.2. ſibi parum conſtans abſolute à Dec.diſſentiat.

Ita quoque eiuſdem fuiſſe opinionis credo Rodericum Suares alleg.1.num.36. ſed Zaſius conſil.3.nu.38.lib.1. abſolutè, reſpondit teſtamentum ad alterius interrogationem conditum nõ reuocare primum, & ſi is teſtator fuerit ſanæ mentis & liberæ diſpoſitionis. Monetur ille ea ratione, quòd.

23 Extenditur octauo, vt procedat † etiam ſi teſtator iſte verè ſanæ mentis & intellectus interrogatus, an faciat Caium hæredem, reſpondeat, quod ſic, non repetendo eius nomen. ita Corn. conſil.77. num.5.lib.4. quod intelligo ex ſupra dictis, cum omnino eſt ſanæ mentis & certum eſt, quod teſtari voluit. Ruyn.conſil.8.numer.7.libr.3.Barba.conſil.43.col.9. verſ.11.faciat.libr.3.Soc.Iun.conſ.178.num.28.lib.2. vbi & 183.num.2.Alciat.reſp.570.

24 Secundus eſt caſus † cùm teſtator, verè ſanæ mentis eſt, & ſi corpore æger atque infirmus iacet, & liberæ voluntatis eſt, quippe qui non timet conſanguineos: Et conſtat voluiſſe teſtari, ſed ignoratur quem hæredem velit facere. Hoc caſu valet teſtamentum conditum ad interrogationem vel notarij, vel alterius perſonæ priuatæ. Nec differt hic caſus à præce-
25 denti. Cum † teſtamenti validitas & inualiditas non pendeat à corporis bona valetudine, ſed à mentis ſanitate. Et habent hic caſus eoſdem auctores, quos & præcedens. Quo tamen clariora hæc omnia redderentur hunc ab illo ſeparaui.

26 Extenditur † primo, vt locum habeat etiam ſi infirmitas erat grauis. Ita Soc.Iun.in conſ.178.num.16.lib.2.

27 Extenditur † ſecundo hic caſus, vt procedat etiam quando hic teſtator à ſuis conſanguineis vexationem aliquam pateretur, vt eos hæredes faceret. Et teſtator interrogatus à notario vel altera perſona priuata, an alterum ex conſanguineis hæredem faceret: & reſponderet teſtator, facere. Adhuc.n.valet teſtamentum. Nec illa vexatio obeſt, cum eiuſmodi non fuerit, vt liberam teſtatoris voluntatem impediret. Potuit.n.ſi vòluit teſtator recuſare facere illum hæredem. Quocirca illa ratio ſuſpicionis falſi ceſſat æquè hoc in caſu ac in præcedenti.

28 Extenditur tertio, vt † procedat etiam quando non conſtaret hunc teſtatorem ante hanc interrogationem habuiſſe animum teſtandi. Nam adhuc teſtamentum conſiſtit. Ea eſt ratio, quia ſemper fuit in ſua poteſtate ita teſtari, & non teſtari. Quemadmodum copiosè explanaui ſupra in præcedenti caſu in 4.extenſione, non repeto iam dicta. Aliæ exteſiſiones ſumi poſſunt ex dictis in caſu præcedenti cum is ſubſtantia ab hoc non differat.

29 Tertius eſt caſus, quando † teſtator eſt ſanæ mentis, ſed corpore infirmus & non liberæ voluntatis, vt quia timet eos, ſub quorum eſt cuſtodia etiam ſi cõſtet velle teſtari, ſed ignoratur quem hæredem facere velit. Hoc caſu interrogatus, an velit inſtituere aliquem ex illis, ſub quorum cuſtodia eſt, & reſpondet, velle inſtituere. Hoc caſu non ſubſiſtit teſtamentum, ita in ſpecie ſenſit Corneus conſilio 73. numero 4, in fine.& numero 5.prope med.libr. 1.& conſil.319.numero 5.in fin.libr.4.

Ea eſt ratio, quod timore potius ne ab illis deſereretur, quàm ſponte & quod ex animo ſuo ita faceret inſtituit, ſicuti in ſimili egregiè probat.l. medicus. ff. de variis & extraord. cognit.

30 Hic caſus multò fortius procedit † quando non conſtaret teſtatorem voluiſſe teſtari. Auget enim hoc ſuſpicionem quod timore teſtatus ſit. Præterea multo fortius etiam procedit, ſi interrogatio fieret à perſona ſuſpecta, quemadmodum euenit in caſu Cornei.d.conſil.73.num.4.in fine. Et fortius procedit quando illa interrogatio excederet modum ſimplicis interrogationis: atque ita quando quodammodo imperaret: vt ſi diceret, *voglio che tu laſci herede me, ò mio figliolo*, &c.ita Corneus conſil.319.num.6.lib.4.

31 Quartus eſt caſus, cùm † teſtator eſt mentis inſanæ verè & manifeſtè, vt quia ſui natura eſt mentecaptus, vel furioſus. Hoc caſu, cum eius diſpoſitio, & ſi ſponte ſine alterius interrogatione facta non valeat.l. furioſum.C. qui teſta.face.poſſ. cum ſimilibus, multo fortius non valet, cum ad alterius interrogationem teſtatur. Ita Alex.conſ.33.num.8.lib.3.

32 Extenditur † hic caſus, vt procedat etiam quando hęredem feciſſet conſanguineos. Nam adhuc non valet. Cum eadem ſit ratio. Non enim dicitur teſtamentum, quod confectum eſt ab eo, qui legitimo caret conſenſu.

33 Quintus eſt caſus, cùm † teſtator verè & propriè non eſt mente inſanus ſed dubitatiuè & quodammodo præſumptiuè tantum, vt puta cum graui morbo affligitur ac premitur. Et aliquando extant ſigna ſanæ mentis, vt quia libenter medico obtemperat, medicamenta & pharmaca ſuſcipit, & loquitur quæ viri ſanæ mentis ſunt. Aliquando verò, vt à morbo conflictatur, varia loquitur & phantaſmata habet, ita quod iudicari non poteſt quod verè & propriè ſit bene compoſiti animi.

Hoc in caſu dicendum eſt, quòd ſi aliqua extant ſigna, quib. conſtare poſſit teſtatorem hunc ita voluiſſe teſtari, valet teſtamentum, quanquam ad alterius interrogationem conditum fuerit: ſigna hæc in iudicis arbitrio ſunt poſita: ſed ex noſtris aliqua colligi poſſunt.

34 Primum eſt ſi iam † declarauit voluntatem ſuam teſtandi ita, & ita, & iuſſit ad ſe vocari notarium & teſtes, vt ita teſtaretur. Qui quidem notarius vocatus, vt intellexit ab illis, à quibus vocatus fuit teſtamentum conſcripſit, & deinde coram teſtibus teſtatori legit & eum interrogauit, an illum à ſe ſcriptum hæredem inſtitueret: & reſpondeat teſtator: ita inſtituere. Ita reſpondit Corn. conſil. 304. nume. 3. verſic. nam per rogitum libr. 1. & in conſil. 232. numer. 4. ibi, niſi prædixerit teſtibus, quod eſſent teſtes, & ibi, procedat quando conſtat, idem conſil. 319. col. pen. in princ. lib. 1. Soc. Sen. conſil. 229. num. 7. verſic. & hanc opinion. lib. 2. Ita etiam reſpondit Socin. Iun. conſil. 144. num. 53. in conſil. 178. num. 20. & ſi paulò obſcurius, & in conſil. 179. num. 36. libr. 2. & Zaſius conſil. 3. num. 37, libr. 1.

Secundum eſt ſignum, quando teſtator iam ante non expreſſe, ſed tacitè declarauit mentem ſuam, vt quando iuſſit ad ſe vocari notarium & ſeptem teſtes, & illis præſentibus dictauit notario totum teſtamentum, & notarius eo conſcripto, & recitato interrogauit, teſtatorem, an ita fieri vellet: & ille affirmauit velle. Ita docuit Bald. in l. iubemus, idem ſcripſit Corn. in d. l. iubemus. in fine. & conſ. 73. num. 5. verſic. Nam apparet. in conſil. 232. num. 4. lib. 1. & conſil. 261. num. 18. lib. 4. dum reſpondit, ſufficere rogitum præcedentem teſtatoris. Bello. conſil. 74. num. 4. Petrus Pekius in tract. de teſtamentis coniugum. lib. 1. c. 5. nu. 9. Moder. Pariſ. conſ. 32. nu. 12. ver. 2. vt ſic. & nu. 14. Soc. Iun. conſ. 178. nu. 9. 11. lib. 2. qui ait ſufficere fictum & tacitum rogitum: Id quod verũ eſſe exiſtimo.

Tertium eſt ſignum, quando ſumus in dubio, & reperitur teſtamentum ritè & rectè conditum, ac ſi ab eo qui verè ſanus eſſet mente & corpore factum foret. Nam valet, & ſi conditum ſit ad alterius interrogationem, ita clare & in ſpecie reſpondit Corn. 73. num. 2. verſ. & idem voluit, & num. 5, lib. 1. Nam qualitas teſtamenti ad præſumendum ſanam mentem attenditur, quemadmodum paulò ſupra poſt Doct. in l. furioſum. C. qui teſt. face. poſſ. Exemplum poteſt adferri cum venientes ab inteſtato ſunt inſtituti: ita poſt Salicetum loco ſupra citato reſpondit Corn. conſ. 232. nu. 4. idem conſ. 319. num. 2. lib. 1. Gratus conſ. 90. nu. 29. lib. 2.

35 Exemplum † etiam adfertur ex Alex. conſ. 12. col. vlt. verſ, Et dictum Perrum. lib. 1. dum ait illum videri ſana mente teſtatum, qui & animæ ſuæ & de ſe benemeritis cõſuluit, & ſi ad alterius interrogationem id fecerit.

Verùm vt ait Corneus. d. conſ. 73. num. 4. hoc intelligitur, niſi aliis coniecturis conſtaret de mente inſana teſtatoris:
36 cum quotidie † eueniat, vt inſani etiam loquantur ea quæ hominis ſanæ mentis ſunt, quòd repetit eo loco in fine reſponſi.

37 Quartum ſignum eſt, quando † ipſe teſtator interrogatus ſimpliciter, quem hæredem faceret: & ipſe reſpondit, Caium vel Sempronium, atque ita per ſuggeſtionem non fuit interrogatus, dicendo, facis ne hæredem Caium, & reſpondeat, quod ſic. Nam quando ſine ſuggeſtione, ſicque ad ſimplicem interrogationem teſtator ſuo ore nominat hæredem, oſtendit ſe eſſe ſanæ mentis & animi deliberati. Quod ita non contingit, cùm reſpondet ſimpliciter; ita, ſic, Quandoquidem potuit alia de re intelligere cum interrogabatur ſi reſpondit, ita, ſic, & ſi ei fuiſſet dictum, vis bibere, dixiſſet, ſic, & ſi (vt ait Cyn. in dicta l. iubemus. columna 2. verſiculo in hac quæſtione) quis ei dixiſſet, interfeciſti hominem reſpondiſſet, ſic: quod non contingit, quando nomen hæredis expreſſit: ita conſiderat Corn. dicto conſilio 73. numer. 3. verſi. Et idem voluit. libr. 1. Quod tamen ipſe intelligit, & rectè, quando aliæ contrariæ & vrgentes præſumptiones non concurrunt, ita etiam intelligo eundem. Corn. conſil. 232. nu. 4. verſ. lex enim non habet pro expedito. lib. 1. ita etiam intelligo Alex. conſ. 33. num. 10. libr. 3. dum reſpondit, valere inſtitutionem de eo factam, cum dixit teſtator, facio hæredem itum: & ille erat præſens.

Quintum eſt ſignum, quando teſtator ſubſcripſit ſpecialiter. Ita Mod. Pariſ. in conſil. 31. num. 14.

Declaratur nunc hic caſus, vt locum non habeat, quando vltra infirmitatem, & notarij, vel alterius interrogationem aliqua ſigna, concurrunt, quæ oſtendunt teſtatorem noluiſſe teſtari. Ita reſponderunt Zaſius. conſil. 3. numer. 37. verſ. Nam primo. qui vult requiri tria. Et Soc. Iun. conſ. 183. num. 20. lib. 2. Quæ ſanè ſigna & coniecturæ ex facto, & futuro euentu pendent. Et ideo iudicis arbitrio relinquuntur. Ita reſpondit Corn. conſ. 73. num. 7. lib. 1. Nec in hac declaratione conſtituo differentiam, quod agatur de teſtamento, vel de codicillis, vt nec differentiam facit Moder. Pariſien. conſilio 31. numero 7. 8. 9. vbi.

38 Primum eſt ſignum, quando † non conſtat teſtatorem habuiſſe animum teſtandi, vt quia hoc nunquam declarauit, nec iuſſit vocari notarium & teſtes. Cum enim concurrit hæc coniectura cum illis ductis ab ægritudine corporis & dubia mentis ſanitate, necnon & interrogatione ei facta, dicendum eſt, teſtatorem potius noluiſſe teſtari, quàm teſtari. Quod. n. reſpondit, ita agere velle, videtur potius egiſſe, vt ſe ab ea interrogationis moleſtia liberaret, quàm vt ita teſtaretur. Et ſi fortè fuiſſet alia de re interrogatus, idem reſpondiſſet, ſicuti conſiderat Cyn. in dicta l. iubemus. columna 2. verſiculo vlt. quæritur. C. de teſta. dum ait, quod ſi fuiſſet ita inrerrogatus, occidiſti Caium? reſpondiſſet, ſic, ita quod placuit & Alexan. conſil. 12. num. 6. verſic. & ideo licet. lib. 1. Idem ſenſit Corn. conſ. 103. in fin. lib. 1. conſ. 77. num. 8. lib. 4. Ita etiam vnà cum Alex. conſ. 33. num. 11. verſ. ſubdit tamen. lib. 3. intelligo Romanum conſ. 306. qui reſpondit, non ſubſiſtere teſtamentum
39 illius † interrogati ab eo qui acceſſit cum teſtamento ſcripto, & eo lecto dixit, facis ita? reſpondit teſtator, quòd ſic. Ita etiam Socin. Sen. conſilio 229. numero 7. verſi. præterea ſubdit. libr. 2. declarat opinionem Alberti Papienſis & Ioan. Andreæ. idem Socin. conſil. 92. numer. 17. in fin. libr. 3. ita etiam Romanum ſequitur Iaſon conſil. 196. col. 3. verſic. item diligenter. lib. 2. Ruynus conſ. 9. num. 14, lib. 2. idem conſil. 8. nu. 7. 9. lib. 3. Moderni Pariſien. conſil. 31. num. 3. vbi & num. 6. & num. 9. declarant. Gratus conſ. 30. num. 21. libr. 2. Socin. Iun. conſil, 156. & conſil. 183. numer. 31. 32. lib. 2. Petrus Pekius in tract de teſtamentis coniugum. lib. 1. c. 5. numer. 9. Syluanus conſil. 54. num. 10. verſ. Nam Albertus & Clarius ibid. verſic. Nec obſtat, ſi dicatur.

Secundum eſt ſignum & coniectura, quando interrogatus teſtator, præ moleſtia modo in hanc, modo in alteram lecti partem vertebatur, nolens loqui ita vt paulò ante faciebat, oſtendens ægrè ferre, quod in ea anxietate his afficiatur moleſtiis. Hoc enim caſu dicendum eſt teſtamentum non conſiſtere, ita in ſpecie hanc coniecturam probat Caſtren. d. conſi. 156. Viſo puncto & allegationibus, columna 1. verſic. Nam quod: & colum. 2. verſic. ſed hic interuenit plus. libr. 1. Et Caſtrenſem interpretatur. Alexandr. conſilio 33. numero 12. verſicul. item fundat. lib. 3. Soc. Sen. conſil. 92. num. 17. verſ. item ex his quæ dicta. lib. 3. Ita etiam conſiderat Corn. conſil. 1. nu. 3. verſ item plures teſtes. lib. 4. dum reſpondit, teſtatorem illum noluiſſe ad notarij interrogationem teſtari cum interrogatus aliquando reſponderet, aliquando vertens terga tacebat.

40 Tertium † eſt ſignum & coniectura: cum interrogatio facta fuit à perſona ſuſpecta: vt puta à conſanguineis, qui deinde ſcripti hæredes reperiuntur, vel à notario ab ipſis conſanguineis vocato & (quod aiunt) ſubornato, precibus & pretio (vt fieri ſolet) allecto. Nam hoc caſu teſtamentum non conſiſtit, ita Caſtren. dict. conſilio 156. colum. 1. verſic. Et idem dicendum: quo loci arguit, teſtamentum infirmitate grauati non ſubſiſtere, cum conditum eſſet ad interrogationem cuiuſdam religioſi patrui eorum, qui inſtituti hæredes dicebantur, & quiquidem religioſus affectabat nepotes illos ſuos hæredes fieri. Et repetit ibidem Caſtren. colum. 2. verſic. ſed quan-



quando. & Caſtrenſem ita intellexit Alexan. conſil. 33. numer. 12. verſ. præterea. Paulus de Caſtro. lib. 3. Et Socin. ſen. conſil. 229. num. 7. verſic. & hanc opinionem. lib. 2. & num. 8. verſic. octauo præmiſſa, idem conſil. 92. num. 16. libr. 3. qui reſpondit de notario ſuſpecto ob id quod vocatus à ſuſpectis fuit. Ruyn. conſil. 9. num. 15. conſil. 12. num. 12. lib. 2. Dec. conſil. 65. num. 14. lib. 2. Quocirca male reſpondit Alciatus reſpon. 534. Grauiter ægrotante, cùm dixit, teſtamentum conditum
41 à marito † ad vxoris interrogationem, quæ ſe hæredem fieri interrogauit valere: cum tamen, & teſtator grauiter ægrotaret, & non conſtaret de eius voluntate teſtandi. Et melius ſentiunt Pariſien. conſilio 31. numer. 5. & numer. 6. vbi. Socin. Iun. conſil. 183. num. 27. 28. libr. 2. qui contrarium reſponderunt, ita etiam Corneus conſil. 103. in fin. lib. primo, ita etiam declarant Barba. conſil. 43. colum. 8. verſicul. ſeptimo faciat. lib. tertio. & Syluanus conſil. 54. numer. 10. prope medium, & numero 12. vbi declarat ita ſenſiſſe Caſtrenſem. Idem procedit cum ex alio conſtat notarium interrogantem eſſe ſuſpectum, vt quia omiſit aliqua ſolennia in teſtamento adhibenda, ita ſentit Corn. conſil. 304. numer. 6. verſ. & eſt aduertendum. libro 1. ſed conſidero Corneum forte loqui quo ad hoc vt non adhibeatur fides notario, qui deponit, vt teſtamentum ſuſtineatur, quod ſuſtineri alioqui non poteſt, defectu ſolennitatum, aliàs non reddit notarius ſe ſuſpectum quo ad interrogationem: quia potius redditur non ſuſpectus ex quo non videtur perfectè inſeruiſſe hæredi vocato, cui ſi fauere voluiſſet peccaſſet potius addendo ſolennitates ſuperfluas quàm omittendo neceſſarias. Hoc ſignum forte temperari poteſt, non procedere, quando adeſſent contrariæ coniecturæ, quibus demonſtraretur hæredes ſuſpicione carere vt puta, quando multa legata eſſent facta in teſtamento, ita ſentit Crotus conſil. 30. num. 7. lib. 2. Niſi dicamus ad cautelam fuiſſe factum ab hæredibus vt tegerent ſuum dolum, & vt haberent, legatarios vnà ſecum defenſores teſtamenti. Præterea ſubiungit Crotus d. conſ. 30. numer. 8. 9. ceſſare hanc ſuſpicionem, cum de fide & legalitate hæredis, & notarij probatur, ſed cogita, an verum id eſſe poſſit.

Quartum eſt ſignum & coniectura, quando ſolenne teſtamentum, quod iam præceſſit, eſſet reuocatum, ſi hoc, ad interrogationem alterius conditum, valeret: Quod intelligo, quando aliquot annos is teſtator ita vixiſſet, vt liberum ei fuiſſet mutare & reuocare, ſi id agere voluiſſet: & concurrit aliqua coniectura, etiam ſi leuis foret, interrogationis factæ à perſona ſuſpecta, quemadmodum reſpondit Caſtren. dict. conſilio 156. colum. 2. verſicul. pro hoc etiam bene facit. Cuius quidem reſponſum hoc in caſu defendi poteſt: vt vno attigi ſupra. Et ſatis ſolida eſt Caſtren. ratio, quòd non præſumitur teſtatorem noluiſſe ad ſimplicem alterius interrogationem exiſtens in mortis articulo, & vno momento reuocare & irritum facere, quod ſolenniter & deliberatè iam fecit, & tanto temporis ſpacio, quo reuocare poterat, comprobaſſe dicitur. arg. l. ſi quando. in princ. C. de inoffic. teſtamen. Ita etiam intelligit & declarat Corneus conſil. 2. 232. numer. 4. verſic. & maximè hoc perſuaderi, idem conſil. 319. colum. 3. verſic. & maximè cum paulò ante libr. 1. quo poſtremo loco reſpondit Corn. de eo, qui paulò ante condiderat teſtamentum ſolenne & perfectum. Ita etiam Socin. Sen. conſilio 92. numer. 17. verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus. libr. 3. Ruyn. conſil. 9. num. 15. lib. 2. Soc. Iun. conſil. 183. numer. 34. libr. 2. vbi improbat Decium, conſil. 489. aliter ſentientem, ſed dici poteſt, Decium loqui in eo teſtatore, qui non erat grauiter infirmus.

Quintum eſt ſignum & coniectura, quando teſtator ita ægritudine oppreſſus interrogatus reſpondit modo, quòd ſic, modo abnuendo capite. Nam hoc modo oſtendit, non intelligere, nec animum habere teſtandi, ita conſiderat Corn. dict. conſ. 73. colum. 4. verſ. Et ponderandum eſt.

Sextum ſignum, quando teſtator dixit expreſsè, quòd non deberent eum moleſtia afficere: Nam tunc ſi interrogatus reſpondet, videtur potius feciſſe ad euitãdam moleſtiam quàm animo teſtandi, ita conſiderat. Soc. ſen. conſil. 229. numer. 7. verſ. Nam prout ex dicto.

Septimum ſignum, quando teſtator dixit, quod deberent reuerti cras, vel alia die, ita Iaſ. conſil. 196. colum. 3. verſic. vnde cum Albertus. lib. 2. qui ita perpendit Caſtrenſem. d. conſ. 156. ita etiam reſpondit Soc. ſen. conſ. 92. num. lib. 3 & Soc. Iun. conſ. 178. num. 21. libr. 2. Verùm hoc verſatur circa voluntatem imperfectam: non autem quod non valeat teſtamentum reſpectu interrogationis.

Octauum ſignum cum teſtes ſuſpecti fuerunt vocati, etiam ſi extarent non ſuſpecti, ita Moder. Pariſien. conſilio 31. De his ſatis.

## PRÆSVMPT. IX.

### Teſtamentum an & quando ſolenne præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an & quando præſumatur ſolenne.*
2 *Teſtes in teſtamento deſcripti præſumuntur rogati.*
3 *Teſtamentum quando prima facie apparet vitioſum in aliquo, præſumitur non ſolenne.*
4 *Teſtamentum carens aliqua ſolennitate non præſumitur falſum quo ad teſtatorem, & hæredes, ſed quò ad notarium.*

1 CONTINGIT etiam † dubitari, an & quando teſtamentum præſumatur ſolenne? Hac in re diſtingue duos caſus. Primus eſt quando agitur de illis ſolennitatibus, quæ in teſtamento poterant interuenire tempore teſtamenti. Hoc ſane caſu teſtamentum præſumitur ſolenne, vt prima eius facies oſtendit & demonſtrat. Ita Bald. in l. ſi poſt diuiſionem in 2. oppoſ. C. de iuris & facti igno. quem ſecuti ſunt Curtius Iunior in l. vlt. num. 3. & ibidem Sapia. nume. 71. C. de edicto Diui Adria. toll. & commemoraui in commentariis de adipiſcenda poſſeſſione remedio quarto. numer. 727. Et hic accedit idem Baldus in cap. cum in iure peritus. num. 6. verſ. quæro, quid in teſtamentis, de officio delegati, qui ſcriptum reliquit, teſtamentum præſumi ſolenne, quatenus ex verbis colligi poteſt: in eo vero, quod ſilentio omiſſum eſt, ſolennitas non præſumitur. Et idem Baldus in l. 1. numer. 56. C. de ſacroſanct. eccleſ. docuit, teſtamentum præſumi ſolenne, cum requiſitam à lege formam habet: ſecus ſi ea caret, idem in auth. omnes peregrini. colum. vltim. C. communia de ſucceſſ. & Bald. ſecutus eſt Dec. in conſ. 11. num. 8. qui auctoritate aliorum dixit, actum præſumi ex omni parte habilem quando habet debitam formam.

2 Hinc dicimus, præſumi teſtes † in teſtamento deſcriptos & adhibitos fuiſſe rogatos: quia eſt ſolennitas, quæ tunc temporis potuit interuenire. Ita poſt alios reſponderunt Decius in dict. conſilio 11. numer. 17. verſicul. 5. quod notarij, Socin. Iun. in conſil. 178. numer. 4. libr. 2. & Boër. quæſt. 35. Idem dicimus de quocunque alio actu, qui requirit ſolennitatem, vt illa præſumatur, ſi in actu fuit enunciata, & eo tempore potuit interuenire. Ita ſcripſi in præcedenti libro, præſumpt. 132. num. 32.

3 Ex quibus † ſumitur declaratio, quod quando ex forma & prima (vt aiunt) facie ipſius teſtamenti apparet aliquod vitium: tunc teſtamentum non præſumitur ſolenne. Et huc pertinent quæ ſcripſi in præcitatis commentariis de adipiſcenda poſſeſſ. remedio quarto. num. 729.

4 Non præſumitur † tamen teſtamentum falſum quo ad teſtatorem & hæredes, & ſi deficit ſolennitas, ſed quo ad notarium, & dicemus infra libro ſequenti, in præſumptione. 40. vbi de falſitate diſſeremus.

¶ Secundus eſt caſus, quando agitur de ea ſolennitate, quę tempore conditi teſtamenti interuenire non potuit. Exemplum eſt, quando dicitur, Prælatum de Pontificis licentia condidiſſe teſtamentum. Hoc ſanè caſu, ſi erat is. Prælatus extra vrbem Romam, vel locum ipſum, in quo erat Papa, non præſumitur hæc licentia. Ita hoc in caſu defendi poteſt opin. Aretin. in conſilio 36. numero 2. & Ruyn. in conſilio 26. numero 10. libr. 1.

Maius eſt dubium, quando Prælatus deceſſit in curia ipſa Romana. Nam multi exiſtimarunt præſumi hanc licentiam: ex quo interuenire tunc potuit. Ita Felynus in capitulo ſicut

colum.17.verſ.propterea dubito.de re iud.Ruynus in d.conſ.
26.numer.10.lib.1.Capicius in deciſ.4.numer.30.& Hieron.
Gabriel in libr..concluſionum. in titul. de præſumptionibus
concluſ.1.num.48.Pręterea ob temporis diuturnitatem,tunc
præſumitur licentia Pontificis.Ita de teſtamento Ricardi Se-
nenſis Catdinalis reſponderunt Aret. conſil.36. & Alexandr.
101.num.7.libr.quos ſecuti ſunt Iaſon in l.ſciendum.numer.
16.in fin.de verbor.oblig.Dec.in conſil.409.nume.2.Ruyn.
in conſ.151.num.16.lib.4.Tiraquellus de legibus connubial.
in glo.5.num.40.& Crauet. de antiq.temp.in 1.part.3. partis
princ.num.31.qui Crauet.multis ſimilibus comprobat.

Verùm aduerſus Aret.& Alex.de eadēmet ſpecie reſpondit
Corn.in conſ.304.num.11.lib.3.Et idem aduerſus Aret.ſcri-
pſit Feli.in d.c.ſicut col.17.verſ. propterea dubito.de re iud.

## PRÆSVMPT. X.

### Teſtamentum an & quando validum & de iure confectum præſumatur.

## SVMMARIVM.

*1 Teſtamentum an & quando validū, & iure confectū præſumatur.*
*2 Clauſula in teſtamento,ſi non valet iure teſta.&c.facit teſtamentum valere.*
*3 Legis præſumptio non ad infirmandum ſed ad confirmandum adaptatur.*
*4 Teſtamenti verba præſumuntur prolata in caſu poßibili non autem in impoßibili.*
*5 Subſtitutio ante inſtitutionē facta non facit corruere teſtamentū.*
*6 Diſpoſitio teſtatoris ita eſt interpretāda, vt valeat & ſuſtineatur.*
*7 Teſtator ſi inſtituit partum vxoris, quæ tamen non ſit prægnans præſumitur etiam intellexiſſe de alia vxore.*
*8 Teſtator præſumitur eligere viam illam, qua ſuum teſtamentum valeat.*
*9 Teſtator diſponens teſtari iure communi, ſecundum quod eius teſtamentum non valeret, ſed iure ſpeciali ſic, tunc ſumitur interpretatio, vt voluerit teſtari iure ſpeciali ne teſtamentum careret virib.*
*10 Verba impropriantur,vt actus & diſpoſitio valeat,& ſuſtineatur.*
*11 Teſtamento plus eſt fauendum,quàm filio exhæredato.*
*12 Pater non præſumitur filium iniuſte exhæredaſſe.*
*Nec moriens præſumitur immemor vitæ æternæ.*
*13 Sententiæ contrariæ ſi inter pares numero iudices proferantur,in liberalib.cauſis libertati fauendum eſt.*
*14 Contra teſtamentum iudicatur, quando maior numerus doctorum ſtat aduerſus ipſum teſtamentum.*Barba.*contra, & male,num.15.*
*16 Teſtamentum & matrimonium quo caſu pariſicentur, & æquè ſint fauorabilia.*
*17 Teſtamenti pro validitate an & quando non præſumatur. numer. ſeq.per tot.*
*18 Teſtamentum carens ſolennitatibus quæ à iure requiruntur, non præſumitur validum.*
*Et non meretur nomen teſtamenti.num.20.*
*19 Teſtamenti inualiditas teſtatori adſcribitur, quando ſolennia non adhibuit,quæ requiruntur.*
*21 Actus nullus nomen actus non meretur.*
*22 Teſtamentum,quod forma debita caret, nullum reputatur.Idem, ſi repugnat præſumpta mens diſponentis in contrarium. nu.23.*
*24 Libertas directo data,quæ valere non potuit,non ſuſtinetur ex fideicommiſſo.*
*25 Legatum rei alienæ non valet, quando in ea redimenda hæres nimium grauaretur.*
*Teſtator præſumitur minus grauare hæredem quàm ſit poßibile.*
*26 In odioſis in dubio ſumitur interpretatio contra teſtamentum.*
*27 Interpretatio fauorabilis dicitur illa, quæ excludit odium etiam cum annullatione actus, & præfertur illa, quæ facit valere actum.*Contra,*num.29.*
*28 Exhæredatio odioſa.*
*30 L.ſi ita.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſta.interpretatur, & declaratur.*
*31 Teſtamentum factum in fraudem legis eſt penitus nullum.*
*Idem,ſi reſultaret delinquendi occaſio.32.*
*Idem,ſi voluntas teſtatoris eſſet adeo perplexa vt ſciri vel cognoſci non poßit,quid diſponere voluerit.num.33.*
*Et quæ perplexitas poßit cauſari in teſtamentis ibid.*
*34 Teſtator ſi duo conſcripſit teſtamenta diuerſa,nec apparet, quod prius vel poſterius,neutrum valet.*
*35 Teſtamentum præſumitur inualidum,quando ſi præſumeretur validum,inſurgeret magna inæqualitas inter teſtatoris filios.*

1 CVM ambigitur,an † teſtamentum validum & iu-
re confectum præſumatur? conſtitui ſolet regula,
quæ & cæteris actibus eſt communis, teſtamen-
tum ſcilicet validum & iure confectum præſumi.
l.3.ff.de teſtam.militis, quo loci reſpondit Vlpianus, non eſ-
ſe credendum:quod quiſquam genus teſtandi elegerit ad im-
pugnanda ſua iudicia.Idem Vlpianus cenſuit in l.cancellaue-
rat.in fin.ff.de his, quæ in teſtam. delentur:in ambiguo pro-
nuntiandum eſſe,inſtitutionem hæredis & legata valere.
2 Huc pertinet † quod docuit Bart.in l.1.num.11.ff.de iure
codicillo.cum dixit, clauſulam illam ſi non valeat iure teſta-
menti,valeat iure codicillorum,ſic interpretari vt faciat vale-
re teſtamentum:ſic & Iaſ.l.ſi creditori.num.1.de leg.1.

Hinc docuit Bald.in l.2.in fin.C.de edicto Diui Adria.
tollen. quid præſumi pro teſtamento, ſi aliquo modo valere
poteſt.Ita & Bart.in l.idem fiet.numer.1.ff.de teſta.tutela,ex
illo textu annotauit, teſtamentum præſumi validum, non au-
tem falſum.

Et idem Bald.in l.ſi quis filio.in princ.de leg.1.ſcriptum
3 reliquit legis † præſumptionem non ad infirmandum, ſed ad
confirmandum adaptari.Bald.ſecuti ſunt Iaſ.in l.1.in princip.
numer.1.ff.de eo, quod certo loco, & in l.quoties.colum.1.
verſic.quartò, adde de verb.oblig.& Dec.in l.in contrahen-
da.numer.5.ff.de regulis:quo loci.num.7.adiunxit,hanc præ-
ſumptionem, qua actus ſuſtineatur, eſſe cæteris validiorem.
Qua de re dicemus infra lib.6.præſumpt.3.confert text.l.do-
tis fructus, cum lege ſeq.ff.de iure dotium, vbi diſpoſitio te-
ſtatoris præſumitur facta eo in caſu, quo de iure fieri poteſt,
vt valeat, & his adductus ſic docuit Iaſ.in l.Gallus.§.quidam
rectè.numer.12.ff.de lib.& poſthum.poſt Aretinum ibi.num.
6.& Decius in conſil.43.in fin.Et docuit Baldus in l.cum an-
4 tiquitas.numer.1.C.de vſufructu,verba † teſtamenti præſumi
prolata in caſu poſſibili, & idem reſpondit Soc.Iun.in conſil.
72.num.55.lib.1.

Huc facit text.l.cum in teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæ-
5 red.inſtitut.vbi ſubſtitutio priore loco † ante ſcilicet factam
inſtitutionem præſumitur ordine præpoſterato facta, ne te-
ſtamentum quo ad inſtitutionem corruat, quemadmodum
ibidem annotarunt Baldus, Angelus & Imola.Et ſcripſerunt
Alexandr.in conſilio 81.numero 7.libro tertio,& Deciſio.in
l.in teſtamento, numero 13.C.de teſtament. milit. & alios
commemorabimus infra in libr.6.in d.præſumptio.3.

Hinc etiam dicimus, quod extraneus inſtitutus ſub condi-
tione,ſi ſe illius filium probauerit,intelligi debet de præſum-
ptione præſumptiua, iuxta l.non nudis.C.de probatio. non
autem de vera probatione,quæ ob id,quod eſt impoſſibilis.l.
Lucius.ff.de condit.& demonſtr.ipſam inſtitutionem atque
ita teſtamentum vitiaret. Ita docuit Ruynus in l.Gallus.§.&
quid ſi tantum.num.33.ff.de lib.& poſth.

Confert, quod ſi teſtator inſtituto filio ita ſubſtituit: & ſi
filius meus deceſſerit ſine liberis, ei Caium ſubſtituo, valet
fideicommiſſum iniunctum illis liberis in conditione tan-
tum poſitis, vt teſtatoris diſpoſitio valeat. Ita cenſuit Gal-
liaula in l.Centurio.numero 360.in fin.ff.de vulgar.& pupil.
ſubſtitut.

Ad rem quoque pertinet, quod docuit Iaſ.in l.ſi arroga-
tor.numer.31.ff.de adoptio & in l.ex tribus.numer.6.C.de
inoffic.teſtam.Cum dixit,fideicommiſſum ob id cenſeri reli-
ctum vt præſtetur à ſubſtituto impuberis,vel à legitimis hæ-
redibus,non autem ab ipſo impubere:cum ab eo relinqui mi-
nime poſſit. Ita ſanè interpretatio ſumitur, ne fideicommiſſi
diſpoſitio pereat.
6 Hinc etiam dicimus,diſpoſitionem teſtatoris † ita eſſe in-
terpretandam, vt valeat & ſuſtineatur.l.ſi pars, in princ.ff.de
inoffi.teſt.& manifeſte ſcripſerunt per multi,quos congeſſi in
conſ.224.num.32.libr.3.& illis accedunt Dec.in conſil.105.
in fin.& Crauet.in conſ.143.nu.3.Ita quoque dicimus, quod
7 ſi teſtator inſtituit partum vxoris, quæ tamen † prægnans
non



non eſt,præſumitur intellexiſſe etiam ex alia vxore, vt ſua di-
ſpoſitio valeat.Ita Alciatus in tractatu de præſumpt.35.num.
5.poſt Caſtren.& alios,& dicemus infra in præſumpt.

Huc etiam pertinet quod reſpondit Angelus in conſi.294.
8 Quoniam in vltimis. numero 3. in fine, Cum dixit, † præſu-
mendum eſſe,quod teſtator noluerit relinquere legatum vir-
gini,ita vt eius nuptiæ impedirentur:ſed quod eligere volue-
rit viam illam,qua ſuum teſtamentum valeret,atque ita vidui-
tatem non induceret.
9 Extenditur primo, vt locum etiam † habeat hæc præſum-
ptio, quando teſtator iam decreuiſſet teſtari iure communi,
ſecundum quod ipſum teſtamentum non valeret: ſed valeret
ſecundum ius ſpeciale. Nam ſumitur interpretatio, teſtato-
rem teſtari voluiſſe iure ſpeciali, vt teſtamentum ſuſtineatur.
Ita ex l.tertia.ff.de milit.teſtam.ſcripſit Alciatus in tracta.de
præſumptionibus,regula tertia, præſumption. 36.numero 6.
poſt Innocen.& Baldum, quos commemorauit.Et idem ſcri-
pſerunt Paulus Leonis in tractatu de ſubſtitutionibus, in tit.
de compendioſa.numero 229.& Sfortia Oddo. in tracta. de
compend.ſubſtit.in quinta particula in quarto præmiſſo.verſ.
ampliatur etiam.

Extenditur,ſecundo hæc præſumptio, vt locum habeat e-
tiam impropriando verba.l.cum filio de leg.3.& docuit Bart.
in l.Quintus.la 2.§.1.nu.3.& in l.pediculis.§.item cum quæ-
retur.numero primo.ff.de auro & argen.lega. præſumi teſta-
torem ſenſiſſe illud,quod verbis non continetur, vt valeat te-
ſtamentum.Ita quoque Bartol.in l.cogi.in princip.in 1.& 2.
notab.ff.ad Trebel.& ibidem Alexand.num 2.ſcripſerunt,re
cedi à ſermonis proprietate,ne fideicommiſſum à teſtatore re
lictum corruat.
10 Et idem eſt in aliis † actibus & diſpoſitionibus,quæ vt va-
leant & ſuſtineantur, verba impropriantur. Ita tradunt Iaſ.in
l.quoties in ſtipulationibus.num.2.de verb.obligat.Dec.in l.
in contrahenda.num.5.de regul.iuris,& alios commemoraui
infra in lib.6.in præſumpt.3.in ſecunda extenſione, quo loci
dixi,non procedere,quando nimia eſſet impropriatio, ex ſen
tentia Alciati in tract. de præſumptionibus reg.3. præſumpt.
34.num.4. & num.5.verſ.poſſet tamen, qui recenſet, & Co-
meſ.in d.l.cum filio.num.de leg.3.qui ſcriptum reliquit, niſi
cum magna illa impropriatione concurreret ipſius teſtatoris
voluntas.Et ſubiungit Alciat.quod alio non cōcurrente, ma-
gna improprietas non arguit, ita fuiſſe mentem teſtatoris, &
diſponentis, vt docuit Socy.in l.in ambiguo.nu.5.ff.de reb.
dubiis. Ita declaratur tex.l.neque enim.in fin.ff.de milit.teſt.
& l.vxor patrui.C.de legat.
11 Extenditur tertiò, vt locum habeat in detrimentum † filij
exhæredati.d.l.ſi pars.in princ.ff.de inoffic.teſtam. quo loci
Marcellus reſpondit,in dubio recipiendam eſſe ſententiam il-
lorum iudicum, qui pro teſtamento pronuntiarunt, ne dica-
tur inofficioſum; vt exhæredati filij excludatur. Et illo in lo-
co annotauit manifeſte Baldus in dubio plus fauendum eſſe
teſtamenta,quàm filio exhæredato.

Sic etiam reſponderunt Fulgoſius in conſ.90. in quæſtio-
ne Ioannis.colum.2.verſ.in dubio autem. quem retulit Pari-
ſius in additionibus ad Bart. in d.l.ſi pars. & Gratus in conſ.
30.num.26.lib.2.qui ſcripſerunt,in dubio ſumendam eſſe in-
terpretationem teſtamenti, quia ſuſtinetur teſtamentum etiā
contra filios.

Et ea quidem ratione moueri potuit Marcellus,quod veri-
12 ſimile non ſit,patrem, qui † præſumitur ſummopere amare
filium,eum iniuſtè exhæredaſſe:tum maximè, quod moriens
non præſumitur mendax & immemor vitæ æternæ, vt inquit
Iuſtinianus.in l.vlt.in fin.C.ad l.Iul.repet.

Non ignoro tamen Ariſtotelem in problemat. ſectione
29.quæſtio.tertia, ita ſcriptum reliquiſſe. *Quamobrem in foris
nonnullis familiæ potius quàm teſtamenti ratione ſententiam ferri
ſolitum ſit? an propterea,quod de familia ementiri non licet, ſed ve-
ra fateri neceſſe eſt. Teſtamenta autem multa iam falſa eſſe redargui
potuerunt.* Quæ ſanè Ariſtotelis conſideratio iuri noſtro non
ſatis conuenit.Nam etſi comparata aliquando fuerunt multa
teſtamenta falſo conſcripta, non tamen inde fit,vt falſum &
hoc præſumatur, nulla apparente falſi coniectura. Cæterùm
quod Marcellus reſpondit in dicta l.ſi pars, recipiendam eſſe
ſententiam illorum iudicum, qui pro teſtamento pronuncia-
runt,intelligitur quando iudices ſunt numero pares:ſecus ve-
rò ſi maior pars aduerſus teſtamentum ſenſit, ſicuti probat
tex.in cap.vltimo. de ſent. & re iudic. quem ſic poſt Decium
intellexit Berous in cap.1.num.271.de conſtit.& dicemus in-
13 frà. Ita etiam dicemus quod ſi inter pares † numero iudices
diſſonæ ſententiæ proferantur: in liberalibus quidem cauſis
pro libertate ſtatutum obtinet.l.inter pares.ff.de re iudic.ſic
intelligo quod reſponderunt Fulgo.in d.conſil.90.colum.3.
Iaſ.in conſ.13.in fin.lib.3.& in conſ.112.lib.4. Neuizanus in
conſ.26.num.7.& 8.quos ſecutus ſum ſupra in lib.2.præſum.
71.nu.32. Cùm dixerunt, recipiendam eſſe opinionem illam
Doctorum,qua teſtamentum ſuſtinetur.Hoc ſanè intelligen-
dum eſt,quando numero pares ſunt Doctores,qui vnam & al-
14 teram opinionem tueri conantur. At verò cum † maior Do-
ctorum numerus ſtat aduerſus teſtamentū,ſequenda eſt com-
munis ipſa ſententia:quemadmodum ſcripſerunt Imol.in l.1.
§.ſi ex fundo.num.54.ff.de hæred.inſtit. Dec.in c.1.in prima
lectura.num.31.de conſtit.& in conſil.501.in fine.Alciat.in l.
Gallus.in princ.num.63.ff.de lib.& poſthu.idem in tract.de
præſumptionibus.reg.1.præſump 40.& in lib.3.paradox.c.7.
num.3.& Socyn.Iun.in l.1.num.74.ff.ſolut.matr.& in conſ.
179.num.84.lib.2.
15 Quocircà intelligimus † malè reſpondiſſe Barbat.in conſ.
6.num.4.lib.1. Cum dixit,ſingularem opinionem vnius Do-
ctoris,qui pro teſtamento ſentit, eſſe anteponendam opinio-
ni communi.Et Barbatiam viſi ſunt ſequi Iaſon in l.Gallus.§.
quod ſi is.num.14.ff.de lib.& poſthu.& in d.conſ.13.in fine.
lib.3.& in conſ.212.num.1.lib.4.& Galliaula in l.Centurio.
num.102.verſ.item quia.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. Nec ſolida
eſt ratio & argumentum,quo motus eſt Barb. dum dixit,ſin-
gularem Doctoris opinionem,quæ ſtat pro matrimonio eſſe
anteponendam communi aliorum opinioni: ſicuti (inquit
Barbatia) ſcripſit Hoſtien.in capite 2.numero 2. de cognat.
ſpirit.quem ſecuti ſunt Abbas ibidem numero 3.Felyn.in ca-
pite 1.numero.18.de conſtitut. Dec.in conſil.501.in fine: &
Euerardus in Centuria legali, in loco à contrario ſenſu.in fi-
16 ne. Porrò cauſa † teſtamenti à pari procedit cum cauſa ipſa
matrimonij, cum æquè fauorabilis ſit. cap.vlt.de ſenten.& re
iudic. Idem eſt (ait Barbatia) dicendum in ipſo teſtamen-
to. Hæc ſanè conſideratio ſolida & vera non eſt: ſiquidem
Hoſtien.loquitur, quando plures illi Doctores nituntur ſo-
lummodo ſuis gloſis: nec legem aliquam, vel rationem bo-
nam allegant. Ita Hoſtienſem intellexerunt Abbas in dict.c.
2.numero 3.in fine. de cognat.ſpirit. & ibidem prius Ioann.
Andreæ.& Zabarel. Prætereà pro matrimonio iudicandum
eſt: quando pares ſunt numero Doctores: ſicuti loquitur,di-
cto cap.vltim.de ſentent.& re iudic.ſecus verò ſi maior Do-
ctorum numerus ſtat pro opinione contra matrimonium.
Ita declarant Dec.in dict.cap.1.in prima lectura. numero 31.
& ibidem Berous num.271.de conſtitut.

Receditur tamen ab hac præſumptione,& coniectura aliis
contrariis coniecturis: vt docuit Bartol. in l.ſi pepercerit.
numero 10.ff.de liber.& poſthu. quem ſecuti ſunt alij com-
memorati à Ioanne Sadoletto.in l.hæc verba.numero tertio.
ff.de legat.1.qui dixerunt, nullam tam efficacem extare pro
teſtamento pręſumptionem,quin tolli & conuelli poſſit con-
traria coniectura.
17 Prima eſt coniectura, quando † repugnat præſumptio
oriens à natura teſtamenti, & diſpoſitionis.Ita Corn.in con-
ſilio ducenteſimoſecundo, numero ſexto, libro quarto, qui
exemplum affert, quando teſtator hæredem inſtituit in ſua
diſpoſitione, quam appellauit codicillos, & quinque teſtes
adhibuit. Non enim hoc caſu præſumitur pro validitate te-
ſtamenti: Cum præſumptio oriens à natura actus præfe-
ratur huic, vt valeat actus, ſicuti tradit Alciatus in tracta-
tu de præſumptionibus, regula tertia, præſumptio trigeſima
quarta, numero tertio, & dicemus infra libro ſexto,in præ-
ſumptione ſexta,in prima declaratione.
18 Secunda † eſt coniectura,quando manifeſtè apparet,teſta-
mentum non habere ea, quæ à iure requiruntur: nam tunc
pro teſtamento non præſumitur. Ita ſcripſit Alciatus in tra-
ctatu de præſumptionibus,regula tertia, præſumptio.trigeſi-
ma quarta, numero tertio, verſiculo ſecundo, contra, & eo
prius Dec. in l.in contrahenda.numero 15.de reg.iuris. Cum
dixerunt, non præſumi pro validitate actus,quando in eo de-
ficiunt aliqua neceſſaria requiſita.

Debuit enim teſtator ſcire, leges habere locum ſuo in te-
ſtamento.l.nemo poteſt. de lega. 1. & propterea ſibiipſi † ad-
19 ſcribere habet teſtamenti vitium & inualiditatem:cum legis
diſpoſitionem non obſeruauerit, ſicuti ſimili prope in caſu
docuit Baldus in l.poſthumo.num.5.in fine C.de bono.poſſe.
contra tab. Et huius declarationis ea eſt ratio ſecundum De-
cium præcitato in loco:quia actus atque ita teſtamentum va-
lere non poteſt, deficientibus requiſitis neceſſariis. Et pro-
pterea non ſumus in dubio: ſicuti regula huius præſumptio-
nis loquitur: ſed in caſu claro, in quo conſtat teſtamentum
20 non valere.Dicere poſſumus vno verbo, † teſtamentum ca-
rens debitis ſolennitatibus non mereri teſtamenti nomen,ar-
21 gu.l.4.§.condemnatum.de re iud.quo dicimus, actum † nul-
lum non mereri nomen actus: Id quod illo in loco annota-
runt omnes, & copioſe Tiraquellus in tract. de retractu con-
ſang.§.1.glo.2. num. 5. 6. & 7. Et hanc declarationem com-
probamus infra libro ſexto, in præſumpt.6.in declaratione
ſecunda.

22 Tertia eſt coniectura, quando † teſtamentum non habet
ſuam formam.Nam tunc non interpretatur, vt valeat:ex quo
deficit forma.Ita Alciatus in d.præſumpt.34.num.6. dum ſic
allegat, & intelligit.l.non codicillum.C.de teſtam. vbi Co-
menſ.in tertio notab.quem textũ declarauimus ſupra in præ-
ſumpt.3.

Et declarationem hanc comprobabimus infra lib. 6. in 6.
præſumpt. declaratione.4.

23 Quarta coniectura † eſt,quando repugnat præſumpta mẽs
diſponentis:quæ omnino offenderetur, ſi ſumeretur interpre
tatio validitatis diſpoſitionis & teſtamenti.Ita Caſtr.& Alex.
in l. verbis ciuilibus.ff. de vulg. & pup. ſubſt.ille num.2.iſte
num.3.

Et illos ſecuti ſunt ibidem Iaſon. nu. 7. Alciat.in d.reg.3.
præſumpt.34.nume.6. & Crau.in conſil.296.colum.4.verſic.
quarto.

24 Confert.l.ſcæuola.ff. ad S.C.Trebel. vbi libertas † directè
data, quæ valere non potuit, non ſubſtinetur ex fideicõmiſſo:
quia ob magnam diuerſitatem,quæ eſt inter directam & fidei
commiſſariam, non præſumitur teſtator voluiſſe,vt quod vno
modo non valet, alio modo ſuſtineatur. Qua de re diſſere-
mus infra in præſumpt.74. vbi explicabimus.d.l. Scæuola.

Huc etiam facit.l.quod in rerum.§.1.vbi Iaſ.1.notab.de leg.
25 1.quo loci habetur,in dubio † non præſumi legatam rem alie
nam,atque ita non ſuſtineri rei alienę legatum,quando hæres
in ea redimenda nimium grauaretur. Nam hoc nimis offende
ret præſumptam voluntatem teſtatoris, qui præſumitur velle
grauare minus hęredem,quàm ſit poſſibile.l.vnum ex familia.
§.ſi rem. de leg. 2. Et idem quod Iaſ.reſpondit Aret.in conſ.
155.num.3.

Et alia ad huius declarationis comprobationem dicemus
infra lib.6.in præſumpt.6.in quinta declaratione.

26 Quinta eſt coniectura,quãdo † verſamur in odioſis. Nam
tunc in dubio non ſumitur interpretatio pro validitate teſta-
mentis & diſpoſitionis.Ita Aret.in l.2.in ſecundo notab.ff.de
27 libe.& poſth.Cum dixit interpretationem illam eſſe † fauora
bilem, quæ excludit odium etiam cum annullatione actus.
Quam traditionem probarunt ibid.Alex.& Iaſon in fin. Ean-
dem traditionem probarunt Ruyn. in l.4.§. Cato. in prima
lectura.numero 91.ff.de verbor.obligat.Ferdinandus Loazes
in repet.l.filiusfam.§.Diui.numero 13.de legat.1.& Neuiza
nus.in lib.6.Syluæ nupt.numero 48.verſicu. item in dubio,
quod actus.Qui quidem manifeſte ſcripſerunt,interpretatio-
nem,ſicque præſumptionem, qua odium excluditur,præferri
illi,quæ facit valere actum.Eſt exemplum in exhæredatione,
de qua in dicta l.2.ff.de liber.& poſthu.vbi ſi teſtator plures
habens filios dixit, filius meus ex hæres eſto, exhæredatio nõ
28 valet.Nam cum odioſa ſit † exhæredatio,ſumitur interpreta-
tio & coniectura, neminem eſſe exhæredatum, atque ita te-
29 ſtatorem actum nullum facere voluiſſe. Cæterum † in ſpecie
exhæredationis repugnare non parum videtur.l.ſi ita.ff.de in-
iuſto rapto & irrito teſtam. vbi ſumitur interpretatio præſum
ptióque,quod valeat exhæredatio etiam impropriando ver-
ba, vt,ſcilicet, diſiunctiua ſtet pro copulatiua: ſicuti illo in
loco docuit Bartol.vel vt caſus miſtus contineatur ſub ſimpli-
cibus:vt ad rem explicat Iaſ.in l.ſi mater.num. 8.C.de inoffi.
teſtam. Huic obiectioni facile poſſet reſponderi, ſi vera eſſet
lectio Holoandri,qui legit,dicta l.ſi ita,ſine negatiua.Verùm
quia Antonius Auguſtinus in lib.4.emendat.iuris cap.vlt.ſcri
pſit,temere Holoandrum ſuſtuliſſe negatiuam illam, res ha-
bet non leuem dubitationem.Dici forte poteſt,alium eſſe ſen
30 ſum illius † reſponſi, vt ibi explicat Accurſius in gloſſ.vlt.
quem ſi recipimus, ceſſat dubitatio. Vel (admiſſa Bartoli in-
terpretatione) dicere poſſumus, ibi affuiſſe enixam teſtatoris
voluntatem,qui ſi voluit filium vnum,quem ſolum erat habi-
turus,exhæredem eſſe ad commodum hæredis inſtituti:mul-
to magis credendum eſt voluiſſe exhæredes fore duos naſci-
turos: qui ſi alioqui admiſſi fuiſſent,hæres ille inſtitutus mul-
to minus conſecutus ex hæreditate fuiſſet. Hæc declaratio
comprobari poteſt aliis, quæ ſcripſi infra lib.6.in præſumpt.
6.in ſexta declaratione.

31 Sexta eſt † coniectura, quando teſtamentum & diſpoſi-
tio teſtatoris eſt facta in fraudem legis. vt probat tex.l.qui te-
ſtamentum.ff.de probation.vbi per hanc præſumptionem,
quod confeſſio teſtatoris affirmantis ſe debitorem eſſe eius,
cui relinquere non poterat,lege ſic prohibente,confeſſio illa
teſtatoris non ſuſtinetur. Et eo textu adductus Alciatus in
reſp.269.nnmero 2.reſpondit, præſumi teſtatorem ſenſiſſe
de filio ſpurio ad annullandum teſtamentum, ex quo ad frau-
dandum legem is teſtator ſic diſpoſuerat.Et hanc declaratio-
nem comprobabimus infra in præſumpt. vbi explicabimus,
quando fraus & dolus præſumatur adhibitus in teſtamento.
Et alia dicemus infra lib.6.in præſumpt.6.in vltima declarat.

32 Septima eſt coniectura † præcedenti ſatis proxima, quan-
do alioqui reſultaret delinquendi occaſio. Hoc ſane caſu ſit
interpretatio, ne teſtamentum valeat. Ita Signorolus in con-
ſilio 110. numero octauo,& Ruyn.in conſilio 97.numero 5.
lib.5.

33 Octaua eſt † coniectura, quando adeo perplexa eſſet te-
ſtatoris voluntas, vt ſciri & cognoſci non poſſet, quid diſpo-
nere voluerit. Hoc ſanè caſu præſumptio & interpretatio ſu-
mitur, vt corruat illa diſpoſitio.

Huius perplexitatis vitium cauſari poteſt vel ob obſcura &
perplexa eiuſdem teſtamenti verba: vel ob duo teſtamenta
diuerſa, & contraria, cum non conſtat quod poſtremo loco
fuerit confectum.Primæ perplexitatis exemplum eſt,vt ſi te-
ſtator ita dixit. Si Titius hæres erit, Sæius hæres eſto:ſi Sæius
hæres erit, Titius hæres eſto.

34 Hæc perplexitas reddit teſtamentum nullum, ſi credimus
Marciano in l.ſi Titius.ff.de condit.inſtit.vbi Bartol.& reli-
qui.ſic etiam Roman.in l.vnica.numero 24.verſicu. non ob-
ſtat illud argumentum. C. quando non peten. partes, do-
cui:, hanc perplexitatem eſſe indiſſolubilem, & propterea
vitiare actum.

Imò teſtamentum hoc eſſe ſuſpectum reſpondit Oldradus
in conſil. 142. in fine:quem ſecutus eſt Crauet.in conſil.143.
num.11.Cæterum hæc iuris ſententia intelligitur, niſi aliqua
coniectura perplexitas hæc explicari poſſet. Ita Bart.in l.qui
quadraginta.in princ.ff.ad l.Falcid.

35 Secundæ † perplexitatis exemplum eſt, quando teſtator
(vt diximus) duo conſcripſit teſtamenta diuerſa, & ignora-
tur,quod prius vel poſterius. Nam tunc neutrum valet, ob in-
certitudinem. Ita tradunt Oldrad. Bartol. Bald. Angel. Ca-
ſtren. Calcan. Boer. Socy. Iun. Tiraquel.& Crauet.quos cõm-
memoraui in Commentariis de arbitrariis iudicum lib.2.ca-
ſu.188.num.2.& ad rem magis in tract. de adipiſcenda poſſeſ-
ſione.in quarto remedio.q.95.num.781. & ibidem.num.783.
& num.786.poſt multos declaraui, non habere locum,quan-
do in vno ſunt hæredes inſtituti venientes ab inteſtato;vel
pia cauſa.Illa verò perplexitas, quam diſſolubilem appellat
Romanus in loco ſupra allegato non vitiat diſpoſitionem: vt
in caſu.l. pater ſeruum.§.1.ff.de vſu & habit.& in l.1.ff.de adi-
men.lega.ſi teſtator dicit, lego vſum fructum detracto vſu,vel
lego actum detracto itinere. Hæc detractio eſt illa quæ vitia-
tur:quippe quæ contra formam iuris eſt appoſita.

Nona eſt præſumptio & coniectura, quando teſtator alio-
qui decederet inteſtatus: ſecus verò ſi teſtatus, propterea
quod annullato teſtamento, de quo eſſet contentio,aliud ex-
taret.Ita in ſpecie præſumptionem hanc declarat Crauet.in
conſilio 143.numero decimoquinto. Et accedit Alexander in
conſilio quarto,numero decimoquarto.libro ſeptimo,qui re-
ſpondit,facilius ſuſtineri teſtamentum per ſe,quando ſcilicet
nullum



nullum aliud præcedit:quàm quando extat aliud.auth. hæc in
ter liberos.C.de teſtam.

35 Decima eſt coniectura & pręſumptio,quando † præſumen
do validam eſſe teſtatoris voluntatem & diſpoſitionem,inſur
geret magna inæqualitas inter teſtatoris filios. Hoc ſanè caſu
ſumẽda eſt potius pręſumptio, diſpoſitionem eſſe inualidam,
atque ita ſuſtineri non poſſe.Ita reſpondit Crauet.in d.conſ.
143. numero.16.authoritate Corn. in conſ.180.col.1.in fin.
lib.1.

## PRÆSVMPT. XI.

### Teſtamentum an & quando præſumatur ſponte, vel metu t eſtatore confectum.

### SVMMARIVM.

*1 Teſtamentum an & quando præſumatur ſponte, v elmetu confectũ.*
*2 Metus nunquam præſumitur interueniſſe, & ideo teſtamentum non præſumitur metu confectum.*
*3 Teſtamentum non præſumitur metu confectum,etiam quòd teſtator cõfecerit illud in carcere in quo fuerat alia de cauſa, quàm vt teſtaretur detruſus.*
*Extende,etiam ſi fuiſſet inſtitutus hæres aliquis princeps, vel perſona potens.num.4.*
*Secus ſi Princeps conſueuit inferre metum & minas exequi. num. ſequent.*
*5 Metus non præſumitur ex ſola potentia.*
*6 Matrimonium contractum mãdante principe, qui conſueuit minas exequi, præſumitur metu contractum.*
*7 Teſtamentum metu eſſe confectum an ſatis ſit probatum,ſi teſtator condito teſtamento ſtatim arffimauit, ſe metu confeciſſe teſtamentum illud.*
*Et quid ſi adeſt clauſula in teſtamento, quòd ſcilicet,nõ metu, ſed ſponte teſtatus eſt.num.8.*
*9 Teſtamentum grauiter ægrotantis, & moleſtijs, & minis affecti, nn præſumatur metu conditum.*
*Et quid ſi ob nimiam reuerentiam ſic teſtatus eſt.*
*10 Perſuaſio nimia eſt plus, quàm violenta compulſio in præſumpt. ſeq.num.9.*

1 DVBITARI † ſæpe ſolet,an teſtamentum præſu-
mitur ſpontè, vel metu confectum à teſtatore?
Qua in re conſtituendum eſt pro regula præſumi
2 ſpontè factum: cum metus † tanquam delictum
non præſumatur.l.metum. C.quod metus cauſa, & copioſè
ſcripſi ſuperiore libro in præſumpt. 4. ac etiam in præſumpt.
126. Et in ſpecie teſtamentum non præſumi metu conditum,
reſpondit Bald.in conſ.350.Proponitur, quod Girardus col.
2.verſ.dico,quod lib.3.quem ſecutus eſt Mantica in lib.2.de-
coniecturis vltimarum voluntatum.tit.7.nu.2

3 Extenditur † primo,vt locum etiam habeat,Quando teſta
tor confecit teſtamentum in carcere,in quo fuerat alia de cau
ſa coniectus quàm vt teſtaretur.Ita Bald. in d. conſ.350.col.
2.verſ.item dico.

4 Extenditur † ſecundo,vt locum habeat etiam ſi inſtitutus
fuiſſet hæres Princeps aliquis, vel perſona aliqua potens.
Nã adhuc nõ præſumitur, quod metu eum hæredẽ fecerit ip-
5 ſe teſtator. Cum ſola potentia † metum non arguat.l.ad inui-
diam. C. quod metus cauſa, & ſcripſi ſupra in præcedenti li-
bro in præſump.126.num.8.Si verò is Princeps,vel potens il-
le tanquam tyrannus conſueuit inferre metum & minas exe-
qui;tunc is teſtator præſumitur metu compulſus ſic diſpoſuiſ-
ſe.Ita de contractu cum principe ſeu tyranno celebrato dixi-
mus in d.præſumpt.126.num.12. Ita pariter ſcripſi ſuperiore
6 lib in pręſum.4.nu.19.matrimonium † contractum mandan-
te principe,qui minas exequi ſolitus eſt, præſumi metu con-
tractum.Et ibi adiunxi poſt Bal.in l.eam quam.col.9. verſ.itẽ
ſcias.C.de fideicom.& alios ibi congeſtos, quod natus ex ty-
ranno vxorato ex accuſabili complexu, ſuccedit matri, quia
mater præſumitur vim paſſa à tyranno illo. Et idem eſſe dixit
Soc.Sen.in conſ.148.nume.7.lib.1.in ſerua, quæ præſumitur
vi cognita à domino,cui inſeruiebat.

Receditur tamen à prædicta regula coniecturis, quibus
metus illatus præſumitur, iuxta ea, quæ ſcripſi ſuperiore lib.
in d.præſumpt.126.

7 Prima eſt † coniectura, quando teſtator ipſe condito teſta-
mento ſtatim affirmauit, ſe metu confeciſſe teſtamentum: ſi-
cuti metus probatur in eo,qui aſſeruit,ſe impeditum fuiſſe te
ſtari,vel teſtamentum iam cõditum reuocare:vt ſcripſi in lib.
2.de arbitrariis iudicum,Caſu.395.num.40.ex ſententia Bart.
in l.vlti.num.14.ff.ſi quis aliquem teſta.prohib.Bal. in l.1.nu.
15.C.eod.& Pariſium in conſi.67.num.119.lib.3.& alios plu-
res ibi congeſſi.

Debet tamen teſtator iſte exprimere à quo metus iſte fue-
rit illatus, & qualis is fuerit: quemadmodum præcitati Do-
ctores ſcripſerunt. Et hæc quidem coniectura locum habet
quando ex aliquibus verbis prolatis à teſtatore in pręfatione
teſtamẽti colligitur, eum metu compulſum, ſi modo aliquod
aliud adminiculum concurrat. Ita Bald.in dicto conſil. 350.
colum.2.verſ.illud non omitto.

8 Secunda eſt † coniectura, quando teſtamento adiecta fuit
clauſula proteſtationis inſolitæ, quod,ſcilicet, non metu,ſed
ſponte teſtatur & diſponit. Ita reſpondit Gratus in conſil.20.
num.2.lib.2.quem ſecutus ſum in d. caſu.395.numero 40. in
fine.

9 Tertia eſt † coniectura, quando conſtat teſtatorem graui-
ter ægrotantem moleſtijs & minis affectum confeciſſe teſta-
mentum, vel quando ob nimiam reuerentiam ſic teſtatus eſt.
Nam tunc præſumitur metu diſpoſuiſſe. Ita Afflictus in de-
ciſ.69.num.4.qui decidit,mulierem præſumi metu mariti le-
gatum ei feciſſe,ob ipſius mariti minas,& reuerentiam.Et Af
flictum ſecutus ſum in d. caſu 395. num. 41.vbi alios quam-
plures commemoraui. Et nunc accedit Decianus in conſil.
65.num.2.lib. 2.qui nume.4.ex Oldradi ſententia reſpondit,
10 † nimiam perſuaſionem eſſe pluſquam violentam compul-
ſionem.

## PRÆSVMPT. XII.

### Teſtamentum an & quando dolo confectum præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Teſtamentum an & quando præſumatur dolo confectum, per tot.*
*2 Dolus nunquam præſumitur niſi probetur.*
*3 Teſtamentum redditur ſuſpectum, quando hæredis inſtitutio facta uit ad interrogationem eius, qui adduxit notarium & teſtes, f& effecit, vt inſtitueretur.*
*4 Dolus ex inſolitis arguitur.*
*5 Teſtamentum confectum noctis tempore ſine tot luminibus quibus manifeſtè cognoſci poſſit, & diſcerni ipſius teſtatoris perſona ac teſtium præſumitur dolo factum.*
*Et quòd noctis tempore tria lumina ſunt adhibenda.*
*6 Teſtamentum præſumitur doloſum,quando à notario,qui ſuadentib.hæredibus inſtitutis conſcripſit teſtamentum,noctis tempore non fuit expreſſum, qua hora noctis teſtator ita diſpoſuerit.*
*7 Dolus præſumitur, quando ſine neceſſitate aliquid ſit noctis tempore,quod die fieri potuit.*
*8 Teſtator ſi immodicis perſuaſionibus adductus teſtatus eſt, præſumitur dolo inductus.*
*9 Perſuaſio nimia arguet dolum.*
*10 Teſtator,qui omiſit illum hæredem facere,quem iure quodammodo inſtituere tenebatur, & alium inſtituit, præſumitur doloſè id feciſſe.*

1 CONVENIT † vt hoc in loco diſſeramus, an
& quando præſumatur dolo confectum teſta-
mentum?Et pro regula conſtituendum eſt,non
præſumi,quod teſtator dolo inductus fuerit te-
2 ſtari: Cum † dolus nõ præſumatur.l.dolum.C.
de dolo. & aliis multis comprobabimus in libro ſubſequenti.
in præſumpt.8.

Et in ſpecie Soci.iun.in conſi.113.nu.8.lib.3.& Decianus
in conſ.65.num.18.lib.2.ſic reſponderunt,& ſecutus eſt Man
tica in lib.2.de coniecturis vltimarum voluntatum. tit. 7.n.1.
Receditur

Receditur tamen ab hac regula coniecturis & præſumptionibus, quibus dolus hoc in caſu præſumitur: vt reſpondit Decia. in d. conſil. 65. num. 10.

3 Prima † eſt coniectura, quando aliquid inſolitum actum fuit, vt teſtator conficeret teſtamentum: ſicuti quando affinis, vel vxor, vel quis alius, qui voluit hæres inſtitui (quemadmodum inſtitutus deinde fuit) notarium, teſtes & ſimilia præparauit antequam ſciret an is teſtator vellet teſtari. Ita reſpondit Decianus in d. conſil. 65. numer. 11, lib. 2. adductus traditione gloſſæ in cap. in tantum, in verbo, anticipat. de Simonia. Et conferunt quæ ſcripſi ſuprà in præſumpt. 8. in tertio ſigno, vbi dixi, teſtamentum reddi ſuſpectum, quando hæredis inſtitutio facta fuit ad interrogationem eius, qui adduxit notarium, & teſtes, & effecit, vt inſtitueretur.

4 Et accedit ratio, quia, quia † ex inſolitis arguitur dolus. c. ſuper his, de fide inſtrum. & tradunt gloſſ. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtit. & ibi egregiè Baldus. Et ad rem propè Iaſon in l. teſtamentum. num. 4. C. de teſta. & alios recenſet Decius in conſ. 448. num. 23. & dicemus in libro ſubſequenti in præſumpt. 3. in ſexta coniectura.

5 Secunda eſt coniectura, quando † teſtamentum fuit confectum noctis tempore, ſine tot luminaribus, quibus manifeſtè cerni, & cognoſci poſſet perſona ipſius teſtatoris ac teſtium. Ita dolum arguit Decianus in d. conſ. 65. num. 20. libr. 2. Qui ſubiungit, tria luminaria eſſe adhibenda, iuxta l. 1. §. tria luminaria ff. de ventre inſpicien. & tradunt Iaſon in conſ. 50. libr. 3. Decius in conſ. 354. num. 1.

6 Tertia eſt † coniectura, quando à notario, qui ſuadentibus affinibus hæredibus inſtitutis conſcripſit teſtamentum noctis tempore, non fuit expreſſum, qua hora noctis teſtator ita diſpoſuerit. Hæc ſanè omiſſio dolum arguit. Ita Decianus in
7 d. conſil. 65. num. 21. libr. 2. Imò dolus † præſumitur, quando ſine neceſſitate aliquid fit noctis tempore quod die fieri poteſt. Ita reſponderunt Soci. Iunior in conſ. 31. num. 49. lib. 2. & Craue. in conſil. 34. num. 11.

8 Quarta eſt † coniectura, quando teſtator immodicis perſuaſionibus adductus teſtatus eſt. Nam præſumitur dolo in-
9 ductus. Cum † multæ perſuaſiones arguant dolum. l. cum quis. ff. de dolo vbi Bartolus ſic, & gloſſa in l. apud Celſum. ff. de doli except. & egregiè reſpondit Craue. in conſ. 192. num. 12. qui multis ſimilibus comprobat, & dicemus in ſubſequenti libro in tertia præſumptione, coniectura quinta.

10 Quinta eſt † coniectura, quando teſtator omiſit facere hæredem eum, quem iure quodammodo inſtituere tenebatur, & alium inſtituit: Nam tunc præſumitur, inſtitutum dolo egiſſe, vt hæres inſtitueretur. Ita Hier. Gabriel in conſ. 16. num. 43. libr. 1. qui reſpondit, filiam præſumi dolo inductam à patre hærede ab ea inſtituto excluſis filiis, ad ſic teſtandum. Sic etiam dicimus fraudem præſumi commiſſam à patre, qui ob id filiam emancipauit, vt eam inſtitueret, & filios excluderet: ſicuti de eadem facti ſpecie interrogati reſponderunt Caſtr. in conſ. 339. Ad primum quæſitum reſpondetur num. 1. libr. 2. & Ioan. de Anna. in conſ. 23. num. 1. & 2.

## PRÆSVMPT. XIII.

### Ex duobus teſtamentis cõfectis, quod primo, & quod ſecundo loco confectum præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentis duobus confectis, quorum primum ignoratur confectum, quodnam primo vel ſecundo loco confectum præſumatur.*
2 *Priuari quis non poteſt eo, quod ſibi datum non fuit, ex teſtamento.*
3 *Præſumptio eſt fauorabilior pro venientibus ab inteſtato, quàm pro pia cauſa.*
4 *Cauſa pia in dubio præfertur extraneis.*
5 *Teſtamentum, in quo eſt appoſita hora præſumetur fauorabilius illo, in quo ſcripta non eſt hora.*
6 *Propoſſeſſore in dubio eſt præſumendum*

1 EVENIT † aliquando, vt duo appareant confecta teſtamenta: ſed ignoratur, quod primum, & quod ſecundum: & ob id quæritur, quid præſumendum? Hic ego diſtinguo aliquot caſus.

Primus quorum eſt, quando in vno aliquid fuit ita relictum. Lego fundum Sempronio: in altero verò dicitur. Illum ipſum fundum Sempronio non lego. Hoc caſu præſumitur primum teſtamentum, in quo factum fuit legatum: ſecundum verò in quo relictum ademptum fuit: Cum
2 † adimi non poſſit quod datum non fuit. Ita tradunt Baldus, Angelus, & Salicetus in l. cum proponatis. C. de codicillis, & Alciatus in Tract. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 42. verſic. ſecundò per notata.

3 Secundus eſt † caſus, quando in vno inſtituti ſunt venientes ab inteſtato: in altero verò extranei. Hoc in caſu præſumitur poſterius teſtamentum illud, in quo inſtituti fuerunt venientes ab inteſtato. Cum benignius ſit. Ita Bartolus Alciatus, Zuchardus, Tiraquellus, & Mantua, quos commemoraui, & ſecutus ſum in Tract. de adipiſcenda poſſeſſione, remedio. 4. num. 783. quo loci ex Alciato, & Franc. de Marchis dixi, magis præſumi pro venientibus ab inteſtato quàm pro pia cauſa.

4 Tertius eſt † caſus, quando in vno inſtituti ſunt extranei: in altero verò pia cauſa. Hoc caſu præſumitur poſterius illud, in quo inſtituta eſt pia cauſa. Ita Iaſon, Decius, Alciatus, Zucardus, & Mantua, quos probaui in dicto quarto remedio. num. 786.

5 Quartus † eſt caſus, quando in vno ſcripta eſt hora, in altero non. Hoc caſu præualet illud, in quo hora ſcripta eſt, atque præſumitur poſtremo loco confectum, propterea quod maiorem habet certitudinem, ſic ſcripſi in dicto remedio 4. numero 792. poſt Curtium Iuniorem, & Zucardum, quos ibi retuli.

6 Quintus eſt † caſus, quando alter ex inſtitutis in duobus teſtamentis eſſet in poſſeſſione. Hoc caſu præſumitur pro ipſo poſſeſſore: nempe teſtamentum illud, in quo is fuit inſtitutus, fuiſſe conditum poſtremo loco. Ita auctoritate multorum ſcripſi in dicto quarto remedio, num. 793.

## PRÆSVMPT. XIIII.

### Militis teſtatoris voluntas quibus coniecturis interpretetur.

SVMMARIVM.

1 *Militis teſtantis voluntas an coniecturis poſſit interpretari. Quòd non num. 2.*
3 *Militis in teſtamento non eſt locus iuri accreſcendi.*
4 *Ius accreſcendi à diſpoſitione legis ex cõiecturata mente teſtatoris inducitur.*
5 *Legata relicta ab inſtituto à milite non ſunt præſtanda à ſubſtituto.*

1 DVBITATVM apud † interpretes noſtros ſcio, an coniecturis interpretari poſſit militis teſtatoris voluntas? Prima fuit opinio Bald. in l. in teſtamento, la 1. num. 4. C. de teſtam. milit. & Iaſonis in l. 2. in princ. num. 32. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Emanuel Coſta. in l. Gall. §. & quid ſi tantum. in princ. num. 31. de liber. & poſthum. exiſtimarunt, coniecturas valere ad interpretandam militis teſtatoris voluntatem: adducti illo text. l. in teſtamento. la 1. in fine. C. de teſtam. milit.

2 Secunda fuit opinio † Alciati in rubr. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. numer. 6. in l. 1. numero 142. in l. centurio. numer. 35. & in l. Lucius. numer. 20. ff. eod. & Vaconij lib. 4 declaratio. iuris cap. 54. & cap. 61. num. 11. qui dixerunt, teſtatoris militis diſpoſitionem coniecturis interpretari non poſſe. Ex l. 1. ff. de teſtam. milit. in illis verbis, *Si ad diligentiam & obſeruantiam*; & ibi, *nuda voluntas*. Reiicitur itaque omnis legis diligentia & interpretatio in diſpoſitione militis, quæ vt ſcripta
3 legitur, obſeruari debet. Huc accedit, quòd † in teſtamento militis locus non eſt iuri accreſcendi. l. ſi duobus. ff. de teſta.
4 milit. id quod ea ratione factum eſt, quia ius † accreſcendi à diſpoſitione legis ex coniecturata mente teſtatoris inducitur. Bart. l. ſi in teſtamento. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Et multis comprobabimus infra in præſumpt. vbi de coniecturis circa ius accreſcendi agemus.

Hinc ſcribunt Vaconius & Alciatus præcitatis in locis, lega



5 legata † relicta ab inſtituto à milite non eſſe præſtãda à ſubſtituto. l. quærebatur. §. vlt. ff. de teſta. milit. quia quod legata ab inſtituto ſint repetita in ſubſtitutum pendet à cõiecturis. l. licet Imperator. de leg. 1. ſi ergo coniecturæ non admittuntur ad interpretandam voluntatem teſtatoris, ceſſat illa repetitio. Hac tamen de re fuſius diſſeremus infra in præſũpt. vbi explicabimus, quomodo & quando legata ab inſtituto ſint preſtanda & ſubſtituto.

Tertia fuit opinio Viglij in inſtituto. de pupillari ſubſtitutio. in prin. num. 17. qui diſtinguebat inter cõiecturas, quæ dicuntur ex diſpoſitis à teſtatore, & illas, quę facit lex coniecturando atque (vt ita dicam) imaginando voluntatem teſtatoris. Illæ primæ coniecturæ locum habent etiã in diſpoſitione militis, atque ita procedit opinio Baldi & Iaſonis, & ſic intelligitur d. l. teſtamento. la 1. in fine. C. de teſta. milit. Illæ verò ſecũdæ ceſſant. Ita defendi poteſt Alciati & Vaconij opinio. Quocirca diſpoſitiones. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. cum auus. ff. de cond. & demõſt. quæ in coniecturis à ſola lege extrinſecus cõſideratis fundatæ ſunt, locum non habent in diſpoſitione teſtatoris militis.

## PRÆSVMPT. XV.

### Teſtatoris voluntatem dubiam declarari, & præſumi ex ſcriptis in teſtamento nullo, imperfecto, vel reuocato.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris dubia volũtas an declaretur & præſumatur ex ſcriptis in teſtamento nullo, imperfecto & reuocato.*
2 *Ex actu nullo facilè declaratur facientis voluntas.*
3 *Teſtamentum irritum, & teſtamentum nullum defectu ſolennitatum nunquid differant.*
4 *Verba in teſtamento nulliter prolata nihil operãtur ad deſtruendam expreſſam teſtatoris diſpoſitionem.*
5 *Teſtamentum primum ſi fuerit reuocatum per ſecundum, an ex dictis & diſpoſitis in primo declarentur verba dubia ſecundi.*
6 *Teſtamentum ſi non fuit perfectum teſtatore morte præuento, an ex eo declaretur qualis fuerit ipſius voluntas.*
*Et an poſſit peti publicatio d. teſtamenti.*
7 *Teſtamentum irritum ob capitis diminutionem ſine dubio declarat, qualis fuerit ipſius teſtatoris voluntas.*

1 DVBITARI † perſæpè ſolet, an dubia teſtatoris voluntas declaretur & præſumatur ex ſcriptis in teſtamento nullo, imperfecto, vel reuocato? Qua in re ſunt diſtinguendi aliquot caſus.

Primus eſt, quando teſtamentum eſt nullum ob defectum alicuius ſolennitatis. Hoc caſu coniecturam ſumi ad declarandam teſtatoris voluntatem ſcripſerunt Bal. in l. qui à patre. ff. de confir. tuto. Abbas in conſ. 89. in fin. lib. 1. Fulgo. in conſ. 99. ad finem. Alex. in conſ. 45. num. 9. lib. 1. Barb. in rub. C. qui admitti. num. 55. Crottus in l. ſi conſtante, in ſecunda lectura. num. 17. ff. ſolut. matr. & in l. 1. §. ſi vir. in 2. notab. ff. de acquiren. poſſeſſ. Socyn. Sen. in conſ. 127. colũm. vlt. verſ. nec obſtat. lib. 3. Ruynus in conſ. 118. nu. 6. lib. 3. Pariſius in conſil. 7. num. 27. lib. 3. Socynus Iunior in conſ. 45. num. 5. lib. 3. Rubeus in conſ. 43. num. 6. Boer. in q. 172. nu. 22. Zaſius in conſ. 3. num. 54. lib. 1. & Craue. in conſ. 856. num. 20. & hoc ſecutus ſum in conſ. 483. num. 10. lib. 5. Et ij quidem moti ſunt text. l. vlt. ff. de reb. eorum, quo loci reſpondit Paulus, prędium minoris rectè cenſeri venditum voluntate patris, & ſi eius teſtamentum effectum eſt irritum. Et præcitato in loco anno-
2 tauit Bartolus ex actu † nullo declarari qualis fuerit faciẽtis volũtas. Et Bartolum ſecuti ſunt Ruynus in conſ. 118. num. 6. libro tertio, Socynus Senior in conſ. 53. columna quarta, verſiculo his tamen non obſtantibus, ex columna vltima, libro primo. Decius in l. de alimẽtis, in fine. C. de tranſact. Rubeus in conſ. 43. num. 6. Socynus Iunior in conſilio octauo, num. 31. lib. 2. & in conſ. 122. num. 15. libro tertio. Pariſius in conſil. 85. numero 50. libro tertio, & in conſil. 112. numero 23. libro
3 quarto. Nec repugnat, quod text. dictæ legis vlt. loquatur † de teſtamento irrito: nos verò de teſtamento nullo defectu ſolennitatum. Inter quæ duo longa eſſe videtur differentia, lege prima. ff. de iniuſto rupto, & irrito facto teſta. Nam reſpondetur quo ad hunc effectum ſignificandæ voluntatis nullam eſſe differentiam: Cum in vtroque voluntas ipſa teſtatoris iam expreſſa fuerit.

Præterea quo ad effectum cognoſcendæ voluntatis teſtatoris nulla eſt differentia inter teſtamentum irritum ob non aditam hæreditatem: ſicuti loquitur. d. l. 1. ff. de iniuſto rupto. & teſtamentum defectu ſolennitatis: Cum quatenus ad ipſam voluntatem pertinet, ita illa appareat in teſtamento nullo, ſicuti in irrito facto. Eſt ſanè & perfecta illa voluntas expreſſa in teſtamento nullo. l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. liber. l. planc. in princip. de leg. 1. l. 3. §. vlt. ff. de fundo inſtructo. & in l. 2. ff. de confirm. tuto.

Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiam ſi teſtamentum eſt nullum defectu poteſtatis. Nam adhuc declarat qualis fuerit teſtatoris voluntas: & ſi ob eius impotẽtiam ad effectum perduci non potuit. Ita aduerſus Curt. Iun. in conſil. 73. num. 11. verſ. præterea ſi bene, ſentio ex traditione Bart. in l. gerit, num. 19. ff. de acquir. hæred. cum dixit, ex teſtamento nullo, & inualido filijfam. declarari eius voluntatem, & animum adeundi hæreditatem: ſi in eo dixit, ſe adire. Et hãc extenſionem probauit Crauet. in conſ. 856. num. 20. poſt Crot. in l. 1. §. ſi quis ita. num. 6. ff. de verb. oblig.

Declaratur primo hic caſus, vt locum habeat quo ad ea, quæ teſtator ipſe diſpoſuit in teſtamento: non autem quo ad alia, de quibus locutus non eſt. Ita Iaſon in l. Dominus teſtamento. num. 2. ff. de cond. indeb. ſic & Decius in conſil. 176. num. 4. verſiculo ſecundo reſpondetur, qui reſpondit, quod ſi teſtator diſpoſuit in teſtamento nullo filium debere legitimari, ſatis de eius voluntate conſtat: ſed ſi errauit, credẽs legitimationem valere: ex eo teſtamento non poteſt colligi voluntas ipſius teſtatoris, quod voluerit filium legitimari.

Declaratur ſecundo, vt habeat locum quando teſtamentum ipſum eſt nullum defectu (vt diximus) ſolẽnitatis: & agitur ad ſuſtinendum illud, quod teſtator expreſſè diſpoſuit: ſicuti loquitur dicta lex vltima. ff. de rebus eorum: ſecus verò
4 quando † ſolummodo verba prolata in teſtamento ſunt nulla, nempè nulliter prolata. Nam tunc nil operantur ad deſtruendum expreſſam ipſius teſtatoris diſpoſitionem. Ita declarat Curtius Iunior in conſilio 71. numer. 4. & in conſil. 72. num. 11.

Declaratur tertio, vt procedat hic caſus, quo ad ipſam declarationem voluntatis teſtatoris, nempè quod ita ſenſerit, ita voluerit: ſecus verò, vt ex ea debeatur, quod eo in teſtamento reliquit. Non enim quidquam operatur quo ad ſubſtantiam: alioqui nullitas non eſſet conſiderabilis. Ita Bartolus in l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de legat. 3. cum dicit, quod etſi teſtamẽtum nullum ob id, quod lectum non fuit coram teſtibus, operetur quo ad declarationem voluntatis ipſius teſtatoris, iuxta l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. attamen (inquit Bartolus) nil operatur, vt ex eo hæreditas, vel legata debeantur.

5 Secundus eſt caſus, quando † teſtamentum erat ipſo iure validum: ſed deinde fuit ab ipſo teſtatore reuocatum per ſecũdum ab eo cõditum. Hoc eſt in caſu an ex dictis, & diſpoſitis in primo declarentur verba dubia ſecundi? magna eſt apud Doctores dubitatio. Qua de re abundè dicemus infra in præſumpt. 127. vbi diſſerui, an conditio, & qualitas poſita in primo teſtamento præſumatur repetita in ſecundo.

6 Tertius eſt caſus, quando † teſtamentum eſt imperfectũ: quippe, quod teſtator morte pręuentus non potuit illud perficere. Hoc etiam caſu, etſi quod reliquit teſtator eo in teſtamento nil debeatur: attamẽ ſatis ex eo declaratur qualis fuerit ipſius teſtatoris voluntas. Ita Bart. in l. fideicom. §. 1. de legatis. 3. & in l. in teſtamento, num. 1. ff. de fideicom. liber. & propterea peti poteſt publicatio dicti teſtamenti imperfecti: vt docuit Bart. in l. 2. §. teſtamentum. num. 2. ff. quemad. teſta. aper. Nam petẽti (inquit Bar.) vtilis eſſe poteſt publicatio dicti teſtamenti imperfecti: cum ex eo declarari poſſit qualis fuerit teſtatoris volũtas. Ita ſcripſerũt Iaſ. in conſ. 227. col. 12. lib. 2. & in l. dñs teſtamẽto. in 3. not. ff. de cond. indeb. Dec. in [illegible] conſ.

conſ.159.col.2. Crau.in conſ.113.nume.6.verſ.ſimiliter,& in
conſ. 856. numero 20 verſ. ſed & ius. & hos ſecutus ſum in
conſ.483.numero 10.

7 Quartus eſt caſus,quando † teſtamentum effectum eſt irri-
tum ob capitis diminutionem, iuxt. §. alioquoque modo. in
inſtit.Quibus mod. teſta. infirm. Hoc caſu ſine controuerſia
ex eo teſtamento colligitur qualis fuerit ipſius teſtatoris vo-
luntas. Non enim hic quo ad ipſum teſtatorem cõſtat aliquo
modo mutaſſe voluntatem.

## PRÆSVMPT. XVI.

### Teſtatoris affectionem maximè conſiderari in coniecturanda eius voluntate. Et vnde colligatur maior affectio erga vnum, quàm erga alterum.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris affectio quomodo conſiderari poßit in coniecturanda eius voluntate.*
*Et vnde colligatur maior affectio erga vnum, quàm erga aliũ. nu. 3.& ſeq.*
2 *Teſtatoris affectionem anteponendam proprietati ſermonis eſſe.*
*Et multa eſſe ſigna affectionis, quibus teſtator ſignificare ſolet plus vnum altero diligere.*
4 *Denominationis prioris ordo denotat ordinem charitatis & maioris dilectionis.*
5 *Teſtator nunquam præſumitur alienam ſobolẽ propriæ anteferre.*
6 *Teſtator præſumitur magis dilexiſſe natos quam iam naſcituros.*
*Et ſi ſignificauit ſe aliquem magis diligere in inſtitutione, præſumitur etiam magis diligere in ſubſtitutione.num.7.*
*Et præſumitur magis diligere filios in portione iam relicta eorum patri,quam alios,num.8.*
9 *Teſtator quem viuens magis dilexit, præſumitur etiam quòd moriens magis eum quam alterum diligat.*
*Et præſumitur plus maſculos quam fœminas diligere.nume.10.*
*Et præſumitur magis diligere ſuos deſcendentes quam tranſuerſales.num.11.*
12 *Tranſuerſales dicuntur quodammodo extranei.*

1 DVBITANDVM non eſt, quin † teſtatoris af-
fectio plurimum poſſit in coniecturanda eius
voluntate: quemadmodum oſtendit Iuriſcon-
ſultus in l.ſi ſeruus plurium.§.vlti.de lega j.in l.
Aurelius.§.Titius.ff.de lib.legat.in l.cum.ff.de
condit.& demonſt.& ſcribunt interpretes, quos ſtatim com-
memorabo, præſertim gloſ.in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.
ff.ad Trebell.Angel.in conſ.28.num.2.Anch.in conſ.237.nu.
2.Soc.Senior in conſ.26.col.2.nu.4.lib.4.& Crauet.in conſ.
62.num.8.Qui quidem Soc.& Crau.& illud affirmarunt,affe-
2 ctionem hanc † teſtatoris anteponendam eſſe proprietati ſer-
monis;idem Crauet.in conſil.927.num.1. Affectionis autem
ſigna ſunt multa, quibus teſtator ſignificare ſolet plus vnum
altero diligere,& idem reſpondit Signor.in conſil.171.in fin.
idem ſenſit Bald.in l.non dubium.in 8.oppo.C.de teſtam. Et
affectio maior in vno quàm in alio efficit,vt extendatur ad a-
liam rem in eadem tamen perſona.Crau.in conſi. 925.num.
16. Efficit etiam, vt diſpoſitio latius extendatur atque inter-
pretetur.Craue.conſil.333.nume.26.Primum eſt,quod ſumi-
3 tur † ex priori nominatione atque vocatione.l.Lucius. la vlti
ma.ff.de hęred.inſtit.l.cum ita.§.in fideic.de leg.2.l.Publius,
§.vlt.ff.de condi.& demonſt.& l.vlt.C.de verbor.ſignific. Et
confert.l.quoties.ff.de vſufructu, vbi ex duobus relictis fru-
ctuariis alternis annis primus nominatus anteponitur. Et fa-
cit.l.ſi ita legatum.in princi.de leg.1. vbi qui primo nomina-
tus eligit, tanquam dignior habitus à teſtatore. Et ſentẽtiam
hanc admittunt paſſim omnes,vt Bald.in l.pen.in 3.oppo. C.
de verb.ſignifi.& in l.1.C.de edicto Diui Adriá. tollen. Ang.
& Imol.in l.qui ſoluendo.ff.de hæred.inſtitu. Cum dixerunt,
4 quod † ordo prioris denominationis ſignificat ordinem cha-
ritatis, & maioris dilectionis. Idem reſponderunt Caſtren.in
conſil.121.Viſa quadam petitione.colum.2.lib. 1. & in conſi,
164. In præſenti cauſa. colum.2.lib.2.Alexand.in conſil. 36.
nume.12.lib.3.Corn.in conſil.290.colum.3.& in conſil. 210,
col.2.lib.2.& tradit Iaſ.in l.qui duos.col.2.de lega.1.idem re-
ſpondit Crau.in conſil.147.num.2.& in conſil.161.nume.5.
conſ.289.col.2.& in conſil.297.num.2. in conſil.363. nu.19.
& in conſ.623.num.10.& Soc.iun.in conſil.71.num.15.lib.1.

Secunda eſt coniectura, & ſignum affectionis maioris ſu-
mitur ex maiori vtilitate & commodo, quæ teſtator vni plus,
quàm alteri affert,vt ſi teſtator vni hæredum plus prælegauit,
quàm alteri:illum plus diligere ſignificauit.Ita reſponderunt
Corn. in conſ. 404.& in conſ.288. colum.vlt.verſ.& ſi dica-
tur.lib.1.in conſ.161.col.2.lib.2.& in conſ.167.col. 1.nume.
. . lib.3.Soc.Iun. in conſ.71. numero 19. lib.1. & Crau.in d.
conſi.161.numero 6. & in d.conſ.297.numero 2.verſ.2. ma-
iorem.in conſil.363.numero 18.& in conſil.623.numero 12.
arg.l.Publius.§.vlt.ff.de cond.& demon.&auth.hoc amplius.
C.de fideicom.

Tertia eſt coniectura,& ſignum maioris affectionis,quod
ſumitur ab arctiori ſanguinis coniunctione. Ita probat tex.l.
Titius.ff.de hæred.inſt.& ſcribunt Lucas de penna in l.prin-
ceps.verſic.61.l.de princip.agen.in reb.Alciatus. in tracta.de
præſumpt.reg.1.præſump.20.num. . . . Pariſ.in conſil.51.nu.
21.lib.2.Soc.Iun.in d.conſil.71.nume.21.lib.1.& Crau.in d.
conſil.147.nume.2.& in d.conſil.297.nume.3.& conſil.831.
num.7.Hinc dicimus, teſtatorem præſumi magis diligere fi-
lios,quàm vxorem,Fulg.conſil.49.& Afflict.deciſ.44.nume.
21.& 27.qui. Et maior præſumitur affectio erga filium quàm
erga nepotem.Curt.Sen.in conſil.52.col.4.verſ.corroboran-
tur.& Crau.in conſil.653.num.13.Et magis præſumitur dili-
gere ſuos quàm extraneos,vt dicemus infra. Et ideo non præ-
5 ſumitur † teſtatorem velle alienam ſobolem proprię antepo-
nere d.l.cum auus.de cond.& demonſt.& l.cum acutiſſ. C.de
fideicom.& ſuo loco dicemus,& reſpondit Sign. in conſ.171.
nume.1.qui dixit hanc coniecturam antepen.proprietati ſer-
monis.

Quarta eſt coniectura maioris affectionis, quæ ducitur ex
cognitione & notitia. Ita enim dicitur,quod maior pręſumi-
6 tur † dilectio,& affectio teſtatoris erga natos, quàm erga na-
ſcituros.l.qui filiabus.de leg.1.l.Titius,& l.item Prętor.ff.de
ſuis & legit.& reſponderunt Cor.in conſilio 204.col.2.lib.4.
Soc.Sen.in l.cum auus.nume.80.ff.de condit.& demon.& in
conſi.6.num.19.lib.3.Curt.Sen.in conſ.52.ſuper teſtamẽto.
col.4.verſ.4.corroborantur.Curt.Iun.in conſil 57.nume. . . .
Alc.in reſp.99.nu.24.Lud.Molina in lib.3. de Hiſp.primog.
c.5.n.53.qui declarat poſt Soc.pręalleg.Idem reſpondit Cra-
ue.in conſ.173.num.12.in conſ.363.num.18.

Quinta eſt, coniectura maioris affectionis colligitur ex
eo, quod vni hæredum vel legatariorum adiecit conditio-
nem facilius euenturam,quàm alteri.Ita docuit Iaſon in l. li-
cet Imperator. numero 59.de leg. 1. qui Comenſem & Ale-
xandrum eodem in loco commemorat.

7 Sexta eſt coniectura, † quando teſtator ſignificauit ſe ali-
quem magis diligere in inſtitutione præſumitur etiam magis
diligere in ſubſtitutione. l. cohæredi. §. qui diſcretas. de
vulga.l.Lucius.§.Mæuia.ff.ad Trebellia.& l.prima C.de im-
puberum & alijs ſubſtit.& in ſpecie reſponderunt Iaſon inter
conſilia Rubei in conſil.37. in fine. & Crauet. in conſil.147.
num.3.

Septima,coniectura maioris affectionis teſtatoris ſumitur
8 ex eo,quod † teſtator ipſe præſumitur magis diligere,filios
in portione iam relicta eorum patri, quàm alios. Ita reſpon-
derunt Corneus in conſilio 202.numero quinto. in conſilio
230 numero ſexto, & in conſilio 258.ad finem.libro 3.Alex.
in conſil.204.numero 3.lib.2.Ruynus in conſ. 159. num.11.&
in conſil.191. num. 13.lib.2.& in conſil.163.nu.13 lib.3.Alcia
tus in reſp. 546. colum. 1. Ioan. Baptiſta Ferretus in conſil.
384.numero 7.& 12.Crauet.in conſil.885.in fin.Cæphalus in
conſil.46.nu.33.Decianus in conſil.24.num.60.lib.1.& Mo-
lina in lib.3.de Hiſpa.primogen.cap.5.num.53.in fine.

9 Octaua eſt coniectura † maioris affectionis teſtatoris col-
ligitur,quando viuens illum prædilexit,pręſumitur etiã quod
moriens magis eum, quam alterum diligat.l.penult.ff.de ali.
leg.Bart.in l.in quartam.num.9.ff.ad leg.Falcid.& in l.filium
quem habentem.num.6.C.famil.erciſc.& ibid.Bald nu.16.

10 Nona eſt coniectura † ratione ſexus. Nam teſtator præſu-
mitur plus diligere maſculos quàm fœminas, vt reſpondi in
conſil.204.nume.24.lib.3.poſt Corneum & Ruynum,quibus
accedunt



accedunt Rolãdus in conſ.82.num.41.lib. . . & Decianus
in conſ.74.num.53.lib.1.

11 Decima eſt coniectura, ducta † à procreatione, ob quam
dicimus,teſtatorem præſumi magis diligere ſuos deſcenden-
tes, quàm tranſuerſales. Ita reſpõderunt Decius in conſ. 315.
num.10.& Crauet.in conſ.623.numer.10.adducti textu. l.3.§.
12 qui liberis.ff.de leg.præſta. Sunt enim † tranſuerſales quo-
dammodo extranei.l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio.
Quos ſanè extraneos præſumitur teſtator minus diligere,
quàm ſuos,vt reſpondit Crauet.in conſ.972.numer. 22. & in
cõſ.974.num.11.Et Crauet.in d.conſ.972.num.22. reſpondit,
maiorem affectionem præſumi erga villam, in qua quis na-
tus eſt,& in qua habitauit, quàm erga ciuitatem, cui vicus
ille ſubeſt.

## PRÆSVMPT. XVII.

### Inſtitutus, vel ſubſtitutus, quando quis præſumatur, breuis & clara explicatio.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus vel ſubſtitutus,an & quando quis præſumatur.*
2 *Inſtituti hoc modo,Titius & Sæius vter eorum viuet,hæres eſto, ſi conſtat vtrumque viuere, quis cenſeatur inſtitutus, nunquid amabo.*
*Quid autem ſi vnus deceßit altero ſuperſtite.num.3.*
4 *Diſpoſitio teſtatoris hoc modo,Caius,ſi nauis ex Aſia venerit,hæres eſto:ſi verò non venerit,Lucius hæres eſto, an valeat, & poßit quis eorum hæreditatem adire.*
*Quid ſi teſtator dixit,Titius,ſi nauis ex Aſia venerit, ex parte tertia,hæres eſto,ſi verò non venerit,ex parte 6.hæres eſto.num.5.*
6 *Subſtitui nemo quis poteſt ſibijpſi.*
7 *Teſtator ſi vocauit primo duos hæredes ſingulos ad ſemiſſem, deinde vocauit duos alios ad hæreditatem æquis partibus quinam præſumantur hæredes inſtituti.*
*Quid ſi in teſtamento dixit,Caius primo loco,Titius ſecundo loco, Sempronius tertio loco hæres eſto:an cenſeatur æqualiter inſtituti vel ſubſtituti.*

1 DVBITATVM † ſcio,an quis inſtitutus vel ſub-
ſtitutus pręſumatur?Exempli cauſa,teſtator ita
diſpoſuit.Caius,ſi nauis ex Aſia venerit, hæres
eſto:ſi verò non venerit,Lucius hæres eſto, an
Lucius iſte præſumatur inſtitutus vel ſubſtitu-
tus?Et præſumi inſtitutum æquo iure cum Caio, ſcripſerunt
Angelus Aretinus in inſtit. de vulga. ſubſtit. in princip. num.
4.& ibidem Ioan.Fabri & Viglius. num. 6. & Ioan. Coraſius
in rub.C.de impub.& aliis ſubſtitutio.ex l.Titius & Sæius.ff.
de hæred.inſtit.quo loci Celſus reſpondit,duos ita vocatos,
Titius & Sæius vter eorum viuet,hæres mihi eſto, eſſe inſti-
tutos,& ſi vnus ſub conditione, ſi alter moreretur, vocatus
videatur.

Ego hac in re plenius & verius diſtinguere ſoleo aliquot
caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtator duos ita vocauit, Titius &
Sæius,vter eorum viuet,hæres eſto: Et conſtat vtrumque vi-
uere & adire hæreditatem.Hoc caſu ambo dicuntur hęredes
inſtituti:nõ autem vnus alteri ſubſtitutus.d.l. Titius & Sęius.
de hæredib.inſtit. Et ratio eſt, quia vocatio illa æqualis eſt:
nec vnum altero magis dilexit teſtator: & propterea dici nõ
poteſt,quod vnum inſtituerit,& alterum ſubſtituerit. Vnuſ-
quiſque ergo ſuam portionem conſequitur.Hoc in caſu pro-
cedere poteſt ſententia Angeli Aretini,Ioan.Fabri, Viglij &
Coraſij ex d.l.Titius,& Sæius:tametſi,(vt infra dicemus)facti
ſpecies ab eis propoſita ab hac verbis,& effectu differat.

3 Secundus eſt † caſus,quando teſtator ita vocauit duos,Ti-
tius & Sæius vter eorum viuet hęres eſto,& euenit,quod eo-
rum alter deceſſit,altero ſuperſtite.Hic ſuperſtes dicitur ſub-
ſtitutus illi præmortuo reſpectu portionis dicti præmortui.
Ita probatur dicta lege Titius & Sæius,cũ ſubſequenti,qua-
rum verba hæc ſunt.*Titius & Sæius, vter eorum viuet, hæres mihi
eſto.Exiſtimo,ſi vterque viuat, ambos hæredes eſſe:alteroq; mortuo,
eum,qui ſupererit, ex aſſe hæredem fore.* Hæc Celſus ſubiungit
Vlpianus,reddendo rationem. Quia tacita ſubſtitutio ineſſe
videtur inſtitutioni. Et hoc in caſu non loquuntur præcitati
Doctores.

4 Tertius eſt caſus,quando † teſtator ita diſpoſuit,Caius, ſi
nauis ex Aſia venerit,hæres eſto,ſi verò non venerit, Lucius
hæres eſto.Hoc in caſu verè loquuntur Angelus Aretinus, &
alij ſupra citati.Et dicẽdum eſt,quod nec vnus,nec alter hæ-
res eſt:cum tam reſpectu vnius,quàm alterius pendeat con-
ditio,& propterea eorum nemo adire poteſt hæreditatẽ.l.is,
qui hæres.§.1.ff.de acquir. hæred. ſed interim donec eueniat
conditio ambo petere poterunt bonorum poſſeſſionẽ,iuxta.
l.ſi quis inſtituatur.ff.de hæred.inſtit.vbi Bartolus, Angelus,
Imola,& Fulgoſius. Et in ſpecie ſic rectè in hoc ſentiũt An-
gelus Aretinus,Ioan.Fabri, Viglius & Coraſius, & declarat
Bartolus in l.2.§.ſi ſub conditionę.ff.de bono.poſſeſſio.ſecũ-
dum tab.& alios commemoraui in conſil.105.num. 53. & 54.
lib.1.Et hoc in caſu verè non loquitur dict.l. Titius & Sæius.
Cæterum ſi eueniet deinde conditio, vt quia nauis venit ex
Aſia ſolus ille Caius hæres efficitur: quia conditione ipſa
purificata, vocatio pura manet. iuxta leg. potior & leg. qui
balneum.ff.qui potio.in pigno.habeantur.

5 Tertius eſt † caſus,quando teſtator vnum tantum vocauit;
vt puta cum ita dixit.Titius, ſi nauis ex Aſia venerit ex parte
tertia hæres eſto.Si verò nauis ex Aſia non venerit, ex parte
ſexta hæres eſto.Hoc in caſu primum dicẽdum eſt, vnà cum
Iuliano in l.ſi ita in princip. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecun-
dum tabu.quod,quò ad tertiam illam partem, ad quam fuit
vocatus,ſi nauis ex Aſia venerit,dicitur hæres inſtitutus.quo
verò ad illum ſextãtem dicitur ſibi ipſi ſubſtitutus,& in hoc,
reſpectu,ſcilicet caſus ſubſtitutionis,conuenit Iulianus cum
Celſo in dicta l.Titius & Sæius.in fine, cum lege ſequ. ff. de
hæredib.inſtit.de qua ſupra in primo caſu.Differunt tamen,
quòd in caſu dictæ legis.Titius & Sęius,cum duo fuerint hę-
redes vocati, vnus fuit alteri ſubſtitutus, & ideo valet illa
ſubſtitutio.In caſu vero.d.l.ſi ita,vnus & idem nempè Titius
6 ſibi ipſi † ſubſtitutus eſt, & propterea, cum quis non poſſit
ſibiipſi ſubſtitui.l.ſeruum communem.§.Titius. ff. de vulga.
& pupilla.ſubſtit.& declarat gloſſ.in dicta lege ſi ita, ſequi-
tur dicendum ſecundum Iulianum in dicta lege ſi ita, quod
ille ſextans maneat vacans,id eſt, non relictus ipſi Titio: Et
ideo accreſcit pro portione tertiæ relictæ ipſi Titio, & pro
reſiduo alteri cohæredi nempè Sempronio. Cum itaque Ti-
tius, pendente conditione,ſit vocatus ad tertiam, & iure ac-
creſcendi ad tertiam ſextæ, & non poſſit hæres effici, ob pẽ-
dentem cõditionem,effici poterit bonorum poſſeſſor, vt ait
Iulianus,in dicta lege ſi ita. in fine principij, qui quidem in
hoc conuenit cum Pomponio in dicta leg. ſi qus inſtituatur.
ff.de hæred.inſtit.Et his intelligimus dictã leg. ſi ita, in prin.
ff.de bonorum poſſeſſio.ſecundum tab. nil obſtare ſecundo
caſui ſupra explicato,tametſi Ioan.Fabri in inſtit.de vulgari.
& pup.ſubſt.in prin.in contrarium illum adduxerit, & indiſ-
ſolutum reliquerit.

7 Quartus eſt caſus, quando † teſtator vocauit primũ duos
hęredes ſingulos ad ſemiſſem:deinde vocauit duos alios, vel
tres alios ad hæreditatem æquis partibus. Hoc in caſu duo
vel tres iſti ſecundo vocati præſumuntur adhuc hæredes in-
ſtituti:Nam & ſi aliqua coniectura adeſſe videatur,quod fue-
rint ſubſtituti, nempe propter præcedentem vocationẽ duo-
rum, quibus totus as hæreditatis videbatur diſtributis: Ni-
hilominus pręſumptio eſt, quod teſtator voluerit conſtitue-
re duos aſſes ſuę hæreditatis, & vnum inter primos vocatos
diſtribuere,alterum inter ſecundos,atq; ita facere æquè hæ-
redes ſecundos, vt primos,ita reſpõdit Marcellus in lege Lu-
cius la prima.ff.de hæred.inſtit.& ibid.gloſſa pen. annotauit.

8 Quintus eſt caſus,quando † teſtator ita dixit.Caius primo
loco,Titius ſecundo loco, Sẽpronius tertio loco hæres eſto.
Hoc in caſu dubitatur, an ij dicantur æqualiter inſtituti, vel
ſubſtituti.Lancellotus Polit.in tractat.ſubſtitutio.in titul. de
vulgari.in ſecunda particula.num.2.ſcriptum reliquit,cẽſeri
æqualiter inſtitutos, niſi extet coniectura aliqua maioris af-
fectionis erga primum, & ſecundum vocatum, quàm erga
tertium.Illa enim enumeratio magis ad ſcripturæ ordinem,
quàm ad ſucceſſionis refertur.l. ſi quis hęredes. ff. de hęred.
inſtit.

## PRÆSVMPT. XVIII.

Hæredes quibus ex partibus inſtituti, vel ſubſtituti præſumantur, elegans & accurata explanatio.

### SVMMARIVM.


1 *Hæredes quibus ex partibus inſtituti vel ſubſtituti præſumantur.*

2 *Teſtator ſi plures hæredes ſimpliciter inſtituit, præſumitur æqualiter eos inſtituiſſe. præcipuè ſi partibus nõ diſtributis vnico contextu eos vocauerit.*

*Idem in legatis & fideicommiſſis præſumendum eſſe. num. 3.*

*Idem, ſi teſtes interrogati reſponderunt, duos vel plures hæredes fuiſſe inſtitutos, ſed non recordantur quibus ex partibus. nu. 4.*

5 *Hæredes plures inſtituti in re certa æqualiter præſumuntur inſtituti.*

6 *Subſtitutio ſi fuerit facta expreſſis proprijs nominibus ſubſtitutorum, ij præſumuntur æqualiter ſubſtituti.*

7 *Teſtator, ſi pluribus hæredibus inſtitutis dixit ſe hæredes facere ex partibus, quas adſcribet, ſi deinde nullas partes adſcripſit, præſumitur eos æqualiter inſtituiſſe.*

*Idem, ſi vnum vel plures in vna parte hæredes fecit, & alijs hæredibus, quibus partem aliquam nõ adſcripſit, reſiduum reliquit: præſumitur in illo reſiduo eos æqualiter vocaſſe. num. 8.*

9 *Teſtator ſi plures hæredes inſtituit partibus ſingulis eorũ aſſignatis: deinde vni eorum ſubſtituit reliquos, ſi locus eſt ſubſtitutioni cenſentur pariter, & æqualiter ſubſtituti.*

*Quid ſi plures hæredes ita facit, Caius & filij Semp. hæredes ſint: num. 10. & 14.*

11 *Plures collectiuè nominati quando loco vnius habeantur.*

12 *Statutum ſi imponit pœnam centum Capitaneo & ancianis ciuitatis dimidiam ſoluet ſolus capitaneus, & aliam dimidiam anciani.*

13 *Prætori & ancianis ſi eſt commiſſa cauſa, vocem vnam habebit prætor, alteram anciani.*

*Rectori & vniuerſitati ſcholarium ſi data eſt facultas eligendi bidellum, vocem vnam habebit Rector, alteram ſcholares.*

*Idem de prælato & capitulo dicendum. ibid.*

15 *Teſtator ſi dixit, inſtituo vel ſubſtituo Caium, & eius filios: an intelligatur filij æqualiter inſtituti vel ſubſtituti, cum ipſo Caio, & ſic eodem tempore ſuccedant, an ordine ſucceſſiuo.*

16 *Teſtator ſi dixit in teſtamento, inſtituo Caium & quoſlibet eius filios, an ſinguli cenſeantur vocati æqualiter.*

*Quid ſi dixit, Caium & Sempronij filios æquè hæredes facio. n. 17.*

18 *Dictio, æquè, quid importet.*

19 *Filij plures inſtituti collectiuè cum conditione, quòd bona non alienentur extra familiam, quomodo & in quibus cenſentur vocati.*

20 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*

21 *Hæredes plures ſi ſint vocati ſub nomine collectiuo vna cum tertio, in quibus partibus cenſeantur inſtituti.*

22 *Intellectus. §. Lucius Titius teſtamento. l. Lucius Titius, de legat. 2.*

23 *Teſtator ſi vocauit Sempronium, & filios naſcituros ex Titio, in quibus cenſeantur vocati illi filij.*

*Quid ſi vocauit natos & naſcituros, & natos proprijs nominibus non vocauit. num. 24.*

*Quid ſi dixit, inſtituo Caium & Mæuium, Titium ac Sempronium filios Titij. 25.*

26 *Teſtator ſi inſtituit ita, Titius vna cum filijs ſuis, & Sempronius mihi hæredes ſunto, ex quibus partibus cenſeatur hos vocaſſe. num. ſeq.*

27 *Patris & filij vna & eadem cenſetur perſona, & filius dicitur portio corporis ipſius patris, & pater & filius cenſentur vna caro. 33. & 37.*

28 *Societas ſi ſit contracta cum patre eiuſq; filijs, ipſe pater cum filijs portionem vnam lucri vel damni conſequitur, aliam dimidiam alter ſocius.*

29 *Dictio, penè, quid ſignificet.*

30 *Dictio, &, implicatiua.*

31 *Verba, vnà cum: ſimultatem ſignificant.*

32 *Filius quicquid acquirit, ita acquirit patri, vt nec momento quidem dominium rei maneat apud filium.*

*Secus in aduentitijs.*

34 *Ruynus ſibi contrarius oſtenditur.*

35 *Plures vbi nominatim coniunguntur in eadem oratione, in virilem quilibet admittitur: quo caſu regula hæc procedat.*

36 *Filij emancipati vocati vna cum patre quam portionem conſequantur.*

*Et quòd cẽſentur vna & eadem perſona cum patre, & quo caſu.*

38 *Teſtator ſi inſtituit Sempronium & Caiam cum eius filijs: quot partes ſint conſtituendæ his inſtitutis. num. ſeq.*

39 *Mater & filius iure non cenſentur vna & eadem perſona.*

40 *Galli non habent filios in poteſtate.*

41 *Veneti & Raguſini proprijs viuunt legibus, non autem Romanis.*

42 *Maritus & vxor licet reputentur vna perſona & eadem caro, intelligitur quo ad matrimonij vinculum, & quo ad reliqua bona & onera matrimonij: ſecus quo ad reliqua.*

43 *Vxor præter opera carnis non cenſetur ſub poteſtate mariti, ſed ſub poteſtate patris.*


1 DVBITARI † perſæpè contigit, quibus ex partibus teſtator hæredes inſtituerit? Hac de diſceptatione multa inter alios ſcripſit Mãtica in lib. 4. de coniecturis vltimarũ voluntatum. tit. 9. Ego omiſſis aliorum tradionibus, exiſtimo diſtinguendos eſſe multos caſus.

2 Primus † quorum eſt, quando teſtator plures hæredes ſimpliciter inſtituit, nullis diſtinctis partibus. Hoc caſu præſumitur teſtatorem eos æqualiter inſtituiſſe. l. quoties. §. hæredes. ff. de hæred. inſtit. *Hæredes* (inquit Vlpian.) *iuris ſucceſſores ſunt. Et ſi plures inſtituantur, diuidi inter eos à teſtatore ius oportet. Quod ſi non fiat, omnes æqualiter hæredes ſunt.* Hæc Vlpianus. Idẽ ſtatuit Iuſtinianus in §. ſed ſi plures. in inſtit. de hæred. inſtit. vbi gl. & Bar. in d. §. hæredes. Dec. in conſ. 122. numer. 1. & in conſ. 412. num. 1. idem cenſuit Afflictus in deciſ. 309. num. 2. in fin. quos ſecutus ſum in conſ. 196. num. 1. lib. 2. Ea videtur eſſe huius ſententiæ ratio, ꝙ teſtator præſumitur eos æquè dilexiſſe: Cum, partibus non diſtributis, vnico conſenſu eos vocauerit, & propterea æqualitatem ſeruare voluit, iuxta ea, quæ tradunt Dec. & reliqui in l. vt liberis, col. 1. de collat. &
3 Soc. Sen. in conſ. 10. in fin. lib. . . Idem † dicimus de legatis & fideicommiſſis, in quibus vocati, partibus non diſtributis, æqualiter capiunt. l. turpia. §. vlt. de leg. 1. l. cum pater. §. hęreditatem & l. vnum ex familia. §. rege. de leg. 2. & reſpondit Dec. in d. conſ. 412. num. 1. ¶ Hinc ſcripſerunt Baldus, Angelus, & Imola in l. ſi quis ita ſcripſerit hæredem. in fi. ff. de hę-
4 redibus inſtit. quod † ſi teſtes interrogati reſponderũt, duos vel plures hæredes fuiſſe inſtitutos, ſed nõ recordari, quibus ex partibus, fit interpretatio, quod æqualiter fuerint hęredes inſtituti: Quam quidem traditionem probarunt etiam Iaſon in repet. l. admonendi. num. 205. ff. de iureiuran. in l. fructus, num. 7. ff. ſoluto matrimonio, & in l. non hoc. num. 15. verſic. nono, limita. C. vnde legit. Decius in conſ. 252. num. 3. verſic. nec obſtat. & Crauet. in conſil. 61. numer. 4. qui ſic etiam reſpondit, quando teſtes depoſuerunt, tres poſſediſſe: Nam intelligitur æqualiter, ſi non expreſſerunt, quibus ex partibus.

5 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando teſtator hæredes fecit plures in fundo, ſicque in re certa, vt puta vnum in tertia, alterum in dodrante. Nam & tunc, feudi mentione detracta, æqualiter hæredes manent. d. l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit.

6 Extenditur ſecundo, vt procedat † etiam in ſubſtitutione facta expreſſis propriis nominibus ſubſtitutorum. Nam & tunc æqualiter ſubſtituti præſumuntur. l. nonnunquam. ff. ad Trebell. & in l. vltima. col. pen. verſic. concludo igitur. C. de impub. & aliis ſubſt.

Secundus eſt caſus, quando teſtator pluribus hæredibus
7 † inſtitutis, dixit, ſe hæredes facere ex partibus, quas adſcribet: & deinde nullas adſcripſiſſe apparet. Hoc etiam caſu intelliguntur ij inſtituti æqualiter. Ita Vlpianus in l. ſecunda, in princip. ff. de hæred. inſtitut. & egregiè declarat Ruynus in conſilio 176. numero quarto, verſiculo, ad idem facit. lib. 2.

8 Tertius eſt caſus, quando † teſtator vnum, vel plures in vna parte hæredes fecit: Deinde aliis hæredibus, quibus partem aliquam non adſcripſit, reſiduum reliquit. Hoc caſu præſumitur, hos illo in reſiduo vocaſſe æqualiter. §. ſi plures. verſ. & ſi plures. in inſtit. de hæred. inſtit. & ibidem gloſſ. & reliqui. & reſpondit Decius in conſil. 236. numero quarto, qui & de ſubſtitutione idem ſenſit, & Curtius Iunior in l. vltima, num. 18. C. de impub. & aliis ſubſt.



9 Quartus eſt caſus, quando † teſtator plures inſtituit, partibus ſingulis eorum aſſignatis & diſtributis: Deinde vni eorum, puta Caio inſtituto in quarta parte ſubſtituit reliquos. Hoc caſu, ſi locus fuit ſubſtitutioni, ſinguli illi ſubſtituti proportionibus eorum hæreditariis, in quibus fuerunt inſtituti, ex hac ſubſtitutione conſequuntur. Nam illæ partes cenſentur in ſubſtitutione datæ, quæ & in inſtitutione. Ita tradunt gloſſa Bartolus, & reliqui in lege qui complures, in princip. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. Iaſon in dicta lege vltima, numero nono, verſic. ſecundo limita. C. de impub. & aliis ſubſtit. & ibidem Sebaſtianus Sapia. numero 15. & Coraſius numero 6. in fin. etſi Curtius Iunius ibid. numero 17. alium ſenſum. dict. l. qui qui complures conſiderauit. Huc etiam pertinent. l. ſi plures. l. quiſquis. §. hæc verba, & l. ex facto. §. vltimo. ff. eod. de vulga. & pupil. ſubſtitut. Verùm cum de hoc caſu plura dicturi ſimus infrà in præſumpt. vbi explicabimus, quando partes datæ in inſtitutionibus cenſeantur repetitæ in ſubſtitutionibus, ea propter nunc non proſequor vlterius.

10 Quintus † eſt caſus, quando teſtator plures ita hæredes fecit. Caius & filij Sempronij hæredes ſint. Hoc caſu præſumitur teſtatorem voluiſſe hos æqualiter inſtitnere: ſed hoc ordine, vt Caius dimidiam hæreditatis: filij verò Sempronij aliam dimidiam æqualiter inter eos diuidendam conſequantur. Ita probant. l. interdum. in princip. l. ex liber homo. §. Titius. il primo. ff. de hæredib. inſtit. & l. ex ſi pater. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. & l. ſi quis Titio. ff. de vſufructu accreſcendo.
11 Illi enim plures † collectiuè nominati vnius loco habentur: atque ita alteram dimidiam recipiunt.

Id quod etiam annotarunt gloſſ. & reliqui in dicta lege interdum, & Bartolus in lege vltima, numero primo. C. de impuberum, & aliis ſubſtit. & ibidem Salycetus. colum. penultima, verſic. aut eos inſtituit. Iaſon numero primo, & numero quarto. Decius, numero primo. Curtius Iunior, num. primo, & Coraſius, numero quinto, & numero 21. qui declarat dictam. l. ſi quis Titio. Idem reſponderunt Alexander, Corneus, Ruynus, Decius & Pariſius, quos commemoraui, & ſecutus ſum in conſilio 222. numero 28. lib. tertio. Et illis accedunt Ruynus in conſilio 97. numero nono, libro tertio, & Socin. Iunius in conſilio 104. numero 14. libro 1. & in conſilio 171. num. 2. libr. 2.

12 Hac ex regula, † & traditione per multa diffiniuerunt interpres noſtri. Et illud primum: quod ſi ſtatutum imponit pœnam centum Capitaneo & Ancianis Ciuitatis, dimidiam ſoluet ſolus Capitaneus, aliam dimidiam Anciani. Ita Petrus & Cynus in dicta l. vltima. C. de impube. & aliis ſubſtitut. & ibidem Iaſon numero ſexto, qui ſimile refert, quod ſi ſtatutum imponit pœnam Syndico Ciuitatis & hominibus, ob non denuntiatum malefactorem, dimidiam præſtabit ſolus Syndicus, aliam dimidiam Ciues ipſi: ſic ſanè ſcripſerunt Baldus in auth. cauſa, quæ fit. C. de epiſcop. & cleri. Angelus & Imola in l. liber homo. §. Titius. ff. de hæred. inſtitut. Ioan. de Platea, & Angelus Aret. in §. ſi plures, in inſtit. de hæred. inſti.
13 Eſt † etiam ſimile, ſi cauſa, vel aliud negotium committitur Prætori & Ancianis, vocem vnam habebit Prætor, alteram Anciani, atque ita duæ erunt voces tantummodo. Ita quoque, ſi data eſt facultas Rectori, & vniuerſitati ſcholarium eligendi Bidellum: vocem vnam habebit Rector, alteram ſcholares: ſic de Prælato & Capitulo dicendum eſt. Ita tradunt multi commemorati à Iaſone in dicta lege vltima, num. 7. 8. & 9. C. de impub. & aliis ſubſtit. & ibidem Coraſius, numero 5. Et illis accedunt Socinus Senior in conſ. 40. numer. 2. libro primo, Dec. in conſ. 122. num. 1. in conſ. 320. num. 6. & in conſ. 382. num. 2. & Pariſius in conſil. 4. num. 19. libr. 3. qui ſimilia commemorant.

14 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat non ſolùm in inſtitutionibus: ſed etiam in ſubſtitutionibus: & ideo, ſi teſtator ita dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, volo bona mea deuenire ad Titium & Caium, & eorum liberos: ſi contingat Titium decedere pluribus relictis filiis: deinde decedat is filius inſtitutus ſine filiis, illi filij Titij vnam partem tantum conſequuntur: aliam verò portionem Caius. Ita ſcripſerunt Bart. in l. quidam relegatus. §. ſi tibi. ff. de reb. dubiis, Iaſon in d. l. vlt. num. 9. verſ. prædicta etiam. C. de impub. & aliis ſubſt. & ibidem Salyc. col. pen. verſ. aut eos inſtituit. Curt. Iun. num. 15. qui ſic reſpondiſſe ſcribit: quemadmodum etiam reſpondit Ruyn. in conſ. 97. num. 11. & in conſ. 164. num. 5. lib. 2.

15 Declaratur primo, † vt locum non habeat hic caſus, quando teſtator ſolummodo inſtituit, vel ſubſtituit extraneum & eius filios: vt ſi teſtator dixit. Inſtituo, vel ſubſtituo Caium & eius filios. Hoc caſu duo ſunt principaliter conſideranda: primum, an filij eodem tempore ſuccedant eodem tempore cum ipſo patre, vel potius ordine ſucceſſiuo, nempè vt ſuccedant poſt patrem. Secundum, admiſſo, quod ſuccedant eodem tempore, quomodo ſuccedant. Et quò ad primum diſtingui ſolent tres caſus, quorum primus eſt, quando Caius ille erat filius teſtatoris. Hoc caſu illi filij Caij dicuntur inſtituti & ſubſtituti ordine ſucceſſiuo, vt dicemus infra in præſumptione 69. in primo capite. Secundus caſus eſt, quando ille Caius erat omnino extraneus. Hoc caſu filij illi dicuntur vocati eodem tempore cum ipſo Caio eorum patre. Ita glo. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. & dicemus in dicta præſumpt. 69. in tertio capite caſu. Tertius eſt caſus, quando ille Caius non eſt omnino extraneus, vt quia erat ſucceſſurus ab inteſtato, ſicuti frater teſtatoris. Hoc caſu ſunt opiniones. Et recepta quidem magis eſt, quod eodem tempore ſuccedant filij cum eorum patre. Ita dicemus in dicta præſumpt. 69. in 2. cap. Hoc ſic poſito, quòd iſti eodem tempore ſuccedant, eſt modo dubium, quomodo ſuccedant, hoc eſt, quibus ex partibus. Et dicendum eſt æqualiter, nempè quod Caius habeat dimidiam, & aliam dimidiam filij. Ita reſponderunt Angelus in conſilio 285. Punctus talis eſt, domina. numero 1. & Cæpolla in conſilio 52. columna 2. verſic. circa ſecundum dubium, &c. in ciuilibus. Idem ſenſit Boërius in quæſt. 185. numero 16.

16 Declaratur † ſecundo, vt locum non habeat hic caſus, quando teſtator vocauit plures collectiuè cum diſtributiuo, vt ſi dixit, inſtituo Caium, & quoſlibet eius filios. Nam tunc perinde eſt, ac ſi ſingulariter & nominatim omnes vocaſſet, & ob id ſinguli conſequuntur æqualem portionem cum ipſo Caio: atque ita in capita diuidenda erit hæreditas. Ita poſt alios tradunt Iaſo. in l. ſi quis teſtamento. colum. prima, de legat. primo, & in l. vlt. nume. 9. verſic. iſtam regulam. C. de impub. & aliis ſubſt. & ibidem Curtius Iunior numer. 11. & 13. & numer. 19. & Coraſius numero 6. Corneus in conſi. 240. num. 4. in fine. libr. 2. Ruynus in conſilio 97. numero 14. & in conſilio 163. numero 7. verſiculo & iſtud etiam. libr. 2. & Pariſius in conſilio 49. numero 3. & numero 8. lib. 2. Quibus conſtat, hanc eſſe communem opinionem, & ſi de eius veritate dubitauerit Dec. in d. l. vlt. num. 1.

17 Declaratur † tertio, vt non procedat hic caſus, quando teſtator dixiſſet, Caium & Sempronij filios æquè hæredes facio. Hoc ſanè caſu filij Sempronij in capita æqualiter ſuccedunt cum ipſo Caio. Ita Vlpianus in lege interdum. in princ. ff. de hæredib. inſtit. vbi Bartolus, Caſtrenſis, & Imola, Iaſon in dicta l. vltima. numer. 9. verſic. iſtam regulam. C. de impuberum & aliis ſubſtit. Corneus in conſ. 240. num. quarto, verſic. præterea, licet. lib. 2. Socinus Senior in conſilio 108. num. 2. libro 3. Ruynus in conſil. 97. numer. 14. libro 2. & Pariſius in conſil. 44. num. 13. lib. 3. & Hieronymus Gabriel in conſil. 130. nu. 23. lib. 1. Et idem eſt, quando teſtator vſus eſſet ſimili verbo, quod ſignificaret idem, quod æquè, vt ſi dixiſſet, inſtituo, vel ſubſtituo Caium & Sempronij filios, vt communicent inter ſe. Ita Socinus in d. conſil. 108. numero primo. Hęc declaratio intelligitur, quando in eadem oratione poſita eſt dictio, æquè, ſecus ſi in diuerſa: vt ſi teſtator dixit. Caius hæres eſto: Item Sempronij filij æquè hæredes ſunto. Hoc ſane caſu illa dictio, æquè, ſignificat teſtatorem voluiſſe, filios illos Sempronij eſſe debere æquales, atque ita ſuccedere inter ſe in capita. Non autem ſignificare voluit æqualitatem eſſe ſeruandam inter Caium & filios Sempronij. Ita Caſtrenſis in dicta l. interdum. numero 3. verſiculo ex hoc ſequitur, quem ſecutus eſt Ruynus in conſilio 164. numero tertio, verſicul. Nec obſtat, ſi dicatur, libro ſecundo. Cæterum diſſentit Imola in dicta lege interdum, quem ſecuti ſunt Alexandr. in conſilio 55. numero tertio, libro quarto, & Afflictus in deciſ. 309. numero ſecundo. Ea ratione vſus eſt Imola: quia, intelligendo
18 ſecundum Caſtrenſem, illa dictio, æquè, † nihil operaretur

c 2 con-

contra regulam.l.ſi quando de legat.primo,ſed reſpondetur, quod imò effectum operatur, quò ad filios Sempronij inter ſe. Idem eſt, quando teſtator ſic dixit. Inſtituo Petrum & Ioannem fratres meos: & filios Nicolai alterius fratris mei æquis portionibus. Hoc etiam caſu illa dictio, æquis, refertur ſolùm ad perſonam filiorum Nicolai inter ſe. Ita Ruynus in dicto conſilio 164.vbi numero 3.dixit, coniectura recedi à diſpoſitione.dict.l. interdum. Non etiam procedit.d.l. interdum, quàndo teſtator dixit, quod ſuccederent æqualiter in ſtirpes. Ita Pariſius in dicto conſilio 44.numero 14.lib.3.

19 Declaratur quarto † hic caſus,vt locum non habeat,quando teſtator, vocatis illis multis filiis collectiuè, prohibuit bona alienari extra familiam. Nam ſimplici illa prohibitione ſignificauit velle ipſos vocatos in viriles ſuccedere. Ita Iaſ.in in dicta l.vltim. colum.vltim.verſiculo 3. limita.C.de impuberum & aliis ſubſtit. & manifeſtius Deciſ. ibidem in fin. & Curtius Iunior,numero 14.ſic intelligentes.tex.l.Lucius Titius.§. Lucius teſtamento.de leg.2. ſecundum interpretationem Dyni & Bartol.ibi, ac Caſtren.in dict.l.vltim.qui dixerunt,hac coniectura recedi à prædicta regula, & communem eſſe interpretationem aſſeruit Socinus Sen. in conſilio 108. colum. 1. verſiculo 3. probatur.libr.3. Cæterum idem Iaſ. in dict.l.vltim.numero 4.verſiculo 2.reſpondent,animaduertit, hanc prohibitionem non ſignificare teſtatorem voluiſſe filios illos in viriles ſuccedere debere cum aliis iam vocatis. Et planior ſenſus eſſe poteſt, quod teſtator conſeruare voluerit, iuxta portiones à ſe factas,nempè quod in familia, ſicq; inter deſcendentes Cai & Sempronij voluerit portiones ſibi relictas conſeruari: ſic etiam in familia illorum filiorum colle-
20 ctiuè vocatorum. Nam clauſula † illa prohibitionis eſt acceſſoria diſpoſitionis principalis:& ob id eius naturam ſequitur: quemadmodum copioſè ſcripſi in conſilio 376. numero 49. libr.4. Nec obſtat illa conſideratio Deciſ.in dicta l. vltim.in fin. Cum dixit, Sæiam illam alumnam, de qua in dicto §.Lucius Titius teſtamento fuiſſe ex familia teſtatoris. Vnde cum ſit(inquit Decius)prohibita alienatio extra familiam, apparet, quod vnus quiſque fuit pariter dilectus: Et ideo hac de cauſa non attenditur ſpecialis nominatio Sæiæ:Cum illa ſpecialis facta non fuerit reſpectu libertorum:ſed reſpectu familiæ, quæ magis ibi conſideratur, pares ſunt: ob id æqualiter admittuntur. Hic ſenſus, quem Decius partim à Comenſi in dict.§.Lucius,& partim ab Aretl.in l.ſi pater.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.mutuatus eſt, non tollit conſiderationem Iaſonis, quò ad hanc declarationem & ſenſum Dyn. Bartol. & ſequacium.Cum ſecundum interpretationem Comenſis, Aretini, & Decij idem ſit, quando adiecta non fuiſſet alienationis prohibitio.

21 Declaratur † quinto,vt locum non habeat hic caſus,quando plures vocati fuerunt ſub nomine collectiuo vnà cum tertio: atque ita is tertius continetur ſub ipſo nomine collectiuo: vt ſi teſtator dixit. Inſtituo liberos Sempronij,& Caium, qui & ipſe ſit ex liberis Sempronij.Hoc etiam caſu Caius vnà cum aliis ſuccedit in viriles. Ita Comen.in dicta l.Lucius Titius.§. Lucius Titius teſtamento. de leg.2. Soc. Sen.in dicto conſilio 108.columna 2. verſic.4.confirmatur, libr.3.& Iaſ. in dict.l.vltim. colum.vltim. verſiculo 4. ſingulariter limita.
22 C. de impub. & aliis ſubſtit. qui ſic interpretati ſunt † dict.§. Lucius, quo loci teſtator ita legauerat. *Prædiolum meum dari volo libertis,libertabuſq; meis,& quos hoc teſtamento manumiſi,& Sæiæ alumnæ meæ, ita ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad vnum proprietas perueniat.* Cum enim(inquit Comenſis)illa Sæia eſſet & ipſa ex libertis, ſub eo nomine collectiuo fuit cum aliis comprehenſa: & ſi teſtator exprimendo deinde nomen proprium ipſius Sæiæ, aliqualem maiorem dilectionem erga eam oſtendit, non tamen voluit teſtator illam plus debere conſequi quàm ſingulos alios libertos. Afferri hic poteſt illud Euangeliſtæ Marci cap.vlt.dum ſcripſit, Angelum ſic dixiſſe mulieribus, quæ Saluatoris iam ſurrecti ſepulchrum inuiſerant, ſed ite, dicite diſcipulis & Petro. Cum enim & Petrus eſſet ex diſcipulis,ſatis dici poterat comprehenſus ſub illo nomine diſcipulis; collectiuo: attamen ratione cuiuſdam maioris dilectionis,vel ob id,quod eſſet caput diſcipulorum, eum nominatim expreſſit. Non tamen verè differentiam conſtituit inter Petrum & alios quò ad eam denunciationem. Ita & hic nominauit primum collectiuè omnes libertos & libertas, & conſequenter etiam Sæiam: Verùm cum ob id, quod teſtatoris fuerat alumna & aliquantulum magis diligeret, eam ſpecifico nomine expreſſit. Qua conſideratione tollitur, quod obiiciebat Iaſ.in dicta l.vltim.nume.4.verſ. alio modo reſpondet. Cum dixit, obſtare regulam l.quæſitum.§.pen.ff. de fundo inſtructo inſtrumentóque lega. quia regula illa locum non habet, quando generalis diſpoſitio refertur ad ſpecialem,vt declarat Barto.in dict.§.pen.numer.4. Vrgere magis videtur, quod aduertit idem Iaſon præcitato in loco, eſſe diuinare, quod Sæia illa eſſet ex libertis teſtatoris. Imò Curtius Iun.in dict.l. vlt.num.14.verſ.ideo vltimo loco, dixit dictam Sæiam non fuiſſe ex libertis, & propterea ſumi coniecturam teſtatorem voluiſſe illam conſequi debere virilem tantùm,vt melius bona conſeruarentur in familia: Cum magis conſeruentur(inquit Curtius)ſi Sæia virilem tantum,non autem dimidiam obtinuiſſet. Cæterum reſpondetur, non eſſe diuinare,quod illa Sæia eſſet ex libertis: ex quo teſtator ſubiunxit, *Ita ne de nomine familiæ meæ, &c.* dixit familiæ, comprehendendo omnes iam nominatos: atque ita etiam ipſam Sæiam. Et voluit teſtator totum ipſum prædiolum conſeruari. Non autem maiorem partem,vt malè ſenſit Curt.Iun.

23 Declaratur ſexto, vt † hic caſus locum non habeat quando teſtator vocauit poſthumos, vt ſi dixit, inſtituo Sempronium, & filios naſcituros ex Titio. Hoc ſanè caſu filij illi Titij ſuccedent in capita,& viriles. Ita reſpondit Caius in l.quidam relegatus.§.vlt.iuncta l.vtrum.in princip.ff.de reb.dubiis, & ibidem Bartol.& Socinus in dict.l.vtrum.num.4.Iaſon in d.l. vlt.colum.vlt.verſic.5. limita. C.de impuberum & aliis ſubſtit. Ruyn.in conſil.97.numer.11.libr.2. Et huius traditionis ea eſt ratio ſecundum Bart.in dict.l. quidam.§. vltim.quia nil imputari poteſt teſtatori, ſi non nominauit proprio nomine filios, ex quo nondum nati erant. Porrò diuerſum eſt,quando
24 teſtator † vocauit tam natos quàm naſcituros,& illos iam natos non nominauit proprio nomine, quos facilè nominare potuiſſet. Nam tunc in ſtirpes, non autem in capita vocaſſe præſumitur. Ita egregie declarat Ruyn.in conſilio 164.numero 12.libr.2.

25 Declaratur † ſeptimo & vltimo,quando teſtator nominaſſet prius nomine proprio filios illos,& deinde nomen appellatiuum ſubiunxiſſet: vt ſi dixiſſet, inſtituo Caium, & Mœuium, Titium ac Sempronium filios Titij. Hoc ſanè caſu in viriles & capita inſtituti cenſentur dicti filij Titij, ex quo teſtator præmiſit nomen eorum proprium. Ita in ſpec.Iaſ.in dicta l. vltim.colum. vltim. verſicul.7. limitat. C. de impub.& & aliis ſubſtit.& Ruyn. in conſilio 97. numero 12. & 15.libr. 2.adducti traditione Bartol.in l.ſi ſeruus communis ita.num. 3.verſic.3.caſu.ff.de ſtipulat.ſeruo.ſi ſeruus acquirit Caio, & aliis dominis ſuis. Caius, cuius nomen proprium fuit expreſſum habet dimidiam:alij verò domini ſimul aliam dimidiam: Bart.ſecuti ſunt multi,quos congeſſi in conſ.22.nu.23.libr.3. Intelligit tamen Ruyn.in d.conſ. 97.nu.12. lib. 2. hanc traditionem ceſſare ex coniecturis, vt dicemus in ſubſequēti caſu.

26 Sextus eſt & vltimus caſus, quando † teſtator ita inſtituit. Titius vnà cum filiis ſuis & Sempronius mihi hæredes ſunto. Hoc caſu Titius conſequitur dimidiam hæreditatis cum filiis ſuis: alteram verò dimidiam Sempronius. Si quidem Titius & cum eo filij vnam ſolam perſonam conſtituunt. Ita ſtatuit Iuſtinianus in dict.l.vlt. C.de impuberum & aliis ſubſtit. Qua ratione ita ſtatuerit Iuſtinianus valdè obſcurum eſt. Et communis quidem ratio eſt, quam aſſignauit ipſe Iuſtinia-
27 nus. Cum dixit, † vnam & eandem eſſe patris & filij perſonam. Eſt enim teſte eodem Iuſtiniano in l. cum ſcimus.§.vlt. C.de agric.& cenſit.lib.11.filius portio corporis ipſius patris. Et in cap.contra dicimus.§.1.35.q.3.dicitur,quod pater & filius eſt vna caro. Et Ariſt.in libr.5. Ethico.cap.6.& in libr.1. magnorum moralium. cap. 34. filium eſſe partem & membrum patris,quandiu non eſt à patre ſeparatus. Hinc illud Iuſtiniani,vox filij vox patris,§.ei verò qui.in inſtitut.de inutil. ſtipulat. Et ſimilibus comprobaui in conſ.124.nu.100.libr.2. in conſ.215.nu.149.& in conſ.250.nu.28.lib.3. Quocirca di-
28 cimus,† quod contracta ſocietate cum patre eiuſq; filiis, ipſe pater cum filiis portionem vnam lucri vel damni conſequuntur:aliam dimidiam alter Socius. Ita reſpondit Angel.in conſilio 112. Vanutius. & ſecuti ſunt Sebaſtianus Sapia in dicta l.vlt.num.9.C.de impub.& aliis ſubſt.& Curt.Iun.num.8.

Et alia



Et alia his ſimilia congerunt Curt.Iun.in dicta l. vlt.num. 5.& 6. Sapia.num.6.& 8. & Coraſius.num.10. Ex quibus intelligimus, quod & ſi Caius & Sempronius inſtituti per copulam ſunt coniuncti, attamen maior eſt coniunctio hæc naturalis,quæ intercedit inter patrem & filios. Ita Ruyn.in conſilio 163.numer.4.lib.2.qui ob id poſt Bartol.in l.re coniuncti.in 1.q.ſecundæ quæſtionis princ.de leg.3.dixit, quod ſi vnus filiorum decederet eius portio non Caio, ſed aliis fratribus, vel patri accreſceret. Cæterùm ratio hæc ſic comprobata non recipitur à Saliceto in dict.l.vlt.colum.3.verſ.ſed tunc quæro.C. de impuberum & aliis ſubſtit. quia Iuſtinianus dixit, patrem & filium natura penè eſſe eandem perſonā. Et di-
29 ctio † penè ſignificat, quod non ſemper eſt eadem perſona. Et rurſus dicitur impropriè, vt dicemus infra. Et præterea ita dixit Iuſtinianus. *Cum & natura & pater, &c.* dixit, & natura,
30 illa † dictio, &, (inquit Salicetus)eſt implicatiua: atque ita implicat aliam rationem, præter illam, quæ à natura prouenit. Secunda itaque ratio affert: quia teſtator vſus fuit illis
31 verbis, vnà cum, quæ † ſimultatem ſignificant, ſicuti de dictione, vnà, habetur in authen. Caſſa.C.de ſacroſanct.eccleſ. & in l.antiquitas.C.de vſufructu, & alia refert Pariſ.in conſil. 79.numero 21.libr.3. Et de dictione,cum,ſic legitur in l.1.& in l.2.ff.de fundo inſtr.& in l.1.& l.2.ff.de pecul.lega. Verùm rationem hanc diluit Salicetus præcitato in loco. Tertia ad-
32 ducitur ratio, quia † quidquid acquirit filius ita acquirit patri, vt nec momento quidem dominium rei maneat apud filium.l. placet.ff. de acquir. hæred. Cæterùm rationem hanc confutauit Salicetus qui ſuprà,tum quia,ſecundum eum,non haberet locum hæc diſpoſitio in filio emancipato, quod falſum eſſe dixit, & infrà repetemus:tum etiam quia aduentitia, qualia hæc ſunt, filius ſibi & non patri acquirit:ſicuti iam ipſe Iuſtinianus conſtituerat in l.cum oportet.C.de bonis,quæ liberis. Quartam rationem perpendit Salicetus in dict.l.vlti. colum.penult.verſicul. quærendum eſt etiam de alia ratione, &c. Dixit Salicetus, hoc colligi ex tota ipſa oratione ſic concepta. Titius vnà cum filiis,& Sempronius mihi hæredes ſunto. Hic Sempronius non poteſt dici coniunctus cum filiis: ſed tantum cum Titio primo nominato. Nam Sempronius conuenit in caſu cum Titio: cum ambo ſint caſus nominatiui. Differt verò Sempronius caſu à filiis Titij. Cum illi ſint caſus datiui:Sempronius(vt dixi)nominatiui. Sunt ergo, duæ perſonæ tantum copulatiuè vocatæ, Titius ſcilicet & Sempronius, & ideo duæ tantùm portiones conſtituuntur. Diuerſum eſt (inquit Salicetus) quando tres eodem caſu nominatiuo eſſent vocati, vt ſi teſtator dixiſſet, Titius, filij Titij & Sempronius hæredes ſunto. Vel ſic. Titio cum filiis ſuis, & Sempronio hæreditatem do, vel lego vt in l. ſi quis Titio.in ſecundo reſp.ff.de vſufructu accreſ. Cæterùm rationem hanc confutauit Corn.in dicta l. vlt.in fin.& in conſilio 240. num. 3.libr.2. Qui dixit, coniungi poſſe rationem perpenſam à Saliceto cum illa prima communi, vt ſenſus ſit, ideo duas portiones conſtitui: quia Titius, cum eius filiis coniunctus eſt non ſolùm verbis, ſed & ipſa natura, quæ penè vnicam efficit eſſe perſonam.

Extenditur primo,vt locum habeat hic caſus etiam in ſubſtitutionibus directis,& fideicommiſſariis. Ita reſpondit Deciſ.in conſilio 320.numero 6.verſic.videndum eſt ergo. Et illo ipſo in caſu reſpondit etiam Ruyn.in conſ.97.num.12.lib. 2.de quo ſtatim dicemus.

Extenditur ſecundo, vt procedat etiam, quando teſtator expreſſiſſet nomina propria ipſorum filiorum poſt nomen appellatiuum, vt in ea egregia facti ſpecie,de qua reſponderunt Dec.in dict.conſil.320. & in conſ.382. & Ruyn. in dict.conſilio 97. numer.10.vſque ad finem.libr.2. Teſtator inſtituto hærede filio proprio, & eo quandocunque decedente, voluit bona ſua peruenire ad Vlyſſem & eius filios, videlicet Matthæum, Vrſinum, Daneſium, Gabrielem, & ad Ioan.Corradum nepotem dicti Vlyſſis. Reſponderunt Ruynus & Decius,duas partes tantum eſſe conſtituendas, & dimidiam eſſe
33 aſſignandam Vlyſſi vnà cum eius filiis: cum † & hoc in caſu pater & filij habeantur pro vna perſona: alteram verò dimidiam dandam eſſe Io. Corrado nepoti. Nam & ſi perſonæ filiorum Vlyſſis expreſſæ fuerint ſub nomine proprio:attamen reſtrictiuè id factum non eſt: ſed demonſtratiuè ad ſignificandum filios ipſius Vlyſſis. Et perinde eſt (inquit Ruy.in d. conſ. 97. num.15.) ac ſi nomina propria non fuiſſent expreſſa:cum ad demonſtrationem tantum expreſſa fuerint. Cæte-
34 rum ipſemet † Ruynus ſibi parum conſtans contrarium reſpondit in conſil.163.numer.5.verſic.eſt & tertius caſus.libr. 2.qui ſimilem facti ſpeciem retulit. Teſtator ita dixerat. Volo quod omnia bona mea deueniant ad Io. Marcum eiúſque filios legitimos & naturales,videlicet Paladinum, Hectorem & Angelum nepotem ex fratre Io. Marci. Reſpondit Ruynus,Io.Marcum eiúſque filios, Paladinum & Hectorem ſuccedere in viriles vnà cum Angelo: atque ita quatuor partes eſſe conſtituendas, quarum tres Ioan.Marco & duobus eius filiis dari voluit: quartam verò Angelo. Crediderim hoc poſtremo in caſu Ruynum male reſpondiſſe. Cum ſit veriſimilius, teſtatorem illum voluiſſe conſiderare ſtirpes & non capita. Nam cum haberet Ioan.Marcum fratrem, vt opinor, & Angelum ex prædefuncto altero fratre nepotem, conſiderauit, quod ſi in humanis eo tempore teſtamenti eſſet pater dicti Angeli gradu æqualis cum ipſo Ioan. Marco, eos æqualiter hæredes feciſſet, ita ergo præmortuo Angeli patre,voluit ipſum Angelum obtinere locum eius patris, ſicuti & iure communi in ſucceſſione inteſtati obtinet.§. cum filius. in inſtit.de hæred.quæ ab inteſta.defer. Et propterea voluit dimidiam dari Ioan.Marco vnà cum eius filiis:& aliam dimidiam Angelo:ſicuti ipſemet Ruyn.in dict.conſi.97.reſpondit. Nec obſtat illa conſideratio Ruyn.in dict.conſil.163.num.5.verſ.
35 & iſto caſu, quod vbi plures † nominatim coniunguntur in eadem oratione, in virilem quilibet admittitur. l. nonnunquam.ff.ad Trebell.& diximus ſupra. Nam reſpondetur, Angelum fuiſſe nominatim coniunctum Ioan. Marco eius patruo: non autem Paladino & Hectori: quorum nomina propria fuerunt demonſtratiuè, non autem reſtrictiuè expreſſa: ſicuti conſiderauit ipſe Ruynus in dict. conſilio 97. vt retulimus ſupra, Non etiam obſtat, quod inquit Ruyn.in d.conſil. 163.nume.6.verſic.non obſtat etiam, cum dixit.dict.l.vlt.C. de impuberum & aliis ſubſtit.non habere locum,quandò filij nominati cum patre fuerunt expreſſis propriis eorum nominibus nominati. Nam reſpondetur, verius eſſe, imò habere locum, ſicuti diligenter & acute oſtendit Deciſ. in d.conſil. 382.colum.3.verſic. Nunc vero viſa iſtorum, qui quidem reſpondet aliis obiectionibus, quæ conſiderauit Ruyn.in dict. conſil.163.quod reſponſu eſſe videtur de eademmet cauſa, & ſi immutata videantur nomina.

36 Extenditur † tertio, vt locum habeat etiam ſi filij ſunt emancipati. Nam & tunc vocati cum patre conſequuntur vnam portionem ſolummodo, cum & hoc caſu ſint vna & eadem perſona cum patre. Ita Salicetus & Corn.in d.l. vlt.C.de impuberum & aliis ſubſtit. Ille colum.penult.in princip. iſte. num.9. & ſecuti ſunt ibidem.in ſecundo notab. & in conſilio 320.in fin. Curtius Iunior in dict.l.vlt.in fin. & Coraſius.nu. 15. Et ij adducti ſunt ea ratione, quòd dixerit Iuſtinianus, patrem & filium natura cenſeri vnam & eādem perſonam. Quæ ſanè natura locum habet etiam in filiis emancipatis, Nam reſpondetur,text.dict.l.vltim.probare contrarium:Cum dixerit Iuſtinianus,natura patrem & filium pœnè eſſe eandem perſonam. Dixit, pœnè ſignificando quandam improprietatem.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.de leg.1.& l.1.§.largius.ff.de ſucceſ. edicto, & alia ad rem refert Coraſius in dict.l.vltim.numero 16.verſic.in textu. Et tradunt Albertus in dictionario, in verbo pœnè, & Gomes in §. actiones. numero 9. in inſtitut. de actio. Eſt ſanè ſecundum veritatem diuerſa perſona filij à per-
37 ſona patris. Porrò lex ipſa † ciuilis certis in caſibus fingit eandem eſſe perſonam:tum quia filius(vt diximus ſupra)cenſetur pars corporis patris: tum etiam quia filius eſt ſub patris poteſtate. Quæ ſanè poteſtas coniunctionem quandam facit: ſicuti dicimus in ſeruo, qui cum ob poteſtatem ſubiiciatur domino,ita ei coniungitur,vt tantum poſſit ipſe ſeruus quantum dominus.l.ſi mihi & tibi.§. regula. de leg.primo. Et hæc ipſa patria poteſtas,quæ iuris ciuilis eſt, illa eſt, quæ efficit,vt certis in caſibus, quorum vnus eſt hic, de quo agimus, filius & pater habeatur pro eadem perſona. Et propterea, ceſſante hac poteſtate patria, ceſſat etiam quod hic ſtatuit Iuſtinianus: ſicuti in matre, de qua nunc dicemus. His intelligemus, fortè defendi poſſe opinionem Iaſonis in dict. l. vlt. numero tertio, verſiculo intellige ſecundo, cum dixit, filium emancipatum non cenſeri eandem perſonā cum patre. Id quod prius

 dixe-

dixerat gloſſ. in l. mater. §. ſi quis hominem.ff. de except.
rei iudi. & in l. 2. C. qui ætate ſe excuſ. quam gloſam proba-
runt Baldus & Imola relatià Corneo vbi ſupra. Eſſet tamen
difficile à communi illa opinione in praxi recedere.
38 Declaratur † vt locum non habeat hic caſus,quando teſta-
tor inſtituit Sempronium & Caiam cum eius filiis. Hoc ſanè
caſu tres partes ſunt conſtituendæ, vna erit Sempronij, altera
39 Caiæ, tertia filiorum Caiæ. Non enim † iure cautum reperi-
tur,quod mater & filius pro eadem perſona habeatur.Ita ſen-
ſit Coraſius in dict.l.vltim.num.20.C.de impub.& aliis ſub-
ſtit.Cum dixit,ſe non audere affirmare, quod filius intelliga-
tur eſſe eadem perſona cum matre.Et manifeſtius, declaran-
do.dict.l.vlt.ſcripſit Gomeſ.in §.actiones.num.9.in inſtit.de
actio.matrem & filium non haberi pro eadem perſona,ob id,
quod deficit patria poteſtas. Et in ſpecie magis Ruynus in
conſil.115.num.17.libr.3.qui alia ratio, hæc probat, & Ruy-
num ſecutus eſt Hieronymus Gabriel in conſil.130.num.22.
40 in fin.lib.1.Hinc inferri † poteſt, idem eſſe dicendum de his,
qui non habent filios in poteſtate, ſicuti Galli,vt ſcribunt gl.
& Docto.in §.1.in inſtit. de patria poteſtate. Bald.in l.vlt.C.
qui teſta.facere poſſ. & in cap. 1. an maritus ſuccedat vxori in
benef.Decius in l.qui ſe patris.num.4. C.vnde liberi, & alios
refert Aſcanius Clemens in Tract.de patria poteſtate.c.2.nu.
41 3.qui refert diſſentientes.Et ibidem ſubiunxit, quid in † Ve-
netis & Raguſinis, qui propriis viuunt legibus, non autem
Romanis.
Infertur etiam, idem eſſe dicendum, vt ſcilicet dici non
poſſint vna ſola perſona, ita quod vnam portionem tantum
capiant: Cum verius duas conſequi poſſe debeant. Nam etſi
42 maritus, & vxor † reputetur eadem perſona & vna caro. Ge-
neſ.cap.2. & 3. relata in cap. hæc imago 33. quæſt.5. attamen
hoc intelligitur, quo ad matrimonij vinculum, quod efficit,
vnum alteri adeò eſſe coniunctum,vt nullam ſui corporis po-
teſtatem habeat: ſicuti dixit Diuus Paulus ad Romanos.2.c.
3. idemque eſt quò ad reliqua bona & onera matrimonij:
quemadmodum poſt Socinum in cap. ad audientiam, de ho-
micidio, declarauit Gomeſ.in dict.§.actiones.num.12.in in-
ſtit. de actio.Quo verò ad reliqua diſtincta & ſeparata eſt per-
ſona mariti & vxoris.l.vxori.ff. ad legem Corneliam de falſis.
43 Et comprobat Gomeſius præcitato in loco. Quo circa † di-
cimus, quod præter opera carnis, vxor non eſt ſub poteſtate
mariti: ſed manet ſub patris poteſtate, à quo procreata fuit.
Ita copioſe ſcriptum reliquit Tiraquellus de legibus connu-
bial.in lege prima,col.1.

## PRÆSVMPT. XIX.

### Hæredis inſtitutio an & quando coniecturis & præſumptionibus inducta cenſeatur.

### SVMMARIVM.

1 *Hæredis inſtitutio an & quando coniecturis & præſumptionibus inducta cenſeatur.*
2 *Hæredis inſtitutio nutu teſtatoris fieri non poteſt.*
3 *Subſtitutionem directam coniecturis & præſumptionibus induci non poſſe.*
4 *Teſtator debet vel ſua manu ſcribere nomen hæredis,vel clarè ſua voce exprimere,& quare.*
5 *Manifeſtum & certum id dici poſſe,quod coniecturis, & præſumptionibus conſtat.*
6 *Hæredis inſtitutionem ſocijs coniecturis & præſumptionibus induci poſſe:& quomodo.* Diſtingue,*vt num. 7.9.& 10.*
8 *Inſtitutio tacita reſultans ex verbis pro expreſſa habetur.*
10 *Miles poteſt quoquo modo vult teſtari,& ſic coniecturis poteſt hæredem inſtituere.*Et cuiuſmodi coniectura eſſe debeat.
11 *Teſtamentum conditum à patre inter liberos coniecturis ſuſtinetur:nam.*
*Pater ſolo nutu teſtari poteſt inter liberos.nu.12.*
13 *Teſtamentum ad pias cauſa ſolis coniecturis & præſumptionibus firmum manet:imò ſolum teſtatoris nutum ſufficere.*

1 CVM hæredis † inſtitutio teſte Iuſtiniano in §.an-
te hæredis,in inſtit.de legatis,ſit caput teſtamen-
ti:ea propter explicatis coniecturis,quæ circa ip-
ſam teſtamentorum ſolennitatem formam & eſ-
ſentiam verſantur: nunc agendum eſt de his, quæ reſpiciunt
inſtitutiones,& ſubſtitutiones hæredum.Dubitari itaque pri-
mum hic contingit, an coniecturæ & præſumptiones ſuffi-
ciant ad inducendam hæredis inſtitutionem? Hac de re ſunt
Doctorum opiniones.Vna fuit eorum, qui ſcripſerunt, inſti-
tutionem hæredis induci non poſſe ſolis coniecturis & præ-
ſumptionibus,ita Caſtren.in conſ.263.Circa primum.colum.
3.verſ. nec obſtat lex hæreditas.lib. 2. Corneus in l. Captato-
rias.num.20.C.de teſtam.milit. Ruynus in conſ.90.nume.5.
lib.2.Socinus Iunior in conſil.174.num.8.lib.2. Vaſquius in
Tract.de ſucceſſionum creatione.§.18. requiſito.24.numer.
60.verſic.Et dum diximus, & Marcus Aquilinus in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum, in prima parte, numero 10.ff.de liber.&
poſth & ibidem Coſta.nume.21.Hinc Bartolus Caſtrenſis, &
2 Salicetus in l.iubemus.C.de teſta.dixerunt,hæredis † inſtitu-
tionem nutu teſtatoris non poſſe fieri.Et idem docuit eodem
in loco Alex.num.2.& Didacus in cap.cum tibi.numer.4.de
teſta.Et hæc quidem opinio comprobatur traditione eorum,
3 qui ſcripſerunt,nec ſubſtitutionem quidem directam † indu-
ci coniecturis & præſumptionibus.Ita ſanè glo.in l.cum pro-
ponebatur.de leg.2.Caſtrenſis & alij multi,quos commemo-
rabo infra in præſumpt. Hanc opinionem probare ſatis vide-
tur text.l. iubemus.C.de teſtam. quo loci ſtatuit Iuſtinianus,
4 † teſtatorem debere, vel ſua manu ſcribere hæredis nomen,
vel clarè ſua voce exprimere: vt manifeſtum ſit & certum,
quem hæredem fecerit. Cæterum reſponderi poteſt, certum
5 eſt † manifeſtum etiam dici illud, quod conſtat coniecturis
& præſumptionibus, ſicuti diximus ſupra in libr.1.quæſt.45.
& in ſpecie Baldus & Angelus in l.in tempus.§.1.ff.de hæred.
inſtit.quos in ſubſequenti opinione referam. Nam eiuſmodi
eſſe poſſent coniecturæ, vt nulla ſubeſſe dicatur dubitatio,
quin de eo hærede teſtator ſenſerit. Et infra in tertia opinio-
ne manifeſtius explicabimus, vbi etiam declarabimus text.§.
in primis, in inſtit.de fideicom. hæred. & l.hæreditas ad ſta-
tum.ff.de hæred.inſtit.
6 Secunda fuit † opinio affirmantium, imò hæredis inſtitu-
tionem induci ſolis coniecturis & præſumptionibus. Qua
quidem in opinione fuerunt Bald. & Ang in l.in tempus.§.1.
ff.de hæred.inſtitut.Riminaldus Senior in conſil.256.numer.
11.& num.24.libr.2.qui idem ſenſit Iaſon in l. inter cæteras.
numero 6.ff. de lib.& poſthum & in l. ſi pater filium.num.3.
ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.poſt Aretinum ibidem, cum dixe-
runt, quod & ſi quis videtur tacitè inſtitutus atque ita præ-
ſumptiuè,conditionem tamen impleri.
7 Tertia fuit † opinio eorum,qui viſi ſunt diſtinguere,quod
aut coniecturæ non colliguntur ex verbis ſcriptis in teſta-
mento:ſed extrinſecus.Et tunc non ſufficiunt ad inducendam
hæredis inſtitutionem. Ita procedit prima opinio. Aut con-
iecturæ colliguntur ex ipſis verbis.Et tunc ſatis ſunt,vt hære-
dis ipſa inſtitutio inducatur,ſic locum habet ſecunda opinio.
Ita ſanè ſenſit Bald.in l.vlt.in princ.& nume.10.C.de hæred.
8 inſtit.cum dixit,† tacitam inſtitutionem reſultantem ex ver-
bis pro expreſſa haberi. Idem apertius docuit Aretinus in l.
Gallus.in princ.colum.3.verſic. pro veritate iſtius.ff.de libe-
ris & poſthum. cum dixit, inſtitutionem tacitam, ideſt præ-
ſumptam, reſultare poſſe ex verbis iam ſcriptis:idem quoque
reſpondit Barbat.in conſil.5.colum.2.lib.1.dum declarat.l.1.
§.1.ff.de hæred.inſtit. Et idem reſpondit Ruyn.in conſil.56.
numer.10.libr.2.ſecutus Aretinum præcitato in loco, & ma-
nifeſto Ioan. Marcus Aquilinus in dict.l. Gallus.§.& quid ſi
tantum, in prima parte num.10.& 11.Et hæc quidem ſenten-
tia probatur text.l.Titius.§. Lucius Titius.ff.de hæred.inſtit.
perpenſus ab Aquilino.Confert text.l. cum in teſtamento.§.
hæc verba.ff. de hæred.inſtit. quo loci inſtitutio colligitur ex
ſubſtitutione facta, quæ ſine ipſa inſtitutione ſtare non po-
teſt. Quod ſanè reſponſum ad rem annotauit Romanus in l.
in teſtamento.num.14.C.de teſta.milit.Et ad rem pariter fa-
cit text.l.1.§.hæc autem.ff.de hæred.inſtit.quem præter Bar-
ba.in loco ſupra citato, declarat Zuchardus in vlti.num.194.
C.de edicto Diui Adria.toll.
9 Cæterum † animaduertendum eſt, extare aliquot caſus, in
quibus ſolæ coniecturæ,& præſumptiones ſufficiunt ad indu-
cendam hæredis inſtitutionem.
10 Eſt ſanè primus caſus in milite, qui cum poſſit † quoquo
vult modo teſtari.l.1.ff.de milit.teſtam.ſic coniecturis poteſt
hæredem



hæredem inſtituere quemadmodum in ſpecie ſcripſerunt E-
manuel Coſta in l. Gallus.§. & quid tantum. in prima parte.
num.31.ff.de liber. & poſthum, & Hieronymus Zancus in l.
hæredes mei.§.cum ita.in tertia parte,num.77.ff.ad Trebel.
Eiuſmodi tamen eſſe debet coniectura,vt colligi poſſit mili-
tem ſic teſtari voluiſſe: cum alioqui nutus non ſufficiat.l.in
fraudem.§.1.vbi gloſ.ff.de milit.teſtam.& tradit Iaſ.in d.l.iu-
bemus.num.4.C.de teſtam.
11 Secundus eſt caſus † in teſtamento condito à patre inter
liberos in quo ſufficiunt coniecturæ ad inducendam hæredis
inſtitutionem, ſicuti affirmarunt Coſta in loco ſupra citato.
nu.43.& Zancus qui ſupra. Et probat tex.l.vlt.C.famil.erciſ.
quem perpendit Coſta. Et comprobatur traditione eorum,
12 qui † ſcripſerunt,patrem poſſe ſolo nutu teſtari inter liberos.
Qua quidem in opinione fuerũt Ioan. Crottus in l.j.§.ſi quis
ita.in prima lectura.num.14.ff.de verb.oblig. & alij nonnulli
Doctores,quos commemorat Corneus in l.iubemus.num.9.
C.de teſta.& in conſ.324.num.25.lib.1.Verùm a Crotto diſ-
ſentiunt reliqui omnes, vt ipſemet ſcriptum reliquit. Ita ſanè
Baldus in l. & in epiſtola.nu.2.C.de fideicom.& ibidem Ca-
ſtren. Iaſon in l.tale pactum.§.vlt.nu.13. ff.de pactis.Felynus
in c.in præſentia.num.77.de probat. Socynus in l. cum auus.
num.45.ff.de condi.& demon.Ruyn.in conſi.71.num.17.lib.
3.& alios refert ac communem teſtatur Tiraquell.in l.ſi vn-
quam.in verbo,donatione.nu.266.C.de reuoca.donat.
13 Tertius eſt caſus,† in teſtamento ad pias cauſas facto.Hoc
etiam caſu ſolæ coniecturæ ſufficiunt ad inducendam hære-
dis inſtitutionem. Cum & ſolus teſtatoris nutus ſufficiat:ſicu-
ti ſcribunt glo.Baldus,Angelus,& alij multi congeſti à Tira-
quello in d.l.ſi vnquam. in verbo donatione.num.266. C.de
reuocan.donation.& in tract. de priuilegiis piæ cauſæ.priui-
legio 8.& Didacus in c. cum tibi.num.6.de teſta.

## PRÆSVMPT. XX.

### Inſtitutus in re certa, quando ex præſumpta mente teſtatoris cenſeatur hæres,vel legatarius.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus in re certa, quando ex præſumpta mente teſtatoris cenſeatur hæres vel legatarius.*
2 *Teſtator ſi inſtitutum in re certa repoſuit inter alios legatarios, præſumitur eum habere legatarij loco.*
*Idem ſi illum in re certa vocatum vocauit verbis obliquis. num.3.*
4 *Verba,relinquo,& lego, ſunt obliqua, nec ad hæredis inſtitutionem trahuntur.*
5 *Pater ſi in teſtamento duos filios inſtituit,vniuerſaliter vnum, & alterum in re certa, inſtitutus ille in re certa,quare non habeatur pro legatario.*
*Et quid ſi vſus eſt verbo obliquo, vel communi iuncto verbo directo.num.6.*
7 *Pater ſi dixit in teſtamento, filio meo iure legati ſeu inſtitutionis relinquo centum, præſumitur dediſſe electionem filio ſuccedendi,vel tanquam hæres,vel tanquam legatarius.*
8 *Subſtitutio ſi ſit facta verbis obliquis vel communibus iunctis verbis directis, cenſetur facta directa, vel obliqua ad electionem ſubſtituti.*
9 *Pater ſi vſus eſt in teſtamento verbo obliquo tantum, non præſumitur hæredem feciſſe.*

1 CONIECTVRALIS † eſt etiã diſputatio hęc,
quæ & non mediocrem habet vtilitatem,ſicuti
ſcribunt omnes in l.quoties.C.de hęred.inſtit.
magni referre, quod quis ſit hæres in re certa,
vel in vniuerſum, & aliqua ſcripſi in tracta.de
adipiſcend poſſeſſione, remedio quarto. num.132.& ſubſe-
quentibus. Hac in re duos caſus diſtinguit egregiè glo.in c.ſi
pater.in verbo,idem,de teſta.in 6.
Primus eſt quando teſtator inſtituit duos extraneos, vnum
vniuerſaliter,alterum in re certa. Hoc in caſu ille in re certa
inſtitutus dicitur legatarius. Hanc gloſ.traditionem proba-
runt Roma.in conſ.179.num.10.Feder.de Senis in conſ.266.
num.. . Fulgoſius in conſilio 69.numero 1. Alexand.in d.l.
quoties.nume.3.de hæred.inſtit. & ibidem Iaſon colu.2.verſ.
quod vltimum.& Socyn.Iun.in conſ.111.num.12.lib.1.
2 Et hic quidem caſus † locum habet multo magis,quando
teſtator hunc in re certa inſtitutum repoſuit inter alios lega-
tarios.Nam tunc ſine controuerſia præſumitur eum loco le-
gatarij habuiſſe.Ita reſpondit in conſ.483.nu.5.lib.5.
3 Et rurſus † procedit hic caſus multo magis, quando teſta-
tor illum in re certa vocatum vocauit verbis obliquis,vt ſi di-
4 xit. Iure inſtitutionis reliquit, & legauit. Hæc † enim verba,
reliquo,lego,ſunt obliqua,quæ ad hæredis inſtitutionem non
trahuntur. Ita in ſpecie ſcripſi in d.conſ.483.num.6.auctori-
tate Franchi,qui docuit,verbum relinquo adiectum certæ rei
in extraneo, cui teſtator nihil relinquere tenebatur, etiam ſi
alius hæres inſtitutus non ſit, non ſignificare hæredis inſtitu-
tionem. Idem ex ſententia Baldi, & aliorum præcitato in lo-
co dixi,de verbo communi, ſicuti verè eſt, verbum,relinquo.
l.cogi.§.generaliter.vbi Bartolus, & reliqui. ff.ad Trebellia.
& in ſpecie Fulgoſius in d.conſ.69.col.1.verſ.neque enim fra-
tres.&c.qui ſic in his terminis reſpondit.
Extenditur hic caſus,vt locum habeat etiam quando teſta-
tor inſtituit vnicum hæredem re certa,& dixit,quod eſſet cõ-
tentus re illa.Nam adhuc dicitur hæres vniuerſalis:ſed graua-
tus fideicommiſſo inſtituere venientibus ab inteſtato reſiduũ
bonorum,retenta ſibi re illa certa. Ita tradunt Salicetus in d.
l.quoties.C.de hæred.inſtitu. Corneus.in l.quoties.§. ſi duo.
ff.eo.& Corneus in conſil.231.num.4.prope medium.libi.4.
quo loci Corneus ipſi reſpondit, hæredem inſtitutum in om-
nibus bonis, deinde rogatum, vt ſit contentus bonus ſtabili-
bus, cenſeri rogatum per fideicommiſſum reſtituere mobilia
venientibus ab inteſtato.
5 Secundus eſt † caſus, quando teſtator inſtituit duos filios,
vnum vniuerſaliter, alterum verò in re certa. Hoc in caſu ille
inſtitutus in re certa non habetur loco legatarij, ſed hæredis,
quem pater ſic facere voluiſſe præſumitur, ne alioqui eius
præteritione teſtamentum ſit nullum. Ita gloſ.in d.c.ſi pater.
in verbo.idem de teſta.in 6.Romanus in d.conſ.179.num.10.
verſ.quandoque inter liberos.
6 Extenditur † primo hic caſus,vt locum etiam habeat,quã-
do teſtator vſus verbo obligo, vel communi iuncto verbo di-
recto,vt ſi dixerit, & Caio alteri filio meo iure inſtitutionis
relinquo, & lego centum. Nam adhuc ex mente præſumpta
teſtatoris dicitur iſte hæredis locum, & nomen tenere. Ita
Barto.in l.filium.§. ſed & ſi portio.num.2.ff.de legat.præſta.
Cum dixit, idem eſſe, quod pater ita dicat, iure inſtitutionis
relinquo filio meo centum, vel inſtituo filium meum in cen-
tum. Et Bartolum ſecuti ſunt Cardinalis Zabarella,Durans,&
Guielmus Benedictus, quos retuli, & probaui in d.conſ.483.
num.7.vbi etiam commemoraui.Roma.in d.conſ.479.nu.6.
7 & num.10.in fi.qui dixit,quod ſi pater † ita dixit,filio meo iu-
re legati,ſeu inſtitutionis relinquo centum, præſumitur teſta-
tor dediſſe electionem ipſi filio ſuccedendi,vel tanquam hæ-
res,vel tanquam legatarius. Et ſimile tradit Alciatus in tract.
de præſumptionibus.reg.2.præſumpt.28.num.4.verſ. Et hæc
inferuntur.&c.Cum dixit,quod ſi teſtator ita diſpoſuit.Lego
Titio talem fundum,& in eo illum inſtituo. Inquit Alciatus,
præſumi teſtatorem dediſſe electionem Titio,an velit habere
titulo legati,vel inſtitutionis.Et in ſpecie idem reſpondit Ia-
ſon in conſilio 72.columna 3.verſic. non obſtat ergo.l.3.qui
8 dixit,quod quando † in ſubſtitutione reperiuntur aliqua ver-
ba obliqua,vel communia iuncta verbis directis, tunc ſubſti-
tutio cenſetur facta directa, vel obliqua ſecũdum electionem
ſubſtituti, ex ſententia Bart.in l.Centurio.in quarta quæſtio-
ne principali.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.
9 Declaratur † primo hic caſus, vt locum non habeat etiam
qnando pater vſus fuiſſet verbo obliquo, vt ſi dixit.Lego filio
meo centum. Non enim hoc caſu præſumitur teſtatorem fe-
ciſſe illum hæredem. Ita Berous in dicto conſilio 170. ad fi-
nem libr.2.Nec repugnat auctoritas Romani in dicto conſi-
lio 179.num.9.quia minus rectè ſentit,& text.l.quoniam in-
dignum.C.de teſta. procedit, quando aliis coniecturis con-
ſtare poteſt, teſtatorem voluiſſe inſtituere hæredem directè,
& ſi vſus verbis obliquis. In eo tamen caſu, de quo reſpondit
Romanus defendi eius opinio poteſt, tum quia alia aderant
verba:tum quia ille pater teſtator erat ignarus, & imperitus,
iuxta gl.l.quoties.C.famil.erciſ.

## PRÆSVMPT. XXI.

### Inſtituto poſthumo quis poſthumus inſtitutus, & vocatus præſumitur.

### SVMMARIVM.

1 *Poſthumum an poſsit inſtituere, qui vxorem non habet.*

2 *Teſtatorem poſthumum inſtituere poſſe, ſiue vxorem ipſe duxerit ſiue non, ex ſententia Vlpiani.*

3 *Poſthumo inſtituto, quis poſthumus inſtitutus aut vocatur præſumatur.*

4 *Teſtator qui vxorem habet, ſi ſimpliciter hæredẽ inſtituit poſthumum, præſumuntur vocati omnes poſthumi etiam naſcituri ex alia vxore.*

5 *Indefinita æquipollet vniuerſali, etiã in diſpoſitione hominis, quando eadem eſt ratio & qualitas.*

6 *Teſtator inſtituto poſthumo, ſi mulier erat prægnans, an cenſeatur vocaſſe etiam poſthumum ex alio ventre & alia vxore natum.*

*Et quid de muliere, quæ inſtituit poſthumum, an cenſeatur inſtituiſſe nõ modo eum quem eſt habitura cum marito illo, verum & ſuſceptura ex alio viro. nu. 7.*

8 *Maritus & vxor ſi ſimul ſunt inueſtiti de emphyteuſi pro ſe & filijs ſuis, intelligitur etiam de filijs procreãdis tam à viro, quàm à muliere etiam ex alio matrimonio.*

9 *Teſtator ſi inſtituit poſthumum naſciturum ex Sæia vxore ſua, nõ præſumitur vocaſſe poſthumum natum ex alia vxore.*

*Et quare. num. 10.*

10 *Cauſa limitata limitatum parit effectum.*

11 *Poſthumo ſic inſtituto: Inſtituo ventrem vxoris meæ ſi prægnans eſt: dicitur tantummodo vocatus poſthumus immediatè naſciturus ex eo ventre tunc prægnante.*

12 *Teſtator vxorem habens ſi ſimpliciter dixit, inſtituo ventrem vxoris, an præſumatur vocatus non ſolum primus, ſed etiam alius ex eademmet vxore naſciturus.*

*Et an cenſeantur vocati naſcituri ex alia vxore. numero 13. & ſequent.*

14 *Verba inſtituo poſthumum, & inſtituo ventrem: idem ſignificant.*

15 *Ratio eadem vbi militat, ibi idem ius militare debet.*

16 *Mutus ſi legauit vxori omnes veſtes ſuas, & ipſe conſumptis veſtibus extantibus tempore teſtamenti, alias emit ipſi vxori: hæ nouæ veſtes intelliguntur compræhenſæ ſub illo legato.*

17 *Ventre vxoris ſimpliciter inſtituto non cenſeri vocatum poſthumum ex alia vxore.*

18 *Nati plures eodem partu dicuntur ſimul nati.*

19 *Teſtamentum incipit habere perfectionem à tempore mortis teſtatoris, 26.*

20 *Venter non dicitur, niſi cum muliere eſt prægnans.*

21 *Teſtator vxorem habens ſi cum teſtatur, notarius ſic dixit, Inſtituit ventrem, ſi prægnans eſſet: an præſumatur inſtituiſſe non ſolum poſthumum, ex eo ventre, ex ea vxore, ſed etiam ex alia.*

22 *Verbis eſſet, præteriti imperfecti natura eſt, vt non ſolum comprehendat præteritum, ſed & futurum.*

*Et quo caſu. num 23.*

24 *Teſtamentum vt valeat, debet ſumi illa interpretatio, qua ſuſtineatur niſi verba teſtatoris repugnent, vel nimis improprientur. &*

25 *Verba diſpoſitionis ſunt ita interpretanda, vt aliquid operentnr.*

27 *Dictio ſi, eſt conditionalis.*

28 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*

29 *Teſtator habens vxorem, ſi ei reliquit legatum, & ipſa decedat, & alium ducat, legatum huic ſecundæ non debetur.*

30 *Teſtator ſi in teſtamento ſic dixit, cum haberet vxorem, & caſu venter pareret, illum hæredem facio, quis poſthumus cenſeatur vocatus.*

*Et quid ſi dixit, inſtituo filios naſcituros ex vxore mea, quæ ad præſens eſt grauida, nu. 31.*

*Et quid ſi dixit, inſtituo ventrem vxoris, ſi prægnans fuerit. nu. 32.*

*Quid ſi inſtituit ventrem vxoris, quem peperiſſet. 33.*

*Et quid ſi poſthumus eſt naturalis tantum, non autem legitimus. 34. & ſeq.*

35 *Teſtatoris voluntas præſumitur eſſe conformis legi.*

1 ETSI † aliquando dubitatum eſt, an qui vxo-
rem non habeat, poſthumum hæredem ſcribe-
re poſſet, propterea quod nec ſpes quidẽ erat,
quod filios procrearet, qui nondum nupſerat:
attamen dubitationem ſuſtulit Vlpianus in l.
Placet. ff. de liberis & poſthum. qui reſpondit, teſtatorem
2 poſſe † poſthumum hæredem ſcribere, ſiue maritus ſit, ſiue
nondum vxorem duxerit. Nam (inquit Vlpianus) & maritus
repudiare vxorem poteſt, & qui nõ duxit vxorem poſtea ma-
3 ritus effici. Cæterùm ſæpè dubitari † contingit: Cum teſtator
poſthumum hæredem inſtituit, de quo poſthumo præſuma-
tur intellexiſſe? Multa hac de re inter alios ſcripſit Mantica
in lib. 4. de coniecturis vltimarum voluntatum. titul. 9. Exi-
ſtimo ego clarioris explanationis gratia diſtinguendos eſſe
aliquot caſus.
4 Primus eſt, quando † teſtator vxorem habens ſimpliciter
hæredem inſtituit poſthumum. Hoc in caſu affirmant omnes
in d. l. placet. præſumi vocatos omnes poſthumos etiam na-
ſcituros ex alia vxore. Idem affirmarunt Corn. in conſil. 244.
num. 8. in fin. lib. 2. Berous in conſ. 17. num. 13. & in conſ. 18.
num. 2. libr. 2. qui teſtatur, hanc eſſe ab omnibus receptam
ſententiam. Ita & Didacus libr. 1. vario. reſolut. cap. 13. ad fin.
verſic. 14. Quam ſententiam clarè probat text. d. l. placet. verſ.
nam & cum, quo loci manifeſtè reſpondit Vlpianus, non ſo-
lùm cenſeri ſcriptum hæredem eum, qui ex ea, quam habet
vxorem, ei natus eſt: vel qui tunc in vtero eſt: Verùm is, quo-
que, qui ex quacunque vxore naſcatur, ſi ergò ex vxore, quàm
tunc habet teſtator, naſcitur poſthumus, is hęres eſt: ſi verò ex
ea non naſcitur: ſed ea defuncta: alteram duxit, & filium ſuſci-
pit, is inſtitutus cenſetur. Et hæc quidem præſumptio iuris
eſt, non autem iuris, & de iure, vt malè ſcripſit Ioan. Andreæ
in additione ad Specul. in titu. de præſumption. §. ſpecies. nu.
5. in verbo. In prædictis concord. cum contraria voluntatis
probatio admittatur.
5 Et huius caſus ratio eſt ſecundum omnes, quia † indefinita
æquipollet vniuerſali in diſpoſitione etiam hominis, quando
eadem eſt ratio, & qualitas. l. ſi pluribus. de legat. 2. & egregiè
declarat Didacus in d. c. 13. num. 9. Et quia (vt inquit Vlpia-
nus) teſtamentum redderetur nullum. Has rationes probant
omnes in d. l. placet. ibi Iaſon num. 5. & alij, quos commemo-
raui ac ſecutus ſum in conſ. 97. num. 84. & num. 133. lib. 1.
6 Extenditur primo hic caſus, † vt locum habeat etiã quan-
do teſtator ſciebat vxorem, tunc eſſe prægnantem. Nam ad-
huc cenſetur vocaſſe etiam poſthumum ex alio ventre, & alia
vxore natum. Ita Iaſon in d. l. placet. num. 15. Corneus in conſ.
244. num. 8. & 9. lib. 2. & Berous in conſil. 17. num. 21. lib. 2.
reiecta contraria opinione Caſtrenſis, quem nouę probauit
Petrus Surdus in conſ. 55. num. 22. qui reſeondit, eſſe ſaltem
coniecturam, quæ coniuncta alteri ſufficere poteſt ad ſignifi-
candum teſtatorem ſenſiſſe de eo poſthumo tantùm, qui tunc
erat in vtero.
7 Extenditur † ſecundò hic caſus, & diſpoſitio d. l. placet, vt
locum habeat non ſolùm in viro, ſed etiam in muliere, quæ
inſtituit poſthumum, intelligitur inſtituiſſe non modò eum,
quem eſt habitura cum marito illo: ſed etiam ſuſcepta ex alio
viro. Ita Ruinus in d. l. placet. numer. 4. ex ſententia Baldi in
authent, qui rem, nu. C. de ſacroſanct. Eccle. cum dixit, quod
8 ſi † maritus, & vxor ſimul ſunt inueſtiti de emphyteuſi, pro ſe
& eorum filiis, intelligitur etiam de filiis procreandis tam à
viro, quàm à muliere etiam ex alio matrimonio. Quam qui-
dem traditionem probat Baldus hoc reſponſo. l. placet. Et in-
quit Ruinus eſſe valdè notandum. Secuti ſunt Baldum Ca-
ſtrenſis, Socynus, Boerius. Parpalea, Alciatus, & Berous, quos
retuli in conſ. 40, num. 25. lib. 1.
Declaratur primò hic caſus, vt locum habeat, quando te-
ſtamentum redderetur nullum, ſi poſthumus deinde natus nõ
cenſeretur inſtitutus: Secus verò ſi alioqui valeret: Cum di-
ſpoſitio. d. l. placet, ſit fundata (vt diximus) in ea ratione, ne
teſtamentum corruat. Ita declarationem hanc auctoritate
multorum probaui in conſilio 116, num. 53. lib. 1.
9 Secundus eſt caſus, quando † teſtator vxorem habens, puta
nomine Sæiam, hęredem inſtituit poſthumum naſciturum ex
Sæia vxore ſua. Hoc caſu non dicitur inſtitutus alter poſthu-
mus natus deinde ex alia vxore. Ita tradunt glo. in dicta l. pla-
cet, & ibidem Bartolus num. 3. Iaſ. nu. 8. & nu. 21. & Socy. col.
penult.



col. penult. verſ. ſed illa. Pariſius in conſil. 52. num. 28. libr. 2.
quos retuli in conſilio 40. num. 36. & in conſil. 97. numer. 82.
lib. 1. Idem reſponderunt Bero. in conſil. 17. num. 23. lib. 2. Et
caſum hunc manifeſtè probat, tex. l. filius. §. ſi quis ex certa. ff.
de lib. & poſth. ſi quis ex certa (reſpondit Triphonius) vxore.
10 Et huius caſus † ratio eſt, quia teſtator reſtrictè & limitatè
vocauit poſthumum illum: & propterea non includitur alius
poſthumus ex alia vxore: Cum limitata cauſa limitatum effe-
ctum pariat. l. in agris. ff. de acq. rerem dom.
11 Tertius eſt caſus † à præcedenti non diſſimilis, quando ſci-
licet teſtator habens vxorem ſic dixit. Inſtituo ventrem vxo-
ris meæ, ſi prægnans eſt. Hoc etiam caſu dicitur tãtummodò
vocatus poſthumus immediatè naſciturus ex eo ventre tunc
prægnante. Ita gloſ. & Bart. in d. l. placet. & ibidem Iaſon nu-
mero 21. & Soc. colum. penul. verſic. placet tamen. Baldus in
conſi. 128. Ad intelligentiam lib. 1. Bero. conſ. 18. nu. 2. lib. 2.
Alba. conſ. 85. nume. 7. & Petrus Surdus in conſil. 55. num. 16.
lib. 1. Hic caſus probatur reſponſo illo celebri. l. commodiſſi-
mè. ff. de liberis & poſthum. cuius verba hæc ſunt: *Commodiſsi-
mè is, qui nondum natus eſt, ita hæres inſtituitur: ſiue viuo me, ſiue
mortuo natus fuerit, hæres eſto. Aut etiam purè, neutrius temporis
habita mentione. Si alteruter caſus omiſſus fuerit: Eo caſu, qui omiſ-
ſus ſit, natus rumpit teſtamentum: quia hic filius nec ſub conditione
quidem ſcriptus hæres intelligitur, qui in hunc caſum naſcitur, qui
non eſt teſtamento comprehenſus. Hactenus Pomponius.* Et ratio ea-
dem eſt caſus præcedentis, nempè quia limitatè, & reſtrictè
vocauit teſtator naſciturum ex eo ventre tunc temporis præ-
gnante: & propterea (vt diximus) ad alium non ſe ex-
tendit.
12 Quartus eſt caſus, † quando teſtator habens vxorem ſim-
pliciter dixit. Inſtituo ventrem vxoris: & dubitatur, an præſu-
matur vocatus non ſolùm primus, ſed etiam alius ex eadem-
met vxore naſciturus. Hoc in caſu præſumi vocatum, & alium
ex eadem vxore manifeſtè ſcripſit Ioan. Andreę in additioni-
bus ad Specul. in Rubr. de teſtam. in verbo, occurrit alia quæ-
ſtio, quem ſic intellexerunt Caſtren. & Socynus in d. l. placet.
ille. num. 2. iſte. num. 4. verſi. aut ſecundo quærimus, nunquid,
& ibidem Iaſon, num. 6. & 8. qui refert hoc prius affirmaſſe
Oldradum in conſilio 212. Quidam in ſuo teſtamento. Idem
ſcripſerunt Bald. in conſ. 122. Verba teſtamenti, & in d. conſil.
128. libr. 1. Angelus in conſilio 51. Simon notarius. hic etiam
Boer. & Tiraquellus, quos commemoraui, & ſecutus ſum in
conſilio 40. num. 27. lib. 1. Et prædictis accedunt Alcia. in re-
ſpon. 550. num. 1. Bero. conſ. 17. num. 21. lib. 2. Et probatur eo
reſponſo d. l. placet. Nam & hoc caſu eſt indefinita vocatio,
non autem limitata & reſtricta. Et confert text. d. l. filius. §. ſi
quis ex certa, vbi teſtator inſtituendo poſthumum ex certa
vxore ponit ſe in periculo, ſi poſthumu s naſcitur ex alia vxo-
re. Ergò ſecus ſi ex eadem.
13 Quintus eſt † caſus, quando teſtator habens vxorem ſim-
pliciter ſic dixit, inſtituo ventrem vxoris, & ambigitur, an prę-
ſumatur inſtituiſſe non ſolùm naſcituros ex eademmet vxore:
verùm etiam ex alia. Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit eo-
rum, qui affirmarunt præſumi inſtitutum etiam poſthumum
naſciturum ex quacumque alia vxore. Ita Angelus in conſ. 51.
Simon Notarius, Alex. in d. l. placet num. 5. & ibidem Socin.
col. pen verſ. aut quærimus, nunquid.
14 Primò affertur argumentum, quod nulla eſt differentia in-
ter hæc duo inſtituo † poſthumum, & inſtituo ventrem: ſicuti
ex l. 3. §. nominatim. ff. de iuiuſto rupto, colligit Socyn. in d. l.
placet. col. pen. verſ. pro eadem parte. Atqui quando teſtator
ſimpliciter inſtituit poſthumum, dicitur vocaſſe etiam naſci-
turum ex alia vxore, vt diximus ſupra in primo caſu ex d. l. pla-
cet. Ergò etiam naſciturus ex alia vxore vocatus dicitur, inſti-
tuto ſimpliciter ventre.
15 Secundò † accedit, quod vbi militat eadem ratio ibi mili-
tare debet idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. Atqui ratio affectio-
nis patris erga filios, ita eſt erga filios ſecundæ, quàm primæ
vxoris. Cum quò ad eos ſint omnes æquè filij: Ergò tam illos
ſecundæ, quàm primæ vocaſſe dicitur.
Tertiò ſuffragatur, quod vt conſeruetur teſtamẽtum, quod
alioqui corrueret, ſi poſthumus ex ſecunda vxore eſſet præte-
ritus, iuxta d. l. filius. §. ſi quis ex certa. ff de lib. & poſthum. di-
cendum eſt, teſtatorem inſtituendo ventrem vocaſſe etiam
poſthumum ex ſecunda vxore. Ita ſimili in caſu conſiderat
16 Bartolus in l. ſi ita. num. 8. ff. de auro & argent. lega. quod † ſi
teſtator legauit vxori omnes veſtes ſuas, & deinde ipſe teſta-
tor, conſumptis veſtibus exiſtentibus eo tempore conditi te-
ſtamenti, alias emit ipſi vxori, hæ nouæ veſtes dicuntur com-
prehenſæ ſub illo legato, quod alioqui nullum & inutile eſſet.
Et qua de re dicemus infra in præſumpt. vbi explicabimus,
quando præſumatur teſtatorem legaſſe ſolùm ea, quæ habe-
bat tempore teſtamenti.
Altera fuit opinio Caſtren. Comen. & Aret. in d. l. placet,
17 quos ſecuti qui quidem ſcripſerunt, † ventre vxoris ſim-
pliciter inſtituto non cenſeri vocatum poſthumum ex alia
vxote.
Primò moti ſunt text. d. l. filius. §. ſi quis ex certa. vbi ſi te-
ſtator inſtituit poſtuhmum ex certa vxore non præſumitur
vocaſſe naſciturum ex alia. At hoc in caſu videtur vocaſſe
poſthumum, ex certa vxore: cum inſtituerit ventrem vxoris,
quam præ oculis habuit. Ergò cenſetur vocaſſe naſciturum
ex alia. Cæterùm facilè reſpondetur, negando, quod hoc in
caſu teſtator inſtituerit poſthumum ex certa vxore: quia & ſi
vnam habuit præ oculis, non tamen ad eam ſe reſtringit: ſed
ſignificauit, quod tempore mortis ſui ipſius teſtatoris inſti-
tuebat ventrem tunc prægnantem.
Secundò vrgere videtur tex. l. cum inter veteres verſ. maxi-
18 mè. C. de fideicom. liber. quo loci Imperator † pluribus natis
eodem partu, qui dicuntur ſimul naſci. l. Arethuſa. ff. de ſtatu
hom. ex humanitate admittit, quod ambo conſequantur li-
bertatem. Ergò ſi ſucceſſiuè diuerſo tempore nati fuiſſent: nõ
admittuntur: ſicuti in caſu noſtro, vbi natus ex ſecunda vxore
dicitur diuerſo tempore natus. Verùm reſpondet Socynus in
d. l. placet. colum. penult. verſ. ſed poteſt reſponderi, quod ibi
teſtator retulit ſe ad certum partum ex certa vxore. Rectius
fortè dici poteſt, quod imò in caſu noſtro natus ex ſecunda
vxore non dicitur natus diuerſo tempore. Non enim conſtat
teſtatorem vocaſſe poſthumum immediatè naſciturum poſt
à ſe conditum teſtamentũ, ſed potiùs vocaſſe dicitur poſthu-
19 mum illum, qui erit tempore mortis ſuæ: cum eo † tempore
teſtamentum recipiat perfectionem. cap. cum Marthæ. de ce-
lebrat. Miſſar.
Tertiò ad rem videtur facere, quod teſtator vocauit ven-
20 trem. At qui vẽter † non dicitur, niſi cum prægnans eſt. l. ven-
tre. ff. de acquiren. hæred. & l. 1. §. inſpiciendo. ff. de ventre in-
ſpicien. Ergò teſtator dicitur ſolum vocaſſe poſthumum ex
eo ventre vxoris tunc prægnante. Hoc genere argumenti vſi
ſunt Comen. & Aretinus, vt refert Iaſ. in d. l. placet. nume. 9. &
num. 11. Verùm reſpondetur, teſtatorem vocaſſe prægnãtem
ventrem tempore mortis ſuæ, ne eo præterito, teſtamentum
irritum eſſet, atque ita non ſe reſtrinxit teſtator ad ventrem
prægnantem tempore quo conficiebat teſtamentum.
21 Sextus eſt caſus, quando † teſtator habẽs vxorẽ, notarius in
perſonã ipſius teſtatoris ſic dixit: Inſtituit ventrẽ, ſi prægnans
eſſet, & dubitatur an præſumatur inſtituiſſe nõ ſolùm poſthu-
mum ex eo ventre, & ex ea vxore: ſed etiam ex alia. Hoc in ca-
ſu ſunt etiam opiniones. Vna fuit exiſtimantium, comprehen-
di atque ita vocatum cẽſeri etiam natum poſt, ſiue ex eadem,
ſiue ex alia vxore. Ita Bal. in conſ. 128. Ad intelligentiam ali-
quorum dubiorum. lib. 1. repetitum in conſ. 113. lib. 5. Caſtren.
in conſ. 79. Caſus iſte frequẽter in ſecundo dubio. lib. 1. Alex.
& Iaſ. in d. l. placet num. 14. ff. de liber. & poſthum. & ibidem.
Idem affirmarunt Barbatia, Alciatus, Boerius, & Alba. quos
commemoraui & ſecutus ſum in conſilio 40. numer. 37. lib. 1.
Idem affirmarunt Berous in conſ. 17. num. 23. lib. 2. Purpura-
tus conſ. 518. num. 3. in fine. & num. 4. & Petrus Surdus conſil.
55. numero 16.
Primò adducitur in argumentum text. l. vlti. C. de poſthu.
hæred. inſtit. vbi ſi teſtator inſtituit naſcituros poſt mortem
ſuam: attamen ſi eo viuo nati ſunt, inſtituti dicuntur. Ita ergò
hic inſtituto ventre, hoc eſt poſthumo intelligitur etiam vo-
catus natus pòſt ex alia etiam vxore, ne præteriiſſe illum dica-
tur. Reſpondetur dictæ l. vltim. loqui: quia in alio verificari
non poterat illa inſtitutio: cum teſtator ſenſiſſet de naſci-
turo ſibi certo tempore: id quod non contingit in caſu
noſtro.
22 Secundo, quia illud † verbum, eſſet, dicitur præteriti
imperfecti, cuius natura eſt, vt comprehendat non ſolùm
præteritum, ſed etiam futurum. Ita Bar. in l. 1. nu. 11. ff. de iure
codicil

codicill. & Aretinus in conſ.18.num. 3. quem ſecutus ſum in
conſ.63.nume.5.& in conſ.97.nume. 100.lib.1.At qui quan-
do teſtator verbis futuri temporis vocauit poſthumum con-
tinetur non ſolùm exiſtens tunc in vtero: ſed etiam deinde
conceptos ex alia quoque vxore.d.l. placet.Et diximus ſupra.
Ergo & hic.Cæterùm huic argumento facilè reſponderi po-
23 teſt,quòd † imò præteritum imperfectum comprehendit fu-
turum,quando verificari nō poteſt in præſenti. ſecus ſi poteſt.
Ita ex ſententia Cornei & Felyni ſcripſi in conſ.97.num.120.
lib.1.per text.l.debitor.§.quia veriſimile.ff.de contrah.empt.
& l. cum certus. ff. de tritico vino oleoque lega.Si ergo vxor
teſtatoris eo tempore conditi teſtamenti prægnans erat, illa
verba ſi prægnans eſſet, ſatis in eo poſthumo verificari poſ-
ſunt: non ergo ad futurum ſe extendunt.
24 Tertio affertur † ratio,quod ſumi debet illa interpretatio,
qua ſuſtinetur teſtamentum. l. 3.ff.de teſta.milita.& in ſpecie
probat.d.l. filius.ff. ſi quis ex certa. ff. de liberis & poſthum.
At qui niſi hoc in caſu dicamus,his verbis,prægnans eſſet con-
tineri etiam poſthumum deinde conceptum ex alia quoque
vxore,teſtamentum corrueret.Ergo.&c.Verùm reſpondetur,
ſumi illa interpretationem,vt ſuſtineatur teſtamentum,quan-
do verba teſtatoris non repugnant, imò & quando verba ni-
mis improprientur.Ita in ſpecie ſenſit Corn.in conſ.244.nu.
8.in fin. lib. 2.& ſimili in caſu poſt alios ſcripſit Iaſ.in l.quo-
ties in ſtipulationibus.nu.5.ff.de verb. oblig.
Quarto itaque & forte melius confert, quod teſtator iſte
voluit prouidere, ne natiuitate poſthumi poſt mortem ſuam
rumpatur teſtamentum, iuxta.d.l.ſi filius.§.ſi quis ex certa.Et
ideo cenſetur vocaſſe poſthumum illum,qui ſe viuo naſcetur.
Nam alios natos ſe viuo,mutato teſtamento inſtituere poteſt.
Altera fuit opinio eorum qui ſcripſerunt, cenſeri vocatum,&
inſtitutum poſthumum illum tantum, qui tunc cum teſtator
conficiebat teſtamentum, erat in ventre:non autem alium ex
ea,vel alia vxore.Ita Ange.in dicto conſil. 51.Simon notarius.
colum.2.
25 Primo eo argumento † vſus eſt Angelus,quod verba diſpo
ſitionis,ita debent interpretari,vt aliquid operentur.l.ſi quan
do,in prin.de leg.1.At qui illa verba,ſi prægnans eſſet,nihil o-
perarentur,ſi diceremus eſſe vocatos,etiam alios deinde con-
ceptos, vel ex eadem, vel ex alia vxore. Ergo dicendum eſt,
cenſeri vocatum poſthumum in vtero exiſtētē tempore con-
diti teſtamenti.Illa minor probatur,quia cum neceſſe non ha
buiſſet teſtator dicere,ſi prægnans eſſet, ex quo nemo ex va-
26 cuo ventre naſcitur.d.l.ventre.ff. de acq.hæred. Verum † fa-
cile reſpondetur, quod cum teſtamentum recipiat perfectio-
nem morte.c.cum Marthæ.de celebr. miſſa.eo reſpexit teſta
tor:atque ita intellexit de vētre prægnante tempore ſuæ mor-
tis, ſi alius non extitiſſet antea.vt mox explicabimus.
27 Secundo argumentabatur † Angelus quod hæc verba, ſi
prægnans eſſet,ſunt verba conditionalia: ſicuti ſignificat di-
28 ctio,ſi Bart. in l.1.nu.. . ff.de cond.& dem. At qui † condtio
impleri debet in forma ſpecifica.l.qui hæredi.&l. Mæuius.ff.
de cond.& dem.Ergo non comprehendit alium poſthumum,
quàm primum,in quo conditio verificatur.l.boues.§.hoc ſer-
mone.ff. de verb. ſign.Reſpondetur, conditionem impleri in
forma ſpecifica intelligendo, quod teſtator voluerit proui-
dere tempore mortis ſuæ,ne nato poſthumo teſtamentum red
datur nullum, & propterea intellexit de quouis poſthumo
poſt mortem ſuam nato.
29 Tertio hac pro opinione † vrgere non parum videtur,
quod docuit Bal. in l. vlt.nu.7.verſ. & not.C. de indicta vid.
tollen.cum dixit,quod ſi teſtator habens vxorem reliquit lega
tum vxori ſuæ,& prima illa vxor decedat,& aliam ducat,lega-
tum huic ſecundæ non debetur.Et Baldum ſecuti ſunt multi,
quos probaui in conſilio 97.numero 81.libro primo:ſic ergo
noſtro in caſu ſi tempore teſtamenti venter prægnans erat,de
eo ſolo poſthumo teſtator intellexit: non autem de alio.Cæ
terum reſpondetur, vt diximus ſuprà, mentem teſtatoris
hanc fuiſſe, prouidere ne poſt mortem ſuam natus redderet
teſtamentum nullum: & ideo intellexit etiam de poſthumo
eo conditi teſtamenti tempore,vel ex eadem, vel ex alia vxo-
re nondum concepto. Retinenda itaque eſt prima illa opi-
nio, quæ communis eſt. Quam extendit Caſtren. in conſilio
469.Caſus iſte frequenter.in fin.lib.2.procedere etiam quan-
do hęc verba fuerunt prolata à teſtatore grauiter infirmo,qui
credebat,ſe tunc moriturum.Nam hoc caſu teſtator iſte ſen-
ſit de naſcituro ex eo ventre etiam alio tempore prægnante:
quia idem reſponderunt Corn.in conſil.244.num.8.lib.2. &
Berous in conſil.17.num.16.& 19 lib.2.Alexan.& Iaſ.in d.l.
placet.num.14.verſ.& alibi, etſi non ſatis rectè referant Ca-
ſtren.verba. Eandem opinionem probat Berous in conſil.17.
num.16.lib.2. etſi Petrus Surdus in conſil.55.nu.9.& nu.19.
qui animaduertit,& rectè, Alex.& Iaſo. male retuliſſe Caſtr.
ſcripſerit, & minus rectè, Alexander opinionem ſuſtineri
poſſe.
30 Septimus eſt caſus, quando † teſtator vxorem habens di-
xit, & caſu venter pareret,illum hæredem facio. Hoc in caſu
reſpondit Alciatus in reſp. 550. Duo capita. num.1.ſecun-
dum impreſſionem antiquam Lugdunenſem, cenſeri voca-
tum etiam natum poſt mortem teſtatoris. Nam (inquit Al-
ciatus) verbum,pareret.comprehendit etiam futurum,vt do-
cuit Barto.in l.1.q.7.num.11.ff.de iure codic.dum dixit, quod
verbum valeat tanquam præteriti imperfecti ſubiunctiui cō-
prehendit etiam futurum. Et Bartolum ſecutus eſt Craue.in
conſ.69.nu.2.& dixi etiam ſupta in præcedenti caſu.
31 Octauus eſt caſus,quando † ita dixit.Inſtituit filios naſci-
turos ex vxore ſua,quæ ad præſens eſt grauida.Hoc in caſu re
ſpondit Corn. in conſ.244.nu.8.li.2.intelligi vocatos etiam
alios filios natos ex eadem vxore alio tempore pòſt. Et ibi
nu.9.ſubiunxit Corn.illa verba, quæ ad præſens grauida eſt,
non ſtare reſtrictiuè, ſed demonſtratiuè, quaſi (inquit Cor-
neus) demonſtrauerit teſtator, quod erat ſpes in promptu,
filios naſci.Crediderim rectius Corneum dicere potuiſſe, il-
la verba,quæ ad pręſens pręgnans eſt:ſtare reſtrictiuè nō quò
ad filios, ſed quo ad ipſam vxorem: nempè quod inſtituebat
naſcituros ex vxore illa,quæ tunc grauida erat,& ideò quo ad
filios inſtitutio non eſt reſtricta, quia ſiue ex eo partu,ſiue ex
alio nati eſſent,omnea inſtitæti fuerant.Quo verò ad vxorem
ſtant reſtrictiuè,ſignificando, quòd inſtituebat naſcituros ex
ea vxore:non autem ex alia.Quocirca ſi in caſu Cornei con-
tigiſſet naſci filios ex alia vxore,fortè non reſpondiſſet Cor-
neus,illos etiam cenſeri vocatos.
32 Nonus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit, inſtituo ven-
trem vxoris,ſi prægnans fuerit. Hoc in caſu idem dicendum
eſt, nempè cenſeri vocatum poſthumum etiam alio tempore
natum.Ita reſpondit Bald.in conſ.132.Mihi Baldo.li.4.quem
ſecutus eſt. Boerius in q.148.in fi.reiecta opinio Io.Ameliæ.
qui in conſ.ſequen.poſt illud Bal.contrarium reſpondit.Mo-
tus eſt multis rationibus Bal. ſed ea præcipuè, quod verbum,
fuerit,eſt futuri temporis.
33 Decimus eſt caſus, quando † teſtator inſtituit ventrem v-
xoris,quem peperiſſet. Hoc etiā caſu dicitur inſtitutus etiam
alius poſthumus alio tempore, & ex alia vxore natus. Ita re-
ſpondit Barb.in conſ.6.col.j.& 2.lib.3.
34 Prædicti caſus † ſine controuerſia locum habent,quando
inſtituti ſunt filij legitimi,& naturales:ſed eſt dubitatio,quā-
do poſthumus non eſt legitimus & naturalis, ſed tantūmodo
naturalis, an & iſte cenſeatur vocatus? Hic diſtinguendi ſunt
duo caſus.Primus eſt, quādo teſtator inſtituit poſthumum in
omnibus bonis, vel æqualiter cum aliis iam natis. Hoc caſu
teſtator non ſenſit de poſthumo naturali. Ita Bald.in d.l.pla-
cet.& ibidem Caſtellio. Alexand.num.2.Iaſ.num.20.Socyn.
numero 3.
35 Ea eſt huius † caſus ratio, quia præſumitur teſtatorem vo-
luiſſe ſuam voluntatem eſſe debere conformem legi.l.hære-
des mei.§. cum ita.ff.ad Trebell. & dicemus infra ſuo loco.
Porro lex non admittit naturales, vt vel in totum ſuccedant,
vel ſaltem æqualiter cum legitimè natis.l.humanitatis.C.de
natur. liber. &, Non ergò teſtator ſenſit de hoc naturali.Se-
cundus eſt caſus,quando teſtator inſtituit poſthumum in ali-
qua re & portione,cuius capax eſt etiam filius naturalis. Hoc
caſu teſtator præſumitur ſenſiſſe, etiam de poſthumo natura-
li.Ita Alexander in dicta l.placet,numero ſecundo, & in l.ex
facto.§.ſi quis rogatus, nume.16.fine.ff.ad Trebell. Tertius
eſt caſus,quando teſtator non erat ſuſcepturus alium poſthu-
mum,quàm filium naturalem,vt puta,quia non habebat vxo-
rem, ſed concubinam, vel erat in ſacris, ita quod non fi-
lios legitimos, & naturales, ſed ſpurios tantum habere
poterat. Hoc caſu præſumitur ſenſiſſe de ipſo poſthu-
mo, ſiue reliquerit omnia bona, ſiue partem ſolummodo.

Ita



Ita tradunt Comenſ.in d.l.placet.num. . . & ibidem Socyn.
nu.3. & Iaſ.nu. 17.Et cōprobatur ex his,quæ ſcripſerunt Bar.
in l.hæredibus.§. vlt.num. 4. ff. ad Trebel. & Ripa (vt alios
omittam)in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num. 12. ff. eo.ad
Trebel.cum dixerunt teſtatorem,& ſi nobilem ſenſiſſe de fi-
lio naturali hæredis à ſe inſtituti,vt is faciat deficere condi-
tionem, quando is hæres inſtitutus erat talis,qui non alios,
quàm naturales procreare poterat. ſimilia exēpla afferri hic
poſſent,ex his,quæ omnes ſcribunt in d. §. ſi quis rogatus, &
nos ſuo loco explicabimus. Cæterum in caſu noſtro, an na-
turalis iſte ſic vocatus capere poſſit,vel non,ad rem noſtram
diſſerere non pertinet.Hic enim de teſtatoris voluntate,non
autem de poteſtate diſputamus.

## PRÆSVMPT. XXII.

### Hærede inſtituto filio,vel ſeruo, an & quando præſumitur contemplatione patris, vel domini facta inſtitutio.

### SVMMARIVM.

*1 Filius non patris ſed propria contēplatione præſumitur inſtitutus.*
*2 Dictio,plerunque,regulam conſtituit.*
*3 Seruus præſumitur contemplatione domini inſtitutus.*
*4 Filius & ſeruus in quibus differant.*
*Quòd filius ſtatim eſt capax,& ſibi acquirere poteſt,quod ſecus eſt in ſeruo,cuius capacitas pendet à capacitate domini.num.5.*
*6 Hæres ſi ſit ille inſtitutus, de cuius ſtatu dubitatur, præſumitur contemplatione eius inſtitutus,qui credebatur eius dominus.*
*7 Homo liber bona fide poſſeſſus præſumitur inſtitutus hæres contemplatione bonæ fidei poſſeſſoris.*

CVM duæ diſtinctæ ſeparatæque ſint perſonæ filij
& ſerui,diuerſam habentes rationem, duo etiam
in hac diſputatione capita conſtituo.
1 Primum eſt † de filio, qui non patris ſed pro-
pria contemplatione, & intuitu præſumitur inſtitutus. l. vlt.
in fin. C. de vſufructu. ibid. cum plerunque veriſimile ſit te-
ſtatorem contemplatione magis filij, quàm patris vſumfru-
2 ctum ei reliquiſſe. Illa † dictio, plerumque, regulam ſic
eſſe ſignificat.l.3.ff.de offic. præfect. vrbis, & l.non dubita-
mus.vbi gl.& Imol. ff. de cond. & dem. & latè tradit Iaſ.in l.
iuriſgentium.§.prætor ait.numer. 21. ff. de pact. & alios late
congeſſi in conſil.99.numer.30.lib.1.Et hanc eſſe regularem
præſumptionem affirmarunt Bartol.Bald.Alex. & Iaſ.in l.cū
aliquis.in 2.notab.C. de iure deli. quo loci Iaſ. ipſe recenſet
rationem differentiæ inter filium & ſeruum, de qua quidem
dicam in ſubſequenti capite.Cæterum cum caput hoc abun-
de explicari poſſit ex his,quæ ſcripſi ſupra in lib.3. præſump.
28.ea propter hic diſſerere ſuperſedeo.
3 Secundum eſt caput, quando † ſeruus fuit hæres inſtitu-
tus. Hic ſane præſumitur inſtitutus contemplatione, & in-
tuitu domini.l.filium.ff.de cond.& dem. & d. l. cum aliquis.
C.de iure delib. vbi Bart. Bal. Iaſ. & reliqui omnes. Iaſ. in l.
cum proponas.in fin.C.de hæred.inſtit.& Docto.in l.quam-
uis.C.de fideicom.vbi nouè Antonius Padilla Hiſpanus. nu.
4 7.Et ratio differentiæ inter † filium ſeruum afferri ſolet:quia
ſeruus quis eſſe non poteſt quin ſubſit domino, atque ita
ſub dominica poteſtate conſtitutus.Diuerſum eſt in filio,qui
eſſe poteſt ſine patria poteſtate, puta emācipatus,vel natura-
5 lis.Et propterea † filius ſtatim eſt capax,& acquirere ſibi pōt:
non ita ſeruus, cuius capacitas pendet à capacitate domini.
l.ſi mihi & tibi. §. regula.de l.1.Ne ergo inutilis ſit teſtatoris
diſpoſitio,præſumptio ſit,teſtatorem voluiſſe inſtituere ſer-
uum contemplatione,& intuitu domini. Hanc rationem ſic
conſiderare voluiſſe exiſtimo Abbatem in cap. Raynutius.
numer.2.de teſta.& Iaſo. in d.l.cum aliquis.num. 2. C.de iu-
re delib.
6 Extenditur primo, vt † locum habeat, etiam quando in-
ſtitutus eſt hæres ille,de cuius ſtatu dubitabatur.Nam adhuc
præſumitur inſtitutus contemplatione eius, qui credebatur
eius dominus. Ita tradunt Caſtr. Alexand. & Iaſo.in dicta.l.
cum aliquis numero primo.
7 Extenditur † ſecundo, vt locum habeat etiam in homi-
ne libero bonafide poſſeſſo.Nam & hic præſumitur inſtitu-
tus hæres contemplatione bonæfidei poſſeſſoris. Ita Caſtr.
Alex.& Iaſ.in d.l.cum aliquis.num. 1. C. de iure deli. adducti
tex.l. aditio.§.vlt.ff.eo.

## PRÆSVMPT. XXIII.

### Hærede inſtitutio filio, rogatóque eius patre filium emancipare, præſumi rogatum patrem reſtituere hæreditatem ipſi filio.

### SVMMARIVM.

*1 Filio hærede,rogatoq; eius patre filium emancipare, præſumi rogatum patrem etiam reſtituere hæreditatem ipſi filio. per tot.*
*2 Teſtator non præſumitur velle niſi quod expreſſit.*
*3 Voluntas magis,quàm verba eſt inſpicienda in omnibus diſpoſitionibus præcipuè in fideicommiſſis.*
*4 Teſtator ſicut diſpoſuit de aſcendenti, ſic & de conſequenti diſpoſuiſſe cenſetur.*
*5 Ex bonis filio relictis vſusfructus acquiritur patri.*
*6 Pater non tenetur filio emancipato reſtituere illud, quod eſt ſibi relictum.*
*7 Filius ſi fuit inſtitutus contemplatione patris, & pater ſit rogatus eum emancipare,non tamen emancipatione facta tenetur ei reſtituere.*

1 DIXIMVS † ſuperiore præſumptione, quod
quando teſtator inſtituit filiumf. præſumitur
eum inſtituiſſe contemplatione patris, & pro-
pterea patri acquiri hæreditatem, vel lega-
tum. Cæterum dubitari contingit, quando te-
ſtator hæredem inſtituit filiumfa. & eius patrem rogat, vt
eum emancipet,an præſumatur etiam voluiſſe, quod eman-
cipatione facta, pater ei reſtituat hæreditatem? Et dicen-
dum videbatur, de reſtituenda hæreditate non præſumi ro-
2 gatum patrem.Cum nullum verbum de ea † reſtitutione fe-
cerit teſtator, qui non præſumitur velle niſi, quod expreſ-
ſit: vt tradunt Bald.in l. voluntatis. in fin. C. de fideicom. &
Tiraq.in l. ſi vnquam.in verbo. libertis. num.3.C. de reuoca.
donat. Et propterea, hæreditas videtur in totum acquiſita
patri diſpoſitione legis, vt probant. l. placet. ff. de acq. hæ-
red. & l.1.in princip.ff.ſi quis à parent. fuerit manumiſſ. Cæ-
terum contrarium eſt verius, quib.imò præſumitur rogatus
pater reſtituere ipſam hæreditatem filio. Ita ſtatuerunt
Impp. Valeria. & Gallien.in l.quamuis. C.de fideicom.quam
conſtitutionem ſingularem eſſe ſcripſerunt Bald.& Iaſon.in
prin.& idem Iaſon.in l.cum filioſa.nume.66.de leg. 1.ſed mi-
hi videtur ſimilis in l.ſi cui.verſ.cui rei conſequens.ff.de cōd.
& demon.Et rationem eſſe cenſuit Bald.ibid.numer.1. quem
ſecuti ſunt Iaſ.numer.1.& Padilla.numer.3. quoniam cum in
3 omnibus † diſpoſitionibus, tum maxime in fideicommiſſis
voluntatem magis, quàm verba ſpectemus. l. cum matrem.
C.eo.de fideicom.& l.3.C.de liber. præter.& explicaui ſupra
in præſumpt.ſequitur dicendum, ex inſtitutione, & roga-
mine de emancipando filio hærede inſtituto colligi ſatis
manifeſtam teſtatoris voluntatem, vt hæreditas hæc ad fi-
lium peruenire debeat. Non. n. aliam ob cauſam potuit te-
ſtator rogaſſe patrem, vt filium emanciparet.Eſt enim emā-
4 cipatio antecedens quoddam reſtitutionis, & ideo † dici-
mus,quod ſicuti teſtator diſpoſuit de antecedenti: ſic & de
conſequenti diſpoſuiſſe dicitur.ſicuti ex d.l.quāuis colligunt
ibi poſt alios Iaſ num.3.& multis ſimilibus exornat Vincen-
tius Carocius in repe.c.cum quid.in 1.part.in ſeptimo notab.
de reg.iur. in 6.
Extenditur hæc ſententia, vt locum habeat etiam in vſu-
5 fructu, † qui ſolus hodie acquiritur patri, ex bonis filio
relictis.Ita Bald.in d.l.quamuis.num.7.& Salyc. in verſ.quæ-
ro ſecundo.
6 Declaratur primo, hæc ſententia, vt locum non habeat,
quādo aliquid eſſet relictū patri.Nā † illud non tenetur pater
reſtituere filio deinde emancipato, cum id filio non fuerit

reli

relictum, ſed patri; cuius perſona fuit à teſtatore conſidera-
ta. Ita declarant Bart. Albericus & Imol. in l. ſi cui legatum. ff.
de condit. & dem. reiecta opinione Accurſij ibi. Et Bart. ſe-
cuti etiam ſunt Iaſ. in d. l. quanuis. num. 2. & ibid. Padilla. nu.
3. C. de fideicom.
7 Declaratur † ſecundo, vt locum non habeat, quando fi-
lius fuiſſet inſtitutus contemplatione ipſius patris. Nam tũc
pater, & ſi rogatus eſt emancipare: non tamen emancipatio-
ne facta, tenetur ei reſtituere. Ita declarant Caſtren. in d. l.
quamuis. num. 2. Iaſ. num. 3. & Padilla. num. 5. Et ratio, quia ip-
ſemet pater præſumitur hæres inſtitutus. l. filio fa. ff. de cond.
& dem. cum ſimilibus, quæ retuli ſuperiore libro in præ-
ſumpt. 28. ad finem.

## PRÆSVMPT. XXIIII.

Inſtitutio hæredis, legatum, aliáve teſtatoris diſpo-
ſitio falſa ex cauſa facta, quando ex præſumpta
voluntate teſtatoris valeat.

## SVMMARIVM.

1 *Hæredis inſtitutio, legatum, vel alia diſpoſitio an & quando ex falſa cauſa vitietur, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris valeat.*
2 *Diſpoſitionis cauſa finalis ſi eſt falſa, tota diſpoſitio redditur falſa.*
3 *Cauſa finalis dicitur regere & gubernare omnem diſpoſitionem, & eſt ſubſtantia ipſius diſpoſitionis, & actus, & appellatur forma actus, & fons cauſarum.*
*Et dicitur primum principium intentionis. num. 4.*
5 *Inſtitutionis hæredis cauſa finalis, quæ dicatur. & numer. 10. & per totum.*
6 *Teſtator ſi inſtituit filium naturalem legitimatum, vt legitimum, & appareat legitimationem minus rectè factam, corruit inſtitutio.*
*Idem ſi inſtituit filium adoptiuum vel arrogatum tanquam rectè adoptatum vel arrogatum. num. 7.*
*Idem ſi maritus legauit vxori credens eam legitimam vxorem, quæ non eſt, ſi apparet matrimonium nullũ, corruit diſpoſitio. 8.*
9 *Filij ex putatiuo matrimonio inſtituti à patre, qui credebat eos eſſe natos ex legitimo matrimonio, aſſumunt hæreditatem, nec corruit inſtitutio, & quare.*
11 *Teſtator ſi legauit vel hæredem inſtituit ſub modo, qui per hæredem, vel legatarium impleri non poteſt, corruit diſpoſitio.*
*Idem ſi cauſa finalis inſtitutionis ſit obligatoria, & ſit falſa. nu. 12.*
13 *Dictio, quia, ſui natura denotat cauſam finalem.*
14 *Teſtator ſi dixit, Lego Titio, quæ ei debeo ſi conſtat eum nihil debere, non valet legatum: ſecus ſi dixit, Lego Titio decem, quæ ei debeo: quia ſi conſtat nil eum debere, valet tamen legatum.*
15 *Filij in hæreditate non obſtante patris erronea diſpoſitione debent reduci ad æqualitatem.*
16 *Teſtatoris diſpoſitio tunc demum ex falſa cauſa finali vitiatur, quando ex eius expreſſione clare apparet de errore teſtatoris: ſecus quando expreſſe non conſtaret ſed ſolum tacitè.*
17 *Inſtitutionis vel legati cauſa impulſiua non facit corruere ipſam diſpoſitionem, licet fuerit falſa.*
18 *Cauſa impulſiua non dicitur proprie cauſa, ſed motiuum quoddam ad diſponendum.*
19 *Filio arrogato inſtituto, cuius arrogatio apparet deinde nulla, valet nihilominus inſtitutio, ſi alioqui erat eũ hæredẽ facturus.*
20 *Qualitates duæ quando concurrunt in diſpoſitione naturalis vna, & vna accidentalis, attenditur illa quæ eſt vtilior, & quæ facit actum validum.*
21 *Inſtitutio non debet vitari ob errorem in qualitate perſonæ, quando illa qualitas non inducit cauſam finalem.*

1 NON ſemel in dubium reuocatur, † quando
cauſa falſa vitiet hæredis inſtitutionem, lega-
tum aliámvè teſtatoris diſpoſitionem. Soleo
ego diſtinguere duos caſus, quemadmodum,
& duæ tantum ſunt cauſæ, finalis, ſcilicet &
impulſiua.
2 Primus itaque eſt caſus, quando † cauſa ob quam mo-
tus eſt teſtator ad inſtituendum hæredem, vel legandum, eſt
finalis, illaque falſa. Hoc ſemper caſu corruit, nullaque red-
3 ditur teſtatoris diſpoſitio. Si quidem ratio † finalis dicitur
regere & gubernare diſpoſitionem ipſam: cum ſit ſubſtantia
ipſius diſpoſitionis & actus, vt inquit gl. in l. iuriſgentium. §.
quod fere. ff. de pact. & alibi appellatur forma à gloſ. in §. ſi
quis poſtulante. in inſtit. de actio. & propterea dicebat Bal.
in l. eam, quam. colum. 1. verſ. venio ad nota. C. de fideic. quod
cauſa finalis eſt fons cauſarum. Et idem Bal. in l. auia. colum.
vlt. C. de iure dotium ſcriptum reliquit, cauſam finalem eſſe
4 † primum principium intentionis. Alia his ſimilia comme-
morat Tiraq. in tracta. quod ceſſante cauſa ceſſet effectus. in
1. limit. nu. 6. Quod autem inſtitutio hæredis, corruat ſi cau-
ſa finalis, qua illa facta eſt, falſa detegitur, dubium non eſt.
Hoc enim admittunt omnes, quos ſtatim commemorabi-
mus. In eo tantum verſatur dubitatio ſcire, quando dicatur
cauſa finalis. Quæ ſane dubitatio ſic explicari poteſt.
5 Primo, dicimus cauſam finalem inſtitutionis hæredis †
eſſe illam, quæ exprimitur in præfatione: vt in l. vltim. ff. de
hære. inſtitut. quo loci teſtator dixerat in præfatione inſtitu-
tionis; *Quia hæredes, quos volui habere mihi continere non potui,
Nonius Rufus hæres eſto.* Hæc cauſa fuit finalis, qua teſtator mu-
tato teſtamento illo, in quo Pactumeiam hæredem fecerat,
inſtitueret Nonium Rufum. Qua ſane, cauſa falſa detecta,
propterea quod falſum apparuit Pactumeiam non deceſſiſſe,
corruit inſtitutio facta de Nonio Rufo: ſic ſane Bar. in d. l. vlt.
numer. 3. annotauit ex eo textu, præfationes probare cauſam
finalem diſpoſitionis. Et Bart. ſecuti ſunt Bald. Angel. Imol. &
reliqui ibid. & alij permulti congeſti à Tiraq. in d. tract. quod
ceſſante cauſa ceſſet effectus. limit. 1. num. 64. Et illis acce-
dunt Barb. in conſil. 1. colum. 2. libr. 3. Curt. Sen. in conſil. 50.
Memoriæ recolendæ Dux, colum. 19. verſ. Quod procemium
demonſtrat. Dec. in conſil. 600. num. 1. in conſil. 640. in fi. &
in conſil. 185. colum. 2. Rub. in conſ. 147. num. 16. & Cagnol. in
auth. ex cauſa. num. 28. C. de lib. præter. qui copioſe, & egre-
gie declarat. & egregie Ludou. Molina in libr. 1. de Hiſpano.
primoge. cap. 5. num. 4. Et ſi cauſa hæc in præfatione expreſſa
falſa apparet, corruit inſtitutio, cum teſtator aliàs non eſſet
relicturus. quemadmodum annotauit idem Bart. in d. l. vltim.
numer. 2. ff. de hæred. inſtit. Cæterum idem Bar. in l. demon-
ſtratio falſa. §. quod autem. num. 14. verſ. hoc apparet. ff. de
cond. & dem. docuit, id contigiſſe in caſu. d. l. vltim. ff. de hæ-
re. inſti. quia agebatur de damno, nempe de tota ipſa hære-
ditate, quam relicturus non erat. Qua de re dicemus infra in
ſexta cauſa.
Secundo cauſa finalis inſtitutionis, vel legati, eſt quando
teſtator ob ſanguinis coniunctionem, & affinitatem ſic di-
ſpoſuit. Et hæc cauſa ſi falſa detegitur corruit inſtitutio ipſa
hæredis & legatum: quia aliàs teſtator eam inſtitutionem
non erat facturus. Ita Bar. in d. l. demonſtratio falſa. §. quod
autem. numer. 14. adductus tex. l. ſi præter, nec apud. C. de hæ-
re. inſtitut. quæ ſatis manifeſta ſunt. Et illis in locis annota-
runt omnes, inſtitutionem hæredis de vno tanquam de fi-
lio factam, ſi conſtat deinde illum non eſſe filium, omnino
corruere. Et idem ſcripſerunt Bal. in conſil. 134. in primo te-
ſtamento. libr. 1. Sign. in conſil. 11. numer. 13. Caſtr. in l. quo-
ties. in prin. num. 2. ff. de hæred. inſtit. Corn. in conſil. 309. col.
2. verſ. item quando quis. lib. 1. Dec. in conſil. 342. in fin. Pa-
riſ. in conſil. 29. numer. 113. lib. 2. Gratus in conſil. 108. numer.
31. lib. 2. Nec hic adhibenda eſt differentia, quod ſanguinis
coniunctio magna, vel modica ſit, cum ſemper dicendum
ſit, ſi eam ob cauſam teſtator hæredem fecit: quemadmo-
dum ſi inſtituit eum, quem credebat eſſe fratrem. d. l. nec
apud. C. de hæred. inſtit. & tradunt Bal. in l. quoties. in prin. ff.
de hære. inſtit. & ibid. Imol. Caſtr. in d. l. ſi pater. num. 1. C. de
hæred. inſtit. Idem dicemus quando teſtator hæredem fecit
eum, quem nepotem eſſe exiſtimabat, vt reſpondit Gratus
in conſil. 108. num. 31. Confert etiam quod dicimus, ſi teſtator
6 † inſtituit filium naturalem legitimatum vt legitimum, &
appareat legitimationem minus rectè factam, inſtitutio
non ſubſiſtit: cum præſumptio ſit, quod teſtator eum non
inſtituiſſet, niſi eſſet vere legitimus. Ita Caſtrenſem in d. l.
eam, quam num. 4. C. de fideicom. Angel. in conſil. 204. num.
2. Crottus in l. qui Romæ, §. duo fratres. numer. 26. verſ. ſed
iſtis



iſtis non obſtantibus. ff. de verbor. obligat. Iaſon in d. §. eam,
quam num. 14. Decius in conſi. 176. num. 3. & num. 6. in conſ.
288. num. 3. & 4. in conſil. 453 in fine. Pariſius in conſ. 3. nu. 18.
& 19. in conſ. 11. num. 14. & in conſ. 12. num. 227. lib. 2. Grat. in
conſi. vlt. num. 47. lib. 1. Socyn. Iunior in conſ. 99. nume. 34. &
in conſi. 100 num. 33. lib. 2. & in conſ. 91. num. 23. lib. 3. Rolan.
in conſi. 61. num. 27. lib. 1.
7 Eſt etiam ſimile, quando † teſtator inſtituit filium ado-
ptiuum vel arrogatum, & tamen illa non valent. Nam & tũc
corruit inſtitutio. Ita Ang. in conſi. 93. num. 3. & 4 Iaſon in l.
neque profeſſio in fine. C de teſtam. & in d. l. eam, quam. nu.
15. & Crottus in d. §. duo fratres. nume. 26. verſi. ſed iſtis non
obſtantibus. Huc etiã pertinet, quod docuit Bal. in d. l. eam,
quam. nume. 22. de fideicom. cum dixit, quod ſi teſtator lega
8 uit † vxori, vel eam inſtituit, credens eſſe legitimam vxorẽ,
ſi apparet deinde matrimonium nullum, diſpoſitio corruit.
Nam præſumitur, quod ſi ſciuiſſet eam non fuiſſe vxorem
legitimam, non ita legaſſet, vel hæredem feciſſet. & Bald. ſe-
cuti ſunt Iaſon in l. ſi pater. num. 1. & num. 10. C. de hære. in-
ſtit. Barb. conſi. 27. num. 5. & 6. lib. 1. Didac. in Epit. de ſponſ.
parte 2. c. 7. §. 1. num. 8. & Emanuel Coſta in c. ſi pater parte
9 prima. in verbo, vxorem. num. 16. de teſtam. in 6. Eſt † tamen
diuerſum quo ad filios ex eo màtrimonio putatiuè procrea
tos ſecundum Baldum in d. l. eam quam. num. 23. Nam ſi illi
inſtituantur hæredes à teſtatore, qui credebat eos eſſe natos
ex iuſto matrimonio, quod tamen erat putatiuum tantum,
inſtitutio non corruit. Quadoquidem ij filij quo ad ſui com
modum cenſentur vere & proprie legitimi, & dicuntur ſui
hæredes, & in poteſtate patris, quemadmodum ſcripſerunt
idem Baldus in l. qui contra. num 4. C. de inceſt. nupt. Dec.
in c. inter cæteras. num. 5 de reſcript. Aluaro in cap. 1. § natu-
rales. col. 5. ſi de feudo fuerit conten. inter dom. & agna. Za-
ſius in epitome feudorum, parte 8 nume. 88. & Eman. Coſta
in d. verbo vxorem. numero 25. quo loci ad rem ſcripſit, pa-
trem hunc poſſe pupillariter ſubſtituere huic filio ex matri-
monio putatiuo procreato, & ob id præſupponit Emanuel,
inſtitutionem de eo factam, quæ ſubſtitutionem pupillarem
ſolet præcedere, eſſe validam.
10 Tertio † cauſa finalis præſumitur, atque cenſetur illa.
quando teſtator ſub conditione hęredem inſtituit, vel lega-
uit, vt ſi dixit, inſtituo Caium vel Caio lego centum, ſi ne-
gotia mea curauit. vel, Titius filius meus, ſi frater eius cen-
tum ex arca ſumpſit, fundum præcipito. Hæc ſanè cauſa fina
lis eſt, & ideo ſi apparet falſa, corruit diſpoſitio. dicta l. de-
monſtratio falſa. §. quod autem. verſic. at ſi conditionaliter.
Et illo in loco Bartol. numero 13. quem ſecuti ſunt Bellame-
ra, Salycet. Bolognetus, Comenſis, Caſtrenſis, Iacobinus, &
Ozerius, quos commemorauit Tiraquellus in tracta. Quod
ceſſante cauſa ceſſet effectus. limit. 1. nume. 60 qui numè 61.
ratione confirmat. Et horum traditionem ſecutus ſum in
conſi. 331 num 71. lib 4.
11 Quarto, cauſa finalis præſumitur † atque cenſetur illa,
quando teſtator legauit, vel hæredem inſtituit ſub modo,
qui per ipſum hæredem, vel legatarium impleri non poteſt:
ſicuti quando teſtator legauit centum ei, quem credebat eſſe
Sacerdotem, vt miſſas pro anima ſua celebraret: ſi legata-
rius ſacerdos non erit, legatum corruet. Ex quo falſa eſt cau-
ſa illa finalis, & modus impleri ab eo non poteſt. Ita Bald in
d. l. eam quam. numero 6. & ibidem. Iaſon numero 14. verſic.
idem eſt, quando. C. de fideicom. qui tamen declarat, niſi te-
ſtator legaſſet contemplatione eccleſiæ.
12 Quinto, cauſa † finalis cenſetur illa, quæ eſt obligatoria,
& ob id cohærere dicitur diſpoſitioni, vt ſi teſtator dixit, in-
ſtituo hæredem Caium, vel lego illi centum, quia mutuo
mihi dedit mille, vel centum, & propterea ſi conſtabit hanc
cauſam eſſe falſam corruet inſtitutio, vel legatum. Ita Barto.
in dicta l. demonſtratio falſa §. quod autem numero 13. verſ.
quædam eſt cauſa proxima. Et Bartol. ſecuti ſunt alij multi,
quos congeſſi in conſilio 346. numero 10. & 11. lib. 4. Et illis
accedunt Berous in conſilio 28. numero 43. libro 2. & Tira-
quellus in dicto tractatu. Quod ceſſante cauſa ceſſet effe-
ctus. limit. 1. numero 82. qui numero 83. auctoritate Cardina-
13 lis probat, dictionem, quia, † ſignificare ex ſui natura cau-
ſam finalem. Cæterum hac de traditione dubitat Ruyn. in
d. §. quod autem. in fine, motus. text. l. ſi ſic. §. 1. de lega. 1. quo
14 loci habetur, quod ſi teſtator dixit, lego † Titio, quæ ei de-
beo, ſi apparet nihil debere, nõ valet legatum. Si verò dixit,
lego Titio decem, quæ ei debeo, & ſic expreſſa quantitate, ſi
conſtat nil debere, valet legatum. Et tamen illa cauſa erat
obligatoria, ſi vera fuiſſet. Reſpondetur ex omnium ſen-
tentia in d. §. 1. vbi Iaſ. num. 1. verſi, primus caſus, differentiam
eſſe inter expreſſam quantitatem, & non expreſſam. Nam
quomodo fuit expreſſa clare conſtat de ſubſtantia legati, &
nulla eſt incertitudo, & ob id præſumitur teſtatorem omni-
no legare voluiſſe, ſecus verò, quando quantitas non fuit ex-
preſſa.
Sexto, cauſa finalis eſt, quanda teſtator non erat facturus
illum hærede, vel legaturus illi legatario, ſi ſciuiſſet cauſam
eſſe falſam: vt ſi pater ita ingentem ſummam legauit, vel hę-
redem ſic fecit. Inſtituo Caium in maiori portione puta in 8.
vnciis, vel ei lego mille, quia Titius eius frater totidem ex ar
ca mea ſurripuit. & ingentem eſſe quantitatem reſpectu pa-
trimonij, corruet ipſa inſtitutio, vel legatum: quia veriſimile
eſt, quod pater non legaſſet eam ingentem ſummam, ſi ſci-
uiſſet cauſam eſſe falſam. Ita Bart. in d. l. demonſtratio falſa.
§. quod autem. num. 14. verſ. ſed econuerſo, quem ſecuti ſunt
Rom. in ſing. 252. incipit. Item limita. Ruyn. in conſi. 178. nu.
7. lib. 2. & in conſi 162 nu. 6 lib. 4. Berous in conſil. 28. nu. 44.
lib. 2. Cagnol in auth. ex cauſa. nu. 29. in fi. C. de lib. præter. &
idem ego ipſe reſpondi in conſil 346 num. 14. lib. 4.
Et comprobatur hæc traditio ea ratione, quod pater iſte
ſic legando videtur voluiſſe reducere filios ad æqualitatem:
ſi ergo apparet cauſam eſſe falſam, legatum corruet: quia ſi
valeret, filij redderentur inæquales. Ita egregiè docuit Ruy.
in d. l. demonſtratio falſa. §. quod autem. nu. 1. ſic intelligens.
l. ſi ita legatum. ff. eo de condi. & dem. quem vult procedere,
quando quantitas legata eſt loco quantitatis, quam ſurreptã
credidit: ſecus ſi legauit ſpeciem loco dictæ quantitatis, vt lo
quitur d. §. quod autem Verum forte rectius dici poteſt. d. l. ſi
ita legatum. procedere, quia quantitas illa erat modica, vt di
cam in ſubſequenti caſu. Hæc tamen traditio Ruyni confir-
mari poteſt reſpõſio Corn. in conſi. 309. lib. 1. qui hac de facti
15 ſpecie reſpondit: Teſtator † cum haberet duos filios, vnum
hæredẽ inſtituit in bonis & iuribus, quæ habebat in Tuſcia:
& alterum in bonis alibi ſitis, ſciens hoc modo filios ipſos
eſſe æquales. Deinde inſtitutus in bonis & iuribus Tuſciæ e-
xigere non potuit credita illa: quia debitores detecti fuerũt
non eſſe ſoluendo, præter opinionẽ patris teſtatoris. Reſpon
dit Corn. quod fratres, nõ obſtante ea patris diſpoſitione er-
ronea, redigi debent ad æqualitatem. ſimili in caſu reſpon-
dit Dec. in conſil. 349. numero 9. quos ſecutus ſum in dicto
conſil 346. numero 9. lib. 4. vbi & Tiraquellum commemo-
raui. Eſt tamen obſeruandum, quod reſpondit Ruy. in dicto
conſilio 162. num. 7. lib. 4. cum dixit, conſiderationem hanc,
an teſtator relicturus fuiſſet, vel non, habere locum † tãtum
16 modo, quando ex falſæ cauſæ expreſſione clarè apparet de
errore teſtatoris: ſecus quando expreſſe non conſtaret de
ipſo errore: ſed ſolùm tacitè. Nam tunc (inquit Ruyn.)
non vitiatur diſpoſitio ex eo capite, quod aliàs relicturus
non eſſet. Ita refert ſcripſiſſe Bartolus in dicta l. vltima. nu-
me. 3. verſic. oppono. ff. de hæred. inſtit. & ibidem Imol. nu. 4.
Et egregio exemplo explicat ipſe Ruynus, de quo ipſe re-
ſpondit.
Secundus eſt caſus † principalis, quando cauſa inſtitutio-
17 nis, vel legati eſt impulſiua. Hoc ſane caſu, ſi apparet cauſam
eſſe falſam non corruit inſtitutio, vel legatum. Ita Bart. in d.
l. demonſtratio falſa. §. quod autem. num. 13. verſ. quædam eſt
cauſa, quæ legato non cohæret. ff. de cond. & dem. & Bero. in
conſ. 28. num. 43. lib. 2.
Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia cauſa † impulſiua nõ
18 eſt propriè cauſa: ſed motiuum quoddam ad diſponendum,
vt inquit Bal. in conſi. 340. Et præmitto, quod iſtud. col. 1. lib.
3. quem probauit Tiraq. in tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet
effectus in 1. limitatione. num. 6. & ibid. num. 4. poſt Cynum
& Baldum ſcripſit, cauſam impulſiuam dici abuſiuè cauſam.
Exemplum huius cauſæ impulſiuæ eſt, vt ſi teſtator legauit
ex aliqua cauſa, quæ alioqui nõ induceret obligationem: at-
que ita legato non cohæreret: quemadmodum quãdo dixit:

quia frater tuus centum ſuſtulit ex arca mea, ob id relinquo
tibi fundum.Ita ſenſit Bartolus præcitato in loco, & aper-
tius ibidem Ruynus dum explicat ſenſum. l. ſi ita legatum.
eo titul.de cond.& demon.

Hoc tamen exemplum ſecundum eundem Bartol.in d. §.
quod autem nu.14.verſi.pone exemplum, procedit, quando
ſumma legata eſt modica reſpectu patrimonij,& is filius,cui
factum eſt legatum,eſt poſitus in aliqua dignitate, ita quod
veriſimile eſt, quod etiam ſi teſtator ſciuiſſet cauſam eſſe fal
ſam, nihilominus adhuc legaſſet.Nam legatum valet, & ſi
cauſa illa apparet falſa. Idem ſcripſit ipſe Bartolus in l.vlti.
num.5.ff.de hæred.inſtit. vbi num.2. idem ſenſit de hæredis
inſtitutione. Idem reſpondit Soc. Iun.in conſ. 23.num.3.lib.
19 3. Cum dixit, quod ſi teſtator inſtituit † filium arrogatum,
cuius arrogatio apparet deinde nulla, valet nihilominus in-
ſtitutio, ſi alioqui erat eum hæredem facturus, & in ſpecie
Soc.ſic intellexit.d.l.ſi pater.C.de hæred.inſtit.quam & Bar.
in d.§.quod autem commemorauit &explicauit.Huc etiam
pertinet, quod docuit Ioan. Crottus in l.Gallus.§.& quid ſi
tantum nu.73.ff.de libe. & poſthu.Cum dixit, ſe reſpondiſſe
hac de facti ſpecie, Mulier nepotem ex filia, quem à teneris
educauerat,arrogauit,deinde eum hæredem inſtituit,dicen-
do Titium nepotem ex filia ſilium meum arrogatum hære-
dem inſtituo. Arrogatio nulla apparuit.fuit dubitatum, an
hæredis inſtitutio eſſet valida,inquit Crottus ſe reſpondiſſe,
20 validam eſſe.Ea ratione motus eſt,quod quando † concurrũt
quæ qualitates,vna naturalis,& altera accidentalis, attendi-
tur illa quæ eſt vtilior:atque ita quæ actum facit validum.Et
ſi ergo cauſa illa accidentalis,nempè arrogationis falſa exti
tit: attamẽ cauſa illa naturalis coniunctionis ſanguinis,erat
vera, & propterea valere debuit ipſa inſtitutio. Et prætere a
illa cauſa arrogationis erat potius impulſiua, quàm finalis.
Illa verò affectionis ſanguinis finalis,iuxta traditionem Bar.
in d.l.demonſtratio.§.quod autem,nu.14.ff.de condit. & de-
mon. Nam ad arrogandum motus fuit ob ſanguinis affectio
nem,& ob id,quod eum educauerat.Et ſi ergo arrogatio nul
la fuit,non tamen debuit corruere inſtitutio. Quocirca ma-
le à Crotto diſſentit Alciatus in tracta.de præſumptionibus.
reg.1.præſumpt.30.in fin.Et caſus ille Crotti in l.qui Romæ.
§.duo fratres.nume.26.ff.de verb.oblig.eſt longè diuerſus à
noſtro:ſicuti & ſupra Crottum ipſum in dicto §.duo fratres
commemoraui.

Huc etiam facit, quod ſcripſit Caſtren.in dicta l.quoties.
in princip.nume.2.ff.de hęre.inſtit.quem & ſupra retuli,cum
21 dixit, † errorem in qualitate perſonæ non vitiare inſtitutio-
nem,quando qualitas illa non inducit cauſam finalem.Idem
docuit Romanus in dicta l.neque profeſſio.numero 11.C.de
teſtam.

## PRÆSVMPT. XXV.

### Hæredis inſtitutio incerta, quando & quibus conie-cturis reddatur certa,vt valeat.

### SVMMARIVM.

1 *Hæredis inſtitutio incerta,an & quando,& quibus coniecturis red*
*datur certa,vt valeat.*
2 *Perſona penitus incerta inſtituta,corruit ipſo facto inſtitutio.*
*Idem in ſubſtitutione fideicommiſſaria.3.*
*Secus in inſtitutione piæ cauſæ.4.*
5 *Perſona certa ſi eſt inſtituta, ſed dubitatur quænam illa ſit, cor-*
*ruit inſtitutio, niſi certificetur, & appareat de qua ſenſit te-*
*ſtator.*
6 *Hæredis inſtitutio vt conſiſtat, conſtare debet is qui fuit demon-*
*ſtratus.*
7 *Tutela vitiatur,ſi ex duobus eiuſdem nominis non conſtat quis da-*
*tus ſit tutor.*
8 *Legatum non debetur,ſi non apparet,cui ex duobus legatum eſt.*
9 *Teſtator ſi vocauit duos eiuſdem nominis,quorum vnus eſt ſibi con*
*iunctus ſanguine, præſumitur coniunctum vocaſſe, nec vitiatur*
*inſtitutio.*
*Et ex duobus coniunctio magis cõiunctum vocaſſe cenſetur. nu.10.*
11 *Teſtator præſumitur eos vocaſſe,qui alio qui ſucceſſuri erant ab*
*inteſtato.*
*Et ſi duos amicos habuit eiuſdem nominis, quorum vnus eſt ſpe-*
*cialis amicus,is vocatus cenſetur. num.12.*
*Vel magis benemeritus cenſetur vocatus. num.13.*
*Et præcipue hoc procedit, quando vnus eſt amicus,alter vero ini-*
*micus. num.14.*
*Quid ſi vnus eſt altero pauperior, an pauperior præſumatur vo-*
*catus. num.15.*
16 *Legatum alimentorum præſumitur in dubio relictum pro in-*
*ſano & demente, cui magis fuit neceſſarium prouidere,*
*quàm alteri.*
17 *Inſtitutio facta de vno ex pluribus,an & quando valeat.*
18 *Perſona incerta de certis inſtituta,quæ non certificatur,an valeat*
*inſtitutio.*
*Et quid ſi certificetur indicijs aut coniecturis.19.*
19 *Perſona incerta de incertis inſtituta, inſtitutio redditur nulla.*

1 INSTITVTIO † hæredis incerta ſic inutilis
eſt ac ſi nulla prorſus facta fuiſſet: niſi certa
aliquo modo reddatur. Quo circa egregia
eſt diſputatio quando & quibus cõiecturis poſ-
ſit certificari,vt valeat. Qua in re diſtinguendi
ſunt multi caſus vnà cum Bart.in d.Quidam relegatus. num.
3.ff.de rebus dubijs.

2 Primus eſt caſus quando † inſtituta fuit perſona penitus
incerta, nullo modo declaranda. Hoc in caſu non conſiſtit
inſtitutio.l.quoties.§.hæres.ff.de hæred.inſtit.Ita Bart.in d.l.
quidam relegatus nu.3.verſ. aut hæredis, & ibidem Socyn.
nu.13.& communem teſtatur Pariſius in conſi.3. nu.12. lib.3.

Extenditur, vt † locum habeat non ſolum in inſtitutione:
3 ſed etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria: ſicuti reſpon-
derunt Ruyn.in conſil.177.num.3.lib.2. & Pariſ. in conſil.82.
num.14. lib.2.

4 Declaratur hic † caſus, vt locum non habeat fauore
piæ cauſæ,quæ & ſi incerta inſtituta eſt:attamẽ inſtitutio va-
let. Ita Socynus in d.l.quidam relegatus.num.13.Idem de le-
gato incerto,vt fauore piæ cauſæ valeat copioſe ſcripſit Ti-
raq.in tract. de priuilegijs piæ cauſæ, priuil. 56. & dicemus
ſuo loco.

5 Secundus eſt caſus, † quando fuit inſtituta perſona cer-
ta, ſed dubitatur, quæ nam illa ſit. Hoc etiam caſu adhuc
non valet inſtitutio, niſi certificetur, & appareat, de quo
ſenſit teſtator. Ita Bart.in d.l.quidam relegatus.num.3.verſ.
aut continet perſonam. Exemplum affertur in caſu l. in
tempus.§.1.ff.de hæred.inſtit. cuius verba hæc ſunt. *Quoties*
*non apparet, quis hæres inſtitutus ſit: inſtitutio non valet, quippe*
*euenire poteſt,ſi teſtator complures amicos eodem nomine habeat,&*
*ad deſignationem nominis ſingulari nomine vtatur.: Niſi ex alijs*
*apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum pro qua perſona teſta-*
6 *tor ſenſerit.* Hæc Modeſtinus. Et huius ſententiæ † ea eſt ra-
tio, quia, vt conſiſtat hæredis inſtitutio, conſtare debet is,
qui fuit demonſtratus. l. his verbis. §. ſi in patre. ff. eod. de
7 hær. inſtit. Idem dicimus † de tutela, quæ vitiatur, ſi ex
duobus eiuſdem nominis non conſtat quis datus ſit tutor,
8 leg. duo ſunt Titij. ff. de teſta.tutela. Idem eſt in † legato,
quod non debetur, ſi non apparet cui ex duobus legatum
eſt. l. quoties.verſ.ſi vero duo. ff. de vſufructu, in l.qui plu-
res. ff.de vſu, & vſufruct. lega.& dicemus infra in præſump.
vbi explicabimus, quando incertitudo vitiet legatum. Inte-
rim videndus erit.Tiraquell.in tracta.de iure primogen.q.17.
opinione ſexta, vbi infinita prope ſimilia congeſſit. Exten-
de hunc caſum, etiam ſi vnus ex his duobus iuri ſuo re-
nuntiauit, & alter petit hæreditatem. Bartolus leg. ſi quis
ſeruum. §. inter duos.de leg.2. Alex. conſil. 42.num.8.libr.6.

Receditur tamen ab hac cõiecturis, quibus declaratur de
quo teſtator ipſe ſenſit,l.quem hæredi. ibi. quibuſdam argu-
mentis.ff.de rebus dubijs.vbi in ſpecie ſcrĩpſerunt Bald.An-
gelus & Imol.in l.in tempus.§.vlt.& apertius Pariſius in cõſ.
3.num.13.lib.3.Riminal.Sen.in conſ.256.num.34.lib.2.& Pa-
riſius.in conſil.3.num.12.& 13.lib.3.

9 Prima eſt coniectura, quando vnus duorũ eiuſdem † no-
minis eſt ſanguine coniunctus, alter non:cõiectura ſumitur,
teſtatorem vocaſſe cõiunctum illũ.Ita probat.l.ſi fuerit.ff.de
rebu



rebus dubiis,à ſenſu contrario ſicuti eam in ſpecie perpendit
Afflictus.in c.1.§.& ſi clientulus.num.16.de aliena.feudi.

10 Ex duobus verò † coniunctis magis coniunctus vocatus
præſumitur.Ita poſt alios Iaſ.in l. ſi pater.nu.2 C.de hær.in-
ſtit. cum dixit, præſumi teſtatorem vocaſſe filiam, non ne-
ptem,& ſi eodem nomine filias ipſe teſtator ambas appellare
conſueuit. Eſt ratio, quia is vocatus præſumitur, erga quem
maior eſt affectio. Roma in conſ.408.affectione maiori affici
mur erga coniunctiores,ſicuti ſcripſi ſupra in præſumpt.ergo
11 coniunctior vocatus creditur.Hinc † dicimus teſtatorem prę
ſumi vocaſſe eos,qui alioqui ſucceſſuri erant ab inteſtato. Ita
Iaſon in l.1.§.hoc autem in ſecunda lectura.num.2.ff.ad Tre-
bell.

12 Secunda † eſt coniectura,quando vnus eſt ſpecialis amicus
altero. Nam tunc præſumptio eſt ſenſiſſe de amico illo ſpe-
ciali.Ita Romanus in l.hæredes palam. in prin. nu.5.ff.de te-
ſta. adducto tex.l ſi quis ſeruum. §.ſi inter duos. de lega.2& l.
ſi ita fuerit.ff. de reb. dubiis.à ſenſu contrario. Verum diſſen-
tit Comenſis relatus à Socyno in d. l. ſi ita fuerit. num. 3. qui
tamen Comenſis traditionem non probat.Hinc reſpondit
Ancha.in conſil.27.num.6.verſi. 2. magis dilectum præſumi
vocatum.Ita & Baldus in l.voluntatis.num.11.C.de fideicom
13 miſſ.ſcripſit, magis benemeritum † cenſeri vocatum.Et pro-
14 cedit hæc † coniectura,quando vnus eſt amicus:alter vero ini
micus.Nam de inimico tanquam de odioſo non præſumitur
ſenſiſſe.l.Lucius.§.Lucius Titius Damam. de lega.2.& mul-
tis coniecturis in conſ.30 num.15.lib.1.

15 Tertia † eſt coniectura, quando cæteris paribus vnus ex
his duobus eſt altero pauperior. Nam de hoc teſtatorem ſen-
ſiſſe præſumendum eſt.Ita ſimili in caſu docuit. Decius in l.
vlt.num 54.C.de edicto Diui Adrian.tollend. poſt Angelum
in Auth. de eccleſiaſt.titulis.Cum dixit, quod ſi teſtator hæ-
redem inſtituit monaſterium:& duo ſint monaſteria;præſumi
tur inſtituiſſe illud,quod laborat paupertate & inopia.Et De-
cium ſecutus ſum in commentariis de recuperanda poſſeſſio-
ne,remedio quarto.num 788.Confert quod reſpondit Ruyn.
16 in conſil.64.num.2.lib. 5. legatum alimentorum † præſumi
in dubio relictum pro inſano,& demente, cui magis neceſſa-
rium fuit prouidere quàm alteri,qui propria induſtria acqui-
rere poteſt.

17 Tertius eſt caſus,quando † inſtitutus fuit vnus ex pluribus,
aut de vniuerſis,vt ſi teſtator ita dixit, inſtituo vnum ex co-
gnatis meis; vel vnum ex ciuibus meis. Hoc in caſu ſi ille inſti-
tutus aliquo euentu futuro certificari poteſt, inſtitutio valet.
Ita Bartolus in d.l. quidam relegatus.nu.3. verſic. aut conti-
net vnum.Et Bart. ſecuti ſunt reliqui,vt reſpondit Pariſius in
conſ.3.num.12.lib.3. Et motus eſt Bartolus text.d.l.quidam
relegatas.ff.de cond.& demon. iuncto tex.l.ſi ſeruus. §.huiuſ-
modi.de leg.1.

18 Quartus eſt caſus, quando † inſtituta fuit perſona incerta
de certis,quæ non certificatur. Hoc in caſu inſtitutionem va-
lere ſcripſit Bartolus in d.l.quidam relegatus. num. 3. verſic.
aut perſona non venit. Cæterum à Bartolo diſſentiunt. Socy.
in d.l quidam relegatus.nu. 13. verſ. item in quantum Barto-
lus, Ruynus in conſ.36.num.8.in fin.lib 2. & Alciatus in reſp.
551. Gnauiſſimi nu.1. verſ.3. ratio. Qui quidem reſpondent
iuribus à Bart.ſua pro opinione adductis.

19 Declaratur,vt † locum non habeat, quando perſona certi
ficatur iudiciis & coniecturis,quæ etiam ſufficiunt,vt dixi ſu-
pra poſt Pariſium in conſ.3.num.13.lib.3.qui dixit,coniectu
ram colligi ex diſpoſitis in eodem teſtamento:vel quando ex-
tra teſtamentum iam teſtor ipſe declarauit mentem ſuam.
Vel per relationem ad aliquid:vt ſi dixit, volo bona mea per-
uenire ad eos, ad quos peruenerunt bona patris mei. Ita hoc
exemplo vſus eſt Pariſius in d. conſil. 3.nume. 16.poſt Corn.
in conſ.163.lib.3.Ita quoque certificatur à futuro euentu,ſi-
cuti quando teſtator inſtituit filios alicuius,& illi deinde naſ-
cuntur.Nam incertitudo certificatur ex ſubſecuta natiuitate.
Ita Socynus Iunior in conſ.172.nu.10.lib.2. Ita etiam quan-
do iuris diſpoſitione incertitudo declaratur, vt ſi teſtator in-
ſtituit eos,qui prætendunt habere ius in hæreditate; vt reſpon
dit Crau.in conſ.162.num.3.& num.5.qui ſubiunxit nume.4.
idem quando ex mente veriſimili incertitudo certa redditur
Et alia plura ad rem eo in loco ſcripſit Crauet.

20 Quintus eſt caſus, quando † inſtituta fuit perſona incerta
de incertis. Hoc in caſu non valet inſtitutio. Ita Bartolus in
d.l.quidam relegatus.nu.5.verſ.aut inſtituit incertum, quem
ſecuti ſunt Comen.Caſtren.& Socynus ibidem, & Alciatus
in reſpon.551. Gnauiſſimi.nu.1.ſecundum antiquam impreſ-
ſionem Lugdunenſem. Et adductus eſt Barto.text.§.incertis
iuncto.§.ſed nec huiuſmodi ſpecies.inſtit de legatis.

Declaratur, vt locum non habeat fauore piæ cauſæ, vt ſi
teſtator mandat bona ſua diſtribui pro anima ſua. Nam hoc
caſu dicuntur inſtituti pauperes, & inſtitutio valet. Baldus in
l.executorem.num.8.C.de execut.rei iudic. & alios refert,&
ſequitur Didacus in c.cum tibi.num.10.de teſtam.

## PRÆSVMPT. XXVI.

### Inſtitutio hæredis, an & quando ex præſumpta teſta-toris voluntate extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio hæredis, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris*
*extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de*
*tempore ad tempus.*
*Quòd extenditur de caſu ad caſum, quando habet eandem ratio-*
*nem,& veriſimilem mentem teſtatoris.num.2.*
3 *Intellectus §.Lucius.l.Titius ff.de lib.& poſthum.*
4 *Inſtitutio facta de poſthumo naſcituro poſt mortem teſtatoris tra-*
*bitur ad caſum,ſi his poſthumus naſcatur in vita.*
5 *Intellectus l.vlt.C.de poſthum.hæred.inſtit.*
6 *Inſtitutio facta de nepote in caſu mortis filij extenditur ad ca-*
*ſum,ſi is filius patietur interdictum, & ignis, vel ſi emanci-*
*petur.*
7 *Inſtitutio hæredis eſt fauorabilis,& ideo extendenda.*
*Idem in ſubſtitutione directa.*
8 *Diſpoſitum illud præſumitur à teſtatore, de quo ſi fuiſſet interro-*
*gatus reſpondiſſet ſe voluiſſe ita diſponere.*
9 *Subſtitutio directa extenditur de caſu ad caſum, quando adeſt*
*præſumpta teſtatoris voluntas.*
10 *Subſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio.*
11 *Inſtitutionem non extendi de caſu ad caſum probatur.& nu.16.*
12 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*
13 *Intellectus l.commodiſſime.ff.de lib.& poſth.& num.ſeq.& 16.*
15 *Pater præſumitur magis diligere natum ſe viuo, quam naſcitu-*
*rum ſe mortuo.*
16 *Inſtitutionem non induci coniecturis aut præſumptionibus velut*
*ſubſtitutio inducitur.*
18 *Caſus non habetur pro omiſſo,quando adeſt eadem ratio.*
19 *Inſtitutio an & quando extendatur de perſona ad perſonam.*
20 *Filiorum inſtitutio trahitur ad filium etiam poſt teſtamentum*
*natum:& datur intellectus l.3.C.de inoffic.teſtam.*
21 *Filius præteritus,quem pater ignorabat viuere,an habetur pro in-*
*ſtituto.num.23.& per totum.*
22 *Pater præſumitur velle ſeruare æqualitatem inter filios.*
23 *Inſtitutionem non extendi de perſona ad perſonam ex coniectu-*
*rata mente teſtatoris.*
24 *Tutelæ datio facta à patre filijs non extenditur ad filium, quem*
*pater ignorabat habere.*
25 *Tutela licet ſit fauorabilis ex parte pupillorum quibus datur tu-*
*tor, reſpectu tamen ipſius tutoris eſt odioſa, qui continet*
*onus.*
*Et in ea fit ſtricta interpretatio.ibidem.*
26 *Tutore dato certæ rei vitiatur tutela.*
27 *Inſtitutio in re particulari facta valet.*
28 *Diſpoſitio facta in caſu ſimplici extenditur ad caſum miſtum,*
*quando agitur de conſeruando teſtamento,& hæredum inſti-*
*tutione.*
29 *Tutor non poteſt dari in codicillis, niſi teſtamento confirmen-*
*tur.*
30 *Actus agentium vltra intentionem operantur in his, ſine quibus*
*voluntas ſuum effectum conſequi non poſſet.*
31 *Teſtatoris voluntas eſt interpretanda ſecundum id, quod teſtator*
*ipſe credebat,non autem ſecundum quod erat in veritate.*
*Contra,numero.32.*

33 *Inſtitutionem non induci conieſturis aut præſumptionibus, ſed verbis expreßis.*

1 DVBITARI † non ſemel contingit, an & quan-
do hæredis inſtitutio extendatur ex præſumpta
teſtatoris voluntate de caſu ad caſum, de perſo-
na ad perſonam, & de tempore ad tempus? Qua
in re diſtinguendi ſunt tres caſus: quemadmo-
dum diſtinguemus etiam infra in præſumpt. 64. vbi explica-
bimus, an & quando ſubſtitutio extendatur.
2 Primus † eſt caſus quando agitur de extendenda inſtitu-
tione de caſu ad caſum, qui habet eandem rationem, & veri-
ſimilem mentem teſtatoris. Hoc ſanè caſu admittitur exten-
ſio hæc. Ita Socin. Iun. in conſil. 100. numer. 29. libr. 3. probat
text. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & poſthu. quo loci re-
ſpondit Paulus, inſtituto hærede eo, qui naſcetur, extenſio-
nem fieri ad caſum illum, quando is natus iam erat tempore
conditi teſtamenti, ignorante ipſo teſtatore. Eſt enim maxi-
mè veriſimile, quod ſi ſciuiſſet teſtator filium illum eſſe na-
tum magis expreſsè eum vocaſſet: cum iam conſtet affectio-
3 nem habuiſſe erga partum illum. Nec repugnat, † quod ſcri-
pſit Bartolus in l. ſi is, qui pro emptore. numero 38. ff. de vſu-
cap. cum docuit, in caſu dict. §. Lucius, eſſe legis fictionem.
Nam verius eſt, præſumptionem eſſe legis, ex teſtatoris men-
te collectam: ſicuti ſignificant illius reſponſi verba, quæ hæc
ſunt. *Verba quidem teſtamenti ad eum pronepotem videri, qui poſt
teſtamentum factum naſceretur. Sed ſi (vt proponitur) eadem die,
qua teſtamentum factum eſt, neptis teſtatoris antequam teſta-
mentum ſcriberetur, enixa eſſet, licet ignorante teſtatore inſti-
tutionem rectè factam videri.* Vtroque in loco verbum, vide-
tur, ſignificat præſumptionem, vt ſcripſi ſupra libr. 1. quæſt.
10. Et quia præſumptio eſt ſuper dubio, vt hic, fictio vero ſu-
per certo, vt dixi in d. libr. 1. quæſt. 8. Non hic commemoro
alium ſenſum ad §. Lucius, quem noue conſiderauit Fernan-
dus Berengarius in l. vltim. nu. 41. C. de poſth. hæred. inſtit.
Secundo confert ſimile prope reſponſum Iuſtinian. Imp.
4 in l. vltim. C. de poſth. hæred. inſtitut. vbi inſtitutio † facta de
poſthumo naſcituro poſt ipſius teſtatoris mortem trahitur ad
5 caſum, ſi is poſthumus naſcatur in vita. Non me latet, † ta-
men Chriſtophorum Caſtellioneum, quem recenſet, & pro-
bat Iaſon in l. commodiſſime. ff. de liberis & poſthumis in-
tellexiſſe. dict. l. vltim. loqui eo caſu, quo teſtator noluit ex-
cludere poſthumum natum, ſe viuente: ſed natum poſt decem
menſes, ſe mortuo. Quæ interpretatio fuit prius Pauli Ca-
ſtrenſis ac deinde Marij Salomonij, vt docuit Berengarius. in
dict. l. vltim. numero 20. Dixit Caſtrenſis in dict. l. Titius.
§. Lucius. ff. de liberis & poſthumis teſtatorem in caſu huius.
l. vltim. ſe referre voluiſſe ad certum poſthumum, prout in d.
§. Lucius, ob id non refert quo tempore naſcatur. Et hunc
ſenſum probauit etiam Deciſ. in conſil. 394. numero 8. quod
ibi agebatur de certo poſthumo tunc ex illo inſtanti partu
naſcituro: & cogitabat ibi teſtator, ſe moriturum ſtatim, ob
id non fuit teſtatoris mens limitare inſtitutionem: ſed abſo-
lute poſthumum inſtituere. Non ergo mirum, ſi caſus expreſ-
ſus de poſthumo poſt mortem naſcituro, comprehendit ca-
ſum, quando poſthumus in vita naſcitur. Quæ Decij interpre-
tatio conuenit cum communi ſenſu, quem refert Berenga-
rius in dicta l. vltim. numer. 19. & hanc etiam explanationem
probauit Alciatus in libr. 3. de verbor. ſignific. numero 12.
ſuppreſſo Decij nomine. Et ego ipſe hos ſecutus ſum in
conſilio 171. numero 26. libr. 2. & in conſilio 326. numero
23. libr. 4. Plures alios ſenſus ordinatim proſequitur Beren-
garius in dict. l. vltim. numero 18. quos hic non repeto, hoc
tantum dixiſſe ſufficiat, omnes in hoc conuenire, præſum-
ptam ibi extitiſſe teſtatoris voluntatem, ratione fultam, vt ca-
ſus ille ab eo expreſſus deberet extendi ad non expreſſum.
Tertio, ſuffragatur text. l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de
6 liberis & poſthumis vbi † inſtitutio facta de nepote in caſu
mortis filij, extenditur ad alium caſum, nempè ſi is filius pa-
tietur interdictum aquæ & ignis, vel ſi emancipetur. Cum &
his caſibus locum habeat diſpoſitio teſtatoris, qui voluit ne-
potem eſſe loco filij, quoquo modo is filius deſinat eſſe talis.
7 Quarto accedit † ratio, quod hæredis inſtitutio fauorabi-
lis eſt, & ob id extendi debet, l. in teſtamentis. ff. de regulis iu-
ris, vbi Decius & reliqui. Idem Decius in conſilio 290. num.
2. Imò idem dicimus de ſubſtitutionibus directis, vt docuit
Bart. in l. ſub conditione, numero 2. ff. de hæred. inſtit. & di-
cemus ſuo loco. Nimirum ergo ſi inſtitutio facta vno in caſu
extenditur ad alium habentem eandem rationem, & præſum-
ptam teſtatoris mentem.
8 Quinto confert † ratio, quod illud habetur pro diſpoſito,
de quo ſi fuiſſet interrogatus teſtator reſpondiſſet, ſe ita vo-
luiſſe diſponere, ſicuti tradunt gloſſ. in l. tale pactum. §. qui
prouocauit. ff. de pactis, & ibi copioſe Iaſon, & in ſpecie ſic
argumentati ſunt Deciſ. in conſilio 227. num. 10. & Decianus
in conſil. 1. num. 110. libr. 1.
Sexto & vltimo comprobatur opinio hæc illis iuribus &
rationibus ac Doctorum auctoritatibus, quibus infra in præ-
9 ſumpt. 64. defendemus, ſubſtitutionem † directam extendi
de caſu ad caſum, quando adeſt præſumpta teſtatoris volun-
10 tas. Eſt ſanè permiſſa hæc argumentatio cum † ſubſtitutio ſit
ſecunda inſtitutio. l. mulier. §. vltim. ff. de condit. inſtitut. &
tradunt gloſſ & Docto. in l. Gallus. in princip. ff. de liberis &
poſthumis. Quocirca rectè diſputatio hæc vnà cum illa de
ſubſtitutione explicari potuiſſet: ſicuti paſſim Doctores no-
ſtri expoſuerunt: ſed de induſtria eas ſeparaui, quo clariora
reddantur omnia, quantum per nos licebit.
11 Contraria † tamen opinio, quod ſcilicet inſtitutio non ex-
tenditur de caſu ad caſum, defendi poſſe videtur.
Primo text. l. commodiſſime. ff. de liberis & poſthum. quo
loci Pomponius reſpondit, quod ſi quis poſthumum ita inſti-
tuat, ſi me viuo naſcetur, non intelligitur inſtitutus poſthu-
mus, qui mortuo teſtatore natus eſſet: ſicuti econtra, non pre-
ſumitur inſtitutus, qui natus eſſet viuo teſtatore, cum facta
eſſet inſtitutio, ſi poſt mortem teſtatoris eſſet natus. Et ex
12 hoc reſponſo ſumitur illa iuris regula, quod † caſus omiſſus
habetur pro omiſſo, ſicuti colligunt per multi congeſti à De-
cio in conſilio 394. columna 1. à Socino Iun. in conſilio 102.
numero 4. libr. 1. & à Crauet. in conſilio 130. numero 7. alios
13 ſciens omitto. Verùm † reſpondetur primo. dict. l. commo-
diſſimè loqui, quando caſus omiſſus induceret diuerſitatem
perſonarum vel inſtituti, vel ſubſtituti: ſecus verò quando fa-
cta extenſione ad caſum omiſſum eadem maneret perſona
vocata, vt in caſu noſtro. Ita diſtinguunt & declarant Bartol.
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. numero 12. ff. de liber. & poſt-
humis Socin. Sen. in conſilio 87. columna penultima libro 3.
Curtius Iunius in conſilio 29. in fine, Ripa in l. prima, numer.
92. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. & Decianus in dicto conſ.
1. num. 145. libr. 1.
14 Reſpondetur † ſecundo. d. l. commodiſſime loqui, quando
caſus omiſſus eſt omnimodo diſſimilis expreſſo quo ad men-
tem, rationem & effectum à teſtatore conſideratum. Ita Ripa
in dicta l. prima, numero 93. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & De-
cianus in dicto conſilio 1. numero 145. verſiculo reſponde-
tur & aliter. libr. 1. In eo enim caſu (vt præter Ripam & De-
cianum hoc apertius exponam) l. commodiſſimè, non admiſit
Pomponius extenſionem de caſu ad caſum: quia coniecturam
fecit, patrem noluiſſe prouidere in vtroque caſu, quando in
vno ſolo prouidit. Si enim dixit, ſi viuo me natus erit, non
comprehendit caſum illum, ſi me mortuo naſcetur. Ea eſt ra-
15 tio, quia † maior affectio patris conſideratur erga natum ſe
viuo, quàm erga natum ſe mortuo. Quam quidem rationem
ſenſit Ripa in dicta l. prima, numero 93. & eius nomine ſup-
preſſo Alciatus in libro tertio, de verbor. ſignific. numero 12.
verſiculo confirmatur. Et idem Ripa adiungit teſtatorem
forte dubitaſſe de vxoris pudicitia, & ob id exiſtimaſſe, quod
ſi ſe mortuo naſceretur, non ex ſe, ſed ex adultero conceptus
eſſet. Si verò econtra dixit, ſi me mortuo natus erit, non con-
tinetur caſus, ſi me viuo naſcetur. Ratio eſt, quia de filio nato
ſe ſuperſtite noluit prouidere, ſolùm enim prouidere voluit
in caſu neceſſario, in quo ſcilicet nullo alio tempore proui-
dere potuiſſet. Præterea, cum dixit pater, ſi me mortuo naſce-
tur, & naſcatur eo viuo, fuit ſua in facultate mutare teſtamen-
tum, quod cum non mutauerit, præſumitur cum eo carente
effectu ob præteritionem decedere, & ſic voluiſſe locum eſſe
ſucceſſioni ab inteſtato, iuxta text. notab. l. 3. C. de inoff. teſt.
Porro in caſu noſtro, in quo adeſt (vt iam demonſtrauimus)
eadem ratio & præſumpta mens teſtatoris, idemque effectus,
ſiue natus & mortuus ſit filius, ſiue nunquam natus, dicen-
dum eſt, vnum caſum contineri ſub altero: vel ſaltem ad illum
extendi.





extendi. Et his conſtat non obeſſe, quod ſcripſi in conſil. 326.
num. 9. libr. 4.
16 Reſpondetur † tertio. dict. l. commodiſſimè, loqui, quan-
do agitur de extendenda inſtitutione hæredis, quæ non ad-
mittit extenſionem de caſu ad caſum: ſicuti admittit ſubſtitu-
tio. Ita in ſpecie reſpondit, & declarauit Corneus in conſil.
276. num. 12. lib. 3. quem ſecutus eſt Decianus in dict. conſ.
1. num. 146. libr. 1. Et huc accedit Dec. in l. quamuis. numer.
1. verſic. 2. reſpondetur. C. de impub. & aliis ſubſt. Ratio dif-
ferentiæ aſſignari poteſt ex traditione eorum, qui ſcripſerunt,
17 † inſtitutionem hæredis non induci coniecturis & præſum-
ptionibus, quemadmodum inducitur ſubſtitutio, vt diximus
ſupra in præſumpt.
18 Reſpondetur † quarto, quòd caſus dici non poteſt omiſ-
ſus, quando adeſt eadem ratio, & veriſimilis mens teſtatoris:
ſicuti hoc in caſu. Ita Curt. Sen. in conſ. 51. ſuper teſtamentis.
colum. penult. verſic. condeſcendo ad teſtamentum, quem ſe-
cutus eſt Decianus in dict. conſilio 1. num. 147. libr. 1. & præ-
ter eos idem ſcripſerunt Ruyn. in conſil. 170. num. 2. lib. 2. Ti-
raquellus in tract. de retractu conſang. §. 2. glo. 1. numer. 19. &
Pariſius in conſil. 54. colum. vlt. in conſil. 75. numer. 38. & in
conſil. 77. in fin. libr. 2. in conſilio 50. numer. 51. & in conſilio
66. num. 62. lib. 3.
19 Secundus eſt † caſus, quando agitur de extendenda hære-
dis inſtitutione de perſona ad perſonam. Hic caſus maiorem
habet dubitationem, quàm præcedens: cum magna ſit inter
Doctores contentio. Vna enim eſt opinio eorum, qui ſcri-
pſerunt, extenſionem hanc eſſe permiſſam ex veriſimili, &
præſumpta mente teſtatoris. Ita ſane Caſtren. & Imola in l.
Titius. in princ. ff. de liber. & poſthum. dum reiiciunt opinio-
nem gloſſæ ibi. Idem ſenſerunt Caſtren. in l. ſicut certi. C. de
teſtam. milit. Aretinus in dict. l. Titius. in princip. numero 6.
& in §. Lucius, in primo notab. Iaſ. in dict. l. Lucius, in princ.
nu. 19. dixit, eſſe opinionem æquiorem. Crottus in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. numer. 53. ff. de liber. & poſthum. & ibi-
dem Garzia numero 115. & Socin. Iun. numero 40. Eandem
opinionem ſecuti ſunt Curtius Sen. in conſilio 76. D. Ludoui-
cus Rottarius. colum. 10. verſicul. & ſic qui. Pariſius in conſi-
lio 50. numero 54. & in conſilio 66. num. 68. lib. 3. Socin. Iun.
in conſilio 129. numero 35. libr. 3. ſcripſerunt prædicti inſti-
tutionem à patre de aliquibus filiis factam extendi ad alium
filium, quem viuere atque ita ſe habere ignorabat.
Primo ſolet afferri text. l. 3. C. de inoff. teſtamen. quo loci
20 mater duos inſtituerat filios, † tertium verò quem poſt con-
fectum teſtamentum peperit, non. Deinde mater in puerpe-
rio ſic deceſſit, vt mutare teſtamentum non potuerit. Dubita-
tum fuit, an poſthumus ille diceretur præteritus, vel potius
inſtitutus vnà cum aliis. Reſponderunt Impp. Seuerus & An-
toninus, cenſeri inſtitutum, atque ita illa inſtitutio de duobus
iam natis facta extenditur ad hunc tertium. Repentini enim
caſus iniquitas (dixerunt Impp.) per coniecturam maternæ
pietatis emendanda eſt. Quare ſtatuerunt ipſi filio, cui nihil
præter maternum factum imputari poterat, virilem portio-
nem tribuendam eſſe perinde, ac ſi mater hæredes omnes fi-
lios inſtituiſſet. Nec repugnat conſideratio Alciati in libro 3.
de verbor. ſignifi. Cum dixit, ita ab illis Impp. fuiſſe conſtitu-
tum ob iuſtam impedimenti cauſam, & quia nullum filiis
damnum inde oriebatur, ac etiam odio querelæ. Et Alciati
conſiderationem, eius ſuppreſſo nomine probauit Berenga-
rius in d. l. vlt. num. 40. C. de poſth. hæred. inſtit. Nam reſpon-
detur, Impp. ſic conſtituiſſe propterea, quod fuit quidem in
animo teſtatricis illi teſtamento addere filij deinde nati in-
ſtitutionem expreſſam, quod cum morte præuenta facere non
potuerit, ſatis voluiſſe dicitur eam ſcriptam inſtitutionem &
hunc filium continere. Nec Impp. ipſi rationem habuerunt,
odij, querelę, & quod nullum inde aliis filiis damnum orieba-
tur: ſed ſolum conſiderarunt, coniecturatam teſtatricis volun-
tatem. Quæ quidem teſtatrix ſi interrogata fuiſſet, vtique re-
ſpondiſſet, velle vnà cum aliis duobus eſſe etiam inſtitutum
hunc tertium. Non omitto alium ſenſum ad d. l. 3. conſideraſ-
ſe Io. Marcum Aquilinum. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum
in verbo, ſed ex ſententia. num. 63. ſed quantum ad rem faciat
alij viderint.
Secundo comprobatur hæc opinio ea ratione, quam ſupra
21 attigi, quòd † ſi pater iſte teſtator fuiſſet interrogatus, an vel-
let & filium illum, quem habere ignorabat, eſſe pariter cum
aliis inſtitutum, vtique reſpondiſſet, velle. Cum æquè filius
ſit ac alij. Habetur ergo pro inſtituto, arg. gl. d. l. tale pactum.
§. qui prouocauit, quam ſupra retulimus: Eſt enim (vt dixit
Crottus in d. §. & quid ſi tantum. nu. 54.) præſumendum, quod
22 † teſtator ſeruare voluerit æqualitatem inter filios, l. illud. C.
de collatio. Omitto hic duo alia Crotti argumenta, quippe
quæ non multum ad rem faciunt.
23 Secunda † fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, inſtitutio-
nem hæredis non extendi de perſona ad perſonam etiam ex
mente præſumpta teſtatoris, vt ſi teſtator inſtituit duos filios,
& tertium, quem habere ignorabat, præteriuit, illa inſtitutio
de duobus facta ad tertium hunc non extenditur. Sic ſanè ſcri-
pſerunt glo. in d. l. Titius, in prin. ff. de lib. & poſth. Bart. in l. ſi
quis ita. num. 3. ff. de teſta. tutela. manifeſte Aretinus in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum. col. 3. verſ. 2. adde. ff. de lib. & poſthu.
qui eiuſdem opinionis retulit Dynum, Oldradum, Bartol. Al-
bericum & Comenſem in d. l. Titius. Ita etiam Alexan. in l. ſi-
cut certi. num. 3. C. de teſta. milit. & in d. l. Titius. in prin. col.
vlt. & ibidem Iaſ. num. 19. & Idem Iaſon in conſil. 220. col. 4.
verſ. ſtat ergo. & in conſ. 228. col. 2, lib. 2. Ruynus in conſ. 74.
num. 12. lib. 1. Decius in conſ. 291. num. 6. & in conſ. 394. nu.
7. & 8. Pariſius in conſ. 63. num. 12. libr. 2. Ripa in l. 1. nu. 92.
ff. de vulg. & pup. ſubſt. Soc. Iun. in conſ. 4. nu. 14. lib. 3. Alcia-
tus in lib. 3. de verb. ſignif. num. 5. & 6. & in d. §. & quid ſi tan-
tum in 2. lect. nu. 19. Vaſquius in tracta. de ſucceſſionum pro-
greſſu, in interpretatione. l. 3. nume. 9. C. de inoff. teſta. Ioan.
Marcus Aquilinus in d. §. & quid ſi tantum, in verbo. Sed ex
ſententia. nu. 61. & Hieronymus Gabriel in conſ. 95. num. 13.
lib. 1. qui. Et hos viſus ſum ſequi in conſ. 97. nu. 92. lib. 1. & in
conſ. 171. num. 20. verſ. 6. comprobatur. lib. 2.
Primo adduci ſolet text. l. ſi quis ita. §. ſi quis cum ignora-
24 ret. ff. de teſta. tutela. vbi datio † tutelæ facta à patre filiis non
extenditur ad filium illum, quem pater ignorabat habere.
Cum tamen mens præſumpta ac veriſimilis credatur teſtato-
ris, qui ſicuti prouidit aliis, prouidiſſet etiam alij ſi ſciuiſſet ſe
eum habere.
Reſpondent primo Aretinus & Alex. in d. l. Titius, ac etiam
Crottus in d. §. & quid ſi tantum. num. 55. verſ. & tenendo. d.
§. ſi quis cum ignoraret, loqui in datione tutelæ, quæ licet ſit
25 fauorabilis † ex parte pupillorum, quibus datur tutor: reſpe-
ctu tamen ipſius tutoris eſt odioſa: cum contineat onus. l. tria
onera. ff. de excuſa. tuto. Et in ea ſtricta fit interpretatio. l.
quod ſi nepotes. ff. de teſta. tutela & §. vlt. in inſtit. Qui teſta.
tut. dari poſſ.
Reſpondent ſecundo Aretinus & Crottus præcitatis in lo-
cis, in datione tutelę verſari ſolum filij fauorem. In inſtitutio-
ne verò verſari non modo fauorem filij: ſed etiam teſtatoris,
26 eius teſtamentum valeat. Hinc † eſt, quod ſi tutor detur certę
rei, vitiatur tutela. l. ſi certarum. ff. de teſta. tutela. & in §. 1. in
27 inſtit. Qui dari tuto. poſſ. Et tamen † inſtitutio in re particu-
lari facta valet: quia trahitur ad omnia bona defuncti, detra-
cta mentione rei particularis. Si inſtituto nullus datus eſt co-
hæres. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.
Reſpondet tertio Crottus in d. §. & quid ſi tantum. nu. 55.
verſ. vel aliter & melius, quod in caſu noſtro totum vitiaretur
teſtamentum, niſi inſtitutio extenderetur ad alium filium non
nominatum: ne ergo teſtamentum in totum vitietur, fit inter-
pretatio & extenſio, vt valeat. arg. text. l. hoc modo. in fine. ff.
28 de condit. & demon. Hinc † fit, quod quando agitur de con-
ſeruando teſtamento, & hæredum inſtitutione, diſpoſitio fa-
cta in caſu ſimplici extenditur ad caſum miſtum. l. ſi ita ſcri-
ptum. ff. de lib. & poſth. Diuerſum eſt in caſu. d. §. ſi quis cum
ignoraret. Nam ibi (inquit Crottus) teſtamentum non vitia-
tur: nec etiam vitiatur tutela reſpectu aliorum filiorum, quos
teſtator ſciebat ſe habere, & propterea non fit extenſio. Et in-
terpretationem hanc ſenſit etiam Aretinus in dict. l. Titius. in
princ. colum. 3. verſic. tu dic melius, & ibidem ſecutus eſt Iaſ.
num. 20. Nec dicatur, ſecundum aliquos, imò etiam in caſu. d.
§. ſi quis cum ignoraret, etiam dationem tutelæ quò ad alios
filios videri nullam & inutilem. Nam aut teſtamento datus
fuit tutor: & tunc neceſſe eſt dicere, eum quoque filium fuiſ-
ſe inſtitutum, alioqui teſtamentum fuiſſet nullum, & datio
tutelæ quo ad alios filios inutilis extitiſſet. l. ſi nemo. ff. eod.
titul. ff. de teſta. tutela, iuncta l. ſi filius, qui in poteſtate. ff. de

liberis & poſthum. Aut verò datus fuit tutor in Codicillis, &
29 tunc † dicendum eſt inutilem fuiſſe dationem: cum dari non
poſſit tutor in codicillis, niſi teſtamento confirmentur. l. 3. ff.
de teſta. tutela. Baldus in l. ſi emancipati. num. 10. C. de colla.
& Socinus Sen. in conſil. 283. num. 3. in fine. lib. 2. Nam vno
verbo reſpondetur, quod ſi in caſu. d. § ſi quis cum ignoraret,
concedimus tutorem datum fuiſſe in teſtamento, inſtitutio
quidem extendetur ad filium illum, quem pater teſtator ſe ha-
bere ignorabat; datio verò tutelæ non. Rationem differentiæ
iam conſiderauimus. Si verò concedimus, tutorem datum
fuiſſe in codicillis etiam teſtamento non confirmatis, non
tamen datio eſt nulla, cum à iudice confirmari potuit. l. 1. ff.
de confir. tuto. ibi, aut in codicillis non confirmatis. Et ibi-
dem annotarunt gloſſa & reliqui. Nec Vlpianus in d. § ſi quis
cum ignoraret, dubitauit de validitate tutelæ aliorum, ſed
eam validam præſuppoſuit.

Secundo hac pro opinione affertur argumentum, quod
actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l.
non omnis, in princip. ff. ſi certum petat. At qui teſtator inſti-
tuendo filios non conſiderauit eum, quem habere ignorabat.
d. l. ſi quis ita. § ſi quis cum ignoraret. ff. de teſta. tutela. Ergo
ad eum non extenditur inſtitutio: quia hoc eſſet contra inten-
tionem teſtatoris.

30 Reſpondet † Crottus in d. §. & quid ſi tantum. numer. 56.
quòd actus agentium operantur vltra intentionem in his, ſine
quibus voluntas ſuum effectum conſequi non poſſet, vt do-
cuit Bart. in repet. l. Barbarius. num. 5. verſic. 2. oppo. ff. de of-
ficio Præto. ſed in caſu noſtro voluntas teſtatoris non poſſet
ſortiri effectum, niſi prædictus filius diceretur inſtitutus: quia
vitiaretur filij præteritione inſtit. de exhæred. libero. in prin-
cipio. Ergo, &c. Verum dubia eſt illa traditio Bartoli: cum iu-
ra ab eo allegata, nempe. l. illud, & l. ad rem mobilem. ff. de
procura. loquantur, quando aliquid venit in neceſſarium an-
tecedens, vel conſequens. Nam id non dicitur vltra intentio-
nem agentis: ſed ſecundum eam: cum eius mentis fuerit con-
cedere omnia neceſſaria ad executionem actus, l. 2. ff. de iu-
riſdict. omn. iud.

Reſpondet ſecundo Crottus in d. §. & quid ſi tantum. num.
56. verſic. 2. reſpondetur, regulam illam. l. non omnis, locum
non habere, quando adeſt voluntas implicita, & ſi non expli-
cita adſit. Nam ſufficit illa ſic implicita, vt actus ſuum effe-
ctum operetur, ita etiam declarat. Porro in caſu noſtro extat
hæc voluntas implicita: cum veriſimile ſit teſtatorem in gene-
re, & implicitè voluiſſe omnes filios ſuos eſſe inſtitutos.

31 Tertiò ſic ducitur † argumentum, teſtatoris voluntas in-
terpretanda eſt ſecundum id, quod teſtator ipſe credebat, &
opinabatur: non autem ſecundum id, quod erat in veritate. l.
quo loco. § 1. ff. de hæred. inſtit. vbi Imola. At qui teſtator iſte
credebat filium hunc ſuum eſſe mortuum: qui tamen in veri-
tate viuebat. Ergo dici non poteſt, quod cenſeatur inſtitutus,
conſiderata opinione teſtatoris.

32 Reſpondet † Crottus in d. §. & quid ſi tantum. numero 57.
quod quando agitur, vt voluntas teſtatoris valeat, non autem
pereat, potius conſideratur id, quod eſt in veritate quàm id,
quod eſt in opinione. § ſi quis ſuam, in inſtit. de leg. Porro in
caſu noſtro agitur, vt valeat teſtamentum, & hæredis inſtitu-
tio. Ergo, &c.

33 Quarto & vltimo † affertur argumentum, quod hæredis
inſtitutio non inducitur coniecturis, & præſumptionibus, ſed
verbis expreſſis. l. iubemus. C. de teſta. & tradunt multi, quos
commemoraui ſupra in præſumpt. 19. in prima opinione.
Cum ergo hic filius, quem pater habere ignorabat non fuerit
expreſſus verbis in teſtamento, non dicitur hæres inſtitutus.

Reſpondetur primo, nos non diſputare, quod filius iſte
fuerit vere inſtitutus, vel expreſſis verbis vel coniecturis, ſed
contendimus, inſtitutionem de aliis factam extendi etiam ad
hunc, ex præſumpta mente teſtatoris, atque ita extenſio eſt,
quam lex facit, ſed tamen fundata in mente præſumpta teſta-
toris: ſicuti dicimus in caſu. l. cum auus. ff. de cond. & dem. vt
ſuo loco explicabimus.

Reſpondetur ſecundo, nos hic verſari in teſtamento con-
fecto à patre inter liberos, in quo ſufficiunt coniecturæ ad in-
ducendam hæredis inſtitutionem, vt declaraui in dicta præ-
ſumpt. 19. in ſecundo caſu, ex ſententia Emanuelis Coſtæ.

Tertius eſt caſus, quando agitur de extendenda hæredis in-
ſtitutione de tempore ad tempus. Qui ſane caſus explicari ſa-
tis poteſt ex his, quæ dicemus infra in præſumpt. 64. in fine,
vbi diſſerui, quando ſubſtitutio directa extendatur de tem-
pore ad tempus.

## PRÆSVMPT. XXVII.

### Succedentes ab inteſtato, an & quando ex præſum- pta, vel ficta morientis voluntate ſuccedere dicantur.

### SVMMARIVM.

*1 Succedentes ab inteſtato, an & quando ex coniecturata mente vel ficta morientis voluntate ſuccedere dicantur.*
*2 Diſponere de bonis is non dicitur, qui inteſtatus decedit.*
*3 Verbum, Creditor, fictionem ſignificat.*
*Quòd imò præſumptionem. num. 4.*
*5 Dictio, quaſi, fictionem importat.*
*Necnon improprietatem quandoque. num. 6. & 12.*
*7 Succedens ab inteſtato vere & proprie non dicitur ſubſtitutus à teſtatore ſed à lege.*
*8 Fictio illa dicitur, quæ præſupponit veritatem in contrarium.*
*9 Lex ſtatuit, ſanguine proximiores ſuccedere ei, qui inteſtatus deceſſit.*
*10 Succedentes ab inteſtato mulieri, cui vir reliquerat hæreditatem hoc pacto, vt poſt eius mortem reſtitueret hæreditatem eiuſdem viri conſanguineo, ſed de ipſa hæreditate ad libitum diſponere poſſet ad valorem mille: an ſuccedant in dictis mille, muliere prædefuncta inteſtata.*
*11 Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & quibus dederit, tranſit etiam ad hæredes extraneos ab inteſtato tamen ſuccedentes.*
*13 Decedens inteſtatus dicitur teſtari permiſſiuè non autem diſpenſatiuè.*
*14 Succedentes ab inteſtato habentur tanquam hæredes ſcripti, & ſic improprie, cum verè ſcripti non ſint.*
*Declara, vt num. 16. & 17. & ſeq.*
*15 Præſumptum à lege dici etiam tacitum.*

1 DISPVTATIO † eſt non mediocris inter Do-
ctores, an & quando ſuccedentes ab inteſtato
ſuccedere dicantur ex præſumpta vel ficta volun-
tate morientis? Prima fuit opinio eorum, qui
opinati ſunt, hos ſuccedere ex ficta quadam voluntate dece-
dentis nullo condito teſtamento. Ita ſane glo. in l. conficiun-
tur, in princ. ff. de iure cod. Iacobinus à S. Georgio in inue-
ſtitura feudali. in verbo. Marchio. in fin. & Berous in conſil.
84. in fin. libr. 2. qui propterea reſpondit, quod ſi data eſt ali-
2 cui † facultas diſponendi & ordinandi inter viuos, vel in vlti-
ma voluntate de aliquibus bonis, non dicitur diſponere, ſi in-
teſtatus decedit.

Et horum quidem opinio probari videtur primo eo text.
dicta l. conficiuntur, ibi. Quoniam creditur paterfamilias
ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem. Verbum,
3 † creditur, fictionem quandam ſignificat. Bartol. in l. ſi is, qui
pro emptore. numer. 34. ff. de vſucap. & Iaſ. in l. lecta. numer.
4 14. ff. ſi certum peta. Cæterum † facile reſpondetur, imò ver-
bum, creditur, ſignificare præſumptionem, quemadmodum
ex ſententia Curtij, & Zuccardi, quos infra referam, ſcripſi
ſupra libr. 1. quæſt. 10. num. 7. Secundo ad rem magis pertine-
re videtur text. l. ſi Titio, & Mæuio. § 1. de leg. 2. dum Vlpia-
nus dixit, ſuccedentem ab inteſtato, cui accreſcit portio cum
onere legitimi hæredis repudiantis, dici quaſi ſubſtitutum. Il-
5 la † dictio, quaſi, fictionem quandam ſignificat: vt ſcribunt
Bartol. in dict. l. ſi is, qui pro emptore, num. .. Verum poteſt
6 † reſponderi, dictionem quaſi, eo loci ſignificare quandam
7 improprietatem: cum † vere & proprie non dicatur ſubſtitu-
tus à teſtatore, ſed à lege, ſicuti Comenſ. ibi in fine, dixit, hanc
eſſe ſubſtitutionem legalem. Quam tamen, (vt ego inter-
pretor) facit ipſa lex ex præſumpta mente morientis. Ter-
8 tio huic † opinioni ſuffragari videtur, quod fictio illa eſſe
dicitur, quæ præſupponit veritatem in contrarium. Bartol.
in dicta l. ſi is, qui pro emptore. num. 21. & ſcripſi ſupra libr.





1. q. 8. num. 4. At hic, veritas eſt in contrarium: quia defunctus
iſte nihil dixit, nihilque diſpoſuit. Eſt ergò fictio. Reſponde-
tur, quod etſi hic, qui deceſſit inteſtatus, nihil manifeſtè dixit,
vel diſpoſuit: tacitè tamen dixiſſe dicitur. Nam ſi noluiſſet il-
los ſuccedere, teſtamentum confeciſſet, & alios hęredes feciſ-
ſet. cùm ergò teſtamentum non fecerit, voluit conſentire le-
9 gi, quæ † ſtatuit ſanguine proximiores ſuccedere ei qui inte-
ſtatus deceſſiſſet. iuxt. l. 1. § vel maximè. ff. de colla. bon. vbi.

Secunda fuit opinio aſſerentium, hos ab inteſtato ſucce-
dentes, ſuccedere ex præſumpta voluntate defuncti. Ita Vaſ-
quius pag. 373. num. 119. Bald. Nouellus in l. cum filioſa. nu.
4. de leg. 1. qui ſcriptum reliquit, ſe aliquādo hac de facti ſpe-
10 cie reſpondiſſe. Teſtator † inſtituerat vxorem ſuam hęredem,
& dixerat, quod poſt mortem ſuam reſtitueret vniuerſam hæ-
reditatem cuidam ſuo conſanguineo. Et quod prædicta vxor
poſſet de ipſa hæreditate ad libitum diſponere, vſque ad valo-
rem mille. Deceſſerat hæc vxor inteſtata, hoc eſt, nulla facta
expreſſa diſpoſitione de illis mille. Dubitabatur, an hæredes
ab inteſtato, qui ſucceſſerant ipſi mulieri, poſſunt conſequi il-
la mille. Dixit Baldus, ſe reſpondiſſe hæredes illos potuiſſe
conſequi dictam ſummam: quia illa vxor ſatis dicebatur di-
ſpoſuiſſe: cum venientes ab inteſtato vocaſſe diceretur. d. l.
conficiuntur. Et maximè (dixit Bald.) quia nihil ab eis ade-
mit. Nam nihil adimendo, voluit eos ſuccedere in omnibus
bonis, atque ita etiam in illis mille. Et hanc Baldi Nouelli
traditionem dum ſimili in caſu reſponderem, ſecutus ſum in
conſil. 210. num. 50. lib. 3. poſt Curtium Iuniorem, Socynum
Iuniorem. Crauettam, & Nattam, quos ibi retuli. Et eo etiam
loci num. 49. commemoraui illud Iaſonis in Rubr. de liberis
& poſthum. nu. 7. & in conſ. 202. colum. 6. verſ. 6. benè facit,
& verſ. 7. lib. 2. cum dixit, quod ſi pater legitimauit filium hac
conditione, quod ſuccederet ex teſtamento, vel ab inteſtato,
dummodo de eius proceſſerit voluntate, ſi deceſſit pater inte-
ſtatus, nulla facta declaratione inter viuos, quod vellet filium
ſibi ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato, reſpondit Iaſ.
quod is pater decedendo ab inteſtato ſatis dicitur declaraſſe,
& vocaſſe ipſum filium, vt poſſet ſuccedere. Et Iaſonem ſecuti
ſunt Alciatus, & Bolognetus, quos retuli præcitato in loco.
Et egregiè reſpondit Curtius Iunior in conſ. 4. num. 15. quod
11 emphyteuſis † Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & quibus dede-
rit, trāſit etiam ad hæredes extraneos ab inteſtato tamen ſuc-
cedentes: cum in eos dicatur inteſtatus decedens alienaſſe: at-
que ita vſum fuiſſe facultate ſibi conceſſa per clauſulam illam,
& pro quibus dederit.

Et hæc quidem opinio ſecundum Curtium Iun. in d. conſ.
4. num. 16. probatur eo text. d. l. conficiuntur, ibi. Quoniam
creditur paterfamil. &c. Illud verbum creditur, (vt attigit ſu-
12 prà) ſignificat † præſumptionem, non autem fictionem hoc
in caſu: quia alioqui eſſet præſupponenda veritas in contra-
rium, nempè quod defunctus ille noluerit hos ſuccedere: cum
tamen de contraria eius voluntate non appareat.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt hanc ſucceſſionem
tacitam, non autem factam, vel præſumptam. Ita Bal. in conſ.
118. Præſuppoſito. col. 2. li. 4. quem ſecutus eſt Crau. in conſ.
176. in fine eiuſdem opinionis, addo Baldum in l. cunctos po-
pulos. nume. 17. verſ. venio ad ſecundum. C. de ſum. Trinit. &
fide Cathol. in l. non iuſtam. num. 8. C. ad Trebell. & melius
in l. ſi emancipati. in 8. oppoſit. num. 11. de collation. qui ſcri-
13 pſit, quod † decedens inteſtatus dicitur teſtari permiſſiuè, non
autem diſpenſatiuè. Nam (inquit Baldus) aliud eſt permitte-
re, in quo ſola cauſa efficiens, id eſt, voluntas tacita morientis
extat, & aliud eſt diſponere, in quo apparet cauſa efficiens,
formalis, & materialis. Et ideò ſuccedens ab inteſtato non ha-
bet (inquit Baldus) formalem titulum ab homine: ſed à le-
ge. Et Baldum ſecutus eſt ibidem Caſtren. num. .. & apertiùs
Alexand. in conſ. 44. in fine. lib. 4. Ita quoque Comenſ. in d. l.
conficiuntur. num. .. de iure cod. & in l. 1. num. 10. ff. de leg.
1. dixit, ſuccedētes ab inteſtato venire impropriè, id eſt, taci-
tè voluntate defuncti, propriè verò diſpoſitione legis. Bald.
quoque ſecuti ſunt Ioan. de Garronib. in authent. ex teſta-
mento. num. 8. C. de ſecund. nup. & Cæphalus in conſ. 59. nu.
21. lib. 1. Et ſententiam hanc probat. l. ſi quis cum teſtamen-
tum nullum. in princ. & § 1. ff. de iure codicil. vbi ſuccedentes
14 † ab inteſtato intelliguntur, id eſt, habentur tanquam hære-
des ſcripti, & ſic impropriè, cum verè ſcripti non ſint. Et in d.
l. ſi Titio, & Mæuio. § 1. de leg. 2. appellantur quaſi ſubſtituti.
Non enim habēt expreſſam vocationem, id eſt, formalem, &
materialem: ſed tacitam tantū à cauſa efficienti nempè à mor-
tuo illo. Et hæc quidem opinio, ſi rectè perpendimus, non
multum differt à præcedenti. Cum re ipſa nulla ſit differentia,
quòd dicamus eſſe ſucceſſionem ex præſumpta, vel ex tacita
15 voluntate defuncti. Quandoquidem id quod † eſt præſum-
ptum à lege, dicitur & tacitum. l. cum auus. ff. de cond. & dem.
& dicemus infra in præſump. Et hoc in caſu defendi fortè po-
teſt opinio Boerij in d. conſ. 84. in fine lib. 2. quod ſcilicet re-
ſpectu cauſæ formalis, & materialis dici nō poſſit is diſpoſuiſ-
ſe, qui inteſtatus deceſſit. Et idem ſenſit Aretinus in l. Gallus.
in prin. num. .. ff. de lib. & poſth. quem ibi ſecutus Marius Sa-
lomonius. num. 39. Dixit Aretinus, ſuccedentes ab inteſtato
venire quidem ex tacita mente defuncti, non tamen poſſe dici
hæredes inſtitutos.

16 Declaratur † primo hæc præſumptio, vt locum tunc demū
habeat, quando ille defunctus diſponere, & de rebus ſuis te-
ſtari potuit: aliàs ſecus. Ita Ripa in l. Centurio. num. 110 ff. de
vulga. & pupil. ſubſtit.

17 Declaratur † ſecundo, vt procedat quando illi ſuccedentes
ab inteſtato habiles ſunt ſuccedere: ſecus ſi inhabiles. Nam
inhabiles vocati non præſumuntur: quemadmodum contin-
git, quando ſtatutū excludit filias dotatas. Hæ enim, & ſi alio-
qui ſi ſtatutum non extaret, ſuccederent ab inteſtato: attamen
hoc caſu ex quo ſtatutum eas reddidit inhabiles, non præſu-
muntur vocatæ à defuncto. Ita Bald. in l. pactum, quod dotali.
q. 3. C. de collatio. vbi Salicetus. Alex. in l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta. nu. 8. de verb. oblig. alios commemorant Geor-
gius Natta in cap. quamuis. in limit. 9. de pactis in 6. Pariſius
in conſ. 26. nu. 17. & in conſ. 69. num. 34 lib. 3. & Vaſquius in
Tract. de ſucceſſionum creatione. lib. 2. § 18. in requiſito. 29.
num. 119.

18 Declaratur † tertiò, vt locum habeat hæc prǽſumptio, quo
ad venientes ab inteſtato, qui tempore mortis, ſeu ſucceſſio-
nis ſunt in primo gradu ſuccedendi. Ita glo. & ibi Baldus in l.
non iuſtam. num. 8. C. ad Trebell. Imola in l. ſi Titio, & Mæ-
uio. § 1. in fine. ff. de leg. 2. Socinus ſenior, ſeu Salluſtius Peru-
ſinus inter conſilia ipſius Socini in conſ. 152. col. 5. eſt in pri-
ma ſubſcriptione lib. 1. Iaſ. in auth. ex cauſa. in fine. C. de lib.
præterit. & in l. 1. § hoc auth. col. 1. Aud. Trebell. Hanc tamen
traditionem gloſſæ l. iuſtam. reiici à multis ſcripſit Cagnolus
in d. auth. ex cauſa. in fine.

19 Declaratur † quartò, vt locum habeat hæc præſumptio
in ſucceſſionibus Ciuilibus: ſecus verò in prætoriis, id eſt, in
bonorum poſſeſſione. Ita Bald. in d. l. non iuſtam. num. 8. C. ad
Trebell. motus textu l. 1. § vel maximè. ff. de collat. bono. Cæ-
terùm à Baldo diſſentiunt Decius in l. 1. in 2. lectura. nu. 5. C.
qui admitti, & Zuchardus in l. vlt. nu. 354. in fine. C. de edicto
Diui Adria. tollen. Diſſentit etiam Imola in l. ſi Titio, & Mæ-
uio. § 1. in fine. de leg. 2.

## PRÆSVMPT. XXVIII.

### Exhæredatio quando bona, vel mala mente facta præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Exhæredatio quando bona vel mala mentè facta præſumatur.*
*2 Pater præſumitur bona mente exhæredare filium. num. 4.*
*3 Exhæredatio odioſa eſt, & ideo non præſumitur bona mente facta.*
*5 Pater quando præſumatur mala mente filium exhæredaſſe.*
*6 Exhæredatio ad tempus fieri non poteſt.*
*7 Pater præſumitur bona mente filium exhæredaſſe, quando iuſſit hæredi ſcripto reſtituere integram hæreditatem, vel ſaltem legitimam ipſi filio exhæredato.*
*Et quàm ſit vtilis hac exhæredatio. num. 8. & 9.*
*8 Statuto ſtante, & filij mercatorum teneantur ſoluere omne æs alienum patris, etiam ſi repudiauerint vel abſtinuerint ab hæreditate patris: ſi pater exhæredauerit filios hoc adiecto, quòd hæres ſcriptus teneatur reſtituere hæreditatem vel ſaltem legitimam ipſis filijs, valet exhæredatio, & liberantur filij ab obligatione ſtatuti.*

1 Cvm pater filium † exhæredauit, an bona vel mala mēte id fecerit, dubitari apud Doctores ſolet. Qua in re variæ ſunt interpretum opiniones. Prima fuit
2 eorum, qui ſcripſerunt, præſumi † patrem bona mente exhæredaſſe filium. Ita Bartol. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. num. 6. verſi. porrò. ff. de operis liber. qui ea vſus eſt ratione; quod tantus eſt amor quo pater filium proſequitur, vt præſumatur ſemper pro eo bonum conſilium ſumere. l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adulter. atque ita velle eius commodis prouidere. Quæ ſanè ratio leuis eſt: Cùm iam conſtet, patrem lædere ipſum filium, ab eo auferendo ſucceſſionis commodum. Afferri etiam ſolet tex. l. ſi patronus. §. ſi quis mala mente. & §. ſeq. ff. de bonis libert. qui tamen non probat: cum loquatur in claris, quando ſcilicet iuſta de cauſa id fecit pater. Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, exhæredationem præſumi mala mente factam. Sic Baldus in l. liberti libertæque in prin. C. de operis libert. Angelus in l. ſi tibi. §. ſi pactus ff. de pactis. Alex. in l. 2. in princ. num. 23. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Zaſius in l. 1. §. ſubſtituere. nu. 45. ff. eo. tit. Vaſquius quem infrà referam. d. §. 14. nu. 133. Quorum ſententiam probat. l. teſtamento centurio. ff. de manumiſſ. teſta.

3 Ea etiam affertur † ratio à Baldo & reliquis; quod cum exhæredatio odioſa ſit, quippè quæ filium ſucceſſione priuat, non poteſt præſumi bona mente facta. Nam re ipſa pater ſignificare videtur, non diligere, ſed odioſo proſequi ipſum filium.

4 Tertia fuit opinio Ripæ † in l. 2. in ptinc. numero 36. ff. de vulg. & pup. ſubſti. qui diſtinguit, aut pater aliquid legauit filio exhæredato: & tunc præſumitur bona mente eum exhæredaſſe. Et hoc caſu poteſt habere locū illa prima opinio Bar.
5 Aut nihil ei reliquit: & tunc præſumitur † mala mente exhæredaſſe. Ita procedit opinio ſecunda Baldi. Hanc diſtinctionē in ſpecie reiecit, & rectè Vaſquius in Tract. de ſucceſſionum progreſſu parte ſecunda lib. 2. tit. de pupillari ſubſtitutione. §. 14. nume. 132. qui dixit, Ripæ diſtinctionis repugnare. l. cum quidam. C. de legatis.

Quarta fuit opinio Alciáti in Tract. de præſumptio. reg. 1 præſumpt. 2. num. 2 & in l. 2. in princ. nu. 48. ff.. de vulg. & pup. ſubſti. qui ſic diſtinguit, aut pater exhæredauit filium quò ad ea bona, quæ alioqui ipſi filio relinquere tenebatur iure filiationis: ſicuti eſt ius patronatus. Et hoc caſu (inquit Alciatus) locum habet prima illa opinio Barto. in d. §. ſi liberi. nu. 3. Aut pater exhæredauit filium quo ad alia bona, quæ non tenebatur iure filiationis ei relinquere: & hoc caſu procedit ſecunda illa opinio Baldi & ſequacium. Cæterùm cum illa Bart. nec iure, nec ratione probetur, vt diximus; reiicienda eſt hæc Alciati diſtinctio, & retinenda ſecunda illa opinio Baldi.

Declaratur prædicta opinio, vt locum non habeat quando aliqua coniectura colligi poteſt, patrem bona mente exhæredaſſe filium. Ita Doctores, quos infra referam.

6 Prima eſt coniectura, quando pater † cognoſcit filium nō eſſe induſtrium, & ob id vſque ad certum tempus eum exhæredat, ſeu ei prohibet ne alienet vſque ad certum ſuæ ætatis tempus. Ita Alciatus in d. præſumpt. 2. num. 3. verſ. & probatur; adductus auctoritate Bart. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. ſubſt. qui tamen non appellat hanc exhæredationem; ſed ſolùm alienationis prohibitionem. Et verè exhæredatio eſſe non poteſt: cum illa ad tempus fieri non poſſit: ex quo neceſſe foret, vt inſtituti hæredes poſt certum tempus hæredes eſſe deſinerent, contra tex. l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſt. & ſcripſi in conſil. vlt. num. 5. lib. 1. Eſt itaque ſola quædam prohibitio alienationis, quæ conſiſtit quemadmodum poſt Barto. affirmarunt Caſtren. in conſilio 77. Viſis & conſideratis omnibus. colum. ſecunda, lib. primo. Comenſ. & reliqui in l. filiusfam. §. Diui. ff. de lega. 1. Idem ſcripſerunt Picus in l. in quartam, numero quinquageſimooctauo. ff. ad l. Falcid. Feratius in cautela trigeſimaquinta. Alciatus in dicta præſumpt. ſecunda numero tertio, & Rodericus Zuares in l. quoniam in prioribus, in prima limitatione, num. 7. Et hæc quidem recepta eſt opinio, & ſi diſſentiunt Aret. in conſilio 16. num. 6. Ferdinan. Loazes in d. §. Diui. num. 125. Conferunt ad rem noſtra multa ſimilia congeſta à Roderico in d. prima limitatione.

7 Secunda eſt † coniectura, quando pater iuſſit hæredi ſcripto reſtituere integram hæreditatem, vel ſaltem legitimam ipſi filio exhæredato. Nam tunc præſumitur patrē bona mente exhæredaſſe filium. Ita in ſpecie Iaſon l. multi non notæ. num. 1. ff. de lib. & poſthu. poſt alios à ſe commemoratos. & idem ſcripſit Vaſquius in d. §. 14. nu. 133. adducti eo textu. d. l. multi. & textu l. Sæius Saturninus. ff. ad Trebell. Et hic hæres ſic grauatus appellatur fiduciarius, qui ob id non detrahit aliquam Trebellianicam. l. fideicom. §. vlt. ff. eo. ad Trebell. vbi Roma. & Imola, & Iaſon præcitato in loco.

8 Et hæc quidem exhæredatio † bona mente facta adeò iure valet, vt nulla detur querela ipſi filio exhæredato. Ita ex l. filiis matrem. C. de inoff. teſta. ſcripſit ibidem poſt alios Iaſon. nu. .. & idem in d. l. multi non notæ. num. 5. ff. de lib. & poſth.

9 Eſtque vtilis † hæc exhæredatio multis in caſibus, ſed præſertim, quando exſtaret ſtatutum, quod filij mercatorum, & ſi repudiauerint, vel abſtinuerint ab hæreditate patris, nihilominus teneantur æs alienum patris ſoluere. Nam tunc adhiberi poteſt hæc cautela & remedium, quod pater exhæredet filium, qui ob id euitabit ſtatuti diſpoſitionem. Ita docuit Baldus in l. dotis. in fine. C. de iure dotium, quem ſecuti ſunt Anchar. in repet. cap. Canonum ſtatuta. num. 136. de conſtit. & Imola in cap. pen. de confeſſis.

## PRÆSVMPT. XXIX.

### Exhęredationis cauſa in teſtamento à patre expreſſa, an vera vel falſa præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Exhæredationis cauſa in teſtimonio à patre expreſſa an vera vel falſa præſumatur.*
2 *Teſtator non præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
3 *Filij non præſumuntur ingrati, niſi probetur ingratitudo.*
4 *Morientis aſſertioni in alterius præiudicium non eſt credendum.*

1 Cvm pater † filium exhæredat, & exhæredationis cauſam exprimit, dubitatum eſt an vera, vel falſa præſumatur cauſa illa? Irnerius antiquus ac omnium primus gloſſator in auth. nō licet. C. de lib. præter. opinatus eſt, præſumi cauſam eſſe iuſtam. Nam cum pater ſummopere diligat filium. l. iſti quidem, in fine. ff. quod metus cauſa: præſumendum eſt, quod niſi cauſa eſſet vera, eam non expreſſiſſet. Et accedit, quod cum pater cauſam ipſam expreſſerit in teſtamento, quo tem-
2 pore † cogitat de morte, non eſt præſumendum quod fuerit ſalutis æternæ immemor. iuxta l. vlt. in fine. ff. ad l. Iul. repet. atque ita non præſumitur mendatium dixiſſe. Cæterùm contrarium opinio verior eſt, quod imò ſemper præſumitur falſa cauſa illa exhæredationis expreſſa à patre: ſicuti ſcripſerunt Petrus, & Azo in auth. non licet. C. de lib. præter. Bart. in §. ſiue igitur. num. 1. in auth. vt cum de appell. cognoſ. Pract. Papienſis in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamēto, in verbo, ac etiam realiter. num. 23. & Io. Igneus in auth. ex cauſa. num. 5. & 6. C. de liberis præter. Ioan. Dilectus in Tract. de arte teſtandi in tit. cautela. Alciatus in tract. de præſumption. reg. 1. præſump. 16. num. 1. Quorum ſententiam probat tex. §. ſin autem hæc omnia. in auth. vt cum de appellat. cognoſ. ibi: *Siue vnam quamlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatim, vel nominatas cauſas, vel vnam ex his veram eſſe monſtrauerint, &c.* Atque ita in omnibus benè emendatis Codicibus legitur illa copulatiua, & ſcripti hæredes, &c. non autem alternatiua. Et accedit quod in l. omnimodò. C. de in-
3 offic. teſtam. dicitur, † filios non præſumi ingratos, niſi ingratitudo probetur. & ibi annotarunt Bart. & Iaſon. num. 7. Ita ergò non præſumitur vera illa cauſa exhæredationis expreſſa à teſtatore. Nec ei adhibenda eſt fides ob affectionem, & amorem (vt ſuprà dicebatur) erga filios: quia exhæreda-
4 tio ipſa contrarium ſignificat: Nec etiam aſſertioni † morientis in alterius præiudicium credendum eſt: ſicuti alibi ſcripſi.

## PRÆSVMPT. XXX.

### Exhæredatio an & quando coniecturis, & præſumptionibus inducta cenſeatur.

SVM



### SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio an & quando coniecturis, & præſumptionibus inducta cenſeatur per tot.*
*Et an ſolæ coniecturæ, & præſumptiones ſufficiant ad inducendam exhæredationem num. 2*

1 Cvm de † hæredis inſtitutione multa diſſeruimus, ſequitur nunc, vt explicemus præſumptiones aliquas, quæ verſantur circa exhæredationes
2 liberorum. Et illud primum † exponendum eſt, an ſolæ coniecturæ, & præſumptiones ſufficiant ad inducendam exhæredationem? Hæc diſputatio diffiniri facilè poteſt ex his, quæ ſcripſimus ſuprà in præſumpt. vbi explicauimus, an coniecturæ ſufficiant ad inducendam hæredis inſtitutionem: ſic & in præſumpt. vbi de ſubſtitutione directa idem ſcripſimus: & tandem diximus, veram & retinendam eſſe opinionem eorum, qui diſtinxerunt, quod aut coniecturæ ſumi poſſunt ex ſcriptis in teſtamento: & tunc illæ ſufficiunt: aut ſumuntur extrinſecus; & tunc ſatis non ſunt. Idem itaque dicendum eſt in hoc caſu: ſicuti clarè & in ſpecie diſtinxerunt Aretinus in l. Gallus. in princ. col. 3. verſ. ſecundò eſt conſiderandum. ff. de liber. & poſtum. & Ruinus in conſil. 36. num. 10. libro 2.

## PRÆSVMPT. XXXI.

### Clauſulæ codicillares & aliæ ſimiles ſcriptæ in teſtamento an & quando præſumuntur in teſtamento ſcriptæ voluntate teſtatoris. Et quando clauſulæ hæ ſcripta non ſunt, an & quando ex pręſumpta mente teſtatoris ſubintelligantur, breuis, ſed dilucida explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris an & quando præſumatur in teſtamento ſcripta voluntate teſtatoris.*
*Etſi dicta clauſula vel ſimiles ſcriptæ non ſunt, an ſubintelligi debeant ex præſumpta ipſius teſtatoris voluntate. num. 2.*
3 *Facti quæ ſunt, non præſumuntur.*
4 *Teſtatoris voluntas præſumitur conformis conſuetudini teſtandi, & ſic legi.*
5 *Conſuetudo dicitur lex non ſcripta.*
6 *Notarius, qui confecit teſtamentum, præſumitur rogatus à teſtatore, vt adſcribat omnes clauſulas adhiberi ſolitas.*
7 *Clauſula codicillaris varijs modis concipitur.*
8 *Conſuetudo non poteſt induci ex actibus differentibus.*
9 *Clauſula in teſtamento appoſita omni meliori modo valeat, an operetur vt teſtamentum valeat iure codicillorum, ſi iure teſtamenti non poteſt valere.*
*Quid ſi teſtator dixit nolle ſeruare miſeram legum diſpoſitionem. num. 10,*
*Quid ſi dixit velle teſtamentum ſuum pro legitimo haberi. nu. 11.*
*Quid ſi dixit velle bona fide diſponere. nu. 12.*
13 *Iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris.*
14 *Clauſula in teſtamento, & ſi non valebit, &c. an habeat vim clauſulæ codicillaris.*
15 *Miles quoquo modo vult, teſtari poteſt, & præſumitur quòd voluerit ſuum teſtamentum valere eo modo quo poterit.*
16 *Pater præſumitur adhibere voluiſſe clauſulam codicillarem in teſtamento inter liberos.*
17 *Teſtator vocans eos, quos ſummopere diligebat, præſumitur velle adhibuiſſe clauſulam codicillarem.*
18 *Clauſula codicillaris ſubintelligi debet in teſtamento ad pias cauſas.*
*Idem fauore libertatis. num. 19.*

Cvm poſt teſtamentarias diſpoſitiones congruum ſit de codicillaribus diſſerere, viſum eſt hanc proponere diſputationem; quæ duo habet capita.
1 Primùm eſt, quando † clauſula ipſa codicillaris ſcripta legitur in ipſo teſtamento, an præſumatur à notario ſcripta voluntate, & mandato teſtatoris. Secundum eſt caput, quando clauſulæ hæ ſcriptæ non fuerunt, an ſubintelligi debeant ex præſumpta ipſius teſtatoris voluntate.

De primo capite dicendum eſt, vt ſcripſi ſupra in libr. 2. in præſumpt. 79. num. 4. & in conſ. 37. num. 131. & num. 135. lib. 1. & in lib. 2. de arbitra. iudicum. caſu. 144. nu. 9. Communem & veram eſſe ſententiam, clauſulam hanc codicillarem pręſumi in teſtamento ſcriptam voluntate, & mandato teſtatoris. Ita ſanè affirmarunt Bartolus, & tres ac viginti illi Doctores, quos congeſſi in d. conſil. 37. nume. 131. & 135. & ſi ibidem. num. 157. retulerim alios multos diſſentientes, & illis accedunt alij congeſti à Io. Marco Aquilino in l. 1. §. ſi quis ita. nu. 64. ff. de verb. oblig. Et hanc quidem opinionem veram eſſe intelligo etiam ſi ſtylus & vſus fuit particularis illius notarij ſcribere has clauſulas codicillares in teſtamētis; adhuc præſumitur ſcripta volente teſtatore: cum is conſenſerit ſcripturæ ſibi lectę & publicatæ. Ita ſanè reſpondi in d. conſ. 37. nu. 174. lib. 1. vbi ſic reieci opinionem contrariam Barba. in ca. quod tranſlationem. num. 26. de off. deleg. & in conſ. 6. in fine lib. 3. Et eodem in conſ. 37. nu. 150. declaraui, quando clauſulæ hæ ſic ſcriptæ non operentur ſuum effectum ob id, quod vel teſtator vel partes conſentientes notario ſic ſcribenti ignorant earum virtutem. Qua de re ſcripſit etiam aliqua Io. Marcus Aquilinus in Rubr. ff. de verb. oblig. num. 50.

2 Secundum eſt huius † diſputationis caput, quando clauſula codicillaris, & ſimiles ſcriptæ non fuerunt in teſtamento, an illæ ex præſumpta mente teſtatoris ſubintelligi debeant? Qua quidem de re ſunt opiniones.

Prima fuit eorum, qui ſcripſerunt, clauſulam hanc codicillarem non ſubintelligi in teſtamento, ſi non apparet expreſsè adiecta. Ita ſcripſerunt Iaſon in l. non codicillum. nu. 4. C. de teſta. Boer. in q. 33. num. 8. Gratus in conſ. 102. nu. 6. lib. 1. Socinus Iunior in conſ. 147. nu. 23. & in conſ. 180. num. 77. lib. 2. & Antonius Gabriel in lib. 4. concluſionum in titu. de teſtamentis. concluſ. 5. num. 1. Quorum opinionem verè non probat tex. l. 1. ff. de iure codic. qui ab his allegatur: cum loquatur de teſtatore, qui clarè noluit codicillos conficere: ſed teſtamentum. Nos verò loquimur quando eſt aliquod dnbium, teſtatorem voluiſſe valere iure codicillotum. Ita etiam loquuntur textus l. cohæredi. §. cum filio. verſ. quę ita locū. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & l. vlt. §. illud quoque. C. de codicillis. Quare
3 melius probat. l. ſi iure. C. de teſta. manumiſſ. Et † accedit ratio, quia adiicere clauſulam codicillarem teſtamento eſt quid facti: ſicuti notiſſimum eſt: Porrò ea, quæ facti ſunt non præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ. Non ergò ſubintelligi poteſt hæc clauſula ex præſumpta mēte teſtatoris. Qui quidem ſi voluiſſet teſtamentum valere iure codicillorum, facilè ei fuiſſet adiicere ipſam clauſulam. Non ergò ſubintelligitur. argu. l. vnicæ. §. ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollend.

Secúda fuit opinio eorum, qui opinati ſunt, clauſulam codicillarem ex præſumpta mente teſtatoris ſubintelligi in teſtamento. Ita Alex. in conſ. 1. lib. 5. Decius in c. cum M. Ferrarienſis. nu. 7. de conſtit. qui refert idem ſcripſiſſe Barba. in ca. quod tranſlationem de officio ordinarij. Sic etiam Decius in l. ſemper in ſtipulationib. nu. 11. ff. de regu. iuris. Socin. Iun. in conſ. 69. nu. 33. lib. 4. & idem ego ipſe ſenſi in conſ. 37. nu. 58. lib. 1. vbi alios commemoraui.

4 Ea ratione ij moti † ſunt, quod clauſula codicillaris apponi conſueuit in teſtamentis. Et ideò ſi teſtamentum fuit conſcriptum ab ieſomet teſtatore, præſumitur quod voluerit teſtari ſecundum conſuetudinem: & ſuam ipſam voluntatem eſſe conformem ipſi cōſuetudini, iuxta ea, quæ tradit poſt alios Ripa in l. hæredes mei. §. Cum ita. nu. 74. & 75. ff. ad Trebell. cum dixit, præſumi teſtatorem velle, ſuam diſpoſitionem eſſe debere legi conformem: ſic ergò & conſuetudini, quæ dici-
5 tur † lex non ſcripta. §. ex non ſcripto. in inſtit. de iure naturali, gent. & ciuili. ſi verò teſtamentum fuit conſcriptum à no-
6 tario, præſumitur; † quod is rogatus fuerit à teſtatore, vt adſcriberet omnes clauſulas adhiberi ſolitas: iuxta ea, quæ ſcripſi ſuprà libro ſecundo, in præſumptione 79. numero 4. Cæterùm hæc ratio facilè vel ex eo confutari poteſt, quod
7 † clauſula codicillaris ſolet variis modis concipi, ſcribunt poſt alios Ripa in l. Centurio. numero octageſimoquinto ff. de vulg.

8 de vulg. & pup. ſubſt. Et ideo † conſuetudo dici non poteſt
introducta: cum ex actibus difformibus non inducatur: ſicuti
tradunt Bart. in l. 2. in princ. numer. 22. ff. ſoluto matr. & poſt
alios Craue. in conſil. 96. num. 5. & in conſil. 313. num. 4.

Receditur tamen à prædicta ſententia ex coniecturis du-
ctis vel ab aliquib. verbis ab ipſo teſtatorio vel notario ſcri-
ptis in ipſo teſtamento, vel à qualitate & fauore ipſiuſmet te-
ſtatoris, vel inſtituti in teſtamento ipſo: vel cauſæ. De ſingulis
aliqua diſſeramus.

Prima itaque eſt coniectura, quæ ſumitur ex aliquibus ver-
bis in teſtamento ſcriptis. Exemplum afferri poteſt, quando
9 † teſtator dixit, velle ſuum teſtamentum valere debere omni
modo. His ſanè verbis ſignificauit teſtator, quod valeat iure
codicillorum, ſi iure teſtamenti valere non poterit. Ita Bart.
Baldus, Imola, Aretinus, Socinus Senior, Curtius Iunior, Pa-
riſius & Gualden. quos commemorauit & ſecutus eſt Anto-
nius Gabriel in d. lib. 4. Concluſionum. in tit. de teſtamentis,
in concluſ. 5. numer. 9. Quib. accedunt Ripa in d. l. Centurio.
num. 88. & Alciatus in l. verbis ciuilib. numer. 33. ff. de vulg. &
10 pup. ſubſt. Eſt ſecundum † exemplum, quando teſtator dixit,
nolle ſeruari miſeram legum diſpoſitionem. Ita Ripa in l.
Centurio. num. 87. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. motus eſt Ripa
11 text. l. Codicillis. §. vlt. de leg. 2. vbi † ſi teſtator dixit: velle te-
ſtamentum ſuum pro legitimo haberi: ſignificauit velle, quod
valeat iure codicillorum: ſi iure teſtamenti valere non pote-
rit. Et ibidem textum illum annotarunt Bart. & apertius Imo-
la, ſic & ibidem Baldus, & cum eo Iaſ. in l. teſtandi. numero 3.
C. de teſta. ſcripſerunt: idem eſſe quando teſtator dixit, velle
12 † bona fide diſponere: non autem adhibita exacta illa iuris
diligentia. Tertium eſt exemplum: quando teſtator eo in te-
13 ſtamento præſtitit iuramentum. Nam † iuramentum vim
clauſulæ codicillaris habere dicitur. Ita ſcripſerunt multi
congeſti ab Antonio Gabriele in d. concluſ. 5. in fine. Qua de
re ſcripſi ſupra in præſumpt. Quartum eſt exemplum, quando
14 † notarius qui conſcripſit teſtamentum, appoſuit clauſulam
cæteratam, vt ſi dixit. Et ſi non valebit, &c. Quam quidem
clauſulam conſueuit ipſemet notarius ſic extendere. Et ſi non
valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum. Ita reſpon-
dit Natta in conſil. 660. in fine.

Secunda eſt coniectura ducta à qualitate & fauore teſta-
15 toris: ſicuti quando teſtator miles eſt. Nam cum † is teſtari
poſſit quoquo vult modo. l. 1. ff. de teſtam. milit. præſumitur
quod voluerit ſuum teſtamentum valere eo modo, quo pote-
rit, iuxta, l. 3. ff. de teſta. milit. Ita in ſpecie reſpondit Rubeus
in conſil. 112, in fine.

16 Tertia eſt coniectura † ſumpta à qualitate & fauore hære-
dum eo in teſtamento inſtitutorum. Exemplum eſt, quando
teſtamentum fuit conditum inter liberos. Nam tunc pater
teſtator præſumitur voluiſſe adhibere clauſulam codicilla-
rem: atque ita illa ſubintelligitur. Ita tradunt Imola, Aretinus,
Butrius, Alexander, Mattheſilanus, Iaſon & alij multi conge-
ſti à Gabriele in d. concluſ. 5. num. 6. Et illis accedunt Boër. in
q. 33. num. 10. Soc. Iun. in conſ. 143. num. 36. lib. 2. & in conſ.
69. nu. 33. libr. 4. Cæterum à prædictis diſſentiunt Iaſ. in auth.
nouiſſima. num. 24. verſ. 8. limita. C. de inoff. teſta. & Durans
in tract. de arte teſtandi. in tit. de lib. inſtit. cautela 1. nume. 7.
Natt. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 225. C. de te-
17 ſta. eſt etiam exemplum, quando † teſtator vocauit eos, quos
ſummopere diligebat. Nam tunc eo in teſtamento ſubintel-
ligitur ex præſumpta mente teſtatoris clauſula ipſa codicilla-
ris. Ita Bald. & alij permulti commemorati à Gabriele in d.
concluſ. 5. num. 2. Quibus addo Gramma. in deciſ. 62. nu. 27.
Cæph. in conſ. 294. num. 16. lib. 2. Et prædicti quidem intelli-
gunt, clauſulam hanc codicillarem hoc in caſu ſolùm operari
quo ad legata, vt illa debeantur, non autem quo ad hæredis
inſtitutionem.

18 Quarta eſt coniectura, quæ † ſumitur fauore cauſæ, ob quã
teſtator ipſe diſpoſuit. Exemplum eſt quando reliquit ob cau-
ſam piam. Hoc ſane caſu ſubintelligitur clauſula codicillaris.
Ita Bald. in l. ſi iure. C. de teſta. manu. Soc. in l. cum auus. num.
13. ff. de condit. & dem. Iaſ. in l. non dubium. colum. vlt. verſ.
fallit in caſu ſingulari. C. de leg. Gabr. in d. concluſ. 5. num. 5.
19 Eſt etiam † exemplum, quando libertas relicta eſt ei,
quem teſtator diligebat. Ita Bald. in d. l. ſi iure. C. de teſta. &
alij ſupra commemorati.



## PRÆSVMPT. XXXII.

Codicillaris clauſula, an & quando fideicommiſſum operetur, ex præſumpta mente teſtatoris in filio iam nato, & in poſthumo ſcienter, vel ignoranter præterito.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris, an & quando fideicommiſſum operetur ex præſumpta mente teſtatoris in filio iam nato, & in poſthumo ſcienter, vel ignoranter præterito.*

2 *Pater ſi ſcienter præterijt filium iam natum, quid præſumatur ipſum velle operari clauſulam codicillarem.*

*Et quid ſi præterijt poſthumum in teſtamento, in quo appoſuit clauſulam codic. conceptam verbis præſentis temporis, ſi non valet, &c. an nato poſthumo rumpatur teſtamentum. numero 3.*

4 *Fideicommiſſum conſeruatur per clauſulam codicillarem, quando eſt concepta verbis futuri temporis.*

5 *Verba præſentis temporis non important conditionem, & ideo non trahuntur ad futurum, ſed operantur circa vitium præſens.*

6 *Pater ſi præteriuit poſthumum in teſtamento, in quo appoſuit clauſ. codicil. conceptam hoc modo, ſi non valeret: an cenſeatur filius grauatus onere fideicommiſſi erga hæredem ſcriptum.*

*Præteritum imperfectum includit tempus præſens, & futurum: ibid. & quid operetur, & quando non verificetur de futuro.*

7 *Pater ſi ſcienter præterijt poſthumum adiecta clauſula codicil. in teſtamento concepta verbis futuri temporis: an præſumatur, voluiſſe grauare poſthumum reſtituere fideicommiſſum hæredi ſcripto in teſtamento.*

*Et quid ſi pater cogitauit in ſpecie tantummodo de poſthumo, quem præterijt, appoſita clauſula in teſtamento vt ſup. numero 8.*

*Et quid ſi ipſe pater ignoranter præterijt, poſthumum cum eademmet clauſ. vt ſup. 9.*

10 *Pater ignoranter præterito poſthumo adiecta clauſula in teſtamento, ſi non valebit, &c. ſi extant coniecturæ, ex quib. colligi poſſit ipſum voluiſſe grauare onere fideicommiſſi, ſi rumpet teſtamentum, an præſumatur grauatus.*

11 *Teſtator præſumitur velle familiam ſuam conſeruari.*

12 *Pater, qui ignoranter præterijt poſthumum adiecta clauſ. ſi non valebit, &c. ſi nato poſthumo tamdiu ſuperuixit, quòd potuiſſet mutare teſtamentum, & non mutauit, an præſumatur grauaſſe ipſum filium, vel potius voluiſſe decedere inteſtatus.*

*Et quid ſi nato poſthumo pater morte præuentus non potuit mutare teſtamentum. num. 13.*

*Quid ſi pater non modo non cogitauit de poſthumo, verum nec vlla ſpes erat, quòd naſceretur, an illa clauſ. operetur onus fideicommiſſi. num. 14.*

15 *Euentus triſtes non habentur in conſideratione.*

16 *Teſtator præſumitur velle deceſſiſſe inteſtatus, quando inter teſtamenti confectionem, & poſthumi natiuitatem tantum tempus interceſſit, quòd poſſet eſſe inducta obliuio dicti teſtamenti, in quo præteritus ſit ipſe poſthumus.*

*Idem quando teſtator iam condito teſtamento, & nato poſthumo, diu ſuperuixit non mutato teſtamento, ſed tamen declarauit velle poſthumum ſibi eſſe hæredem, vel voce, vel ſcriptis. numero 17.*

*Idem econtra, ſi declarauit contenta in teſtamento velle habere locum. ibid. vbi aliæ coniecturæ conſiderantur in vtroque caſu.*

18 *Clauſula codicillaris, an operetur fideicommiſſum, quando teſtator condito teſtamento adiecta d. clau. deceſſit, & deinde natus eſt poſthumus, qui ante aditam hæreditatem mortuus eſt.*

19 *Clauſula codicillaris, quæ in teſtamento ſubintelligitur, an operetur fideicommiſſum.*

20 *Legata nunquid debeantur à filio iam nato ſcienter præterito à patre in teſtamento.*

*Quid ſi pater ſcienter præterijt poſthumum adiecta clauſula ſi non valebit, &c. num. 21.*

Quid



*Quid ſi ignoranter præterijt poſthumum. 22.*

*Et quid ſi legatum eſt factum piæ cauſæ. num. 23.*

*Declarantur, vt num. 24.*

1 GRAVIS † admodum, & perplexa eſt diſpu-
tatio, an & quando præſumatur patrem, qui
condito teſtamento præteriit filium, vel iam
natum, vel naſciturũ, voluiſſe clauſulam co-
dicillarem, eo in teſtamẽto adiectam operari,
vt rupto ipſo teſtamẽto, vel filius ipſe, vel ei ab inteſtato ſuc-
cedentes reſtituãt per fideicommiſſum bona ipſi ſcripto hæ-
redi, ac etiam legatariis relicta legata præſtent. Eſt diſcepta-
tio hęc tota coniecturalis, quemadmodum ſcribẽtes omnes,
quos longa ſerie commemorabimus, admittunt. Exiſtimo
clarioris doctrinæ gratia diſtinguenda eſſe primum duo ca-
pita, quorum vnum eſt quoad fideicommiſſa ſeu legata par-
ticularia. Quo ad primum caput diſtinguo, atque conſtituo
plures caſus.

2 Primus eſt, quando pater † ſcienter præteriit filium iam
natum. Hoc in caſu præſumitur, patrem voluiſſe clauſulam
illam codicillarem, ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti,
valeat iure codicillorum, operari, vt filius ipſe teneatur re-
ſtituere per fideicõmiſſum bona ipſi ſcripto hæredi. Ita ſcri-
pſerunt infiniti propè Doctores congeſti ab Antonio Ga-
briele in lib. 6. concluſionum in tit. de clauſulis, in concluſ. 7.
num. 1. qui quidem recenſet Beluiſium, Accurſium, Dynum,
Bartolum, Caſtrenſem, Angelum, Salicetum, Imolã, Fabrum,
Angelum Aretinum, Portium, Alexandrum, Barbatiam, Cor-
neum, Iaſonem, Decium, Capellam Toloſonam, Caſſaneum,
Gualdienſem, Curtium Iu. & Nicelliũ. His addo Comenſem
in conſ. 126. Rimin. Sen. in conſ. 41. num. 20. lib. 1. Socynũ Sen.
in conſ. 93. num. 31. in fine. lib. 4. Zuchardum in l. poſthumo.
num. 102. C. de bono. poſſeſſ. contratab. Guiel. Bened. in cap.
Raynutius. in verbo. In eodem teſtamento. il 1. num. 242. de
teſta. Pariſium in conſ. 30. num. 11. lib. 3. Socyn. Iun. in cõſ. 107.
num. 24. lib. 1. & in conſ. 29. num. 7. lib. 3. Cagnolum in auth.
ex cauſa. num. 138. C. de libe. præter. Tiraqu. in l. ſi vnquam, in
verbo. donatione. num. 273. C. de reuoc. donat. Purpuratus in
conſ. 518. num. 7. Iulium Clarum in §. teſtamentum. q. 46. col.
1. verſ. tenenda eſt ergo. & Hieronymus Gabr. in conſ. 113. nu.
7. lib. 1. Et hæc quidẽ receptiſſima opinio ea ratione fulcitur,
quod cum adſit manifeſta mens teſtatoris, qui præterire vo-
luit filium, clauſula codicillaris ſuum operatur effectum, vt
cum hæredis inſtitutio, quæ eſt caput teſtamenti, valere non
poſſit directè, valeat per obliquum atque ita iure fideicom-
miſſi, quod filius ipſe tanquam ab inteſtato ſuccedens graua-
tus cenſetur reſtituere ipſi hæredi ſcripto. iuxt. l. ex ca. §. 1. ff.
de teſta. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. quę-
rebatur. in fin. principij. ff. de milita. teſta. l. Scæuola. & l. ſi pa-
troni. §. 1. vbi Ang. ff. ad Treb. l. vlt. C. de codicillis. l. eã quam,
& l. ex teſtamento. vbi gl. C. de fideic. Et hæc quidem opinio
retinenda eſt, & ſi ab ea diſſentiunt alij multi congeſti à Ga-
briele in d. concluſ. 7. num. 2. Et huius caſus ſumma eſt vtili-
tas. Nam filius, qui tenetur ſic reſtituere, detrahit ſolum legi-
timam, non autem trebellianicam, ex quo purè grauatus eſt.
Ita ſcripſerunt Caſtr. in d. auth. ex cauſa. col. vlt. Saly. col. 7. &
Curt. Iun. in col. antepe. & ibid. Cagn. num. 140. qui recenſet,
& Dec. in conſ. 320. num. 4. qui alios commemorat. & his ac-
cedunt Crot. in conſ. 66. num. 29. lib. 1. & Crau. in conſ. 295.
num. 2. verſ. tertium dubium. & Hiero. Gabr. in conſ. 113. nu. 5.
lib. 1. qui declarat non procedere, quando mortuo teſtatore
naſcitur poſthumus.

3 Secundus eſt caſus, quando † pater ſcienter, vel ignorãter
præteriit poſthumum in teſtamento, in quo appoſuit clauſu-
lam codicillarem conceptam verbis præſentis tẽporis, ſi nõ
valet iure teſtamẽti, valeat iure codicillorum. Hoc caſu nato
poſthumo adeo rumpitur teſtamentum, vt nec quidem iure
codicillorum, atque ita per fideicommiſſum ſuſtineatur. Ita
Bart. in l. 1. q. 6. num. 10. ff. de iure codicillorum, in l. ſi ita ſcri-
pſiſſet, de leg. 2. & in l. cum ſtipulamur. ff. de verb. oblig. Bald.
in l. ex ea. §. 1. ff de teſta. & ibid. Imo. ſic & Caſtren. in l. 1. C. de
poſt. hęred. inſti. & in conſ. 200. Clarũ eſt, in 3. dubio. li. 1. & in
conſ. 15. Incipiendo à ſecundo quęſito. lib. 2. Salyc. in auth. ex
cauſa. col. pe. C. de libe. præte. & in l. vlt. §. vlt. col. 1. C. de cod.



Alex. in d. §. cum ſtipulamur. Ang. Aret. & Portius in inſtit. de
codicillis. col. 2. & Iaſ. in d. auth. ex cauſa. col. pe. Ex prędictos
recenſet, & viſus eſt ſequi Ant. Gabr. in d. lib. 6. concluſionũ.
tit. de clauſulis, in conclu. 8. num. 1. alios retulit Crau. in conſ.
69. num. 1. qui quidem. num. 2. ex ſententia Bald. ſubiunxit, idẽ
eſſe in verbo temporis præſentis ſubiunctiui, ſi non valeat.
Nec repugnat, quod Ant. Gabr. in d. concl. 8. num. 4. ſcripſerit
à prædicta communi opin. receſſiſſe Bart. in l. qui filiabus. in
fin. de leg. 1. Corn. in conſ. 118. col. pen. in fin. lib. 2. & Pariſ. in
conſ. 60. col. 4. num. 24. & in conſ. 64. num. 18. lib. 2. Nã Bart.
loquitur nõ de fideicommiſſo vniuerſali, ſed de legatis par-
ticularibus. Corneus verò, vix id ſenſit: cum quodammodo
4 per tranſennam dixerit, quod † fideicommiſſum cõſeruatur
per clauſulam codicillarem, maximè, quando fuit concepta
verbis futuri temporis. Ita etiam Pariſius re non perpẽſa, ſed
perfunctoriè locutus eſt. Quocirca retinenda eſt communis
5 illa & vera ſententia. Quæ quidẽ ea † ratione fulcitur, quod
cum verba hæc, ſi non valet, ſint præſentis temporis, nõ im-
portant conditionem, & propterea ad futurum non trahun-
tur: ſed operantur circa vitium præſens. Ita Bal. in l. vlt. num.
16. C. de codicillis.

6 Tertius eſt caſus, quando † pater præteriuit poſthumum
eo in teſtamento, in quo appoſuit clauſulam codicillarem
conceptam his verbis, ſi non valeret, quæ ſunt præteriti im-
perfecti ſubiunctiui. Hoc in caſu dicendum eſt, quod præte-
ritum hoc imperfectum includit duo tempora præſens, ſci-
licet & futurum, ſecundum Baldum in l. vlt. num. 21. C. de co-
dicillis. Nam eius verbi ſignificatio partim pręceſſit: inde di-
citur præteritum, quod etiam ad præſens extenditur, cum nõ
ſit præteritum finitum, ſed eſt in fieri, partim etiã eſt in fieri,
& ideo (inquit Baldus) includit futurum: cum omne imper-
fectum tendat in futurum. Et ideo (ſubiungit Baldus,) idem
eſt, ac ſi teſtator ita dixiſſet, & ſi non valet, vel non valebit iu-
re teſtamẽti valeat iure codicillorum, idem illo in loco ſcri-
pſit Salycetus num. 19. Et inquit Bald. ita ſenſiſſe Iacobum
de Arena, Nicolaum Matterellum, & Bart. in l. 1. q. 7. ff. de co-
dicillis, qui quidem Bart. ſatis perplexè, & obſcurè loquitur.
Erit ergo huius clauſulæ effectus ſecundum Caſtr. in l. cum
ſtipulamur. num. 1. ff. de verbo. oblig. quod ſi teſtamentum de
præſenti eſt nullum, vt puta præteritione filij iam nati, præ-
dictum verbum præteriti imperfecti verificabitur ſolùm de
præſenti, vt. ſ. teſtamentum valeat iure codicillorum, atq; ita
is filius cenſebitur grauatus onere fideicommiſſi, erga hære-
dem ſcriptum. Non autem hoc præteritum imperfectum ve-
rificabitur de futuro, vt ſi is filius iam natus præteritus dece-
deret ſuperſtite patre teſtatore, qui alium filium poſthumum
ſuſciperet. Non inquam hoc præteritum imperfectum verifi-
caretur in hoc futuro: cum ſatis ſit, quod habuerit locum in
illo præſenti, ſi verò tempore conditi teſtamenti nullus exti-
tiſſet filius, ſed poſtea eſſet natus, & conſequẽter reperiretur
præteritus, illud verbum, ſi non valeret, præteriti imperfecti
verificaretur in hoc futuro, & ob id poſthumus diceretur
grauatus per fideicommiſſum reſtituere bona. Ita Caſtr. in d.
l. cum ſtipulamur. num. 1. & ibid. prius Angel. & Imol. etſi non
ita clarè. Et ſecuti ſunt ibid. Alex. num. 2. & Iaſ. num. 2. Idem
reſponderunt Capra in conſ. 106. in fin. Corn. in conſ. 320. in
fin. lib. 4. Pariſ. in conſ. 60. num. 24. lib. 2. Hiero. Gabr. in conſ.
113. num. 8. lib. 1. & Crau. in conſ. 69. num. 2. etſi ipſe Crau. di-
xerit, in dubio hoc præteritum imperfectum referri, & veri-
ficari in præſenti. Idem ſenſit Corn. in conſ. 34. num. 2. lib. 3.
Cæterum à prædictis diſſentiunt. Bar. in l. 1. q. 7. ff. de iure co-
dicillorum, Aret. in d l. cum ſtipulamur, & ibid. Alciat. num. 5.
& idem reſpondit Dec. in conſ. 242. num. 3. qui & Corneum
commemorat. affirmantes hoc præteritum imperfectum, ſi
non valeret, verificari non ſolùm in præſenti, ſi tũc adeſt vi-
tium præteritionis, vel aliud: ſed etiam in futuro: ex quo vi
ſua complectitur vtrumque tempus: ſicuti probant. l. 2. ff. ſi
liber. ingen. eſſe dica. & auctoritate Rom. in conſ. 33. & acce-
dit Bal. in d. l. vlt. num. 21. C. de codicillis, & licet poſtrema
hæc opinio ob vim verbi propriamq́ue eius ſignificationem
verior videatur: attamen ob præſumptam mentem teſtato-
ris, ne contra pietatem paternam filius, ſine aliqua culpa, pri-
uetur bonis paternis, illa prima opinio tanquam humanior
ſequenda eſt.

Quartus

7 Quartus eſt caſus, quando † pater ſcienter præteriit poſthumum eo in teſtamento, in quo adiecit clauſulam codicillarem conceptam verbis futuri temporis, & ſi nō valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorū. Hoc caſu præſumitur, teſtatorem voluiſſe, quod ipſe poſthumus ſit grauatus reſtituere fideicommiſſum hæredi ſcripto in ipſo teſtamento. Ita ſenſit Bart. in d. l. 1. num. 10. q. 6. ff. de iure cod. & manifeſtius Soc. Sen. in conſ. 93. num. 32. lib. 4. Dec. in conſ. 490. numer. 4. Ruyn. in conſ. 2. in fin. lib. 3. Pariſ. in conſ. 60. num. 24. & nu. 26. conſ. 61. num. 24. & in cōſ. 64. col. 1. lib. 2. Gabr. in d. concl. 8. num. 5. & Iul. Clarus in §. teſtamentum. q. 46. verſ. idemque. Et ab hac quidem ſententia non eſt qui diſſentiat. Quæ ea ratione fulcitur, quia ſi fideicommiſſum vniuerſale iniunctū hæredi ſcripto, rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis hodie conſeruatur per dictam auth. ex cauſa. C. de libe. præter. propterea, quod præſumatur teſtatorē voluiſſe grauare venientes ab inteſtato reſtituere ipſi hæredi ſcripto, iux. l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto & irrito teſta. multo magis dicendum eſt, teſtatorem voluiſſe reſtitui hoc fideicommiſſum ipſi hæredi ſcripto, quando eo in teſtamento appoſuit clauſulam codicillarem verbis futuri temporis conceptam, ſi non valebit, &c. Nam expreſſius ſuam declarauit voluntatem, vt fideicommiſſum debeatur à venientibus ab inteſtato. l. eam, quam & l. ex teſtamento. C. de fideicommiſ.

8 Quintus † eſt caſus, quando pater cogitauit in ſpecie tantummodo de poſthumo, quem præteriit eo in teſtamento, in quo appoſuit clauſulam codicillarem verbis futuri temporis, ſi non valebit, &c. conceptam. Hoc etiam in caſu præſumitur, teſtatorem voluiſſe reſtitui fideicommiſſum ipſi hęredi ſcripto. Ita manifeſtè Angelus in conſ. 107. Iſta quæſtio. Dec. in conſ. 490. num. 6. in fine. Bertrandus in conſ. 290. col. 7. lib. 3. Soc. Iun. in conſ. 128. num. 72. lib. 1. Gabr. in d. concluſ. 8. num. 22. & ſine controuerſia admittit Iulius Clarus in d. §. teſtamentū. q. 46. in fin. qui à fortiori idem eſſe voluit, quando non cogitauit. Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio, quam & ſuperiore caſu commemoraui: cum hæc ipſa cogitatio eandem ſcientiam præſupponat, & ſi non ita claram. Porro teſtatorem de poſthumo cogitaſſe colligitur, quando in alia eiuſdem teſtamenti parte poſthumi mētionem feciſſet: ſicuti animaduertunt Corneus in conſ. 195. num. 7. lib. 1. & Decius in d. conſ. 490. num. 6. reiecta conſideratione Aretini in conſ. vlt. col. pen. verſic. ad tertium dico.

9 Sextus eſt † caſus, quando pater ignoranter prēteriit poſthumum in teſtamento, in quo adiecit clauſulam codicillarē conceptam verbis illis futuri temporis, ſi non valebit, &c. Hoc in caſu magna eſt inter Doctores contentio, an teſtator præſumatur voluiſſe, clauſulam illam codicillarē operari reſtitutionem fideicommiſſi ipſi ſcripto hæredi à poſthumo, ſeu à ſuccedentibus ei ab inteſtato. Vna eſt opinio eorum qui ſcripſerunt, præſumi teſtatorem voluiſſe reſtitui fideicommiſſum, atque ita clauſulam codicillarem operari fideicommiſſi conſeruationem, & reſtitutionem. Hanc probarunt innumeri prope Doctores congeſti ab Anto. Gabr. in d. lib. 6. concluſionum in tit. de clauſulis, concl. 8. num. 7. & à Rolan. in conſ. 7. num. 5. verſ. 2. iſta ſententia lib. 4. Altera eſt opinio eorum, qui dixerunt, non præſumi teſtatorem ob hac clauſulam voluiſſe grauare filium reſtituere hæc bona hæredi ſcripto. Hanc probarunt alij quamplurimi, quos lōga ſerie enumeraui in conſ. 498. lib. 5. & illos ſecutus ſum, & copioſè ac diligenter confutaui rationes, & argumenta primæ commemoratæ opinionis. Non hic repeto, cum facilè eò in loco legi poſſint.

10 Septimus eſt caſus, quando † pater ignoranter præteriuit poſthumum eo in teſtamento, in quo appoſuiſſet clauſulam codicillarem verbis futuri temporis, ſi non valebit, &c. conceptam: ſed tamen extarent coniecturæ quibus poſſet colligi, teſtatorem voluiſſe poſthumum illum præterire, & grauare onere reſtitutionis fideicommiſſi, ſi rumperet teſtamentum. Hoc ſanè caſu dicendum eſt, clauſulam illam operari hunc reſtitutionis effectum. Et vna coniectura conſiderari poteſt, quando pater habebat filium iam natum, & tamē appoſuit clauſulam codicillarem in fauorem aliorum inſtitutorum, ita quod deficiente teſtamento voluit filium illum iam natum eſſe grauatum reſtituere ipſis hæredibus ſcriptis. Si. n. voluit iam natum eſſe hoc onere grauatum, multo magis, & poſthumum, quem minus diligebat. Ita coniecturam hanc faciunt Bart. in cōſ. 204. incipit factum tale eſt. Cechus. lib. 1. Alex. in cōſ. 142. num. 7. lib. 2. repetitum in conſ. 50. lib. 6. Corn. in conſ. 158. num. 36. lib. 2. Bertrandus in conſ. 150. & in conſ. 290. lib. 3. & Anto. Gabr. in d. concl. 8. num. 19. Et his accedunt Bald. in l. Titius & ibid. Aret. col. 3. verſ. reſtat igitur videre. ff. de libe. & poſth. Ruyn. in conſ. 6. num. 10. verſ. vnum etiam lib. 3. Puteus in deciſ. 234. num. 5. lib. 2. Purpu. in conſil. 518. num. 8. Rubeus in conſ. 125. num. 3. & ſimile tradit Alex. in auth. ex cauſa. col. 11. C. de libe. præter cum dixit, clauſulam codicillarem operari hunc effectum, quando pater alium filium, quem tunc habebat inſtituit, licet alium ignorāter prēteriuerit. Et Alexandrum ſecuti ſunt Ruyn. in conſ. 50. num. 3. verſ. 2. limitatur. lib. 2. & Berous in conſ. 17. num. 30. lib. 2. & ſi dubitet Pariſ. in conſil. 146. num. 22. lib. 4. Cæterum à Bart. & ſequacibus diſſentiunt Bald. in l. ſi Titius. C. de inoff. teſta. & in conſ. 136. col. 4. lib. 2. Ang. in cōſ. 211. in 4. dubio. & Card. in conſ. 2. in fin.

Secunda eſt coniectura, quando poſthumus ignoranter
11 † præteritus eſſet talis, quem veriſimile eſt, patrē fuiſſe grauaturum ad commodum hæredis ſcripti, ſi de eo poſthumo cogitaſſet: vtputa ſi fœmina naſceretur, & inſtituti eſſent agnati, quos teſtator hęredes fecit, vt agnatio, & familia poſſet conſeruari. Ita reſpondit Caſtren. in conſ. 15. Incipiendo à ſecundo, col. pen. lib. 2. quem retulit Gabr. in d. concluſ. 8. num. 20. & Caſtrenſem ſecuti ſunt Pancirolus in conſ. 95. nu. 40. lib. 1. & Hieronymus Gabr. in conſ. 113. num. 20. & nu. 32. lib. 1. quo loci num. 21. cum ſubſequentibus, reſpondit ſimili in caſu egregio, & notabili, quod cum pater filiis carens arrogaſſet aliquem in filium, eumque hæredem feciſſet in teſtamento adiecta prædicta clauſula codicillari, deinde filiam poſthumam ſuſcepit, conſuluit Gabriel ex præſumpta mēte teſtatoris, filiam illam fuiſſe grauatam reſtituere filio arrogato, quem ea de eam arrogauerat pater, vt agnationem & familiam conſeruaret.

12 Octauus eſt caſus, quando † teſtator ignoranter præteriuit poſthumum eo in teſtamento, in quo adiecit clauſulam codicillarem conceptam verbis futuri temporis, ſi non valebit, &c. & nato poſthumo, tam diu ſuperuixit ipſe teſtator, quod mutare potuit teſtamentum, & tamen non mutauit. Hoc in caſu ſunt Doctorum opiniones, quemadmodū copioſè diſſerui in d. conſ. 499. num. 18. lib. 5. quo loci ſecutus ſum illos, qui ſcripſerunt, præſumi teſtatorem voluiſſe decedere omnino inteſtatum, & clauſulam illam codicillarem non operari aliquod onus reſtitutionis fideicommiſſi in ipſo poſthumo erga hæredem ſcriptū. Et illo in loco confutaui non leui ſtudio rationes, & argumenta contrariæ opinionis.

13 Nonus eſt caſus, quando † nato poſthumo, pater ita repentina morte præuentus fuit, vt non potuerit mutare teſtamentum, & in ea regione nō cōſueuerint homines teſtari, niſi infirmitate grauati. Hoc ſanè caſu præſumitur, quod ſi teſtator iſte non ita repentè deceſſiſſet, teſtamentum mutaſſet: & cōſequenter non prēſumitur voluiſſe cum illo iam condito decedere. Ita ex Aret. in d. conſ. vlt. num. 5. verſ. poteſt etiam eſſe, &c. colligunt Cagn. in d. auth. ex cauſa. num. 149. verſ. retenta tamen, & Decianus in conſil. 37. numero 36. lib. 1. idem ſcripſit Put. in deciſ. 234. num. 8. lib. 2. & confert. l. 3. C. de inoff. teſta.

14 Decimus eſt caſus, quando † teſtator non modo non cogitauit de poſthumo naſcituro: verum etiam nulla erat ſpes, quod naſceretur, quippe quod habebat is teſtator vxorem ſterilem, vel admodum anum. Hoc ſane in caſu clauſula illa codicillaris, ſi non valebit, poſita in teſtamento, non operatur onus fideicom. reſtituendi hæredi ſcripto. Ita Alexand. in conſ. 123. col. pen. num. .. lib. 1. Corneus in conſ. 158. col. 4. in 4. limit. lib. 2. & in conſ. 150. num. 3. & 4. & in conſ. 194. colum. pen. & in conſ. 225. col. pen. lib. 3. quos commemorauit, & ſecutus eſt Anton. Gabr. in d. concluſ. 8. num. 23. Et his accedunt Purpuratus in conſ. 451. num. 2. verſ. tamen: qui reſpondit de teſtatore, qui tunc vxorem non habebat. Crau. in conſ. 718. num. 8. vbi num. 7. adducit ſimile de donatione. Nec dici poteſt, teſtatorem cogitare potuiſſe, quod vxor ſterilis decederet,



15 ret, & aliam ſecundam duceret: quia reſpondetur triſtes † euentus non eſſe in conſideratione: imò impedire hunc effectum clauſulæ codicillaris. Ita in terminis conſiderauit Ruy. in conſ. 6. nu. 11. lib. 3. qui ſic declarat. l. Iul. in vlt. reſponſo. ff. ſi quis om. cauſa teſta. Ita & Crau. in d. conſ. 718. num. 13. qui alia ad rem conſiderauit.

16 Vndecimus eſt caſus, quando † inter teſtamenti confectionem, & poſthumi natiuitatem interceſſiſſet tam longum tempus, quod poſſet eſſe inducta obliuio prædicti teſtamenti. Nam tunc non præſumitur teſtatorem velle cum eo teſtamento decedere. arg. l. ſancimus. C. de teſta. Ita ſenſit Cagn. in d. auth. ex cauſam nu. 149. verſ. 2. poſſet; qui tamen ſubiungit, quod hæc obliuio non præſumitur: ex quo factum eſt notabile, ſicuti ego etiā ſcripſi in lib. 2. de arbit. iudicū. caſu nu.

17 Duodecimus eſt caſus, quando † teſtator iam condito teſtamento, & nato poſthumo diu ſuperuixit, & non mutauit teſtamentum, ſed tamen declarauit, vel voce, vel ſcriptis velle poſthumum ſibi eſſe hæredem. Hoc caſu clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſum ad commodum hæredis ſcripti. Ita in ſpecie reſpondit Decianus in conſ. 37. nume. 23. & nu. 24. libr. 1. qui multis confirmauit, & illum ſecutus ſum in d. conſ. 498. lib. 5. Ita econtra dicendū eſt, quando nato ipſo poſthumo teſtator declarauit velle diſpoſita in teſtamento habere locum. Ita Angel. in conſil. 104. col. vlt. verſicu. 2. caſu principali, quem ſecutus eſt Pancirolus in conſil. 95. num. 33. lib. 1. qui nume. 39. conſiderat aliam coniecturam confirmatiuam fideicommiſſi, quando ſcilicet teſtator voluit conficere aliud teſtamentum nato ipſo poſthumo, & hæredem facere iam ſcriptum in primo teſtamento: ſed illud ſecundum non perfecit. Eſt & alia coniectura ſecundum eūdem Pancirolum in d. conſil. 95. nu. 38. quando teſtator nato poſthumo, quod acquirebat, dicebat ſe ſuo, & nomine illius inſtituti acquirere.

18 Decimuſtertius eſt † caſus, quando condito teſtamento adiecta prædicta clauſula codicillari, deceſſit teſtator, & deinde natus eſt poſthumus, qui non adita hæreditate mortuus eſt, ita quod factus eſt, locus ſecundo gradui venientium ab inteſtato. Hoc ſane caſu clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſum: cum ij ſecundi gradus ſucceſſores non præſumātur grauati reſtituere ſcripto hæredi, vt inquit gl. notab. l. non iuſtam. C. ad Trebel. quam ibi Angelus probauit. Ita in ſpecie noſtri caſus affirmarunt Angelus Aretinus in inſtit. de codicillis. in princ. qui dixit, ita ſæpius practicaſſe Iaſ. in d. auth. ex cauſa in. fin. C. de lib. præter. & in l. j. §. hoc autem. col. 1. ff. ad Treb. Soc Se. conſil. 152. col. 4. lib. 1. & hoc ſecutus ſum ſupra in præſumpt. vbi de ſucceſſione ab inteſtato diſſerui. Cæterum ab hac opinione in ſpecie diſſentit Cagnolus in d. auth. ex cauſa. in fine, qui dixit. d. glo. l. iuſtam reprobari à Doctoribus.

19 Decimuſquartus eſt † caſus, quando agitur de clauſula codicillari, quæ in teſtamento tacitè ſubintelligitur, vt puta in teſtamento condito inter liberos. Hoc ſane caſu clauſula hæc tacita non operatur fideicommiſſum. Ita in ſpecie reſp. Crau. in conſil. 34. col. 2. verſi. ſed præmiſſis. Verum diſſentit Purpuratus in conſ. 5. nu. 13. ſic quoque Pancirolus in conſil. 95. in 1. dubio. reſpondit in teſtamento, in quo clauſula codicillaris non adſit, illam eſſe ſupplendam ob id, quod apponi conſueuit, & deinde in ſecundo dubio reſpondit prædictam clauſulam ſic ſuppletam operari fideicommiſſum.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quod pertinet ad legata & fideicommiſſa particularia, an, ſcilicet, & hæc ob vim clauſulæ codicillaris adiectæ in teſtamento, in quo iam natus, vel poſthumus fuit præteritus, præſtanda ac reſtituēda ſint? Hoc etiā in capite diſtinguēdi ſunt aliquot caſus.

20 Primus eſt, quando † pater ſcienter prēteriit ipſum filium iam natum. Hoc caſu dubitandum non eſt, quin præſtanda ſint legata ab ipſo filio ſuccedente, irritato teſtamento: quia ſi is cenſetur reſtituere fideicōmiſſum vniuerſale, cum ſcienter præteritus eſt, ſicuti diximus ſupra in primo caſu præcedentis capitis, multo magis tenetur præſtare legata.

21 Secundus eſt caſus, quando † pater ſcienter prēteriit poſthumum eo in teſtamento in quo adiecit clauſulam codicillarem conceptā verbis futuri temporis. Et ſi nō valebit iure teſtamēti, valeat iure codicillorū. Hoc etiā caſu præſumitur, teſtatorem voluiſſe præſtari legata: quia ſi præſumitur hoc in caſu voluiſſe reſtitui fideicommiſſum vniuerſale: quemadmodum diximus ſupra in tertio caſu præcedētis capitis, multo magis præſumendum eſt voluiſſe præſtari legata.

22 Tertius eſt caſus, quando † pater ignorāter præterijt poſthumum eo in teſtamēto, in quo adiecit clauſulam codicillarem verbis futuri tēporis conceptam: ſi non valebit. &c. Hoc in caſu, & ſi magna eſt inter Doctores contentio de fideicōmiſſo vniuerſali, ſicuti diſſeruimus in quinto caſu prēcedētis capitis: attamen quo ad legata particularia recepta eſt omniū penè ſententia, illa conſeruari. Ita in ſpecie clauſulæ codicillaris affirmarunt Beluiſius in illa ſua diſputatione, quam Doctores paſſim referūt Nicolaus Matterellus in d. auth. ex cauſa. Aret. in l. Titius. in prin. ff. de libe. & poſth. & in conſ. 93. nu. 6. Alex. in conſ. 142. lib. 2. repetitum in conſ 31. col. 2. nu. .. lib. 3. & in conſi. 50. lib. 6. Corn. in conſ. 158. nu. 36. lib. 2. & in conſ. 150. col. 1. libr. 3. Soc. Sen. in conſ. 93. col. 3 nu. . . libr. 4. Afflictus in commentarijs ad conſtitutiones Neapoli. in titu. de condemnatis pro falſa moneta. incipit teſtamentum. num. 6. Pariſ. in conſi. 64. col. 2. num. . . lib. 6. & hos refert, & ſequitur Anton. Gabr. in lib. 6. concluſionum in tit. de clauſulis. in concluſ. 8. num. 9. Et his accedit Bertrandus in conſ. 150. col. 2. lib. 3. qui idem eſſe dixit, quando legata fuerunt repetita à venientibus ab inteſtato. & idem eſſe dixit, de inſtitutione facta in re particulari. Ita & Crottus in conſ. 66. num. 26. cum dixit, teſtatorem cogitaſſe in genere de poſthumo. ſic & Ruyn. in conſ. 50. num. 3. lib. 2. dixit hoc maxime locum habere, quando aliqua adeſt cōiectura, quod ita eſſet relicturus, etiam rupto teſtamento. & Iulius Clar. in §. teſtamentum. q. 46. in fi. Conſeruantur etiam hæc legata diſpoſitione ſola. d. auth. ex cauſa quemadmodum ſcripſit ibid. Alex. colum. 11. poſt Bal. in l. ſi cum vel in vtero. C. de teſta. militis, & Caſtr. in l. 1. C. de poſth. hæred. inſtit, & refert Gabriel in d. concluſ. 8. num. 10.

Cæterum Cagnolus in d. auth. ex cauſa. num. 131. poſt Bartolum & alios teſtatur, communem eſſe opinionem, quod clauſula codicillaris non operatur, quo ad conſeruationem legatorum: ſed illa conſeruari ſolum diſpoſitione. d. authen. ex cauſa. Id quod nunc non explico. Et hic caſus locum ha-
23 bet multo magis, quando concurrit † fauor perſonæ legatarij, vt puta ſi piæ cauſæ factum eſt legatum. Nam tunc ſine controuerſia debet præſtari. Ita Bar. in conſil. 204. numer. 3. lib. 1. Caſtren. in conſil. 200. Clarum eſt. colum. 2. libr. Corneus in conſil. 158. col. 8. num. 7. lib. 2. & Gabr. in d. concluſ. 8. num. 11. Et his accedunt Bald. in l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto teſta. Ang. & Imol. in l. Titius, in prin. ff. de lib. & poſth. Aret. in conſil. 93. in primo dubio, Crot. in conſil. 66. num. 23. Et idem eſt in ſpecie diſpoſitionis d. auth. ex cauſa, vt illa cōſeruentur omnino legata ad pias cauſas facta, vel etiam alteri, cui veriſimile ſit, teſtatorem ſic fuiſſe relicturum. Ita Caſtren. & Alex. ſupra allegati. Pariſ. in conſil. 61. col. 3. libr. 2. & Gabr. in d. concluſ. 8. num. 13.

24 Declaratur hic † caſus, vt locum non habeat, quando legata eſſent tot, & tanta, vt veriſimile non ſit, quod ſi pater ſciuiſſet, filium ſibi naſciturnum, eam non reliquiſſet. Ita ſcripſerunt Aret. in d. l. Lucius. in prin. nu. . . ff. de li. & poſth. & in d. cōſ. 93. nu. 6. verſ. ſi verò teſtator. Corn. in conſ. 158. nu. 34. lib. 2. Ruy. in conſ. 50. col. 2. lib. 2 Pariſ. in cōſ. 60. nu. 22. & in conſ. 61. nu. 22. lib. 2. Alciat. de præſumptionibus reg. 1. præſumpt. 13. & Gabr. in d. cōcluſ. 8. nu. 14. His accedūt Socy. Sen. in conſ. 93. nu. 35. in fin. lib. 4. Ruyn. in conſ. 50. nu. 3. verſ. & ſimiliter. lib. 2. Purpuratus in cōſ. 471. nu. 4. & Iulius Clarus in d. §. teſtamentū. q. 46. in fin. qui tamen idem eſſe voluit, quādo legata eſſent parua. His accedit Crottus in conſil. 66. nu. 24. qui idem eſſe dixit, quando legata magna eſſent relicta piæ cauſæ, ſi modo exhauriunt vltra dimidiam ipſius hæreditatis, vt ſubiungit eodem in loco Crotus. nu. 25. Et præterea Ruyn. in d. conſ. 50. num. 3. in fin. lib. 2. reſpondit, relinqui iudicis arbitrio, an legata eiuſmodi ſint, quod teſtator eſſet, vel non eſſet relicturus.

## PRÆSVMPT. XXXIII.

Patrem & cæteros aſcendentes præſumi velle relinquere hæreditatem filiis, & deſcendentibus.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentibus quadam ratione naturali parentum ſucceſſio quodammodo debita cenſetur.*

2 *Pater & cæteri aſcendentes præſumuntur velle relinquere hæreditatem filijs, & deſcendentib. ex eis.*

3 *Legitima, quæ debetur filio in bonis patris æquiparatur illi, quæ debetur patri in bonis filij, non tamen generaliter: nam.*

*Patris hæreditas magis debetur filio, quàm econuerſo.*

4 *Legitima debetur filijs iure naturæ, parentibus verò lege ciuili tantum.*

5 *Statutum poteſt in totum tollere legitimam patri debitam.*

1 CVM ratione † quadam naturali parentum ſucceſſio debita quodammodo ſit deſcendentibus. l. cum ratio. ff. de bonis damna. factum
2 hinc † eſt, vt præſumatur ipſos aſcendentes velle relinquere bona ipſa ſua deſcendentibus: quemadmodum præſumptionem hanc ſic ducit Alciatus in tractat. de præſumptionibus regula prima præſumpt. 8.

3 Quocirca ſubinfert Alciatus præcitato in loco, quod licet aliquando lex æquiparet † legitimam, quæ debetur filio in bonis paternis, illi, quæ debetur in bonis filij. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoff. teſta. Attamen æquiparatio non eſt generalis: quia magis debetur filio hæreditas patris, quàm è conuerſo l. ſcripto. in fine. ff. vnde liberi.

4 Hinc † dicimus (inquit Alciatus) legitimam deberi filijs iure naturæ: parentibus verò lege ciuili tantum. Quæ ſanè Alciati traditio non ſatis vera eſt. Cum non lege naturæ: ſed ratione quadam à natura ductu dicatur quodammodo debita (vt diximus ſupra,) & explicaui auctoritate aliorum in lib. 2. de arbitra. iudicum. caſu. 149. num. 12.

5 Quod verò ſubiungit Alciatus, † ſtatutum poſſe in totum tollere legitimam patri debitam, non caret dubitatione. Nã & ſi Alciatus præcitato in loco, & Ripa. in lib. 1. reſponſo. c. 7. affirmauerint, tolli omnino poſſe: Attamen egregie ratione ab illis diſſentit Didacus in epitome de ſponſal. parte ſecunda. c. 8. §. 6. num. 5.

## PRÆSVMPT. XXXIIII.

### Pupillaris ſubſtitutio quibus coniecturis facta conſtare poſſit, diligens & accurata explanatio.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris quibus coniecturis facta conſtare poſſit.*

2 *Subſtitutio pupillaris, verbis ſingularibus facta, quando eſſe dicatur, & num. ſeq.*

4 *Pupillo non ſuccedit ur per vulgarem ſubſtitutionem, ſed ſolum ipſi teſtatori.*

5 *Subſtitutio pupillaris expreſſa dicitur, quæ hoc modo eſt concepta, Et quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Caium.*

*Declara, vt num. 6.*

*Et quibus referatur illa dictio, ei. num. 7.*

8 *Subſtitutio hæc, Caium filium meum hæredem inſtituo, & Sempronium: an ſit pupillaris.*

*Quid ſi teſtator inſtituta filia in re certa, & filium pupillum in reliquis bonis, & filio ita ſubſtituit: filij mei, filia mea hæres ſit. num. 9.*

*Et quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, bona mea Titio reſtituantur: an ſit fideicommiſſ. ſubſtitutio. num. 10.*

11 *Subſtitutio directa, an verbis obliquis fieri poſſit.*

12 *Subſtitutio, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Sempronius ſit mihi hæres, an cenſeatur pupillaris, & nu. ſeq. vbi quomodo interpretari debeat illa dictio, meus.*

13 *Hæres hæredis dicitur etiam hæres teſtatoris.*

14 *Coniectura duæ vna ſola ſunt potentiores, & præualere debent*

15 *Hæredis inſtitutio in re certa non valet, & ſi conſtat teſtatorem teſtari voluiſſe, cenſetur facta inſtitutio in vniuerſum.*

16 *Subſtitutio, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea deueniant in Sempronium, an ſit pupillaris.*

*Et quid ſi filio exhæredato pater hanc ſubſtitutionem feciſſet, vel dixiſſet, mihi hæres ſit.*

17 *Filius non potuit grauari, qui non fuit honoratus.*

18 *Subſtitutio, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Sempronium, an ſit pupillaris.*

19 *Impuberem poſſe filios procreare malitia ſupplente ætatem: & puerum nouem annorum nutricem ſuam grauidam reddidiſſe.*

20 *Subſtitutio, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Sempronius mihi & illi hæres ſit: an ſit vulgaris, vel pupillaris expreſſa.*

*Quid ſi teſtator ita ſubſtituit: inſtituo filium meum impuberem, & ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo Sempronium. 21. & ſeq.*

22 *Verba ſunt notæ paßionum animi.*

23 *Subſtitutio pupillaris quæ dicatur.*

24 *Dictio, ſi, conditionem importat, & conditio formam.*

25 *Verba quando ſignificare poſſunt aliquam ſpeciem ſubſtitutionis, & perſona cui ſit ſubſtitutio compatitur, talis præſumitur & interpretatur.*

26 *Diſpoſitio facta præſumitur in fauorem eius, cui qualitas diſpoſitionis naturaliter conuenit, quando nomen non exprimitur.*

27 *Baldi & quam plurium Doctorum opinio refellitur.*

28 *Subſtitutio, quæ plures ſubſtitutiones continet, & quæ habet tractum temporis in futurum, an dicatur compendioſa, reiecta Baldi ſententia.*

29 *Subſtitutio compendioſa quæ dicatur.*

30 *Verba aliquando admittunt caſum, qui intentionis defectu excluditur.*

31 *Verba, ſi deceſſerit in pupillari ætate. an ſint apta comprahendere vulgarem ſubſtitutionem.*

32 *Expreſſum id dicitur, quod in generalitate verborum continetur.*

*Tacitum dicitur, quod nec ex verbis nec ex mente colligitur, ſed tacitè à lege ſubintelligitur.*

33 *Argumentum à ſubſtitutione vulgari ad pupillarẽ & econtra, an & quando procedat.*

34 *Subſtitutio, inſtituo filium meum, & ſi ipſe hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Caium: cum habeat duo capita, an ſit vulgaris vel pupillaris.*

*Quid autem ſi continet vnam conditionem tantum. ibid.*

35 *Subſtitutio vulgaris, quæ continet caſum impotentiæ, dicitur illum continere ſiue ille caſus eueniat viuo teſtatore, ſiue mortuo.*

36 *Subſtitutus his verbis, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate. dicitur ſubſtitutus ſub conditione caſuali: nam.*

*Subſtitutio omnis directa dicitur conditionalis inſtitutio.*

37 *Subſtitutio, filio meo impuberi, quandocunque deceſſerit, ſubſtituo Titium, & ſi videatur compendioſa, dicitur tamen expreſſa pupillaris.*

*Declaratur, vt num. 38.*

*Quid ſi teſtator dicat, & ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, in eius hæreditate ſubſtituo Sempronium, an ſit manifeſta pupillaris. 39.*

*Et quid ſi teſtator ita ſubſtituit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi hæres in fundo Semproniano. 40.*

41 *Verbi alicuius detractio in inſtitutione, vel ſubſtitutione an ſit permiſſa.*

*Quod duorum verborum detractio, non ſit licita. num. ſeq. nec ſuppletio.*

42 *Verborum geminatio efficacius operatur.*

43 *Verbum ciuile directum non trahitur ad obliquam ſignificationem.*

44 *Subſtitutio hæc, & ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, volo bona mea à commiſſarijs meis vendi, & inter pauperes diſtribui. an ſit pupillaris.*

*Quid ſi huiuſmodi eſt, filium meum (impubere ipſo præſuppoſito) viuum & mortuum cum omnibus bonis ſuis fratri meo relinquo. an ſit pupillaris. num. 45.*

*Et quid præſumitur teſtatorem voluiſſe diſponere. ibi.*

CVM



1 CVM de ſubſtitutione † pupillari aſſiduis ſtudioſiſque auditoribus diſſererem, admonui, eam aliquando fieri verbis claris, & expreſſis, aliquando verò coniecturis ſumptis ab aliquibus verbis à teſtatore prolatis, ſingulos hic caſus diſtinctim recenſebo vt facilius, & planius intelligamus ſigna, quib. ſubſtitutio pupillaris facta intelligatur.

2 Primus eſt caſus, quando † teſtator his verbis vſus eſt, inſtituo Caium filium meum impuberem, & ſi ipſe hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ei pupillariter ſubſtituo Sempronium. Hic conſtat, verbis ſingularibus factam eſſe ſubſtitutionem pupillarem. l. 2. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. vbi omnes, & tradit etiam Didacus in cap. Raynutius. §. 5. numer. 4. verſ. ſit deinde. de teſta.

3 Secundus eſt † caſus, quando teſtator ita dixit. Et ſi filius meus intra pubertatem deceſſerit, Sempronius ei hæres ſit. Hic caſus eſt etiam verbis clarus, eſſe ſcilicet Sempronium ſubſtitutum pupillariter filio, ſicuti in ſpecie ſcripſerunt Bald. in l. precibus. num. 42. Caſtren. num. 12. Aret. num. 4. Caccialupus. num. 21. & Corn. num. 10. Cagn. nu. 125. C. de impub. & aliis ſubſtit. Alex. in l. 1. num. 25. verſic. 1. quia. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & ibid. Socin. Sen. num. 34. idem Alexan. in l. Gallus. §. 1. col. 2. verſ. hanc etiam opinionem. Idem docuit Ruynus in d. l. 2. num. 39. verſ. primus, quando. ff. de vulg. Politus in tract. ſubſtitutionum, in tit. de pupillari. in q. 5. & q. 6. num. 11. & Emanuel Coſta in c. ſi pater in 3. parte, in verbo, pupillares. num. 18. & nu. 11. de teſta. in 6. Eſt enim clarum, dictionem illam ei, quæ ipſum pupillum reſpicit, excludere vulga-
4 rem: cum per † vulgarem non ſuccedatur pupillo, ſed ipſi teſtatori, vt in inſtit. de vulga. in princip. Pupillaris ergo ſolum eſt. Quam ſententiam probant cap. Raynutius. de teſta. ibi. eidem impuberi, de teſta. in 6. & in cap. ſi pater. de teſtam. in 6. Quare male ſenſerunt Francus in d. cap. ſi pater. nu. 84. de teſta. in 6. & Alciatus in d. l. 1. nu. 63. ff. de vulga. cum dixerunt, hanc etiam eſſe vulgarem: ex quo illa dictio, ei, nil operatur. Eſt ſane verius, imò operari excluſionem vulgaris, quæ quidem non ineſt ex generali expreſſione, & forma verborum: ſed ſolum à lege tacitè ſubintelligitur, vt declarat Ruyn. in d. l. 2. num. 39. in fine.

5 Extenditur hic caſus, & coniectura, † vt locum habeat, quando prædicta verba prolata ſunt in ſubſtitutione habente formam compendioſæ, vt ſi teſtator, inſtituto filio impubere, ſic dixit. Et quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Caium. Nam & hoc caſu dicitur facta ſubſtitutio pupillaris expreſſa ſaltem verbis generalibus. Ita Fulgoſius in conſil. 33. in fine. Corneus in conſil. 138. num. 7. lib. 3. Francus in cap. ſi pater. col. 45. num... verſ. item adde. de teſta. numer. 6. Ripa. in l. Centurio numer. 139. & ibidem Alciatus. numer. 90. & Sforcia in Tract. de Compendioſa in quinta parte. art. 3. pag. 159. à tergo. verſ. ſublimitatur ſexto, qui reiecit, & rectè opinionem Beroij in conſilio 125. numero 19. libr. 2. qui non admiſit traditionem hanc in verbo, ſuccedat: etſi quo ad verbum, ſubſtituo, idem cum aliis ſenſerit. Cum verè idem ſit dicendum. Et hęc quidem recepta eſt opinio, etſi diſſentiat Decianus in conſ. 82. num. 33. lib. 3.

6 Declaratur prædicta extenſio, vt † locum non habeat, quando prædicta verba poſſent etiam referri ad perſonam teſtatoris: vt ſi notarius in teſtatoris perſonam loquens ita dixit. Et prædictus teſtator voluit, vt quandocunque filius ſuus decederet, ſuccederet ei Titius. Nam tunc non pupillaris, ſed vulgaris ſubſtitutio facta præſumitur. Ita Sforcia in loco præallegato in verſicul. reſtringitur ſecundo: qui huius opinionis retulit Baldum in conſi. 12. Quidam nomine Angelutius. lib. 2. & Caſtren. in conſ. 142. Viſo teſtamento ſer Baſtiani. num. 2. verſ. vnum tamen in caſu. lib. 1.

7 Exiſtimo † declarationem eſſe veram, & ſi Baldus ſolum loquatur, quando dictio, ei, refertur ad perſonam pupilli, vt dicatur pupillaris. In alio autem caſu, de quo reſpondit Baldus, non aderat, dictio, ei. Caſtrenſis vere loquitur de dictione, ſibi, quæ melius conuenit & adaptatur ad perſonam teſtatoris, & idem reſpondit Curtius Iunior in conſilio 139. numero 12. Præterea aduerſus Caſtrenſem ſenſit Corneus in conſilio 295. Videtur in hoc. num. libr. 1. qui reſpondit dictionem hanc, ſibi, referri ad proxime nominatum: Cum ergo in caſu Caſtrenſis ac hoc noſtro perſona pupilli eſſet proximè nominata, ad eam videtur dictio hæc referenda. Exiſtimo rectius ſenſiſſe Caſtrenſem; pro quo facit, quod poſt alios tradit Ripa in l. ex facto in prin. nu. 5. ff. ad trebell. cum dixit verba quæ referri poſſunt ad hæredem & ad teſtatorem. in dubio eſſe referendam ad teſtatorem. Et idem quod Ripa ſcripſerunt alij, quos congeſſi in conſ. 106. nu. 212. lib. 2.

8 Tertius eſt caſus, quando † teſtator ita ſubſtituit; Caium filium meum hæredem inſtituo, & Sempronium ſubſtituo. Hoc etiam caſu ſubſtitutio eſt pupillaris expreſſa verbis generalibus, ſi is filius Caius erat impubes. Ita Bartol. in l. Centurio, num. 32. in fine verſi. 2. oppo. ff. de vulga. Caſtren. in l. iam hoc iure. §. 1. nu. 5. ff. eo. & in d. l. precibus nu. 12. Alex. in l. Gallus. §. 1. col. 2. verſi. prædictis adde, ff. de lib. & poſth. & Decius in d. l. precibus. num. 15. verſ. allegata in contrarium. Ripa in d. l. centurio. num. 149. & late Emanuel Coſta in cap. ſi pater in tertia parte. in verbo pupillares. nu. 14. de teſta. in 6. & in prima par. in verbo ſi decederet nu. 7 eandem probauit Didacus in cap. ſi Raynutius. §. 5. nu. 4. de teſta. Nam conditio qualitáſque perſonæ, cui facta eſt ſubſtitutio, hoc ſuadet, Et probat tex. l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſt. vbi reciproco his verbis facta duobus impuberibus; inſtituo Caium & Sempronium filios meos, & eos inuicem ſubſtituo; continet vulgarem & pupillarem verbis generalibus expreſſas. Et affirmauit Alex. in l. lucius. num. 13. ff. de vulg. Et ſimile docuit Bald. in l. humanitatis. colum. 6. verſ. ſecundo quæritur. C. de impub. & aliis ſubſt. Cum dixit, quod ſi pater ſubſtituit his verbis filio ſuo furioſo. Caium filium meum inſtituo & Sempronium ſubſtituo; hæc ſubſtitutio ob qualitatem perſonæ filij, cui fit, dicitur exemplaris. Cæterum a prædicta Bart. & ſequacium ſententia diſſentit Baldus in d. l. precibus nu. 48. in fine. dum à fortiori ſcribit pupillarem expreſſam verbis generalibus non dici etiam ſi teſtator dixit, Caio filio meo impuberi ſubſtituo Sempronium. Et Baldum ſecutus eſt Francum in cap. ſi pater nu. 87. de teſta. in 6. Nam dicebat Baldus illa dictio, impuberi, ſtat demonſtratiue, & non diſpenſatiuè ſicuti in dubio demonſtratiue ſtare præſumuntur Bart. in. l. Cum pater. §. menſæ. de leg. & ſcripſi ſupra. Hæc tamen Baldi traditio reiicitur ab Alex. in. l. 2. nume. 26. ff. de vulg. qui quodam in caſu Baldum tueri conatur. Et Alexandrum ſecuti ſunt Iaſon in. l. centurio. nu. 55. Guilelmus Benedictus in cap. Raynutius in verbo ſi abſque liberis. l. 2. num 17. de teſta. & Emanuel. Coſta in d. cap. ſi pater in tertia parte in verbo pupillares nu. 13. de teſta. in 6. Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiam, quando teſtator ita ſubſtituit. Inſtituo Titium & Sempronium filios meos, & eos inuicem ſubſtituo: ſi ambo ij filij erant impuberes, cenſetur & pupillariter inuicem ſubſtitui. Et dicitur pupillaris, concepta verbis generalibus, ita Didacus in d. cap. Raynutius. §. 5. nu. 4. verſ. idem ſi ita. de teſta.

9 Quartus eſt caſus, quando † teſtator inſtituit filiam in re certa, & filium pupillum in reliquis omnibus bonis: deinde ita filio ſubſtituit. Filij mei filia mea hæres ſit: vel filio meo filia mea hæres ſit. Hoc in caſu variæ ſunt interpretũ opiniones. Verùm magis recepta eſt, quod ſit expreſſa pupillaris. Ita glo. in. §. qua ratione in glo. magna in inſtit. de pupilla. Bart. in l. 1. nu. 16. & in l. qui liberis. § hæc verba. nu. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Comens. & Corneus in. l. vlt. C. de hæred. inſti. ille nu. 3. iſte. nu. 5. Alex. in. l. verbis ciuilib. col pen. ff. de vulg. & apertius ac latius hanc tuetur Emanuel Coſta in d. c. ſi pater, in tertia parte, in verbo pupillares. nu. 15. verſ. ego reſoluo. de teſta. in. 6. qui probari ſcribit in. dicta l. vlti. C. de hæred. inſti. quam is diligenter perpendit. Et eodem in loco Coſta. nu. 15. verſ. mihi autem alia ad rem docuit. Et ſecundum hanc opinionem ego ipſe reſpondit in conſil. 362. nu. 22. libr. 4. vbi quam plures ſic affirmantes recenſui.

10 Quintus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit: ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate bona mea Titio reſtituantur. Hoc in caſu ſunt opiniones Doctorum. Nam quòd ſit pupillaris expreſſa verbis generalibus ex Aretini & Socyni ſententia affirmarunt Ripa in. l. 1. nume. 40. ff. de vulg. & Rubeus in. l. Gallus. §. 1. nu. 25. ff. de libe. & poſth. Diſſentit tamen Eman. Coſta in. d. verbo pupillares num. 17. aſſerens hanc eſſe fideicommiſſariam, ex ſententia Alex. in. l. Centurio. n. 83. verſ. ſed contra Bal. & ibid. Galliaula. nu. 350. ff. de vulg. & pup. ſubſti. Et ſubiũgit Coſta præcitato in loco nu. 18. quod dicta opinio Aretini & ſequacium procedere poteſt, quando teſtator ad

ſe ipſum retuliſſet illud verbum,reſtituo : vt puta ſi dixiſſet,ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, reſtituo Titio hæreditatem meam. Ita is probat ſimili traditione Baldi in l. humanitatis.num.53. verſ.mirabile dicam.C. de impub.& aliis
11 ſubſt. qui dixit, † ſubſtitutionem directam fieri poſſe verbis merè obliquis: vt ſi teſtator ita dixit, ſi filius meus in furore deceſſerit, ergo teſtator hæreditatem meam Titio reſtituo. Hæc eſt directa: quia non ſignificat medium hominem reſtituentem. Et Baldum ſecuti ſunt Corneus in l. precibus.num. 33.C.de impub.& aliis ſubſt.& Ripa in l.Centurio.num.101. ff.de vulg.& pupil.ſubſt. Et dixerunt Bald.& reliqui, hoc eſſe mirabile.

12 Sextus eſt caſus,quando † teſtator ſic ſubſtituit.Et ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit,Sempronius ſit mihi hęres. Hoc ſanè caſu ſubſtitutio adhuc erit pupillaris. Ita caſum hūc in ſpecie & clarè approbarunt gloſſ.in l. 1.in verbo.Caius.ff. de vulg.& pup.ſubſt.Roma.in ſing.109.Caccialupus in l.precibus num.23. & 24.C. de impub.& aliis ſubſtit.Iaſon in l. ſi quis à filio.in prin.num.3.de leg.1.Coraſius in d.l.pen.nu.7. Pariſius in conſ.7.nu.54.libr.2. Soc.Iun.in conſ.121.nu.23. lib.1.Rubeus in l.Gallus.§.quidam rectè nu . . . ff. de liberis & poſth.Alciatus in d.l.1.num.163.ff.de vulg.& ibidem Ripa 33.Pariſius in conſ.38.ad finem.l.2.Didacus in c.Raynutius. §.5.num.5.ver.ex quib.infero de teſta.Emanuel Coſta.in c.ſi pater,in tertia parte in verbo, pupillares.num.2.de teſta.in 6. Huius ſententiæ ratio prima afferri ſolet quod cum impubes filius,cui facta eſt ſubſtitutio.fuerit iam hæres inſtitutus à patre:is pupillo ſubſtitutus ſatis dicetur etiam hæres ipſius pa-
13 tris : Cum † hæres hæredis dicatur etiam hæres teſtatoris.l. pater famil.ff.de vulg.& l.ſi quis filium §. vlt.ff.de acquiren. hæredit.& l. vlt.C.de hæred.inſtit. ſecunda eſt ratio verior & probabilior: quod ſcilicet illa dictio,mihi, tollitur tanquam vitioſa.l.cohæredi.§. vlt ff.de vulg. & maniſeſtiſſimus textus. in l.ſi ita ſcriptum.§. qui filio.ff. de bono poſſeſſ. ſecund.tab. & idem probat.l.pen.C.de impub.& aliis ſubſtit. Duæ hæ rationes inuicem pugnare videntur. Cum prima defendat dictionem,mihi, rectè poſitam eſſe : Poſterior verò præſupponit dictionem, mihi, abhorrere à pupillari : & propterea detrahi. Coſta tamen præcitato in loco vtramque rationem ſimul conciliare conatur. Cæterum ſatis ſuperque eſſe debet, quod illa ſecunda ſit vera, & omnino retinenda : cum ( vt ait Alciatus præcitato in loco)ex iureconſultorum verbis & ſententia deſcendat.Ratio autem, qua Iulianus in d.§. qui filio, reſpondit,perinde eſſe ac ſi illa dictio,mihi,adiecta non eſſet, conſiderari ſic poteſt.Illius teſtatoris mens & animus fuit facere ſubſtitutionem pupillarem, non autem vulgarem. Nam duæ coniecturæ hoc ſuadent, vna eſt ducta à verbis illis, ſi filius meus deceſſerit priuſquàm in ſuam tutelam venerit,ideſt priuſquam factus ſit pubes:quemadmodum infrà demonſtrabimus in nono caſu:altera eſt coniectura ſumpta à conditione perſonæ, cui facta eſt ſubſtitutio nempe à pupillo, cui pupillaris conuenit arg. cap.ſi pater de teſtam. in 6. Quod verò vulgariter ſubſtituere voluerit, vna eſt ſola coniectura ducta ab illa dictione, mihi. Quæ quidem dubia etiam eſt, ex quo poteſt intelligi,mihi ſit hæres mediante perſona filij mei. Illæ
14 ergo duæ coniecturæ † præualere debent vni ſoli vt tradunt multi,quos congeſſi ſuprà lib.1.q.30.num.4. cum ergo conſtet teſtatorem voluiſſe facere pupillarem, vt ſua ipſa voluntas & diſpoſitio ſuſtineatur, interpretatur Iulianus in d.§.qui filio dictionem illam, mihi, haberi pro non adiecta.Ita enim
15 † dicimus:quod quando conſtat teſtatorem voluiſſe teſtari,ſi eo in teſtamento hæredem inſtituit in fundo, vel in certa aliqua re:verba illa pro non adiectis habentur : atque ita detracta fundi mentione, cenſetur facta inſtitutio in vniuerſum.l. 1.§. ſi ex fundo.ff. de hæred. inſtit. Id quod factum eſt fauore vltimæ voluntatis, vt ſuſtineatur : vt declarat Comens in l. 1. num.5.ff. de cond. inſtit. Et hæc quidem conuenit caſui noſtro. Nam cum teſtator ſubſtituerit pupillariter : detrahi debet illa dictio, mihi, qua ſignificabatur ſubſtitutum ſuccedere debere pupillo non quidem in vniuerſum : ſed in bonis teſtatoris tantum. Cæterùm aduertendum eſt Ruynum.l.1.nu. 9.ff.de vulg. nouam inuexiſſe opinionem, quod ſcilicet hæc non ſit nec vulgaris,nec pupillaris : ſed ait, eſſe inſtitutionem in primo gradu,quia teſtator dicitur dediſſe cohæredem filio ſuo.Et illo in loco aliter explicat.dict.§.qui filio.Eſt quoque conſiderandum, quod Socinus ſe.in d.l.1. num.36.ad finem, dixit, hanc eſſe quidem pupillarem, ſed tamen continere expreſſam vulgarem ob illa verba ſit mihi hæres. Et Socinum ſecutus eſt Didacus in cap. Raynutius.§.5.verſic. Ex quibus. Extenditur hic caſus,vt locum etiam habeat,quando teſtator ita dixiſſet.Et ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit,Sempronius ſit hæres meus. Nam adhuc detrahi debet illa dictio meus.Ita Aretinus & Iaſon in l.ſi quis à filio.ff. de leg.1.ex illo textu. Et idem ſcripſit Emanuel Coſta in d. cap. ſi pater in tertia parte in verbo, pupillares.num.2.prope principium de
16 teſt.in 6. Extenditur † ſecundo vt procedat etiam quando teſtator dixit.Et ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate bona mea deueniant in Sempronium. Nam adhuc pupillaris ſubſtitutio.dicitur.Ita Bart.in d.l.ſi ita.§.qui filio.ff.de bon.poſſ. 2.tab.quem ſecuti ſunt Boër. in q.38.nu.16.Soc.Iun.in conſ. 95.nu.26.& 102. num.10. libr.1.Soc. Sen.in l.1.nu.11.in ſecundo caſu.ff.de vulg.

Extenditur tertio,vt locum etiam habeat,quando teſtator ſciuit filium habere bona propria. Nam adhuc eſt pupillaris, detracta illa dictione, mihi.Ita Aretinus in l.1.numer.3.ff.de vulg.& ibid.Alex.num.7.& Soc.Sen.in conſ.116.col.2.libr. 1.reiecta opinione Caſtren.in d.l.1.num.4.& Pariſij in conſ. 73.in fin.lib.2.

Declaretur primo hic caſus, vt locum non habeat,quando teſtator filio exhæredato ſubſtitutionem hanc feciſſet. Nam tunc illa dictio, mihi,non detrahitur : ſed ſubſtitutio ipſa inualida omnino eſt.Si quidem non valet, vt vulgaris : quia exhæredato fieri non poteſt. Non etiam, vt pupillaris quia is ſubſtitutus non poteſt ex pupillari capere bona teſtatoris, ſed ſolius pupilli.§.non ſolum in inſti.de pupil. ſubſt.Non etiam,
17 vt fideicommiſſaria : quia † grauari non potuit filius, qui honoratus non fuit.l. ab eo. C. de fideicom. Ita declarat Caſtr. in l.1.num.9.ff.de vulg.& in l.precibus.nume.13.C.de impuberum. Et illum ſecuti ſunt Iaſ.in d.l.1.nu.12.& Ruynus nu. 40.Coraſius in l. cum quidam.num.7.C. de impub.& Coſta in d.verbo, pupillares.num.3. Cæterum à prædictis diſſenſerunt Caccialupus in d.l.precibus.num.24.Ripa in d.l.1.num. 33.& ibid.Alciatus num.169.ff.de vulga.

18 Septimus eſt caſus, quando † teſtator ita diſpoſuit. & ſi filius meus in pupillari ætate ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Sempronium. Hoc etiam caſu dicitur pupillaris ſubſtitutio. Ita ſcripſerunt Comenſ.in conſ.125.Pariſius in conſ.73.num. 24.lib.2.Ripa in l.2. num.39.ff. de vulg. & Riminal. Iunior in
19 l.precibus.num.269.C.de impub.Eſt enim † poſſibile impuberem habere filios : cum generare poſſit, malitia ſupplente ætatem.c.puberes,& c.de illis, de deſponſa.impub.Et glo.in c.quod intra.20.q.2.ſcribit,obſeruatum aliquando fuiſſe,puberem nouem annorum reddidiſſe grauatam nutricem.Non hic repetam alias rationes, quibus Doctores hanc firmant ſententiam, de qua dicemus infra in præſumpt. vbi de compendioſa diſſeremus.

20 Octauus eſt caſus,quando † teſtator ita dixit,ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,Sempronius mihi,& illi hęres ſit. Hoc caſu eſt pupillaris expreſſa, ac etiam expreſſa vulgaris. Ita Curt.Iun.in l.pen num.6.C. de impub.& aliis ſubſt.Ripa in l.1.num.42.& ibid.Alciatus, num.165.ff.de vulg.& Emanuel Coſta in d.c.ſi pater,in tertia parte.in verbo,pupillares. num.12.de teſtam.in 6. ſicuti etiam eſſe expreſſam vulgarem in caſu ſexti caſus ſupra relati, dixerunt Socin.in d.l.1.nu.36. in fin.& Didacus in d.c.Raynutius.§.5.num.5.verſ.ex quibus infero.de teſta.

21 Nonus eſt caſus, quando † teſtator ita ſubſtituit, inſtituo filium meum impuberem,& ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo Sempronium. Hoc caſu etiam præſumitur facta ſola pupillaris.Ita gloſſ.in l.precibus.in gloſſ.magna.in fin.& ibid.Caccialupus.nu.30.qui alios recenſet,Iaſ.nu.19.& Curt. Iun.nu.36.Ripa in l.2.in prin.nu. 40.ff. de vulg.qui communem eſſe teſtatur.Et alios commemorant Cagnolus & Riminald.Iun.in d.l. precibus ille.nu.129.iſte. nu.264.& nu.268. Eandem probarunt Ruy.in conſ.103.nu.6.& num.19.libr.2. Soc.Iun.in conſ.95.num.14.lib.1.Didac.in c.Raynutius.§.9. nu.1.verſ.3.ex hoc.de teſta.Leonius in tract.ſubſtitutio.in tit. de pupillare.nu.44.& Emanuel Coſta in d.verbo, pupillares. nu.9.verſ.ſed certe glo. Quæ ſane ſententia multis probatur rationibus, & argumentis.Et primo ex l. qui liberis.in princ.





& in l.cohæredi.§.vlt.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& in §.non ſolum,in inſtit.de pupil.ſubſt.quibus in locis eſt reſponſum his verbis , *Si in pupillari ætate deceſſerit, ſi intra pubertatis annos deceſſerit, tunc in locum partemvè eius Titius hæres eſto.* His ſane verbis concipi pupillarem. Cum ergo teſtator vſus eſt his verbis
22 præſumitur voluiſſe pupillariter ſubſtituere : cum † verba ſint notæ paſſionum animi.l.labeo.ff.de ſupellect.lega.ſecun-
23 do accedit, quod pupillaris † dicitur illa, quæ fit pupillo reſtrictiuè vſque ad certum tempus nempe pubertatis. l. ſi teſtamento.C. de impub.& aliis ſubſt. At qui eiuſmodi eſt hæc ipſa : cum teſtator conditionaliter dixerit, ſi deceſſerit in pupillari ætate. Illa dictio, † ſi, conditionem ſignificat.l.1.ff.de
24 condit.& demonſtr. Et conditio importat formam.Baldus in auth.matri, & auiæ.C.quando mulier tutelæ officio fung.poteſt.Erit ergo pupillaris.Tertio confert text.d.l. precibus.C. de impub.vbi ſubſtitutio , quæ in ſecundum caſum fieri dicitur, his verbis fieri ſolet:ſi intra decimum quartum ſuæ ætatis annum deceſſerit.Et tamen paulo infra ipſimet Impp.appellant hanc pupillarem expreſſam , diſtinctam à compendioſa, quæ non reſtricta ad certam ætatem fieri dicitur. Quarto à fortiori probat text.l.pen.C.de impub.& aliis ſubſtit.ſi teſtator duos habens filios impuberes,ita ſubſtituit,ſi vterque impubes deceſſerit, Sempronium ſubſtituo, vno filiorum tantum mortuo in pupillari ætate, alter ſuperſtes ex reciproca pupillari tacita ſuccedit excluſo Sempronio. Eſt ergo pupillaris ſubſtitutio his verbis concepta, ſi impubes deceſſerit. Quinto ſuffragatur textus à fortiori in l. ſi ita ſcriptum.§. qui filio.ff. de bono. poſſeſſ. ſecun. tab. vbi ſubſtitutio pupillaris facta dicitur his verbis, ſi filius meus moriatur priuſquam in ſuam tutelam veniat ( hoc eſt in pupillari ætate ) tunc Titius mihi hæres eſto.Et ſane pupillaris, tametſi adiecta fuerit illa dictio,mihi,quæ alioqui vulgarem ſubſtitutionem factam arguit, vt diximus ſupra. Ergo à fortiori dici debet pupillaris hæc,vbi non eſt appoſita illa dictio, mihi.Sexto accedit text. l.pen.ff.de priuil.cred.vbi ſubſtitutio his verbis facta, ſi intra decimum quartum annum deceſſerit, confirmatur exiſtentia ſuitatis,pupillo repudiante,ergo ſi pupillaris:quia ſi eſſet vulgaris,ille ſubſtitutus vulgariter tolleret ſuitatem.l.ſi filius hæres.ff.de libe.& poſth.Nec repugnat, quod inquit ſupra in d. l.precibus.num.43.illa eſſe verba iure conſulti,non autem teſtatoris : quia reſpondetur, eſſe quidem iure conſulti dantis formam conficiendi ſubſtitutionem pupillarem.Alia ratione reſponſum hoc non probare ſententiam hanc exiſtimarunt Ruyn.in d.l.1.num.41.ff.de vulg. & Cagnol.in d.l.precibus. num.133. & alia Emanuel Coſta in d.c. ſi pater.in 3. parte.in verbo, pupillares.num.10.de teſta.in 6.Septimo non parum
25 confert, quod † quando verba ſignificare poſſunt aliquam ſpeciem ſubſtitutionis, & perſona, cui ſit ſubſtitutio id patitur,talis præſumitur,& interpretatur,cap.ſi pater ad finem,de teſta.in 6.& docuit Baldus in l.iam hoc iure.ff. de vulg.& pupil.ſubſtit. At qui verba hæc,ſi filius meus deceſſerit in pupillari ętate,ſignificare poſſunt pupillarem,vt dixi ſupra.Et qualitas perſonæ, cui facta fuit, conuenit.Ergo dici debet pupillaris. Octauo & vltimo vrget, non mediocriter egregia illa ratio, qua vſus eſt Aret.in l. Centurio.colum.7.verſ.ſecunda
26 concluſio.ff.de vulga.Quando in aliqua † diſpoſitione, cuius nomen non exprimitur, qualitas aliqua apponitur, quæ conuenit vni diſpoſitioni ſui natura,& eſſentia : alteri verò diſpoſitioni non adaptatur ſui natura , ſed diſponentis voluntate adiici poteſt,ſemper illa diſpoſitio facta præſumitur,cui qualitas illa naturaliter , & eſſentialiter conuenit. Ita probat.l. cum dotem.C.de iure dotium, quo loci Bald.num.2.ſcripſit, pactum appoſitum in æſtimatione rei dotalis , quod periculum ſpectet ad maritum, efficit, vt præſumatur celebrata emptio,& venditio.Cum hæc qualitas ſui natura conueniat emptioni & venditioni , licet partium conuentione alteri contractui,& promiſſioni adhiberi poſſit.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff. ſi quis cautio. At qui qualitas pupillaris ætatis, quam appoſuit teſtator in hac ſubſtitutione , ſui natura , & eſſentia conuenit pupillari ſubſtitutioni. Ergo præſumatur facta pupillaris,non autem compendioſa, cui qualitas iſta naturaliter non conuenit.

27 His conſtat † male ſenſiſſe Baldum in d.l. precibus.nu.42. cum dixit,quod imò ſubſtitutio hęc dicitur compendioſa,reſtricta tamen ad pupillarem ætatem , & ideo continet etiam vulgarem expreſſam verbis generalibu. Et idem reſpondit ipſemet Baldus in conſ.122. Verba teſtamenti.lib 1.& in conſ. 319.Quidam Nicolaus.lib.5. Idem affirmarunt Caſtren.in d. l.precibus.nu.10.verſic.ſed adducit,& ibidem Alex.num.7.& Corn.nu.8.& 9.Soc.Sen.in l.1.colum.61.verſ. ſed hanc communem , ibidem Iaſ.colum.vlt.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. Galliaula in l. Centurio. num. . . ff.eo. Et his accedunt Zabarella in c.Raynutius.q.39. de teſta.& ibidem Imola nu.185. Curt. Iun.in d.l.precibus num.36. & Cagnolus nu.129.& alij nonnulli,quos ſciens omitto, ij ſane male ſenſerunt. Et ratio qua
28 motus eſt Baldus vera non eſt. Illa † ſubſtitutio , quæ ( inquit Baldus)plures ſubſtitutiones continet, & quæ habet tractum temporis in futurum,compendioſa eſt.Bart.in l.Centurio.nu. 32.verſ.2.oppo.ff.de vulga. At qui hæc ſubſtitutio habet tractum temporis in futurum,nempe tempus ante aditam hæreditatem,& poſt aditam vſque ad pubertatem.Continet etiam plures ſubſtitutiones, vulgarem, ſcilicet & pupillarem. Ergo eſt compendioſa. Hæc ſane conſideratio diluitur primum à Decio in d.l.precibus.nu.15.verſic.nec obſtat, quod habeat: quod imò hoc tempus eſt vnum totum , quod reſpicit ſolam ætatem pupillarem : alioqui dicendum eſſet,quod omnis pupillaris foret compendioſa:cum omnis compendioſa habeat tractum temporis in futurum.Cæterum Socin.Sen.in l.1.nu. 36.colum.63.verſ.Nec obſtat,quod talis : ſcribit, nil referre, quod hæc ſubſtitutio non comprehendat plura tempora,hoc eſt pupillaris, & non pupillaris : cum ſatis eſſe videatur,quod habeat tempus ſucceſſiuum:ſicuti quando ſubſtitutio fit maiori,quæ non comprehendit plura tempora, & tamèn dicitur compendioſa, vt docuit Bart.in d.l.Centurio.Alia reſponſione conatur ſatisfacere Cagno.in d.l.precibus.nu.1 9.verſ.3. quia, quod imò compendioſa eſſe non poteſt : cum illa non ſit,niſi ob tractum temporis contineat fideicommiſſariam,d. l.precibus, ibi , *an poſtea deceſſerit.* Porro cum hæc fideicommiſſariam non contineat,dici non poteſt compendioſa,&per conſequens erit ſola pupillaris. Hæc conſideratio vera non eſt:quia & ſi dici non poteſt ſimpliciter,& abſolute compendioſa,attamen appellari poteſt compendioſa reſtricta ad ętatem pupillarem.
29 Nam † compendioſa eſt auctore Bart.in l. Centurio.nu.9.ff.de vulg.quæ ſub compendio complectitur plures ſubſtitutiones, ſeu plura tempora:ſicuti poteſt hæc ipſa.Rectius reſponderi poteſt ſecundum Emanuelem Coſtam in d.c.ſi pater.in 3.part.in verbo, pupillares.num.10.verſ.nec multum:non eſſe compendioſam, quia etſi per ipſa verba dimittere poſſit etiam vulgarem,in caſum quo filius decederet, viuo patre,vt ſcribit Bart.in d.l.Centurio.num.32.in fin.attamen vere non continetur vulgaris ob defectum intentionis.
30 Verba enim † aliquando admittunt ſpeciem & caſum,qui intentionis defectu excluditur.l. nomen filiarum.ff. de verbor. ſigni.coniuncta l.qui filiabus.de leg.1.l.verbis ciuilibus.in fi. ff.de vulg.& l.ſi quis ita.verſ. ſi quis cum ignoraret.ff.de teſt. tutela. At conditio pupilli arguit teſtatorem ſenſiſſe de ſola pupillari. Caſtren.in d.l.precibus. nu.11. Politus in tract. de ſubſtitutio.in titu.de pupillari.num.11. Confert quod ſcribit Albertus in rubr.ff.de vulga.nu.57.verſ.ſi verò teſtator. Quo
31 circa † ſi hæc verborum formula continet ſolam pupillarem, dici non poteſt, quod ſit compendioſa. Prætereo hic ſciens diſtinctionem illam, quam fecit Soci.Sen.in d.l.1.colum.62. nu.36.verſ.vnde pro ſolutione. Quandoquidem in hanc reincidit opinione:quod ſubſtitutio his verbis concepta : ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit,ſit compendioſa.

Secundò pro Baldi opinione vrgere magis videtur : quod ſubſtitutio his verbis concepta:ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate:habet eūdem effectum:quem habet compēdioſa reſpectu vulgaris:ſi quidem & hęc continet vulgarem expreſſam verbis generalibus : ſicuti compendioſa. Ergo reſpectu effectus dici debet compendioſa. Quod verò hæc contineat etiam vulgarem expreſſam verbis generalibus, cum Baldo in d.l.precibus.nu.42.Senſerunt ibidem Alex.& Iaſon: Curtius Iunior nu.37. & Sapia.num. 43. Cagnolus.nu.132. & Riminal.Iunior num. 272. Et his accedunt Socinus Sen.in l.1.col. 62.numer.36.verſic.Secundò conabatur : qui communem & veriſſima eſſe aſſerit, & ibidem Ruyn.numero 41. Ripa in l. 1.numero 84.& in l.2. numero 41.ff.de vulga. Alciatus in dicta l.1.num.21.& in d.l.centurio.num.56.ff.de vulga.& Didacus in cap.Raynutius §.5 nu. 4. delecta:Verum reſpondetur:

quod imò hæc vulgaris comprehenſa ſub hac formula eſt omninò tacita,& à lege ſubintellecta,iuxta l.iam hoc iure.ff. de vulg.Et hanc quidem ſententiam manifeſtè probarunt gl. in cap.Raynutius extrà de teſta.& in cap.ſi pater, de teſta.in 6.Inno.in d.cap.Raynutius.num.1.& Hoſtien.ibidem in verbo,ſuccedat.Albericus in rub.ff.de vulga.num.57.Caccialupus in d.l.precibus.num.20.& 21. & ibidem Decius.numer. 15.verſ.ſed difficultas:Guilielmus Benedictus in d. cap.Raynutius,in verbo, ſi abſque liberis, il 2.de pupillari.num.15.& Emanuel Coſta in d.cap.ſi pater in tertia parte in verbo, pupillares.num.9.verſic.ſed certè. Et veriorem hanc eſſe exiſtimo. Tametſi rationes & argumenta quibus vſus eſt Decius non concludant: vt etiam animaduertit Riminaldus Iunior in d.l. precibus.num.278.Exiſtimo inquam verius eſſe,quod hæc vulgaris ſit tacita tantummodo.Si quidem hæc formula, ſi filius meus pupillari ætate deceſſerit, Sæium ſubſtituo: vel Sæius hæres ſit:dicitur ſola expreſſa pupillaris.Sicuti demonſtrauimus ſupra:& clarè probat text.l.qui liberis,in prin.ff.de vulga.& pupil.ſubſt.Cuius verba hæc ſunt. *Qui liberis impuberibus ſubſtituit, aut pure aut ſub conditione ſolet ſubſtituere pure ſic, ſi filius meus intra pubertatem deceſſerit, Sæius hæres eſto.* Hic ſignificauit hanc eſſe pupillarem proprie:quia alioqui minus rectè eam Iulianus demonſtraſſet, ſi etiam vulgari conueniret.Et eandem ſententiam probat.l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bono. poſſeſſ. ſecund. Tab. quo loci iuriſcon. adeo pupillarem proprie hanc eſſe dixit, vt etiam reiici debeat dictio, mihi; quæ videbatur eam reddere vulgarem.Cum ergo hæc ſit ſola expreſſa pupillaris, dicendum eſt, quod illa vulgaris ſub ea comprehenſa ſit tacita,non autem expreſſa.l.iam hoc iure.ff. de vulga. Nec obſtant illa argumenta & conſiderationes Socini Sen.in d.l.1. numer. 36. verſ. primo illud.ff. de vulga.qui ita argumentatur. Et primò ibi in verſ.Secundo conabatur.Sic ait, hæc verba, ſi deceſſerit in pupillari ætate: ſunt apta comprehendere vulgarem: quia poſſunt intelligi,ſi deceſſerit impubes non agnita, ſed repudiata hæredita.atque ita dici poteſt expreſſa in genere: ſicuti illa, quæ continetur ſub breuiloqua, vel compendioſa. Reſpondetur, verius eſſe: quòd contineat ſolam pupillarem expreſſam:& propterea illa vulgaris, ad quam hæc pupillaris extenditur, eſt tacita.d.l. iam hoc iure.Secundò,ſic argumentabatur Socin.in dict.l.1. numero 36.verſicul.primò illud.Illud dicitur ſaltem in gene-
32 re † expreſſum: quod in generalitate verborum continetur. Illud verò dicitur tacitum, quod nec ex verbis, nec ex mente colligitur:ſed tacite à lege ſubintelligitur.Bart.in l.1.numer. 7.ff.de vulga.& ibi Ripa.num.50.At qui ſub his verbis, ſi deceſſerit in pupillari ætate, poteſt euenire caſus mortis viuente teſtatore: & eo mortuo tam non adita quàm adita hæreditate, qui caſus vulgaris ſubſtitutionis eſt. Ergo hæc vulgaris expreſſa dicitur verborum generalitate. Reſponderi poteſt vt ſupra.Et præterea, licet euenire poſſit caſus non aditæ hæreditatis:attamen non ſequitur:quod ſit expreſſa:quia poteſt etiam eſſe tacita.Tertiò motus eſt Socinus in d.l.1.nume.36. verſ.Secundò quia, &c.hac ratione,quam ſubobſcure admo-
33 dum ille deduxit Argumentari † licet à ſubſtitutione vulgari ad pupillarem, & econtra in hac materia, quod vna expreſſa contineat alteram Bart.in d.l.1.num.5. & in l.2.num. 26.ff.de vulga.Atqui hęc formula:filium inſtituo:& Caium ſubſtituo, ſignificat & comprehendit vulgarem.gloſſ.in l.Gallus.§.1.ff. de lib.& poſth. Quæ ſanè vulgaris, ſi ſit impuberi, continet pupillarem expreſſam: Cum comprehendi poſſit caſus mortis pupilli, adita hæreditate, vt ſcripſit Caſtren.in dict.l.precibus.num.12.C.de impub.& in l.iam hoc iure.§.1.numer.5. ff.de vulga.& Alex.in d.l.Gallus.§.1.col.2.verſ prædictis adde.Imò etiam comprehendere poteſt exemplarem, ſi fiat furioſo.Baldus in l.humanitatis.q.7.C.de impuberum. Quemadmodum ergo hoc formula ſubſtitutionis vulgaris continet expreſſam pupillarem: Ita econuerſo, hæc formula, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Caium quæ pupillaris eſt,continere dicitur vulgarem expreſſam ſub generalitate verborum.Reſpondetur,quòd ſimplex hæc formula,inſtituo filium meum & ſubſtituo Caium, eſt communis tam vulgari quàm pupillari: ex quo nullum habet ſignum, quo plus vulgaris quàm pupillaris, vel econtra debeat iudicari:ſic ſenſit Decius in d.l.precibus.num.15.verſ.allegata in contrarium.Verum ſi aliquod ſignum ei addatur, vt ſi dicatur, inſtituo filium meum pupillum: declaratur atque ita efficitur pupillaris:ita declarat Alex.in d.l.Gallus.§.1.col.2.verſ.prædictis adde. Si verò dicatur, Inſtituo filium meum, & ſi hæres non erit,efficitur vulgaris.Quarto ſic argumentabatur Soc.in d.l.1.nu.36.verſ.Confirmatur iſta opinio, diſtinguendo duos
34 caſus,quorum primus eſt:quando teſtator † ita dixit.Inſtituo filium meum:& ſi ipſe hæres erit & in pupillari ætate deceſſeſerit ſubſtituo Caium Hæc ſubſtitutio duo copulatiuè continet, vnum ſi hæres erit, alterum, ſi in pupillari ætate deceſſerit: vtrumque ergo debet concurrere.l.ſi hæredi plures.ff. de cond.inſtitut. Atque ita ſubſtitutus non admittitur, niſi duo hæc verificentur.Et propterea per ſolam pupillarem ex teſtatoris diſpoſitione ſuccedit. Legis tamen interptetatione admittitur etiam per vulgarem ſi caſus ille euenit.l. iam hoc iure.ff.de vulg. quæ ſanè vulgaris dicitur tacita:ſecundus eſt caſus quando(inquit Socinus)teſtator ita diſpoſuit.Inſtituo filium meũ, & ſi deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo Caium. Hæc ſubſtitutio continet vnam ſolam conditionem voluntate teſtatoris. Hac ergo verificata vel adita vel non adita hęreditate,ſubſtitutus admittitur:& ita tam ex vulgari,ſi caſus euenit, quàm ex pupillari, ſi adita hæreditate in pupillari ætate deceſſit, ſubſtitutus ſuccedit.Ita ergo eſt expreſſa vulgaris,vt pupillaris. Reſpondetur.& concedimus,eſſe vnam tantũ conditionem.ſed dicimus eſſe illam,quæ ſoli pupillari conuenit, ob illa verba,ſi in pupillari ætate deceſſerit. Et licet verificari poſſit tam ante aditam quàm poſt aditam hæreditatem: attamen quando ante aditam verificabitur,vulgaris tacitæ ſub illa pupillari expreſſa cõprehenſæ caſus eueniſſe dicetur.Quinto idem Socinus in d.l.1.nu.36.ver.præterea ſubſtituo,ſic ar-
35 guebat: ſubſtitutio † vulgaris,quæ continet caſum impotentiæ.l.3.C.de hæred.inſtit. dicitur continere caſum illum ſiue eueniat viuo,ſiue mortuo teſtatore.l.vnica.§.pro ſecundo.C. de cadu.tollend.Ergo idem dicẽdum eſt noſtro in caſu:quod hæc ſubſtitutio, ſi deceſſerit in pupillari ætate, ita verificatur adita vt non adita hæreditate: & conſequenter ita eſt vulgaris, vt pupillaris.Reſpondetur, diuerſum eſſe caſum.d.§.pro ſecundo, à caſu noſtro. Ille enim caſus impotentiæ eſt caſus communis, qui ita conuenit illi, qui euenit viuo teſtatore, vt & illi, qui contingit teſtatore ipſo mortuo: Cum nullum extet ſignum quo demonſtretur plus vni quàm alteri conuenire.Diuerſus eſt caſus noſter in quo extat ſignum quo demonſtratur ſola pupillaris. Erit ergo pupillaris expreſſa, quæ vulgarem tacitam continet. Sexto motus eſt Socin. in d.l. 1.nu.
36 36.verſ.poſtremo:ea ratione:quod ſubſtitutus † his verbis, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ętate:dicitur ſubſtitutus ſub conditione caſuali, quia omnis directa ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio, vt ſcribunt omnes in rub.ff.de vulg.At qui clarum eſt quod ſi conditio caſualis impletur in vita teſtatoris vel eo mortuo, ſubſtitutus admittitur.l. ſi quis hæredem. C.de inſtit.& ſubſti.quia vtrumque caſum teſtator dicitur expreſſiſſe. Ergo idem dicendum videtur in hac ſubſtitutione. Reſpondetur, quod quando teſtator ſubſtituit ſub conditione, illa conditio eſt communis,& ita vni caſui conuenit, vt & alteri.Et propterea ita vna dicitur expreſſa, ſicut & altera:ſed diuerſum eſt in caſu noſtro,in quo hæc ſubſtitutio, ſi deceſſerit in pupillari ętate,ſolùm conuenit pupillari,& ideò ſola pupillaris eſt expreſſa: vulgaris verò eſt tacita. Vltimò conſiderari poteſt text.d.l. ſi ita ſcriptum ſit.§.qui filio.ff. de bonor. poſſ.ſecund.tab.ſecundum ſenſum Ruyni in l.1.num.10 ff.de vulg. Verùm reſpondetur à recepto intellectu ſuprà commemorato recedendum non eſſe.

37 Extenditur hic † caſus, vt locum habeat etiam,quando teſtator ita dixit, filio meo impuberi quandocunque deceſſerit ſubſtituo Titium.Hoc etiam caſu,etſi ſubſtitutionis formula videatur compendioſa:attamẽ dicitur expreſſa pupillaris. Ita ſenſit Bart.in d.l.Centurio.num.31.ff. de vulg.& pup.ſubſt.& alij,quos referam infrà in præſump.47.vbi explicaui quando compendioſa verbo cum pupillo facta à pagano cõtineat pupillarem ad matris excluſionem:ibi enim in nona coniectura cõmemoraui alios,qui ſecuti ſunt Bar.in d.l.Centurio.nu.31.

38 Prædicta verò † extenſio declaratur,vt locum non habeat. quando teſtator nullam penitus mentionem pupillaris ętatis fecit:ſed ſolùm dixit:Et quãdocũq; filius meus deceſſerit,&c.

Hoc ſanè caſu non præſumitur teſtatorem voluiſſe facere pupillarem.Ita declarat Decianus in conſil.82.num.24.lib.3. aucto-



auctoritate Angeli, & Aretini. Qua de re dicemus infrà in præſumpt.46. vbi explicabimus, quando ſubſtitutio facta à pagano verbis communibus pupillo comprehendat pupillarem, in quinta coniectura.

39 Decimus eſt caſus,quando † teſtator dixit, & ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,in eius hæreditate pleno iure ſubſtituo Sempronium.Hoc caſu dicitur facta euidens, & manifeſta pupillaris. Ita Corneus in conſil.322 num.18.libr.3.qui refert ſic ſenſiſſe Bart.in d.l.Centurio.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Et in ſpecie ſic etiam reſpondit Gratus in conſilio 134. num. 13.libr.1.

40 Vndecimus † eſt caſus,quando teſtator ita ſubſtituit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit,Titius ſit mihi hæres in fundo Semproniano. Hoc in caſu eſſe etiam pupillarem ſubſtitutionem ſcripſit Moder.quem refert Ripa, quem mox referam,adductus textu l.cohæredi.§.vlt.ff.eod.titul.Cæterùm Ripa in d.l.1.num.36.& in l.Centurio.num.73.ff.eo.de vulg. ea ratione dubitauit,quod abiicienda ſunt illa verba; mihi,& in fundo Semproniano.Id quod eſt deſtruere totam ſubſtitutionem formulam.

41 Et ſi enim † permiſſa eſt vnius verbi, vel nominis detractio ex inſtitutione,vel ſubſtitutione,vt in l.1.§.ſi ex fundo.ff. de hæred.inſtit. vbi ex inſtitutione detrahitur fundi nominatio:& in d.l.cohæredi.§.vlt.ff.de vulgar.abiicitur ex ſubſtitutione pupillari:ſicuti etiam dictio,mihi, de ſubſtitutione ipſa pupillari abiicitur,vt diximus ſuprà in ſexto caſu.Non tamen
42 (inquit Ripa) duo verba,non detrahuntur: cum † geminatio efficaciùs operetur.l.Baliſta.ff.ad Trebel.Non enim iure cautum reperitur, quod duo verba detrahi poſſint,quemadmodum egregiè, & ad rem docuit Bald.in d l.1.§.1.ff.de hæred.inſtit. duorum verborum ſuppletionem in hæredis inſtitutione non admitti.arg l.1.C.de dotis promiſſ.& idem, Baldi nomine ſuppreſſo ſcripſerunt Imola in d.l.1.num.166.& Barba.in conſ.5.col.2.in fine.lib.1.

Nec obſtat, ſi dicatur, imò eſſe non poſſe fideicommiſſa-
43 riam;quia verbum ciuile † directum non trahitur ad obliquã ſignificationem.l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& pupil.ſubſti. Nam reſpondetur, verbum hoc, hæres ſit,directum ciuile,ratione aliorum verborum,quæ adiunxit teſtator,inflecti, & ad fideicommiſſariam trahi, vt ſcribit poſt alios idem Ripa in l. Centurio.num.73.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.

44 Duodecimus † eſt caſus,quando teſtator ita diſpoſuit.Et ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,volo bona mea à Cõmiſſariis meis vendi, & inter pauperes diſtribui. Hoc etiam caſu dicitur pupillaris ſubſtitutio.Ita in ſpecie Mattheſ.in notab.152.in fine. & Galliaula in d.l.Centurio. nu.349.& 350. ff.de vulg.& pupil.ſubſt.

Cæterùm,cùm caſus iſte pertineat ad diſputationem illam grauem de compendioſa ſubſtitutione, quam permulti eiuſmodi eſſe ſcripſerunt; ea propter, nunc plura dicere ſuperſedeo.

45 Duodecimus † eſt caſus, quando teſtator ita dixit. Filium meum (impuberem hunc fuiſſe præſupponitur) viuum, & mortuum cum omnibus bonis ſuis fratri meo relinquo. Hoc in caſu teſtatorem filio ſuo pupillariter ſubſtituiſſe reſpondit & ſcripſit Socinus Sen.in conſ.83.col.2.ver.circà ſecundum. lib.1.& in l.qui duos.in 2.notab.ff.de rebus dubiis, quem ſecuti ſunt Socinus Iunior in l.Centurio.num.343.ff.de vulg.& pupi.ſubſt.& ibidem nouiſſimè Ioan.Marcus Aquilinus in fine,& cum Socino ſimpliciter tranſit Boer.in q.124.num.6. ſed diligentiùs Sforcia Oldo in Tract. de Compendioſa ſubſtitutione,in quarta particula, in verbo, moriatur,in fine, qui tamen ſenſit, eſſe compendioſam.

Cæterùm à Socino diſſentiunt Galliaula in d.l.Centurio. num.539. & ibidem Ripa num.197. Alciatus in l.in vulgari. §.vlt.ff.de verbo.ſignific.& Emanuel Coſta in cap ſi pater.in prima parte in verbo, moreretur.num.6.in fine.ij ſanè exiſtimarunt,teſtatorem voluiſſe viuo filio relinquere tutorem ipſum fratrem: ſicuti Socinus reſpondit: eo autem mortuo,eidem fratri commiſiſſe curam ſepulturæ, (vt inquit Ripa) vel etiam electionem (vt ſcripſit Galliaula) ſepulturæ.Quę ſanè interpretatio non ſatis conuenit illis verbis. Cum omnibus bonis ſuis.Hæc ſi perpendantur diligenter, coniecturam non leuem faciunt, teſtatorem voluiſſe fratrem ſuum (vt dicebat Socinus) ſubſtituere filio ſuo.Et hoc ſine controuerſia haberet locum, ſi ſecundum Ripam adiiceret teſtator, ſi ſine liberis decedat filius:atque ita concepta eſſent verba.Filium meum viuum,& mortuum ſine filiis relinquo fratri meo cum omnibus bonis ſuis.Illis ſanè verbis,ſine filiis,ſignificaſſet teſtator, (inquit Ripa) ſe non curam ſepulturæ filij reliquiſſe fratri: ſed fratrem ipſum ei ſubſtituiſſe. Non dixit Ripa, teſtatorem ſubſtituiſſe pupillariter: ſed ſimpliciter ſubſtituiſſe: ſentiens eſſe compendioſam, vt ſuo loco dicemus. Quod ſi contendimus,Ripam ſenſiſſe de pupillari,nil refragatur illa verba, ſine liberis. Cum non impediant pupillarem eſſe ſubſtitutionem: ſicuti diximus ſuprà in ſeptimo caſu.

## PRÆSVMPT. XXXV.

### Subſtitutio tacita pupillaris comprehenſa in expreſſa vulgari,an præſumatur, vel à lege fingatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris tacita comprehenſa in expreſſa vulgari, an præſumatur,vel à lege fingatur per tot.*
*Præſumptam eam eſſe.num.2.*
*Contra.num.3.*
*Quòd ſit præſumpta iuris tantùm Bartol.ſententia.num.4.*
5 *Fictio non admittit probationem in contrarium,cum veritati aduerſetur.*
6 *Præſumptio iuris admittit probationem contrariam.*
7 *Probatio admittitur contra fictionem, quando eſt fundata ſuper dubio aut incerto.*
8 *Subſtitutionem pupillarem tacitam fingi à lege non autem præſumi.*
9 *Verbum, intelligitur, fictionem importare: idem de verbo videtur.*
10 *Intellectus l.iam hoc iure.ff.de vulgar.& pupil.ſubſt.*
11 *Verba,intelligitur,& videtur,præſumptionem ſignificare,vel tacitam ſubauditam diſpoſitionem.*
12 *Fictio quid propriè dicatur.*
13 *Lex præſumit minus ſcriptum in teſtamento, quàm à teſtatore ipſo dictum,& cogitatum.*
14 *Lex quando aliquid ſubintelligit in diſpoſitione hominis, id facit, quia præſumit illum ſic voluiſſe.*
15 *Subſtitutio pupillaris tacita dicitur per extentionem contineri in expreſſa vulgari:non è contra.*
16 *Verbum, porrigo, non importare extenſionem: & quando.numero 24.*
17 *Subſtitutionem pupillarem tacitam eſſe quidem præſumptam,ſed quòd magis in ea operatur legis diſpoſitio, quàm voluntas teſtatoris.num.ſeq.*
18 *Subſtitutio tacita pupillaris quare à lege introducta.*
19 *Pro diſpoſito habetur id, de quo ſi contrahentes cogitaſſent,ita diſpoſuiſſent.*
20 *Præſumptio cum fictione ſimul eſſe non poteſt.*
21 *Teſtator præſumitur diſpoſuiſſe ſecundum qualitatem, & conditionem perſonæ,cui voluit prouidere.*
22 *Subſtitutio pupillaris tacita an ſit ſundata in eo, quòd teſtator non cogitauit,vel potiùs in eo,quòd cogitauit de ipſa.*
23 *Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem per interpretationem à lege factam.*

1 VARIÆ ſunt † Doctorum opiniones, an ſubſtitutio illa pupillaris tacita, quæ continetur in expreſſa vulgari à iure præſumatur, vel fingatur? Sunt enim quatuor opiniones. Prima qua-
2 rum eſt: eſſe † præſumptam non ſolùm iuris. ſed etiam de iure. Ita Ioan.Andr.in additio.ad Specul.in tit. de præſumpt.§.ſpecies.nu.5.in verbo. In prædictis concord.
3 verſ.nonus præſumit. Quæ † ſanè opinio falſa omninò eſt. Cum hic admittitur probatio in contrarium: ſicuti manifeſtum eſt, vt dicemus ſtatim, & in ſubſequenti præſumptione, id quod repugnat naturæ præſumptionis iuris, & de iure, vt diximus ſuprà lib.1.q.31.num.1.
4 Secunda eſt opinio † eorum, qui ſcripſerunt, hanc ſubſtitutionem eſſe præſumptam iuris tantum. Ita Bar.in l.3.n.5.de

leg.1.Aret.in l.iam hoc iure.num.2.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.
Soc.Sen.in l.1.num.38.ff.eod.& ibidem Ruin.num.7.Politus
in Tract.de ſubſtitutionibus.in tit.de vulgari.parte prima.in
fine.Ripa in l.1.nu.81.84.& nu.164.in l.Centurio.nume.34.
verſ.Iſta reſponſio,& ibidem Ioannes Bologn.num.90.ff.eo.
de vulg.& pupil.ſubſt. Cagnolus in l.precibus.nu.111.& ibi-
dem Coraſius.num.40.C.de impub.& aliis ſubſt. Bero.in ca.
Raynut.num.447.de teſta.Zaſius in Tract.de ſubſtit.in tit.de
vulgari.num.2.& num.23.& Bellonus in libr.4.ſupputa.iuris.
cap.17.nume.10. Quorum veram ſententiam manifeſtè ſatis
probat reſponſum Modeſtini in l.iam hoc iure.ff.de vulga.&
pupil.ſubſt.ac etiam conſtitutio Iuſtiniani in l.vlt.C.de inſtit.
& ſubſti.dum vtroque in loco appellatur hæc voluntatis quę-
ſtio. Et manifeſtiùs Alexander Seuerus in l. quamuis.C.de
impub.& aliis ſubſti.in illis: *ſi modò non contrariam voluntatem
teſtatoris,&c.* Quæ ſanè verba apertè ſignificant hoc totum
pendere à volũtate teſtatoris.Nã coniectura conſtat teſtatorẽ
huius fuiſſe voluntatis,vt nõ ſolùm ſibi,ſed & filio impuberi,
cui vulgariter ſubſtituit,iuxta legis permiſſionem prouideret:
Et ideò lex pręſumit teſtatorẽ ipſum voluiſſe pupillariter ſub-
5 ſtituere.Accedit vrgẽs hæc ratio,quod † fictio huius eſt natu-
ræ,vt non admittat probationẽ in contrariũ,vt ſcribunt gl.vlt.
l.ſi duo.ff.de acq.hær.Bald.in auth,ſed iam neceſſe.num.2.C.
de donat.ante nupt.& Felyn.in c.quanto.in fine.de præſump.
qui alios recenſet.Nam veritati fictio aduerſatur, vt multorũ
auctoritate tradit Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore.num.168.ff.de
6 vſucap.pro emptore.Pręſumptio verò iuris † contrariam pro-
bationem admittit.l.diuus.ff.de in integr.reſti.& docuit Fel.
in d.c.quinto.num.3.de præſumpt. & ſuis locis ſupra dictum
fuit.At qui noſtro in caſu probatio admittitur cõtra hanc ta-
citam pupillarem, quod ſcilicet teſtator noluerit eam conti-
neri ſub vulgari expreſſa,ſicuti probat.l.quamuis.C.de impu.
& aliis ſubſtit.& ibidem Coraſ.num.18.annotauit.Ergò hæc
tacita pupillaris non fingitur,ſed à lege præſumitur.Nec ob-
ſtat quod ad rem ſcribit Barbato.in l.cum acutiſſimi.num.13.
C.de fideicom.& Bal.in l.ordo.C.de rei vend.cum † ait,pro-
7 bationem admittit contra fictionem,quãdo eſt fundata ſuper
dubio,& incerto: Nam reſpondetur, illa non dici fictionem,
quæ fundata eſt ſuper dubio:ſed propriè eſt præſumptio. Sic
etiam tollitur obiectio ex Soc.Iun.in l.4.§.cote.num.136.de
ver.obl.dum declarat l.cum quid.ff.ſi cer.pet.
8 Tertia fuit † opinio hanc tacitam pupillarem fingi à lege
non autẽ præſumi.Hac in opinione fuerunt Corn.in l.quam-
uis,C.de impub.& aliis ſubſtit.& eo loci Cur.Iun.nu.6.Dec.
in l.precib.col.7.ver.tota difficultas.& ibidem Riminal.Iun.
num.70.& nu.164.C.de impub.& aliis ſubſtit. & Vaco. Ro-
ma.lib.4.declar.iuris.cap.63. Et his accidit Bal.in l.vlt. num.
5.C.de inſtit.& ſubſti. qui appellant hanc ſubſtitutionem in-
terpretatiuam, id eſt,fictam. Eo primo vtuntur argumento
ducto ex verbis l.iam hoc iure.ff.de vulgar.quæ dum loquitur
de hac tacita pupillari compręhenſa in vulgari expreſſa ſub-
iungit in hæc verba: *In vtrũque caſum ſubſtituiſſe intelligitur,&c.*
Et paulò poſt ait: *quod ſubſtituiſſe videtur.* Verbũ, † intelligitur
9 fictionem ſignificat, Iaſ. in l.ſi is, qui pro emptore.nu.93.ff.
de vſucap.& docuit Bal.in l.quoniam.& in l.furti.ff.de iis,qui
not.infam.Verbum videtur fictionem pariter ſignificat.l.vni-
ca.in princ.C.de rei vxo.act.& tradit Bart.in d.l.ſi is,qui pro
emptore.num.5.de vſucap.Cæterùm facilè reſpondetur, im-
10 mò † d.l.iam hoc iure.contrarium probare, vt iam ſupra de-
monſtraui,cum dixit:eſſe voluntatis quæſtionem. Nec repu-
gnant illa verba,intelligitur,& videtur:quia eo loci ſignificãt
tacitam diſpoſitionem ſubauditam non autem fictam, vt eo
loci declarat Aretin.nu.2. Nam lex ita ſubaudit ex coniectu-
rata teſtatoris voluntate, ac ſi expreſsè ita diſpoſuiſſet. Præ-
11 tereà, † verba hæc, intelligitur, videtur,ex ſubiecta materia
pręſumptionem ſignificant.Quemadmodum de verbo intel-
ligitur,probat c.ex ſtudiis.de præſumpt.& ſcribit Alberic.in
dictionario,in verbo,videtur: Et in ſpecie noſtra ita declarat
Bero.in cap.Raynutius.num.447.in fine.de teſtament.Qui-
bus accedit text.l.ſi paterfam.Titium.ff.de hære.inſti.iuncta
l.cum proponas.C.eo.de hære.inſti.in l.quidam teſtamento.
in fine.ff.de vulg.& in l.ſi quis locuples. in fine. de manumiſſ.
teſt.& diximus ſuprà lib.1.in præſumpt.10.num.3.& num.6.
Secunda tamen hæc argumentatio magis vrgere videtur, fi-
ctio † illa dicitur,quæ inducit aliquid vt factum, cum factum
12 non ſit, ita gloſ.in l.vnica.§.accidit.C.de rei vxo.actio.& Iaſ.
in l.ſi is,qui pro emptore.num.169.ff.de vſucap. At qui hoc
in caſu in vulgari expreſſa nihil eſt à teſtatore de pupillari a-
ctum:immò nec cogitatum,vt Bart.& alij multi, quos infra re-
feram,ſcribunt. Ergò hæc pupillaris eſt ficta non autem præ-
ſumpta.Verùm ita confutari poteſt hęc argumentatio negan-
do minorem illã propoſitionem eſſe veram. Nam licet aper-
tis verbis à teſtatore nil dictum fuerit: attamen cum eius mẽs
talis extiterit,& verè ſic cogitauerit,vt infrà demõſtrabimus:
Lex præſumit minus † ſcriptum, quàm à teſtatore ipſo di-
13 ctum: ſicuti probat ſimilis tex.l.cum auus.ff.de cond.& dem.
ibi: *minus ſcriptum, quàm dictum.* Quo ſanè reſponſo adductus
cenſuit Bart.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.in 2.oppoſi.ad
ff.ad Trebel.quod, quando † lex aliquid ſubintelligit in di-
14 ſpoſitione hominis, id facit, quia præſumit hominem ita vo-
luiſſe.Et cum Bar.ſentiunt ibi Angel.& Imol.Soc.Sen.conſ.
182.col.1.lib.1.& Dec.in l.generaliter.§.cum autem.col.vlt.
C.de inſtit.& ſubſtit.
Tertio † vrgere videtur, quod tacita hæc pupillaris dicitur
15 per extentionem contineri in expreſſa vulgari.l.quamuis.ibi:
*porrigi.*C.de impub. & ibi tradunt Iaſ.num.7.& Dec.num.4.
Ergò eſt fictio,cum præſupponat re vera non fuiſſe ſic diſpo-
ſitum à teſtatore:ſed legem ſic extendere.Reſpõdetur primò,
quod immò pupillaris tacita continetur in expreſſa vulgari,
non autem vulgarem ad eam pupillarem extendi.Ita ſcribunt
multi,quos infrà referam. Prætereà, & ſecundo reſpondetur
ſecundum Cur.Iun.in d.l.quamuis.num. 10.verbum,porrigo
† non ſignificare extenſionem.
16 Quarta fuit † opinio,quòd hęc tacita pupillaris ſit quidem
17 præſumpta, ſed magis in ea operetur legis diſpoſitio, quàm
voluntas teſtatoris.Ita ſenſit Barto. in d.l.iam hoc iure.& ibi-
dem Caſtren.& Iaſ.nu.2.ff.de vulg.& pup. Io.Baptiſta à ſan-
cto Seuerino in l.precibus.num.13.C.de impub.& aliis ſubſt.
& apertiùs Iaſ.in l.1.num.134.ff.de vulg. Bologn.in l.Centu-
rio.num.90.ff.eo. Hanc quoque viſus eſt probare Viglius in
Inſtit.de pupil.ſubſtit.in princ.num.17.cum dixit,hanc ſub-
ſtitutionem non eſſe ſecundum voluntatem, nec contra vo-
luntatem teſtatoris.Sic & Duarenus in titul.de vulg.& pupil.
ſubſt.vbi agit de ſubſtitutione tacita,& expreſſa, ſcribũt ij le-
gem introduxiſſe hanc † tacitam pupillarem, nõ ob id quod
18 teſtator re ipſa cogitauerit: ſed quia, ſi cogitaſſet, ita diſpo-
ſuiſſet.Quæ ſanè opinio probari videtur tex.ſimile.l.ſimili.l.
tale pactum.§.vlt.ff.de pact.vbi copioſè Iaſon.cum ex reſpõ-
ſo illo dicimus:quod † habetur pro diſpoſito id, de quo ſi te-
19 ſtator,vel contrahentes cogitaſſent,verè diſpoſuiſſent.Simile
eſt quod ſcribit Barba.in l.cum acutiſſimi.num.11.in fine.nu.
12.C.de fideicommiſ.Eſt etiam ſimile quod poſt alios tradit
Soc.Iun.in repet.l.4.§.Calc.num.136.de verborum obl.dum
explicat.l.cum quid.ff.ſi certum petatur. Cæterùm nec pla-
cet opinio hæc: quandoquidem negare non poſſumus, quin
teſtator cogitauerit, ex quo, vt iura iam citata affirmant vo-
luntatis eſt quæſtio.Et ſi rectè perpendatur à ſecunda opinio-
ne hæc ipſa non differt: quòd hæc tota ſit legis fictio. Fingit
enim ita à teſtatore diſpoſitum; cum verè non ſit, nec cogi-
tatum quidem. Quocirca ſequitur nulla ratione dici poſſe,
quod etiam ſit præſumpta. Nam vna ſimul eſſet ficta, &
præſumpta; Cùm tamen † præſumptio cum fictione ſimul
20 eſſe non poſſit.l. filio præterito. ff. de liberis & poſthum. &
ſcribit Iaſon in l.ſi is,qui pro emptore.numero 166.ff.de vſu-
capion.& diximus ſuprà libro 1.quæſt.vbi. Nec repugnat ſi-
mile ex l. tale pactum. §.vltimo, quia procedit, quando id
quod à lege inducitur non eſt omninò ab homine omiſſum,
ſed ex præcedenti diſpoſitione aliquid colligitur: ita decla-
rat Baldus in l. vnica. numero decimo, in fine.C.de iis, qui
ante apertas tabul.& egregiè Ruynus conſilio ſeptuageſimo
quarto,numero vndecimo,libro primo.Id quod contingit,&
in caſu noſtro. Nam & hic ex expreſſa vulgari ſubſtitutione
iuncta conditione impuberis.cui fit ſubſtitutio,colligitur,te-
ſtatorem voluiſſe pupillarem ipſam includere:Cùm pręſuma-
21 tur † teſtator diſpoſuiſſe ſecundum qualitatem,& cõditionem
perſonæ,cui voluit prouidere,argumentum l.plenum.§.equi-
tij.ff.de vſu & habita. Eſt itaque retinenda ſecunda illa opi-
nio, quod ſubſtitutio hæc tacita ſit à iure præſumpta.
Cæterùm



22 Cæterùm dubitari hic poteſt,qua † in ratione fundata ſit hęc
diſpoſitio, an ſcilicet in ea, quod teſtator non cogitauit,vel
potius in ea quod cogitauit de hac tacita pupillari? Bartol.in
d.l.iam hoc iure.num.1.ff.de vulgar.ſcripſit ita conſtitutum,
quia teſtator non cogitauit de pupillari ſubſtitutione, ſeu
quòd filius poſſet mori in pupillari ætate: & ſi cogitaſſet, ta-
lem feciſſet ſubſtitutionem.Lex ergò ſtatuit,quod illa habea-
tur pro facta.Et Bartolum ſecuti ſunt Alexand.ibid.& Iaſon.
& iidem in l.quamuis.C.de impube.& aliis ſubſtit.& ibidem
Decius.num.2.Socin.Sen.in l.1.num.39. verſ.nono limita.ff.
de vulg.& pupil.ſubſtit. & ibidem Ruin.num.7.Alciatus lib.
3.de verborum ſignifi.num.14. Eſt ſimile,quod habetur in l.
generaliter.§.cum autem.in illis verbis: *Non eſt veriſimile pa-
trem ſi de nepotibus cogitauerit talem, feciſſe ſubſtitutionem.* C.de
inſt.& ſubſt.iuxta interpretationem Corn. ibid.num.9. Hæc
ratio vera non eſt: quandoquidem ſi foret vera, hæc diſpoſi-
tio non eſſet fundata in præſumpta voluntate teſtatoris, ſed
potius in ficta: quia aduerſus veritatẽ hoc cõſtitutum fuiſſet:
cum teſtator non ſolùm ita voluerit, ſed nec quidem cogita-
uerit.Et tamen falſum eſt (vt demonſtrauimus) quod hæc ſit
fictio.Exiſtimo itaque verius eſſe,diſpoſitionem hanc funda-
tam eſſe ea in ratione,quia teſtator cogitauit de ipſa pupillari
ſubſtitutione, & prouidere atque conſulere voluit filio, ſed-
tamen non expreſſit:ita quod dicere poſſumus,minus ſcriptũ,
quàm cogitatum;& dictum,iuxta l.cum auus.ff.de condit. &
demon.Qua de re ſuo loco dicemus.Et ex prædictis dicendũ
eſt pariter hanc eſſe comprehenſionem,non autem extenſio-
nem,vt ſuprà attingimus.Eſt enim verius Iuriſc.& Imperato-
rem in d.l.iam hoc iure.& in d.l.quamuis.ſtatuiſſe, hanc taci-
tam pupillarem contineri ſub expreſſa vulgari.Id quod affir-
mant communiter Doct.vt teſtatur Cur.Iun. in d.l.quamuis.
num.10.& Dec.num.4.& Rip.in d.l.1.num.160.ff. de vulgari
23 dum inquit,quod vulgaris expreſſa † continet tacitam pupil-
larem per interpretationem à lege factam.
24 Nec † repugnat d.l.quamuis, in illo verbo, porrigi, quod
extentionem ſignificat, vt ibidem annotauit Iaſ.num.2.quia
(vt dixi ſuprà) reſpondet ibi Cur. Iun.num.10. verius eſſe,
immò non ſignificare extentionem illo in loco, ſicuti nec ſi-
gnificat in l.2.C.eo.tit.de impub.& aliis ſubſtit.

## PRÆSVMPT. XXXVI.

### Subſtitutio vulgaris expreſſa quando & quibus caſibus contineat tacitam pupillarem, egregia & diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio vulgaris expreſſa quando,& quibus caſibus contineat tacitam pupillarem.*
*2 Extenſio non admittitur de caſu ad caſum in ſubſtitutionibus.*
*3 Pater præſumitur voluiſſe ſumere bonum conſilium pro filio.*
*4 Subſtitutio ſui natura habet conditionem propriam.*
*Interpretatio l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.* Bartoli, *non recta.*
*5 Subſtitutio vulgaris expreſſa facta filio impub.non continet tacitam pupillarem ſecundum propriam conditionem, & neceſſitatem ipſius vulgaris,ſed ex præſumpta mente teſtatoris.*
*6 Interpretatio d.l.iam hoc iure.ff.de vulg.* Decij, *non recipienda,& quare.*
*7 Cauſa limitata limitatum parit effectum.*
*8 In inſtitutionibus ſit latior interpretatio, quàm in ſubſtitutionibus.*
*Extenſionem admitti in inſtitutione oſtenditur.*
*9 Extentio in ſubſtitutionibus admittitur, & non admittitur ex præſumpta mente teſtatoris in aliqua veriſimiliter ratione fundata.*
*10 Pater præſumitur magis diligere natum filium ſe viuo,quàm natum ſe mortuo.*
*Si in teſtamento igitur dicat, Si me mortuo naſcetur, & naſcatur eo viuo, & non mutauit teſtamentum cum potuerit, præſumitur velle deceſſiſſe inteſtatus.num.11.*
*12 Subſtitutio vulgaris expreſſa impuberi facta continet tacitam pupillarem,ex præſumpta mente teſtantis.*
*Extende, etiam ſi ipſa vulgaris fuit expreſſa in vnum caſum tantum.num.13.*
*Extende ſecundo, vt habeat locum non ſolum in tota ipſa vulgari, ſed etiam in eius parte.num.14.*
*Secus quando conſtat de contraria teſtatoris voluntate. numero 15.*
*16 Teſtatoris contraria voluntas quot teſtibus probari poſſit.*
*Et quot ad declarandam eiuſdem dubiam voluntatem, requirantur.*
*17 Subſtitutio vulgaris expreſſa tum non continet tacitam pupillarem, quando teſtator expreſsè ſubſtituit pupillariter ei, cui vulgariter ſubſtituerat.*
*18 Diſpoſitio hominis expreſſa facit ceſſare tacitam legis diſpoſitionem.*
*19 Subſtitutio vulgaris tunc non continet pupillarem, quando teſtator ſubſtituit vulgariter taxatiuè.*
*20 Dictio taxatiua excludit caſus diſſimiles: non excludit autem ſimiles:amplia,vt num.22.*
*21 Ius accreſcendi,quod prouenit ex præſumpta mente teſtatoris,non habet locum,quando taxatiuè teſtator diſpoſuit.*
*22 Incluſio vnius eſt alterius excluſio:ſecus in connexis.*
*23 Teſtator,& hæres idem reputantur,& duo connexa cenſentur.*
*24 Contraria duo ſimul ſtare non poſſunt.*
*25 Verba,ſi hæres non erit,quam interpretationem recipiant.*
*26 Subſtitutio vulgaris expreſſa an contineat tacitam pupillarem, quando teſtator vſus eſt verbis,tunc & eo caſu.*
*Et quid operentur huiuſmodi verba reſtrictiua, an excludant caſus ſimiles,*
*Quòd d.verba ſunt declaratiua rei,cui adijciuntur.num.27.*
*28 Subſtitutio vulgaris tunc non continet pupillarem,quando teſtator reciprocè ſubſtituit duobus filijs,quorum vnus eſt impubes, alter verò pubes,etiam reſpectu impuberis.*
*Idem quando pater habens duos filios impuberes, vni ſubſtituit vulgariter,alteri verò vulgariter & pupillariter.num.29.*
*30 Pater tres habens filios,ſi duos tantum hæredes fecit, & tertium quem ſolebat habere,non nominauit,præſumitur ipſum tacitè exhæredaſſe.*
*Secus ſi pater vel mater non cogitauit de tertio filio naſcituro,nec potuit morte præuentus mutate teſtamentum.*
*31 Subſtitutio vulgaris, ſi duobus imparibus facta ſit,puberi ſcilicet, & impuberi, an contineat tacitam pupillarem.*
*32 Subſtitutio ſi facta ſit imparibus in vna oratione, verbum ſubſtituo, refertur æqualiter ad duos, & æqualiter determinare debet.*
*Secus ſi in diuerſa oratione.*
*Et quando ſunt duo ſubſtituti inuicem in eadem oratione, conſiderantur tanquam vna perſona,& vnum corpus.num.33.*
*Secus ſi ſeparatim facta eſt ſubſtitutio.ibid.*
*34 Aequalitas inter fratrem omninò ſeruanda.*
*35 Ratio eadem vbi militat,ibi idem ius ſtatui debet.*
*36 Verbum reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat, an & quando non procedat hæc regula.*
*37 Teſtator præſumitur ſeruare voluiſſe æqualitatem inter filios.*
*38 Subſtitutio pupillaris qua ratione tacitè contineatur ſub vulgari.*
*Et nunquid comprehendatur, quando his verbis facta eſt,ſi hæres non erit.39.*
*40 Subſtitutio vulgaris expreſſa tunc non continet tacitam pupillarem,quando duo impuberes ſunt inuicem ſubſtituti in eadem oratione.*
*41 Pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates, quando reſpicit plures,& ſeparatos effectus.Secus ſi reſpicit vnum,& eundem effectum.Communi tamen opinione reſoluitur in plures ſingularitates etiam quoad vnum effectum, niſi præſumatur contraria voluntas teſtatoris.*
*42 Subſtitutio vulgaris tacitam pupillarem non comprehendit, quando ſtatuto caueatur, quòd inſtrumentum ſeruentur ad literam prout iacent abſque alia interpretatione.nu.45.*
*43 Statutum quando prohibet interpretationem fieri,intelligitur de interpretatione friuola: & cenſetur interpretationem hominis remouere non autem legis.*
*44 Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*

*46 Litera illa dicitur, quæ oculis legi poteſt.*
*47 Maſculinum tunc fœmininum, non comprehendit quando ſtatuto cauetur, quod verba teſtatorum intelligantur ad literam.*
*48 Contraria duo ſimul ſtare non poſſunt.*
*49 Subſtitutio hæc, Inſtituo filium meum, pupillum, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo Caium. vulgaris & pupillaris cernetur.*
*50 Subſtitutio vulgaris non continet tacitam pupillarem ex præſumpta mente teſtatoris in teſtamento militis: Quia.*
*Militis in teſtamento ceſſant coniecturæ, & præſumptiones, & eius diſpoſitio debet intelligi ſicut ſcripta eſt.*
*51 Subſtitutio pupillaris non continetur in vulgari, quando teſtator ita dixit, Inſtituo Caium filium meum impub. & ſi ipſe hæres non erit, vel hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Sempronium per fideicommiſſum.*
*Idem quando teſtator ſubſtituit quo ad ſua bona. num. 52.*

DISSERVIMVS ſuperiore præſumptione, pupillarem ſubſtitutionem tacitam comprehendi
ſub expreſſa vulgari ex mente præſumpta teſtatoris. Nunc † explicandi ſunt caſus illi, in qui-
1 bus vulgaris illa expreſſa continet pupillarem
hanc tacitam. Eſt pro regula hoc traditum, vt contineat. l. 2. §.
vlt. verſ. Sed & ſi exriterit. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſtit. Cæterùm
huic regulæ repugnare videtur. l. commodiſſimè. ff. de libe. &
poſthum. vbi extentio † non admittitur de caſu ad caſum. Ob-
2 iectioni ſatisfacere conati ſunt permulti. Et primum Cyn. in
l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſti. quem ſecutus eſt Curt.
Iun. in d. l. quamuis. nu. 6. ita conſtitutum fuiſſe in hac expreſſa vulgari, vt comprehendatur tacita pupillaris fauore filij,
cui pater ſubſtituendo conſulere, & prouidere voluit etiam
caſu, quo filius effectus hæres decederet in pupillari ætate.
Cum † præſumatur patrem voluiſſe ſumere bonum cõſilium
3 pro filio. l. vlt. C. de cur. furi. Et quamquam ratio hæc (vt dicebat Bart. aduerſus Cynum) non habet locum in tacita vulgari comprehenſa ſub expreſſa pupillari: attamen (vt rectè
aduertit Curt. Iun. in d. l. quamuis. num. 6.) alia extat eo in caſu ratio, nempè quia pater ſibi etiam prouidere, & conſulere
voluit, arg. l. Præſes. C. de ſer. & aqua. Repugnat magis Cyno,
quod etiam in caſu. d. l. commodiſſimè. agitur de fauore filij,
immò, & totius teſtamenti, vt filius præteritus dicatur, & teſtamentum irritum fiat, & tamen vnus caſus ad alium non extenditur. Reſpondet itaque ſecundo loco obiectioni Bart. in
d. l. iam hoc iure. num. 1. Subſtitutionem ſui † natura, & neceſ-
4 ſitate habere conditionem propriam: Et ideò ſi teſtator ſubſtituit in vnum caſum, cõditionem illam neceſſitate quadam
poſuit, ob id non videtur excludere alium caſum. Præſumit
ergò lex, quod ſi teſtator de alio cogitaſſet, eodẽ modo ſubſtituiſſet. Ita procedit d. l. iam hoc iure, & alia ſuprà relata. Illud verò reſponſum l. commodiſſimè. procedit in ſubſtitutione, vel alia diſpoſitione, quæ de neceſſitate nullam habet conditionem. Hanc Bart. interpretationem probarunt Alciatus
in lib. 3. de verborum ſignificatione. num. 14. & Coraſius in d.
l. quamuis, numero 10. Cæterùm Decius in eadem l. quamuis. numero primo, diſſentit, & rectè quidem, & ſi rationem
non affert. Exiſtimo Bartolum ea ratione malè ſenſiſſe: quia
in caſu dictæ l. iam hoc iure, quod expreſſa † vulgaris exten-
5 datur ad tacitam pupillarem, non prouenit ex eo, quod illa
inſit vulgari ex neceſſitate: alioqui falſum eſſet quod ſcripſerunt Doctores in ſuperiore præſumptione commemorati:
Cùm dixerunt ineſſe ex præſumpta mente teſtatoris. Concedimus quidem, quod vulgaris ſubſtitutio habet in ſe conditionem propriam, & quidem neceſſariam, vt ſi dicatur: Subſtituo Caium, & ſi Caius hæres non erit, & c. vt interpretemur, ſi hæres non erit, vel quia noluerit, vel quia non potuerit: ſicuti declarant Bartolus, & reliqui omnes in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liberis & poſthum. Sed quòd
vulgaris expreſſa facta filio impuberi contineat tacitam pupillarem, non eſt ſecundum propriam conditionem, &
neceſſitatem quandam ipſius vulgaris.
6 Tertia fuit † interpretatio Decij in dictæ l. quamuis. nu. 1.
quod caſu dictæ l. iam hoc iure. & ſimilibus, id factum eſt per
extenſionem; vt ſignificant verba dictæ l. iam hoc iure. & apertius dictæ l. quamuis. ibi, *porrigi*. Vnde (ait Decius) ſi talis extenſio facta non fuiſſet, haberet locum dicta l. commodiſſime,
7 quia limitata † cauſa limitatum effectum parit. l. in agris. ff. de
acq. rerum domin. & ſimili in caſu tradit Baldus in l. 1. verſ. latè patere. C. ſi rector prouin. Non eſt recipienda hæc interpretatio, tum quia in caſu. d. l. iam hoc iure. & d. l. quamuis. non
eſt extenſio, ſed interpretatio voluntatis teſtatoris; tum quia
& ſi concedimus in caſu. d. l. iam hoc iure & d. l. quamuis. factam fuiſſe extenſionem, & in caſu d. l. commodiſſimè, non at
tamen non diſſoluitur dubitatio, quæ in eo verſatur: quare
iuriſ. & imperator admiſerint extenſionem illis in reſponſis:
& non in d. l. commodiſſimè. Quarta fuit interpretatio eiuſdem Decij in d. l. quamuis. nu. 1. verſic. ſecundò reſpondetur,
quod tex. d. l. commodiſſimè, Loquitur in inſtitutione, quæ
attenditur, ſicuti diſpoſita eſt à teſtatore. Non enim (voluit
dicere Decius) in ea inducenda admittuntur coniecturæ &
præſumptiones, vt ſcribuut poſt alios.
Illi verò tex. d. l. iam hoc iure. & d. l. quamuis, loquuntur in
ſubſtitutione, in qua apparet, teſtatorem voluiſſe prouidere
in locum inſtituti. Et ideo lex ſubſtitutionem illam latè interpretatur, extendendo ſecundum præſumptam voluntatem teſtatoris. & idem ſenſerunt Corn. in conſ. 276. nu. 12. lib. 3.
& Decianus in conſil. 1. num. 146. lib. 1. Hæc conciliatio mihi
non probatur; quandoquidem etiam in caſu inſtitutionis teſtator voluit prouidere in ſui locum, ſicuti enim per ſubſtitutionem voluit ad ſui commodum prouidere in locum inſtituti, & ſic mediatè: ita per inſtitutionem immediatè voluit ſibi
8 ipſi conſulere. Et in † inſtitutione fit latior interpretatio,
quàm in ſubſtitutione, vt ſcribunt Doctores in l. in teſta. de
reg. iur. & ideò ex præſumpta mente teſtatoris etiam in inſtitutione admittitur extenſio, vt in l. vlt. C. de poſthu. hæred. inſtit. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & §. quod ſi is ff. de lib.
& poſth. & in l. Titius & Sæius. ff. de hære. inſt. Quintam & vltimã interpretationem, & cõciliationem aliquando ſic conſi-
9 derabã, præſupponendo † prius, extenſionẽ in ſubſtitutionem
admitti, & nõ admitti de caſu ad caſum ex præſumpta & coniectura mente teſtatoris: aliqua in ratione veriſimili fundata;
ſicuti probant prædicta iura, ſcribunt omnes in d. l. Gallus. §.
& quid ſi tantum; & ſuo loco dicemus. In caſu itaque. d. l. iam
hoc iure, Modeſtinus admiſit extenſionem illius caſus ſubſtitutionis vulgaris expreſſæ ad caſum pupillaris tacitæ: quia
coniecturam fecit, patrem ſic ſubſtituere voluiſſe, ob id quod
affectione paterna conſulere voluerit etiam filio, cui ſubſtituebat; & cum filius eſſet impubes, ſecundum perſonæ qualitatem ſic etiam diſponere voluit, argumentum l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & hab. Baldus in l. precibus. numero trigeſimo nono & ibidem Decius numero vigeſimo C. de impuber.
& aliis ſubſtitu. & Guido Papæ. quęſt. 533. Conditio itaque
ſeu qualitas ipſius filij ſuadet, patrem voluiſſe etiam pupillariter ſubſtituere: & ideo dicitur minus ſcriptum quam dictum, vt ſimile eſt in l. cum auus. ff. de condi. & demonſtr. Et
pręterea verba ipſa vulgaris nõ omnino repugnant ſecundum
Alciatum in l. prima numero 136. ff. vulgar. & in libro tertio
de ver. ſig. numero decimoquarto Cùm illa conditio, ſi hęres
non erit, poteſt intelligi immutabiliter, l. ei, qui. ff. de condi.
inſtit. & ideo adita hęreditate à pupillo non extinguitur ſpes
ſubſtituti: quia quamuis hęres ſit, poteſt nuda voluntate vſque
ad pubertatem abſtinere animúmque mutare, l. impuberibus.
& l. neceſſariis, vbi glo. ff. de acqui. hęred. Qua tamen de re
ſuo loco alia dicemus. In caſu verò. dicta. l. commodiſſime, nõ
admiſit Pomponius extenſionem, de caſu ad caſum; quia coniectutam fecit, patrem noluiſſe prouidere in vtroque caſu,
quando in vno ſolo prouidit. Si enim dixit, ſi viuo me natus erit non comprehendit caſum illum, ſi me mortuo naſcetur.
10 Ea eſt ratio, quia † maior affectio patris conſideratur erga
natum, ſe viuo; quàm erga natum ſe mortuo. Quam quidem
rationem ſenſit & Ripa in l. prima numero 93. ff. de vulg. &
pup. ſubſti. & eius tacito nomine Alci. in libro tertio de ver.
ſig. numero duodecimo verſ. confirmatur Et Ripa illud etiam adiungit, teſtatorem fortè dubitaſſe de vxoris pudicitia:
& ob id exiſtimaſſe, quod, ſi ſe mortuo naſceretur, non ex ſe:
ſed ex adultero aliquo cõcept⁹ eſſet. Si verò ecõtra dixit, ſi me
mortuo natus erit, nõ cõtinetur caſus, ſi me viuo naſcetur. Rõ
eſt,



eſt, quia de filio nato ſe ſuperſtite voluit prouidere. Solùm. n.
prouidere voluit in caſu neceſſario, in quo. ſ. nullo alio tem-
11 pore prouidere potuiſſet. Præterea, cum † dixit pater, ſi me
mortuo naſcetur, & naſcatur eo viuo, fuit ſua in facultate
mutare teſtamentum & diſpoſitionem: quod cum nõ mutauerit, præſumitur cum eo carente effectu ob præteritionem
decedere, & ſic voluiſſe locum eſſe ſucceſſioni ab inteſtato,
iuxta tex. notab. l. 3. C. de inoff. teſtamen.
12 Diſſoluta † itaque difficultate, ſtat regula & iuris ſentẽtia,
ſubſtitutionem expreſſam vulgarem impuberi factam continere tacitam pupillarem. d. l. 2. §. vlt. & d. l. iam hoc iure. ff. de
vulg. & d. l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſti. & illis in locis Doctores. Qui quidem crebrius affirmãt id prouenire ex
præſumpta mente teſtatoris, ſicuti ſuo loco explicauimus.
13 Extenditur primo hæc regula † & iuris præſumptio, vt locũ
habeat etiam quando vulgaris ipſa ſubſtitutio fuit expreſſa
in vnum caſum tantum, vt ſi teſtator dixit, Inſtituo Caium
filium meum: & ſi filius meus hæres eſſe noluerit ſubſtituo
Sempronium. Hoc etiam caſu pupillaris tacita continetur in
alio caſu non expreſsè. ſ. ſi hæres eſſe non potuerit, ad quem
vulgaris extenditur. Ita ſcribunt Bart. in d. l. 1. num. 36. & ibidem Soc. Sen. num. 38. in princ. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Bal. &
Alex. in l. vlt. C. de inſti. & ſubſti. ex illo textu, de cuius ſenſu
14 ſuo loco diſputabimus. Extenditur † ſecundò, vt locum etiã
habeat non ſolum in tota ipſa vulgari, ſed etiam in eius parte, quæ etiam tacitam pupillarem continet. Ita Bald. in l. vlt.
15 num 4. C. de inſtit. & ſubſtit. Declaratur primo † prędicta regula & iuris præſumptio, vt locum non habeat, quando conſtat de contraria teſtatoris voluntate. Ita poſt Bart. & alios
ſcripſerunt Soc. Sen. in d. l. 1. num. 38. ver. tertio limitat. ff. de
vulg. & Dec. in l. quamuis. num. 1. verſ. & regula. C. de impub.
& aliis ſubſti. Et ſatis manifeſtè probant d. l. iã hoc iure, verſ.
ſin autem impubes. ibi, *ſi voluntas parentis non refragetur*. & d. l.
quamuis. ibi, *ſi modo non contrariam defuncti voluntatem extitiſſe
probetur*. Confert & l. in teſtamento. la 1. in fin. C. de teſt. mili.
16 Cæterùm, dubitant † præcitati interpretes, quot teſtibus cõtraria hæc teſtatoris volũtas probari poteſt. Et duobus poſſe
probari affirmarunt Bart. in l. 2. in princ. num. 39. ff. de vulg.
Bal. Sali. & Alex. in d. l. quamuis. Rui. in d. l. 2. num. 61. & ibid.
Rip. num. 51. & Soc. ſen. in d. l. 1. num. 38. Ea ratione vſi ſunt,
quod hic agitur de declaranda teſtatoris voluntate: vt ad declarandam dubiam voluntatem duo teſtes ſufficiunt. Bar. in l.
hæredes palàm. §. ſi quis poſt. num. 4. ff. de teſta. & ibid. Caſtr.
& tradit Decius in l. edita. num. 49. C. de eden. Nec obſtat
quod ſcribit idem Decius in d. l. quamuis, num. 1. & in conſ.
315. num. 4. verſ. quarta & vltima. quod imò noſtro in caſu
agitur de probanda teſtatoris voluntate: & ideò requiri ſeptẽ
teſtes. Nam reſpondetur, imò non agi de noua voluntate in
totum inducenda. Nec repugnat. d. l. quamuis, perpenſa, quia
loquitur de voluntate dubia, ſic tamen à lege coniecturata.
Alia ratione vſus eſt Ruynus in d. l. 1. num. 61. ff. de vulga. quã
minimè veram eſſe exiſtimo.
17 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat quando teſtator expreſsè ſubſtituiſſet pupillariter ei, cui vulgariter ſub
ſtituerat, vt putà, ſi pater ita dicit. Inſtituo Caiũ filium meũ,
& ſi ipſe hæres non erit ſubſtituo Sempronium. Etſi Caius filius meus hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit ei ſubſtituo Titium. Hoc in caſu illa verba, ſi hæres non erit, quibus
ſubſtitutus fuit Sempronius, non comprehendunt tacitam
pupillarem ad commodum dicti Sempronij. Ita declarant
Rom. in conſ. 138. col. 1. verſ. tertio, quia Socin. ſen. in d. l. 1.
num. 38. verſ. quartò limitat. ff. de vulgar. poſt Bart. ibi nu. 34.
Ita & Iaſon in l. quamuis colum. 2. verſ. Secundò limita. C. de
impub. & aliis ſubſti. & ibidem Decius, num. 2. verſ. & ſimiliter. Ruin. in conſ. 103. in fine. lib. 2. & idem ego affirmaui in
conſilio 220. numero 135. lib. 3. Quam ſententiam probat. l.
Cum ex filio. §. 1. vbi gloſſ. ff. de vulg. & accedit ratio, quod
18 expreſſa † hominis diſpoſitio ceſſare facit tacitam legis prouiſionem. l. maritus. C. de procuratio. & l. vltim. C. de pact.
conuent.
19 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando teſtator
ſubſtituit vulgariter taxatiuè. Affertur primum exemplum, vt
ſi dixit teſtator. Inſtituo Caium filium meum, & ſi hęres non
erit tantummodo ſubſtituo Sempronium: vel ſi dixit. Subſtituo Sempronium vulgariter tantum. Hoc ſanè caſu ſubſtitutio hæc vulgaris expreſſa non continet tacitam pupillarem.
Ita ſcribunt Raynerius, Fulgoſius & Salicetus, quos refert &
ſequitur Soc. Sen. in l. 1. nu. 38. verſ octauò limita. ff. de vulg.
& ibidem Ripa. num. 169. in fine. ſic & Alex. & Iaſon in dict.
l. iam hoc iure. eod. tit. & idem Iaſ. in l. quamuis. num. 1. verſ.
primò niſi. C. de impub. & aliis ſubſtit. & ibidem Dec. num. 2.
& idem in conſ. 332. num. 1. & Coraſius in d. l. quamuis. num.
14. Eandem probauit Caſſadorus in deciſ. 1. num. 1. in fin. de
teſtam. qui dixit, ab hac opinione non eſſe recedendum. Et ij
quidem moti ſunt eo text. d. l. iam hoc iure. verſ. Sed ſi aliter.
ibi, *in vulgarem tantummodo caſum*. Verum nil ad rem locus iſte
pertinet: cum (vt rectè animaduertit Iaſon) verba illa ſint legiſlatoris, non autem teſtatoris, qui taxatiuè non diſpoſuerat. Ita etiam euitatur text. l. precibus. C. de impub. ibi, *primo
tantum caſu habuit ſubſtitutum*. Rectius probari videtur hæc
20 declaratio ea ratione, quod † taxatiua excludit alios caſus
diſſimiles. l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax. l. ob æs. C. de
prædiis mino. & cle. exiui de ver. ſign. & latè explicat Eucardus in Centuria legali, in loco, à natura dictionum taxatiuarum. Cum ergo pupillaris diſſimilis ſit à vulgari, excluſa di-
21 citur per illam taxatiuam. Eſt ſimile quod dicimus, ius † accreſcendi, quod prouenit à præſumpta mente teſtatoris, locum non habent, quãdo taxatiuè teſtator diſpoſuit. l. Lucius.
§. quæ habebat. ff. ad Treb. Bart. in l. re coniuncti. q. 7. de leg. 3.
& alij, quos in ſpecie noſtra recenſent Ripa, in d. l. 1. numero
169. ff. de vulg. & ibidem Alcia. num. 136. Cæterùm reddi vi-
22 detur dubia hæc declaratio ex eo, quod ſicuti † taxatiua non
excludit caſus ſimiles. dict. l. ob ęs. C. de prædiis mino. multò
minus excludit caſum, qui connexus eſt illi expreſſo: & qui
idem eſt cum ipſo expreſſo. Id quod demonſtratur: quia ſic
23 dicimus, quod incluſio † vnius, quæ operatur excluſionem alterius. l. cum præter. ff. de iud. ſicuti excluſione operatur taxatiua: Illa inquam incluſio vnius non excludit quod eſt connexum, vt ſcribunt Ant. Corſetus in ſingulari, in verbo, argumentum incipit, tu habes, & Dec. in l. 1. num. 6. C. de bon. poſ.
contratab. Et confert ſimile, dum dicimus, quod cum teſta-
23 tor † & hæres ſint idem & duo connexa, in Auth. de iureiurando à moriente præſtito. in princ. ſi teſtator in alienatione
rei iam à ſe facta promiſit pro ſuo dato & facto tantum, non
tamen excludit factum hęredis, vt ſcribunt Bart. Bald. & reliqui in l. ſi ſeruus fugitiuus. ff. de cond. furtiua. Ita dicimus, ꝙ
ſi venditor fecit pactum, quod ſibi tantum liceret redimere
rem venditam, non excluditur hæres. l. ſi neceſſarias. §. ſi de
vendendo. ff. de pig. act. & tradunt Bart. in l. ſtipulatio iſta hęrede. in prin. ff. de ver. obl. Iaſo. in l. 2. §. item ſi in facto, col. 2.
eod. titul. & Dec. in l. hæredem. de reg. iur. Cum itaque tacita
pupillaris ſit comprehenſa in expreſſa vulgari, ſicque ſit ei
connexa, vt ſcribunt Dec. in d. l. quamuis, num. 4. & Curtius
Iun. num. 10. C. de impuber. & aliis ſubſtit. dicendum eſt, per
24 illam taxatiuam non excludi. Nec obſtat † quod cum ſint duę
ſubſtitutiones contrariæ, non poſſunt ſtare ſimul. l. vbi repugnantia. de reg. iur. Nam reſpondetur primò non repugnare
ſecundum Alc. in d. l. 1. num. 135. ff. de vulg. & in lib. 3. de ver.
25 ſig. num. 14. quia illa † verba, ſi hæres non erit: intelliguntur
immutabiliter, vt declaraui ſupra. Præterea & ſecundò reſpondetur, verba non repugnare, ſi intelligimus plus dictum, & minus ſcriptum: ſicuti declarauimus ſuprà. Rurſus
non repugnarent verba, ſi ita fuiſſent concepta. Inſtituo
Caium filium meum, cui ſubſtituo Sempronium vulgariter
tantum. Nec dicatur, illam taxatiuam eſſe ſuperfluam: quia
reſpondetur, non eſſe ſuperfluam: ſed excludere fideicommiſſariam. Cogitandum tamen eſt cum ſit noua aduerſus
26 omnes opinio ſecundum huius † declarationis exemplum
affertur, quando teſtator vſus eſt illis verbis tunc & eo caſu.
Nam tunc expreſſa vulgaris non continet tacitam pupillarem. Ita Decius in dicta l. quamuis, numero ſecundo. C.
de impuberum & aliis ſubſtit. in l. vlt. colum. vlt. C. de inſtit.
& ſubſtit. & in conſ. 63. numero ſecundo, & in conſ. 315. quem
ſecuti ſunt Socin. Iunior in conſ. vlt. num. 10. lib. 2. Qui quidem Dec. victus eſt auctoritate Ancha. in conſil. 357. Ex ſerie
numero 3. qui etiam reſpondit, verbo hoc, tunc & eo caſu,
impedire

impedire extenſionem ſubſtitutionis de caſu ad caſum, nempè quod ſi teſtator ſubſtituit in caſum, quo aliquis naſcatur & moriatur, non extendatur ad caſum, ſi ille non naſcatur: quia (inquit Ancharanus) hæc verba tunc & eo caſu, ſunt reſtrictiua, & ob id excludunt alios caſus. Et accedit Baldus in conſ.57. Item inſtituo.col. 2. verſ.tertiò eſt conſiderandum, lib.2.qui manifeſtè dixit hęc verba, eo caſu reſtringere, & ob id impedire extenſionem de caſu ad caſum. Qua de re diſſeremus etiam infrà in præſumpt.dum explicabimus, quando & quibus in caſibus ſubſtitutio extẽdatur de caſu ad caſum. Et in ſpecie idem quod Decius ſenſit Rom.in conſ.138.col.1. verſ.ſecundo quia, eo enim in reſponſo erat etiam diſputatio an expreſſa vulgaris contineret tacitam pupillarem.

Cæterùm ab opinione Decij in ſpecie receſſerunt, Rota Romana referente Caſſadoro in deciſ.1.in tit.de teſta. Ripa in l.1.num.169.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. Ea ratione prima vſi
27 ſunt, quia † hæc verba tunc & eo caſu, non ſunt taxatiua: ſed ſolùm demonſtratiua, ſeu declaratiua rei, cui adiiciuntur, & in tempore extremitatem denotant.l.4.§. vlt. ff. de cond. & demon.& multis comprobat Boër.in q.38.in fine, & reſpondi in conſ.106.num.335. Non referam hic alias rationes, quas commemorat præcitato in loco Caſſadorus, cùm apud eum legi facilè poſſint.

28 Declaratur quartò, vt † locum non habeat hæc regula & iuris præſumptio, quando pater reciprocè ſubſtituit duobus filiis, quorum vnus eſt impubes, alter verò pubes. Hoc caſu vulgaris illa expreſſa comprehenſa in reciproca non continet tacitam pupillarem etiam reſpectu impuberis. Ita probat textus clarus, d.l.iam hoc iure verſ. quod ſi alter, & ibidem ſcribunt Bart.& reliqui.& Socin.in d.l.1.num.38.verſ.ſecundò limita.ff.de vulga.& pup.ſubſt. Et huic declarationi conuenit quod infra dicemus in declaratione ſexta. Et fuſius de hac reciproca diſſeremus ſuo loco.

29 Declaratur quintò, vt † non habeat locum hæc præſumptio, quando pater habens duos filios impuberes, vni ſubſtituit vulgariter, alteri verò vulgariter & pupillariter, vt putà ſi dixit hoc modo. Inſtituo Caiũ & Semproniũ filios meos. Etſi Caius hæres non erit, ſubſtituo Mæuium. Si verò Sempronius hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Titium. Hoc in caſu illa ſubſtitutio vulgaris facta Caio non continet tacitam pupillarem in eius perſonam. Ita ſcripſerũt Ripa in l.1.num.171.ff.de vulga. Politus in Tract. de ſubſtitutio.in tit.de vulgari particula ſexta num.48. Zaſius in Tract. de ſubſtitutio:in tit.de vulgari.cap.1.num.25.& Socin.iunior in conſ.128.num.65.lib.1. Et ij quidem moti ſunt argumento ducto à ceſſante ratione legis. Hoc enim in caſu ceſſat illa ratio, in qua fundata eſt diſpoſitio, d.l. iam hoc iure. Eſt ſanè ratio, quia teſtator non cogitauit de pupillari ſubſtitutione. Et ſi cogitaſſet eam feciſſet. Hæc ratio ceſſat illo in caſu, in quo conſtat patrem cogitaſſe de pupillari ipſa ſubſtitutione, ex quo vni filiorum eam fecit, illam enim prę oculis habuit: ſicuti ergo vni eam fecit, ſic feciſſet & alteri, ſi ei pari modo ſubſtituere voluiſſet. Quę conſideratio probatur in ſimili ex
30 l.ſicut certi. C. de teſta. mil. vbi pater † miles tres habens filios, duos hæredes fecit, tertium, quem ſciebat habere non nominauit, præſumitur, hunc tacitè exhęredaſſe: quia vocando & diſponendo pro duobus illis, dicitur de alio cogitaſſe, & exhæredem eſſe voluiſſe: cum ſciret ita eſſe ſibi filium vt duos alios. Similis eſt tex.in l.3.C.de inof. teſt. mater tres habebat filios tempore mortis, duos iam inſtituerat in teſtamẽto, tertium verò non nominauit: ſi mater (ait Imperator) deceſſit in puerperio ita quod non potuerit mutare teſtamentum, lex coniecturam facit: quod hic etiam tertius cenſeatur inſtitutus: quia ſi mater ipſa vixiſſet, eum hæredem cum aliis feciſſet: ſi verò non deceſſit in puerperio, & ſic potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, dicitur voluiſſe cum eo teſtamento decedere, atque ita illum exhęredare. Et teſtatricis volũtas colligitur ex inſtitutione æqualium. Eſt ſimile quod docuit Bar.in l.1.num.32.in fine.ff.de vulg. Cum dixit, patrẽ non poſſe dicere non cogitaſſe de filio, ex quo eum præoculis habuit. Et Bar.ſecutus eſt Iaſon in auth. ex cauſa col. pen. verſ.& ſic vides.C.de liber. præter. Ita quoque & noſtro in caſu dici non poteſt, patrem non cogitaſſe de morte alterius in pupillari ætate, poſtea quam de vno cogitauit & ei prouidit. Et propterea lex non dicitur voluiſſe ſupplere patris negligentiam, vel quid contra eius voluntatem inducere. Nec hic vrget illa conſideratio Socini ſen.in d. l.1. num. 39. verſ. decimò.ff.de vulg. Cum dixit, teſtatorem fortè cogitatione turbatum non potuiſſe alteri ſubſtituere. Eſt enim leuis hæc conſideratio: quia (vt dicebat Decius in d.l.quamuis, num.2.) reſtringeret caſum hunc ad eum ſolum quando in extremis ageret, altero verò in caſu non procederet, id quod omninò falſum eſt. Eſt etiam leuis, quia ſi is in extremis laborans habuit vnum & alterum prę oculis, & vni prouidit, facilè etiam ei fuit alteri prouidere: Cum duobus tantum additis verbis ſubſtituere etiam ei pupillariter potuit. Non pariter retinẽda eſt illa ratio perpenſa à Dec.in d.l.quamuis, num.2.verſ.vnde melior.C.de impub.& aliis ſubſt. Cum dixit, quod cum teſtator iam viderit à lege fuiſſe cautum & diſpoſitum, quod ſub expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris, & econtra, ne ſubſtituit illi filio pupillariter, cogitãs, quod lex ipſa ſuppleret, atque ita ab ea diſpoſitione legis noluit recedere, ſed potius voluit ſuam ipſam voluntatem eſſe illi conformem, iuxta.l.hæredes mei.§.Cum ita.vbi Rip.num.74.ff.ad Treb. Hęc ſanè conſideratio Decij vera non eſt: quia ſicuti teſtator non cogitauit, quod lex ſuppleret pupillarem in eo, cui expreſsè ſubſtituit pupillariter, ita nec cogitauit de altero. Et ſicuti noluit reſpectu vnius ſuam voluntatem cum legis diſpoſitione conformare, ita nec voluit reſpectu alterius.

Secundò ſententiam hanc comprobo traditione Socini in in l.cum auus.num.38.verſ.& per hoc.ff. de cond. & demon. dum poſt Comenſem ſcripſit, diſpoſitionem illam. l. cum auus, quæ fundata dicitur ea in ratione, quòd pater ſubſtituendo filio non cogitauit de nepotibus, de quibus ſi cogitaſſet eos ſubſtituto prætuliſſet. Hæc ſanè ratio & diſpoſitio (inquit Socinus) locum non habet, quando pater habẽs duos filios, quos inſtituit & grauauit, vni eorum adiecit conditionem, ſi decedat ſine liberis, alteri verò non adiecit. Nam tunc in perſonam eius, cui non adiecit, non ſubintelligitur, nec ſuppleri debet diſpoſitio. d. l. cum auus, quia ſi teſtator voluiſſet, ita potuiſſet eam exprimere, ſicuti expreſſit in altero: cum de ea cogitauerit. Et hanc Comenſis & Socini traditionem probauit Decius in conſ.581.num.5.

Et his conſtat malè à prædicta ſententia diſſenſiſſe Guielmum Cuneum in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſt. quem ſecuti ſunt Alex.in l. iam hoc iure.ff.de vulga. Socinus Sen.in d.l.1.num.39.verſ.decimò & vltimò.ff.eo.& ibidem Alciatus. num.138. Decius in d.l.quamuis, num.2.verſ. & pari ratione, & Ruynus in conſ.131.num.6.verſ.& iſtud.lib.3. Et ij quidem moti ſunt eo tex.l.iam hoc iure, quem (omiſſis aliorum conſiderationibus) perpendo vna cum Ruino pręcitato in loco. dum Vlpianus ibi in verſ.hoc itaque caſu, dixit, quod ſi pater ſeparatim ſubſtituit filio puberi, ſi hæres non extiterit, quæ forma ſubſtitutionis vulgaris eſt: & deinde impuberi ſic ſubſtituat: ſi ipſe impubes hæres extiterit, & intra pubertatem deceſſerit, &c. Hæc poſtrema ſubſtitutio, pupillaris expreſſa dicitur, & tamen continet etiam tacitam vulgarem in perſonam dicti impuberis: ſicuti ex textu colligitur & admittunt omnes. Et tamen ibi de ipſa vulgari iam fuerat à teſtatore cogitatum, ex quo illam expreſsè fecit illi filio puberi. Quẽadmodum ergo expreſſa pupillaris facta vni continet tacitam vulgarem, tametſi ſola ipſa vulgaris expreſſa facta eſt alteri, atque ita de ea teſtator cogitauit: Ita è contra ſubſtitutio vulgaris expreſſa facta vni impuberi continere debet pupillarem tacitã, tametſi alteri impuberi facta fuit expreſſa vulgaris & pupillaris. Cæterùm reſpondetur, diuerſum eſſe caſum hunc, de quo diſputamus ab illo.d.l.quamuis. Nam illa expreſſa pupillaris de qua in d.l.quamuis, in neceſſarium antecedens præſupponit vulgarem, quæ eſt diſpoſitio & teſtamentum ipſius patris, ſine quo fieri non poteſt pupillaris.l.2. §.adeo.ff.de vulga.& §.liberis.in Inſtit. de pupilla.ſubſt. Et propterea illa pupillaris omninò eam vulgarem continet. Et præſertim in caſu.d.l.quamuis, vbi Iuriſconſultus præbet cõſilium, quo poſſit pater ſubſtituendo puberi & impuberi, efficere, vt in pubere vna ſit ſubſtitutio tantum, ideſt, vulgaris, in impubere verò duplex, hoc eſt vulgaris & pupillaris, conſilium ſanè præbet, vt ſeparatim faciat ſubſtitutiones, & puberi ſubſtituat expreſsè vulgariter, impuberi verò vtroque





modo, vulgaris tamen formam non expreſſit, quaſi quòd eam paulo ſuprà, de pubere verba faciens, expreſſerat. Hanc tamen declarationem intellexit Politus in d. ſexta particula. num.48.non procedere, quando conſtaret teſtatorem vel errore, vel obliuione lapſum omiſiſſe pupillarem in alio. Nam vbi de errore, vel obliuione conſtaret, ita quod prouidere quodammodo non potuerit, dicitur voluiſſe ſubſtituere.arg. d.l.3. C. de inoff. teſta. & l.tractabatur. ff. de milita. teſta. & quod tradit Iaſon in auth.ex cauſa.num.25.C.de lib.præter.

31 Declaratur † ſextò, vt locum non habeat hæc præſumptio & coniectura, quando duobus imparibus facta eſt vulgaris ſubſtitutio, hoc eſt puberi & impuberi. Nam tunc, vt ſeruetur æqualitas, nec in perſonam impuberis ſub illa vulgari cõtinetur pupillaris tacita. Ita probant.d.l.iam hoc iure. verſ. ſi autem.& in d.l.quamuis, & vtroque in loco Doctores omnes, & ſcribunt, Bartolus in l.1. nu.34.ff. de vulga. & ibidem Socinus Sen.num.38.verſ.quanto limitat, & Ripa num 770. Cæterùm declaratio hæc intelligitur & procedit, quando pater his imparibus coniunctim ſubſtituit vulgariter: ſecus verò ſi ſeparatim; vt ſi ita dixit. Inſtituo Caium & Sempronium filios meos. Et ſi Caius (hic impubes erat) hæres non erit, ſubſtituo Sempronium: ſi verò Sempronius hæres non erit ſubſtituo Caium. Hoc enim caſu illa vulgaris expreſſa facta Caio impuberi continet pupillarem tacitam; tametſi illa facta Sempronio continere non poſſit. Hanc ſententiam probarunt glo. Dynus, Bartolus Baldus, Imola & Caſtren.in d l.iam hoc iure. Sic & Iacobus Butrigarius, Baldus, Angelus & Fulgoſius in d.l.quamuis; quos ſic congeſſit Socinus Sen.in l.1.numer.38.verſ.ſextò limitat.ff.de vulg. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Angelum, Salicetum & Fulgoſium in l.in teſtamento la.1. C.de teſta.militis His accedunt Ioan. Fabri in §.qua ratione.num.31.in Inſt.de pup.ſubſt. Riminal.Sen. d.l.in teſtamento.num.3. Ancha. in cap.ſi pater. numer.4.de teſta.in 6.Corne.in l.2.numer. 4.in fin.C.de impub. Primò moti ij ſunt illo textu.d.l.iam hoc iure. verſ. ita enim in altero vtraque ſubſtitutio intelligitur, ſi voluntas parentis non refragetur. Secundò perpenditur idem textus. d l.iam hoc iure.verſ.quod ſi alter.ibi, *communi verbo*, à ſenſu contrario.

32 Tertiò ſuffragari † videtur, quòd quando ſubſtitutio facta eſt imparibus in vna oratione, verbum ſubſtituo refertur æqualiter ad duos; & ideò æqualiter debet determinare, ne diuerſimodè intelligatur, contra l.eum, qui ædes. ff. de vſucap. ſed diuerſum eſt quando ſubſtitutio facta eſt duobus imparibus in diuerſa oratione. Nam tunc ceſſat ratio illa. d l.eum, qui ædes. Verùm reſponderi poteſt, id non eſſe factum ratione verbi ſubſtituo, vt æqualiter referatur: ſed ob æqualitatem ſeruandam inter fratres, vt dicimus infrà.

Quartò, & melius ea ratione, & argumento vſus eſt Bar-
33 tolus, quod quando duo † ſunt ſubſtituti inuicem in vna oratione, conſiderantur tanquàm vna perſona, & vnum corpus in vnamque qualitatem reducti, argu.l.vnicæ.§.vnicæ. §. his ita. C. de cad. tollen. Et ideò dictum in vno cenſetur in alio repetitum, arg.l.Sæiæ.§.Caio. ff.de fundo inſtructo inſtrumentoque legato.& l.mulieri.& Titio.ff.de cond.& demon.

Diuerſum eſt (inquit Bartolus) quando ſubſtitutio ſeparatim de quolibet fit. Nam tunc de qualibet diſpoſitione, vt de diſpoſitione ſeparata, iudicatur: ob id de vna ad aliam non infertur. l.vltim.ff.de iniuſto rupto, & irrito teſta. & l.pater. §.vltim. ff. ad l. Falcid. Et ſubſtituti illi conſiderantur tanquàm diuerſæ perſonæ: & tunc non eſt inconueniens, quòd diuerſæ qualitates conſiderentur in eis, vt ſcilicet impuberi dicatur pubes ſubſtitutus etiam per pupillarem tacitam: impubes verò puberi ſolum vulgariter. Et hæc quidem ratio ſatis ſolida eſt, & à nemine, quod ſciam, improbatur. Quibus conſtat ab hac ſententia male diſſenſiſſe Petrum Perticenſem, & Iacobum Rauennatem, quos refert Bartolus in d. l.iam hoc iure.§.vltimo, & Bulgarinus relatus à Ruino in d. l.1.nume.209.ff. de vulga. & ibidem Ripa numer. 170.verſic. quod autem, & Socinus Iun.in conſi.100. nu. 14. & in conſi. 128.num.65.lib.1.

Primò moti ſunt ratione ducta à d. l. iam hoc iure. Quod enim illa vulgaris facta duobus imparibus non contineat pupillarem, non prouenit ex ſimplici oratione, ſed à ratione
34 æqualitatis † ſeruandæ; quæ inter fratres ſeruari debet.l.cum pater.§ dulciſſimis.de leg.2.& l.vlt. C. communia vtriuſque iud. Quod ſit id ſtatutum ratione æqualitatis ſeruandæ probare videtur.d.l.iam hoc iure.verſic.inconueniens enim videbatur in vno duplex ſubſtitutio, & in altero tantum vul-
35 garis. At qui hæc † æqualitatis ſeruandæ ratio militat, & locũ habet etiam in hac ſubſtitutione ſeparatim facta: Ergo idem ius ſtatui debet Verùm reſpondet Ruinus in d.l. 1. num. 110. verſic. ſed ad iſtud. ff. de vulg. & pup. ſubſtitutio. negando, eſſe inconueniens, quando ſubſtitutio facta eſt ambobus ſub diuerſis orationibus: & ſi inconueniens eſt, quando facta eſt ſub vnica oratione. Et ratio diuerſitatis eſt ſecundum Ruinum; quia quando inuicem ſunt ſubſtituti in vnica oratione, reputatur tantùm vna perſona. leg. planè.de leg.1. & leg.vnica.§ his ita. C. de caducis tollen. Debet ergo eſſe eiuſdem qualitatis, non autem diuerſæ. d.l.eum, qui ædes. ff. de vſucap ſed diuerſum eſt, quando ſunt ſubſtituti ſub diuerſis orationibus. Nam tunc ſunt diuerſæ perſonæ: atque ita in eis eſſe poſſunt diuerſæ qualitates, leg. plenum. §. equitij. ff.de vſu, & habita.

Secundò perpendebat Bulgarinus d.l.iam hoc iure. in verſic. hoc itaque caſu, dum Iureconſultus præbet conſilium patri, quòd ſi vult ſubſtituere impuberi in vtrumque caſum, & puberi in vnum tantùm, debet facere ſubſtitutionem ſeparatam, vt putà, ſi pubes hæres non erit; tunc impubes ſit hæres; quo caſu hic impubes non erit ſubſtitutus, niſi vulgariter tantum. Et ſi impubes hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit, pubes in ſua portione ſubſtituatur. Nam tunc habebit in vtroque caſu ſubſtitutum. *Ne (ſubiunxit Modeſtinus) Si vulgaris modo impuberi ſubſtituatur, ſit voluntatis quæſtio.* Ecce ergo quod quando impuberi vulgariter ſubſtituitur, eſt voluntatis quæſtio an voluerit in vno caſu tantum, an in vtroque ſubſtituere. Atque ita verum non eſt, quòd quando ſubſtituitur vulgariter pupillo, illa vulgaris contineat tacitam pupillarem: quia Modeſtinus dixit, eſſe voluntatis quæſtionem. Reſpondet Ruinus in d. l. numer. 110.verſic. ſed ad hoc; imò magnam eſſe differentiam, quia quando teſtator ſubſtituit vulgariter ſeparatim ſecundum formam.d.l.iam hoc iure, dicitur inducere difformitatem & diuerſitatem. Inducit inquàm deformitatem, quia ſub vna forma ſubſtituit puberi & ſub alia impuberi. Inducit etiam diſparitatem: quia impuberi ſubſtituit in vtrumque caſum: puberi verò in vnum tantum. Et propterea locum habere
36 non poteſt illa iuris regula; quod † verbum reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinet: Cum teſtator receſſerit à paritate, difformiter loquendo.

Tertiò argumentabatur Bulgarinus vt refert Ruin. in d. l 1.numer. 11. verſ. vltimo & hoc magis, perpendendo text. d.l iam hoc iure. Ibi. *Ne ſi vulgari modo ſubſtituatur impuberi, relinquatur voluntatis quæſtio.* Hoc ergo caſu quando vulgariter ſubſtituitur ad inuicem ſeparatim quo ad impuberem eſt voluntatis quæſtio, an voluerit teſtator in vno caſu tantum vel in duobus ſubſtituere. Nec obſtat (inquit Bulgarinus) quod ſi relinquitur quæſtio voluntatis, ergo eſt dubium, an contineat, vel non: atque ita ille textus nec pro nec contra ad rem facit, quia reſpondet Bulgarinus quod imò probat: quia ſi tu pubes vis ſuccedere ex pupillari compræhenſa ſub illa vulgari facta impuberi, fundando intentionem ſuam; quod talis fuerit teſtatoris voluntas, qui feciſſet ſi cogitaſſet, debes hoc probare cum ſit tuæ intentionis fundamentum, l.ei, qui.ff.de prob. ſi ergo nõ probas, ſtat ſolidum, quod teſtator voluerit pupillariter ſubſtituere Reſpondet idem Ruinus in d l. 1. num. 110. verſ. ad iſtud tamen regulam, eſſe quod ſub vulgari expreſſa continetur pupillaris tacita, à qua non videtur receſſum, niſi quando reciproca eſt facta imparibus in vna creatione: ne vnum verbum diuerſimodè intelligatur: quæ ratio ceſſat, quando facta eſt in diuerſis orationibus. Nec repugnat quod ſit quæſtio voluntatis: quia id procedit ob perſonarum qualitatem, non autem ex verbis.
37 Nam præſumitnr † teſtatorem voluiſſe ſeruare æqualitatem inter eos: Cum fuerint æqualiter dilecti. Et ratio hæc eſt quæ faciebat voluntatis quæſtionem: quæ tamen non erat ſufficiens; ſicuti eam reiecit glo.in d.l iam hoc iure.

Quartò mouebatur Bulgarinus hoc arguměto, quod bre-

uius,& dilucidius deduco,& cõſidero quàm fecerit Ruinus,
38 Ratio(ait Bulgarinus)vnde factum eſt,vt † pupillaris conti-
neatur ſub his verbis;ſi hæres non erit,quæ vulgarem ſolam
ſignificant,ea eſt;quia ſi teſtator cogitaſſet de pupillari eam
feciſſet expreſsè.Illa ergo ratione qua pupillaris continetur
ſub illis verbis,eadem quoque ratione,imò fortiori dicendũ
eſt,cõtineri debere ſub his,vos inuicem ſubſtituo. Cum hæc
non repugnent naturæ pupillaris,ſicuti repugnant illa,ſi hæ-
res non erit.Hæc eſt ſumma argumenti, quo vſus eſt Bulga-
rinus, & ſi Ruin.in d.l.1.nu.111.prolixioribus obſcurioribuſ-
que verbis referat.Cæterùm (omiſſa eiuſdem Ruini ſubob-
ſcura,& minus concludenti reſponſione) ſic reſponderi, &
confutari poteſt argumentatio hæc.Cõcedimus, quòd quã-
do nil repugnat, ita, imò fortius tacita pupillaris continetur
ſub illis verbis, vos inuicem ſubſtituo ; ſicuti continetur ſub
illis ſimplicibus verbis,ſi hæres non erit:ſed valdè diuerſum
eſt, quando aliud repugnat : Id quod facilè declarari poteſt,
39 conſtituendo tres caſus.Quorum primus † eſt,quando facta
eſt ſubſtitutio vulgaris vni,his verbis ; ſi hæres non erit. His
enim ſub verbis continetur etiam pupillaris , ſi pupillus is
fuit cui facta eſt ſubſtitutio.Nam nil eſt quod repugnet quã
ipſa forma verborum ſub quibus tamen lex voluit, pupilla-
rem ea ratione contineri ; quia pater dicitur ſubſtituiſſe fi-
lio ſecundum eius qualitatem, & conditionem,vt ſuprà de-
clarauimus.Secundus eſt caſus , quando duobus imparibus
facta eſt ſubſtitutio his verbis. Inſtituo Caium,& Sempro-
nium,& eos inuicem ſubſtituo. Hoc in caſu verba quidem
poſſunt conuenire etiam pupillari : attamen aliud repugnat
nempè imparitas,quæ efficit , ne in pupillo ſubintelligatur.
Cùm nec poſſit ſubintelligi in pubere : & id quidem cauſa
ſeruandæ æqualitatis. Tertius eſt caſus , quando duobus im-
paribus facta eſt ſubſtitutio ſeparatim,vt in caſu noſtro:Hoc
caſu verba non impediunt pupillarem : ſicuti nec impediunt
in ſubſtitutione ſimplici vulgari. Non etiam impedit perſo-
narum inæqualitas; qua pater ſeparatim ſubſtituendo , eam
præoculis habuit : ſed æqualitatem ſeruari noluit ; quia alio-
qui vnico hoc verborum conſtructu,vos inuicem ſubſtituo,
vſus fuiſſet.
40 Quintò & vltimò † affertur hoc argumentum ; quando
duo impares ſunt inuicem ſubſtituti,ſub eadem ratione,pu-
pillaris tacita non continetur ſub expreſſa vulgari. d. l. iam
hoc iure.Atqui nulla eſt differentia inter vnicã orationem,
& plures. Ergo quod eſt ſtatutum de pluribus in vnica ora-
tione,cẽſeri debet ſtatutum de ſubſtitutis in duabus.Illa mi-
nor probatur;quia quando plures ſubſtituti ſunt ſub vnica
oratione,illa oratio reſoluitur in plures ſingularitates.l.fal-
ſa.§.vlt.ff.de condi.& demon Et perinde eſt ac ſi dixiſſet te-
ſtator Caium,& Sempronium inſtituo ; & ſi Caius hæres nõ
erit ſubſtituo Sempronium. Et ſimiliter, ſi Sempronius hæ-
res non erit ſubſtituo Caium. Reſpondet huic argumenta-
41 tioni Socinus Sen. in d l.1.nu.38.ver.& ad l.falſa; quòd † ali-
quando pluralitas reſpicit plures,& ſeparatos effectus : tunc
reſoluitur in plures ſingularitates,vt in d.§.vlti.Quandoque
verò reſpicit vnum,& eundem effectum , hoc eſt vnum hæ-
reditatem,& tunc non reſoluitur in plures ſingularitates,vt
in caſu noſtro. Cæterùm retinenda non eſt hæc reſponſio:
cùm communis ſit Doctorum opinio , pluralitatem reſolui
in ſingularitates etiam quando reſpicit eundem effectum,
ſicuti communem teſtatur Zancus in leg. hæredes mei cum
ita.in octaua parte.nu. 61. ff.ad Trebell. Reſpõdet itaque ſe-
cundo loco idem Socinus pluralitatem reſolui in ſingulari-
tates,niſi præſumatur contraria voluntas teſtatoris, ratione
æqualitatis ſeruandæ inter eos,quibus ſimul facta eſt ſubſti-
tutio,ſecundum Baldum in l penul.verſic.modò generaliter
quæritur.C.de impub.& alijs ſubſt. Zancus in loco ſupraci-
tato.nu.64.Rurſus tertio loco reſpondet Socinus , pluralem
locutionem reſolui in ſingularitates eiuſdem tamen condi-
tionis,& naturæ,quales erant ſub ipſa plurali locutione. At-
qui ſub plurali ſermone vulgaris facta impuberi non com-
prehendit pupillarem. Ergo nec reſoluta in ſingularitates
compræhendere poterit.
42 Declaratur † ſeptimò,vt non habeat locum præſumptio,
& coniectura,quando cautum eſſet ſtatuto, quod teſtamenta
ſeruentur ad literam,prout iacent , ſine vlla interpretatione.
Hoc caſu expreſſa vulgaris nõ continet tacitam pupillarem.
Ita Baldus in l.precibus.nu.15.C.de quem ſecuti ſunt ibidem
Cacialupus.nu.10.& communem teſtatur Socinus Sen. in d.
l.1.nu.39.ff.de vulg.Iaſon in d.l.iam hoc iure.num.12. & in d.
l.quamuis.num.7.& ibidem Decius nu.3. Idem affirmarunt
Corneus,Barbatia & Brunus,quos cõmemoraui in Tractat.
de adipiſcenda poſſeſſione,remedio 4.nu. 222. His accedunt
Alciatus in d.l.1.nu.143.ff.de vulg.& pup. ſubſtitu & in lib.2.
de verb.ſignifica.nu.65.in fine,Socinus Iun.in conſi.16.nu.6.
lib.1.& Rolandus in conſi 62.num.37.& in conſi. 51.num 19.
lib.3 quos ſecutus ſum in conſil.215.num.17.lib.3.
Cæterùm à prædictis diſſentiunt Imola in ca. Raynutius.
num.119.de teſta.Ripa in d.l.1.nu 172.verſic. dura mihi. ff. de
vulga.Curtius Iunior in d.l.quamuis.nu.8.& ibidẽ Coraſius.
num.13.Ita quoque diſſentiunt Barba.in l.cum acutiſſimi.nu.
167.& num.169.C.de fideicom.& Zuchardus in l.vlt. nu.190.
& nu.334.C.de edicto Diui. Adr. tollen. quos viſus ſum ſe-
qui in Tracta de adipiſcenda poſſeſſione , remedio quarto.
num.225.Probabilior eſt diſtinctio , quam facit Socin.in d.l.
1.nu.39.verſ.ſed pro concordia.ff.de vulg. & pup.ſubſt. & ſi-
milem facit ipſemet Soc.in l.cum auus.num.88.ff.de cond.&
43 demon. Diſtinguit inquam Socinus duos caſus ; Primus †
quorum eſt , quando ſtatutum ſimpliciter dicit, quòd verba
teſtatoris intelligantur ſine interpretatione. Hoc caſu pro-
cedit affirmatiua illa ſententia Imolæ & ſequacium aduer-
ſus Baldum , vt ſcilicet adhuc pupillaris tacita contineatur
ſub vulgari expreſſa. Et hæc quidem opinio firmatur primò
ea ratione ; quia ſtatutum remouet ſolùm interpretationem
friuolam Bart.in l.omnes populis.num.65. ff. de iuſt. & iure,
& alios retuli in Tract.de adipiſcenda poſſeſſiones remedio
quarto nu.226. At qui hæc interpretatio non eſt friuola , ſed
magni ponderis & maximè vtilis. Non ergo cenſetur reie-
cta.Secundò accedit , quod ſtatutum reijciens interpretatio-
nem dicitur remouere illam hominis non autem legis.Bal-
dus in d.l.omnes populi num. 35. de inſtit.iure & ſcripſi in d.
quarto remedio de adipiſcenda poſſeſſione,nume.225.Cum
itaque hæc ſit interpretatio legis, d.l.iam hoc iure , dicen-
44 dum eſt , non cenſeri reiectam. Recipit enim † ſtatutum in-
terpretationem paſſiuam à iure communi.l.1. §. lex Falcidia,
vbi Bartol.& Alex.ff.ad.l.Falcid.Tertiò confert; quod quan-
do verba habent certam ſignificationem , illa nunquam di-
citur reiecta Baldus in l.1.§.domini.il 3.ff. ad Sillania. Et illa
non immutatur , Baldus in auth.ſi qua mulier in fine. C. de
ſacroſ.eccleſ.At qui hæc eſt certa ſignificatio à lege firmata:
Ergo dici non poteſt à ſtatuto reiecta.
45 Secundus † eſt caſus , quando ſtatutum diſponit quòd
verba teſtamentorum intelligantur ad literam,ſicuti ſcripta
leguntur. Hoc in caſu rectè procedit ſententia Baldi in d.l.
precibus num.15.& ſequacium , vt ſcilicet vulgaris expreſſa
tunc non contineat pupillarem tacitam. Primò , quia litera
46 illa † dicitur, quæ oculis legi poteſt l.1.§.1. ff. de his , quæ in
teſta.delen. Baldus in l. 2.nu.8. C.de patrib. qui filios diſtra-
xe. & ſcripſi in dicto Tract. de adipiſcenda poſſeſſione , in
quarto remedio nume. 228. Porrò cum tacita hæc pupillaris
legi non poſſit in teſtamento, in quo ſcripta non apparet,
ſequitur dicendum hoc caſu non contineri ſub illa vulgari.
47 Tertiò accedit † ſimile , quòd quando ſtatutum vult verba
teſtamentorum debere intelligi ad literam , maſculinum
non concipit fœmininum.Decius in l.2.numer.101.ff.de reg.
iuris,& poſt alios ſcripſi in conſi.215.num.16.lib.3.Non enim
ſexus ipſe fœmininus legitur ſcriptus in ipſo teſtamento,
Quarto confert ſimile ex Baldo in cap. 1. colum. 3. verſ. &
ideò de conſt. cùm dixit , ſtatutum tribuens exactionem te-
ſtamentis extraordinem factis, non compræhendit ſubſti-
tutionem tacitam, cum dici non poſſit teſtamentum, ſed
ſuppletio ad teſtamentum. Et Baldum ſecutus ſum in d.4.
remedio numer.229. Quintò comprobantur prædicta ea ra-
tione, quod tacita ipſa pupillaris comprænhenſa ſub expreſſa
vulgari concepta ſecundum formam d.l.iam hoc iure , & d.
l.quamuis,nempè his verbis:Et ſi hæres non erit &c.non ſo-
lum non legitur ſcripta:ſed nec etiam legi poſſe videtur:cum
forma ipſa verborũ repugnare videatur. Vulgaris enim ver-
bis illis negatiuis,ſi hæres non erit, concipitur:Pupillaris ve-
rò his affirmatiuis,ſi hæres erit & in pupillari ætate deceſſe-
rit.



48 rit. Quemadmodum ergo † duo pugnantia ſimul ſtare non
poſſunt, l.vbi repugnantia de reg.iuris , & ibi Decius & reli-
qua:ita pariter ſub eadem verborum formula duo contraria
legi non poſſunt. Niſi hic dicamus vnà cum Alciato in l.pri-
ma numero 135.ff.de vulga.& in libr.3. de verbor.ſignificat.
numero 14.verba hæc, ſi hæres non erit, non repugnare pu-
pillari:quia hæc conditio,ſi hæres non erit,poteſt intelligi ir-
reuocabiliter.Diſſentiunt tamen ab Alciato reliqui interpre-
tes omnes.Hic ſecundus caſus locum habet, quando vulgaris
ſubſtitutio eſt concepta ( vt dixi ) ſecundum formam d.l.iam
hoc iure , hoc eſt , ſi hæres non erit,ob repugnantiam, quam
conſideraui : ſecus verò,quando concepta legitur ſub forma,
quæ non modò non repugnaret pupillari,ſed illi etiam poſſet
cõuenire.Exempli gratia,ſi teſtator ita dixit, Inſtituo Caium
filium meum , & ſubſtituo Sempronium. Hæc enim forma
vulgaris ſubſtitutionis eſt , vt ſcribunt Caſtren.in dicta l. iam
hoc iure.§.1.numero 5. ff. de vulga. & in l. precibus numero
12.C.de impub.& ibidem Decius,numero 15.verſiculo alle-
gata in contrarium.Alexand.in l. Gallus.§.1.columna 2.ver-
ſiculo prædictis adde.ff. de liberis & poſthum. & idem in l.1.
numero 14.& ibidem Pariſius, numero 82.ff. de vulga.Non
repugnat tamen hæc forma ipſi pupillari , ſed ei conuenire
poteſt,eam ſic explicando : Inſtituo Caium filium meum, &
ſi ipſe hæres non erit,vel hęres erit & in pupillari ętate deceſ-
ſerit , ſubſtituo Sempronium. Cum itaque conuenire poſſit,
dicendum eſt, eo modo quo legitur vulgaris ſic & ipſa pupil-
laris:& propterea à ſtatuto non plus dicitur reiecta quam illa
vulgaris. Et hic quidem caſus multò magis procedit, quando
in ipſa forma vulgaris extant aliqua verba ſignificantia teſta-
torem voluiſſe ſubſtituere etiam pupillariter,vt ſi dixiſſet:In-
ſtituo Caium filium meum impuberem, cui, vel, & ei ſubſti-
tuo Sempronium.Hæc enim forma ſignificare videtur etiam
ipſam pupillarem ſubſtitutionem, ne fruſtrà videatur teſtator
protuliſſe verba illa, filium meum impuberem:& illa, cui,vel
illa:& ei : iuxta ea,quæ ſcribunt gloſſ.& Docto.in l.precibus.
C.de impub.& Ruynus in l.1.num.11.num.13.15.& num.17.
ff. de vulga. & ſuo loco explicauimus. Et in ſpecie noſtra ſic
ſenſit Iaſon.in l.quamuis,numero 3.C.de impub.& aliis ſub-
49 ſtit.dum exemplum apparet,vt ſi teſtator † ita dicit : Inſtituo
filium meum pupillum, & ſi deceſſerit in pupillari ætate ſub-
ſtituo Caium.Inquit Iaſon ita his verbis exprimi pupillarem,
ſicuti vulgarem.Cùm ex ſententia Baldi & Caſtrenſ.in l.pre-
cibus.C. de impub. hæc ſit compendioſa limitata ad tempus
pupillaris ætatis,quod aliquando explicabimus.
50 Declaratur octauò,vt locum † non habeat hæc coniectura
& præſumptio in teſtamento militis, in quo vulgaris expreſſa
non continet pupillaram tacitam.Ita Alciatus in l.1.numero
142.verſ.addidit , & in l.Centurio.num.35. in fine.ff.de vul-
ga.ex ſententia Catonis Sacci.idem ſcripſit Vaconius libr.4.
declara.iuris cap.61.num. 11. Ea ratione ij moti ſunt:quod in
teſtamento militis non admittuntur coniecturæ & præſum-
ptiones:ſed eius diſpoſitio intelligi debet,ſicuti ſcripta eſt ad
literam. Verùm demonſtraui ſupra in præſumptione , quod
imò & in teſtamentis militum admittuntur præſumptiones,
præſertim illæ, quæ eorum fauorem, vel filiorum ſuorum re-
ſpiciunt.
51 Declaratur † nonò , vt non habeat locum hæc coniectura
& præſumptio quando teſtator ita dixit. Inſtituo Caium fi-
lium meum impuberem,etſi ipſe hęres non erit:vel hęres erit
& in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Sempronium per fi-
deicommiſſum.Hoc enim caſu vulgaris illa expreſſa non con
tinet tacitam pupillarem. Ita in ſpecie reſpondit Ruynus in
conſ.103.in fine.lib.2.
52 Declaratur decimò, vt † non habeat locum,quando teſta-
tor ſubſtituit quò ad ſua bona. Nam tunc etſi facta ſit pupillo,
non tamen eſt pupillaris : ſed vulgaris. Ita Corn.in conſ.262.
col.1.num... lib.1. in conſ.95.num... col.3.in conſ.152.nu.
26.& nu.31.lib.2.in conſ.93.col.2.num... lib.3.& in conſil.
95.col.2.nu... lib.4.dum reſpondit, compendioſam factam
pupillo non comprehendere pupillarem, quãdo reſtricta fuit
ad bona teſtatoris.Et Corneum ſecuti ſunt Craue.in conſ.98.
nu.10.& alij,quos referam infra in præſumpt.vbi de compen-
dioſa diſſeremus.Huc facit quod dicemus infra in præſumpt.
44.in fine,ꝙ exemplaris ſubſtitutio, quæ ſimilis eſt pupillari,
non preſumitur facta,quãdo teſtator reſtrinxit ſe ad bona ſua.

## PRÆSVMPT. XXXVII.

Subſtitutione vulgari facta à teſtatore partim expreſ-
ſa & partim tacita quando mater excludatur, eue-
niente caſu ipſius tacitæ : copiosè & diligenter ex-
plicatur.

## SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio vulgaris tacita matrem excludit.*
*2 Subſtitutus vulgariter ſuccedit teſtatori.*
*3 Mater an & quando excludatur per ſubſtitutionem vulgarem partim tacitam & partim expreſſam,eueniente caſu ipſius tacitæ.per tot.*
*4 Subſtitutus nunquid in caſu.l.vlt.C. de inſtit. & ſubſtit. excludit matrem.*
*5 Verba legis in dubio ſemper aliquid operantur.*
*6 Dictio,eius,quid magnis ſignificet dictione ſua.*
*7 Hæreditas luctuoſa dicitur illa filij,non autem mariti.*
*8 Suitas nunquid tollatur datione cohæredis extranei.*
*9 Subſtitutio tacita non impedit ius accreſcendi.*
*10 Maritus relinquendo partem hæreditatis ſuæ vxori an multo magis ſit credendum, quod ei relinquere voluerit luctuoſam hæreditatem.*
*11 Bona filij ſunt magis debita matri quàm bona mariti.*
*12 Pater præſumitur diligere filium pluſquam ſeipſum , & dicitur eadem perſona cum filio.*
*13 Hæreditas patris eſt filio quaſi debita.*
*14 Pater non cenſetur extraneum propriæ ſoboli velle præferre.*
*15 Subſtitutio vulgaris partim expreſſa, & partim tacita, de qua in l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.an excludat matrem.*
*Et quid de pupillari partim expreſſa & partim tacita,ibid.*
*Et quid de pupillari tacita tantum.num.16.*
*17 Bartolum & reliquos,lapſos in interpretatione.l.vlt.C.de inſt.& ſubſt.cui dantur plures intellectus pluribus.nu.ſeq.*
*18 Papinianus tempore Septimij Seueri vixit , qui anno ſalutis.195. imperare cœpit, & illius præfectus prætorio extitit, deinde interfectus iuſſu Caracallæ.*
*19 Vlpianus tempore Papiniani floruit ſub Septimio Seuero , & vnà cum Paulo eiuſdem Papiniani aſſeſſor fuit.*
*20 Diocletianus & Maximia.imperarunt anno ſalutis noſtræ.287.*
*21 Subſtitutio pupillaris aditionem pupilli requirit.Contra,nu.22.*
*23 Diſputatio quando cadit ſuper vno,cætera præſupponuntur habilia.*
*24 Subſtitutio pupillaris tacita non dicitur fieri à teſtatore,ſed à lege fingi.*

1 RECEPTA eſt † apud omnes ſentẽtia, matrem
excludi per ſubſtitutionem tacitam vulgarem.
Ita ſanè Bart.in l.1. num.41.ff. de vulga.& pu-
pil.ſubſtit.& ibidem Socin.Sen.num.41.Ripa.
num.175.& Alciatus , num. 128. Coraſius in l.
2 precibus,nu.18.C.de impub.& aliis ſubſt.Ea eſt † ratio, quia
ſubſtitutus vulgariter ſuccedit teſtatori , l.1.ff. de vulga.& in
inſtit.de vulgari ſubſtit. in princ. & ideò nulla ſumitur conie-
ctura à lege , ſicuti ſumitur in tacita pupillari , quod teſtator
pietate ductus matrem filij vocati voluerit anteponere ſubſti-
tuto.Nõ enim hic excluditur mater à luctuoſa filij hęreditate.
3 Cæterum † grauis eſt contentio , an excludatur mater per
vulgarem partim expreſſam & partim tacitam, eueniente ca-
ſu ipſius tacitæ. Et idem dicendum eſt ex omnium penè ſen-
tentia, quam probare ſoleo : cum nulla differentiæ ratio pro-
babilis afferri poſſe videatur inter tacitam vulgarem , de qua
ſuprà diximus,& hãc tacitam quæ verè tacita dici debet poſt-
eaquam euenit caſus.Imò (vt infrà dicemus) maior eſt ratio,
quod mater excludatur per ſubſtitutionem hanc vulgarem
partim expreſſam , & partim tacitam , quàm per ſolam taci-
tam.Et verè hac in ſententia fuerunt Baldus, Angelus,Salice-
tus , Caſtren.Iaſon & Decius in l.vlt.C.de inſtit. & ſubſtitut.
Angelus etiam & Imola in l.1.ff.de vulgaris & pupillaris ſub-
ſtit.& ibidem Socin.Sen.colum.68.verſicul.ſed aduerte , qui
ſcripſit , ab hac non eſſe recedendum iudicando & conſulen-
do.Et communem quoque aſſeruit Ripa.numer.176.Et ean-

dem probauit Ruynus in conſil.93.numer.5.verſ.ſed his non obſtantibus lib.3.

Diſſentit ab his Bartol.in d.l.1.num.43.ff.de vulg.& pup. ſubſtit.quem viſus eſt ſequi ibidem. Ruyn.num.124.& 126. Dixit Bar.imò matrem non excludi per ſubſtitutionem hanc vulgarem partim expreſſam & partim tacitam, eueniente caſu ipſius tacitæ. Et inquit hac de re ſingularem eſſe Iuſtiniani conſtitutionem in d.l.vlt.C. de inſtit.& ſubſt. Quam quidem Barto.ipſe intellexit diffinire caſum tacitæ vulgaris, qui ex facto euenerat. Verùm, qui Bart.aduerſantur, interpretati ſunt, d.l.vltim. diffinire caſum tacitæ pupillaris, quem eueniſſe ibi
4 contendunt. Eſt ergo † egregia hæc diſputatio, an in caſu d.l. vltim. euenerit caſus tacitæ vulgaris, vel tacitæ pupillaris? Et verè coniecturalis eſt quæſtio, Ego cum recepta aliorum ſententia perſiſto in dicta l.vltim. eueniſſe & diffinitum fuiſſe caſum pupillaris tacitę, ſicuti mox multis confirmabo: ſed prius facti ſpeciem commemorabo. Teſtator habens vxorem prægnantem, eam pro dimidia hæredem fecit, & pro altera dimidia inſtituit poſthumum, cui ita ſubſtituit: & ſi non naſcetur poſthumus ſubſtituo Caium. Natus eſt poſthumus, qui tamen deceſſit, matre ſuperſtite. Dubitatum fuit, an locus eſſet ſubſtitutioni: atque ita an Caius deberet ſuccedere, excluſa matre, vel mater excluſo ſubſtituto. Hæc enim fuit ſubſtitutio vulgaris partim expreſſa, & partim tacita. Expreſſa quo ad caſum expreſſum, ſi non naſcetur poſthumus: tacita quò ad caſum, ſi naſcetur & hæres non erit. Et hic quidem caſus tacitus duo complectitur, ſi hæres eſſe noluerit: & ſi hæres eſſe non potuerit: continet etiam tacitam pupillarem, ex quo facta fuit poſthumo atque ita impuberi quodammodo, iuxta l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. Et ideò perinde eſt, ac ſi dixiſſet, inſtituo poſthumum, & ſi non naſcetur, vel naſcetur & hæres factus deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo Caium. Papinianus itaque & Vlpianus quos commemorat Iuſtinia.in d.l. vlt.dubitabant, an in illo caſu ſubſtitutus excluderet matrem, vel non? Et quia euenerat caſus tacitæ pupillaris ſecundum Papiniani ſententiam diffiniuit Iuſtinian.matrem non excludi, ſed admitti. Quod autem ibi euenerit caſus tacitæ pupillaris multis ita demonſtratur. Prius tamen ſciendum eſt: quod
5 † in dubio verba legis, imò & ſyllaba ſtat cum myſterio aliquo, atque ita aliquid ſignificant & operantur: vt poſt gloſſ.in l.1.ff.quod metus cauſa, tradunt Iaſon in l.3.num.3.ff.de tranſactio. Ripa in cap.ſicut Romana, num.4.de reſcript.& Gomes in §.in perſonam, num.17.in inſtit.de actio.

Primò itaque perpenduntur toties repetita verba: quod natus ille poſthumus deceſſerit in pupillari ætate: ibi. *Poſthumus autem natus impubes deceßit.* Et paulò poſt ibi, *poſthumo nato & impubere defuncto*, & ibi, *vbi poſthumus natus impubes deceßit.* Si enim eueniſſet ſolus caſus vulgaris tacitæ, & de eo ſola fuiſſet diſputatio, ſatis erat Iuſtiniano dicere, natum poſthumum hæredem non fuiſſe. Eſt ergo exiſtimandum toties dixiſſe, illum deceſſiſſe in pupillari ætate: quia euenerat caſus ipſius tacitæ pupillaris.

Secundò perpenditur, quod dixit, matrem magis ad eius venire ſucceſſionem & paulò poſt: ibi, *& luctuoſam hæreditatem ad matrem venire.* Dixit, matrem, quod eſt correlatiuum filij l.vlt.C.de indicta vid.tollen. Voluit ergo ſignificare, eueniſſe caſum ſucceſſionis filij: non autem mariti: alioqui dixiſſet, vxorem.

Tertiò conſiderantur illa verba, *ad eius venire ſucceßionem.*
6 Illa dictio, eius, † refertur ad perſonam poſthumi, de quo ſuprà immediatè dixerat. Et ſi ſignificare voluiſſet perſonam teſtatoris dixiſſet, ad ſuam venire ſucceſſionem. Nec repugnat conſideratio Socin.Sen.in d.l.1. colum.72.verſ. ad primam.ff.de vulg.cùm dixit, poſſe exponi, eius, i.teſtatoris, vel eius, ideſt, in qua ipſe poſthumus fuit inſtitutus. Nam & ſenſus & ſermonis proprietas repugnat.

Quartò dixit, ad luctuoſam hæreditatem, luctuoſa hæredi-
7 tas † propriè dicitur illa filij, iuxta l.vlti.C.communia de ſucceſſ. Non autem illa mariti.l.pater Seuerinam.§.Socrus.ff.de condit. & demonſtr. Nec repugnat conſideratio Socin. Sen. in dicta l.1.colum.72.verſic.& ad textum, cùm dixit: luctuoſam hæreditatem ſatis dici poſſe illam mariti in caſu, dicta l. vlti.cùm illa peruenerit ad mulierem poſt mortem filij. Non inquam hoc repugnat: cùm ordinario iure luctuoſa hæreditas matri dicatur illa filij, non autem mariti. Eadem ratione confutatur alia eiuſdem Socini expoſitio dum dixit, luctuoſam dici hæreditatem mariti: quia hæredem pro parte fecerat ipſam vxorem, atque ita eam diligebat.

Quintò dixit, hæreditatem, ſignificans, ſucceſſionem totam filij: alioqui dixiſſet, portionem hæreditatis: cùm iam vxor aliam dimidiam fuiſſet ex ſua perſona conſecuta, iuxta glo.in l.Lucius Titius in princ.in glo.1.ff.de leg.1.

Sextò accedit, quòd ibi in fine dicitur, quòd ſi mater decederet ante pupillum, ſubſtitutus admitteretur, ſi pupillus in pupillari ætate decederet. Si ergo ibi tractaretur de tacita vulgari, ille ſubſtitutus, etiam ſublata matre, non admitteretur: quia ille pupillus ex potentia ſuitatis tranſmitteret hæreditatem ad quoſcunque ſuos hæredes, l.apud hoſtes.C.de ſuis & legitim.& tradit Bartol.in l.ventre, numero 12. ff. de acq. hæred. Et tamen textus, d.l.vltim.in fine, negat, quòd matre de medio ſublata ſubſtitutus admittatur. Ergo debemus dicere, admitti ex tacita pupillari: cùm ex vulgari non poſſit: ex quo ius tranſmiſſionis excludit ſubſtitutum vulgarem: Nec
8 obſtat † ſi dicatur, quod ſuitas fuit ſublata per dationem cohæredis extranei: quia reſpondetur, datione cohæredis extranei non tolli ſuitatem quò ad tranſmiſſionem, l. 3. C.de iure deliber.Bartol.in l.ſi filius, qui patri, numero 4.verſicul.contra hoc.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& ibidem Baldus, colum. vltim. verſiculo extrà. Non etiam obſtat conſideratio Ruyni in dicta l.1.numer.126. verſic.non obſtat etiam.ff. de vulgar. cùm dixit, quòd etiam iſte caſus vulgaris deciditur ibi, ob illam taxatiuam tantummodò. Nam huic obiectioni ſatisfaciam infrà, dum explicabo quid dictio illa, tantummodò, operetur iſto in caſu. Non etiam obſtat ſecundum Alciatum, in dicta l prima numero 130.verſiculo fortius ergo.ff.de vulgar.& pupil.ſubſtit.quòd ſi verum hoc eſſet: nec hìc ſola mater potuiſſet iure tranſmiſſionis ſuccedere, ex quo & ad alios quoſcunque ſuos hæredes vnà cum ipſa matre tranſmiſſio facta fuiſſet, dicta l.3.C.de iure deliber. Nam reſpondet Alciatus ibidem, numero 131.& 132. quòd imò ſola mater fuiſſet admiſſa, quia cùm cohæres eſſet cum filio, iure accreſcendi
9 totum fuiſſet conſecuta. Nec ſubſtitutus hoc † caſu impedire potuiſſet ipſum ius accreſcendi: quandoquidem id procedit in ſubſtitutione expreſſa, non autem in tacita, quæ non impedit ipſum ius accreſcendi, argumen.l.precibus.C.de impub. & aliis ſubſtit. & præterea ſubſtitutus non impedit ius accreſcendi ex coniecturata voluntate teſtatoris. l. quidam teſtamento.ff.de vulgar.& pupill. ſubſtitutio & tradit Bartol.in l. re coniuncti, numero 33. de legat 3.& dicemus infrà in præſumpt. Hìc autem extat coniectura ob id, quod teſtator prætulit vxorem ſubſtituto: Nec iure tranſmiſſionis quilibet pupillo proximior ſucceſſiſſet: quandoquidem ſubſtitutus vulgariter excludit tranſmiſſionem, quæ ſubſtitutio contemplatione matris ceſſat, ob id ſola ipſa mater ex ipſo iure tranſmiſſionis ſucceſſiſſet, vt Alciatus ipſe acutè conſiderat.

Septimò plurimum vrget ratio illa, qua vtebatur Papinia-
10 nus cùm dicebat: quod ſi † teſtator partem ſuæ ſubſtantiæ reliquit vxori, multò magis credendum eſt, quod ei relinquere voluerit luctuoſam hæreditatem. Quæ ſanè ratio à fortiori non concluderet, ſi de hæreditate ſolius teſtatoris fuiſſet contentio. Eſt enim certum matrem ipſam fuiſſe cohęredem cum filio, & ob id deficiente ipſo filio, & ſubſtitutione ſublata, locum eſſe iuri accreſcendi, l.re coniuncti de leg.3.vbi Docto. & lege vnica.C.quando non peten.partes. Eſt etiam certum in dicta l. vltim. reiectam fuiſſe ſubſtitutionem illam, quippè quæ non euenit ſecundum teſtatoris diſpoſitionem: ſi ergo fuiſſet in caſu dictæ. l. vltima, contentio de ſucceſſione & hæreditate teſtatoris, ratio non concluderet à fortiori: quia vxor ipſa ſuccederet ex ipſo iure accreſcendi, quod venit ex tacita voluntate teſtatoris: & ita eſſet minor ratio in excludendo ſubſtituto. Nam reſpectu primæ partis fuit mulier expreſsè vocata. & reſpectu alterius eſſet tantùm tacitè, hoc eſt ex iure accreſcendi. In prima dimidia fuit expreſsè prædilectus, in ſecunda verò diceretur tacitè. Et tamen Papinianus argumentabatur à fortiori. Vt ergo vera ſit argumentatio, dicendum eſt, diſputationem fuiſſe de hæreditate luctuoſa filij mortui in pupillari ætate. Nam ſic rectè procedit argumentum à fortiori: ſi teſtator vocauit vxorem ad bona ſua vnà cum filio, multò fortius eam vocaſſe videtur ad bona filij, quę
11 † magis ſunt debita matri, quàm bona mariti. Et licet Socinus



nus Sen. in dicta l. 1. columna 72. verſiculo ad ſecundam reſpondetur.ff. de vulgar.& pupil. ſubſtit.ſcripſerit, quod imò etiam loquendo de hæreditate teſtatoris mariti, adaptari poteſt argumentum ita ductum à fortiori.

12 Cùm † præſumatur patrem plus diligere filium quàm ſe ipſum, lege, iſti quidem in fine.ff.quod metus cauſa. Et pater ac filius eadem perſona dicitur, lege vltima.C.de impuberum
13 & aliis ſubſtitut. Et hæreditas † patris eſt quaſi debita filio, lege, ſcripto.ff.vnde liberi.& lege, cum ratio.ff.de bonis dam-
14 na. Et non cenſetur † pater velle extraneum propriæ poſteritati præferre, lege, cum auus.ff.de condi.& demonſtra.& lege cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ. ſi ergo pater, filio extante, voluit vxorem ſuccedere in dimidiam ſuæ hæreditatis, & proprium filium ea portione priuare, fortius videtur voluiſſe vxorem ipſam ſuccedere in alia dimidia ſuæ hæreditatis, nullo extante filio. Atque ita maior ſupereſt ratio pietatis propter luctuoſam filij mortem. Et propterea (inquit Socinus) procedit argumentum ductum à fortiori. Hanc Socini explicationem confutauit Iaſon in dicta lege vltima, columna penultima, cui ſatisfacit Decius ibidem columna 3. verſiculo Moderni hìc. Et alia efficaciori ratione Socinum repræhendit Decius ibi, verſiculo vnde ratio Socini argumentum à maiori non procedere in hæreditate patris, vt ipſe Socinus arguit. Nam procederet quando teſtator non dediſſet ſubſtitutum filio. Cum enim ſubſtitutum in ea dimidia dederit, in qua inſtituit filium, coniectura fit, noluiſſe teſtatorem, eam partē ad vxorem venire: cùm matri dederit portionem, quam voluit, dum eam in altera dimidia hæredem fecerit. Verùm forte euitari poteſt hæc Decij conſideratio, Quandoquidem teſtator noluit dimidiam filio relictam peruenire ad vxorem, ſicque matrem filij, eueniente caſu à ſe diſpoſito: quia eo in caſu ſubſtitutum dedit filio: ſed non eueniente eo caſu ipſo diſpoſito, viſus eſt magis diligere vxorem quàm illum ſubſtitutum, ratione iam ſupra commemorata. Rectius itaque Socino replicari poteſt, argumentum à fortiori eſſe ducendum, vt nos ſuprà deduximus: & propterea ipſa Socini conſideratio ceſſat. Non etiam vrget alia interpretatio Iaſonis in dicta l. vltima columna penultima verſicul. vnde ſecundò reſponde, quod argumentum à fortiori non fit in eo textu, reſpectu magis debiti: ſed magis præſumptæ voluntatis teſtatoris. Non enim fit argumentum ex eo, quod hæreditas filij ſit magis debita matri, quàm hæreditas mariti ipſi vxori: ſed fit argumentum à maiori coniectura præſumptæ voluntatis. Quæ ſanè coniectura ſumitur ex hoc, quod magis dilexit vxorem quàm extraneum ſubſtitutum: cùm ipſi vxori reliquerit partem ſuæ ſubſtantiæ, eamque æqualem & cohæredem cum filio fecerit: atque ita eam prætulit extraneo ſubſtituto. Ergo à fortiori præſumitur voluiſſe, quòd in alia parte filio relicta, & quæ ipſi matri, mortuo filio, luctuoſa dicitur mater ipſa præferretur ſubſtituto. Hæc Iaſonis conſideratio reiicitur à Decio in dicta l. vltima, columna penultima, verſicul.ſecundò dicunt Moderni. Ea ratione, quia teſtator in ea parte vxori relicta prædilexit ipſam vxorem: In ea verò relicta filio magis dilexit ſubſtitutum, quem vocauit expreſſè. Cæterum, minus rectè, in ea quidem opinione ſenſit Decius. Nam teſtator in ea parte, quam filio reliquit, magis quidem dilexit ſubſtitutum eueniente caſu à ſe diſpoſito: ſed in caſu non diſpoſito, in quo argumentum Papiniani conſideratur, magis ratione à nobis ſupra perpenſa dilexit vxorem. Non quidem argumentando vt facit Iaſon, ſed vt nos ſuprà conſiderauimus.

15 Octauò & † vltimò aduerſus Bartoli opinionem me plurimum mouet: quod Bartolus (vt iam retulimus) conſtanter affirmat, ſubſtitutionem, de qua in dicta l. vltima.C.de inſtitut.& ſubſtitutio.fuiſſe vulgarem partim expreſſam & partim tacitam: & propterea eo in caſu non excludere matrem. Cùm tamen, ni ego fallor, contrarium dicere debuiſſet Bartolus, ſi illa fuiſſet (vt ipſe dixit) vulgaris partim expreſſa & partim tacita. Nam certum eſt, quod ad excluſionem matris potentior eſt tacita vulgaris quàm tacita pupillaris: cùm tacita vulgaris ſine controuerſia, vt ſupra diximus, poſt eundem Bartolum in dicta l.prima numero 41.ff.de vulga.matrem ipſam excludat: Et tamen de tacita pupillari magna eſt diſputatio: & recepta magis eſt ſententia, non excludi: ſicuti communem teſtatur Decius in lege, precibus in 40.notab.C. de impuber.& aliis ſubſtitut.& dicemus in ſubſequenti præſumptione. Eſt etiam certum, quòd ad excluſionem matris potentior eſt ſubſtitutio pupillaris partim expreſſa & partim tacita, quam tacita tantum: cùm illa verè tacita non excludat matrem ſecundum communem opinionem: & tamen pupillaris partim expreſſa & partim tacita eam excludit, ſecundum eundem Bartol.in l. ſecunda in princip.numero 33.ff.de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. quem reliqui ſecuti ſunt. Hoc poſito dicimus nunc, quod ſicuti mater excluditur per vulgarem merè tacitam, à fortiori excluditur per vulgarem partim tacitam & partim expreſſam: cùm (vt diximus à fortiori de pupillari) ſubſtitutio partim expreſſa & partim tacita fortior & potentior ſit ad matris excluſionem quàm ſola merè tacita. Ex quo infertur falſum eſſe quod dicebat Bartolus in caſu, d. legis, vltimæ.C. de inſtitut. & ſubſtitut. eueniſſe caſum ſubſtitutionis vulgaris partim expreſſæ & partim tacitæ. Nam ſi ita fuiſſet, mater illa omninò fuiſſet excluſa, cum (vt diximus) magis excludatur per vulgarem partim expreſſam & partim tacitam, quàm per ſolam tacitam. Et propterea dicendum eſt in caſu dictæ legis vltimæ eueniſſe caſum ſolius tacitæ pupillaris, quæ matrem excludere non ſolet. His patefacta veritate & ſenſu genuino dictæ legis vltimæ ſupereſt, vt diluamus rationes & argumenta Bartol.in dicta l.1.numero 43. ff.de vulga. & pupill.ſubſtit.quem ibi ſecutus eſt Ruynus, numero 124.& numero 126.

Diſputabat itaque Bartolus præcitato in loco, quod imò in caſu dicta l.vltim.C. de inſtit.& ſubſtit.euenerat caſus vulgaris ſubſtitutionis tacitæ atque ita, quod ibi agebatur de ſuccedendo teſtatori, non autem filio impuberi per tacitam pupillarem.

Primò ea ratione motus eſt Bartolus quod textus dicta l. vltim. loqui non poteſt de tacita pupillari, quæ matrem non excludit. Cùm is caſus antea fuiſſet diffinitus à Diocletiano & Maximia.in l.precibus, verſic.*nam incerti iuris non eſt.* C.de impuberum & aliis ſubſtit. Non ergo eſt credendum (inquit Bartol.) Vlpianum & Papinianum dubitaſſe de tacita pupillari de qua extabat clara conſtituti dicta l. precibus, & ideò verius eſt (inquit Bartolus) eos dubitaſſe de tacita vulgari. Variæ ſunt aliorum interpretum, qui à Bartol.vno ore diſſentiunt, reſponſiones & interpretationes. Exiſtimauit Fulgoſius
16 † in dicta l. precibus, diffinitum non fuiſſe, tacitam pupillarem non excludere matrem. Sed à Fulgoſio (vt ſuo loco dicemus) diſſentiunt reliqui omnes. Rectius forte viſus eſt dicere Socinus Senius in l. prima columna 69. verſiculo non obſtat ratio Bartol.ff.de vulgaris & pupillaris ſubſtitut.& Socini nomine ſuppreſſo Politus in Tract. de ſubſtitut. in titul. de vulgari, part.ſexta, numero 28. Cùm dixerunt, multa à Iuſtiniano fuiſſe in dicta l. vltim. diffinita, quæ non fuerant deciſa à Diocletia.& Maximia. in dicta l. precibus. Quæ ſingula ſanè diligenter enumerat Socinus. Verum nec multum ſatisfacit hæc interpretatio: Quandoquidem Iuſtinianus pręcipuam illam Papiniani & Vlpiani contentionem diffiniendam ſuſcepit, quam certè non ſuſcepiſſet, ſi iam diffinitam à Dioclet.& Maximia. vidiſſet. Ego certè (vt omittam aliam interpretationem Politi loco iam citato, numero 29.) opinor vna cum
17 Caſtrenſ.in dicta l.vlti.colum.vltim. Bartolum & † reliquos lapſos eſſe: cùm aſſeruerunt, Papinianum & Vlpianum non dubitaſſe de tacita pupillari, ex quo iam id fuerat deciſum ex dicta l. precibus. Nam nemo eſt ita mediocriter in hiſtoriis verſatus, qui non intelligat, Papinianum & Vlpianum vixiſſe octuaginta plus minus annis ante Diocletia. & Maximia. Vi-
18 xit † Papinianus ſub Septimio Seuero, qui anno. 195.noſtræ ſalutis cœpit imperare, & illius Præfectus Prætorio extitit. Deinde interfectus fuit iuſſu Caracallæ, qui ſolus anno Chri-
19 ſti.213.ſumpſit imperium. Et † eadem ætate floruit Vlpianus, qui vnà cum Paulo Papiniani præfecti prætorio aſſeſſor fuit: quemadmodum memoriæ proditum eſt ab Ælio Spartiano in Caracalla, & à Lampridio in Seuero, & ex noſtris Franciſcus Hotomanus in iuriſconſultorum deſcriptionibus Dio-
20 cletianus † autem & Maximia. imperarunt anno.187. noſtræ ſalutis. Non ergo Papinianus & Vlpianus cognouerunt horū Cæſarum conſtitutionem. Nec hìc mihi quis dicat id, quod aduertit etiam Caſtren.in dicta l. vltim.columna vltim.quod etſi conſtitutio Diocletia. & Maximia. non fuit cognita Papiniano

piniano & Vlpiano, ſaltem cognita fuit ipſi Iuſtiniano, qui multos poſt annos imperauit. Nam reſpondetur, præter Caſtrenſ. in dicta l. vltim. quod aut Iuſtinianus habuit præ oculis. dicta l. precibus, aut non habuit. Si habuit, ſatis ſignificauit ſua hac conſtitutione l. vltim. diſputationem Papiniani & Vlpiani diffinitam ab illa l. precibus, non fuiſſe. Si verò præ oculis eam non habuit, non ſequitur argumentum Bartol. quod ſcilicet, Iuſtinianus diffinire noluerit iam deciſum à Diocletiano & Maximia. quia ſtat ſimul, quod id fuerit deciſum ab illis, & Iuſtinianus inſcius illius conſtitutionis idem diffinierit. Et præterea in caſu dicta l. vltim. ſubſtitutio facta fuerat inuolutè & ſubobſcure nempè in vno caſu, qui non euenit, & dubitabatur, an admitteretur extenſio, contineretúrque caſus pupillaris tacitæ: & ideò diffiniendus erat apertius caſus ille, quàm forte fuiſſet diffinitus à Diocletia. & Maximia. apud quos dubitabatur de ſubſtitutione facta à milite, in caſu verò dicta l. vltim. agebatur de ſubſtitutione facta à pagano. Nec etiam dicendum hîc eſt, & ante ipſos Diocletia. & Maximia. fuiſſe diffinitum, tacitam pupillarem non excludere matrem ſicuti ſignificant illa verba in dicta l. precibus, ibi. *Nam incerti iuris non eſt.* Præſupponunt enim Diocletia. & Maximianus iam ante ſe hoc clarum fuiſſe. Reſpondetur, hinc non inferri neceſſariò, quod ea ætate, qua vixerunt Papinianus & Vlpianus certum hoc eſſet.

Secundò itaque perpendit Bartol. ipſam conſtitutionem. l. vltim. in qua non legitur, pupillum illum adiuiſſe hæreditatem antequam decederet.
21 Cùm tamen † pupillaris ſubſtitutio aditionem pupilli requirat. l. 2. in princip. verſiculo adeò ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. Non ergo in ea l. vlt. agitur de pupillari ſicque de bonis pupilli. Verùm reſpondetur primò ex ſententia Iaſonis in dicta l. vltim. columna 5. verſic.
22 ſecundò mouetur, † aditionem hæreditatis neceſſariam non eſſe ad pupillaris ſubſtitutionis eſſentiam, ſicuti docuit Bart. in l. prima, numero 39. verſiculo quartus effectus, & in l. 2. in princip. numero 28. ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. ex l. ſi pupillus. ff. de acquirend. hæredit. Quam ſanè reſponſionem probauit & Politus in Tract. de ſubſtitutio. in tit. de vulgari parte ſexta, numero 31. Præterea & ſecundo reſpondetur ex ſententia Socini Sen. in dicta l. 1. columna 70. verſicul. non obſtat ſecunda ratio Barto. ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtit. quod & ſi in ea l. vltim. non dicatur, pupillum adiuiſſe hæreditatem: attamen nec negatur aditio. Quo fit, vt cùm agatur de pupilli hęreditate, facile eſt dicere, pupillum adiuiſſe. Nam
23 cùm de vno † diſputamus cætera præſupponuntur habilia, iuxta l. qui teſtamento. ff. de teſta. & cap. 1. de ætate & qual. Et hanc Socini reſponſionem rectè probarunt Politus præcitato in loco, nec non & Ripa. in dicta l. 1. numero 176. verſic. tertiò, quod. ff. de vulg.

Tertiò argumentatur Bartol. quod dicta l. vltim. vim in eo facit, quòd mater eſſet inſtituta vnà cum filio, atque ita cohęres, nimirum, ſi non excluditur. At ſecundum aliorum interpretationem idem fuiſſet in tacita ipſa pupillari etiam non inſtituta matre, vt in dicta l. precibus. C. de impub. quòd tamen falſum eſt. Ergo ſequitur in dicta l. vltim. agi de ſubſtitutione tacita vulgari. Et hæc argumentatio reincidit in illam, quam perpendit Iaſon in dicta l. vltim. columna 6. verſiculo vltra Bartolum multum ſtringit. Verùm multipliciter reſpondet Socin. Sen. in dicta l. 1. columna 70. verſiculo non obſtat tertia. ff. de vulga. Et alia reſponſione vſus eſt Iaſon in dicta l. vltim. columna 6. & eo tacito Politus in d. ſexta parte, numero 30. Rectius dicere poſſumus, Iuſtinianum ex Papiniani ſententia conſideraſſe, vxorem illam factam fuiſſe cohæredem, ad ſignificandum fuiſſe magis dilectam etiam reſpectu alterius portionis quam ipſe ſubſtitutus, non eueniente caſu ipſius ſubſtitutionis: ſicuti is caſus non euenit, ſed potius tacitæ pupillaris, ex quo is poſthumus eſt natus & deceſſit in pupillari ætate, matre ſuperſtite.

Quartò motus eſt Bartol. quia in dicta l. vltim. dicitur, ſubſtitutionem admittimus, numero ſingulari, atque ita ſignificatur, vnam tantùm fuiſſe ſubſtitutionem vulgarem, ſi poſthumus non naſcetur. At ſecundum aliorum interpretationem duæ eſſent ſubſtitutiones, vna vulgaris expreſſa, altera pupillaris tacita, quod eſſe non poteſt. Ergo erat ſola vulgaris. Cæterùm reſpondent Socin. Sen. in dicta l. 1. columna 70. verſic. non obſtat quarta ratio. ff. de vulgari, Iaſon in dicta l. vltim. colum. 5. verſ. vltimò mouetur, & Politus in Tracta. de ſubſtitutio. in tit. de vulgari, particula ſexta, numero 30. verſic. non obſtat quarta, & ante eos idem ſenſit Caſtrenſ. in dicta l. vlti. quod Iuſtinianus in ea, l. vltim. conſiderauit formam & conceptionem verborum, ſecùndum quam vna tantùm erat ſubſtitutio, vulgaris ſcilicet: & ſi effectu, ſecundum legis interpretationem etiam pupillaris comprehenderetur. Vel, ſecundum Politum, vna tantum erat ſubſtitutio quò ad effectum. Nam non concurrunt vulgaris & pupillaris, ſed vna ſola, hoc eſt, vel vulgaris, poſthumo non nato, vel pupillaris, eo nato, & in pupillari ætate mortuo.

Quintò argumentatur Ripa in dicta l. 1. numero 176. verſicul. ſextò vltra. ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. ex verbis dicta l. vltim. ibi, *ſubſtitutionem non admittimus.* Et ibi, *teſtatorem magis voluiſſe, &c.* Quæ ſanè verba (inquit Ripa) nullo modo conueniunt tacitæ pupillari: Nam ſi non admittitur ſubſtitutio: ergo fuit facta. l. nam & ſi ſub conditione, verſiculo poſt defectum. ff. de iniuſto rupto & irrito teſtamen. At hoc non
24 conuenit † tacitæ pupillari, quæ non dicitur à teſtatore fieri: ſed à lege fingi. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. Ergo non eſt pupillaris ſed vulgaris. Verùm reſpondetur ex mente eiuſdem Ripæ in d. l. 1. numero 81. & in l. Centurio. numero 34. ff. de vulg. pupillarem tacitam dici præſumptam eſſe ex mente teſtatoris ſicuti copioſè ſupra diſſeruimus. Et præterea ſi vera eſſet conſideratio Ripæ opus eſſet etiam dicere, quòd nec ibi pariter agebatur de tacita vulgari: cùm & illa præſumpta ſit. Rurſus, negat Iuſtinianus in dicta l. vltim. admitti ſubſtitutum, ex quo non euenit caſus ſubſtitutionis factæ à teſtatore, atque ita rectè exprimitur factam fuiſſe ſubſtitutionem, alio in caſu quàm illo, qui euenit.

Sextò & vltimò mouetur Ruynus in dicta l. 1. numero 121. verſiculo alij communiter, & numero 124. ex verbis, dicta l. vltim. in fine, ibi, tantummodò, vbi duobus illis in caſibus ſolùm excluditur mater, nempè, quando natus non eſt poſthumus, & quando natus eſt, ſed mater deceſſit ante ipſum filium. Ergo ſubſtitutus, non excludit matrem in aliis caſibus, hoc eſt tam quando euenit caſus tacitæ vulgaris, quàm tacitæ pupillaris. Cæterùm reſpondetur, quòd illa taxatiua, quæ excludit alios caſus refertur ad caſus, de quibus erat ibi diſputatio. Ibi autem ſolùm erat contentio de caſu tacitæ pupillaris, vt ſupra demonſtrauimus: ad eam ergo refertur excluſiò ſignificata ex illa dictione tantummodò.

## PRÆSVMPT. XXXVIII.

Pupillari ſubſtitutione expreſſa matrem excludi: Et an à legitima excludatur, diligenter diſputatur. Et quando etiam excludatur ſubſtitutione pupillari partim expreſſa & partim tacita, explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris partim expreſſa & partim tacita an & quando excludat matrem.*
2 *Subſtitutio pupillaris omninò expreſſa matrem excludit.*
*Et an excludat eam à legitima num. 3.*
*Et nunquid ipſam excludat à legitima ſibi debita ex bonis filij, num. 4.*
5 *Legitima, quæ debetur matri ex bonis filij, ita eſt ſibi debita, ſicuti illa, quæ debetur filio ex bonis patris vel matris.*
*Legitima debita filio in bonis patris eſt ſibi debita iure naturæ, & communi voto parentum: legitima autem debita parentib. ex bonis filij miſerationis cauſa debetur.*
6 *Matri ita datur querela contra teſtamentum filij, ſicut econtra.*
7 *Subſtitutio pupillaris dicitur propriè & principaliter teſtamentum filij quod eius nomine facit pater: impropriè verò dicitur patris, cùm agatur de hæreditate filij.*
8 *Facere qui non poteſt per ſe, nec etiam poteſt per alium.*

9 Cre-



9 *Creditor ſi vendit rem pupilli ſibi obligatam, non requiritur illa ſolennitas, quæ alioqui requiritur, quando pupillus ipſe vendit.*
10 *Pater non poteſt rem filij ſine Decreto alienare.*
11 *Filius non poteſt ſine cauſa priuare matrem legitima ſibi debita, ſicut nec pater poſſe debet.*
12 *Iure ſuo aliquem priuare ex alterius facto ſine iuſta cauſa iniquum, & impium eſt.*
13 *Patris factum non debet obeſſe filio.*
14 *Priuilegium patris, vt poſſit teſtari pro filio, non debet eſſe ad præiudicium alterius.*
15 *Matrem excludi à legitima per pupillarem expreſſam iure Cæſareo inſpecto, malè ſenſerunt Barto. & quamplures à Decio relati.*
16 *Matri an detur querela contra teſtamentum inofficioſum conditum à patre filij ſui nomine, ſi ſe præteritum reperit.*
*Et quomodo tali caſu conſequatur legitimam. ibid.*
17 *Frater, & ſoror habent querelam contra teſtamentum quando eſt inſtituta turpis perſona, licèt non conſequantur legitimam ex bonis fratris defuncti.*
18 *Filius habet querelam contra teſtamentum patris, etiam ſi conſecutus ſit legitimam, quando pater illam ſibi reliquit titulo legati, & non inſtitutionis.*
19 *Filius adita hæreditate ſolùm quò ad vulgarem ſubſtitutionem, nunquid eo decedente in pupillari ætate tranſmittat eam in matrem, ita vt ſubſtitutus excludatur.*
*Vbi datur intellectus l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.*
20 *Dare nemo poteſt quod ipſe non habet.*
21 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.*
22 *Mater nunquid cenſeatur excluſa à ſucceſſione filij in caſu l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſt. quãdo ſcilicet pater ſubſtituit filio ſuo furioſo eius filios, ſi verò non extant eius filij, ſubſtituit fratris ſuis. num. ſeq.*
23 *Subſtitutio exemplaris introducta eſt ad inſtar pupillaris:*
24 *Argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius quando non procedat.*
25 *Mater excluditur etiam à legitima in caſu exemplaris ſubſtitutionis communi opin.*
*Et quid in pupillari expreſſa. num. ſeq.*
26 *Intellectus l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit.*
27 *Matrem excludi à legitima etiam per expreſſam pupillarem, iure pontificio cautum eſt.*
28 *Intellectus cap. 1. §. ſi. de teſt. in 6.*
29 *Bona aduentitia filij, & legitima ſibi debita à pari procedunt, nec in eis conſtituenda eſt differentia.*
30 *Dynus fuit vnus ex compilatoribus libri ſexti Decretalium.*
31 *Legitimam matri non deberi in foro conſcientiæ.*
*Lex humana, quæ diuinæ non repugnat, ſeruari debet etiam in foro conſcientiæ.*
32 *Mater inops, & valde egena non poteſt nec debet priuari legitima.*
*Idem quando ſubſtitutus haberet conſcientiam læſam, quia tenetur eam reſtituere. 33.*
34 *Mater an excludatur à ſucceſſione ex ſubſtitutione pupillari partim expreſſa, & partim tacita.*

1 POSTEAQVAM ſuperiore † præſumptione explicauimus matrem excludi per ſubſtitutionem vulgarem tacitam, & partim expreſſam, ac partim tacitam, diſſeramus nunc, quando quibúſve in caſibus excludatur per pupillarem expreſſam, & partim expreſſam, & partim tacitam. Duos itaque caſus conſtituo.

2 Primus eſt quando eſt ſubſtitutio † pupillaris in totum expreſſa. Hoc caſu receptiſſima eſt ſententia, matrem excludi. Ita Bartol. in l. 2. in princip. numero 31. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & ibidem interpretes omnes. Non enim eſt qui diſſentiat.

Et hanc ſententiam affirmant prædicti probari ex l. Papinia. §. ſed neq; impuberis. ff. de inofficioſo teſt. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. ſub. & iure nouo ex l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſt. & apertiùs ex cap. 1. de teſta. in 6. de quorum interpretatione aliqua mox dicemus.

3 Cæterùm † dubitari hic contingit, an etiam à legitima excludatur mater? Hac de re maxima eſt inter noſtros altercatio. Ego ſoleo diſtinguere duos caſus, ſicuti viſi ſunt diſtinguere Politus, & Zaſius, quos infrà commemorabo. Primus eſt, cũ loquimur de legitima debita matri ex omnibus bonis relictis à patre filio vltra legitimam filij, vt putà, habet pater in bonis centum quinquaginta, & quinquaginta ſunt pro legitima filij: Reſiduum verò eſt omnino patris. Modo ſi pater totum ipſum patrimonium, hoc eſt, centum & quinquaginta relinquit filio hæredi: ex illis centum, quæ adita hæreditate effecta ſunt filij, debetur etiam legitima matri. Hoc in caſu, ſi pater filio ſuo impuberi ſubſtituat, & matri ipſius impuberis ex illis centum nihil relinquat, ſed id totum pupillariter ſubſtituto, conqueri non poterit mater: cùm id pater ſuo iure fecerit. Nam potuit pater illa non relinquere: & ob id etiam licuit à fortiori matrem priuare ea portione, quæ ei obueniſſet, ſi filius ab inteſtato vel abſolutè, & ſimpliciter ex teſtamento omnium hæres patris extitiſſet. Eſt enim hoc teſtamẽtum, & diſpoſitio patris, & non filij. Et hic rectè conueniunt rationes cap. ſi pater. in fine. de teſt. in 6. & aliæ quas noſtri afferũt, vt infrà ſubijciam. Et hoc in caſu ſine controuerſia procedit recepta opinione interpretum, qui dixerunt matrem excludi per pupillarem expreſſam à legitima filij.

4 Secundus eſt caſus, † quando loquimur de legitima debita matri ex bonis, quæ propriè filij ſunt, & quę vel aliunde quam à patre prouenerunt, vel prouenerunt à patre, ſed ex debito naturæ. Exempli gratia, habet in bonis pater centum, & quinquaginta. Illa quinquaginta ſunt pro legitima filij: Ex his quinquaginta debetur legitima matri vt in ſpecie reſpondit. Corn. in conſ. 277. num. 2. ibi, legitima autem, lib. 1. Dubitatur nunc, an mater ab hac legitima ſibi debita ex bonis filiis excludatur per ſubſtitutionem expreſſam pupillarem. Hic caſus eſt maximè dubius ſi diligenter, & ratio, & æquitas ſpectetur. Vna fuit opinio antiquorum, nempè Iacobi de Arena, & Martini Silimani, quos recenſet Bartol. in l. 2. in princ. nu. 31. ff. de vulg. & ſecuti ſunt Lanfrancus Orianus in l. Cẽturio. num. 58. verſ. ſecunda concluſio. ff. eod & Coraſius in l. precibus. num. 43. C. de impub. & aliis ſubſt. Et hæc, vt fatear ingenuè, iure Cæſareo inſpecto, mihi maximè probatur. Verùm, priuſquam commemorem rationes & argumenta, præmitto
5 nonnulla. Et primum, † legitimam debitam matri ex bonis filij ita eſſe ei debitam, ſicuti illa, quæ debetur filio ex bonis patris, vel matris. Et ſi illa debita filiis ſit debita ratione naturæ, & communi voto parentum: illa verò debita parentibus ex bonis filij miſerationis cauſa debeatur. l. ſcripto. in fine. ff. vnde liberi. §. 1. verſ. primò itaque: in auth. de hæred. & falcid. & cap. ſi pater. de teſtam. in 6. & in ſpecie tradit Fabianus in authen. nouiſſima. num. 19. C. de inoffic. teſtam. reiecta traditione Baldi, in l. de emancipatione. C. de legit. hæred. Qua ex re ſequitur, quod filius abſque iuſta cauſa non poſſet matrem ea legitima portione priuare, authen. presbyteros. la 2. C. de
6 Epiſcop. & cleric. Et propterea † matri ita datur quærela inofficioſi teſtamenti contra teſtamentum filij: ſicuti ècontra. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi filius tuus. C. de inofficio. dotibus & §. aliud quoque capitulum. & §. ſiue autem. verſ. ſancimus. in auth. vt cum de appel. cognoſc. & tradit Iaſon in dicta authen. nouiſſima. num. 37. C. de inoffic. teſtam.
7 Præmitto ſecundo, quòd † ſubſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum propriè, & principaliter filij, quod eius nomine facit pater: impropriè verè dicitur potius cum agatur de hæreditate filij. §. 1. in inſtit. de pupillaribus. His præmiſſis, ſic argumentor.
8 Primò, qui † non poteſt aliquid facere per ſe, nec etiam poteſt per alium. l. neque per ſe vbi gloſ. C. de hæred. inſtitu. Dynus in cap. quod alicui. de reg. iuris in 6. Bart. in l. Ariſto. in fine. ff. quę res pignori obligari poſſunt. & multa his ſimilia congerit Tiraquellus de legibus Connubial. in gl. 3. nu. 178. At qui filius non potuiſſet, condito à ſe teſtamento, matrem ſua legitima priuare, vt iam dictum fuit. Ergò nec eam potuit priuare per alium, hoc eſt, per patrem, qui pro eo teſtatus eſt. Nec repugnat quod ſcribit Bartol. in l. Papinianus. §. ſed neque impuberis, numero tertio. ff. de inofficioſo teſtamento. Cùm dixit, imò matrem priuari poſſe teſtamento condito à patre pupilli, & ſi non poſſit ab ipſo pupillo: cùm ea non requiratur ſolennitas in teſtamento patris, quæ neceſſaria eſſet, ſi pupillus ipſe teſtaretur: ſicuti dicimus, (ait Bar

9 (ait Bartolus) de creditore vendente † rem pupilli ſibi obli-
gatam, qua in venditione non requiritur illa ſolennitas, quæ
alioqui eſt neceſſaria, quando pupillus ipſe vendit, l. ſi pupil-
lorum. §. 1. ff. de reb. eorum. Nam reſpondetur primò, illud
ſimile conſideratum à Bartolo ad rem non pertinere, ſi qui-
dem illud procedit ea ratione quia, quando ipſi creditori res
pupilli obligata fuit, adhibitæ fuerunt neceſſariæ ſolennitates;
ſicuti probat text. d. l. ſi pupillorum. §. 1. in illis verbis, *permiſ-
ſu Prætoris, &c.* Et eo loci annotauit Baldus, quem ſecutus eſt
Iaſon in l. 1. §. item acquirimus, num. 6. ff. de acq. poſſeſſ. quo
10 loci in ſpecie ſubiungit, patrem: non poſſe † ſine decreto alie-
nare rem filij & declaraui in lib. 2. de arbitra. iudicum, caſu.
171. nume. 54. Et ideò quando creditor rem ipſam vendit,
id facit tamquam dominus rei, ſeu ex ſua perſona tantùm: hic
verò pater facit ex perſona filij. Reſpondetur ſecundò, con-
ſiderationem Bartoli nil ad rem pertinere. Nos enim loqui-
mur de ſubſtantia nempè de poteſtate, qua caret filius etiam
11 ſi maior eſſet: cùm ſine † cauſa priuare non poſſit matrem
legitima ei debita, ita nec pater poſſe debet, ex quo filij per-
ſonam ſubſtinet. Illud verò ſimile à Bartolo adductum verſa-
tur circa ſolam ſolennitatem à lege requiſitam. Præterea &
tertiò reſpondetur, quòd in caſu, d. l. ſi pupillorum. §. 1. ſolum
agitur de detrimento ipſius minoris, qui ſi non poteſt per ſe,
poteſt per alium alienare, cum de re ſua agatur. In caſu verò
noſtro agitur de detrimento tertij, nempe matris, quæ conſen
ſum facto vel patris vel filij teſtantis præbet, vt excludatur à
legitima ſibi debita.

12 Secundò comprobatur † hæc ſententia, quod aliquem ex
alterius facto ſine iuſta cauſa priuare ſuo iure eſt iniquum &
impium, lege, pater famil. ff. de hæredit. inſtitut. & ſcribunt
Romanus in ſingul. 111. & ad rem noſtram Baldus in lege,
precibus, nume. 14. C. de inoffic. teſtamen. & ibidem Curtius
13 Iunior, numero. Nec factum patris † ſolet, vel poteſt obeſſe
filio. l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. At qui ma-
ter ſine iuſta cauſa priuaretur ſua legitima alterius facto, nem
pè patris. Ergo, &c.

14 Tertio accedit, quod † priuilegium datum patri, vt pro fi-
lio teſtari poſſit, non debet eſſe ad præiudicium alterius, lege,
impuberi. ff. de a dminiſtra. tuto. & l. cùm filius famil. ff. de
teſtam. militis. At hic eſſet ad præiudicium & iniuriam matris:
Ergo &c. Nec repugnat, quod dixit Riminaldus Iunior in di-
cta l, precibus, nume. 127. regulam, dictæ legis impuberi, in-
telligi reſpectu damni, quod quis ob rerum ſuarum amiſſio-
nem pateretur: ſecus ſi ob lucrum, quod perderet: vt hic. Nam
reſpondetur, matrem damnum pati, ex quo perdit quod ſuum
eſt. Eſt enim mater quodammodo huius legitimæ creditrix.
Baldus in l. filium quem habentem, nume. 4. C. famil. erciſc. &
Fabianus in authent. nouiſſima, num. 233. C. de inoff. teſtam.

15 Contrariam itaque opinionem malè † tuentur cæteri, qui
ſcripſerunt matrem excludi à legitima per pupillarem expreſ-
ſam, iure ipſo Cæſareo inſpecto. Hac ſanè in opinione fuerũt
Bartolus in l. 2. num. 31. ff. de vulg. & in conſ. 8. & alios recen-
ſet Decius in l. precibus. in vltimo notab. C. de impub. & aliis
ſubſt. & alios plures ibidem Riminaldus Iunior. nume. 90. Il-
lis accedunt multi alij congeſti à Didaco in ca. cum eſſes, nu.
11. de teſtam. Et nunc etiam addo Rolandum in conſil. 69.
nu. 23. lib. 1. & Leonium in Tract. ſubſtitutionum in titulo de
pupillari, numero 236.

Primò affertur text. l. Papinianus. §. ſed neque impuberis.
ff. de inoff. teſta. quo loci Vlpinian. ex Papiniani ſententia, re-
16 ſpondit, locum non eſſe quærelæ † matris, qua dicere poſſit
inofficioſum teſtamentum conditum à patre filij ſui nomi-
ne, ſi ſe præteritam reperit. Ecce igitur quod rectè mater in
totum excluditur. Cæterùm reſpondet Coraſius in d. l. preci-
bus, num. 43. quod licèt Papinianus & Vlpianus velint matrẽ
non habere querelam aduerſus teſtamentum illud, eo quia vt
ibi reſponſum eſt pater illud fecit; attamen non negat Papi-
nianus, & Vlpia. quin mater legitimam petere poſſit. Nam (ait
Coraſius) quod de inofficioſi querela eo loci Papinianus &
Vlpinianus conſtituerunt, id factum eſt quia filius ipſe nil con
tra officium pietatis egit: quippe qui teſtatus non eſt: ſed pa-
ter. Non habet itaque mater quærelam: à conſecutione ta-
men legitimæ non repellitur. Illam namque conſequi poterit
condictione ex lege, iuxta l. omnimodo. C. de inofficioſo
teſtamento, & authent. presbyteros. la 3. C. de epiſcop. &
cle. Hunc ſenſum priùs habuit Hieronymus Verius in repet.
l. ex facto. numero 388. ff. vulgar. Et ſi diligenter perpenda-
tur, idem prius ſenſerunt Guielmus Cuneus, & alij antiqui,
quos recenſet Bartolus in dicta l. 2. numero 31. ff. de vulgar.
Cum dixerunt huic matri deberi legitimam condictione ex
lege, iuxta d. auc. presbyteros. la 2. C. de Epiſcop. & cleric. Et
horum quidem interpretatio & ſententia comprobatur ex èo
quod querela inofficioſi non præſupponit debitum legitimæ
nec ei connexum eſt. Non enim ſequitur, habet querelam er-
gò & legitimam conſequi debet, & èuontra non licet ita ar-
gumentari. Non debetur legitima, ergò non habet querelam.
17 Hæc patent in fratre, & ſorore, qui † habent querelam, cum
inſtituta fuit turpis perſona. l. fratres. C. de inoff. teſta. & §. ſo-
ror. Inſtitut. eo. & tamen non habent legitimam ex bonis fra-
tris defuncti: Non etiam argumentari ſic licet. Non habet
querelam, ergò nec legitimam conſequi poteſt, quia & ſi eam
mediante querela habere non poteſt is, cui debetur, vt pater,
mater, vel filius: attamen conſequi eam poteſt condictione ex
lege, vt in caſu noſtro: & in caſu d. l. omnimodo. C. de inoffic.
18 teſtament. Et accedit quod † etiam ſi filius conſecutus eſt le-
gitimam, adhuc tamen querelam habet: quemadmodum con-
tingit quando pater ei reliquit legitimam titulo legati, & non
inſtitutionis. Et ſi enim conſequi poſſit legitimam illam atta-
men querelam poteſt proponere ex quo titulo inſtitutionis
illa relicta non fuit. Ita Alciatus in l. ſi filius, qui in poteſtate.
num. 18. verſic. primum, quid. ff. de liberis & poſthum. & aper-
tiùs. M. Antonius Cucchus in Tractat. de legitima. in verbo.
Quoquo relicti titulo. nume. 9. Et probat l. omnimodo, & hęc
quia. C. de inoffic. teſtam. iuncto textu. §. aliud quoque capi-
tulum. in Authen. vt cum de appel. cognoſc. Non ergò legiti-
ma, & quærela ſunt duo connexa: quia alioqui locus non eſſet
querelæ ſtatim quod habere poſſet legitimam. Nec huic ſen-
tentiæ repugnat ſi dicatur, quod aut mater vult conſequi hanc
legitimam tanquam quòd filius deceſſerit teſtatus, atque ita
firmo manente teſtamento, & non poteſt, quia omnia bona,
ea præterita, alteri reliquerit filius. Aut vult conſequi legiti-
mam tanquàm filius deceſſerit inteſtatus, & adhuc nõ poteſt,
quia iam conſtat ipſius filij nomine patrem condidiſſe teſta-
mentum. Non inquam hoc repugnat, quia dicimus, teſtamen-
tum conſiſtere (vt etiam infrà dicemus) ſed tamen legitima
debetur matri condictione ex lege.

19 Secundò adducitur † textus l. Lucius. ff. de vulgar. & pupil.
ſubſtit. quo loci ſcriptum eſt in primo reſponſo. quod ſi locus
non eſt reciprocæ ſubſtitutioni pupillari, ſed ſolùm vulgari,
& filius pupillus adeat hæreditatem, eo decedente in pupillari
ætate, hæreditas ad matrem ſpectat: atque ita ſubſtitutus in
totum excluditur, ſubiungit deinde iureconſultus quod ſi lo-
cus fuit illi ſubſtitutioni reciprocę pupillári, altero moriente,
ſucceſſio ad alterum ſpectat, matre excluſa: ſicuti ergò in pri-
mo illo caſu mater in totum excludit patrem naturalem pu-
pilli filij ſui, ita etiam ècontra in ſecũdo caſu mater in totum
excluſa dici debet. Verùm reſpondetur quod cum d. l. Lucius.
legitimæ mentionem non faciat, eam non excludit, iuxta l. ſi
quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. Nec repugnat
quod d. §. & generaliter, loquatur in diſpoſitione hominis,
non autem in diſpoſitione legis: vt conſiderat Riminal. Iun.
in l. precibus. num. 94. C. de impub, & aliis ſubſtit. ex ſenten-
tia Socini, & Ruini, quibus accedit Iaſon in d. §. & generali-
ter. numer. 10. Non inquam hoc repugnat, quandoquidem &
nos verſamur in diſpoſitione hominis, nempè in ſubſtitutio-
ne facta à teſtatore, quam quidem lex interpretari potius vi-
detur, vt teſtator reſeruare voluerit legitimam matri debi-
tam, quam ea priuare.

20 Cùm † nemo dare poſſit quod non habet l. traditio. ff. de
acq. rerum dom. Non enim pater, ſicuti nec filius eſt dominus
illius legitimæ matri debitæ, vt ſuprà diximus. Nec obſtat,
quod in primo caſu d. l. Lucius. mater in totum admittitur
ſicq́ue ſubſtitutum illum in totum excludit. Nam reſponde-
tur, id euenire, quia nulla ſupereſt perſona, cui portio aliqua
reſeruari debeat, ſicuti ſupereſt in ſecundo caſu, quando ſcili-
21 cet admittitur ſubſtitutus. Et ſi enim is hęres efficitur, & † hę-
reditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius. l. hæreditas. ff. de verbo.
ſignif. attamen prius debet deduci legitima, quæ vt æs alie-
num debetur matri, vt ſuprà demonſtrauimus, nil ergò ad
rem noſtram pertinet illud reſponſum.

Tertiò



22 Tertiò allegari † ſolet tex. l. humanitatis. C. de impuber. &
aliis ſubſtit. quem ita ſoleo perpendere. Quando pater ſubſti-
tuit filio ſuo furioſo, ſi is furioſus habet filios, debet teſtator
filios illos ſubſtituere, ſi verò non exſtant filij ipſius furioſi,
ſed ſolùm eius fratres, illi ſubſtitui debent. Nullum ibi verbũ
de matre. Ergò hinc intelligimus liberè licere patri excludere
matrem ab ea filij ſucceſſione: ſicq́ue non teneri ei relinquere
23 aliquam portionem. Atqui ſubſtitutio † exemplaris eſt intro-
ducta inſtar pupillaris. § qua ratione, in Inſtitutio. de pupilla.
ſubſtitut. Ergò, & in ſubſtitutione pupillari mater excludi po-
teſt in totum. Reſpondetur non licere ſumere argumentum
in dicta lege humanitatis, hoc modo, filij & fratres furioſi ſub-
ſtitui, & admitti debent. Ergò mater, quæ inter illos non con-
24 numeratur excluditur. Nam † hoc argumentum eſt ab inclu-
ſione vnius ad excluſionem alterius: quod genus argumenti
ceſſat, quando illud, quod excluſum videtur, alia diſpoſitione
includitur, Decius in lege prima, in tertia lectura, numero 84.
ff. ſi certum petat. & in conſilio 11. numero 8. qui ita declarat
lege cum prætor, in princ. ff. de iudic. Hic enim mater quo ad
legitimam ſibi debitam alio iure includitur: cum ſcilicet iam
ſit à lege conſtitutum, eam conſequi debere in bonis filij.
Non ergò in caſu d. l. humanitatis. dicitur excluſa mater à ſua
legitima. Et ſi dicatur, receptam eſſe Doctorum opinionem,
25 quòd in caſu † exemplaris ſubſtitutionis mater excluditur e-
tiam à legitima, ſicuti communem eſſe opinionem teſtatur
Ripa in l. ex facto. num. 85. ff. de vulg. Reſpondetur Doctores
illos, qui probarunt opinionem illã, eſſe illoſmet, qui & hanc
de pupillari affirmarunt. Cùm ergò hæc reuocetur in dubium
illam pariter pro conſtanti præſupponere non debemus.

26 Quartò perpendi † ſolet text. l. præcibus. C. de impuber. &
aliis ſubſtit. qui dum loquitur de pupillari expreſſa ſubiungit
hæc verba: *Siquidem ſi intra pubertatem deceſſerit, eos habeat hæ-
redes, quos pater ei conſtituit, ſi adierit hæreditatem.* Ecce quòd
pupillari expreſſa mater excluditur: nec ei legitima reſerua-
tur: cum in totum pater ipſe alium hæredem fecerit. Perpen-
ditur & ſecundo text. iſte à Riminald. Iun. ibi. nume. 97. Cùm
hæc conſtitutio de ſubſtitutione vulgari loquitur, ſtatuit, ſuc-
ceſſionem pertinere ad matrem omnimodè, id eſt, in totum:
ſicuti eſt huius dictionis ſignificatio, Iaſ. in l. Imperium. num.
12. ff. de iuriſd. omn. iudic. In caſu itaque ſopitæ vulgaris ma-
ter habet totum, ſicq́ue cum reſiduo patrimonij legitimam
ſuam. Ergò dum ſubiungit de pupillari expreſſa per aduerſa-
tiuam verò, ſiue copulam, vt rectè aduerſetur in iure, & in fa-
cto. l. iuxta. l. ſed etſi lege. in prin. ff. de pet. hære. vbi Caſtren.
& reliqui: dicendum eſt, matrem excludi in totum: ſicq́ue fi-
lius eos habet hæredes, etiam quo ad legitimam, quos pater
ei conſtituit. Cæterùm reſpondetur d. l. precibus. nil proba-
re. Nam illa prima conſideratio eo modo diſſoluitur, quo &
illa ex d. l. Lucius. ff. de vulg. de qua diximus ſuprà. Et ſi enim
pupillus eos habet hæredes, quos ei pater conſtituit; attamen
intelligitur deducto ære alieno, nempè deducta legitima de-
bita matri. Non etiam repugnat illa ſecunda conſideratio Ri-
minaldi: quandoquidem diuerſus admodum eſt caſus, quãdo
hæreditas ſpectat ad matrem, excluſo ſubſtituto ab eo caſu,
quando hæreditas ipſa ſpectat ad ſubſtitutum, matre excluſa.
Quando ad matrem ſpectat, nihil penitus reſeruatur ſubſtitu-
to, eo quia nihil ei vel diſpoſitione teſtatoris, vel legis debe-
tur: ſed diuerſum eſt, quando hæreditas ſpectat ad ipſum ſub-
ſtitutum. Nam tunc ei in totum non defertur, ſed legis diſpo-
ſitione reſeruatur legitima matri, cui tanquam ęs alienum de-
betur. Et ideò quando pater nomine filij teſtatur, de ea teſtari
nõ videtur. Cùm (vt dixit ſuprà ad l. Lucius) nemo dare poſ-
ſit quod ipſe non habet. Ita etiam confutatur illa tertia conſi-
deratio, quam facit idem Riminaldus præcitato in loco.

27 Iure Pontificio † apertè diffinitum eſt in capitulo primo.
§. vlt. de teſtament. in ſexto. matrem excludi etiam à legitima
28 per expreſſam pupillarem. Exiſtimarunt tamen † Lancellotus
Politus in Tracta. de ſubſtitutionibus, in titulo de ſubſtitutio-
ne pupillari. numero 25. & Zaſius in ſimili tractatu de ſubſti-
tutionibus, in titulo de pupillari, numero 20. dicto capitulo
primo. §. vltimo. poſſe intelligi, quando pater relinquit bona
ſua ipſi filio impuberi, cui pupillariter ſubſtituit, ſecus verò
quando is filius haberet bona aliunde, vt puta aduentitia de
quibus deduci debet legitima matris. Nam in his pater ſubſti-
29 tuere non poteſt, excluſa matre à legitima. Ego verò † credi-
derim, nullam eſſe cõſtituendam differentiam inter bona ad-
uentitia filij, & legitimam debitam filio ex bonis patris. Eſt
enim eadẽ ratio, quia ſuppoſito, quod effecta ſint bona filij
ita pater caret poteſtate priuandi matrem in vna bonorum
ſpecie, ſicuti in altera. Et fortè incongruum non eſſet dicere,
Bonifacium octauum ita ſtatuiſſe eo in capitulo primo. §. vl-
timo, de teſtamentis, in ſexto, quod ſecutus fuerit opinionem
30 communem, quæ fuit, & Dyni, qui † extitit vnus compilato-
rum illius libri ſexti Decretalium: quemadmodum ſcriptum
reliquit Valentinus Forſterius in hiſtoria iuris ciuilis, vbi de
Bonifacio 8. diſſerit. Et hęc quidem diffinitio obſeruari etiam
31 debet in foro conſcientiæ. Nam † & eo iure non debetur hęc
legitima matri. ex quo lex humana, quæ legi diuinæ non repu-
gnat, ſeruari debet etiam in foro conſcientiæ. Hanc ſenten-
tiam in ſpecie probarunt Francus in d. cap. 1. de teſtam. in 6.
Socinus ſen. in l. 2. num. 21. ff. de vulgar. & ibidem Ripa num.
42. Galliaula in l. Centurio. num. 83. ff. eod. Crottus in cap. 2.
de conſtit. in ſexto. & ibidem Gomes. nu. 19. Rubeus in conſ.
107. in fin. & Riminaldus iunior in d. l precibus. num. 143. C.
de impub. & aliis ſubſtit. Et horum ſententia mihi maximè
probatur, reiecta opinione Cornei, Decij, & aliorum quorun-
dam quos refert, & ſequitur Curtius iunior in d. l. precibus.
32 num. 14. Declaratur primo non habere † locum quando ma-
ter ipſa eſſet valdè inops, & egena. Hoc ſanè caſu legitima
priuari non poteſt nec debet. Ita in ſpecie declarant Ripa in
d. l. 2. num. 42. Zaſius in d. tit. de pupillar. num. 22. Didacus in
cap. cum eſſes. num. 11. de teſtam. & Antonius Corduba in le-
ge, ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. numero 10. ff. de libe-
ris agnoſc. ille tex. d. §. item reſcriptum, adducti, & argumen-
to ſumpto à cap. non ſatis. 86. diſtinct.

33 Declaratur † ſecundò prędicta ſententia, vt locum non ha-
beat, quando ipſe ſubſtitutus haberet conſcientiam læſam,
quippè qui exiſtimaret ſibi non licere eam legitimam retine-
re. Nam tunc in foro conſcientiæ tenetur eam reſtituere. Ita
declarant Sapia & Riminaldus Iunior in d. l. precibus. C. de
impub. & aliis ſubſtit. ille numero. 12. iſte numero 140. addu-
cti auctoritate Alexand. in l. nemo poteſt. numero 22. de le-
gat. 1. qui ſimili in caſu loquitur: & ibidem Ripa, numero 101.
Quorum ſententia comprobatur ex Diuo Paulo ad Roma-
nos cap. 14. cùm dixit, omne, quod non eſt ex fide de pecca-
tum eſt: quaſi dixerit, id non ſolùm eſſe peccatum, quod eſt
contra cõſcientiam, ſiue fidem, qua creditur aliquid eſſe pec-
catum: ſed etiam quod non procedit ex fide, id eſt, iudicio,
quo putet id licere. Ita ſcripſi in commentariis, de arbitrariis
iudicum. lib. 2. caſu. 494. nume. 19. poſt Nauarrum ibi com-
memoratum.

34 Secundus † eſt huius diſputationis caſus, quando pupillaris
ſubſtitutio eſt partim expreſſa, & partim tacita, an mater à le-
gitima excludatur. Et excludi affirmauit Bart. in l. 2. in princ.
num. 33. ff. de vulg. qui ita diſtinguit. Aut eſt partim expreſſa,
& partim tacita quo ad verba, ſicuti illa, quæ continetur in
breuiloqua. Et tunc ea ratione mater excluditur, quia ſubſti-
tutio hæc ex verbis teſtatoris ſumitur, & continetur. Et pro-
ptereà verbis teſtatoris mater excluditur. Aut verè eſt pupil-
laris partim expreſſa, & partim tacita quo ad caſus: Et adhuc
idem eſt dicendum, vt ſcilicet mater excludatur. Ea ratione
motus eſt Bart. quia ſi teſtator voluit matrem excludi vno in
caſu, nempè, ſi filius hæres erit, & intra pupillarem ætatem de-
ceſſerit, eadem ratione ex coniecturata eius mente, excluditur
mater, ſi hæres non erit, & in pupillari ætate deceſſerit. Hanc
Bart. traditionem probarunt reliqui, ſicuti communem teſta-
tur Soci. Iun. in d. l. 2. num. 99. Et illis accedunt Io. de Anan.
in conſ. 66. col. pen. verſ. ſecundò eſt aduertendum. Ruinus in
conſ. 101. num. 19. libr. 2. in conſ. 93. num. 5. verſ. Sed his non
obſtantibus, in conſil. 112. num. 9. in conſ. 126. num. 10. lib. 3.
& in conſ. 68. num. 9. li. 5. Cæterùm ipſemet Rui. in l. 2. nu. 51.
ff. de vulga. dubitat. De ſubſtitutione pupillari tacita, an ſci-
licet per eam mater excludatur, ſequenti in præſumptione
differemus.

## PRÆSVMPT. XXXIX.

Subſtitutio pupillaris tacita quando, & quibus caſibus excludat matrem, patrem, & auiam, copioſa & diligens explanatio.

SVM

SVMMARIVM.

1 Mater nunquid excludatur à ſucceſſ.ex tacita pupillari ſubſtit.
2 Filio intra pubertatem defuncto matre exluſa admittitur ſubſtitutus,ſi autem poſt pubertatem deceßit filius ſuccedit mater per fideicommiſſariam.
3 Subſtitutio pupillaris tunc incipit habere vim, quando aditur hæreditas:vulgaris autem adita hæreditate expirat.
4 Dictio taxatiua tantum excludit alios caſus ſimiles.
5 Suſtitutio pupillaris tacita an compræhendatur in vulgari expreſſa.Quid ſi eſt facta à milite.nu.7.
6 Incluſio vnius eſt alterius excluſio. regula hæc non habet locum in connexis:quæ ſui natura æque includuntur.
8 Diſpoſitio militis ſic intelligi debet , vt ſcripta eſt,& in ea ceſſant coniecturæ,exceptis illis,quæ ex iam ſcriptis & prolatis verbis colligi poſſunt,
9 Laboribus ſuis nemo fraudari debet.
10 Mater dicitur ante partum oneroſa,in partu doloroſa,poſt partum laborioſa,& poſt filij mortem luctuoſa:labores præmio dignos ſtatuit Imp. in l.aßiduis.C.qui pot.in pig.hab.
11 Mater abſque controuerſia per pupillarem expreſſam cenſetur excluſa.
12 Lex quando concedit patri,vt pupillariter filio ſubſtituat,id diſpenſatiuè facit.
13 Diſpenſationes tanquam odioſæ ſtrictè admodum ſunt interpretandæ, ſecus in diſpenſatione fauorabili.
14 Diſpoſitio an ſit fauorabilis vel odioſa pendet principaliter ex intentione legis.
15 Subſtitutio pupillaris tacita eſt quædam ficta ſubſtitutio à lege introducta.Contra,nu.18.
16 Fictio nihil operatur,quando æquitas deficit.
17 Matrem excludi à ſucceßione filij non ſuadet æquitas.
19 Lex ſi ſtatuiſſet iniquum eſſe matrem priuari filij ſucceßione , eadem diſpoſuiſſet eam non poſſe excludi per pupillarem expreſſam,& tamen contrarium determinatur.
20 Lex nunquam cenſetur iniqua cōcedere,cum ſit ars boni & æqui.
21 Mater non debet ſuo iure priuari,niſi ſit expreſſum à lege vel à teſtatore.
22 Cauſa teſtati dubia declaratur & regulatur à cauſa inteſtati.
23 Subſtitutio vulgaris expreſſa porrigitur ad pupillarem.
24 Suſtitutio pupillaris tacita tunc demum non excludit matrem, quando illa reperitur inſtituta,& data cohæres filio pupillo.
25 Argumentum a contrario ſenſu non procedit , quando alia iura repugnant.
26 Mater nūquid excludat ſubſtitutum, ſi teſtator inſtituto poſthumo naſcituro dixit,& ſi non naſcetur poſthumus, ei ſubſtituo Caium:ſi natus eſt poſthumus,qui deceßit impubes.
27 Mater ſuccedit filio ab inteſtato.
28 Hæreditas luctuoſa filij ratione miſerationis ad matrem peruenire debet.
29 Intellectus.l.iam hoc iure .ff.de iuſti.& iure.
30 Actus ſubſtantia ſublata, non eſt de ipſius effectu diſputandum,
31 Non entis nullæ ſunt qualitates.
32 Argumentum à contrario ſenſu ſumi debet ad limites verborum.
33 Extenſio quando fit,fieri debet cum omnibus ſuis qualitatibus.
34 Subſtitutio pupillaris tacita licet ſui natura contineatur in expreſſa vulgari,vnaquæque tamen ſuam naturam & qualitatem retinet.
35 Subſtitutio compendioſa licet compræhendat plures ſubſtitutiones,vnaquæque tamen ſuam naturam retinet, nec vna alteri communicatur.
36 Prædilectus in primo caſu præſumitur etiam prædilectus in ſecūdo.
37 Teſtator præſumitur difficilius diſponere de rebus hæreditatis, quam de proprijs.
38 Subſtitutio pupillaris tacita interpretatur eodem modo quo expreſſa,cum vtraque prouentat à voluntate teſtatoris.
39 Taciti & expreßi non eſt par virtus.
40 Matrem excludi per tacitam pupillarem multæ afferuntur coniecturæ.nu.ſeq.
Prima colligitur ex dictis extra teſtamentum.41.vel à verbis ante teſtamentum prolatis.42.
43 Morientium voluntates ex voluntate & arbitrio viuentium colligi ſolent.
15 44 Verba in dubio interpretari debent in meliorem ac benigniorem ſenſum.
45 Voluntatis mutatio non præſumitur ex interuallo , ſed continuata cenſetur.
46 Verba prolata à teſtatore ante teſtamentum ad matris excluſionem ſatis probantur duorum teſtimonio.
47 Mater tunc demum excludi cenſetur , quando teſtator dixit, quòd nihil ampliùs in bonis ſuis petere poßit , vel reliquit ei centum dicens,volo quod ſit tacita,& contenta,&c.& præfertur ſubſtitutus ei.Contra.num.50.Et quid operentur dicta verba,quod ſit tacita,& contenta.num.48.& 49.
50 Legitimæ petitio non excluditur verbis quantumuis generalibus.
51 Teſtator legando creditori præſumitur animo compenſandi id facere,& ex cauſa neceſſaria.
52 Legatum factum matri ſi eſt minus quam ſua legitima,petere poteſt ſupplementum ipſius legitimæ.
53 Pater poteſt filio pupillo ſubſtituere ex quadam diſpenſatione cōtra communes iuris regulas , quæ tamen eſt fauorabilis.nu.55.
54 Diſpenſationes ſunt odioſæ,& ob id ſtrictè interpretandæ.
56 Verba teſtatoris diſponentis de propria hæreditate, an ſit inconueniens quod trahantur ad hæreditatem,& bona filij.
57 Verba , de bonis ſuis , prolata à teſtatore ad excluſionem matris, quomodo intelligantur.
58 Mater tunc cenſetur legato,& ſucceßione priuata, quando teſtator dixit , Relinquo centum vxori , donec vitam vidualem ſeruauerit ea ſtatim nubente.
52 Idem ſi teſtator dixit,ſi non nupſerit.ibidem.
59 Datum ſub conditione,ea non exiſtente cenſetur ademptum.
60 Conceſſum ad tempus,poſt tempus cenſetur prohibitum.
61 Matris excluſio à ſucceßione filij pupilli ita pendet à voluntate teſtatoris,ſicut excluſio à legato.
62 Succeßio filij dicitur quid quodammodo matri debitum.
Legatum dicitur merè lucrum.
Argumentum de ſucceßione filij pupilli ad legatum an procedat.
63 Pater ſubſtituendo filio eius perſonam ſuſtinet,& dicitur facere, quod ipſe filius feciſſet.
64 Mater tranſeundo ad ſecunda vota ita dicitur inferre iniurium filio ſicut priori marito.
In legato generali non cenſetur comprehenſa perſona odioſa teſtatori
65 Mater per tacitam pupillarem excludi cenſetur tranſeundo ad ſecunda vota , etiamſi teſtator nihil dixit de ſecundis nuptijs in teſtamento.
66 Verba,Pleno iure ſubſtituo filio meo, habent vim excludendi matrem per tacitam pnpillarem: Significant enim in totum integraliter,& ſine aliqua diminutione.
67 Mater per ſubſtitutionem pupil.tacitam cenſetur excluſa, ſi eam teſtator odio proſequebatur iuſtis de cauſis : Odium,& inimicitia inter teſtatorem , & legatarium faciunt præſumi reuocatum legatum.
68 Filius de matre nil ſuſpicari debet , & eius perſona ſancta,& honeſta ei videri debet.
69 Odium teſtatoris erga vxorem teſtimonio duorum ſatis probari poteſt.
70 Mater priuatur ſucceßione filij per tacitam pupillarem , ſi tranſiens ad ſecundas nuptias non petijt tutorem dari filijs, etiamſi à patre ipſo ſit ipſi filio impuberi ſubſtituta.
71 Impedimenti cauſa ceſſante ceſſare debet & impedimentum.
72 Mater cenſetur excluſa à ſucceßone filij per tacitam pupillarem, ſi ipſa poſt mortem pupilli aliquid inhoneſti egit.nu.ſeq.
73 Ius quærendum faciliùs amittitur,quam ius iam quæſitum.
74 Mulier ob ſtuprum efficitur indigna,& ob id perdit ius quæſitum: & à fortiori ius quærendum.
75 Diſpoſitum id cenſetur à teſtatore,de quo ſi eo tempore cogitaſſet, verè diſpoſuiſſet.
76 Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem ex legis diſpoſitione , interpretatione tamen ſumpta à coniecturata mente teſtatoris.
77 Subſtitutus à teſtatore in caſu tacitæ pupillaris, tunc cēſetur matrem excludere,quando is fuit magis dilectus à teſtatore,quàm eius vxor,pupilli mater.
Diſtingue,vt num.78.& ſeq.
79 Frater vtrinque coniunctus ſubſtitutus excludit matrem ex tacita pupillari.

Succedi



Succedit enim ab inteſtato fratri æqualiter vnà cum matre : vnde cùm ſit vocatus ex tacita pupillari , duplici iure vocatus cenſetur : & ideo præfertur matri vno iure tantum ſuffultæ. numero 80.
81 Pater ſubſtituendo nomine filij præſumitur diſponere ſicut diſpoſuiſſet ipſe filius ſi teſtari potuiſſet,num.85.
82 Frater coniunctus ex latere patris ei cui ſubſtitutus fuit , an excludat matrem ex tacita pupillari.
83 Ius accreſcendi eſt quædam tacita ſubſtitutio ex teſtatoris voluntate.
84 In ſubſtitutione pupillari interpretanda,an magis coniunctas admittatur nec ne, non attenditur maior affectio teſtatoris , ſed quomodo æqualiter quis ſucceſſurus ſit ab inteſtato.
86 Mater tunc excluſa non cenſetur ex tacita pupillari , quando teſtator ſubſtituiſſet pupillo extraneum vnà cum altero eius filio.
Quid ſi teſtator ſubſtituit filio pupillo fratrem ſuum.num 87.
88 Teſtator ſi vocauit duos fratres ſuos & propriam vxorem , ſi vnus fratrum repudiat portionem ſuam , illa accreſcit tam vxori quam alteri fratri.
89 Teſtatoris mater ab ipſo ſubſtituta, pupillariter tacitè an excludat ipſius vxorem,& matrem pupilli.
90 Cauſa pia nunquid excludat matrem pupilli ex tacita pupillari.

1 DIFFICILIS † admodum & valde controuerſa
eſt illa Doctorum diſputatio,an pupillari ſubſti-
tutione tacita mater excludatur? Nam permultæ
ſunt interpretum auctoritates , quibus firmatur
hæc ſententia , non præſumi teſtatorem voluiſſe excludere
matrem.Hanc probarunt Caſtren.Alex.& Iaſ.quos comme-
morat Decius in l.precibus.col.3.in 4.notab.C.de impub.&
aliis ſubſtit.quo loci Riminal. Iunior.num. 48. & num. 217.
eſſe communem ſententiam aſſeruit , ſicuti pariter commu-
nem teſtatus eſt Ripa in l.2.in princ.num.46. ff. de vulga. &
pup.ſubſtit.ſic & Bero.in c.Raynutius. num. 452. de teſta. &
Soc.Iun.in l.Centurio.num.111.ff.eod. Eandem viſus eſt pro-
bare Vaconius lib.4.declarat.iuris.cap.55.Imò & Decius ipſe
in conſ.315.ſic reſpondit:& ſi in ea.l.precibus,aliter ſenſerit.
Hanc quoque opinionem probarunt Emanuel Coſta in c. ſi
pater.in 2.parte.in verbo,ſuperſtite matre.nu.4.de teſta.in 6.
Et ij quidē adducti ſunt text.d.l.precib.C.de impube. & aliis
ſubſtit.quam perpendunt , dum ibi ſtatuitur , quod ſi in pri-
mum caſum facta eſt ſubſtitutio,ſicque vulgaris,& filius hę-
reditatem adiuit,vulgaris ipſa expirauit.l.poſt aditam. C. de
impub. & aliis ſubſt. Et ſolùm fit locus tacitæ pupillari. Et
nihilominus eo filio defuncto ad matrem pertinet omnimo-
do.i.indiſtinctè , & omni caſu,iuxta. l. ſi cum exceptione. §.
quatenus. ff. quod met.cauſa. ſi omni caſu ſicque indiſtinctè
mater admittitur, ergo per tacitam pupillarem non excludi-
tur. Nec huic argumentationi repugnat conſideratio Decij
præcitato in loco,quod dictio illa,omnimodo , non intelli-
gitur habito reſpectu ad primum caſum , in quo agitur de
vulgari,quæ facta aditione expirat. Et ſic indiſtinctè intelli-
gitur non habito reſpectu ad tacitam pupillarem:de qua ni-
hil in tex.dicitur:ſed ad quod dicitur in ſecundo caſu de ex-
preſſa pupillari, & de compendioſa. Quo ſanè in caſu adhi-
2 betur diſtinctio,aut † deceſſit intra pubertatem,& tunc,ma-
tre excluſa, admittitur ſubſtitutus : aut poſt pubertatem , &
tunc mater ſuccedit per fideicommiſſariam.Non inquam re-
pugnat hæc conſideratio,quia facilè concedimus in expreſ-
ſa vulgari non adhiberi diſtinctionem , quæ fit in expreſſa
pupillari,& in compendioſa : quia illa expirat adita ipſa hæ-
reditate:atque ita omni caſu mater admittitur.Sed modo di-
cimus in ea,vulgari expreſſa contineri tacitam pupillarē ſui
natura,ducta coniectura à voluntate teſtatoris, d. l. iam hoc
3 iure.ff.de vulg.quæ ſanè pupillaris † incipit habere vim adi-
ta ipſa hæreditate:non autem expirat,vt ipſa vulgaris,ſi ergo
tacita pupillaris continetur in expreſſa vulgari,& mater om-
ni caſu admittitur , intelligitur non excluſa per tacitam ip-
ſam pupillarem.Erat itaque opus , quod Decius demonſtra-
ret , in primum illum caſum. i. in eam expreſſam vulgarem
non fuiſſe comprehenſam pupillarem tacitam , vel illam ex-
pirare vnà cum ipſa vulgari , quæ nullo modo demonſtrare
potuiſſet Decius.Preterea illa dictio,omnimodo,refertur ad
præcedentia,& incluſa eſt in eo primo caſu,de quo Impp.lo-
quuntur,non autem referri poteſt ad ſequentia. Rectius ita-
que viſi ſunt ſentire Salicetus, & alij cōmemorati à Cagno-
lo in d.l.precibus,num.92.verſ.nec obſtat,& ibidem à Rimi-
nal.Iun.num.219.Quibus accedit Conna.lib. 10. commenta.
iuris.c.vlt.num.3.cum dixerunt in d.l. precib. in primum il-
lum caſum. i. vulgarem tantum expreſſam factam fuiſſe non
4 autem tacitam pupillarem. † Hoc ſignificat illa dictio, tan-
tum,quæ excludit alios caſus,cum ſit taxatiua,l.ob æs.C. de
prædiis min.vbi gloſſ. & Bar. Cæterùm dilui facilè poſſe vi-
5 detur hæc cōſideratio ex eo quod cum pupillaris tacita † di-
catur comprehenſa in vulgari expreſſa,non cenſetur excluſa
per illam taxatiuam tantum : quia dum dicitur factam fuiſſe
expreſſam vulgarem tantum non dicitur excluſa tacita pu-
pillaris,quæ in ea includitur. Cum illa regula, vnius incluſio
6 † eſt alterius excluſio.l.cum prætor.in princ.ff.de iud. locum
non habeat in connexis,quæ ſui natura ęquè includuntur,vt
declarant Corſ.in ſing.in verbo,argumentum,incipit, tu ha-
bes.& Dec.in l.1.num.6.C.de bo.poſſ.contra tab.Et ſi taxati-
ua non excludit caſum ſimilem.l. ob æs. C. de prædiis mino.
multo minus excludit caſum,qui ſui natura includitur. Ve-
rè. n. in d. l. precibus in primo illo caſu facta eſt ſubſtitutio
vulgaris expreſſa verbis, vt in ſecundo caſu facta fuit pupil-
laris expreſſa : ſed ſicuti illa expreſſa pupillaris continebat
tacitam vulgarem : Ita & in illo primo expreſſa vulgari con-
tinebatur pupillaris tacita. Reſpondetur itaque ſecundo ex
interpretatione quam probauit.Cato ſaccus in d. l. precibus
quem ſecuti ſunt Alciat.in l.1.num.142. in l. Centurio. num.
20.& l.Lucius,num.20.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Vacon.lib. 4.
declar.iuris c.61.num.11.& Viglius in Inſtit.de pup.ſubſtit.in
7 princ. num. 16. exiſtimarunt illi tacitam pupillarem † com-
prehenſam non fuiſſe in ea expreſſa vulgari facta à milite,
quia quod pupillaris tacita contineatur in expreſſa vulgari
pendet à coniecturata voluntate teſtatoris d.l. iam hoc iure.
ff.de vulg.& pup.ſubſt.& explicauimus ſuprà. At in diſpoſi-
8 tione † militis coniecturæ ipſæ ceſſant , cum vt ad literam
ſcripta legitur,ſic intelligi debet,ſicuti Caſtr.in d.l.iam hoc
iure.& Cur.Iun.in l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſt.ſcri-
pſerunt.Nec dicendum eſt,etiam in teſtamentis militum lo-
cum eſſe coniecturis.l.in teſtamento.C.de teſt. mil. quia di-
ſtinguēdum eſt coniecturas aliquas eſſe, quæ ex iam ſcriptis
& probatis verbis colligi poſſunt:& hæc locum etiam habēt
in teſtamentis militum , vt coniiciamus quid ille dicere vo-
luerit.Aliæ verò ſunt,quæ ex volūtate teſtatoris à lege(vt ita
dicam)imaginata ſumuntur : ſicuti in caſu.l. cum auus. ff. de
cond.& demon. vbi plus dictum quam ſcriptum à teſtatore
fuiſſe lex coniecturam facit. Hæ ceſſant in diſpoſitione mi-
litis teſtatoris.Inter has poſtremas hæc eſſe dicitur,quod pu-
pillaris tacita comprehendatur ſub vulgari expreſſa , cum
nullum verbum pupillaris factum ſit. Hæc tamen conſidera-
tio dubitationem habet ex his, quæ ſcripſi ſupra in præſum-
ptione . . dum explicaui an in teſtamento militis admit-
tantur præſumptiones. Dixi etiam in præcedenti præſum-
ptione in fine , pupillarem tacitam ineſſe vulgari expreſſæ
etiam in teſtamento militis aduerſus Catonem , Alciatum &
Vaconium.

Secundo itaque loco argumentantur Cacialupus & Ia-
ſon in d.l.precibus,& Socin. Sen.in d.l.2.in princ. num. 22.
ff de vulg. quod imò in dict.l precibus pupillaris tacita fuit
comprehenſa in expreſſa vulgari,alioqui Impp.illi, qui enu-
merare voluerunt omnes caſus , in quibus mater vel admit-
tebatur,vel excludebatur,non eos omnes enumeraſſent, ſed
ſubticuiſſent hunc tacitæ pupillaris. Cæterum reſpondebat
Decius in ea.l.precibus.in 4.notab.non conſtare,quòd Dio-
cletia. & Maximian. in ea. l. precibus enumerare voluerint
omnes caſus : cùm verius ſit , voluiſſe complecti duos tan-
tùm , nempè ſubſtitutionis expreſſæ vulgaris , quæ adita
hæreditate expirat , & pupillaris , quæ locum habet adita
hæreditate , mortuo deinde pupillo in pupillari ætate. Re-
ctius reſponderi poteſt vnà cum Vaconio in d.lib. 4.declarat
iuris c.61.nu.11.ver.non obſtat. Impp.enumeraſſe omnes ca-
ſus ſubſtitutionis , qui poterant teſtamento militis cōtineri:
cum autem pupillaris omninò tacita non contineatur in te-
ſtamento militis, illius mentio fieri non debuit,vel potuit.

Tertiò

9 Tertiò adducitur † argumentatio hæc quod nemo frau-
dari debet ſuis laboribus.l.pen.§.illo.C.de neceſſa.ſeruis hę-
red.inſtit. Atqui ſi mater excluderetur per tacitam pupilla-
rem à ſucceſſione bonorum filij,priuaretur multis illis labo-
10 ribus,quos cauſa filij ſuſtinuit:cũ † ante partum fuerit one-
roſa, in partu doloroſa, poſt partum laborioſa, & poſt filij
mortem luctuoſa. Quos ſanè labores præmio dignos eſſe
ſtatuit Impe.in l.aſſiduis.C. qui potio.in pigno. habe. Ergo
dicendum eſt, matrem non cenſeri per hanc tacitam pupil-
larem excluſam.Hæc argumentatio leuis admodum eſt,quia
idem eſſet dicẽdum in ſubſtitutione pupillari expreſſa. Nam
& ea indebitè priuaretur mater ſuis laboribus:Et tamen fal-
11 ſum eſt, cum ſine † controuerſia per pupillarem expreſſam
mater excludatur.

12 Quartò adducitur,quod † lex concedendo patri vt pupil-
lariter filio ſubſtituat,id diſpenſatiuè facit,l.2.in princ. ff. de
vulga.& pupil.ſubſt.& præſertim contra matrem cap.1.§.vlt.
13 de teſta.in 6.At qui diſpenſationes † tanquam odioſę ſtrictè
ad modum interpretantur.cap.1. in fine de filiis preſbytero.
in 6.& cap.ordinarij,de officio ord.in 6. Ergo conceſſa hæc
diſpenſatio, vt poſſit pater ſubſtituere expreſsè pupillariter,
& per eam excludere matrem,non extenditur ad pupillarem
tacitam. Verum reſpondet Galliaula in l. Centurio. numero
194.ff.de vulga.& pupil.ſubſt.imò diſpenſationem hanc eſſe
fauorabilem : ſicuti etiam reſponderunt Socin.Iun.in conſ.
95.num.19.& in conſ.121.num.12.lib.1.& in conſ.4.numer.11.
lib.3.& Sigiſmundus Lofredus in conſ.7.num.54. Nec repu-
gnat quod dixit Riminal.Iunior in d.l.precibus,numero 62.
in fine.C.de impub. & aliis ſubſtit. primam quidem diſpen-
ſationem fauorabilem eſſe, quatenus ſcilicet ( voluit dicere
Riminaldus)permiſſum eſt patri poſſe ſubſtituere pupillari-
ter filio:ſecundam verò eſſe odioſam,dum ſcilicet, permiſſa
eſt excluſio matris,admiſſo extraneo ſubſtituto. Non equi-
14 dem hoc repugnat, quandoquidem ad † iudicandam diſpo-
ſitionem vel fauorabilem,vel odioſam reſpectatur principa-
lis intentio legis, vt docuit Bartolus in l. qui exceptionem,
num.1.ff.de cond.indebiti,& Decius in l. venia num.5. C. de
in ius vocando.Principalis autem intentio legis fuit dare fa-
cultatem patri teſtandi nomine filij, atque ita ſubſtituendi
ei pupillariter,vt faueret ipſi filio,ne ſcilicet decederet inte-
ſtatus.Nec conſiderauit,quod mater excluderetur, vel non.
Eſt ergo iudicanda hæc diſpenſatio fauorabilis. Reſponderi
rectius,præter alios,poteſt, argumentum reſpicere poteſta-
tem,de qua nos non loquimur : ſed de voluntate verba faci-
mus.Lex enim, quæ tribuit poteſtatem patri ſubſtituendi fi-
lio pupillariter, interpretatur etiam factam cenſeri tacitam
pupillarem,quando expreſſa vulgaris facta fuit:an verò pater
voluerit, vel non excludere matrem pupilli per ſubſtitutio-
nem hanc tacitam pupillarem pendet à coniecturata ipſa
voluntate ipſius patris.Et propterea argumentum nil vrget.
Quintò Socinus Sen. & alij nonnulli ſic argumẽtati ſunt.
15 Pupillaris ſubſtitutio tacita eſt † ficta quædam ſubſtitutio à
lege introducta.l. iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. At
16 qui fictio † nil operatur,quàndo æquitas deficit. l. poſtlimi-
nium.§.transfugæ.ff.de captiuis & poſtlim. reuerſ. Ergo nil
17 operari debet ſubſtitutio hæc contra matrem:quia † æquitas
non ſuadet eam excludi à ſucceſſione filij.l. nam etſi paren-
tibus,in princip.ff.de inoff.teſta.& l. ſcripto. in fine. ff. vnde
liberi,

18 Cæterùm † facilè reſpondetur, veram non eſſe maiorem
illam argumenti propoſitionem, quod tacita hæc pupillaris
ſit ficta : cùm verè præſumptam eſſe ſuprà ſuo loco demon-
ſtrauerimus.

19 Et prætereà † dicimus,quod ſi verum eſſet, legem exiſti-
maſſe iniquum eſſe matrem priuari ſucceſſione filij, idem
eſſet dicẽdum,eam excludi per pupillarem expreſſam : cuius
20 tamen contrarium verius eſt,vt iam diximus.Non enim † lex
iniqua concedit,cum ſit ars boni & æqui.Et quod dicitur in
d.l.nam & ſi parentibus,& illi ſimilibus, intelligitur, cùm
nullum eſt factum teſtamentum vel à filio, vel à patre filij
nomine:vel etiam cùm factum eſt ne legitima portione pri-
uentur parentes,non autem reſpectu reſidui bonorum.

Sextò & rectius vſus eſt hoc argumento Socin.Sen. quod
ſicuti ſubſtitutio vulgaris non extenditur de caſu ad caſum
in fauorem extranei ad excluſionem eius, cui ſucceſſio de-
betur,vt tradit Bart.in l.ſi mater.§.vlt.ff. de vulgar. & pupil.
ſubſtit. quem reliqui ſecuti ſunt. Ita pariter caſus pupillaris
expreſſæ,qua mater excluditur,d.c.1.§.vlt.de teſta. in 6. non
debet extendi ad pupillarem tacitam, vt mater, cui filij ſuc-
ceſſio debetur,excludatur.

Vltimò accedit quod cum contraria opinio, ( vt mox de-
monſtrabimus,)iure non probetur,auferenda non eſt à ma-
tre ſucceſſio ſibi ex filij bonis iure quodam debita, d. l. ſcri-
21 pto.in fine.ff.vnde liberi. Non enim † priuari debet mater
ſuo iure niſi expreſſum à lege, vel à teſtatore ſit, arg.l. at ſi
quis.§.Diuus.ff.de religio.& ſump.fune.& §. cum igitur, in
Auth. de non eligendo ſecundo nub. & ſcripſi in commen-
tariis,de arbitrariis iudicum lib. 2.cau.276. Eſt ergo matris
intentio fundata,quòd excluſa non ſit, niſi à ſubſtituto pro-
betur iure cautum eam cenſeri & hoc caſu excluſam. Et cùm
teſtator expreſsè pupillariter non ſubſtituerit, credendum
eſt,quod voluerit ſuam voluntatem eſſe debere conformem
debito filij,cuius perſonam ſuſtinet, vt ſicuti filius non ex-
cluſiſſet matrem, ita nec ipſe pater excludere eam voluerit.
Et demum cùm dubia ſit hæc ſubſtitutio, an ſcilicet, pater
ita ſubſtituendo excludere voluerit matrem filij,vel non,ob
id interpretari debet ſecundum legis diſpoſitionem deferẽ-
22 tem ſucceſſionem ab inteſtato:cum † cauſa teſtati dubia de-
claretur & reguletur à cauſa inteſtati, vt ſcribunt gloſſ. &
omnes in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. de legat. 2. Decius
in conſilio 186.colum.2.& alios congeſſi in conſ. 186. num.
83. libro ſecundo.

Eſt ergo interpretanda,quòd noluerit excludere matrem:
quia ſi voluiſſet,facilè ei fuiſſet exprimere,iuxta.l.vnicam.§.
ſin autem ad deficientis.C.de cad.tollen.

Contrariam opinionem, quod imò tacita pupillaris ex-
cludat matrem,ſicuti expreſſa,probauit Fulgoſius & cum eo
Decius in d.l.precibus in quarto notab. Quibus addo Sali-
cetum,Caſtellioneum,& Catonem Saccum ibidem, Vigliũ
in Inſtit.de pupillari ſubſti.in princ.num.16.Connanum lib.
10.commenta.iuris ciuilis,cap.vlt.num.13. Paulum Leonium
in Tract.de ſubſtitutio.in tit.de vulga.num.118.

Primò perpenditur text.d.l. precibus ibi. *Nam non eſt in-
certi iuris,&c.* Hic refertur caſus dubitatione carens. Qui ſa-
nè caſus eſt vulgaris tantùm ſubſtitutionis, non autem pu-
pillaris,quia præſupponit illud, quod hic dicitur reperiri iu-
re cautum:cùm dicatur, *Non eſt incerti iuris.* Sed vbi nam re-
peritur iure cautum ante.d. l. precibus, quòd pupillaris hæc
tacita non excludat matrem ? Nullibi certè : ſed potius con-
23 trarium,quia † vulgaris expreſſa porrigitur ad pupillarem, l.
quamuis.C.de impub.& aliis ſubſtit.Et admiſſo, quòd iure
antiquo hic caſus non fuiſſet deciſus : attamen credendum
non eſt, quod ita ſine præfatione caſum hunc Imperatores
diffiniuiſſent. Nam ſolẽt legumlatores cùm nouam aliquam
edunt conſtitutionem aliqua pręfatione vti:ſicuti aliquando
docuit Alciatus.Rurſus perpenditur,d.l. precibus in eo verſ.
vel compendioſa, quod ſub compendioſa continetur & pu-
pillaris,quæ tacita dicitur, vt ex illo textu colligitur dum po-
nit compendioſam ad differentiam expreſſæ pupillaris.Cum
autem per compendioſam excludatur mater. l. Centurio. ff.
de vulg. idem eſt dicendum excludi per tacitam pupillarem
cõprehenſam in expreſſa vulgari à Decio ibi in 4.not.quod.

Cæterum,prætermiſſis aliorum interpretationibus reſpõ-
detur,imò loqui etiam de pupillari, vt demonſtrauimus ſu-
pra. Et admiſſa conſideratione Fulgoſij & Decij, non ex eo
ſequeretur quod d.l.precibus probaret matrem excludi, ſed
nec vnum nec aliud probaretur.

Non etiam repugnat quod dicebat Fulgoſius in d.l. preci-
bus,& refert Socin.Iun.in l.Centurio.numer.112.verſ.& pro
iſta opinione,cùm dixit,quod ſi deciſum fuiſſet in ea, l. pre-
cibus,matrem non excludi, indubitabilis fuiſſet illa deciſio
Iuſtiniani in l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.Hæc conſideratio di-
luitur ex his,quæ infrà dicemus. Non etiam obſtat illa ſecũ-
da conſideratio ex illo ver.vel compendioſa, & c.quia præ-
ter Socin.Iun.in d. l. Centurio. num. 114. facilè reſpondetur,
illam pupillarem comprehenſam in compendioſa cẽſeri ex-
preſſam verbis generalibus,& ob id effectum expreſſæ obti-
nere:ſicuti tradunt Bart.in l.2.in prin.num.32.ff.de vulga. &





Cacialnpus in d.l.precibus, num. 18.Ita enim dicimus pupil-
larem comprehenſam ſub breuiloqua dici expreſſam verbis
generalibus, & ob id excludere matrem vt probat tex.l. Lu-
cius.ff.de vulg.vbi glo.& ibidem Alexan.& Iaſon,nu. 13. qui
communem eſſe opinionem teſtantur.

Secundò affertur text.d. l. vltim. C. de inſt. & ſubſt. quo
24 probatur, tunc demum tacitam † pupillarem non excludere
matrem, quando illa reperitur inſtituta & data cohæres filio
pupillo. Id quod ſignificat Iuſtin. qui ea ratione vſus eſt, *ſi
enim*( dixit ille ) *& ſuæ ſubſtantiæ partem vxori dereliquit,multò
magis luctuoſam hæreditatem ad matrem venire curauit.*&c Ergo
à ſenſu contrario quando mater non fuiſſet inſtituta cohæ-
res, tacita pupillaris eam excluſiſſet, ſicuti expreſſa. Nam
tunc ceſſaſſet illa affectio, quam priore caſu teſtator oſten-
dit,eam inſtituendo in dimidia. Reſpondet Riminaldus Iu-
25 nior in d.l.precibus,numer. 72. cùm dixit, † argumentum à
ſenſu contrario non poſſe ſumi. Quando alia iura repu-
gnant,ſicuti ſcribunt omnes in l. 1. in prin.in vlt. notab. ff.
de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. Repugnat inquam d.l.
precibus.

Præterea & ſecundò reſpondetur d l.vlt. nõ probare opi-
nionem hanc quod ſatis manifeſtè ſic demonſtrari poteſt.
26 Teſtator † pro dimidia inſtituerat, poſthumum naſciturum:
& pro alia dimidia matrem ipſius poſthumi:Deinde dixit,&
ſi poſthumus non naſcetur, ei ſubſtituo Caium. Euenit,
quod poſthumus ille natus eſt : & qui quidem deceſſit im-
pubes. Dubitatum fuit, an ſubſtitutus deberet admitti : vel
mater. Diffinit Iuſtinianus matrem admitti debere eo in ca-
ſu.Et quò clarius controuerſiam terminaret ipſe Iuſtinianus
tres caſus propoſuit & diffiniuit. Primus eſt, quando ille
poſthumus non eſt natus, eo caſu ſubſtitutus ſuccedit, quia
caſu euenit ſecundum diſpoſitionem teſtatoris. Secundus
eſt caſus,quando poſthumus natus eſt. Sed mater ante eum
decedit. Hoc etiam caſu locus eſt ſubſtitutioni.Duo ij caſus
diffiniti fuerunt à Iuſtiniano in vltimis verbis d. l. vlt. Ter-
tius eſt caſus, quando natus eſt poſthumus, qui adita hære-
ditate,deceſſit impubes, matre cohærede ſuperſtite. Hoc ca-
ſu decidit Iuſtinianus matrem debere admitti excluſo ſub-
ſtituto. Et multiplici ratione diffiniuit Iuſtinianus ſubſtitu-
tum excludi, & matrem admitti. Vna fuit, quia non euenit
caſus diſpoſitus,à teſtatore, ſecundum quem vocatus fuerat
27 ſubſtitutus:ob id fundata erat intentio matris, quæ † ab in-
teſtato ſuccedere ſolet filio.l.ſcripto.in fine.ff. vnde liberi,&
l.nam & ſi parentibus in princip.ff.de inoff.teſtam.ſatis ergo
fuerat matri dicere illi, tu non es hoc in caſu vocatus : &
propterea quò ad te liberas ædes habeo ; iuxta illud vulga-
tum l.loci corpus.§ pen.ff.ſi ſeruit. vend. Hac itaque ratione
inſpecta caſus.d. l.vlt.ad tacitam hanc ſubſtitutionem pupil-
larem non pertinet : quia ille ſubſtitutus non fuit ſub ea vo-
catus. Secunda ratione vſus eſt Iuſtinianus quod etiam ſi
concedimus ſubſtitutum illum dici potuiſſe vocatum tacitè,
ex ea pupillari tacita compræhenſa in illa vulgari expreſſa,ſi
poſthumus natus eſſet, & hæres non extitiſſet, attamen ma-
ter magis dilecta fuit : eo qui fuit cohæres inſtituta cum ip-
ſo poſthumo naſcituro, & ex cõiectura voluntate teſtatoris
28 mater præfertur.Tertia eſt ratio,quia † agitur de luctuoſa hæ-
reditate filij,quæ ratione miſerationis ad matrem peruenire
debet. d. l. ſcripto. In hac poſtrema ratione fundamentum
etiam feciſſet Iuſtinianus, etiam ſi mater data non fuiſſet
poſthumo cohæres. Quandoquidem dixit Iuſtinianus argu-
mentando à fortiori, ſi teſtator voluit partem propriæ ſub-
ſtantiæ vxori matri poſthumi relinquere, multò magis præ-
ſumitur voluiſſe relinquere portionem filij.Non ſumpto ar-
gumento à fortiori,ideſt,quando teſtator nil reliquiſſet vxo-
ri ſuæ:attamen ſumeretur argumentum à poſitiuo, hoc eſt,
quòd teſtator voluerit magis matrem admitti ad luctuoſam
filij ſucceſſionem, quàm ſubſtitutum illum. Et rurſus cum
tres ſint rationes, etiam ſi vna ſola, cæteris ceſſantibus, ad-
eſſet, locus eſſet diſpoſitioni. §. affinitatis, in Inſtitutio. de
nuptijs.

29 Tertiò † perpendi ſolet tex.l.iam hoc iure.ff. de vulgar. &
pupil.ſubſti.vbi duos tantùm caſus excipit Vlpianus,in qui-
bus tacita pupillaris non comprehenditur ; Vnum ob perſo-
narum imparitatem:alterum quando conſtaret de teſtatoris
voluntate.De matre autem nullum verbum, ex quo ſignifi-
catur eam contra matrem locum habere debere.

Cęterùm omiſſa reſponſione Soc.Iun. ind.l.Centurio nu.
114.ac etiam illa Riminaldi Iun.in d.l.precibus nume.76.re-
ſpondetur,quod nullum verbum de matre fieri potuit,an ſci
licet excluderetur, vel nõ per pupillarem tacitam:quia de ef-
fectu pupillaris non agebatur,ex quo nulla à teſtatore facta
30 fuerat,ſublata enim ſubſtantia † actus,non eſt de effectu ip-
ſius diſputandum. Hæc interpretatio manifeſtius probatur
ex l.2 & l.quamuis.C.de impube. & aliis ſubſt.vbi mater fuit
ſuperſtes filio pupillo,& ob inæqualitatem, reſponſum fuit
teſtatorem pupillariter non ſubſtituiſſe;atque ita matrem
non fuiſſe in conſideratione.Non conſideratur ibi qualis ſit
31 effectus tacitæ pupillaris ; quia non entis † nullæ ſunt quali-
tates l.eius, qui.ff.ſi certum pet.Nec ſequitur quod dicebat
Decius,quod ſi filij illi fuiſſent omnes impuberes, pupillaris
tacita fuiſſet compræhenſa ſub vulgari expreſſa ad excluſio-
nem matris.Non inquam hæc ſequitur. Nam ſi fuiſſent om-
nes impuberes,facta diceretur & tacita pupillaris, ſed non
hinc infertur, quod mater fuiſſet excluſa. Argumentum
32 enim † à ſenſu contrario ſumi debet ad limites verborum,
ſicuti docuit idem Dec.in l.1.in princ.in vlt.notab.ff.de offi-
cio eius.

Quartò argumentantur aliquid ex præcitata. l. iam hoc
iure ff.de vulgar.l.2.& l.quamuis.C.eo.vbi vulgaris expreſſa
33 extenditur ad pupillarem tacitam. At qui extenſio † fit cum
omnibus ſuis qualitatibus.l.ſed ſi manente.ff. de precario.
Ergo hæc tacita pupillaris habet naturam vulgaris expreſſæ,
cuius quidem natura eſt,vt mater exludatur.

Verùm reſpondetur, præter Ripam in d.l.2.in princip.n.
46.ff.de vulgar.& Riminal.Iunio in d.l.precibus,nume. 78.
34 C.eo pupillarem † tacitam contineri ſecundum ſui naturam
in expreſſa vulgari;nec natura nec qualitas vnius alteri com
municata eſt, ſed vnaquæque ſuam ipſam retinet:ſicuti vi-
35 demus † compendioſam ſubſtitutionem comprehẽdere ſub
ſe plures ſubſtitutiones,quarum naturę & qualitates inter ſe
differunt,nec vna alteri communicatur.Et ſicuti euentus tan
tùm in ſingulis earum ſpectatur,ita in his vulgari ſcilicet ex-
preſſa & pupillari tacita.Et quod natura vulgaris nõ ſit com
municata pupillari oſtendit Socinus Iun. in dicta l.Centu-
rio.nume.115.Nam alioqui ſubſtitutus per pupillarem ſucce-
deret teſtatori:nec ad bona pupilli traheretur, & expiraret a-
dita hæreditate.Quæ omnia repugnãt naturæ pupillaris.Nec
repugnat dicta l.ſed ſi manente.ff.de precario : quia (vt dice-
bat idem Soc.)non eſt illa extenſio, ſed ſolius temporis pro-
rogatio,manente eadem natura contractus precarij.

36 Quintò afferri † ſolet & hæc argumentatio, quod prædi-
lectus in primo caſu præſumitur etiam prædilectus in ſecun-
do.l.Publius.§.primo.ff.de condition.& demonſtrat. At qui
extraneus per vulgarem ſubſtitutus in eo primo caſu,in vul-
gari, ſcilicet,prædilectus eſt, atque ita antepoſitus eſt matri:
Ergo præſumitur etiam prædilectus in ſecundo caſu,nempè
in hac tacita pupillari.

Verùm reſpondetur, quod diuerſa admodum eſt ratio in-
ter ſubſtitutionem factam in primo caſu, & factam in ſecun
do. Nam in primo,id eſt, in vulgari attenditur perſona teſta-
toris,in ſecundo perſona pupilli,de cuius bonis & ſucceſſio-
ne agitur. Et propterea in hac pupillari præſumitur patrem
prouidiſſe : ſicuti feciſſet ipſemet filius,qui veriſimiliter ma-
37 trem non excluſiſſet. Et accedit,quòd † teſtator difficilius de
rebus hæredis diſponit quàm de propriis, vt reſponderunt
Bald.in conſi.239.Laurentius verſic. modo quæritur.lib.2.&
Craue.in conſi.144.num.8.quos ſecutus ſum in conſi.86. nu.
1.lib.1.& idem ſenſit Bart.in l.ſerui electione.§.vlti. de leg.2.
Et ad rem facit text.l.vlt.C.de inſtit.& ſubſti.à ceſſante cau-
ſa fauoris dum dixit, quod ſi teſtator vxori ſuæ reliquit par-
tem ſuorum bonorum,multò magis præſumitur ei reliquiſſe
bona eius filij, quæ ipſi matri materno fauore, ob quandam
miſerationem debentur.

38 Sextò & vltimo † ſic nonnulli ſunt argumentati. Eadem
eſt interpretatio ſumenda in pupillari tacita, quæ eſt in ex-
preſſa. Cum vtraque proueniat à voluntate teſtatoris. Atqui
lex interpretatur per pupillarem expreſſam matrem excludi,
& ei ſubſtitutum præferri, vt diximus ſuprà. Ergo eadẽ ſumi

debet interpretatio, quod excludere voluerit matrem ipſam
per pupillarem hanc tacitam.
Cæterùm paucis reſpondetur, in pupillari expreſſa appa-
rere declara mente & voluntate teſtatoris. In tacita verò non
conſtat. Et hæc tacita interpretari debet à veriſimili, quod
eſt, teſtatorem noluiſſe excludere matrem pupilli: cùm nec
ipſe pupillus veriſimiliter eam excluſiſſet. Et præterea, ſi ad-
39 mitteretur argumentatio, ſequeretur, quod par † eſſet virtus
taciti & expreſſi, iuxta. l. cum quid. ff. ſi certum peta. quod ta-
men hoc in caſu falſum eſt, ex quo agitur de matris excluſio
ne, iuxta declarationem Aret. in l. 2. in fine prin. ff. de vulga.
& pup. ſub. & Cur. Iun. in d. l. cum quid num. 15. verſi. octauus
caſus poſt gloſ. l. generaliter. §. cum autem in verbo ſobole.
C. de inſti. & ſubſti.
His intelligimus verã eſſe receptam illam ſententiã, ma-
trem nõ excludi per tacitã pupillarem. Et multò magis locũ
habet hæc opinio, quando mater data eſt cohæres ſubſtituto,
iux. ſenſum, l. vlt. C. de inſtit. & ſubſt. de qua diximus ſupra.
Receditur tamen ab hac ſententia, quando † extant con-
40 iecturæ, quibus colligitur, teſtatorem voluiſſe excludere ma
trem hanc. Et quamquam Bartolus in l. 2. in princip. nume.
40. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. quatuor tantùm præcipuas con
iecturas conſiderare videatur: & alias nonnullas adiunxerint
recentiores in d. l. 2. & Mantica de coniecturis vltimarum
volunta. lib. 5. tit. 15. attamen & nos alias commemorabimus.
ac paulò diligentius explicabimus.
41 Prima † eſt coniectura, quæ ducitur ex dictis extra teſta-
mentum, vt puta, ſi teſtator antequam conderet teſtamen-
tum dixit, ſi filius meus moreretur impubes, nollem eius ma
trem aliquid habere, ne obolum quidem. Ita Barto. in d. l. 2. in
prin. num. 40. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Rip. num. 52.
& Soc. Iun. nume. 112. Quibus accedunt Coraſius in l. precib.
num. C. de impub. & aliis ſubſt. & ibidem Riminal. Iun. num.
140. qui alios plures congerit. Illis addo Butr. in conſi. 53. col.
2. Soci. Sen. in conſi. 23. num. 9. lib. 1. & Ruyn. in conſil. 4. in fi.
lib. 1. in conſ. 73. nu. 15. lib. 2. & in conſ. 10. num. 10. lib. 5. Ea ra-
42 tione vſi ſunt, quòd tacita ipſa † ſubſtitutio pupillaris obſcu
ra & dubia declaratur atque interpretatur à verbis antea pro
latis: ſicuti cæteris in actibus dubiis obſeruari ſolet. l. quoties
§. 1. ff. de hære. inſtit. l. ſi quis in fundi vocabulo. de leg. 1. & in
l. Titia. §. 1. ff. de verb. obli. melius forte conferunt l. ſi ſeruus.
plurium. §. vltim. de leg. 1. vbi gloſ. & Docto. & l. triticum, de
43 verb. oblig. & accedit, quod voluntates † morientium ex vo-
luntate & arbitrio viuentium colligi ſolent. l. quoniam deſi-
deria. C. de nat. lib.
Cæterum diſſentiunt ab hac opinione Politus in tracta.
de ſubſtitut. in tit. de vulga. part. 6. num. 42. & Zaſius in tract.
de ſubſtit. in tit. de pupillari, num. 28.
Primò ea ratione, quod verba illa à patre teſtatore prola-
ta ante teſtamentum præſumuntur prolata calore iracundiæ
& odio quodam, quod forte gerebat erga eius vxorem. Et
propterea factum ipſius teſtatoris nõ debet nocere vxori re-
ſpectu ſucceſſionis bonorum filij. argu. l. qui cum maior. §. is
demum. verſic. ſi tamen. ff. de bonis libert. Reſpondetur præ-
ter alios, non præſumi odium, cum ſit delictum. l. meritò. ff.
pro Socio. & l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. Et in dubio verba
44 † debent ſumi & interpretari in meliorem ac benigniorem
ſenſum, cap. 2. ex. de reg. iur. Huc pertinet quod ſi quis dicat,
ſe velle ſumere vindictam de illata ſibi iniuria, interpretatur
hæc verba, quod auctoritate & manu iudicis, id faciet Alex.
in conſi. 188. colum. 3. lib. 7. & Craue. in conſil. 151. num. 18. qui
retulit ſimile ex Bald. in conſil. 98. Bethonus, colum. 2. lib. 1.
quod ſi quis dixit, ſe expulſurum occupatorem domus, in-
telligitur non vi armata, ſed iudicis auxilio. Ita ergo & verba
hæc à teſtatore prolata præſumi debent, quod iuſtis de cau-
ſis vellet ad matrem nil peruenire ex bonis filij decedentis
in pupillari ætate.
Secundò motus eſt Politus, quod & ſi teſtator protulit ea
verba ante teſtamentũ, attamen præſumitur ab eis receſſiſſe,
condendo teſtamentum, ex quo potuit expreſsè eam priuare
faciendo pupillam expreſſam, & non fecit. Præſumitur ergo
mutaſſe voluntatem. Nec ſatisfacit reſponſio Riminaldi
Iun. in dicta l. precibus, numero 246. diſtinguentis, quod
aut incontinenti, aut ex interuallo factum ſit teſtamentum,
vt ſi incontinenti, non præſumatur mutata voluntas: ſecus
45 ſi ex interuallo. Nam falſum eſt, quod † voluntatis mutatio
præſumatur ex interuallo, cùm verius ſit præſumi continua-
tam. l. ſancimus C de teſtamen. vbi Iaſon in tertio notab. &
explicat Alciatus in Tracta. de præſump. reg. 2. præſump. 16.
num. 1. Rectius itaque reſponderi poteſt teſtatorem nil ex-
preſſiſſe in teſtamento, non feciſſe inquam ſubſtitutionem
pupillarem expreſſam, quia exiſtimauit, ſe voluntatẽ ſuam
declaraſſe ex prolatis iam verbis, à quibus receſſiſſe non
46 apparet. Eſt etiam hic † annotandum, prædicta verba à te-
ſtatore prolata extra teſtamentum probari ſatis poſſe duo-
rum teſtimonio. Ita in ſpecie reſpondit Corne. in conſil.
229. col. penul. libr. 2. quem ſecutus eſt Pariſ. in conſil. 34. nu.
36. lib. 2. Et conferunt ſimilia, quæ congeſſi ſupra lib. 1. q. 51.
Secunda eſt coniectura, quæ ſumitur ex verbis † prolatis
47 in teſtamento vt putà, ſi teſtator dixit, relinquo vxori meæ
centum, & volo, quod ſit tacita & cõtenta, nec poſſit amplius
aliquid petere ex bonis meis vel ſi notarius loquendo in
perſonam ipſius dixit, non poſſit quid plus in bonis ſuis
petere. His enim verbis videtur voluiſſe teſtator ipſam ma-
trem excludere & præferre ſubſtitutum ex tacita pupillari.
Ita Bartol. in d. l. 2. in princ. nu. 41. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.
quem multi ibidem ſecuti ſunt, ſicuti communem eſſe aſſe-
ruit ibi Iaſon, nu. 37. qui dixit, non eſſe ab hac recedendum
in iudicando, & reſpondendo. Eiuſdem ſententiæ addo
Calcaneum in conſil 48. num. 8. verſ. ſecundò dicit, Iaſo. in
conſil. 132. colum. penul. lib. 1. & in conſil. 61. numer. 9. libr.
3. & Socin. Sen. in conſil. 23. nume. 10. lib. 1. Ruinum in conſil.
218. numer. 21. lib. 6. & in conſil. 68. colum. 4. verſic. ſecundo
idem probatur. libr. 4. Decium in conſil. 332. in fine: Rolan-
dum in conſil. 69. in fine libr. 1. & Simonem de Prætis in
conſil. 61. numer. 37.
Cæterùm † cum Barto. diſtinguo duos caſus. Primus eſt,
48 cùm verba hæc, quod ſit tacita & contenta, &c. ſunt appoſita
in legato præſtando ab ipſo pupillo. Hoc caſu (ait Bartolus)
non fit præiudicium matri, quin poſſit conſequi quæ ſibi
obueniunt ex ſucceſſione filij, qui deinde ante ſe moritur.
Ita probat tex. l. Paulo Callimacho. §. 1. de leg. 3. qui notabilis
eſt ſecundum Ro. in ſing. 585. Secundus eſt † caſus, quando
49 hæc verba, quod prædicta mater ſit tacita & contenta, &c.
ſunt appoſita in legato præſtando ab illo, qui fuit ſubſtitu-
tus ipſi pupillo. Hoc enim caſu mater excluditur ab hoc ſub-
ſtituto, atque ita nil ex ſucceſſione, quæ mortuo pupillo ob-
uenire ei poterat, conſequitur.
Primò quia præſumitur teſtatorem ita legando voluiſſe
in reſiduo ſubſtitutum ipſum ſuccedere, excluſa matre. l.
peto. in princip. de leg. 2. vbi Caſtrenſis declarat. & tradit idẽ
Bartolus in l. Lucius. §. ſi duo numer. 3. verſic. tertiò obſtat. ff.
de hæred. inſtit.
Secundò motus eſt Bartolus ex l. fideicommiſſa. §. ſi quis
ita, vbi idem Bart. de leg. 3.
Cæterùm contrariam opinionem probarunt Iaſon in d. l.
2. in prin. nume. 37. ff. de vulg. & ibidem Socinus Iunior, num.
113. & Ripa. num. 52. & apertius Politus in Tracta. de ſubſti-
tutio. in titul. de vulgari. in ſexta particula. nume. 43.
Primò ea † ratione vſi ſunt, quod verbis quantumuis gene-
50 ralibus non excluditur petitio legitimæ. l. ſi quando. §. & ge-
neraliter. C. de inoff. teſtam. & §. Cæterùm, in Authen. vt cũ,
de appella. cogno. Ergo verba hæc matrem non excludunt.
Verùm reſpondent ipſimet Iaſon & Politus, d. §. & generali-
ter & d. §. Cæterũ, loqui de legitima debita filio, qua filius à
patre priuari nõ poteſt. Diuerſum eſt à noſtro in hac legitima
debita matri ex bonis filij, quam auferre ab ea poteſt pater,
ſubſtituendo pupillariter filio, ſecundum receptam Docto-
rum opinionem ex illa. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff.
de inoff. teſtam. & ex cap. 1. §. vltim. de teſtam. in 6. Hæc re-
ſponſio rectè procedit, ſi retinemus eam opinionem com-
munem, quod mater priuari poſſit legitima prædicta: ſed ſi
ſequimur ſententiam eorum, quam veriorem eſſe aliquando
diximus, priuari matrem non poſſe, dicendũ eſt, quod legatũ
hoc cenſetur factum in cõpenſationem ipſius legitimæ cùm
51 compenſandi † animus præſumatur in teſtatore, qui legauit
creditori ex cauſa neceſſaria. l. huiuſmodi. §. cùm pater. ff. de
leg. 1. & latè diſſeremus infrà hoc libro in præſump.
Et



52 Et ideo † ſi legatum erit minus ipſa legitima, petere pote-
rit mater ſupplementum ipſius legitimæ iuxta. l. omnimodo,
vbi Docto. C. de inoffic. teſta. Retenta tamen communi opi-
nione, de qua nunc non diſputamus ceſſat argumentum.
53 Secundò affertur † argumentum, quod facultas conceſſa
patri, vt poſſit filio pupillo ſubſtituere eſt quædam diſpenſa-
tio contra communes iuris regulas, l. 2. in princip. ff. de vulg.
54 & pupil. ſubſtit. At qui diſpenſationes † odioſæ ſunt, & ob id
ſtricte interpretantur. cap. 1. in fine de filiis præſbytero & cap.
ordinarij de officio ordina. in 6. vbi gloſſ. in verbo, diſpenſa-
tionem. Ergo ſubſtitutio hæc debet intelligi ſolum quando
clarè conſtat patrẽ ſubſtituentem pupillariter voluiſſe exclu-
dere matrem pupilli. Id quod non contingit in caſu noſtro,
in quo non apparet manifeſte teſtatorem voluiſſe excludere
ipſam matrem.
Verùm reſponderi poteſt, vt ſuprà dictum fuit, imò hanc
facultatem, quod pater poſſit pupillariter ſubſtituere filio, nõ
55 eſſe † odioſam, ſed fauorabilem. l. ſi pupillus, la. 1. ff. de acquir.
hæred. & l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam. & ſcribunt poſt alios
Socinus Iunius in conſil. 95. numer. 19. & in conſil. 121. num.
12. lib. 1. & in conſ. 4. num. 11. lib. 3 & Sigiſmundus Lofredus
in conſ. 7. num. 54.
Tertiò mouetur Ripa ex textu. l. Paulo Callimacho §. 1. de
leg. 2. Verùm miror Ripam non aduertiſſe Bartolum in d. l. 2.
num. 41. citaſſe ac intellexiſſe reſponſum illud, quando lega
tum relinquitur præſtandum ab ipſo pupillo. Quo in caſu (vt
dicimus ſupra) mater non cenſetur excluſa.
Quartò vſus eſt ea ratione Socinus Iunior in d. l. 2. numer.
56 114. quod inconueniens ſit † verba teſtatoris diſponentis de
propria hæreditate trahi ad hæreditatem & bona filij, de qua
non cogitauit diſponere: quia non credidit filium debuiſſe
mori in pupillari ætate. At qui quando teſtator protulit hæc
verba, quòd ſit tacita & contenta, &c. non diſponebat de bo-
nis pupilli: nec ei quærebat hæredem: ſed faciens ſubſtitutio-
nem vulgarem, ſibi ipſi hæredem faciebat, & de ſuis bonis di-
ſponebat. Ergo hæc verba non trahuntur ad hæreditatem &
bona pupilli, vt illis priuetur mater. Cæterum reſpondetur,
maiorem illam propoſitionem eſſe falſam. Nam & ſi teſtator
diſponebat de propria ſubſtantia, ſubſtituendo vulgariter pu-
pillo: attamen ſub illa expreſſa vulgari continetur tacita
pupillaris, qua teſtator deinde dicitur diſponere de bonis
pupilli.
Quintò argumentatur Politus præcitato in loco quòd te-
ſtator vſus eſt his verbis, quòd mater non poſſit petere quid
57 plus de bonis ſuis. Hæc † verba, de bonis ſuis, referuntur ad
perſonam teſtatoris, iuxta traditionem gloſſæ in l. ex facto, in
prin. in verbo, ſua. ff. ad Trebell. vbi Bartolus & Ripa, num. 5.
& confert textus in l. cum ita de auro, & argento lega. Marſil.
in ſing. 21.
At qui cùm de bonis ſuis loquitur teſtator, non debent in-
telligi de bonis extrinſecis, iuxta, l. qui Romæ. §. duo fratres.
ff. de verbor. oblig. vbi Bart.
Ergo hæc verba non poſſunt dici relata ad bona pupilli, de
quibus diſponere dicitur pater quando pupillariter ſubſtituit.
Reſponderi poteſt, maiorem illam propoſitionem veram
non eſſe, quia quando teſtator voluit legatum præſtari à ſub-
ſtituto ipſius pupilli, & ſubiecit illa verba, & quod ſit tacita
& contenta, & non poſſit petere plus ex bonis ſuis. Hæc ſanè
verba ad immediatam perſonam pupilli, cui is eſt ſubſtitutus,
referuntur. Et propterea teſtator ſenſit de bonis iam peruen-
tis ad ipſum pupillum, cui ſuccedit ſubſtitutus, ex ſubſtitutio-
ne pupillari tacita. Et ad rem hanc confert text. cap. 1. de na-
tura ſucceſſ. feudi iuxta declarationem Ripæ in d. l. ex facto
in princ. num. 7. in fine. ff. ad Trebell.
58 Tertia eſt † coniectura, quæ pariter ducitur ex verbis te-
ſtamenti, vt ſi teſtator dixit: relinquo centum vxori meę, do-
nec vitam vidualem ſeruauerit. Ea ergo muliere nubente,
cenſetur non ſolum legato priuata, ſed & à ſucceſſione filij
pupilli excluſa. Ita Bartolus in d. l. 2. in princ. numer. 42. ff. de
vulga. & pupil. ſubſtit. Idem eſt, ſi teſtator dixit, relinquo cen-
tum vxori meę, ſi non nupſerit, vt docuit Baldus in l. preci-
bus, numer. 13. vel ponamus, quod. C. de impub. Non enim re
ipſa vnus loquendi modus ab altero diſtat, vt ſenſit Alex. in d.
l. 2. num. 34. ff. de vulga. & ſi Ripa ibi num. 56. viſus ſit ſentire
caſum Baldi differre ab illo Bart. Et Bartolum ſecuti ſunt ma-
gis communiter Doctores, ſicuti teſtantur Iaſ. & Ripa in d.
l. 2. ff. de vulga. ille numer. 38. iſte, num. 52. & Socinus Iunior
ibidem numer. 115. Cæterum, cum Barto. traditio ſit non pa-
rum obſcura, dicendum eſt prius, Bartolum ſic argumentari
voluiſſe. Hoc legatum, donec vidua erit, vt ſucceſſiuum &
multa comprehendens tempora præſtandum venit tam à
ſubſtituto pupilli, quàm ab ipſo pupillo. At qui quando lega-
tum eſt præſtandum à ſubſtituto pupilli, & mulier nubit, ipſa
mulier priuatur legato ad commodum ſubſtituti: Ergo mu-
lier priuatur etiam ſucceſſione filij. Illam maiorem propoſi-
tionem rectè probauit Bartolus ex l. ſi fundum ſub conditio-
ne. §. ſi paterfam. de leg. 1. & ex l. non ſolum. §. ſi liberationis.
ff. de lib. lega. Et licet à Bartol. in hoc diſſentiat Aretinus in
d. l. 2. in fine princip. ff. de vulga. attamen illo in loco Ripa,
num. 55. ſatisfacit conſiderationi. Illa verò minor propoſitio:
quod ſcilicet, legatum factum vxori donec vidua erit, ea nu-
bente extinguatur, à Bart. & aliis non ſatis concludenter pro-
59 batur. Crediderim ego probari ea ratione quia † datum ſub
conditione ea non exiſtente cenſetur ademptum. l. 3. §. condi-
tio. & l. ſi legatum, ff de adimen. leg. & l. aliquando. ff. de con-
dit. & demonſtr. Et ideò dicimus, quòd repudians conditio-
nem dicitur repudiare legatum ſub illa relictum. Decius in l.
omnia in 3. notab. ff. ſi certum peta. Et accedit, quod legatum
factum mulieri donec erit vidua, eſt quoddam legatum ſu-
ſpenſiuum & ita ad tempus, ſicuti ſignificat illa dictio, donec.
Baldus. in l. penult. ff. de excuſ. tuto. & Boërius. q. 44. nu. 38. Il-
lo ergo viduitatis tempore finito, ceſſat ipſum legatum. Nam
60 † conceſſum ad tempus poſt tempus cenſetur prohibitum. l.
Supereſt probare conſequentiam illam, quam fecit, & non
probauit Bartolus cùm dixit: mater hæc nubens perdit lega-
tum: Ergo etiam filij ſucceſſionem, ſicque per pupillarem ta-
citam excluditur. Hæc ſanè conſequentia probari poſſe vide-
61 tur ea ratione prima, quod † ita à voluntate teſtatoris pendet
excludere matrem à ſucceſſione filij pupilli, vt à legato, cap.
1. in fine de teſtam. in 6. & dicemus infra, eſſe ſpectandam te-
ſtatoris, non autem pupilli affectionem. At qui ſi teſtator vo-
luit matrem per tranſitum ad ſecundas nuptias excludi à le-
gato & ſic à iure iam quæſito: Ergo etiam voluiſſe dicitur,
eam excludi à ſucceſſione filij acquirenda, iuxta. l. quia au-
tem. ff. de his, quæ in fraud. cred. Cæterùm, exiſtimo hoc ar-
62 gumentum non eſſe ſatis ſolidum: quia ſucceſſio filij † eſt
quid quodammodo debitum matri. l. ſcripto. in fine. ff. vnde
liberi. & l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. legatum verò eſt merè lu-
crum, l. ſi hæreditatem. ff. mandati. Non ergo ab vno ad aliud
videtur poſſe argumentari. Secundo itaque & melius proba-
tur hæc conſequentia ex eo, quod eadem eſt cauſa, vt mater
priuetur ſucceſſione filij, qua & legato. Nam tranſeundo ad
ſecundas nuptias ſicuti contriſtat animam defuncti mariti. §.
quo verò, in Auth. de nuptiis: Ita etiam infert iniuriam filiis,
§. ſin autem tutelam in Auth. de nuptiis, & §. proſpeximus in
Auth. de non eligendo ſecun. nuben. Roman. in conſ. 219. nu.
2. & Socin. Sen. in conſ. 56. num. 5. lib. 3. Ergo ſicuti eam pri-
uatam eſſe voluit teſtator legato, ita & ſucceſſione filij, cùm
totum pendeat à præſumpta ipſius teſtatoris voluntate. Ter-
63 tiò † accedit, quod pater dicitur facere teſtamentum nomine
filij & eius perſonam ſuſtinet. §. 1. in inſtitut. de pupil. ſubſt. &
dicitur facere quod ipſe filius feciſſet. At ſi filius feciſſet te-
ſtamentum, voluiſſet matrem ad ſecunda vota tranſeuntem
ſibi non ſuccedere: Ergo idem dicitur voluiſſe patrem confi-
ciendo teſtamentum pro filio. Illa minor propoſitio ea ratio-
64 ne probatur: quod † mater (vt diximus) tranſeundo ad ſecun-
da vota infert iniuriam filio. Atqui ſicuti in legato generali
non continetur perſona odioſa teſtatori, l. lucius Titius teſta-
mento, la. 1. §. Lucius Titius Damam. de leg. 2. & reſpondi in
conſil. 30. numer. 15. lib. 1. ita nec filius voluiſſet matrem ſibi
odioſam & inimicam ſuccedere. Et confert quod infrà in
quinta coniectura dicemus.
65 Extenditur † hęc coniectura, vt locum habeat etiam, quan-
do teſtator nihil dixit de ſecundis nuptiis. Nam adhuc vxor
ipſa ſecundo nubens excluditur per hanc tacitam pupillarem.
Ita Angelus in l. precibus. colum. 2. & ibidem. Decius nume.
16. verſ. & retenta opinione. Corn. in conſil. 28. lib. 4. & alios
nouè refert Io. Marcus Aquilinus in l. Centurio in quarta par-
te. num. 198. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Et prædicti Doctores lo-
quuntur etiam de pupillari comprehenſa ſub compendioſa

facta à pagano verbis communibus. Qua de re dicemus infrà in præſumpt. 53. in ſeptima coniectura. Eſt ratio efficax, quia non eſt præſumendum, quod teſtator voluerit ſuccedere, hanc mulierem, quæ ſibi & filiis iniuriam intulit, eiſque odioſa facta eſt. Et exiſtimo hanc eſſe veriorem opinionem, & ſi ab ea diſſentiant Aret. in d.l.2.nu.10.ff.de vulg. vbi Imola, Alex.nu.33. Iaſ.nu.39. Ripa.nu.53. Corn. ſibi contrarius in conſ.322, col.vlt.lib.3 & alij relati à prædicto Aquilino.

66 Quarta eſt † coniectura ducta ex verbis teſtamenti: vt ſi dixerit teſtator, pleno iure ſubſtituo filio meo, &c. Nam his verbis ſignificat teſtator, ſe excludere matrem per tacitam pupillarem. Ita in ſpecie reſponderunt Bart. in conſil.15. Pater habens, in fine lib.1. Butrius in conſil.53.num.2.& Simon de Prætis in conſil.61.num.39. Ea eſt ratio, quia hæc verba, pleno iure, ſignificant, in totum, integraliter, & ſine aliqua diminutione, vt probat.l.ſeruos autem de leg.3.& l.generaliter. ff.qui & à quib.& in cap.querelam de elect. Si ergo vult bona integraliter deuenire ad ſubſtitutum: Ergo mulier nil conſequi poterit. De vi clauſulæ pleno iure, ſcripſi conſ.1.nu.139. quo loci retuli Nattam conſil.501. num.52.libr.3. qui ſimilia permulta congeſſit.

67 Quinta eſt † coniectura, ducta à conditione matris, vt ſi eam teſtator odio proſequebatur: quippè quæ vel adulterium, vel quid ſimile aduerſus mariti honeſtatem perpetrauit. Hoc caſu, ait Bart. in d.l.2.in princ.numer.42.de vulg. ſumitur coniectura, teſtatorem voluiſſe eam excludere, per hanc tacitam pupillarem. Cuius quidem opinionis fuit Guilielmus Cuneus referente Bartolo. Et cum his eſt magis recepta opinio, vt ſcribunt Ripa in d.l.2.num.57. Ruyn. num.67.& Soc. Iunior.num.116. Ea ratione mouetur Bart. Nam odium, & inimicitia, quæ intercedunt inter teſtatorem & legatarium efficiunt, vt præſumatur à teſtatore reuocatum legatum.leg. 3.in fine.ff.de adim.leg. Ergo & odium hoc operatur, vt præſumatur teſtatorem noluiſſe aliquid relinquere, ſed potius excludere per tacitam pupillarem. Et melius ſententia hæc probatur in l.lucius Titius teſtamento la. 2.§. lucius Titius Damam: ff.de leg.2. vbi in legato generali & fauorabili non continentur perſonæ, quas teſtator odio proſequutus eſt, & ex illo textu egregia ſcripſi in conſil.30. num.15.libr.1. Nec huic rationi atque argumentationi repugnat, quod ait Politus in Tract. ſubſtitutio tit. De vulgari part. ſexta.numer.45. quod tex.d.l.3.§.vlt.& illi ſimiles, loquuntur, cum legatarius conſequitur legatum ab eo, cum quo deinde inimicitiæ interceſſerunt. Nos verò loquimur eo caſu, quo mater habet ſucceſſionem filij, cum quo nulla eſt inimicitia. Imò de ma-
68 tre filius † ſuſpicari nil debet: cum eius perſona ſancta & honeſta ei debeat videri.l.liberto.ff. de obſeq. liber.præſt. Non inquam hæc Politi conſideratio officit. Nam licet noſtro in caſu mater habeat ſucceſſionem filij, eam tamen habet ex diſpoſitione patris à cuius voluntate pendet, an voluerit matrem ſuccedere, vel excludi. Et ideò ob odium, quod contra eam habet, præſumptio ſumitur, quod voluerit eſſe excluſam: quemadmodum præſumptio eſt, teſtantem voluiſſe reuocare legatum iam ei factum. Non etiam vrget illa dubitatio, quam excitat Ripa in d.l.2.num.57.verſ. ſecundò Bart. ſiquidem ab ipſomet Ripa diſſoluitur & quem probo.& aliter etiam ſatisfacit ibidem Ruynus.numer. 67. Porrò hoc odium atque ita
69 hæc coniectura † probari ſatis poterit teſtimonio duorum teſtium ſicuti ſcripſi ſupra lib.1.quæſt.51.in ſecundo caſu.

70 Sexta eſt coniectura ducta etiam † à conditione perſonæ ipſius matris: vt ſi mater non petiit tutorem dari filiis, dum ad ſecundas nuptias tranſiuit: quo caſu priuatur ſucceſſione filij, l.2.§.ſi mater.ff.ad Tertull. quod procedit etiam ſi à patre ipſo ſit ipſi filio impuberi ſubſtituta. §. ſi autem tutelam. in Auth. de nuptiis. Et ideò, ſublato matris impedimento, ſubſtitutus ſuccedit. Ita Bartolus in d.l.2.in princip.numer.43.& ibidem Alex.num.34.in fine. Ripa.numer.58.& Socinus Iunior in fine, qui eiuſdem opinionis recenſent Baldum in l. precibus, numer.16.C.de impub.& alij ſubſtit. Salicetum & Fulgoſium in l.vltim.C.de inſtitutio & ſubſtitutio. Ea eſt hu-
71 ius ſententiæ ratio quod † ceſſante cauſa impedimenti quo ſubſtitutus excludebatur, ceſſat impedimentum, l.& ſi contra.C de nupt. latè Tiraquellus in Tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus parte prima, numer.118. At mater illa erat quæ ſubſtitutum impediebat. Ergo matre ſublata ſubſtitutus admittitur. Huc etiam facit text. in l.vltim. in fine.C.de inſtitut. & ſubſtitut.

Nec repugnat conſideratio Ripæ in d.l. 2. numer.58. cùm dixit, coniecturam hanc non eſſe abſolutè veram, quod, ſcilicet hoc modo matre excluſa, admittatur ſubſtitutus, quia ſi adeſſet auia illa ſuccederet, excluſo ſubſtituto, iuxta communem Doctorum ſententiam, de qua teſtatur idem Ripa in d. l.2.numer.48. Nam reſpondetur huic obiectioni, Bartolum & ſequaces loqui, quando ſola mater erat impedimento, & idem eſſet quando fuiſſet impedimento auia, quæ deinde excluderetur ſimilem ob cauſam. Non etiam repugnat, quod ait idem Ripa, quod hæc coniectura non videtur prouenire à diſpoſitione teſtatoris, ſed ipſius legis, quæ matrem ea ſucceſſione priuauit. Nam reſpondetur teſtatorem voluiſſe matrem præferri ſubſtituto, ſi modo obſeruaſſet diſpoſita à lege, atque ita tutorem filio dari petiiſſet.

72 Septima eſt coniectura † ducta etiam à conditione mulieris: vt ſi mulier poſt mortem pupilli aliquid inhoneſti egit, vt putà ſi ſtuprum commiſit, poſt mortem pupilli. Nam & hoc caſu mater excluditur per tacitam pupillarem. Ita Bartolus in d.l.2.in princip.nume.43.in fine.ff. de vulgar.& pupil. ſubſtit.& ibidem Socinus Sen.num.30.& Ripa, nume.59. qui communem eſſe ſententiam teſtatur.

Primò moti ij ſunt ex. l. fideicommiſſum. C. de fideicom.
73 quam ita perpendere voluit Socinus: Ius † quærendum facilius amittitur quàm ius quæſitum, l. qui autem, in princip. ff. de his, quæ in fraudem cred. Baldus in l. illud. quæſtio. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Decius in l.ſeruus.C. de pactis.
74 Atqui † ob ſtuprum mulier efficitur indigna, & ob id perdit ius quæſitum, d.l. fideicommiſſum & d.l.ſororem. Ergo à fortiori amittit ius quærendum, atque ita à ſubſtituto per tacitam pupillarem excluditur. Verùm eſt hic aduertendum, quod Socinus pro conſtanti præſupponit, mulierem commiſiſſe ſtuprum poſt mortem mariti, filio ipſo pupillo adhuc ſuperſtite: ex quo voluit hoc eſſe ius quærendum. Et tamen Bartolus verè loquitur quando ſtuprum fuit commiſſum poſt mortem pupilli, quo tempore ipſi matri dicitur quæſitum fuiſſe ius in bonis pupilli.

75 Secundò mouetur † Aretinus quod pro diſpoſito habetur à teſtatore id de quo ſi eo tempore cogitaſſet, vere diſpoſuiſſet, l.tale pactum.§.vltim.ff.de pactis, vbi gloſ. cum ſimilibus. Atqui ſi cogitaſſet teſtator vxorem ſuam ſtuprum perpetraturam, quocunque tempore eam excluſiſſet. Ergo hac tacita pupillari excluſa cenſetur.

Tertio accedit ſecundum Socinum Sen. quod vulgaris
76 † expreſſa continet tacitam pupillarem ex legis diſpoſitione, interpretatione tamen ſumpta à coniecturata voluntate teſtatoris, l.iam hoc iure.ff.de vulga.& diximus ſuprà, & in ſpecie excluſionis matris probat text.l. vltim.C. de inſtit. & ſubſtit. Atqui noſtro in caſu lex præſumit mentem teſtatoris eſſe, quod mulier hæc impudica & ſibi odioſa ſuccedat, excluſo ſubſtituto, arg.l.in confirmando.ff.de confirman.tuto.& melius confert.l. Lucius Titius, la 2.§.Lucius Titius Dama.de leg. 2. de qua dixi ſupra. Ergo lex coniecturam ſumit à præſumpta voluntate teſtatoris, quòd hæc ſubſtitutio vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam ad excluſionem matris.

77 Octaua eſt † coniectura, quæ ducitur à conditione perſonæ ſubſtituti, vt quando ſubſtitutus fuit magis dilectus à teſtatore quàm eius vxor pupilli mater.

Exemplum primum eſt, cum ſubſtitutus eſt eiuſdem teſtatoris filius, fraterque pupilli inſtituti. Hoc enim caſu præſumptio eſt, teſtatorem voluiſſe præferre ſubſtitutum ipſi matri. Ita affirmarunt Accurſ. in l.precibus, in glo.vltima in fine.C. de impub.& aliis ſubſtit. & ibidem Angelus & Caſtren. Bart. in l.2.in princip.num.44.ff. de vulg.& ibidem Alexan.nume. 35. Iaſon num.42.& Ripa num.60. qui communem eſſe teſtatur. Idem ſcripſerunt Calcaneus in conſil.48.num.6.verſicul. 4.idem. Lud.Bolog. in conſil.9.col.3.verſic.2. quia Riminal. Senio. in conſil.443.numer.37.libr.3. Socinus Sen. in conſil. 23.numero 9.in fine & numero 12.libr.1. Ruynus in conſilio 99.numero 10.libr.2. Decius in conſilio 315.numero 3.verſic. ſecunda coniectura, & in conſil.332. in fine. Bero. in cap. Raynutius.numero 452. de teſtamen. & ibidem Guilielmus Benedictus in verbo, ſi abſque liberis.il.2.numero 92.& Riminaldus Iunior in dict.l.precibus, numero 621.C.de impub. & aliis



& aliis ſubſtitutio. Crauet. in conſil. 141.numer.7. Emanuel Coſta in cap. ſi pater, in ſecunda parte in verbo ſuperſtite matre numer.10. de teſtamen. in 6. & Simon de Prætis in conſil. 61.num.38. Et iidem Doctores dicunt, idem eſſe in ſubſtitutione compendioſa verbis communibus facta à pagano, quæ & ſi matrem pupilli, cui eſt facta, non excludit, attamen quando ſubſtitutus eſt frater pupilli, mater ipſa excluditur: vt dicemus infra in præſumpt. vbi de dicta compendioſa agemus, in
78 ſexta coniectura. Hac in re † diſtinguendi ſunt tres caſus vnà cum Socino Sen. in dict.l.2. in princ.numero 30.ff. de vulga. & pupil.ſubſtitut. Primus eſt quando frater ſubſtitutus eſt ſolummodò vterinus. Hoc in caſu clarum eſt, quod mater non excluditur. Quandoquidem ceſſat ratio illa affectionis, qua moueri potuit pater teſtator ad anteponendum filium ſuum propriæ vxori. Hunc caſum à Socino firmatum probarunt Ruynus in dict.l. 2.in princip.numer.68.verſic. primus eſt, ff. de vulg.& pupil.ſubſtit. Bero. in cap. Raynutius.numer.455. de teſta.& Riminal. Iunior in l.precibus.num.629. C.de impub.& aliis ſubſtit. Et ij quidem intelligunt, poſſe hoc in caſu procedere opinionem Imolæ, de qua dicemus infrà.

79 Secundus † eſt caſus, quando frater eſt vtrinque coniunctus. Hoc in caſu, inquit Socinus, præfertur hic frater ſubſtitutus, excluſa matre. Et hoc in caſu procedit communis illa ſententia: quæquidem fulcitur primò argu. ſumpto à d.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.& l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit. & ſubſtit. Nec repugnat conſideratio Bald. & Imolæ, quos infrà commemorabo, cum dixerunt d.l.cum acutiſſimi, & illi ſimiles ad rem non pertinere, cum loquantur de bonis ipſiuſmet teſtatoris, non autem pupilli, de quibus noſtra eſt diſputatio. Non inquam hæc repugnat, quia & ſi hic agatur de ſuccedendo ipſi pupillo, attamen id fit mediante diſpoſitione & vocatione facta à patre teſtatore: quod ergo pupillaris hæc tacita contineatur in expreſſa vulgari ad matris excluſionem pendet à coniecturata voluntate ipſius patris teſtatoris, vt iam ſæpius diximus: ſicuti ergo in caſu.d.l.cum acutiſſimi, & ſimilibus cõſideratur affectio patris erga prolem ſuam, vt anteferatur ſubſtituto, ita etiam conſideratur & noſtro in caſu. Secundo ſuffragatur ſecundum Barto. text.l. Lucius.ff. de hæred.inſtit.& ſi Ripa in d.l.2.nume.60.ff. de vulg. exiſtimauerit Bart. allegaſſe.l. Lucius eod.tit.de vulg. ſi Bart. voluit allegare.l. Lucius.ff. de hæred. inſtit. dici poteſt, ibi ſumi ex eo coniecturam, dum dicitur teſtatorem ſumpſiſſe prudens illud conſilium, vt anteponeret fratrem eiúſque filios aliis ſubſtitutis. Si verò Barto. citare voluit.d.l.Lucius.ff. de vulg. & pupil.ſubſtit. conſiderati is poteſt in fine, vbi hoc manifeſte habetur. Sed fortè reſponderi poteſt, Paulum ibi loqui de pupillari compræhenſa ſub reciproca, quæ dicitur expreſſa verbis generalibus: & propterea non mirum ſi matrem excludit: ſicuti dicemus infra in præſumpt. vbi de reciproca diſſeremus.

80 Tertiò accedit, quod † frater vtrinque coniunctus ab inteſtato ſuccedit fratri æqualiter vnà cum matre. auth. defuncto.C.ad Tertul. Et vltrà reperitur vocatus ex tacita pupillari, atque ita duplici iure vocatus eſt. Ergo præferendus eſt matri, quę vno iure tantum, ideſt, ſucceſſione ab inteſtato, ſuffulta eſt, argum. auth. ceſſante. C. de legit. Et hanc quidem conſiderationem facit, & ſi obſcurè Soc. præcitata in l.2.nu. 30.de vulg.& apertius ibidem Ripa.num.60. in fine. Bero. in d.cap. Raynutius, numer.453.de teſtamen. Curtius Iunior in d.l.precibus col. pen. & Riminal. Iunior.nu.622. Nec repugnat conſideratio Ruyni in d.l.2.num. 68.verſ. Secundus caſus: poſt Imolam in dicto cap. Raynutius, quod maior ſit ratio, vt mater ſuccedat filio, l.nam & ſi parentibus, ff.de inoffi. teſtamen.& l.ſcripto.ff. vnde liberi, quàm vt frater ſuccedat fratri, cuius hæreditas illi non debetur. Nam reſpondetur vt diximus ſuprà, quòd & ſi hic agatur de ſuccedendo in bonis pupilli, attamen qui vocati cenſeantur ad ſucceſſionem hanc pendet à coniecturata ipſius patris voluntate, quæ quidem præſumitur propenſior erga filium quàm erga vxorem. Qua reſponſione confutatur & altera conſideratio Baldi & Imolæ
81 dicentium, patrem facientem † ſubſtitutionem nomine filij præſumi diſpoſuiſſe, ſicuti diſpoſuiſſet ipſe pupillus ſi teſtari potuiſſet. Pupillus autem vocaſſet propriam matrem: ita ergo & pater ipſe præſumitur antepoſuiſſe matrem. Diluitur & hæc conſideratio ex ſupradictis: quia verè conſideramus affectione ipſiuſmet patris teſtatoris, non autem illam, quæ filij pupilli eſſe potuit. Hic caſus extenditur, vt locum habet, quando eſſet ſubſtitutus nepos ex filio teſtatoris. Ita Rip. in l.Lucius.numero 40. verſiculo ſed parcat.ff. de vulgar.& pupillar.ſubſtitut.

82 Tertius eſt caſus, † quando frater ſubſtitutus eſt ſolum coniunctus ex latere patris ei, cui ſubſtitutus fuit. Hoc in caſu, qui maiorem habet dubitationem, concludit adhuc Socin. Sen. in dicta l.2.numero 31.ff. de vulgar.& pupil.ſubſtitut.& cum eo ſenſit Ripa. in l. Lucius. in fin.ff. eo. fratrem hunc admitti ex tacita pupillari, excluſa matre. Nam & hic locum habet maior illa affectio teſtatoris erga filium quam erga propriam vxorem. Quo enim ad patrem ipſum nulla eſt differentia quod vnus ſit filius ex vna, alter ex altera vxore, vtrique æqualis eſt pater, vtrumque ipſe generauit. Cæterùm ab hac ſententia diſſentit Ruyn. in dicta l.2. numero 68. verſicul. tertius caſus, qui dixit, quod imò mater non videtur excluſa. Primò ea ratione, quia ſi frater non eſſet ſubſtitutus vulgariter (& eſt præſupponendum, ſecundum eum, quod vterque frater eſſet inſtitutus, & deinde maior minori ſubſtitutus) ſi frater inquam non eſſet ſubſtitutus, & pupillus deceſſiſſet, hæreditate non adita, quo caſu locum habet vulgaris ſubſtitutio, non deberet ſumi coniectura, quod mater excluderetur: licet frater admitteretur per ius accreſcendi, quod eſt quædam ta-
83 cita † ſubſtitutio ex teſtatoris voluntate.l. ſi in teſtamento.ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut.& l.ſi Titio & Mæuio.§. Iulianus. de legatis ſecundo, ſicuti ergo hoc caſu non excluderetur mater ab hæreditate filij pupilli per ius accreſcendi, quod eſt tacita ſubſtitutio, quando pupillus non eſt hæres, ita nec per tacitam pupillarem compræhenſam in expreſſa vulgari. Reſpondetur, Ruyn. non ſatis probaſſe ſuam hanc ſubobſcuram argumentationem. Et præterea, exiſtimo terminos iuris accreſcendi non eſſe pares cum illis ſubſtitutiónis factæ inter filios, cùm teſtator non eam affectionem oſtendat in iure accreſcendi, cum id reliquerit in legis diſpoſitione: quam oſtendit in ſubſtitutione.

Secundò mouetur Ruynus auctoritate Bartol. in l. re coniuncti. in 3. quæſtione, quintæ quæſtionis principalis, eſt nu.
84 62. de leg.3. cùm dixit † Bart. in interpretanda pupillari ſubſtitutione, an magis coniunctus admittatur nec ne, non attenditur affectio teſtatoris, ſed quomodo æqualiter quis ſucceſſurus ſit ab inteſtato. Et Bart. doctrinam probarunt Socinus in l.ſi cognatis, numero 38.ff. de reb.dubiis.& idem Ruyn. in conſilio 165.numero 6.libr.2. qui dixit Bart. non habere contradictorem. Ergo eadem ratione idem dicendum eſt in caſu noſtro: vt matre in medio exiſtente non debeamus præſumere, quod voluerit teſtator matrem excludere affectione filiorum: ſed quod attenditur qualiter frater & mater fuiſſent ab inteſtato ſucceſſuri: vt ſi ab inteſtato præferetur mater, illa
85 præferatur in ſubſtitutione: quia teſtator † videtur diſpoſuiſſe eo modo, quo diſpoſuiſſet pupillus, ſi habuiſſet teſtamenti factionem, & teſtatus eſſet. Et ſic teſtator videtur ſe conformaſſe cum diſpoſitione legis. Reſpondetur, receptam magis eſſe Doctorum ſententiam, in interpretanda ſubſtitutione pupillari tacita, in admittenda, vel excludenda matre, eſſe ſpectandam mentem & voluntatem atque ita affectionem teſtatoris, non autem pupilli. Hoc pro conſtanti admittit Bart. in dicta l.2. in princip. numero 40.41.43.44.ff. de vulg.& pup. ſubſtit.& ibidem Socinus Sen. numero 32.verſic. niſi dicamus & idem in l.ſi cognatis.numero 36.ff.de rebus dubiis. Decius in l.vltim.numero 2.C. de inſtitut.& ſubſtit.& in l. precibus. colum. vltim.C.de impub. & aliis ſubſtit. & ibidem Cagnolus.numero 217.& numero 223. Rip. in l.re coniuncti.numer. 216.ff.de leg.3.& idem in l.Lucius, numer.40.verſ. ſecundo, quia: & ibidem Alciatus.nume.49. & idem Alciatus in l.Gallus.§ quidam rectè num.6.& ibidem Socinus Iun.num.33.ff. de liberis & poſth. Rubeus in conſ.126.in fine, Craue. in conſil.43.numer.1.in fin. Didacus in libro practica.quæſtio.cap. 38.nu.2.& Io. Marcus Aquilinus in l.Centurio in quarta parte nu.199.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. qui eiuſdem opinionis refert Baldum in conſ.20. Quidam Petrus.num.3.lib.3. Alex. in conſil.38.num.4.lib.1. & Guiliel. Benedictus in tit.de pupillari ſubſtit.numer.89. His conſtat hanc eſſe communem, & ſi diſſentiunt relati a Zanco in §.cum ita.par.8.num.191.

Nec obſtat doctrina Bart. in d. l. re coniuncti.nu.62. quia

& ſi Bartol. retulerit opinionem illam Dyni, non tamen eam omnino probant, ſicuti, ibidem ſcripſit Iaſon. in fine, Ripa. nu. 216. Idem Ripa in l. Lucius. in fi. ff. de vulga. Idem reſponderunt aduerſus Bart. Gratus in conſ. 18. numer. 10. libr. 2. & Rubeus in conſ. 126. in fi. & alij multi, quos congeſſi in conſi. 198. nu. 3. lib. 2. & dicemus infra in præſumpt. in ſecundo caſu.

86 Declarantur † prædicti duo caſus vt locum non habeant, quando teſtator ſubſtituiſſet pupillo extraneum vnà cum altero eius filio. Nam hæc mixtura extranei operaretur, quod is frater ſubſtituti non excluderet matrem. Ita in ſpecie declarat Curt. Iunior in l. precibus. §. pen. C. de impuber. & aliis ſubſtit. motus eſt Curt. auctoritate Aretin. in conſil. 53. in tertio dubio, qui reſpondit, ad fideicommiſſum non admitti ſuperſtitem illum ſubſtitutum, qui ſocium habet in ſubſtitutione pauperes Chriſti: atque ita extraneos. Confert recepta illa Doctorum ſententia, cum dicunt, quod ſi pater inuicem ſubſtituit duos filios impuberes & vnum extraneum: ob illius extranei admixtionem, non cenſetur inter duos illos impuberes feciſſe tacitam pupillarem ſubſtitutionem: Ita ſanè communis ſe habet opinio teſte Ripa in l. Lucius. nu. 24. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & ſi ipſe diſſentiat, & qua de re dicemus infrà in præſumpt. vbi explicabimus, quando pupillaris contineatur ſub reciproca. Ex quo intelligimus Riminaldum Iuniorem in d. l. precib. num. 626. C. de impub. malè aduerſus Curt. Iuniorem argumentari, ex Ripæ auctoritate, cum aduerſus ſit recepta ſententia, cuius quidem ea eſt efficax ratio, quod ſubſtitutio illa facta inter illos tres, hoc eſt duos filios impuberes & tertium extraneum eſſet inęqualis contra. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & l. quamuis. C. de impub. Hoc autem exemplum intellige, niſi alia coniectura appareat, teſtatorem, non obſtante imparitate ſubſtitutorum, voluiſſe tamen pupillariter ſubſtituere. Ita colligo ex Decio in d. l. precibus, in fin.

Exemplum ſecundum huius nonæ coniecturæ eſt, quando
87 † teſtator ſubſtituit fratrem ſuum filio pupillo. Nam & hoc in caſu mater cenſetur excluſa per hunc patruum pupilli. Ita auctoritate Bald. in conſil. 175. Præmiſſis verbis. col. 1. lib. 5. & But. in conſ. 53. num. 3. reſpondit: Craue. in conſ. 141. nu. 7. in fine. & alios referam infra in præſumptione. 56. in ſexta coniectura dum explicabimus, quid in compendioſa. Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Bart. in d. l. 2. nu. 44. in fin. ff. de vulg. & ibidem Ripa. nu. 61. teſtatur communem. Nec repugnat auctoritas Baldi, cum ille nil firmet eo in reſponſo, ſed ait ibi in fine, ſe dubitare, & non audere conſulere contra matrem. Butrius verò in d. conſil. 53. num. 3. loquitur, quando extat alia coniectura, qua colligitur teſtatorem magis dilexiſſe fratrem quam vxorem, vt putà ſi ſenſit bona debere conſeruari in agnatione & familia, ſicuti quando extat ſtatutum præferens maſculos fœminis. Et idem in ſpecie ſenſit Ripa in d. l. 2. num. 61. Comprobatur prædicta doctrina Baldi in l. vnica.
88 q. 7. nu. 21. C. quando non peten. partes, qui dixit quod ſi † teſtator vocauit duos fratres ſuos & vxorem propriam. Si vnus fratrum repudiat portionem ſuam, illam accreſcit tam vxori quam alteri fratri, quia teſtator non cenſetur antepoſuiſſe fratrem vxori. Ergo idem in caſu noſtro: cum ius accreſcendi ſit quædam tacita ſubſtitutio, vt dixi ſupra. Et à Bal. non diſſentit Rip. in l. re coniuncti. nu. 212. ff. de leg. 3.

89 Tertium exemplum eſt, cum mater ipſiusmet † teſtatoris fuit ab eo ſubſtituta ipſi pupillo. Nam hæc excludit matrem pupilli. Ita Bartol. in d. l. 2. num. 45. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Alex. in fine Ripa, nu. 62. & in idem in l. Centurio, nu. 137. ff. eod. Cæterùm diſſentiunt Imola in cap. Raynutius de teſta. & in d. l. 2. nu... ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. quem ibidem ſecutus eſt Ruynus num. 69. ſed à ſententia Bart. recedendum non eſt.

90 Quartum † exemplum eſt, quando cauſa pia fuit per expreſſam vulgarem ſubſtituta ipſi pupillo. Nam tunc tacita pupillaris compræhenſa in illa expreſſa vulgari matrem excludit teſtatorem magis dilexiſſe piam cauſam, quàm propriam vxorem ipſius pupilli matrem. Hanc ſententiam probarunt Angelus in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſt. vbi Caſtren. nu. 8. Alex. col. 2. Iaſ. nu. 8. communem eſſe ſententiam teſtantur Ripa in d. l. 2. nu. 62. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & Riminaldus Iunior in d. l. precibus num. 235. qui huius ſententiæ commemorat Ruynum, Cattelianum Cottam & Benedictum Barzium. Quibus addo etiam Baldum in conſ. 457. Viſo teſtamento, lib. 2. Alex. in conſ. 38. nu. 4. lib. 1. & in conſ. 66. nu. 6. libr. 2. Ruynum in conſil. 98. num. 23. lib. 4. Lud. Bologn. in conſ. 9. col. 3. verſ. 3. quod Pariſ. in conſ. 86. num. 75. lib. 2. Rolandum à Valle in conſ. 69. nu. 28. lib. 1. Didacum in cap. Raynutius. §. 4. num. 6. de teſt. & Tiraquellum in Tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuileg. 69. Emanuelem Coſtam in cap. ſi pater. in ſecunda parte, in verbo, ipſis pauperibus, num. 5. & in verbo, ſuperſtite matre, nu. 11. de teſta. in 6. & Io. Marcum Aquilinum in d. l. Centurio, in quarta parte nu. 196. ff. de vulgar. & pupil. Qui quidem nu. 194. & 195. refert nonnullos diſſentientes.

Quæ hactenus de matre diſſeruimus, locum etiam habent in patre ipſius pupilli. Ita Bart. in d. l. 2. in prin. num. 34. Aret. col. antep. Ruynus, nu. 53. Ripa. nm. 47. & Socin. Iun. numer. 100. qui communem eſſe teſtatur. Et idem de auia materna ſcribunt præcitati Doctores.

## PRÆSVMPT. XL.

Subſtitutionem tacitam pupillarem comprehenſam in expreſſa vulgari ineſſe in ipſa vulgari vſque ab initio ad matris excluſionem, ex præſumpta teſtatoris voluntate.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionem tacitam pupillarem eſſe compræhenſam in vulgari ad matris excluſionem vſque ab initio ex præſumpta mente teſtatoris, per tot.*
2 *Matre mortua ante filium pupillum ex tacita pupillari admittitur ſubſtitutus.*
3 *Teſtatoris voluntas interpretatur ſecundum tempus quo diſpoſitio applicatur ad actum, habita tamen relatione ad tempus conditi teſtamenti.*
4 *Voluntas morte finitur.*
6 *Teſtatoris vltima voluntas non poteſt ſtare in ſuſpenſo: effectus autem ipſius voluntatis ſic.*
7 *Matrem excludit ſubſtitutio pupillaris expreſſa.*
8 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus: quod procedit, quando tacitum ineſt præciſe, & ſimpliciter, ſecus ſi limitate.*
*Et quo alio caſu procedat d. reg. 9. & 10.*
11 *Diſpoſita in teſtamento tunc ſumunt effectum, quando teſtator moritur.*
12 *Teſtamentum morte teſtatoris confirmatur.*
13 *.. ſtator præſumitur voluiſſe decedere cum eo teſtamento & diſpoſitione, quam potuit ſuperueniendo mutare & nõ mutauit.*
14 *Subſtitutionem tacitam pupillarem ineſſe ab initio expreſſæ vulgari à futuro euentu pendere affirmarunt nonnulli.*
15 *Lex nil fruſtra & ſuper filio operari ſolet.*
16 *Superfluum id non dicitur, quod in aliquo caſu habet locum, & aliquid operatur.*
17 *Ius accreſcendi dicitur quædam ſubſtitutio legalis, & ceſſat, quando datur vulgaris ſubſtitutio.*
*Et quod non pendet à futuro euentu oſtenditur, num. 18. & quando locum habeat. ibid.*
19 *Subſtitutio pupillaris tacita an dicatur ineſſe vulgari expreſſæ ab initio purè vel ſub conditione.*
20 *Lex præſumit, quod teſtator nolit excludere matrem à luctuoſa filij hæreditate.*

ET ſi hac de re variæ extiterint Doctorum opiniones, ſicuti quatuor commemorant Socinus Iunior & Io. Bologne. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. ille, num. 129. verſ. ſecundò conſidera, iſte, numer. 88. verſicul. quare quartam. Veruntamen verior & magis recepta eſt illa, quàm poſt Accurſium probauit Barto. in d. l. Centurio. num. 5. & in l. precibus, num. 5. C. de impub. & aliis ſubſtit. ſicuti communem affirmarunt Decius in d. l. precibus, num. 11. & ibidem Riminal. Iun. num. 151. & Galliaula in d. l. Centurio, numer. 202. & ibidem Socin. Iunior, num. 123. Dixit Bart. pupillarem hanc tacitam
1 ineſſe vulgari † expreſſæ vſque ab initio. Et licet Bartol. non explicet, quò ad effectum, an is ſuſpendatur. vel non: attamen ex his, quæ ſubiunxit in d. l. Centurio. num. 6. colligitur Bart. ſenſiſſe, effectum huius tacitæ pupillaris ſtare in ſuſpenſo donec eueniat caſus ipſius pupillaris. Et Bart. mentem ſic interpretatus eſt Aretinus in d. l. Centurio. colum. 5. verſic. tu pro concordia. Idem quoque ſenſit Politus in Tract. de ſubſtitut. in titul. de vulgari. num. 40. cùm ſcripſit Bart. affirmaſſe, hanc pupillarem tacitam viuente matre dormire, atque ita in ſuſpenſo ſtare. Et propterea perinde eſt ac ſi dixiſſet Bartolus, hanc pupillarem ineſſe ipſi vulgari ſub conditione, ſicuti manifeſtè declarat Aretinus, qui ait idem eſſe ac ſi teſtator dixiſſet: Inſtituo Caium filium meum impuberem, & ſi ipſe in pupillari ætate deceſſerit, eius matre iam præmortua, vel ea viuente, ſed non ſuccedente, ſubſtituo Sæium. Qua ex re intelligimus malè Ripam in d. l. Centurio. num. 34. verſic. quid dicendum: aſſeruiſſe, hanc fuiſſe Petri opinionem. Veriùs enim eſt, fuiſſe Bartol. Cuius ſententiam dum ſequor, & expono, ita duo conſidero; vocationem, & ipſius vocationis executionem. Vocatio, hoc eſt, illa tacita pupillaris ſubſtitutio, qua teſtator vocauit ſubſtitutum decedente filio in pupillari ætate, dicitur à teſtatore ipſo inducta ab initio in ſubſtitutione ipſa vulgari expreſſa: atque ita tempus ipſum conditi teſtamenti conſideratur. Executio verò ipſius vocationis, id eſt, poſteaquam euenit caſus ipſius ſubſtitutionis, vel ſi non euenit, conſideratur ex poſt. Et hæc quidem ſententia probatur eo tex. l.
2 vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. in fine. vbi, matre mortua † ante filium pupillum, admittitur ille ſubſtitutus ex tacita pupillari, qui non admitteretur, niſi ab initio fuiſſet vocatus à teſtatore dum ſubſtitutionem fecit. Quandoquidem (vt dicebat, & rectè Bartolus) ſi ab initio facta non fuiſſet hæc tacita ſubſtitutio, atque ita ſi nulla extitiſſet, non etiam, mortuo teſtatore, potuiſſet ſuperuenire. l. quæ ab initio. ff. de reg. iuris. quæ quidem iuris regula propriè de hæredis vocatione eſt: Et quæ vocatio conſideratur inſpecto tempore conditi teſtamenti. l. ſi ita. ff. de auro, & argent. legato. & egregiè reſpondit Soc. Sen. in conſ. 6. num. 2. lib. 1. quem ſecutus ſum in conſ. 97. nu. 150. libro 1. & in conſilio 216. numero 329. libro 2. vbi commemoraui, & Goffredum in l. interuenit. ff. de legatis præſtan. qui
3 ambo dixerunt, quòd voluntas teſtatoris † interpretatur ſecundum tempus quo diſpoſitio applicatur ad actum, habita tamen relatione ad tempus conditi teſtamenti. Nec huic argumentationi repugnant, quod dicebant Politus in d. Tract. de ſubſtitutio. in tit. de vulgar. num. 40. Curtius Iunior in d. l. precibus. num. 22. & ibidem Sapia, num. 4. & Riminaldus Iunior. num. 159. Cùm dixerunt ex ſententia Caſtren. in l. ſi inter. in fine. ff. de reb. dubiis, regulam d. l. quæ ab initio. de reg. iuris, non habere locum, quando actus ab initio nullus reconualeſcit ex poſt legis auctoritate: ſicuti in hac pupillari ſubſtitutione, quæ ab initio matre exiſtente in medio, non inerat vulgari expreſſæ: & tamen poſteaquàm mater deceſſit, legis auctoritate reconualeſcit. Non equidem hęc conſideratio diluit argumentum Bart. Quandoquidem ſecundum hanc conſiderationem, ſubſtitutio hæc eſſet ficta, nempè legis auctoritate introducta, ſine teſtatoris voluntate: Cùm tamen veriùs ſit eſſe præſumptã, vt attigimus ſuprà, & clarè affirmat Aret. in d. l. Centurio. col. 5. Non etiam repugnat altera conſideratio Curtij Iun. in d. l. precibus. nume. 22. C. de impub. & prius Galliaulæ in d. l. Centurio. num. 199. ff. de vulg. ex declaratione Baldi, Saliceti, & Fulgoſij, quod ſub vulgari expreſſa continetur tacita pupillaris non purè, ſed ſub conditione, ſi mater non ſit in medio. Et ideò matre exiſtente, non cõtinetur: matre verò ceſſante comprehenditur.

Non inquam hæc conſideratio repugnat, cùm nec Bartolus ipſe ſenſerit, eſſe pupillarem tacitam purè: ſed ſenſit ſtare in ſuſpenſo quò ad effectum, ſed contineri quantum ad vocationem in ipſa vulgari, vt mox dicemus.

Non etiam obſtat ſi dicatur, regulam d. l. quod initio, ſolùm procedere, quando adeſt defectus in ſubſtantialibus: ſecus ſi in accidentalibus, vt declarant gloſſ. in cap. non firmatur, vbi Francus in 6. limitatione de regulis iuris, Imol in l. qui ſoluendo. ff. de hære. inſtit. Decius in l. quæ ab initio. ff. de regul. iuris. ex d. l. qui ſoluendo. Hic autem videtur eſſe accidens quodam, quo impeditur ortus huius pupillaris tacitæ, nempè matris exiſtentia. Nam reſpondetur, quod imò eſſet defectus in ſubſtantia, ſecundum Petrum, & ſequaces Bar. aduerſantes, cùm pręſupponant, pupillarem ipſam nullo modo à teſtatore factam eſſe: atque ita deficere totam ipſam ſubſtitutionis eſſentiam, quæ alioqui ex poſt nulla ratione poſſet introduci. Si enim in caſu d. l. quod initio, actus ipſe factus, quamquàm vitio affectus, non reconualeſcit, initio ipſo ceſſante: quantò minus actus non cõfectus poteſt recipere aliquam eſſentiam, ceſſante voluntate eius, qui actum facere potuit, vt noſtro in caſu.

4 Secundò motus eſt Bartolus, quod † voluntas morte finitur. l. 4. ff. locati. l. cum hic ſtatus. ff. de donatio. inter virum & vxor. & l. centeſimis. §. 1. ff. de verb. oblig. Ergò ſi ab initio diſpoſitionis teſtatoris non contineretur, non ampliùs poſſet oriri: cum deficeret cauſa ipſa efficiens, nempè teſtator. Nec repugnat conſideratio Decij in d. l. precibus. num. 11. & Galliaulæ in d. l. Centurio. nu. 199. dicentium, legem fingere ſubſtitutionem, matre ipſa mortua: ſicuti ſimili in caſu fingit in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſthu. Nam reſpondetur, nec hanc, nec illam de qua in d. §. Lucius. eſſe fictam, ſed præſumptam vocationem: & in caſu. d. §. Lucius. apparet manifeſtè teſtatorem aliter diſpoſuiſſe quàm euenerat caſus, credebat enim filium non fuiſſe natum, cùm tamen paulò antequam ipſe teſtaretur in lucem editus fuiſſet: & ideò lex ita ſtatuit, quia ſi teſtator ſciuiſſet illum fuiſſe natum, multò magis eum vocaſſet, eique prouidiſſet, id quod nõ contingit in caſu noſtro, in quo omnia ſunt præ oculis ipſi patri teſtatori.

5 Secunda fuit opinio eorum, qui † opinati ſunt, hanc tacitam pupillarem non ineſſe expreſſæ vulgari ab initio diſpoſitionis teſtatoris.

Ita cenſuit gloſ. in d. l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. ſubſt. quam ſecuti ſunt Petrus, & reliqui vltramontani, ſicuti ſcripſit ibidem Bartol. num. 5.

Eadem probarunt ibidem Ruinus. nu. 8. & Ripa. num. 34. & ſi Ripæ conſiderationes Bart. ſententiæ magis conueniunt, vt diximus ſuprà.

6 Primò ea ratione ij moti ſunt, quòd † teſtatoris vltima voluntas non poteſt ſtare in ſuſpenſo. l. vlt. in fine. ff. communia prædior. Atqui noſtro in caſu, ſi ab initio ineſſet hæc pupillaris tacita in vulgari expreſſa, matre in medio exiſtente, in ſuſpenſo ſtaret teſtatoris voluntas: Nam eſſet expectandum, quòd mater auferretur de medio, vel non auferretur. Ergò nõ poteſt dici ineſſe ab initio.

Cæterùm reſpondetur ex ſententia Aret. in d. l. Centurio. col. 5. & Galliaulæ ibidem. nume. 201. teſtatoris voluntatem non poſſe ſtare in ſuſpenſo, ſed effectum ipſius voluntatis, & diſpoſitionis poſſe quidem. l. ſi nemo. ff. de teſta. tutel. l. hæres quandocunque. ff. de acq. hæred. & l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de leg. 1. Noſtro in caſu ſolùm agitur de effectu ipſo diſpoſitionis: quiquidem impeditur, & in ſuſpenſo ſtat, matre in medio exiſtẽte. Ea autem mortua diſpoſitio ad effectum perducitur: ſicuti contingit in qualibet diſpoſitione cõditionali, cuius ſolus effectus ante eius aduentum ſtat in ſuſpenſo, vt diximus ſuprà.

Secundò adducitur hæc argumentatio, ſi tacita pupillaris,
7 ineſſet in vulgari ab initio, mater excluderetur: cum illa † excludatur per pupillarem expreſſam. cap. 1. §. vlt. de teſta. in 6. Nam taciti, & expreſſi par eſt virtus. l. cum quid. ff. ſi certum pet. Et tamen hoc eſt falſum, quia mater non excluditur per tacitam pupillarem. Ergò non ineſt.

Verùm huic argumentationi ſatisfacit Galliaula in d. l. Centurio. num. 202. (vt omittat reſpõſiones Bar. & Ioannis) quod illa regula, taciti, & expreſſi, parem eſſe virtutem. d. l.
8 cum quid. ff. ſi cert. peta. intelligitur, quando † tacitum ineſt præciſè, & ſimpliciter: ſecus ſi limitatò, ſicuti in caſu noſtro, vbi tacita pupillaris ineſt vulgari expreſſę cũ hac qualitate, ne mater excludatur. Et reſponſionem hanc probat, & Soc. Iun. in d. l. Centurio. num. 126. verſ. poteſt etiam dici.

Prætereà, & ſecundò reſpondet Socinus Iun. in d. l. Centurio. num. 126. verſ. vnde pro tutela, poſt Salicetum in l. præcibus,
9 quod regula l. cum quid, procedit, quando † tacitum prouenit ex ſenſu verborum, & propria natura actus. Id quod non contingit in caſu noſtro. Nam hic nec ex propria natura vulgaris ſubſtitutionis: nec ex verborum propria ſignificatione vulgaris comprehẽdit, vel ſignificat pupillarem: ſed illa venit ex legali interpretatione, ex præſumpta mente teſtatoris: Et quæ operatur effectum ſuum, niſi alia coniectura repugnet. At ipſi præſumptæ voluntati repugnat alia coniectura

ex matris exiſtentia: Ergò tacitum non operatur idem quod expreſſum.

10 Reſpondetur † tertiò, quod vbi agitur de effectu excluſionis, & priuationis, par non eſt taciti, & expreſſi. Ita Curt. Iun. in l. cum quid. num. 15. verſ. octauus caſus. ff. ſi certum petat. poſt Aret. in l. 2. in princip. colum. penult. ff. de vulga. Hic autem agitur de excluſione, & priuatione matris, ergò, &c.

Tertiò affertur tex. l. 2. in princ. verſic. ſed extraneum. ff. de vulg. & pup. ſubſti. vbi pupillaris illa fuit ab initio nulla defectu patriæ poteſtatis, & tamen ſecuta adoptione valet.

Cæterùm reſponderi poteſt, & rectè quidem, ſicuti conſiderat benè eruditus Lancellotus Galliaula in d. l. Centurio. num. 202. verſ. quartò autem. quod ibi teſtator expreſsè ſubſtituerat pupillariter: & viuo teſtatore ſuperuenit habilitas in perſona pupilli. Vnde cùm appareat de voluntate teſtatoris à principio, nimirum ſi reconualeſcit ex poſt facto, ſuperueniente habilitate. Diuerſum eſſet noſtro in caſu, quia niſi ineſſet ab initio tacita pupillaris, non ineſſet etiam poſt mortem teſtatoris, quia tunc deficit eius voluntas. Et quamuis Soc. Iun. in d. l. Centurio. num. 126. verſic. igitur tertiò, impugnare conetur Galliaulæ conſiderationem: attamen in eãdem incidit, dum ibidem. num. 127. dicit ſe aliter reſpondere. Non enim re vera differt reſponſio vnius à conſideratione, & reſponſione alterius. Inquit enim Socinus, in caſu. d. l. 2. verſ. interdum id eſſe, quia impedimentum ceſſat viuo teſtatore: hic
11 autem eo mortuo. Et ratio differentiæ eſt, quia diſpoſita † in teſtamento ſumunt effectum, cum teſtator moritur. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit. & cap. cum Matthæ. de celebra. Miſſar. Et dicebat Diuus Paulus ad Hebræos cap. 9.
12 teſtamentum † in morte teſtatoris cõfirmari. Cùm ergò tempore mortis ceſſat impedimentum, teſtator præſumitur velle decedere cum ea diſpoſitione ab impedimẽto liberata. Hanc Socini conſiderationem probo præter eum ex l. tractabatur. ff. de teſtam. militis, & ex l. athletę. §. dat remiſſionem. ff. de ex-
13 cuſat. tuto, vbi glo. quibus † probatur, pręſumi teſtatorem voluiſſe decedere cum eo teſtamẽto, & diſpoſitione, quã potuit ſuperueniendo mutare, & non mutauit. Et his adductus ſcripſit Iaſon in auth. ex cauſa. num. 25. C. de liberis. præter. poſt Caſtren. in l. 1. C. de poſthu. hæred. inſtit. quod ſi teſtator pręteriuit poſthumum, qui deinde viuo ipſo teſtatore patre natus eſt, & deceſſit, & pater ipſe ita diu vixit, vt potuerit mutare teſtamentum, & non mutauit, præſumitur cum eo teſtamento voluiſſe decedere, atque ita teſtamentum illud reconualeſcit.

Diuerſum autem eſt noſtro in caſu, in quo tempore mortis teſtatoris ſubeſt impedimentum, nempè mater, quæ excludit ſubſtitutum.

Non hic commemoro quartam quorundam argumentationem, quam recenſet, & rectè confutat Socinus Iunior in d. l. Centurio. num. 127. verſ. tertiò pro Petro. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Nam ſi leuia omnia, quæ à noſtris in hanc diſputationem allata ſunt, vellem recenſere, nimiùs certè eſſem, nec dicendi finem vnquam facerem.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt pendere à futuro
14 † euentu, an tacita pupillaris fuerit ab initio in expreſſa vulgari, vel non fuerit, ſi mater tempore mortis pupilli eſt ſuperſtes, & admittatur ad hæreditatem filij, dicitur ab initio tacitam pupillam factam non fuiſſe: ſi verò mater deceſſit ante filium, vel ei nolit ſuccedere, pupillaris hæc tacita dicitur ab initio vſque facta, & comprehenſa in ea vulgari expreſſa.

Hanc opinionem omnium primus probauit Baldus in d. l. præcibus in 2. oppoſi. & eum ſecuti ſunt Salycetus ibidem, & Soc. Sen. in l. Centurio. num. 12. ff. de vulg. & Ruinus in conſ. 194. num. 4. lib. 2.

15 Primò ea ratione † moti ſunt, quod lex nil ſolet fruſtra, & ſuperfluò operari. l. dominus teſtamento. ff. de cond. indebiti. & l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publica. & l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nom. cauea. Atqui ſuperflua, & fruſtratoria eſſe poſſet hæc ſubſtitutio pupillaris tacita, ſi ab initio ineſſet in vulgari: quia matre deinde exiſtente tempore quo euenit, illa locum non haberet. Ergò ineſſe non dicitur ab initio, ſed expectatur euentus.

Reſpondetur, ſecundum Soc. Iun. in d. l. Centurio. nu. 129.
16 verſic. verum ſi alteram. quod † ſuperfluum dici non poteſt. quod aliquo in caſu locũ habet: cum ſufficiat aliquid operari l. ſi quando. in princ. de leg. 1. Hic autem operaretur pupillaris tacita, quando mater tempore euenientis caſus, non adeſſet: alioqui idem dicendum eſſet, quando mater non eſſet in medio, vt quando pupillus factus eſſet maior, vel quid contingeret, quod pupillarem impediret. Id quod dicẽdum nõ eſt

Secundò adducitur argumentum à ſimili ſumpto à iure ac-
17 creſcendi. Nam ius † accreſcendi, quod dicitur quædam ſubſtitutio legalis. l. ſi Titio, & Mæuio. §. 1. de leg. 2. ceſſat quando datur vulga. ſubſt. l. pen. ff. de iniuſto rupto teſta. Et tamen ſubſtituto ceſſante locum habet: quaſi interim videatur pendere; & ex futuro iudicari. Ergo idem in caſu huius tacitæ pupillaris.

18 Reſpondent † Galliaula in d. l. Centurio. num. 205. & Soc. Iun. nu. 129. verſ. ad ſecundum; quod imò ius accreſcendi non pendet à futuro euentu: ſed ſicuti erat ab initio, ita etiam erit poſt ſubſtitutionem. Verùm recipit illam qualitatem, vt ceſſet, ſi vulgaris ſubſtitutio effectũ conſequitur. Ceſſante autẽ ſubſtitutione ius ipſum accreſcedi ſuum effectum operatur.

Tertiò argumentatur Soc. Iunc: in d. l. Centurio. nu. 129. quod ſicuti aliàs iure aliquid dicitur ſtare in ſuſpenſo, & pendere ex futuro euentu. l. ſed & ſiquis. §. 1. ff. de vſufr. l. 1. §. ſi pendeat. ff. ad Maced. l. 1. §. impuberem. ff. ad l. Corneli. de falſis, & §. ſed & ſi ab hoſtibus in Inſt. quibus mod. ius patr. poteſta. ſol. Idem dicendum eſt in caſu noſtro.

Reſpondent Soci. Iuni. in d. l. Centurio. nume. 126. ver. ad tertium; prædicta iura omnia loqui reſpectu futuri euentus: non autem inſpecto præſenti ſtatu, ſicuti declarat illis in locis Accur. Ita & noſtro in caſu dicendum eſt, pupillarem hãc ineſſe vulgari ab initio: ſed executionem pendere à futuro euentu. Sic etiam intelligi, & declarari poteſt. l. vlt. C. de vſu fructu iuxta interpretationem Ruini in d. conſi. 194. num. 7. l. 3. & 4. libr. 2.

Quarta fuit opinio Aretini in d. l. Centurio. colum. 5. vertu pro concordia, qui conciliando primam illam opinionem Bart. cum illa ſecunda Aretini, diſtinguebat. Et cuius opinionem ſecutus verè eſt Ripa in d. l. Centurio. nu. 34. ver. quid igitur dicendum; & ſi ipſe Ripa dixerit, ſe ſequi Petri opinionem Eandem probauit, tacito Aretino, & Ripa, Soc. Iun. in d. l. Centurio. nu. 129. ver. ſecundò conſidera, & apertius Bologn. num. 88. verſi. quare quartam. Et rem planius explicando poſſumus conſiderare duos caſus, vnum ſcilicet reſpectu ipſius vocationis, alterum reſpectu effectus ſeu executionis ipſius vocationis. Primus itaque eſt caſus, reſpectu vocationis; in quo dicendum eſt, quod vere ſubſtitutio hæc pupillaris tacita ab initio fuit à teſtatore inducta. Nam ſubſtituendo pupillo dicitur voluiſſe ſecundum qualitatem perſonæ ei ſubſtituere, atque ita pupillariter, vt diximus ſuprà de vulgari, declarando. l. iam hoc iure. de vulga. Et neceſſariò dicitur inducta ex mente teſtatoris ab initio: cùm alioqui, ipſo teſtatore mortuo non poſſet naſci: quia careret voluntate teſtatoris, qui iam eſſet defunctus, Hoc in caſu procedit opinio Bartol. quæ vera eſt.

19 Secundus eſt caſus, reſpectu † effectum ipſius vocationis, an ſcilicet hæc pupillaris tacita inſit expreſſæ vulgari ab initio purè, ita vt ſuum effectum ſortiatur tunc: vel ſub conditione? Et dicendum eſt ineſſe ſub conditione, hoc modo; quod ſubſtitutus tacitè pupillariter admittatur decedente ipſo pupillo in pupillari ætate, & matre ipſa iam filio præmortua. Hoc in caſu procedit opinio Petri, & ſequacium. Nam hic verè ab initio adeſt pupillaris iſta, alioqui mortuo teſtatore (vt diximus) naſci non poſſet. Eſt tamen conditionalis, quia ſuſpenditur donet eueniat caſus, quod mater præcedat. Et perinde eſt (ſecundum Ripam) ac ſi teſtator ita dixiſſet, inſtituo Caium filium meum impuberem; & ſi ipſe in pupillari ætate deceſſerit, eius matre iam præmortua, vel ea viuente, ſed non ſuccedente, ſubſtituo Sæium. Et quod hæc ſubſtitutio ſit conditionalis ratione à fortiori ducta probat Aretinus. Nam ſi ſubſtitutio expreſſa ſimpliciter facta intelligitur conditionalis, quando ſtat in medio perſona dilecta, quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris excludit ſubſtitutum. l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtra. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. Ergo multò magis in hac tacita ſubſtitutione minus fauorabili ipſa expreſſa ſubintelligi debet conditio, ſi dilecta perſona non erit in medio, ſicque mater: lex enim
20 † præſumit, quod teſtator voluerit excludere matrem à luctuoſa filiis hæreditate. l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. Et ideò in hac tacita ſubſtitutione pupillari poſſunt conſiderari duæ conditiones, ſecundum Aretinum, vna intrinſeca, altera extrinſeca. Intrinſeca eſt, ſi pupillus moriatur in pupillari ætate. Extrinſeca, ſi mater tempore mortis pupilli non ſuperſit, vel ſuperſit, & non ſuccedat: iuxta l. qui liberis, in princ. vbi idem Aret. ff. eo. de vulga. Et hæc ſubſtitutio tacita pupillaris iſto in caſu, eſt præſumpta ſecundum Ripam, Bolognetum, & alios: quia ſi teſtator cogitaſſet filium ſuum moriturum in pupillari ætate, ei ſubſtituiſſet pupillariter illum, quem ſubſtituit vulgariter ad excluſionem omnium venientium ab inteſtato, matre excepta.

Huius diſputationis effectus, & vtilitas maximè conſiderabilis eſt. Nam ſi pupillaris hæc tacita ineſt huic vulgari ab initio, ſi cõtingat matrem huius pupilli repudiare hæreditatem filij ab inteſtato, non ſuccedunt alij venientes ab inteſtato, ſed admittitur ſubſtitutus ille per pupillarem, quiquidem nõ admitteretur, quando ipſa pupillaris non ineſſet. Ita Barto. in d. l. Centurio. nu. 6. ff. de vulg. quem ſecuti ſunt Caſtren. Alex. & alij, quos refert Decius in l. precibus. num. 11. verſ. & ſicut ſubſtitutus. C. de impub. & aliis ſubſti. & ibidem copioſè diſſerit Riminal. Iunior. numer. 176. Et cum Bart. verè communis eſt ſententia.



## PRÆSVMPT. XLI.

### Subſtitutio vulgaris expreſſa quando, & quibus caſibus contineat tacitam exemplarem.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio exemplaris cõuenit cum pupillari, & eius exemplo inuenta eſt.*

2 *Subſtitutio vulgaris expreſſa, an & quando contineat tacitam exemplarem. per tot.*

*Et quomodo quis cenſeatur ſubſtitutus per exemplarem tacitam. ibidem.*

3 *Subſtitutio vulgaris expreſſa facta furioſo, an contineat tacitam exemplarem. & num. ſuperiori.*

4 *Caſus vel aduerſa fortuna nunquam expectari debet: & quando ſit caſus infœlix, & triſtis euentus conſiderandus.*

5 *Specialia duo ſimul concurrere non debent: & quando habeat locum d. reg. num. 7.*

6 *Subſtitutio vulgaris expreſſa iure quodam ſpeciali continet tacitam pupillarem.*

8 *Subſtitutio pupillaris tempus certum habet, exemplaris autem incertum.*

9 *Subſtitutio expreſſa vulgaris continet tacitam exemplarem etiam ſi tempore conditi teſtamenti filius, cui pater ſubſtituit, non erat furioſus, ſed furor deinde ſuperuenit.*

10 *Lex propter finem etiam quoſcunque triſtes euentus perpendit.*

*Et quid quando agitur de ſibi prouidendo, non autem alteri. num. 11.*

12 *Subſtitutio exemplaris tacita tunc non comprehenditur in expreſſa vulgari, quando teſtator poſt aditam hæreditatem expreſsè ſubſtituit per fideicommiſſum.*

13 *Prouiſio teſtatoris expreſſa facit ceſſare tacitã prouiſionem legis.*

*Et procedit hoc non ſolùm quando tacitum, & expreſſum eſt circa idem, ſed etiam quando eſt circa diuerſum.*

14 *Subſtitutio exemplaris tacita non continetur in expreſſa vulgari, quando teſtator reciprocè ſubſtituit duobus filijs imparibus nempè vni ſanæ mentis, alteri verò mente capto.*

15 *Subſtitutio exemplaris iiſdem legibus regulariter quibus, & pupillaris, cùm eius exemplo ſit introducta.*

1 HÆc diſputatio eſt valdè ſimilis præcedenti: cum certum ſit † exemplarem ſubſtitutionem conuenire cum pupillari; cuius exemplo inuenta eſt. §. qua ratione in inſti. de pupil. ſubſt.
2 cùm itaque † ſuprà explicatum ſit, quando vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, differendum nunc eſt, quando comprehendat tacitam exemplarem. Et pro regula quidem traditum eſt, comprehendere: ſi enim pater filio furioſo, & mente capto ita ſubſtituit: Et ſi filius meus hæres non erit, ſubſtituo Caium: hic Caius cenſetur ſubſtitutus ipſi filio per exemplarem tacitam, eo in furore, & dementia decedente. Ita affirmarunt Bart. in l. ex facto. nume. 23. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Salicetus in l. humanitatis. colum. antepenul. verſ. quæro quinto. C. de impub. & aliis ſubſtit. Rui. in conſ. 103. num. 7. lib. 2. Ripa in d. l. ex facto. num. 77. qui communem eſſe teſtatur, & Cephalus in conſil. 423. numer. 98. & num. 112. lib. 3. Et huius quidem ſententiæ ea eſt ſolida ratio, quod ſicuti in ſubſtitutione vulgari expreſſa facta filio impuberi lex coniecturam facit ineſſe tacitam pupillarem. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. Et hoc quidem ad beneficium pupilli, cui pater prouidere, & conſulere voluit: ſic pariter præſumendum eſt eadem ratione, quod pater ſubſtituendo filio per vulgarem voluerit etiam ſubſtituere per exemplarem, eueniente caſu furoris, & dementiæ.

Nec hic repugnant rationes, & argumenta Guielmi, & Raynerij, quos refert Barto. in d. l. ex facto. num. 23. ac etiam Alberici in l. precibus. num. 83. C. de impub. & aliis ſubſt. qui
3 ſcripſerunt, vulgarem † expreſſam factam furioſo non continere tacitam exemplarem. Primò ea ratione vſi ſunt, quod ca-
4 ſus † & aduerſa fortuna expectari non debet. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Non eſt ergò veriſimile teſtatorem ſenſiſſe de exemplari ſubſtitutione verbis non expreſſa. argum. l. Iulianus. ff. qui & à quib. & l. cum patrem. C. de condition. inſertis.

Verùm reſpondet Barto. in d. l. ex facto. num. 23. d. §. ſacrã, loqui de caſu futuro, cuius infœlix euentus ſperandus non eſt, ſed diuerſum eſt, quando iam caſus ipſe imminet: cui prouidere prudentis eſt. Et præterea infœlix euentus eſt conſiderandus, quando agitur, vt ei prouideatur: & ſic de eius commodo, & fauore. Ita ad rẽ docuit Alb. in l. precib. nu. 84. verſ. nec obſt. ſi dicatur. C. de imp. & aliis ſubſt. & alios infr. referã.

5 Secundò ſic argumentabantur, duo † ſpecialia ſimul concurrere non debent. l. 1. C. de dotis promiſſ. Atqui noſtro in caſu duo ſpecialia ſimul concurrerent. Ergò tacita hæc exemplaris non comprehenditur ſub expreſſa vulgari. Illa minor
6 propoſitio probatur, vulgaris expreſſa † iure quodam ſpeciali continet tacitam pupillarem. l. iam hoc iure. ff. de vulga. aliud etiam eſſet ſpeciale, ſi contineret exemplarem tacitam. Reſpondet Bartolus in d. l. ex facto. nu. 23. regulam illam, quod
7 duo ſpecialia † concurrere non poſſunt, habere locum, quando duo ipſa ſpecialia originem habent ab eodem fonte: ſecus ſi à diuerſo, ſicuti etiam declaraui ſuperiore libro in præſumptio. nu. Porrò in caſu noſtro hæc duo ſpecialia deſcendunt à diuerſo fonte: Nam exemplaris ſubintelligitur ob defectum mentis pupillaris verò propter imperfectam ætatem.

8 Tertiò motus † eſt Albericus ea ratione, quod meliùs intelligi poteſt pupillaris, quàm exemplaris: cum pupillaris habeat tempus certum, exemplaris verò incertum, & propterea non eſt idem de vna quod de altera dicendum. Cæterùm facilè reſpondetur vnà cum Saliceto in l. humanitatis. col. pen. verſ. ad aliam rationem. C. de impub. & aliis ſubſti. cùm dixit, temporis incertitudinem conſideratam minimè fuiſſe à legiſlatore, qui introduxit hanc exemplarem, ſed ſolùm habuit rationem, quod ſicuti æquum eſt, vt ob conſilij infirmitatem filij pupilli pater pro eo teſtatur, ſic & idem pater conficiat teſtamentum pro filio furioſo, vel mente capto, iudicio, & conſilio ſano carente.

9 Extenditur † primò prædicta communis opinio, vt locum habeat etiam, quando tempore conditi teſtamenti filius, cui pater ſubſtituit, non erat furioſus, vel mente captus, ſed furor, & dementia deinde ſuperuenit. Nam & hoc caſu illa ſubſtitutio expreſſa vulgaris continet tacitam exemplarem. Ita Ripa in d. l. ex facto. num. 77. Lancellotus Politus in Tract. de ſubſtitutionibus. in titul. de exemplari ſubſtitutione. num. 3. verſ. ego verò, & Zaſius in Tracta. de ſubſtitutionibus. capit. 3. de ſubſtitutione exemplari. nu. 8. Ea ratione prima ij moti ſunt, quod cum exemplaris introducta ſit exemplo pupillaris, vt pater prouidere poſſit filio, coniectura eſt, quod voluerit prouidere in omnibus caſibus, qui euenire poſſunt, & conſequenter, quod conſiderauerit triſtem ipſum furoris euentum, cum ad prouidendum conſiderabilis ille ſit. l. generaliter. §. ſi homini libero. ff. de fideicommiſſ. libert. & con-
10 fert text. l. placet ff. de liber. & poſthum. lex enim † ad cauendum finem etiam quoſcunque triſtes euentus perpendit, ſicuti quando

quando conſulit timentibus, ne morte vel abſentia teſtium
ius ſuum pereat.l.3.verſ. finge.ff.de carb. edicto, & cap.quo-
niam frequenter,vt lite non.conteſt.ſic & ne quis fame moria-
tur,non ſinit valere tranſactionem alimentorum inconſulto
Prætore:l.cum jj.ff.de tranſact. Et alia ſimilia commemorat.
Alciatus in l.inter ſtipulantẽ.§.ſacram.n.17.ff.de verb.oblig.
11 Nec vera eſt illa interpretatio † Iaſonis in l.ſi arrogator, nu.
7.ff.de adoptio.& in l.ſi cui legetur nu.13.de leg.1.dum dixit,
triſtes euentus eſſe conſiderabiles, quando agitur de proui-
dendo ſibi, non autem ſi alteri:cum verius ſit,(vt animaduer-
tit Ripa in d.l.ex facto nu. 77.)idem eſſe, quando agitur de
prouidendo alteri: quemadmodum videmus obſeruatum in
pupillari ipſa ſubſtitutione tacita ſub expreſſa vulgari com-
prehẽſa,in qua & ſi agitur de prouidendo alteri,nempè filio,
conſideratur tamen triſtis euentus, hoc eſt quòd is prǽmatu-
re moriatur.Eſt enim hæc legis diſpoſitio, quæ prouidet fu-
turis malis triſtibuſque euentibus:ſicuti in caſibus ſupra com-
memoratis.Poteſt & huius traditionis altera afferri ratio, quã
perpẽdit Politus in loco ſupra allegato,cùm dixit,hanc exem
plarem tacitam magis contineri ſub vulgari expreſſa in caſu
noſtro,quàm quando tempore conditi teſtamenti de ipſo fu-
rore & dementia conſtat.Cùm enim furor eſt in pręſentia, fa-
cillè dici poſſet, teſtatorem cõſultò omiſiſſe ſubſtituere exem-
plariter: quia ſi eam ſubſtitutionẽ facere voluiſſet vno verbo
eam exprimere potuiſſet. At diuerſum eſt,quando furor non
extitit eo tempore conditi teſtamenti:quia dici poteſt, teſta-
torem voluiſſe prouidere eo etiam in caſu, de quo ſi fuiſſet
interrogatus ſic reſpondiſſet. Et rationem hanc probauit &
Ripa in d.l.ex facto, nu. 77.verſ.præterea ratio, qui ſumpſit
ad eadem ratione, qua diximus ſupra in expreſſa vulgari con-
tineri tacitam pupillarem ex præſumpta mente teſtatoris. Et
ſimilem rationem explicabimus infra in præſumpt. 85.dum
vnà cum Socyno in l.cum vnus, reſponſum illud Papiniani de
clarabimus.

His conſtat malè ſenſiſſe Guielmum,Raynerium,& Albe-
ricum ſupra commemoratos,& quos ſecutus eſt doctiſſ.Leo-
nius in commentariis de ſubſtitutionibus,in tit de exemplari,
nume.14. dum ſcripſerunt, hoc in caſu exemplarem tacitam
non contineri ſub expreſſa illa vulgari.

Receditur tamen à prædicta regula & præſumptione con-
trariis coniecturis quemadmodum in ſpecie reſpondit Rui-
nus in conſ.103.in fine,libr.2 cuius reſponſum in eadem facti
ſpecie comprobarunt Decius in conſil.371.& Socin.Iuni. in
conſ. 103.lib.1.vt etiam retuli in conſ.303.nu.18.lib.2.
12 Prima eſt † coniectura quando teſtator poſt aditam hære-
ditatem expreſsè ſubſtituit per fideicommiſſum. Nam tunc
tacita exemplaris non continetur ſub expreſſa vulgari.Ita in
ſpecie reſpondit Ruin. in d.conſil.103.in fine.lib.2.Ea ratio-
13 ne vſus eſt Ruinus,quia † expreſſa prouiſio teſtatoris facit ceſ
ſare tacitam prouiſionem legis, l.cum ex filio.§.1.ff.de vulg.
& pup.ſubſtit.& l.vltC. de pactis conuent. Quæ ſanè regula
non ſolum ( inquit Ruinus ) procedit,quando tacitum & ex-
preſſum eſt circa idem,vt in dictis iuribus, ſed etiam quando
eſt expreſſum circa diuerſum.l. maritus. C.de procura. quam
Ruinus ipſe declarat.Cum ergo teſtator expreſſim prouide-
rit filio furioſo poſt aditam hæreditatem per ſubſtitutionem
fideicommiſſariam,dicitur noluiſſe eſſe locum exemplari ta-
citæ,qua ſubſtitutus ſuccedit ipſi furioſo & dementi poſt ab
eo aditam hæreditatem.
14 Secunda eſt coniectura † quando teſtator reciprocè ſub-
ſtituit duobus filiis imparibus, nempè vni ſanæ mentis, & al-
teri mente capto.Hæc enim imparitas,quod in vno eſſe poſſit
exemplaris,in altero verò non efficit, ne ipſa exemplaris taci-
ta contineatur ſub expreſſa vulgari. Ita in ſpecie ſcripſerunt,
Bart.in d.l.ex facto, nu.25.ff. de vulg.& pup.ſubſt.& ibidem
Zaſius nume.35.

Et manifeſtè probatur, quod cum hæc exemplaris(vt di-
ximus ſuprà)ſit introducta inſtar pupillaris, ſicuti tacita pu-
pillaris non continetur ſub vulgari expreſſa facta duobus fi-
liis imparibus,l.iam hoc iure. verſ.quod ſi alter.ff.de vulg.&
pup. ſubſt.& diximus ſupra ſuo loco. Ergo idem eſt dicen-
dum de hac exemplari.

Recenſere hic poſſem alias coniecturas, quas ſtudioſus
facile colligere poterit ex his, quæ ſcripſi ſuperiore in præ-
ſumptione, dum explicauimus, quando ſub expreſſa vulgari
15 continetur tacita pupillaris. Illa enim † adaptari hic poſſunt:
cum exemplaris eiſdem legibus reguletur, quibus & pupilla-
ris,cuius exemplo eſt (vt diximus) introducta.

## PRÆSVMPT. XLII.

### Subſtitutio expreſſa pupillaris, an & quando comprehendat tacitam exemplarem.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris expreſſa, an & quando comprehendat tacitam exemplarem.*

*Et quæ dicatur ſubſtitutio pupillaris expreſſa continens tacitam exemplarem.num.2.& 4.*

3 *Subſtitutio exemplaris eſt ſimilis pupillari,& eius exemplo introducta.*

*Trãſitus facilis eſt in habentibus Symbolum, atque ſimilitudinem.*

5 *Actus vnus quando in alium tranſitum facit, à ſui initio eum non continet,ſed ſit mutatio de vno ſolo exiſtente in alium à principio non exiſtentem.*

6 *Subſtitutio exemplaris tacita continetur in expreſſa pupillari ex ratione,qua pupillaris expreſſa cõprehẽdit vulgarem tacitam.*

7 *Subſtitutio pupillaris expreſſa, an comprehendat tacitam exemplarem, quando pater filio impuberi, & furioſo ſubſtituit, & ſubſtitutio ipſa pupillaris eſt reſtricta ad certum, & limitatum tempus.num.ſeq.*

8 *Subſtitutio ad certum tempus reſtricta, & limitata non extenditur vltra illud tempus.*

9 *Subſtitutio pupillaris expirat pubertate,ſic & exemplaris.*

10 *Subſtitutio pupillaris expreſſa, an contineat tacitam exemplarem,quãdo pater ſubſtituit filio impuberi,qui teſtamenti tempore non erat furioſus, ſed poſt mortem patris intra pupillarem ætatem furor ſuperuenit.*

*Et quid ſi ſuperuenit furor poſt mortem patris poſt pupillarem ætatem.num.11.*

1 DVBITATVR nunc, an † ſubſtitutio pupilla-
ris expreſſa comprehendat exemplarem taci-
tam? Bart.in l.ex facto. num.25.ff.de vulgar. &
pupil.ſubſtitut.diſtinguit duos caſus, nos duos
alios adiungemus.
2 Primus † eſt,quando teſtator filio ſuo impuberi,& furioſo
ita ſimpliciter ſubſtituit, filio meo hæres eſto.Hoc caſu ( in-
quit Bartol.ſubſtitutio eſt pupillaris expreſſa continens taci-
tam exemplarem. Hunc Bart.traditionem ſecuti ſunt Bald.&
Salicetus in l.humanitatis.C.de impuber. & aliis ſubſtit.ille.
num.54.iſte.col.5.Alber.in l.precibus.nu.82.C.eod.& com-
munem eſſe opinionem cum Bart.teſtantur Ripa in d.l.ex fa-
cto.num.78.& Alciatus num.70.in fine.
3 Ea ratione motus † eſt Bart.quod cum exemplaris ſimilis
ſit pupillari,quippè,quę ad ipſius pupillaris exemplum intro-
ducta eſt,vt iam diximus,in habentibus Symbolum atque ita
ſimilitudinem faciliùs eſt tranſitus.l.in rem. ff.item ſi quæ-
cumque.ff.de rei vend.l.3.§.vlt.ff.de bono.poſſ.& l.accepto-
latum.ff.de acceptila.Cæterùm aduerſus Bartolum, & ſequa-
ces ea ratione dubitat Ripa præcitato in loco, quia imò præ-
dicta ſubſtitutio non eſt expreſſa pupillaris comprehendens
tacitam exemplarem:ſed potiùs eſt exemplaris expreſſa:cum
verba conueniant exemplari; exiſtimo Ripam minus rectè
ſenſiſſe. Nam Bartolus pro conſtanti præſupponit factam eſ-
ſe pupillarem expreſſam filio furioſo, deinde diſputat, an ſub
illa expreſſa pupillari comprehendatur tacita exemplaris. Et
4 propterea idem eſt ac ſi ſic dixiſſet Bartolus. Teſtator † filio
ſuo impuberi, & furioſo expreſſa quidem pupillari ætate, ſed
non dementia, ſic ſubſtituit. Caius filio meo hæres eſto. Hæc
eſt expreſſa pupillaris,quæ ſecundum Bartolũ continet etiam
exemplarem tacitam. Ex quo ſequitur veram non eſſe Ripæ
conſiderationem, cum formula hæc non conueniat exem-
plari expreſſæ.

His etiam conſtat, veram non eſſe conſiderationem Lan-
celloti Politi,& Leonij in Tract.de ſubſtitutionibus vterque
in titul.de exemplari ille,num.3.verſic.ſed quare etiam,Iſte,
numero 15. cum dixerunt imò, ſubſtitutionem hanc eſſe
compendioſam. Non enim vera eſt hæc conſideratio, cum
ex verbis



ex verbis antecedentibus conſtet,teſtatorem voluiſſe pupil-
larem facere.Dubito tamen de ratione, qua vſus eſt Barto-
lus cum dixit quod in habentibus Symbolum facilis eſt trã-
5 ſitus.Nam † quando vnus actus in alium tranſit, à ſui initio
eum non continet: ſed fit mutatio & tranſlatio quædam de
vno ſolo exiſtente in alium à principio non exiſtentem: ſed
diuerſum eſt in ſubſtitione hac pupillari expreſſa, quæ à ſui
initio continet tacitam exemplarem,&ſi eius effectus ceſſet,
durante ipſa ætate pupillari, quemadmodum de pupillari
tacita in expreſſa vulgari comprehenſa diximus ſupra in
præſumpt.
6 Eſt ergo † dicendum, exemplarem tacitam contineri in
expreſſa pupillari illa ratione, qua pupillaris expreſſa com-
prehendit vulgarem tacitam.
7 Secundus eſt † caſus, quando pater filio impuberi & fu-
rioſo ſubſtituit, & ſubſtitutio ipſa pupillaris reſtricta eſt ad
certum & limitatum tempus vt ſi teſtator ita dixit.Et ſi filius
meus in pupillari ætate deceſſerit, ei ſubſtituo Caium. Hoc
in caſu duæ ſunt interpretum opiniones,vna fuit eorum,qui
dixerunt, quod pupillaris hæc expreſſa non comprehendit
tacitam exemplarem,vt poſt pubertatem locum habeat. Ita
cenſuit Bart.in d.l.ex facto,num.25.quem reliqui ſuprà com-
memorati ſecuti ſunt.Et hæc quidem recepta eſt opinio quã
etiam probauit Paulus Leonius in Tract.de ſubſtitutionibus
in tit.de exemplari,num.15.
8 Primò ea ratione vſus eſt Bart.quod ſubſtitutio † ad tẽpus
reſtricta & limitata non extenditur vltrà illud tempus.l.ſi ita
quis,& l.ex pacto.§.item quæro.ff.de vulgar. Non ergo hæc
expreſſa pupillaris continere poteſt tacitam exemplarem,
quia alioqui extendetur vltra tempus limitatum. Cæterum
rationem hanc non ſatis ſolidam eſſe exiſtimarunt: Alberi-
cus in dicta lege,precibus,nu.82.verſ.ſed dico contra. Cùm
dixit exemplarem ſubſtitutionem tacitam non cõtineri nec
ſubintelligi in expreſſa pupillari ex vi verborum: ſed inter-
pretatione voluntatis defuncti quam lex ſic facit, vt videa-
tur teſtator etiam in hoc caſu prouidiſſe: ſicuti in vulgari, l.
iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil.ſubſt.& l.quamuis.C. eod.
& diximus ſupra in præſumpt. Et propterea verba illa ( vo-
luit dicere Albericus)temporis limitatiua,ſeu ( vt ille loqui-
tur ) demonſtratiua reſpiciunt ipſam expreſſam pupillarem
non autem exemplarem ſubintellectam, & propterea ipſam
pupillarem tãtùm reſtringunt, vt.ſ.intra illud tempus valeat
& non vltra.Sed tamen hinc non fit,quin ſi exceſſit illud tẽ-
pus, valeat tanquam exemplaris perdurante ipſa dementia:
quemadmodum apertius hac ratione vſi ſunt Didacus & alij
ſupra in præcedenti præſump.commemorati, dum dixerunt
vulgarem tacitam contineri in expreſſa pupillari reſtricta
etiam poſt ipſam pubertatem. Et manifeſtè in terminis Po-
litus in Tract.de ſubſtitutionibus in tit.de exemplari,num.3.
in fine. Nec obſtant text. d.l. ſi ita quis,& l.ex facto.§.item
quæro.ff.eod.de vulg.& pup.ſubſt. quia vt dicebant Alberi-
cus & apertius Salicetus in d.l. humanitatis col.antep. verſ.
quærò quartò, ibi tempus fuit expreſſum cauſa limitationis
& taxationis,in caſu verò noſtro cauſa demonſtrationis pu-
pillaris,ob id non limitat iuris diſpoſitionem.l.item Mela.ff.
de alimen.lega.& l.falſa.ff.de cond.& demon.

Secundò melius probari videtur hæc opinio ea ratione,
quod hæ duæ ſubſtitutiones determinantur vnica determi-
natione eademq; verborum ſtructura: ergo vnica determi-
natione,lege iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& l.ſi le-
9 gatarius in fine.ff.de leg.3. Quemadmodum itaque † pupil-
laris expirat pubertate,ita & exemplaris eodem tempore fi-
nem debet recipere.Verùm facilè reſpõdetur vt dixi in præ-
cedenti præſumptione in vltima declaratione in reſponſio-
ne ad quintum argumentum,dum poſt Ripam in l.1. nu. 225.
ver.6.iſtæ.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ſic dixi, vulgarem tacitam
compræhenſam in pupillari expreſſa reſtrictè ad tempus nõ
terminari à verbis expreſſæ pupillaris, ſed à diſpoſitione le-
gis, quæ interpretatur talem fuiſſe mentem teſtatoris, vt ſi
locus eſſe non poſſit pupillari,locum habeat vulgaris. Ita er-
go & noſtro in caſu in exemplari à lege coniecturata ſecun-
dum mentem teſtatoris,non ſecundum verba, dicẽdum eſt.
Altera atque ita ſecunda fuit opinio eorum,qui ſcripſerunt,
imò tacitam hanc exemplarem cõtineri ſub expreſſa pupil-
lari reſtricta,vt etiam poſt pubertatem locum habeat. Ita ſa-
nè Raynerius à Bartolo relatus,Albericus in l. precibus. nu.
82.verſ.ſed dico contra.C.de impub.& aliis ſubſtit.Salicetus
in l.humanitatis,col.antepen.verſ. quæro 4.C. eod. Ripa in
d.l.ex facto,num.78.verſ.2.dubito.ff.de vulg.&Didacus in c.
Raynutius.§.5.num.5.verſ.decimò his accedit,de teſtam. Ea
ratione vſus eſt Ripa, & eo priùs Albericus præcitatis in lo-
cis, quod ſi pupillaris expreſſa ad certum tempus reſtricta &
limitata continet tacitam vulgarem ſibi contrariam, & illa
vulgaris non expirat poſt pubertatem, vt diximus in vltima
declaratione præcedentis præſumptionis, ita multo magis
hæc pupillaris comprehendere dicitur exemplarem ſibi ſi-
milem,vt non expiret ſuperueniente pubertate. Et prætereà
accedit,quod ſicuti teſtator dilexit ſubſtitutum,dum eũ prę-
tulit omnibus excepto ipſo pupillo iuxta.l.hęredes mei.§.cũ
ita.ff.ad Trebell.& voluit eum habere bona ſua &pupilli,eo
decedente in pupillari ætate iuxta.l.ſed ſi plures.§. ad ſubſti-
tutos.ff.de vulg.veriſimile etiã eſt, quod voluerit eũ habe-
re ipſa bona decedente filio ipſo inſtituto in furore poſt pu-
bertatẽ,cũ hic militet eadẽ ratio dilectionis & pręlationis.
10 Tertius eſt † caſus, quando pater ſubſtituit filio impube-
ri,qui eo teſtamenti tempore non erat furioſus, ſed deinde
poſt mortem patris intra ipſam pupillarem ętatem incidit in
furorem. Hoc in caſu ambigitur, an illa expreſſa pupillaris
contineat tacitam exemplarem. Et dicendum eſt continere.
Ita docuit Albericus in l.precibus,nu.82.verſ.ſed pone.C.de
imp.& aliis ſubſt. Eſt enim hoc idem dicendum vt diximus
ſuprà in pręſump.ab hac ſecunda quod expreſſa vulgaris cõ-
pręhendit tacitã exemplarẽ, etiã ſi furor ſupęruenit mortuo
ipſo teſtatore.Et rationes eo in caſu cõſideratę huc pertinẽt.
11 Quartus eſt † caſus,quando pater ſubſtituit filio impube-
ri,qui eo teſtamenti tempore non erat furioſus, ſed deinde
poſt mortẽ patris & poſt pupillarem ætatem ſuperuenit fu-
ror. Hoc in caſu pupillaris illa expreſſa non continet exem-
plarem tacitam.Ita docuit Albericus in d.l. precibus, nu.82.
in fine ibi.Et iſtud verum intelligo. Ea eſt ratio ſecundũ Al-
bericum,quia exemplaris dicitur extincta. Rectius dici po-
teſt exemplarem nunquam comprehẽſam fuiſſe ſub illa pu-
pillari: cùm tempore ætatis pupillaris non extiterit in filio
qualitas ipſa furoris, qua cauſatur exemplaris.arg. l. in deli-
ctis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.act.

## PRÆSVMPT. XLIII.

### Subſtitutio pupillaris expreſſa quãdo & quibus in caſibus contineat vulgarem tacitam.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris expreſſa an & quando contineat vulgarem tacitam.*

*Et qua ratione pupillaris ipſa expreſſa contineat tacitam vulgarem,num.2.& ſeq.*

3 *Hæres hæredis dicitur teſtatoris hæres.*

4 *Teſtatori ex tacita vulgari ſucceditur immediatè.*

5 *Subſtitutio pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem etiam ſi ipſa pupillaris ſit reſtricta ad breuius tempus quam ætatis pupillaris.*

*Idem ſi apparet deinde pupillarem eſſe inutilem,num.6.*

*Secus ſi alijs coniecturis & præſumptionibus conſtat teſtatorem noluiſſe ſub expreſſa pupillari contineri tacitam vulgarem, numero 7.*

*Et ſecus ſi adeſſet ſtatutum, quòd teſtamenta intelligantur ad literam,quia tunc non continet tacitam vulgarem,num.8.*

*Et idem ſi ſubſtitutus non poſſet ſuccedere vt quia eſſet incapax, num.9.*

10 *Subſtitutio pupillaris expreſſa tacitam vulgarem complecti non poteſt, quando ipſa pupillaris facta fuiſſet magno interuallo poſt teſtamentum.*

*Idem dicendum fauore matris ipſius teſtatoris,num.11.*

*Idem, quando ipſi filio impuberi ſunt ſubſtituti cohæredes ipſi, num.12.*

*Idem, quando ipſa pupillaris ſubſtitutio reſtricta & limitata fuit ad tempus ipſius pubertatis,num.13.*

13 *Subſtitutio vulgaris tacita an & quando expiret cum ipſa pupillari expreſſa.*

14 *Subſtitutionis ſpes non tranſit ad hæredem ſubſtituti.*
15 *Intellectus l.ſi fundum ſub conditione.§.fin.de leg.1.& l.vlt.C.de neceſſ.ſer.hær.inſt.*
16 *Intellectus l.vlt.in vlt.verſ.C.de fideicommiſſ.libertatibus.*
17 *Expreſſo vitiato,dicitur,& tacitum vitiatum,& quo caſu.*
*Tacitum non debet plus operari quam expreſſum.*
18 *Subſtitutio pupillaris expreſſa ſicut expirat ſuperueniente pubertate,an idem dicendum de tacita vulgari.*
19 *Subſtitutio pupillaris reſtricta ad tempus pupillaris ætatis nō poteſt extendi ad vulgarem.*
*Et quomodo intelligatur hæc reſtrictio.*

1 DISSERVIMVS † ſupra quando & quibus in caſibus vulgaris ſubſtitutio expreſſa cōtineat & non contineat pupillarem, & exemplarem tacitas. Nunc dicendum eſt, an & quando & quibus in caſibus expreſſa pupillaris comprehendat & non cōprehendat tacitam vulgarem, & exemplarem, ſed prius de pupillari agendum eſt. Regula ab omnibus conſtituitur, pupillarem expreſſam continere tacitam vulgarem. Ita ſanè ſcribunt Bart.in l.2.in princip.num.29.ff.de vulga.& pup. ſubſt. & ibidem Ripa,num.41. Ruinus in l.1.num.111.ff. eod. Iaſon in l.iam hoc iure colum.3.verſ.ſecunda regula eod.tit. & idē in l.quamuis,numero 7.C.de impuberum & aliis ſubſtit. Ita etiam Corne.in conſ.297.num.1.libr.1. Zaſius in Tractat. de ſubſtitutionibus,tit.de pupillari,num.18. Fernandus Berengonius in l.vltim.numer.44. C. de poſthum. hæred.inſtitut. Paulus Leonius in Tractat. de ſubſtitutionibus,in tit.de pupillari,num.199.

Et ij quidem adducti ſunt eo tex.d.l.iam hoc iure,in prin. ſed melius probat ibi in verſic. hoc itaque, dum Vlpianus præbet conſilium patri, vt ſic ſubſtituat. Si autem impubes hæres extiterit & intra pubertatem deceſſerit,pubes frater in portionem cohæredis ſubſtituatur. Quo in caſu (ſubiungit Vlpianus) in vtrumque euentum ſubſtitutus videbitur. Illa formula ſi impubes hæres extiterit, &c. eſt formula expreſſæ pupillaris,& tamen(ait Vlpianus)ſubſtitutus dicitur vocatus in vtrumque euentum, nempè & pupillaris & vulgaris. Id quod ſuadetur ex eo quod agitur ibi de ſubſtituendo duobus imparibus,puberi.ſ.& impuberi.Et iam dixerat Vlpianus de vulgari facta puberi: dum ergo ſubiungit de illa facta impuberi, intelligit,quod etiam ſit facta vulgaris: alioqui inutilè
2 fuiſſet ipſius Vlpiani conſilium. Ratio † autem vnde factum ſit, quod pupillaris expreſſa contineat tacitam vulgarem, eſſe videtur, quia qua ratione teſtator voluit hæreditatē ſuam peruenire ad ſubſtitutum mediatè nempè mediante perſona
3 pupilli:cum † hæres hæredis ſit teſtatoris hęres.l.vltim.C.de hæred.inſtitut.Eadem ratione videtur voluiſſe, quod hæreditas ſua perueniat ad ſubſtitutum immediatè ſi voluerit ſuc-
4 cedere ex tacita vulgari, qua † immediatè teſtatori ſucceditur,vt in Inſtit.de vulgari ſubſtit.in princip. Pater enim ſubſtituendo pupillariter,voluiſſe videtur, quod ſua hæreditas perueniat ad pupillum:& poſtea ſua,& pupilli ad ſubſtitutū. Hanc rationem egregiè & rectè conſiderauit Ruynus in l. 1. num. 112. ff.de vulg.& pup. ſubſtitut. quam is comprobauit notabili traditione Bart.in l.qui duos in 2.notab.ff.de rebus, dubiis,& in l.hoc articulo. ff. de hæred.inſtitut. & rationem hanc ſenſit Fernandus Berengarius in l.vlt.numero 44.C. de poſthum.hæred.inſtit.

His intelligimus,hāc eſſe receptam & veram opinionem & ſi ſolus Lācellotus Politus in Tract. de ſubſtitutionibus, in tit.de pupillari ſubſtit.num. 47. verſiculo, octauò principaliter, à communi hoc diſſentiat. Cuius tamen conſiderationi abundè ſatisfecit benè eruditus Leonius in loco ſupra citato.

5 Extenditur † primò prædicta ſententia, vt locum habeat etiam in expreſſa pupillari reſtricta ad breuius tempus quā ætatis pupillaris,vt ſi teſtator dixit. Et ſi filius meus deceſſerit intra decimum annum ei ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu pupillaris hæc expreſſa continet vulgarem tacitam. Ita ſcripſerunt Bartolus in dict.l.1.num.56. ff.de vulga. & pupil. ſubſt. Alex.in l. ſi ita quis num.2.& ibid.Iaſ.eo.tit.

6 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam ſi apparet deinde pupillarem ipſam ſubſtitutionem eſſe inutilem, vt putà ſi facta fuiſſet extraneo vel non exiſtenti in poteſtate, vel puberi. Nam adhuc ſub hac inutili expreſſa pupillari cōtinetur tacita vulgaris Ita affirmarunt Bartolus in d.l.1.num. 57.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& in l.vltim.num. 4. C.de hæred.inſtituen.& ibidem Baldus qui & in l.vltim.num.8. C.de inſtitut.& ſubſtitut.idem ſcripſit,ſic & Alexand. in d. l. vltima num.6.C.de hæred.inſtit.& ibid.Iaſon,num.8.Socin. Iunior in d.l.1.num.61.ff.de vulgar.

7 Declaratur † primò, vt non habeat locum, quando aliis coniecturis,& præſumptionibus conſtat teſtatorem noluiſſe ſub illa expreſſa pupillari contineri tacitam vulgarem.Ita in ſpecie ſcribunt Bartolus in l.2.in princip.q.5. ff. de vulga. Iaſon in d.l.iam hoc iure,col.3.verſ.ſecunda regula.ff.eo. tit. & comprobauimus ſuperiore præſumptione in prima declaratione.

8 Declaratur † ſecundò, vt non procedat quando adeſſet ſtatutum, quod teſtamenta intelligantur ad literam. Ita in terminus declarat Iaſon in d.l.iam hoc iure,colum.3. verſic. ſecundò limita. Qua de re latiſſimè diſſeruimus in præcedenti præſumptione.

9 Declaratur † tertiò, vt non procedat hæc præſumptio, quando ſubſtitutus non poſſet ſuccedere teſtatori, vt quia eſſet incapax, ſicuti eſt filius naturalis & ſi capax ſit bonorū pupilli. Nam tunc pupillaris expreſſa non continet tacitam vulgarem.Ita Iaſon in d.l.iam hoc iure,colum.3.verſ. tertiò limita.ff.de vulg.ex textu,l.ſi is,qui ex bonis,& ibidem ipſemet Iaſ.num.9.eod.tit.& illo in loco Bald.& Angelus.

Cæterum hęc declaratio intelligitur ſi ſupereſt legitimus, qui velit ſuccedere, aliàs ſecus. Ita Baldus Alexand. quos probat Ripa in l. Lucius numer.4.verſic.item declaratur. ff. de vulgar.

10 Declaratur † quarto, vt locum non habeat hæc præſumptio, quando pupillaris ipſa ſubſtitutio facta fuiſſet magno interuallo poſt teſtamentum ipſius patris. Nam tunc illa pupillaris expreſſa non continet vulgarem tacitam. Ita declarat Iaſ.in d.l. iam hoc iure col. 3. verſ. quartò notabiliter limita ex tex.l.ſi quis eum.§.1.ff.eod.tit.& ibid.Bal. Comenſ. & Alex.& ſi diſſentiat Imola.

11 Declaratur † quintò, vt non habeat locum fauore perſonæ, vt puta matris ipſius teſtatoris. Nam tunc ſub expreſſa pupillari non continetur tacita ipſa vulgaris. Ita tradit Bart. in l.1.num.41.ff.de vulg.& ibidem Alexand. num.38.Socinus Senio.num.41.& Ripa,num.175. in fine qui communem eſſe teſtatur.Et eandem probat Didacus in cap.Raynutius.§.4. in fine.de teſtamen.& ij qui hoc intelligunt, niſi ſubſtitutus ſit vnus ex deſcendentibus,vel eſſet vulgaris tacita probata, ſicuti in ſpecie declarat Ripa,qui ſuprà.

12 Declaratur † ſextò, vt locum non habeat quando ipſi filio impuberi ſunt ſubſtituti cohæredes ipſi. Nam tunc vulgaris tacita non continetur in expreſſa vulgari. Sic declarat Socin.Sen.in l.1.num.33.verſ.ex qua ſolutione. ff. de vulgar. & pup.ſubſtitutio.

13 Declaratur † ſeptimò, vt locum non habeat quando expreſſa pupillaris reſtricta & limitata fuit ad tempus ipſius pubertatis,ſicuti quādo teſtator dixit, inſtituo filium meum impuberem, & ſi deceſſerit in pupillari ætate ei ſubſtituo Caium. Nam tunc tacita vulgaris ſub illa pupillari non continetur,vt effectum habeat poſt ipſam pubertatem,ſed tunc expiraſſe dicatur cum ipſa pupillari. Ita Bart.in l.1.num.56.ff. de vulga. & pup. ſubſtitut. quem ſecuti ſunt Baldus in conſ. 272.Caſus talis eſt,Quidā lib.2.Signorolus in conſ.235.num. 7.Io.Fabri in l.precibus.& ibidem Alber. num.12. C. de impube.& aliis ſub.Alex.in l.2.col.9.ff.de vulg.Socin.Sen.in l. 1.num.36.ff.eod.Guielmus Benedictus in cap.Raynutius, in tit.de vulgari,num.139.

Primò motus eſt Bartolus,text.l. qui habebat. ff. de vulg. Verùm nil ad rem pertinet, vt animaduertunt Ripa in d.l.1. num.225.ff.de vulga.& pup.ſubſt.& Didacus in cap. Raynutius.§.5.num.5.verſic.quæ quidem opinio.de teſtam.Nam ibi vulgaris expirauerat ob aditionem hæreditatis, non autem ob pubertatem, ſicuti interpretati ſunt ibi gloſſ.Bart.Imola, Aretinus & reliqui.Et ſubiunxit Didacus præcitato in loco, reſponſum illud Iuriſconſulti rationem habere ex eo, quod
14 † ſpes ſubſtitutionis non tranſit ad hæredem ſubſtituti. Secundò



15 cundò adducitur † tex.l.ſi fundum ſub conditione. §.vltim. ff.de leg. 1. & illi ſimilis in l. pen. §. vltim.C.de neceſſa. ſer. hæred.inſtitu. Quibus reſpondet Ripa præcitato in loco, quod & ibi hæres inſtitutus adiuerat hæreditatem,aliàs legatarius non vendicaret legatum,l.ſi nemo.ff.de teſtam.tutela, & l.ſi nemo.ff.de reg.iuris & l.eam quam.C.de fideicom.

16 Tertiò † perpenditur tex. l. vlt. in vltimo verſiculo. ff. de fideicom.libert.cui reſpondet Ripa quod illa conditio libertatis, cum pupilli perueniſſent ad pubertatem, intelligebatur,ſi ipſi pupilli hæredes extitiſſent, & ad pubertatem perueniſſent ſicuti iuriſconſultus ibi dixit, in verſi. ſi conditionem,& ideò non cenſetur repetita à ſubſtitutis,quia admitti non potuiſſent ad hæreditatem, ſi conditio adimpleretur nō ex pupillari,quæ adueniente pubertate expiraſſet,non ex tacita vulgari,quia pariter expiraſſet aditione hæreditatis.

17 Quartò affertur † ratio,quod vitiato expreſſo,dicitur etiā vitiatum tacitū,l.3.§.& hæc.ff de ſeruit. ruſt. prædio. & quia tacitum non debet plus operari quàm expreſſum, l. qui ad certum. ff. locati, cùm ergo eueniente pubertate expirauerit pupillaris expreſſa, ſic etiam debet eſſe finita vulgaris tacita.Verum reſponderi poteſt multis modis, vt tradit poſt alios Ripa in d.l.1.num.163.ff.de vulg.& pup. ſubſt. vbi in fine inquit, quòd viciato expreſſo vitiatur etiam tacitum, quod ſe habet ad expreſſum per modum ſequelæ, vel per modum partis ſubiectiuæ: ſecus ſi tacitum aliunde habet originem,ſicuti tacita hæc vulgaris, quæ non venit ex natura verborum,nec ex ſequela pupillaris expreſſæ ſed ex interpretatione legis ita coniecturantis mentem defuncti d. l. iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.& ſubſt.

Quintò conſiderari ſolet ratio, quod hæ duæ ſubſtitutiones determinantur vnica determinatione. Ergo æqualiter debet determinare d.l.iam hoc iure,& l.ſi legatarius §.vlt.de
18 leg.3.Ergo † ſicuti expreſſa pupillaris expirat ſuperueniente pubertate,ſic & ipſa tacita vulgaris. Reſpondet Ripa in d.l. 1.num.225.verſic.ſexto iſtæ:quod vulgaris hæc tacita non determinatur à verbis expreſſæ pupillaris,ſed à diſpoſitione legis,quæ interpretatur talem fuiſſe mētem teſtatoris, vt ſi locus eſſe non poſſit pupillari,locum habeat vulgaris.Sexto &
19 vltimo vrgere videtur † quod cum pupillaris ipſa reſtricta fuerit ad tempus pupillaris ætatis, extendi nō poteſt ad vulgarem iuxta text.l.ſi ita quis & l.ex facto.§. item quæro.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Reſpondetur, reſtrictionem intelligi quo ad ipſam expreſſam pupillarem,non autem quo ad vulgarem tacitam, quam lex coniecturam facit eſſe ex mente teſtatoris,qui veriſimiliter noluit eam reſtringere ad tempus pupillaris ætatis, ne contingeret eum decedere ſine hærede. Ita reſpondet & declarat Didacus in capit.Raynutius.§. 5.num. 5.verſ.ſunt,& alia de teſta.& infrà comprobabimus.

Contrariam itaque opinionem probarunt gl.in l.lex Cornelia.ff.de vulg.& pup.ſubſt. vbi Imola & Corneus.Salicetus in l.ſi teſtamento,col.4.C.de impub.& alijs ſubſtit. Lancellotus Politus in Tract. de ſubſtitutio in tit. de exemplari num.3.in fi.Socin.in l.num.57.in fi.ff.de vulg. Ripa in l.1.nu. 225.verſ.contrarium tenent.ff.de vulga. & pup. ſubſt. & ibidem Alciatus,num.160.Coraſius in l.poſt aditam, numer.28. C.de impub.& alijs ſubſt.& Didacus in cap.Raynutius. §. 5. num.5.verſ. cæterum hæc opinio.de teſta. Qui quidem Didacus vndecim vſus eſt argumentis,quæ hic non repeto, ne nimius ſim.Et hæc quidem poſtrema opinio æquior & menti teſtatoris magis conſentanea mihi pariter videtur.Et ſubiungit Didacus, d.num.5. verſic. Et ſanè in hac controuerſia &c.quod etiam ſi admittimus opinionem illā Bartol. quam communem diximus, attamen illa non habebit locum in vulgari expreſſa compræhenſa tamen ſub pupillari concepta verbis ſpecialibus. Cùm enim(inquit Didacus) hæc ſit vulgaris expreſſa,non finitur cum ipſa pupillari, ſed locum habebit etiam poſt pubertatem. Et inquit Didacus probari auctoritate Baldi in l.precibus,numer.42. C. de impub. & alijs ſubſt.quem ſecuti ſunt ibi Caſtren.nume.11.Socin.in l.1.nu. 36.& ibidem Ripa,nume. 167.ff.de vulg. & pup. ſubſt.Dixit Baldus,quod & ſi mortuo pupillo,teſtatore ſuperſtite, teſtamentum non ſumat vires à vulgari tacita ſub pupillari expreſſa contenta,attamen id non procedit in vulgari expreſſa verbis generalibus,ex quo vim expreſſæ habet.

## PRÆSVMPT. XLIIII.

### Subſtitutio exemplaris expreſſa an contineat vulgarem & pupillarem tacitas.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio exemplaris expreſſa,an contineat vulgarem & pupillarem tacitas.*
2 *Subſtitutio exemplaris introducta eſt ad inſtar pupillaris,vt pater poſſit filio prouidere.num.3.*

1 DVBITATVR † nunc,an ſubſtitutio exemplaris expreſſa contineat tacitas vulgarem & pupillarē? De tacita vulgari,quod contineatur ſub exemplari expreſſa,affirmarunt Bart.in l.ex facto,num.34. ff.de vulgar.& pupil.ſubſtitu.vbi Ripa nume.79.& Alciatus, nume.70.verſic.ſed quid in caſu contrario. Et Ripa eiuſdem ſententiæ recenſet Imol.in cap.Rayn.de teſta. & ibid.Guiel. Bened.in tit.de exemplari.

Et idem ſcripſerunt Bald.in l.humanitatis,num.33. verſic. Octauo quæro.C.de impub.& aliis ſubſt. Zaſius in tracta.de ſubſtit.in tit.de exemplari,num.8.

2 Et huius ſententiæ ea eſt ratio quia exemplaris † eſt introducta ad ſimilitudinem pupillaris.§.qua ratione. Inſtit. de pup.ſubſt. At qui expreſſa pupillaris continet vulgarem tacitam.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pup.ſubſt.& diximus ſupra. Ergo & expreſſa exemplaris continet tacitam ipſam vulgarem.

3 De expreſſa † exemplari quod compręhēdat tacitam pupillarem ſcripſerunt Bart. in d.l.ex facto.ff.de vulg.vbi Ripa nu.79.refert eiuſdem ſententiæ Bald. in d.l.humanitatis,nu. 64.verſi.tertiò quæro.C.de impub.& aliis ſubſtit. & Imo.in cap.Raynutius de teſtam. & ibidem Guielmus Benedictus in verbo, ſi abſque liberis. nume.34.& Didacus in § 6.nume.5. Idem affirmarunt Alciatus in d l.ex facto,nu.70. in fine. Cephalus in conſil.423.num.104.lib.3.& Sforcia Oddo in tract. de compendioſa ſubſtitutione,parte quarta,quæſt.5.quos ſecutus ſum in conſi.303.num.21.lib.4.

Et huius ſententiæ ratio eſt clara, quia exemplaris eſt (vt diximus) introducta ad ſimilitudinē pupillaris,vt pater prouidere & conſulere poſſit filio.Quemadmodū ergo lex coniecturam facit,patrem ſubſtituendo vulgariter filio quòd voluerit etiā ſubſtituere pupillariter, multò magis quando ſubſtituit exemplariter,cum tam pupillaris quam exēplaris tendat ad eundem finem, vt prouideatur filio, qui vel ob defectum ætatis,vel mentis,teſtamentum ſibi nequit facere.

Hæc tamen declarari poſſunt multis in caſibus ſicuti ſupra declarauimus vulgarem expreſſam non continere pupillarem tacitam,& econtra.

## PRÆSVMPT. XLV.

### Subſtitutio compendioſa an ex præſumpta voluntate teſtatoris comprehendat exemplarem.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa an ex præſumpta mente teſtatoris contineat exemplarem.*
*Quòd quando eſt facta filio furioſo comprehendit exemplarem.*
*Declaratur ſecus eſſe,vt num.2.*

1 EST etiam egregia † dubitatio,an compēdioſa ſubſtitutio contineat exemplarem? Et continere,quando,ſcilicet,facta eſt filio furioſo,affirmarunt Bald.in l.humanitatis,num.54.C.de impub.& aliis ſubſtit.& in conſil.20.Quidam Petrus,col.2.verſic.tertia ratio, lib.3.& alij multi quos congeſſi in conſi.303.num.16.17.& 18.lib.4.

2 Declaratur † vt locum non habeat, quando teſtator aliquibus verbis ſignificauit, nolle ſub compendioſa contineri exemplarem, ſicuti quando ita ſubſtituit. Et quandocunque

filius meus deceſſerit, bona mea diſtribuantur inter pauperes. Ita in ſpecie reſpondit Ancha. in conſil. 8. colum. 1. verſ. nam primò dicitur. Idem eſt in quauis alia formula compendioſæ, qua teſtator ſubſtituiſſet in proprijs ſuis bonis, vt ſi dixit. Et quandocunque filius meus deceſſerit volo quod bona mea perueniant ad Caium. Cum enim teſtator non ſubſtituerit in bonis furioſi, conſtat, noluiſſe ei exemplariter ſubſtituere. Et hæc quidem declaratio comprobatur ex his, quæ ſcripſimus ſupra in præſump. 35. ad finem, vbi de pupillari ſubſtitutione ſic diſſeruimus.

## PRÆSVMPT. XLVI.

### Subſtitutio exemplaris tacita an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris excludat matrem.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio exemplaris tacita an & qnando ex præſumpta voluntate teſtatoris excludat matrem.*
*Quòd ſi eſt comprahenſa in compendioſa, excludit matrem, numer. 2.*
*Idem ſi pater ſubſtituit magis dilectum quam eius vxor. num. 3.*

1 IAM perſæpe † diximus, ſubſtitutionem hanc exemplarem eſſe introductam ad ſimilitudinem pupillaris, & propterea ſicuti illa tacita pupillaris non excludit matrem, vt explicauimus ſupra in præſumpt. . . ita nec exemplaris, quemadmodum in ſpecie ſcripſerunt Bartol. in l. ex facto, nume. 35. ff. de vulga. & pupil. ſubſt. & ibidem Alex. num. 47. Iaſon, num. 43. & Ripa, nume. 85. Zaſius in Tractat. ſubſtitu. in tit. de exemplari, num. 8. in fine.

Gratus in conſil. 134. numer. 42 libr. 1. Paulus Leonius in Tracta. de ſubſtitutionibus, in titulo, de exemplari, nume. 99. & Didacus in cap. Raynutius. §. 6. nume. 6. de teſtam. qui alios refert. Non hic commemoro rationes & argumenta, quæ de tacita ipſa pupillari diſſerendo vſus ſum in dicta præſumpt. . . cum ibi videri facilè poſſint. Cæterùm ab hac præſumptione recedimus contrarijs coniecturis, ſicuti & in tacita pupillari diximus. Illæ enim multæ coniecturæ repeti hic poſſunt. Porrò in ſpecie huius tacitæ exemplaris referam duas coniecturas.

2 Prima † eſt, quando eſt exemplaris tacita compræhenſa in compendioſa. Nam cum hæc habeat vim expreſſæ, excludit matrem. Ita reſpondit Gratus in d. conſil. 134. num. 42. lib. 1. iuncta facti ſpecie ibi propoſita.

3 Secunda eſt † coniectura, quando pater ſubſtituit magis dilectum quàm eius vxor. Nam tunc præſumitur voluiſſe excludere matrem. Ita in ſpecie ſcriptum reliquit Salicetus in l. humanitatis colum. penult. verſic. quæro ſextò. C. de impub. alijs ſubſt. qui communem eſſe opinionem dixit. Idem diximus ſupra in dicta præſumpt. . . in octaua coniectura, de tacita pupillari, vbi retuli exempla & declaraui.

## PRÆSVMPT. XLVII.

### Pupillaris ſubſtitutio quando facta præſumatur vſque ad pubertatem, vel infrà, paucis, ſed dilucidè explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio impubere teſtari poteſt, nempe ei pupillariter ſubſtituendo vſque ad pubertatem: vltra pubertatem ſecus.*
2 *Subſtitutio pupillaris an & quando facta præſumatur vſque ad pubertatem vel infra. per tot.*
3 *Infantia finitur in ſeptimo anno.*
4 *Pubertas plena dicitur vſque ad xiiij. annum.*
5 *Subſtitutio pupillaris inuenta eſt, vt pater prouideat & conſulat filio, qui teſtari non poteſt.*
6 *Subſtitutio extenditur vſque ad pubertatem, teſtatore ita ſubſtituente: Inſtituo filium meum infantem, & ſi is deceſſerit in ea ætate: ei ſubſtituo Sempronium.*
*Et quid ſi dixit, tunc & eo caſu ei ſubſtituo Sempronium, num. 9.*
7 *Relatio nunquam fit ad illud, propter quod diſpoſitio fauorabilis reſtringeretur, quando ſui natura eſt largè interpretanda.*
*Et nunquam fit ad verba, quæ ſtant demonſtratiuè num. 8.*

1 IVRE permiſſum eſt, patri † pro filio impubere teſtari, nempè ei pupillariter ſubſtituere vſque ad pubertatem. l. 2. in princip. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitut. vltra pubertatem non poteſt, vt reſpondit Pomponius in l. in pupillari. ff. eod. de vulg. & pupil. ſubſtit. citra pubertatem nempè ad breuius tempus, ſi vult, poteſt ſubſtituere, ſicuti cenſuit Paulus in l. qui plures libe. ros. §. primo. ff. eod. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. & ſenſit Vlpianus in l. ſi ita quis ſubſtituerit. ff. eod. titu. de vulg. cùm reſponſum illud ſub illo titulo fuerit collocatum, *& ſi ad bonorum poſſeſſionem pertinet.* Et de vtroque tempore manifeſtè idem Paulus in l. ex facto. §. item quæro. ff. eod. de vulgar. cuius verba hæc ſunt, *omne quidem ſpatium, quod eſt intra pubertatem, liberum eſſe patri ad ſubſtituendum filio, ſed finis huius pubertas eſt.* Non poteſt itaque teſtator vltra pubertatem ſubſtituere pupillariter, citra verò poteſt, id quod clarum eſt, & annotauit Iaſon & reliqui in dicta l. ſi ita quis ſubſtituerit. Cæ-
2 terum dubitatum aliquando † fuit, cum teſtator, inſtituto filio infante, dixit ſe ei ſubſtituere, an præſumatur ſubſtituiſſe
3 vſque ad ætatem ſeptem annorum, quo tempore † finitur infantia. l. ſi infanti. C. de iure deliberan. & l. in ſponſalibus. ff. de ſponſa. vel potius præſumatur ſubſtituiſſe vſque ad ple-
4 nam pubertatem, nempè † vſque ad decimum quartum annum? Et præſumi ſubſtituiſſe vſque ad pubertatem perfectam rectè reſpondit Hieronymus Gratus in conſilio 125. numero 12. lib. 2. qui deinde in conſilio 156. eo. libro, dubitationes aduerſus ſuum illud primum reſponſum diſſoluit. Ea ratione motus eſt Gratus, quòd cùm hæc ſit regula, quod pupillaris fiat vſque ad pubertatem, & communiter fieri ita ſoleat, credendum eſt, teſtatorem noluiſſe recedere à regula & communi ipſo vſu. Et prætereà cùm pupillaris ſit fauorabilis filio, præſumendum eſt teſtatorem noluiſſe fauorem ipſum reſtringere, ſed potius ampliare. Et demum pupillaris
5 inuenta † eſt, vt pater prouideat conſulatque filio, cum filius ipſe teſtari non poſſit, dicta l. 2. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſt. Quæ ratio locum habet vſque ad plenam pubertatem: præſumendum eſt ergo quod ad illud vſque tempus ſubſtituere voluerit.

6 Extenditur † primò hæc præſumptio, vt locum habeat etiam, quando teſtator ita dixiſſet: Inſtituo Caium filium meum infantem, & ſi dictus filius meus deceſſerit in ea ætate, ei ſubſtituo Sempronium. Hoc etiam caſu præſumitur ſubſtituiſſe vſque ad pubertatem, tametſi illud pronomen, ea, ſit relatiuum antecedentis ætatis nominatæ. Ita reſpondit Gratus in dicto conſilio 125. numero 17. & in dicto conſilio 156. numero 32. Et inter multas rationes hanc conſi-
7 derauit, quod † relatio nunquam fit ad illud, propter quod diſpoſitio fauorabilis reſtringeretur, & quæ ſui natura largè interpretatur, vt reſpondit Alexander in conſilio 213. in fine lib. 2. & dicemus infrà præſumpt. . . . vbi explicabimus, quando ad præcedentia præſumatur facta relatio. Et rurſus,
8 relatio † non fit ad verba, quæ ſtant demonſtratiuè, vt ſcribunt Alexand. in l. ſi idem cum eodem. §. vlti. ff. de iuriſdict. omn. iud. & Decius in cap. ſecundò requiris, colum. vlt. verſi. ſeptimò de reſcript. cùm ergo teſtator dixit, inſtituo filium meum infantem, hoc nomen, infantem, poſitum fuit ad demonſtrandum perſonam ipſius filij, non autem reſtrictiuè poſitum fuit: ob id illud pronomen, ea, non refertur ad illud nomen, vt reſtrictionem operetur.

9 Extenditur † ſecundo, vt locum habeat etiam eo in caſu, quando teſtator, ita dixiſſet. Inſtituo Caium filium meum infantem, & ſi ipſe deceſſerit in ea ætate, tunc & eo caſu ei ſubſtituo Sempronium. Hoc etiam caſu præſumitur teſtatorem voluiſſe ſubſtituere vſque ad pubertatem, tametſi illa verba, tunc & eo caſu ſui natura ſtent reſtrictiuè. Ita reſpondit Gratus in d. conſ. 156. num. 31. lib. 2. Non enim (inquit ille) prædicta verba operantur reſtrictionem. Cum præcedentia compræhendant



compræhendant tempus pubertatis. Et de natura horum verborum, tunc & eo caſu, dicemus in præſumpt. . . vbi diſſeremus, quando ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum.

## PRÆSVMPT. XLVIII.

### Subſtitutus pupillariter quibus in bonis ex præſumpta teſtatoris voluntate ſuccedat.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus pupillariter quib. in bonis ex præſumpta mente teſtatoris ſuccedat.*
2 *Subſtitutio pupillaris trahitur ad omnia bona ipſius teſtatoris.*
3 *Decedere nemo debet partim teſtatus & partim inteſtatus.*
4 *Subſtitutus pupillariter cenſetur in totum ſuccedere teſtatori, etiam ſi ſubſtitutio facta fuiſſet in re certa.*
5 *Subſtitutio exemplaris facta in re certa trahitur ad totum.*
6 *Subſtitutio pupillaris trahitur ad omnia bona, etiam ſi ſubſtitutus peteret ſeparationem bonorum patris à bonis pupilli: ſeparationem enim petere non poteſt.*
7 *Subſtitutus pupillo, qui ei ſucceſſit, poteſt petere reſt. in integrum.*
8 *Subſtitutus pupillariter tunc non ſuccedit in bonis teſtatoris, quando pupillaris non continet tacitam vulgarem.*
9 *Filius naturalis vnciam tantum ex bonis patris conſequi poteſt, exiſtentib. alijs filijs.*
*Si ſubſtitutus ſit filio legitimo & naturali alijs filijs exiſtentib. ſuccedit pupillo tantum in bonis ipſius pupilli, & non in bonis patris, exceptis duabus vncijs. ibid.*
10 *Subſtitutus pupillariter ſuccedit in omnib. bonis vndecunque filio acquiſitis, quando teſtator paganus ſubſtituit pup. filio ſuo legitimo & naturali.*
11 *Subſtitutus exemplariter ſuccedit in omnib. bonis quæſitis furioſo vndecunque.*
12 *Subſtitutus pupillariter ſuccedit in omnib. bonis pupilli, etiam ſi teſtator adiecit aliqua verba reſtrictiua ad bona ſua.*
13 *Teſtator paganus ſi pupillariter ſubſtituat filio legitimo tantum, nempe adoptiuo, ſuccedit ſubſtitutus ſecundum diſpoſitionem. l. ſi arrogator. ff. de adopt. & l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil.*
14 *Subſtitutus pupil. à milite poteſt ſuccedere vel in parte bonorum, vel in totum iuxta voluntatem teſtatoris: nam.*
*Miles poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.*

1 DISPVTATIO † eſt vtilis & frequens, quibus in bonis ex præſumpta teſtatoris voluntate ſuccedat ſubſtitutus per pupillarem Hac in diſputatione duo capita diſtinguo atque conſtituo, quemadmodum & duo ſunt genera bonotum, nempe ipſiuſmet teſtatoris, & filij aliunde ſibi quæſita.

2 Primum itaque † caput eſt, quò ad bona ipſiuſmet teſtatoris. In quo quidem regula & concluſio conſtituitur, ſubſtitutum ſuccedere in omnibus his bonis cum ad ea trahatur pupillaris. Ita Barto. in l. 2. in princip. num. 30. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & ibidem Ripa, num. 43. Salicetus in l. humanitatis, colum. 10. verſiculo ad decimam quæſtionem. C. de impub. & aliis ſubſtit. & (vt alios omittam) Paulus Leonius in Tracta. de ſubſtitutionibus in tit. de pupillari ſubſtitutio. num. 210. & l. 1. §. pen. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & §. non ſolum in inſtit. de pupil. ſubſtit. Et accedit ratio, quia ſi aliter diceremus, quod ſcilicet ſubſtitutus per pupillarem ſuccederet ſolùm in bonis
3 ipſius pupilli, decederet pupillus † pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus contra text. l. ius noſtrum. ff. de reg. iuris, quo enim ad bona eius propria eſſet teſtatus, quò verò ad bona patris inteſtatus.

4 Extenditur primò vt locum † habeat etiam ſi ſubſtitutio facta fuiſſet in re certa. Nam adhuc ſubſtitutus ſuccedit in totum. l. cohæredi. §. vlt. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & tradit poſt alios Ripa in l. 2. nu. 43. & in l. Centurio, nu. 95. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & dicemus in præſumpt. . . vbi agemus de com-
5 pendioſa ſubſtitutionè. Idem † quoque dicimus in exemplari, quæ facta in re certa ad totum trahitur, vt docuit Baldus in l. humanitatis, nu. 58. C. de impuberum & aliis ſubſtit.

6 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam ſi ipſe ſubſtitutus peteret ſeparationem bonorum patris à bonis pupilli. Nam adhuc ſubſtitutus iſte ſuccedit in omnibus, cum ſeparationem petere non poſſit. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. vbi Docto. & tradit poſt alios Paulus Leonius in loco ſupra citato, num. 211. qui deinde poſt Zaſium diſputat an hic
7 † ſubſtitutus ex perſona pupilli, cui ſucceſſit, poſſit in integrum reſtitui, & inquit communem eſſe opinionem, quod
8 poſſit. Declaratur † primò, vt locum non habeat, quando pupillaris non continet tacitam vulgarem, vt in caſu, dicta l. ſi is, qui. ff. de vulg. Nam tunc ſubſtitutus non ſuccedit in bonis teſtatoris. Ita Ripa in d. l. 2. nu. 43. in fine. ff. de vulg. & Leonius in loco ſupra citato, num. 231. Eſt ſanè is caſus, quando pater ſubſtituit filium ſuum naturalem filio legitimo & naturali.
9 Nam cùm is naturalis † vnciam ex bonis patris conſequi poſſit aliis exiſtentibus filiis, l. 2. C. de natural. libe. eueniente caſo ſubſtitutionis pupillaris, is ſubſtitutus ſuccedit tantummodò in bonis pupilli, & non in bonis patris, exceptis duabus vnciis iuxta d. l. 2.

Secundum eſt caput, quo ſcilicet ad bona ipſiuſmet pupilli. Quo ſanè in capite plures caſus diſtinguuntur.

10 Primus eſt, quando † teſtator paganus filio ſuo legitimo & naturali ſubſtituit pupillariter. Hoc caſu ſubſtitutus ſuccedit in omnibus bonis vndecunque pupillo acquiſitis. Ita tradunt Bart. in d. l. 2. in prin. nu. 30. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Ripa, nu. 43. Politus in Tract. de ſubſtitutionibus in tit. de pupillari, nu. 12. & Paulus Leonius in Tract. de ſubſtit. in tit. de pupillari, num. 210. Quorum ſententiam probat text. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. eod. de vulg. & pup. Et rationem conſiderauit Angelus in d. l. 2

11 Idem dicimus de exemplari, quæ † efficit vt ſubſtitutus ſuccedat in omnibus bonis quæſitis furioſo vndecunque: vt tradunt Bart. in l. ex facto num. 34. ff. de vulg & alij, quos congeſſi in conſ. 303. in fine, lib. 4. & illis accedunt Salicetus in l. humanitatis, colum. 10. verſ. ad decimam. C. de impub. & aliis ſubſt. & Leonius in dicto Tractat. in tit. de exemplari, nu. 92.

12 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando teſtator adiecit verba aliqua reſtrictiua ad bona ſua: vt ſi dixit. Et ſi filius meus in pupillari ętate deceſſerit, Sæius mihi hęres eſto. Nam adhuc Sæius ſuccedit in omnibus bonis pupilli. Ita glo. in §. 1. in verbo, Caius. ff. de vulga. & ibi Doct. & in ſpecie Paulus Leonius in loco ſupra citato, nu. 212. Qui quidem, nu. 220. declarat hunc caſum non procedere quando eſſent duæ pupillares ſecundum, l. qui habebat. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

13 Secundus eſt caſus, quando † teſtator paganus pupillariter ſubſtituit filio legitimo tantum nempe adoptiuo. Hoc in caſu ſuccedit ſubſtitutus ſecundum diſpoſitionem, l. ſi arrogator. ff. de adopt. & l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. nempè vt ſuccedat ſubſtitutus in bonis, quæ à patre arrogatore in eum peruenerunt, hoc eſt in quarta parte ſecundum Diui Pij conſtitutionem, de qua in d. l. ſi arrogator. Et etiam in illis, quæ ipſi filio quæſita fuerunt contemplatione & intuitu ipſius patris arrogatoris. dict. l. ſed ſi plures. §. in arrogato.

Et prædictis in locis tradunt omnes, & Leonius in loco ſæpius allegato, num. 213.

14 Tertius eſt † caſus, quando teſtator eſt miles. Hoc ſanè caſu ſubſtitutus ſuccedit vel in omnibus vel in parte bonorum, iuxta teſtatoris voluntatem, qui poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. Ita probat tex. d. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pup. ſubſt. vbi gl & Doct. & Bart. in d. l. 2. nu. 30. Ripa nu. 43. Leonius vbi ſupra, num. 213.

## PRÆSVMPT. XLIX.

### Exemplaris ſubſtitutio quando & quibus verbis facta præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio exemplaris introducta eſt ad ſimilitudinem pupillaris, & fit eiſdem modis furioſo, quib. & pupillaris pupillo.*
*Et quando & quib. verbis facta præſumatur, per tot.*
2 *Subſtitutio exemplaris verbis ſingularib. facta quæ dicatur.*
*Et quando dicatur expreſſa verbis ſpecialibus. num. 3.*
*Et quando dicatur verbis generalib. facta. 4.*
5 *Teſtator ſi filio furioſo, nulla furoris mentione facta, ſubſtituit eos, quos lex mãdat ſubſtitui, præſumitur exẽplariter ſubſtituiſſe.*

*Quid ſi dixit, & ſi filius meus deceſſerit, ei vel ſibi ſubſtitu Caium.num.6.*

*Si autem teſtator dixit, Inſtituo filium meum furioſum, & poſt eius mortem volo quod omnia mea bona diſtribuantur pauperibus fideicommiſſaria non autem exemplaris ſubſtitutio cenſetur,num.7.*

8 *Eleemoſyna fieri non poteſt de re aliena.*

9 *Teſtator ſi ita ſubſtituit filio furioſo:Et poſt eius mortem ſubſtituo Caium vulgariter & per fideicommiſſum, & prohibeo bona alienari in perpetuum,vt conſeruentur in familia, ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria,non exemplaris.*

*Quid ſi teſtator compendioſe ſubſtituit ipſi furioſo,& deinde eam reſtrinxit enumerando ſpecies ſubſtitutionum tacito de exemplari,num.10.*

*Quòd non dicatur facta exemplaris,ibid.*

*Et idem quando teſtator ſubſtituit furioſo eum grauando onere fideicommiſſi,quia dicitur fideicommiſſaria,num,11.*

12 *Furioſus an poſſit grauari onere fideicommiſſi.*

13 *Pupillus non poteſt grauari onere fideicommiſſi in pupillari ſubſtitutione:& hoc quando procedat.*

14 *Subſtitutio fideicommiſſaria dicitur non exemplaris quando pater ſubſtituit filio furioſo Caium, quem grauauit alteri reſtituere.*

*Quid ſi teſtator voluit ſibi in bonis ſuis proprijs ſuccedi,num.15.*

16 *Verba,quib.vſus eſt teſtator in inſtitutione,non cenſentur repetita in ſubſtitutione.*

1 CVM exemplaris † ſubſtitutio introducta ſit ad ſimilitudinem pupillaris ſubſtitutionis. §. qua ratione in inſt.de pupil.ſubſt.eiſdem penè modis quibus ipſa pupillaris fit pupillo, ſic hæc exemplaris furioſo & mente capto fieri ſolet. Quare repetenda hic eſſent multa eorum, quæ ſcripſimus ſupra in præſumpt.vbi egimus, quando pupillaris facta præſumatur.Verùm ne nimius ſim, paucioribus quàm fieri poteſt, abſoluam.Diſtinguendi hic ſunt aliquot caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtator filio ſuo furioſo ita ſubſtituit, & ſi filius meus hæres erit & in furore deceſſerit, ſubſtituo Caium. Hoc caſu dicitur ſubſtitutio exemplaris verbis ſingularibus facta. Ita tradunt Zaſius in Tract.de ſubſtitutio. in tit.de exemplari, num.5. in fine & Didacus in cap.Raynutius.§.6.num.5.verſ.tertiò fit exemplaris, de teſta.Idem diximus ſuprà in præſumpt.... in primo caſu de pupillari.

3 Secundus eſt † caſus, quando teſtator ita dixit, filio meo furioſo ſubſtituo Caium. Hoc ſanè caſu dicitur exemplaris expreſſa verbis ſpecialibus, ſicuti poſt alios affirmauit erudítiſſimus Didacus in d.cap. Raynutius.§.6.num.5.verſic.item exemplaris,cum enim teſtator non dixerit, & ſi filius meus in furore deceſſerit.Sed ſolùm furoris mentionem fecerit in nominatione filij, dicitur verbis ſpecialibus tantum. Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt in ſpecie Ruynus in conſil. 103. num.21.verſic.nec obſtat, dum dicebatur, lib.2.& Decius in conſil. 371. num, 7. quorum opinionem declaraui in conſil. 303.num.27.lib.4.

4 Tertius eſt caſus, quando † teſtator habens duos pluresvè filios furioſos ita diſpoſuit. Inſtituo Titium & Sempronium filios meos hæredes, & eos inuicem ſubſtituo.Hoc caſu dicitur exemplaris verbis generalibus facta.Ita Bart.in l.ex facto, num.25.& in l.Lucius.num.16.ff.de vulgar.& pup.ſubſtit.& alij multi,quos congeſſi & ſecutus ſum in conſil.303.num.16. 17.18. & num.26. libr.4. Eſt enim hæc ſubſtitutio compendioſa,quæ & exemplarem continet,ſicuti dicemus infrà.

5 Quartus eſt caſus,quando † teſtator filio furioſo,nulla furoris mentione facta ſubſtituit eos, quos lex mandat ſubſtitui,fratres ipſius furioſi.Hoc ſanè caſu prȩſumitur teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionem exemplarem. Ita reſpondi in conſil.303.numer.18.lib.4. reiecta opinione Decij in conſil. 371.col.vlt.verſ.non obſtat,quod ſeruata.

6 Quintus † eſt caſus, quando teſtator dixit, & ſi filius meus deceſſerit, ei, vel ſibi ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu eſt exemplaris. Ita ſcripſi in conſ.303.numer.28. circa finem ex Ruyno in d.conſil.103. num.23. & idem confirmaui in dicto conſ.303.num.56.

7 Sextus eſt caſus † quando teſtator ita ſubſtituit:Inſtituo Sempronium filium meum furioſum,& poſt eius mortem volo omnia bona mea dari & diſtribui pauperibus pro anima mea. Hoc caſu ſubſtitutio hæc non eſt exemplaris, ſed fideicommiſſaria.Ita reſpondit Ancha.in conſ.8.Difficultas quæſtionis,col.1.verſ.In contrarium duo.Cum enim voluerit teſtator bona diſtribui pauperibus pro anima ſua ſignificauit, ſe non facere ſubſtitutionem exemplarem qua ipſi furioſo ſucceditur, & propterea eſſent bona furioſi quæ non potuiſ-
8 ſet teſtator erogare pauperibus pro anima propria,cũ † eleemoſyna non poſſit fieri de re alie.c.non eſt putanda.1.q.1.

9 Septimus eſt caſus quando † teſtator ita filio furioſo ſubſtituit, Et poſt eius mortem ſubſtituo Caium vulgariter, & per fideicommiſſum, & prohibeo bona alienari perpetuò, vt conſeruari poſſint in familia. Hoc in caſu reſponderunt Decius in d.conſ.371.nu.6.verſ. ſexto & vltimo, & 6.in fine, & Gratus in conſ.134.numer.43.lib.1.Nam ratio illa prohibitionis ſignificat ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam:cùm per eam conſeruentur bona in familia,vt reſponderunt Caſtr. in conſ.343.Quia ex allegationibus, verſ.hoc etiam,libr.1.& alij,quos in ſpecie retuli in d.conſil.303.nu.5.lib.4.vbi num. 39.declaraui non habere locum, quando exemplaris & fideicommiſſaria locum habere poteſt,vna reſpectu ipſius furioſi, altera reſpectu ipſius teſtatoris.

10 Octauus caſus eſt, quando † teſtator compendioſe ſubſtituit ipſi furioſo,& deinde eam reſtrinxit,enumerando ſpecies ſubſtitutionum, nempè vulgarem & fideicommiſſariam, & nullum verbum fecit de exemplari.Hoc ſanè caſu non dicitur facta exemplaris. Ita Baldus,& Ruynus & Decius,quos commemoraui in d.conſ.303.num.8.lib.4.vbi tamen, numer.50. aliter reſpondi.

11 Nonus eſt † caſus, quando teſtator ſubſtituit filio ſuo furioſo, eum grauando onere reſtitutionis fideicommiſſi.Hoc ſanè caſu non dicitur facta exemplaris, ſed fideicommiſſaria tantummodò.Ita Baldus,& Decius quos retuli in d.conſ.303.
12 num.9. Ea ratione moti ſunt, quia onus † reſtitutionis fideicommiſſi iniungi non poteſt ipſi furioſo : ſicuti in pupillari
13 † ſubſtitutione, in qua pupillus grauari non poteſt onere fideicommiſſi.l.cohæredi.§. cum filiæ.ff. de vulga.& pup.ſubſtit.& l. ex tribus C. de inoff.teſtam. Quam tamen rationem declaraui in d.conſ.303.num.51.& 52.procedere,quando pater inſtituiſſet ipſum filium in ſola legitima ſecus ſi vltrà, & propterea traditio Baldi & Decij reſtringi & intelligi debet, quando reliquit pater ſolam legitimam,ſecus ſi vltra eam.

14 Decimus eſt caſus,quando † teſtator filio furioſo ſubſtituit Caium,quem deinde grauauit alteri reſtituere.Hoc caſu non dicitur facta exemplaris, ſed fideicommiſſaria. Ita Baldus, Decius, & Socinus Iunior, quos commemoraui in d. conſil. 303.nu.12. Ea ratione moti ſunt, quia hæc ſubſtitutionis formula non conuenit exemplari, cùm per eam ſubſtitutus grauari non poſſit onere fideicommiſſi quemadmodum præcitati Doctores & alij à me allegati probant. Qui tamen caſus eſt intelligendus, quando teſtator inſtituit filium in ſola eius legitima, ſecus ſi vltrà:ſicuti declaraui in d.conſil.371.54.poſt Emanuelem Coſtam, & Hieronymum Verium, quos ibi commemoraui.

15 Vndecimus eſt caſus,quando † teſtator voluit ſibi in bonis ſuis propriis ſuccedi, vt ſi dixit, & decedente ipſo filio meo, mihi & in omnibus bonis meis ſuccedat Caius. Hoc ſanè caſu non præſumitur is Caius per exemplarem ſed per fideicommiſſariam ſubſtitutus. Ita reſponderunt Decius, Socin. Iun.& Rolandus, quos commemoraui in d.conſ.303.nu.13. libr. 4. Nam formula hæc non conuenit exemplari qua non teſtatori,ſed furioſo ſucceditur, l.ex facto.ff de vulga.& pup. ſubſtit, & l.humanitatis.C.de impuber.& aliis ſubſtit.Porrò hunc caſum declaraui in d.conſ. 203.nu.54. & 55.procedere quando in ipſamet ſubſtitutione vſus eſt teſtator prædictis
16 verbis.Secus verò ſi protulit † tantummodò in inſtitutione: quia in ſubſtitutione non cenſetur repetita. Et hunc caſum comprobant ea,quæ dixi ſuprà in præſumpt.in fine, quod pupillaris ſubſtitutio non dicitur, quando teſtator voluit ſuccedi in ſuis bonis.

## PRÆSVMPT. L.

### Subſtitutio exemplaris an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris reconualeſcat, redeunte furore,qui iam ceſſauerat.

1 Subſti-



SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio exemplaris ceſſante furore euaneſcit.*

*Et an & quando ex præſumpta mente teſtatoris reconualeſcat redeunte furore,qui iam ceſſauerat,nu.2.*

*Et an & quãdo dicatur recõualeſcere viuo adhuc ipſo teſtatore.3.*

4 *Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem.*

5 *Pater non poteſt facere exemplarem ſubſtitutionem filio ſui iuris effecto,cùm ſit quodammodo extraneus.*

6 *Subſtitutio exemplaris tunc reconualeſcere cenſetur,quando mortuo ipſo teſtatore ceſſauit furor, qui tamen breui tempore reuerſus eſt.*

7 *Receſſiſſe non dicitur,qui breui eſt reuerſus:vnde.*

*Mulier nõ cenſetur diuertiſſe à marito,ad quem breui reuerſa eſt.*

8 *Furor ceſſans & breui reuertens dicitur potius inumbrata quies, quàm mentis ſanitas reſtituta.*

*Furor & inſania ſui natura inſanabilis durare præſumitur, licet aliqua extent dilucida interualla.ibid.*

9 *Intellectus l.cum filijs.ff. de curato.furio.et. l. qui tertiana ff. de ædil.edict.*

10 *Furor quando breui tempore dicatur reuerſus iudicis arbitrio relinquitur,cum iure diſſinitum non ſit.17.*

11 *Subſtitutio exemplaris tunc non reconualeſcit,quando mortuo ipſo teſtatore furor ceſſarit,deinde diu poſt reuerſus eſt.*

12 *Subſtitutio ſemel extincta amplius reuiuiſcere non poteſt.*

13 *Verba,ceſſare,infirmare & expirare,nil differre inter ſe.*

14 *Poſthumo nato & ilico mortuo adeò ruptum eſt teſtamentum, vt reconualeſcere amplius non poſſit.*

15 *Pater poteſt teſtari pro filio furioſo ſi is perpetuo ſit furioſus.*

*Et quid ſi habet dilucida interualla,ibid.*

18 *Subſtitutio exemplaris nunquid durare dicatur, ſi viuo teſtatore ceſſauit filij furor,eo verò mortuo reuerſus eſt.*

EST certum, exemplarem † ceſſare & euaneſce-
1 re,ceſſante furore filij, cui facta eſt.l.ex facto.ff. de vulg.& pup.ſubſt.l.humanitatis.C.de impub. & aliis ſubſt.& §.qua ratione in inſtitut.eod.Cȩterùm dubitari contingit,an † redeunte ipſo fu-
2 rore reconualeſcat.Hic diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt caſus, quando furor reuerſus † eſt viuo adhuc
3 ipſo teſtatore,qui deceſſit cum eodem teſtamento,& eo mortis ſuȩ tempore is filius eodem furoris morbo laborabat.Hoc ſanè caſu exemplaris ipſa ſubſtitutio dicitur reconualeſcere. Ita affirmarunt Guilielmus Cuneus & Raynerius, quos retulit Bart.in d.l.ex facto,num.40.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Et ipſemet Bart.hunc caſum confirmat à fortiori:cum(vt dicemus in ſequenti caſu) affirmet reconualeſcere exemplarem etiam ſuperueniente furore poſt mortem ipſius teſtatoris. Eandem ſententiam manifeſtius probauit Leonius in tit. de exemplari, numer.118. qui ea ratione quæ & mihi probatur, vſus eſt, nempè quia donec viuit ipſe teſtator non poſſumus dicere ſubſtitutionem aliamvè diſpoſitionem vel deficere, vel locum habere: Cum omnia ſtent in pendenti donec is viuit, ex
4 quo † ambulatoria eſt eius voluntas vſque ad mortem.l.3.§. vltim.ff.de adimen.leg.Vnde licet furioſus viuo teſtatore,efficiatur ſanæ mentis,attamen dicere non poſſumus quod ceſſet, vel extinguatur illa ſubſtitutio, quæ nunquam cœpit habere locum,ſed attenditur tempus mortis teſtatoris,qui ſi(vt diximus)non mutauit teſtamentum,dicitur velle cum eo decedere, atque ita ſubſtitutionem hanc valere ſi denuò reincidit in furorem is filius cui facta eſt ſubſtitutio. Et ideo (ſubiunxit Leonius)illa iura, quæ dicunt, ſubſtitutionem exemplarem infirmari ſuperueniente ſanitate,loquuntur de ſanitate ſuperueniente poſt mortem teſtatoris.Et in hoc primo caſu non fit diſtinctio quod breui vel longo interuallo is filius reinciderit in inſaniam, cum eadem ſit ratio vtroque in caſu.

Declaratur hic caſus,vt locum non habeat quando ceſſauit
5 † furor viuo patre & filio ſui iuris effecto. Ita Hier. Verius in d.l.ex facto, num.513. Quod credo carere probabili dubitatione,cum filius effectus ſit quodammodo extraneus, cui pater exemplarem facere non poteſt,& ideo exemplaris iam facta corruit.

6 Secundus † eſt caſus quando mortuo ipſo teſtatore ceſſauit ipſȩ furor, qui tamen breui tempore reuerſus eſt. Hoc in caſu exemplaris reconualeſcit. Ita ſenſerunt Baldus in l.humanitatis.nu.70.C.de impub.& aliis ſubſt.& ibidem Salic col.2.ver.circa primum quæro. & apertius Ang.Are.in §.qua ratione,nu...in inſt.de pup.ſubſt. Zaſius in Tract.ſubſt.in tit. de exemplari in fine, Stephanus Forcatulus in Necymantia, c.10. Viglius in d.§.qua ratione in fi.& Didacus in c. Raynut.§.6.col.vlti.verſ.vnde in hac ſpecie, de teſt. Et ſimilem diſtinctionem ad rem prope facit Alb.in l.precib.nu.85.in fi. C.de impub.& aliis ſubſt.Qui quidem interpretes hoc in caſu admittunt ſine controuerſia Bar.opinionem, quam in ſub-
7 ſequenti caſu referam. Et huius ſententiæ ea eſt † ratio, quia non dicitur receſſiſſe qui breui eſt reuerſus, l.plerique.ff.de ritu nuptia.quo loci Martianus reſpondit,mulierem non cen-
8 ſeri diuertiſſe à marito,ad quem breui reuerſa eſt,Et furor † ille,ſic ceſſans dicitur potius inumbrata quies, quàm mentis ſanitas reſtituta, vt in l.quod meo.§.1.ff. de acquir.poſſeſſ. Nam morbus furoris & inſaniæ ſui natura inſanabilis durare præſumitur, & ſi aliqua extant dilucida interualla, ſicuti tradunt Iaſ.in l.patre furioſo,nu.5.ff.de ijs, qui ſunt ſui,vel alie. iuriſ. Decius in l.furioſum, nu.22.C.qui teſta.facere poſſunt. & alij,quos commemorabo infra lib.6.in præſumpt vbi explicabimus,quando furioſus & inſanus quis præſumatur, Et hoc
9 in caſu intelligi † poteſt.l.cùm filiis.ff.de curat.furio.vbi curator furioſi,cui mentis conualeſcentia ceſſauerat, furore repetito, idem dicetur eadem auctoritate tutor.Intelligi ſanè poteſt quando furor breui tempore reuerſus eſt: ſic etiam.l. qui tertiana.ff. de ædilit. edicto intelligitur, cum ibi dicitur: *Qui tertiana,aut quartana febri vexarentur, qui ne comitialem morbum haberent, ne quidem his diebus,quibus morbus vacaret, rectè ſani dicentur.* Sic ſanè hic text. intelligitur quando breui tempore morbus eſt reuerſus, ſicuti ad rem noſtram explicat
10 Didacus in d.§.6.in fine. Quando † autem dicatur breui tempore reuerſus furor,iudicis eſt arbitrium, cum iure hoc diffinitum non ſit:vt ſtatim dicemus.

11 Tertius eſt † caſus, quando mortuo ipſo teſtatore, furor ceſſauit, deinde diu poſt reuerſus eſt. Hoc in caſu exemplaris non reconualeſcit.Ita ſenſerunt Bal.& Salic. & apertius Ang. Aret.Zaſius & reliqui ſuprà commemorati, qui hoc in caſu ſic tuentur opinimonem Guiel. Cunei, & Raynerij aduerſus Bar.in d.l. ex facto,nu.40 quem communiter ſecuti ſunt reliqui, & ſi aliter diſtinguat Hieroni. Verius in d.l.ex facto, nu. 513.& ſenſit Albericus in d.l.precibus, nu.85.in fin.Et hæc quidem ſententia probatur primò ea ratiòne & argumento,
12 quod † ſubſtitutio ſemel extincta amplius reuiuiſcere non poteſt, iuxta, l.qui res.§.aream.ff.de ſolutio.At qui exemplaris extincta dicitur,ſuperueniente ſana mente, d.l.ex facto, ff.de vul.& pupil.ſubſt.Ergo non amplius reuiuiſcit.Nec hic repugnat reſponſio Bar.cum dixit veram non eſſe illam minorem propoſitionem, quod ſcilicet extincta ſit ſubſtitutio ſuperueniente ſana mente:quia(inquit Bar).non eſt extincta, ſed ceſſat atq;ita in ſuſpenſo manet:vt dicitur.d.l.humanitatis. Hæc
13 ſanè reſponſio & conſideratio non eſt vera:cum † nulla ſit differentia inter verbum ceſſare, expirare, & infirmare,cum his verbis abutantur legiſlatores in d.§.qua ratione ſicuti rectè animaduertit Ripa in d.l.ex facto.nu.101.verſ.ad iſtud reſpondet:& ibi Hier.Verius, nu.509.Et tex.d.§.qua ratione in fin. inquit,quod ſi furioſus, & mente captus reſipuit, hæc exemplaris infirmatur, ſicuti pupillaris ſuperueniente pubertate. Porrò pupillaris omnino extinguitur, non autem ſuſpenditur ſuperueniente pubertate.Ergo & exemplaris extinguitur penitus,ſuperueniente ſana mente.

Secundò perpendi ſolet tex.l.2.C.de poſth.hæred inſt.vbi
14 nato poſthumo † & ilico mortuo adeo ruptum eſt teſtamentum, vt reconualeſcere amplius non poſſit. Nec repugnant reſponſio & conſideratio Bar.in d.l.ex facto, nu.48.cum dixit, d.l.2.loqui quando teſtator ſibi facit teſtamentum Nam tunc inſpicitur, an ceſſauerit impedimentum ipſo viuente, vel poſt mortem.Sed diuerſum eſt quando pater, facit teſtamẽtum pro filio, atq;ita pro alio.Hoc ſanè caſu nõ inſpicitur, an ceſſauerit impedimẽtum ipſo teſtatore viuente,ſed an ceſſet in vita ipſius filij,cui factum eſt teſtamentũ, vt inquit gl.in d.l.ſi arrogator. Non eſt retinenda hæc interpretatio, quia imo etiam quando pater facit teſtamentum pro filio furioſo conſiderari debet, an viuente ipſo teſtatore, vel eo mortuo ceſſauerit impedimentum validitatis ipſius exemplaris, nempè ſanitas mentis.Nã ſi viuente ipſo teſtatore ceſſat illa mẽtis

h 5 ſanitas,

ſanitas, dicitur teſtator, moriendo confirmare ipſam exemplarem, ex quo eo tempore videt filium adhuc inſanum & furioſum eſſe; atque ita ſubeſſe cauſam illam, & rationem, qua ſubſtituit per exemplarem. Diuerſum eſt, quando filius longo temporis interuallo adhuc factus eſt inſanus & furioſus, quia iam exemplaris expirauerat, & teſtator defunctus non poteſt dici noua quadam voluntate confirmaſſe ipſam exem-
15 plarem. Tertiò adducitur † text. d.l. humanitatis, in verſ. perpetuo ſit, quo loci ſtatuit Imperator patrem poſſe teſtari pro filio furioſo, ſi is perpetuò ſit furioſus. Ergo ſecus ſi aliquando reſipuerit. Nec obſtat reſponſio Alexandri cùm dixit, Imperatorem in d.l. humanitatis, dixiſſe perpetuò, vt oſtenderet, furioſo habenti dilucida interualla prouiſionem illam nõ conuenire cum ipſemet teſtari poſſit, l. furioſum. C. qui teſta. facere poſſ. Hæc ſanè reſponſio confirmat argumentum, vt recte animaduertit Ripa in d.l. ex facto, num. 101. verſ. tertiò inducitur. Nam & furioſus, qui poſt mortem teſtatoris, multo tempore furore & inſania non laborauit, potuit ſibi conficere teſtamentum. Ergo extincta eſt ipſa exemplaris. Quartò affertur ratio ducta à textu, d.l. ex facto. Si enim ſuperueniente ſanitate longo tempore poſt reconualidaretur hæc exemplaris, auferretur facultas teſtandi ipſi filio, contra, d.l. ex facto, verſicul. nam & furioſo, Cuius verba hæc ſunt manifeſta. *Nam & ſi furioſo filio ſubſtituiſſet, diceremus deſinere valere teſtamentum, cum reſipiſſet, quia iam poſſet ſibi teſtamentum facere. Etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis, ſi adhuc valere id dicamus. Auferret enim teſtamenti factionem homini ſanæ mentis.* Nec repugnat conſideratio Bartol. cùm dixit, non tolli factionem teſtamenti, quia ſi potuit facere teſtamentum & fecit, illud valebit à tempore ſanæ mentis, tunc dicitur pro eo tempore extincta exemplaris, ſi verò nullum fecit teſtamentum, dici non poteſt, quod ſublata fuerit factio teſtamenti. Hæc ſanè conſideratio vera non eſt, quia ſi nullo facto teſtamento à filio hoc, locus eſt exemplari, ei non ſuccedent venientes ab inteſtato, quos ipſe vocaſſe dicitur, iuxta l. conficiuntur. ff. de iure cod. atque ita tacita hæc teſtamenti factio ſublata dicitur. Ita Ripa in d.l. ſi facto num. 101. in fine.

Quintò & vltimo ſic duci poteſt argumentum, aut hic fecit teſtamentum, dum furor ceſſauit: & tunc certum eſt, exemplarem expiraſſe. Aut nullum fecit teſtamẽtum, & tunc exemplaris non reconualeſcit, quia cum ſubſtitutio hæc inuenta fuerit eius fauore, ſibi debet imputare, ſi dum potuit facere teſtamentum, non fecit. His conſtat hanc opinionem iuribus & rationibus ſatis ſolidis firmari. Quocirca Bartol. & eius ſequaces malè diſſentiunt ab hac opinione (ſi modò intellexit Bartol. quando longo interuallo poſt ſuperuenit furor. Et ratio qua vſus) eſt Bart. vera non eſt cum dixit, vitium dementiæ, quod reuerſum eſt, nunquam dici extinctum: Nam (vt ſubiungit Ripa in d.l. ex facto, numer. 102.) ob occultas reliquias antiqui furoris in priſtinam infirmitatem reincidiſſe di-
16 citur; cùm furioſus non præſumatur † à furore vnquam liberatus, vt diximus ſuprà. Hæc ſanè ratio vera non eſt in caſu hoc noſtro, quando longo interuallo reincidit in furorem & inſaniam. Nam tunc potius noua ex cauſa præſumi debet effectus inſanus & præſertim locum haberet, quando inſaniæ & furoris ſpecies hæc differret à prima. Id quod totum iudicis arbitrio relinquitur. Non etiam vera eſt hæc Bartoli ratio in caſu noſtro; quia ſi diu mentis ſanitas in hoc extitit, teſtari potuit, & conſequenter omninò extincta eſt exemplaris, d.l.
17 ex facto, verſ. nam & ſi furioſo. Quando † autem longo interuallo dicatur inſania & furor ſuperuenire, iudicis arbitrio relinquitur, ſicuti in ſpecie ſcripſit Didacus in d. cap. Raynutius. §. 6. in fine.

18 Quartus † eſt caſus, quando viuo ipſo teſtatore ceſſauit furor, eo verò mortuo reuerſus eſt. Hoc in caſu, quem vno verbo attigit Ripa in d.l. ex facto, numero 101. verſiculo ſecundò poteſt, dicendum eſt, quod ad ipſum teſtatorem, ſi non apparet mutaſſe teſtamentum dicitur voluiſſe perdurare & locum habere ſubſtitutionem hanc exemplarem, quaſi quod ſuſpicatus ſit, filium non omnino eo morbo liberatum. Quo verò ad ipſum filium eſt diſtinguendum, vt ſupra, quod aut breui poſt mortem teſtatoris reuerſus eſt furor, & tunc ſubſtitutio ipſa valet, cùm ipſe furioſus non potuerit tam breui tempore ſibi conficere teſtamentum. Aut ſi poſt mortem patris teſtatoris longo interuallo ſuperuenit furor, ſubſtitutio non reconualuit, ex quo teſtari potuit, & noluit, vt diximus ſupra.

## PRÆSVMPT. LI.

Compendioſa ſubſtitutio quibus coniecturis facta conſtare poſſit, diligenter explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa quib. coniecturis facta à teſtatore cenſeatur.*

2 *Subſtitutio compendioſa dicitur, quæ ſub verborum compendio plura tempora ſeu plures continet ſubſtitutiones.*

*Et plura hæc tempora intelliguntur pupillaris ætatis & pubertatis: & quomodo aliàs.*

3 *Subſtitutio compendioſa verbis ſingularib. facta quæ dicatur, nu. 7. 9. 10. 12. 13.*

*Et quæ dicatur verbis ſingularib. vel ſpecialib. fieri num. 4. & 5.*

6 *Dictio, quandocunque, quid operetur.*

8 *Indefinita æquippollet vniuerſali.*

11 *Verba in dubio intelliguntur demonſtratiuè nõ autem diſpoſitiuè.*

14 *Subſtitutio, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Caium, an ſit compendioſa.*

*Quid ſi teſtator dixit, Et quandocunque filius meus deceſſerit, eum rogo vt reſtituat hæreditatem Titio, nu. 15.*

*Et quid ſi dixit, Et ſi filius meus hæres non erit, tunc ſubſtituo vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum, num. 16.*

*Quid verò ſi teſtator filio hærede inſtituto ætate maiore, ſic ſubſtituit ei: Et quandocunque filius hæres meus deceſſerit, tunc Caium ſubſtituo, num. 17.*

*Quid ſi ita ſubſtituit, filio meo ſubſtituo Caium quandocunque factus fuerit conſul, vel quandocunque nauis ex Aſia venerit, num. 18.*

19 *Subſtitutio, quæ fit ſub conditione mortis, vel alia, dicitur compendioſa.*

20 *Inſtitutus ſub conditione non poteſt dici hæres, niſi deficiente conditione.*

21 *Hæreditas non poteſt ad tempus dari.*

22 *Subſtitutio, filio meo Ioannem ſubſtituo, dicitur vulgaris & pupillaris.*

*Quid ſi adiecta ſit conditio, vt, ſi Caius factus ſit conſul, num. 23.*

24 *Miles ſi teſtando dixit, quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Caium, an dicatur ſubſtituiſſe compendioſè.*

25 *Subſtitutio, an ſit compendioſa, ſi teſtator hæredem extraneum inſtituit, & ſic ei ſubſtituit: Et quandocunque Caius hæres meus deceſſerit, ſubſtituo Semp.*

1 DISSERENDVM eſt † nunc de ſubſtitutione compendioſa, quando ſcilicet præſumatur à teſtatore facta. Hic primùm dicendum eſt, com-
2 pendioſam † ſubſtitutionem dici, quia ſub verborum compendio & breuitate plura tempora ſeu plures ſubſtitutiones comprehendit. Et propterea Bartolus in l. Centurio, numero 9. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutio. quem reliqui ſecuti ſunt, dixit, compendioſam ſubſtitutionem eſſe, quæ ſub conditione mortis, vel alia, multa complectitur tempora. Et multa hæc tempora duo eſſe intelliguntur, nempe pupillaris ætatis, & pubertatis, vt ſenſit Bartol. in d. numero 9. & ibidem Ripa numero 60. & alios refert Didacus in cap. Raynutius. §. 9. columna 2. verſiculo ſecundum hinc, de teſta. Doctores tamen paſſim intelligunt plura tempora, id eſt plures ſubſtitutiones. Porrò dubitant Doctores, an & quando præſumatur à teſtatore facta compendioſa hæc ſubſtitutio. Ego hac in re ſoleo primùm diſtinguere atque conſtituere plures caſus, in quibus facta cenſetur compendioſa, deinde alios, in quibus facta non præſumitur.

3 Primus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit. Et ſi filius meus deceſſerit intra pupillarem ætatem vel poſt ſubſtituo Caiũ. Hæc dicitur ſubſtitutio cõpendioſa verbis ſingularibus facta.



facta. Ita Didacus in cap. Raynutius. §. 9. num. 3. verſ. item fit. de teſt. & Emanuel Coſta in cap. ſi pater. in princ. num. 13. de teſtament. in 6.

4 Secundus † eſt caſus quando teſtator ita dixit: Et ſi filius meus deceſſerit intra viceſimum quintum annum, ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu eſt ſubſtitutio compendioſa verbis ſingularibus vel verius ſpecialibus facta. Ita Didacus præcitato in loco, motus auctoritate Bart. in d.l. Centurio. num. 9.

5 Tertius † eſt, quando teſtator ita dixit. Et ſi filius (hunc impuberem eſſe præſupponimus) meus quandocunque deceſſerit, ſubſtituo Caium. Hanc eſſe compendioſam ſcripſerunt Bart. in l. Centurio. num. 17. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & ibidem Alex. num. 27. Iaſon, num 33. Ripa. num. Idem reſpõderunt Calcaneus in conſ. 108. num. 7. & Neuiz. in conſil. 53. num. 3. Alciatus in lib. 10. parerg. cap. 2. Emanuel. Coſta in c. ſi pater. in princ. num. 13. de teſta. in 6. Didacus in d. cap. Raynutius. §. 9. num. 2. verſ. vndecimo illam. & num. 3. vbi inquit,
6 hanc eſſe cõpendioſam verbis ſpecialibus factam. Hęc † enim dictio, quandocunque idem operatur ac ſi ſingula tempora fuiſſent enumerata: atque ita dictum, vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum, ſicuti dicebat Iacobus de Arena relatus ab Alberico in d.l. Centurio. num. 39. quos alij ſecuti ſunt, vt teſtatur Sfortia in Tract. de compendioſa, in 4. parte. quæſt. 2. artic. 2.

7 Quartus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu eſſe compendioſam, & ſi adiecta non eſt illa dictio, quandocunque, affirmarunt gl. in l. in teſtamento. la 1. C. de teſta. milit. ca. ſi pater. in verbo, abſque deductione, de teſtam. in 6. & ſecuti ſunt Bart. in l. Centurio. num. 9. Bartol. in conſ. 55. libr. 3. Decius in conſ. 227. num. 3. in conſ. 573. num. 1. in conſ. 642. nume. 1. & in conſ. 643. num. 1. Socin. Iun. in conſ. 180. nume. 10. lib. 2. & in conſ. 27. num. 11. lib. 3. ſic etiam communem aſſerens Curt. Iun. in l. precibus. num. 47. verſ. circa hanc, & num. 61. in fine. C. de impub. & aliis ſubſt. & in conſ. 172. nu... Eandem probarunt Neuiz. in conſ. 53. num. 3. Emanuel Coſta in cap. ſi pater. in 1. parte, in verbo, ſi decederet. num. 14. de teſtam. in 6. Roland. in conſ. 25. num. 13. lib. 1. Didacus in c. Raynutius. §. 9. nu. 2. verſ. vndecimò illam: & ibidem num. 3. dixit, eſſe compendioſam verbis generalibus factam, & Sfortia in Tract. de compendioſa. in 4. parte. q. 1. art. 1. qui perpendit tex. d.l. Cen-
8 turio. & d.l. precibus. Et afferri † ſolet ratio, quod indefinita æquipollet vniuerſali.

9 Quintus † eſt caſus, quando teſtator ita dixit: poſt mortem filij mei ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu compendioſam eſſe ſubſtitutionem ſcripſerunt Ruinus in d.l. Centurio. nu. 29. & ibidem Ripa nume. 150. Sapia in d.l. precibus. ad finem. & Emanuel Coſta in d.c. ſi pater. in verbo, ſi decederet. num. 2. qui quidem omnes reiiciunt contrariam opinionem Galliaulæ in d.l. Centurio.

10 Sextus eſt † caſus, quando teſtator ita dixit, filio meo impuberi, ſi deceſſerit ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu eſſe cõpendioſam, ſcripſerunt Bart. in d.l. Centurio. num. 31. & ibidem poſt alios Ripa, nume. 140. & Aquilinus in 4. parte. num. 202. teſtantur communem. Ea ratione vſi ſunt, quia illud verbum, impuberi, poſitum fuit demonſtratiuè, nõ autem diſpo-
11 ſitiuè cum in dubio † verba intelligantur demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè. l. Mela. ff. de ali. leg. & ſcripſi in conſ. 303. num. 27. lib. 4.

Declaratur tamen hic caſus tribus modis ſecundum Ripam in d.l. Centurio. num. 141. 142. & 143. quando ſcilicet aliis cõiecturis conſtat teſtatorem voluiſſe facere pupillarem, quas quidem declarationes explicaui ſuprà in præſumpt... vbi explicaui, quibus coniecturis præſumatur facta pupillaris.

12 Septimus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit: Et ſi filius meus in ætate pupillari deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Caiũ. Hæc quoque dicitur compendioſa. Nam & ſi factus pubes filius deceſſerit ſine liberis, erit locus fideicommiſſariæ ſubſtitutioni. Ita Bald. in conſil. 373. Quidam, verſ. 3. lib. 2. Caſtr. in conſ. 43. libr. 2. Alex. in conſ. 43. nu 7 lib. 2. Dec. in conſ. 572. nu. 1. & in l. generaliter. nu. 1. C. de inſti. & ſubſt. Ruin. in conſ. 103. nu. 23. li. 2. Cur. Iun. in d.l. precib. nu. 66. Rubeus. in conſ. 129. Arnoldus Ferronus in Cõment. ad conſuet. Burdegal. lib. 2. col. 3. Galliau. in d.l. Cẽturio. n. 373. Didacus in d.c. Rayn. §. 9. nu. 2. ver. duodecimo ex his. Pariſius in conſ. 73 nu. 15 li. 2. Neuiza. in conſ. 53. nu. 2. & 3. Ripa in d.l. Centurio. nu. 144. & Alciat. in reſp. 499. in fi. & Decianus in conſ. 82. nu. 27. lib. 3. Ea ratione ij vſi ſunt, quod hæc teſtatoris verba intelligi debent ſecundũ ſolitam, & cõmunem generandi naturam, atq; ita intelligantur prolata reſpectu ætatis adultæ, & ſit hic ſenſus. Et ſi filius meus in ætate pupillari, vel ſine liberis factus ſit pubes, ſubſtituo Caium. Non enim præſumendum eſt teſtatorẽ intellexiſſe, quòd ſi ipſe impubes deceſſerit ſine liberis, quaſi quod præſuppoſuerit eum eſſe aptũ ad generandum.

His conſtat, hanc eſſe communem & veram opinionem, & ſi diſſentiunt Comẽſ. in conſ. 125. & Corneus in conſ. 61. li. 2. & alij nonnulli.

13 Octauus eſt † caſus, quando teſtator ita dixit. Et ſi filius meus impubes deceſſerit ſine liberis ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu compendioſam eſſe ſubſtitutionem ſcripſerunt Pract. Papien. in forma libelli ſubſtitutionis compẽdioſæ. nu. 18. & Guielmus Benedictus in d.c. Raynutius in tit. de compendioſa. nu. 51. & ibidem Didacus. §. 9. num. 2. ad fi. qui dixit hunc caſum habere minus dubitationis, quam præcedentem.

14 Nonus eſt caſus, non teſtaror ita dixit. Et ſi filius meus in ætate pupillari deceſſerit ſubſtituo Caium. Hoc in caſu ſunt opiniones: compendioſam eſſe docuit Bald. in l. precibus. nu. 42. C. de impuber. & aliis ſubſt. dixit, eſſe compendioſam. Et Bald. ſecuti ſunt Caſtren. in l. precibus. col. 4. verſ. ſed adducit. Socin. Sen. in l. 1. col. 61. verſ. ſed hanc communem. ff. de vul. & communem eſſe aſſeruit Iaſ. in l. 2. in fi. eo. tit. Contrariam verò opinionem, quod imò non ſit compendioſa, ſed ſolùm pupillaris, probarunt Bart. in l. 2. nu. 27. ff. de vul. & pup. ſubſt. & ibidem Ripa. nu. 4. idem & in d.l. Centurio. nu. 60. verſi. ex quo infertur: & ibidem Iaſ. nu. 23. Decius in l. precibus nu. 15. & Didac. in d.c. Rayn. §. 9. verſ. tertiò, ex hoc, & alij quos retuli ſuprà in preſumpt... vbi explicaui quando pupillaris ſubſtitutio facta præſumatur: in nono caſu: quo loci demonſtraui veram hanc Bart. & ſequacium opinionem, & rationes ac argumenta Baldi, & aliorum confutaui.

15 Decimus eſt caſus, † quando teſtator ita dixit. Et quandocunque filius meus deceſſerit, eum rogo vt reſtituat hæreditatem Titio. Hoc etiam in caſu ſunt opiniones. Nam Bart. in d.l. Centurio. nu. 20. dixit, hanc eſſe compendioſam, & idem affirmarunt Iaſ. ibidem, num. 38. qui aſſeruit, eſſe communem, Decius in d.l. precibus. num. 16.

Contrariam opinionem, quod imò hæc non ſit compendioſa, ſed ſimplex fideicommiſſaria, probarunt Soc. Sen. in d. l. Centurio. nu. 25. & ibidem Galliaula. num. 220. & Ripa nu. 61. Politus in Tract. de ſubſtitutionibus. in tit. de cõpendioſa, num. 4. Cur. Iun. in d.l. precibus. nu. 48. ver. ſecundò moueor, qui refert Alex. in conſ. 1. col. 4. libr. 1. & Didacus in d.c. Raynutius. §. 9. nu. 1. verſ. quintò inde fit. Non enim (aiunt predicti) formula hæc continet plura tempora actu vel habitu diſtinguentia ſubſtitutiones, cùm ſemper fuerit fideicommiſſaria. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg & pup. ſubſt.

16 Vndecimus eſt caſus, quando † teſtator ita ſubſtituit. Et ſi dictus filius meus hæres nõ erit tunc ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Hæc ſubſtitutionis formula non eſt compendioſæ, cum facta non ſit ſub compendio verborum, ſed extenſe, ſicuti animaduertunt gl. magna in fine. d. l. precibus. & clarè Ripa in d.l. Centurio. nu. 61. ver. tertio oppono. cùm dixerunt, hęc verba, ſi in pupillari ætate deceſſerit, non ſignificare compendioſam: cum ſint verba diſtincta. Habet tamen hæc ſubſtitutio effectus compendioſæ, cum manifeſtè conſtet comprehendere plura tempora, & ſubſtitutiones. Ita Ruin. in conſ. 7. nu. 13. li. 3. qui dixit dari effectionẽ ex qua ſuccedat, eueniẽte caſu. Qua de re dicemus infrà ſuo loco.

17 Duodecimus † eſt caſus, quando teſtator hæredem inſtituit filium ætate maiorem, cui ſic ſubſtituit. Et quandocunq; filius hæres meus deceſſerit, tunc ſubſtituo Caium. Hanc ſubſtitutionem compendioſam eſſe ſcripſerunt Bart. Aret. & alij nonnulli: & communem eſſe opinionem aſſeruit Iaſon in d.l. Centurio. num. 23. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.

Contrariam opinionem quod imò hæc non ſit compendioſa: ſed ſolùm vulgaris, & fideicommiſſaria probarunt Curtius Iun. in d.l. precibus. nu. 46. Ripa in d.l. Centurio. nu. 60. verſ. infertur etiam. & Didacus in d. ca. Raynutius. §. 9. num. 1. verſ. primum non eſſe.

18 Decimus tertius eſt caſus, qñ † teſtator ita ſubſtituit, filio

meo ſubſtituo Caium quandocunque factus fuerit conſul.
Vel ſi ita dixit, quandocunque nauis ex Aſia venerit. Hoc in
caſu an ſubſtitutio dici debeat compendioſa, ſunt Doctorum
opiniones, Vna fuit opinio eorũ, qui dixerunt, hanc eſſe com-
pendioſam. Ita manifeſte Albericus in Rub. ff. de vul. & pup.
ſubſt. nu. 87. & idẽ viſus eſt ſentire Bar. in d.l. Centurio. n. 90.
19 cùm dixit, compendioſam dici † ſubſtitutionem illam, quæ
fit ſub conditione mortis vel alia Et Bart. ſic interpretati ſunt,
exemplumque hoc conditionis, quandocunque Sempronius
factus fuerit conſul, conſiderarunt & probarunt Aret. & Soc.
Sen. in d.l. Centurio ille, nu. 7. iſte nu. 18. Iaſ. nu. 22. in fi. Ruin.
nu. 30. Galliaula, nu. 221. Decius in l. precibus, nu. 16. & ibi-
dem Curt. Iun. nu. 45. & prædicto ſecuti ſunt Didacus in d. ca.
Raynutius. §. 9. nu. 2. verſ. octauò libet. de teſta. & Riminal.
Iun. in d.l. precibus, nu. 312. Et in eadem, l. precibus. Salic. nu.
15. affert aliud exemplum conditionis, vt ſi teſtator dixit, ſi fi-
lius meus liberos non habuerit, ſi tale quid non fecerit. Et ij
quidem inter ſe diſſident & variè ſenſum Barto. interpretan-
tur. Nam Socinus, Decius & Curtius ſic interpretantur, quòd
ſi tempore, quo Sempronius factus erit conſul, nolit filius eſ-
ſe hæres, ſit vulgaris ſubſtitutio. Si vero is filius deceſſerit im
pubes, & Sempronium factus ſit conſul, ſi pupillaris. Et de-
mum fideicommiſſaria, ſi poſt aditam hæreditatem Sempro-
nius ſit factus conſul. Et hanc eſſe communem declaratio-
nem affirmauit Curt. Iun. in d.l. precibus nu. 45. Et præterea
Ruin. in d.l. Centurio num. 30. verſ. ergo aliter ſic exponit,
quòd eſt compendioſa ſi eſt facta maiori hoc modo. Quan-
docunque Caius factus fuerit conſul. Nam comprehendit
vulgarem & fideicommiſſariam, quæ ſufficiunt ad conſtitu-
endum compendioſam. Et habeat locum ſi modo is factus e-
rit eo tempore conſul.

Verum Galliaula in d.l. Centurio. nu. 221. ſic diſtinguit,
aut eſt inſtitutus extraneus, & ei ſubſtitutus alius, ſi factus fue-
rit conſul. Hoc caſu hic ſubſtitutus, ſi factus erit conſul viuen-
te ipſo inſtituto, admittitur, & is inſtitutus, definit eſſe hæres,
Aut (inquit Galliaula) inſtitutus eſt filius vel deſcendens te-
ſtatoris, & hoc caſu ſubſtitutus etiam ſi factus ſit conſul viuo
inſtituto, non admititur ad eius excluſionem, ſed expectatur
eius mors, & ſi deceſſerit ſine liberis, iuxta l. cum auus. ff. de
cond. & demon & l. cum acutiſſimi. C. de fideic. Hanc diſtin-
ctionem quo ad ſecundum eius membrum reiiciunt Ripa &
Alciatus in d.l. Centurio, ille nu. 62. iſte nu. 58. Nam (inquit
Ripa) vult Galliaula, quòd ſubſtitutio conditionalis facta fi-
lio impuberi contineat pupillarem, & purificata condirione,
pupillaris non habeat effectum ante mortem filij, d.l. cum
acutiſſimi. Quod (ſubiũgit Ripa) eſt falſum, cùm d.l. cum auus
& d.l. cum acutiſſimi non habeant locum in fideicommiſſo
conditionali, cuius conditio euenit in vita filij, vt declarant
Comen. & Socin. in d.l. cum auus. Exiſtimo, præter Ripam
& Alciatum, etiam primum illud membrum diſtinctionis Gal
liaulæ non eſſe verum: cum dixit, quod ſi inſtitutus eſt extra-
neus, & ei datus ſubſtitutus ſub conditione, quòd euenien-
te cõditione in vita ipſius inſtituti, ſubſtitutus admittitur, ex-
cluſo ipſo inſtituto. Hoc quidem verum non eſſe crediderim,
Non enim ij dici poſſunt inſtituti & ſubſtituti inter ſe: cùm il-
20 le ſub cõditione † inſtitutus non poſſit dici hæres: ſed ſolùm
bonorũ poſſeſſor, donec eueniat, vel deficiat cõditio. l. ſi quis
inſtituatur. ff. de her. inſt. & l. 2. §. ſi ſub cõditione, & l. ij demũ.
ff. de bono poſ. ſecund. tab. & l. filiusfam. ff. vnde liberi, alio-
qui ſi hæres efficeretur non poſſet deinde deſinere eſſe hæres,
cum hæreditas † ad tempus dari non poſſit, l. hæreditas ex die.
21 ff. de hæred. inſt. Eſt ergo retinenda illa prima declaratio &
exemplum.

Altera & ſecunda eſt opinio, quod imò ſubſtitutio hæc di-
ci non poteſt compendioſa. Ita Ripa & Alciatus ſupra com-
memorati & his prius Lancellotus Politus in Tract. de ſub-
ſtitutionibus, in tit de Compendioſa, nu. 4. verſ. quæri etiam.
Et hos ſecutus eſt Emanuel Coſta in cap. ſi pater, in prima
parte in verbo ſi decederet num. 6. de teſtam. in 6. & ſi deinde
probauit communem opinionem in caſu, quem infrà referã.
Cùm hæc formula continere non poſſit pupillarem. Nam hu-
ius conditionis purificatio expreſſim repugnat naturæ pu-
pillaris ſubſtitutionis: Huius enim conditionis purificatio
vult ſubſtitutum admitti viuo pupillo, contra naturam pupil-
laris, l. in pupillari. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Hæc conſideratio
nõ ſatis vera videtur: cùm Socinus, Iaſon, Decius, & apertiùs
Coſta qui ſup. num. 11. velint ſubſtitutum eueniente conditio-
ne admitti poſt mortem pupilli, atque ita admittunt condi-
tionem poſſe euenire viuo pupillo: ſed tamen non habere ef-
fectum, niſi pupillus in pupillari ipſa ætate moriatur. Et idem
de fideicommiſſaria præcitati Doctores ſcripſerunt. Ex quo
intelligimus veram non eſſe illam confirmationem, quam fe-
cit Ripa in d.l. Centurio nume. 62. verſic. confirmatur, quia.
Alia ratione Emanuel Coſta exiſtimauit, hanc non eſſe ſub-
22 ſtitutionem compendioſam. Inquit ille † ſi teſtator ita ſubſti-
tuit filio à ſe inſtituto, Filio meo Ioannem ſubſtituo. Hæc
(dicit Coſta) ſubſtitutio eſt vulgaris, & pupillaris, vt ſcribunt
Bartol. in d.l. Centurio. num. 32. & alij, quos ſecutus retuli ſu-
prà in præſumpt... vbi explicaui, quibus coniecturis pupilla-
ris ſubſtitutio facta demonſtretur in tertio caſu. Huic autem
23 † formulæ verborum, ſi adiiciatur conditio hæc, ſi Caius fa-
ctus ſit conſul, vel, ſi nauis ex Aſia venerit, non tamen deſinit
eſſe ſubſtitutio vulgaris, & pupillaris, atque ita non dicitur
compendioſa. Cùm & vulgari, & pupillari ſubſtitutioni ad-
iici poſſit extrinſeca hæc conditio ſi nauis ex Aſia venerit. l.
qui liberis. ff. de vulg. & pup. ſubſt. quem textum ad rem per-
pendunt, & Aretinus, & Ruinus in d.l. Centurio. ille nume. 5.
iſte. num. 30. Cæterùm facilè euitatur hæc conſideratio: cùm
Socinus, Iaſon, Decius, & reliqui ſupra commemorati loquã-
tur ſecundum terminos, & verba Bart. in dicta l. Centurio. nu.
9. quando ſcilicet teſtator ita dixit: Et quandocunque Caius
factus erit conſul, eum ſubſtituo filio meo: vel ſi dixit: Caium
filio meo ſubſtituo quandocũque nauis ex Aſia venerit. Quo
ſanè in caſu, & ipſemet Coſta præcitato in loco. numero de-
cimoquinto, admittit opinionem ipſam communem, quæ re-
tinenda eſt.

24 Decimus quartus † eſt caſus, quando teſtator miles ita fi-
lio puberi ſubſtituit. Quandocunque filius meus deceſſerit
ſubſtituo Caium. Hanc non eſſe ſubſtitutionem compendio-
ſam ſcripſit Didacus in d. cap. Raynutius. §. 9. nume. 1. verſic.
ſexto apparet. Non enim ſub eo verborum compendio (in-
quit Didacus) comprehendit plures diuerſas ſubſtitutiones:
cùm ſemper ſit directa militaris, vt tradunt poſt alios Iaſon,
& Ripa in d.l. Centurio. ille num. 26. iſte. num. 64.

25 Decimus quintus eſt † caſus, quando teſtator hæredem ex-
traneum inſtituit, & ei ſic ſubſtituit. Et quandocunque Caius
hæres meus deceſſerit, ſubſtituo Sempronium. Hãc eſſe com-
pendioſam docuit Curtius Iunior in d.l. precibus. nume. 44.
C. de impube. & aliis ſubſti. Verùm compendioſam non eſſe
tradit Emanuel Coſta in d. cap. ſi pater, in princip nume. 13.
verſiculo ex qua recepta traditione, de teſtam. in ſexto. Cùm
contineat ſolùm vulgarem, & fideicommiſſariam, quæ dicun-
tur diſtinguere duos caſus, nempè aditæ, & non aditæ hæredi-
tatis, non autem diuerſas ſubſtitutiones diuerſis temporibus
factas, hoc eſt, ætatis pupillaris, & pubertatis. Concedit ta-
men, & rectè Emanuel hanc eſſe diſputationem de nomine:
cùm ſubſtitutionis huius formula effectum habeat compen-
dioſæ, quæ dicitur ſecundum alios, quæ continet plures ſub-
ſtitutiones tractum temporis habentes, ſicuti diffiniendo
compendioſam dixit Decius in dicta lege precibus. num. 16.
verſ. ex prædictis.

## PRÆSVMPT. LII.

Compendioſa ſubſtitutio facta verbis directis obliquis, & communibus à milite impuberi, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate poſt pubertatem valeat iure directo, vel iure fideicommiſſi? Et hic explicantur ac conciliantur. l. Centurie. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. & l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus.

## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa facta à milite impuberi verbis directis vel obliquis, an & quando valeat poſt pubertatem iure directo, vel fideicommiſſi.*

2 *Subſtitutio compendioſa facta à milite impuberi dicitur directa, etiam matre ipſa in medio exiſtente contra. num. 4.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta à pagano cenſetur potius directa quam fideicommiſſaria, & obliqua, quando vtroque modo valere poteſt.*

5 *Intellectus, & conciliatio ad l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſt. num. ſeq.*

6 *Dictio, velut, ſimilitudinem denotat, & quandoque ſtare ſolet vt expreſſiua veritatis. num. 9. & 10.*

7 *Quarta non detrahitur, ex bonis fideicommiſſi relicti à milite.*

8 *Subſtitutio directa trahitur ad fideicommiſſum ex iuſta cauſa.*

10 *Dictio, veluti, apud bonos auctores poſtponitur ſemper orationi.*

11 *Ablatiui abſoluti conditionem important.*

12 *Subſtitutio exẽplaris fit filio furioſo ob defectum iudicij, & ſenſus.*

13 *Subſtitutio quando fit vſque ad certam ætatem, ex quo non eſt perpetua, dicitur directa.*

14 *Militis ſubſtitutio hoc modo concepta: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius hæres ſit, an ſit compendioſa. & num. ſeq.*

16 *Miles ex priuilegio poteſt directò ſubſtituere filio puberi: pupillariter autem non poteſt.*

17 *Subſtitutio compendioſa à milite facta verbis obliquis fideicommiſſaria cenſetur.*
*Et quomodo verbis obliquis fiat.*
*Et quid ſi facta eſt verbis communibus. num. 18.*



1 GRAVISSIMA † & perdifficilis admodum
eſt hæc diſputatio, in qua conſtat diſtinguen-
dos eſſe tres caſus. Primus † eſt, quando com-
2 pendioſa hæc ſubſtitutio facta fuit à milite
impuberi: Hoc caſu ſine cõtrouerſia, eſt ſem-
per directa. Ita Bart. & alij, quos infrà referam.

Extenditur hic caſus, vt locum habeat, etiam matre ipſa exiſtente in medio. Hoc etiam caſu fauore militis, eſſe omni tempore directam, & propterea matrem pupilli excludi, ſcripſerunt Bart. in d.l. Centurio. num. 12. & ibidem Bald. colum. 1. Caſtren. num. 6. Alexand. num. 52. Socin. Sen. num. 27. in fi. Iaſon num. 19. Ripa. num. 45. & Galliaula. num. 245. Hanc eſſe communem atteſtantur multi, quos recenſet Sfortia addo in commentariis de compendioſa ſubſtitutione in quinta parte. artic. 3. pag. 110. Et illis accedunt Ioan. Bolognetus in d.l. Centurio. numero 94. & num. 135. & Ioan. Marcus Aquilinus ibidem, in quarta parte, num. 22.

Primò moti ſunt tex. l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. vbi indiſtinctè, & abſolutè dicitur, ſubſtitutionem hanc iure directo valere, intelligitur ergò etiam ſi pater eſt in medio. Nec obſtat tex. d.l. precibus, quia ſtatim reſpondebimus.

3 Secundò adducitur † tex. capit. ſi pater. de teſtam. in 6. vbi
compendioſa facta à pagano in dubio cenſetur potius dire-
cta, quàm fideicommiſſaria, & obliqua, quando vtroque mo-
do valere poteſt. Ergò multò magis in milite, intelligi debet,
vt valeat iure directo. Nec repugnat quod ibi dicitur, id lo-
cum non habere, quando non conuenit ſubſtitutis, quia non
apparet in caſu noſtro, quin conueniat ſubſtituto à milite.

4 Contrariam † opinionem, quod imò ſubſtitutio hæc va-
leat poſt pubertatem iure fideicommiſſi, tantùm probarunt
Accurſ. in hac l. precibus. & alij antiqui ante Bartolum quos
ipſemet Bartolus hic, num. 4. & nume. 11. ſibi parum conſtans
ſecutus eſt, & alij commemorati ac probati à Galliaula in d.l.
Centurio. num. 245. & ab Alciato ibidem. num. 43. in fine. &
alios plures confert Sfortia in loco ſupra allegato, pag. 111.
verſ. contraria igitur. Et ij quidem moti ſunt ſolùm text. d.l.
precibus, in illis verbis, *velut ex cauſa fideicommiſſi*, qui textus
alioqui repugnare videtur. d.l. Centurio.

Cæterùm multis modis reſpondetur ab his, qui communem ſententiam defendunt, conciliando duo hæc reſponſa.

5 Prima fuit † conciliatio (vt reliquas antiquorum omit-
tam) Alexand. in d.l. Centurio. num. 53. & 56. qui dixit, quod
in l. Centurio. ſubſtitutio fuit facta verbis merè directis. In
hac verò l. precibus, non fuit ſubſtitutio directa, ſed dubia, id
eſt, facta verbo communi, ſubſtituo. In dubio autem ſubſti-
tutio nõ fuit referenda ad priuilegium militiæ iuxta l. quam-
quam. C. de teſtam. milit. ideò valuit iure fideicommiſſi. Hæc
interpretatio ſecundum Alexandrum ſumitur ex verbo, ſub-
ſtituerit, quod retulerunt Impp. Et quia ſi hic miles verbo di-
recto ſubſtituiſſet, non poſſet aſſignari ratio, quare etiam poſt
pubertatem non valeret ſubſtitutio hæc iure directo, iuxta
d.l. Centurio. Hanc conciliationem probarunt etiam Oria-
nus in dicta l. Centurio. num. 25 Cacialupus in hac l. precibus.
num. 22. Galliaula in d.l. Centurio. nume. 232. & Ripa. num.
66. Didacus in capitulo Raynutius. §. nono, numero ſexto, de
teſtamen.

Verùm ea ratione reiicitur, quod verius ſit, quod in d.l. precibus. ſubſtitutio facta fuit verbis directis, vt affirmant Corneus hic num. 12. & Alciatus in d.l. Centurio. numero 43. Nam mulier ſuis in precibus dixerat, quod maritus quondam ſuus ſecundum hæredem ſcripſerat, hoc eſt, filio pupillo directò ſubſtituerat, ſicuti in d.l. Centurio. Et Impp. diſtinguendo retinuerunt caſum, & facti ſpeciem à muliere propoſitam. Nec obſtat illud verbum, ſubſtituit, quia eſt verbum non teſtatoris, ſed Imperatorum narratiuum, in quo non fit fundamentum.

6 Secunda fuit conciliatio Fulgoſij hic poſt Caſtellionum,
quod tã in hac l. precib. quàm in d.l. Centurio. ſucceditur iure
directo, non autem per fideicommiſſum. Et illa verba, velut
ex cauſa fideicommiſſi, poſita in hac l. precibus, nõ ſunt ſigni-
ficatiua fideicommiſſi, ſed ſimilitudinem important, cum di-
ctio, † velut, ſit nota ſimilitudinis. Significat enim ſimilitu-
dinem quandam, quam habet militaris directa cum ipſa fidei-
commiſſaria. Nam in vtraque veniunt ſolùm bona teſtatoris,
non autem pupilli: & quidem ſine vlla diminutione. Non
7 enim † detrahitur quarta de bonis fideicommiſſi à milite reli-
cti, l. in teſtamento. la 2. C. de teſt. mil. Et rurſus per vtranque
ſubſtitutionem ſucceditur teſtatori, non autem filio hæredi
poſt aditam hæreditatem. Quod autem ſubſtituti peterent
bona, quæ peruenerant ad matrem: redditur hæc ratio, quod
mater ſucceſſerat filio ab inteſtato, & ad eam ſpectauerat ſuc-
ceſſio omnium bonorum, quæ filius moriens cum ſuis con-
iuncta poſſidebat: atque ita teſtatoris, & bona ipſius filij con-
fuſa fuerant. Nec repugnat, quod dicebat Alex. in d.l. Centu-
rio, quod ſubſtituti illi petere atque ita capere debebant bo-
na de manu ipſius mulieris, ibi, bona à ſe peti poſſunt: quod
arguit fideicommiſſum. Nam in directa ſubſtitutione iure
proprio à ſe ipſis caperent ſubſtituti. Reſpondetur ideò ſub-
ſtitutos petere à muliere, quia illa reperiebatur in poſſeſſione
omnium bonorum, quæ obtinebat filius tempore mortis.
Nam mulier, mortuo filio, exiſtimans ſe omnium bonorum
hæredem, ea bona occupauit, vel verius retinuit, & deinde
poſt litem ei à ſubſtitutis motam conſuluit Impp. an ea om-
nia bona ad ſe, vel ad ſubſtitutos pertinerent: Ita declarant
Galliaula, & Duarenus, quos ſtatim recenſebo. Hanc conci-
liationem, & interpretationẽ, vt veriſſimam probarunt multi
hac in l. precibus. vt Iaſon nu. 9. & Curtius iun. num. 41. Ripa
in l. Centurio. num. 66. & ibi Galliaula. num. 233. Duare. lib.
2. diſputatio. anniuers: cap. 7. & Io. Marcu. Aquilinus in d.l.
Centurio. in quarta parte, num. 30. Viglius in §. qua ratione.
num. 13. in Inſtit. de Imp. ſubſt. Conna. lib. 10. comment. iuris
ciuilis cap. 8. num. 10. & Didacus in cap. Raynutius. §. 9. nu. 6.
de teſta. cæterùm hæc interpretatio à multis reiicitur, ea ratio
ne primum, quod ſi Impp. ſimilitudine tantum vti voluiſſent,
ſimpliciter dixiſſent, *velut ex fideicommiſſo*. Non autem dixiſ-
ſent, *velut ex iuſta*, (ita enim habent multi codices) *cauſa fidei-
commiſſi*, quibus quidem ſignificarunt, eſſe fideicommiſſum,
8 cùm directa † ſubſtitutio trahatur ad fideicommiſſum ex iu-
ſta cauſa. cap. 1. de teſta. in 6. Rurſus ſi in hac l. precibus. pone-
retur ſimilitudo militaris, & fideicõmiſſariæ, opus eſſet, quod
eadem ſimilitudine vſi fuiſſent circa petitionem mulieris. Di-
xerunt Impp. ſubſtitutos petere potuiſſe à muliere bona velu-
ti ex cauſa fideicommiſſi. In petitione enim nulla eſt ſimili-
tudo inter directum hæredem militarem, & inter ſubſtitutum
fideicommiſſarium. Nam ſubſtitutus per militarem petere
debet bona directa hæreditatis petitione, etiam ſi mater non
eſſet hæres filij. Ex diuerſo fideicõmiſſarius non poſſet petere
à muliere bona teſtatoris, niſi ipſa mulier eſſet hæres filij, idq;
actione ex teſtamento. Et rurſus ſubſtituti ex fideicommiſſo
petere poſſent duntaxat bona, quæ erant patris, vt in
hac l. precibus in fine. Et tamen ſi admitterentur ex directa
militari poſſent etiam conſequi fructus inuentos in ipſa
hæreditate. dicta l. Ceturio. Et prætereà ſi Impp. voluerunt
ignaram mulierem inſtruere, vt manifeſtè declararet atque
præponeret facti ſpeciem, vt deinde certum reſponſum
ei dare poſſent: non eſt veriſimile, quòd tam obſcura
ſimilitu-

ſimilitudine mulier inconſulta abiret. Et præterea illa di-
9 ctio † veluti, ſtare poteſt vt expreſſiua veritatis; vt multis in locis ſtare ſolet, ſicuti tradit Alberic.in dictionario, in verbo,veluti.Et tandem exiſtimo ego ita eſſe legendum in d.l. precibus, *tunc te eius ſucceßionem obtinente* veluti ex iuſta cauſa; deinde ſic; *fideic.bona* &c.Et ita illa dictio veluti annectitur præcedentibus verbis,*te eius ſucceßionem obtinente*.Non
10 enim † legi apud bonos auctores, quod dictio veluti anteponatur orationi,ſed poſt ponatur, vt ex Valla. lib.2. elegant.c. 36. facile eſt colligere.Et hoc in caſu eſt expreſſiua veritatis. Nam ſignificat matrem obtinere ſucceſſionem filij ſui ex iuſta cauſa,nempe,quia ei debetur,eo ab inteſtato moriente.l. nam & ſi parentibus,in prin.ff.de inoff.teſta.

Tertia fuit conciliatio Conſtantini Rogerij in tract. de ſubſtitutionibus.nu.15.quem refert Riminal iunior in hac l. precibus.nu.301. quod in hac.l.precibus.ſubſtitutio poſt pubertatem ſit fideicommiſſaria fauore matris, quæ erat in poſſeſſione bonorum,vt ſignificant illa verba, *te eius ſucceßionem obtinente*.Quorum ſenſus eſt,ſi obtines filij tui ſucceſſionem,
11 quia ſis in poſſeſſione:cùm ſint verba hæc † ablatiui abſoluti, quæ conditionem important,l.à teſtatore.ff.de cond.& dem.

Cæterum reiicitur hic ſenſus & rectè a Riminal.iun.hic. num.301.primo quia illa verba, *te eius ſucceßionem obtinente*, dominium reſpiciunt,non autem poſſeſſionem.l. emancipata & l.bonorum. C.qui admitti. ſignificant itaque dominium bonorum pertinuiſſe ad ipſam matrem iure ſucceſſionis ab inteſtato d.l.nam & ſi parentibus.

Secundò accedit,quod & in caſu d.l.centurio, ſi mater extabat,veriſimile eſt, quod mortuo filio manſiſſet in poſſeſſione bonorum,& tamen non obliquatur ibi ſubſtitutio.

Tertiò & fortius confutatur hæc interpretatio quia nec æquitati conuenit,vt matri tribuatur hic fauor,quod ob retentionem & occupationem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum à ſe ſine iure factam poſſet obtinere bona veluti ex fideicommiſſo, imò potius debuiſſet ius ſuum amiſiſſe: iuxta interdictum quorum bonorũ,l.1.ff.quorum bono.cum ſimil.

Quarta fuit conciliatio & interpretatio Benedicti Plumbini in hac l. precibus, quam probarunt etiam Decius & Coraſius hic,& Alciatus in d.l.Centurio.in verbo,ex priuilegio,nu. 43.& in lege verbis ciuilibus,nume.12.ff.eod,de vulgar.& pupilla.ſubſtitutio. Dicebat Plumbinus quod in d.l.centurio, ſubſtitutio fuit facta vſque ad certam ætatem, hoc eſt, vſque ad 25.annum. In hac verò.l.precibus,ſubſtitutio fuit facta ſimpliciter,& non vſque ad certam ætatem, vt dicitur in verſ.ſi verò.Et hæc conciliatio probatur ſumpto argumento à ſenſu contrario à d.l. Centurio: & hac, l.precibus. Si enim valet iure fideicommiſſi quando ſubſtitutio facta eſt non vſque ad certam ætatem,moriente filio in pubertate:Ergo à ſenſu contrario velle videtur,quòd ſi facta ſit vſque ad certam ætatem, quòd ſit directa militaris, non autem fideicommiſſaria, vt in d.l. centurio. Differentiæ ratio affertur prima,quia magis videtur conuenire militi quod ad tempus quis vocetur,& poſt illud tempus, alius, l.miles ita.ff. de teſtam. mil.Et apparet quod is miles in caſu.d.l.centurio, voluit vti priuilegio militis,ex quo ſubſtituit vſque ad certam ætatem, aliàs directa ſubſtitutio non valuiſſet. Non ita eſt in ſubſtitutione facta ſimpliciter,vt in hac.l. precibus, quia non apparet,quod voluerit vti priuilegio militari.l.3.C.de teſta.mil.Quando ergo ſimpliciter ſubſtituit filio quandocunque deceſſerit,non præſumitur eum vti voluiſſe priuilegio militari, vt filius ſit hæres ad tempus,iuxta d.l.miles ita. Et cõſequenter videtur voluiſſe, quod in vita ſua nunquam poſſet diſponere de bonis ſuis: Et ideò ſumitur interpretatio, quòd ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria.Diuerſum eſt,quando fit ſubſtitutio vſque ad certum tempus vt puta vſque ad 25.annum.Nam tunc teſtator præſumitur non acquieuiſſe iudicio ipſius filij: Vnde tunc à verbis nõ recedimus,vt priuilegio potius vti voluerit, d.l.Centurio. Nam adiectione certæ ætatis videtur voluiſſe inducere ſub-
12 ſtitutionem ſimilem exemplari ſubſtitutioni, quæ † fieri ſolet filio furioſo, ob defectum iudicij & ſenſus, arg.l.multi.ff.de liber.& poſth.

13 Secunda ratio differentiæ eſt,quia quando † ſubſtitutio fit vſque ad certam ætatem, tunc ex quo non eſt perpetua & conſequenter non ita præiudicialis matri, lex voluit, quod valeat illo tempore iure directo prout verba ſonant,licet mater ſit in medio.Et hic eſt caſus in d.l.Centurio, cuius timore Imperatores in hac l.precibus, dixerunt illa verba, non vſque ad certam ætatem referri. Et ſic conueniunt ij duo cõtextus. Diuerſum eſt quando ſubſtitutio non eſt reſtricta ad certam ætatem:Nam tunc fauore matris,adueniente pubertate,obliquatur, vt in hac l.precibus, ne ſcilicet tantopore ei præiudicetur.

Cæterùm conciliationem hanc reiiciunt Corneus in d.l. precibus.num.12. & Sapia.nume.8. Socin. Sen.d.l.Centurio. num.27.& Leonius in Tracta.de ſubſtit.in titul.de compendioſa.num.80. Nam probabilis ratio reddi non poteſt inter prædictas duas ſpecies. Nam ſi miles ita dixit. Quandocun-
14 que † filius meus deceſſerit, Titius hæres ſit, miles ita ſubſtituendo egreſſus eſt tempora pubertatis filij, alioqui ſi egreſſus non eſſet, dici non poſſet compendioſa, nec valeret poſt decimum quartum annum,decedente filio, veluti ex cauſa fideicommiſſi. Et tamen conſtat dici compendioſam, & iure fideicommiſſi valere poſt pubertatem, vt in d.l.precibus. Ergò ſtat adhuc difficultas, cur in d.l.precibus.militis voluntas non ſit conſecuta effectum ſuum, ſi miles ita directo expreſſit voluntatem ſuam ſubſtituendo poſt pubertatem, quam expreſſit in caſu d.l.Centurio.

15 Quinta eſt † conciliatio,quę ſic conſideratur,quod tam in l.Centurio, quàm in d.l.precibus, ſubſtitutio fuerit verbis ciuilibus concepta. Et quod in l.Centurio, voluerit iure directo,in hac verò l.precibus,voluerit iure fideicommiſſi. Differentia ex eo facta eſt, quod in d.l.precibus, ſubſtitutio fuit cõcepta à milite,in forma pupillaris hoc modo, ſi filius meus deceſſerit intra decimum quartum annum,Titius ei hæres ſit vel ita.Quandocũq; filius meus deceſſerit,Titius ei hęres ſit. Hanc eſſe ſubſtitutionem compendioſam in forma pupillaris,ob illud pronomen,ei,ſcribunt gl.in l.cohæredi.§.cum filiæ,in verbo, nec aliud.ff.de vulgar. & alij quos ſtatim commemorabo.Quod autem in d.l.precibus, ita concepta fuerit compendioſa hæc ſubſtitutio,ſenſerunt glo.ibidem,in verbo, fideicommiſſi,verſ.vbi ergò puberi.Baldus num.35.Salicetus num.21.& Aretin.in conſ.154.colum.1.verſ.ſecundum eſt aduertendum.Et probatur verbis d.l.precibus,ibi.*Eos habeat hæredes,quos ei pater conſtituit*. Quæ ſanè verba niſi ſignificarent, ſubſtitutionem hanc compendioſam fuiſſe factam in forma pupillaris ſequeretur,quod ipſi Impp.Diocletianus,& Maximianus,non tam apertè,& certò reſpondiſſent mulieri, quod filius ſi intra pubertatem deceſſiſſet, eos haberet hæredes quos ei pater conſtituiſſet.Nam vbi compendioſa non fuiſſet concepta in forma pupillaris, ſed hoc modo, quandocunque filius meus deceſſerit, Titius hæres ſit, caſus fuiſſet dubius, cum & de eo dubitauerit Papinianus in d.l.Centurio:& id eo Impp.dubitatiuè reſpondiſſent, hoc modo, eos habeat hæredes quos ei pater conſtituiſſe intelligitur. Verùm aduerte,hęc eſſe verba narratiua Impp.non autem facti propoſiti à matre, quod ſanè factum cùm eſſet ambiguum, an ſcilicet ſubſtitutio eſſet facta in primum, vel in ſecundum caſum, multò minus conſtare potuit, quod illa compendioſa eſſet in forma pupillaris. Niſi reſpondeatur eſſe faciendum fundamentum in verbis Impp.ad declarationem illorum verborum, veluti ex cauſa fideicom.In ea verò l.Centurio,ſubſtitutio compendioſa facta non fuit in forma pupillaris, ſicuti eam intellexerunt Comenſ.ibi.num.4.Galliaula.num.191.& Decius in l.in teſtamento.num.16.verſ.ad hoc.C.de teſtam.milita.ita enim conceptam fuiſſe compendioſam creditur:quandocunque filius meus deceſſerit, Titius ſit hæres. Ita conceptam fuiſſe ſubſtitutionem illam ſuadet,quod niſi ita fuiſſet cõcepta, non valuiſſet iure directo poſt pubertatem, nec etiam ex priuilegio militum,vt ſtatim dicemus: Et prætereà conſidero verba d.l.Centurio,ibi.*etiam propria bona filij ſubſtitutus iure communi capiet*. Si enim ibi compendioſa concepta fuiſſet in forma pupillaris,id eſt,hoc modo,quandocunque filius meus deceſſerit,ei ſit hæres Titius,res caruiſſet dubitatione,quin his Titius ſubſt.ſuccederet etiam in bonis ipſius filij. Et ideò ineptum fuiſſet dicere,quòd etiam propria bona filij caperet ſubſtitutus; Iam enim id certum fuiſſet, poſteaquam ei extitiſſet hæres. Nec obſtant illa verba d.l.Centurio, ibi: *filio, ſi intra vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ ſine liberis vita deceſſerit,*





*directò ſubſtituit*.Si directò filio ſubſtituit.Ergo filio hæredem dedit. Quæ quidem verba ita ſunt interpretati à Comenſi diſſentientes.Nam reſpondetur, non eſſe bonam conſequẽtiam,Centurio directè ſubſtituit filio,ergo ipſi filio facta eſt ſubſtitutio.Cùm & directò filio dicatur ſubſtitutum, vulgari ſubſtitutione facta,ſicuti conſiderat Galliaula in d.l.Centurio.numero 184.ſignificauit ergo Papinia. ſecundum hęredem ſcriptum fuiſſe poſt filium. Non etiam obſtat text. l. verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. vbi idem Papinia. commemorat ſubſtitutionem compendioſam factam eiſdẽ verbis,quibus illa, de qua in d.l.Centurio (ambo enim hæc reſponſa eiuſdem Papiniani eodem ex libro ſunt) & tamen in d.l.verbis,facta dicitur illa ſubſt.vltra pubertatem in forma pupillaris,ſicuti intellexit gloſ.ibi,& in §.qua ratione.in Inſt.de pup. ſubſt. Baldus in d.l.precibus,nu.35.& Alcia. lib. 10.parerg.iuris.c.1.Nam reſpondetur, quòd imò in d. l. verbis, ſubſtitutio facta non fuit in forma pupillaris. Ibi dubitauit Papinia. an qui non admittitur vt ſubſtitutus, admitti poſſit quaſi adiectus hæres? Et reſpondit, interpretationem hanc eſſe reiiciendam:quia & ſi verba eam admitterent: attamen voluntas eandem excluderet.Non ergo ſubſtitutionis verba erant concepta in forma pupillaris: quia tunc inepta fuiſſet dubitatio,& verba omnimodè reiicerent adiectionẽ hæredis.Id quod ſenſit & Corneus in hac.l.precibus.num.15. verſ.obſtat tamen. Ex quo ſequitur, verborum ciuilium interpretationem non eſſe illam, quam exiſtimauit Alciatus præcitato in loco:cùm Papinia.non ſe retulerit ad verba exprimentia pupillarem ſubſtitutionem,vt cõſtat ex dictis ſupra ab eodem.Et rurſus, verba ciuilia non ſunt, quibus pupillaris concipitur:ſed ſunt directa, quæ ipſo iure ciuili hæreditatem deferunt,ſicuti aduerſus Alciatum ſcripſit Conna. lib.10.commenta.iuris ciuilis.c.8.

His conſtat verum eſſe quod diximus,quod.ſ.in l. precib. ſubſtitutio compẽdioſa fuit concepta à milite in forma pupillaris:In ea verè.l Centurio, non, ſed in forma communi.
16 Cùm autem miles † ex ſuo priuilegio poſſit ſubſtituere directè filio puberi,non immeritò,ſi in d.l. Centurio, directò valere potuit ſubſtitutio illa.Sed diuerſum in pupillari, quã miles ex ſuo priuilegio facere nõ poteſt filio puberi. & proptereà cum in hac l.precibus.ſubſtitutio compendioſa facta in forma pupillaris,directò valere non potuerit, ad fideicõmiſſum fuit conuerſa. Quod autem miles ex ſuo priuilegio non poſſit ſubſtituere pupillariter filio puberi,ſicuti nec exhæredato,affirmarunt communiter Doct.in l. Centurio. ibi gl.vlt.Caſtr.in l.in teſtamento.la 1.C.de teſta.milit.Bart.in l. Marcellus.§.quidam liberis,num.9.ff.ad Treb.vbi Alex.n.4. & Soc.num.6.teſtãtur magis communem & veram, id quod facit & Ripa in d.l.Centurio. ſubſtitutio valere potuit directè.In caſu verò d.l.precibus, valere non potuit directè, ob id dictum fuit,valere iure fideicommiſſi.Nam in caſu dict.l. Centurio,verba militis propriè exprimebant directam militarem ſibi ex priuilegio conceſſam:non autem fideicommiſſariam.In hac verò l. precibus, verba & qualitas filij ſignificabant, teſtatorem voluiſſe ſubſtitutum eſſe debere hæredẽ ipſius filij quandocunque decedentis: atque ita cùm deceſſiſſet is filius poſt pubertatem,directo habiturus nõ erat eos, quos ei pater ſubſtitueret,ſed habiturus erat matrem, quam ei non ſubſtituerat pater:cùm autem ſubſtitutio ſuſtinere nõ potuerit iure directò,ob id reſponderunt Impp. voluiſſe iure fideicommiſſi,& conſequenter matre excluſa, ſubſtitutos admitti per fideicommiſſum, & hæc quidem vt ſuſtineatur aliquo modo teſtatoris voluntas.

17 Secundus eſt † caſus, quando hæc compendioſa facta eſt à milite verbis obliquis,vt ſi dixit.Quãdocunque filius mõs deceſſerit,rogo vt reſtituat hæreditatem Caio. Hoc caſu receptiſſima eſt omnium ſententia, omni tempore fideicommiſſariam eſſe.ita Bart.in d.l.Centurio nu.12.& ibid. Socin. ſen.num.21.Galliaula.num. 251.Ripa num. 68. Imola in cap. Raynutius,nu.177.de teſta.& ibid.Didacus.§.9. nu. 18. & alij relati à Sforcia in præcitatis commentariis de compendioſa ſubſtitutione, in quinta parte.art.1. pag.107.qui contrariam opinionem veriorem ſibi videri ſcripſit. Communẽ quoque ſecuti ſunt alij quamplurimi congeſti ab Aquilino in dict.l. Centurio.in quarta parte,num.185.

18 Tertius † eſt caſus, quando hæc compendioſa facta fuit à milite verbis communibus:vt ſi dixit. Quandocunque filius meus deceſſerit,ſubſtituo Caium.Hoc in caſu, matre nõ exiſtente in medio, ſemper eſt directa quàm ante aditam hæreditatem iure tamen militari.Ita Bar.in d.l.Centurio.nu.12.& ibid.Soc.ſen.num.21.& 25.Galliaula nu.249.Soc.iun.nu.197. & communem eſſe teſtatur Sforcia in præcitatis commẽtariis de compendioſa ſubſtitutione.parte 5. art. 2. verſ. prima opinio.pag.108.qui eiuſdem opinionis alios quamplures recenſet.Quando verò mater eſt in medio continet vulgarem & pupillarem ſuis temporibus:durante.ſ.pupillari ętate:poſt pubertatem verò eſt fideicommiſſaria,fauore matris.Ita Bar. in d.l.Cẽturio.nu.12.vbi Soc,ſen.nu.26. teſtatur communem eſſe omnium opinionem, vt etiam affirmat Sforcia in loco ſupra citato.pag.107.verſ.primus eſt quando.

## PRÆSVMPT. LIII.

### Compendioſa ſubſtitutio à pagano facta verbis communibus an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris contineat vulgarem.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa à pagano facta verbis communibus an & quando præſumatur continere vulgarem.*
2 *Verba generalia quid ſint apta comprehendere.*
3 *Verba teſtamenti quando magis adaptantur vni ſubſtitutioni quam alteri,quomodo ſint conſideranda.*

1 DISPVTATIO † hæc an ſubſtitutio vulgaris cõprehendatur ſub prædicta compendioſa verbis communibus facta, non habet multum dubitationis.Nam vera & communis eſt Doctorũ opinio,vulgarem contineri,vt. ſ. ſi inſtitutus decedat ante aditam hæreditatem, hic ſic ſubſtitutus admittatur. Ita Bart.in d.l.Centurio.nu.32.ff.de vulga.& pup.ſubſt. & ibidem Alex. num.70.Ruinus,num.63.Iaſ.num.23.Orianus,num. 29. Galliaula num.422.Ripa num.101.& num.146.Soc.iun. num.33. & 273.Idem affirmarunt alij multi, quos congerit Sforcia in tract.de compendioſa.in quinta parte art.1. pag. 67. Et illis accedunt alij relati ab Aquilino in d. l. Centurio. in quarta parte,num.209.Caſtr.in conſ.86.num.1.& in conſ.115.nu. 2. lib.1.Fran.de Marchis in q.78.num.2.parte prima,& ij quidẽ adducti ſunt tex.l.generaliter.C.de inſtit.& ſubſt.l.precibus. C.de impub.& aliis ſubſt.& c.ſi pater.de teſta. in 6. de quorũ
2 ſenſu dicemus ſtatim. Affertur & ratio, quia † generalitas illa verborum quandocunque deceſſerit,quibus concipitur, compendioſa, eſt apta comprehendere etiam ſubſtitutionem vulgarem nempe ſi hæres non erit.Nec huic rationi repugnat conſideratio Lancelloti Politi, quem mox referam, cùm dixit,illa verba,quandocunque deceſſerit, non conuenire vulgari,quæ non concipitur in caſu mortis.Nam reſpõdetur,quòd conſideratio poſſet habere locum, quando vulgaris conciperetur tantummodò in caſu voluntatis: Verùm cùm concipiatur etiam in caſu impotentiæ,hoc eſt, ſi hæres eſſe non potuerit,l.cum proponas.C de hæred. inſtit.ſequitur dicendum caſum hunc contineri ſub illa verborum generalitate.Ita conſiderationem Politi cõfutauit C ddo Sforcia in tract.de compendioſa,particula quinta ar.1.col. 2.verſ. ſed pace eius,&c.qui ſubiungit, quòd diſputãdo dici poteſt, quòd & ſi dicta verba in ſui generalitate conueniunt quoq; vulgari,attamen magis propriè adaptantur pupillari, exemplari,& aliis ſubſtitutionibus, quæ non niſi in caſu matris concipi poſſunt,quam vulgari.quæ in caſu voluntatis quoq; concipi poteſt. Et ideò ad caſum illum verificandum mors neceſſaria eſt,ad caſum verò vulgaris non. Et quando verba
3 † teſtamenti magis adaptantur vni ſubſtitutioni quàm alteri, tunc illa non continentur pariformiter in teſtamẽto. At cõpendioſa ſubſtitutiones,quas continet,æquè & pariformiter cõtinet.Ergo vulgaris,quæ pariformiter propriè & aptè cõtineri nõ poteſt,nõ cõtinebitur. Huic conſiderationi exiſtimo poſſe vno verbo reſponderi, minorem illã propoſitionẽ intelligi,vt compendioſa æqualiter contineat ſubſtitutiones ſub ſe comprehenſas quò ad effectũ. Et propterea nil refert quod propriè,vel magis propriè comprehendat.

Cæterùm à prædicta recepta opinione diſſentiunt Politus in tract.de ſubſtitutionibus.in tit.de compendioſa.num. 3.& Vaſquius in tract. de ſucceſſionum progreſſu in titul. de compendioſa.num. 1. Quorum argumenta & rationes diligenter poſt alios acutè confutauit bene eruditus Sforcia in loco præallegato.locum indicaſſe ſufficiat.

## PRÆSVMPT. LIIII.

### Compendioſa ſubſtitutio verbis communibus à pagano facta,an & quando ex præſumpta mente teſtatoris comprehendat pupillarem.

## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus à pagano facta an & quando præſumatur comprehendere pupillarem.*
2 *Inſtituo,verbum an ſit directum ciuile.*
3 *Subſtituo,verbum licet ſit commune,conuenit tamen etiam ſubſtitutioni directæ.*
4 *Subſtitutio directè facta, quando ſubeſt cauſa, an extendatur ad fideicommiſſariam,quando mater eſt in medio.*
5 *Mater licet per tacitam ſubſtitutionem pupillarem non excludatur, excluditur tamen, quando ſunt ſubſtituti alij filij teſtatoris.*
*Idem ſi eſt ſubſtituta pia cauſa.*
6 *Subſtitutio compendioſa ſecundum temporis curſum variatur, & quomodo.*
7 *Verbum reſpiciens vnam perſonam variat ſicuti variat illius perſonæ qualitas.*
8 *Verba dubia applicari debent illi extremo, quod eſt potentius: & quando hoc procedat.*
9 *Pater præſumitur ſumere bonum conſilium pro filio.*
10 *Subſtitutio reciproca pupillarem non continet, quando reſultaret difformitas.*
11 *Subſtitutio compendioſa ſub temporum pluralitate comprehendit plures ſubſtitutiones.*
12 *Teſtator ſubſtituendo pupillo dicitur in duabus hæreditatibus ſubſtituere,in propria.ſ.ipſius teſtatoris,& in illa pupilli.*
13 *Subſtitutionem compendioſam verbis communibus à pagano factam eſſe omni tempore fideicommiſſariam multorum auctoritate probatur,& num.ſeq.*
*Contra num.14.& ſeq.*
14 *Verbum reſpiciens plura tempora æqualiter debet determinare, ſicuti & reſpiciens plures perſonas:nam.*
*Argumentum de perſona ad tempus procedit.ibid.*
15 *Voluntatis diuiſio fieri non debet.*
16 *Res vna & eadem non debet diuerſo iure cenſeri, ſecus quo ad intellectualem conſiderationem,num.17.*
18 *Subſtitutio compendioſa pupillarem non continet, quando coniecturis apparet teſtatorem noluiſſe ſubſtituere pupillariter, ſed ſemper per fideicommiſſam:& quibus coniecturis id appareat,num.ſeq.*
19 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta non continet pupillarem, quando veriſimiliter apparet,teſtatorem noluiſſe excludere tempus pupillaris ætatis:& exempla afferuntur.*
*Idem quando cum compendioſa admixta fuit reciproca, & inſtituti,quibus facta eſt ſubſtitutio,ſunt impares,num.20.*
*Idem quando ex verbis clauſulæ executiuæ apparet teſtatorē noluiſſe pupillariter ſubſtituere.21.*
*Idem quando apparet,teſtatorem noluiſſe de bonis ſuis tantum diſponere,num.22.*
23 *Verbum,mea,eandem vim habet,quam verbum,mihi.*
24 *Verba dubia ex ſubſequentibus declarantur.*
25 *Subſtitutio facta in re certa non dicitur pupillaris,ſed fideicom.*
26 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione non continentur iura & actiones,quia ſunt incorporalia,& num.ſeq.*
*Quid ſi diſpoſitio eſt vniuerſaliter facta,num 27.*
28 *Subſtitutus in bonis mobilibus,& immobilibus quo caſu cenſeatur etiam ſubſtitutus in iuribus & actionibus.*
29 *Teſtator ſi verbis communibus ſubſtituit filio impuberi habenti matrem,an cenſeatur pupillariter ſubſtituiſſe.*
*Et quid ſi nullam penitus mentionem fecit pupillaris ætatis, num.30.*

1 HÆc eſt cæteris † frequentior & vtilior diſceptatio an ſcilicet & quando ſubſtitutio compendioſa his verbis communibus facta à pagano,inſtituo Caium filium meum, & eo decedente quandocunque, vel ſine liberis, ſubſtituo Sæium, vel Sæius ſuccedat, contineat ſubſtitutionem pupillarem. Qua quidem de re ſunt Doctorum opiniones. Vna fuit eorum qui ſcripſerunt, contineri moriente pupillo in pupillari: deinde effici fideicommiſſariam eo decedente pubere facto:ita Accurſius,Cynus,Oldra.Perticenſis, Ioan. Andreæ,Bart.Angelus,Baldus,Comenſis,Caſtrenſis,Io. Fabri,Abbas,Capra Florianus, Cacialupus, Guido Papæ, Butrius,Salicetus,Imola,Aretinus, Francus, Alexander, Corneus,Angelus Aretinus,Orianus,Guielmus Benedictus,Bertrandus,Decius,Curtius iunior,Ripa,Seyſellius,Neuizanus, Sapia,Alciatus,Zaſius, Socinus Iunior, Coraſius, Leonius, Vaſquius,Cagnolus, Didacus, & Rolandus, quos commemorauit,& ſi alio ordine ſuis in locis,Oddo Sforcia in tract. de compendioſa.in quinta particula.art.3.verſ.prima opinio. Et his accedunt Conſtantinus Rogerius in l. Centurio, in materia compendioſæ.c.4.num.57.de vulg.& pup.ſubſtitut. Ruin.in d.l.Centurio.num.37. & ibidem Marcus Aquilinus in quarta parte,num.142.& Riminaldus iunior in l.precibus. num.461. C. de impub. & aliis ſubſtit.qui alios commemorarunt,primò adducitur text.l.precibus.C.de impub. & aliis ſubſt. quo loci facta eſt ſubſtitutio verbis communibus, & mater eſt in medio, & nihilominus illa cenſetur pupillaris, materque excluditur, ſi filius decedat impubes: ſi verò pubes,dicitur fideicommiſſaria.Verùm reſpondetur,quod imò ibi facta fuerat ſubſtitutio verbis directis,ſicuti rectè ſunt interpretati Corneus ibi num.12. Alciatus in d.l. Centurio. nu. 43.Bero.in cap.Raynutius,nu.513.de teſta.& Sforcia.in tract. de compendioſa in quinta parte art. 2. verſ. vnde dic.& explicaui in conſ.550.lib.6.reddito ſuper teſtamento D. Marſilij Sighitij Mutinenſis.

Secundò affertur text.cap. ſi pater de teſta. in 6. quem induxi & conſideraui in d.conſ.550.

Cæterùm multis modis reſpondent qui contrariam opinionem tuentur. Et primò, illo in caſu factam fuiſſe ſubſtitutionem verbis directis non ciuilibus. Noſtro verò in caſu verbis communibus.Et ratio differentiæ eſt, quia illa verba directa non ciuilia magis adaptantur ſubſtitutioni directæ quàm obliquæ. Hæc verò communia conueniunt etiam fideicommiſſariæ.Hæc interpretatio vera non eſt: cùm ratio illa ſit generalis, nempè in dubio, ſubſtitutionem præſumi directam. Quæ ſanè ratio conuenit & caſui noſtro, in quo eſt dubium,an verbum hoc commune comprehendat pupillarem,quæ directa ſubſtitutio eſt.Et propterea fruſtrà eſt diſputare,an illud verbum, moriatur, de quo illo in textu, ſit directum, vel commune: Reſpondent ſecundò Caſtellioneus & Corneus:& prius Baldus in d.l precibus, numer. 42. verſ.item non obſtat cap.ſi pater in caſu d.c. ſi pater, ſubſtitutionem illam fuiſſe factam verbis directis ciuilibus:quemadmodum ſignificant illa verba, Pauperes Chriſti inſtituendo,ſi vtrunque, &c. verè enim ibi teſtator ſic formaliter dixerat,Chriſti pauperes inſtituo hæredes. Ita Emanuel Coſta in d.c.ſi pater,in prima parte,in verbo,inſtituendo, numer.1. verſ.ego autem, Qui ſubiungit, quod etiam ſi concedimus, teſtatorem dixiſſe, ſubſtituo hæredes adhuc illa verba ſunt directa:ſicuti tradunt Baldus in l.precibus,num.43.C.de impub.& aliis ſubſt.vbi Cor.nu.24.& Decius num. 17.verſ. replicari. & alios refert ipſe Coſta: nec repugnat, quod ſi ita erat,neceſſe minimè fuiſſet adhibere interpretationē, quam Pontifex deinde fecit,vt colligitur ex illo verbo,intelligi, & illo,interpretatio: quia neceſſe fuit ad tollendam omnem dubitationem & difficultatem iuxta. l. quæ dubitationis. ff. de reg.iur.Et rurſus,vt animaduertit, Emanuel Coſta in loco ſupra allegato, num.3. verſ. non obſtat,illa interpretatio facta fuit circa alias ſubſtitutiones reciprocè inter filios factas,in quibus illud verbum moreretur, non exprimebat directam ſubſtitutionem & quod verbis directis facta ibi fuerit ſubſtitutio demonſtraui alia ratione in conſ.144.num.19. lib. 2.Non etiam repugnat conſideratio Iaſonis in d. l. Centurio,numer.45. cùm dixit hanc Caſtellionei reſponſionem





confutari ratione illa generali, qua vſus eſt Pōtifex, & prius ipſo Iaſone.ita dixit Bald.quem mox referam. Nam reſpondeo quod & ſi ratio extendit dictum.l.cum pater.§.dulciſſimis.de leg.2.attamen non habet locum quando ratio conuenit etiam alteri caſui, vt ſenſit Bartol.in l.metum.§.animaduertendum.ff.quod met.cau.& in ſpecie noſtra ſic reſpondet Bald.in d.l.precibus.

2 Hic autem conuenit, quia † illud verbum, inſtituo, directum ciuile eſt,vt diximus ſupra.Non etiam obſtat quod aliqui conſiderarunt, verba illa, inſtituendo pauperes Chriſti, eſſe verba Summi Pontificis, non autem teſtatoris, quia reſpondetur, eſſe quidem Summi Pontificis referentis tamen ea,quæ à teſtatore eodem in ſenſu fuerant prolata. Non etiā obſtat quod hoc verbum, inſtituo, non dicatur ciuile directum,vt videtur probare.l.quoniam indignum.C.de teſtam. quia imò eſt verius,eſſe directum ciuile: ſicuti admittit poſt alios Oddo Sforcia in tract. de compendioſa. in quarta particula,in verbo,inſtituo,verſ.retenta regula. Reſpondet tertiò Corn.in d.l.precibus.C.de impuberum & aliis ſubſtit. vt eum refert Sforcia,quem mox referam. Et ſi meo in codice Corneus ipſo.num.67.hoc ſic ſcriptum non reliquerit,quod & ſi illa ratio generalis eſt,reſtringitur tamen per illa verba, (dummodo ſicut in caſu propoſito, eorum verbis, & perſonis conueniat inſtitutis.) Hæc ſanè verba ſiue ſtent ſimilitudinariè,ſiue limitatiuè,ſemper reſtringunt generalitatem illius rationis.Nec repugnat conſideratio Iaſonis,Ripæ & Socini Iun cùm dixerunt,prædicta verba, ſtare declaratiuè.Nā, vt animaduertit præcitato in loco Sforcia, idem ij ſcripſerunt quod ipſe Corneus.Rectius confutari poteſt Cornei reſponſio ſecundum ipſum Sforciam, quia & in caſu noſtro,
3 verbum,ſubſtituo, † & ſi commune eſt:attamen ſine impropriatione conuenit etiam ſubſtitutioni directę.l.1.ff.de vulg. & pup.ſubſti.conuenit & perſonæ, quia ſupponimus ſubſtitutionem hanc compendioſam factam fuiſſe pupillo.

Reſpondet quarto Sforcia præcitato in loco,verſ.ego puto, rationem illam generalem appoſitam fuiſſe pro ſubſtitu-
4 tionibus directis,non autem pro dubiis. Nam † quæritur ibi, an ſubſtitutio directè facta,quādo ſubeſt cauſa, extendi debeat ad fideicommiſſariam, videlicet quando mater eſt in medio?Et dicendum videbatur,debuiſſe extendi,quia interdum ſic fieri ſolet vt in caſu.l.precibus.C.de impube.& aliis ſubſtit.Et quia æquitati videtur conuenire, ne mater excludatur. Verùm tamen contrarium fuit deciſum,quod imò ibi non extēdatur,ſed quod ſit ſemper directa.Et ratio eſt,quia verba & perſonæ patiuntur ac ſuadent,vt ſit directa, non autem vt extendatur ad fideicommiſſariam.Eſt ſanè facta verbis directis, & ſubſtitutæ ſunt perſonæ magis dilectæ quàm mater pupilli,nempè alij filij teſtatoris,& demum pauperes. Quo in caſu locum non habet.d.l.precibus. Ita ſanè in ſpecie ſcripſerunt Bart.in l.2.in prin.nu.44.ff.de vulga.& pupil. ſubſti.& ibidem Ripa nume.60. & alios retuli ſupra in præſumpt.vbi explicaui, quando mater per tacitam pupillarem
5 excluditur: ſcribunt ſanè prædicti, quod † & ſi tacita pupillari mater non excluditur, attamen tunc non admittitur, quando teſtator ſubſtituit alios filios ſuos.Idem eſt,quando ſubſtituta fuit pia cauſa,ſicuti poſt alios ſcripſerunt Ripa. in d.l.2.num.62.& alij congeſti à Tiraquello in tract.de priuilegiis piæ cauſæ in priuilegio 69. Non refero hic aliam eiuſdē Sforciæ acutam interpretationem.

6 Tertiò ſic ducitur argumentum, compendioſa † ſubſtitutio ſecundum temporis curſum variatur. Nam intra ætatem pupillarem eſt pupillaris, poſt ætatem pupillarem,non adita hæreditate eſt vulgaris: adita verò hæreditate, eſt fideicommiſſaria. At qui quod variatur ſecundum temporis curſum, tempore ipſo variato, & illud variat.l.pretio rerum.§.nonnullum.ff.ad leg.Falcid. Ergo hæc ſubſtitutio compendioſa intra pubertatem debet dici directa, poſt verò pubertatem, hæreditate adita fideicommiſſaria eſt.Ita voluit argumentari Bart.in d.l.Centurio, nu.22. Quiquidem ea ratione com-
7 probat, quia † verbum reſpiciens vnam perſonam variat, ſicuti variat illius perſonæ qualitas.l.Pomponius.ff.de nego. geſt.& l.pater Seuerinam.ff.de condit.& demonſt.cùm ergo qualitas perſonæ inſtituti variet ſecundum tempora (vt diximus) ita & qualitas ſubſtitutionis ei factæ.

Reſpondet primò Soc.iun.in d.l.Centurio.num. 257.verſ. ſed tuendo,argumentum procedere quando ſaluis verbis nō poteſt eſſe omni tempore vniformis:ſicuti loquitur d.§.conditionū:ſecus ſi poteſt eſſe vniformis,ſalua verborum ſignificatione, dicendum eſt, vniformem eſſe debere. l. iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt.iuncta l.qui plures,eo.tit.Reſpōdet ſecundò Oddo Sforcia in præcitato tract. de compēdioſa in quinta particula.art.3.verſ.vel dicas, quod & ſi fieri poteſt hæc digreſſio de directa ad fideicommiſſariam, & propterea,ſi teſtator voluiſſet,quod intra pubertatem valeret,vt pupillaris,& poſt vt fideicommiſſaria,facere id potuiſſet,ſed dubium eſt, an teſtator hoc voluerat,vel non,vt valeret iure directo ab initio:Hæc interpretatio & ſi acuta eſt,euitari tamen poteſt,quia teſtator ſic ſuſtituendo in caſu, in quo ſcit, ſubſtitutionē variare cōſueuiſſe,ob perſonę qualitatē,dicitur voluiſſe ſic ſubſtituere,vt ab initio valeret tanquā pupillaris.

Quartò affertur argumētum,quod hæc verba communia ſunt ambigua,quia conueniunt directæ & fideicōmiſ.ſubſti-
8 tutioni,vt manifeſtū eſt.Porrò † verba dubia applicari debēt illi extremo,quod eſt potētius.arg.l.quæritur.ff.de ſtatu hom. quare cū ſignificatio directa ſit potentior quàm fideicōmiſſaria,ſicuti colligitur ex d.c.ſi pater,ſequitur dicendum, teſtatorem voluiſſe ſubſtituere directò intra ætatē pupillarem.

Reſpondet Ripa & Soci.iun. in d.l.Centurio. ille nu.116. iſte nu.259.quod argumētū procederet, quādo nō induceretur difformis determinatio,vt hic. Verùm cū de hac difformi determinatione dicturi ſimus infra, ibi explicabimus. Reſpondet ſecundò Sforcia vbi ſupra,regulam.d.l.quæritur. & l.1.ff.ſi ager vectigal.vel emph. peta.procedere,quando alterius extremi ſignificatio eſſet impropria.

Sed diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo vtraque ſignificatio,nempè directæ & fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis eſt æquè propria & æquè potens ſub eodem verbo communi.

Quintò ſic argumentantur prædicti & omnium primus
9 Baldus in d.l.pretio nu. 40. pater præſumitur † ſumere bonū conſiliū pro filio,l.nec in ea.§.1. ff. ad l. Iuliam de adulter. At qui pupillaris eſt fauorabilior ipſi filio & ei magis vtilis. ex quo hæredem ipſe habet.l.ſi pupillus.ff de acq. hæred. Ergo præſumitur teſtatorem ſubſtituiſſe directò.

Reſpondent primò recentiores aliqui repugnare tex. l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulgari & pupil. ſubſt.

Sed forte dici poteſt,vt etiam aduertit Sforcia,ibi id contingit,quia verſamur in claris:ſecus in dubio,vt hic.

Reſpondet ſecundò Soc.iun.in d.l.Centurio.nu.258.argumentum non procedere,quando reſultat difformis determinatio,ſicuti reſultaret hoc in caſu.Ita ſanè videmus(adiungit
10 Sforcia Oddo)in † reciproca, quæ pupillarem non continet, quando reſultaret difformitas:ſicuti tradunt omnes in l.iam hoc iure. ff. de vulg. & pup.ſubſt.& idem diximus ſuprà in præſumpt. . . . . ob difformitatem ſub vulgari expreſſam non contineri tacitam pupillarem. Atque ita plus operatur præſumptio,quod teſtator voluerit ſubſtitutionem eſſe vniformem, quàm filio pupillarem facere.

Sextò ſic argumentatur Soci.iun in d.l.Centurio. nu. 259.
11 verſ.& pro concluſione Compendioſæ ſubſtitutionis † ea eſt natura, vt ſub temporum pluralitate comprehendat plures ſubſtitutiones, ſicuti manifeſtum eſt, & attigimus ſuprà. Et quælibet ſubſtitutio ab initio vſque contineri dicitur in potentia tantùm.Et quælibet in ſuo caſu & tempore erit habitura locum & effectum,ſi caſus euenerit.Vnde quando filius decedit impubes, locum habet pupillaris, cùm perſona & verba patiantur.iuxta d.c.ſi pater.de teſta.in 6.

Reſpondetur vt dixi ſupra in ſecunda reſponſione ad tertium argumentum, ex ſententia Sforciæ, cuius conſideratio ſatis mihi probatur.

Septimò & vltimò arguit Sforcia Oddo in loco ſæpius al-
12 legato.Quando † teſtator(inquit Sforcia) ſubſtituit pupillo dicitur in duabus hæreditatibus ſubſtituiſſe, nēpe in propria ipſius teſtatoris,& in illa pupil.l.2.§.prius.ff.de vulga.& pup. ſubſt.Aut ergo vis(inquit Sforcia)quòd iſta tempora non varientur, nec fiat diuiſio voluntatis teſtatoris, nec eadem res diuerſo iure cenſeatur,quò ad hæreditatem teſtatoris.Et hoc falſum eſt,quia Doctores omnes admittunt, vulgarem cōtineri in hac cōpendioſa.Et ſic reſpectu hæreditatis teſtatoris

eadem res diuerſo iure cenſebitur, quia ante aditam hæreditatem directo, poſt aditam obliquo eadem res & bona peruenient ad ſubſtitutum. Et pariter voluntatis diuiſio fiet, quia aliquo tempore voluit ſubſtitutum à ſeipſo admitti, aliquo verò tempore nō, ſed per manum alterius. Aut vis (ſubiungit Sforcia) quòd hęc abſurda non eueniant reſpectu hæreditatis pupilli. Et dicendum eſt, quòd ſi nō eueniunt in eadem re & hæreditate reſpectu teſtatoris, multo magis in diuerſa. Quinimò (inquit Sforcia) ipſa pupillaris ſubſtitutio ſemper vniformis cenſebitur, & ſemper eadē volūtas erit circa eam, & idem tēpus, cùm ad illam nō dicatur vocatus ſubſtitutus, niſi vno tempore, vna de cauſa, vna via, & ad eundē effectū.

Hæc cōſideratio eſt admodum ſubtilis & acuta, ſed tamē mihi videtur petere primum principium, nempè pro cōſtāti præſupponere, quod in diſputatione eſt poſitum, nempe teſtatorem feciſſe etiam pupillarem ſubſtitutionem.

Exiſtimo communem hanc opinionem eſſe veram: Cùm & verba teſtatoris, & perſona, cui facta eſt ſubſtitutio, apta ſint compræhendere etiam pupillarem: & propterea credendum eſt, teſtatorē voluiſſe prouidere in omni caſu, & cōſulere etiā proprio filio. Nec diuerſimodè, nec diuerſo iure cēſeri debet hæc ſubſtitutio; ſicuti demōſtrabimus infrà in reſp. ad ſecundum & tertium argumentum contrariæ opinionis.

13 Secunda eſt opinio eorum, qui † ſcripſerunt compendioſam verbis communibus à pagano factam eſſe omni tēpore fideicommiſſariam. Ita Azo in rub. C. de impu. & aliis ſubſti. Accurſ. in l. Centurio. in verbo, duntaxat. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & in l. precibus. C. de impub. Oldra. ſibi parum conſtās in conſi. 99. Inno. in c. Raynut. de teſt. Archid. in cap. ſi pater. col. 6. verſ. vltimò quæritur. de teſtam. in 6. Bart. in conſi. 241. nu. 1. lib. 1. Bald. in l. ex tribus. nu. 2. C. de inoffic. teſta. & in d. l. precibus. nu. 38. idem in conſil. 350. nu. 1. & in conſil. 391. nu. 2. lib. 4. & in conſil. 175. nu. 4. & 5. lib. 5. Signor. in conſil. 107. nu. 24. & 28. Albe. in rub. ff. de vulg. & pup. ſubſti. nu. 90. & in d. l. precib. nu. 119. Ang. in conſi. 151. Card. Zabar. in conſi. 107. Caſtrenſis ſibi parum conſtans. in conſi. 142. num. 2. lib. 1. Bero in conſi. 123. nu. 5. & in conſil. 125. nu. 9. lib. 2. Natta in additio. ad Alex. in conſi. 17. lib. 3. Rube. conſi. 129 Et prædictos commemorauit Sforcia Oddo in tract. de Compend. in part. 5. arti. 3. ver. Contraria igitur opinio.

14 Primò ſic adducitur † argumentum. Verbum reſpiciens plura tempora ęqualiter debet determinare: ſicuti facit verbum reſpiciens plures perſonas, iuxta. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Ita enim de perſona ad tempus argumentari licet. l. vel ſingulis, cum l. ſeq. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Atqui hoc verbum cōmune, ſubſtituo, & ſimile, poſitum in hac compendioſa, reſpicit plura tempora, nempè tempus pupillaris ętatis, & tempus pubertatis. Debet ergo ęqualiter determinare. Quæ ſanè æqualis determinatio ita fiet, ſi dicamus, quòd ſicuti poſt pubertatem, & aditam hæreditatē eſt fideicommiſſaria: Ita etiam ſit fideicommiſſaria intra ętatem pupillarē, adita ipſa hæreditate. Non enim econtra fieri poteſt, vt ſcilicet ſit directa poſt pubertatem, ſicuti eſt ante.

Reſpondet Bart. in d. l. Cēturio. nu. 30. obſcurè tamen, quē declarant ibidem Ruy. nu. 37. & Rip. nu. 117. ac etiam Sforcia Oddo in loco ſupra citato. Et omiſſis aliorum reſponſionib. rectè ſatis reſpondent Ruy. in d. l. Centurio. num. 37. verſ. ſed ad hunc textum. & ibidem Ripa. nu. 117. ver. mihi autem.

15 Secundò afferri ſolet argumentum, quod † voluntatis diuiſio fieri non debet. l. eum, qui. §. vlt. ff. de iis, quib. vt indig. Reſpondet Ripa in d. l. Centurio. nu. 117. ver. ſecundò pro hac parte, quod tunc voluntatis diuiſio non fit, quando pro parte valeret, & pro parte non. Porrò in caſu noſtro ſemper valet, licèt diuerſimodè ſecundum temporum varietatem. Reſponderi etiam ſecundò poteſt volūtatem non diuidi: Cùm ea ſemper fuerit, quod, ſcilicet, voluerit teſtator ſubſtitutionem eſſe pupillarem tempore pupillaris ætatis: & deinde fideicommiſſariam poſt pubertatem: ſicuti aliàs dicimus, teſtatorem ſubſtituentem ſimpliciter pupillo voluiſſe eſſe pupillarem, eo adeunte hæreditatem, & decedente in pupillari ætate: hæreditate verò non adita, eſſe vulgarem. Et tamē hic non fit voluntatis diuiſio.

16 Tertiò adducitur argumentum, quod vna † & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. l. eū, qui ædes. ff. de vſucap. At qui hic diceretur diuerſi iuris, nēpe in impubere pupillaris, deinde fideicommiſſaria. Ergo, &c.

17 Reſpōderi † poteſt præter Ripam in d. l. Centurio. nu. 117. ver. tertiò vna: quod etſi vna, & eadem res quò ad corporalē conſiderationem non poteſt cenſeri diuerſimodè: attamen quò ad intellectualem ex diuidentis intellectu, vbi concurrunt plures intelligendi formæ, diuerſimodè intelligi poteſt: quia vnum æquipollet pluribus: Ita egregiè declarando. d. l. cum, qui ædes. docuit Bald. in l. 1. colum. 1. ver. 3. oppono. C. de ſeruis fugit. quem ſecutus ſum in commentarijs de recup. poſſe. remedio 1. num. 37. Porrò cum in caſu noſtro concurrant plures intelligendi formæ, nempè quod voluerit teſtator impuberi ſubſtituere pupillariter: & puberi per fideicommiſſum; dicendum eſt, regulam. d. l. eum, qui ædes, nil obſtare. Et in ſpecie ſic etiam reſpondet Aquilinus in d. l. Centurio. in quarta part. numer. 156. in fine.

Eſt itaque vera illa recepta magis opinio; quod ſcilicèt, compendioſa hæc communi verbo facta ſit pupillaris, atque ita directa ante pubertatem.

18 Declaratur nunc † communis hæc opinio, vt locum non habeat, quādo coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe ſubſtituere pupillariter: ſed ſemper per fideicōmiſſum. Ita declarant omnes, quos in ſubſequentibus coniecturis referam.

19 Prima eſt coniectura, quæ † colligitur ex tali temporis incluſione, qua veriſimiliter apparet teſtatorē voluiſſe excludere tempus pupillaris ætatis. Nam tunc pupillaris non cōtinebitur. Ita egregiè Sforcia Oddo in Tracta. de compendioſa in particula quinta. art. 3. verſi. prima coniectura.

Primum exemplum attulit Sforcia, ſi teſtator habens filiū impuberē furioſum ita illi ſubſtituat. Et ſi filius meus in furore, vel poſtea quandocunque deceſſerit, Titius hæreditatē habeat. Hoc ſanè caſu cum filio impuberi ſubſtitui nō poſſit exēplariter intra tēpus pubertatis, ſecundū Bar. & alios magis cōmuniter in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. ſubſt. vbi Rip. nu 60. teſtatur cōmunem: ſequitur dicendum, patrē noluiſſe filio pupillariter ſubſtituere; ſed exemplariter. Secundum eſt exemplū (inquit Sforcia) quando teſtator ita dixit: Et quandocunque filius meus pubes factus, & liberos non habens deceſſerit, ſubſtituo Titium. Hæc enim (inquit Sforcia) incluſio temporis pubertatis excludit tempus ante pubertatem. Quod ſanè exemplum caret, probabili dubitatione.

20 Tertium † exemplum eſt (inquit Sforcia) quando cum compendioſa admixta fuit reciproca, & inſtituti, quibus facta eſt ſubſtitutio, ſunt impares. Hoc ſanè caſu ſub hac compendioſa verbis communibus facta non continetur pupillaris. Ita Ange. in conſil. 151. num. 2. poſt Imolam affirmarunt Alex. in l. in teſtamento in fi. C. de teſta. milit. & in l. Centurio. nu. 90. & ibidem Galliaula. num. 362. Ripa nume. 139. & alij, quos referā infra in præſumpt. vbi de reciproca diſſerā.

21 Secunda † eſt coniectura, quæ colligitur ex verbis adiectis clauſulæ executiuæ. Exemplum eſt, ſi teſtator ita dixit. Quandocunque deceſſerit filius meus ſine liberis habeat Titius per manum hæredum eius hanc hæreditatem. Vel ſi ita dixit: Deueniant bona mea ad Titium, quæ filij mei reſtituere omninò illi teneantur. Hanc coniecturam probauit Sforcia in præcitatis commentarijs de compendioſa par. quinta pag. 154. verſ. ſecunda coniectura. adductus traditione Bart. in d. l. Centurio nume. 26.

22 Tertia † eſt coniectura, quæ ſumitur ex verbis, quibus bona nominata & relicta ſunt. Nam quotieſcunque apparet teſtatorem voluiſſe de bonis ſuis tantum diſponere, pupillaris non continetur ſub hac compendioſa ſicuti euenit, quando ita dixit. Et quādocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo in bonis meis Sempronium, vel volo, quod bona mea deueniāt ad Sempronium. Ita Bal. in l. precibus col. 12. verſ. præſertim. C de impub. & alijs ſubſt. Ancha. in conſ. 8. in prin. Fran. in c. ſi pater col. 45. n. verſ. ſecus tamen de teſta. in 6. Alex in conſ. 45. col. 5. verſ. fortificatur. lib. 1. Cor. in d. l. precibus num. 75. & idem in conſ. 262. col. 1. lib. 2. in conſ. 95. num. 13. lib. 2. in conſ. 93. nu. 6. lib. 3. & in conſ. 205. nu. 5. lib. 4. Soc. Iun. in l. 1. col. 7. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & Cra. in conſ. 98. num. 10. Hos recenſet Sforcia Oddo in dicto de cōpendioſa ſubſtitutione. in quinta particula. art. 3. in verſ. tertia coniectura. Quibus accedunt Areti. in conſi. 154. num. 13. Cra. in conſ. 210. colum. 1. & Bero. conſ. 125. num. 31. lib. 2. quos retuli & probaui in conſil. 144. num. 14. in fi. libr. 2. Idem afirmarunt alij multi congeſti à Io. Marco Aquilino in d. l. Centurio. in quarta par. nu. 174. Idem quoque reſpondit Pariſius in conſ. 73. nu. 19. & nu. 22. lib. 2. qui eiuſdem opinionis recenſet Soc. Sen. in conſil. 116. col. 2. verſ. licet limitent. lib. 1.



Cæterùm Sforcia Oddo præcitato in loco, à communi hac opinione diſſentit motus auctoritate Cor. in conſil. 158. nu. 8. lib. 3. qui tamen meo in Codice hoc ſcriptum non reli-
23 quit. Ea vſus eſt ratione Sforcia quia † eadem eſt vis huius verbi, mea, quæ eſt illius, mihi. At ſi eſt concepta ſubſtitutio his verbis, mihi ſubſtituo, non impediunt hæc verba quominus ſubſtitutio ſit pupillaris, ſi pupillus erat is filius. Ergo nec verbum, mea, impedire debet. Illam minorem propoſitionem probauit Sforcia textu. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi filio. ff. de bono. poſ. ſecundum tab. Poterat Sforcia allegare auctoritates multorum, quas commemoraui ſupra in præſump... in ſexto caſu, vbi declarando, quando teſtator, præſumatur feciſſe pupillarem ſubſtitutionem, dixi etiam præſumi, quando dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Sempronius ſit mihi hæres. Præterea & fortius huic exemplo repugnare videtur, quod in ſpecie magis ſcripſit Bart. in d. l. ſi ita ſcriptum. §. vlti. ff. de bon. poſſeſ. ſecundum tab. quod ſi teſtator ita dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea deueniant in Sempronium, ſubſtitutio hæc adhuc pupillaris eſt. Et Bar. ſecuti ſunt multi, quos congeſſi in dicto ſexto caſu in ſecunda extenſione. Verùm reſponderi poteſt, d. l. ſi ita ſcriptum. §. vlt. & Bar. & alios eius ſequaces loqui quando ſatis euidenter apparet teſtatorem vſum fuiſſe verbis conuenientibus pupillari tantum, atque ita voluiſſe facere pupillarem vt ſi dixit, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate. Eſt enim teſtator complexus ſolummodò vnum tempus pupillaris ætatis. Et propterea illa verba, mihi ſubſtituo, vel bona mea perueniant ad Caium, non immutant formam illius pupillaris: ſicuti dixi in dicto ſexto caſu. Sed diuerſum eſt in hoc noſtro, in quo dum teſtator dixit, quandocunque filius meus deceſſerit, &c. non magis vnam quàm alteram ſubſtitutionem clarè expreſſit, ſed plura tempora ſub inuolucro verborum comprehēdit, & ideò
24 verba hæc † dubia declarantur à ſubſequentibus, dum voluit ſibi ſuccedi, vel bona ſua peruenire ad ſubſtitutum. Hanc communem traditionem duobus in caſibus declarauit Sforcia præcitato in loco. Et primò, quando teſtator dixiſſet, omnia bona mea, vel totam hæreditatem meam habeat Sempro. De qua declaratione dicemus in ſubſequenti præſumptione. Altera eſt declaratio, quando pupillus haberet bona propria, ex ſententia Caſtr. in l. 1. nu. 4. ff. de vulg. & pup. ſubſti. Cæterùm dixi in prædicto ſexto caſu in tertia extenſione traditionem illam Caſtrenſis reiici ab Aretino, Alexand. & Socin.

25 Quarta eſt † coniectura, quando teſtator ſubſtitutionem fecit in re certa: ſicuti quando ita dixit. Et quandocunque filius meus deceſſerit ſubſtituo Sempronium in omnibus bonis meis mobilibus & immobilibus, atque ita nullam mentionem fecit iurium & actionum. Hoc ſane caſu non dicitur teſtator ſubſtituiſſe pupillariter, ſed per fideicommiſſum tantum. Ita Bartol. in l. ſi arrogator colum. antepe. ff. de adopt. & in conſ. 15. nu. 2. lib. 1. & idem in l. Cen. nu. 28. in fi. ff. de vulg. & pup. ſubſti. & ibidem Ripa nu. 136. Soc. Iun. nu. 268. verſ. verùm placet. ſic & Bal. in tract. compendioſæ. nu. 22. Bartho. Hugu in ſimili tractatu. nu. 17. & Rolan. nu. 22. Hos recenſet Sforcia Oddo in loco ſupra allegato in verſ. ſecundum exemplum. His accedunt Alex. in l. 1. in prin. nu. ff. de vulga. & pupil. ſubſt. Iaſon in l. à Diuo Pio. §. in venditione. in quarto notab. ff. de re iud. & Crau. in rub. ff. de legat. 1. nu. 98. in fine. Ea
26 ratione † vſi ſunt prædicti Doctores, quia appellatione bonorum mobilium & immobilium non continentur iura & actiones, quæ dicuntur incorporalia. l. quam Tuberonis. §. vlt. ff. de peculio. l. Caius. in princ. de leg. 2. in l. ſi mihi Mæuia. §. vlt. de lega. 3. & l. à Diuo Pio. §. in venditione, vbi Iaſ. in 4. notab. ff. de re iud. Incorporalia enim, prout ſunt iura & actiones, non eſſe propriè mobilia, vel immobilia, ſcripſerunt Bald. in cap. vlt. de feudi cognitio. Lapus alleg. 91. in fi. & Alex. in conſ. 52. lib. 1. Nec repugnat conſideratio Soci. Iun. in l. Centurio. nu.
27 268. & Sforcię in loco iam citato, quod imò ſub nomine † mobilium & immobilium comprehenduntur iura & actiones, quando diſpoſitio eſt vniuerſaliter facta, iuxta egregiam doctrinam Bart. in l. quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. Nam præter reſponſionem Sforciæ dicere poſſumus, Bart. in d. §. argento. loqui, quando teſtator ita dixit, lego, vel dono, omnia & quæcunque bona mea tam mobilia quàm immobilia. Ita Bart. declarat Petrus Rebuffus in l mouentium. col. vlt. verſ. primò limita. ff. de verbor. ſignifi. Non ita eſt noſtro in caſu, in quo pręſupponitur teſtatorem ſimpliciter ſubſtituiſſe in bonis mobilibus & immobilibus.

Hæc coniectura locum habet multò magis quando teſtator duos ſubſtituit, nempè vnum in bonis mobilibus & immobilibus, alterum verò in reliquis bonis. Nam tunc ſine controuerſia ſub eo nomine mobilium & immobilium non continentur iura & actiones: quæ ad cohæredem ſpectare dicuntur.

28 Declaratur † hæc coniectura, vt locum non habeat, quando aliis coniecturis conſtaret, teſtatorem voluiſſe, ſic ſubſtituendo facere ſecundum hæredem. Nam tunc nullo alio dato cohærede ſubſtituto, is qui ſubſtitutus fuit in bonis mobilibus & immobilibus, cenſetur etiam ſubſtitutus in iuribus & actionibus: cùm illa accreſcant reliquis bonis, ne teſtator decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. Ita ſenſit ad rem propè Craue. in d. Rub. ff. de leg. 1. num. 102. & eo prius Guido Papæ in conſil. 52. col. 2. & Rebuffus in d. l. mouentium. col. vlt. verſ. ſecundò non procedit, & accedit Angelus in conſ. 148. Dominus Quiricus col. vlt. qui latè declarat.

29 Quinta eſt coniectura, quando † teſtator verbis communibus ſubſtituit filio impuberi habenti matrem. Nam tunc fauore matris, ne excludatur à ſucceſſione filij, ſubſtitutio hæc compendioſa non continet pupillarem. Verùm cùm controuerſia admodum ſit hęc coniectura, multaſque recipiat declarationes, ea propter ſubſequenti in pręſumptione diſſeremus.

30 Sexta † eſt coniectura quando teſtator nullam penitus mentionem fecit pupillaris ætatis, in qua erat filius. Nam tunc præſumitur quod noluerit pupillarem contineri ſub hac compendioſa. Ita Decia in conſ. 82. nu. 24. lib. 3. auctoritate Ang. in conſ. 148. nu. 4. verſ. & hoc conſtat, & Areti. in conſ. 154. nu. 14. Cæterùm ſi rectè perpendantur Angel. & Aretin. verba, hoc non ſignificant.

## PRÆSVMPT. LV.

### Compendioſa ſubſtitutio à pagano verbis directis facta, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate poſt aditam hæreditatem & pupillarem ætatem expiret, vel valeat tanquam fideicommiſſaria.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio compendioſa verbis directis facta an & quando præſumatur poſt aditam hæreditatem & pupillarem ætatem expirare: & an & quando valeat tanquam fideicommiſſaria.*

*Quòd ad fideicommiſſariam trahatur. num. 2.*

*Quid ſi eſt facta verbis directis ciuilibus, vel verbis directis naturalib. num. 3.*

*4 Verba directa ciuilia quæ dicantur.*

*5 Verba directa naturalia quæ ſint.*

*6 Hæres quibuſcunque verbis inſtitui & ſubſtitui hodie poteſt ſanctione. l. quoniam indignum. C. de teſta.*

*7 Verba directa ciuilia an ſint ita apta ad hæredis inſtitutionem ſicut directa naturalia.*

*8 Subſtitutio compendioſa verbis directis facta puberi an trahatur ad fideicommiſſum, quando æquitas in iudicijs ſpectatur.*

*9 Cauſæ in Regno Galliæ, potius ſecundum æquitatem quam ſecundum iuris rigorem iudicantur.*

*10 Æquitas inter iudices mercatorum maxime ſpectari ſolet.*

*Idem inter iudices delegatos. ibid.*

*Idem cenſetur in illis iudicib. qui ex forma ſtatuti poſſunt iudicare vt ſibi videtur.*

*Et idem eſt dicendum de arbitratorib. ibid.*

*11 Æquitas nunquid magis in eo verſetur, quòd euaneſcat ſubſtitutio, an quòd obliquetur.*

*12 Subſtitutio verbis directis facta poſt pubertatem ad fideicommiſſum trahi dicitur, quando in teſtamento adeſt clauſula codicillaris.*

*Quid ſi fuit appoſita clauſula, omni meliori modo. num. 13.*

*Et quid ſi teſtamentum eſt confectum inter liberos.num.14.*

15 *In teſtamento à patre condito inter liberos ſubintelligitur clauſula codicillaris.*

16 *Subſtitutio verbis directis facta poſt pubertatem trahitur ad fideicommiſſum,quando ſubſtituta fuit perſona,quam teſtator valde diligebat.*

*Idem ſi ſubſtitutio facta ſit in re certa.17.*

*Idem eſt dicendum , quando hæc ſubſtitutio habet adiectam conditionem liberorum.18.*

*Et idem ſi ſubſtitutio eſt concepta cum aduerbio hoc, quandocunque num.19.*

*Idem quoque,ſi ſubſtitutioni huic adiecta ſit dictio , mihi.num.20.*

21 *Subſtitutio compendioſa verbis directis facta , ſi eſt firmata iuramento an trahatur ad fideicommiſſum.*

22 *Iuramentum ſupplet defectum ſolennitatis teſtamenti,nòn autem ſubſtantiæ.*

23 *Subſtitutio verbis directis facta maiori vel extraneo,directè valere non poteſt,ſed trahitur ad fideicommiſſum.*

*Idem ſi ſubſtitutio facta fuit cum expreſſa ætatum dinumeratione num.24.*

*Idem eſt dicendum , ſi cum verbo directo iunctum ſit obliquum, num.25.*

*Idem ſi teſtator dixit , Et quandocunque deceſſerit hæres meus, tunc Caius hæres eſto vulgariter,pupillariter & per fideicommiſſum,num.26.*

*Idem ſi teſtator mandaſſet, quòd teſtamentum non intelligeretur de ſubtilitate iuris.num.27.*

*Et idem , ſi caueretur ſtatuto , quòd teſtamenta intelligantur non ſecundum literæ rigorem, ſed iuxta naturalem verborum ſignificationem.ibid.*

*Et idem ſi teſtator prohibuiſſet detractionem Trebellianicæ.nu.28.*

*Idem quoque dicendum , ſi teſtator eſt idiota & ignarus ſignificationis verborum.29.*

30 *Loquendi communis vſus difficilis eſt probationis.*

1 EST valdè † controuerſa hæc diſputatio,de qua dicendum eſt tres eſſe Doctorum opiniones, & firma quidem recepta magis eſt , ſubſtitutionem hanc poſt aditam hæreditatem, vel pubertatem omninò expirare , non autem vt fideicommiſſariam valere. Ita cenſuerunt Azo, Accurſius, Butrigarius, Arenarius,Materellus,Beluiſius,Syllimanus,Cuneus, Oldr. Bart. Bal. Ange. Signorolus , Albe.Are. Imola. Caſtr. Fulgo.Guido Papæ,Archidia.Francus, Alex.Cor.Iaſ.Matth. Ange.Are.Portius Bertrandus,Benedictus,Fumeus,Pari.Alcia.Rolan. & Didacus , quos recenſet diligenter Oddo Sforcia in commentariis, de compendioſa ſubſtitutione,in particula quinta, in tertia inſpectione.pag. 123. Et his accedunt Ruyn.in conſ.98.col.1. lib.2.Socin.Iun. in conſ.138.num.6. libr.2.qui communem & veriorem eſſe teſtatur. Ita & Conſtantinus Rogerius in l.Cen.num.78. ff.de vulg.& pup.ſubſt. vbi Marcus Aqui.in 4.par.nu.36.Et hac quidem pro opinione afferuntur multa iura, nempè.l.verbis ciuilibus,& l.in pupillari.ff.de vulg. & pupil.ſubſt.l. ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus. alienus.ff. de leg.1.l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ff. de fideicom.liber.& §.vlti,in inſtit.de pup.ſubſt.quæ diligenter perpendunt , & reſpondet inter alios Socin. Iun. Riminal. Iunior & Sforcia præcitatis in locis , ac etiã plura ſcribit Emanuel Coſta in c.ſi pater, in tertia part.in verbo perſonis,num. 9.cum multis ſequentibus,de teſta.in 6.

2 Secunda eſt opinio † præcedenti contraria, quod imò hæc compendioſa verbis directis à pagano facta trahitur ad fideicommiſſariam poſt filij pubertatem,vel aditam hæreditatem. Hanc probarunt Accurſius,Io.Andræa , Bald.Ange.Butrius, Abbas,Florianus,Signorolus, Imola,Sali.Alex.Dec.Politus, Sapia, Bero.Cagno. Cora.& Leonius , quos refert Sforcia in d.tractat.de compendioſa part.quinta.pag.128.à tergo.verſ. Altera opinio, qui pag.131.ver.ego breuiter, ſcripſit ſe hanc vt veriorem & æquiorem probare, & ſi raro ex facto eueniat.

Et hac quidem pro opinione perpenduntur.l.Scæuola & l. ex facto.in princ.ff. ad Treb.l.precibus.C. de impub. & aliis ſubſt.cap.Raynu.de teſta.c.ſi pater.de teſta.in 6. Quibus reſpondent præcitati Doctores.

Tertia fuit opinio Bart. in d.l. Cen.num.15. qui diſtinguit duos caſus , quorum primus eſt , quando ſubſtitutio eſt facta
3 † verbis directis ciuilibus : vt ſi teſtator ita dixit. Et quandocunque filius meus deceſſerit , Caius hæres eſto , vel Caium hæredem inſtituo.Hoc caſu locum habet prima opinio,quòd ſcilicet poſt pubertatem & aditam hæreditatem non obliquatur.Secundus eſt caſus , quando ſubſtitutio fuit facta verbis directis naturalibus , non ciuilibus , vt ſi teſtator dixit. Caius ſuccedat , vel vſus ſit ſimili alio verbo.Hoc caſu locum habet ſecunda , quod ſcilicet poſt pubertatem obliquetur. Hanc Bart.diſtinctionem probarunt Bal.Butrius,Ancha.Fulgoſius , Alex.Boërius, Ripa, Alciatus & Soc. Iun quos recuſent Rimi.Iunior in d.l.precibus.nu.398.Eandem probarunt Io.Bolo.in d.l.Cen.num.159.& num.163.verſ. Quare reſol-
4 uendo.Verba † directa ciuilia hæc ſunt hæres eſto , hæredem facio , hæredem eſſe iubeo. His tantùm hæres inſtitui olim poterat, vt aperte cenſuit Vlpianus in inſtitutionibus.tit.21.
5 Quemadmodum hæres inſtitui debeat. Verba verò † directa naturalia ſunt, ſuccedat,habeat,capiat,accipiat,moriatur.Ita tradunt multi ex relatis Doctoribus poſt Bald. in rubr. C. de impube.num.2. His olim non poterat hæres inſtitui directo, ſed ſolùm dabantur legata & fideicommiſſa, vt declaret inter alios Vaconius in lib.4.declarationum iuris.c.64.nu.13.Ho-
6 die † ſancitum eſt in l.quoniam indignum.C. de teſtam. quibuſcunque verbis hæredem inſtitui & ſubſtitui poſſe. Verùm & ſi quò ad ſubſtantiam ipſius inſtitutionis hæredis ſublata eſt hæc differentia , attamen(inquit Bolo.præcitato in loco) manet adhuc differentia ſignificationis ipſorum verborum.
7 Nam licet verba † directa naturalia ita apta ſint ad hæredis inſtitutionem, ſicuti directa ciuilia:non tamen econuerſo ſequitur,quod verba directa ciuilia ita apta ſint, vt etiam fideicommiſſariam inferant,ſicuti illa directa naturalia : quæ quidem ab initio naturam habent ſignificandi fideicommiſſariam.Cum ergo (vt ad Bart.reuertar) teſtator ſubſtituit verbis directis ciuilibus,apertè ſignificauit, ſe velle directò tantùm ſubſtituere. Cùm verò ſubſtituit verbis directis naturalibus , demonſtrauit ſe voluiſſe ſubſtituere directo , ſi directo valere poſſet:& ſi non poſſet, per fideicommiſſum,iuxta verborum naturam.

Cæterùm hanc Bartoli diſtinctionem reiecerunt Sali.in d. l.precibus,Imola & Comenſis in d.l.Cen.& ibidem Alex.nu. 35.Iaſ.nu.31. Oria.nu.21. & Soc. Iun.nu.74. Politus in tract. de ſubſtitutionibus in tit. de compendioſa.num.22.Riminal. Iunior in d.l.precibus.num.399. & Sforcia in tract. de compendioſa in quinta par.pag.131. verſic.vnde Bart. & pag.132. verſic.ſed contrarium. Et prædictus Riminal. commemorat aliorum interpretum diſtinctiones.

Retinenda eſt ſecunda illa opinio , quæ humanior eſt , & magis conſona menti & voluntati teſtatoris.

Cæterùm admiſſa prima illa opinione , quòd ſcilicet ſubſtitutio hæc verbis directis facta non trahatur ad fideicommiſſariam,multis modis declarari à noſtris ſolet.

8 Declaratur primò hæc † ſententia , quod ſcilicet compendioſa verbis directis facta puberi non trahatur ad fideicommiſſum,vt non procedat, cùm ſola æquitas in iudiciis ſpectatur. Nam tunc ad fideicommiſſariam trahitur hæc ſubſtitutio directis verbis facta. Hanc declarationem probauit Deci. in d.l.precibus.col.11. nu.17.verſ. & prædicta opinio.qui alios recenſet.Sapia num.72.& Cagn.num.204.Ripa in l.Cen.nu. 77.vbi & Soc. Iun.num. 204. & Neuiz.conſ.53.num.8. Quo
9 circa inferunt Deci. & Ripa, quod in Regno † Galliarum, vt in curia Pariſienſi & Gratianopolitana , in quibus ſecundum æquitatem potius , quàm iuris rigorem cauſæ iudicantur , vt atteſtatur Guid. Pap.q.39.& q.58. quem retuli lib.2.de arbitra.iudicum caſu.68.num.32.vbi idem de Senatu Mediola.& Tauri.retuli poſt Alciatum & Cra. Hæ inquam curiæ iudicare poterunt,hanc ſubſtitutionem obliquari.Idem facere poſ-
10 ſent † iudices mercatorum , cum inter eos ſola æquitas ſpectari ſoleat.l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff. mand.Ita etiam facere poſſent delegati , qui ob adiectam clauſulam in reſcripto, quod ſola æquitate inſpecta iudicare debeant, vt tradit Felin. in c.ex parte.il.2.num.de reſcript. Idem dicendum eſt in illis iudicibus, qui ex forma ſtatuti habent poteſtatem iudicandi, vt ſibi videbitur.Nam & hi æquitatem ſeruare debent,vt ſcribunt Bar.in l.1.nu. . . ver.oppo.& glo. ſupra de legib.Bal.in l. iuſtitia.de iuſt.& iur.alios retuli lib.1.de arbitr.iudicũ, &c.q. 13.n.15. Idẽ de arbitratoribus eſt dicendũ:cùm & hi æquitatẽ ſeruent.Bal.in l.vlt.C.de cõtratab.Abbas,& cęteri in c.quintauallis.de iureiuran.& Corn.conſ.103.num. . . lib.3.



Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Alex.in d.l.Cen.nu. 63.Curt.iun.in d.l.precibus.num.57. Riminal.nu.416.Bolo. in d.l.Cent.nu.164.ad fin. Et ſi rectè perpendatur idem ſenſit Guido Papæ quæſt 534.qui recenſet illã iuris deciſionem ex curia Grationopolitana,quæ (vt diximus) æquitatem ſeruat, & tamen ait,hanc ſubſtitutionem non obliquari. Et hos viſus eſt ſequi Sforcia in Tract. de compendioſa.in 5.par.pag.135. à tergo.verſ.quid igitur.Hanc etiam probarunt Aquili.in d.l. Cen.in 4 par.num.69.& Bolo.num.164.verſ.5.limitatur.

11 Sola verſatur † difficultas perſcrutari , & ſcire , an æquitas magis in eo verſetur,quod obliquetur, quam quod euaneſcat ſubſtitutio. Qua quidem in re conſiderandum eſt , quod ius ſtrictum (quem rigorem iuris vulgo appellant)quod æquitati opponitur,nititur verbis & ſcripto: æquitas verò mẽte,ſententia,& voluntate.Hoc non vno in loco ſignificat Cice.vt in oratione pro Murena.Cùm ait.*In omni denique iure ciuili æquitatem reliquerunt,verba ipſe tenerunt.* Idẽ in oratione pro A.Cecinna.*An tu,qui tam diligenter,& tam callide verbis controuerſias, non æquitate dijudicas,&c.* Et rurſus eodem in loco. *Non quibus verbis quidque dicatur,quæritur,ſed quæ res agatur:etiam,vt longius à verbo recedamus,ab æquitate ne tantillum quidem.* Et iure noſtro probatur in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupto teſta.ibi: *licèt ſubtilitas iuris refragari videatur,attamen voluntas teſtatoris ex bono,& æquo tuebitur.* ita etiam probat l.ſi ita ſcriptum.ff.de lib. & poſth. Quibus adductus ita declarat Tiraq.in Tract.de retractu conſang §..35.gl.1.nu.29.poſt Bal.quẽ recenſet. Nunc agendum videndumq; ſupereſt, an hæc mens teſtatoris conſiderari poſſit in hac ſpecie,vt is voluerit, ſubſtitutionem iſtã poſt pubertatem obliquari. Et verè ex verbis colligi, coniicive nõ poteſt.Non etiam colligitur ex ipſo facto dubio, quod cum diuerſam,& multiplicem habeat interpretationem, non poteſt plus hanc quàm illam mentem,& animum pateſacere. Qua in re credo hanc declarationem veram non eſſe.

12 Declaratur 2.vt † non procedat,quando in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris. Nam tunc ſubſtitutio verbis directis facta poſt pubertatem ad fideicommiſſum trahitur. Ita declarant Bal.Ang.Caſtr.Imola,Alex.& Iaſ.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.alios recenſet Dec.in d.l.precibus. Verùm hac de re copioſè dicam in præſumpt. vbi de reciproca tractabimus,ob id hic dicere ſuperſedeo.col.12.verſ.& prędicta concluſio.

13 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat quando appoſita fuit clauſula omni meliori modo. Nam tunc ſubſtitutio hæc directis verbis facta obliquatur poſt pubertatem. Ita Fulgo. in conſ.43.col.2.Cor.in conſ.44.nume.5.lib.3.Socin.Sen.in conſ.173.col.3.lib.2.Cur.iun.in conſ.71.nu.12. Galliaula in l. Cen.nu.270.& ibidem Ripa.nu.87.ff.de vulg. & pupil.ſubſt. Guiel.Benedictus in c.Ray.in verbo,ſi abſque liberis il 2.nu. 36.de teſta.Duran. in tract.de arte teſtan.tit.5.cautela 9.in fi. Sforcia Oddo in tract.de compendioſa,in quinta parte, pag. 141.verſ.limitatur 14.Io.Marcus Aquili.in d.l.Cen.in 4.par. num.65.& Bolo.num.165.verſ.7.limitatur.Diſſentit tantum Rimi.iunior in d.l.precibus.nu.433.

14 Declaratur † quarto , vt locum non habeat , quando teſtamentum confectum eſt inter liberos. Nam tunc ſubſtitutio verbis directis facta trahitur ad fideicommiſſariam poſt pubertatem.Ita Iaſ.in l.verbis ciuilibus.num.15.ff.de vulg & in d.l.precibus.nu.11.in fi.& Galliaula in d.l.Cent.num.295.& ibidem Ripa nu.86.Seyſellius.nu.26.& ibidem Bolo nu.165. verſ. decimò limitatur. Guiel.Bened.in d.c.Rayn.in verbo,ſi abſque liberis.il 2.in tit.de compẽdioſa nu.33.de teſta.Boer.
15 quæſt.33.nu.10.Ea ratione ij omnes moti ſunt , quod † in teſtamento à patre cõdito inter liberos ſubintelligitur clauſula codicillaris,vt tradunt gl.in l.cohæredi.§.cùm filiæ ff.de vulgar.& in l.filij.C.famil.erciſc.Alexan.in l.vlt.num.4.C.de codicillis.Decius in conſ.241.num.4.Iaſon in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.nume.8.& ibi Natta.num.225. C.de teſtam.Cephalus in conſil.420.nume.17.lib.3. At qui clauſula codicillaris operatur , vt ſubſtitutio hæc verbis directis facta trahatur ad fideicommiſſariam,vt diximus ſuprà.Ergò & hoc in caſu idem dicendum eſt.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Curtius.Iun.in d.l.precibus.num.56.Sapia.num.63.Cagnolus.nume.201.& Riminal. Iunior,nu.441.& Aquilinus in d.l.Centurio.in quarta parte, num.67.in fine.& cum his ſentio.Non enim(vt prædicti ſcribunt ) teſtamentum inter liberos continet quodammodo clauſulam codicillarem quo ad ſubſtantiam , ſed ſolùm quo ad ſolennitatem, ſicuti loquitur.l.vlt.C.fami.erciſ.qua glo & reliqui moti ſunt.

16 Declaratut † quintò,vt locum non habeat,quando ſubſtituta fuit perſona, quam teſtator valde diligebat. Nam tunc ſubſtitutio verbis directis facta trahitur ad fideicommiſſarium poſt pubertatem.Ita ſcripſerunt Caccialupus in d.l.precibus.num.57.& ibidem Decius.num.17.verſ.& iſta opinione, Curtius Iunior nu.56.Sapia.num.69.& Cagnolus.num. 203. Idem affirmarunt Iaſon in l.verbis ciuilibus.num.16.ff. de vulga.& pup.ſubſt. Galliaula in dicta l. Centurio.nu.291. His conſtat hanc eſſe communem opinionem , & ſi à prædictis diſſentiunt Riminal. Iunior in d. l. precibus.nume.440. Sforcia in tract.de compendioſa.in quinta par. pag.139. verſ. limitatur decimò , & Ioan. Marcus Aquilinus in d.l. Cent.in quarta par.num.86.

17 Declaratur † ſextò,vt non procedat,quando ſubſtitutio facta fuit in re certa. Nam tunc poſt pubertatem trahitur ad fideicommiſſariam.Ita poſt à ſe allegatos ſcripſit Sforcia in dicto tract.de compendioſa parte quinta pag.132. à tergo verſ. limitatur ſecundò.

18 Declaratur † ſeptimò, vt locum non habeat , quando ſubſtitutio hæc compendioſa verbis directis concepta adiectam habet conditionem liberorum. Nam tunc poſt pubertatem & aditam hæreditatem non expirat,ſed trahitur ad fideicommiſſariam.Ita reſponderunt Caſtr.in conſ.411.num.2.lib.1.& Ancha.in conſ. 27.nu. 2. quos ſecuti ſunt Vaſquius in tract. de ſucceſſionum progreſſu in tit de compendioſa.numer.75. Sforcia in tract.de compendioſa.in 5.par.pag.133.verſ.limitatur tertiò,& Io.Mar.Aquili.in d.l.Cen.in 4.par.nu.58.

19 Declaratur † octauò, vt non procedat, quando ſubſtitutio hæc fuit concepta cum hoc aduerbio. Quandocunque.Nam tunc ſubſtitutio non expirat poſt pubertatem & aditam hæreditatem , ſed trahitur ad fideicommiſſariam Ita Angel in l. in pupillari , & in l.Centu.num.5.ff. de vulg.& in l.precibus. C.de impub.& ibidem Are.nu.6.Ripa in d.l. Cent.num.74. & ibidem Gallia.numer.296. Verùm à prædictis diſſentiunt Caccialupus in d.l.precibus.num.48. Alex.in d.l.Cent.num. 62.Fran.in c.ſi pater.col.38.nu. . . . verſ.ſed quæritur , de teſta.in 6. Ange.Areti.in §.extraneo.nu.11. in fi.in inſt de pup. ſubſt.Guiliel.Benedictus in c. Ray.in verbo ſi abſque liberis. il 2.in tit. de compendioſa nu.32. de teſta. & hos refert & ſequitur Sforcia qui ſupra pag.13.verſ.mihi placet,idem ſcripſit Aquili.in d.l. Cent.in quarta par.nu.59.& ibidem Bolo.num. 164.verſ.4.limitatur , à quibus non diſſentio. Iam enim præſupponimus hanc eſſe compendioſam:ſicuti & cõpendioſam eſſe efficit dictio, quãdocunq;, quæ nil plus tribuit.Et determinatur à verbo hæres eſto:ſecũdũ Bal.in d.l. precibus.n.35.

20 Declaratur † nonò,vt non habeat locum,quando huic ſubſtitutioni adiecta fuit dictio,mihi, vt ſi teſtator dixit.Quãdocunq; prędictus hęres deceſſerit Caius mihi hæres eſto.Nam tunc poſt pubertatem , trahitur ad fideicommiſſariam. Ita Bald.in d.l. precibus.nu.35.Caſtr.num.15.& Cagno.nu.211. qui communem eſſe teſtatur Eandem probarunt Oria.in d.l. Cen.num.20. & ibidem Ripa num 73. Cæterùm à prædictis diſſentiunt Salic.in l.precibus.col.7.verſ.quid igitur.ibidem Fulgo.num.12.in fin.Caccialup.num.54.Alex.in d.l.Cen.nu. 66.Iaſ.num.38.& Alcia nu.62. & Sforcia in d. tract.de compendioſa , in quinta part.pag. 138. verſ. teneo contra limitationem,& Bolo.in d.l.Cen num.164.verſ.3.limitatur.Et poſterior hæc opinio recepta magis hodie videtur:& quam exiſtimo veriorem,cùm dictio,mihi, neceſſariò non inferat eſſe fideicommiſſariam, cum ſignificare etiam poſſit, eſſe vulgarem poſt pubertatem,ante ſcilicet aditam hæreditatem.

21 Declaratur † decimò, vt locum non habeat , quando ſubſtitutio fuit firmata iuramento. Ita Caccialupus in d.l.precibus.nu.56.& ibidem Iaſ.nu.11.in fi.& Cagno. nu.199. Claudius Seyſellius in d.l.Cen.nu.26.& Galliaula num.292.Natta in conſ.426.num.23.lib.2.Rolandus in conſ.70. num.29. lib.2. Ioan. Marcus Aquilinus in d.l. Cen.in quarta parte nu. 65.in fin.& ibidem Bolo.num.165.verſ.octauò limitatur , & Sforcia in tract.de compendioſa,in quinta part.pag.138.ver. limi-

limitatur nonò. Cæterùm à prædictis diſſentiunt Curtius Iunior & Sapia.in d.l. precibus, ille.num.iſte.num.65. & ibidem Rimi.Iunior.nu.425. Et hos quidem ſequor. Non enim video quomodo iuramentum operari poſſit hunc effectum. Nam ſi conſideramus perſonam teſtatoris, dicendum eſt, iuramentum ab eo præſtari non conſueuiſſe. Nec l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2. loquitur de iuramento teſtatoris, ſed hæredis grauati ab ipſo teſtatore: ſicuti gloſſa ibi poſtremo loco eſt interpretata, quam ſecuti ſunt Bartol.ibi, & alij commemorati & probati à Didaco in c. Raynal.§. 3. num.2. de teſta.ſi verò conſideramus perſonam hæredis, qui iurauit obſeruare teſtatoris voluntatem ad nil plus is tenetur quam teſtator ipſe diſpoſuit. Non ergo efficit hæredis iuramentum, vt ſi teſtator non ſenſit, quod ſubſtitutio obliquitur poſt pubertatem, quòd debeat obliquari. Et propterea Doctores

22 † interpretando d.§.filius matrem, dixerunt, iuramentum ſupplere defectum ſolennitatis, non autem ſubſtantiæ. Ita ſanè Bart.in l.ſi quis pro ea nu.13.ff. de fideiuſſo. Roma.in conſil. 517.num.24.Are.in conſ.24.nu.2.& 5.Alex.in l. ſi quis maior nu.8.C.de tranſ.Iaſ.in l. ſi quis.§.quæſitum.in fi.ff.ſi quis cautio.& in l.ſi mihi & tibi.§. in legatis, in prima lectura.nu.16. & ſenſit Didacus in d.c. Raynal.§.3.nu.2.

23 Declaratur vndecimò, vt † non habeat locum quando ſubſtitutio facta fuit maiori vel extraneo. Nam tunc cum non poſſit valere iure directo ſuo etiam tempore, nempè intra pubertatem, valebit obliquo atque ita per fideicommiſſum. Ita Bart.in l.verbis ciuilibus.nu.2.ff. de vulg.& pup.ſubſt.& ibidem Bal.nu.3.Aret.num.4.Caſtr.num 7.& alios quamplures congerit Sforcia in tract.de compen.in quinta part.pag.139. à tergo.verſic. limitatur duodecimò, qui recenſet & probat alios diſſentientes, ſed ab illa Bart. & ſequacium tanquam à vera & communi recedendum non eſt.

24 Declaratur † duodecimò, vt non habeat locum, quando ſubſtitutio facta fuit cum expreſſa ætatum dinumeratione, vt ſi teſtator ita dixit. Et ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque deceſſerit. Nam tunc ſine controuerſia non expirat ſubſtitutio hæc poſt pubertatem aditamq; hæreditatem, ſed trahitur ad fideicommiſſariã. Ita glo.Cynus, Bal.Sali.Angelus, Fulgoſius, Caccialupus, Iaſon, Curt.Iun.& Cagno.in d.l. precibus, & alij multi commemorati à Sforcia in d. tract.de compendioſa, in quinta par.pag.140.verſ. limitatur decimo tertiò, qui dixit, neminem diſſentire. Eandem probauit Bolo. in d.l.Centurio.nu.164.verſ.ſecundò limitatur.

25 Declaratur † decimotertiò, vt locum non habeat, quando cum verbo directo iunctum fuiſſet obliquum, vel commune, vt ſi teſtator dixit. Quandocunque hæres meus deceſſerit, Caius hæres eſto, & ei ſtatim reſtituatur hæreditas. Vel quandocunque hæres meus deceſſerit Caium inſtituo & ſubſtituo. Ita Caccialupus in d.l. precibus. nu.58. Cagno.nu.208. & Sforcia in dicta quinta par.pag.141. verſic.limitatur decimoquintò, qui rectè poſt Cagnolum ſcripſit, hanc declarationem egredi terminos huius regulæ & diſputationis.

26 Declaratur † decimoquartò, vt locum non habeat, quando teſtator dixit. Et quandocunque deceſſerit hæres meus, tunc Caius hęres eſto vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum. Nam tunc poſt pubertatem non expirat, ſed trahitur ad fideicommiſſariam. Ita Bart.in l.quærebatur.num.3.ff.de teſtam.milit.Deci.in d.l.precibus.num.20.& ibidem Cagno. nu.207.Gallia.& Ripa in d.l. Centu.ille.nu.293.iſte.nu.78. & ibi quoque Bolo.nu.164.verſ.propterea primò, & Sforcia qui ſupra pag.141.verſ.limitatur decimoſextò.

27 Declaratur † decimoquintò, vt non procedat, quando teſtator mandaſſet, quod teſtamentum non intelligeretur de ſubtilitate iuris. Ita Ripa in d.l.Centu.nu.87.& ibidem Bolo. nu.165.verſ.limitatur, & Sforcia in d.tract.de compendioſa in quinta part.pag.141.verſic.limitatur decimo ſeptimò, qui idem eſſe dixit, quando cautum eſſet ſtatuto, quod teſtamenta intelligantur non ſecundum literæ rigorem, ſed iuxta naturalem verborum ſignificationem.

28 Declaratur † decimoſextò, quando teſtator prohibuiſſet detractionem Trebellianicæ. Nam tunc ſubſtitutio hæc & ſi verbis directis concepta poſt pubertatem & aditam hæreditatem trahitur ad fideicõmiſſariam. Cùm teſtator prohibẽdo Trebellianicam, manifeſtè ſignificauit, ſe de fideicõmiſſaria cogitaſſe. Ita docuit Soc.Iun.d.l.Cen.nu.224.quẽ ſecutus eſt Sforcia in loco ſupra allegato.verſ.limitatur decimo octauo: Idem reſpondit Cephalus in conſ.472. num.60.lib.4.& ego ipſe in conſ.117.nu.21.lib.2.vbi reſpondi, auctoritate Guidonis Papæ.q.531.teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum cenſeri repetitum in alios ſubſtitutos, quando prohibuit Trebellianicæ detractionem.

29 Declaratur † decimoſeptimò, vt locum non habeat, quando ſubſtitutio hæc compendioſa in verbis directis concepta fuiſſet facta à perſona idiota & ignara ſignificationis verborum. Ita Cagno.in d.l.precibus.nu.193. & Io.Marcus Aquilinus in d.l.Centu.in quinta par.num.72.qui intelligunt, quando verba eſſent prolata ſermone vulgari, & quod ſecundum

30 communem vſum loquendi ita eſſet intelligendum, ſed † certè communis hic loquendi vſus difficilis admodum eſt probationis.

## PRÆSVMPT. LVI.

### Compendioſa ſubſtitutio à pagano verbis directis, vel communibus facta impuberi, matre exiſtente in medio, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate valeat ſemper iure directò, & quando ad fideicommiſſariam trahatur.

## SVMARIVMM.

1 *Subſtitutio compendioſa à pagano verbis directis vel communib. facta impuberi matre exiſtente in medio an & quando præſumatur valere ſemper iure directo, & quando ad fideicommiſſum trahatur, per tot.*

2 *Subſtitutio compendioſa quando eſt facta verbis directis & ſi mater eſt in medio, valet tamen ſemper iure directo, & excluditur mater.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta verbis communib.matre exiſtẽte in medio an eam excludat, & continet pupillarem, num.ſeq.*

*Declara, vt num.5.*

4 *In re dubia media via eſt eligenda.*

6 *Teſtator ſi ſubſtituit per verbum commune cum expreſſa temporum diſtinctione, dicitur ſubſtituiſſe per pupillarem intra tempus pupillaris ætatis, & deinde per fideicommiſſum.*

7 *Subſtitutio his verbis communibus: filius meus hæres eſto, & ſi filius meus deceſſerit ſine liberis vel quandocunque ſubſtitutus capiat bona propria auctoritate pupillaris & directa cenſetur.*

8 *Fideicommiſſarius nunquam ſua auctoritate capere poteſt.*

9 *Teſtator præſumitur velle ſe conformare cum diſpoſitione legis.*

10 *Teſtator ſi vſus eſt verbo communi pro directo, dicitur ſubſtituiſſe directo, & ſic pupillariter.*

*Idem ſi dixit, quòd ſubſtitutus libere capiat hæreditatem.num.11.*

*Idem ſi teſtator voluit omnia bona ſua ita reſtitui, vt nulla fieret diminutio vel detractio.nu.12.*

13 *Verbum, omnia, idem importat, quod tota & integra.*

14 *Teſtator ſi ſubſtituit perſonam magis dilectam quam ipſa vxor mater pupilli, pupillariter & directò ſubſtituiſſe cenſetur ad excluſionem ipſius matris.*

15 *Subſtitutus à teſtatore tunc excludit matrem, quando poteſt excludere eam ab inteſtato propter conſeruationem agnationis & familiæ.*

16 *Frater vterinus teſtatoris ſubſtitutus non cenſetur vocatus ad excluſionem matris pupilli inſtituti.*

17 *Frater teſtatoris præſumitur magis dilectus ab ipſo teſtatore quam eius vxor mater pupilli, & propterea præſumitur excludere ipſam.*

*Idem de patruo, & pia cauſa.nu.18.*

19 *Subſtitutio compendioſa pupillarem tunc continet ad excluſionem matris, quando ipſa tranſiuit ad ſecundas nuptias.*

20 *Mulier ſecundò nubens efficitur inimica primi mariti, cùm eius memoriam negligere dicatur.*

*Et dicitur etiam inferre iniuriam filijs ſuperſtitib.*

21 *Teſtator ſubſtituendo verbo communi, quod verbum retulit ad perſonam ſubſtituti, pupillariter ſubſtituiſſe cenſetur, ad matris excluſionem.*

*Idem ſi dixit, filio meo impuberi, quandocunque deceſſerit, ſubſtituo Titium.22.*

*Idem, ſi adeſſet ſtatutum excluſiuum fœminarum, num.23.*

Et



*Et idem quando plures filij impuberes fuerunt inuicem ſubſtituti.24.*

*Idem ſi teſtator aliquid reliquiſſet ſpecifice vxori ſuæ.25.*

*Idem ſi teſtator reliquiſſet ipſam vxorem vſufructuariam donec vixerit in viduitate: ea enim nubente expirat.num.26.*

*Et idem dicendum, quando alioqui filij ipſi teſtatoris inæqualiter ſuccederent.num.27.*

DISSERAMVS † nunc de compendioſa ſubſtitutione impuberi à pagano, vel directis vel communibus verbis facta, matre ipſius pupilli in medio exiſtente, an ex præſumpta mente teſtatoris ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel directa intra pupillarem ętatem, fideicommiſſaria verò poſt pubertatem? Eſt cauſa, & diſputatio hæc tota coniecturalis, vt & aliæ, quas hactenus de his ſubſtitutionibus explicauimus, quemadmodum ſcripſerunt poſt alios Alex.in conſ.162.num.5.lib.2.Corn.in conſil.322 num.15.lib.3.Ripa in l.Centurio.num.120.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. Pariſius in conſil.73.nu.13.lib.2.& Decianus in conſ.82.num.23.lib.3.

2 Primus eſt caſus, quando † compendioſa hæc ſubſtitutio facta fuit verbis directis. Hoc ſanè caſu, & ſi mater in medio eſt: attamen ſemper valet iure directo, & mater excluditur. Ita tradunt poſt alios Cephalus in conſil.324.nu.19.& nu.82. lib.4.Hiero.Gabr.in conſ.130.nu.4.li.1.& Io.Marcus Aquilinus in l.Cen.in 4.parte.nu.161.in fi.qui communem, & receptiſſimam eſſe opinionem teſtantur. Et manifeſtè probat tex.l.precibus.verſ.ſi verò.

3 Secundus † eſt caſus, quando compendioſa ſubſtitutio facta fuit verbis communibus, matre ipſa exiſtente in medio. Hoc caſu, an contineat pupillarem ad matris excluſionem valdè dubitabile eſt. Tres enim ſunt Doctorum opiniones. Prima eſt, & magis quidem recepta, non continere, atque ita matrem non excludere. Hanc probarunt ſeptuaginta Doctores, quos aliquando commemoraui in conſ.144.nu.13.libr.2. & alios adduxi in conſ.362.lib.4. & in conſil.lib.6.reddito in cauſa Murinenſi, quo in reſponſo latiſſimè diſſerui, & probaui primam hãc opinionem multis rationibus, & argumentis. Et dixi hanc opinionem eſſe æquiorem, & in iudiciis ſeruandam, quemadmodum etiam ſcriptum reliquit Caſtr.in conſ. 142.Viſo teſtamento ſer.Baſtiani in fi.lib.1.qui & ſi dixerit, ſe contrarium docẽdo probaſſe in d.l.precibus, quod nihilominus non aliter iudicaret, quam ſecundum hanc formam. Eſſe quoque æquiorem ſcripſit Rui.in l.Centurio.num.58.ff. de vulg.& pupil.ſubſtit.

Secunda eſt opinio, quod compendioſa hæc, exiſtente matre in medio, ſit ab initio directa, qua mater excluditur, deinde poſt pubertatem, & aditam hæreditatem fideicommiſſaria. Hanc probarunt, & alij multi Doctores, quos longa ſerie congeſſi in d.conſ.144.col.1.lib.2.& alios adiunxi in d.conſ. lib.6. Et illis nunc accedunt, Emanuel Coſta in c.ſi pater.in verbo.Et è contra.nu.10.verſ.ego autem.de teſta.in 6. Quam tamen opinionem confutaui in d.conſ.154.& copioſius in d. conſ.vbi explicaui ſenſum d.ca.ſi pater.ac d.l.precibus. Non hic repeto ibi dicta, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam.

Tertia eſt opinio eorum, qui dixerunt, eligendam eſſe mediam viam, vt ſcilicet aſſignetur matri legitima, quæ ei iure naturæ debetur: & reſiduum ſubſtituto. Hãc opinionem probarunt omnium primi Io. de Monte Sperello, & Petrus Petrucius: quos ſecuti ſunt Cacialupus in d.l.precibus.num.79. & idem inter conſilia Soci.ſen.in conſ.150.nu.42.lib.1.Dec. in conſ.228.col.vlt.& in conſ.643.num.5, in fi. & in d.l.precibus.num.19.verſ.& tenendo. & ibidem Cur.iun.nu.63. Rubeus in conſ.105.in fi.& Durans in tract.de arte teſtan.tit.5. cautela 6. & hos ſum aliquando ſecutus in d.conſ.144.nu.15. Eandem probauit Decia.in conſ.82.num.41.lib.3.

4 Ea ratione moti ij ſunt, quod † in re dubia eligenda eſt media via, ſicuti à multis legumlatoribus obſeruatum fuit, vt in l.pater famil.& in l.& hoc Tiberius.ff.de hæred.inſtit.& in §. vlt.in Inſtit.eod.tit.& ſcripſi in commentariis, De retinenda poſſeſſione, in tertio remedio.num.755.

Cæterùm opinionem hanc improbarunt Soc.Iun.in d.l. Centurio.num.276.& ibidem Io.Marcus Aquilinus in quarta parte, num.162.in fine. Diſſentiunt etiam Sforcia in loco ſæpius allegato, & Riminaldus Iunior in l.precibus.nu.482. C.de impub.& aliis ſubſt. Horum tamen impugnationes euitari facilè poſſunt. Quod enim dicunt primùm, opinionem hanc non probari lege aliqua facilè tollitur, ſi dicamus, ſatis eſſe quòd probetur ratione fundata in æquitate. Non etiam repugnat quod inquit Socinus, vnum eſſe debere, quod ſubſtitutio aut valet vt pupillaris, aut non valet. Et quod ſi opinionem hanc admittimus, pupillus decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Nam reſpondetur pupillum quidem dici poſſe teſtatum, ſed tamen voluiſſe reſeruare legitimam matri.

Retinenda eſt itaque vel illa prima, vel hæc tertia opinio. Quæ multò magis locum habet quando teſtator ſuam ipſam vxorem dilexit, & affectionis ſigna patefecit. Ita reſpondit Decianus in conſ.82.nu.31.lib.3.qui latè comprobauit.

Extẽditur primò prædicta opinio, vt locum habeat etiam, quando teſtator ſubſtituit per verbum commune cum verbo diſtributiuo, quandocunque vel ſimili, vt ſi dixit, quacunque die quacunque hora, vel quocunque anno. Ita reiecta opinione Iacobi de Rauenna ſcripſerunt Bar.& Alexan.quos retuli, & ſecutus eſt Ripa in d.l.Centurio.nu.122.qui communem eſſe teſtatur, & ibidem Alcia.nume.90.& alij relati à Sforcia Oddo in dicto Tracta.de compendioſa ſubſtitutio.in 5.part. artic.3.pag.159.verſ.ſublimitatur quartò, qui idem eſſe dixit, hoc diſtributiuum eſſe geminatum. Ita & Decianus in conſ. 8 .num.25.lib.3.

5 Declaratur † nunc prædicta communis opinio, vt locum non habeat, quando conſtat coniecturis teſtatorem voluiſſe ſubſtituere directò, atque ita facere pupillarem ad excluſionem ſubſtituti. Ita ſcribunt multi Doctores, quos ſtatim referam. Et ſequendo ordinem Ripæ.

6 Prima eſt † coniectura, quando teſtator ſubſtituit per verbum commune, cum expreſſa temporum diſtinctione, vt ſi dixit, & ſi filius meus in pupillari, vel aliàs quandocunque deceſſerit. Hoc caſu dicitur teſtator voluiſſe ſubſtituere per pupillarem intra tempus ætatis pupillaris, & deinde per fideicommiſſum. Ita Azo in ſumma.C.de impub.& aliis ſubſt.gl.in l.precibus.in verbo, fideicommiſſi, in fine.Cynus, Baldus, Salicetus, Abbas, Caſtrenſis, Capra, Angelus, Aretinus, Socinus Senior.Cacialupus, Alexander, Decius, Rubeus, Curtius Iunior, Galliaula, Vaſquius, Coraſius, Berous, Aquilinus, & Decianus, quos commemoraui, & ſecutus ſum in conſil.362.num.6.7.& 8.lib.4. Et prædictis accedunt alij nonnulli, quos congeſſit, & ſecutus eſt Sforcia Oddo in commentariis de compendioſa ſubſtitutione, in quinta particula.pag. 158.à tergò, verſ.ſublimitatur tertiò: quo loci coniecturam hanc altero de duobus modis ex ſententia Baldi, & Franchi declarat. Et prætereà ſcripſi in d.conſ.362.nu.9.per multos affirmaſſe in ſpecie, matrem pupilli hoc in caſu excludi decedente filio ipſo in pupillari ætate.

7 Secunda eſt † coniectura, quando teſtator ita dixit: Filius meus hæres eſto: Et ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, vel quandocunque ſubſtitutus capiat bona propria auctoritate.

Nam tunc teſtator dicitur ſubſtituiſſe directo, hoc eſt, pupillariter. Ita Bar.in d.l.Centurio.num.37.& in d.l.precibus. num.15.Bald.in Tracta.de compendioſa.num.21.& Aretinus in d.l.col.10.verſ.& omnes concludunt, & ibidem Ripa, num. 123.& Alciatus.num.90.Cagno.in d.l.precibus. num.228.& ibidem Sapia.nume.86.Sforcia in d.quinta parte, pag.160.à tergo.verſ.ſublimitatur octauo.& Io.Marcus Aquilinus in d. l.Centurio.in quarta parte.nu.168. Eſt ſanè directa hæc ſubſtitutio ſicque pupillaris, nõ autem fideicommiſſaria. Ex quo, data eſt facultas capiendi propria auctoritate.argum.l.Titia.

8 §.1.de legat.2.Et quia † fideicommiſſarius ſua auctoritate capere non poteſt l.reſtituta.ff.ad Trebell.Hæres verò directus poteſt.l.cum hæredes.ff.de acquiren.poſſeſſ.Ea propter præ-

9 ſumitur † teſtatorem voluiſſe ſuam voluntatem eſſe conformem diſpoſitioni legis.l.hæredes mei.§.cum ita.vbi latè Ripa, num.75.ff.ad Trebell.

10 Tertia eſt † coniectura, quando teſtator in alia parte teſtamenti vſus eſt verbo communi pro directo. Hoc etiam caſu dicitur voluiſſe ſubſtituere directò. Ita Bartol.in d.l.Centurio.num.27.in prin.& ibidem apertiùs Ripa.num.124.qui eiuſdem opinionis retulit Comenſem, & Corneum. Sic etiam Galliaula in d.l.Cent.nu.391.Alciatus.nu.90.Curtius Iunior

 in d.l.pre

in d.l.precibus,num.65.& ibidem Cagnol.232.Bero.in conſ. 125.num.5.lib.2.Craue.in conſ.62.num. 12. Sforcia in loco ſuprà allegato,pag.171 à tergo, verſ.ſublimatur vndecimò & Aquilinus in d.l.Centurio.in quarta parte,nu.171.

11 Quarta eſt coniectura, quando † teſtator dixit,quod ſubſtitutus liberè accipiat hæreditatem. Hoc etiam caſu dicitur dicitur directo ſubſtituiſſe. Ita Ripa in d.l.Centurio.nu.124. verſ.quinta coniectura.Idem ſi dixit, pleno iure, vt in ſpecie ſcripſit Sforcia in ſæpius allegato loco, pag.161.verſ.ſublimitatur nonò.

12 Quinta eſt † coniectura,quando teſtator voluit omnia bona ſua ita reſtitui, vt nulla fieret diminutio, vel detractio. Nam tunc ſignificauit,velle facere ſubſtitutionem directam, nō autem fideicommiſſariam:cum in fideicommiſſaria admittatur deductio trebellianicæ. Ita declarant Barto. & reliqui in d.l.Centurio.Primum affertur exemplum, vt ſi teſtator ita dixit. Volo, quod tota & integra hæreditas deueniat ad Titium. Ita exemplum attulerunt Bart.in d.l.Centurio num.27. Imola nu.23.Alex.num.91.Iaſ.nu. 48.& Galliaula.nu.400. Ita etiam Decius in l.precibus.nu.9.verſ.ab opinione Bar.C. de impuberum & aliis ſubſt.& ibidem ſupra nu.84.Cagnolus nu.228.& Riminaldus iunior nume. 499.& alij nonnulli, quos refert & ſequitur Sforcia Oddo in præcitatis commentariis de compendioſa ſubſtitutione. pag. 160.verſ. ſublimitatur ſeptimò,& Io.Marcus Aquilinus in d.l.Centurio in quarta par.nu.172.qui duo poſteriores Bartholi & ſequacium opinionem, vt veram & communem à quibuſdam aduerſantium impugnationibus Angeli & ſequacium defenderunt.

Secundum eſt exemplum, quando teſtator ita dixit: Volo quod bona mea deueniant ad Titium ſine aliqua diminutione.His ſaneverbis ſignificauit teſtator,voluiſſe ſubſtituere pupillariter etiam ad matris excluſionem. Ita Bartolus in dicta l.Centurio numero vigeſimo ſeptimo in fine vbi Alciatus.numero 91.idem Bartolus in dicta l.precibus.numero 14 & Decius numero 19.Imola in ca.Raynutius.numero 190.in fine. & Sforcia in loco ſupra allegato.Tertium exemplum, vt ſi teſtator dixit: Volo omnia bona mea peruenire debere ad Titium.
13 Nam vniuerſalis hæc, † omnia, idem ſignificat, quod verba,tota & integra.Ita Bart.Baldus,Francus,Iaſon. Decius & Alciatus commemorati à Sforcia in loco ſepius allegato.

14 Sexta eſt coniectura, quando † ſubſtituta fuiſſet perſona magis dilecta teſtatori quàm ſua ipſa vxor mater pupilli, primum eſt exemplum, quando ſubſtitutus fuiſſet alter filius teſtatoris fraterque ipſius pupilli.Hoc ſanè caſu præſumitur teſtatorem voluiſſe directò ſicque pupillariter ſubſtituere. Ita Bar.in d.l.precibus. nu. 14. C.de impub.& aliis ſubſt.Angel. in conſ.151.nu.2.Fulgoſius in conſ.33.in fin.Caſtr.in conſ. 375.nu.3.lib.1.Butrius in conſ.53.nu.1.Corneus in conſ.28. nu.3.verſ.ſecunda coniectura.lib.4.Alex.in l.Centurio num. 90.& ibidem Ripa num.137.Decius in d.l.precibus.col.vlti. & ibidem Sapia.num.83.& Cagn.nu.224.Rubeus conſil 52. nu.2.Craue.in conſ.141.nu.7.Rolan.in conſ.69.num.28.lib. 1.Cepha. in conſ.524.nu.79.lib.4. Simon de Prætis in conſi. 61.nu.38.Sforcia in dicto tract.de compendioſa in d.quinta par.arti.3.pag.161.verſic.ſublimitatur decimò. Thobias Nonius in conſ.30.nu.7.& hos ſecutus ſum in conſ.362.num, 11. lib.4. Et hæc quidem coniectura confirmatur, quia ita dicimus in pupillari tacita compræhenſa ſub expreſſa vulgari,que & ſi regulariter matrem non excludit, attamen ſi ſubſtituta eſt perſona magis dilecta,mater ipſa excluditur.Ita comprobaui auctoritate multorum ſuprà in præſump.vbi explicaui,quãdo per ſubſtitutionem tacitam pupillarem compræhenſam in vulgari expreſſa mater excludatur.in fin.& dixi in dicto conſ. 144.nume.5.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentiunt Oldra.in conſ. 99.& Bar.in d.l.Centu.vt eum declarat ibi Galliaula.nu.386. qui ſubiungit ſe neſcire Bart.defendere. Si quoque diſſentit nouiſ.Io.Marcus Aquilinus in d.l.Centu.in quarta par.num. 197.in fin.qui refert & Leonium in tract.de ſubſtit.in tit.de vulgari.n.114.& ego pariter in d.conſil. 144.nu.23. dubitaui. Hoc exemplum ego ipſe declaraui in d.conſ.144.n.23.verſ. præterea & ſecundò, habere locum,quando fratres illius ſubſtituti excluderent ipſam matrem ab inteſtato à ſucceſſione illius pupilli, cui facta eſt ſubſtitutio : ſecus ſi non excluderent.Ita dixi ſcripſiſſe Bartolus in l.2.in princip.num.45.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& manifeſtè Gratum in conſi.134.nu 40.li. 1.Beroium in conſil.126.nu.3.lib.2.& Sforciam in d.tract.de compendioſa in d.part.3.pag.158.à tergo.verſ.ſublimitatur ſecundò. Et in ſpecie magis Butrium in conſ.53.Quidam magiſter col.2.verſi.item hoc, &c.qui reſpondit, vxorem teſtatoris
15 tunc † excludi à ſubſtitutis,quando ipſi ſubſtituti excluderent ipſam vxorem ab inteſtato,& eſſent apti conſeruare agnationem & familiam.Rurſus & ſecundò declaratur hoc exem-
16 plum,vt locum non habeat, quando filius ſicque frater † ſubſtituti eſſet eius frater vterinus tantum.Hoc ſanè caſu non præſumitur is vocatus ad excluſionem matris pupilli inſtituti.Ita ſupra in præſump.declaraui,tacitam pupillarem compræhenſam in expreſſa vulgari non excludere matrem pupilli, quando ipſius pupilli frater vterinus fuit ſubſtitutus. Non hic repeto rationes, quæ huc pertinent:cum facilè legi ibi poſſint. Et eodem in loco aliam adiunxit declarationem, quando ſ.teſtator ſubſtituiſſet pupillo extraneũ vnà cum altero eius filio.

17 Secundum eſt exemplum, quando ſubſtitutus, † fuit pater teſtatoris. Hoc etiam caſu præſumitur frater iſte magis dilectus propria ipſius teſtatoris vxore,matreque pupilli: & propterea mater ipſa excluditur.Ita Bart.in d.l.precibus.nu.13. Alex.in d.l.Centurio nu.99 & ibidem Ripa nu.137.qui retulit & Corneum in d.conſ. 318.nu.Idem ſcripſerunt Craue.in conſ.141.nu.7.Sforcia in loco ſupra allegato,verſ.exemplum ſecundum.Thobias Nonius in conſ.30.nu 8.Et huc pertinet quod ſupra in d.præſumpt.diximus de tacita pupillari.Et hoc exemplum declaratur vt præcedens.

18 Tertium eſt † exemplum, quando ſubſtitutus eſt patruus, vel filius patrui.Ita Butrius in conſilio 53.in fine. & Sforcia præcitato in loco.

Quartum eſt exemplum, quando ſubſtituta fuit pia cauſa. Ita Iaſon in l. precibus.num.8.Rolandus in d.conſ.69.nu.7. lib.1.&. Sforcia in loco ſupra allegato,qui refert & Ripam in l.Centu.nu.137.hoc non ſcribentem.alios plures retulimus ſuprà in d. præſump.... ad finem vbi explicauimus, an mater excludatur ex tacita pupillari, quando pupillo ſubſtituta fuit pia cauſa.Non hic repeto ibi dicta.

19 Septima eſt † cõiectura, quando mater ipſius pupilli tranſiuit ad ſecundas nuptias. Hoc ſanè caſu pupillaris ſubſtitutio continetur in hac compendioſa ad ipſius matris excluſionem. Ita in ſpecie ſcripſerunt Angelus in d.l.precibus.col.2.Aret. in conſ.154.num.7.Corneus in conſ.28.num.3.lib.4.Decius in d.l.precibus.nu.16.verſ.& retenta opinione, Sforcia in d. tracta.de compendioſa in quinta par.arti.3.pag.158.à tergo. verſ.ſublimitatur igitur primò, & Io.Marcus Aquilinus in d. l. Centurio.in quinta par.num.199.& confert quod dicemus infra in decimatertia coniectura.

20 Et ratio eſt, quia † mulier ſecundò nubens efficitur inimica primi mariti, cuius memoriam negligere dicitur.§.fin autem tutelam.in Auth.de nuptiis,& filiis ipſis ſuperſtitibus inferre iniuriam.§.proſperamus itaque in Auth. de non eligen. ſecun.nub. & aliis comprobat Aquilinus præcitato in loco, & ſcripſi ad rem ſupra in præſumptione. dum explicaui, matrem non excludi per tacitam pupillarem,niſi ad ſecundas nuptias tranſeat. Eſt enim præſumptio, quod noluerit teſtator ſuccedere inimicam,& ſibi odioſam.

Cæterùm coniecturam hanc reiicit.Iaſ.in d.l.precibus.nu. 20.Ripa in d.l.Centurio nu.138.lib.2.& Rimi.iunior in d.l. precibus.nu.490.Quorum argumenta diſſolui facile poſſunt ex his, quæ ſcripſi ſupra in præſumpt.vbi explicaui, quando tacita pupillaris excludat matrem tranſeuntem ad ſecundas nuptias.

21 Octaua eſt coniectura, † quando teſtator retulit verbum illud commune ad perſonam ſubſtituti: ſicuti quando ita dixit, & quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Caium,vel ei ſuccedat Caius.Hoc ſanè caſu ſub hac compendioſa continetur pupillaris ad matris excluſionem. Ita Fulgoſius in conſ.33.Titius teſtamento.in fi.Corneus in conſ.138.nu. 7.lib.3.Francus in cap.ſi pater.col.45.verſic.item adde.de teſta.in 6.Ripa in d.l.Centu.nu.139.& ibidem Alciatus. num. 90.& Sforcia in tracta.de compendioſa ſubſtitutione.in dict. quinta par.arti.3.pag.159.à tergo verſicu.ſublimitatur ſexto. Qui quidem Doctores dixerunt, hanc eſſe pupillarem expreſſam. Cæterùm cum hac de coniectura diſſeruerim ſupra in præſumptione. in qua explicaui,quibus verbis pupillaris facta



facta præſumatur,in ſecunda coniectura,ea propter plura hic non ſcribam.

22 Nona eſt coniectura,† quando teſtator ita dixit,filio meo impuberi quandocunque deceſſerit ſubſtituo Titium.Hoc in caſu compendioſa continet pupillarem etiam matre exiſtente in medio cum verbum illud impuberi,ſignificet expreſſam pupillarem.Ita ſenſit Bar.in d.l.Centurio.num.31.ff.de vulg. & pupil.ſubſti.& manifeſtiùs Baldus in Tract.compendioſæ. num.24. Angelus Aret.in eodem Tractatu in fi.Fulgoſius in conſ.33.col.1.verſ.nunc autem.Francus in c.ſi pater.col.46. nu.verſ.tertio quæritur.de teſta.in 6.& Cacialupus in l.precibus.nu.81.C.de impub.& aliis ſubſt. Et hos retulit ac ſecutus eſt Sforcia in d.Tract.de compendioſa, in 5.parte. pag.159. à tergo.verſ.ſublimitatur quinto. Hæc coniectura comprobatur ex his, quæ ſcripſi ſupra in præſumpt.in nono caſu,vbi demonſtraui multorũ auctoritatibus, ac multis rationibus, pupillarem dici illam ſubſtitutionẽ,quæ his concepta eſt verbis, & ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo Sempronium.

23 Decima eſt † coniectura, quando adeſſet ſtatutum excluſiuum fœminarum. Nam tunc compendioſa hæc contineret pupillarem etiam ad excluſionem ipſius matris.Ita reſpondit Bero.in conſ.126.nu.3.lib.2.quem ſecutus eſt Sforcia in loco ſupra allegato.pag.158.à tergo.verſ.ſublimitatur ſecundò. Qui quidem intelligit,& rectè quidem, quando filij ipſi ſecundum diſpoſitionem ſtatuti excluderent ipſam matrem ab inteſtato: ſecus ſi non excluderent propter ipſos filios. Et declarationem hanc comprobaui in conſ.144.nu.23.verſ.præterea & ſecundò.libr.2. & idem ſcripſi ſupra in hac ipſa præſumptione in ſexta coniectura,in primo exemplo.

24 Vndecima † eſt coniectura,quando plures filij impuberes fuerunt inuicem ſubſtituti, pupillaris dicitur contineri etiam ad excluſionem matris.Ita in ſpecie reſpondit Simon de Prætis in conſil.61.nume.30.quem ſecutus ſum in d.conſil.362. nume.10.

25 Duodecima † eſt coniectura, quando teſtator aliquid ſpecificè reliquiſſet ipſi vxori ſuæ, ſicque matris ipſius pupilli. Nam, cum id videatur feciſſe in recompenſationem portionis ſibi debitæ in bonis filij,ſequitur dicendum, noluiſſe pupillarem contineri in hac compendioſa ad ipſius matris excluſionem.Ita in ſpecie reſpondit Simon de Prætis in d.conſ. 61.nu.35. quem ſecutus ſum in d.conſ.362.nu.12.verſ.quinto ſuffragatur.& idem reſpondit Pancirolus in conſil.155.nu. 6.verſ.alia eſt:hæc tamen coniectura pendet ab his,quæ ſcripſi ſupra in præſumpt.46.dũ explicaui, quando pupillaris tacita excludat matrem, cui teſtator aliquid legauit. Vbi dixi, debere intelligi,quãdo filiis omnibus mortuis factum eſt ipſi vxori legatum à ſubſtitutis præſtandum.

26 Decimatertia † eſt coniectura, quando teſtator reliquit ipſam vxorem ſuam vſufructuariam donec vixiſſet in viduitate,ea verò nubente ademit.Ita quoque ea nubente voluit eſſe excluſam per pupillarem comprehenſam in hac compendioſa.Ita in ſpecie reſpondi in d.conſilio 361.num.13.verſ.ſextò confert.poſt Alexandrum,quem ibi retuli. Et confert quod diximus ſuprà in ſeptima coniectura, quæ parum ab hac differt.

27 Decima † quarta coniectura, quando alioqui filij ipſi teſtatoris inæqualiter ſuccederent.Ita ſcripſi in d.conſ.conſilio 362.num.14.

## PRÆSVMPT. LVII.

Compendioſa ſubſtitutio verbis communibus à pagano facta an & quando ex præſumpta mente teſtatoris contineat fideicommiſſariam, quando directò valere non poteſt.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio compendioſa verbis communibus à pagano facta an & quando præſumatur continere fideicommiſſariam quando directò valere non poteſt, quod fideicommiſſariam continet, facilè oſtenditur.*

*Contra numero 2.*

1 REſcepta † & vera eſt Doctorum ſententia compendioſam ſubſtitutionem verbis communibus à pagano factam cõtinere fideicommiſſariam, quando directo valere non poteſt. Ita Bar.in l.Centurio. ff.de vulg.nu.27.& 30. ibi Alex.num.94.Ita etiam Archidiaconus in c.ſi pater.col.6. verſ.vltimo quæritur,de teſtam.num.6.& neminem diſſentire affirmauit Oddo Sforcia in Tract.de compendioſa.in quinta particula.art.3.in tertia inſpectione.pag.167. Et quam ſententiam probat l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſt.& natura ipſorum verborum hoc ſuadet,vt ſcilicet fideicommiſſariam ſignificent. l. pater ſeuerinam. §.conditionum verba. ff.de condit.& demonſt.

2 Declaratur † primò,vt locum non habeat prædicta ſententia,quando ſubſtitutio hæc facta fuit ſimpliciter, conſiderato caſu mortis,& verbo executiuo,non autem diſpoſitiuo, additum fuit verbum impuberi.Ita Bart.in l.Centurio.num.31.ff. de vulg.& pup.ſubſt. quem ſic poſt Ripam intelligit, & diligenter declarat Sforcia in loco ſuprà allegato, vt apud eum. Non hic referam,nec explicabo traditionem illam Bart.in d. l.Centurio.nume.31. cum de ea diſſeruerim ſupra in duabus præſumptionibus,nempè in præſumpt.vbi declaraui, quibus verbis colligi poſſit facta pupillaris,& in præſump.... vbi expoſui,quando intelligatur facta compendioſa.

## PRÆSVMPT. LVIII.

Compendioſa ſubſtitutio verbis obliquis à pagano facta, an & quando contineat vulgarem pupillarem,& fideicommiſſariam.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio compendioſa verbis obliquis à pagano facta,an & quando contineat vulgarem,pupillarem,& fideicommiſſariam.*

*De fideicommiſſaria certum eſt quod in ea eſt comprehenſa.numero 2.*

*3 Subſtitutio vulgaris, an contineatur ſub compendioſa à pagano facta verbis obliquis.*

*Quod regulariter non continetur.ibid.*

*Declara,vt num.4.ſcilicet contineri,ſi teſtator dixit, vulgariter, pupillariter,& per fideicom.*

*Idem ſi compendioſa facta ſit cum ſpeciali expreſſione ipſius vulgaris.num.5.*

*6 Subſtitutio pupillaris non continetur ſub compendioſa verbis obliquis à pagano facta.*

*Extende,etiam ſi facta eſſet ſpecialis mẽtio pupillaris ætatis.nu.7.*

*Declara,vt num.8.9.& 10.*

1 DVbitari † etiam ſolet,an & quãdo ſubſtitutio compendioſa verbis obliquis facta à pagano comprehendat vulgarem,pupillarẽ,& fideicommiſſariam? Hac in diſputatione cum de ſubſtitu-
2 tione fideicommiſſaria † contendendum non ſit, ex quo certiſſimum eſt contineri,ob id de duabus tantùm nempè de vulgari, & pupillari agemus. Duo itaque capita ſic diſtinguo.

3 Primum eſt caput † circa vulgarem, an ſcilicet comprehendatur ſub compendioſa facta à pagano verbis obliquis. Et nõ contineri ſcripſerunt Bar.in l.Centurio.n.32.ff.de vulga.& pup.ſubſti.& ibidem Galliaula num.421.Ripa.nu.101. verſ.an autem,& nu.149.Alcia.nu.74.Soc.iun.nu.274.& nouè Io.Marcus Aquilinus in 5.parte.num.123.qui alios congerit. Eandem probarunt Corneus in conſ.199.nu.23.li.2.Soc. Sen.in conſ.116.num.24.lib.1.Soc.iun.in conſ.180.num.72. lib.2.Craue.in conſ.210.nu.2.& Didacus in 6.Raynu.§.9.nu. 18. Diſſentiunt tantùm Ruin.in d.l.Cent. Decius in l.precibus.nu.16.in fi.Ferdinandus Loazes in additionibus ad Galliaulam in d.l.Centurio.nu.421. & Sfortia Oddo.in Tract.de compendioſa.in quinta par.art.2.pag.142.à tergo.verſic.ego verò puto. Non eſt recedendum à communi, & ſi eius argumenta acutè impugnauerit Sforcia præcitato in loco.

4 Declaratur † primo,vt locum non habeat,quando teſtator dixit:

dixi vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum reſtituat. Ita declarant Socin. Iun. in d.l. Centu. num. 242. & nu. 312. & Sforcia in loco ſupra allegato.

5 Declaratur † ſecundò vt non procedat, quando compendioſa facta eſſet cum ſpeciali expreſſione ipſius vulgaris, vt ſi teſtator dixit. Et quandocunque hæres non erit, vel erit, & poſtea deceſſerit, reſtituat. Nam tunc compendioſa continet etiam vulgarem. Ita Baldus in l. humanitatis. num. 53. C. de impub. & aliis ſubſt. Soci. Sen. in conſilio 116. nu. 24. lib. 1. & Sforcia in loco ſupra allegato. pag. 143. verſ. limitatur ſecundò: qui rationem affert.

6 Secundum eſt caput † circa pupillarem, quæ quidem non continetur ſub hac compendioſa verbis obliquis à pagano facta. Ita Bar. in d.l. Centurio. num. 20. & ibidem Ripa num. 101. Galliaula. num. 349. Soci. iun. num. 242. & Sforcia vbi ſupra d. pag. 143. verſ. quo ad ſecundam, qui dixit, neminem diſſentire. Et manifeſtè probat tex. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

7 Extenditur † vt locum habeat etiam ſi facta eſſet ſpecialis mentio pupillaris ætatis, vt ſi dixit. Et quandocunque in pupillari ætate vel poſtea deceſſerit, reſtituat, &c. Nam adhuc non dicitur pupillaris, ſed fideicommiſſaria tantum. Ita ſcripſerunt Ripa & reliqui ſupra commemorati, qui moti ſunt tex. d. §. cum filiæ. Et Sforcia in loco ſupra citato acutè conſiderauit rationem differentiæ inter caſum hunc & præcedentem, quod ſcilicet & ſi in hac compendioſa exprimendo caſum vulgaris, illa continetur, vt dixi ſuprà in ſecunda declaratione: & tamen exprimendo caſum pupillaris, illa non comprehenditur. Eſt ſanè (inquit, & rectè Sforcia) ratio, quia impoſſibile eſt quod verbum, reſtituat, adaptetur pupillari. Cùm per illud velit teſtator ſibi ſuccedi, non autem inſtituto. d. §. cum filiæ. Et tamen per pupillarem ſucceditur ipſi pupillo. l. qui plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Quæ quidem impoſſibilitas non extat in vulgari, qua ita teſtatori ſucceditur, ſicuti per fideicommiſſariam.

8 Declaratur † primò, vt locum non habeat, quando teſtator ita dixit: Ego teſtator poſt mortem filij mei ex tunc reſtituo hæreditatem meam Titio. Hoc enim caſu cum verba ſignificent immediatā reſtitutionem, ſubſtitutio erit directa: atque ita pupillaris. Ita declarat Ripa in d.l. Centurio. nume. 101. ex ſententia Baldi in l. humanitatis. num, 53. verſ. mirabile tibi dicam. C. de impuberum & aliis ſubſt.

9 Declaratur † Secundo, vt locum non habeat, quando teſtator ita dixit, rogo, vt reſtituas pupillariter, vel vt directò reſtituas vulgariter, Ita Socinus Iun. in d.l. Centurio. numero 242. quem credo ſic referre voluiſſe Sforciam in loco ſupra allegato. Eſt ratio, quia cum cōſtet clare de mente teſtatoris, illud verbum, reſtituas, directatur, ſecundum Bar. in l. quærebatur. ff. de milit. teſta.

10 Declaratur † tertio, vt non procedat, quando teſtator ita diſpoſuit. Et quandocunque filius meus deceſſerit, volo quod bona mea diſtribuantur inter pauperes Chriſti. Hoc ſanè caſu compendioſa hæc continet pupillarem, fauore pauperum. Qua de re cùm aliqua ſcripſerim ſupra in præſump. . . . in fine vbi diſſerui, quibus ex verbis præſumatur pupillaris.

## PRÆSVMPT. LIX.

### Reciproca ſubſtitutio, quam & breuiloquam appellant, quando facta prēſumatur, diligens & accurata enarratio atque explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio reciproca an & quando facta præſumatur.*

*2 Subſtitutio reciproca dicitur, quæ plurib. hæredibus inſtitutis vel exhæredatis vnus in alterius defectum ſubrogatur*

*Et quando dicatur facta verbis ſingularib. 3.*

*Et quando verbis ſpecialibus. 4.*

*Et quando verbis generalibus. nu. ſeq.*

*5 Subſtitutio hæc, Titius & Sæius, vter eorum viuet, hæres mihi eſto. an ſit reciproca.*

*Quid ſi teſtator ita dixit, Lucio Titio eorūmve, cui fundum do, lego, & ſi vterque vixerit vtrique, ſi aliter, alteri totum debebitur. 6.*

*Et quid ſi dixit: Titius, & Mæuius inuicem ſubſtituti mihi hæredes eſtote. num. 7.*

*Et quid ſi dixit: Et ſi quis hæredum meorum deceſſerit, volo bona mea ad ſuperſtites peruenire. num. 8.*

*9 Verbum, peruenire, eſt commune aptum comprehendere directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*

*10 Subſtitutio dicitur reciproca, teſtatore ita dicente, & ſi quis hæredum meorum deceſſerit, bona mea vadant de vno in alterum.*

*Idem ſi dixit teſtator: Inſtituo Caium, & Sempronium, & eorum liberos, & deſcendentes, & eos, & præ mortuorum filios inuicem, ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſariam. num. 11.*

*Idem ſi dixit: Inſtituo Caium, Sæium, Titium, & Sempronium, & vltimo eorum decedenti ſubſtituo Lucium. num. 12.*

*Et idem dicendum, quādo teſtator inſtituit, & ſubſtituit Caium, Sæium, & Sempronium, & eorum liberos, & deſcendentes, vt ſuccedant in ſtirpes, & non in capita. num. 13.*

1 DISPVTATIO † eſt valdè frequens, & vtilis, quando reciproca ſubſtitutio facta præſumatur. Hic ego plures diſtinguam, atque enumerabo caſus, vt clarè, & dilucidè tota hæc tractatio explicetur. Eſt tamen prius ſciendum, ſub-
2 ſtitutionem † reciprocam dici, quæ pluribus hæredibus inſtitutis, vel exhæredatis, vnus in alterius defectum ſubrogatur. Ita ex l. iam hoc iure. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. ſubſt. colligunt Bar. in d.l. Lucius. num. 4. Politus in Tract. de ſubſtitutionibus in titu. de reciproca. nume. 1. Zaſius in titulo eodem numero 1. & Paulus Leonius in ſimili titulo, num. 1. qui exactius explicat. Ita & Didacus in cap. Raynutiis. §. 7. num. 1. de teſtam. Et ob id reciproca appellatur in d.l. iam hoc iure, quia inuicem, & mutuo fit pluribus: ſi modò æquales ſunt, vt ſcribunt Bart. & reliqui quos in initio ſubſequentis præſumptio-
3 nis referam. Hoc præmiſſo, caſus ſic diſtinguo.

Primus † eſt, quando teſtator ita dixit. Titium, & Sempronium inſtituo. Et Titio ſubſtituo Sempronium. Et Sempronio ſubſtituo Titium. Hoc caſu dicitur ſubſtitutio reciproca, & quidem facta verbis ſingularibus. Ita ex d l. iam hoc iure. in fine. colligunt Alber. in rub. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. numero 82. & Didacus in d. cap. Raynutius. §. 7. nu. 2. in fine.

4 Secundus † eſt caſus, quando teſtator ita dixit: Titium, & Sempronium inſtituo: & eos inuicem ſubſtituo: Hoc etiam caſu dicitur facta reciproca: ſed verbis ſpecialibus. Ita ex d.l. iam hoc iure ſumunt Albericus in d. rub. ff. de vulg. nu. 82. Ripa in d.l. Lucius. nu. 13. Didacus in d. §. 7. num. 2. ad finem. & Paulus Leonius in Tracta. de ſubſtitutionibus in titul. de reciproca. num. 11.

5 Tertius eſt † caſus, quando teſtator ſic ſubſtituit: Titius, & Sæius vter eorum viuet, hæres mihi eſto. Hanc formulam traditam à Iuriſconſulto in l. Titius. ff. de hæred. inſtit. continere ſubſtitutionem reciprocam, verbis tamen generalibus conceptam ſcripſerunt Bart. in l. Lucius. nu. 2. & nu. . . . ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Ripa nu. 13. Leonius in loco ſuprà citato. & Didacus in d. ca. Raynutius. §. 7. nu. 2. verſ. illis etiam. de teſta. poſt Baldum, & Imolam in d.l. Titius.

Cæterùm Albericus in d. rub. ff. de vul. & pup. ſubſt. nu. 78. dubitat hanc dici poſſe reciprocam, quia non poteſt continere pupillarem, etiam quod perſonis conueniret, ſed continet vulgarem tantùm in perſonam cuiuſlibet, quia ſic dixerat teſtator, hæres mihi eſto, quæ ſanè verba ſignificant vulgarem tantùm, contra naturam reciprocæ. Reſpōdet tamen ipſe Albericus, largo modo dici breuiloquam, quia breuibus verbis fit. Rectius ſatisfacit Ripa præcitato in loco, hanc dici reciprocam propriè: quia hinc inde reciprocat vulgarem: Nec neceſſariò requiritur, quod contineat pupillarem, vt dici poſſit reciproca. Reſpondet etiam, & egregiè quidem Didacus præcitato in loco, quod imò, & ſub hac formula continetur pupillaris expreſſa in genere, ſi qualitas perſonarum hoc patitur. Non enim illa verba, hæres mihi eſto: impediunt pupillarem, vt tradunt gl. in l. 1. in verbo, Caius. ff. de vulg. Roma. in ſingu. 109. Cacialupus in l. precibus. num. 23. C. de impub. & aliis ſubſtit. & alios retuli ſuprà in preſumpt. in ſexto caſu, vbi declaraui, pupillaris ſubſtitutio quibus coniecturis facta dicatur.





6 Quartus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit. Lucio Titio, eorumuè, cui fundum do lego, & ſi vterque vixerit, vtrique: ſi aliter, alteri totum debebitur. Hanc formulam recenſuit Iuriſconſ. in l. ſi fundum ſub conditione. §. his verbis, de leg. 1. & Didacus in d. §. 7. num. 2. ad rem noſtram cōmemorauit.

7 Quintus eſt † caſus, quando teſtator ita dixit. Titius, & Mæuius inuicem ſubſtituti mihi hæredes eſtote. Ita ex l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inſtitut. ſcripſerunt Bar. in d.l. Lucius. num. 2. & ibidem Ripa. num. 13. in fine. verſ. tertiò reſpondet, qui refert, & Capram in conſil. 7. colum. 2. reſpondentem, reciprocam eſſe ſubſtitutionem his verbis conceptam: Catherinam, & Mariam inuicem ſuccedentes ſubſtituo.

8 Sextus eſt caſus † quando teſtator ita dixit. Et ſi quis hæredum meorum deceſſerit, volo bona mea ad ſuperſtites peruenire. Hoc etiam caſu ſubſtitutio reciproca eſt. Sicuti ſcripſerunt Bar. in d.l Lucius. num. . . . ff. de vulg. & ibidem Ripa. num. 14. teſtatur eſſe communem opinionem.

9 Ea ratione præcipua ij moti ſunt, quòd † verbum, peruenire, eſt commune, atque ita comprænhendit directam, & fideicommiſſariam: vt affirmant Bart. in l. Centurio. num. . . . & alij congeſti à Sforcia in cōmentariis de compendioſa ſubſtitutione in tertia parte. in verbo, peruenio. Eſt ergo hęc reciproca continens directas, & fideicommiſſarias.

10 Septimus † eſt caſus, quando teſtator ſic ſubſtituit. Et ſi quis hæredum meorum deceſſerit, bona mea vadant de vno in alterum. Hæc etiam dicitur reciproca continentem vulgarem directam, & fideicommiſſariam. Ita reſpondit Guido Papæ in conſ. 227. quem ſecutus eſt Ripa in d.l. Lucius, num. 14. in fine.

11 Octauus † eſt caſus, quando teſtator dixit, inſtituo Caiū & Sempronium, & eorum liberos, & deſcendentes. Et eos & præmortuorum filios inuicem ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Hoc etiam caſu dicitur facta reciproca inter primos illos vocatos. Ita Curtius Iun. in cōſ. 11. num. 5.

12 Nonus caſus, eſt quando † teſtator ita dixit, inſtituo Caiū, Sæium, Titium, & Sempronium, & vltimo eorum decedenti ſubſtituo Lucium. Hoc caſu inter quatuor illos inſtitutos, nempe Caium, Sæium, Titium, & Sempronium præſumitur facta ſubſtitutio reciproca. Cæterùm cum caſus iſte recipiat multas diſtinctiones, ob id de ea diſſeram in ſubſequenti præſumptione.

13 Decimus † eſt caſus, quando teſtator inſtituit, & ſubſtituit Caium, Sæiū, & Sempronium, & eorum liberos, & deſcendentes, vt ſuccederent in ſtirpes, & non in capita. Hoc etiam caſu illi liberi, & deſcendentes cenſentur reciprocè vocati, & inuicem ſubſtituti. Ita reſpondi in conſ. 376. num. 33. lib. 4. auctoritate Alciati, quam ibi commemoraui.

## PRÆSVMPT. LX.

### Reciproca ſubſtitutio quot & quas ſubſtitutiones ex præſumpta teſtatoris voluntate contineat, diligenter, & accuratè explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio reciproca dicitur, quia inuicem & mutuo fit inter duas pluréſve perſonas.*

*Dicitur alio nomine breuiloqua, eo quòd breuiter fiat. nu. 2.*

*Et fit pluribus perſonis æqualibus. ibid.*

*3 Teſtator non præſumitur ſub eadem conceptione verborum velle inæqualiter plures hæredes vocare & ſubſtituere.*

*4 Subſtitutio reciproca aliquando continet tantum ſubſtitutionem vulgarem, & quando.*

*Aliquando continet vulgarem & pupillarem, & quando, num. 5.*

*Et quandoque comprænhendit vulgarem, pupillarem, & exemplarem, & quo caſu. num. 6.*

*Continet præterea aliquando vulgarem, pupillarem, exemplarem, & fideicommiſſariam: vt num. 7.*

*8 Subſtitutio reciproca an & quando contineat ſubſtitutionē vulgarem tantùm.*

*Si fuit facta vni impuberi filio inſtituto, & alteri exhæredato, nunquid comprehendat vulgarem, num. 9.*

*11 Pater ſi duas filias in certis rebus inſtituit, & duos filios inſtituit hæredes vniuerſales: deinde dixit: Omnes filios meos inuicem ſubſtituo. an fœminæ cenſeantur inuicē ſubſtitutæ cū maſculis vulgari ſubſtitutione: nu. ſeqq. cū declaratione vt nu. 14. & 15.*

*12 Filiæ in re certa inſtitutæ, iam inſtitutis maſculis hæredibus vniuerſalibus non obtinent nomen hæredum legatariorum.*

*13 Teſtator in dubio præſumitur prædilexiſſe in ſubſtitutione quos prædilexit in inſtitutione.*

*16 Fœminæ maſculis repudiantib. ſuccedunt per ius accreſcēdi. nu. 20.*

*17 Subſtitutio facta verbo communi in re certa nunquam trahitur ad directam: contra num. 19.*

*18 Subſtitutio vulgaris dicitur coniuncta cum ipſo iure accreſcendi.*

*21 Filiæ ſi fuerint inſtitutæ in aliqua quota hæreditatis vnà cum maſculis, cenſentur etiam in reciproca ſubſtitutione comprænhenſæ.*

*22 Subſtitutio reciproca tunc continet pupillarem, quando eſt facta duobus impuberibus: ſecus ſi vnus eſt pubes, alter verò impubes, num. 24.*

*23 Subſtitutioni reciprocæ pupillari non eſt locus, quando ceſſat paritas.*

*25 Teſtatoris eadem diſpoſitio non debet diſponere inæqualiter.*

*26 Subſtitutio reciproca admixta cum compendioſa facta imparibus pupillarem minimè comprænhendit, contra, & male, num. 29.*

*27 Subſtitutio reciproca illas ſolas ſubſtitutiones & illa tempora complectitur, quæ perſonis poſſunt conuenire.*

*28 Subſtitutiones interpretātur directæ, ſi modò conueniūt perſonis.*

*29 Subſtitutio reciproca compendioſæ admixta comprænhendit fideicommiſſariam.*

*30 Subſtitutio reciproca dicitur complecti pupillarem quando facta eſt mentio pupillaris ætatis.*

*31 Subſtitutio in dubio interpretatur directa.*

*32 Subſtitutio non dicitur trahi ad pupillarem etiam mentione facta de pupillari ætate, quando verba repugnant.*

*Idem ſi repugnat qualitas perſonæ. ibid. nam.*

*33 Subſtitutio conuenire debet verbis & perſonis.*

*34 Subſtitutio reciproca ex quibus coniecturis cenſeatur pupillarem continere.*

*35 Subſtitutio reciproca an comprænhendat pupillarem, quādo teſtator hæredes tres vel quatuor filios, duos puberes, & duos impuberes, omnes inſtituit, & inuicem ſubſtituit, quò ad duos impuberes.*

*Declara, vt num. 36.*

*37 Subſtitutio reciproca an comprænhendat pupillarem, quando teſtator inſtituit tres hæredes, nempe duos filios impuberes, & tertium extraneum impuberem, & eos inuicem ſubſtituit.*

*Quid ſi declarauit teſtator voluiſſe comprænhendere pupillarē. 38.*

*Et quid ſi pater inſtituit duos filios impuberes, quorum vnus erat emancipatus, alter autem in poteſtate, & eos inuicem ſubſtituit, & deinde emancipatum adoptauit, num. 39.*

*Et quid ſi inuicem ſubſtituit duos impuberes, quorum vnus erat illegitimus, quem deinde legitimum fecit. ibid. & num. 42.*

*40 Subſtitutio pupillaris fieri nequit emancipato & illegitimo, qui ſub teſtatoris poteſtate non ſunt.*

*41 Teſtatoris ad voluntatem coniecturandam conſiderari debet tēpus conditi teſtamenti.*

*42 Teſtator, qui ſtatim confecto teſtamento emācipatum adoptauit, vel illegitimum legitimauit, reciproce ſubſtituendo pupillarem comprænhendiſſe cenſetur.*

*Idem quando in teſtamento adiecit clauſulam, pupillariter & per fideicommiſſum, num. 44.*

*43 Animus declaratur qualis ante fuerit ex his quæ in cōtinēti fiūt.*

*45 Subſtitutio pupillaris in reciproca contineri cenſetur, quando aliquæ extant coniecturæ, quòd teſtator voluerit eam complecti ſub reciproca.*

*46 Subſtitutio reciproca continet pupillarem, quando teſtator inſtituit duos filios impuberes portionibus inæqualibus.*

*Quid autem, ſi teſtator inſtituit duos filios impuberes, & eos ſimpliciter ita reciprocè ſubſtituit: Et ſi vnus filiorum hæres non erit, alterum ſubſtituo. nu. 47. & ſeq. vſque ad num. 51.*

*48 Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

*49 Subſtitutio reciproca tunc demum continet pupillarem expreſſā verbis generalibus quando eſt ſimpliciter concepta: ſecus ſi reciproca eſt reſtricta ad caſum vulgaris.*

*50 Verbum ſpeciale quando adijcitur generali, reſtringit ipſius generalis ſignificationem.*

51 *Bartoli lapſus in l.2.num.44.ff.de vulg.& pup.ſubſtitut. qui ſibi contrarius oſtenditur in l.Lucius.num.14.ff.eod.*

52 *Teſtator ſi inſtituit & ſubſtituit reciprocè duos filios impuberes, quorum vnus eſt anniculus,alter verò 13.annorum , an ſuperueniente pubertate in illo 13.annorum extinguatur etiam illa pupillaris facta illi anniculo.num.ſeq.*

53 *Inæqualitas,quæ caſu euenit,non eſt conſiderabilis.*

54 *Teſtator ſi duos impuberes inuicem ſubſtituit, deinde vnum emancipauit, an extincta cenſeatur pupillaris ita in vno ſicut in altero.*

55 *Subſtitutio reciproca perfectionem incipit habere à tempore mortis ipſius teſtatoris.*

56 *Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*

57 *Voluntas tacita non eſt ſufficiens ad tollendum teſtamentum & directam inſtitutionem;ſecus in adimendis legatis.*

58 *Teſtator non præſumitur mutaſſe voluntatem , quando coactè emancipauit filium,quem reciprocè ſubſtituerat.*

59 *Legatum non præſumitur ademptum alienatione à teſtatore facta neceſſitatis cauſa.*

60 *Subſtitutio reciproca facta à milite per emancipationem non expirat:nam.*

*Miles poteſt emancipato ſubſtituere pupillariter.*

61 *Subſtitutio reciproca continet pupillarem,quando teſtator ſubſtituit duobus filijs impuberibus in re tamen certa.*

62 *Subſtitutio exemplaris nunquid comprehendatur in reciproca ex præſumpta teſtatoris voluntate.*

*Quòd ſi reciproca facta eſt duobus filijs maioribus mente captis, comprehenditur,num.63.*

64 *Subſtitutio reciproca quando eſt facta duobus filijs impuberibus mente captis aut furioſis,continet vulgarem , pupillarem & exemplarem.*

*Quid ſi ex facta duobus filijs,quorum vnus eſt impubes ſanæ mẽtis, alter verò pubes mente captus,num.65.*

66 *Lex eadem pietate permiſit patri ſubſtituere filio ſuo pupillariter, quæ conceſſit eidem ſubſtituere exemplariter filio mente capto.*

67 *Subſtitutio fideicommiſſaria an contineatur ſub reciproca.*

*Quòd ex recepta ſententia non comprehendatur, num.ſeq. vſque in finem præſump.*Declara,*vt num.70. & duobus ſeq.*

68 *Subſtituo,verbum , ſui natura ad directas tantum ſubſtitutiones refertur,non autem ad fideicommiſſarias.*

69 *Subſtituti inuicem & grauati reſtituere alteri, nõ dicuntur ſubſtituti inter ſe per fideicommiſſum ad excluſionem ſubſtituti poſt eorum mortem.*

70 *Subſtitutio reciproca tunc fideicommiſſariam comprehẽdit, quãdo ex aliquibus verbis præcedentibus vel ſequentibus apparere poteſt teſtatorem voluiſſe complecti fideicommiſſariam.*

*Idem quando dicta ſubſtitutio ſit in codicillis.71.*

72 *Codicilli non poſſunt continere directas ſubſtitutiones,ſecus ſi apparet teſtatorem voluiſſe ſubſtitutionem in codicillis factam valere iure directo,quia nullo modo obliquatur,num.73.*

74 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſariam tunc comprehendit, quando in teſtamento adiecta fuit clauſula codicillaris. Contra,num.78.*

75 *Subſtitutio in codicillis verbis directis facta obliquatur,nec aliter valere poteſt.*

76 *Subſtitutio verbis directis facta obliquatur , quando aliquibus verbis conſtat de mente teſtatoris ſubſtituentis.*

77 *Clauſula codicillaris apponi ſolet in teſtamento , vt ſuſtineatur teſtamentum in vim codicillorum , quando ipſum teſtamẽtum corruit defectu ſolennitatum.*

*Et an operetur quòd directa ſubſtitutio ad fideicõmiſſariam trahatur.78.& ſeq.*

79 *Clauſulæ codicillares ſolent ſcribi in teſtamentis ex ſtylo & conſuetudine notariorum.*

*Et an ſcribantur voluntate teſtatoris.*

80 *Clauſulæ acceſſoriæ non extendunt principalem diſpoſitionem.*

81 *Diſpoſitio teſtatoris non poteſt vnà valere vt teſtamentum & codicilli eodem tempore.*

82 *Temporis mutatione diſpoſitio ipſa mutari ſolet.*

83 *Clauſula executiua in teſtamento quæ dicatur.*

84 *Subſtitutio fideicommiſſaria in reciproca contineri dicitur, quãdo teſtator reciprocè ſubſtituendo dixit,quos inuicem ſubſtituo vulga.pupil.& per fideicommiſſum.*

*Idem ſi reproca ſit admixta cum compendioſa,num.85.*

1 RECIPROCAM † ſubſtitutionem dixi ſuperiore præſumptione à Modeſtino appellari in l.iam hoc iure.ff. de vulga.& pup.ſubſtit.quia inuicem & mutuo fit inter duas pluresvè per-
2 ſonas. Et alio † nomine breuiloquam noſtri
ob id nominant,quod breuiter fiat, vt Iulianus reſpondit in
l.cum in teſtamento.§.1.ff.de hæred.inſtit.& ſi minus aptè vt
rectè animaduertit Alcia.in d.l.Lucius.num.17.ff.de vulg. &
pup.ſubſtit.Et hæc quidem fit pluribus perſonis æqualibus,
vt ſcribunt Bar.in d.l.Lucius.Alex.Iaſ.Ripa.num.15.& Alcia.
num.24.qui eam eſſe rationem cenſent, quia non eſt veriſi-
3 mile † teſtatorem voluiſſe eadem verborum conceptione
inæqualiter plures illos hæredes vocare.& ſubſtituere, d.l.
iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& l.in teſtamento. la 1.
4 C.de teſta.milit.Reciproca † hæc aliquando continet tantũ
ſubſtitutionem vulgarem , ſicuti quando fit duobus ætate
maioribus.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup. ſubſt. vel quãdo
fit vni puberi & alteri impuberi , vt dicemus infra in primo
5 capite.Aliquando & ſecundò † vulgarem & pupillarem , ſi-
cuti cùm fit duobus filiis impuberibus , vt exponemus infra
6 in ſecundo capite.Aliquando & tertiò † comprehendit vul-
garem,pupillarem & exemplarem,vt eſt,quando fit duobus
filiis impuberibus & furioſis:quemadmodum explicabimus
7 infrà in tertio capite. Aliquando † & quartò continet vul-
garem,pupillarem,exemplarem & fideicommiſſariam,ſicuti
quando fit duobus pupillis & furioſis,& adiungitur compẽ-
dioſa,vt differemus infrà in quarto capite.

His intelligimus conſtituenda hic eſſe quatuor huius diſputationis capita.Primum de vulgari,ſecundum de pupillari,tertium de exemplari:quartum de fideicommiſſaria.

8 Primo in capite dicimus, reciprocam continere † vulgarem ſubſtitutionem tantùm , quando fit duobus puberibus, qui & in reliquis æqualis ſunt conditionis & qualitatis. d. l. iam hoc iure.ff.de vulga.& pup.ſubſtit.& l.2. C. de impu. & aliis ſubſt.Diffiniri his poſſunt duæ egregiæ dubitationes.

9 Prima eſt,quando † reciproca facta fuit vni filio impuberi inſtituto:& alteri exhæredato , an contineat vulgarem? Et non continere ſcripſerunt Bartol.in d.l.Lucius. nu.... & ibidem Angel.Imola & Alex.ac etiam Iaſ.num. .. Ripa nu. 32.& Leo.in tract.de ſubſtitutionibus,in tit.de reciproca.nu. 87.Non enim hic datur æqualitas , cum vnus ſit hæres inſtitutus,alter verò exhæredatus.Et rationibus contrariis adductis à Guielmo, Raynerio & Alberico diſſentientibus abundè ſatisfacit præcitato in loco Ripa. Illud verò Politi , qui Guielmum ſecutus eſt,non placet Leonio.

10 Secunda † & egregia quidem eſt dubitatio,quando pater inſtituit duas filias certis in rebus,& duos filios hęredes vniuerſales: Deinde ita dixit:omnes filios meos inuicem ſubſtituo, an hoc caſu fœminæ cenſeantur ſimul & inuicem ſubſtitutæ cum maſculis vulgari ſubſtitutione? Recepta eſt Doctorum ſententia , reciprocam hanc non comprehendere vulgarem , vel aliam ſubſtitutionem reſpectu filiarum. Ita ſcripſerunt Bar.in d.l.Lucius,num.7.ff.de vulg.& pup. ſubſt. & ibidem Alex.Iaſ.Ripa,num. 36. qui communem eſſe affirmauit.Alcia.num.40. Hanc pariter ſecuti ſunt ipſe Bart.in l. vlt.ff.ad Trebell.Imola in cap.Raynutius de teſta.Alexan. in conſ.66.lib.2.Soc.Sen.in conſ. 69.num.12.lib.1. Curt. Sen.in conſ.45.col.2.in conſ.52.col.2.Deci.in conſ.182. col. 4. num. His accedunt Rui.Cur.Iun.Gratus,Soc.Iun.Rubeus, & Cra. quos commemoraui ac ſecutus ſum in conſ.198.num.13. lib. 2.ſic & Zaſius in tract.de ſubſtit.in tit.de reciproca. num. 11. & Leo.in ſimili tract.de ſubſtitut.in tit.de reciproca. nu. 97.
11 Huius ſententiæ vera & præcipua eſt ratio,quod filiæ † in re
certa inſtitutæ,iam inſtitutis maſculis hæredibus vniuerſalibus,non obtinent locum & nomen hæredum,legatariarum. l.quoties.C.de hæred.inſtitut.ſequitur dicendum de eis non ſenſiſſe teſtatorem,dum dixit,ſe ſubſtituere filios:Non enim de filiabus intellexit,cùm in earum perſona conſiderari non poſſit ſubſtitutio,quæ prẹſupponit inſtitutionem in qua ipſę non ſunt incluſæ,cùm ſint ſolũmodò legatariæ. Eſt & altera

ratio,



ratio, qua vſus eſt Bartol.in d.l.vlt.num.2.ff.ad Trebel.quod
13. in dubio præſumitur † teſtatorem prædilexiſſe in ſubſtitu-
tione,quos prædilexit in inſtitutione.l.1.C.de impub.& aliis
ſubſtit. At qui teſtator hoc in caſu ſolùm prædilexit maſculos in inſtitutione , non autem fœminas : Ergo nec eas prædilexiſſe dicitur in ſubſtitutione. Nec repugnat conſideratio Ripæ in d.l.Lucius.nume.37.cùm dixit, quòd attenta hac ratione,videretur dicendum,quòd hę filię in rebus certis inſtitutæ dici deberent pro rata ſubſtitutæ,quia teſtator reſpectu certarum rerum prædilexit ipſas filias in inſtitutione. Non inquam repugnat hęc cõſideratio:cùm teſtator eas non prędilexerit in inſtitutione,ex quo illa non eſt inſtitutio, ſed legatum.Nec de eis ſenſit in ſubſtitutione,cùm earum cauſa facta illa non ſit.

14 Declaratur primò † hæc communis opinio , vt non procedat,quãdo verba ſunt clara, vt quia teſtator filias ipſas particulariter inſtitutas vocauit & ſubſtituit.Ita Aret.in d.l.Lucius,quem ſecutus eſt ibi Alciat.num.46.adducti text.cap.ſi pater.de teſtam.in 6.

Declaratur ſecundò hæc traditio vt locum non habeat,
15 quando † ex aliquibus verbis appoſitis in ſubſtitutione appa
rere poteſt de contraria mente & voluntate teſtatoris, vt puta,ſi inſtituta vnica filia in re certa, & duobus maſculis hæredibus vniuerſalibus,ita teſtator dixiſſet : Et ſi aliquis hæredũ meorum deceſſerit , ſubſtituo ſuperſtites,ſeu ſuperuenientes. Hoc ſanè caſu præſumitur facta reciproca etiam reſpectu filiarum.Ita Ripa in d.l.Lucius.nu.38.ff.de vulg.& pup. ſubſti. poſt Bart.in d.l.vlt.num.2.ff.ad Treb.Bald.Ang. & Imol.in l. in teſtamento.la 1.C.de teſta.milit.Iaſ.in d.l.Lucius. & ibid. Alciatus numero 46. His accedunt Comenſis,Corne.Ruyn. Curtius Iun.Bellonus, Alciatus,& Hieronym.Gabriel , quos commemoraui & ſecutus ſum in conſilio 198. numero 6.lib. 2. Ea ratione motus eſt Bartol.quia ratio recti ſermonis non fert,vt intelligi poſſit de ſolis maſculis:ex quo numero plurali, ſuperſtites, facta eſt ſubſtitutio,qui ſanè pluralis numerus in ſolo filio ſuperſtite verificari non poteſt. Secus ſi poſſet intelligi & verificari , quemadmodum reſpondi in dicto conſilio 198. numero 27. poſt Thobiam Nonium , quem recenſui.

His intelligimus minus rectè ſenſiſſe Imol. in cap. Rayn.
num.87.de teſta.cùm dixit,has fœminas nec quidem in ſub-
16 ſidium præſumi ſubſtitutas per vulgarem:cùm maſculis † re-
pudiantibus ſuccedant per ius accreſcendi , ſecundum Bart.
in d.l.Lucius. Non etiam præſumuntur ſubſtitutæ per pupil-
17 larem,quia(inquit Imola)ſubſtitutio † erat facta verbo com-
muni in re certa,quæ nunquam trahitur ad directam l.cogi.
§.ex generaliter.ff.ad Trebel. ſi maſculi dici non poſſunt pu
pillariter ſubſtituti : ergo nec fœminæ maſculis , vt ſeruetur
æqualitas,quæ requiritur in reciproca.Hæc ſanè conſidera-
tio vera non eſt,quia vt rectè aduertit Ripa in d.l.Lucius. nu
mero 39.quod & ſi Bart.ibi ſcripſit fœminas admittit per ius
18 accreſcendi:Non tamen negauit, quin † etiam ſuccedant ex
vulgari , quæ coniuncta eſt cum ipſo iure accreſcendi iuxta
l.qui patri.& l.qui ex duabus.ff.de acquir.hęred.Quòd verò
19 de pupillari dixit Imolæ, verum non eſt: cum † verius ſit,ſe-
cundum Alex.ſubſtitutionem ſimpliciter factam (vt hic)ver
bo communi trahi ad directam.arg.cap.ſi pater.de teſt.in 6.
vt tradũt Bar.in l.Cent.nu.17.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& ibid.

Exiſtimauit tamen Ripa in d.l.Lucius.num.39.verſ.poſſet forte,poſſe diſtingui, quòd ſi maſculi ſunt cõiunctim vocati in inſtitutione vniuerſali : Et fœminæ in inſtitutione particulari:quòd tunc reciproca contineat vulgarem & pupillarẽ in perſonam omnium, ordine ſeruato, ſecundum Bal.in l.in teſtamento, la.1.q.7.C.de teſta.mili.quem alij ibi ſecuti ſunt. Siverò ſeparatim vocati fuerint maſculi & fœminæ in inſtitutione ,tunc fœminę intelliguntur inter ſe ſubſtitutę,& etiã maſculi inter ſe.Et hoc caſu locũ habet opinio Imolæ, quod
† ſcilicet fœminæ omnibus maſculis repudiãtibus per ius ac
20 creſcẽdi ſuccedãt patri:nõ autẽ per vulgarẽ, nec ab inteſtato
ſuccedãt fratri,vel per pupillarẽ.Quæ cõſideratio mihi ſatis
probatur, & ſi Alc.in d.l.Luci.nu.46.in fi.viſus ſit diſſentire.

21 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat hæc communis opinio,quando filię ipſæ fuiſſent inſtitutæ in aliqua quota,vt in tertia,quarta,vel ſimili parte hęreditatis.Nã tũc cẽſerẽtur & ipſæ ſub ea reciproca comprehenſæ.Ita reſpondit Barba. in conſil.36.lib.1.quem ſecutus eſt Alciatus.in d.l.Lucius.nu. 46.Et ratio eſt manifeſta, quia & hæ dicuntur ex hæredibus vniuerſalibus.

22 Secundum caput † huius diſputationis eſt de pupillari
ſubſtitutione, quæ dicitur cõtineri ſub reciproca facta duo-
bus impuberibus d.l.iam hoc iure. & d. l. Luci. ff.de vulg. &
pup.ſubſt.cum verò impares ſunt.vt quia vnus eſt pubes , al-
ter impubes,pupillaris non continetur : & ea quidẽ ratione,
quàm ſuprà cõmemorauimus,ęqualitatis ſeruãdę cauſa.Quę
ſanè ratio præcipua eſt in tota hac tractatione & materia:Et
23 propterea , quando † ceſſat ipſa paritas , locus non eſt reci-
procæ pupillari : cùm inuicem & mutuo facta dici minime
poſſit.Cæterum cum multi hac de re caſus exiſtant ; ea pro-
pter clarioris traditionis gratia plures caſus diſtinguam , at-
que explicabo.

24 Primus caſus eſt, quando † reciproca facta eſt ſimpliciter
duobus filijs imparibus ætate,nẽpè vni puberi & alteri impu
beri,vt ſi teſtator ita dixit. Caium & Semproniũ filios meos
hæredes inſtituo,& inuicem ſubſtituo : Et dubitatur,an hæc
reciproca contineat pupillarem in perſonam impuberis ? Et
non continere ab omnibus receptum eſt.Ita ſanè glo.& om-
nes in d.l.Lucius.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& ibidem Ripa.nu.
16.& Zaſius.nu.16.Et his accedũt Are.in conſ.53.in tertio du-
bio.Decius in d.l.in teſtamento.nu.7.C.de teſta.milit.Et ma-
niſeſtè probãt.d.l.Lucius,& l.iã hoc iure.ff. de vulg.& l.2.C.
de impuberum & alijs ſubſt.Et huius ſentẽtiæ ratio affertur,
vt euitetur inæqualitas diſpoſitionis,hoc eſt , ne eadẽ diſpo-
25 ſitio † teſtatoris diſponat inæqualiter.Hanc rationem proba-
uit Ripa in d.l.Lucius.nu. 16. eam defendendo ab impugna-
tionibus Decij.Et hæc quidem ſubſtitutio nec tacita quidem
pupillaris dici poteſt:ſicuti reiecta opinione Angeli in conſ.
151.Quidã Nicolaus,ſcripſit Ripa in d.l.Luc.nu.18.in fi.& Al-
cia.nu.26.ſecutus Decium in d.l.in teſtamento.Idem ſcripſit
Cur. Iun.in d.l.2.num.10.C.de impub.& alijs ſubſt.

26 Extenditur hic caſus,vt locum habeat etiam quando † hęc reciproca eſt admixta cum compendioſa : Nam adhuc facta his imparibus non continet pupillarem.Ita Bar.in d.l.Lucius num.8.& in conſ.41.nu 1 & conſ.57. Annacelus.num. 4.lib.1. ſic & Baldus,Roma.Imola & Alex.in d.l.in teſtamento.C.de teſta.milit.Corn.in conſ.180.lib.1.& in conſ.114.num.4.& in conſ.197.num.2 lib.3 & in conſ.160.nu.2.lib.4.Socin.Sen.in conſ.290.lib.2.qui teſtatur communem eſſe opinionẽ : idem in l.1.nu.38.verſ.2.limita. ff.de vulg. & pup.ſubſt. ſicuti quoque affirmat Ripa in d.l.Lucius.nu. 17. verſ. quid tenendum. His accedunt Ange.in conſ 97.in fi.Rui.in conſ.107. num.4. lib.2.Alc.in l.Cen.nu.90.& ibi. Gallia.nu.362. & Ripa.num. 139.ff.de vulg.Rimi.Sen.in d.l.in teſtamento la 1.nu. 3.Alcia. in l.vel ſingulis.num.41.& in d.l.Lucius.num. 26. ff. de vulg. & pup.ſubſt.& Emanuel Coſta in c.ſi pater.in tertia parte.in verbo perſonis.nu.3.verſ.verum tamen. de teſta. in 6. qui affirmauit in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum a communi hac opinione. Nam ratio illa æqualitatis diſpoſitionis ſeruãdæ,quæ militat in ſimplici reciproca , vt diximus ſuprà,locum etiam habet & in hac reciproca admixta compendioſæ. Nec repugnat conſideratio Decij in d. l. in teſtamento.num.12.rationem æqualitatis non conſiderari in cõpẽdioſa,quæ ſui natura inęqualiter determinat reſpectu cauſarum : Ergo etiam determinare dicitur reſpectu perſonarũ. Nã(vt rectè animaduertit Ripa in d.l Luci.num. 17. ver.prætereà determinatio.) compendioſa determinat caſus difformiter ſecundum temporum occurrentiam : tempora autem perſonis accedunt.Erit ergo difformis caſuũ determinatio.ſi perſonarum conditio patiatur; alias ſecus.Et quando eſt cõ-
iuncta cum reciproca ab ea regulatur.Reciproca autem illas
27 † ſolas ſubſtitutiones & illa tempora complectitur,quæ per-
ſonis poſſunt conuenire.d.l.iam hoc iure.ff.de vulg. & ad rẽ optimè confert c.ſi pater. de teſta.in 6. vbi Pontifex ſtatuit, ſubſtitutiones directas interpretari ſi modo conueniant perſonis.Ergo ſi non conueniunt vt hic,directa non erit.

28 Contrariã † opinionẽ, quod imò hæc reciproca compendioſæ admixta contineat pupillarem male probarunt Caſtr. in d.l.in teſtamento.num.4. & in conſ. 254. ſi bene conſideretur.lib. 2.Are.in l. iã hoc iure ad fi.ff.de vulg.Dec.in d.l.in

te tamento.nume.7.verſ.& retenta. Pariſ.in conſil.36.nu.36. lib 2.Soçi.Iun.in conſ.121.nu.28.& 29.lib.1.Ioan.Coraſius in l.2 num.12.verſ.ego autem.C.de impub.& aliis ſubſti.Natta in conſi.326 nu.2. Simon Prætus in conſi.61.num.21.Sforcia Oddo in tract.de compendioſa in 5.particula. pag.154. verſi. contrarium igitur & Aquili.in d.l.Cen.in 4.par.num.164. Ea
29 ratione † motus eſt Caſtrenſis, quod hæc reciproca admixta compendioſæ continet fideicommiſſariam,quę oneroſa eſt. Ergo multò magis dicitur continere pupillarem, quæ eſt fauorabilis. Verùm reſpondent omnes, non eſſe mirum quod continere poſſit fideicommiſſariam:cum illa æqualiter omnibus ipſis perſonis conueniat. Ita enim æquè vnus ac alter cẽſetur grauatus.ſed diuerſum eſt in pupillari,quę puberi nõ conuenit,Non etiam vrget acuta conſideratio Sforcię in loco ſupra citato,cum ad omnes peruenire poſſit hęreditas per fideicom.

30 Declaratur primò, vt † locum non habeat hic caſus quando facta eſſet mentio pupillaris ætatis hoc modo , ſi quis in pupillari ætate,vel aliàs quandocunque deceſſerit, ſuperuenientes ſuccedant.Nam tunc reciproca hæc cõtineret pupillarem in perſonã impuberis Ita Comen.in conſ.16 Io.quondam propè mediũ.Caſt.in conſ.254.ſi benè conſideretur.lib. 2.Gui.Pap.q.533.Capra in conſ.50.Cor.in conſ.142.in fi.li.4. Dec.in l.in teſtam.la 1.nu.7.C.de teſt.mili.Cur.iun.in l.2. nu. 10.C.de impub.& aliis ſubſti.& eſſe communẽ teſtãtur Rui. conſ.207.nu.4.lib.2.Pariſ.in conſ.36.nu.35.lib.2. Bero.in cõſ. 47.n.6.lib.3.Natta in conſ.366.nu.4.Alc.in d.l.Luc.nu.28.& 29.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Hanc quoque probauit Eman.Coſta in c.ſi pater.in 3.par.in ver.perſonis.nu.7.de teſt. & ſi ipſe Coſta non ſatis rectè ad rem noſtram propoſuerit facti ſpeciẽ,quæ ſubſequẽti caſui adaptatur. Ea ratione ij moti ſunt, quod fruſtra facta fuiſſet mentio pupillaris ætatis: ſecundò,
31 quia in dubio ſubſtitutio † eſt interpretanda directa c. ſi pater.de teſta.in 6.Hæ duæ coniecturæ præualent illi ſoli de ęqualitate ſeruanda.

Contrariam opin.probarunt Ricard.Saly. relatus & probatus ab Alex.in d.l.in teſta.ad fi.Corne.ſibi parum conſtans in conſ.180.nu.5.lib.1.Iaſ.in d.l.in teſt.nu.4.Ripa in d.l.Luci. nu.18.verſ.mihi ergo.ff.de vulg.& pup. ſubſt.Guiel.Bened.in c.Ray.in verbo, ſi abſque liberis,il 2.in tit.de Breuiloqua.n. 36.de teſtam.Durans de arte teſtan.in tit.de ſubſtit.caut.7.& Sforcia Oddo in tract.de comp.par.5.pag.154.verſi.3. qui dixit,hanc videri cõmunem.Ea ratione ij moti ſunt,quod imò ſola hæc ratio ſeruãdæ æqualitatis præpõderat illis duabus.
32 Et ruſus ſecundũ Ripam,quãdo verba † repugnãt,ſubſtitutio nõ trahitur ad pupillarem,etiam ſi facta ſit mentio pupillaris ætatis.l.cohæredi.§.cum filię.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ita pariter quãdo repugnat qualitas perſonę,nõ cõtinetur pupil
33 laris.arg.d.c.ſi pater,vbi † verbis & perſonis ſubſtitutio conuenire debet. Nec retinẽda eſt diſtinctio Lãcelloti Gallia. in l.Cen.nu.363.ver.ego in hoc paſſu.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Cùm dixit,quod aut mater eſt in medio:& tũc fauore matris erit fideicõmiſſaria, nõ autẽ pupillaris. Et ita procedat opin. Ricardi:Aut mater nõ eſt in medio:Et tũc erit pupillaris. Ita procedat opin.Comẽſis.Hãc diſtinctionẽ in ſpecie reiiciunt Ripa in d.l.Luci.nu.18.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& ibi Alci.nu. 29.& Eman.Coſta.in d.c.ſi pater.in 3.par.in verbo,perſonis, num.6.verſ.contrarium reſpondit de teſtam.in 6.

34 Declaratur † ſecundo,quando aliqua extat cõtraria cõiectura,quæ ſuadet teſtatorem voluiſſe facere pupillarem. Ita Caſt.in d.l.in teſtam.l.1.n.8.in fi.C.de teſt.mil.& in conſ.18.ſi benè lib.2.Io.de Ana.in cõſ.89.in fi.Pariſ.in cõſ.36.nu.35.lib. 2.Cur.Iun.in l.2.nu.10.in fi.C.de impu.Rui.in d.conſi.107.n. 4.verſ.& quamuis.lib.2.& Simon Prætus in conſil.61.nu 25. & num.30.Natta in conſi.326.nu.3.Vna eſt coniectura ſecundum Caſtr.quando teſtator grauaſſet ſubſtitutum poſt mortem ſuam reſtituere etiam hæreditatem pupilli.Nam tunc dicitur ſubſtituiſſe pupillariter ipſi pupillo. Eſt & altera coniectura quãdo teſtator inſtituit maſculos,& excluſit fœminas, & voluit bona peruenire ad maſculos donec aliquis eorum extabit.Ita Rui.Natta & Prætus vbi ſupra.

34 Secũdus eſt caſus † præcedẽti ſatis proximus,quãdo.ſ.teſtator habẽs 3.vel 4.filios,duos puberes,vel vnũ puberẽ,duos verò impuberes, quos omnes inſtituit & inuicem ſubſtituit: an hoc caſu reciproca cõtinebit pupillarem inter duos illos impuberes?Et non continere ſcripſerunt Bar.in d.l.Luc.nu.8. & ibi.Ale.nu... Iaſ.nu.Ripa nu.22.& Alcia.nu.30. & Zaſius. num.16.in fi.qui ambo teſtantur eſſe communem opi.Are.in l iam hoc iure.nu.6 ff.de vulg.& in d.l.in teſtamento.la 1.nu. 4.C.de teſta.mili.Guiel.Bene.in c.Ray.in verbo ſi abſque liberis.il 2.in tit.de breuiloqua ſubſt.num.37.de teſt. Hãc quoque probarunt Zaſius & Leo.in tract.de ſubſtitutio.in tit.de recipro.ille.num.6.in fi.iſte.nu.44.

Eo argumento ij moti ſunt , quod ratio ſeruandæ æqualitatis ita locum habet,quando duo ex tribus,vel quatuor ſunt impuberes , ſicuti quando vnus ex duobus eſt impubes. At qui quando vnus ex duobus eſt impubes , & alius , vel alij puberes , reciproca non continet pupillarem. d. l. iam hoc iure,& diximus ſupra. Ergo & quando duo ſunt impuberes & alij puberes , reciproca non debet poſſe continere pupillarem.

Contrariã opinionẽ quod ſcilicèt hæc reciproca cõtineat pupillarem inter puberes,probarunt,& male quidem.Guiel. Ray.& Albe.in d.l.Luc.& in d.l.in teſtamento.& ibidẽ Bald. nu.7 Ita & Ange.in conſ.307.Teſtator de Verona.nu.3.Et de hac facti ſpecie ſic verè reſpondit Comenſ.in d, conſ. 16. Io. quondam.Et hanc opinionem verè ſecutus eſt Emanuel Coſta in d.c.ſi pater in 3.parte in verbo , perſonis. nu. 5.ſed melius.nu.7.Et ij quidem moti ſunt, quod teſtor præſumitur feciſſe duas ſubſtitutiones,vnam pupillarem inter impuberes, alteram fideicõmiſſariam inter puberes. Quæ ſanè conſideratio vera nõ eſt:cùm teſtator tres, vel quatuor ipſos omnes filios ſimul vnica verborum ſtructura reciprocè ſubſtituit:Et ideò licèt pupillaris cõueniat inter impuberes,& fideicõ. inter puberes:attamẽ pupillaris nõ adaptatur inter puberes & impuberes.Nec dicendũ eſt,teſtatorem voluiſſe facere duas ſubſtitutiones,ſed vnam tantum inter omnes ipſos filios.

36 Declaratur † primò hic caſus,vt locum non habeat, quãdo ipſi impuberes fuiſſent coniuncti in inſtitutione.Nã tunc & in reciproca præſumerentur coniunctim vocati, & eorum reſpectu reciproca contineret pupillarẽ. Ita Bar. in d.l. Luci. nu.8.verſ... ff.de vulg.& pup.ſubſt.& Imola in c. Ray.nu.de teſta.& Leo.in d.tit.de reciproca.nu.48.adducti tex.l. cohæredi.§.qui diſcretas.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Et hoc caſu locũ non habet ratio ſeruandæ æqualitatis , cum teſtator, ea coniũctione,duorum impuberum facta in inſtitutione , ſenſerit eos velle ſeparatim ab alijs puberibus vocare & inuicem ſuccedere.Ex quo intelligimus ceſſare conſiderationem Ripæ in d.l.Luc.nu.23.verſ.ſed tu aduerte, & Alcia.ibi.num.30. verſ.fortius,qui à communi receſſerunt.

37 Tertius eſt † caſus,quando teſtator inſtituit tres hæredes, nempè duos filios impuberes,& tertium extraneũ impuberẽ. Et eos inuicem ſubſtituit , hoc etiam caſu illa reciproca non continebit pupillarem inter duos illos impuberes. Ita ſenſit Bar.in cõſ.57.Annacellus de Caſtr.nu.4.lib.1.& apertius Sal. & Roma.in d.l in teſtamento.la 1.C.de teſta. milit. Imola in c.Ray.de teſta. Are. in d.l.iam hoc iure. & in d.l.Luci. & ibi Alex.nu.12.& Iaſ.nu.14.& Alcia. n.29. Hãc quoque probarũt Ema.Coſta in d.c.ſi pater in 3.par.in verbo,perſonis. nu.8.de teſta.in 6.Rui.in conſ.3.nu.14.lib.2. Nam & hoc caſu locum habet ratio.d.l. iam hoc iure , nempè ſeruandæ æqualitatis. Non. n. vnica ipſa determinatio æqualiter determinare poteſt:cum extraneo ſubſtitui non poſſit pupillariter. Et ſimile egregium refert Rui in d.conſ.3.num.13.

Contrariã itaq; opinionẽ malè probarũt Bald.in d. l.in teſtamento.la 1.C.de teſta.milit.vbi & Are. ſibi parum conſtãs idem aſſeruit:& ſecutus eſt Ripa in d.l.Luci.nu. 24. verſ. ſed certè.Eandẽ probarunt Ange.in conſ.307.Vaſquius in tract. de ſucceſſionum creatione.lib.2.§.19.tit.de reciproca.nu.4.& Hippo.Rimi.in l.precibus.nu.628.C.de impub.& alijs ſubſt. Horum rationes leues ſunt.Non.n.teſtator cõſiderauit naturalem affectum,poſteaquam extraneũ eis admiſcuit.Nec etiã dici poteſt,mixturã perſonæ extraneæ tollere filijs quod eis lex conceſſit.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta. quia noſtro in caſu non apparet legem conceſſiſſe,vt filij dicantur hoc caſu reciprocè pupillariter ſubſtituti.

38 Declaratur † hic caſus,vt locũ non habeat quando coniecturis conſtaret , teſtatorem ſub hac reciproca facta etiam extraneo



extraneo voluiſſe compræhendere pupillarem : ſicuti defendendo Alex.ſcripſerunt Dec.& Cur.Iun.in l.precibus.in fin. C.de impub.& aliis ſubſt.& ſi eo loci Rimi. Iunior diſſentit.

39 Quartus † eſt caſus , quando pater teſtator inſtituit duos filios impuberes : quorum vnus erat emancipatus : alter verò in poteſtate:& eos inuicem ſubſtituit:Deinde emancipatum adoptauit. Vel ſi pater inſtituit & inuicem ſubſtituit duos impuberes,quorum alter erat illegitimè natus,quem deinde legitimum fecit.Hoc etiam in caſu reciproca hęc non continet pupillarem : Ita Bart.in d.l.Luci.num... & ibi.Alex.num.13. Iaſ.nu.15.Ripa.nu.29. & Alcia.nu.35. & diligenter hanc defendit Leo.in tract. de ſubſti.in tit.de reciproca.num.79. Eſt manifeſta ratio , quia tempore conditi teſtamenti aderat imparitas , quæ pupillarem impediebat. Non enim pupillaris
40 † fieri poteſt emancipato & illegitimo,qui ſub teſtatoris poteſtate non ſunt.Nec ſufficit, quod ſuperuenerit paritas, quia id non efficit, vt dici poſſit teſtatorem eo tempore quo fecit teſtamentum ſenſiſſe,quod ſub ea reciproca contineretur pu-
41 pillaris. Nam ad † coniecturandam teſtatoris voluntatem conſideratur tempus ipſum quo teſtamentum ipſum faciebat, ſicuti auctoritate Soc.Sen.reſpondi in conſ.97.nu.149.lib.1. & in conſ.106.num.330.libr.2. Porrò cum ſuperuenit paritas ante mortem teſtatoris ex noua ſuperuenienti voluntate videtur pupillaris hæc compræhenſa in reciproca , non autem ex mente,quæ erat tempore conditi teſtamenti.

42 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat,quando teſtator ſtatim confecto teſtamento emancipatum adoptauit , vel illegitimum fecit legitimum. Nam tunc præſumitur, quod, quando confecit teſtamentum, habuerit animum, vt ſub ea reciproca contineretur pupillaris. Ita declarant Are. & Ripa in d.l.Luci.nu.30.& ibi.Alcia.num.73.verſ.quid ſi incontinenti.& Leo.in loco ſupra allegato.num.85.Ea ratione
43 † motus,quia ex his,quæ fiunt incontinenti,declaratur qualis fuerit animus præcedens.l.ſi ventri.vbi Bar.ff. de priuil.cred.

44 Declaratur † ſecundò, vt locum nõ habeat hic caſus,quando in teſtamento adiecta fuiſſet clauſula,pupillariter & per fideicommiſſum. Nam tunc ſignificauit teſtator, ſe tunc habuiſſe animum adoptandi , vel legitimandi filium : atque ita ſub ea reciproca contineretur pupillaris. Ita poſt Bart. Imolam & recẽtiores docẽt Rip.in d.l. Luci.nu.31. & Alcia.n.37.

45 Declaratur † tertiò,vt non procedat hic caſus,quando aliquæ extant coniecturæ, quod voluerit teſtator ſub reciproca contineri pupillarem, Ita Bal.in d.l.in teſtamento la 1.q.9.C. de teſta.milit. Aretinus in d.l.Lucius num.12.& ibidem Ripa nu.31.in fi.& Alcia.nu.36.

46 Quintus eſt caſus , quando † teſtator inſtituit duos filios impuberes portionibus inæqualibus , Hoc in caſu reciproca cõtinet pupillarẽ:cùm inęqualitas portionũ nõ impediat pupillarẽ.Ita Bar.in d.l. Lucius.nu.12. vbi Ripa nu.35. & Alcia. nu.40.teſtãtur,omnes ſequi Bar.Idẽ affirmauit Zaſius.nu.12.

47 Sextus eſt † caſus,quando teſtator inſtituit duos filios impuberes, & eos ita ſimpliciter reciprocè ſubſtituit. Et ſi vnus filiorum hæres non erit , alterum ſubſtituo.Hoc in caſu dubitatur an pupillaris contineatur ſub reciproca. Recepta opinio eſt,pupillarem non contineri vigore reciprocæ:& ſic non eſſe expreſſam pupillarem,ſed comprehendi tacitam pupillarem in caſu vulgaris expreſſæ. Et propterea hæc tacita pupillaris nõ excludit matrem. Ita Bar.in l.Lucius.nu... vbi Alex. nu.13.Iaſ.nu.13. & communem eſſe teſtatur ibi Ripa num.40. Idem ſcripſerunt Alex.in l.precibus.col.pen.C. de impub.& aliis ſubſt. & ibidem Rimi.Iun.nu.617. Guiel.Benedict.in c. Raynu.in verbo, ſi abſque liberis.il 2.in tit.de pupillari.num. 102.de teſta.& ibidem Berous.nu.488.

Cæterùm à prædictis diſſentit Dec. in d. l. in teſtamento. nu.18.C.de teſta.mili.& in d l.precibus.nu.20.C.de impuberum & aliis ſubſt.qui quidem ſcripſit, negari non poſſe, quin ex verbis generalibus reciprocæ demonſtretur pupillaris. Ergo erit expreſſa virtute reciprocæ,non autem tacita compræ-
48 henſa in expreſſa vulgari , quia † expreſſum facit ceſſare tacitum,l.cum filio.§.1.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.quæ ſanè Decij conſideratio vera non eſt , vt rectè animaduertit præcitato in
49 loco Ripa,quia † reciproca tunc demum continet pupillarem expreſſam verbis generalibus, quãdo eſt ſimpliciter cõcepta, vt ſi teſtator dixit. Inſtituo filios impuberes,& eos inuicẽ ſubſtituo.Ita probat d.l.Lucius in verſ.aliter, & ibi gl.quã ſecuti ſunt Bar.& reliqui ſupra cõmemorati : ſecus verò quãdo reciproca eſt reſtricta ad caſum vulgaris : Nam tunc verba reci-
50 procæ non ſunt amplius generalia. Cùm † enim verbum ſpeciale (inquit Riminaldus Iunior præcitato in loco) adiicitur generali reſtringit ipſius generalis ſignificationem. l.ſed ſi adiiciatur.vbi Bart.ff.pro ſocio.& ſcribunt alij ab ipſo Rimi. congeſti.Eſt itaque concludendum , hanc eſſe pupillarem tacitam comprehẽſam ſub expreſſa vulgari. Et quæ quidem diuerſum habet effectum ab ea pupillari , quæ continetur ſub reciproca ſimplici.Illa enim cõprehenſa ſub reciproca excludit matrẽ.Cũ dicatur expreſſa verbis generalibus, vt ſcribunt gl.& Bar.in d.l.Luci.& alij ſupra allegati.Hæc verò pupillaris cõprehẽſa ſub vulgari matrẽ nõ excludit : ſicuti tradũt Bar.in l.2.n.42.ff.de vul.& pup.ſub.& ſcripſi copioſè s.in pręſump.

51 Eſt præterea † hic animaduertẽdum, à Doctoribus reprehendi Bart.quod ſibi parum conſtans videatur : Cùm in d.l.2. nu.44.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.ſcriptum reliquerit,matrem excludi per tacitam pupillarem , quando ſubſtitutus eſt alter filius ipſius teſtatoris:ſicque frater pupilli: & Bar.illo in loco ſecuti ſunt innumeri propè,quos recenſui in dicta præſumpt. 37.in octaua cõiectura.Et tamen Bar.in d.l.Luci.nu.14 contrarium docuit:Cùm dixit,matrem non excludi tacita illa pupillari comprehenſa ſub vulgari facta reciprocè:quæ quidem facta eſt duobus filiis. Hanc Bar.repugnantiam cõciliare ſtuduit Iaſ.in d.l.Luci.num.13.& ibidem Ripa.nu.40. verſ.3.reſpondet , viſus eſt probare ſecundam illa Iaſonis conciliationem,quæ ſi rectè perpendatur,non ſatiſfacit:cum differentiam verbalem inter vnam,& alteram pupillarem faciat.

52 Septimus † eſt caſus,quando teſtator inſtituit,& ſubſtituit reciprocè duos filios impuberes, quorum vnus eſt anniculus: alter verò tresdecim annorum. Et dubitatur,an ſuperueniente pubertate in illo tresdecim annorum extinguatur etiam pupillaris illa facta anniculo. Hunc caſum,& ſubſequentem de induſtria collocare hic nolui,cum diſputetur,an extinguatur, & finiatur hæc pupillaris. Hic ſubdiſtinguendi ſunt duo alij caſus,quorum primus eſt, quando in illo ætate maiore ſuperuenit pubertas mortuo teſtatore.Hoc in caſu recepta eſt opinio,hanc pupillarem nõ extingui reſpectu anniculi. Ita communem eſſe opinionem , & veriſſimam teſtatur Ripa in d.l. Luci.num.25.Alcia.num.31.& Zaſius.num.10.verſic.ampliatur primò,& idem in tract.de ſubſti.in tit.de reciproca.num. 7.verſ.quid autem.ſic & Leo.in tract.de ſubſtit.in tit. de reci-
53 proca.num.70.Ea eſt ratio præcipua,quia inæqualitas,† quæ caſu euenit , non eſt conſiderabilis.C.de fideicom.vbi Dec. C.de tranſact.At hic caſus euenit,quia ita vnus ac alter decedere poteſt.Non ergò conſiderari debet inæqualitas.Et prætereà ſequeretur quiddam abſurdum , & contra teſtatoris voluntatem. Nam fingamus teſtatorem habere quinque aut ſex filios impuberes, quorum aliqui ( vt neceſſe eſt ) ſunt minoris ætatis , & faciliùs peruenient ad pubertatem quàm alij , ſi dicemus expirare pupillarem ſubſtitutionem illis ad ætatem puberem peruentis , ſequeretur hoc abſurdum , & contra patris voluntatem , qui voluit eos inuicem pupillariter ſubſtituere , ſicuti etiam rectè conſiderauit Ripa in d.l.Luci.num. 25.verſic.3.Bartol.dicit. Secundus eſt caſus,quando pubertas ſuperuenit viuo ipſo teſtatore. Hoc etiam in caſu recepta adhuc eſt opinio , pupillarem non extingui quo ad impuberis perſonam.Ita ſanè communem teſtãtur Ripa , & Alcia.ſupra cõmemorati.Verùm nõ parum dubia videtur: cũ & ab ea diſſentiant Rayne.relatus à Bart.in d.l.Luci.nu.9.& Pau.Leo.in loco ſupra alleg.num.63.qui rationibus, & argumentis Zaſij & aliorũ diligẽter reſpõdit, ſed fortè defendi poteſt cõmunis à Leonij argumẽtis ex his,quę ſcripſi in cõſ.498.n.18.& ſubſequentib.vbi declaraui,quãdo teſtator dicatur voluiſſe decedere cũ eodẽ teſtamẽto quod ſe viuo effectũ erat nullũ,& ibi declaraui l.tractabatur.ff.de milita.teſta. quo Leo.motus eſt.

54 Octauus eſt caſus, quãdo pater teſtator † duos impuberes inuicem ſubſtituit:deinde vnũ emancipauit,an ita in eius perſona extinguitur pupillaris ſubſtitutio.l.cohæredi.§.cũ filiæ. ff.de vulg.& pup.ſubſti.an etiã extincta ſit in perſona alterius retenti in poteſtate?Recepta eſt opinio,quod extinguatur in perſona vtriuſque. Ita communem eſſe teſtantur Ripa in d.l. Luci.nu.26.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.& ibi.Alcia.num.32. & Zaſius.num.13.& idem in tract.de ſubſtit.in tit.de reciproca. nu.9.& Leo.in tract.de ſubſtit.titu.de reciproca.nu.76.& 77.

Hanc quoque probarunt Dec. in conſ.361.num.8. verſ.ſicut
ergo.& in conſ.456.nu.5.& ibi.col.vlt.declarat Pau. Leo.in
d.tract.ſubſti.in d.tit. de reciproca ſubſtitutione.nu.76.mul-
ta hac pro opinione afferuntur argumenta, quibus diligenter
ſatisfacit Ripa præcitato in loco,qui quidem ſecutus eſt con-
trariam opinionem Bal.Ange. Comenſ.& Iaſ.quòd imò non
cenſeatur extincta pupillaris facta filio retento in poteſtate.
Exiſtimo non eſſe recedendum à communi, quia in recipro-
ca conſideratur paritas & æqualitas non ſolùm tempore quo
teſtator confecit teſtamentum, ſed etiam tempore eius mor-
tis.arg.§.in extraneis.in inſti.de hæredum qual.& differen.Et
hoc quidem ne facto ſuo teſtator videatur inæqualiter diſpo-
ſuiſſe, materiamq; inuidiæ & iurgiorum inter fratres præſti-
tiſſe. Ita conſiderauit Alcia. præallegato in loco poſt Cardi-
nalem, quem recenſet.Nec repugnat quod dicebant Aret.&
Ripa, æqualitatem conſiderari in creatione reciprocæ non
55 autem in conſeruatione. Nam † reſpondetur ante mortem
teſtatoris dici ſemper tempus creationis reciprocæ, cùm ſo-
lùm tempore eius mortis recipiat perfectionem & confirma-
tionem,l.1.ff.de teſta.& l.1.§.cum igitur.C.de cad.tollen.Et
ideo emancipando vnum ex filiis videtur mutaſſe volunta-
tem:atque ita pupillarem extinguere. Et quod ſubiungit Ri-
pa, quod ſicuti ſola æqualitas ſuperueniens non inducit reci-
procam pupillarem, ita econtra dicendum eſt, ſuperuenien-
tem inæqualitatem non tollere ipſam reciprocam, vt idem
56 operetur † oppoſitum in oppoſito quod propoſitum in pro-
poſito, l.vlt.de leg.3.Nam reſpondetur, quod ſuperueniens
æqualitas non efficit,teſtatorem tempore teſtamenti voluiſſe
pupillariter reciprocè ſubſtituere,atque ita teſtamentum non
poteſt dici continere,quod teſtator diſponere noluit: ſed di-
uerſum eſt,quando ſuperuenit inæqualitas,quia hoc caſu pre-
ſupponitur in teſtamento comprehenſam fuiſſe hanc recipro-
cam pupillarem, ſed deinde à teſtatorem ſublatam, emanci-
patione vnius filiorum.Rurſus conſidero,quid,cùm pro con-
ſtanti omnes concedant reciprocam duobus ipſis filiis im-
puberibus factam ab initio vſque conditi teſtamenti conti-
nere pupillarem in perſonam vtriuſque, dici minime poteſt,
quod emancipando vnum ſublata ſit pupillaris facta retento
57 in poteſtate, quia cenſeretur † ſublata ſola tacita voluntate,
quæ ad tollendum teſtamentum & directam inſtitutionem
nõ ſufficit.l.ſi iure,vbi Bart.de leg.2.& ſi ſatis ſit in adimendis
tollendiſq; legatis, quæ nuda voluntate tolluntur.l.2. §.vlti.
cum l.ſequen.ff.de adimen.lega.
58 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat, quan-
do teſtator coactus filium ipſum emancipauit.Nam tunc non
præſumitur mutaſſe voluntatem, quam habuit tempore con-
diti teſtamenti.arg.l.fideicom.§.ſi rem.ff.de leg.3.& l.rem le-
59 gatam.ff.de adim.lega. vbi legatum † non præſumitur adem-
ptum alienatione neceſſitatis cauſa à teſtatore facta.Hanc de-
clarationem probarunt Bar.& reliqui:ſicuti communem eſ-
ſe teſtatur Ripa in d.l. Luci.nu.27. & eam probauit ibi.Alci.
nu.34. qui contrariis Ang.& Iaſ. argumentationibus ſatisfa-
ciunt. Et communem ſecuti ſunt quoque Zaſius in d.l.Luc.
num.12.in fi.& Leonius in tract.de ſubſtitutionibus in tit.de
reciproca.num.78.
60 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, in reciproca
facta à milite,quæ per emancipationem non expirat etiam in
perſonam emancipati; cum miles poſſit emancipato ſubſti-
tuere pupillariter.l.miles ita §.exhæredato.ff.de militari teſt.
Ita declarat Salic.in d.l.in teſtamento la.1.C.de teſtam.milit.
quẽ ab impugnationibus Ale.defendit Rip.in d.l.Luc.nu.28.
61 Nonus eſt † caſus, quando teſtator ſubſtituit duobus filiis
impuberibus, in re tamen certa. Hoc caſu adhuc reciproca
continet pupillarem. Ita multorum auctoritate reſpondi in
conſ.362.num.22.lib.4.
62 Tertium eſt huius † diſputationis caput de ſubſtitutione
exemplari, an comprætendatur ſub reciproca ex præſumpta
mẽte teſtatoris?Hoc in capite diſtinguo vnà cum aliis Doct.
aliquot caſus.
63 Primus eſt, quando † facta eſt reciproca duobus filiis ma-
ioribus mente captis, vel furioſis.Hoc caſu reciproca conti-
net vulgarem,& exemplarem, vulgarem ſcilicet vſque ad hæ-
reditatis aditionem: deinde hæreditate adita exemplarem:ſi-
cuti omnes ſcribunt:Bar.in d.l.Luci.nu.16.ff. de vulg.& pup.
ſubſt.& ibidem Ripa num.34.Ruy.in conſ.103.nu.3.lib.2.&
Paulus Leonius in tract.de ſubſtitutionibus in tit.de recipro-
ca.nu.89.Ripa d.l.Luci.nu.33.34.vbi Alcia.Leonius in d.tit.
de reciproca.
64 Secundus † eſt caſus, quando reciproca facta eſt duobus
filiis impuberibus furioſis ſeu mente captis. Hoc caſu conti-
net vulgarem, pupillarem & exemplarem: ſicuti præcitati
Doctores omnes admittunt.
65 Tertius † eſt caſus, quando reciproca facta eſt duobus fi-
liis,quorum vnus eſt impubes ſanæ mentis, alter verò pubes
mente captus, an hoc caſu contineatur vulgaris, pupillaris &
exemplaris?Recepta magis opinio eſt,quod contineatur ſola
vulgaris:cùm pupillaris non conueniat puberi furioſo:exem-
plaris verò non adaptetur impuberi ſanæ mentis, atque ita
inæqualitas impedit vnam & alteram. Ita Bart.in d.l. Lucius
nu.16. vbi Ripa nu.33. communem eſſe opinionem teſtatur
& ſecutus eſt ibidem Zaſius nu.12.in fin.& nu.17.eandẽ pro-
bauit Paulus.Leon.in tract.de ſubſt.in ti.de reciproca.nu.89.
& ſi ab ea diſſentiũt Imola, Iaſ.& Politus ab eo relati.Et qui-
bus accedũt Alci.in d.l.Luc.nu.39.& Vaſqui.in tract.de ſuc-
ceſſionum creatione.libr.2.§.19.tit.de compendioſa.nu.21.
verſ.contrariam partem.Mihi certè magis probatur cõmunis
illa ſententia, quia & ſi magna ſit ſimilitudo vnius & alterius,
attamẽ eſt ſimilitudo reſpectu teſtatoris, qui ſubſtitutionem
66 facit: Nam † quemadmodum lex pietate quadã permiſit pa-
tri ſubſtituere filio ſuo impuberi pupillariter:atque ita pro eo
teſtari:eadem humanitate cõceſſit patri ſubſtituere exempla-
riter filio mentecapto:atque ita pro eo condere teſtamẽtum.
Non tamen ſimilitudo eſt reſpectu perſonarũ quibus fit:cum
pubes mente captus differat maximè ab impubere ſanæ men-
tis.Rationibus & argumẽtis Imolæ,Politi & ſequacium præ-
ter alios acutè reſpondit Leonius in loco ſupra allegato.
67 Quartum eſt huius † diſputationis caput,de fideicommiſ-
ſaria ſubſtitutione an ſcilicet & hæc compræhendatur ſub re-
ciproca?Recepta eſt ſententia, non comprehendi.Ita Bart.in
d.l.Lucius.nu.20.ff.de vulg.& pup.ſubſt.vbi Alex.n.4.& Iaſ.
nu.29.teſtantur hanc eſſe cõmunem opinionem,& neminem
diſſentire. Hanc quoque probarunt Ripa ibi.nu.41.& Alcia.
nu.47.qui receptiſſimam eſſe aſſeruit,ibi etiam Zaſius.nu.18.
teſtatur communem. Et his accedunt Alex.in l.iam hoc iure.
nu.4.& in l. qui plures.nu.2.ff. de vulg.& pupil.ſubſtit.Iaſ.in
conſ.134.col.pen.lib.1.Soc.Sen.in conſ.6.nu.2.lib.3.Dec.in
l.in teſtamento, la 1.nu.3.C. de teſta.mili.in conſ.205.nu.6.
& in conſ.291.nu.3.Cur.Iun.in l.2.nu.6.C.de impuberum &
aliis ſubſt.Pariſ.in conſ.82.num.4.lib.2.& Cagno.in l.preci-
bus.nu.42.C.de impuberum & aliis ſubſt.Et ij quidem addu-
cti ſunt textu.d. l. iam hoc iure verſ. *in vulgarem tantummodò
caſum*.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& tex.d.l.2.C.eo.ibi *in vnum ca-
ſum duntaxat*.Illa taxatiua excludit alias ſubſtitutiones præter
vulgarem.Non ergo continetur fideicommiſſaria.Nec repu-
gnat conſideratio Ripæ in d.l.Lucius nu.41.& prius Aretini
ibidem & Decij in d.l.in teſtamento, la.1.nu.15.C. de teſta.
militis. Dixerunt ij taxatiuam illam nõ excludere ſimiles ca-
ſus.glo.in l.ob æs.C.de præd.mino.Excludit ergo(inquit Ri-
pa) alias directas omnibus non conuenientibus, non autem
fideicommiſſariam, quæ poteſt omnibus conuenire.Non eſt
vera hæc conſideratio,quia reiiciuntur reliquę ſubſtitutiones
excepta illa vulgari.Rectius dici poteſt illa verba taxatiua eſ-
ſe leg ſlatorum, vt aduertit Iaſ.in d.l.2.nu.1.verſ.1.niſi.C.de
impub.& aliis ſubſt.& diximus ſupra in præſumpt 35.in ſecũ-
da declaratione, vbi explicauimus, quando vulgaris expreſſa
contineat pupillarem tacitam. Probari melius poteſt ſenten-
tia hæc ea ratione, quam poſt alios commemorauit Ripa &
68 Alcia.præcitatis in locis,nempè,quod † verbum,ſubſtituo ſui
natura ad directas tantum ſubſtitutiones refertur non autẽ ad
fideicommiſſarias:cum ſit temporis præſentis,nec tractatum
ſucceſſum contineat.Et propterea non poteſt comprehende-
re fideicommiſſariam quæ à futuro euẽtu pendet:ſi enim ver-
bo ſubſtituo nullum verbum reſpiciens tractum temporis in
futurum adiectum eſt, fideicommiſſum eſſet purum,& conſe-
quẽter inutile, quod eſſet aduerſus manifeſtã teſtatoris men-
tem.Nam aut omnes hæredes ſunt æqualiter inſtituti,& tunc
fideicommiſſaria eſt inutilis, quia quilibet tantum cohæredi
dabit quantum ab eo recipiet,l.ab omnibus.§.1.ff.de leg.1.&
l.quis.C.de ſolutio.Aut ſunt inſtituti inæqualiter: & tunc ſe-
quitur, ꝙ qui magis dilectus eſt in inſtitutione, ſit deinde mi-
nus



nus dilectus in ſubſtitutione,& vice verſa: minus dilectus in
inſtitutione,dicetur magis dilectus in ſubſtitutione:quod ve-
riſimile non eſt à teſtatore ordinatum fuiſſe, l.Publius.in fin.
ff.de cond & demon.Eſt itaque retinenda hæc opinio cõmu-
nis,& ſi ab ea etiam receſſerit bene eruditus Leonius in tract.
de ſubſtitutionibus,in tit.de reciproca num.16.
69 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando in-
uicem ſubſtituti prædicto modo, grauati fuerunt alteri reſti-
tuere. Nam adhuc inter ſe non dicuntur ſubſtituti per fidei-
commiſſum ad excluſionem ſubſtituti poſt eorũ mortem.Ita
extendit Ripa in d.l.Lucius.num.42.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.
auctoritate Caſtr.in conſ.355.in meo codice eſt in conſ.14.ſi
cõtingat.li.1.Verùm hac de re copioſius agemus in præſum-
ptione infrà ab hac ſecũda in ſecũda extenſione quarti caſus.
70 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat,quan-
do ex aliquibus verbis præcedentibus & ſequentibus appare-
re poteſt de cõtraria mente teſtatoris,quod ſcilicet compræ-
hendere voluerit fideicommiſſariam. Ita declarãt Ripa & Al-
ciatus in d.l.Lucius ille.nu.43.iſte num.47.verſ.vel ex præce-
dentibus,& ibidem Zaſius,nu.14.poſt Capram in conſ.7.col.
vlt.confert.l.ſi frater tuus,vbi Caſtr.& Fulgo.C.de fideicom.
& de qua dicemus infrà in tertia declaratione.
71 Declaratur † ſecundò,vt locũ non habeat in reciproca fa-
cta in Codicillis.Nam illa continet fideicommiſſariam:cum
directas continere non poſſit.Ita declarant Ripa & Alciat.in
d.l.Lucius.ille.nu.43.verſ.tertiò limita.iſte.nu.47.verſ.Cæte-
rùm & ſi.qui eiuſdem ſententię commemorant Oldradum in
conſ.33.Et his accedunt Bald.in conſ.92.lib.5.Are.in conſil.
37.nu.8.Caccial.in l.precibus.n.50.C.de impu.& aliis ſubſt.
Iaſ.in l.verbis ciuilib.nu.16.ff.de vulg.Guido Papæ in q.173.
Curt.Iun.in conſ.70.nu.8.& in d.l.precibus.nu.56.& ibidem
Cagno.nu.206.Durans in tract.de arte teſtandi,in tit.de ſub-
ſtitutionibus.Cautela.12.Boër.q.38.nu.3.Sforcia in tract.de
compendioſa.in 5.part.pag.139.à tergo.Ceph.conſ.420.nu.
40.Aquil.in d.l.Cen.in 4.par.nu.60.Leonius in tract.de ſub-
72 ſtitutio.tit.de reciproca.nu.33.cum enim (vt attigi) † codi-
cilli continere non poſſint directas, dicendum eſt teſtatorem
voluiſſe facere fideicommiſſariam,iuxta.l.Scæuola.ff.ad Tre-
bel.Nec refert(vt dicebat præcitato in loco Alcia.)quod ad-
iecta non ſint verba quæ tractum temporis indicent, quia is
tractus ſatis ex natura codicillorũ indicatur. Nam videtur in
ſubſidium à teſtatore prouiſum eſſe, cùm à principio iure di-
recto valere nõ potuit.l.cum quis decedens.§.Sæium.de leg.
3.Et hæc quidem declaratio retinẽda eſt etſi diſſentiant Aret.
in d.l.verbis ciuilibus.col.1.Io.Fabri in §.qua ratione.nu.26.
inſt.de pup.ſubſt.& Angelus in conſ.159.n.5.Et hæc quidem
73 declaratio ceſſat,quando † re vera conſtat teſtatorem voluiſ-
ſe ſubſtitutionẽ in codicillis factam valere iure directo.Nam
tunc nullo modo obliquatur. Ita Ang.in d.l.verbis ciuilibus.
num.1.& ibi.Alex.nu.8.& Sap.in d.l.precib.nu.70.
74 Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando † in te-
ſtamento adiecta fuit clauſula codicillaris.Nam illa operatur
quod reciproca ſimpliciter concepta ſicque directa ſubſtitu-
tio verſatur & contineat fideicommiſ.Ita Fulg.Caſt.& Cor.in
l.ſi frater.C.de fideicom.Socin.Sen.in conſi.6.colum.2.& 3.
libr.3. quos commemorauit & ſecutus eſt Gallia. in l. Cent.
num.65.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Et his accedunt Bal.in l.ver-
bis ciuilibus.ff. de vulg.& pupil. ſubſtit.& ibidem Angelus,
qui dixit, hanc fuiſſe nouam Baldi traditionem, quam & ibi-
dem probarunt Imola, Alexander & Iaſ.Ita etiam reſponde-
runt Fulgoſius in conſil.43.Alex.in conſil.51.& in conſ.201.
num.18.lib.6.Mattheſ.notab.140.Cor.in conſ.44.numer.6.
libr.3.Riminal.Sen.in conſil.336.num.48.libr.3. Decius in
conſil.431.in fin.Curt.Iun.in conſil.48.numer.6.& in conſil.
139.num.25.& idem in l.precibus.numer.54.& 55.C.de im-
puberum & aliis ſubſtit.Socinus Iunius in conſil.165.verſic.
ſed in contrarium, & in conſil.180.numer.32.lib.2. Pariſius
in conſil.31.num.53.& in conſil.93. num 11.lib.2.Gratus in
conſil.8.num.10.lib.2.Neuiz.in conſil.53. num.11.& Crane.
in conſilio 22. numero 8.& in conſilio 305. numero 4. Ean-
dem opinionem probarunt Guido Papæ.q.513. Guilielmus
Benedictus in cap.Raynutius, in verbo,ſi abſque liberis.il 2.
numero 33.de teſtam. Durans in tract.de arte teſtandi.titul.
5.cautela.9. Rubeus in l.Gallus.§.quidam rectè.numero 18.
ff.de liberis & poſthumis,Conſtantinus Rogerius in tractat.
ſubſtitutionum.in tit.de compendioſa.c.4.num.43.Riminal-
dus Iunior in d.l.precibus.num.422.Ioan.Bolognetus in d.l.
Centurio.nu.165.Cæphalus in conſ.420.num.2.& 3.Et hæc
quidẽ opinio fulcitur eo tex.l.Scæuola.ff ad Trebel.qua pro-
75 batur, ſubſtitutionem in codicillis † factam verbis directis
obliquari,cùm aliter valere non poteſt,& iam conſtat de eni-
xa voluntate teſtatoris,qui ſubſtituere voluit.Cæterùm facilè
reſponderi poteſt,id contigiſſe ex benignitate quadam con-
ſiderata perſona filij impuberis, cuius nomine pater teſtaba-
tur.Eſt ergò in contrarium ius ſtrictum,ſicque ius commune,
quando ſcilicet ceſſet ille fauor filij, qui eam benignitatem
operatur in caſu d.l.Sæuola, de cuius ſenſu alia dicemus infrà
in præſumpt. vbi explicabimus, an & quando compendioſa
verbis directis cõcepta trahatur ad fideicommiſſariã.Secun-
79 dò perpẽdi ſolet tex.l.ſi frater tuus.C.de fideicom. vbi † ſub-
ſtitutio verbis directis facta obliquatur quãdo aliquibus ver-
bis conſtat de mente teſtatoris ſubſtituẽtis.At qui hæc mens,
& animus ſatis præſumitur atque coniicitur ex clauſula codi-
cillari, qua teſtator voluit ſuam diſpoſitionem valere ſecun-
dum naturam codicillorum, quæ eſt, vt ſit fideicommiſſaria:
Ergò talis erit.Verùm videtur poſſe reſponderi, negando il-
lam minorem propoſitionẽ, quod ſcilicet per clauſulam co-
dicillarem conſtet de mente teſtatoris tanquam verbis decla-
rata.Nam clauſula † codicillaris apponitur, vt ſuſtineatur te-
77 ſtamentum in vim codicillorum, quando teſtamẽtum ipſum
corruit defectu ſolennitatum,vt mox dicemus.
Contrariam itaque † opinionem, quod imò clauſula hæc
78 codicillaris non operetur, vt directa hæc ſubſtitutio trahatur
ad fideicommiſſariam,probarunt Decius in l.precibus.num.
18.verſ.& prædicta concluſio. C.de impube.& aliis ſubſti.&
Socinus Iun. in conſ.138.num.8.lib.2. Primò affertur ratio
illa, quod appoſitione huius clauſulæ non demonſtratur vo-
79 luntas teſtatoris:cùm ſoleant hę clauſulæ ſcribi † in teſtamen-
tis ex ſtylo, & conſuetudine notariorum:ſicuti tradunt multi
commemorati à Ripa in d.l.Cen.num.81.& 82.Ergo ceſſan-
te præſumpta teſtatoris mente, & voluntate dici non poteſt
inductum fideicomm. quod requirit teſtatoris voluntatem
ſaltem præſumptam.l.cum proponebatur.de leg.3. Cæterùm
reſpondet idem Ripa in d.l.Cent.num.83.imò clauſulam co-
dicillarem in teſtamento ſcribi voluntate teſtatoris:quemad-
modũ multis rationibus,& Doctorum auctoritatibus demon
ſtraui in conſ.37.nu.130.libr.1.Secundò vrgere magis vide-
tur tex.l.vlt.§.illud.C.de codicillis,quem perpendit Io.Bolo.
in d.l.Cent.nu.165.& ſi perplexè locutus eſt, apertiùs ſic ego
perpendo: Ea lege conſtitutum eſt, teſtatoris diſpoſitionem
valere non poſſe,vt teſtamentum,& vt codicilli,quia (vt in d.
§.illud ſcriptum eſt) continet repugnantiam.Debet ergò va-
lere ſolùm vt teſtamentum, vel vt codicilli. Si valet vt teſta-
mentum nil operabitur clauſula codicillaris, quia teſtamen-
tum, & diſpoſitiones omnes in eo comprehenſæ ſuam natu-
ram retinebunt, ſine aliqua alteratione, atque ita ſubſtitutio
directa non obliquabitur. Si verò dicimus valere iure codi-
cillorum,adhuc eſt dicendum,ſubſtitutionem hanc non obli-
quari.Ea eſt ratio (voluit dicere Bolo.) quia clauſula codicil-
laris operatur ſolum, vt illę diſpoſitiones directæ iam prçexi-
ſtentes,quibus adiiciuntur:obliquentur:non autem operatur,
80 vt nouæ diſpoſitiones introducantur:† clauſulæ quæ acceſſo-
riæ ſunt,non extendant principalem diſpoſitionem. Clem.1.
de præben.& reſpondit Soci.Sen.in conſ.3.num... lib.3. At
qui hoc in caſu clauſula codicillaris introduceret nouam di-
ſpoſitionem,nempè fideicommiſſariam ſubſtitutionem, quæ
ab initio non inerat teſtamento. Ergò hæc clauſula in l.ope-
ratur.Reſponderi poteſt primò,maiorem illam propoſitionẽ
81 ad rem non conferre.Nam † facilè cõcedimus,diſpoſitionem
teſtatoris non poſſe vnà ſimul eodem tempore valere, vt te-
ſtamentum,& vt Codicilli,ob ipſam repugnantiam.Sed dici-
mus,quod & ſi vno tempore valet vt teſtamentum,vt eſt tem-
pore pupillaris ætatis:attamen alio etiam tempore valere po-
82 teſt,vt codicilli:cùm † tẽporis mutatio diſpoſitionem ipſam
mutare ſoleat,vt in ſpecie probat notabilis tex.l.3.§.fideicõ-
miſſariam.ff.de hæred.inſtit. quo reſponſo declaratur regula,
illa l.eum, qui ædes.ff.de vſucap. vt non procedat ob tempo-
ris varietatem. Ita declarat Benedictus de Vadis in tract.fal-
lentiarũ poſito poſt illum Socini in regula pen.fallen.2.Idem
etiam probat tex.l.pater Seuerinã.§ cõditionum.ff.de condi.
k 3 & demon

& demon. Reſpondetur ſecundò veram non eſſe aſſertionem illam, quod diſpoſitio non obliquetur ob clauſulam codicillarem, quippè quæ acceſſoria eſt. Non inquam hoc verum eſt:cùm imò clauſula hæc ſubſtantiam actus reſpiciat:nec acceſſoria eſt, vel executiua, vt loquitur d.clem.1. Nam clauſula
83 executiua † illa eſſe dicitur, quæ poſt ipſam diſpoſitionem ponitur, vt ipſa diſpoſita exequantur facilius:ſicuti poſt alios declaraui in conſ.160.num.38.lib.2.

Tertiò ea ratione vſus eſt Sforcia in dicto Tractat.de compendioſa in quinta parte pag.134 à tergo verſic.tertiò, quia quod etiam ſi expreſsè colligeretur ex generalitate clauſulæ, teſtatorem voluiſſe apponere illam etiam reſpectu ſubſtitutionum: hoc eſt quod intelligeretur ſubſtituiſſe in codicillis, vbi opus eſſet:attamen dum in illo expreſsè inſtitutionem facit, ceſſat præſumptio:& creditur eo in caſu nolle codicillari, ſed teſtari: quidquid proteſtatus ſit.l. non codicillum. C. de Codicillis.

Cæterùm reſponderi poteſt, teſtatorem voluiſſe quidem teſtari:ſed eo caſu quo ſubſtitutiones valere non poſſent iure directo, atque ita conſiſtere vt factæ in teſtamento, voluit valere iure fideicommiſſi, vt in codicillis:atque ita in ſubſidium voluit Codicillari.

Conciliando has opiniones ſic diſtinguit primò Ripa in d.l.Lucius.numer.44.verſic. Conſidera. Aut teſtator vſus eſt clauſula codicillari in ampla forma: vt puta quando dixit: ſi teſtamentum ac omnia, & ſingula in eo contenta non valebunt, &c. Hoc in caſu (inquit Ripa) procedit opinio Decij contra communem. Aut teſtator vſus eſt clauſula codicillari ſimplici in forma magis reſtricta: quia dixit, ſi teſtamentum non valebit, &c. Nec adiecit, omnia & ſingula. Hoc caſu (inquit Ripa) procedit opinio communis. Hanc conciliationem damnat ipſemet Ripa præcitato in loco: Cùm clauſula codicillaris habeat implicita in ſe illa verba:& omnia, ſingula, &c. Præterea eſſet potius dicendum totum contrarium:quod ſcilicet opinio Decij procedat, quando clauſula codicillaris eſt ſimplex:ex quo Decius neget obliquari. Illa verò communis, quando clauſula eſt ampla: quaſi quod & fideicommiſſariam comprehendat.

Diſtinguit itaque ſecundo loco Ripa in d.l.Lucius.nu.45. ac etiam in d.l.Centurio.num.85. quod aut clauſula codicillaris concepta eſt per verba præſentis temporis. Et tunc ſubſtitutio hæc directa valere non poteſt vt fideicommiſſaria, ex quo non eſt facta verbis habentibus tractum futuri temporis. Non enim in futurum operari poteſt, cùm ſtatim mortuo teſtatore valet vt directa: ergo euaneſcit conditio, ſi non valet. Hoc in caſu (inquit Ripa) procedit opinio Decij, & ſequacium. Aut clauſula codicillaris concepta eſt per verba futuri temporis habentia tractum ſucceſſiuum: vt puta, ſi non valet vel valebit. Hæc ſanè verba, ſi non valebit, poſſunt trahi ad omne tempus:ſed quando teſtator in ſubſtitutione reciproca, vel alia adiecit multa tempora, tunc illa ſubſtitutio continet, & fideicommiſſariam: ſecundum Bart.& alios in d.l. Lucius. Et hoc in caſu (inquit Ripa) procedit communis opinio. Hãc diſtinctionem, & conciliationem prius ſenſit, & probauit Caccialupus in d. l. precibus.num. 53. & eum ſecuti ſunt iludem Curt.Iun.num.54.Sapia.nu.63.& Cagnolus.nu.198. Sic & Neuiz.in conſ.53.num.11.& apertius Rubeus in conſ.129. num.2.& Soc.Iun.in conſ.166.in fin.lib.2.

84 Declaratur † quartò, vt locum non habeat, quando teſtator reciprocè ſubſtituendo ita dixit: quos inuicem ſubſtituo vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum. Nam tunc reciproca continet fideicommiſſariam. Ita Ripa in d. l. Lucius. nu.46.ff.de vulg. & pup.ſubſt. poſt Imolam ibi. Et his accedunt illi, qui idem dixerunt in ſubſtitutione compendioſa verbis directis à pagano facta, hac clauſula, vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum, adiecta:ſicuti diximus ſupra in præſumpt. . . . vbi de ea compendioſa egimus.

85 Declaratur quinto, vt † locum non habeat, quando reciproca eſſet iuſta cauſa compendioſa. Nam tunc continet fideicommiſſariam, ex quo compendioſa habet tractum temporis in futurum, quò deſignatur fideicommiſſaria.d.l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſt. Ita declarat Ripa in d.l.Lucius. nu.46.verſ.vltimò non procedit, poſt Bart.ibi, nu.5.& nu.20. Idem ſcripſerunt Bal.in conſ.55. ad euidentiam.lib.4. Ang.in conſ.307.nu.3.Are.in conſ.37.Capra in conſ.7.nu.19.Alex.in l.2.num.2.C.de impub.& aliis ſubſt.Decius in l.in teſtamento.la.1.num.3. in fin.C. de teſta. milit.& in conſil.318. col.2. Pariſius in conſ.41.nu.35.lib.2.Zaſius in d.l.Lucius num.18. in fin.& Rolan.in conſ.25.num.10.lib.1.

## PRÆSVMPT. LXI.

Reciproca ſubſtitutio directa, hoc eſt vulgaris, vel pupillaris an & quando præſumatur facta inter plures, quibus morientibus facta eſt vulgaris, vel pupillaris ſubſtitutio.

## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca directa an & quando præſumatur facta inter plures, quib. morientib. facta eſt vulgaris vel pupillaris, per tot.*
2 *Ius accreſcendi dicitur quædam tacita ſubſtitutio.*
3 *Subſtitutio reciproca pupillaris cenſetur inducta, quando teſtator ſubſtituit vltimo ex pupillis in tota hæreditate, etiam ſi extat mater non excluſa ſtatuto.*
4 *Subſtitutiones directæ nõ inducũtur cõiecturis vel præſumptionib. Contra, num.5.*
6 *Subſtitutio reciproca pupillaris inducta præſumitur inter plures inſtitutos etiam quando extaret alter frater pubes, qui pro parte eſſet ſucceſſurus vltimo pupillo morienti.*
*Extenditur, etiam ſi ſubſtitutio ſit facta verbis indefinitis.nu.7.*
*Idem quoque dicendum in pupillari comprehenſa in compendioſa.num.8.*
*Secus quando eſt ſubſtituta eccleſia.num.10.*
9 *Subſtitutio reciproca pupillaris parit fideicommiſſariam vltimo morienti in tota hæreditate inter inſtitutos, quando primò moriens iam pubes decedit.*
10 *Subſtitutio reciproca pupillaris non cenſetur inducta inter plures inſtitutos, quando teſtator ſubſtituit vltimo morienti in tota hæreditate, & mater non extat, vel extat ſed excluſa ſtatuto.*
*Idem, quando teſtator pluribus pupillis ſimpliciter ſubſtituit, nec in tota hæreditate.num.12,*
13 *Subſtitutio directa difficilius inducitur, quàm fideicommiſſaria.*
14 *Subſtitutio reciproca pupillaris non præſumitur inducta quando teſtator pluribus pupillis ſubſtituit in tota hæreditate, ſed non vltimo decedenti.*

1 DISSERVIMVS † ſupra de reciproca ſubſtitutione immediatè facta inter ipſoſmet hæredes inſtitutos. Nunc agendum eſt de illa, quæ aliquando reſultat in perſonam ipſorum inſtitutorum, ex ſubſtitutione eis facta ad aliorum ſubſtitutorum commodum. Quæ ſanè vtilis, & egregia diſputatio duo (vt manifeſtum eſt) habet capita. Vnum de vulgari, alterum de pupillari ſubſtitutione.

Primum caput paucis abſolui poteſt. Dicimus enim, vanam eſſe hanc diſputationem. Nam ſi pluribus inſtitutis ſubſtituatur vltimo decedenti in tota hæreditate, quò ad commodum vltimi:fruſtra quæritur, an ſit aliis cohæredibus ſubſtitutus:Cum iure accreſcendi totum conſequatur, l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & legit.& l. vnica.C.quando non peten.partes.
2 Quòd † ſanè ius accreſcendi eſt quædam tacita ſubſtitutio.l.Titius, & Mæuius, cum l.ſeq.ff.de hæred.inſtit.& dicemus infrà in præſumpt. Ita de hac vulgari ſcripſerunt Ripa in l.hæredes mei.§.cum ita num. 20.ff. ad Trebell. Alciatus in l. vel ſingulis.num.3.ff.de vulg.& & pup.ſubſt. Sforcia Oddo in Tract.de compendioſa ſubſtitutione, in quinta parte pag.75. verſic, ego puto. Idem ſenſit Zanchus in d.§. cum ita.in ſexta parte.num.34.& ſi quædam alia ſatis obſcura ſcripſit. His accedit Ruynus in conſil.92.in fine.lib.2.

Secundum caput eſt de pupillari: in quo quidem diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

3 Primus † eſt, quando teſtator ſubſtituit vltimo ex pupillis morienti, & in tota hæreditate, & extat mater non excluſa ſtatuto, vel alia diſpoſitione, vt ſi ita dixit, Inſtituo Caium, Sæium & Sempronium filios meos impuberes:& vltimo eorum decedenti in pupillari ætate ſubſtituo in tota hæreditate Mæuium. Hoc in caſu inter tres illos impuberes inſtitutos præſumitur facta reciproca pupillaris. Ita Bar.Imola, & Aretinus in l.vel ſingulis, & idem Aret.in l.poteſt.ad fi.ff.de vulg. & pup.ſubſt.Alex.in conſ.91.col.8.num. . . lib.1. Idem Alex. & Herculanus in l pater filiam.§.vlt.ille.num.4.iſte.col.7.ff. ad l.Falcid.Corn.in conſil.186.num.3.lib.2.& in conſil.273. col.3.lib.4.Angelus, Aretinus in §.vel ſingulis.col.2.Inſti.de pupil.ſubſti.Iaſon in l pen.in fine.C.de impub.& aliis ſubſtit. Ripa in l.hæredes mei.§.cum ita.num.21.ff.ad Trebel.qui teſtatur eſſe communem opinionem Socin. Iunior in conſ.80. num.2.lib.1.Sforcia Oddo in Tractat.de compendioſa, in 5. parte pag.75.verſ.hoc tamen limitari. Didacus in ca.Raynutius.§.8.num.6.de teſtam. Zanchus in d.§.cum ita.in 6.parte. num.41. Ea eſt ratio, quia teſtator apponendo dictionem tota, vult Mæuium ſubſtitutum debere conſequi nõ ſolùm portionem vltimi decedentis: ſed etiam aliorum:quas quidem aliorum portiones hic ſubſtitutus conſequi non poſſet, niſi illę perueniſſent ad vltimum illum pupillum. Peruenire autem ad pupillum vltimum non poſſent, niſi mediante reciproca:quia alioqui mater pro ſua portione, pro qua filiis ſuccedit, iuxta auth.defuncto.C.ad S.C.Tertul. impediret ipſum vltimum ſuccedere.

Cæterùm contrariam opinionem probarunt Dynus, Oldradrus, Baldus, Albericus, Angelus, Romanus, & Caſtrenſis in d.l.vel ſingulis.& ibidem Fulgoſius dixit, veteres communiter ita ſenſiſſe. Ea ratione ij moti ſunt:quia
4 directæ † ſubſtitutiones non inducuntur coniecturis, & præſumptionibus.l. cum proponeretur.de leg.2.& l.iubemus.C.de teſtam.& tradunt Bald.in l.vnica.§.pro ſecundo.num.8.C.de cad.tollen. & alios plures commemoraui ſupra in præſumpt.

5 Verùm † reſpondetur vnà cum Aretino, & Alciato in d.l. vel ſingulis. nume.6. quod imò etiam directæ ſubſtitutiones inducuntur cõiecturis, & præſumptionibus:ſicuti abundè demonſtraui in dicta præſumpt.

Et hoc maximè locum habet, quando alioqui verba teſtatoris intelligi, & verificari non poſſunt ſicuti docuit Bald.in l.1.num. . . . ff.de hæred.inſti.ſicuti in caſu noſtro, verificari non poſſunt verba teſtatoris: vt tota hæreditas perueniat ad vltimum pupillum decedentem, niſi is ſit, & aliis ſubſtitutus.

6 Extenditur † primò vt locum habeat etiam quando extaret alter frater pubes, qui pro parte eſſet ſucceſſurus ipſi vltimo pupillo morienti:ſicuti mater. Hoc etiam caſu dicitur inducta reciproca pupillaris. Ita poſt alios in ſpecie Zancus in d.§.cum ita.in 6.parte.num.38.verſ.aduerte etiam.

7 Extenditur ſecundò hic † caſus, vt locum etiam habeat, quando ſubſtitutio facta eſt verbis indefinitis, vt ſi dixit teſtator, ſubſtituo in hæreditate, vel in bonos. Ita in ſpecie extendit Didacus in d.ca.Raynutius.§.8.num.6. Et idem dicemus de fideicommiſſaria infrà in ſubſequenti præſumptione.

8 Extenditur tertiò, † vt procedat etiam in pupillari comprehenſa in compendioſa:vt ſi teſtator ita dixit:Inſtituo filios meos impuberes: & vlimo decedenti quandocunque ſubſtituo Mæuium. Adhuc enim inter illos impuberes præſumitur facta reciproca pupillaris. Ita ſcriptum reliquit Didacus in d. cap.Raynutius.§.8.num.6.verſ.quid ergò, reiecta contraria opinione Ripæ in d.§.cum ita.num.22.

9 Illud etiam † obſeruauit Didacus in d.§.8.in fi.ex Aretino in l.poteſt.in fine.ff.de vulg. hanc pupillarem factam vltimo morienti in tota hæreditate parere ſubſtitutionem fideicommiſſariam inter inſtitutos, eo caſu, quo primo moriens, iam pubes decedat. Et ſecuti ſunt Ripa in d.§.cum ita.num.22.& Zanchus ibidem in 6.parte.num.43.

10 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat, quando ſubſtituta eſt Eccleſia. Nam tunc eius fauore non præſumitur inducta pupillaris inter illos impuberes ad excluſionem Eccleſiæ. Ita in ſpecie declarat Ruinus in conſ.125.in fine.lib.3. & conferunt, quæ dicemus in ſubſequenti præſumptione in fine primæ coniecturæ ſecundi caſus.

11 Secundus † eſt caſus, quãdo teſtator ſubſtituit vltimo morienti, & in tota hæreditate: & mater non extat, vel extat, ſed excluſa à ſucceſſione ex ſtatuto. Hoc ſanè caſu inter illos impuberes inſtitutos non dicitur inducta reciproca ſubſtitutio pupillaris, ſed reſeruata eſt ſuperſtitibus ſucceſſio ab inteſtato.l.vel ſingulis.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& §. vel ſingulis.in Inſtit.de pup.ſubſt. Nec mater hoc caſu, ex quo nulla in portione ſuccedit, operari poteſt, vt inducta cenſeatur hæc reciproca. Ita caſum hunc probarunt Doctores ſuperiore in caſu commemorati, & omnium apertiùs Zanchus in d.§.cum ita. in 6.parte.nu.38.verſ.quò ad primum.poſt Caſtren.in conſil. 392. Primum quæſitum, non paruam.col.1.lib.2.Are.in l.poteſt ad finem.ff.de vulga.& pup.ſubſt.& Rubeum Alexandrinum in conſ.2.num.15. Et præcitato in loco Zanchus confutauit argumenta Tornielli, qui in d.§.cum ita.nu.28.contrariam opinionem conatus eſt tueri.

12 Tertius eſt † caſus, quando teſtator pluribus pupillis ſimpliciter ſubſtituit:nec in tota hęreditate:ſicuti quãdo ſic dixit. Inſtituo Caium, Seium, & Sempronium filios meos impuberes, quibus in pupillari ætate morientibus ſubſtituo Mæuium. Hoc in caſu illi impuberes non dicuntur inuicem, & reciprocè ſubſtituti pupillariter:ſed vno eorum ea in ætate decedente, ſuperſtitibus reſeruata eſt legitima ſucceſſio, atque ita ab inteſtato ſuccedunt.l.vel ſingulis.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& §. vel ſingulis.in Inſtit.de pup.ſubſti. Et ideò frater ſuperſtes excludit ſubſtitutum, non quidem ſubſtitutione reciproca: ſed ex ſibi reſeruata ſucceſſione inteſtati. Ita Bar.& reliqui in d.l. vel ſingulis. Alber.in l.qui duos.ff.de rebus dubiis.poſt Dynum ibi.Corn.in l.pen.col.6.verſ.item fallit.C.de impube.& & aliis ſubſt.Alex.& Hercula.in l.pater filiam.§.vlt.ff.ad l.Falcid.idem Alex.in conſ.91.num.9.lib.1. Didacus in d.c.Raynutius.§.8.num.5.de teſta. & Zancus in d §.cum ita.in 6.parte.num.36. Quam ſententiam probant d.l.qui duos, & d.l.pater filiam.§.vlt. Et accedit, quod ſi quando facta eſt ſimplex ſubſtitutio fideicommiſſaria, illa non cenſetur inducta inter ipſos inſtitutos, vt dicemus in ſubſequẽti pręſumptione, in ſecũdo caſu:multò minus dici debet facta in caſu noſtro: Cùm
13 † difficiliùs inducatur directa, quàm fideicommiſſaria ſubſtitutio:ſicuti expoſuimus ſuprà in præſumptio. Et in ſpecie ſic ſenſit Alex.in d.conſil.91.num.9.qui ea ratione caſum hunc confirmat: quòd hoc caſu mater ſuccedit vna cum fratre ſuperſtite, iuxta auth.defuncto.C.ad Tertull. quæ tamen non ſuccederet, ſi frater ſuperſtes ſuccederet ex pupillari ſuccederet.

14 Quartus eſt † caſus, quando teſtator pluribus pupillis ſubſtituit in tota hæreditate:ſed non vltimo decedenti:vel ècontra, quando ſubſtituit vltimo decedenti: ſed non in tota hæreditate. Hoc etiam in caſu non cenſetur inducta ſubſtitutio pupillaris inter illos impuberes. Ita poſt alios Didacus in d.§. 8.num.5.& Zanchus in d.6.parte.nume.37.ſi enim nec fideicommiſſaria inducta cẽſetur his in caſibus, vt dicemus in ſubſequenti præſumptione in tertio, & quarto caſu, multò magis idem eſt dicendum in hac directa, quæ (vt dixi) difficilius inducitur.

## PRÆSVMPT. LXII.

Reciproca ſubſtitutio fideicommiſſaria, quando præſumatur facta inter plures vocatos, quibus omnibus, vel vltimo morienti datus eſt ſubſtitutus, diligens & accurata explanatio.

## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria reciproca quando præſumatur facta inter plures vocatos, quibus omnibus, vel vltimo morienti datus eſt ſubſtitutus.*
*Et quid ſi teſtator ſubſtituit vltimo inſtituto morienti in bonis, & hæreditate indefinitè:an præſumatur reciprocè ſubſtituiſſe.nu. 2.& ſequent.*
3 *Intellectus §.Sæia libertis.l.Titia Sæio.ff.de leg.2.*
4 *Fundum idem eſt dicere, quod & totum fundum, cum non poſſint partes ſeparari.*
*Intellige quò ad partes integrales ipſius fundi.num.5.non autem quò ad partes diſcretas, & quotitatiuas.*
6 *Pronomen is, vel ipſe, perſonalitatem ſignificat.*
7 *Indefinita æquipollet vniuerſali, quando ratio id ſuadet:ſecus ſi non adeſt eadem ratio, vel diſpoſitio eſt odioſa.num.10.*
8 *Verba, hæreditatem meam: vel bona mea, non poſſunt ad partem adaptari.*

9 *Subſtitutio ſi eſt alicui facta ſimpliciter, intelligitur facta in ea portione, in qua inſtitutus fuit.*

11 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria inter plures vocatos cenſetur inducta, quando aliqua coniectura, & ſigno conſtat, teſtatorem ſenſiſſe de omnibus bonis, & hæreditate.*

*Et quæ ſint hæc ſigna, & coniecturæ. nume. ſeq.*

12 *Teſtator ſi dixit velle bona ſua conſeruari in agnatione, & familia ſua quò diutius fieri poſſet: præſumitur velle omnia bona, & communem hæreditatem reſtitui, & ſic reciprocè, & fideicommiſſarie ſubſtituiſſe.*

*Idem ſi grauando ſubſtitutos nominaret totam hæreditatem ſuam, vel omnia bona ſua. 13.*

*Idem quando teſtator tribus hæredibus inſtitutis in tota hæreditate ſubſtituit alium his verbis: Et vltimo eorum decedēti ſubſtituo in d. hæreditate talem. 14.*

*Idem quando teſtator ſubſtituit vltimo decedenti adiecto onere, quòd fructus omnium bonorum diſpenſentur. 15.*

*Idem, quando vltimo decedenti ſubſtituit, adiecto onere, quòd non poſſit trebellianicam detrahere. num. 16.*

*Idem ſi teſtator ſubſtituit in omni portione, quæ ad ipſos hæredes perueniſſet, num. 17.*

*Idem, quando teſtator inſtituit hæredes in bonis mobilibus & immobilibus; deinde vltimo eorum decedenti ſubſtituit pariter in bonis mobilibus, & immobilibus Mæuium. num. 18.*

*Et idem quando teſtator ſubſtituit in aliqua re demonſtrata per ſuos confines: num. 19.*

*Et idem ſi teſtator dixit, ſubſtituo Mæuium hæredem vniuerſalem. num. 20.*

*Et idem dicendū, quando teſtator inſtituit Caium, Seium, & Sempronium, & vltimo eorum decedēti ſubſtituit Mæuium pro dimidia, & Titium pro altera dimidia. num. 21.*

*Et idem quando per alias quotas eſſet facta ſubſtitutio. ibid.*

22 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria cenſetur, quando plures inſtituti fuerunt vocati nomine collectiuo.*

*Extenditur etiam quò ad filios præteritos, quibus conſeruatur fideicommiſſum vniuerſale. 23.*

24 *Subſtitutio fideicommiſſaria reciprocè facta ceſſat, quando facta eſt in tota hæreditate vltimo plurium filiorum, ſi impuberes deceſſerint, non extante matre in medio, vel fratre vtrinque coniuncto.*

*Idem quando inter ipſos inſtitutos, & grauatos facta fuit alia ſpecialis ſubſtitutio. 25.*

*Idem quando ſubſtitutus vltimo prædecederet illi vltimo, nec eſſet locus tranſmiſſioni. num. 26.*

*Idem quando bona peruenerunt ad grauatos ex alia cauſa quàm ex cauſa, qua fuerunt vocati. num. 27.*

*Idem quoque eſt dicendum inter vocatos in diuerſo gradu. 28.*

*Et idem, quando fideicommiſſum reciprocum locum habere non poteſt inter plures vocatos, vt ſi omnes non ſint æqualiter vocati, & æqualiter grauati. num. 29.*

30 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria nunquid cenſeatur inducta, ſi eſt facta ſimpliciter, quando, ſcilicet, teſtator non ſubſtituit vltimo morienti, nec in omnibus bonis.*

31 *Hæreditas legitima dicitur, quæ defertur ex teſtamento: verè autē legitima dicitur hæreditas, quæ ab inteſtato defertur.*

32 *Habitatio propriè eſt ſolùm ipſe vſus, non autem proprietas.*

33 *Verba intelligenda ſunt in proprio ſignificatu.*

34 *Subſtitutio reciproca fideicōmiſſaria cenſetur etiam inducta ex coniecturis & præſumptionibus, etiam ſi teſtator non ſubſtituerit in omnibus bonis, nec vltimo morienti. & quæ ſint cōiecturæ.*

*Primò quando vnus ex inſtitutis ſuperſtes talis eſt, qui ſubſtitutū excludit ex præſumpta mente teſtatoris, num. 35.*

*Secundò quando inſtituti tales ſunt, qui agnationem, & familiam conſeruare poſſunt, & ſignificaret teſtator velle ſua bona conſeruari in familia. num. 37.*

*Tertiò quando teſtator vocauit omnes ſuos deſcendentes deinde tranſuerſales, quos grauauit, & alijs adiectis clauſulis demonſtrauit eos inuicem ſubſtituiſſe. num. 38.*

*Quartò, quando filios inſtitutos teſtator grauauit reſtituere, deinde ſubſtituit tranſuerſales, num. 39.*

*Quintò, quando teſtator pluribus vocatis filijs eis ſubſtituit, & adiecit clauſulam prohibitionis alienationis. num. 40.*

36 *Perſona excludens ſubſtitutum, quænam præſumatur ex coniecturata mente teſtatoris.*

41 *Teſtator ſi ſubſtituit vltimo decedenti ex pluribus hæredibus, ſed non in omnibus bonis, an cenſeatur reciprocè ſubſtituiſſe, & inuicem.*

42 *Subſtitutio non cenſetur facta in omnibus bonis, etiam ſi expreſsè ſit facta in omnibus bonis inſtitutio, & deinde fuit adiecta ſubſtitutio ſimpliciter. nam.*

43 *Dicta in inſtitutione non cenſentur repetita in ſubſtitutione: & quo caſu.*

44 *Subſtitutio ſi eſt facta in parte hæreditatis, non cenſentur inſtituti inuicem grauati, etiam ſi facta ſit ſubſtitutio vltimo morienti.*

*Secus ſi vltimò moriente facta eſt ſubſtitutio indefinite, vt puta in bonis, vel hæreditate. num. 45.*

*Et ſecus etiam quando teſtator ſubſtituit his verbis, In dicta hæreditate ſubſtituo Mæuium: quia ſunt verba relatiua, & reſtrictiua ad præcedentem hæreditatem. 46.*

47 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria, an cenſeatur quando teſtator ſubſtituit quidem in omnibus bonis, ſed non vltimo morienti, ſed poſt mortem plurium grauatorum. numero 49. & ſequen.*

48 *Fideicommiſſum eſt onus, & ideo nō debet præſumi, niſi expreſſè ſit iniunctum, & niſi vrgeat neceſſitas.*

50 *Subſtitutio reciproca fideicom. non dicitur inducta etiam ſi teſtator dixerit ſi omnes penitus defecerint, ſubſtituo Mæuium in tota hæreditate. & quare.*

*Extenditur, etiam ſi ſubſtitutio facta eſſet poſt mortem plurium liberorum expreſſe reciprocè ſubſtitutorum. 51.*

*Idem ſi teſtator tres inſtituit hæredes, & ſingulos pro tertia parte, & omnes prohibuit alienare, & Trebellianicam detrahere, ſed quòd deberent Mæuio reſtituere. 52.*

*Idem quando ſubſtitutio fideicommiſſaria iuncta eſt cum vulgari pupillari. 53.*

54 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium poſitorum in conditione an dicatur reciproca fideicommiſ.*

55 *Poſiti in conditione non præſumuntur vocati vt ſuccedant ex teſtamento; & ideo non poſſunt grauari.*

*Contra, ibid.*

56 *Subſtitutio reciproca vt cenſeatur facta inter eos, quib. vltimo loco tertius aliquis fuit ſubſtitutus, debet eſſe facta vltimo moriēti, & in omnib. bonis.*

57 *Poſiti in conditione ſi ſunt ex filijs & deſcendentib. teſtatoris, non cenſentur inuicem ſubſtituti.*

*Idem ſi partim fuerunt poſiti in conditione, & partim honorati, quia non dicitur inter eos facta reciproca fideicom. ſubſtitutio. nu. 58.*

*Declara, hoc non habere locum, vt nu. 59.*

60 *Poſiti in conditione quando ſunt grauati cenſentur etiam vocati, & conſequenter reciproca inter eos facta dicitur ſubſtitutio fideicom.*

*Verior autem eſt opinio quòd non poſſint grauari, vt ibidem: & ideo inter eos non poſſe fieri reciprocam.*

1 EXPLICAVIMUS † ſuperiore præſumptione de directa ſubſtitutione, nunc diſſeramus de fideicommiſſaria, in qua quidem explicanda alium ſeruabo ordinem ac fecit Socin. Sen. in l. heredes mei. §. cum ita. colum. 1. & 2. ff. ad S.C. Trebel. ac etiam fecerunt alij, qui ex profeſſo rem hanc pertractarunt. Diſtinguam ego quinque præcipuos caſus, ſicuti conſtituit atque diſtinxit Socinus ipſe, ſed hoc ordine.

Primus eſt quando teſtator pluribus hæredibus expreſſim vocatis ſubſtituit, vltimo eorum morienti, & in tota hæreditate, vel in omnibus bonis, vt ſi ita dixit. Inſtituo Caium, Sæium & Sempronium, & vltimum eorum decedentem grauo reſtituere omnia bona mea, vel totam hæreditatem meam, Mæuio. Vel ſubſtituo Mæuium illi vltimo decedenti. Hoc in caſu conſtat teſtatorem expreſſe vocaſſe tres illos inſtitutos: vltimo eorum morienti ſubſtituiſſe in omnibus bonis, & demum expreſsè grauaſſe, vltimum morientem reſtituere Mæuio. Atque ita quatuor concurrunt, nempè expreſſa vocatio inſtitutorum: ſubſtitutio eorum vltimo decedenti facta, in omnibus bonis: & demum, vltimus eorum decedens grauatus expreſſe. Hoc ſanè caſu tres illi inſtituti, nempè Caius, Sæius & Sempronius præſumuntur inuicem & reciprocè à [illegible] teſtatore



teſtatore ſubſtituti. Et hæc tacita ſubſtitutio reciproca appellatur. Recepta eſt hæc ſententia, quam probarunt Bart. Bal. & Albericus in l. Titio Seio. §. Sæia libertis. in fi. de leg. 2. & ibidem Caſtr. nu. 2. Idem Bar. in l. vel ſingulis, & ibidem Caſtr. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Imola in l. poteſt. nu. 2. ff. eo. de vulga. & pup. ſubſt. Alex. in l. ſi pater. impuberes. num. 3. verſic. adde quod. ff. eo. tit. & in l. pater filiam. §. duobus. nu. 4. verſ. ſecundo caſu. ff. ad l. Falcid. & in conſ. 93. nu. 11. lib. 3. Cor. in conſ. 118. num. 9. & in conſ. 186. num. 3. lib. 2. & in conſ. 273. nu. 2. lib. 4. Soc. Sen. in l. qui duos. num. 2. ff. de reb. dubiis. & in l. heredes mei. §. cum ita. num. 4. verſ. ſecundus caſus. ff. ad Trebel. idem in conſ. 80. num. 2. & in conſ. 113. num. 9. lib. 1. & in conſ. 104. col. pen. lib. 3. Iaſ. in l. poteſt. num. 12. ff. de vulga. & pup. ſubſt. in conſ. 143. num. 2. & in conſ. 206. in tertio dubio. lib. 2. qui (vt etiam infra referam) dixit, requiri, quod ille vltimo moriens ſit expreſsè grauatus reſtituere Mæuio. Gozad. in conſ. 63. nu. 12. & in conſ. 67. num. 5. Rui. in conſ. 92. in fin. lib. 2. in conſ. 126. num. 8. & in conſ. 134. num. 8. lib. 3. Pariſius in conſil. 37. numero 8. & in conſil. 43. numero 25. libro 2. & in conſ. 11. nu. 47. & in conſ. 39. nu. 7. & in conſ. 72. nu. 39. lib. 3. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 19. ff. ad Trebell. & ibidem Soc. Iun. num. 11. & idem Socinus in conſ. 77. num. 8. in conſ. 80. num. 1. in fin. & num. 2. & in conſ. 113. num. 9. lib. 1. in conſ. 170. num. 13. lib. 2. in conſ. 110. num. 6. lib. 3. & in conſil. 41. num. 7. lib. 4. Bero. in conſ. 67. num. 15. in conſ. 68. in conſ. 69. in conſ. 70. num. 3. & in conſ. 78. num. 15. lib. 2. Viglius in §. vel ſingulis. in Inſtit. de pup. ſubſt. Alba in conſ. 31. col. 1. cui ſubſcripſit Alcia. Craue. in conſ. 161. nume. 6. & in conſ. 328. num. 12. Didacus in cap. Rayn. §. 8. num. 2. de teſta. Cepha. in conſ. 166. num. 20. Antonius Gabriel in l. 4. Concluſionum. in tit. de ſubſtitutionibus. in concl. 1. num. 8. Torniellus in l. Gallus. §. quidam rectè. in fi. ff. de lib. & poſth. Decianus conſ. 44. num. 68. lib. 3. Oſaſcus in deciſ. 110. num. 12. Sfortia Oddo in tract. de compendioſa ſubſtitutione. in 5. parte. pag. 73. verſ. primus eſt. & Zancus in d. §. cum ita. in 6. parte. num. 86. & num. 181. Idem ego ipſe reſpondi in conſ. 397. num. 1. Huius veræ ſententiæ ratio afferri ſolet, quia ſi teſtator voluit vltimum decedentem reſtituere totam ipſam hæreditatem, neceſſe eſt, quod ad eum prius tota peruenerit: peruenire autem non poteſt, niſi & ipſe dicatur ſubſtitutus præmortuo. Et rationem hanc ſenſit & probat text. d. l. Titia Sæio. §. Sæia liberis. in fi. de leg. 2. Conſiderari etiam ſolet altera ratio, quia ſi teſtator voluit, totam ipſam hæreditatem poſt mortem vltimi inſtituti pertinere ad Mæuium ſubſtitutum, multò magis pertinere voluit ad alterum ex cohæredibus magis dilectum. Quę ſanè ratio recipienda non eſt, quia idem eſſet dicendum, quando ſubſtitutio facta fuiſſet poſt mortem omnium: quod falſum eſſe infrà demonſtrabimus. Et cùm dixerim ſuprà requiri, & illud quartum, quod ſcilicet vltimus moriēs ſit expreſſim grauatus, hoc præter Iaſonem in d. conſ. 206. in 3. dubio. & Soc. Sen. in d. cōſ. 104. col. pen. lib. 3. probauit Zācus in d. §. cū ita. in 6. par. nu. 168. & n. 215. qui alios recēſet. Et illis accedit Alcia. in d. l. vel ſingulis. n. 15. ff. de vulg.

Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando te-
2 ſtator ſubſtituit vltimo inſtituto morienti in bonis, & hæreditate indefinitè, vt ſi dixit. Inſtituo Caium, & Seium, & Sempronium, & vltimo eorum decedenti ſubſtituo in hæreditate vel bonis meis Mæuium. Et ſi enim teſtator non dixit, in omnibus bonis meis vel in tota mea hæreditate: attamen adhuc inter illos tres inſtitutos, & vocatos facta præſumitur ſubſtitutio reciproca: cùm illa indefinita idem operetur quod vniuerſalis. Ita in ſpecie affirmarunt Alex. in conſil. 91. nu. 2. lib. 1. & in conſ. 11. num. 8. lib. 3. Cur. Iun. in l. pen. num. 13. C. de impube. & aliis ſubſt. idem in conſ. 43. nu. 2. & 3. Ripa in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 18. & ibidem Fabius num. 12. Soci. Iun. in conſ. 176. nu. 11. lib. 2. in conſ. 110. nu. 30. & in conſ. 145. nu. 41. lib. 4. & in conſ. 41. nu. 14. lib. 4. Vigilius in §. 8. nu. 3. de teſt. Cepha. in conſ. 166. nu. 26. li. 2. Decianus in cōſ. 3. nu. 70. lib. 1. & in conſ. 43. nu. 69. li. 3. & Sforcia in tract. de compendioſa. in 5. parte. pag. 74. ver. ego puto veriorem. Et ij quidem
3 † moti ſunt primò textu d. §. Sæia libertis, qui verè loquitur indefinitè, non autem vniuerſaliter. Dixerat enim teſtator: *Fidei autem veſtræ Vere, & Sapide committo, ne eum fundum vendatis: eúmque, qui ex vobis vltimus deceſſerit, cum morietur, reſtituat Simphoro, &c.* Ecce quod teſtator indefinitè locutus eſt, fundum reſtituat: Et tamen reſpondit Paulus, teſtatorem vocaſſe inuicem ſuos illos libertos. Cæterùm reſpondet Socin. Iun. in d. §. cum ita. nume. 12. in fi. d. §. Sæia. loqui, quando legata fuit res particularis, nempè fundus, qui ſuis finibus ter-
4 minatur. Et ideò † idem eſt dicere, fundum, & totum fundum. Cùm non poſſint partes ſeparari, ſed omnes partes ſimul iunctæ fundum conſtituunt. l. ſi Titio, & l. ſi aliis. ff. de vſufructu lega. Diuerſum eſt in hæreditate, quæ cum ſit nomen iuris, & vniuerſale, poteſt in ea haberi reſpectus perſonæ, de qua loquitur, id eſt, quam teſtator grauauit: & ſic ſola eius portio contineatur ſub nomine hæreditatis, iuxta l. ſi Titius ex parte. de leg. 3. Hanc interpretationem confutauit Sforcia præcitato in loco. pag. 71. à tergò. verſ. ſed ego, quia illud dictum, quod fundus non dicitur, ſi ſuis omnibus partibus non con-
5 ſtat, intelligitur quò † ad partes integrales ipſius fundi. Et in ſpecie quo ad proprietatem, & vſumfructum. Ita loquuntur d. l. ſi Titio. & d. l. ſi aliis. Non autem quo ad partes diſcretas, & quotitatiuas, hoc eſt, dimidiam, tertiam, quartam. Nam ita dicitur fundus vna pars fundi quotitatiua, ſicut totus fundus. l. locus. ff. de verb. ſign. At qui in caſu d. §. Sæia, fundus fuerat relictus per partes quotitatiuas, id eſt, vnicuiq; pro æquali portione, quotquot erant illi legatarij: Ergò etiam ſi ad ſubſtitutum ſola pars vltimi moriētis deueniſſet, fundus ad illum perueniſſe diceretur. Nec neceſſe eſſet de toto (prout erat teſtatoris) intelligere. Reſpondet itaque ſecundò ipſe Sforcia, quod in d. §. Sæia. ſubſtitutio fuit facta in re particulari habente ſuam formam integralem, & ſpecialem perfectam: Vnde cùm non poſſit reſtitui ab vltimo moriēte, niſi integra, neceſſe eſt, vt partes aliorum iure reciproci fideicommiſſi ad vltimum morientem deueniant. Hæc reſponſio eadem eſt cum illa Socini Iunioris. Et illi conſiderationi de portionibus integralibus, & quotitatiuis ſatisfacit ipſe Sforcia. Et verè hæc interpretatio fuit prius Rui. in conſ. 134. nu. 11. in fi. lib. 3. cùm dixit, in caſu d. §. Sæia. fundum certum, & nominatum fuiſſe legatum: Non autem fundum in genere. Rectiùs vel clariùs dici poteſt, quod ibi legatus fuit certus fundus: & eundem ipſum fundum prohibuit teſtator alienari, quia voluit eum ipſum reſtitui Simphoro. Hęc alienationis prohibitio efficit, vt indiuiſibilis quodāmodo ſit fundus: ſic & illa eiuſdem fūdi ſic legati, & prohibiti alienari reſtitutio demonſtrat, teſtatorem noluiſſe fundum quo ad reſtitutionem diuidi, ſed ita totū reſtitui, vt totum legauerat, & prohibitioni ſuppoſuerat. Hoc
6 oſtendit † ſignificatio illius pronominis eum, quod perſonalitatem (vt ita dicam) ſignificat: ſicuti & pronomen ipſe, vt poſt alios tradunt Ripa in l. filiusfam. §. Diui. nu. 112. de leg. 1. & Tiraq. in tract. de tractu conuentionali. §. 1. glo. 6. nu. 25.

Et hic ipſe ſenſus is eſt, quem verè probarūt gl. in d. §. Sæia. & in §. ſingulis. & Doctores ſupra commemorati.

7 Secundò accedit † ratio, quod indefinita æquipollet vniuerſali, quando ratio hoc ſuadet. At hic multum ſuadet, quia
8 † hæc verba, hæreditatem meam, vel bona mea, non poſſunt adaptari ad partem: cùm teſtatoris hæreditas, & bona integrè non dimidiatè ad hæredes inſtitutos peruenerint. Et alias (vt rectè conſiderabat Sforcia) ſuperuacanea eſſent illa verba,
9 hæreditatem meam, bona mea. Nam † cui dubiū, quod ſubſtitutio alicui facta ſimpliciter intelligitur facta in ea portione, in qua inſtitutus fuit? l. 1. C. de impube. & aliis. ſubſti. & §. & ſi ex diſpatibus. in Inſti. de vulga. ſubſti. Cùm ergò teſtator reliquerit omnia bona omnemque hæreditatem, & deinde inſtitutos ita grauauerit, reſtituant hæreditatem meam, vel bona mea, ne ſuperfluo adiectum ſit pronomen, meum, dicendum eſt teſtatorē intellexiſſe de omnibus bonis totaq; hæreditate.

Contrariam itaque opinionem malè probarunt gloſ. in l. Lucius. de leg. 1. Alex. ſibi contrarius. in l. Titia in princ. ff. ad l. Falcid. & in conſ. 201. num. 12. lib. 6. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pact. Rui. in conſ. 126. nu. 7. & in conſil. 134. nu. 11. lib. 3. Soc. Iun. ſibi parum conſtans in conſ. 176. num. 11. lib. 2. & in d. §. cum ita. num. 18. qui communem eſſe teſtatur. Alcia. in reſp. 567. num. . . . Oſaſcus in deciſ. 110. num. 10. & Zancus in d. §. cum ita. in 6. parte. num. 157. verſ. Verumtamen.

10 Ea ſola ratione † ij moti ſunt, quod indefinita non æquipollet vniuerſali, quando non adeſt eadem ratio: & quando diſpoſitio eſt odioſa. Quod ſanè argumentum falſum eſſe demonſtrauimus.

11 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat hic caſus etiam quando

quando aliqua coniectura & ſigno conſtat teſtatorem ſenſiſſe de omnibus bonis, & hæreditate, & ſi id clarè non expreſſit: Ita Ruinus in conſ.140.num.9.lib.3. quem ſecuti ſunt Soci. Iun.in conſi,115.num.7.lib.3.Sforcia in tract.de compendioſa in quinta par. pag.74.verſ. ego puto veriorem. & Zanchus in d.§.cum ita in ſexta parte.num.210.Et multa quidem ſigna poſſunt afferri.

12 Primum eſt ſignum, quando † teſtator dixit, velle bona conſeruari in agnatione & familia ſua, quo magis & diutius fieri poſſet. Hoc ſanè ſigno ſignificauit, velle bona ipſa omnia omnemque hæreditatem reſtitui.Ita Ruinus in d.conſilio 140.numero 9.

13 Secundum ſignum eſt, quando † teſtator poſtea grauando ſubſtitutum, vel ſubſtitutos,nominaſſet totam hæreditatem ſuam,vel omnia bona ſua.Ita præcitato in loco Rui.

14 Tertium eſt † ſignum quando teſtator tres illos hæredes, inſtituit in tota hæreditate,deinde eis ſubſtituit Mæuium his verbis. Et vltimo eorum decedenti ſubſtituo in dicta hæreditate mea Mæuium. Ita reſponderunt Alexand.in conſilio 26. numero.1.verſi.& ponderandum libr.7.Soci.Sen in conſ.77. num.6.lib.1.Rui.in conſi.180.col.2.lib.2.Alcia.in reſp.567. num.9.Soc. Iun.in conſil.110.nu.32.lib.3. & alios nonnullos refert Zancus in d.§.cum ita.n.204.Eſt ratio,quia illa dictio, dicta, eſt relatiua qualitatum præcedentium, & ideò cenſentur repetita omnia bona in ſubſtitutione: ſicuti expreſſa fuerant in inſtitutione.

15 Quartum eſt ſignum, † quando teſtator ſubſtituit vltimo decedenti, adiecto onere, quod fructus omnium bonorum diſpenſentur.Hoc ſanè ſigno demonſtrauit teſtator,ſubſtituere in omnibus bonis, & hæreditate.Ita Socin.Iun.in conſilio 151.colum.pen.libr.2.& Zancus in d.§.cum ita, in 6.par.numero 203.

16 Quintum eſt † ſignum, quando vltimo decedenti ſubſtituit,adiecto onere, quod detrahere non poſſit Trebellianicam,Hoc etiam ſigno demonſtrauit teſtator velle omnia bona reſtitui,Ita Riminal.Sen. in conſ.243.num.91.Cur.Iunior in conſ.11.col.4.verſ.conſtat etiam,& Zancus in d.§.cum ita, in ſexta par.nu. 203.

17 Sextum eſt ſignum,quando † teſtator ſubſtituiſſet in omni portione, quæ ad ipſos hæredes perueniſſet Ita Corn.in conſ. 229.col.4.lib.3.& Zanchus in d.§.cum ita in 6.par.nu.205.

18 Septimum eſt † ſignum,quando teſtator inſtituit hæredes in bonis mobilibus & immobilibus:deinde vltimo eorum decedēti ſubſtituit pariter in bonis mobilibus & immobilibus Mæuium.Hoc etiam ſigno ſignificauit teſtator ſe inſtituere in omnibus bonis ex quo ſubſtituit in illis omnibus, de quibus agitur:Ita reſpondit Soci.Iun.in conſi.96.col.1.verſi.nec obſtat li.3.quem ſecutus eſt Zanchus in loco præallegato numero 205

19 Octauus eſt † ſignum,quando teſtator ſubſtituit in aliqua re demonſtrata per ſuos confines. Hoc etiam ſigno dicitur demonſtraſſe totam ipſam rem:ſicuti quando ſubſtituit in aliqua domo ſic demonſtrata.Ita reſpondit Rui. in conſi.109. nu.6.lib2.& Zanchus in d.§.cum ita.parte 6.nu.206.

20 Nonum † eſt ſignum,quando teſtator dixit, ſubſtituo Mæuium hæredem vniuerſalem.Hoc pariter ſigno oſtendit teſtator ſubſtituiſſe in omnibus bonis, ſeu tota hæreditate. ſicuti reſpondit Soci.Iun.in conſil.180.nume.9.lib.2.& ſecutus eſt Zancus in loco ſupra allegáto.nu.109.

21 Decimum † eſt ſignum, quando teſtator inſtituit Caium, Sæium & Sempronium,& vltimo eorum decedenti ſubſtituit Mæuium pro dimidia, & Titium pro altera dimidia. Hoc etiam ſigno demonſtrauit teſtator ſubſtituiſſe in tota hæreditate,ſicuti reſponderunt Caſtr.in conſ.280.præſuppoſito ſtatuto,colum. 1.libr.2.Curtior Iuni.in conſilio 111.numero 13. & Rubeus in conſilio 100.& idem quando per alias quotas eſſet facta ſubſtitutio,vt tradunt multi relati à Zanco in dicto §.cum ita numero 208,Cæterùm diſſentiunt Socinus Sen.in conſilio 94.numero 16.& 19.lib.4.& Zanchus in dicto §. cum ita in ſexta par,numero 207.Exiſtimo recedendum non eſſe à prima opinione.

22 Extenditur † tertiò,vt locum etiam habeat hic caſus,quando illi inſtituti vocati fuerunt ſub nomine collectiuo,vt ſi teſtator ita dixit Caium,& eius deſcendentes, & vltimo eorum decedenti ſubſtituo Mæuium in omnibus bonis, vel in tota hæreditate. Hoc etiam caſu deſcendentes illi præſumuntur à teſtatore ſubſtituti inuicem per fideicommiſſum.Ita docuit Zanchus in dicta l.hæredes mei.§.cum ita in 6.par.numero 211.ff.ad Trebel.reiecta contraria opinione Soc.Sen.in conſilio 104.numero 10.lib.3.Ea ratione ſolida motus eſt Zanchus, quia ſi deſcendentes illi intelligerentur tantummodò reciprocè ſubſtituti per vulgarem, vno admiſſo, expiraret ſubſtitutio quò ad alios ſubſequentes, atque ita non poſſet poſtmodum vltimus moriens reſtituere totum Mæuio.

23 Extenditur † quarto,vt locum etiam habeat hic caſus, quò ad filios præteritos,quibus diſpoſitione auth.ex cauſa.C.de liber.præter. conſeruatur fideicommiſſum vniuerſale.Nam & inter eos dicitur facta reciproca ſubſtitutio fideicommiſſaria. Ita reſpondit Caſtrenſis in conſilio 392.Viſo & ponderato. columna ſecunda libro ſecundo, quem ſecutus eſt Zanchus in d.6.par.numero 212.

24 Declaratur † primò hic caſus,vt locum non habeat in fideicommiſſaria facta in tota vltimo plurium filiorum, ſi impuberes deceſſerint,non extante matre in medio,vel fratre vtrinque coniūcto. Hoc enim caſu cum ſuperſtes ſit omninò habiturus totum ab inteſtato,non eſt opus inducere tacitam inter eos fideicommiſſariam ſubſtitutionem.Ita poſt Alex.& Comenſem docuit Alciatus in l vel ſingulis,nu.13.ff.de vulg.& pup.ſubſt.quem ſecutus eſt Zanchus in d.§.cum ita.in 6.parte,numero 216.

25 Declaratur † ſecundò, vt non procedat hic caſu, quando iam inter ipſos inſtitutos, & grauatos facta fuiſſet alia ſpecialis ſubſtitutio:vt ſi teſtator ita dixit: inſtituo Caium Sæium, & Semproniū,quos inuicem ſubſtituo in tali re, & deinde ita adiecíſſet,Et vltimo eorum decedenti in omnibus bonis ſubſtituo Mæuium.Hoc caſu non præſumitur teſtatorem inter illos tres inſtitutos feciſſe ſubſtitutionem fideicommiſſariam reciprocam: cùm iam ſpecialem quandam inter eos fecerit. Ita reſponderunt Pariſius,in conſil.72.nu.66.lib.3 & Bero.in conſ.57.num.67.verſ.tertio reſpondeo,lib.3.quos ſecutus eſt Zanchus in d.§.cum ita.in 6.parte,nu.217.qui multis ſimilibus comprobat. Et accedit ſimile dum dicimus, quod poſiti in conditione & grauati non cenſentur vocati, ſi aliquo in caſu expreſsè vocati ſunt vt dicemus infra,in præſump.in ſecunda declaratione ſecundæ coniecturæ.

26 Declaratur † tertio.vt locum non habeat hic caſus,quando ſubſtitutus vltimo prædecederet illi vltimo:nec eſſet locus trāſmiſſioni,adeò quod ſubſtitutio expreſſa efficiatur caduca. Hoc enim caſu ceſſat etiam fideicommiſſaria.Ita poſt Caſtrēſem docuit Zanchus in d.§.cum ita in 6.parte, num.233.qui tamen refert Pariſium, in conſ.43.nu.70.lib.2.diſſentientem.

27 Declaratur † quartò, vt non procedat hic caſus, quando bona peruenerunt ad grauatos ex alia cauſa, quam ex cauſa qua fuerunt vocati.Ita Zanchus in d.§. cum ita,in ſexta parte, num. 234.

28 Declaratur † quintò, vt locum non habeat hic caſus,inter vocatos in diuerſo gradu. Non enim vocati in primo gradu cenſentur ſubſtituti reciprocè cum vocatis in ſecundo gradu. Ita Petrus Antonius Anguſſola,in conſil.64.nume.13.lib.6. quem ſecutus eſt Zanchus in loco præallegato,qui,num.234. verſic.ſublimitatur ſextò. Et ipſe Zanchus,nume.236.237.& num.240.alias nonnullas declarationes commemorat.

29 Declaratur † ſextò,vt locum non habeat,quādo fideicommiſſum reciprocum locum habere non poteſt inter plures vocatos, vt ſi omnes non ſunt æqualiter vocati & æqualiter grauati. Ita Ruyn.in conſil.180.numero 6.verſicu. nec iſto caſu, lib.2.

30 Secundus † eſt caſus,qui omninò à præcedenti diſtat,quando, ſcilicet, ſubſtitutio eſt facta ſimpliciter, nempè quando teſtator non ſubſtituit vltimo morienti, nec in omnibus bonis:ſicuti ſi teſtator ita dixiſſet.Inſtituo Caium,Sæium & Sempronium, & eis ſubſtituo Mæuium. Hoc in caſu recepta eſt Doctorum opinio, non præſumi factam reciprocam fideicōmiſſariam inter tres illos inſtitutos Caium, ſcilicet Sæium & Sempronium, cum non fuerit ſubſtitutus ille Mæuius vltimo decedenti, nec in omnibus bonis & hæreditate. Ita ſcripſernnt Angelus,Imola,Caſtrenſis,Alexander, Socynus Senior, Iaſon, Ruynus, Pariſius, Ripa, & Bertrandus, quos commemorauit Antonius Gabriel,in lib.4.concluſionum. in titu.de ſubſtitutionibus. concluſ. prima, numero primo. Eandem

o pinionem



opinionem probarunt Curtius Iun.in conſ.16.num.3.Sforcia in tract.de compendioſa,in quinta particula.pag.70.à tergo. verſic.primus caſus,& Zancus in d.§.cum ita,in ſexta parte, num. 86. Hanc quoque opinionem ſum & ego ipſe ſecutus in conſ.85.num.43.lib.1.& in conſ.376.num.24.lib. 4. vbi & alios commemoraui.Et ij quidem moti ſunt textu.l.vel ſingulis.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ibi, *ius legitimarum hæreditatum, &c.* iuncta.l.3.§.de illo.ff.pro ſocio. Nec repugnat quod le-
31 gitima hæreditas † illa etiam dicitur, quæ defertur ex teſtamento.l.lege obuenire.ff.de verbo.ſignif.Nam reſpondetur, verè & propriè legitimam hæreditatem dici,quæ ab inteſtato defertur,cùm nullum ibi factum hominis, ſed legis tantùm conſideretur:ſicuti declararant omnes in d.l. lege obuenire. Contrariam opinionem probarunt & malè Caſtren.in l.Titio Sæio.§.Sæia libertis.de leg.2.in l.pen.C. de impuberum & aliis ſubſt.& in conſ.405.duo videnda.num.2.lib.1.& in conſ.271.Quamquam multa,& in conſil.321. viſis & ponderatis,colum.2.lib.2.Imola in d.l.centurio.colum.12.verſic. fallit,quando præcederet.Calder.in conſ. 24. in tit. de teſta. Comeſ.in l.ſi pater impuberes.ff.de vulg.& pup. ſubſt. Ioan. de Anna.in conſ.22.& Socin.Sen.in d.l. hæredes mei.§. cum ita.num.5.verſ.tertius caſus eſt.Cacialupus in d. l.pen. C. de impub.& aliis ſubſt.Iaſon in conſ.33.lib.1.Curtius Iunior.in conſ.11.num.5.verſic.ſecundò principaliter,in conſ.43.num. 1.verſic.ego autem.& in conſ.139.num.8.& Crauet. in conſ. 113.num.1.Et adducti ij ſunt primo text.d.§.Sæia libertis, cui tamen multis modis reſpondent Doctores, qui communem tuentur opinionem. Et inter alias reſponſiones placet illa gloſſæ ibi.id contigiſſe illo in caſu,ob adiectam prohibitionem alienationis:ſicuti ſupra declaraui. Secundò afferri ſolet text.l.codicillis.ff. de vſufructu lega. in ſecundo reſponſo,ibi.*hoc amplius.* iuncto verſ.*idemq́;*.Verùm reſpondet Bart. ibi, id non euenire iure fideicommiſſi reciproci, ſed ob ius accreſcendi, quod in eo vſufructu locum habet etiam poſt ius quæſitum,l.1.in fine.ff.de vſufructu accreſcen.& egregiè reſpondit Angelus in conſil.153.num.2. Vnde non mirum,ſi portiones præcedentium non debentur Reipub. quæ poſt mortem omnium legatariorum fuit vocata,niſi vltimo moriente,quia accreſcunt interea aliis ſuperuenientibus. Hanc interpretationem probarunt etiam Iaſon & Coraſius in l. pen.C.de impuberum & aliis ſubſt.ille numer.9. iſte in fine. Nec repugnat egregia illa conſideratio Sforciæ in tracta. de compendioſa,in quinta par.pag.72. verſ. ſecundo mouetur, & pag.77.verſ.reſponderem,cùm dixit,in caſu d. l. Codicillis.verſ.hoc amplius, illis libertis legatam non fuiſſe ſolam ipſam habitationem, ſicque vſumfructum tantum, ſed domum ipſam,id eſt,proprietatem.Hæc ſanè conſideratio non repugnat:cùm verius ſit, ſolam ipſam habitationem fuiſſe relictam:ſicuti ſignificant verba illa, quæ differentiam con-
32 ſtituunt inter domum & habitationem. Et habitatio † propriè eſt ſolus ipſe vſus,non autem proprietas, vt in illis titulis,de vſu,& habitatione.Nec obſtat quod adiungit Sforcia verbum illud,pertinere,ſignificare, quod in vita legatariorū non erat legata proprietas domus Reipub. quia alioqui potuiſſet dici iam pertinere ſecundum largam ipſius verbi pertinere,ſignificationem.l.verbum pertinere,de verbo.ſignif.
33 Nam reſpondetur verba † eſſe intelligenda in proprio ſignificatu.l.non aliter.de leg.3.Et ideò intelligitur pertinere plenè quò ad proprietatem & vſumfructum cum ea conſolidatum.

34 Receditur tamen † ab hac communi opinione ex coniecturis & præſumptionibus,quibus colligi poteſt, quod & ſi teſtator non ſubſtituit in omnibus bonis, nec vltimo morienti,nihilominus,voluit illos inſtitutos eſſe etiam reciprocè ſubſtitutos.Ita reſponderunt Corneus in conſil.97. num. 6.lib.1.& in conſil.101.colum.2.lib.4.& Crauet.in conſil.113. num.1.in fin.

35 Prima † eſt coniectura, quando vltimus ex inſtitutis ſuperſtes talis eſt, qui ſubſtitutum excludit ex præſumpta mēte teſtatoris,ſicuti quando teſtator ita dixit. Inſtituo Caium, Sæium & Sempronium filios meos & poſt eorum mortem ſubſtituo Mæuium. Hic conſtat ſubſtitutionem non eſſe factam (vt dixi ſupra) in omnibus bonis, nec vltimo morienti: attamen cum præſumpta teſtatoris mens ſit, quod velit potius filium ſuum vltimum morientem ſuccedere præmortuis quàm Mæuium ſubſtitutum,dicendum eſt,inter tres illos filios,quibus pater teſtator ſic ſimpliciter ſubſtituit Mæuium, eſſe inductam reciprocam ſubſtitutionem. Ita egregiè ſcripſerunt Caſtr.in conſ.401. Videndum eſt, vtrum fideicommiſſum,& in conſ.431.Præſuppoſito,quod dictæ ſorores.lib. 1.idem in conſ.270.Quanquam multa.col.2. & in conſ. 279. Præſuppoſito ſtatuto.& in conſ. 392. Viſo & ponderato. col. 2.lib.2.Comen.in conſ.123.col.3.Cacialupus in l.pen.nu. ..C. de impu.& aliis ſubſt.Cor.in conſ.31.nu.3.lib.1.& in cōſ.229. col.3.lib.3.qui eiuſdem opinionis refert Imolam in d. §. cum ita.Maria.Soc.Sen.in conſ.77.col.3.lib.1.Bartholomæus Soc. in l.hæredes mei.§.cum ita num.8.verſ.aliquādo & tertio. ff. ad Treb.& in conſ.249.num.11.verſ.ſecundò reſpondeo.li.2. Iaſ.in conſ.143.num.3.lib.2.Curtius Iunior in conſ.16.col. 2. Pariſ.in conſ.42.num.28.& in conſ.43.numer.35.libr. 2. & in conſ.7. col. vlt. lib.3.Rubeus in conſ.2. num.3. Ripa in l.Lucius num.42.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Alciatus in d. l. vel ſingulis,num.17.verſ.exiſtimat tamen Soc.Iun.in conſ.151.num. 7.& in conſ.180.num.25.lib.2.idem in conſ.110.col.pen. & in conſ.115.num.5.lib.3.Cra.in conſ.113.num.3.verſ.tertia coniectura,& num.4.Didacus in c.Raynu.§.8.num.4.de teſta. Cephalus in conſ.166.num.23.lib.2.Antonius Gabriel in lib. 4. Concluſionum,in tit.de ſubſtitutionibus,concluſ.1.num.20. Sforcia Oddo in tract.de compendioſa.in quinta parte.pag. 77.a tergo.verſ.retenta tamē.Decianus in conſ. 44. num. 73, verſ.cum ſemper lib.4.& idem inter conſilia Portij in conſ. 44.num.5.Rolandus in conſil.24.num.58.lib. 4.& Oſaſcus in deciſ.110.num.5.& num.12.

His conſtat,hanc eſſe receptam opinionem & ſi ab ea diſſentiant Alex.in l.pater filiam.§.vlt.in tertio caſu.ff.ad l.Falcid.& idem in conſ.38.col.pe.verſ. fortificat. lib. 1. quo loci huius opinionis recenſet Imolam in dict.§.cum ita.col.pen. quem alij pro contraria allegare ſolent.Cacialupus inter cōſilia Cornei in conſ.186.lib.2.quod reſponſum eſt etiam relatum inter conſilia Socini Senio.in cōſ.80.lib.1. Rimi. Sen. in conſ.248. col.2. & in conſ.255.lib. 2. Ruinus in conſ. 180. col.4.num. .. lib.2.Iaſon in l.pen.col.pen.C.de impuberum & aliis ſubſt.& in conſ.41.col.6.lib.1.Pariſius in conſ.72. nu. 46.lib.3.Alciatus in l.vel ſingulis, num,12.verſ.exiſtimat. ff. de vulg.& pup.ſubſt.& in reſp.500. num. 3. & inter conſilia Albæ in conſ.32. num. 10. & ipſe Alba in conſ.31.num. .. & Hierony.Zācus in d.l.hæredes mei.§. cum ita.in ſexta parte. num.114. verſ. verum circa principalem. ff. ad Trebell. Qui quidem.num.108.verſ. pro hac itaque, refert illius communis opinionis rationes & argumēta,& d. nu.114. commemorat argumenta huius poſtremæ opinionis. Ea recēſere ſuperſedeo,ne hac in re nimius ſim.

36 Cæterùm hic † dubitatur,quæ cēſeatur hæc perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſtitutum?Doctores omnes,quos ſuprà pro communi ſentētia commemoraui exemplum afferunt in deſcēdentibus ipſius teſtatoris,nempè filiis,nepotibus & ſimilibus. Et communem hāc eſſe ſententiam teſtatur Crauetta in conſ.328.num.32.qui quamplures congerit hoc affirmantes.

Non etiam defuerunt, qui exiſtimarunt idem eſſe dicendum in fratribus ipſius teſtatoris,vt ſi teſtator ita dixit.Inſtituo Caium,Sæium & Sempronium filios meos:Et poſt omnium eorum mortem ſubſtituo Mæuiū, tres illi inſtituti præſumūtur etiam inuicem & reciprocè ſubſtituti, cùm vltimus eorum ſuperſtes ſit perſona quæ ex præſumpta mēte teſtatoris excludit ſubſtitutum.Ita Soc.Iun.in conſ.141.num.7.lib.2. Verùm Craue.in conſ.328.num.32.lib.3.diſſentit.

Eſt & tertium exemplum huius perſonæ,quādo.ſ. teſtator inſtituit virum & vxorem,quibus decedētibus ſine filiis ſubſtituit Mæuium.Hoc etiam caſu illo vir & vxor ſunt inuicem ſubſtituti,vt.ſ.moriēte viro,vxore ſuperſtite vxor hæc excludit Mæuium ſubſtitutum.Ita docuit Imola in l.hæredes mei. §.cū ita col.8.ff.ad Treb.quem ſecutus Cor.in cōſ.31.nu.3.li.1.

Cæterùm prædicta duo exempla nō admittit Pariſ. in cōſ. 42.num.28.lib.2.& in conſ.72. numer.48.lib.3. qui manifeſtè reſpondit,perſonam,quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſtitutum,intelligi,illam eſſe,quæ eſt ex deſcendentibus teſtatoris.

Hanc

Hanc coniecturam intelligunt penè omnes locum habere, quando hæc perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris anteponitur ſubſtituto, ſuccedere poteſt ab inteſtato ipſi ſuperſtiti: ſecus ſi ſuccedere nõ poteſt, vt puta ſi ille præmoriẽs condidit teſtamentum, & hæredem fecit extraneum. Cum enim hoc caſu is ſuperſtes ſuccedere non poſſit ab inteſtato illi præmorienti, non etiam excludit ſubſtitutum quo ad bona ſui teſtatoris. Ita omnium primus docuit Nicolaus Materellus in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſt. quem ſecuti ſunt ibi Baldus Caſtren. & Fulgoſius. Idem affirmarunt Bal. in conſ. 271. ſubſtitutio fideicommiſſaria. lib. 3. Alex. in conſ. 38. num. 5. lib. 1. & in conſ. 92. col. penul. lib. 3. & in conſ. 88. col. 2. lib. 7. Cor. in conſ. 330. col. 1. lib. 1. & in conſ. 20. col. 2. lib. 4. Crau. in conſ. 113. num. 4. & in conſ. 328. num. 30.

Et præterea hæc coniectura ex aliquorũ opinione locum non habet, quãdo ſubſtituta fuit pia cauſa. Ita in ſpecie Rui. in conſ. 180. num. 9. verſ. præterea & ſecundò. lib. 2. qui refert & Alex. in conſ. 38. lib. 1. Idem Rui. in conſ. 125. in fi. lib. 3. qui reſpõdit de pupillari, de qua diximus ſuperiore præſumptione in fi. primi caſus.

37 Secunda eſt † coniectura, quando inſtituti illi tales ſunt, qui agnationem & familiam teſtatoris conſeruare poſſunt, & teſtator ipſe ſignificauit velle bona ſua conſeruari debere in ipſa familia. Nam tunc illi inſtituti, quibus ſimpliciter datus eſt ſubſtitutus, præſumuntur inuicem ſubſtituti. Ita Corn. in conſ. 229. col. vlt. verſ. 3. via lib. 3. Rui. in conſ. 167. num. 7. libr. 3. Goza. in conſ. col. 4. verſ. nono nulla. Cra. in conſ. 113. nu. 2. in conſ. 130. num. 6. & in conſ. 328. num. 3. Soc. Iun. in conſil. 110. nu. 39. lib. 3. Zancus in l. hæredes mei. §. cum ita, in 6. par. num. 176. ff. ad Trebel. & Decia. in conſ. 44. num. 68. verſ. tertiò reſpondetur lib. 3.

Cæterùm hanc non eſſe ſufficientem coniecturam ad inducendam reciprocam inter inſtitutos, ſcripſerunt Soc. Sen. in conſ. 62. col. pen. verſ. nec obſtat etiam quarta ratio: & in conſ. 116. col. 3. verſ. præterea ponendo. lib. 3. Pariſ. in conſ. 72. num. 38. lib. 2. & Alciat. in reſp. 546. colum. 2. verſic. non obſtat, quod teſtator vocauerit. Et hos ſecutus ſum in conſ. 376. num. 40. in fin.

38 Tertia eſt † coniectura, quando teſtator vocauit ſuos omnes deſcendentes, deinde tranſuerſales, quos grauauit, & aliis adiectis clauſulis demonſtrauit, eos inuicem ſubſtituiſſe, ſicuti dicitur hos tranſuerſales remotiores inuicem ſubſtituiſſe, ita pariter & primos illos vocatos, quia ſi teſtator voluit conſeruari bona inter remotiores ſuæ familiæ, ſicque inter minus dilectos: multo magis voluit conſeruari inter proximiores magis dilectos. Ita reſpondit Ruin. in conſil. 18. num. 11. in fin. lib. 2. & in conſ. 140. num. 9. verſic. item ſi hæreditatem, lib. 3. quem ſecutus ſum in conſilio 376. num. 41. verſic. reſpondetur, quod.

39 Quarta eſt † coniectura è conuerſo à præcedenti, quando, ſcilicet, teſtator filios inſtitutos inuicem grauauit reſtituere, deinde vocauit ſeu ſubſtituit tranſuerſales, quos expreſſim non ſubſtituit reciprocè. Hoc etiam caſu, ij remotiores cenſentur inuicem & reciprocè ſubſtituti. Ita reſponderunt Ruin. in conſ. 140. num. 9. verſ. item ſi hæreditatem. libr. 3. Craue. in conſ. 130. num. 6. verſ. 3. conſidero, & Soc. Iun. in conſ. 110. num. 39. lib. 3.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentit idemmet Crauet. in conſ. 306. col. vlt. verſ. ſecundò reſpondeo. qui dixit, non eſſe bonam conſequentiam, teſtator reciprocè ſubſtituit filios & deſcendentes: Ergo & tranſuerſales remotiores. Et ad finem propè reſponſi ſic dixit, non ſequitur, voluit teſtator bona conſeruari in proximiores quos inuicem ſubſtituit. & grauauit: ergo idem voluit conſeruari in remotiores, eoſque inuicem vocauit. Sed à prima illa opinione recedẽdum non eſſe exiſtimo.

40 Quinta eſt † coniectura, quando teſtator vocatis pluribus filiis, eis ſubſtituit, & adiecit clauſulam prohibitionis alienationis cuiuſcunque. Hoc ſanè caſu præſumuntur prædicti filij & vocati inuicem ſubſtituti. Ita reſponderunt Corne. in conſ. 229. col. vlt. verſ. tertia via lib. 3. Iaſon in conſ. 52. col. 5. libro tertio, Gozad. in conſilio 64. numero 13. Crauet. in conſilio 130. colum. 9. verſiculo ad iſtud reſpondeo. Socinus Iun. in conſilio 168. numer. 78. libro ſecundo, & communem eſſe teſtatur Alciatus in reſpon. 655. placet mihi concluſio.

Cæterum à prædicta opinione diſſentiunt Rui. in conſ. 96. num. 12. lib. 2. & apertius Soc. Sen. in conſ. 69. colum. penult. verſ. igitur fortius. lib. 3. Cùm dixit, quod ſi ſunt inſtituti tres & quilibet pro tertia parte, & grauati ac prohibiti ſint alienare: non tamen cenſentur inuicem & reciprocè ſubſtituti, ſed quilibet dicitur grauatus alienare pro ſua parte. Idem affirmarunt Decius, Ripa, Crauetta, & Rolãdus, quos commemoraui ac ſecutus ſum in conſil. 376. num. 55. lib. 4. Et ibidem num. 56. & 57. vnà cùm Cra. conſideraui huius poſtremę opinionis rationes & argumenta, & numero 59. declaraui, quibus in caſibus loquantur Cor. in dict. conſil. 229. & alij ſupra allegati.

41 Tertius eſt † caſus, quando teſtator ſubſtituit quidem vltimo decedenti, ſed non in omnibus, vt ſi ita dixit. Inſtituo Caium, Sæium & Sempronium, & vltimo eorum morienti ſubſtituo Mæuium. Hic non dixit teſtator, ſubſtituo in tota hæreditate vel omnibus bonis Męuium. Hoc in caſu recepta eſt Doctorum opinio, quòd tres illi inſtituti non ſunt inuicẽ & reciprocè ſubſtituti. Ita ſenſit Bartol. in l. vel ſingulis. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. & manifeſtè Bald. & Imola in l. Titia Sæio. §. Sæia libertis. de leg. 2. Caſtr. in l. ſi pater impuberes, in fin. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Alex. in conſ. 11. colum. 3. num. .. verſ. probatur etiam. lib. 3. & in conſ. 101. col. 3. num. verſ. hoc etiam probatur, lib. 4. Soc. in l. qui duos, col. 5. num. verſ. aliquando & quartò. ff. de rebus dubiis, in d. l. hæredes mei. §. cũ ita num. 6. verſ. quartus caſus. ff. ad Treb. & in conſ. 249. col. 5. verſ. aliquando ſubſtitutio. lib. 2. Bertrandus in conſil. 130. col. 5. lib. 3. Et hos retuli ac ſecutus eſt Antonius Gabrie. in d. concl. 1. num. 14. Quibus accedunt Ripa in d. §. cum ita, n. 18. verſ. ſecunda concluſio. & ibid. Zancus in ſexta par. num. 143. qui tamen dubitat.

42 Extenditur † primo, vt locum habeat, etiam ſi expreſsè facta eſſet inſtitutio in omnibus bonis: deinde adiecta fuiſſet ſubſtitutio. Nam adhuc ſubſtitutio non diceretur facta in
43 omnibus bonis: cùm † dicta in inſtitutione non cenſeantur hoc in caſu repetita in ſubſtitutione. Ita poſt Alciatum reſpondi in conſil. 376. num. 27. reiecta opinione Rui. & Portij Imolenſis, qui contrarium reſponderunt.

44 Extenditur ſecundo, vt locum habeat etiam quãdo † ſubſtitutio facta eſt in parte hæreditatis. Nam adhuc illi inſtituti non dicuntur inuicem grauati, & ſi facta eſt ſubſtitutio vltimo morienti. Ita Soc. in d. l. qui duos. col. 5. num... verſ. aliquandò & quartò. ff. de reb. dub. Gratus in conſ. 3. col. vlt. num... lib. 2. Rui. in conſ. 119. col. 1. num. lib. 2. & Anto. Gabr. in d. concl. 1. num. 15.

45 Declaratur † primò vt locum non habeat, quando vltimo morienti factæ eſt ſubſtitutio indefinitè, vt puta in bonis, vel hæreditate. Ita Caſſane. in conſ. 67. col. 3. & Portius Imolen. in conſ. 46. num. 30. & ſecutus ſum in conſ. 376. num. 27. verſ. præterea & ſecundò. Et hæc traditio comprobatur ex his, quæ diximus ſupra de indefinita. Et propterea malè ſenſit in ſpecie hac Ripa in d. §. cum ita. num. 18. verſic. tertia. per ſubſtitutionem.

46 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando teſtator ſubſtituit his verbis. In dicta hæreditate ſubſtituo Męuium. Hæc ſanè verba ſunt relatiua & reſtrictiua ad præcedentem hæreditatem iam relictam inſtitutis, & ideo cẽſetur eodem modo repetita in ſubſtitutum. Ita ſcripſi in conſ. 376. num. 28. poſt Ruinum ibi relatum.

47 Quartus eſt caſus, quando † teſtator ſubſtituit quidem in omnibus bonis, ſed non vltimo morienti ſicuti ſi ita dixit. Inſtituo Caium, Sæium & Sempronium, quos grauo poſt eorum mortem reſtituere Mæuio, quem eis in tota hæreditate ſubſtituo. Non enim hic teſtator ſubſtituit vltimo morienti, ſed poſt mortem plurium grauatorum. Hoc ſanè caſu tres illi inſtituti & grauati non cẽſentur inuicem & reciprocè ſubſtituti. Ita Angel. Imola, Caſtr. Raphaël, Alex. Mattheſi. Cor. Iaſ. Soc. Sen. Rui. Pariſ. Soc. Iun. & Ripa, quos commemorat Gabriel in d. concl. 1. numero 18. Et his accedunt alij relati à Sforcia in tract. de compen. in 5. par pag. 75. verſ. prima opinio. Dida. in d. c. Ray. §. 8. num. 4. Zancus in d. §. cum ita. in 6. par. num. 91. qui Alciatum, Albam, & Crauettam recenſet. Et ij moti ſunt.

Primò



Primò text. l. vlt. §. filium de lega. 2. ibi, *poſt vos reddatis filijs meis.*

Cæterum reſpõdet multis modis, qui contrariam opinionem defendunt, præſertim Sforcia in tract. de compendioſa in quinta particula. pag. 75. à tergo, verſ. vnde dicerem, quod. Ita reſponſum fuiſſe in caſu d. §. filium, quia reciproca noceret ſubſtitutis, qui non poſſent interea admitti ad portionem grauatorum, niſi illis omnibus defunctis: quæ mora periculoſa eſt, ob periculum caducitatis fideicõmiſſi: ſicuti euenit illo in caſu in perſonam filiæ teſtatricis, quę obijt ante libertum grauatum, vnde illius frater cõſequi non poteſt portionem, quę ad eam iure fideicõmiſſi ab illo liberto relicti ſpectabat. At veriſimile non eſt, quod teſtatrix magis dilexerit libertos quàm filios ꝓprios, arg. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. Ergo non eſt mirum ſi illa vniuerſalis reſoluitur in ſingularitates, & vnicuique ex libertis decedenti ſtatim ſuccedunt filij teſtatricis, excluſo alio liberto collegatario.

Secundò ea ratione vſi ſunt prędicti Doctores, quòd cum
48 † fideicommiſſum ſit onus. l. cohæred. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. præſumi non debet, niſi expreſsè iniunctũ ſit, & niſi vrgeat neceſſitas. Atqui hoc in caſu nulla vrget neceſſitas: cùm nihilominus tota hæreditas peruentura ſit ad ſubſtitutum, ſi interea ipſe admittatur ad portionem vniuſcuiuſque inſtitutorum decedentium. Ergo, &c. Verùm acutè reſpondet Sforcia in loco ſupra allegato, & rationem hanc retorquet.

49 Contrariam opinionem, quod † imò hoc in caſu inducta ſit reciproca fideicommiſſaria inter ipſos inſtitutos, probarunt Bart. in l. quidam teſtamento. ff. de vulga. & pupil. ſubſt. Bald. in l. penult. num. 8. C. de impuberum & aliis ſubſt. Ang. in conſil. 80. nume. 5. Caſtren. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. ff. ad Trebellia. & in conſil. 239. lib. 2. Anchara. in conſil. 390. nume. 7. Aret. in dicta l. quidam in teſtamento. colum. 2. Soci. Sen. in conſil. 77. nume. 8. lib. 1. Gozad. in conſil. 67. numero 5. Cur. Iun. in conſil. 11. nume. 5. in conſi. 16. nume. 5. & in conſil. 43. nume. 1. in conſil. 111. nume. 13, & in conſil. 156. nume. 2. Pariſ. in conſil. 43. nume. 33. lib. 2. & in conſil. 7. nume. 39. lib. 3. & Gratus in conſilio 8. nume. 20. lib. 2. Et hanc eſſe communem atteſtati ſunt Cur. & Pariſ. præcitatis in locis. Alios etiam refert Zan. in dicto §. cum ita. in 6. par. nume. 92. verſic. contrariam. Et ij quidem moti ſunt tex. dicta l. Codicillis. ff. de vſufructu lega. de cuius ſenſu diximus ſuprà.

Retenta tamen illa prima opinione, quod, ſcilicet, non ſit inducta reciproca fideicommiſſaria, plures extenſiones afferri ſolent.

Extẽditur itaque primo, vt locum habeat hic caſus etiam
50 quando † teſtator dixiſſet, ſi omnes penitus defecerint, in tota hæreditate ſubſtituo Mæuium, adhuc inter tres illos inſtitutos non dicitur facta reciproca ſubſtitutio: cum illa verba, ſi omnes penitus defecerint, non ſignificent fuiſſe ſubſtitutum vltimo decedenti. Ita reſpondit Alexand. in conſil. 91. nu. 8. lib. 1. quem ſecutus eſt Zancus, in d. §. cum ita. in 6. par. num. 140. qui duo Ruini reſponſa contraria confutauit.

Extenditur ſecundò, vt procedat hic caſus etiam quod
51 † ſubſtitutio facta eſſet poſt mortem plurium liberorum expreſſe reciproce ſubſtitutorũ, ſed ageretur ſolùm, vt in dicta reciproca contineatur fideicommiſſaria inter eos vocatos & ſubſtitutos, vt ſi teſtator ita dixit. Inſtituo Caium, Sæium, & Sempronium filios meos, quos inuicẽ ſubſtituo: Et poſt eorum mortem ſubſtituo Mæuium, vel, Et quos grauo, vt poſt eorum mortem reſtituãt Mæuio. Hoc etiam caſu tres illi filij non pręſumuntur inter ſe reciprocè ſubſtituti per fideicommiſſum, ſed ſolùm vulgariter, & ſi ſinguli ipſorũ grauati ſunt reſtituere, Mæuio. Ita egregiè Caſtr. in conſ. 14. ſi contingat. col. 2. verſ. reſtat reſpondere ad duo. lib. 1. qui de hac facti ſpecie reſpondit, Teſtator inſtituit quinque filias, quas inuicem ſubſtituit, deinde dixit, Et prędictas filias meas grauo, vt poſt earum mortẽ reſtituant hæreditatẽ ſocietati S. Michaelis. Reſpondit inquam Caſtrenſis filias illas fuiſſe inuicem inter ſe ſubſtitutas vulgariter, non autem per fideicõmiſſum: ſingulæ tamen grauatæ fuerunt reſtituere ipſi ſocietati. Hanc Caſtr. opin. ſecuti ſunt Alexand. in conſil. 139. colum. 2. lib. 6. & in conſil. 18. lib. 7. Dec. in conſil. 291. colum. penulti. verſic. Non obſtat quod etiam Torniellus in l. Gallus, §. quòd ſi recte in quæſt. num. 70. de lib. & poſth. & Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita. in tertia parte. nume. 17. & in ſexta parte. num. 142. ff. ad Trebel. & cum his & ego ſenſi in conſi. 85. num. 66. lib. 1. & fuſius in conſ. 397. in fi. vbi Caſtrenſem declaraui, Cæterum a prædictis diſſentit Ripa in l. Lucius. nu. 42. ff. de vulg. & pup. ſubſt. ea ratione motus, quod cùm filiæ ſint perſonæ, quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludunt ſubſtitutum, vt diximus ſupra in ſecundo caſu in prima coniectura, ſequitur dicendum, has filias eſſe inuicem ſubſtitutas per fideicommiſſum. Et Gratus in conſ. 8. in ſine. lib. 2. dixit, Caſtren. opinionem eſſe valdè dubiam, & ab ea eſſe recedendum, quando aliquæ extant coniecturæ contrariæ. Diſſentit etiam à Caſtrenſi Rui. in conſil. 164. colum. vlt. verſ. & per hoc patet lib. 3.

52 Extenditur tertiò, vt † locum habeat hic caſus etiam ſi teſtator inſtituit Caium, Sæium & Sempronium, & ſingulos pro tertia par. & omnes prohibuit alienare, & Trebellianicã detrahere, ſed quod deberent reſtituere Mæuio. Hoc etiam caſu tres illi inſtituti nõ præſumuntur inuicem ſubſtituti per fideicommiſſum, ſed ſolum quilibet grauatus eſt pro portione ſua reſtituere Mæuio. Ita reſpõdit Soci. Sen. in cõſ. 69. col. pen. verſ. igitur fortius in caſu noſtro. l. 3. quem ſecuti ſunt Ripa in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 16. verſ. amplia quarto. ff. ad Trebel. & ibidem Zanchus in 6. par. nu. 170.

53 Extenditur † quartò, vt locum habeat hic caſus etiam quãdo ſubſtitutio fideicommiſſaria iuncta eſt cum vulgari pupillari: ſicuti quando cõtinetur ſub compendioſa, vt ſi teſtator ita dixit. Inſtituo Caium, Sæium & Sempronium, & quãdocũque omnes deceſſerint, ſubſtituo in omnibus meis bonis Mæuium vel ſi clarius ſic dixiſſet, inſtituo Caium, Sęium, & Sempronium, quibus vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum ſubſtituo Mæuium in omnibus bonis meis. Hoc etiam caſu tres illi primi non præſumuntur reciprocè ſubſtituti per fideicommiſſum: cum vltimus moriens non fuerit expreſſim grauatus. Ita tradunt Ripa in d. l. hæredes mei. §. cum ita nu. 28. & ibidem Zancus in dicta 6. par. num. 171. qui eiuſdem opinionis recenſet Pariſium in conſi. 72 col. 4. verſ. iſtis tamen non obſtantibus lib. 3. & Alciatum in l. vel ſingulis. num. 18. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

54 Quintus & vltimus eſt caſus, quando ſubſtitutio eſt † facta poſt mortem plurium poſitorum in conditione, vt ſi teſtator dixit. Inſtituo Caium, & ſi is deceſſerit ſine filijs ſubſtituo Mæuium. Hoc in caſu dicimus, filios illos cui non eſſe inter ſe ſubſtitutos per fideicommiſſum, vt ſcilicet vnus teneatur alteri reſtituere. Ita ſcripſerunt Imola in l. Cen. n. 22. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & in c. Raynut. de teſta. Soci. Sen. in d. §. cum ita. nu. 3. verſ. primus caſus, & alij multi, quos cõgeſſi in conſi. 85. num. 43. lib. 1. Et illis nunc accedunt. Caſtrẽ. in conſi. 289. in quæſtione, quæ vertitur Vtini col. 2. lib. 2. Ripa in d. §. cum ita. nu. 29. Alcia. in d. l. vel ſingulis. nu. 19. verſ. ſanè quoties, Soci. Iun. in conſi. 176. nu. 15. lib. 2. Bello. in conſ. 82. Anto. Gab. in lib. 4. concluſionum. in tit. de ſubſtit. concl. 1. nu. 24. Decianus in conſ. 26. nu... lib. 2. in conſ. 44. nu... & in conſil. 101. num. 4. lib. 3. Burſ. in conſ. 52. num. 14. Sforcia Oddo in tract. de compen. ſubſtitutio. in quinta particula. pag. 70. verſ. primus caſus, qui quidem dixit, non inueniſſe diſſentientem. Hanc quoque probauit Hiero. Zancus in d. l. hæredes mei. §. cum ita. in ſexta par. num. 241. ff. ad S.C. Trebel. qui alios nonnullos recenſet. Et hos ſum & ego ſecutus in conſi. 85. nu. 43. lib. 1. & in conſi. 376. nu. 25. lib. 4. Ea ratione
55 primùm ij moti ſunt, quod cum † poſiti in conditione non præſumantur vocati, vt ſuccedant ex teſtamento, vt tradunt multi illi Docto. quos commemoraui infrà in præſump. ſequitur dicendum, nec etiam dici poſſe quod inter ſe fuerint grauati: cum nec grauari potuerint. leg. ab eo. C. de fideicom. Cæterum ſi ſola hæc ratio & fundamẽtum hac pro opinione adduceretur, facilè eſſet ab ea recedere: cùm & alij propè innumeri ſecuti ſunt contrariam opinionem, quod imò poſiti in conditione dicuntur vocati: quæ ſanè opinio & mihi magis probatur, vt ſcripſi in d. præſumpt. Eſt itaque
56 alia ratio & fundamentum, quia vt reciproca † præſumatur facta inter eos, quibus vltimo loco tertius aliquis fuit ſubſtitutus, debet eſſe facta vltimo morienti, & in omnibus bonis: ſicuti dicemus in ſubſequentibus caſibus. Cùm ergo in caſu

noſtro,

noſtro,teſtator ſolummodò dixerit, & ſi Caius deceſſerit ſine filiis,ſubſtituo Mæuium,apparet Mæuium non eſſe ſubſtitutum vltimo illorũ filiorum,nec in omnibus bonis,& conſequenter filios illos non eſſe inuicem ſubſtitutos.

57 Extenditur † primò hic caſus, vt locum habeat etiam ſi ij poſiti in conditione eſſent ex filiis & deſcendentibus teſtatoris. Nam adhuc non cenſentur inuicem ſubſtituti. Ita tradũt Roland.in conſi.54.num.60.lib.4.& Zancus in d.§.cum ita. in 6.par.num.242.

58 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam quãdo filij illi partim poſiti ſunt in cõditione, & partim honorati:ſicq; vocati. Nam adhuc inter eos non dicitur facta reciproca fideicommiſſaria ſubſtitutio.Ita Rui.in conſi.180.num.6.verſ. & ea etiam.lib.2.Pariſ.in conſi.44.col.4.lib.2.Alc.in l.vel ſingulis.nu.18.verſ.ſed quid.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Ripa in d.l. hæredes mei.§.cum ita.nume.29.verſi.ſed quid ſi poſiti.ff.ad Treb.Anton.Gabr.in lib.4.concluſ.in tit.de ſubſtit.in concl. 1.nu.25.Rolan.in d.conſ.34.nu.61.lib.4.Petr.Anto. Anguſola in conſi.37.nu.5.lib.6.Burſa.in conſi.52.num.15.lib.1. & Zancus in d.§.cum ita in 6.par.nume.242.verſ.2.vt procedat,qui nonnullas mouet dubitationes.

59 Declaratur † primò , vt locũ non habeat hic caſus, quando poſiti in conditione dicuntur vocati:& grauatus eſt vltimus eorum decedens reſtituere totam ipſam hæreditatem. Nam tunc inter illos in conditione poſitos facta præſumeretur cenſereturq; reciproca. Ita reſpondit Ruin.in conſ.96. num.11.lib.2.in conſil.142.nu.5.& num.6.lib.3.quem ſecutus eſt Ant.Gabriel.in d.concl.num.27.qui num.28.ſubiunxit ex ſententia Ripæ in d.§.cum ita.nume.29.verſ.iuxta prædicta, idem eſſe , quando verſamur in illis caſibus.in quibus poſiti in conditione dicuntur vocati. Et idem manifeſtè ſcripſerũt Alcia.in d.l.vel ſingulis.num.19.verſ.ſanè quoties.Soci.Iuni. in conſi.151.col.vlt.in cõnſ.176.num.17.& 18.lib.2.& in conſ. 110.nu.20.lib.3. qui multas coniecturas recenſet ad demonſtrandum, illos in cõditione poſitos fuiſſe in caſu noſtro vocatos, vt inter eos locum habeat reciproca. Idem ſenſit Rui. in conſil.140.nume.9.lib.3.& horum opinionem ſum & ego ſecutus in conſil.397.nume.12.in fi.lib.4.Et accedit Decia.in conſ.44.num.69.lib.3.verum eſſe intelligo,quando(vt attigi ſuprà) vltimus ille poſitorum in conditione grauatus fuit reſtituere totam ipſam hæreditatem.Et in ſpecie ſic declarat Soci.Iun.in conſi.176.num.18.lib.2.

His declarari poteſt quod reſpondit Cur.iun.in conſil.139. nu.18.19.& 20.& in conſi.261.col.3.verſ.pro reſolutione. Re-
60 ſpondit Curtius, quod , quando † poſiti in conditione ſunt grauati , cenſentur etiam vocati & conſequenter reciproca inter eos facta dicitur. Hæc Curtij opinio defendi poſſet , ſi concedemus veram eſſe traditionem illorum , qui dixerunt, poſitos in conditione cum onere reſtitutionis dici vocatos: Verùm cùm hoc ſit maximè cõtrouerſum, & verior eſſe credatur opinio , quod grauari non potuerint , & conſequenter quòd vocati non cenſentur, ſequitur dicẽdum nec inter eos factam eſſe reciprocam, ſicuti in ſpecie reſpondit Alexan.in conſil.202.num.2.& 3.lib.7.quem ſecutus eſt Zancus in d.§. cum ita in 6.par.nume.244.qui eiuſdem opinionis recenſet Ruinum in conſil.141.col.pen.in fi.lib.2.Imò commemorat eundem Curtium Iuniorem in conſil.11.numero 6.aliter reſpondentem.

His etiam intelligimus,veram nõ eſſe opinionem eorum, qui dixerunt,quod ad præſumendum hanc reciprocam,ſufficit,adeſſe vocationem interpretatiuam.Qua quidem in opinione fuerunt Ruinus in conſi.140.nume.9.lib.3.& Curt.Iu. in conſi.43.num.7.Et in ſpecie horum opinionem confutaui in conſ.376.num.25.& in fi.vbi contrarias alios auctoritates commemoraui.

## PRÆSVMPT. LXIII.

**Subſtitutione hac formula concepta, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vel ſimili alia, quando præſumatur tributa electio ſubſtituto ſuccedendi ex quauis ſubſtitutione.**



SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio ſi eſt facta, vulgariter, pupillariter & per fideicom. quando ſubſtitutus præſumatur poſſe ſuccedere ex quauis ſubſtitutione.*

*2 Legatario ad conſequendum legatum dantur tres actiones, realis ſcilicet,perſonalis,& hypothecaria:& datur ipſi facultas eligendi actionem,qua vti volet.*

*3 Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi.*

*4 Subſtitutio vulgaris & pupillaris vnà ſimul eodem tempore eſſe nõ poſſunt.*

*5 Subſtitutio pupillaris requirit aditionem hæreditatis.*

*6 Subſtitutus in ſubſtitutione vulgari & fideicom. cenſetur habere facultatem eligendi, qua ex ſubſtitutione velit ſuccedere,cum ambæ concurrant eodem tempore,*

*Contra,num.10.& 11.*

*7 Intellectus l.recuſare. §.Titius.ff.ad Trebel.numero 12.*

*8 Intellectus l.ſi quis ſeruo.ff.de manumiſſ.teſta.num.12.*

*9 Intellectus l.vlt.C.de codicillis.nu.12.*

*11 Subſtitutio vulgaris aditione hæreditatis expirat:& ideo non poteſt concurrere cum fideicommiſſaria.*

*13 Subſtitutio pupillaris & fideicommiſſaria an ſimul eodem tempore concurrere poßint.*

*14 Subſtitutio exemplaris & fideicommiſſaria nunquid ſimul concurrant, & ſit locus electioni,num.ſeq.*

*15 Subſtitutio exemplaris à pari procedit cum pupillari,cum eius exẽplo ſit inuenta.*

*16 Subſtitutio pupillaris & exemplaris nunquid eodem tempore ſimul concurrant,& ſit locus electioni.*

1 DVBITARI † non ſemel contingit , quando teſtator hac ſubſtitutionis formula vtitur , ſubſtituo vulgariter , pupillariter & per fideicommiſſum,an tribuiſſe præſumatur facultatem ſubſtituto eligendi , ex qua ſubſtitutione velit ſuccedere ? Hac de dubitatione multæ variæque ſunt Doctorum opiniones.Prima eſt Bar.in l.Cent.nu.38.ff.de vulg. & pup. ſubſt. qui abſolutè ſcripſit , præſumi datam facultatem ſubſtituto eligendi, qua ex ſubſtitutione velit ſuccedere.Et Bart.ſecuti ſunt multi , quos referam infrà in ſecundo caſu. Secunda eſt opinio Imolæ in d.l.Cen.nu.32.& in c.Ray.num.155.de teſta.qui docuit , teſtatorem non dediſſe ſubſtituto facultatem eligendi ſubſtitutionem,qua velit ſuccedere : ſed voluiſſe prouidere, ſicuti caſus eueniet, vt ſi inſtitutus nolit adire , locus ſit vulgari,ſi verò adiuit & deceſſit in pupillari ætate,ſuccedat ſubſtitutus per pupillarẽ : ſi verò adiuit,& factus pubes deceſſit, ſit locus fideicommiſſariæ. Et Imolã ſecuti ſunt multi , quos referam infrà in ſecundo caſu. Tertia eſt opinio Decij in l. precibus.num.20. verſ. poſtremò , qui diſtinguit tres caſus. Quam quidem diſtinctionem confutauit Riminaldus Iunior ibidem. nume.515.516.

Exiſtimo diſtinguendos eſſe aliquot caſus,ſicuti etiam diſtinxi in conſ.303.nu.33.lib.4.ſed prius ſciendũ eſt , electionẽ dari ſolùm,quando adeſt plurium concurſus : ſicuti contin-
2 git,quando plures actiones alicui competunt,vt puta † legatario , cui ad conſequendum legatum tres dantur actiones, realis , perſonalis,& hypothecaria , l. cum filius.§. varijs,de leg.2 & l.vlt.C.de Sacroſanct.eccleſ. Et propterea datur ipſi legatario facultas eligendi actionem, qua vti volet , vt ibidẽ dicitur.Vbi autem non datur cõcurſus, ceſſat diſputatio ele-
3 ctionis,vt manifeſtum eſt.Præſciendum eſt etiam,in dubio † præſumi teſtatorẽ velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem atque conſentaneam iuri communi.l.hæredes mei. §.cum ita vbi Bar.& Ripa.nu.74.ff.ad Trebel.& dicemus infrà in præſumpt.His expoſitis,diſtinguo nunc caſus.

4 Primus eſt,quando agitur † reſpectu vulgaris & pupillaris ſubſtitutionis.Hoc in caſu non eſt opus diſputare , an locus ſit electioni , vel non:cum non detur concurſus harum ſubſtitutionum, quæ vnà ſimul eodem tempore eſſe nõ poſſunt. ſicuti in ſpecie ſenſerunt Soci.Iun.in d.l.Centurio. num.313. verſ.ſed vltra prædicta.& ibidem Bolo.nu.273.Io.Marcus Aquilinus in quarta par.nu.365.Et ſi eo loci Rui.num. 37. verſ.





vnde dic clarius , aliter ſenſerit. Aut enim pupillus adiuit hæreditatem,& tunc ceſſat vulgaris ſubſtitutio.l.poſt aditam.C. de impub.& aliis ſubſt. Aut non adiuit, & tunc ceſſat pupilla-
5 ris : cum † pupillaris requirat aditionem , l.2.in princ.verſic. adeò.ff.de vulg.& pupil. ſubſt. hoc in caſu locum habet & vera eſt illa ſecunda opinio Imolæ & ſequacium , qui dixerunt, teſtatorem voluiſſe prouidere caſui,qui eueniet.

6 Secundus † eſt caſus , quando agitur reſpectu vulgaris & fideicommiſſariæ.Hoc in caſu,recepta eſt opinio,cenſeri datam facultatem ſubſtituto eligendi , qua ex ſubſtitutione volet ſuccedere:cum ambę concurrant eodem tempore,ita Bar. in d.l.Centurio.nu.38.& ibidem Angelus & Caſtren.& Aret. nu.16.Alex.nu.96.Galliaula.nu.486.Claudius Seyſellius.nu. 45.Ripa.nu.171.& Alcia.nu.103. His accedunt Fulgoſius in conſ.43.nu.5.Roma.in conſ 480.nu.5. Caccialupus in l.precibus.nu.30.& ibidem Cor.nu.124.C.de impub.& aliis ſubſt. Alex.in l.iam hoc iure.nu.3. in fi.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Angelus Are.in §.& plures.col.vlt.in inſtit.de vulg.ſubſt.Socin. Sen.in conſ.144.nu.3.lib.1. Ruyn.in conſ.7.nu.13.lib.3.Rubeus in l.Gallus.§.quidam rectè.num.17.ff. de lib.& poſthu. Curt.Iun.in l.pen.nu.6.C. de impub.& aliis ſubſt.& Guilielmus Benedictus in cap.Raynutius.in verbo,ſi abſque liberis.
7 il.2.in tract.de Breuiloqua.num.20.de teſtam.Et ij † quidem moti ſunt primo text.l.recuſare.§.Titius ff. ad Trebel.cui tamen reſpondet Politus in tract.de ſubſtitutionibus , in tit.de pupillari ſubſtitutione, & eius ſuppreſſo nomine Bolognetus in d.l.Centurio.nu.274.quòd in caſu.d.§.Titius,ſubſtitutiones illæ ſeparatim atque omninò diuiſim factæ fuerant quod non contingit in caſu Bart.& ſequacium , qui idem eſſe dixerunt , quando teſtator ſub verborum compendio ſubſtituit. Quæ ſanè conſideratio vera non eſt:cùm nulla ſit conſtituenda differentia in forma verborum ſubſtitutionis, ſiue diſtinctim, ſiue ſub compendio verborum facta ſit : cùm idem ſit effectus : ſunt enim & plures ſubſtitutiones illæ comprænhenſæ ſub illo verborum compendio : & nulla differentiæ ratio inter compendioſam & diſtinctam ſubſtitutionem afferri poteſt. Reſpondet.2.Aqui.in d.l. Centu.in 4. par.num.365.d.§. Titius,loqui quando teſtator ſubſtituit pure vulgariter,& per fideicommiſſum duntaxat,nimirum ſi vtraq; eodem tempore locum habent. Diuerſum eſt in caſu noſtro , in quo ſubſtituit vulgariter,purè,pupillariter, ſi deceſſerit impubes, per fideicommiſſum , ſi ſine liberis deceſſerit, meritò(inquit Aqui.) quęlibet ſubſtitutio in caſu & tempore ſuo facta videtur. Hęc conſideratio mihi non probatur,quia in caſu noſtro non conſtat, teſtatorem ſubſtituiſſe per fideicommiſſum conditionale, ſi deceſſerit ſine liberis, cùm dixerit ſimpliciter , vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Et ſi dicatur, conditionem hanc,ſi deceſſerit ſine liberis,ſubintelligi l.cum auus. ff.de cond.& demon.reſpondetur,id contingere ſolum,quando pater grauat filium, nepotem & ſimiles , vt dicemus infrà ſuo loco , dum explicabimus.d.l.cum auus.Secus verò quan-
8 do teſtator extraneum hæredem grauat. Secundò afferri † ſolet text.l.ſi quis ſeruo.ff. de manumiſ.teſta. Cuius verba hæc ſunt : *ſi quis ſeruo teſtamento dederit libertatem & directe , & per fideicommiſſum:in poteſtate ſerui eſt,vtrum velit ex directo,an ex fideicommiſſo ad libertatem peruenire.* Reſponderi facilè poteſt.d. l.ſi quis ſeruo,loqui in fideicõmiſſo puro, Nam ſeruus, mortuo ipſo teſtatore,poteſt,ſi vult,petere declarari liber,abſque eo quod ab hærede manumittatur:atque ita directò conſequi libertatem. Poteſt etiam petere ab hærede ſtatim ꝙ hæreditatem adiuit,& eum cogere, vt nulla interpoſita mora manumittatur. Sed diuerſum eſt in caſu noſtro , in quo(vt mox dicemus ) non poſſunt duæ hæ ſubſtitutiones vulgaris & fidei-
9 commiſſaria eodem tempore concurrere. Tertiò † adducitur text.l.vlt.C.de codicillis , vbi vocatus ex teſtamento, in quo adiecta eſt clauſula : ſi non valet iure teſtamenti , valeat iure codicillorum,poteſt vel directò ex teſtamento ſuccedere,vel per fideicommiſſum ex codicillis , atque ita electionem habet, quo ex capite vult admitti. Reſpondetur.d.l.vlt.loqui de fideicommiſſo puro, is enim qui vult ſuccedere ex codicillis, ſtatim ſua voluntate declarata , compellere poteſt venientes ab inteſtato,qui grauati intelliguntur hoc in caſu, adire & reſtituere , vt in caſu ſimili.d.l.recuſare.§.Titius.ff. ad Trebel.
10 & dicemus ſtatim. Contrariam itaque † opinionem , probarunt Cyn.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.Imola in l. Cen.nu.32.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& in c.Ray.nu.155.de teſt. Comeſ.in d.l.recuſare.§.Titius.ff.ad Trebell.Guido Papæ in quæſt.533.Soci.Iun.in d.l.Centurio.nu.312.& ibidem Aqui. in 4.parte.nu.365.& Conſtantinus Rogerius in tract.de ſubſtitutionibus in tit.de compendioſa.c.4.nu.93.ſcripſerunt ij, teſtatorem hac clauſula , vulgariter , & per fideicommiſſum, non dediſſe facultatem ſubſtituto eligẽdi, qua ex ſubſtitutione velit ſuccedere, ſed voluiſſe prouidere ſecundum caſum, qui eueniet. Ea ratione ij viſi ſunt moueri , quod hic eodem tempore eſſe non poteſt concurſus ſucceſſionis directæ,& fideicommiſſariæ.Nam ſi hæres inſtitutus adiuit hæreditatem,
11 ceſſat vulgaris † ſubſtitutio,quæ aditione hæreditatis dicitur expirare.l.poſt aditam.C.de impuberum, & aliis ſubſt.ſi verò non adiuit,locus eſſe non poteſt fideicommiſſariæ:cum reſtituere non poſſit,quod conſecutus non eſt : ſic quoque conſiderat Ruynus in l.Cent.num.37.verſic.vnde dic clariùs.ff.de vulg.& pup.ſubſti.quod vulgaris concurrere non poteſt cum fideicommiſſaria. Diſtinguendum ſic puto , quod aut hæres inſtitutus non adiuit , nec adire vult hæreditatem : aut adiuit,& ſubſtitutus petit admitti: primo caſu dicitur cõceſſa facultas ſubſtituto,vt eligat,an admitti velit ex vulgari,vel ex fideicommiſſaria:ſi vult ſuccedere ex vulgari,immediatè adire poteſt hæreditatem: ſi verò vult admitti ex fideicommiſſaria, petere poteſt cogi hæredem adire , & reſtituere. Ita loquitur
12 † d.l.recuſare.§.Titius.ff.ad Trebel. ſic etiam procedunt.d.l. ſi quis ſeruo.ff.de manumiſ.teſtam.& d.l.vlt.C.de cod.Et hoc caſu rectè ſenſerunt Barto. & ſequaces. Quandoquidem hic datur concurſus harum ſubſtitutionum , quæ locum habere poſſunt eodem tempore. Secũdo verò caſu nempè poſtquam inſtitutus adiuit hæreditatem,& euenit conditio,ſub qua fuit grauatus reſtituere. Hoc caſu locus non eſt electioni : Cùm nulla hic extet vulgaris,quæ iam expirauit aditione hęreditatis.d.l.poſt aditam.Hoc in caſu rectè ſenſerunt Cynus,Imola, & reliqui ſuprà commemorati.

13 Tertius eſt caſus,quando † agitur de pupillari,& fideicommiſſaria , ſicuti quando teſtator dixit , Inſtituo filium meum impuberem,& quandocunque deceſſerit,ei ſubſtituo Caium. Si deceſſit is filius in pupillari ætate, adita hæreditate, poteſt eſſe locus pupillari,& fideicommiſſarię. Nam per pupillarem ſuccedit ſubſtitutus ipſi pupillo,per fideicommiſſariam teſtatori. Hoc in caſu exiſtimo,locum non eſſe electioni:atque ita procedere etiã poteſt opinio Imolę,& ſequacium. Non enim propriè hic datur concurſus : quia teſtator noluit eſſe locum fideicommiſſariæ, niſi poſt pubertatem deceſſiſſet filius ille inſtitutus. Voluit ſanè teſtator prouidere primùm filio , mediante illa pupillari : deinde ſibi mediante fideicommiſſaria. Hac ergò ratione debet ſubſtitutus ſuccedere ex ipſa pupillari alioqui detrimentum inferretur pupillo , qui hæredem non haberet contra diſpoſitionem patris, qui ei prouidere voluit. Quinimo dicimus,quod etiam ſi concedimus eodem tempore concurrere pupillarem cum fideicommiſſaria , non tamen poterit ſubſtitutus vnam eligere,altera omiſſa:cum adeò connexa ſit ſucceſſio in bonis patris,vt non poſſit ſubſtitutus velle ſuccedere patri per fideicommiſſariam, prætermiſſa pupillari.l.ſed ſi plures.§.filiæ.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Et in ſpecie ſic ſcripſerunt Imola , & Roma.in l.recuſare.§. Titius.ff.ad Treb.Alb.in rep.rub.ff.de vulg.& pup.ſubſt.num.92.verſ.vlterius quærit Dyn.Comenſ.in d.l.Centu.nume.15 & ibidem Ripa num.170.verſ.non obſtat tex.Soc.Iun.nu.312.& Aqui. in 4.parte.nu.365. His accedunt Rui.in conſ.103.nu.26.libr. 2.& in conſ.7.num.13.lib.3.Deci.in l.precibus.nu.20.& ibidem Cur.Iun.in fi.C.de impub & aliis ſubſt.& Emanuel Coſta in c.ſi pater.in verbo,obliqua.nu.9.& nu.25.de teſta.in 6. His intelligimus malè ſenſiſſe Bar.in d.l.Cen.nu.38.& ibidẽ Ale.nu.96.& Galliau.n.486.Corn.in cõſ.158.nu.4.li.3.Soci. Sen.in cõſ.144.nu.3.li.1.& manifeſtiùs Nattã in cõſ.395.nu. 4.Cum didixerunt ſubſtitutũ hoc in caſu eligere poſſe qua ex ſubſtitutione ſuccedat.Et quod in dubio dicitur eligere pupillarem tanquam vtiliorem ij ſanè male ſenſerunt,quia imò neceſſariò ex pupillari ſuccedere debet.Nec repugnat conſideratio Galliaulæ : cùm dixit , præſumi teſtatorem voluiſſe potius ſibi prouidere , quàm filio.arg.l.Iulia.ff.ad S.C.Sillania. Nam veriùs exiſtimo voluiſſe prius prouidere filio , ex quo prius ei pupillariter ſubſtituit,deinde ſibi per fideicõmiſſum.

14 Quartus eſt caſus, quando † agitur de exemplari , & fidei-

commiſſaria. Hoc in caſu reſpondit Cur. Iun. in conſ. 290. nu. 21. eſſe locum electioni & Curtium ſecutus ſum in conſ. 303.
15 num. 40. lib. 4. Verùm nunc dubito: cum † exemplaris à pari procedat cum ipſa pupillari, cuius exemplo inuenta eſt exemplaris ipſa: Et propterea ſicuti pupillaris non poteſt (vt diximus ſupra) concurrere cum ipſa fideicommiſſaria eodem tempore. Ita pariter nec exemplaris.
16 Quintus † eſt caſus, quando agitur de pupillari & exemplari. Hoc in caſu locum eſſe electioni reſpondit Ruynus in conſ. 103. nu. 26. lib. 2. quem ſecutus ſum in d. conſ. 103. nu. 39. lib. 4. Hic etenim datur ipſarum ſubſtitutionum concurſus.

## PRÆSVMPT. LXIIII.

### Subſtitutio directa an & quando coniecturis & præſumptionibus inducta & facta cenſeatur.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio directa an & quando coniecturis & præſumptionib. inducta cenſeatur.*

*Quod coniecturis induci poſſit, auctoritate quamplurium oſtenditur. num. 2.*

*Contra, num. 3.*

*Referuntur opiniones diſtinguentium. num. 4.*

*5 Intellectus. l. Titius & Saius. & l. ſeq. ff. de hæred. inſtit.*

*6 Subſtitutio directa coniecturis induci non dicitur, etiam in caſu, in quo ageretur de ſuſtinendo teſtamentum, etiam ſi alioqui corrueret teſtamentum.*

*Idem in teſtamento condito à patre inter liberos. num. 8.*

*7 Miles ſolis coniecturis & præſumptionibus ſubſtituere poteſt, cum etiam poſſit teſtari quoquo modo velit.*

DISSERVIMVS ſuprà de inſtitutione hæredis, & inter alia explicauimus ſupra in præſumpt.... an & quando hæredis inſtitutio cenſeatur inducta & facta cõiecturis & prǽſumptionibus: Nunc cùm de ſubſtitutionibus agendum ſit dubitari pariter con-
1 tingit, an & quando † ſubſtitutio ipſa directa dicatur inducta ſolis coniecturis & præſumptionibus? Qua quidem in diſputatione tres ſunt Doctorum opiniones: ſicuti & tres fuerunt in ea diſputatione, de inſtitutione.
2 Prima † quarum eſt, coniecturas & præſumptiones ſufficere ad inducendum directam ſubſtitutionem. Hac in opinione fuerunt Bald. & Imola in l. Titia Sæia. §. Sæia libertis. de leg. 2. Alex. & Iaſ. in l. poteſt. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Idem Alex. in conſ. 91. num. 9. lib. 1. Corne. in conſ. 320. num. 7. lib. 4. Rimi. Senior in conſ. 256. nu. 5. lib. 2. Iaſ. in l. ſi pater impuberes. prope finem. ff. de vulga. & pup. ſubſtit. & in l. pen. nu. 9. C. de impuberum & aliis ſubſt. & idem in conſ. 41. col. pen. verſic. ſed fortius vltra. lib. 1. Soc. Sen. in l. qui duos, in quarto notab. ff. de rebus dubiis, Herculanus in l. pater filiam. §. vlt. col. 13. ff. ad l. Falcidiam: Fortunius Garſia in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 74. & num. 97. ff. de liberis & poſth. qui.

Decius in l. pen. in 4. notab. C. de impuberum & aliis ſubſtit. Alci. in l. vel ſingulis. num. 6 ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & in lib. 3. de verb. ſignif. nu. 25. verſ. ſed hos ego, & Craue. in conſil. 62. num. 15. Et hanc quidem opinionem prædicti probant text. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. cui reſpondent Caſtren. in l. pen. col. 1. C. de impub. & aliis ſubſt. & Torniellus in l. hæredes mei. §. cum ita nu. 24. ff. ad Trebell. & fortè melius Socin. Iun. in conſ. 103. nu. 13. lib. 1. & prædictos ferè omnes congeſſi in conſ. 303. num. 45. lib. 4.
3 Secunda fuit † opinio eorum, qui exiſtimarunt, directas ſubſtitutiones non induci coniecturis & præſumptionibus. Ita gloſſ. in l. cum proponebatur. in fin. gloſſæ magnæ. de leg. 2. Dynus & Bald. in l. vnica. §. pro ſecundo. nu. 8. verſi. & hoc facit ad quæſtionem. C. de cadu. tollen. Angelus in l. antequam. C. communia de ſucceſſio. Caſtren. in l. vel ſingulis. ff. de vulg. & pup. ſubſt. in l. Titia Sæio. §. Sæia libertis. de leg. 2. & in l. pen. num. 3. C. de impub. & aliis ſubſtit. & idem in conſil. 411. libr. 1. Roma. in l. ſi cum dotem. in princ. num. 38. ff. ſoluto matr. Caccialupus inter conſilia Alexandri in conſ. 14. colum. vlt. lib. 4. Socin. Sen. in l. cum auus, col. antepen. ff. de cond. & demonſt. & in conſ. 140. col. 1. lib. 1. repetito in conſ. 218. lib. 2. Iaſ. in l. pen. nu 7. C. de impuberum & aliis ſubſtit. Ruyn. in conſ. 90. num. 5. & in conſ. 156. nu. 3. lib. 2. Decius in conſ. 211. num. 3. & in conſ. 371. nu. 6. Galliaula in l. Cen. nu. 341. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Ripa num. 35. & idem Ripa in l. 1. num. 83. eo. tit. Socinus Iun. in conſ. 102. num. 17. lib. 1. & in conſil. 174 num. 8. lib. 2. & in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 20. & ibidem Torniellus nu. 24. ff ad Trebel. Coraſius in l. pen. nu. 5. C. de impub. & aliis ſubſt. & Emanuel Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in prima par. num. 20. ff. de libe. & poſthu. Et hæc quidem opinio mihi etiam aliquando placuit, vt ſcripſi in conſil. 97. num. 48. lib. 1. Et prædicti quidem adducti ſunt text. l. vel ſingulis. & l. ſi pater. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. 1. ff. ſi tab. teſta. extab. & confert text. in l. iubemus. C. de teſta.
4 Tertia fuit opinio † ſic diſtinguentium. Aut coniecturæ ſumuntur ex expreſſis in teſtamento. Et tunc locum habet prima opinio, nempè directam ſubſtitutionem ſic induci poſſe. Aut coniecturæ ſumuntur extrinſecus: Et tunc procedit ſecunda opinio. Ita ſanè ſcripſerunt Bal. in l. captatorias. num. 4. C. de teſta. milit. Aretinus in l. poteſt. col. 2. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Alcia. in lib. 3. de verb. ſignific. num... Socinus Iunior in conſ. 102. col. 3. lib. 1. Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita, in tertia part. num. 75. ff. ad Trebel. & hanc quoque probauit Io. Marcus Aquilinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in prima par. num. 10. ff. de vulg. & pup. ſubſt. De ſecundo huius diſtinctionis capite nil eſt quod dicam: cùm exiſtimem eſſe ſatis certum & ſatis probari iuribus illis ſuprà in ſecunda opinione allegatis. Ita etiam verum eſſe credo primum ipſum caput, nempè directam ſubſtitutionem induci coniecturis & præſumptionibus deſumptis ex ſcriptis in ipſomet teſtamento. Nam præter text. l. Titius. §. Lucius Titius, & l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. perpenſa ab Aquilino poſt alios in loco
5 ſupra allegato. numer. 11. & 12. clarè probat † text. l. Titius & Sæius cum l. ſequenti. ff. eo. tit. de hæred. inſtitut. quæ ita ſcriptæ ſunt.

*Titius & Sæius vtervè eorum viuet, hæres mihi eſto: Exiſtimo, ſi vterque viuat, ambo hæredes eſſe: altero mortuo, eum, qui ſupererit ex aſſe hæredem fore.* Subiungit Vlpianus. *Quia tacita ſubſtitutio in eſſe videtur inſtitutioni.* Et certum ibi agi de vulgari ſubſtitutione: Et tamen præſumpta eſt, cùm colligatur ſolùm ex inſtitutione: Et Vlpianus appellat tacitam, vtitur que ille verbo, videatur. Et ſententiam hanc comprobant quæ diximus ſupra in præſumpt.... vbi explicauimus hæredis inſtitutionem colligi ex coniecturis reſultantibus ex verbis in ipſo teſtamento ſcriptis.
6 Extenditur ſecunda † illa opinio, dum diximus, coniecturis extrinſecus ſumptis non induci ſubſtitutionem directam. Extenditur inquam vt locum habeat etiam eo in caſu, in quo ageretur de ſuſtinendo teſtamentum. Non enim admittuntur hæ coniecturæ ad inducendam hanc directam ſubſtitutionem, etiam ſi alioqui corruet teſtamentum. Ita Emanuel Coſta in l. Gallus. § & quid ſi tantùm in prin. nu. 20. ff. de libe. & poſth & Hierony. Zancus in d. l. hæredes mei. §. cum ita. in 3. par. num. 76. ff. ad Trebel.
7 Declaratur † primum, vt locum non habeat, in teſtamento militis. Cum enim is teſtari poſſit quo vult modo. l. 1. ff. de milita. teſta. ſic pariter poterit ſolis coniecturis & præſumptionibus ſubſtituere. Ita declarant Coſta & Zancus in locis ſupra citatis. Et diximus ſuprà in præſumpt.... vbi de inſtitutione præſumenda diſſeruimus.
8 Declaratur ſecundo † non habere locum in teſtamento condito à patre inter liberos. Ita Coſta in dicto loco. numer. 43. & Zancus vbi ſuprà. num. 77. verſic. atque etiam. Et dixi in d. præſumpt.

## PRÆSVMPT. LXV.

### Subſtitutio directa an & quando ex præſumpta mente teſtatoris extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam & de tempore ad tempus, diligens & accurata explanatio.





### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio directa an & quando præſumatur extendi de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus.*

*2 Subſtitutio directa dicitur ſecunda inſtitutio, & eſt æquè fauorabilis vt ipſa prima inſtitutio. 3.*

*4 Subſtitutio facta eo caſu, quo poſthumus natus non erit, extenditur ad caſum, cum naſcitur, & moritur, vel repudiauit.*

*5 Diſpoſitum id cenſetur, & pro diſpoſito habetur de quo ſi teſtator ipſe interrogatus fuiſſet, veriſimiliter reſpondiſſet ſic velle.*

*6 Subſtitutio exemplaris facta in vno caſu furoris extenditur ad alium caſum ſimilem.*

*7 Subſtitutio facta ſi hæres præmoreretur, extenditur ad caſum ſi hæres non extaret.*

*8 Subſtitutio facta, ſi filius non eſſet in rerum natura, extenditur ad caſum, quando filius in rerum natura extitiſſet, ſed in pupillari ætate deceſſiſſet.*

*9 Subſtitutio facta ſi maſculi deceſſiſſent ſine maſculis, relictis fœminis, an extendatur etiam ad caſum ſi deceſſiſſent ſine maſculis, & fœminis.*

*10 Mortis caſum extendi ad caſum ſecundarum nuptiarum.*

*11 Subſtitutus ſub conditione filio inſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis, admittitur etiam in caſu, quo inſtitutus decederet viuo teſtatore.*

*12 Subſtitutio facta decedente hærede ſine filijs adita hæreditate, habet etiam locum ſi is inſtitutus non adiuit.*

*13 Subſtitutio hoc modo concepta, inſtituo hæredem filium mihi ex vxore mea naſciturum: & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Titium, ſi non eſt natus filius, an habebit locum.*

*14 Conditio impleri debet in forma ſpecifica, & id magis in conditione voluntaria.*

*Et an poſſit impleri per caſum ſimilem. num. 15.*

*16 Extenſio de caſu ad caſum ſit etiam in conditionibus voluntarijs ex mente, & voluntate teſtatoris.*

*17 A verbis teſtatoris non eſt recedendum, quando manifeſtè non conſtat de eius mente.*

*18 Subſtitutio directa non extenditur ad caſum contrarium, & ſibi diſſimilem.*

*19 Extenſio de caſu ad caſum non admittitur, quando in indiuiduo caſus eſt expreſſus.*

*20 Subſtitutio ſi facta fuit de poſthumis naſcituris ſi an extendatur ad caſum, quando vnus tantum poſthumus natus eſſet.*

*21 Subſtitutus nunquid admittatur, ſi teſtator inſtituit poſthumus, cui decedenti ſubſtituit ſecundum poſthumum ſibi naſciturum: cui decedenti ſubſtituit fratrem. An admittatur frater hic ſi ſecundus poſthumus natus non eſt.*

*22 Subſtitutio directa extenditur de caſu ad caſum fauore piæ cauſæ, & maximè ſi in teſtamento adiecta fuerit clauſula codicillaris.*

*23 Subſtitutio vulgaris comprehenſa ſub compendioſa extenditur de caſu ad caſum.*

*24 Subſtitutio directa extendi cenſetur, quando adiecta eſt in ea dictio, tunc.*

*Secus quando adiecta eſſent verba reſtrictiua, quibus ſignificauit teſtator ſe tantummodo in eo caſu ſubſtituiſſe. num. 25.*

*26 Verba, Et non aliter: ſunt adeò reſtrictiua, vt omnem alium caſum excludant.*

*Idem de verbis, Et eueniente caſu ſupra ſcripto. 27.*

*Idem dicendum de verbis, tunc & eo caſu. 28.*

*29 Subſtitutio directa tunc non extenditur de caſu ad caſum, quando ex hoc reſultaret aliquod abſurdum, & inconueniens.*

*Idem quando ex dicta extenſione induceretur pœna. nu. 30.*

*Idem quando teſtator ſpecialiter prouidit in vtroque caſu. 31.*

*32 Legis diſpoſitio ceſſat, vbi habetur expreſſa diſpoſitio, & prouiſio teſtatoris.*

*33 Subſtitutio directa tunc non extenditur, quando ſubſtitutio eſt facta ſub conditione voluntaria.*

*34 Subſtitutio directa an & quando extendatur de perſona ad perſonam, ex præſumpta mente teſtatoris, & an dicta extenſio ſit iure permiſſa.*

*35 Hæredis inſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex præſumpta mente teſtatoris.*

*36 Subſtitutio tunc præſumitur extẽdi de perſona ad perſonã quãdo aliàs excluderetur perſona magis dilecta: præſumendum enim eſt teſtatorem noluiſſe illam excludi, & ſic ſubſtitutionem ad illam extendi.*

*Idem, quando ſubſtitutio aliàs redderetur eluſoria. num. 37.*

*Idem quando illa perſona, ad quam ſit extenſio, continetur ſub nomine expreſſæ perſonæ, latè ſumpto vocabulo. 38.*

*39 Subſtitutio directa an & quando extendatur de tempore ad tempus: & an ſit permiſſa. d. extenſio.*

*Quòd ſi tempus fuit adiectam voluntarie, non extenditur, ſecus ſi neceſſitate cauſatiua. num. 40.*

*Et quid ſi militat eadem ratio tam in tempore non expreſſo quam in expreſſo. num. 41.*

*Et quid in tempore tacito & à lege ſubintellecto. 42.*

1 DISSERVIMVS ſupra in † præſumpt. quando hæredis inſtitutio ex præſumpta mente teſtatoris extendatur. Nunc diſputandum eſt de ſubſtitutione, quæ & ſi eadem tractatione explicari potuit cum ipſa inſtitutione, à qua ſubſtitu-
2 tio hæc directa parum differt, cum & hæc dicatur † ſecunda inſtitutio, vt inquit glo. in l. Gallus. in princip. ff. de liberis & poſth. Et æquè fauorabilis, vt ipſa prima inſtitutio, ſicuti dicemus infra: Attamen clarioris explanationis gratia & aliis de cauſis ſeparatim de ſingulis diſſerere volui. De ſubſtitutione itaque hac directa tres caſus diſtinguo atque conſtituo: ſicuti & tres propoſui in ea præſumpt. 26. vbi de inſtitutione diſſerui.

Primus eſt, quando agitur de extendenda ſubſtitutione hac directa de caſu ad caſum: & extat præſumpta mens teſtatoris. Exemplum proponitur in egregia illa controuerſia, de qua fuit diſputatio inter Sapientiſſimos Q. Mucium Scæuolam, & L. Craſſum, & cuius meminere M. Cicero & Quintilianus, quos commemoraui in conſil. 326. num. 24. M. Coponius teſtator Manium Curium hæredem fecerat his verbis. Si mihi poſt mortem meam in decem menſibus proximis filius natus erit, hæres eſto. Quod ſi is antequam in tutelam venerit, moriatur, tunc in locum partémque eius M. Cuius hæres eſto. Natus non eſt poſthumus. Manius Curius ſubſtitutus apud centum viros petebat ex teſtamento hæreditatem. Agnatus Coponij, defendente Scæuola, contendebat, non eueniſſe caſum ſubſtitutionis, & propterea ſibi deberi ſucceſſionem ab inteſtato aſſerebat. Manij verò Curij partes tuebatur L. Craſſus, qui non verba, ſed voluntatem ſpectandam eſſe dicebat: eámque fuiſſe teſtatoris mentẽ & voluntatẽ aſſerebat, vt quo quo modo non adeſſet filius ſiue non natus, ſiue natus & pubes factus non eſſet, Manius Curius hǽres eſſet. Pro L. Craſſi opinione atque ita pro ſubſtituto multa vrgent.

Primò reſponſum Pauli in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. quod conſiderauimus ſuprà in d. prǽſumpt. 26. Nec repugnat, Paulum ſic de inſtitutione fauorabili reſpõdiſſe: cum
3 † & ſubſtitutio directa fauorabilis ſit & ob id largam admittit interpretationem: ſicuti ſcripſerunt Bartol. in l. ſub conditione. nu. 2. ff. de hǽred. inſtit. Bal. in l. cum proponas. num. 8. C. eo. & in l. humanitatis. num. 29. in fin. C. de impub. & aliis ſubſt. Iaſon in l. 1. in prin. nu. 24. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ad rem Crauetta in conſ. 904. num. 8. lib. 5. & Cephalus in conſ. 114. num. 19. lib. 1.

Secundò adduci ſolet text. l. vlt. C. de poſth. hæred. inſtit. quem pariter explicauimus in dicta præſumpt. 26.

Tertiò textus. l. Gallus §. & quid ſi tantùm. ff. de liberis & poſth. de quo etiam diximus in prædicta præſumpt. 26.

Quartò confert. l. ab exhæredato. §. vlt. de leg. 1. Cuius verba hæc ſunt. *Cum à poſthumo ita legetur. ſi hæres erit: & non nato poſthumo, ſubſtituti adeant, legata eos debere, exiſtimandum eſt, quæ ille, ſi viueret, debiturus erat.* Ecce ſubſtitutos naſcituro admitti eo non nato.
4 Quintò ſuffragatur † l. vlti. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi ſubſtitutio facta eo caſu, quo poſthumus natus non erit, extenditur ad caſum, cùm naſcitur & moritur, vel repudiauit.
5 Sextò accedit, quod † haberi debet pro diſpoſito, de quo ſi fuiſſet teſtator ipſe interrogatus, veriſimiliter reſpondiſſet, ſic velle: vt tradunt gl. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis & ibi copioſè Iaſon, & poſt alios Decius in conſil. 89. num. 1. Socin. Iun. in conſil. 117. num. 5. lib. 1. & Tiraquellus in l. ſi vnquam, in verbo libertis. nu. 27. C. de reuocan. donat.

& in ſpecie noſtra ſic argumentati ſunt Decius in conſil. 227.
num.10.& Decianus in conſil. 1. num. 100.lib.1. Porrò in ca-
ſu teſtamenti & diſpoſitionis. M. Coponij dubitandum non
eſt, quin ſi is fuiſſet interrogatus, ac vellet, quod ſi nullus ei
natus eſſet filius, hæres foret Manius Curius: reſpondiſſet, vel-
le: quia ſi eum dilexit, nato & mortuo filio impubere: ita eum
pariter dilexiſſe dicendum eſt, filio ipſo non nato. Nulla enim
probabilis differētiæ ratio inter vnum & alterum caſum con-
ſiderari poſſe videtur.
6 Septimò huc † pertinent traditiones multorum ſimiles. Et
primùm Bart. in l. ex facto. num. 28. ff. de vulg. & Baldi in l. hu-
manitatis. col. pen. q. 4. C. de impuberum & aliis ſubſtit. cum
dixerunt exemplarem ſubſtitutionem factam in vno caſu fu-
roris extendi ad alium caſum: vt puta ſi is filius à furore libe-
ratus, effectus eſt mutus, vel prodigus & prædictos ſecuti ſunt
Albericus in l. precibus. numer. 85. in fine. C. de impub. & aliis
ſubſt. & Iaſon in l. 1. num. 25. ff. de vulg. & pup. ſubſt. latè Ripa
in l. ex facto, nu. 83. ff. de vulg. Eſt ſimile quod egregiè & do-
ctè docuit Fulgoſius in l. vlt. col. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. cùm
7 ſcripſit, ſe aliquando † reſpondiſſe, quod cum teſtator inſti-
tuiſſet fratrem: & ſi is deceſſiſſet ante teſtatorem, ſubſtituiſſet
hoſpitale. Is frater in remotis regionibus agens ignorans ſe
factum hæredem, hæreditatem non adiuit. Dixit Fulgoſius ſe
reſpondiſſe, factum fuiſſe locum ſubſtitutioni. Quæ etſi facta
fuit, ſi hæres præmoreretur, attamen extenditur ad caſum, ſi
hæres non extitiſſet. Et Fulgoſium ſecutus eſt Iaſon in d. l. 1.
num. 26. ff. de vulg. & pup. ſubſt. qui recenſet Imolam & Ale-
xandrum idem affirmantes. Et ſi ipſe Iaſon ibidem. num. 30.
Commemoret gloſſam in l. ſi mater. §. 1. ff. de vulg. & pupil.
ſubſtit. & ibidem Baldum diſſentientes ab hac Fulgoſij tradi-
tione. Et à quo quidem diſſentiunt etiam alij à me congeſti
in conſil. 326. nu. 29. lib. 4. & quos ſecutus ſum. Eſt etiam ſi-
8 mile quod † reſpondit Romanus in conſ. 56. num. 3. cum di-
xit, quod ſubſtitutio facta, ſi filius non eſſet in rerum natura,
extenditur ad alium caſum, quando filius in rerum natura ex-
titiſſet, ſed in pupillari ætate deceſſiſſet. Et huius ſententię ci-
tat Romanus gloſſam. l. qui habebat, in verbo pubes. ff. de
vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Imola eam perpendit. Idem cum
Romano ſcripſerunt Iaſon in d. l. 1. num. 27. ff. de vulg. & pu-
pil. ſubſt. Curtius Iunior in conſil. 83. num. 6. Pariſius in con-
ſil. 70. num. 19. lib. 2. Socinus Iunior in conſil. 180. num. 28.
lib. 2. & Alciatus in reſp. 250. num. 8. & in lib. 3. de verb. ſigni.
nu. 27. Huc etiam facit quod ſcripſit idem Iaſon in d. l. 1. nu.
29. ff. de vulg. ex ſententia Bart. in l. quandiu. inſtitutus. ff. de
acquir. hæred. cum dixit, quod ſi teſtator inſtituit filium ſuum
pupillum: & ſi ipſe deceſſiſſet in pupillari ætate ſubſtituit Ti-
tium, & quandocunque decederet Titius ſine liberis ſubſti-
tuit Sempronium. Si contingat decedere Titium ante pupil-
lum. Deinde moriatur pupillus, Sempronius adhuc ſuccedit:
cum illa ſubſtitutio eo in caſu, ſi præmoriatur pupillus, exten-
datur ad hunc caſum, ſi decedat prius ipſe Titius. Eſt quoque
ſimile quod ſcripſerunt Raynerius, & Galliaula in l. Gallus. §.
quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. quos recenſet & ſequitur Al-
cia. in lib. 3. de verb. ſignif. num. 27. verſ. quartò hæſitatum eſt.
9 Teſtator † iuſſit, quod ſi filij abſque maſculis morerentur, re-
lictis fœminis, hæreditas ſua in partes diuideretur, ex quibus
vna fœminis daretur: duæ Titio & Sempronio. Contigit,
quod ij filij deceſſerunt abſque maſculis & fœminis. Dubita-
tum eſt, an locus eſſet ſubſtitutioni ad commodum Titij &
Sempronij. Scripſit Alciatus poſt prædictos, locum eſſe: cum
ſubſtitutio facta in eo caſu, ſi maſculi deceſſiſſent ſine maſcu-
lis, relictis fœminis, extendatur etiam ad caſum, ſi deceſſiſſent
ſine maſculis & fœminis. Nam ſi teſtator voluit Titium &
Sempronium in detrimentum neptum capere duas hæredi-
tatis partes: quanto magis non natis ipſis neptibus: earumque
damno ceſſante? Et idem ſenſit Angelus in conſil. 93. in fine.
Et ſi Decius in conſil. 89. aliter reſpondit. Eſt etiam ſimile,
10 quod ſcripſit † Io. Andreæ in additionibus ad Specul. in tit.
de ſecundis nuptiis, in rub. cum dixit, diſputando fuiſſe deter-
minatum, quod ſi teſtator filiis inſtitutis, legauit vxori mille
fruendo toto tempore vitæ ſuæ, honeſtè viuendo, & ei dece-
denti ſubſtituit Caium: vxor prædicta non deceſſit, ſed ſecun-
do nupſit: fuit inquam determinatum, Caium admitti debere
ſtatim nupta muliere: quia caſus mortis extenditur ad caſum
ſecundarum nuptiarum. Et Ioan. Andreæ ſecuti ſunt Bartolus

Baldus, & Albericus in auth. hoc locum. C. de ſecund. nupt. &
omnes in l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. & Decianus in conſ. 1. num.
89. libr. 1. Eſt etiam ſimile quod docuit Socin. in l. qui duos.
numer. 4. in fine. ff. de reb. dubiis, cùm dixit, quod ſi habens
duos filios impuberes ſubſtituit vltimo decedenti, & ambo
ſimul naufragio perierunt, ſubſtitutus admittitur, atque ita
caſus directæ ſubſtitutionis ad alium caſum extenditur. Hoc
etiam facit, quod egregiè reſpondit Bald. in conſil. 441. teſta-
tor. libr. 4. & in conſil. 170. Quidam Nicolaus. libr. 5. cum di-
11 xit, ſubſtitutum † ſub conditione filio inſtituto, ſi deceſſiſſet
ſine liberis, admitti, etiam in caſu, quo inſtitutus decederet
viuo teſtatore. Idem reſpondit Calcaneus in conſ. 103. quos
ſecutus eſt Decianus in conſ. 1. num. 91. & num. 93. lib. 1. con-
12 fert etiam quod reſpondit † Socin. Iunior in conſil. 106. num.
20. & in conſil. 114. numer. 26. lib. 1. & ſequitur Decianus in
conſ. 1. numer. 109. libr. 1. quod ſi teſtator vocauit ſubſtitutum
decedente hærede ſine filiis adita hæreditate, extenditur ad
caſum, ſi is inſtitutus non adiuit.
Nono & vltimo. L. Craſſi ſententia auctoritate quam plu-
rium ex noſtris in ſpecie firmatur. Eam ſanè probarunt Ray-
nerius in Tract. ſubſtitutionum. Guilielmus Cuneus in l. pre-
cibus. C. de impub. & alis ſubſt. Bart. in l. 1. num. 33. ff. de vul-
ga. & pup. ſubſt. Baldus in l. vlt. num. 7. C. de inſtit. & ſubſt. &
manifeſtius Alberic. in Rub. ff. de vulga. & pup. ſubſt. num. 23.
verſ. ſed adhuc circa vulgarem: qui ſcriptum reliquit, quod
13 † cum teſtator haberet vxorem, quam credebat pręgnantem,
dixit, inſtituo hęredem filium mihi ex vxore mea naſciturum:
etſi hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit, Titium ſubſti-
tuo. Non eſt natus filius, dubitatum fuit, an is Titius ſubſtitu-
tus deberet admitti? dixit Albericus, admitti debere: atque
ita iudicatum fuiſſe: Eandem quoque affirmarunt Angelus in
l. lex Cornelia ff. de vulg. & in conſil. 93. col. vltim. Salicetus
in l. ſi teſtamentum, in q. 5. principali. C. de inſtit. & ſubſt. Ful-
goſius in conſil. 90. Imola in l. ab exhæredato. §. vlt. in fine. de
leg. 1. Aretinus in l. quandiu. la 2. col. pen. num. 7. ff. de acquir.
hæred. Io. de Anna. in conſ. 66. in ſecundo dubio, Signorolus
in conſ. 119. num. 3. Alex. in l. 1. nu. 33. in fin. ff. de vulg. & pup.
ſubſt. Lud. Bologninus in conſ. 9. vol. 2. ver. probatur etiam, &
col. 3. ver. tertiò: Calcaneus in conſ. 103. col. 2. ver. ego tamen,
& in conſ. ſubſequenti ipſi Calcaneo ſubſcripſit Antoninus
Roſellus, Corneus in conſ. 276. num. 12. libr. 3. Socin. Sen. in
conſil. 52. col. 4. verſ. quæ quidem ſubſtitutio. lib. 1. & in l. qui
duos. nu. 4. in fine. ff. de rebus dubiis. Curtius Sen. in conſ. 51.
ſuper teſtamentis. col. pen. verſ. condeſcendo ad teſtamentum
D. Vgonis, & idem in conſ. 75. D. Ludouicus. col. pen. & vlt.
Iaſon in l. 1. num. 28. & num. 59. ff. de vulga. & pup. ſubſt. & co-
pioſius in conſ. 148. lib. 2. Decius in conſ. 227. in ſecundo du-
bio, & in conſil. 238. nu. 3. Socinus Iunior in conſil. 181. lib. 2.
Qui quidem Deci. & Socinus de eadem facti ſpecie interro-
gati reſponderunt. Bertrandus in conſ. 174. nu. 3. lib. 3. & hos
tres & viginti interpretes recenſet & ſequitur Decianus in
conſ. 1. à nu. 128. vſque ad 134. lib. 1. vbi refert etiam Viglium,
qui tamen contrariam opinionem probauit. Prædictis acce-
dunt Ruynus in conſ. 201. nu. 9. lib. 2. & in l. Gallus. §. & quid
ſi tantum. nu. 45. ff. de lib. & poſth. Alciatus ſibi parum con-
ſtans in reſp. 250. nu. 8. & in lib. 3. de verb. ſign. num. 8. & nu.
26. Marza. in conſ. 1. col. 1. Craue. in conſ. 904. num. 5. verſic.
2. vbi pluribus Hiero. Gabriel in conſ. 95. num. 3. Zanchus in
l. hæredes mei. §. cum ita in octaua parte. nu. 210. ff. de libe. &
poſth. & Balduinus in Commentariis ad Scæuolam. Contra-
riam opinionem, quod imò directa ſubſtitutio non extenda-
tur de caſu ad caſum etiam ex pręſumpta mente teſtatoris co-
nati ſunt defendere alij multi, ſecuti Q. Mucium Scæuolam.
Et primò quidem moti ſunt text. l. commodiſſime. ff. de libe-
ris & poſth. Verùm ex his, quæ ſcripſi ſupra in præſumpt. ſatis
conſtat, in l. obeſſe.
14 Secundò hac pro opinione vrgere videtur: quod † condi-
tio impleri debet in forma ſpecifica. l. qui hęredi & l. Mæuius.
ff. de cond. & dem. & tanto magis in conditione voluntaria,
qualis eſt hæc ipſa. Ita Bart. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
numer. 2. & 3. ff. de lib. & poſth. quem ſecuti ſunt alij congeſti
à Deciano in d. conſil. 1. numer. 6. lib. 1. qui copioſè explicat.
Atqui ſubſtitutio facta vno in caſu dicitur facta ſub conditio-
ne, ſi ille caſus eueniet, ergo ſubſtitutio facta in vno caſu ad
alium non extenditur.





15 Reſpondetur † primò, conditionem impleri poſſe per ca-
ſum ſimilem. l. legatum. ff. de vſufructu legato. tradunt Barto.
in l. 1. col. vlt. ff. de cond. inſt. Angelus in l. paterfam. ff. de hæ-
red. inſtitu. & in ſpecie hoc reſponderunt Iaſon in conſ. 148.
col. 5. verſ. non obſtat quintum, & in conſ. 203. col. 3. verſ. non
obſtat tertium. lib. 2. Soci. Iun. in conſil. 181. num. 50. lib. 2. &
Decianus in conſil. 1. num. 138. libr. Porrò quod ſimiles ſint
caſus iſti pro certo habetur, vt diximus ſuprà. Et hinc intelli-
gimus nil obſtare quod reſpondi in conſ. 326. num. 11. lib. 4.
Illa enim procedunt inſpecta verborum proprietate, non au-
tem ratione, & mente diſponentis præſumpta.
16 Reſpondetur † ſecundò, quod imò etiam in cōditionibus
voluntariis fit extenſio de caſu ad caſum ex mente, & volun-
tate teſtatoris. Ita in ſpecie declarauit & reſpondit Decius in
conſilio 227. col. penult. verſ. non obſtat, quod ſuprà: & idem
ſenſerunt Iaſon & Socinus Iunior præcitatis in locis, quos ſe-
cutus eſt Decianus in d. conſ. 1. num. 142. verſic. ſeptimo per
quod: qui. 143. ſubiungit poſt Socinum Sen. in conſ. 52. col.
5. verſic. prætereà ſi lex. lib. 1. hanc dici non poſſe propriè ex-
tenſionem, ſed interpretationem intellectiuam, iuxta l. quam-
uis. C. de fideicommiſ. vbi gloſ. & Doct. & præcitato in loco
Decianus. num. 144. Commemorat aliam reſponſionem, quę
in idem reincidit, ex mente Decij in dicto conſilio 227. nu-
mero 8.
17 Tertio † ſuffragari videtur ratio, qua dicimus à verbis te-
ſtatoris non eſſe recedendum, quando manifeſtè non conſtat
de eius mente. l. non aliter. ff. de leg. 3. & egregiè tradit poſt
alios Craue in conſ. 161. num. 13. At qui in hoc caſu non con-
ſtat de mente, & voluntate teſtatoris, quòd voluerit compre-
hendere alium caſum, quam expreſſum. Ergò à verborum
proprietate non eſt recedendum. Reſpondetur, imò conſtare
de mente, & voluntate ipſius teſtatoris, cùm caſus ſint ſimiles,
tam quo ad rationem, quàm quo ad effectum, ſicuti ſuprà de-
monſtrauimus.
18 Quartò non † mediocriter facere videtur: quod etſi con-
cedimus ſubſtitutionem directam factam in vno caſu extēdi
ad alium: non tamen extenditur ad caſum contrarium, vel diſ-
ſimilem. Ita Bart. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 7. ff.
de lib. & poſth. Angelus in l. ſi pater filium. ff. de vulg. & pup.
ſubſt. Corn. in conſ. 276. num. 7. lib. 3. duo ij caſus, naſci & in-
tra certum tempus mori: & non naſci, ſunt contrarij, & diſſi-
miles: cum vnus ponat exiſtentiam alius non. Ita Angelus in
conſ. 93. col. vlt. & in l. 1. pater filium. ff. de vulg. & pup. ſubſt.
Corneus in conſ. 199. nu. 7. lib. 2. & Craue. in conſ. 361. num.
3. Ergò extenſio de vno ad alium admitti non debet. Reſpon-
detur, quòd etſi ij caſus videtur contrarij, aut diſſimiles re-
ſpectu verborum, non tamen ſunt diſſimiles quò ad rationem
& effectum: & proptereà vnus ſub altero continetur, vt dixi-
mus ſuprà. Ita reſpondet Decianus in d. conſil. 1. nume. 158.
libro 1.
Quintò hæc opinio confirmari videtur, ea ratione, quod
quando teſtator dixit, ſi filius mihi naſcetur, & deceſſerit an-
tequam factus erit pubes, expreſſiſſe dicitur caſum in indiui-
19 duo, non autem in ſpecie. Atqui quando † in indiuiduo caſus
eſt expreſſus non admittitur extenſio de caſu ad caſum. Ita
Angelus in l. 1. §. 1. & in l. ſi pater filium. ff. de vulga. & pupil.
ſubſti. & Angelum ſecuti ſunt Alex. in conſ. 1. num. 15. verſic. &
poſito. quod lib. 1. & Socinus. Sen. in conſ. 140. col. vlt. lib. 1. &
in conſ. 259. col. 3. verſ. aliquando & ſecundo. lib. 2. Ergò no-
ſtro in caſu non debet admitti extenſio ad caſum ſi non na
ſcetur. Reſpondetur, veram nō eſſe Angeli traditionem, ſicuti
eum in ſpecie reprehendunt Imola in cap. Raynutius. nu. 73.
verſ. item etiam aduerte. & ibidem Barb. num. 49. de teſtam.
Corneus in conſil. 239. col. vlt. lib. 2. & in conſ. 276. ad finem
lib. 3. Alex. in l. 1. num. 11. verſ. ſecundo modo limita. & ibidem
Iaſon. num. 25. ff. de vulg. & pup. Idem Iaſon in l. 3. num. 9. C.
de hæred. inſt. Ruinus in conſ. 97. num. 4. & in conſ. 183. num.
12. lib. 2. & in conſ. 128. num. 12. lib. 3. Craueta in conſ. 904.
num. 10. verſ. quartum item, & Decianus in conſ. 1. num. 160.
libr. 1. qui dixit, Angelo repugnare. l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tùm. ff. de liberis, & poſthu. vbi in indiuiduo expreſſus fuerat
caſus, hoc eſt, ſi me viuo morietur. Et tex. l. vlt. C. de inſt. ſubſt.
vbi expreſſus fuerat caſus, ſi non naſcetur eo viuo: Et tamen
vtroque in caſu admittitur extenſio, quemadmodum ſuprà in
ſecundo, & quarto argumento pro L. Craſſi opinione dixi-

mus. Nec repugnat l. ſi ita quis. & l. pater filium. ff. de vulgar
Nam in caſu d. l. ſi ita quis, ſubſtitutio facta fuerat ad certum
& limitatum tempus, & propterà vlterius extendi non pote-
rat. Ita declarant Iaſon in l. 3. num. 10. C. de hæred. inſt. & alij,
quos congeſſit, & ſecutus eſt Crauetta in d. conſ. 904. num. 10.
verſ. neque textus, qui pariter poſt Iaſonem, & alios reſpōdet.
d. l. pater filium, quæ loquitur quando tempus adiectum ſub-
ſtitutioni facit variare perſonam.
Sextò fulcitur hæc opinio multorum auctoritate ſimili in
caſu, nempè Old. in conſil. 142. & eius nomine ſuppreſſo. Io.
Andreæ in additione ad Spec. in tit. de teſtamentis. §. in pri-
20 mis, in vltima additione, in verſ. quarta quæſtio, quòd † ſi ſub-
ſtitutio facta fuit de poſthumis naſcituris, & ſic in plurali, &
non extenditur ad caſum, quando vnus tantùm poſthumus
natus eſſet. Et traditionem hanc ſecuti ſunt Roma. in l. quan-
diu. la 2. col. vlt. ff. de acq. hęred. Corn. in conſ. 199. num. 7. lib.
2. Decius in conſ. 287. nume. 13. & 14. & Cozad. in conſil. 67.
num. 3. Verùm reſpondetur aduerſus Oldradum, & Ioan. An-
dreæ eſſe communem Doctorum opinionem, ſicuti teſtatur
Decianus in d. conſ. 1. num. 265. verſ. & ſimiliter reſpondetur,
qui in ſpecie recenſet Aret. in l. placet. ff. de acq. hære. & Rui-
num in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 48. ff. de lib. & po-
ſthumis. damnantes Oldradi opinionem. Et præter hos ſic
quoque Alexand. in conſ. 109. lib. 7. Iaſ. in conſ. 108. lib. 4. qui
quidem Iaſ. de eadem facti ſpecie contra Decium reſpondit.
ſic etiam Alcia. in lib. 3. de verb. ſignif. num. 27. & Zanchus in
l. hæredes mei. §. cum ita. in octaua parte. num. 57. & nu. 209.
ff. ad Trebell.
Septimò, in ſpecie magis pro Q. Mucij Scæuolæ opinione
reſpondit Oldradus in conſ. 177. teſtator in ſuo vltimo, Inſti-
21 tuerat † teſtator poſthumum, cui decedenti in pupillari ætate
vel quandocunque ſubſtituit ſecundum poſthumum ſibi na-
ſciturum, cui decedenti in pupillari ætate, vel quandocunque
ſubſtituit fratrem. Euenit quòd nato, & mortuo in pupillari
ætate primo illo poſthumo, ſecundus poſthumus natus non
eſt, frater teſtatoris petebat ſe admitti ad ſucceſſionem, re-
ſpondit Oldradus, non eueniſſe caſum ſubſtitutionis, quia is
frater ſubſtitutus fuerat ſecundo poſthumo naſcituro dece-
dente ſine liberis, qui cùm natus non eſſet, dici non poterat
deceſſiſſe: atque ita caſum, ſi naſcetur, & intra pupillarem æta-
tem morietur: non extendi ad caſum, ſi non naſcetur. Et Ol-
dradi nomine ſuppreſſo idem ſcripſit Ioan. Andreæ in addi-
tionibus ad Specul. in titul. de teſtamentis. §. in primis. Et Ol-
dradum ſecuti ſunt Anchar. Angelus, Signorolus, Alexander,
Corneus, Ruinus, Socinus Senior, Felinus, Pariſius, Gozadi-
nus, Ripa, & Viglius, quos commemoraui in conſilio 326.
nume. 13. 14. 15. & 16. libr. 4. Et prædictis accedit, Crauetta
ſibi parum conſtans in conſ. 361. num. 3. & 7. & in conſil. 363.
num. 9. 12. 20.
Reſpondetur verè receptam magis opinionem eſſe contra
Oldradum: ſicuti teſtantur Soc. Iun. in conſ. 94. num. 21. lib. 1.
& Deciaanus in conſil. 1. num. 165. libr. 1. qui quidem Decia-
nus ſingulatim expedit prædictas auctoritates, & refert alios
ab illis diſſentientes. Et ego ipſe in d. conſ. 326. num. 17. ſenſi
communem eſſe aduerſus ipſum Oldradum. Et veriorem eſſe
opinionem contra Oldradum ſcripſit etiam Alciatus in lib. 3.
de verb. ſignifi. num. 27. & latiſſ. Crauet. in conſ. 904. num. 7.
verſ. ſecundo reſpondetur. & num. 8. verſ. confirmatum ex his.
& ideò ego ipſe in ſæpius citato conſ. 326. num. 16. lib. 4. non
ſum auſus affirmare Oldradi reſponſum.
22 His intelligimus veram eſſe † primam illam opinionem,
permiſſam ſcilicet eſſe extenſionem ſubſtitutionis directæ de
caſu ad caſum. Quæ quidem locum habet multo magis quan-
do verſatur fauor piæ cauſæ, vel libertatis. Ita poſt alios Tira-
quellus in tract. de priuilegiis piæ cauſæ. priuil. 62. Et rurſus
multò magis procedit, quando in teſtamento adiecta fuit
clauſula codicillaris. Ita Decianus in conſilio 1. nume. 134.
libro 1.
23 Extenditur † primò, vt locum habeat etiam in ſubſtitutio-
ne vulgari comprehenſa ſub compendioſa. Nam & hæc ex-
tenditur de caſu ad caſum. Ita reſponderunt Calca. in conſilio
104. colum. 2. & Roſellus in conſilio ſequenti. Corn. in conſi.
320. col. penult. lib. 4. Cur. Sen. in conſ. 75. num. 14. Soci. Iun.
in conſ. 106. nume. 38. lib. 1. & Craue. in conſ. 904. num. 5. verſ.
3. argumento. lib. 5.

24 Extenditur ſecundò † recepta illa opinio.L.Craſſi,vt procedat etiam quando adiecta fuiſſet dictio, tunc ſicuti quando teſtator dixit:Inſtituo poſthumum naſciturum,& ſi is deceſſerit in pupillari ætate, tunc ſubſtituo Caium, ſi is poſthumus nō naſcitur,adhuc Caius ſubſtitutus admittitur.Cum ad eum caſum,ſi non ſit natus,extendatur ſubſtitutio. Ita ſcripſerunt Galliaula in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu. Gozad.in conſi.64.in fi.Pariſ.in conſi.66.num.44.lib.3.Alcia.in lib.3.de verb.ſignifi.num.19. Marzarius in conſi.1.col. 1.& Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita, in octaua parte.nu. 207.ff.ad Trebell.diſſentiunt tamen nonnulli relati à Zanco, vt apud eum.

25 Declaratur † primò, vt locum non habeat hæc ſententia, quādo adiecta eſſent verba reſtrictiua,quibus ſignificauit teſtator ſe tantummodò eo in caſu à ſe memorato ſubſtituiſſe. Afferri poſſunt multa exempla. Et primum quidē eſt, ſi dixit
26 teſtator. Et non aliter. Hæc † enim verba ſunt adeò reſtrictiua,vt excludant alium caſum. Ita in ſpecie reſpondit Alciatus in reſp.492.num.23.quem ſecutus ſum in conſi.326.num.16. lib.4.

27 Eſt † ſecundum exemplum quando teſtator dixit, & eueniente caſu ſuprascripto, vel infraſcripto. Hæc enim verba eſſe reſtrictiua ſcripſit Bart.in l.qui liberis.§.hæc verba.nu.7. ff.de vulg.& pup.ſubſt.

28 Tertium eſt † exemplum, quando teſtator dixit.tunc & eo caſu. Nam & verba hæc eſſe reſtrictiua & impedire extenſionem de caſu ad caſum, reſpondit omnium primus Ancha.in conſil.355.Ex ſerie.nume 3.verſic.3.hoc probat: quem ſecuti ſunt Rom.Soci.Sen.Decius,Gozadinus,Rube.Pariſius,Soci. Iun.Craue.Alciatus,Marzarius & Zancus,quos commemoraui & ſecutus ſum in conſ.326.nu.16.lib.4.Et illis accedunt Baldus in conſ.57.Item inſtituo.col.2.verſ.3.eſt conſiderandum. lib.2.qui manifeſtè dixit, hæc verba eo caſu, eſſe reſtrictiua, & impedire extenſionem de caſu ad caſum.Rui.in conſ. 57.nu.9.& in conſilio 112.num.5.lib.3.Gratus in conſil.124. nume.37.lib.1.in conſ.104.num.4.& in conſ.106.nu.3.lib.2, Pariſ.in conſi. 92.nu.10.lib.2.Gomeſ.in §.rurſus nu.16.Inſt. de act.Boer.in q.38.num.5.Rebuffus ſuper concordata.in tit. de collat.§.cum verò.in verbo ad effectum.in fi. Verùm à prędictis diſſentiunt Pariſius in conſ.50.nu.54.& in conſ.66.nu. 44.lib.3.Gozad. in conſ.64.in fine.Alciatus in lib.3.de verb. ſigni.nu.148.lib.1.Caſſiadorus in deciſ.1.col.1.in tit.de teſta.

Præterea Anch. & ſequaciū opinio locum nō habet, quando repugnat præſumpta voluntas teſtatoris.Soc.Iun.conſi. 145.nume.29.lib.3.Ita quoque quando diſpoſitio eſt fauorabilis. Gratus conſilio 106.nu.35.& in conſ.127.numero 17. lib.2.

29 Declaratur † ſecundò vt locum non habeat quando ex extenſione reſultaret aliquod abſurdum & inconueniens. Nam tunc ſubſtitutio non extenditur de caſu ad caſum: Ita declarant gloſ.& Bartolus in l.ſi mater.§.vlti.numero tertio.ff.de vulga.& pupil.ſubſti.qui exemplum affert, quando ſubſtitutus præferretur magis dilecto,vt puta nepoti ipſius teſtatoris, contra l.cum auus.ff.de condi.& demon.& l.cum acutiſſimi. C.de fideicommiſ.Idem reſponderunt Rui.in conſilio 178. numero quinto libro ſecundo,Socinus Iunior in conſilio 114. numero vigeſimo ſexto libro primo, & Decianus in conſilio primo numero 109.libro primo, Et ſimile eſt, quod dicimus, tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis admitti ne magis dilectus excludatur,vt dicemus infra in præſumpt.

30 Declaratur † tertiò, vt non procedat quando extendendo ſubſtitutionem de caſu ad caſum induceretur pæna.Ita Socin. Sen.in conſ.259.num.3.lib.2.Decius in conſ.273.nu.3.Pariſ. in conſi.86.nu.77.lib.2.Alciatus in lib.3.de verb.ſignif.nu.15. Craue.in conſ.440.nu.10.lib.3.& Decia.in conſ.1.num.163. lib.1.adducti omnes tex.l.pater Seuerinam.ff.de cond.& demon.vbi Bar.notab, conditionem non extendi de caſu ad caſum quando induceretur pœna.

31 Declaratur † quartò,vt locum non habeat,quando teſtator ſpecialiter prouidit vtroque in caſu.Nam tunc ſubſtitutio non extenditur de caſu ad caſum. Ita reſponderunt Fulgoſius in conſ.49.col.2.verſ. ſupereſt igitur diuerſę Soc.Sen.in conſ. 76.col.5.lib.3.poſt Benedictum de Plumbino in l.ſi filius à patre.ff.de libe.& poſthu.quos ſecutus ſum in conſil.171.numero 18.lib.2.Et idem reſpondit Hierony. Gabriel.in conſ. 95.nu.7.& nu.9.lib.1.Et huius declarationis ea eſt ratio,quia extenſio fit diſpoſitione & prouiſione legis coniecturantis talem eſſe teſtatoris voluntatem in alio caſu.Porrò vbi habe-
32 mus † expreſſam diſpoſitionem & prouiſionem teſtatoris,ceſſat illa legis.l.maritus.C.de procura.& l.vlt.C.de pactis conuent.Et in ſpecie probat tex.l.cum ex filio.§.filius.ff.de vulg. & pup.ſubſt.

33 Declaratur quinto,vt † locum non habeat, quando ſubſtitutio eſt facta ſub conditione voluntaria. Nam tunc non extenditur de caſu ad caſum.Ita declarant Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.in prima lectura.num.43.ff.de libe.& poſthu. Soci.Sen.in conſ.140.col.pen.lib.1.& in conſilio 259.col.2. & 3.lib.2.Decius in conſ.89.col.4.& in conſ.394.col.4. Alcia.in lib.3.de verbo.ſignif.nu.21. Crauetta in conſ.361. nu.2.& in conſ.904.num.8.in fi.& Decia.in conſ.1.numero 7.& nu.141.lib.1.

34 Secundus † eſt caſus, quando agitur de extendenda ſubſtitutione directa de perſona ad perſonam, & extat veriſimilis & præſumpta mens & voluntas teſtatoris. Hoc in caſu ſunt opiniones.Nam aliqui ſcripſerunt, extenſionem non eſſe iure permiſſam.Ita Crauetta in conſ.361.num.5.refert huius opinionis fuiſſe Aretinum in dict.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. col.3.verſ.ſecundo adde. ff.de lib.& poſth.Decium in conſil. 85.col.4.in conſ.218.col.4.in conſ.291.col.3. in conſil.314. col.2.& in conſ.377.col.2.in fi.Iaſonem in l.cum res.in ſexto notab.ff.de leg.1.in conſ.220.col.4.& in conſ.228.col.2.lib. 2.& in conſ.30.col.vlt.& in conſi.66.col.8.lib.3 & Ruinum in conſ.74.nu.12.lib.1.Altera fuit opinio eorum,qui affirmarunt, admitti extenſionem hanc de perſona ad perſonam ex veriſimili & præſumpta mente teſtatoris; ſic ſanè Fortunius Garzias in d.§.& quid ſi tantum.nu.115.Pariſ.in conſi.50.nu. 54.& in conſ.66.nume.68.lib.3.Cur.Iun.in conſ.121.nu.14. Soci.Iun. in conſ.129.nu.34.& nu.36.lib.3.& Decia.in conſ. 1.nu.101.lib.1. Hanc poſteriorem ſententiam veram eſſe exiſtimo, ſicuti etiam ſupra in præſumpt.probaui opinionem il-
35 lam, quod hæredis † inſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex præſumpta & veriſimili mente teſtatoris. Porrò in caſu noſtro coniecturæ nōnullę conſiderari & afferri poſſunt.

36 Prima eſt, quando † aliàs excluderetur perſona magis dilecta:Nam ne illa excludatur, coniecturata eſt voluntas teſtatoris,ſubſtitutionem ad illius perſonam extendi. Ita reſponderunt Rui.in conſ.168.num.20.lib.3.& Soci. Iun.in conſ.129. nu.36.verſ.quartò reſpondetur.lib.3.

37 Secunda eſt coniectura,† quando aliàs ſubſtitutio redderetur eluſoria.Ita Socin. Iun.in d.conſilio 129.nu.37.lib.3.

38 Tertia eſt coniectura,quando † illa perſona ad quem fit extenſio continetur ſub nomine expreſſæ, late ſumpto vocabulo.Ita Aret.in d.§.& quid ſi tantum.col.3,verſ. 2.fallit.& apertius declarant,Cur.Iun.in conſ.121.nu.14.& Soc Iun.in conſ. 129.nu.36.lib.3.

39 Tertius eſt † caſus diſputationis noſtræ, quando agitur de extenſione huius ſubſtitutionis directæ de tempore ad tempus.Hoc ſanè in caſu recepta eſt Doctorum opinio,extenſionem non eſſe permiſſam.Ita Bart.in l.ſi mater.§.ſi filius.in fi. ff.de vulg.& pup. ſubſt.in fi.& ibidem Angelus, Anchara.in conſ.137.col.1.Alex.in l.Gallus.§.ille caſus in fi.ff.de libe. & poſthu.Soci.Sen.in conſ.140.num.8.& 9.lib.1.& in conſi. 76.col.5.verſi.4.ad idem Iaſ.in l. ſi ita quis ſubſtituerit.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& in l.1.num.30.in fine eo.tit.ff.de vulg.& ibidem latè Ruin.nu.42.&.44.Idem Rui.in conſil.83.nu.2.& nu.12.in conſilio 97.nu.4.& in conſ.125.nu.3.lib.2.Galliau. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,nu.38.ff.de libe.& poſthu.Decius in conſil.394.nu.1.& 2.& de eadem facti ſpecie reſpondens Bero.in conſil.63.nu.30.lib.2.Coraſ.in l.poſt aditam.nu. 32.C.de impub.& aliis ſubſt.Craue.in conſil.904.nu.10.verſ. neque textus.& Dec.in conſ.1.num.40.& 41.lib.1.

Exemplum affertur, vt ſi teſtator ita ſubſtituit: Et ſi filius meus hæres à me inſtitutus, me viuo deceſſerit, Caium ſubſtituo.ſi modò contigat, filium hunc mori poſt teſtatoris mortem,non extenditur ſubſtitutio ad illud tempus.

Diſſentiunt tamen ab hac opin.Imo.Alex.& Soci.quos refert Rui.in d.l.1.nu.44.ff.de vulg.& pup.ſubſti.vbi eorum argumenta diſſoluit.

40 Decla-



40 Declaratur † hic caſus primò vt locum non habeat, quando tempus fuit adiectum voluntariè:ſecus ſi neceſſitate cauſatiua.Nam tunc ſubſtitutio extenditur de tempore ad tempus. Ita declarant Angelus,Imola,& Alex.in l.Gallus.in prin.poſt gl.vltimam,ibi.ff.de lib.& poſth.Iaſ.in l.ſi ita quis ſubſtituerit.num.5.ff de vulg.& pup.ſubſti.Rui.in l.1.num.43.ff.eo.tit. de vulg.& in conſ.83.nu.12.& in conſ.97.nu.4.lib.1.& egregiè Soci.Sen.in conſ.140.col.vlt.lib.1.& in ſpecie magis Alcia.in reſpon.492.nu.24.verſic.quartò reſpondeo.& Bero.in conſ.63.nume.30.lib.2. Poſſunt afferri multa exempla, quæ commemorantur à præcitatis Doctoribus præſertim à Socino,& Ruino. Vnum hoc tantùm referam: ſubſtitutio vulgaris pro ſui natura & forma habet, ſi inſtitutus deceſſerit non adita hæreditate. Si ergò teſtator exprimat tempus hoc modo, ſi inſtitutus me viuo moriatur. Hic exprimitur quod inerat ipſi ſubſtitutioni ex neceſſitate: cùm complectatur tempus ante aditam hæreditatem: Et ideò facilè trahitur ad tempus, ſi moriatur inſtitutus mortuo teſtatore, ante tamen aditam hæreditatem.Sed diuerſum eſt, quando tempus ineſt voluntariè:ſicuti contingit,quando teſtator dixit:Et ſi hæres meus inſtitutus deceſſerit ſine liberis,ſubſtituo Caium.Hęc conditio,ſi deceſſerit ſine liberis,eſt voluntaria:Cùm ad ſubſtantiā & eſſe ſubſtitutionis vulgaris non ſit neceſſaria. Si ergò inſtitutus decedit antequam habeat liberos,non trahitur ſubſtitutio ad illud tempus.Ita reſponderunt Socinus,& Ruinus poſt alios prędictis in locis.Et hæc quidem eſt recepta ſententia, etſi aliter reſpōderint Fulgoſius in conſ.15.Proponitur,quod Montes,Comenſ.in conſ.121. Gerardus quōdam quos ſecuti ſunt Soci.Iunior in conſ.42.nu.22.& 23.lib.1.& Decianus in conſ.1.nu.107.& nu.108.lib.1.

41 Declaratur † ſecundò,vt locum non habeat,quando militat eadem ratio tam in tempore non expreſſo, quàm in expreſſo. Ita reſpondit Gratus in conſ.125.num 25.libr.2. Eſt exemplum,quando teſtator ſubſtituit filio infanti: nam dicitur ſubſtituiſſe etiam filio poſt infantiam vſque ad pubertatem.Cùm militet eadem ratio,prouidendi filio.

42 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat in tempore tacito,& à lege ſubintellecto.Nam illud extenditur.Ita Bart.in l. 1.q.pen.nu.56.ff.de vulg.& pup.ſubſti.& ibidem manifeſtiùs explicauit Ruinus.num.43.verſ.vltimo limitatur:qui teſtatur eſſe communem opinionem. Exemplum affertur in caſu, de quo differit Bartolus, ſi pater ita filio impuberi ſubſtituit, filio meo pupillariter ſubſtituo Caium.Hæc expreſſa pupillaris adueniente pubertate expirat:Non tamen expirat vulgaris tacita in ea comprehenſa: atque ita tempus pupillaris extenditur ad tempus vulgaris: quia hoc ipſum tempus vulgaris inerat tacitè in ea pupillari.

## PRÆSVMPT. LXVI.

### Subſtitutio an obliqua, & fideicommiſſaria, vel potius directa præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in dubio an directa præſumatur,vel potius obliqua aut fideicommiſſaria.*

*Quòd directa præſumatur,probari videtur.num.2.*

3 *Subſtitutio directa eſt obliqua fauorabilior: obliqua enim cùm contineat onus reſtitutionis dicitur odioſa.*

4 *Teſtator præſumitur minus velle hæredem grauare, quàm ſit poſſibile.*

5 *Subſtitutio reciproca his verbis concepta, eóſque inuicem ſubſtituo:præſumitur potius directa,quàm fideicommiſſaria.*

*Et quid ſi facta fideicommiſſo eſt dubia.6.*

7 *Subſtitutio directa admittitur etiam in fideicommiſſis.*

8 ***Subſtitutio compendioſa verbo communi facta pupillo, an præſumatur directò facta ipſi pupillo ante pubertatem.***

9 ***Subſtitutio exemplaris ſi verbis & perſonæ conuenire poteſt, præſumitur potius directa,quàm fideicommiſſaria.***

10 ***Subſtitutio militaris in dubio directa præſumitur.***

11 ***Clauſula codicillaris in ſubſtitutione adiecta operatur, vt non directè, ſed obliquè, & per fideicommiſſum teſtator ſubſtituerit.***

1 CVm ambigua † aliqua extat ſubſtitutionis formula,dubitari ſolet,an obliqua, vel potius directa pręſumatur ipſa ſubſtitutio? Et directam præſumi apertè probat tex.in cap.1.in fine.de teſtam.in 6.& idem deducit Baldus in l.ſi quis
2 ita.ff.de vſufructu,ex illo textu. Quocirca, ſi teſtator † dixit, Caium hæredem facio, cui Sempronium ſubſtituo,præſumitur Sempronius directò,non autem per fideicommiſſum ſubſtitutus. Ita Bartolus in l.Gallus.§.quidam rectè.nume.2.& ibidem Alex.num.6.ff.de lib.& poſthu. Et hanc quidem ſententiam probarunt Baldus in l.verbis ciuilibus.col.2.verſ.vlterius quæro.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& in l.precibus.num.40. C.de impub.& aliis ſubſt.Soc.Sen.in conſ.103.num.71.lib.1. Ruin.conſ.102.num.9.lib.2.Dec.in rub.C.de impub.num.2. & in conſ.336.in fine.& in conſ.371.num.2. Tiraquellus in l. ſi vnquam,in præfatione.num.9.C.de reuocan.donat.Craue. in rubr.ff.de leg.1.num.130.& nouè Emanuel Coſta.in d.c.1. in verbo, obliqua.nume.1.de teſtam.in 6.quo loci.num.2.ex ſententia Cornei in l.vlt.num.5.C.de hæred.inſti.ſcripſit vulgarem directam ſubſtitutionem magis eſſe accipiendā,quàm obliquam: ſicuti probat textus d.l.vlt. Id quod intelligit ipſe Emanuel tam ante aditam hæreditatem, quàm poſt in caſu mortis in caſu d.l.vlt. atq; hanc eſſe receptam magis ſententiam Accurſij, Baldi, Caſtren. & aliorum ibi, ac etiam Alexand.in l.Centurio.num.70.verſ.pro quo etiam.ff.de vulg. & pup.ſubſt. Huius autem ſententiæ ratio ea eſſe videtur, quod
3 † ſubſtitutio directa eſt fauorabilior obliqua: cum hæc ipſa obliqua contineat onus reſtitutionis, & conſequenter odioſa eſt.l.cohęredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Et propterea tanquam oneroſa ſubſtitutio non præſumitur: cum præ-
4 ſumptio iuris ſit, teſtatorem velle † minus grauare hæredem, quàm fieri poſſit.l.vnum ex familia.§.ſi rem.de leg. 2.& dicemus infrà ſuo loco.

5 Extenditur primo hęc † traditio,vt locum habeat etiam in ſubſtitutione reciproca,his verbis concepta.Eoſque inuicem ſubſtituo. Nam adhuc hoc caſu ſubſtitutio præſumitur directa,non autem fideicommiſſaria. Ita Alex.in l.Lucius.nu.13. & 19.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& ibidem Iaſon.num.29.Ripa.nume.40.& Alciatus.nume.47.& alios commemorans, communem teſtatur Emanuel Coſta in dicto capit.primo, in verbo,obliqua.num.4.de teſta. in ſexto.adducti ex l.iam hoc iure.ff.de vulg.& l.2.C.de impube.& aliis ſubſti. & ex d.cap. 1.in fine.Qua etiam de re diſſeremus infrà,cum de reciproca pertractabimus.

6 Extanditur † ſecundò, vt procedat etiam hæc præſumptio quando ſubſtitutio facta fideicommiſſo eſt dubia, vt ſi teſtator ita ſubſtituat.Hæredem meum grauo reſtituere hæreditatem meam,Titio,& Sempronio,quos inuicem ſubſtituo.Hęc reciproca dubia eſt, & quamuis facta ſit de fideicommiſſo hæredi iuncto: attamen præſumi debet directa tantum: cum
7 † & in fideicommiſſis ſubſtitutio directa admittatur.l.vt hæredibus.de leg.2.& l.vnica.§.quod ſi in medio.C,de cad.tol. Et in ſpecie tradit Emanuel Coſta in d.cap.1.in verbo, obliqua.num.10.de teſta.in 6. Et præter eum ita egregie reſpondit Caſtren.in conſ.14.ſi contingat.d.D.Liſam.col.2.verſ.reſtat reſpondere.lib.2. quem ſecutus ſum in conſ.85.num.66. lib.1.& fuſius ſuo loco diſſeram.

8 Extenditur † tertiò, vt procedat etiam in ſubſtitutione compendioſa verbo comuni facta pupillo,vt puta, quandocunque deceſſerit filius meus ſubſtituo ei Titium. Nam adhuc hæc ſubſtitutio præſumitur directo facta ipſi pupillo ante pubertatem,poſt verò iure fideicommiſſi.Ita gloſ.in §.qua ratione in Inſt.de pupil.ſubſtit.Iaſon in l.Centurio.num.45. de vulg.& ibidem Galliaula num.376.Corneus in l.precibus. num.22.& ibidem Curtius Iunior nume.50.C.de impube.& aliis ſubſtit.& communem teſtatur Roland. in conſil.69.numero 5.libr.1.quos in ſpecie de qua agimus ſecutus eſt Emanuel Coſta in dicto capit.1.in verbo, obliqua. numero 37.& infrà, cum de pupillari, & compendioſa diſſeremus, explicabimus. Et idem ego ipſe reſpondi in conſilio 303.nume. 42.libro 4.

9 Extenditur † quarto, vt procedat hæc præſumptio etiam in ſubſtitutione exemplari: vt ſi verbis,& perſonæ conuenire poſſit, præſumatur potius directa, quàm fideicommiſſaria. **Ita reſpondit Anchara. in conſilio octauo, columna prima,**

quem

quem probauit Coſta in d.capitu.primo.in verbo, obliqua. numero 59.quos ſecutus ſum in conſil.303.numero 43.libr. quarto,reiecta opinione Decij in conſ.371.nu.7.verſ.ſecundò reſpondetur.&c.qui diſſenſit.

10 Extenditur † quintò,vt locum etiam ſibi vendicet hæc pręſumptio in ſubſtitutione militari,quæ in dubio directa pręſumitur,vt puta ſi miles impuberi filio compendioſè ſubſtituat verbo communi,dicens, Quandocunque filius meus deceſſerit Titium ei ſubſtituo.Si filius patri hęres exiſtat & pubes factus decedat,ſubſtitutus directè ſuccedet.Ita glo.in §.qua ratione. in verbo , ad exemplum , in Inſtit.de pup.ſubſt.& in l. ex tribus.in gloſſ.vlt.C.de inoff.teſta.& communem teſtantur Socin.Sen in l.Centurio.numero 21.& Galliaula nume. 140.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Lancellotus Politus in Tract. de ſubſti in titu.de compendioſa. numero 21.& diſſentiunt tamen Ripa in d.l.Centurio.numero 67.Didacus Couarr.in cap.Raynutius.§.3.nume.13.de teſta. & Emanuel Coſta in d. cap.1.in verbo,obliqua.nu.41.de teſta.in 6.

11 Declaratur † nunc primò hæc præſumptio , vt non procedat,quando adiecta fuit clauſula codicillaris.Nam tunc præſumitur quod non directè , ſed oblique & per fideicommiſſum ſubſtituere voluerit.Id quod patet in ſubſtitutione illa vulgari, in interdictum , dum teſtator dixit, Inſtituo Caium, cui ſubſtituo Sempronium:ſi tunc teſtator ſubijciat clauſulam codicillarem,per fideicõmiſſum dicitur voluiſſe ſubſtituere. Ita Baldus in conſilio 170.Quidam Nicolaus.colummna vltima libro quinto,Socinus Sen.in conſilio ſexto,libro tertio, Gratus in conſilio octauo libro ſecundo,Galliaula in l.Centurio. numero.65.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.Craue,in conſilio 22.numero octauo,& nouè Riminal.Iunior in l.precibus. numero 449.C.de impube. & aliis ſubſti. qui alios recenſet. Idem ſcripſit Emanuel.Coſta in dicto capitulo primo,in verbo,obliqua.numero 20.de teſta.in 6.Quid autem dicendum ſit in compendioſa & aliis nunc non differam,copioſe pertractant relati interpretes.& nos fortè fuſius alibi.

## PRÆSVMPT. LXVII.

Fideicommiſſum à teſtatore relictum atque conſtitutum non præſumi.Et ibidem quales eſſe debeant coniecturæ,vt præſumi illud poſſit.

## SVMMARIVM.

1 *Bona an in dubio cenſeantur relicta libere à teſtatore , an autem onere fideicommiſsi & reſtitutionis grauata.*
*Quòd liberè cenſeantur relicta,ibid.& nu.ſeq.*
2 *Hæres idem eſt quod dominus , & teſtator hæredem inſtituendo eum facit dominum.nu.26.*
3 *Dominum non poſſe de re ſua diſponere odioſum eſt.nu.27.*
4 *Teſtatoris voluntas vbi eſt dubia , non attenditur vt recedatur ab eo quod eſt certum.*
5 *Certum eſt tenendum & incertum dimittendum.*
6 *Subſtitutio in dubio cenſetur potius directa quam fideicommiſſaria.*
7 *In fideicommiſsis non fit extenſio de caſu ad caſum , & minus de perſona ad perſonam.*
8 *Fideicommiſſum in dubio quibus coniecturis præſumi poſsit iniunctum hæredi:nunquid leues coniecturæ ſufficiant:an requirantur graues & vrgentes.*
9 *Fideicommiſsi præſumptio temerè capienda non eſt.*
10 *Fideicommiſſum non induci ex ſola præſumptione hominis à lege non approbata,ſecus ſi coniectura eſt à lege recepta.*
11 *Leges non potuerunt omnes caſus comprehendere , quæ de re ſolet de ſimilibus ad ſimilia procedi.*
12 *Fideicommiſſum quando coniecturis præſumitur iniunctum , vnde ſumi debeant hæ coniecturæ , an ex diſpoſitione teſtatoris ſcripta,vel ſufficiat aliò deſumere,& ab his quæ ſcripta nõ fuerunt.*
*Quòd nulla coniectura mentis teſtatoris poſsit ſumi niſi ex expreſſis tantum in ipſo teſtamento. nu.13.*
*Diſtingue,vt nu.14.& ſeq.*
15 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
16 *Voluntas illa ſatis dicitur expreſſa , quæ ex iam diſpoſitis colligitur.*
17 *Fideicommiſſum in dubio iniunctum præſumitur,quando nihil fuit expreſſum in teſtamento , ſed tamen aliunde probari poteſt teſtatoris voluntas.*
18 *Diſpoſitum id cenſetur à teſtatore,de quo ſi cogitaſſet,ita diſpoſuiſſet.*
19 *Fideicommiſſum an ſit quid fauorabile vel odioſum.*
*Quòd quando manifeſte conſtat teſtatorem voluiſſe certis in caſib. & ob certas perſonas fideicommiſſum conſtituere,iudicari debeat fauorabile,num. 20.*
21 *Teſtatoris voluntas pro lege eſt habenda.*
22 *Intellectus l.cogi.ff.ad Trebell.*
23 *Fideicommiſſum fauorabile iudicatur,quando ipſum eſt relictum, quòd agnatio & familia conſeruetur.*
*Familias conſeruari publicè intereſt.*
24 *Fideicommiſſum dicitur onus & per conſequens odioſum ex parte eius,qui grauatur reſtituere,non autem ex parte eius, cui debet fieri reſtitutio.*
25 *Fideicommiſſum non poteſt conſtitui, in legitima filij , cùm ab ea omne onus detrahi debeat.*
26 *Fideicommiſſum in dubio non cenſetur iniunctum , nec inductum niſi expreſſe de voluntate teſtatoris appareat.*
27 *Fideicommiſſum reciprocum in dubio odioſum cenſeri.*

1 IVRIS eſt † præſumptio,bona in dubio cenſeri liberè relicta à teſtatore hæredi non autem onere fideicommiſſi & reſtitutionis grauata.l. quidam cum filium , vbi Bal.in fi.ff. de hæred. inſtit.l.Gallus. §.quidam rectè.ff.de lib.& poſthu.ibi,*vt eo caſu valeat qui ex verbis concipi poteſt.*& l.ex verbis. C.de donat.inter virum & vxo.Et hanc quidem præſumptionem admittunt paſſim interpretes noſtri , quos longa ſerie commemoraui in conſilio 85.numero octuageſimo ſeptimo libro primo.

Ea autem ratione cõprobatur hæc ipſa præſumptio , quòd teſtator hæredem vocatum ſucceſſionis cõmodo afficere voluit.Et propterea non præſumitur,mutata voluntate, eum onere aliquo grauare voluiſſe , ſicuti dicere voluit Vlpia.in l. vnum ex familia.§.ſi rem.de leg.1.Vel & ſecundô dicimus,
2 quod teſtator hæredem † inſtituendo , eum dominum fecit: cum idem ſit hæres quod dominus,§.vlt.in inſt.de hæredum
3 qual.& differen.vbi recentiores annotarunt. At quod † rei dominus non poſſit de ea liberè diſponere repugnat ipſi dominio.l.in re mandata. C.mand.Et conſeqnenter odioſum eſt dominum nõ poſſe de re ſua liberè diſponere.l.non vſque. ff. ſi quis à parẽte fue.manumiſſ.Præterea confirmatur, quod
4 vbi voluntas † teſtatoris eſt dubia, non attenditur ,vt recedatur ab eo quod eſt certum.l.ſi duo.ff.de teſta.tut.& l.ſi alij.ff. de vſufructu leg.& poſt Caſtr.& Corneum reſpondit Craue. in conſ.143.in fi.qui ita declarant.l.vel necare.ff.quemad.teſta.aper. Cùm ergo dubia ſit hæc voluntas de fideicommiſſo: Et certa ſit illa de ſucceſſione hæredis inſtituti,non debemus ab hac certitudine recedere,vt fideicommiſſum inducatur.Ita probat in ſpecie.l.ſi ita fuerit.in fi.ff.de rebus dubijs,vbi Soci. in quinto notab.& reſpondit Alciatus in reſp. 492.numero.6. in fi. Et illius l.ſi ita fuerit,genuinus eſt ſenſus,quòd ademptio certa eſt,ex quo negatiua vim habet vniuerſalis poſitionis,
5 non autem affirmatiua. Præterea accedit regula , quòd † certum eſt tenendum , & incertum demittendum.l.cogi.§.ſi pater verſ.idem quærit.vbi glo.ff.ad Trebel.& cap.iudicantem. 30.q.5.Hinc modò fit vt interpretatio fieri ſoleat ad hæredis fauorem contra fideicommiſſarium,ex quo de fideicommiſſo certi non ſumus,& in dubio illud(vt diximus)nõ præſumitur. l.Idem Iulianus.§.Seio.de leg.1.l.Titia teſtamento.§.qui in-
6 uita.de legat.2.& l.nummis.de leg.3. Hinc etiam fit,quod † in dubio ſubſtitutio præſumitur potius directa quam fideicommiſſaria.cap.1.in fi.de teſtam.in 6.& diſſeruimus ſupra. Hinc
7 † etiam fit,quod in fideicommiſſis non fit extenſio de caſu ad caſum, & minus de perſona ad perſonam,ſicuti infrà ſuo loco explicabimus.

Recedimus tamen ab hac iuris præſumptione,quando alię in contrarium extant coniecturæ & præſumptiones , quibus dicimus teſtatorem voluiſſe fideicommiſſi onere grauare hæredem : quemadmodum probat text.l.cum proponebatur.l. qui ſolidum.§ primo.& l.vnum ex familia.§.vlti. de legat.2. & paſſim ſcribunt Docto.vt Bald. in l. quoniam indignum. C.de



C.de teſta. & in l. cum virum.C.de fideic. Caſtr. & Sali.in l. pen.C.de impûb.& aliis ſubſt.Cur.Sen.in conſ.76.col.3.ver. ſed præmiſſis non obſtantibus.Alex.in conſ.100.num.5.& 6. lib.4.Decius in conſ.464.num.2.& in conſ.537.num. 9. Gratus in conſ.5.num.14.lib.2.Cur.Iun.in conſil.121.nu.10.Pariſ. in conſ.48.num.13.in conſ.57.num.5.in conſ.88.nu.6. in cõſ. 92.num.15.lib.2.& in conſ.17.num.17.lib.3.& alibi ſæpe.Soc. Iun.in conſ.42.num.26.& conſ.101.num.11.lib.1.& in conſil. 128.num.114.lib.1.& in conſ.174.num.8.lib.2.Coraſius in l.cũ virum,num.11.C.de fideicom.Craue.in conſ.305.nu. 2. Hier. Gabriel in conſ.121.num.39.lib.1. Paulus Leonius in cõſil.21. num.3.Burſatus in conſ.227.num.12.lib.3.Errare tamen ſæpe ſolemus in interpretanda teſtatorum voluntate, vt poſt Baldum & Decium ſcripſi in conſil.40.num.1.

8 Cæterum † in eo tota verſatur dubitatio & difficultas,quales eſſe debeant hæ coniecturæ & præſumptiones. Hac de re fuerunt Doctorum opiniones. Vna fuit eorum , qui opinati ſunt,ſufficere leues & quaſcunque coniecturas ad præſumẽdum fideicommiſſum.Ita reſpondit Alex.in conſ.100.num.5. lib.4.quem ſecutus eſt Socin.Iun.in conſ.181.num.20.lib.2.ſi ita ſenſit Alex. minus rectè ſenſit,ſed crediderim, Alex. ſolũ dixiſſe quibuſcunque verbis hodie relinqui poſſe fideicommiſſum ad differentiam iuris antiqui.Non autem,quod quibuſcunque cõiecturis.Et ſufficere probabiles dixit Cur.Iun. in conſ.121.num.11.& num.12.Secunda fuit opinio,quod non omnes coniecturæ & præſumptiones ſufficere debent , ſed ſolùm graues,vrgentes,neceſſariæ , vel multum probabiles. Ita Baldus in l.cum virum,num.20. C.de fideicom. Caſtren. in conſ.28.in cauſa,quæ vertitur inter Petrum, num.2.lib.2. Iaſ.in conſ.66.col.pen.verſ.primo negando.lib.3.Alciat.in l. filiusfam.§.diui.num.23.ff.de leg.1. & clarius Ioannes Coraſius in d.l.cum virum,num.11.& nu.97.qui ſcribit,ſic paſſim omnes affirmare in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel. Ea
9 affertur ratio , quòd † fideicommiſſi præſumptio temerè capienda non eſt l.Lucius. §. tres hæredes.ff. ad Trebel. ob id, qui vult dicere fuiſſe ab ea præſumptione receſſum , efficaci coniectura & contraria præſumptione probare id debet.

Tertiam opinionem ego aliquando in medium attuli in conſ.85.num.88.lib.1. quo loci dixi , quòd aliquæ ſunt cõiecturæ à lege approbatæ , aliquæ verò conſideratæ ab homi-
10 ne. Quando † ſola extat hominis præſumptio à lege nõ probata,non induci fideicommiſſum dicebam. Ea ratione vſus ſum,quia iam apertè conſtat,hanc eſſe iuris præſumptionem & regulam,fideicommiſſum non præſumi,vt diximus ſuprà. Qui ergo vult aſſerere coniecturis eſſe inductum fideicommiſſum,neceſſe habet vti coniecturis, quibus contraria legis coniectura conuelli poſſit , quæ quidem alia eſſe debet legis coniectura,ne contingat inferiorem plus poſſe ipſo ſuperiore,hoc eſt hominem aduerſus legem moliri quid poſſe.Cùm itaque ſola eſt hominis coniectura , nil illa prodeſt ad fideicommiſſum inducendum.Ita probat l.quidam cum filium.ff. de hæred.inſtit.& aliæ illi ſimiles.Cùm verò coniectura eſt à lege recepta,tunc contraria perimitur, & propterea fideicõmiſſum præſumitur.d.l.cum proponebatur,de leg. 2.cum illi ſimilibus ſupra allegatis. Ea eſt ratio , quod tunc lex omiſſa prima præſumptione & coniectura generali , quod ſcilicet non ſit præſumendum teſtatorem voluiſſe grauare hæredem d.l.vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. 2. nouæ coniecturæ & præſumptioni ſpeciali inhæret,eamque probat. Illud tamen
11 annotandum eſt,quod cum † non omnes caſus lege comprehendi potuerint , ſoleamuſque à ſimilibus ad ſimilia procedere,l.non poſſunt.ff.de legibus dicendum eſt,quod etſi cõiectura aliqua , quæ cum ſcripta in lege magnam habet affinitatem & ſimilitudinem,ob eandem,vel maiorem rationẽ, dici non poſſit verè ſcripta in lege, attamen idem de ea iudicandum erit,quod de ipſa ſcripta quemadmodum ſupra lib.1. q.5.in fin.diſſeruimus.

12 Extat & altera † hac de re dubitatio , an coniecturæ hæ ſumi omninò debeant ex his , quæ in ſua ipſa diſpoſitione ſcripta fuerunt à teſtatore , vel etiam ſufficiat aliò ſumere. Prima fuit opinio,quod coniectura ad præſumendum fideicommiſſum ſumi poſſit etiam ex his,quæ ſcripta nõ fuerunt. Ita glo. in l.cum proponebatur,de leg.2.Alexan.in conſ. 100. num.5.lib.4.Decius in conſil.23.col.2.verſ.ſed prædictis non obſtantibus,& in conſ.205.num. 4. reſpondit ſufficere tacitã voluntatem,etiam ſi verba aliqua non extãt. Idem in conſil. 584.num.2.& in conſ.637.num.3.Idem reſponderunt Pariſ.in conſ.37.num.39.& in conſ.93.num.14.lib.2.in conſ.5.num. 9. conſ.17.num.16.in conſ.23.num.11.in conſ.25.nu.35.in cõſ.50. num.11.in conſ.66.num.23.lib.3.& alibi:& Soc.Iun.in conſil. 181.num.21.lib.2.reſpondit,ad inducendum fideicommiſſum ſufficere coniecturas ex verbis defectiuis teſtatoris.Idẽ Soc. Iunior in conſil.1.num.11. lib. 3. Et ij quidem moti ſunt ex l. quoties.§.1.ff.de hæred.inſt.ex d.l.cum proponebatur,de leg. 2.& ex l.cum auus.ff.de cond.& demon.

13 Secũda fuit opinio † eorum,qui ſcripſerunt, nullam coniecturam mentis teſtatoris ſumi poſſe niſi ex expreſſis tãtum in ipſo teſtamento.Ita Bal.in l.ſi pater.q.4.C.de inſt.& ſubſt. & in l.vnica,num.2.C.de his,qui ante apertas tab.Soc.Sen.in l.hæredes mei.§.cum ita,num.10.ff.ad Treb.Decius in conſ. 465.num.7.Pariſius in conſil.92.num.15.lib.2.& in conſil. 41. num.23.lib.3.Socin.Iunior in conſ.29. num.2.lib.4. Decia.in conſ.44.num.10.lib.3.Hier.Gabriel in conſ.121.num.39.lib.1. & Paulus Leo.in conſ.21.num.5.

14 Tertia eſt opinio † quæ noue ad rem hanc proponi poteſt diſtinguendo aliquot caſus.Quorum primus eſt,quãdo nihil penitus fuit expreſſum in teſtamento, nec aliũde colligi poteſt teſtatorem voluiſſe fideicommiſſo grauare hæredẽ. Hoc caſu coniectura nulla ſumi poteſt,fideicommiſſum fuiſſe relictum.Ita reſponderunt Decius in conſ.89.col.pen.verſ. nõ obſtat,quod ſi teſtator , & in conſ.465.num.8. & Pariſius in conſ.41.num.20.lib.3.qui & alios commemorant. Eſt enim
15 † hæc quædam voluntas in mente retenta , quæ nihil operatur,l.ſi repetẽdi.C.de cond. ob cauſam,& ad rem propè ſcribunt Soc.in l.in ambiguo,num.6.ff.de rebus dubiis & Iaſ. in l.3.col. 2.verſ.limita prædictam.C.de liberis præter.Et hoc in caſu locum habere poteſt ſecunda opinio ſupra commemorata.Secundus eſt caſus,quando fideicommiſſum nõ fuit expreſſè relictum,ſed tamen ex aliis in teſtamẽto expreſſis colligi poteſt,teſtatorem ipſum voluiſſe fideicommittere. Hoc caſu coniectura ſumi poteſt , & fideicommiſſum inducitur. Ita ſenſit Baldus in l.cum virum,num.20.C.de fideic. & Soc. Sen.in l.hęredes mei.§.cum ita.num.10.ff.ad Treb.Garzia in l.Gallus.§ & quid ſi tantum,num.102.ff.de lib.& poſth.Rui. in conſil.108.numer.15.lib.2.& apertius Pariſ.in conſilio 66.
16 num.62.& in conſ.73.num.44.lib.3. Eſt † enim ſatis expreſſa illa voluntas & diſpoſitio , quæ ex iam diſpoſitis colligitur : ſicuti explicant Bald.in l. vnica. in fin.C.de iis , qui ante apertas tab.& Soc.in l.in ambiguo.colum.vlt.verſ. tertia cõcluſio.ff.de rebus dubiis.Et hoc in caſu procedit prima opinio ſupra relata.Ita dicimus,ex iam diſpoſitis in aliqua parte teſtamenti , qualis fuerit voluntas & mens teſtatoris relinquentis legatum.l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.de leg.2. ſic pariter ex expreſſis in teſtamento colligitur volũtas teſtatoris, quod mater ſit excluſa per tacitam pupillarem ſubſtitutionem , vt tradit Bart.in l.2.in princ.num.41. & ibidem Iaſ. numero 37. ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& dicemus infra ſuo loco. Tertius
17 † eſt caſus , quando nihil fuit expreſſum in teſtamento , ſed tamen aliunde probari poteſt teſtatoris voluntas.Hoc etiam caſu ſufficit coniectura hæc ad inducendum fideicõmiſſum: cùm voluntas hæc debeat obſeruari. Ita in ſpecie probat tex. d.l.cum proponebatur.de leg.2.& fortius probat text.l.quoties.§.1.ff.de hæred.inſtit.& l. cum auus. ff. de condit. & demonſt.& tradit Socinus in dict.l.in ambiguo.col. vlt.verſic. quinta concluſio.de rebus dubiis. Ita dicimus ex dictis extra teſtamentum colligi voluntatem teſtatoris , quod mater eſſet excluſa per tacitam pupillarem ſubſtitutionem , vt ſcribunt Bart.in l.2.in princ num. 40. & ibidem Ripa. num. 52. & Socin.Iun.num.112.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& Rui.in cõſil. 4.in fin.lib.1.Ita quoque dicimus , colligi voluntatem teſtatoris extra ea , quæ ſunt in teſtamento diſpoſita ad hoc , vt ſit locus tranſmiſſioni, vt reſponderunt Soc. Iun. in conſil. 167.colum.3.lib.2.Rubeus in conſil.8.in fin.& Pariſ.in conſ. 5.num.17.libro tertio.Et de his ſuis locis dicemus.Hoc etiam
18 caſu procedit prima illa opinio. Quartus † & vltimus eſt caſus,quando nihil fuit diſpoſitum, ſed veriſimile eſt , quod ſi cogitaſſet , ita diſpoſuiſſet. Hoc caſu pro diſpoſito habetur.l.tale pactum.§.vlt.ff.de pactis, vbi gloſſ.& probat.l.cum auus.

auus.ff.de cond.& demon.vbi Socin.num.10. & idem in l.in
ambiguo col.vlt.verſic.6. concluſio. de reb. dubiis declarat
Bero.in conſ.63.num.12.lib.2.
Priuſquam egrediar ex diſputatione hac,ſubnectam quod
ſentio ea de diſceptatione,quę grauis eſſe ſolet inter noſtros
19 ſcribẽtes,† an fideicommiſſum ſit quid fauorabile vel odio-
ſum.Ego ſoleo,omiſſa aliorũ explanatione, qui fruſtra mul-
tas membranas occupant,ſic duos caſus diſtinguere.
20 Primus eſt cùm † clarè & manifeſtè conſtat teſtatorem
voluiſſe certis in caſibus, & certas ob perſonas fideicõmiſ-
ſum conſtituere. Hoc caſu fideicommiſſum iudicari debet
21 fauorabile.Nam agitur de obſeruanda ipſius teſtatoris † vo-
luntate,quæ tunc pro lege habenda ſit l. 1. C. de ſacroſanct.
eccleſ.& §.diſponat.in Auth.de nupt. obſeruari omninò de-
bet.Et id facere publicè intereſt.l.vel necare.ff.quemad.teſt.
aperia.egregiè Iaſ.in l.Gallus.§.quod ſi is in 2.lect.num. 7.de
lib.& poſth.Et ita in ſpecie probat text.in Inſtit.de fideicom.
hæred.in principio ibi,*tantusq; fauor eorum factus eſt, &c.* Ita
22 † etiam intelligi & declarari poteſt.l. cogi in princip. ff. ad
Trebel.quo loci teſtator enixè rogauit peculium ſuum reſti-
tui,atque ita fideicommiſſum conſtituit.Sed fuit dubitatum,
an ſub fideicommiſſo contineretur ſola pecunia, vel tota
ſucceſſio.Et reſpondit Vlpianus, totam ſucceſſionem conti-
neri:Ea ratione permotus,Ne intercidat fideicommiſſum.
Et hoc in caſu verè & rectè loquuntur Bald.conſ.104. Te-
ſtamentum ad finem.lib.4. Ange.in l.ex facto.§. ſi quis autẽ,
ad Trebel.Alex.conſil.39.num.3.lib.1.Iaſ.conſ.203. colum.4.
verſ.non obſtat ſecundò.lib.2.Soc.Sen.conſ. 249. numer. 25.
lib.2.& in l.ſi filius,col.17 num. ... verſ.quæ abſolutè ſunt
fauorabilia,de vulga.& pupil.ſuſt.Decius conſ.652.numer.2.
Socinus Iun.conſ.168.num.91.lib.2.Zaſius in rubr. de lega.1.
num.3.Gribaldus inter conſilia Portij conſil.40. numero 22.
quos ſecutus eſt Marzarius in Epitome fideicommiſſorum,
q.1. verſ.ſed pro parte contraria, & c. ij quidem loquuntur,
quando iam conſtat clarè relictum eſſe à teſtatore fideicom-
miſſum.
23 Et hæc ſententia † tunc maximè procedit, quando fidei-
cõmiſſum ipſum relictum eſt ex cauſa fauorabili, vt illa eſt,
quòd agnatio & familia conſeruetur. Nam eas conſeruari
publicè intereſt.l.1.§.ſed & ſi ſeruus hæres,verſ.publicè.ff.dę
ventre inſp. Et in ſpecie hac loquuntur Anchara. conſil.27.
col.3.verſ.hic autem.Comenſ.conſ.2.colum.1.in fin. Gozad.
conſ.89.num.12.verſ.ad illud. Curtius Iunior conſil.22.num.
11.& conſil.111.num.12.Pariſ.conſil.63.num.26.& in conſ. 35.
num.38.lib.2.Capicius deciſ.108.num.15.& Soc.Iun.conſ.181.
num.39.lib.2 quos ſecutus eſt Marzarius.dict.q.1. verſ. Non
omitto tamen.
24 Nec huic † ſententiæ aduerſatur, quod dicitur fideicom-
miſſum eſſe onus & per conſequens odioſum.l.cohæredi. §.
cum filio,& ibi notat Iaſ.num.12.de vulg.& pup.ſubſt. Nam
reſpondetur, eſſe quidem onus & odium ex parte eius, qui
grauatur reſtituere non autem ex parte eius, cui debet fieri
reſtitutio.Ita nouiſſimè declarat Natta conſ.602.num.16. 17.
lib.3.& prius Iaſ.conſ.203.colum.4. verſ. Non obſtat ſecun-
do.lib.2.ſenſit Crotus in l.filiusfam.§.diui.num.54. in fin. de
leg.1.& ſcripſi in conſ.215,num.23.lib.3. Quod enim ex parte
eius, cui fieri debet reſtitutio ſit commodum, res eſt clara.
Quod autẽ ex parte eius, qui grauatus eſt reſtituere ſit onus
& odium probatur ex d.§.cum filio, quo loci ſcriptum eſt,il-
lum,qui ex fideicommiſſo ſuccedit, ſolùm ſuccedere in bo-
nis teſtatoris, non autem in bonis pupilli grauati. Cùm pu-
25 pilli bona hoc onere grauari non potuerint. Hinc † dici-
mus, in legitima filij fideicommiſſum non poſſe conſtitui:
cum fideicommiſſum ſit onus, & omne onus à filij legiti-
ma detrahi debet.l. quoniam in prioribus, vbi omnes. ff. dę
inoff.teſta.
26 Secundus eſt caſus,quando † ſumus in dubio, an ſcilicet,
teſtator reliquerit, vel non reliquerit fideicommiſſum. Hoc
ſanè caſu dicimus fideicommiſſum non præſumi: cũ ſit onus
& grauamen,& conſequenter odioſum. Hunc caſum com-
probant rationes, quas ſupra in initio huius diſputationis
conſiderauimus. Ita defendi poteſt opinio eorum, qui ſcri-
pſerunt, fideicommiſſa eſſe odioſa. Quæ ſententia locum
27 habet etiam quando † fideicommiſſum eſt reciprocum.Nam
& hoc in dubio iudicatur odioſum, ſicuti reſpondit Decius
in conſil.456.numero 3.& ſi aliter ſcriptum reliquit Bello.in
conſ.5.num.14.& in conſ.41.in fin.

## PRÆSVMPT. LXVIII.

### Fideicommiſſaria ſubſtitutio à teſtatore facta, an & quando ex præſumpta eius voluntate & mente facta dicatur, breuis ſed clara explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Subſtitutio quibus coniecturis probetur facta per fideicommiſſum à teſtatore, non autem directè.*
*Quòd quando teſtator dixit, velle ſua bona eſſe fideicommiſſo ſuppoſita, tacito de reſtitutione, præſumitur voluiſſe hæredem grauare reſtituere ſubſtitutis, num.2.*
*Quid ſi teſtator coram ſeptem teſtibus dixit velle conſtituere fideicommiſſum, & vocato notario omiſit ſubſtitutionem fideicommiſſariam, & ſimpliciter ſubſtituit.3.*
*4 Subſtitutio præſumitur fideicommiſſaria, quando teſtator inſtituto filio ſubſtituit eius filios compendioſe: nam.*
*Subſtitutio compendioſa fideicommiſſariam continet.ibid.*
*5 Subſtitutio præſumitur fideicommiſſaria, quando voluit teſtator bona ſua eſſe debere communia inter filios & deſcendentes ſuos.*
*6 Conſequens dicitur velle, qui vult antecedens.*
*7 Fideicommiſſum cenſetur iniunctum, quando teſtator dixit, quòd volebat bona ſua debere tranſire de hærede in hæredem.*
*Idem, ſi teſtator dixit, quòd bona perueniant vel deſcendãt de vno in alterum.8.*
*Et idem ſi dixit, quòd vnus alteri ſuccedat.ibid.*
*Idem quando teſtator dixit velle vt bona conſeruentur in agnatione & fam.num.9.*
*Idem, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.num.10.*
*Idem quando teſtator ſubſtituit ſuos deſcendentes vel agnatos ſub nomine appellatiuo.11.*
*Idem quando teſtator vocauit & ſubſtituit agnatos & tranſuerſales, & dixit, quòd mens & voluntas ſua eſt, quòd bona ſua perpetuo maneant in dictos agnatos.12.*
*Idem ſi teſtator vocauit primò agnatos, deinde agnatorum primogenitos conditione adiecta quòd illi primogeniti aſſumerent nomen & inſignia familiæ teſtatoris.13.*
*Idem, quando teſtator reliquit bona illuſtria, quæ conſeruentur perpetuo in agnatione & fam.14.*
*Idem quando teſtator ſubſtitutione facta prohibuit detractionem quartæ Trebellianicæ & alterius quotæ.15.*
*Idem, quando teſtator prohibuit hæredem à ſe inſtitutum teſtari, donec extarent ſibi filij.16.*
*Idem, quando teſtator inſtituto hærede in omnibus bonis poſtmodum dixit, quòd hæres ipſe eſſet contentus certa re: ſignificauit enim quòd reſiduum reſtitueret veniẽtibus ab inteſtato.17.*
*Idem, quando teſtator poſt ſubſtitutionem adhibuit prohibitionem alienationis, adiecta ratione, quia vult bona cõſeruari in agnatione & fam.18.*
*Et idẽ, quando teſtator prohibuiſſet alienari bona donec & quouſque extaret aliquis ex ſuis deſcendentibus.19.*
*20 Alienationis prohibitio eſt vocationis & ſubſtitutionis acceſſoria, & non extendit fideicommiſſum.*
*21 Reſtitutioni fideicommiſſi an & quando ſit locus remiſſiuè.*

1 DIXIMVS † ſuperiore præſumptione, fideicom-
miſſum præſumi ex coniecturis ductis vel à ver-
bis vel à mente teſtatoris.Nunc differendum eſt,
quæ & quales ſint hæ coniecturæ, quibus colli-
gitur teſtatorem voluiſſe per fideicommiſſum non autẽ di-
rectò ſubſtituere.
2 Et prima quidem eſt † coniectura,quando teſtator ſuo in
teſtamento dixit,quod volebat bona ſua eſſe fideicommiſſo
ſuppoſita. Et ſi enim hoc in caſu teſtator nullum verbum fe-
cit de reſtitutione:attamen cùm dixit, velle bona ſubiacere
fideicommiſſo,coniectura ſumitur, quod voluerit hæredem
eſſe grauatum reſtituere filiis,vel aliis ſubſtitutis.Ita reſpon-
derunt



derunt Areti.in conſ.37.nu.9.Crottus in conſ.3.nu.10.lib.1.
Pariſ.in conſ.75.nu.9.& in conſ.82.nu.13.lib.2.Soci.Iunior in
conſil.180.nu.6.lib.2.& in conſi.75.nu.12.lib.3.Alcia.in reſp.
645.nume.3.Portius Imolenſis in conſ.55.num.88.verſ. item
iuſſit,& Marzarius in epitome fideicommiſſaria.part.ſecun-
da.q.28.Et hos ſecutus ſum in conſ.434.num.1.lib.5. Et ſi à
prædictis diſſentit ſolus Mantua. in conſ.112.lib.1.
3 Secunda eſt † coniectura, quando teſtator coram ſeptem
teſtibus in teſtamento vel coram quinque in codicillis dixit,
ſe velle in ſua diſpoſitione conſtituere fideicommiſſum,dein
de vocato ad ſe notario, ſcriptaque eius diſpoſitione, omi-
ſit ſubſtitutionem fideicommiſſariam, & ſimpliciter ſubſti-
tuit.Hoc enim caſu præſumitur teſtatorem voluiſſe ſcriptam
eſſe ſubſtitutionem illam fideicommiſſariam. Ita cẽſuit gloſ-
ſa in l.cum proponebatur.in glo.vlt. in ſecunda declaratio-
ne.de leg.2.ex ſententia Io.& Hugo. Et eo loci Bart.nu.2.qui
ſubiungit, omiſſionem & errorem hunc probari poſſe duo-
bus teſtibus.
Tertia eſt coniectura,quando † teſtator inſtituto filio ſub
ſtituit eius filios ſicque nepotes compendioſe,vt puta ſi dixit,
& filio meo quandocunque decedenti ſubſtituo eius filios,
&c.Nam hoc caſu præſumitur teſtatorem voluiſſe per fidei-
commiſſum ſubſtituere filios illos:cùm compendioſa ſubſti-
tutio contineat fideicommiſſariam.Ita reſponderunt Roma.
in conſ.56.Decius in conſ.238.num.2.Pariſ.in conſil.92.num.
19.lib.2.Soc.Iun.in conſ.24.& apertius in conſi.180.nu.75.&
in conſ.181.num.27.lib.2.quos ſecutus ſum in conſil.85.nu.6.
lib.1.& dicemus infrà in præſumpt .... vbi de compendioſa
facta à pagano verbis communibus diſſeremus.
5 Quarta eſt coniectura,quando † teſtator voluit bona eſſe
debere communia inter filios & deſcendentes. Nam & tunc
præſumitur teſtatorem voluiſſe inducere fideicommiſſum
inter filios & deſcendentes, vt, ſcilicet filius, vel filij primo
loco vocati teneantur reſtituere filiis à ſe genitis: cum alio-
qui bona eſſe non poſſint communia, niſi vnus alteri per fi-
6 deicommiſſum reſtitueret.Qui enim † vult antecedens dici-
tur etiam velle conſequens.l.ad rem legatam.ff.de procurat.
cum ſimil.Ita in ſpecie reſpondit Deci.in conſi.684.nume.8.
& in conſi.637.num.8.& 9.idem ſenſit Marzarius in conſi.4.
num.3.& ſimilia mox ſubiiciam.
7 Quinta eſt coniectura † cum teſtator dixit, quod volebat
bona ſua debere tranſire de hærede in hæredem. Nam tunc
præſumitur voluiſſe locum eſſe reſtitutioni à primo vocato
in eius filios & deſcendentes.Ita in ſpecie reſpõderunt Soci.
Sen.in conſi.57.nume.3.lib.3.Decius in conſi.38.num.4.& in
conſi.287.num.12,verſ.& licet quandoque. Gratus in conſil.
31.num.17.lib.2.& Pariſ.in conſi.38.num.14.& 15.& in conſi.
92.num.46.lib.2.& etiam in conſil.8.nu.7.lib.3.ij autem in-
terpretes omnes ſcripſerunt teſtatorem hunc ſumpſiſſe ver-
ba illa de hærede in hęredem,ac ſi dixiſſet,de filio,in filium,
de deſcendente in deſcendentem. Et in ſpecie,quando teſta-
tor dixit,quod bona tranſeant,vel perueniant de deſcenden
te in deſcendentem, reſponderunt Rui. in conſi.101.num.15.
lib.2.Pariſ.in conſil.88.num.18.& in conſil.92.num.39.& nu.
8 46.lib.2.Idem eſt,quando † teſtator dixiſſet, quod bona per-
ueniant, vel deſcendant de vno in alterum, ſicuti reſpondit
Decius in conſi.481.col.1.verſ.& ex prædictis. Idem quando
dixiſſet,quod vnus alteri ſuccederet:quemadmodum reſpon
derunt Rui.in conſil.101.nu.14.& 15.lib.2.Goza.in conſil.52.
col.vlt.& idem ſenſit Cephal.in conſil.478.nume.35.lib.4.Ea
eſt ratio huius coniecturæ,quod non poteſt res de vno in al-
terum tranſire,vel de vno in alterum peruenire,niſi median-
te reſtitutione, qui ergo vult conſequens dicitur etiam velle
neceſſarium antecedens,vt dixi ſuprà.
9 Sexta eſt coniectura, cùm † teſtator ſubſtituit ipſius filij,
vel filiorum filios maſculos, adiecta hac ratione, vt bona
conſeruentur in agnatione & familia. Ita reſponderunt Pa-
riſ.in conſi.57.num.9.& in conſi.92.num.40.lib.2.& Cur.Iu.
in conſi.121.num.15.& alij,quos referam in ſubſequenti præ-
ſumptione in prima coniectura.
10 Septima † eſt coniectura,quando teſtator digreſſus eſt ad
plures gradus ſubſtitutionum,vt ſi ita dixit. Inſtituo Caium
filium meum,& eius deſcendentes,quibus ſine filiis deceden
tibus ſubſtituo Meuium fratrẽ meum,& deinde eius filios,&
filiorum filios,ac tandem omnes deſcendentes.Hoc ſanè ca-
ſu coniectura vrgens & efficax colligitur,teſtatorem voluiſ-
ſe inducere atque conſtituere fideicommiſſum.Ita Soci.Sen.
in conſi.250.num.5.& 6.lib.2. Cur.Iun.in conſ.43. col.1.& in
conſ.121.& Gratus in conſ.5.nu.18.lib.2. Et ij quidem dixerũt
etiam hoc fideicommiſſum eſſe repetitum inter ipſos deſcẽ-
dentes & tranſuerſales,vt dicemus in ſubſequenti præſump.
in tertia coniectura.
11 Octaua eſt † coniectura,quãdo teſtator ſubſtituit ſuos deſ-
cendentes,vel agnatos ſub nomine appellatiuo, vt ſi ſubſti-
tuit primogenitũ domus, vel maiorẽ natu.Ita reſpõdi in cõſ.
117.nu.14.& nu.15.lib.2.poſt Ancharanũ,Romanũ & Crauet-
tam.Et repetam in ſubſequenti præſumpt. in 4. coniectura.
12 Nona coniectura † eſt, quando teſtator uocauit & ſubſti-
tuit agnatos & tranſuerſales, & dixit quod mens & voluntas
ſua eſt,quod bona perpetuo maneant in dictos agnatos. His
enim verbis ſignificauit perpetuũ ſe conſtituere fideicõmiſ-
ſum.Ita Alex.in conſ.53.col.vlt.lib.6.& dicemus infra in ſub-
ſequenti præſumpt.in quinta coniectura.
13 Decima eſt coniectura † quando teſtator vocauit primo
agnatos,deinde agnatorum primogenitos, adiecta hac con-
ditione,quod illi primogeniti agnatorum aſſumerent nomẽ
& inſignia familiæ teſtatoris.Hæc coniecturam faciunt, te-
ſtatorem ipſum voluiſſe conſtituere fideicommiſſum. Ita
reſpondi in conſ.117.nu.23.lib.2. poſt Pariſium, Marzarium
& Riminaldum Iuniorem & repetam in ſubſequenti præ-
ſumpt.in ſexta coniectura.
14 Vndecima † eſt coniectura, quando teſtator reliquit bo-
na illuſtria & digna,quæ conſeruentur perpetuò in agnatio-
ne & familia:illaque prohibuit alienari.Hoc ſanè caſu con-
iectura ſumitur, teſtatorem voluiſſe conſtituere fideicom-
miſſum. Ita poſt alios affirmarunt Decius in conſ.23. colum.
pen.verſ.& concluſio prædicta.Ripa in l.filiusfa.§. Diui.nu.
4.de leg.1.& alios cõmemorabo in ſubſequenti præſumptio-
ne in ſeptima coniectura.
15 Duodecima eſt coniectura, quando † teſtator ſubſtitutio-
ne facta prohibuit detractionem quartæ Trebellianicæ &
alterius quotæ. Nam prohibitione illa ſignificare voluit te-
ſtator ſe vellet primum illorum hæredem teneri reſtituere
ſubſtituto.Ita cenſuerunt Caſtr.in d.conſ. 343. col.1.lib. 1. &
alios retuli in conſ.117.num. 21.lib.2.Quibus accedunt Ce-
pha.in conſ.472.num.60.lib. 4.& Sforcia Oddo in tract. de
compen.ſubſt.par.5.art.1.in fi.
16 Decimatertia eſt & egregia † quidẽ coniectura quando
teſtator prohibuit hæredem à ſe inſtitutũ teſtari donec exta-
rent ſibi filij.Nam tunc cenſetur eum grauaſſe reſtituere ve-
nientibus ab inteſtato. Ita probat tex. l. qui filium in prin.ff.
ad Trebell.vbi Bar. & reliqui ſcribunt eſſe notabilem caſum
& ego ipſe ſcripſi in conſ.434.nu.6.& 7.lib.5.
17 Decimaquarta,eſt coniectura,quando † teſtator inſtituto
hærede in omnibus bonis,dixit poſt modũ, quod hæres ipſe
eſſet cõtentus certa re.His enim verbis ſignificauit teſtator,
quod reſiduum reſtitueret venientibus ab inteſtato. Ita pro-
ba.l.peto in prin.ff.de leg. 2.atque ita inductũ eſt fideicom-
miſſum ad commodum venientium ab inteſtato. & ibidem
Bar.& reliqui. Et latè ſcripſi in conſ 434.nu.8.lib.5.& præter
ibi commemoratos accedit Cor.in conſ.231.nu.4.lib.4.
18 Decimaquinta eſt † coniectura,quando teſtator poſt ſub-
ſtitutionem adhibuit prohibitionem alienationis, adiecta
ratione quia vult bona conſeruari in agnatione & familia.
Nam ex his cõiecturam colligimus, teſtatorem voluiſſe ſub-
ijcere bona fideicommiſſo.Ita reſpondit Caſtren.in cõſ. 343.
Quia ex allegationibus.col.1.verſ.hoc etiã lib.1. quem ſecuti
ſunt multi à me congeſti in conſ.117.nu.18. lib. 2. & in conſ.
19 434.nu.3.lib.5.Et idem eſt, quando † teſtator prohibuiſſet a-
lienari bona donec & quouſque extaret aliquis ex ſuis deſ-
cendentibus,vt reſpondit Dec.in conſ.637.nu.5. verſ.1. quia.
20 Eſt tamen aduertendum,† prohibitionem hanc alienationis
non extendere ipſum fideicommiſſum, ſed intelligi factam
ſecundum perſonarum vocationem:cùm prohibitio ipſa ſit
vocationis & ſubſtitutionis acceſſoria: quemadmodum re-
ſponderunt per multi,quos commemoraui & ſecutus ſum in
conſi.376.col.antepen.lib.4.
21 Dubitari etiam hic ſolet, quando † locus ſit reſtitutioni-
m fidei

fideicommiſſi, an ſcilicet facta alienatione tãtum, vel etiam
poſt mortem grauati, & ſi is non alienauit. Qua de re cùm la-
tiſſimè ſcripſerim in conſil. 197. nu. 10. & ſubſequentibus lib.
2. & fuſius nouè explicauerit bene eruditus Petrus Antonius
Petra in commentariis, de fideicom. prohibit, quæſt. 5. nunc
plura ſcribere ſuperſedeo.

## PRÆSVMPT. LXIX.

**Fideicommiſſi onus quando ex præſumpta mente teſtatoris repetitum ſeu continuatum cenſeatur ab inſtituto patre in filios ſubſtitutos, & alios deinde vocatos.**

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſis onus quando præſumatur repetitum ſeu continuatum à ſubſtitutu & vocatis in alios.*
2 *Onus adiectum inſtitutioni non cẽſetur repetitum in ſubſtitutione.*
3 *Conditio ſufficit quod ſemel impleatur, quicquid inde poſtmodum eueniat.*
4 *Teſtator ſi limitatè & reſtrictè iniunxit onus reſtitutionis fideic. ſuo hæredi, non præſumitur illud onus repetitum in ſubſtitutione.*
5 *Cauſa limitata limitatum parit effectum.*
6 *Voluntas teſtatoris limitata non extenditur vltra quam expreſſit ipſe teſtator.*
7 *Teſtator quib. verbis limitate & reſtrictè loquutus dicatur.*
8 *Subſtitutio dicitur limitata & reſtricta, quando facta eſt expreſſo proprio nomine.*
9 *Reſtitutionis onus præſumitur à teſtatore repetitum, quando apparet ipſum teſtatorem voluiſſe bona perpetuo conſeruari in agnatione & fam.*
10 *Teſtatoris voluntas, quòd bona conſeruentur in agnatione & fam. ſumitur, quando ſubſtituendo vocauit ſolum maſculos excluſis fœminis, vel quando excluſit à ſucceſſione clericos.*
11 *Maſculorum vocatio & conſeruatio bonorum in agnatione non operatur, vt onus fideicommiſſi extendatur de perſona ad perſonam.*
12 *Reſtitutionis onus repetitum cenſetur, quando teſtator dixit, quòd bona ſua tranſeant de hærede in hæredem.*
*Idem, quando teſtator degreſſus eſt ad plures gradus ſuſtitutionum. nu. 13.*
*Idem, quando teſtator vſus eſt verbis diſpoſitiuis. 14.*
*Idem quãdo teſtator vocauit primogenitum ex ſuis deſcendẽtib. 15.*
*Idem quando teſtator vocatis ipſis agnatis & tranſuerſalibus expreſſe dixit, quòd mens & voluntas ſua eſt quòd bona perpetuo maneant in dictos inſtitutos & ſubſtitutos. 16.*
17 *Fideicommiſſum quando iniungitur perpetuum, extenditur etiam ad vltimum gradum agnationis.*
18 *Reſtitutionis onus cenſetur repetitum quando teſtator reliquit bona illuſtria & digna, quæ voluit conſeruari perpetuo in agnatione & famil.*
*Idem quando teſtator vocauit primo agnatos, deinde agnatarum primo genitos adiecta conditione, quo primogeniti agnatarum aſſumerent nomen & inſignia familiæ ipſius teſtatoris. 19.*
*Idem quando teſtator vocauit vltimo loco & in ſubſidium legitimatos. nu. 20.*
*Idem quando iam conſtat teſtatorem grauaſſe proprios filios onere fideicommiſſi. 21.*

EXPLICAVIMVS ſuperiore præſumptione
coniecturas, quibus colligitur teſtatorem vo-
luiſſe relinquere bona ſua fideicommiſſo ſup-
poſita: atque ita quando hæredem à ſe inſti-
tutum reſtitutionis onere grauare voluit: Nũc
1 † agendum eſt, quando ex præſumpta eiuſdem teſtatoris vo-
lũtate onus hoc reſtitutionis cẽſeatur repetitũ ſeu cõtinuatũ
à ſubſtitutis & vocatis in alios. Exẽpli gratia teſtator ita di-
xit: Inſtituo Caium filiũ meũ, & ſi Caius deceſſerit ſine filiis
ſubſtituo Meuium, & ſi Meuius deceſſerit ſine filiis ſubſtituo
Sempronium. Euenit quòd Caius deceſſit relictis filijs, qui
deinde nulla relicta prole deceſſerunt dubitatur, an filij illi
Caij cenſeantur & ipſi grauati reſtituere Sempronio: atque
ita, an onus reſtitutionis impoſitum Caio erga Sempronium
dicatur repetitum ſeu continuatum in perſonam filiorum
Caij erga prædictum Mæuium? Recepta eſt ſententia, quod
non dicatur onus hoc repetitum, ſed natis ipſi Caij filijs ſta-
tim dici cõditionem defeciſſe, atque ita extinctum fideicom-
miſſi onus. Cùm ſatis videri poſſit, quod Caius reliquerit fi-
lios, quorum exiſtẽtia deficere faciat alias ſubſtitutiones. Ita
omnium primus reſpondit Oldradus in conſ. 21. Thema tale
eſt. Qui quidem de hac facti ſpecie reſpondit: Teſtator fra-
trẽ habebat, & ex altero fratre præmortuo nepotẽ, & ex ter-
tio alio fratre prædefũcto tres alios nepotes. Hos omnes hæ-
redes fecit in ſtirpes: Deinde dixit, ſi aliquis hæredum meorũ
ſine filijs, aut deinceps deſcẽdentibus maſculis decedat, eius
portio deuoluatur ad cohæredes, dummodo maſculi ſint, &
ex maſculis, ſecundũ rectam lineam deſcendentibus. exclu-
dendo ſemper fœminas, quas dotauit. Deinde cauit idem te-
ſtator, quod ſi præfati omnes hæredes nollent dotes illas ſol-
uere, tunc ea portio ad Eccleſiam Romanam deuolueretur,
quam cum onere ille ſubſtituit. Rurſus & tertiò ſtatuit, quòd
ſi nec hæredes maſculi, nec eccleſia ſoluerent dictas dotes,
portio illa deuolueretur ad fœminam, quæ cum ea portione,
in qua eam ſubſtituit, nuberet. Demum ordinauit idem teſta-
tor, quòd ſi dicti omnes eius hæredes ſine filijs & nepotibus
& deinceps deſcendentibus maſculini ſexus decederent, bo-
na ſua eccleſiæ Romanæ acquirerentur. Euenit poſtmodũ,
quòd mortuo teſtatore, vnus nepotum deceſſit, quatuor reli-
ctis filijs maſculis, quorum duo ſine liberis deceſſerunt, ter-
tius verò ſola filia ſuperſtite: mortuus eſt quartus quoque ſi-
ne prole. Maſculi ex maſculis deſcendentes, bona ex ſubſti-
tutione, dote oblata, vẽdicabant. Conſultus Oldradus reſpõ-
dit. proneptem illam abſoluendam eſſe, & integram illam
ſubſtitutionem expiraſſe in perſonam aui ipſius neptis, qui
deceſſerat quatuor filijs ſuperſtitibus: quidquid poſtea de il-
lis contigiſſet, cum verum non eſſet ſubſtitutum obijſſe ſine
liberis maſculis, atque ita cenſuit Oldradus onus fideicom-
miſſi non eſſe repoſitum in perſonam ſubſtitutorum. Eandẽ
opinionem verè probarunt Angelus in conſilio 159. num. 3. &
Anchar. in conſ. 137. Et in caſu non diſſimili ab illo Oldradi
reſpondi Alex. in conſ. 108. lib. 1. & clarius in conſ. 185. lib. 2.
qui de hac facti ſpecie reſpondit Ricardus teſtator, filijs ca-
rens, inſtituit Sinibaldũ nepotẽ ex fratre, & ipſius Sinibaldi
filios maſculos, & cauit, quòd ſi Sinibaldus decederet cũ fi-
lijs, & deinde eius omnes filij decederent quãdocunque ſine
filijs legitimis & naturalibus, tunc & in quolibet dictorum
caſuum, ſuos hæredes eſſe voluit, & dicto Sinibaldo & eius
Sinibaldi filijs ſubſtituit Philippum. Euenit, quod Sinibaldus
ſucceſſit teſtatori, & deinde deceſſit, relictis Antonio & Iu-
liano filijs. Antonius deinde reliquit Iacobum. Recuſabat Ia-
cobus eſſe hæredem patris & Iuliani patrui, vindicando bo-
na iure ſubſtitutionis præſertim bona illa Iuliani, qui deceſ-
ſerat ſine filijs. Reſpondit Alex. ſecutus Oldradum, non po-
tuiſſe Iacobum illum iure ſubſtitutionis admitti: cùm re-
petitum non eſſet onus fideic. in perſonam Iuliani. Idem re-
ſpondit Alex. in conſi. 159. lib. 6. quem ſecutus eſt Rubeus in
l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 68. & nu. 70. ff. de lib. & poſth. Idẽ
quoque reſponderunt & affirmarunt alij permulti interpre-
tes, quos commemoraui in conſi. 85. num. 46. 47. & 48. lib. 1. &
in conſi. 117. num. 7. lib. 2. His accedunt Celſus Hugo in conſ.
68. nu. 8. & in conſ. 75. nu. 1. Couar. in cap. Raynaldus in prin.
nu 4. verſ. ſed & illud. de teſtam. Soc. Iun. in conſi. 29. nu. 20.
lib. 4. Rola. conſi. 56. nu. 10 lib. 3. Cepha. conſ. 514. nu. 12. libr. 4.
Burſ. in cõſ. 1. nu. 1. li. 1. Et hæc quidẽ eſt receptiſſima ſentẽtia,
& ſi ab ea diſſentiunt nõnulli relati à Marzario in cõſ. 4. nu.
7. verſ. ſed vltra. Ea eſt huius ſententiæ communis ratio pri-
2 ma, quod onus † & conditio adiecta inſtitutioni non cenſe-
tur repetita in ſubſtitutione. l. ſub conditione. ff. de hæred.
inſtit. & l. ſi quis hæres ita. ff. de acquiren. hæredi. & tra-
dit Socinus in l. quæ conditio. numer. 4. ff. de cond. & de-
mon. quo loci adfert rationem differentiæ inter ſubſtitutio-
nes & legata. Idem reſponderunt Gozad. in conſilio vltim.
nume. 4. & Pariſius in conſ. 38. num. 24. lib. 2. Eſt & ſecunda
ratio,



3 ratio, quia ſufficit † conditionem ſemel impleri, quidquid in-
de poſtmodum eueniat. l. hæredibus, in princ. ff. ad Trebel. &
l. cum vxori. ff. quando dies leg. ced.
4 Hic caſus multò magis † procedit, quando teſtator reſtri-
ctiuè, & limitate iniunxiſſet onus reſtitutionis fideicommiſſi
illi primo ſuo hæredi. Nam tunc nullo modo præſumitur il-
lud onus repetitum in ſubſtitutum. Ita reſpõderunt Soc. Sen.
in conſ. 159. col. 3. lib. 2. Decius in conſ. 63. col. 1. in conſ. 89.
col. 3. verſ. poſtremo prædicta concluſio. in conſil. 227. col. 2.
in conſ. 207. colum. 4. in conſil. 291. col. 3. verſic. his ſic præ-
miſſis. Rubeus in conſ. 32. col. 2. Ruynus in conſil. 108. num. 3.
& in conſil. 130. num. 4. lib. 2. & Pariſ. in conſ. 86. num. 36. lib.
5 2. & Craue. in conſ. 98. nu. 5. Ea eſt ratio, quia † limitata cauſa
limitatum effectum parit. l. in agris. ff. de acq. rerum dom. &
multis exornat Tiraquellus in Tract. Quod ceſſante cauſa ceſ-
6 ſet effectus, parte prima. num. 47. Voluntas † itaque teſtato-
ris limitata eſt, & ob id non extenditur vltrà quam expreſſit,
l. vnica. §. ſinautem ſub conditione. C. de cad. tollend. Reſtri-
7 ctionis ſigna † ſunt, cum teſtator vſus eſt his verbis: Et di-
ctum hæredem meum primum grauo reſtituere. Illa enim di-
ctio, dictum, reſtrictiua eſt. Sicuti in ſpecie hac reſponderunt
Ruynus, Pariſius, & Crauetta mox allegati, & illos ſecutus
ſum. in conſil. 86. num. 43. lib. 1. & in conſil. 117. num. 28. lib. 2.
Idem eſt, quando teſtator dixiſſet: & decedente filio meo hæ-
rede primo inſtituto, tunc & eo caſu ſubſtituo fratres meos.
Hęc verba, tunc & eo caſu, &c. ſtant reſtrictiuè: ſicuti affirma-
runt multi à me congeſti in d. conſil. 117. num. 6. & ibi. 28. in
fine & num. 29 hoc declaraui, niſi conſtet de voluntate teſta-
toris, quod voluerit locum eſſe repetitioni oneris: quia tunc
clauſula hæc reſtrictiua nil operatur, quemadmodum illo in
loco commemoraui huius opinionis Pariſium, Socinum Iu-
niorem & Albam.
8 Eſt etiam limitata † atque reſtricta ſubſtitutio, quando fa-
cta eſt, expreſſo proprio nomine. Ita reſpondit Crauet. in d.
conſ. 98. nu. 9. quem ſecutus ſum in d. conſ. 117. num. 14.
Receditur tamen à prædicta Oldradi in d. conſil. 21. & ſe-
quacium opinione coniecturis & præſumptionibus, ex qui-
bus colligitur teſtatorem voluiſſe, onus reſtitutionis fidei-
cõmiſſi eſſe repetitum à ſubſtitutis & vocatis in alios. Et mul-
tas quidem coniecturas conſiderare ſolent Doctores noſtri.
9 Prima eſt, quando † apparet teſtatorem voluiſſe bona per-
petuo, ſi fieri poteſt, conſeruari in agnatione & familia. Nam
tunc onus reſtitutionis præſumitur à teſtatore repetitum à
ſubſtitutis in alios & deinceps. Ita declarando reſponſum Ol-
dradi in d. conſ. 21. Scripſerunt Ruyn. in conſil. 143. numer. 7.
lib. 3. Pariſ. in conſ. 57. num. 9. & in conſ. 92. num. 40. lib. 2. &
in conſil. 25. num. 37. & in conſil. 52. num. 24. lib. 3. Gratus in
conſ. 5. num. 15. lib. 2. Curtius Iun. in conſ. 121. nu. 6. Socinus
Iun. in conſ. 170. num. 48. lib. 2. Alciatus in reſpon. 483. nu. 3.
Crauet. in conſ. 98. colum. 2. in conſil. 306. colum. penul. & in
conſil. 878. num. 9. verſ. ſextò. lib. 5. Cephalus in conſ. 173. nu.
16. lib. 1. & Decianus in conſ. 88. numer. 60. lib. 2. Ea eſt huius
coniecturæ ratio, quia niſi onus reſtitutionis fideicommiſſi
diceretur repetitum, bona ipſa non conſeruarentur in agna-
tione & familia: ſicuti manifeſtiſſimum eſt. Et voluntas menſ-
10 que † conſeruandi bona in agnatione ſumitur, quando ſubſti-
tuendo, vocauit ſemper maſculos, excluſis fœminis: ſicuti re-
ſponderunt Pariſius in d. conſ. 57. num. 10. lib. 2. & in conſ. 53.
num. 26. lib. 3. & Ruynus in conſ. 150. num. 12. lib. 2. Idem ſen-
ſit Crauet. in conſ. 250. nu. 2. Cum dixit, teſtatorem non con-
ſideraſſe conſeruationem agnationis & familiæ, quando vo-
cauit tam fœminas quàm maſculos: ſecus ergo ſi ſolos maſcu-
los, & idem quod Crauetta quamplurium auctoritate ſcripſit
Ludouicus Molina. in rib. 3. de Hiſpanorum primoge. cap. 5.
num. 50. Idem nouè reſpondit eruditiſſimus, & acutiſſimi in-
genij Iuriſconſultus Achil. Pedrocha in conſil. 5. nu. 34. Idem
eſt, quando teſtator excluſit à ſucceſſione clericos: ſicuti re-
ſpondit Curtius Sen. in conſil. 40. col. 3. verſic. quarto etiam.
Idem eſt, quando teſtator voluit bona ſua peruenire ad Cip-
pum ſuum. Nam tunc dicitur voluiſſe conſeruare agnatio-
nem & familiam. Ita Corneus in conſ. 55. num. 5. & 6. lib. 1. &
in conſ. 273. num. 5. lib. 4. Gozad. in conſ. 79. num. 6. & Pari-
ſius in conſil. 53. num. 29. lib. 3.
Cæterùm coniecturã hanc improbarũt Abbas in conſ. 40.
in primo dubio. lib. 1. Alex. in conſ. 139. num. 3. lib. 6. Ruinus
in conſ. 153. num. 5. lib. 2. Decius in conſ. 63. col. 2. verſ. & li-
cet liberi. in conſ. 291. num. 6. & in conſ. 513. num. 2. Pariſius
in conſ. 31. nume. 21. lib. 2. & hoc ſic retulit ac ſecutus eſt Zan-
chus in l. hæredes mei. §. cum ita. in ſeptima parte. num. 56. ff.
ad Trebell. qui dixit, Oldradum in conſ. 21. reſpondiſſe eo in
caſu, in quo teſtator vocauerat ſæpius maſculos, excluſis fœ-
11 minis. Non enim ſecundum prædictos † vocatio maſculorũ,
& conſeruatio bonorum in agnatione, & familia operatur, vt
onus fideicommiſſi extendatur de perſona ad perſonam: cùm
intelligatur, teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem eo
modo, & quatenùs diſpoſuit. Ita ego ipſe reſpondi in conſilio
85. num. 119. & in conſ. 327. num. 84. lib. 4. auctoritate Areti-
ni, Alexandri, Socini Senioris, Ruini, & Cephali. Et illis acce-
dunt Rubeus in conſ. 120. num. 9. Zuchardus in l. 1. nu. 98. verſ.
& hinc. C. de pactis, & Alciatus in l. pater. §. fundum. in fi. verſ.
tertius caſus. de leg. 2. Exiſtimo conſideranda eſſe verba, qui-
bus ſubſtitutio concepta eſt. Nam ſi teſtator vſus eſt aliqui-
bus verbis ſignificantibus tractum temporis ſucceſſiuum, vt ſi
dixit, inſtituo filium meum Caium, & ſi ipſe deceſſerit ſine
deſcendẽtibus maſculis, tunc ſubſtituo Sempronium fratrem
meum, vel eius deſcendentes maſculos, excluſis ſuper fœmi-
nis. Hoc ſanè caſu procedere poteſt prima illa opinio Pariſij,
& ſequacium, quòd ſcilicet fideicommiſſum ſit repetitum ab
vltimo ex deſcendentibus Caij erga Sempronium, atque ita
hoc in caſu locum non habet reſponſum Oldradi in d. conſ.
21. Cùm enim in conditione poſuerit omnes illos deſcenden-
tes maſculos Caij filij, dicitur eos vocaſſe, vt diximus ſuprà in
præſump. 83. Quando filij poſiti in conditione in prima con-
iectura. Et ob adiecta verba, quòd maſculi ſemper ſuccedant,
excluſis fœminis, ſignificauit teſtator velle perpetuò bona
conſeruari in agnatione, & familia atque ita vltimum ex de-
ſcendentibus Caij filij eſſe grauatum reſtituere Sempronio,
vel alteri ex eius deſcendentibus. Nec huius caſui (ſi rectè
perpendatur) repugnant quæ ſcripſi in conſ. 85. num. 43. lib. 1.
ſi verò teſtator non eſt vſus verbis ſignificantibus tractatum
ſucceſſiuum, vt ſi dixit, Inſtituo Caium filium meum, & ſi ip-
ſe deceſſerit ſine filiis maſculis, ſubſtituo Sempronium filium
meum, vel eius filios maſculos, dicendum eſt, fideicommiſ-
ſum nõ eſſe repetitum à perſona filij Caij erga Sempronium,
vel eius filios. Cùm teſtator reſtrixerit quodammodo voca-
tionem ad primi gradus ſucceſſores, nempè filios, quæ ſanè
vocatio cum ſucceſſiua non ſit multi temporis, & gradus,
oſtendit teſtatorem non curaſſe agnationis, & familiæ con-
ſeruationem. Et hoc caſu procedere poteſt ſecunda opinio ſu-
12 pra commemorata.
Secunda eſt † coniectura, quando teſtator dixit, quod bo-
na ſua tranſeant de deſcendente in deſcendentem, vel de hæ-
rede in hæredem. Nam tunc primi cenſentur grauari reſtitue-
re aliis ſucceſſiuè. Ita ſcripſerunt multi relati in præcedenti
præſumptione in quinta coniectura.
13 Tertia eſt † coniectura, quando teſtator digreſſus eſt ad
plures gradus ſubſtitutionũ, vt ſi dixit. Inſtituo Caium filium
meum, & eius deſcendentes, quibus ſine filiis deſcendentibus
ſubſtituo Sempronium fratrem meum, & deinde eius deſcen-
dentes. Hoc ſanè caſu vrgens eſt coniectura, teſtatorem
voluiſſe filium ſuum eſſe grauatum erga omnes ſuos deſcen-
dentes, & hos etiam erga tranſuerſales: atque ita hoc in caſu
non procedere opinionem Oldradi in d. conſ. 21. Ita reſpon-
derunt Socin. Sen. in conſ. 250. num. 5 & 6. lib. 2. Curt. Iun. in
conſ. 43. col. 1. & in conſ. 121. num. 16. Gratus in conſ. 5. num.
18. lib. 2. Craue. in conſ. 98. num. 3. in conſ. 326 col. vlt. verſic.
ſecundo principaliter, in conſ. 878. nume. 10. & in conſ. 935.
num. 11. lib. 5. & hos ſecutus ſum in conſ. 117. num. 9. & 10. lib.
2. & in conſ. 220. num. 12. lib. 3.. Et hæc † quidem coniectura
14 multò magis locum habet, quando teſtator vſus eſt verbis
diſpoſitionis, vt ſi dixit, Inſtituo Caium filium meum, filiiſq;
ſuis ſubſtituo fratrem meum, & eius deſcendentes. Hęc verba
diſpoſitiua coniectura faciunt teſtatorem voluiſſe grauare
primum hæredem reſtituere filiis ſuis, & deinde filios illos
ſuis deſcẽdentib. donec bona perueniãt ad fratres. Ita Guido
Papæ, & Decius, quos commemoraui in conſ. 117. nume. 12.
libro 2.
15 Quarta eſt coniectura, quando † teſtator vocauit primo-
genitum, vel natu maiorem ex ſuis deſcendentibus. Ita decla-
rando reſponſum Oldradi in d. conſ. 21. ſcripſi in d. conſ. 117.
 num. 14.

num.14.& 15.poſt Ancha.Romanum & Crauettam,quos ibi retuli,& copioſe declaraui.Idem quoque ſcripſi in conſ.220. nu.34.lib.3. Et ibidem retuli Hier.Gabrielem.

16 Quinta coniectura † eſt,quãdo teſtator vocatis ipſis agnatis & tranſuerſalibus, expreſsè dixit, quod mens & voluntas ſua eſt, quod bona perpetuò maneant in dictos inſtitutos & ſubſtitutos. Nam tunc voluit teſtator inducere perpetuum fideicommiſſum in ſua agnatione & familia : quod ſanè fideicommiſſum perpetuum eſſe non poteſt ; niſi vnus alteri ſucceſſiuè perpetuò reſtituat. Ita Alexand.in conſil.53.col.vlti. lib.6.Iaſon in l.ſi quis hæredem num.10.C.de inſtit.& ſubſt. Caſſaneus in conſ.62. num.10. Crauetta inter conſilia Marzarij in conſ.6.colum.11.verſ.& ſi maximè, quos ſecutus ſum in d.conſ.117.num.17.quo loci ſcripſi ex ſententia Tiraquel-
17 li, Didaci & aliorum, quòd † quando teſtator voluit fideicommiſſum eſſe perpetuum, illud extenditur etiam ad vltimum gradum agnationis.

18 Sexta eſt coniectura quando † reliquit bona illuſtria & digna, quæ conſeruentur perpetuò in agnatione & familia illaque prohibuit alienari. Nam tunc præſumitur teſtatorem ipſum voluiſſe, onus illud fideicommiſſi eſſe repetitum de vno in alterum, vſque in infinitum. Ita in ſpecie affirmarunt Bartolus in l.filiusfam.§.diui.num.3. de leg.1.& ibidem Iaſon in prima lect.num.26. & egregiè Caſtren.in conſ.343..Quia ex allegationibus.colum.1.verſ. nam iſtud Caſtrum.lib.1.qui ita manifeſtè reſpondit ob qualitatem rei, nempe Caſtri, quod primogenito conſueuit relinqui pro conſeruatione familiæ. Idem eſt de domo nobiliſſima, aut inſigni palatio : vt ſcripſerunt gloſſa, Baldus & Iaſon in l.quoties.C.de fideicom.Decius in conſ.23.colum.pen.verſ.& concluſio prædicta, & in conſil.38.colum.2.verſic.quintò etiam ex qualitate, & Ripa in d.§.diui.num.4.qui & exemplum attulit de turri. Idem decidit Antonius Capicius deciſ.108.num.4. quos ſecutus ſum in d.conſ.117.num 19.& 20.lib.2. Et in ſpecie ſic doctrinam Oldradi declarauit Craue.in conſilio 878. col.pen. verſ.ſatis in his.

19 Septima † eſt coniectura, quando teſtator vocauit primò agnatos maſculos : deinde agnatorum primogenitos,adiecta hac conditione:quod illi primogeniti agnatorum aſſumerent nomen & inſignia familiæ teſtatoris. Hoc enim caſu præſumptiò eſt magna, teſtatorem voluiſſe & filios & agnatos ſuos eſſe perpetuò grauatos reſtituere fideicommiſſum. Ita in ſpecie coniecturam hanc probaui in d.conſ.117.num.23. libr.2. poſt Pariſium in conſil.18.num.42.lib.2.Marzarium in conſ. 4.num.1.in fine.& num.43.& Riminal.Iuniorem in conſ.21. num.27.& num.49.lib.1.

20 Octaua coniectura † præcedenti valde ſimilis,quando ſcilicet teſtator vocauit vltimo loco & in ſubſidium legitimatos. Nam tunc ſumitur coniectura, quod voluerit fideicommiſſum eſſe repetitum in ſubſtitutum. Ita reſpondit Crauet. in conſil.3.

21 Nona eſt coniectura, † quando iam conſtat teſtatorem grauaſſe proprios filios hoc onere fideicommiſſi : Nam tunc præſumptio & coniectura ſumitur, quod grauare etiam voluerit nepotes & remotiores gradu : quia ſi magis dilectos grauauit, multò magis grauare voluit minus dilectos.iuxta.l. Publius.§.vlt.ff. de cond.& demonſt. & in ſpecie ita affirmarunt Socin Sen.in conſil.250.colum.5.verſic.item ſi filiabus & in conſil.251.colum.9.lib.2. Ruynus in conſ.67.num.4.& in conſ.142.num.13.verſ.præterea.lib.2.Decius in conſ.205. num.8.Curtius Iun.in conſ.22.nu.8. & alios recenſui in conſ. 85.num.24.lib.1.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Decius in conſ.465. num.15.in fine. Ruynus in conſil.67. num.10. in conſil.117. num.24.& in conſil.142.num.3.lib.2.Socinus Iun.in conſil. 2.num.24. & in conſil.100.num.57.lib.3. & Craue.in conſil. 98.num.14.& in conſ.161.num.17.verſic.Secundò ; à quibus non diſſenſi in d.conſ.85.num.120. Qui quidem his rationibus vſi ſunt : primò quod ſi vera eſſet hæc coniectura, nunquam locus eſſet illi doctrinæ Oldradi in d.conſ.21.Secundò non eſſe inconueniens, vt quod remotior ſit magis dilectus ipſo proximiore : id quod multorum auctoritate comprobauit Crauetta præcitatis in locis. Præterea & tertio æquitati conuenire,vt grauati ſolùm cenſeantur primi & non remotiores, cùm primi illi duas quartas detrahant legitimam ſcilicet & Trebellianicam : quas quidem detrahere minime poſſunt remotiores.

Eſt quod antequam huic diſputationi extremam (vt aiunt) manum imponam, explicem dubitationem illam : Teſtator ita dixit. Inſtituo Caium filium, & ſi non habebit filios, vel deceſſerit ſine filiis ſubſtituo Sempronium. Caius inſtitutus ſuſcepit filios, qui eo ſuperſtite deceſſerunt : an adhuc Caius teneatur reſtituere bona Sempronio : vel potius extincta ſit ipſa ſubſtitutio.

Hic conſideranda ſunt verba, quibus vſus eſt teſtator. Si enim ita dixit,inſtituo Sempronium,& ſi filios non habuerit, vel non ſuſceperit ſubſtituo Sæium & Titium. Hoc caſu ſuſceptis ab ipſo Sempronio filiis extincta eſt ſubſtitutio facta de Sæio & Titio, cum per natiuitatem filiorum Sempronij defecerit conditio, ſub qua vocati fuerant Sæius & Titius. Nec vlterius quærendum eſt, an illi filij Sempronij ſuperuixerint ipſi Sempronio patri, vel non:cum ſatis ſit eos eſſe natos, vt extincta dicatur ſubſtitutio. Ita declarat Iaſon in l. in ſubſtitutione.colum.pen.verſic.quid dicendum.ff. de vulg.& pup.ſubſt.& apertius in l.ſi quis hæredem.num.11.C.de inſti. & ſubſtit.qui ſic intelligit.& declarat.l.hæredibus.in princ.ff. ad Trebell.& l.cum vxori.C. quando dies legati cedat:& reſponſum illud Oldradi in conſil.21. de quo dicimus ſupra. Si verò teſtator ita diſpoſuit:inſtituo Sempronium & ſi ipſe deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo Sæium & Titium. Hoc caſu ſubdiſtinguit Iaſon præcitatis in locis duos caſus, quorum primus eſt, ſi is Sempronius ſuſcepit filios, qui ipſi Sempronio ſuperuixerunt. Hoc ſanè caſu extincta eſt ſubſtitutio:atq; ita excluſi ſunt Sæius & Titius ſubſtituti, cùm veriſſimum ſit, Sempronium deceſſiſſe relictis filiis. Secũdus eſt caſus, quando illi filij deceſſerunt ſuperſtite ipſo Sempronio patre. Hoc caſu locus eſt ſubſtitutioni factæ de Sæio & Titio:cùm Sempronius non deceſſerit ſine filiis. Ita diſtinguit præcitatis in locis Iaſon,& eo prius Alex.in conſ.53.num.11.& 12.lib.6.& in conſ.101.num.15.lib.7.Soc.in l.ſolemus.in fin.ff.de cond. & demonſt. & alios plures retuli in conſ.117. num.16.verſic. quartò accedit, &c. Et illis adde Crauet.in conſ.878. num.6. verſ.ſecundò reſpondetur,& Vegium in conſ.vlt.num.17.

## PRÆSVMPT. LXX.

### Filij vnà cum eorum patribus vocati, an & quando præſumantur vocati, vt eodem ſuccedant tempore,vel ordine ſucceſſiuo.

## SVMMARIVM.

*1 Filij vnà cum eorum patribus vocati an & quando præſumantur vocati,vt eodem ſuccedant tempore,vel ordine ſucceſſiuo.*
*Diſtingue,vt num.2.& ſeq.*
*3 Nepotes teſtatoris præſumantur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi ſunt inſtituti vnà cum patre eorum.*
*4 Actum aliquem gerens,ſi aliqua extat neceſſaria cauſa præſumitur magis feciſſe eadem cauſa adductus, quàm cauſa merè voluntaria.*
*5 Teſtator præſumitur voluiſſe diſponere omni meliori & efficaciori modo,quo fieri potuit.*
*6 Filij vno & eodem tempore cum patre vocati cenſentur, quando teſtator non hæredis inſtitutionem fecit,ſed legatum vel fideicommiſſum particulare reliquit.*
*Idem quando teſtator inſtituit filium & aliquos ex nepotibus ipſius filij tantum.num.7.*
*Idem quando pater inſtituit filium, & ex eo nepotes maſculos tantum.num.8.*
*Idem quando pater inſtituit filium,& vnà cum eo nepotes.nu.9.*
*10 Dictio, cum : vel dictio, vnà : magis copulat quàm dictio : & numer.32.*
*11 Filij vnà cum patre vocati præſumuntur, quando teſtator inſtituit filium & ex eo nepotes, ac ipſos omnes onere reſtitutionis fideicommiſſi grauauit erga aliquem.*
*12 Grauari is non poteſt,qui vocatus & honoratus non eſt.*
*13 Filij vnà cum patre vocati cenſentur,quando teſtator inſtituit & ſubſtituit filium & nepotes adiecta clauſula,vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum.*
*Idem quando conſtat coniecturis, patrem vocantem filium,& nepotes non conſideraſſe rationem illam inſtituendi nepotes.14.*
*15 Filius non poteſt inſtitui ſub conditione, quæ non ſit in eius poteſtate.*
*16 Teſtator inſtituendo fratrem,& eius filios an & quando præſumatur vocaſſe filios vnà cum patre.*
*Diſtingue,vt num.17.& ſequent.*
*17 Teſtator ſi inſtituit fratrem, & aliquot eius filios, quos expreſſo proprio nomine vocauit alijs omiſſis, præſumitur vocaſſe ipſos filios vnà cum eorum patre æqualiter.*
*Et quid ſi teſtator inſtituit,vel ſubſtituit fratrem, & eius aliquos filios non quidem nomine proprio expreſſo, ſed appellatiuo,ita reſtrictè,& limitatè, vt alij filij omiſſi appareant.18.*
*19 Filij vnà cum patre vocati cenſentur, quando teſtator inſtituit, vel ſubſtituit fratrem, & eius filios, quos tunc habebat, nec alij ſperabantur.*
*20 Filius dicitur nominatim exhæredatus, qui & ſi non fuit proprio nomine demonſtratus, appellatiuo tamen eſt ſatis certificatus, cum ſolus eſſet.*
*21 Filij ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem, & eius filios, & alij filij ex eo fratre ſperabantur.*
*Idem quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem, & eius filios, & eo teſtamenti tempore nulli nec nati nec concepti erant.22.*
*Idem quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem,& eius filios natos,& naſcituros.23.*
*Idem quando teſtator inſtituit, vel ſubſtituit fratrem, & eius liberos vel deſcendentes.24.*
*25 Liberorum vel deſcendentium appellatione comprehenduntur non ſolùm filij,& nepotes,ſed etiam alij vſque in infinitum.*
*26 Teſtator ſi inſtituit vel ſubſtituit fratrem, & ſuos : an illi ſui dicantur ordine ſucceſſiuo vocati, vel eodem tempore.*
*Suorum appellatione qui veniant.*
*27 Teſtator ſi inſtituit vel ſubſtituit fratrem, & eius hæredes, cenſetur hæredes vocaſſe ordine ſucceſſiuo, poſt mortem,ſcilicet ipſius fratris.*
*28 Viuens non dicitur habere hæredem.*
*29 Heredum appellatione venit non modo primus hæres,ſed & hæres hæredis, & alij deinceps, & nomen hæres, eſt nomen collectiuum.*
*30 Teſtator ſi vocauit alternatiuè fratrem vel eius filios, filij ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur.*
*Secus ſi inſtituit vel ſubſtituit fratrem cum eius filijs,quia æqualiter,& eodem tempore dicuntur filij vocati.31.*
*33 Teſtator ſi inſtituit vel ſubſtituit fratrem, & eius filios, aliquibus verbis, quæ non poteſt ſalua ratione recti ſermonis conuenire alteri,quàm ordini ſucceſſiuo,filij cenſentur vocati ordini ſucceſſiuo.*
*Idem contra.num.34.*
*35 Filij vnà cum patre vocati præſumuntur,quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit penitus extraneum,& eius filios.*
*Idem quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit extraneum,& ipſius extranei agnatos.num.36.*



1 CONTROVERSA eſt † diſputatio hæc, quando teſtator inſtituit, vel ſubſtituit Caium & eius filios,an filij illi cum patre eodem tempore, vel ſucceſſiuo ordine ſuccedãt poſt patrem? Hanc diſputationem explicarunt interpretes noſtri in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liberis & poſthum.& ex recentioribus Didacus in c.Raynutius.§.2.de teſta.Iulius Clarus in §.teſtamentum.quæſt.80.& Mantica in commentariis, de coniecturis vltimarum voluntatum.libr.4.
2 tit.7.Ego ſoleo diſtinguere † atque conſtituere tria huius diſputationis capita.

3 Primum eſt, quando † Caius ille vocatus erat filius teſtatoris.Hoc in caſu filij illi Caij, ſicque nepotes teſtatoris præſumuntur ordine ſucceſſiuo vocati, nempè, ſi Caius eorum pater hæres eſſe noluerit,vel non potuerit.Ita glo.in d.§.quidam rectè.& ibidem Bar.nu.4.Bald.num.5.Albe.nu.9.Alex. num.6.Iaſ.num.1.Socin.Sen.num.2.Alciatus in prima lectura.num.46.& in ſecunda.num.44.& Socinus.Iun.nume.64. Hanc quoque probarunt Cæpola in conſ.52.colum.1.verſic. primus caſus, & in verſic. ſecundus caſus. Corn.in conſ.321. num.1.lib.3.Dec.in conſ.236.nu.1.Socinus Iun.in conſ.171. nu.4.lib.2.qui teſtatur, hanc eſſe communem opinionem,& in iudiciis ſequendam,ſic etiam communem dixit Iulius Clarus in §.teſtamentum.q.80.

Hęc ſententia,quæ & mihi magis probatur,ea ratione fortè,præter multas à Doctoribus præcitatis in locis conſidera-
4 tas,comprobari poteſt,quod ille,qui † actum aliquem facit ſi aliqua extat neceſſaria cauſa,ea adductus magis feciſſe præſumitur quàm cauſa merè voluntaria.l. in his.§.ſed & ſi forte.ff. de ſolutio.& reſpondit Crauet.in conſ.235.nu.34. & in conſ. 149.num.12.Porrò hoc in caſu duæ cauſæ inſtituendi nepotes conſiderari poſſunt in auo teſtatore,vna neceſſaria,ne ſcilicet contingat teſtamentum reddi nullum, ſi filius tantum inſtitutus ſe viuo decedat, nepotibus præteritis.d.l.Gallus.§. quidam rectè.Altera eſt voluntaria, cùm in libertate teſtatoris ſit hæredem aliquem facere,vel non.Et præterea,præſum-
5 ptio † eſt teſtatorem voluiſſe diſponere omni meliori & efficaciori modo,l.Eſt ergo præſumendum, teſtatorem motum fuiſſe cauſa illa,quæ neceſſaria quodammodo eſt,& quæ reddit teſtamentum tutius & validius. Nec repugnant rationes & argumenta contrariæ opinionis, quam probarunt Iacobus de Arena,Oldradus,Salicetus,Imola,Aretinus, quas referunt & ſequuntur Garzia in d.§.quidam rectè.num... Galliaula. nu.60. Rubeus.nu.... Salomonius.col.pen.& Torniellus in quæſtionibus ad.§.illum.nu.4.& nu.5. & ibidem.nu.8.(quod mirari non deſino) dixit,eſſe indubitatam.Hanc quoque probauit Didacus in c. Raynutius.§.2.num.4.de teſta. Nam diligenter & accuratè reſpondet Alciatus in d.§.quidam rectè,in ſecunda lectura.nu.44.& 45.Vrgere magis videtur argumentum Tornielli in d.§.quidam rectè, in quæſtionibus.num.4. verſ.& pro comprobatione,iunctis his,quæ ſubiunxit num.5. Ita enim argumentari voluit Torniellus:neceſſitas huius ordinis ſucceſſiui tunc cõſiderabilis eſt,quando duo ſimul concurrunt, nempe neceſſitas ipſa inſtituendi, & poteſtas ſuccedendi ab inteſtato. At qui duo hæc nõ poſſunt cõcurrere hoc in caſu,quando pater inſtituit filium & nepotes:Ergo neceſſitas iſta non eſt conſiderabilis.Illam minorem propoſitionem à partibus enumeratis probare ſic voluit Torniellus : Aut teſtator reliquit legatum, vel fideicommiſſum particulare. Et hoc caſu clarum eſt, hoc teſtatorem non conſideraſſe inſtituendi neceſſitatem,nec poteſtatem ſuccedendi ab inteſtato. Aut teſtator inſtituit filium & nepotes,non tamen omnes generaliter : ſed aliquos tantum : Hoc etiam caſu neceſſitas illa inſtituendi, poteſtasq; illa ſuccedendi ab inteſtato dici non poteſt conſiderata à teſtatore : quia alioqui inſtituiſſet omnes,ne contingat teſtamentum reddi nullum à non inſtitutis. Aut verò tandem (inquit Torniellus) teſtator inſtituit omnes nepotes:ſub quo generali nomine continentur iam nati viuo ipſo teſtatore quàm concepti & nati eo mortuo:Qui quidem concepti & nati auo mortuo non habent poteſtatem ſuccedendi ab inteſtato.l.ſi quis filio exhæredato.in princ.ff. de iniuſto rupto & irrito teſta. & in §. cum autem.in inſtit. de hæredita. quæ ab inteſta. defer. Idem probat l. Titius.ff. de ſuis & legit.

Cæterùm huic conſiderationi exiſtimo reſponderi poſſe. Et quanquam fruſtra Torniellus dixerit in illa maiori propoſitione, duo copulatiuè hic conſiderari, neceſſitatem ſcilicet inſtituendi, & poteſtatem ſuccedendi ab inteſtato : cum ipſa inſtituendi neceſſitas includat omnino poteſtatem ſuccedendi ab inteſtato:alioqui nulla eſſet neceſſitas:attamen facilè ei hoc concedimus : cum hoc illud non ſit,quod dubitationem facit. Illa verò minor propoſitio in duobus primis caſibus à Torniello enumeratis vera eſt, nempè quando teſtator legatum,vel fideicommiſſum particulare reliquit:ſicuti etiam dicemus infra in declarationibus.Tertius itaque ſupereſt caſus, à Torniello conſideratus, quando ſcilicet teſtator inſtituit abſolutè omnes nepotes.Hoc caſu (inquit Torniellus) continentur etiam concepti & nati poſt ipſius aui mortem:qui tamen ei ſucceſſuri non erant ab inteſtato, d.§. cum autem, & conſequenter nulla erat neceſſitas eos inſtituendi.Reſpondetur, teſtatorem quo ad terminos noſtros non conſideraſſe, nec vocaſſe illos ſe mortuo conceptos & natos : Cùm nulla extiterit cauſa, qua eos vocaret. Nam teſtatoris mens præcipua fuit prouidere,ne teſtamentum reddatur nullum præteritione nepotum,qui filio defuncto adhuc ſuperſtite teſtatore,

primum ſucceſſionis gradum ingrediuntur. Hæc ratio & neceſſitas non eſt conſiderabilis in his conceptis & natis poſt mortem aui teſtatoris: quia iam teſtator moriens videt, ſuperſtitem ſibi eſſe filium, vel nepotes iam natos, vel conceptos. Illi ergo concepti & nati non fuerunt conſiderati hoc in caſu à teſtatore, qui ſatis prouidet teſtamentum ſuum reddi non poſſe nullum, horum præteritione: cum ſuperſtes eſſet adhuc filius ipſe, qui mortuo teſtatore, filios generauit. Eſt itaque retinenda communis & vera ſententia. Quæ quidem multò magis procedit quando aliqua coniectura conſtaret, teſtatorem vocaſſe nepotes contemplatione ipſius filij. Nam tunc ſine dubio, nepotes non cenſentur eodem tempore vocati: ſed ſucceſſiue: ne alioqui fauor, qui ex perſona ipſius filij redundat in perſonam nepotum, eſſet damnoſus ipſimet filio, ſicuti rectè conſiderauit Torniellus in d. §. quidam rectè, nu. 14. Nec repugnat conſideratio eorum, qui dixerunt, quòd ſi contemplatione patris filio relinquitur, totum immediatè patri acquiritur. Nam reſpondetur, hoc in caſu, in quo auus teſtator inſtituit (de hoc enim loquitur etiam Torniellus) filium & nepotes, non eſt conſiderabile quod nepotes, ideſt filij acquirant patri ſuo: quia aut hic ipſe pater, ideſt teſtatoris filius, eſt ſuperſtes tempore quo decedit teſtator pater: Et tunc ſuo iure, non ex perſona filiorum ſuorum conſequitur hæreditatem. Aut non eſt ſuperſtes, & tunc fruſtra diſputatur, quod ei ex filiorum perſona acquiratur: Cum iam deceſſerit antequam aliquod ius filiis ſuis delatum fuit.

6 Declaratur † primo hoc caput, vt locum non habeat, quando teſtator non hęredis inſtitutionem fecit ſed legatum, vel fideicommiſſum particulare reliquit. Hoc ſane caſu, cum nonnulla extiterit relinquendi neceſſitas: nepotes ipſi non ordine ſucceſſiuo: ſed eodem tempore cum filio vocati cenſentur. Ita rectè ſenſit Torniellus in d. §. quidam rectè, in quęſtionibus. num. 5. Et ſi declaratio hæc non eſt de genere (vt dici ſolet) regulæ.

7 Declaratur ſecundo, vt † non procedat hoc caput, quando auus teſtator inſtituit filium, & aliquos ex nepotibus ipſius filij tantum: atque ita non omnes. Hoc etiam caſu ij nepotes cenſentur eodem tempore æqualiter cum patre vocati. Ita rectè pariter ſcripſit Torniellus præcitato in loco. Ea eſt ratio, quia teſtator hoc in caſu non conſiderauit neceſſitatem aliquam, nempè quod inſtituendo hos nepotes euitaret periculum annullandi teſtamentum. Et ſi enim ab inſtitutis nullum dici non poſſet: attamen poſſet ab aliis præteritis. Hoc in caſu intellexit Torniellus loqui Scæuolam in l. Codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. quod verum, non eſſe exiſtimo: cùm alius ſit illius reſponſi ſenſus, vt explicabo in duodecimo Caſu ſubſequentis capitis.

8 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat quando pater inſtituit filium & ex eo nepotes maſculos tantum. Hoc ſane caſu cum non vocauerit etiam neptes, quæ ita dicere poſſent teſtamentum nullum, ob ſui præteritionem, dicendum eſt illos nepotes non eſſe vocatos ordine ſucceſſiuo: ſed eodem tempore. Ita reſpondit Corneus in conſ. 321. num. 3. lib. 3. qui tamen ſubiunxit, ſe non audere affirmare declarationem hanc, quam tamen viſus eſt probare Galliaula in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 20. verſ. limita tertiò.

9 Declaratur quartò, vt † non procedat quando pater inſtituit filium & vnà cum eo nepotes. Nam tunc nepotes cenſentur vocati, vt eodem tempore ſuccedant cum eorum patre. Ita Galliaula in d. §. quidam rectè. nu. 16. verſ. limita modo, & nu. 17. qui dixit omnes ita ſequi Bart. 161. ſic declarantem. l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſt. Quæ tamen non probat, vt rectè aduertit Torniellus in d. §. quidam rectè, in quæſtionibus.
10 nu. 17. Melius confert ratio, quia † dictio, cum, vel dictio, vnà, magis copulat, quam dictio, &, vt dicemus infra in ſequenti capite in vndecimo caſu.

11 Declaratur quinto, vt † non habeat locum quando teſtator inſtituit filium & ex eo nepotes, ac ipſos omnes onere reſtitutionis fideicommiſſi grauaſſet erga aliquem: vt ſi ita dixit: Inſtituo Ioannem filium meum, & eius filios: quibus omnibus decedentibus ſine filiis, tunc & eo caſu ei, & cuilibet ipſorum ſubſtituo Franciſcum. Hoc in caſu nepotes illi eodem tempore cum eorum patre cenſentur vocati. Ita in ſpecie reſpondit Corneus in d. conſ. 321. nu. 4. & 5. lib. 3. Ea ratio-
12 ne vſus eſt, quia grauari † non poteſt, qui vocatus & honoratus non eſt. l. ab eo. C. de fideicom. At qui teſtator grauauit etiam nepotes eodem tempore cum eorum patre reſtituere. Ergo æqualiter cum eo vocati dicuntur. Hæc conſideratio, quam Corneus plurimum vrgere dixit, mihi non probatur: quia teſtator ita ſucceſſiuè grauare voluit nepotes, ſicuti eos ſucceſſiue vocaſſe dicitur. Et ideo ſenſus huius vocationis eſſe mihi videtur, inſtituo Ioannem filium meum & eius filios, & ſi Ioannes deceſſerit ſine filiis, tūc & eo caſu reſtituat Franciſco: ſi verè Ioannes deceſſerit cum filiis, ſicq; meis nepotibus, & ipſi mei nepotes deceſſerint ſine filiis, tunc & eo caſu reſtituant Franciſco. Eſt enim Ioannes filius grauatus reſtituere filiis ſuis, qui ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum vocati ſunt: non autem vt opinatus eſt Corneus per vulgarem: & illi filij Ioannis grauati dicuntur eodem modo erga Franciſcum.

13 Declaratur ſexto, vt † locum non habeat, quando teſtator inſtituit & ſubſtituit filium & nepotes adiecta clauſula vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum. Ita reſpondit Curtius Iunior in conſ. 128.

14 Declaratur ſeptimo, vt locum † non habeat, quando conſtat aliqua coniectura, patrem teſtatorem vocantem filium & nepotes non conſideraſſe cauſam illam & rationem neceſſitatis inſtituendi nepotes: ſicuti in caſu, de quo reſpōdit Decius in conſ. 236. in primo dubio. Pater inſtituerat filium iam natum: deinde poſthumum, & tandem Franciſcam filiam & eius liberos. Quam quidem Franciſcam inſtituerat prius, in aliquibus bonis. Reſpondit Decius, liberos illos Franciſcæ cenſeri vnà cum ea vocatos, vt eodem tempore ſuccedant. Eſt ratio ſecundum Decium, quia teſtator, non conſiderauit hoc in caſu cauſam & ordinem neceſſitatis: Et hoc quidem duplici ratione affirmauit ibi Decius col. 2. verſic. ſed tamen iſte intellectus. Prima eſt ratio, quia iam teſtator ſuſtulerat periculum annullandi teſtamentum à Franciſca filia, cùm eam hęredem inſtituiſſet in certis modis, atque ita non potuiſſet filia dicere ſe præteritam. Secunda eſt ratio, quia neceſſitas illa, quæ à Doctoribus in d. §. quidam rectè, conſideratur in ſubſtitutione nepotis locum habet, quando filius eſt inſtitutus in primo gradu, & nepos in ſecundo. Nam ſublato filio de medio, nepos reperitur purè inſtitutus, & propterea non poteſt dicere ſe pręteritum, ſed hoc in caſu ſubſtitutio facta de Franciſca & eius liberis apparet facta in tertio gradu: & ſic ſub duplici conditione: ſi filius primò inſtitutus: & poſthumus ſecundò inſtitutus deceſſerint ſine liberis. Vnde dici non poteſt (inquit Decius) tali ſubſtitutione prouiſum fuiſſe neceſſi-
15 tati, quia filius † inſtitui non poteſt ſub conditione, quæ non ſit in eius poteſtate. l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſt. Et idem eſt in nepote, qui tenet primum locum. Quare ſi Franciſca filia fuiſſet de medio ſublata, nepotes ex ea tanquam præteriti potuiſſent impugnare teſtamentum, non conſtante ſubſtitutione. Ex hoc itaque ſequitur: quòd cum conſiderata non fuerit hoc in caſu cauſa & Ordo neceſſitatis: ſed ſolius affectionis & charitatis, idem eſſe dicendum quod in caſu ſubſequentis capitis quando ſcilicet teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios: vt ſcilicet eodem tempore admittantur filij cum patre: ſicuti conſiderauit & dixit Decius in d. conſ. 236. nu. 3. verſ. Tertius videtur planus. Et eo magis in caſu Decij ſic dicendum eſt, cùm ſubſtituta fuerit Franc. & eius liberi, quod nomen collectiuum futuros compræhendit: iuxta ea, quæ dicemus in ſeptimo caſu ſubſequentis capitis. Et in ſpecie huius noſtri caſus ſic conſiderauit Crauet. in conſil. 22. num. ſecundo, verſ. ſecunda ratio.

16 Secundum eſt huius † diſputationis caput, quando ſcilicet teſtator inſtituit Caium eiuſque filios: qui quidem Caius non erat teſtatoris filius, ſed frater, atque ita non habebat neceſſe teſtator inſtituere eum hæredem, nec minus eius filios: & ſi hic ipſe Caius tanquam frater alioqui ſucceſſiſſet ab inteſtato ipſi fratri ſuo teſtatori. Hoc in capite abſolute, & pro regula ſcribunt Doctores quamplurimi, filios illos Caij præſumi vocatos eodem tempore, vt æqualiter cum eorum patre ſuccedant. Ita ſane Imola, Alexander, Cæpolla, Guido Papæ, Corneus, Puteus, Iaſon, Ruynus, Socinus Senior, Decius, Rubeus, Bertrandus, Curtius Iunior, Boërius, Ioan. Dilectus, & Berous, quos recenſet & ſequitur Iulius Clarus in §. teſtamentum quæſtione 80. verſiculo hoc præmiſſo. Et his accedunt Baldus in conſilio 168. Proponitur. columna 2. verſ. ſed aduer-



tendum. lib. 5. & idem in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 5. verſ. qui autem ſi frater. & ibidem Angelus. num. 3. & ex recentioribus Socinus Iunior. nu. 32. Ita etiam Corneus in cóſ. 17. num. 3. lib. 4. Ruinus in conſ. 159. nu. 16. libr. 2. & Didacus in d. cap. Raynutius. §. 2. num. 1. de teſtam. Et multi ex prædictis teſtantur, hanc eſſe communem opinionem. Diſſentiunt alij multi ab hac ſententia, nempè Bart. in d. §. quidam rectè. num. 4. poſt Dynum, quem retulit, & ibidem Soci. Sen. nu. 3. Ruinus nu. 15. & in puncto iuris veriorem hāc eſſe dixit ibidē Socinus Iunior. nu. 29. & ſi in iudiciis ab illa recepta non eſſe recedendum ſcripſit. Egò verò exiſtimo diſtinguendos eſſe quamplures caſus.

17 Primus eſt, quando † teſtator inſtituit vel ſubſtituit patrem & aliquot ex eius filios, quos expreſſo proprio nomine vocauit aliis omiſſis, vt ſi dixit: Subſtituo Caium fratrem meum, & Sempronium ac Mæuiū eius filios. Hoc in caſu filij illi æqualiter eodem tempore ſuccedunt vnà cum eorum patre. Ita manifeſtè, & rectè ſcripſerunt Rubeus in d. § quidam rectè. num. 48. & Torniellus quæſtionibus. nu. 15. verſ. ſed limitata ad aliquos tantum. Et manifeſtiùs idem reſpondit Io. Baptiſta à Sancto Seuerino inter conſilia Alex. in conſ. 14. num. 10. verſ. tertia concluſio. lib. 4. Huius caſus & ſi tres rationes conſiderauit Torniellus, vnica tamen concludi ſic poteſt, quod teſtator nominando illos fratris filios proprio nomine, aliis omiſſis, videtur ſingulari aliqua cauſa eos prædilexiſſe, atque ita non ob affectionem, quam Torniellus contemplationem appellat, erga fratrem: ſed propriam erga filios ipſos fratris eos vocauit: alioqui & alios eiuſdem fratris filios vocaſſet: ſimile eſt quod ſcripſi ſuperiore libro in præſumpt. 27. nu. 5. ex ſententia Baldi, quando Princeps vni ex legatis ad ſe miſſis donauit expreſſo eius nomine proprio, præſumitur ei donatum ſui cauſa & ob affectionem, qua Princeps ille eum proſequebatur. Hunc caſum ego intelligo habere locum, etiam quando is Caius teſtatoris frater, haberet duos illos filios nominatos tantum. Nam adhuc nominando eos proprio nomine dicitur eorū perſonā principaliter conſideraſſe: alioqui ſatis fuiſſet eos nominari nomine appellatiuo. Hoc etiā in caſu intellexit Torniellus loqui tex. l. Codicillis. §. inſtituto. de le. 2. cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. de teſta. de quibus ſtatim dicemus. Et hoc in caſu ſine magna conrrouerſia procedere poteſt communis illa opinio.

18 Secundus eſt caſus, quādo † teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem, & eius aliquos filios non quidem nomine proprio expreſſo, ſed appellatiuo, ita tamē reſtrictè, & limitatè, vt alij filij omiſſi appareant, vt ſi inſtituit natos tantum, cum alij futuri ſperarentur, vel mulier erat prægnās, vel ſi vocauit emancipatos, cum alij extarent in poteſtate exiſtentes. Ita ſenſit Torniellus in d. § quidam rectè, in quæſtionibus. nu. 15. Hoc enim caſu militat eadem ratio, de qua in præcedenti, ſic intelligit Torniellus loqui. d. l. Codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. vbi teſtator vocauit filium, & nepotes ex eo emancipatos. Quæ ſanè nepotum vocatio reſtricta & limitata fuit ad illos emancipatos: & propterea teſtator ſignificauit eos diligere, & conſequenter voluiſſe æqualiter cum eorum patre ſuccedere eodem tempore. Verùm ſenſus iſte mihi nō ſatis probatur: Cum illa verba de nepotibus ſint verba Scæuolæ iureconſulti, non autem teſtatoris, quem non apparet dixiſſe, quòd inſtituebat filium, & nepotes emācipatos. Et exiſtimo alium eſſe ſenſum, quem referam infrà in duodecimo caſu. Non etiam placet ſenſus Tornielli ad cap. Raynutius. de teſtam. cum verius credam quod ſcripſit poſt alios Rubeus in d. §. quidam rectè. nu. 47. non fuiſſe ibi dubitatum ſuper concurſu ſucceſſionis: ſed ſolùm ſuper detractionibus quartarum. Ille etiā ſenſus Tornielli ad cap. Raynaldus. de teſta. retinendus non eſt: cum non parum diuinet. Nam Raynaldus ille ſimpliciter, & abſolutè legauit vni ex patruis ſuis, & eius filiis: atque ita non conſtat, quòd ſe reſtrinxerit teſtator ad certos filios.

Tertius eſt caſus, quando † teſtator inſtituit, vel ſubſtituit
19 fratrē, & eius filios, quos tunc habebat, nec alij ſperabantur. Hoc caſu idem eſt dicendum quod in præcedenti, nempè hos filios cum eorum patre eodem tempore, & ęqualiter vocatos eſſe. Cum perinde ſit ac ſi expreſſo proprio nomine eos vocaſſet, ſicuti † in ſimili tradunt Doctores in l. 1. & in l. 2. ff. de
20 liberis & poſthum. filium illum dici nominatim exhæredatum, qui & ſi non fuit proprio nomine demonſtratus, appellatiuo tamen eſt ſatis certificatus, cum ſolus eſſet. Hunc caſum in ſpecie ſenſit, & probauit Io. Baptiſta à Sancto Seuerino inter conſilia Alex. in conſ. 14. lib. 4. ibi. col. 2. verſ. interdum. ibi, quando teſtator non ſenſit de certis filiis (ita enim legendum eſt, non autem cęteris, vt corrupti codices habent) ſed indefinitè de omnibus. Et ibidem. nu. 10. verſ. tertia concluſio. & verſ. quarta concluſio. Hunc quoque caſum probauit Torniellus in d. §. quidam rectè. in quæſtionibus. num. 21. & num. 22. in fine.

21 Quartus eſt caſus, quando † teſtator inſtituit, vel ſubſtituit patrem & eius filios, & alij filij ex eo fratre ſperabantur. Hoc in caſu dicendum eſt, filios cenſeri vocatos, vt ordine ſucceſſiuo admittantur. Ita procedit opinio illa Bart. & ſequacium in d. §. quidam rectè, quam dixi ſuprà eſſe aduerſus communem. Et caſum hunc probarunt Io. Baptiſta à Sancto Seuerino in d. conſ. 14. num. 10. verſ. quarta concluſio. & Torniellus in d. §. quidam rectè. num. 21. verſ. videtur etiam. Idem ſenſit. Soc. Iun. in conſ. 40. num. 2. lib. 4. Et huius caſus ea eſt ratio, quia præſumendum eſt, teſtatorem voluiſſe vocare non ſolùm fratris filios tunc exiſtentes, ſed etiam naſcituros, ne differentiam inter eos faciat, ac etiam vt magis prouideat, ne ſi tempore euenientis caſus ſucceſſionis, iam nati non extarēt, ſubſtitutio efficeretur caduca. Cùm ergò teſtator vocauerit etiam naſcituros, ſignificauit non certa & ſingulari affectione dilexiſſe iam natos, vt eos vocare voluerit eodem tempore & æqualiter cum fratre illorumque patre: ſicuti etiam dicemus in caſu ſubſequenti.

22 Quintus eſt caſus, quando † teſtator inſtituit, vel ſubſtituit fratrem & eius filios. Et eo teſtamenti tempore nulli nec nati nec concepti erant. Hoc in caſu filij illi præſumuntur vocati ordine ſucceſſiuo. Ita in ſpecie reſpondit Socin. Iun. in conſ. 40. nu. 2. lib. 4. Ibi enim teſtator inſtituerat Maram ſororem, & eius filios, & Mara illa tunc nondum nupta erat. Et idem manifeſtè ante Socinum reſpondit Io. Baptiſta à Sancto Seuerino inter conſilia Alex. in d. conſ. 14. num. 10. verſ. quinta concluſio. lib. 4. Reſpondit ſanè Io. Baptiſta eo in caſu, in quo teſtator inſtituit filium, & filiam, quibus decedentibus ſine filiis, ſubſtituit nepotē ex fratre Hieronymum & eius filios, qui quidem Hieronymus tūc erat impubes, & ſine vxore: Dixit Io. Baptiſta, filios illos Hieronymi cenſeri ordine ſucceſſiuo poſt eorum patrem vocatos. Ita etiam reſpondit Iaſ. in conſ. 206. nu. 2. lib. 2. ſic pariter ſimili in caſu reſpondit Decius in conſ. 205. num. 1. & 2. & in conſ. 253. in fine. & ſecutus eſt Rubeus in d. §. quidam rectè. num. 55. in fine. Huius caſus ea eſt ratio, quia filij illi tanquam incerti, & incogniti teſtatori, ab eo dilecti non fuerunt, & propterea præſumēdum eſt, quòd eos æquare noluerit cum eorum patre, cognito, & dilecto. Et quando teſtator inſtituit fratrem, & eius filios naſcituros, quod filij non ſint inſtituti vnà cum patre alia ratione probat Socinus Iunior in d. conſ. 40. num. 3. quia ſcilicet non poſſunt filij tunc non exiſtentes ſuccedere, atque ita partem cum patre facere: atque ita quo ad eos inutilis eſſet inſtitutio. Hanc poſtremam rationem ſenſit prius Dec. in conſ. 205. nu.
23 3. verſ. 3. hoc.

Sextus eſt caſus quando teſtator inſtituit, † vel ſubſtituit fratrem, & eius filios natos, & naſcituros. Hoc in caſu filij illi cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo. Ita verè, & propriè hoc de caſu reſpondit Baldus in cōſilio, quod incipit: Chariſſima, relato, & recepto à Soc. Sen. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 3. ff. de liberis & poſthu. & ibidem ſecuti ſunt Rubeus. num. 48. Socinus Iunior nu. 35. Alcia. num. 33. & Torniellus. num. 16. & num. 21. Idem reſponderunt Decius in conſ. 248. num. 4. & Socinus Iunior in conſ. 40. nu. 2. li. 4. Eadem eſt ratio huius caſus, quæ & præcedentis, & ibidem dicta repeti hic poſſunt.

24 Septimus eſt † caſus, quando teſtator inſtituit, vel ſubſtituit fratrem, & eius liberos, vel deſcendentes. Hoc etiam caſu liberi, & deſcendentes iſti præſumuntur vocati ordine ſucceſſiuo. Ita ſcripſerunt Aretinus in d. l. Gallus. § quidā rectè. in ſi. ff. de lib. & poſthu. Io. Baptiſta à Sancto Seuerino inter conſilia Alex. in d. conſil. 14. num. 10. verſ. ſecunda concluſio. Socin. Sen. in d. §. quidam rectè. num. 4. verſ. principaliter, & idem in conſ. 113. num. 4. lib. 1. Decius in conſ. 205. num. 2. verſ. ſecūda ratione. & in conſ. 248. nu. 4 & conſ. 584. nu. 6. Pariſ. in conſ. 4. nu. 4. li. 3. Alcia. in reſp. 542. nu. 2. Cur. Iun. in cóſ. 22. num. 13. & in conſ. 128. num. 2. Rubeus in dicto §. quidam

recte.nu.47.& ibidem Torniellus nu.22.verſic.& cum præ-
dicta.Didacus in cap.Raynu.§.2.num.6.de teſta.& Craue.in
conſ.22.nu.2.verſ.ſecunda ratio: qui alios refert.Ea eſt huius
25 ſententiæ ratio,quia † nomen liberorum,vel deſcendentium,
comprehendit (vt manifeſtum eſt )non ſolum filios & nepo-
tes,ſed etiam alios vſque in infinitum , & propterea teſtator
dicitur vocaſſe incertos & valdè incognitos , erga quos nul-
lam habuit affectionem , & qui quidem eodem tempore ex-
tare non poſſunt,quo extat ipſe teſtatoris frater , vt ſuccedere
poſſint vnà cum eo. Diſſentit ab hac opinione ſolus Alciatus
in d.§.quidam rectè,in ſecunda lectura.nu.55.ea ratione,quia
hæc nomina liberis, deſcendentes , non ſunt collectiua. Qua
ratio communi omnium opinioni repugnat.

26 Octauus eſt caſus,quando † teſtator inſtituit, vel ſubſtituit
fratrem & ſuos , an illi ſui dicantur vocati ordine ſucceſſiuo,
vel eodem tempore non leuis eſt dubitatio?Rubeus in d.l.
Gallus.§.quidam recte.num.53.ff.de liberis & poſth.retulit &
conſiderauit tres opiniones , quarum prima eſt , quòd cùm
hoc nomen , ſuos ſignificet filios tantummodo , vocationem
cenſeri factam , vt æqualiter eodemque tempore admittan-
tur. Secunda eſt opinio, quod nomen , ſuos, ſignificet etiam
nepotes & alios deſcendentes , & conſequenter,quod ordine
ſucceſſiuo dicantur vocati, vt in caſu præcedenti. Tertia opi-
nio eſt ipſius Rubei ibidem num.55.qui diſtinguit , quòd aut
tempore teſtamentis is frater habebat filios , & tunc teſtator
de his ſenſiſſe videtur,& conſequenter ij præſumuntur vocati
cum patre æqualiter eodem tempore.Aut non habebat filios,
& tunc cum hoc nomen,ſuos,ſignificet etiam nepotes & alios
deſcendentes,vt reſpondetur Caſtren.in conſi.374.Viſis om-
nibus col.2.verſ.item dicet aliquis , & in conſ.404.Duo vi-
denda. col.1.lib.1.Alex.in conſil.26.nume. 5.lib.5.& ſenſit
Decius in d.conſ.253.nume.3.verſ.nam licet , & alios plures
commemorat,& ſequitur Craue.in conſil.22.num.1.ſequitur
dicendum,hoc eſſe vocatos ordine ſucceſſiuo.

Exiſtimo veriorem eſſe ſecundam opinionem , quo cen-
ſeantur abſolutè vocati ordine ſucceſſiuo. Hoc enim nomen
ſecundum Caſtrenſem Alexandrum,& Decium præallegatos,
idem ſignificat,quod hæc nomina,liberi,deſcendentes:Porrò
quando teſtator vocauit fratrem , & eius liberos , vel deſcen-
dentes , non conſideratur.an eo teſtamenti tempore haberet
filios,vel non:ſed abſolutè dicitur eſſe vocatos ordine ſucceſ-
ſiuo:ſicuti diximus ſupra in præcedenti caſu:Idem ergo eſt di-
cendum in hoc noſtro.

27 Nonus eſt caſus,quādo† teſtator inſtituit,vel ſubſtituit fra-
trem,& eius hæredes.Hoc caſu, hæredes illi cenſentur vocati
ordine ſucceſſiuo poſt mortem ſcilicet ipſius fratris. Ita reſ-
ponderunt Pariſius in conſ.4.nu.3.lib.3.& Curtius Iunior in
conſ.128.num.5.ſecuti Bar.in d.§.quidam rectè, vbi latè Gal
28 liaula.nu.23.Ea eſt ratio,quia † viuens hæredem non habet.l.
qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæredita.intelligitur ergo , quod
poſt eius mortem ſuccedāt. Poteſt conſiderari, & altera ratio,
29 quod † hæredum nomen,compræhendit non modo primum,
ſed & hæredem hæredis & alios deinceps.l.hæredis appella-
tione.ff.de verbo.ſignific.& eſſe nomen collectiuum reſpon-
dit Craue.in conſ.131.in princip.Et ideo hic dicendum eſt,
vt in ſeptimo caſu ſupra relato.Et in ſpecie ſic reſpondit Cur-
tius Iunior in conſilio 22.nume. decimotertio,& idem ſenſit
Craue in dicto conſilio 131.nnmero.10.

30 Decimus † eſt caſus , quando teſtator alternatiuè vocauit
fratrem,vel eius filios.Hoc ſanè caſu filij cenſentur vocati or
dine ſucceſſiuo.Ita omnes affirmant in dicto §.quidam rectè,
ibi Aretinus,columna prima , Caſtren.columna vltima verſi.
quædam ſunt dictiones, Corneus in conſilio 200.libro ſecun-
do,Decius in conſilio 95.numero tertio, qui communem eſ-
ſe opinionem affirmauit , Pariſ.in conſil.21.numero 11.lib.
tertio,Alciatus in reſp.542.numero ſecundo,& in reſp.548.
nume.2.& Iulius Clarus in §.teſtamētum.q.80.in tertia con-
cluſione.Quæ quidem ſententia ſatis manifeſte probatur per
tex.l.cum pater.§.pen.de leg.2.

31 Vndecimus † eſt caſus,quando teſtator inſtituit vel ſubſti-
tuit fratrem cum eius filiis.Hoc ſanè caſu filij dicuntur æqua-
liter eodemq; tempore vocati cum eorum patre. Ita tradunt
omnes in d.§.quidam rectè.vbi Iaſon numero 30.teſtatur
communem eſſe opinionem. Idem ſcripſerunt Ruinus in
conſilio 169.nume. 9.in fine lib.2.& Iulius Clarus in d.§.te-
32 ſtamentum.q.80.in quarta concluſione.Eſt ratio , quia † illa
dictio,Cum,magis coniungit quàm copula, & leg.ſi quis Ti-
tio.ff.de vſufructu ac creſ.Bartolus in l.re coniuncti.nume...
ff.de legat.3. Et dixi in præcedenti capite, in quarta declara-
tione.

33 Duodecimus eſt caſus,† quando teſtator inſtituit,vel ſub-
ſtituit fratrem, & filios aliquibus verbis,quæ non poſſunt,ſal-
ua ratione recti ſermonis , conuenire alteri quàm ordini ſuc-
ceſſiuo , vt ſi ita dixit , inſtituo hæredem vniuerſalem fratrem
meum, & eius filios.Cum enim illud nomen ſingulare,hære-
dem,non conueniat etiam filiis:ſed ſoli fratri qui alioqui non
eſſet hæres vniuerſalis,filij illi non dicuntur vocati ſimul cum
eorum patre,ſed ordine ſucceſſiuo.Ita in ſpecie reſpondit De
cius in conſilio 225.numero 2.verſic.prima eſt. Diſſentit ta-
men Cæpolla in conſilio 52.numero 2.in ciuilibus. Niſi dica
mus,in caſu Cæpollæ,non fuiſſe adiectam illam dictionem,v-
niuerſalem:ſed dictum ſimpliciter,hæredem. Idem eſt dicen-
34 dum è contra,quando † ſcilicet verba non poſſunt,ſalua ratio-
ne recti ſermonis conuenire ordini ſucceſſiuo,runc filij dicun
tur vnà cum eorum patre eodem tempore vocati,vt ſi teſtator
ita dixit,fratrem meum,& eius filios hæredes inſtituo,vel ſub-
ſtituo. Cùm enim nomen illud plurale, hæredes,non conue-
niat,ſalua ratione recti ſermonis, ſoli fratri, cenſentur eius fi-
lij vnà cum eo vocati. Ita intelligo reſponſum Scæuolæ in l.
Codicillis.§.inſtituto. de legat.2.vbi teſtator ille inſtituerat
filium,& ex eo nepotes emancipatos. Deinde ita dixerat: Vo-
lo ædes meas non vendi ab hæredibus meis, &c.Et ſubiunxe-
rat etiam teſtator: ſi autem aliquis eorum voluerit vendere
partem ſuam, vel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat ven-
dere cohæredi.&c.Eſt ibi clarum teſtatorem inſtituiſſe filium
vnum tantùm,& ex eo nepotes emancipatos.Et tamen nomi-
ne plurali appellat hæredes, & cohæredes. Eodem ergo tem-
pore , non autem ſucceſſiuè admitttūtur nepotes cum eorum
patre:quia ratio recti ſermonis non patitur, vt dici poſſint or-
dine ſucceſſiuo vocati. Nec dicatur teſtatorem ibi ita dixiſſe,
ſed manere eas firmas ſimplices meis filiis , & nepotibus, &c.
Nam nomen illud filiis plurale pro ſingulari poſitum fuit : a-
lioqui non conueniret cum ipſa inſtitutione, quæ vnum tantū
continebat filium.

35 Tertium eſt huius † diſputationis caput,teſtator inſtituit,
vel ſubſtituit pænitus extraneum.& eius filios.Hoc caſu rece-
pta eſt omnium ſententia , filios cenſeri vocatos vt æqualiter
eodémque tempore ſuccedant cum eorum patre , non autem
ordine ſucceſſiuo.Ita gl.in dicto §.quidam rectè.& ibid.Bart.
num.4.Alexand.num.6. Cæpolla in conſil.52.col.1.verſi.ter-
tius caſus eſt,Boerius in quæſt.185.nu.16.qui dixit, eſſe com
munem ſententiam.Cuius quidem ea eſt ratio, quia nulla hic
extat cauſa,quæ mouere potuerit teſtatorem,vt ordine ſucceſ-
ſiuo vocaret filios illos. Non enim vrgebat neceſſitatis cauſa,
quæ in ſolo filio, vel nepote ( vt diximus) conſideratur.Non
etiam adeſt charitatis,& amoris ratio,& cauſa,quæ conſidera-
tur proximiores ſanguine ab inteſtato ſucceſſuros:vt diximus
in præcedenti capite.

36 Extenditur † hoc caput, vt locum habeat etiam, quādo te-
ſtator inſtituit vel ſubſtituit extraneum & ipſius extranei agna
tos.Nam adhuc ij agnati, & ſi collectiuè vocati, ſuccedūt eo-
dem tempore æqualiter cum ipſo nominatim inſtituto.Ita A-
lexand.Iaſ.in d.§.& ibi.Rub.num.63.qui copioſè diſſerit.

## PRÆSVMPT. LXXI.

Filij ordine ſucceſſiuo vocati poſt eorum parentes, an & quando per vulgarem ſubſtitutionem,vel per fideicommiſſariam vocati præſumantur?diligens ſatis & accurata explanatio.

## SVMMARIVM.

1 *Filij ordine ſucceſſiuo vocati poſt eorum parentes , an & quando per vulgarem ſubſtitutionem vel per fideicommiſſariam vocati præſumantur.*

*Quòd per vulgarem vocati præſumantur , quando pater inſtituit filium & nepotes.num.2.*

3 *Subſtitutio præſumitur potius directa quam fideicommiſ. num.9.*

4 Pater



4 *Pater non præſumitur grauare velle filium onere fideicommiſſi.*

5 *Filij per vulgarem vocati cenſentur , quando pater ſubſtituit filio ſorores vel earum filios.*

*Secus quando teſtator dixit , Inſtituo filium , & ſi non viueret , nepotem , dicitur enim nepos per fideicommiſſariam vocatus. 6.*

7 *Filij fratris præſumuntur per vulgarem vocati quando teſtator vſus eſt verbo,inſtituo,more directo.*

*Idem quando teſtator ita diſpoſuit:Inſtituo filium meum , & illi ſubſtituo Semp.fratrem meum,& eius filios.num.8.*

*Idem quando teſtator ita diſpoſuiſſet : Et ſi filius meus deceſſerit ſine filijs.ſubſtituo Semp.fratrem meum , & eo non exiſtente eius filios vel deſcendentes.nu.10.*

*Secus ſi coniecturis colligi poteſt , teſtatorem voluiſſe vocare filios illos per fideicommiſſariam,& quibus coniecturis id colligi poſſit.num.11.& ſequent.*

12 *Filij fratris per fideicommiſſariam vocati cenſentur , quando per compendioſam ſunt ſubſtituti , compendioſa enim continet fideicommiſſariam.*

*Idem ſi teſtator vſus eſt verbis , quæ fideicommiſſariam ſolent ſignificare.nu.13.*

*Idem quando teſtator dixit : Et ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, ei ſubſtituo fratrem meum, & eius filios ac deſcendentes gradatim.nu.14.*

*Idem quando teſtator dixit:Inſtituo filium meum , & ſi deceſſerit ſine filijs,ei ſubſtituo fratrem meum vel eius filios.15.*

*Idem quando teſtator dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſine filijs,ei ſubſtituo fratrem meum, & ordine ſucceſſiuo eius filios vel deſcendentes.nu.16.*

*Idem quando conſtat teſtatorem feciſſe ſubſtitutionem reciprocam fideicommiſſariam inter deſcendentes ipſius fratris ſui ſubſtituti.nu.17.*

18 *Teſtamenti vna pars per aliam declaratur.*

19 *Torniellus accutiſſimus iuriſconſultus ſemper habitus eſt.*

20 *Remotior præſumitur aliquando magis dilectus proximiore.*

21 *Subſtitutio ex multorum ſententia extenditur de perſona ad perſonam ex identitate rationis,ſeu qualitatis expreſſæ per teſtatorem,in ipſa ſubſtitutione.*

22 *Filij fratris nunquid per fideicommiſſariam cenſeantur vocati, quando teſtator dixit:Inſtituo filium meum, & ſi is deceſſerit ſine filijs,ei ſubſtituo fratrem meum eiúſque filios.*

*Vbi quòd non ſit locus fideicommiſſariæ hoc caſu.ibid.*

*Extende,vt num.23.& ſequent.*

24 *Filij fratris non cenſetur onere fideicommiſſi grauati , quando teſtator poſt deſcendentes fratris ſubſtituiſſet alios alterius gradus.*

*Idem quando teſtator reciprocè ſubſtituiſſet ipſos filios vel deſcendentes fratris ſui,& poſt eos omninò extraneos ſubſtituiſſet per fideicommiſſum.nu.25.*

*Idem quando teſtator dixit:ſubſtituo fratrem meum , eiúſque filios,& deſcendentes in ſtirpes,& non in capita inuicem,& viciſſim vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum.nu.26.*

*Idem ſi teſtator dixit : ſubſtituo fratrem meum , & quandocunque is deceſſerit , ſubſtituo eius liberos vel deſcendentes. num.27.*

28 *Liberi,& deſcendentes:hæc nomina ſunt collectiua plures gradus comprehendentia.*

29 *Fideicommiſſum non cenſetur inductum,quando teſtator ita ſubſtituit:Subſtituo fratrem meum , & quandocunque is deceſſerit , ſubſtituo eius familiam vel agnationem, inter illos de familia vel agnatione ſcilicet.*

*Contra num.30.& male,vt num.32 & ſequent.*

33 *Fideicommiſſum relictum familiæ cenſetur potius relictum contemplatione familiæ,quam ſingularium perſonarum.*

34 *Fideicommiſſum non cenſetur iniunctum, quando teſtator ita dixit:Et ei ſubſtituo fratrem meum, & eius liberos : & ſi frater meus deceſſerit vel eius liberi ſine liberis , ſubſtituo Mæuium, inter fratris filios ſcilicet.*

*Secus ſi in ſubſtitutione facta de ipſis liberis vel deſcendentibus adeſſent aliqua verba denotantia tractum ſucceſſiuum. numero 35.*

*Idem quando teſtator vocaſſet deſcendentes maſculos excluſis fæminis.36.vbi reprehenditur* Ruinus.

*Et idem quando coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe inducere fideicommiſſum.*

DISSERVIMVS ſuperiori diſputatione mul-
tis in caſibus filios vocatos vnà cum eorum
patribus præſumi vocatos ordine ſucceſſiuo:
Qui quidē ordo intelligi poteſt altero de duo-
bus modis , directò ſcilicet , vel per vulgarem
ſubſtitutionem,vel per fideicommiſſariam. Nunc explican-
1 dum eſt , † an & quando præſumatur hic ordo per ipſam vul-
garem,vel per fideicommiſſariam? Exiſtimo,omiſſis aliorum
diſtinctionibus , eſſe diſtinguendos atque conſtituendos tres
caſus.

2 Primus eſt,quando † pater inſtituit filium,& nepotes.Hoc
in caſu ſecundum communem ſententiam diximus in primo
capite præcedentis præſumptionis nepotes cenſeri vocatos
ordine ſucceſſiuo:Et hunc ordinem dicimus nūc eſſe per vul-
garem ſubſtitutionem. Ita Caſtr.in l.Gal.§.quidam rectè.in
fi.& ibi.manifeſtiùs Soc.Sen.num.6.verſ.primus eſt,quando.
ff.de lib.& poſthu.Gallia.nu.19.in fi.Alcia.in prima lectura.
nu.46.& Torniel.in quæſtionibus.num.56.qui teſtantur eſſe
communem opinionem, & quam reſpondendo ſecuti ſunt
Soc.Sen.in conſ.113.col.2.verſ.ad iſta omnia reſpōdetur.lib.
2.Ruin.in conſ.23.num.3.in conſil.78.nu.6.in conſ.92.nu.7.
& in conſ.200.num.5.lib.2.Deci.in conſil.205.num.9. & in
conſ.248.num.6.Pariſ.in conſ.82.num.11.lib.2.Socin.Iun.in
conſ.81.nu.12.li.3.Æmilius Ferretus in conſ.10.nu.1.& Iulius
Clarus in §.teſtamentum.q.80. verſ.ſed quæro an. Quæ ſen-
tentia probatur.l.cum teſtamento.ff.de hæred. inſtit.& l.ita
3 tamen.§.qui rogatus.ff.ad Trebel. Et quia præſumitur † ſub-
ſtitutio potius directa,quàm fideicommiſſaria.c.1.in fi.de te-
4 ſta.in 6.Et hoc præſertim † in patre erga filium, quem onere
fideicommiſſi nolle grauare præſumitur.l.ex tribus.C.de in-
offi.teſta.& ibi tradunt Doct.& reſpondit Dec.in conſ.95.&
diximus ſuprà.

5 Extēditur primò hic † caſus, vt locum habeat etiam quan-
do pater ſubſtituit filio ſorores,vel earum filios.Nam & tunc
ij filij cenſentur ſubſtituti per vulgarem. Ita Soc.Sen.in conſ.
113.nu.3.lib.1.Gallia.in d.§.quidam rectè.nu.20.& ibidē Al-
cia.in ſecunda lectura.num.47.teſtatur communem , reiecta
opinione Decij in conſ.95.nu.4.in fi.vbi etiam Moder.Pari-
ſien.in additionib.diſſentit & referā infrà in tertio caſu in 3.
cōiectura à Decio diſſentire etiā Alciatū in reſp.484.& alibi.

6 Declaratur † primò vt locum non habeat,quando teſtator
ita dixit:Inſtituo filium,& ſi non viueret, nepotem.Hoc ſanè
caſu nepos iſte dicitur per fideicommiſſariam vocatus. Ita
declarauit Alciatus in d.§.quidam rectè.in prima lectura.nu.
47.ex ſententia Bal.in conſ.340.ſi pater.li.5.& Cor.in conſi.
226.lib.4.qui ſic reſponderunt.Et hanc quidem declarationē
intellexit Alciatus , niſi aliqua adeſſet coniectura qua colligi
poſſet,teſtatorē ſenſiſſe,ſi filius ſuus,ſe viuo moreretur , quia
tunc nepos intelligeretur vocatus per vulgarem. Sicuti re-
ſpondit Corn.in conſ.186.lib.3.Idem (ait Alcia.) quando fi-
lius periit impubes,quia adhuc directa pupillaris potius quā
fideicommiſſaria præſumitur.iuxta gl.l.verbis ciuilibus.ff.de
vulg.& pup.ſubſtit.

7 Secundus eſt caſus , quando † teſtator inſtituit fratrem, &
eius filio, ſicque vocauit eos, quos neceſſe nō habuit vocare,
ſicuti diximus in ſuperiore præſumptione in ſecundo capite.
Hoc ſanè caſu cùm teſtator vſus ſit verbo inſtituo merè dire-
cto,filij fratris præſumuntur vocati per vulgarē nō autem per
fideicommiſſariam.Ita Soc.Sen.in d.§ quidam rectè.num.7.
verſ.ſecundus caſus eſt , & ibidem Alcia.in prima lectura.nu.
48.teſtatur communem,& ſecutus ſum in conſ.85.nume.78.
libro 1.

8 Tertius † eſt caſus, quando teſtator ita diſpoſuit : Inſtituo
Titium filium meum, & illi ſubſtituo Sempr.fratrem meum,
& eius filios.Hoc in caſu (admiſſa illa opinione Barto.in d.§.
quidam rectè. nume.3. & quam explicauimus in præcedenti
præſumpt.quod ſcilicet filij non ſuccedant æqualiter eodem-
que tempore cum eorum patre ) filij ij præſumuntur vocati
per vulgarem,non autem per fideicommiſſum:atque ita Sem-
pro.non eſt grauatus onere fideicom.erga filios , & deſcen-
dentes ſuos. Ita Aret.in d.§.quidam rectè.nu.4.& Soci.Sen.
num.8.verſ.tertius caſus.& ibidem Torniel.num.56.teſtatur
hanc eſſe cōem opinionē.Idem reſpōderunt Alex.in conſ.13.
nu.7.lib.4.Soc.Sen.in conſ.113.lib.1.Dec.in conſ.253.nu.2.
& in conſ.291.nu.2.& nu.4.Pariſien.in conſ.82.nu.11.lib.2.
qui com

qui communem eſſe aſſeruit Rui.in conſi.23.num.3.in conſi.
78.num.6.& in conſi.200.num.5.lib.2.Soc.Iun.in conſi.81.
num.12.& in conſi.136.num.4.lib.3.Ripa in l.hæredes mei.§.
vlt.ff.ad Treb.& Boe.q.185.nume.6.Alcia.in d.§.quidam re-
ćte.num.49.Cepha.in conſ.473.lib.4.& Hier.Gabr.in conſ.
117.nu.12.quos ſecutus ſum in d.conſi.85.nu.79.lib.1. Ea eſt
ratio, quia hæc ſubſtitutio concepta eſt per verbum ſubſtituo
ſine aliquo adiuncto, quo ſignificetur tractus temporis futu-
rus, ob id ſolum vulgarem infert.l.iam hoc iure.ff.de vulg. &
9 pup.ſubſt.Bart.in l. Lucius,quæſt.pen.ff.eod.Et præterea † in
dubio ſubſtitutio præſumitur directa, non autem fideicom-
miſſaria.l.vlti.C.de hæred. inſtituen.& diximus ſupra in præ-
ſumpt.

10 Extenditur primò, vt procedat † etiam hæc traditio & ca-
ſus, quando teſtator ita diſpoſuiſſet: Et ſi filius meus deceſſe-
rit ſine filiis,ſubſtituo Sempronium fratrem meum,& eo non
exiſtente,vel non extante,eius filios,vel deſcendentes. Nam
adhuc hoc caſu filij illi,vel deſcendentes Sempronij non præ-
ſumuntur vocati per fideicommiſſariam, ſed ſolùm per vulga
rem. Quandoquidem,verba illa,non exiſtente,vel non extan-
te,habent hunc ſenſum,vt referantur ad tempus euenientis ca
ſus ſubſtitutionis mortuo filio hærede primo ſine filiis, non
autem interpretari poſſunt,hoc in ſenſu,videlicet,quoties vel
quandocunque non extabit frater. Atque ita verba hæc non
compendioſam, ſed vulgarem tantum ſubſtitutionem ſignifi-
cant.Ita in ſpecie reſponderunt Anchara.in conſilio 236. Iſte
magiſter.Abbas in conſil. 40.Facti contingentia.lib.1.Corn.
in conſilio 295.lib.1.& in conſil. 186.lib.3.Alexand.in conſ.
22.lib.3.Iaſ.in conſil.134.colum.2.lib.1.Decius in conſi.63.
& hos commemorauit ac ſecutus eſt Socin.Iun. in conſ.180.
num.63.lib.2.idem affirmarunt Pariſ.in conſil.74.nume.17.
lib.2.& Torniellus in l.Gallus.§.quidam rectè.num.68.ff.de
libe.& poſthu.

11 Declaratur hic caſus, vt † non habeat locum, quando con-
iecturis colligi poteſt, teſtatorem voluiſſe vocare filios illos,
vel deſcendentes fratris ſui ſubſtituti per fideicommiſſariam,
atque ita voluiſſe grauare fratrem ſuum onere fideicommiſſi
erga filios & deſcendentes ſuos.Ita ſcribunt interpretes,quos
ſtatim commemorabo. Hæ autem coniecturæ partim ex ver-
bis ſubſtitutionis,partim ex mente colliguntur.

12 Prima eſt coniectura, quæ † ex verbis ſumitur,quando te-
ſtator ita ſubſtituit. Inſtituo Caium filium meum, & ſi filius
meus deceſſerit ſine liberis ei ſubſtituo Sempronium fratrem
meum,cui quandocunque decedenti ſubſtituo eius filios, vel
deſcendentes. Hoc in caſu filij illi Sempronij ſunt vocati per
fideicommiſſariam ex quo per compēdioſam ſubſtituti ſunt,
vt ſignificant illa verba,quandocunque decedenti. Ita in ſpe-
cie affirmarunt Soci.Sen.& Torniellus in d.§.quidam rectè:
ille nu.9.verſi.quartus caſus.iſte num.66.verſ. circa primum.
& idem ego cenſui in conſi.85.nu.82.Idem affirmauit Decia.
conſ.1.nu.232.lib.1.& conferunt quæ dixi ſuprà in præſumpt.
67.in quinta coniectura.Idem eſt in aliis verbis,quæ compen
dioſam hanc ſubſtiturionem ſignificarent, vt puta ſi teſtator
ita dixit, & ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, ei ſubſtituo
Sempronium fratrem meum, & poſt eius mortem eius filios,
vel deſcendentes.Illa verba poſt eius mortem, ſignificāt ſub-
ſtitutionem compendioſam,vt tradit Bar.in l.Cen.nu.25. de
vulg.& pup.ſubſt.Et propterea filij illi Sempronij præſumun-
tur atque cenſentur vocati per fideicommiſſum. Ita in ſpecie
ſcripſerunt Soc.Sen.in conſ.12.in tertio dubio.lib.3.Alcia.
in d.§.quidam recte. in prima lectura.nu.49.& ibidem Tor-
niel.nu.67.Idem quoque dicimus,quando teſtator dixit,ſub-
ſtituo Sempronium fratrem meum,& poſt eum, eius filios &
deſcendentes.Illa enim verba, & poſt eum , idem ſignificant
ac ſi dixiſſet,poſt eius mortem.Non autem poſſunt ſic expo-
ni,poſt eum,ideſt, poſt defectum ſubſtitutionis collatæ in fra
trem;cùm verba illa relata nō ſint ad caſum ſubſtitutionis,ſed
ad perſonam fratris,atque ita compendioſam ſubſtitutionem
ſignificans, & per conſequens filios illos fuiſſe per fideicom-
miſſum vocatos.Ita in ſpecie docuit Torniel.in d.§.quidam
rectè.nu.67.verſi.ſecundo etiam poteſt,qui quidem huius o-
pinionis commemorat Curtium Iuniorem in conſil.38.nu.4.
Idem dicendum eſt,quando teſtator vſus eſt,aliis verbis ,qui-
bus ſolet concipi ſubſtitutio compendioſa.Nam tunc ſemper
dicuntur ij filij per fideicommiſſum vocati ; ex quo compen-
dioſa continet fideicommiſſariam , ſicuti declaraui ſuperio-
13 re præſumptione in quinta coniectura,Eſt pariter † idem affir
mandum,quando teſtator vſus eſſet verbis quæ fideicommiſ-
ſariam ſubſtitutionem ſolent ſignificare,vt ſi dixiſſet,& ſi de-
ceſſerit filius meus ſine liberis ei ſubſtituo Sempronium fra-
trem meum,qui deinde reſtituat filiis,vel deſcendentibus ſuis.
Vel ſimilibus aliis verbis vſus fuiſſet.

14 Secunda eſt † coniectura, qua dicimus hos fratris filios,
vel deſcendentes eſſe ſubſtitutos per fideicommiſſum eorum
patri, quando ſcilicet teſtator vſus eſt his verbis: Et ſi filius
meus deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo Sempronium fratrem
meum & eius filios ac deſcendentes gradatim. Hoc enim ver
bum,gradatim vel de gradu in gradum, ſignificat, teſtatorem
voluiſſe grauare Sempronium fratrem ſuum reſtituere ſuis
deſcendentibus.Ita in ſpecie docuit Tor.in dicto §.quidam
rectè,numero 69.verſicu. circa ſecundum caſum. Ea ratione
vſus eſt Tor.quo in ſubſtitutione fideic.fieri & conſiderari
poſſunt multi gradus.l.peto.§.fratre. & l.cum ita. §.in fidei-
com.de legat.2.& l. vltima.C.de verbor. ſignificat. quemad-
modum.& multi gradus poſſunt conſiderari in vulgari.l.cum
in teſtamento.ff.de hæredi. inſtitu. Cæterùm conſideratio
hæc non ſatis tuta mihi videtur:Nam non ſequitur , in ſubſti-
tutione fideicommiſſaria plures gradus fieri poſſunt : Ergo
hæc verba , de gradu in gradum , ſignificant fideicommiſſa-
riam. Si quidem poſſunt ſignificare directam vulgarem , in
qua(vt ipſo Torniellus admittit) plures gradus fieri poſſunt.
Et cum hæc verba , de gradu in gradum , poſſint intelligi de
vulgari , in dubio ad eam referri debent : cum non præſuma-
tur in dubio fideicommiſſaria. Erit tamen cogitandum , ob
Tornie.non contemnendam auctoritatem.

15 Tertia eſt coniectura , quando † teſtator ita dixit , inſtituo
Caium filium meum, & ſi ipſe deceſſerit ſine filiis,ei ſubſtituo
Sempronium fratrem meum , vel eius filios. Hoc caſu illi filij
dicuntur vocati per fideicommiſſum , vt ſcilicet Sempro. te-
neatur reſtituere filiis ſuis. Ita Decius in conſilio 95.numero
quarto,cuius opinionem dixit communem Iulius Cla. in §.te
ſtamentum.q.80. Verùm diſſentit poſt alios Alc.in reſp.484.
in fi.& apertius in reſp.542.& in reſp. 548.qui teſtatur com-
munem eſſe ſententiam aduerſus Dec.in d.§.quidam recte.in
prima lect.nu.46.& retuli ſup.in primo caſu huius præſump.

16 Quarta coniectura † conſideratur à Tor.in dicto §.qui-
dam rectè.numero 69.verſiculo quod etiam abſque dubio,
&c.quando ſcilicet teſtator ita diſpoſuit.Et ſi filius meus de-
ceſſerit ſine filiis,ei ſubſtituo Sempronium fratrem meum,&
ſucceſſiuè,vel ordine ſucceſſiuo eius filios , vel deſcendentes.
Hoc enim caſu ( inquit Tor. ) verba hæc , ordine ſucceſſiuo,
ſignificant teſtatorē voluiſſe ſubſtituere hos filios , vel deſcē-
dentes fratris per fideicom. Ea ratione vſus eſt Tor.quia or-
do ſucceſſiuus ita intelligi & conſiderari poteſt in fideicom.
ſicuti in directa. Et ſubiecta ipſa materia eſt apta ad ſuſcipiē-
dum hunc ſenſum fideicommiſſariæ , ex quo ſubſtitutio facta
filio teſtatoris eſt compendioſa , quæ & fideicommiſſariam
continet. Verùm(vt etiam dixi ſuprà ad præcedentem conie-
cturam) conſideratio hæc non ſatis ſolida. Cùm in dubio re-
ferri debeant verba hæc ad vulgarē , cum & in ea ſucceſſiuus
ordo conſideretur,vt & ipſe Torniellus fatetur.Et quod ſub-
iungit Torn.ſubiectā materiā ſignificare cōpendioſam ſubſti
tutionē,cōcedo quò ad ipſum filium teſtatoris & eius deſcen-
dentes : non autē quò ad fratrē teſtatoris & ipſius fratris filios
& deſcendentes. Et ideò cōpēdioſa facta filio teſtatoris erga
ſuos deſcendentes nō infert factā etiam eſſe cōpendioſam fra
tri teſtatoris erga ſuos deſcendentes , cum ſpecificè fieri de-
beat eo in gradu, de quo agitur , ſicuti ſcripſit idem Torniel.
in dicto §.quidam rectè.numero 66.verſiculo dubitatio con-
ſiſtit. Et præterea Tornie.repugnat auctoritas multorum.
quos commemorat & probat Ruinus in conſilio 92.numero
ſeptimo verſiculo comprobatur.& in conſilio 159. numero
decimonono verſiculo. ſed iſtis & numero vigeſimo libro ſe-
cundo qui ſcripſerunt , vocatos ordine ſucceſſiuo poſſe intel-
ligi per vulgarem vocatos.Et quanquam ij loquatur de voca-
tione tacita ordinis ſucceſſiui : attamen verè idem eſt,quando
expreſſiſſet teſtator,quod ſucceſſiuè ſuccederent:cum par vir-
tus ſit taciti & expreſſi.

17 Quinta eſt coniectura,quando † conſtat teſtatorem feciſ-
ſe ſubſtitutionem reciprocam fideicōmiſſariam inter deſcen-
dentes



dentes ipſius fratris ſui ſubſtituti,tunc præſumitur etiam vo-
luiſſe ſubſtituere per fideicōmiſſum filios fratris ſui ipſi fra-
tri,exempli gratia,teſtator ita diſpoſuit. Et ſi filius meus de-
ceſſerit ſine liberis ei ſubſtituo Sempronium fratrem meum,
& eius deſcendentes,& quandocunque alter ipſorum deceſ-
ſerit,ſubſtituo ſuperſtites,vel ſuperſtitem.Eſt hic certū, deſ-
cendentes illos Sempronij eſſe inuicem ſubſtitutos per fidei-
commiſſum.Ex hoc modo infertur, quod & ipſi deſcenden-
tes fuerunt ſubſtituti Sempronio maiori ſuo per fideicomm.
Hanc coniecturam faciunt probantque Soc.Sen.in d. l. Gal-
lus.§.quidam rectè col. vlt. verſ. quartus caſus. ff. de libe. &
poſthum.& ibidem Rubeus Alexandrinus,num.128.& aper-
tius Torniel.num.74.verſ. Quò verò ad ſecundum , qui de-
clarat ita ſenſiſſe Comenſem.

Cęterùm dubia admodum mihi videtur opinio hæc:Nam
pro regula traditum eſt, ſubſtitutionem non extendi de per-
ſona ad perſonam,id quod admittit & ipſe Torniel. conce-
dit,& abundè nos explicauimus ſuprà præſumpt. Huic autē
regulæ ſtandum inhærendumq; erit & noſtro in caſu, niſi cō-
trarium apertè demonſtretur. Non obſtant nunc rationes &
argumēta, quibus Torniellus ſuam hanc traditionem firma-
18 uit.Et primò ait,quod vna pars † teſtamenti aliam declarat.l.
qui filiabus,& l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.de leg.1. ergo ex ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria facta inter ipſos deſcendentes,
declaratur etiam facta inter fratrem & ſuos deſcendentes.
19 Hæc conſideratio digna non eſt ingenio Tornie. qui † alio-
qui acutiſſimis Iuriſc. habitus ſemper eſt. Nam ſi vera eſſet,
idem eſſet dicendum è conuerſo , vt ſubſtitutio fideicōmiſ-
ſaria facta inter fratrem & eius deſcendentes inferret etiam
fideicommiſſariam inter ipſos deſcendentes : Id quod negat
ipſemet Torniellus in hac ipſa diſputatione , vt ſtatim dice-
mus.Secundò eo argumēto motus eſt Torniellus, quod nul-
la diuerſitatis ratio aſſignari poteſt , quare teſtator voluerit
ipſos deſcendentes eſſe inuicem per fideicom.ſubſtitutos,&
non idem voluerit inter fratrem & eius deſcendentes. Hæc
conſideratio vera non eſt.Nam diuerſitatis ratio & quidem
probabilis aſſignari poteſt , quod frater teſtatoris vti proxi-
mior ipſi teſtatori ab eoq; magis dilectus nō præſumitur ita
onere fideicommiſſi grauatus erga ſuos deſcendentes, ſicuti
grauati fuerunt illi deſcendentes inter ſeipſos. Et ſi dicatur,
ſupra in præſumpt.68.in decimatertia coniectura ſecūdi ca-
ſus,dictum fuit,non eſſe inconueniens, quod interdū remo-
20 tior † ſit magis dilectus ipſo proximiore.Nam reſpōdetur il-
lud regulare non eſſe,ſed aliquando,& propterea in dubio à
regula recedēdum non eſt.Tertiò ea ratione motus eſt Tor-
niellus,num.75.quia vix dari poteſt caſus,in quo verba , quæ
denotant ordinem quò ad fideicommiſſariam inter deſcen-
dentes fratris inter ſe,non etiam adaptentur quoquo modo
ad denotādum eūdem ordinem inter fratrem & eius deſcen-
dentes.Nam(ait Torniel.)ſi dictum ſit : ſubſtituo fratrem &
eius deſcendentes in infinitum.Licet illud verbum,in infini-
tum,videatur relatum ad perſonas deſcendentiū , inter quas
non comprehenditur frater , attamen poteſt etiam adaptari
ad denotandum, quod ſubſtitutio , in qua vocatur frater &
eius deſcendentes duret perpetuò,& in infinitum.Et hoc re-
ſpectu comprehendet ſubſtitutionem fideicommiſſariā etiā
inquantum reſpicit perſonam fratris. Idem ſi dictum ſit(ait
Tornie.) ſubſtituo fratrem & eius deſcendentes gradatim.
Nam illud verbum,gradatim , poteſt referri tam ad perſonā
fratris quàm ad ipſos deſcendentes.Ita etiam (ſubiūgit Tor-
niellus)quando dictum eſſet,ſubſtituo fratrem,& alios de fa-
milia.Nam cum illud nomen,de familia,ſignificet fideicom-
miſſariam inter illos de familia , referri etiam poteſt ad per-
ſonam ipſius fratris. Cæterum exiſtimauerim conſideratio-
nem hanc confutari facilè poſſe. Et primò ea ratione , quia
nos præſupponimus,quod & ipſe Torniellus ſenſit,hanc cō-
iecturam aliundè ſumi quàm ex verbis ipſis ſubſtitutionis:
ſolùm enim quæritur , an ex eo quod facta eſt ſubſtitutio fi-
deicommiſſaria inter deſcendentes, præſumatur etiam inter
ipſum fratrem & ipſos ſuos deſcendentes, atque ita præſup-
ponitur hic,quod ex verbis hoc non colligatur. Præterea &
ſecundò,verum non eſt,quod ait Torniellus, conſiderari nō
poſſe formam aliquam ſubſtitutionis factam inter hos deſ-
cendentes , quæ non comprehendat & perſonam ipſius fra-
tris.Hoc ſanè verum non eſt.Quid ſi ita dixiſſet teſtator:ſub-
ſtituo fratrem meum & eius deſcendentes:Et quandocūque
alter ipſorum deſcendentium morietur ſubſtituo ſuperſti-
tem, vel ſuperſtites ex ipſis deſcendentibus. Hæc certè ſub-
ſtitutionis forma non comprehēdit perſonam fratris. Quar-
to argumentatur Torniellus,Quod ſi ex multorum ſentētia
21 † ſubſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex identi-
tate rationis,ſeu qualitatis expreſſæ per teſtatorē in ipſa ſub-
ſtitutione,vt reſponderunt Curt.Sen.in conſ.75.col.10.Pariſ.
in conſ.66.num.67.lib.3.& Crauet.in conſ.155. num.7. & di-
ximus ſupra in præſump.Quantò magis(ait Torniel.)ex idē-
titate rationis interpretari debemus,quod verbum ſignificās
ordinem quò ad fideicommiſſariam inter deſcendentes , di-
catur ſignificare fideicommiſſariam inter fratrem & eius
deſcendentes?Cùm hoc caſu(inquit Torniellus ) non agatur
de extenſione ſubſtitutionis ad aliam perſonam præter ver-
borum ſignificationem. Huic conſiderationi reſpondetur,
negando in primis , eandem eſſe rationem inter ſubſtitutio-
nem fratris erga ſuos deſcendentes , & ſubſtitutionem inter
ipſos ſolos deſcendentes,ſicuti diximus ſuprà.Et præterea,iā
diximus , in verborum proprietate non eſſe conſtituendum
fundamentum,quia vbi proprietas id ſignificaret , non eſſet
probabilis hac de re dubitatio. Hæc itaque coniectura ſic à
Torniello conſiderata vera non eſt. Et aduerſus eam ſenſit
Alex.in conſ.139.num.3.& 4.lib.6.

Non negauerim tamen quin defendi his caſibus poſſet,
quando.ſ. ipſa ſermonis proprietas comprehenderet & per-
ſonam fratris, ſicuti Torniel. propoſitis illis formulis affir-
mauit.Nam ſi verba comprehēdent, erit certum ſubſtitutio-
ni fideicommiſſariæ locum eſſe.Et idem exiſtimauerim, quā-
do teſtator & inter primos gradus ac etiam inter vltimos fe-
ciſſet hanc ſubſtitutionem fideicommiſſariam,vt putà,ſi te-
ſtator ita diſpoſuiſſet:Inſtituo Caium filium meum, cui ſub-
ſtituo vulgariter,pupillariter & per fideicommiſſum eius fi-
lios:quos quidem filios inuicem in omnibus ſubſtituo prout
ſupra.Et deficientibus omnibus deſcendentibus meis , vlti-
mo morienti quandocunque ſubſtituo Sempronium fratrem
meum, & eius deſcendentes,& decedente altero , vel pluri-
bus ex dictis deſcendentibus dicti Sempronij quandocūque
ſubſtituo ſuperſtitē,vel ſuperſtites. Hac in formula videmus
Caium filium teſtatoris eſſe grauatum erga ſuos deſcenden-
tes,ac etiam inter deſcendētes Caij filij teſtatoris adeſſe ſub-
ſtitutionem fideicommiſſariam. Ita etiam extat ſubſtitutio
fideicommiſſaria inter deſcendentes Sempronij. Si ergo pri-
ma & vltimo ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, nulla eſt pro-
babilis ratio,quin & media eiuſmodi eſſe debeat.

22 Quartus † eſt ſubſtitutionis caſus qui conſideratur in per-
ſonam deſcendentium fratris ſubſtituti à teſtatore , exempli
gratia,teſtator ita diſpoſuit:Inſtituo Caium filium meum, &
ſi filius iſte meus deceſſerit ſine filiis,ei ſubſtituo Semproniū
fratrem meum,eiuſque filios. Eſt modo diſputatio , an inter
hos filios inducta ſit ſubſtitutio fideicommiſſaria? Hic caſus
ſic explicari poteſt, conſtituendo prius regulam hanc , quod
non præſumitur ſubſtitutio fideicommiſſaria inter hos Sem-
pronij filios.Ita ſentiunt à fortiori interpretes , quos in ſub-
ſequentibus extenſionibus commemorabimus. Et ratio pri-
ma eſt quia nullum hic adeſt verbum ſignificans tractū tem-
poris in futurum,ſicque ſubſtitutionem fideicommiſſariam.
Præterea & ſecundo hic agitur de inducēda reciproca fidei-
commiſſaria ſubſtitutione, quæ non inducitur niſi plura cō-
currant,nempè , quod fiat ab vltimo moriente , quod ſit ex-
preſſim facta in omnibus bonis,& quod ſint expreſſè vocati,
non autem in conditione poſiti , vt poſt multos reſpondi in
conſ.85.num.41.lib.1.& diximus ſupra in præſumpt.58.cū er-
go hic deficiant duo illa prima requiſita,dicendum eſt , non
eſſe inductam reciprocam inter filios illos fratris , & conſe-
quenter non eſſe locum fideicommiſſariæ inter eos.

23 Extenditur † primò , vt procedat etiam quando inter ip-
ſum Sempronium fratrē teſtatoris & ipſius fratris filios , vel
deſcendētes eſſet inducta fideicommiſſaria ſubſtitutio,iuxta
primam illam coniecturam , quam retuli ſuperiore caſu. Et
ſi enim ipſe Sempronius grauatus fuerit onere reſtitutionis
erga filios & deſcēdentes ſuos : Non tamē ex eo ſumi poteſt
coniecturá , quod ipſi filij & deſcendētes ſint inuicē grauati
eodem

eodem onere. Exempli gratia dixit teſtator, ſubſtituo Sempronium fratrem meum, & quandocunque is deceſſerit ſubſtituo eius filios & deſcendentes. Hic clarum eſt inductam eſſe ſubſtitutionem fideicommiſſariam inter Sempronium & eius filios, vt.ſ. Sempronius teneatur filiis ſuis reſtituere, ſicuti dixi ſuperiore caſu in prima coniectura. Non tamen ex hoc ſumitur argumentum & coniectura, quod inter ipſos filios & deſcendẽtes Sempronij ſit inducta fideicommiſſaria. Ita in ſpecie affirmauit Socinus Senior in d.l. Gallus. §. quidam rectè, num.9. de libe. & poſthu. ſicuti illum declaraui in conſ.85.num.82 & num.93.lib.1. & illum ſic etiam ſunt interpretati Rubeus ibid, num.70. in fine num. 71. & Torniellus, num.79. qui quidem eiuſdem opinionis commemorat Ruinum conſ.100.num.3.lib.2.Pariſ. in conſ.39. num.7. lib. 3. & Socinum Iun. in conſ.81. num. 12.lib.3. Et his addo Ruinum in conſ.92.num.7. & col. vlt. verſ. non obſtat, quod. lib.2. in conſ.19.col.pen. & in conſ.128.num.10.lib.3.

Ea eſt ratio, quia ſubſtitutio fideicommiſſaria non trahitur de perſona ad perſonã, vt diximus ſupra in præſumpt. ... Et ideo fideicommiſſaria facta inter patrem & filios non porrigitur ad filios ipſos, vt.ſ. inter eos facta præſumatur. Et præterea reciproca non inducitur inter aliquos niſi plura concurrant, vt ſcripſi in conſ.85.num.41. & 42.lib.1. & copioſius explicauimus ſupra in præſump.61. Quibus facilè intelligimus malè reſpondiſſe Decium in conſ.425.colum. 2. qui voluit ita deſcendentes eſſe inter ſe onere fideicomm. grauatos, ſicuti fuit grauatus eorum anteceſſor erga eos, malè ſanè reſpondit, vt in ſpecie ab eo diſſenſi in dict.conſ.85. num.93. poſt Rubeum vbi ſupra. Ita etiã malè reſpondit Alba in conſ. 51.num.13. vt ab eo diſſenſi in d.conſ.85.num.98. Ex his diffinitur & ille caſus propoſitus à Soc.Sen. in d. §. quidam rectè, num.10. verſ. quintus caſus, quando.ſ. teſtator ſubſtitutionem compendioſam fecit inter fratrem & filios. Nam & tunc non præſumitur compendioſa & conſequenter fideic. inter filios ipſius fratris, ſed ſolùm vulgaris ſicuti aduerſus Socinum reſpondit Rui. in conſ.92.num.5.conſ.102.nu.8.lib.2. & in conſ. 19.num.10. & in conſ.128.num.15.lib.3.

24 Extenditur ſecundo, † vt locum etiam habeat hæc ſentẽtia, quando teſtator poſt deſcendentes fratris ſubſtituiſſet alios alterius gradus. Exempli gratia, dixit teſtator, ſubſtituo Sempronium fratrem meum & ei ſubſtituo eius deſcendentes: quibus ſubſtituo deſcendentes ſororis meæ. Hoc etiam in caſu non præſumitur facta ſubſtitutio fideicommiſſaria inter deſcendentes illos Sempronij. Ita docuit Torniellus in d.§. quidam rectè. num.80. eſt colum.pen. & vlt. qui ita ſenſiſſe Pariſium Socinum Iuniorem & alios nonnullos ſcribit. Et idem reſpondit in ſpecie Decius in conſ.205.colum.vlt. verſ. præterea, dato: & eſt ratio, quia (vt diximus ſupra) ſubſtitutio non trahitur de perſona ad perſonam: Et reciproca non inducitur, niſi plura illa requiſita concurrant, quæ hic ceſſant: ſicuti dictum iam fuit, & ſuis locis declarabimus.

25 Extenditur tertio, vt † procedat etiam, quando teſtator reciprocè ſubſtituiſſet ipſos liberos, vel deſcendentes fratris ſui, & poſt eos omninò extraneos ſubſtituiſſet per fideicommiſſum. Nam adhuc inter liberos non præſumitur ſubſtitutio reciproca fideicommiſſaria, ſed ſolùm vulgaris. Ita Caſtren. in conſ.14. ſi contingat. d.D. Liſam columna 2. verſ. reſtat reſpondere. lib.1. qui reſpondit, quod ſi teſtator plures liberos vocauit & eos inuicem ſubſtituit, & grauauit per fideicommiſſum reſtituere cuidã ſocietati, quod licet illa ſocietas vocata ſit per fideicommiſſum: attamen (inquit Caſtrenſis) illi liberi ſolùm vulgariter non autem per fideicommiſſum vocati ſunt. Et ideò hæreditate adita corruit illa inter eos facta ſubſtitutio. Et Caſtrenſem ſecuti ſunt multi, quos retuli ſupra præſumpt.61.num.51.

26 Extenditur quarto, vt procedat etiam quando † teſtator ita diſpoſuiſſet, ſubſtituo Sempronium fratrem meum eiuſq; filios & deſcendentes in ſtirpem & non in capita inuicem & viciſſim vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum. Nam adhuc illi deſcendentes dicuntur inuicem ſubſtituti per vulgarem, non autem per fideicommiſſariam. Ita reſpondit Soc. Sen. in conſ.104.col.2.verſ. capio nunc, & num.10.lib.3. & illum ſecutus eſt Pariſ. in conſ. 87. numero 25. libro ſecundo. Idem ſenſit Soc. Iun. in conſil. 81. numero 13. libro tertio, & idem ego ſenſi in conſil.85.numero 67. in fine lib.1.

Diſſentiunt tamen Curtius Sen. in conſ.42. num.13. Pariſ. in conſ.92.nu.58.lib.2. vt refert & ſequitur Decianus in conſ. 1.num.264.lib.1.

27 Extenditur quarto, vt † locum etiam ſibi vendicet hæc ſententia, quando teſtator ita diſpoſuiſſet. Subſtituo Sempronium fratrem meum: Et quandocunque is deceſſerit, ſubſtituo eius liberos, vel deſcendentes. Hoc etiam in caſu inter illos deſcendentes, vel liberos non præſumitur facta ſubſti-
28 tutio fideicommiſſaria: quamquam nomina † hæc deſcendentes, liberi, ſint nomina collectiua, quę plures gradus comprehendunt. Hanc opinionem probarunt permulti, præſertim Soc.Sen. in l. Gallus. §. quidam rectè, num.9. verſ.4. caſus. ff. de lib. & poſth. ſicuti eum declaraui in conſil. 85. num. 82. & 83.lib.1. Et eum ſic etiam intellexerunt in d. §. quidam rectè. Rubeus, num.49. verſ.3. concluſio. & Torniel. nu. 71. qui quidem eiuſdem opinionis addit Ruinum in conſ.100.num. 3.lib.3. Pariſium in conſ.39.num. 7.lib. 3. & Socinum Iun. in conſ.81.num.12.lib.3. Et eandem opinionem probarunt idem Rui. in conſ.89.num.20. & in conſ.92.num.5.lib.2. & Alcia. in d.§. quidam rectè. num.55. Et Decius in conſ.228.colum.1. qui reſpondit quando teſtator ſubſtituit fratrem & ſuos. Illa dictio, ſuos, pro liberis & deſcendentibus intelligere, ait Decius. Et hanc ſententiam ſum & ego ſecutus in conſ.85.num. 82.lib.1. vbi poſt alios reſpondi, hos liberos, vel deſcendentes non eſſe inuicem ſubſtitutos per fideicommiſſariam, ſed per vulgarem tantum, ij enim deſcendentes, vel liberi ſunt quidem vnà ſimul vocati actiuè ad fideicommiſſum eis reſtituẽdum ab eorum patre vel anteceſſore moriẽte, vel eius herede: non autem paſſiuè, vt ſcilicet inuicem grauati ſint reſtituere. Et huius ſententiæ præcipua eſt ratio, quod hic nullum adeſt verbum ſignificans actum ſucceſſiuum reſtitutionis, ſicuti demonſtraui in conſ.85.num.61. lib. 1. Et præterea, hic agitur de inducenda reciproca ſubſtitutione inter ipſos liberos & deſcendẽtes: Quæ ſanè reciproca facta non præſumitur, niſi tria concurrant, vt in ſubſequenti extenſione dicemus. Ex his conſtat malè reſpondiſſe Beroium in conſ. 102. num.25.lib. ſecundo, & Nattam in conſ.331.nu.25.libr. tertio, qui ſenſerunt, & inter hos deſcendentes eſſe inductum fideicommiſſum.

29 Extenditur quintò hæc ſententia, † vt locum non habeat, quando teſtator ita ſubſtituiſſet: ſubſtituo Sempronium fratrem meum, & quandocunque is deceſſerit ſubſtituo eius familiam, vel agnationem. Hoc etiam in caſu inter illos de familia & agnatione non præſumitur inductum fideicommiſſum: Et ſi nomina hæc, familia, agnatio, ſint nomina collectiua, quæ plures gradus complectuntur. Hanc traditionem in ſpecie probauit Rui. in conſ.92.num.5. & num.8. libr. 2. & Decius in conſ.228.colum.1. Idem ſenſerunt Soc.Sen. in cõſ. 37.num.1. in fi. & manifeſtius conſ.43.num.9. verſ. aliquando & 5. & vlt.lib.3. & Alci. in d.§. in fideic.num.2. de legat.2. cùm dixerunt, nomen familiæ ex ſui proprietate non ſignificare actum ſucceſſiuum, niſi concurrat cõiecturata teſtatoris voluntas: ſicque adeſſe debet aliquid adiũctum. Id quod & ego reſpondi in conſ.85.num.60. lib. 1. & apertè idem ſenſit Alciat. in d.§. in fideicom.numer.14. Et ij quidem permoti ſunt auctoritate Raphaëlis Comenſ. in d.l. cum ita. §. in fideicommiſſo. numer.4. verſ. *or videte*, de leg.2. cuius verba adſcripſi: *Or videte. Ego putarem, conſiderandum, ſi relictum factum familiæ eſſet factum ſic: Relinquo familiæ meæ, procederet. l. ſi cognatis, & opinio Doctorum, & vocantur proximiores, tamen eis excluſis, vlterius non vocantur. Ratio, quia eſt relictum ſemel tantùm familiæ, & ideò ſufficit, quod ſemel ſit verificatum legatum. Et videtur voluiſſe, ſi benè memini, Bart. in d.§. fratre, & iſte poterit alienare, vt in l. vnum. §. ſed & ſi quidem infra eod. ſi autem legauit teſtator, ne alienetur extra familiam, vel vt remaneant in familia, & ſic vt habeat tractum ſucceſſiuum, hoc videtur importare, vt perpetuò debeat remanere in familia. Et procedit iſte text. vt inſpiciatur tempus mortis, & non teſtamenti d.l. ſi cognatis, quia non ſufficit, quod fuerit in familia tempore teſtamenti, niſi perdurauerit.* Hæc Comẽſis, qui manifeſtè ſenſit ſuo illo primo in caſu, relictum factum familiæ non præſumi ita factum, vt vnus teneatur alteri reſtituere, ſed illud extingui ſtatim quo ad vnum ex familia peruenit. Quandoquidem ſolum nomen familiæ quanquam





collectiuum ſit: non tamen infert ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam inter illos de familia. Et Comenſem ſic etiam intellexit Soc.Sen. in d.l. Gallus §. quidam rectè. num.9. cùm docuit, hos de familia præſumi per fideicommiſſariam vocatos, ſi adiectum eſt verbum habens tractum temporis ſucceſſiuum. Et alios retuli in d.conſi.35.num.67. Et hæc ſententia probatur in l. filiusfam. §. cum pater. de leg.1. & in l. pater filium. ff. ad l. Falci. ſicuti declaraui in d.conſi.85.num.55. quo loci.num.56. affirmaui hanc ipſam traditionem probari in l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundum. de leg.2.

30 Verùm † ab hac opinione in ſpecie diſſentit Soc.Sen. cõſ. 13.nu.18.lib.3. & Torniel. in d.l. Gallus. §. quidam rectè. nu.72. de libe. & poſthu. qui manifeſtè docuit, ſubſtitutionem fideicommiſſariam ex his verbis eſſe inductam inter eos de familia: Et ait Torniellus, hanc eſſe communem opinionem, quã dixit affirmaſſe Bart. & Caſtr. in d.l. cum ita. §. in fideicõmiſſo. de leg.2.

32 Mea † tamen opinione, vera non eſt hæc Soc. Tornielli & aliorum traditio. Nec Bart. & Caſtr. alijuè in d.§. in fideicommiſſo, hoc ſcripſerunt. Nam ita ſcribit Bart. *ad fideicommiſſum relictum familiæ, gradatim illi de familia admittuntur.* His verbis non ſignificat Bart. quod ex verbo, familia, cenſeatur conſtitutum fideicommiſſum inter ipſos de familia, ſed præſupponit Bart. pro conſtanti in familia factũ eſſe fideicommiſſum. quo ſtante, inquit Bart. ad hoc fideicommiſſum admitti gradatim illos de familia. ita etiam loquitur Caſtren. & reliqui. Imò ipſemet Bartol. in l. peto. §. fratre. verſi. venio ad tertiam partem. de leg.2. ſenſit contra Torniellum, ſicuti Bart. ipſum declaraui in d.conſi.85.num.71. Non obſtant nunc argumenta, quibus ſuam illam opinionem tuetur Tornie. Et primo ait probari ea ratione, quia negari non poteſt, quin illud nomen familiæ comprehendat quoſcunque qui ſunt de familia, non ſolùm exiſtentes in primo gradu, ſed etiam alios quoſcunque conſtitutos in remotioribus gradibus, quoniam omnes de familia cenſentur vocati, & omnibus competit petitio fideicommiſſi, vt præſupponit text. in d.§. fratre. ibi, fideicommiſſi petitio familiæ competit. Et ibi, omnes de familia fideicommiſſum petent. Et in d.l. cum ita. §. in fideicommiſſo, in his verbis, fideicommiſſum, quod familiæ relinquitur. Quod etiam (ait Torniellus) denotatur ex propria ſignificatione illius verbi collectiui familia. Cum igitur (ſubiungit Torniellus) omnes ſint vocati & comprehenſi ex propria verborum ſignificatione, æquum eſt, quod omnes admittantur ad huiuſmodi fideic. vel ſimul, vel ordine ſucceſſiuo. Verùm, quia non eſt veriſimile, quod teſtator velit commodum fideicommiſſi debere diuidi inter omnes de familia, qui ſunt diuerſorum graduum: idcircò lex interpretatur, quod voluerit fideic. peruenire ad ſingulos per modum cuiuſdam ſucceſſionis, & ſic gradatim de vno in alium, prout contigit in feudo & emphyteuſi pro ſe & aliis de familia ſua, vt per Bar. & alios in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis libert. Hæc Tornielli argumentatio iure defendi non poteſt. Nam quod
33 † ille ait, fideicommiſſum relictum familiæ pertinere ad omnes qui ſunt de familia, facilè concedimus ex d.§. fratre, & d. §. in fideicommiſſo. omnes itaque de familia vocati ſunt, ſed actiua eſt hæc vocatio, nempè vt ipſi omnes ſuccedant illi vltimo morienti, non autem eſt paſſiua, vt, ſcilicet admiſſis illis, qui ex familia ſunt, vno eorum moriente hæreditate adita, alij ſuccedant. Et quod ait Torniellus, omnes de familia admitti, intelligitur de his, qui tempore euenientis caſus ſucceſſionis ſunt proximiores, iuxta dicto §. in fideicommiſſo. Et propterea ceſſat quod ait Torniellus, non eſſe veriſimile, quod teſtator voluerit commodum fideicommiſſi debere diuidi inter omnes de familia, qui ſunt diuerſorum graduum. Ceſſat inquam hoc, quia imò fideicommiſſum peruenit ſolùm ad proximiores. Et præterea hoc ceſſat, quia hoc fideicommiſſum amplius non dicitur fideicommiſ. cùm peruenit ad proximiores de familia, ex quo illi nõ ſunt deinde grauati remotioribus reſtituere. Et ad rem hanc non pertinet illud ſimile de feudo & emphyteuſi conceſſis pro ſe & liberis, quæ gradatim de vno in alterum tranſeunt. Non inquam illud ad rem facit; quandoquidem iam ibi pro conſtanti præſupponimus, feudum illud, vel emphyteuſim perpetuò eſſe debere in familia. Nos verò loquimur in dubio, an ſcilicet, ex eo, quod ſucceſſio deferri debet familiæ, an in illos de familia eſſe debeat perpetua, ita vt altero moriente alter ſuccedat. Et dicimus, ſatis eſſe, quod in aliquem ex familia peruenerit abſque eo, quod in ea perſeueret, vt probãt d.l. filiusfam. §. cum pater. de leg.1. & l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fũdum. de leg.2. vt eas declaraui in d.conſi.85. nu.55. & 56.lib.1. & hæc clariora redduntur ex his, quæ mox ſubijciam. Secũdò ea ratione motus eſt Torniellus in d.§. quidam rectè nu. 72. verſi. alia ratio eſt; quia dum in huiuſmodi fideicommiſſo exprimitur nomen familiæ, non autem nomen perſonarum exiſtentium in ipſa familia; ſequitur, quod cenſeatur potius relictũ cõtemplatione familiæ quàm perſonarũ, iuxta notata in cap. quoniã Abbas. de off. deleg. Vnde (ſubdit Torniellus) veriſimile eſt, quod teſtator voluerit dictum ſuum fideicommiſſum extendi ad quoſcunque, ad quos ſe extendit agnatio & familia ipſius teſtatoris: Et quod fideicommiſſum permaneat, quatenus permanet agnatio & familia. Et quemadmodum familia & agnatio porrigitur gradatim ad perſonas de familia; ita ad eas perſonas gradatim porrigitur huiuſmodi fideicommiſſum relictum familiæ. Debet enim iſtud fideicõmiſſum interpretari & regulari iuxta ſubiectam materiam cauſæ & rationis, propter quam cenſetur factum. l. cum pater. §. dulciſſimus. de leg. 2. Hactenus Torniellus. Cuius quidem conſideratio mihi non probatur. Nam quod ille ait, fideicommiſſum relictum familiæ cenſeri relictum potius contemplatione familiæ quàm ſingularum perſonarum; facilè conceditur. Ita etiam admittimus quod ſubiungit ipſe Torniellus, ad quoſcunque extendi fideicommiſſum, ad quos porrigitur nomen familiæ. Sed hoc nos intelligimus de fideicommiſſo actiuè, hoc eſt, quod cum teſtator grauauit hæredem ſuum reſtituere familiæ, ij de familia omnes actiuè vocati cenſentur, & ad omnes, quibus nomen familiæ conuenit, pertinet poſſe conſequi bona hæc. Quod verò ſubiungit Torniellus, fideicom. hoc debere permanere quatenus permanet agnationis & familiæ nomen. Hoc inquam falſum eſt. Repugnat enim. d.l. filiusfam. §. cum pater. de leg.1. & l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundum de leg.2. Repugnat & illa doctrina Comens: in d.§. in fideicom. nu.4. dũ conſtituit differẽtiam inter hæc verba. Relinquo familiæ. Et illa; relinquo vt remaneant in familia, ſicuti traditionẽ Comenſis relati ſupra & eam mox declarabimus.

Tertiò adductus eſt Torniellus in hanc opinionem auctoritate Ancha. in conſi.27. Non ſeruato ordine, & Roma. in conſi.438 colum.vlt. & Ruin. in conſi. 164. colum.3.lib. 3. & alios plures eiuſdem opinionis commemoraui in conſil. 85. num.28. & in conſi.97.nu. 19. lib. 1. fortiori in caſu reſponderunt, quod relictum factũ duobus antiquioribus de familia, intelligitur eſſe fideicõmiſsũ gradatim & ordine ſucceſſiuo, ob id, quia fideicõmiſſum præſumitur relictũ intuitu & cõtemplatione familiæ; nõ autem perſonarum. Verùm hæc Ancha. & ſequacium traditio ad rem noſtram non pertinet: Cũ nos loquamur, an cõſtitutum ſit fideicommiſſum inter ipſos de familia. Ancha. verò loquitur, an non admiſſis primis, ob id, quod ante aditam hæreditatem deceſſerũt, alij antiquiores gradu proximiores admittantur: atque ita ipſi antiquiores ſiue primi, ſiue ſecundi ſemper admittuntur ex directa vulgari non autem ex fideicommiſſaria. Id quod clarius explicaui in conſ.85.nu.123.124. & 125. & lib. 1. Et præterea non caret dubitatione reſponſum illud Ancha. vt copioſè diſſerui in conſ.97.num.116. verſ. non conſtat ſecundum. lib.1. His facilè intelligimus recipiendam non eſſe rationem illam differentiæ inter nomen hoc familiæ vel agnationis, & illam liberorum, vel deſcendentium; quam differentiam conſiderauit Torniellus in d.§. quidam rectè. nu. 73. ver. ex quibus rationibus cũ dixit, quod nomẽ familiæ denotat non ſolùm perſonas, quibus relinquitur: ſed etiam cauſam & rationem familiæ & agnationis, cuius contemplatione relictum eſt. Id quod non contingit in nomine liberorum, vel deſcendentiũ. Hæc differentia quò ad rem noſtram recipienda non eſt: quandoquidem nec verbum familiæ, vel agnationis infert inter eos de familia eſſe inductum fideicommiſſum.

43 Extenditur † tertiò, vt procedat etiam hæc ſententia, quãdo teſtator ita dixiſſet: Inſtituo Caium filium meum; & ſi ipſe hæres non erit ſubſtituo Sempronium & eius liberos:

& ſi ipſe Sempronius, vel eius liberi deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo Mæuium. Hoc in caſu etiam illi liberi Sempronij dicuntur ſucceſſiuè vocati per vulgarem. Ita Decius in conſi. 205. col. pen. verſ. Et idem tamen inquit.

Verùm dubito de veritate.

35 Declaratur † nunc primò hic caſus, vt non procedat, quādo in ſubſtitutione facta de ipſis filiis, liberis vel deſcendentibus adeſſent aliqua verba ſignificantia tractū ſucceſſiuum demonſtrātiaque, teſtatorem voluiſſe bona perpetuò eſſe ac permanere debere inter deſcendentes illos. Nam tunc præſumitur inter eos ſubſtitutio fideicommiſſaria. Ita ſentiunt omnes, quos ſtatim cōmemorabo. Exempla adferri poſſunt multa. Primum ſit, ſi teſtator ita diſpoſuit: ſubſtituo Sempronium fratrem meum, & quandocunque is deceſſerit, ſubſtituo eius familiam, & volo bona conſeruari in familia: vel volo, ne bona exeant de ipſa familia. Hæc verba ſignificant tractum temporis ſucceſſiuum: & teſtatorem voluiſſe bona debere reſtitui ab vno ex deſcendentibus alteri. Ita ſenſit Comen. in d. §. in fideicommiſſo. num. 4. verſi. ſi autem legauit, & in ſpecie magis Ruinus in conſi. 92. num. 5. & num. 8. & in conſi. 159 num. 22. lib. 2. Curt Iun. in conſil. 43. col. 4. verſic. ſecundò principaliter. in conſi. 48. num. 4. & in conſi. 121. num. 15. Soc. Iun. in conſi. 136. lib. 3. Craue. in conſil. vlt. col. vlt. verſ. ſecundò principaliter. Ita etiam Rubeus & Torniellus in l. Gallus. §. quidam rectè, ille num. 64. in fine. iſte num. 71. verſi. ſed in caſu, quo eſſent, & num. 72. Et traditionem hanc ſecutus ſum in conſi. 82. num. 54.

36 Declaratur † Secundò, vt non procedat, quando teſtator vocaſſet deſcendentes maſculos excluſis fœminis. Nam tunc ex tacita & coniecturata mente teſtatoris colligitur, eum voluiſſe bona cōſeruari in agnatione & familia illa, & per conſequens inter eos eſſe inductum fideicommiſſum. Ita clare reſpondit Ruinus in conſil. 164. col. pen. & vlti. lib. 3. & idem ſenſit Pariſius in conſi. 57. nume. 10. lib. 2. & in conſi. 53. nu. 26. lib. 3. quem retuli ſuperiore præſumpt. in ſeptima coniectura primi caſus. Ex his intelligimus minus rectè reſpondiſſe Ruinum ſibi parum conſtantem in conſi. 92. num. 9. lib. 2. cùm dixit, non cenſeri inductum hoc in caſu fideicommiſſum inter maſculos, quia conſeruatio bonorum, quam voluit fieri teſtator inter ipſos maſculos intelligitur mediāte vulgari ſubſtitutione, malè quidem reſpondit Ruinus, cum vulgaris ipſa ſubſtitutio non conſeruet bona inter eos, ex quo hæreditate adita extinguitur ſubſtitutio. l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſt. Et ob id vnuſquiſque eorum ad libitum diſponere poteſt de bonis illis: Id quod repugnat voluntati teſtatoris.

37 Declaratur † tertiò, vt non procedat quando ex aliquibus coniecturis enumeratis præſum. ſupra ab hac ſecunda in primo & ſecundo caſu apparet, teſtatorem voluiſſe inducere fideic. inter ipſos deſcendentes. Non hic repetam coniecturas illas quæ facile illo in loco legi poſſunt.

## PRÆSVMPT. LXXII.

### Fideicommiſſum quando præſumatur relictum, vt à filio impubere hærede inſtituto reſtituatur: vel ab ius hæredibus.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum an & quando præſumatur relictum, vt à filio impubere hærede inſtituto reſtituatur, vel ab eius hæredib.*

2 *Pater non poteſt grauare filium in eius legitima: poteſt tamen filio impuberi ſubſtituere, atque ita pro eo teſtamentum facere. num. 3.*

4 *Subſtitutio pupillaris deficit ſuperueniente pubertate.*

5 *Filius licet non poßit grauari in legitima, poſſunt tamen grauari eius hæredes ei ſuccedentes ab inteſtato in dicta legitima.*

6 *Fideicommißi onus an & quando cenſeatur impoſitum ipſimet filio impuberi inſtituto.*

*Quòd quando teſtator expreßè iniunxit onus reſtitutionis ipſimet inſtituto, is ſolus inſtitutus dicitur grauatus. num. 7.*

*Quando autem hoc onus fuit iniunctum hæredibus filij hæredis inſtituti, tunc illi dicuntur grauati. num. 8.*

*Secus in legitimo hærede impuberis inſtituti à matre. num. 9.*

10 *Filius inſtitutus præſumitur grauatus, quando pater ita inſtituit: Et ſi filius meus inſtitutus deceſſerit ſine filijs, ei ſubſtituo Caium.*

*Idem quando verbum ſubſtituo, fuit abſolutè poſitum. nu. 11.*

12 *Fideicommißi onus cenſetur iniunctum hæredibus inſtituti, quando teſtator dixit: Inſtituo filium meum impuberem, & quandocunque deceſſerit in pup. ætate, volo quòd totum ſeu integra hæreditas meas reſtituatur Caio.*

*Et quare non cenſeatur d. fideicommiſſum iniunctum ipſi filio.*

*Quid ſi ſumus in dubio, eo quòd nulla extant verba, quibus colligi poßit cui fuerit iniunctum hoc onus reſtitutionis fideicommißi. 13.*

*Diſtingue, vt nu. 14. & ſeq.*

15 *Fideicommiſſum relictum poſt mortem plurium, quorum vnus erat ſubſtitutus alteri, videtur relictum ab vltimo moriente.*

16 *Teſtator præſumitur reliquiſſe ſolum ius quod habet in re.*

17 *Hæres legatarij grauari poteſt ſub nomine hæredis.*

18 *Hæres ſuccedens pupillo ab inteſtato, ſuccedere dicitur ex tacito defuncti iudicio non autem ex expreſſo.*

19 *Fideicommißi onus non cenſetur iniunctum matri, quæ ſuccedit filio ab inteſtato, & quare.*

*Nec extenditur vltra ætatem pupillarem. 20.*

1 DISPVTATIO † eſt ſummè vtilis & grauis inter Doctores; cui iniunctum præſumatur onus reſtitutionis fideicommiſſi, an ſcilicet ipſi filio impuberi inſtituto, vel eius hæredibus? Quo facilius intelligamus ac explicemus dubitationem hanc; ac etiā, vt cognoſcamus quantæ ſit vtilitatis, præſciendum eſt, pa-
2 trem † non poſſe grauare filium in eius legitima, l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſta. & ibidem poſt alios Iaſon & Rodericus Suarez. Et hoc quidem intelligitur, quando pater inſtituit filium & eum immediatè grauat onere reſtitutionis fideicommiſſi: Nam tunc filius detrahit integram legitimam, in qua grauari non potuit: ſicuti omnes affirmant in d. l. quoniam in prioribus. Secus verò eſt, quando pater inſtituit filium ipſum impuberem, & ei pupillariter ſubſtituit Caium; quem grauauit reſtituere bona ipſa pupillo relicta: quia tunc onus hoc comprehendit etiam portionem legitimæ filij, quam reſtituere grauari potuit Caius iſte ſubſtitutus ſicuti probat. l. ſi Titio. §. vlt. cum. l. ſeq. ff. de leg. 1. & ibi tradunt glo. Bart. Iaſon. num. 6. reliqui; & egregiè Caſtren. in l. & tribus. nume. 3. in fine. C. de inoff. te-
3 ſta. Et ratio eſt manifeſta. Nam pater poteſt † ſubſtituere filio impuberi atque ita pro eo teſtamentum facere. l. 2. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & §. 1. in Inſtit. de pupill. ſubſtit. & quod fecit pater, ſubſtituendo pupillariter, dicitur factum ab ipſomet filio. Quemadmodum ergo Caius ille ſubſtitutus potuiſſet grauari & grauatus cenſeretur reſtituere etiam legitimam ipſiuſmet pupilli, ſi teſtamentum per ſeipſum facere poſſet, ex quo illa legitima iam propria effecta fuit, ita etiam pater teſtando pro ipſo impubere grauare potuit dictum Caium Et hoc quidem (vt dixi) intelligitur, quando pater pupillariter ſubſtituit: atque ita donec locus eſſe po-
4 teſt ipſi pupillari ſubſtitutioni. Et propterea, † ſuperueniente pubertate, fideicommiſſi reſtitutio deficit: Cùm tunc cenſeatur extinctum etiam teſtamentum pupillare, nempè ipſa ſubſtitutio pupillaris: ſicuti declarat Caſtrenſis præcitato in loco verſi. ſi autem decedat poſt pupillarem. Et hæc quidem traditio & doctrina locum habet etiam quando pater grauauit ſuccedentes ab inteſtato filio ſuo pupillo: vt ſi pater ita diſpoſuit: Inſtituo filium meum impuberem, & ſi ipſe filius meus deceſſerit in pupillari ætate volo bona mea reſtitui Caio ab his, qui filio meo ab inteſtato ſuccedent. ij ſanè ab inteſtato ſuccedentes grauari potuerunt à patre iſto teſtatore reſtituere etiam legitimam ipſius filij impuberis. Ita Caſtren. in d. l. & tribus. num. 3. verſ. aut relinquitur tale fideicommiſſum. Et Caſtrenſem ſecuti ſunt alij multi, quos infra commemorabo.

Ea eſt huius traditionis ratio, ſecundum ipſum Caſtrenſem, quia illi venientes ab inteſtato videntur habere bona hæc ab ipſomet patre teſtatore; qui potuit ab eis aufferre dando



dando ſubſtitutum pupillarem, qui excludit omnes venientes ab inteſtato, etiam matrem: cùm ergo non ſubſtituerit aliquem, ſed reliquerit facultatem ſuccedendi venientibus ab inteſtato, dicitur quodammodo eis dediſſe: atque ita grauare eos potuit. Hanc rationem rectè & acutè confutauit Aretin. in l. 1. §. vlt. num. 19. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. qui aliam rationem ſatis obſcurè conſiderauit. Exiſtimo ego rationem afferri poſſe (vt dixi ſupra) nempè quod ſicuti illi venientes ab inteſtato grauari potuiſſent ab ipſomet pupillo, ſi potuiſſet facere & feciſſet teſtamentum: ſic etiam grauari potuerunt ab
5 ipſo patre, qui nomine filij teſtamentum fecit. Et ex his † diſſoluitur illa dubitatio, de qua ſe reſpondiſſe ſcribit Comen. in d. l. ex tribus, & quem refert & ſequitur ibidem Caſtren. nu. 5. Pater reliquit filiæ millæ, quæ legitimam non excedebant, & diſpoſuit: & quod ſi filia decederet ſine filiis, illa inter pauperes diſtribuerentur: deceſſit filia impubes: dubitatum fuit, an hoc fideicommiſſi onus valeret. Et non valere reſpondit Baldus à Comenſi commemoratus: ſed contrarium dixit Comenſis ſe reſpondiſſe in cauſa Mediolanenſi: quia & ſi filia illa grauari non potuit in ſua legitima: attamen potuerunt grauari eius hęredes, venientes ab inteſtato. Et ſubiungit Comenſis, ita fuiſſe iudicatum. Ita quoque Caſtrenſis in d. l. ex tribus. num. 5. verſ. iſtum caſum: dixit, ſe ita etiam cum Ioanne Imolenſi reſpondiſſe in cauſa Bononienſi, de qua multi conſuluerant contrarium, quorum reſponſa retractata fuerunt: ſic etiam ſubiunxit idem Caſtrenſis ſe iterum reſpondiſſe in hac Ciuitate Patauina, ſic ſanè reſpondit Caſtren. in conſil. 239. Pro declaratione. col. vlt. lib. 2. Et cum Comenſi, Caſtrenſi, & Imola ſenſerunt Bero. in conſ. 79. nu. 11. & 28. lib. 2. Matheſ. notab. 163. Ruyn. in conſ. 52. num. 7. & in conſ. 58. nu. 15. lib. 2. Pariſius in conſil. 55. col. 2. lib. 3. Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus in prima limit. nu. 15. & nu. 21. de inof. teſtam. qui pariter ſic ſe reſpondiſſe apud Metinam teſtatur. Vaſquius in Tract. de ſucceſſionum creatione. §. 10. nu. 412. & M. Antonius Cuchus in Tract. de legitima in verbo, Nec vſufructu defraudari. num. 26. Et ſi rectè perpendimus atque conſideramus à prædictis non diſſentit Vaconius in libr. vltim. Declarationum iuris Cap. vlt. & ſi noua eius opinio videri poteſt. Inquit ille, non eſſe diſtinguendum, an fideicommiſſum ſit iniunctum filio pupillo inſtituto, vel eius hæredibus: ſed diſtinguendum eſſe, an ille filius inſtitutus deceſſit pubes, vel impubes: ſi deceſſit pubes: dubio procul, legitima eius deducitur. Non enim hæc tranſit ad fideicommiſſarium. Hoc caſu Vaconius manifeſte ſenſit cum Caſtrenſi ſuprà relato. Si verò (inquit Vaconius) filius deceſſit impubes: & tunc ſicuti legitima continetur in pupillari ſubſtitutione, atque ita ad ſubſtitutum pertinet, ita etiam continetur in fideicommiſſo, quod nomine ipſius pupilli fecit pater, & quod ob id appellatur fideicommiſſum pupillare, d. l. ſi Titio. §. ſicuti: de leg. 1. Hic fatetur Vaconius datum eſſe pupillariter ſubſtitutum, & eum cenſeri grauatum reſtituere etiam legitimam, quod Caſtren. & reliqui fatentur. Non autem loquitur Vaconius, quando nullus eſt datus ſubſtitutus, ſed ipſe ſolus filius impubes grauatus reſtituere, quia tunc pro eo non fecit pater teſtamentum: nempe pupillarem ſubſtitutionem: & propterea dici non poteſt grauatus quò ad legitimam.

6 His ſic præmiſſis † atque explicatis, ad propoſitam dubitationem reuertimur, an ſcilicet & quando cenſeatur impoſitum onus fideicommiſſi ipſimet filio impuberi inſtituto, vel eius hæredibus? Huius diſputationis vtilitas colligitur ex prædictis: ſi enim onus erit impoſitum filio, legitima non erit reſtituenda, ſed deducenda, ſi verò dicetur impoſitum hæredibus pupilli, reſtituenda erit.

Diſtinguendi hic ſunt aliquot caſus, ſicuti diſtinxi in conſ. 144. nu. 25. quos hic repetam paucis, vt aliqua addam.

Primus † caſus eſt, quando teſtator expreſsè iniunxit onus
7 reſtitutionis fideicommiſſi ipſimet inſtituto. Hoc ſanè caſu dubium non eſt; quin is ſolus inſtitutus ſit grauatus. Ita dixi ſcripſiſſe Galliaulam in l. Cen. num. 409. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. ſic intelligens. l. cohæredi. §. cum filio. ff. eo. Nunc accedunt Ripa in d. l. Cen. nu. 127. & Iulius Clarus in §. teſtamentum. q. 72. verſ. circa primum: qui idem affirmarunt.

8 Secundus eſt caſus, econtra † quando expreſſim onus reſtitutionis fuit iniunctum hæredibus filij hæredis inſtituti. Et tunc illi dicuntur grauati, ſecundum Galliaulam qui ſupra. Et hic caſus pariter caret dubitatione. Et idem ſcripſerunt
9 Ripa & Iulius Clarus, vbi ſuprà. Qui quidem Ripa † ſubiungit non procedere in legitimo hærede impuberis inſtituti à matre. Id quod etiam affirmauit Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus. in prima limitat. num. 14. & 17. C. de inof. teſtam.

10 Tertius eſt caſus, † quando ſumus in dubio, ſed appoſitum fuit verbum commune illi ſubſtitutioni, quod reſpicit ipſum filium inſtitutum, ſicuti quando teſtator ita dixit. Et ſi filius meus inſtitutus deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo Caium. Hoc in caſu filius ipſe inſtitutus dicitur grauatus reſtituere. Ita dixi in d. conſ. 144. nu. 25. verſ. tertius eſt caſus, ſcripſiſſe Baldum in l. ex tribus. C. de inof. teſta. Are. in conſ. 154. nu. 14. verſ. vnde pro intellectu, & idem in l. 1. §. vlti. num. 19. verſ. eſt conſiderandum quod aliquando apponitur verbum, commune. Hos ſecuti ſunt Iaſ. Soc. Senior, Ruinus, Galliaula, & Alciatus ibi à me commemorati. Et his accedunt Ripa in d. l. Cent. nu. 129. in fi. Bello. conſ. 81. nu. 5. & Pariſ. in conſ. 7. nu. 37. lib. 3. & hanc eſſe communem opinionem ſatis conſtat, & ſi ab ea diſſentiat Cur. Iunior in conſ. 73. num. 17.

11 Quartus eſt † caſus, quando verbum, ſubſtituo, fuit abſolutè poſitum, ſicuti cùm teſtator dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo Caium. Hoc etiam caſu, onus reſtitutionis fideicommiſſi præſumitur iniunctum ipſimet filio inſtituto. Ita dixi in d. conſ. 144. col. pen. verſ. quartus eſt caſus, ſcripſiſſe Aretinum in conſ. 154. nu. 14. verſ. aliquando apponitur verbum. & Galliaulam in d. l. Centurio. num. 412. verſ. aliquando verò. Nunc addo eundem Aretinum in d. l. 1. §. vlt. num. 19. verſ. aliquando apponitur verbum ſubſtituo, & Ripam in d. l. Centurio. nu. 129. verſ. retenta autem. ff. de vulg. & pup. ſubſt. qui etiam Baldum, & Caſtrēſem refert. Ea eſt huius ſententiæ ratio ſecundum Aretinum, quia cum ſubſtitutio ſit ſecunda inſtitutio, verbum prædictum, ſubſtituo, refertur ad ipſam inſtitutionem, ſicque ad primum inſtitutum, nempè filium, ob id ipſe dicitur grauatus. Non autem refertur ad hæredes filij venientes ab inteſtato, qui non dicuntur venire ex expreſſa teſtatoris diſpoſitione, ſed ex tacita. Et propterea dicendum eſt, verbum ſubſtituo, referri magis ad ipſum filium inſtitutum, qui expreſsè vocatus eſt, quàm ad venientes ab inteſtato, qui ex tacita voluntate ſuccedunt. Et ſubiungit Aretinus, ſententiam hanc probari text. cap. ſi pater. de teſta. in 6. vt illum diligenter perpendit ipſe Aretinus. Qui quidem intelligit, aliter eſſe, quando expreſsè aliquis eſt ſubſtitutus pupillariter, vt dicemus in ſubſequēti caſu in tertia opinione. Cæterùm hanc Aretini, & ſequacium opinionem in ſpecie damnauit Claudius Seyſellius in d. l. 1. §. vlt. num. 10. verſ. ſed iſta ſua diſtinctio. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. cuius tamen argumenta facilè dilui poſſunt.

12 Quintus † eſt caſus, quando teſtator vſus eſt verbo imperſonali, & ei adiunxit aliud verbum, quo oſtendit, nolle deduci aliquam legitimam, vel Trebellianicam, vt ſi ita dixi: Inſtituo filium meum impuberem, & quandocunque filius meus deceſſerit in pupillari ætate, volo quod tota ſeu integra hæreditas mea reſtituatur Caio. Hoc in caſu, onus reſtitutionis fideicommiſſi iniunctum præſumi hæredibus filij inſtituti, affirmauit Galliaula in d. l. Centurio. nume. 409. verſi. aliquando verò teſtator, poſt Alex. in l. 1. §. vlt. col. 1. de vul. & pup. ſubſt. idem reſpondit Ruinus in conſ. 52. nu. 7. verſ. & iſto caſu. lib. 2. Soc. Sen. in conſ. 104. num. 3. lib. 3. Pariſ. in conſ. 42. nu. 11. lib. 3. Bello. in conſil. 81. num. 5. Et ratio eſt, quia dum teſtator vult reſtitui totam hæreditatem ſignificauit, nolle deduci legitimam. Non ergò grauauit filium, quia alioqui non potuiſſet eum grauare reſtituere ipſam legitimam vt dixi ſupra. Exiſtimo Galliaulam rectè ſentire, & ſi Ripa ibidem. num. 129. & Cepha. nu. 979. aliqua ſatis leuia obiiciant.

13 Sextus & vltimus † eſt caſus, quando verè ſumus in dubio, quippè quod nulla exſtant verba, quibus colligi poſſit, cui iniunctum fuerit hoc onus reſtitutionis fideicommiſſi. Hoc in caſu variè ac multæ ſunt Doctorum opiniones. Prima fuit eorum, qui ſcripſerunt, onus reſtitutionis fideicommiſſi præſumi iniunctum filio inſtituto. Ita Bart. Caſtren. Imola, Salicetus, Aretinus, Ruinus, Socinus Senior, Galliaula, & Rubeus, quos commemoraui in dicto conſilio 144. col. penult. verſ. quintus eſt caſus. Et prædictis accedunt Caſtr. in conſil. 342. mater iſta. num. 4. lib. 1. Ripa in d. l. Centurio. num. 128.

qui teſtatur hanc eſſe magis communem. Mattheſ. in notab.
162.nota pulchram.Cur.Sen.in conſ.42. teſtator.col.12.verſ.
quia in dubio.Fabianus in auth.nouiſſima.nu.140.C.de inoff.
teſta.Socin.Iun.in conſ.131.nu.36.lib.2. ſecunda fuit opinio
eorum,qui dixerunt,hoc fideicommiſſi onus præſumi impo-
ſitum hæredibus filij inſtituti. Ita ſibi parum conſtans.Bart.in
l.qui duos.in fin.ff. eod.de vulgar. & pupillar.ſubſt, quem ſe-
cuti ſunt Alex.in l.1.§. vltim.num.3 & in l. cohæredi.§. cum
filio.num.7. ff.eod.de vulg.& idem in conſil.12.numer.32.&
in conſil.71.num.9.lib.2.Iaſ.in d.§.cum filio.num.16.& in d.
l.ex tribus.numer.5. C.de inoff. teſtam. & idem in conſil.99.
col.2.verſic.imò fortius.lib.4.Curtius Iun.in conſil.71.num.
8.& in conſil.72.num.10. Pariſ.in conſil.71.num.9.libr.2.&
in conſ.21.nu.48.lib.3.Ioan. Dilectus in tract.de arte teſtan-
di, tit.5.cautela.34.num.2. Gratus in conſ.134.num.45.lib.
1.& in conſil.103. nu.13. lib.2. Claudius Seyſellius in d.l.1.§.
vlt.num.7.ff.de vulg.Moderni Pariſien.in additio.ad Alex.in
conſ.12. num.32.lib.3. prædictos omnes congeſſit & ſecutus
eſt Iulius Clarus in §.teſtamentum.q.72.verſic.tertius eſt ca-
ſus,vbi in verſ.Cæterùm, dixit, hanc eſſe magis communem,
& ab ea in praxi non eſſe recedendum. Et his accedunt Ruy.
in conſ.64.nu.2.& in conſ.104.nu.13.lib.2. Bero.in conſil.
79.num.11.lib.2.& Cepha.in conſil.294.nu.58.lib.3.Et hos
retulit ac ſecutus eſt Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita in
ſexta part.nu.14.ff.ad S.C.Trebel.Et idem reſponderunt Ru-
beus in conſ.141.nu.8.Crauet.in conſ.878.nu.9.lib.5.& Hie.
Gabriel.in conſil.117.num.31.lib.1.

Tertia fuit opinio acutiſ. Franc. Aretini in l.1.§. vlt.num.
20.verſ.ego dico in iſto.ff. de vulga.& pup.ſubſt.& in conſil.
154.col.pen.verſ.ego autem,diſtinguit duos caſus,quam qui-
dem diſtinctionem ſenſit, & ſi obſcurius Salicetus in l ex tri-
bus.in fin. C.de inof. teſtam.& ego ipſe ſecutus ſum in conſ.
144.col.pen.verſ.Cæterùm hac in re.

14 Primus † eſt caſus, quando teſtator ſubſtituit expreſsè pu-
pillariter ipſi filio inſtituto,& deinde vſus eſt verbo imperſo-
nali hoc modo. Inſtituo filium meum impuberem,& ſi in pu-
pillari ætate deceſſerit, ei ſubſtituo Caium, poſt cuius mor-
tem hæreditas reſtituatur Sempronio. Ita nunc intelligo &
declaro ipſum Aretinum,& ſi in d.conſ.144.colum.pen.verſ.
Cæterùm,&c.aliter eum intellexerim. Hoc in caſu(inquit A-
retinus) onus reſtitutionis cenſetur iniunctum ipſi Caio ſub-
ſtituto, ſeu eius hæredibus, non autem pupillo inſtituto. Ea
ratione motus eſt Aretinus, quia hæreditas ipſa reperitur
apud ipſum ſubſtitutum,ſeu eius hęredes tempore reſtitutio-
nis faciendę,& propterea ipſi grauati dicuntur. Ita(inquit A-
retinus) loquitur glo.l.qui duos.ff.de vulga.& pupil.ſubſt.Et
15 probat text.l. codicillis.ff. de vſufructu lega. vbi † fideicom-
miſſum relictum poſt mortem plurium, quorum vnus erat
ſubſtitutus alteri,videtur relictum ab vltimo moriente. Et ra-
tio eſt ſecundum Aretinum, quia tempore quo purificatur
conditio legati, nempè tempore reſtitutionis, res reperitur
apud ipſum vltimum morientem, vel eius hæredem. Vnde
conuenientius relinquitur ab eo, quàm à primis, de quorum
hæreditate receſſerat legatum virtute ſubſtitutionis. Et con-
fert(inquit Aretinus)quod docuit Bart.in l.cum in teſtamen-
to.ff.de auro & arg.lega.& in l.ex facto,in prin.ff.ad Trebel.
vbi etiam Ripa. numer. 5. dixit Bart. verba teſtatoris debere
interpretari,vt magis videatur legaſſe rem propriam quàm il-
lam hæredis, & ſi tam vnam quàm alteram relinquere poſſit.
Ratio eſt, quia vltima voluntas eſt inuenta, vt poſſit quis
de rebus propriis, non autem alienis diſponere. Eſt ergo
conuenientius, quod præſumatur legaſſe rem propriam, non
16 autem illam hæredis. Et hac † ratione etiam dicimus,teſtato-
rem pręſumi reliquiſſe ſolùm ius,quod habet in re.l.ſi domus.
§.vlt.ff.de leg.1.& l.vxor patrui.C.eod.de legatis,& dicemus
infra in præſumpt. Hoc in caſu intelligit Are. procedere ſe-
cundam illam opinionem Bar.in l. qui duos.in fin.ff.de vulg.

Secundus eſt caſus (inquit Aretin.quando verba imperſo-
nalia ponuntur poſt mortem filij pupilli, cui ſuccedit hæres
ab inteſtato,vt ſi teſtator ita dixit: Inſtituo filium meum im-
puberem,& ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate, bona mea re-
ſtituantur Caio,vel perueniant ad Caium. Hoc in caſu(inquit
Aretinus)onus reſtitutionis cenſetur iniunctum ipſimet filio
inſtituto,non autem hęredibus ei ab inteſtato ſuccedentibus:
& Aretinum ſecuti ſunt Ruy.in conſ.58.nu.10.libr.2.& Cra-
uet.in conſil.878. numer.9.lib.5. Et Aretinus ſic intelligit &
tuetur opinionem illam primam Bart. in d. §. cum filio & ſe-
quacium. Et probatur hic caſus text.d.l.codicillis, in princ.in
vltimo reſponſo, vbi teſtator voluit certam rem peruenire ad
tempus poſt mortem libertorum. Et ſic appoſuit verbum
commune imperſonaliter & tamen text.ibi inquit, fideicom-
miſſum videri relictum ab vltimo moriente. Ergo non ab
17 eius hærede. Et tamen † hæres legatarij grauari poteſt ſub no-
mine hæredis.l.ſi ſic.vbi Bar.de leg.3.Cæterùm reſpondet A-
lex.in d.l.cohæredi.§.cum filio.nu.8.in fin.ff.de vulg.in caſu.
d.l.codicillis,hæredem illum inſtitutum potuiſſe grauari,non
hunc filium. Et hic caſus comprobatur optima ratione (in-
quit Aretinus)quia hæres defuncti filij non eſt ille, qui voca-
tur principaliter ad hæreditatem teſtatoris, ſed acceſſoriæ,
mediante ſcilicet perſona ipſius filij inſtituti: Vnde dicere
non poteſt ſe hæredem ex teſtamento, niſi mediante perſona
filij primi inſtituti,ſecundum Bart.in l.pen.ff.de petit.hæred.
18 Et rurſus (ſubiungit Aretinus) hæres † ſuccedens pupillo ab
inteſtato, ſuccedere dicitur ex tacito defuncti iudicio, non
autem ex expreſſo.l.conficiuntur, in princ.ff.de iure Cod.At
qui ſicuti legatum ſimpliciter relictum, præſumitur relictum
ab ipſo hærede inſtituto, non autem à fideicommiſſario vni-
uerſali,& ſi ab vtroque poteſt relinqui,vt ſcribunt gloſſ.Bart.
& Imola in l.Marcellus.in princ.ff.ad Trebel.Et hoc quidem
ea ratione,quia hæres directò inſtitutus eſt ille, qui principa-
liter & nobiliori modo vocatur ad hæreditatem. Ergo idem
dicendum eſt in hoc fideicommiſſo vniuerſali, vt potius cen-
ſeatur relictum ab ipſo filio inſtituto, quàm ab eius hæredi-
bus ſibi ab inteſtato ſuccedentibus. Cæterum ab hac opinio-
ne Aretini in ſpecie diſſentit Rodericus Suarez in d. l. quo-
niam, in prioribus, in prima limitatione.num.20.verſic.con-
traria eſt.

19 Declaratur primò hic caſus, vt locum † non habeat, quan-
do mater eſt illa, quæ ſuccedat ipſi filio ab inteſtato. Nam
tunc non pręſumitur impoſitum onus reſtitutionis fideicom-
miſſi ipſi matri, quia alioqui priuaretur legitima filij. Ita do-
cuit Galliaula in d.l. Centurio.numer.411.ibi.nec in dubio,
&c. Quiquidem intelligit de legitima debita matri ex bonis
filij, atque ita de legitima deducta ex legitima ex bonis pa-
ternis debita filio,iuxta declarationem Cornei in conſil.277.
num.2.ibi, legitima autem.lib.1. Et rectè quidem ſenſit Gal-
liaula. Nam cum pater nomine filij fecerit teſtamentum, cre-
dendum eſt eo modo diſpoſuiſſe, quo diſpoſuiſſet ipſe filius,
cuius perſonam pater ſuſtinet: Porrò ſi filius feciſſet teſta-
mentum non priuaſſet,nec priuare potuiſſet matrem ea legi-
tima portione, ſicuti probat text. auth.præſbyteros.l.2.C.de
epiſcop.& cler. Ergo nec pater ipſe præſumitur voluiſſe pri-
uare matrem ea legitima. Quæ conſideratio comprobatur
auctoritate Lanfranchi Oriani in l.Cen.num.58.ver.ſecunda
concluſio.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& Coraſij in l.precibus.nu.
43.C.de impuberum & aliis ſubſtit.poſt antiquos ab eis alle-
gatos, & quos ſecutus ſum ſupra in præſumpt. cùm dixerunt,
patrē teſtatorem pupillari expreſſa excludere & priuare non
poſſe matrem pupilli legitima ſibi debita ex bonis filij. Præ-
terea fortius reſpondit Bero.in conſil.79. num.25. lib.2.ma-
trem non excludi à tota ſucceſſione filij per hanc fideicom-
miſſariam,& ſi per directam pupillarem poſſit. Qua de re am-
plius eſt deliberandum.

20 Declaratur † ſecundo, vt locum habeat hoc onus fidei-
commiſſi durante ætate pupillari: ea verò finita, ceſſat & fi-
deicommiſſi onus. Ita Caſtr.in dicta l.ex tribus.nume.3.verſ.
ſi verò decedat. C. de inoff. teſtam. Rodericus Suarez in d.l.
quoniam.in prioribus,in limit.prima.numero 18.C.de inoff.
teſtam.Ruynus in conſilio 58.numero 19.lib.2.Bero.in con-
ſilio 79.numero 24.libr.2. Iulius Clarius in §. teſtamentum,
quæſt.72.verſicul.& ideò hæc omnia.M.Antonius Cuchus in
tracta. de legitima.in verbo. Nec vſufructu defraudari.num.
26.prope finem, & Vaconius lib.vlti.declarationum iuris.c.
vlt.nu.7.& nu.8.verſ.aut filius. Et declarationem hanc mani-
feſtè probat.l. quod fideicommiſſum.de leg.1.& ibidem glo.
& Doct.

Non hic omitto Claudium Seyſellium in d.l.1.§.vlt.nu.10.
in fin.ver.tamen pro concordia.ff.de vulg.& pup.ſubſt.aliam
adhibuiſſe diſtinctionem. Quam non refero, cùm mihi non
ſatis probetur. lectorem admonuiſſe ſufficiat.

PRÆ-



## PRÆSVMPT. LXXIII.

Subſtitutio fideicommiſſaria an & quando extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus ex pręſumpta teſtatoris voluntate, breuis, ſed clara explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria an & quando extendatur de caſu ad caſum ex præſumpta mente teſtatoris.*

2 *Subſtitutio fideicommiſſaria dicitur odioſa ob onus reſtitutionis bonorum.*

3 *Subſtitutio directa,& fideicommiſſaria quid differant.*

4 *Subſtitutio fideicommiſſaria extenditur de caſu ad caſum quando eadem extat ratio, & præſumpta mens ac voluntas teſtatoris,tam in vno,quàm in altero caſu.*

5 *Subſtitutio fideicommiſſaria an extendatur de perſona ad perſonam.*

*Quod ſi adeſt præſumpta, & coniecturata mens teſtatoris, extendatur,aliàs ſecus.num.6.*

*De tempore autem ad tempus nunquam extenditur,niſi ex coniecturata mente teſtatoris aliter colligatur.num.7.*

CVM ſuprà in præſumptio. 64. explicauerim
quando ſubſtitutio directa admittat extēſio-
nem:nunc dicendum eſt de fideicommiſſaria.
Qua quidem in re diſtinguo pariter tres ca-
ſus,ſicuti diſtinxi de ipſa directa.

1 Primus eſt, quando † agitur de extendenda hac ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria de caſu ad caſum. Hic dicendum eſt,
permiſſam regulariter non eſſe extenſionem hanc. Ita Oldra-
dus in conſ.21.Io.Andreę in additionibus ad Specul.in tit.de
teſtamentis.§.1.verſ.occurrit. Decius in conſ.95.nu.8.& nu.
10.& apertiùs Socinus Sen.in conſ.76.in fine.& in conſ.104.
num.8.libr.3.Goza.in conſ.21.num.8.Galliaula in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.num. ... ff.de liberis & poſthu. Soci.Iun.
in conſ.4.num.13.lib.3.Alcia.in reſp.492.nu.20.& Hier.Ga-
2 briel in conſ.95.num.3.lib.1. Afferri ſolet ratio, quod † ſub-
ſtitutio fideicommiſſaria dicitur odioſa ob onus reſtitutionis
bonorum,& ob id non admittit extēſionem. Aliam rationem
3 conſiderauit Alciatus in d.reſp.492.nu.20.ſcripſit ſanè † dif-
ferentiam eſſe inter directam,& fideicommiſſariam ſubſtitu-
tionem. Nam vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem,
& è contra.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& diximus
ſuprà ſuis locis. In fideicommiſſaria verò nulla ineſt vulgaris,
nulla pupillaris, vt docuit Bart.5.in l.Centurio.num.32.verſ.
quæro vtrum ſubſtitutio compēdioſa facta per verbum Cen.
ff.de vulg.& pup.ſubſt. Et ſi ergò in pupillari fit extenſio à ca-
ſu expreſſo,ſi filius natus erit, & non adierit hæreditatem: ad
caſum,ſi non naſcatur, id fit virtute tacitæ vulgaris, quæ ineſt
ipſi pupillari expreſſæ:nō tamen dici hoc poteſt in fideicom-
miſſaria expreſſa,quæ tacitam vulgarem non continet.

4 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat, quando ea-
dem extat ratio,& pręſumpta mens ac volūtas teſtatoris,tam
in vno,quàm in altero caſu. Nam tunc admittitur extenſio,
quę propriè ſecundum Socinum, & alios,quos nunc referam,
ſic comprehenſio. Ita ſanè ſcripſerunt Angelus in d.l.Balbus.
§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.Alex.in conſ.100.lib.4.
Iaſ.in conſ.148.col.3.verſ.quartò facit.lib.2.Soc.Sen.in conſ.
52.num.10. in fine.& nume.11.& 12.libr.1. & Socinum ſecu-
tus eſt Alciatus in lib.3.de verbor.ſignificat.nume.26. Idem
reſponderunt Caſſaneus in conſ.67.num.46.Pariſius in conſ.
92.num.48.lib.2.& in conſil.50.num.51.lib.3.& Hieronymus
Gabriel in conſ.95.num.3.lib.1. Cæterùm Pariſius in conſil.
31.nu.11.lib.2.reſpondit,& rectè,coniecturatā pręſumptam-
que hanc voluntatem teſtatoris eſſe oportere multum effica-
cem: alioqui hæc fideicommiſſaria,quæ (vt diximus) odioſa
eſt,nil differet à directa, quæ eſt fauorabilis. Ex his intelligi-
mus, non rectè ſatis reſpondiſſe Alexand.in conſilio 100.
libro quarto. Cùm ſcripſit, grauatum reſtituere bona, ſi
effectus fuiſſet presbyter, intelligi etiam grauatum alio in
caſu, nempè, ſi factus non eſſet presbyter: ſed tamen de-
ceſſiſſet ſine liberis: Cùm (dicebat Alexander) teſtator
adieciſſe dicatur conditionem ſacerdotij, propter filio-
rum defectum: qui caſus ſimilis eſt, & eandem rationem
habet, ſecundum Alexandrum, cum alio ſi ſine liberis deceſ-
ſerit. Et Alexandrum ſecutus eſt Decianus in conſil.1.nu.91.
lib.1. Non ſatis rectè reſpondit Alexander, ſicuti etiam eum
damnauit Iaſon, quem refert, & ſequitur Alciatus in lib.3.de
verb.ſignif.nu.28.verſ.ſeptimò, quæritur. Non enim certa &
efficax eſt illa Alexandri ratio: cùm alia de cauſa moueri po-
tuerit teſtator.

5 Secundus eſt caſus, quando † agitur de extendenda ſubſti-
tutione fideicommiſſaria de perſona ad perſonam. Hoc in ca-
ſu receptiſſima eſt omnium ſententia, permiſſam non eſſe ex-
tenſionem hanc. Ita reſponderunt Ruynus in conſil.27.num.
9.libr.2.Decius in conſil.211.num.5.& in conſil.377.num.3.
Pariſius in conſil.31.num.11. in conſil.74.num.21.lib.2. & in
conſil.63.num.12.libr.3.& Crau.in conſil.161.num.6.& 11.
& idem docuit Torniellus in l.Gallus.§. quidam rectè.num.
76.in fin.ff.de libe.& poſth.

6 Declaratur † hic caſus,vt locum non habeat quando adeſt
pręſumpta & coniecturata mens teſtatoris. Ita Gozad.in con-
ſil.64. num.18. & manifeſtius Pariſius in conſil.50. num.55.
lib. 3. qui quidem Pariſius eiuſdem opinionis multos com-
memorat: præſertim Angelum in d §.& quid ſi tantum,& Ia-
ſonem in l.Titius.§.Lucius.num.7.ff.de liberis & poſth. His
accedunt Gratus in conſil.5.num.18.lib.2. Curtius Iunior in
conſ.121.num.14.Socin.Iunior in conſ.129.num.35.lib.3.&
Marzarius in conſ.4.nu.13.& nu.21. qui alios referunt. Præ-
ſumptam & coniecturatam teſtatoris voluntatem colligunt
præcitati interpretes, quando teſtator voluit bona conſeruati
in agnatione & familia.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Ruynus in conſ.127.nu.
9.verſic.nec præmiſſis.lib.2.Decius in conſil.291.num.6.& in
conſ.377.nu.3.Crau.in conſil.98.nu.13. Cephalus in conſil.
269.num.12.& in conſil.330.num.73.lib.3.Natta in conſ.47.
num.9. & in conſ.678.nu.29. Rolandus in conſ.56. num.24.
lib.2.& Hieronymus Gabriel in conſil.111.num.10.lib.1.qui
communem eſſe opinionem teſtatur. Ego multum tribuerem
iudicis arbitrio pro coniecturæ qualitate.

7 Tertius eſt caſus, quando † agitur de extendenda hac ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria de tempore ad tempus. Hoc ſanè
in caſu idem pariter dicendum eſt,permiſſam non eſſe exten-
ſionem hanc. Ita ſenſerunt Ruynus in conſ.83.num.12.libr.2.
& Pariſius in conſil.92.num.50.lib.2. Qui tamen Pariſius de-
clarauit niſi ex coniecturata mēte teſtatoris aliter colligatur.

## PRÆSVMPT. LXXIIII.

Subſtitutus pupillo & grauatus alteri reſtituere, an & quando præſumatur grauatus reſtituere etiam bona ipſius pupilli.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus pupillo an & quando præſumatur grauatus reſtituere etiam bona ipſius pupilli.*

*Quòd quando teſtator eum expreſſe grauauit reſtituere hæreditatem, & bona ipſius pupilli, tunc omnia reſtituere debet. numero 2.*

*Idem ſi non expreſſe, ſed ſaltem verbis æquipollentibus expreſſis ipſum grauauit.num.3.*

4 *Subſtitutus pupillo nō tenetur reſtituere bona ipſius pupilli, quando teſtator expreſſim grauauit ipſum reſtituere bona ſua, & non illa pupilli.*

*Idem ſi non expreſſim ſed ſimpliciter grauauit eum reſtituere bona ſua.num.5.*

*Idem ſi teſtator inſtituit filium pupillum,cui decedenti in pupillari ætate ſubſtituit extraneum quo decedente ſine filijs ſubſtituit alium extraneum.num.6.*

*Quid autem in dubio ſit faciendum: maxime cum pupillaris ſubſtitutio præcedit,& reſtitutionis onus ſubſequitur.nu.7.*

8 *Subſtitutus pupillo cenſetur grauatus reſtituere etiam bona pupilli,quando ſumus in dubio,& grauatus fuit compulſus adire hæreditatem ipſius pupilli,cui fuerat ſubſtitutus.*

1 CVM ſuperiore † præſumptione expoſitum ſit: quibus in caſibus fideicommiſſum prçſumatur relictum à ſubſtituto pupillariter: nunc diſſerendum eſt, an & quando ſubſtitutus iſte præſumatur grauatus reſtituere etiam bona ipſiuſmet pupilli? Qua quidem in re diſtinguendi ſunt permulti caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtator expreſſis verbis grauauit hunc ſubſtitutum (grauare poſſe diximus in initio præcedentis præſumptionis) reſtituere etiam hæreditatem & bona ipſius pupilli. Hoc in caſu nulla eſt dubitatio, quin ea omnia reſtituere debeat. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. vlti. aliàs eſt. l. ſi Titio. ff. de leg. 1. vbi Bart. & Iaſon. num. 14. & probatur. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebell. Idem ex recentioribus docuit Corraſius in l. cum virum. num. 89. C. de fideicom.

3 Secundus eſt † caſus, quando teſtator non verbis expreſſis: ſed æquipollentibus grauauit hunc ſubſtitutum: vt ſi dixit. Quem quidem ſubſtitutum grauo reſtituere omnia & integra bona. Hoc etiã caſu præſumitur grauatus reſtituere etiam bona ipſius pupilli. Ita poſt alios Ruynus in conſ. 52. num. 7. verſ. & iſto caſu, & in conſil. 58. num. 18. lib. 2. & Corraſius in d. l. cum virum. num. 89. verſ. ſed idem C. de fideicom. Eſt ratio, quia dum teſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, nihil excludere dicitur.

4 Tertius eſt caſus, quando † teſtator expreſſim grauaſſet ſubſtitutum reſtituere bona ſua, & non illa pupilli. Hoc caſu, qui manifeſtus eſt, non tenetur ſubſtitutus reſtituere bona pupilli. Ita ſcribunt omnes in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam ex illo textu. ff. ad Trebell. ibi Angelus, Imola num. 7. & Alexan. numer. 6.

5 Quartus eſt caſus, quando † teſtator non expreſſim: ſed ſimpliciter grauauit ſubſtitutum reſtituere bona ſua: ita dicendo, quem grauo reſtituere bona mea. Hoc etiam caſu non cenſetur grauatus reſtituere bona pupilli. Ita Angelus & Imola, in d. §. qui ſuſpectam: & ibidem Claudius Aquenſis. nu. 5. verſ. & per hoc dico. Idem affirmarunt Baldus in conſ. 79. Caſus talis eſt. Zeno. col. vlt. verſ. ſed illud intelligitur, lib. 1. Ruynus in conſ. 52. nu. 7. verſ. ex præmiſſis infertur, & in conſil. 58. nu. 18. iuncta facti ſpecie in initio reſponſi propoſita lib. 2. & in conſil. 120. num. 12. libr. 3. qui reſpondit, quando teſtator grauauit ſubſtitutum reſtituere hæreditatem ſuam, teſtatoris ſcilicet. Eandem opinionem probarunt Corraſius in d. l. cum virum. num. 89. verſ. quid enim ſi dixiſſet. C. de fideicom. & Emanuel Coſta in cap. ſi pater in tertia parte in verbo, & de illis num. 10. de teſta. in 6.

6 Quintus eſt caſus, quando † teſtator inſtituit filium pupillum, cui decedenti in pupillari ætate ſubſtituit extraneum, quo decedẽte ſine filiis, ſibi ſubſtituit alium extraneum. Hoc in caſu ſubſtitutus ille ſecundus dicitur per fideicommiſſum ſubſtitutus teſtatori: Et ideo ſi illæ pupillus deceſſit in pupillari ætate, primus illæ ſubſtitutus non reſtituit bona pupilli, nempè eius legitimam & reliqua ſibi conuenta quàm ex pupillari ſubſtitutione conſecutus eſt. Ita Emanuel Coſta in d. verbo. De illis. num. 22. qui ſic declarat traditionem Caſtren. in d. §. qui ſuſpectam.

7 Sextus eſt † caſus quando ſumus in dubio, & pupillaris ipſa ſubſtitutio præcedit, & reſtitutionis onus ſubſequitur. Hoc in caſu ſunt Doctorum opiniones communis tamen eſt eorum, qui ſcripſerunt, ſubſtitutum præſumi grauatum atque ita teneri reſtituere etiam bona pupilli. Ita Bartol. in d. §. qui ſuſpectam. num. 2. verſ. ſi verò primò & ibidem Alex. col. antepen. verſ. in hoc dubio. Ancha in conſ. 27. num. 5. Comenſ. in conſ. 123. col. 2. verſ. in propoſito. Ruynus in conſ. 21. num. 12. & in conſ. 120. nu. 14. lib. 3. Pariſius in conſ. 16. num. 54. & nu. 57. & in conſ. 36. nu. 39. lib. 2. qui alios refert & Emanuel Coſta in dicto verbo, De illis. nu. 9. Diſſentiunt tantùm à prædictis Baldus in conſ. 316. ſuper præmiſſo. lib. 5. Corraſius in d. l. Cum virum. nu. 85 & ibidem Antonius Padilla. nu. 33.

8 Septimus † vltimus eſt caſus, quando ſumus in dubio, & grauatus fuit compulſus adire hæreditatem ipſius pupilli, cui fuerat ſubſtitutus. Hoc in caſu tenetur ſubſtitutus iſte reſtituere bona pupilli. Ita Bart. in d. §. qui ſuſpectam. numer. 2. & ibidem Alexand. colum. antepen. verſ. in hoc dubio: ſic etiam Baldus in dict. conſil. 316. Ruynus in conſil. 118. numer. 19. lib. 3. & Coraſius in d. l. cum virum. num. 88. Qui tamen dixit, eſſe diſtinguendum iuxtà reſponſum Iuliani in dict. §. qui ſuſpectam.

## PRÆSVMPT. LXXV.

Frater vtrinque coniunctus an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate excludat fratrem conſanguineum tam in caſu ſubſtitutionis vulgaris & pupillaris quàm fideicommiſſariæ ac etiam in iure accreſcendi.

### SVMMARIVM.

*1 Frater vtrinque coniunctus an & quando excludat fratrem conſanguineum ex præſumpta mente teſtatoris.*

*2 Pater præſumitur æquè diligere filios primæ & ſecundæ vxoris.*

*3 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.*

*4 Frater vtrinque coniunctus tunc fratrem conſanguineum excludere cenſetur: quando pater ipſe in inſtitutione re & verbis coniunxit duos ex prima vxore filios, & alios duos ex ſecunda.*

*5 Teſtator quos dilexit in inſtitutione, præſumitur etiam prædilexiſſe in ſubſtitutione.*

*6 Frater vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo fratri, quando teſtator ita dixiſſet: Et vno filiorum meorum decedente, eius portio perueniat in ſuperuiuentes, ſi tempore euenientis caſus erit ſuperſtes aliàs admittentur conſanguinei.*

*Idem quando conſtat, teſtatorem magis dilexiſſe coniunctum in vna portione quàm alios. num. 7.*

*8 Frater vtrinque coniunctus an præferatur conſanguineis, quando agitur de pupillari ſubſtitutione facta à patre inter eius filios.*

*9 Teſtator præſumitur velle ſuam voluntatem eſſe legi conformem.*

*10 Cauſa teſtati regulatur in dubio à cauſa inteſtati.*

*11 Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum in cauſa inteſtati.*

*12 Fratrem vtrinque coniunctum æqualiter ſuccedere cum conſanguineis fratrib. in ſubſtitutione pupillari.*

*13 In ſubſtitutione pupillari interpretanda inſpicitur affectio teſtatoris & non pupilli.*

*14 Fratres vtrinque coniuncti quando fuerunt re & verbis expreſſim à teſtatore coniuncti, præferuntur conſanguineis in pupillari ſubſtitutione.*

*Et quid in ſubſtitutione fideicommiſſaria. num. 15. &*

*16 Subſtitutio fideicommiſſ. recipit interpretationem ex teſtatoris affectione, & ſecundum eam regulatur.*

*17 Fratres vtrinque coniunctos æqualiter admitti in ſubſtitutione fideicommiſſ. cum conſanguineis.*

*Secus ſi teſtator ipſe in inſtitutione expreſſim coniunxiſſet re & verbis vtrinque coniunctos. num. 18.*

*19 Fratres habens vtrinque coniunctos, nec non alios fratres conſanguineos, ſi ſimpliciter ſubſtituit filio ſuo fratres ſuos, an vtrinque coniuncti excludant conſanguineos.*

*Quòd vtrinque coniuncti præferantur: ratione maioris affectionis.*

*Secus ſi extaret vnus tantum frater coniunctus, nam vt pluralis ille numerus prolatus à teſtatore verificetur, intelliguntur vocati etiam conſanguinei & nu. 20.*

*21 Fratres vtrinque coniuncti æqualiter cum conſanguineis ſuccedere præſumuntur, quando habens fratres vtrinque coniunctos & conſanguineos reliquit bona fideicommiſſo ſuppoſita pro conſeruatione agnationis & familiæ, non nominata perſona ipſorum fratrum ſuorum.*

1 EST egregia † & frequens hæc diſputatio: de qua quidem multa ſcripſerunt Doct. in l. cohæredi. §. qui diſcretas, præſertim Alc. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, in lib. 8. tit. 13. Egò verò ſic diſtinguam tria capita. Quorum primum eſt, quando pater ipſe teſtator condidit teſtamentum inter filios, atque ita quãdo agitur de diſpoſitione patris. Quo in capite aliquot caſus ſoleo diſtin-



diſtinguere, & conſtituere. Et hoc quidem clarioris doctrinæ gratia, & ſi ſecundum receptas Doctorum opiniones re ipſa vnus caſus à b aliis non differat.

Primus itaque eſt caſus, quando pater quatuor habens filios, ex prima vxore duos, & duos alios ex ſecunda, quos omnes hæredes inſtituit, & inuicem vulgariter ſubſtituit, & vnus eorum hçres eſſe noluit, vel nõ potuit: dubitatur, quis ex aliis admitti debeat, an vtrinque coniunctus, vel etiam alij conſanguinei, hoc eſt, ex latere patris. Et dicendum omnes æqualiter debere admitti. Ita ſenſit Bart. in l. Lucius. num. 21. verſ. quæro, quidam ff. de vulg. & pup. ſubſt. & manifeſtius ibidem Iaſ. num. 31. & Rip. nu. 47. qui teſtati ſunt, hanc eſſe communem opinionem. Et quam ſecuti etiam ſunt Alciatus, Didacus, & Zanchus, quos commemoraui, & probaui in conſ. 198. nu. 3. verſ. & hanc.

2 Et huius † quidem ſententiæ ea eſt ratio, quia affectio teſtatoris, cui per vulgarem ſubſtitutionem ſucceditur, eadem eſt tam erga primæ, quàm ſecundæ vxoris filios, ex quo æquè ei filij ſunt. Nam æquè omnes à ſe progeniti fuerunt. Ita rationem hanc probaui in d. conſ. 198. nu. 4. in fi. Et ibid. nu. 5.
3 adiunxi, quod vna determinatio † reſpiciens plura determinabilia çqualiter determinat. l. iã hoc iure. ff. de vul. & pup. ſubſt. Cùm ergò reciproca hçc vulgaris reſpiciat omnes ipſos filios inſtitutos, dicitur æqualiter determinare, atque ita æqualiter vocare. Hanc quoque opinionem aliis argumentis comprobauit Ripa in d. l. Lucius. nu. 47.

Et hic quidem caſus locum habet multò magis, quando teſtatoris verba verificari non poſſunt, niſi & conſanguinei dicantur vocati: ſicuti quando teſtator decedente vno filiorum ſubſtituit ſuperſtites: atq; ita vſus eſt nomine plurali, qꝑ in vno ſolo vtrinq; coniuncto nõ poteſt verificari. Ita ex egregia illa traditione Barto. in l. vlt. in fi. ff. ad Trebel. & plurium eius ſequacium reſpondi in d. conſ. 198. num. 6. & num. 27.

4 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat quãdo pater ipſe teſtator in inſtitutione expreſſim re, & verbis coniunxit duos ex prima vxore: & alios duos ex ſecũda, vt ſi dixit. Caium & Sempronium filios meos ex Mæuia vxore mea prima in vna dimidia: Et Titium, & Erotem ex Flauia ſecunda vxore mea filios in altera dimidia hæredes inſtituo, quos inuicem ſubſtituo. Hoc ſanè caſu, decedente vno ex his, alter coniunctus re & verbis præfertur. Ita in ſpecie declarãt Bart. Ruinus, Iaſ. Decius, Gratus, Rip. Cur. Iunior, Crauetta, Zanchus, & Nonius, quos commemoraui & ſecutus ſum in d. cõſ. 198. nu. 19. & 24. Quæ quidem declaratio ſatis manifeſtè probatur tex. d. l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulg. & l. vnicç. §. ſi verò quidam. C. de cad. tol. quç perpendi in d. conſ. 198. nu.
5 10. Et ibi. num. 13. conſideraui etiam ratione: quia quos † teſtator prædilexit in inſtitutione, dicitur etiam prædilexiſſe in ſubſtitutione.

6 Et hæc quidem declaratio † locum habet etiam quando taſtator ita dixiſſet: Et vno filiorum meorum decedente, eius portio perueniat in ſuperuiuentes vel ſuperuiuentem. Nam & hoc caſu fit interpretatio, vt ſcripſi in d. conſ. 198. num. 15. verſ. 7. mouet me, quod prius admittatur vtrinque cõiunctus, ſi tempore euenientis caſus ſubſtitutionis erit ſuperſtes: ſi verò non extabit, admittantur conſanguinei. Ita dixi ſimili in caſu reſpondiſſe Dec. in conſ. 186. col penult. verſ. 4. conſiderandum eſt.

7 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat hic caſus, quãdo conſtat teſtatorem magis dilexiſſe coniunctũ in vna portione, quàm alios. Ita declaraui in d. conſ. 198. num. 17.

8 Secundus eſt caſus, quando † agitur de pupillari ſubſtitutione facta à patre inter prædictos quatuor eius filios. Hoc ſanè caſu magna eſt inter Doctores contentio. Vna fuit opinio eorum qui ſcripſerunt vtrinque coniunctum admitti, excluſis conſanguineis. Ita ſanè Bartol. in l. re coniuncti. nu. 62. ff. de leg. 3. quem ſecuti ſunt à me relati in d. conſ. 198. nu. 4. nempè Baldus, Alexander, Socinus Senior, Ruinus, Curtius Iunior, Rubeus, Gozadinus, Socinus Iunior, Crauetta, Corraſius, & Hieronymus Gabriel. Ea ratione ij vſi ſunt, quod quo ad ipſum pupillũ, de cuius hæreditate agitur, frater vtrinque coniunctus dicitur coniunctior: cum ſit ex vtroque latere, alter verò ex vo ſolo.

9 Et accedit, quod præſumitur † teſtatorem voluiſſe ſuam voluntatem, eſſe debere legi cõformem. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. ſed ſecundum ius commune vtrinque coniunctus præfertur. auth. itaque. C. communia de ſucceſſio. ſic ergò & ex teſtamento. Comprobatur hæc ratio ex eo; quod
10 † cauſa teſtati in dubio regulatur à cauſa inteſtati: vt ſcribunt gl. & Doctores in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. de lega. 2. &
11 ſcripſi in d. conſ. 198. nu. 14. † Porrò in cauſa inteſtati vtrinq; coniunctus excludit cõſanguineum. d. auth. itaq;. Ergò etiam excludere debet in hac cauſa teſtati. Cçterùm huic argumento reſpondet Ripa in d. l. Lucius. in fin. quod haberet locum, niſi vrgentior repugnaret præſumptio ducta à maiori affectione, vt ſtatim dicemus.

12 Secunda † fuit opinio eorum, qui dixerunt, omnes æqualiter ſuccedere ex hac pupillari. Ita quidem Aretinus in d. l. Lucius. in fi. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Iaſ. in fi. Ripa in fine. idem Ripa in l. re coniuncti. nu. 215. de leg. 3. & ibidem Crottus num. 138. Rubeus in conſ. 126. col. vlt. vbi teſtatur hanc, & malè, eſſe communem, Gratus in conſ. 18. num. 10. libr. 2. Alciatus in d. l. cohæredi. §. qui diſcretas. num. 5. & in d. l. Lucius. in fine. ff. de vulg. & Didacus in libro pract. quæſtionum. cap. 38. col. 6. verſ. Verùm Franciſcus. Et hos retuli in d. conſ. 198. num. 3. in fine. Idem quoque ſcripſi in conſil. 187. num. 41. in fine. lib. 2. Idem reſpondit Hier. Gabriel. in conſ. 121. nu. 8. &
13 9. lib. 1. ij moti ſunt primo ea præcipuæ ratione, quòd † in interpretanda pupillari ſubſtitutione inſpicimus affectionem teſtatoris, & non pupilli: ſicuti tradunt Bar. in l. 2. nu. 40. 41. ff. de vulg. & pup. ſubſt. ibidem Soci. Sen. num. 32. verſ. niſi dicamus, & alij multi, quos congeſſi ſuprà in præſump. 37. in octaua coniectura. Atqui affectio patris teſtatoris æqualis eſt erga omnes filios, vt diximus ſuprà: Ergò æqualiter cenſentur vocati, & conſequenter æquè ſuccedere debent, ſed reddi poteſt dubia hæc ratio, cùm permulti ſint in ea opinione ſpectãdam eſſe affectionem pupilli in hac pupillari ſubſtitutione: ſic ſanè ſcripſerunt congeſti à Zanco in l. hæredes mei. §. cum ita in 8. parte. num. 191. ff. ad Trebel. Secundò comprobauit rationem hanc Ripa, quod ſicuti omnes ipſi vocati ſunt æqualiter ex vulgari, ita pariter ex pupillari. arg. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pup. ſubſt. Tertiò inquit Ripa, quia ſi omnes çqualiter ex vulgari ſunt vocati: ſic & ex pupillari: vt ſit æqualis determinatio iuxta regulam. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. ſub. Cæterùm niſi vrgeret prima ratio, duæ hæ poſteriores parum ad rem pertinerent, ob diuerſitatem perſonç teſtatoris & pupilli, quorum duo ſunt teſtamenta, quæ diuerſo iure regulantur: & propterea ceſſaret argumẽtatio ab vno ad aliud. Quartò motus eſt Ripa ea ratione, quod ſi ex pupillari præferatur vtrinque coniunctus, fruſtra pupillaris comprehenderetur in reciproca, matre pupilli defuncta: quia tunc ab inteſtato ſuccederet ſolus vtrinque coniunctus. d. auth. itaque. C. communia de ſucceſſio. Vt ergò aliquid operetur, dicamus omnes ſimul ex pupillari vocatos. Verùm reſpõderi facile poteſt, operari tacitam ipſam pupillarem ad commodum vtrinque coniuncti. Retinenda tamen eſt ſecunda hæc opinio, quæ magis recepta eſt, & æquitati magis conſentanea. Cùm & illa prima ratio ſit fundata in traditione à noſtris probata magis. Et hæc quidem communis opinio multò magis procedit, quando ſtatuto ſublatum eſt vinculum cognationis atque ita ſola ipſa agnatio conſideratur. Nam tunc conſanguineus æquatus dicitur vtrinque coniuncto: & conſequenter debet æqualiter admitti. Ita ſcripſi in conſ. 187. num. 41. verſic. hinc infertur. libro 1.

14 Declaratur hic † caſus, vt locum non habeat, quando fratres vtrinque coniuncti fuerunt re & verbis expreſſim à teſtatore coniuncti. Nam tunc ratione huius coniunctionis præfertur iſte vtrinque coniunctus illis conſanguineis, ſicuti diximus in declaratione præcedentis caſus, de vulgari.

15 Tertius eſt caſus quando † agitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria facta à patre inter prædictos filios primi, & ſecundi matrimonij. Hoc etiam in caſu ſunt opiniones, Quarum vna eſt eorum, qui ſcripſerunt, vtrinque coniunctum admitti, excluſis conſanguineis. Ita ſanè Socinus Senior, in l. ſi cognatis. nume. 40. ff. de rebus dubiis. & in conſil. 249. num. 24. libro 2. Ruinus in conſilio 90. numero 8. in conſilio 151. num. 9. & apertiùs in conſilio 159. num. 9. in conſil. 166. num. 5. in conſilio 167. num. 6. & nume. 8. in conſil. 191. num. 12. & in conſilio 203. numero 20. libro. & Curtius Iunior in conſilio 125. numero 4. 5. & 6. Ea ratione ij moti ſunt, quod per

fidecommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur immediatè hæ-
redi grauato , non autem teſtatori : & propterea grauati pro-
16 ximitas ſpectatur:non autem teſtatoris : Cæterum † facilè re-
ſpōdetur,quod etſi ſucceditur hæredi grauato:attamē ſubſtitu
tio recipit interpretationem ex teſtatoris affectione,quæ ſpe-
ctanda eſt : ſicuti diximus ſuprà in ſubſtitutione pupillari , in
qua licet pupillo ſuccedatur:nihilominus ab affectionis teſta
toris recipit interpretationem , & ſecundum eam regulatur.
Et prætereà vera non eſt illa aſſertio , quòd in ſucceſſione fi-
deicommiſſariæ ſubſtitutionis attendatur proximitas vltimi
decedentis:Nam verius eſt attendi illam teſtatoris , ſicuti la-
tiſſime diſſerui in conſil.124.in primo dubio.lib.2.vbi num.
34.commemoraui quamplurimos ſic affirmantes.Et illis ac-
cedunt Zuchardus in l.vlt.num.70.C.de edicto Diui Adria.
tollen.Bero.in conſil.76.in fine lib.2.Rola.in conſil.70.nu.
73.lib.3.Peralta Hiſpan.in l. cum ita.§.in fideicommiſſi nu.
24.verſ.in qua de leg.2.Pancirolus in conſ.170.,nume.8.lib.
1.& Hier.Gabriel,in conſ.121.nume.10.lib.1.

17 Secunda † fuit opinio affirmantium,imò omnes æqualiter
admitti. Quam quidem probarunt Ruinus ſibi parum con-
ſtans in conſ.107.nu.6.& nu.8.lib.2.Decius in conſi.304.n.
2.Alciatus in l.cohæredi.§ qui diſcretas.nu.5.& in l.Lucius.
numero.48.in fine.ff.de vulgar.& pupill.ſubſtitu. Socinus
Iunior in conſil.66.numero 5.lib.3.& Craue.in conſilio 43.
nu.1. Ea eſt præcipua ratio, quia per fideicommiſſariam ſuc-
ceditur teſtatori ſubſtituenti,qui ad omnes filios æqualem ha
bet affectionem : & ob id æqualiter dicitur eos ſubſtituiſſe.

18 Declaratur † hic caſus,vt locum non habeat,quando teſta-
tor ipſe in inſtitutione expreſſim coniunxiſſet re & verbis
vtrinque coniunctos:ſicuti diximus ſuprà in vulgari & in pu-
pillari. Et in ſpecie fideicommiſſariæ ita reſponderunt Deci.
in dicto conſi.304.num.4.& Craue.in dicto conſil.43.num.2.
& idem reſponderunt Alba in conſi.29 num.18.& Hier.Ga-
briel.in conſi.121.num.9.lib.1.

19 Secundum eſt huius † diſputationis caput,quando,ſcilicet
agitur de diſpoſitione & teſtamento fratris inter fratres : vt ſi
quis habens fratres ſibi vtrinque coniunctos, & alios conſan-
guineos nempè ex latere patris tantùm , & inſtituto proprio
filio,ei decedenti ſubſtituit ſimpliciter fratres ſuos. Dubita-
tur hic,an omnes fratres,vel ſolùm vtrinque coniunctos ſub-
ſtituiſſe præſumatur? Et de vtrinque coniunctis ſenſiſſe affirma
uit Caſtren.in l.vlt.num.5.C.de verb.ſign.Cùm dixit,quod ſi
teſtator legat fundum ſuis fratribus,& habeat fratres vtrinque
coniunctos,ac alios ex latere patris tantum,præſumitur legaſ-
ſe prius vtrinque coniunctis,& illis deficientibus ordine ſuc-
ceſſiuo dicitur vocaſſe conſanguineos.Caſtrenſem ſecuti ſunt
Corneus,Iaſon,Ruinus , Socinus Senior,Decius , Pariſius &
Portius , quos retuli & ſecutus ſum in conſil.187.nu.40.& in
d.conſ.198.nu.15.lib.2.Ea ratione vſus eſt Caſtrenſis, quia &
eo ordine ab inteſtato fratres illi erant ſucceſſuri,auth. Ceſſan
te. C.de legit.hæred. Exiſtimo afferri poſſe & rationem illam
maioris affectionis,quæ eſt erga vtrinque coniunctum quam
erga conſanguineum tantum,

Cæterum à prædictis diſſentit ſibi parum conſtans Ruinus
in conſ.159.nu.16.& in conſ.168.nu.18.lib.2.qui reſpondit,
Paulo Caſtrenſi repugnare receptam illam opinionem Do-
ctorum in l.Gall.§ quidam rectè.ff.de liber. & poſthum. vbi
Soc Sen.col. 3.verſ.& licet in puncto , teſtatur communem.
Dixerunt illi,quod ſi teſtator ſubſtituit fratres & eius filios,
illi filij intelliguntur vocati,vt eodem tempore filij illi ſucce-
dant cum eorum patre,non autem ordine ſucceſſiuo : tamet-
ſi ſecundum ius commune frater tanquam proximior erat
prius ab inteſtato ſucceſſurus quam eius filij:Imò & tanquàm
proximior erat magis dilectus.Ita ergo & noſtro in caſu ( in-
quit Ruin.(aduerſus Caſtr.dicendum, quod fratres ſic vocati
admitti omnes debeant, ex quo omnes fratres ſunt,tametſi ſe
cundum ius cōmune vtrinque coniuncti præferātur. Exiſtimo
poſſe reſponderi,diuerſum eſſe caſum Caſtr.in d.l.vlt.num.5.
C.de verb. ſigni.à caſu Doctorum in d.§.quidam rectè. Nam
Caſtrenſis loquitur, quando frater ſubſtituit vel legauit fratri
bus:quorum appellatione etſi ita propriè continentur conſan
guinei vt vtrinque coniuncti , ſicuti dicebat Ruinus in dicto
conſi.159. numeto 17.ex ſententia Bartol.in l.Lucius.§.quæ-
ſitum.de legat.3.& ſcripſi in conſilio 187.numero 1.lib.2.at-
tamen quò ad ſucceſſionem , extat differentia:cum vtrinque
coniuncti præferantur dicta authentica,itaque. Et ideò teſta-
tor præſumitur voluiſſe ſuam voluntatem eſſe debere confor-
mem iuri communi , atque ita vocaſſe vtrinque coniunctos
quos etiam magis dilexiſſe (vt diximus) præſumitur. Docto-
res verò in dicto §.quidam rectè loquuntur , quando teſtator
receſſit à iure communi , & ſignificauit , ſe ita diligere filios
fratris, ſicuti fratrem ipſum, ex quo vnà ſimul copulatiue vo-
cauit. Ita ſimili in caſu reſpondendo Caſtrēſem declarat idem
Ruinus in conſilio 32.columna penultima, verſic.& per præ-
dicta colligitur libr.3.quem ſecutus ſum in dicto conſilio
187,numero.40.verſic.reſpondeo,illam:libro ſecundo.Præ-
tereà dici poteſt , ex ſententia eiuſdem Ruini in dicto conſi-
lio 168.col.vltima,verſi. ſecundò etiam libro ſecundo in,caſu
Caſtrenſis nomē fratribus eſſe collectiuum,quippe quod con
tinet diuerſorū graduum fratres,nempè fratres vtrinque con-
iunctos , qui proximiores ſunt in ſuccedendo,dicta auth.ita-
que : & fratres conſanguineos , qui ſunt remotiores. Et ideò
( inquit Ruinus ) ſicuti vocati per aliud nomen collectiuum
plurium perſonarum exiſtentium in diuerſo gradu , dicuntur
ordine ſucceſſiuo vocati,vt tradunt omnes in dicto §.quidam
rectè,& dicemus infrà in præſump. & vocati hoc nomine col
lectiuo fratrum , prius debent admitti vtrinque coniuncti, &
eis non exiſtentibus,conſanguinei. Diuerſum in caſu Docto-
20 rum in dicto §.quidam rectè ; quia ibi teſtator ille , ob vim
copulæ habuit omnes pro vno & eodem gradu.

Declaratur hic † caſus, vt locum non habeat , quando plu-
res extant fratres vtrinque coniuncti, in quibus verificari po-
teſt verbum fratribus prolatum à teſtatore : ſecus ſi vnus tan-
tum frater vtrinque coniunctus extaret. Nam tunc , vt plura-
lis ille numerus prolatus à teſtatore verificetur , intelligi de-
bent vocati etiam conſanguinei.Ita in ſpecie declarat Rui.in
dicto conſilio 268. numero 19.libro ſecundo , adductus ea
traditione Bartol.in l.vltima,C.ad Trebel. quam & ſupra re-
21 tuli:& Ruinum ſecutus ſum in conſilio 50.numero 19.libro
primo,& in conſilio 198.numero 6.libro ſecundo.

Tertium eſt huius † diſputationis caput quando teſtator
habens fratres vtrinque coniunctos & cōſanguineos tantùm,
reliquit bona fideicommiſſo ſuppoſita pro conſeruatione
agnationis & familiæ:non nominata perſona ipſorum fratrum
ſuorū:ſed ſolùm ſic dixit:& decedente filio meo herede inſti-
tuto ſine filiis, bona mea ſubiaceant perpetuo fideicommiſſo
pro conſeruatione agnationis meæ. Hoc in caſu in ſucceſſio-
ne huius fideicommiſſi æquè ſuccedunt fratres conſanguinei
vt vtrinque coniuncti.Ita in ſpecie docuit Crottus in l.filius
fam.§.Diui.numero 161.de leg.1.Ea ratione motus eſt Crot-
tus,quod teſtator conſiderauit ſolam ipſam agnationem : ob
id non attenditur qualitas cognationis , quæ alioqui auget ius
vtrinque coniuncti.l.1.C.de legit.hæredit.vbi Baldus num.3.
egregiè ſcripſit , quod cum in ſucceſſione feudi non conſide-
retur ius cognationis , ita ad eius ſucceſſionem admittitur fra-
ter conſanguineus , vt vtrinque coniunctus. Idem Baldus in
capit.1.§.is verò de ſucceſſio fratr.& ibidem Aluar.& Præpoſ.
& alios quamplures congeſſi in conſ. 187.num.14.lib.2.Et
illo in reſponſo latiſſimè diſſerui , quod quando ſtatutum ex-
cludit cognatos,exiſtentibus agnatis , in ſucceſſione fratris æ-
què admittuntur fratres conſanguinei vt vtrinque coniuncti:
Cùm vinculum cognationis ſit ſublatum. Er ibi multis vſus
ſum argumentis & rationibus,quæ ad rem noſtram ſatis perti-
nent.

## PRÆSVMPT. LXXVI.

### Filij in conditione poſiti an & quando ex præſumpta mente & voluntate taſtatoris dicantur vocati vt ſuccedant ex teſtamento.

## SVMMARIVM.

*1 Filij poſiti in conditione an & quādo præſumantur vocati , vt ſuccedant ex teſtameuto.*
*Et quando dicantur poſiti in conditione expreſſim.nu.2.*
*3 Verba , non ſolum eandem diſpoſitionem in ſingulis partibus orationis implicant.*
*Et ibi declaratur l.Lucius la.2.ff.de hæredi.inſtitut.*
*4 Determinatio vna, plura determinabilia reſpiciens æqualiter determinat.*
*5 Venientes ab inteſtato cenſentur tacitè vocati à teſtatore : & dicuntur fictè ſuccedere , & impropriè morientis diſpoſitione, propriè autem legis diſpoſitione.*
*6 Diſpoſitio teſtatoris debet intelligi in caſu vero,non autem in ficto.*
*7 Filij adoptiui dicuntur filij fictè,& impropriè,non autem verè.*
*8 Verba debent intelligi propriè,& verè,nō autē fictè,& impropriè.*
*9 Nepotes, & alij eorum deſcendentes continentur appellatione liberorum.*
*10 Teſtatus pro parte,& pro parte inteſtatus nemo poteſt decedere.*
*11 Lex indiſtinctè & generaliter loquens, indiſtinctè, & generaliter intelligi debet.*
*12 Conſilium prudens teſtatoris reſpectu filiorum quod dicatur.*
*13 Intellectus l.ſi quis ita hæres inſtituatur.ff.de hære.inſtit.*
*14 Filios in conditione poſitos non præſumi vocatos ex teſtamento, ſed ſuccedere ab inteſtato excluſis ſubſtitutis.*
*15 Intellectus l.1.C.de pact.nu.ſeq.*
*16 Grauatus reſtituere hæreditatem intelligitur grauatus in portione ſibi relicta.*
*17 Filius ergò hæres:& an hoc ſit ex præſumptione iuris.*
*18 Intellectus l.cum auus.ff.de condit.& demonſtr.*
*19 Indefinita æquipollet vniuerſali.*
*20 Paciſci nemo poteſt de re aliena.*
*21 Conditio nihil ponit in eſſe.*
*22 Verba conditionalia an aliquid diſponant.*
*23 Nepotes quando fideicommiſſario extraneo proferantur.*
*24 In fideicommiſſis mens ipſa & animus ſpectantur.*
*25 Voluntate patris in coniecturanda maior ratio habent pietatis, quàm verborum.*
*26 Coniecturæ,ex quibus cognoſcatur filios in conditione poſitos ſuccedere ex teſtamento,quales eſſe debeant.nu.ſeq.*
*27 Filij ſi ſunt in conditione poſiti ſub qualitate maſculinitatis,præſumuntur vocati ex teſtamento. Et redditur efficax ratio. num.28.*
*29 Fœminæ ſimul cum maſculis ſuccedere ſolent ab inteſtato.*
*30 Filij in conditione poſiti cenſentur magis dilecti,quàm fœminæ,& ſic vocati ex teſtamento , ſi teſtator vocauit filios in aliqua parte teſtamenti.*
*Idem dicendum eſt , quando teſtator excluſiſſet proprias filias, & ſubſtituiſſet tranſuerſales,vel extraneum.nu.31.*
*Idem quando teſtator iuſiſſet , quod linea maſculina deficiente ſubſtitutus deferret nomen , & inſignia familiæ ipſius teſtatoris.num.32.*
*Et multò magis id procedit , ſi teſtator bis vel pluries vſus fuiſſet dictione,maſculis.num.33.*
*Idem ſi ipſe teſtator , vltra dictionem maſculis , expreſſè vocaſſet fœminas,non exiſtentibus maſculis.nu.34.*
*Et idem,ſi vltimo loco teſtator ſubſtituit extraneum.nu.35.*
*Et id maximè,ſi ipſe teſtator progreſſum fecit ad alios gradus ſubſtitutionis cum hac qualitate maſculinitatis,nu.36.*
*Idem , quando etiam tacitè colligitur, teſtatorem habuiſſe rationem maſculinitatis , atque ita tacitè ſenſiſſe de conſeruatione agnationis,& familiæ.num.37.*
*38 Filij poſiti in conditione cenſentur vocati , etiam ſi extaret ſtatutum in ciuitate, quod maſculis exiſtentibus non ſuccedant fœminæ.*
*39 Filij in conditione poſiti cenſentur grauati , quando ſcilicet fuerunt grauati onere reſtitutionis.*
*40 Filij in conditione poſiti cenſentur vocati etiam fauore piæ cauſæ, præſumantur ſuccedere ex teſtamento.*
*Et hoc etiam ſi adeſſet prohibitio alienationis vltra poſitionem in conditione,& onus reſtitutionis.nu 41.*
*42 Filij in conditione poſiti tunc non cenſentur vocati,quando eſſent grauati ſub nomine appellatiuo hæredum.*
*Idem,ſi in aliquo caſu ſint expreſſè vocati.nu.43.*
*Et idem,ſi eſſent expreſſè vocati in caſu alienationis.nu.44.*
*Et idem dicendum,quādo ſubſtitutio eſſet facta poſt mortem plurium poſitorum in conditione.nu.45.*
*Et idem quando filij ſunt poſiti in conditione, ſed hæredes hæredis ſunt grauati.46.*
*Et idem quando filij ſunt nominatim grauati.47.*
*48 Filij præſumuntur vocati ex teſtamento, quando poſiti ſunt in conditione his verbis Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs legitimis,& ex legitimo matrimonio natis.*
*Idem,quando non poſſunt patri ſuccedere ab inteſtato.nu.49.*
*Extende,vt num.50.*
*51 Determinatio vna plura determinabilia reſpiciens æqualiter determinat.*
*52 Filij in conditione poſiti præſumuntur vocati ex teſtamento,quando ipſi inſtituti ſunt etiam reciprocè ſubſtituti , ſi eorum vnus deceſſerit ſine filijs.*
*Et idem quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.num.53.*
*Secus verò quando teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem conditione,expreſſè honorando filios in conditione poſitos in vltimo gradu.num.54.*
*Et quid in deſcendentibus teſtatoris,& quid in alijs.nu.55.*
*56 Filij cenſentur vocati ex teſtamento , quando teſtator expreſſim vocauit filios ſubſtituti,tacito de filijs inſtituti.*
*Idem ſi teſtator ita dixit : Inſtituo Caium & Sempronium filios meos,& ſi eorum vnus deceſſerit ſine filijs ſubſtituo ſuperſtitem & eius filios.57.*
*Et idem quando filij bis ſunt poſiti in conditione.num.58.*
*Idem quando teſtator in alio teſtamenti capite præſupponeret hos in conditione poſitos eſſe vocatos.num.59.*
*Et idem quando adeſſet fauor piæ cauſæ, quòd cenſerentur vocati. num.60.*
*Et idem,quando ipſimet filij in legatis , & fideicommiſſis particularibus poſiti ſunt in conditione.num.61.*
*62 Legata,& fideicommiſſa particularia nutu relinqui poſſunt.*
*Idem de fideicommiſſis vniuerſalibus.*
*63 Filij poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos præſumuntur ex teſtamento vocati.*
*64 Cōditio inducta ex ablatiuo abſoluto maiorem vim habet, quàm aliæ conditiones.*
*65 Ablatiui abſoluti important diſpoſitionem , quando verba referuntur ad eum qui vult agere ex illa diſpoſitione.*
*66 Filij ſi ſunt in conditione poſiti affirmatiuè, cenſentur vocati ex teſtamento:& quomodo id fieri poſſit.*
*Et quid ſi ponantur in conditione negatiuè.num.67.*
*68 Filij in conditione poſiti præſumuntur vocati,quando per ipſos tacitè cenſerentur excluſæ aliæ perſonæ , quæ aliàs eſſent melioris conditionis , vel ſaltem eiuſdem , quàm ipſi poſiti in conditione.*
*Idem quando teſtator vſus fuit conſilio Galli.69.*
*Idem , quando conſtat teſtatorem voluiſſe, bona ſua conſeruari in agnatione,& fam.num.70.*
*Idem ſi teſtator grauauit hæredes ſuos,vt perpetuò curarent fieri anniuerſarium in aliqua Eccleſia.num.71.*
*72 Hæredis nomen in teſtamento aſcendentis intelligitur de hæredibus ſanguinis,hoc eſt, de deſcendentibus.*
*73 Nepos teſtatoris poſitus in conditione cenſetur vocatus ex teſtamento,ſi eodem nomine vocetur quo teſtator,ſi dictum ſit,& ſi ſine filio Pompeo mei nominis deceſſerit, ſubſtituo A.*
*74 Filij poſiti in conditione cenſentur vocati,quando teſtator habuit reſpectum ad ſtirpes, & non ad capita hæredum inſtitutorum, & grauatorum.*
*Idem quando teſtator in ſubſtitutione mentionem fecit deſcendentium.75.*
*76 Succeſſio ab inteſtato non datur poſt decimum gradum.*
*77 Filij ſi ſunt poſiti in conditione ſubſtitutionis fideicommiſſoriæ, præſumuntur vocati ex teſtamento.*
*Et quid ſi teſtator in vltimo ſubſtitutionis gradu ita dixit : Ita & taliter , quòd ipſius teſtatoris hæreditas , & bona remaneant apud eius hæredes,& eorum deſcendentes.78.*
*79 Filij cenſentur vocati ex teſtamento, & prædilecti quandò teſtator in fine ſubſtitutionum excludit fœminas propter pauperes Chriſti.*
*Idem , quando teſtator prohibuit Trebellianicæ detractionem ijs omnibus ad quos hæreditas peruentura eſſet.num.80.*
*Idem , quando melior eſſet conditio tranſuerſalium , quàm deſcendentium ipſius inſtituti.81.*
*82 Clauſula,omni meliori modo: in teſtamento appoſita operatur,vt filij poſiti in conditione præſumantur vocati.*
*Et quæ ſit vis dictæ clauſulæ.ibid.*
*83 Filij in conditione poſiti cenſentur ex teſtamento vocati , quando extaret ſtatutum , quòd filij poſiti in conditione cenſeantur vocati,*

*vocati, nam teſtator præſumitur velle ſe conformare cum di-
ſpoſitione ſtatuti.*
84 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator dixit, De
hærede in hæredem, donec ſuperſint maſculi de domo.*
*Idem, quando teſtator filio à ſe inſtituto ſubſtituit compẽdioſè. 85.*
86 *Filij poſiti in conditione in caſib. in quib. cenſentur vocati ex te-
ſtamento, cenſentur vocati ſolùm reſpectu portionis eorum pa-
tris, cuius cauſa fuerunt in conditione poſiti: ſecus quò ad por-
tiones aliorum inſtitutorum.*
87 *Cauſa limitata limitatum parit effectum.*
88 *Filij in conditione poſiti tunc vocati non præſumuntur, quando
ceſſat ratio poſitionis in conditione.*
*Idem, quando poſiti in conditione eſſent in alio teſtamenti capitu-
lo expreſſè vocati. 89.*
*Et idem, quando vltra conditionem, ſi ſine filijs: adiecta eſſet alia
conditio, vt puta, ſi ſine teſtamento, vel alienatione bono-
rum: 90.*
*Idem ſi teſtator voluit teſtamentum ſuum intelligi debere vt iacet
ad literam, & ſine aliqua interpretatione. 91.*
92 *Filij poſiti in conditionẽ, qui cenſentur ex teſtamento vocati, nun-
quid cenſeantur ſubſtituti directò vel fideicommiſſariè.*
*Quòd cenſeantur vocati per compendioſam ſubſtitutionem, atque
ita vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
*Imò quòd per ſolam fideicommiſſariam. 93.*
*Quòd per vulgarem tantum, ſunt qui opinati ſunt. num. 94.*
*Diſtingue, vt num. 95.*
96 *Filij poſiti in conditione quòd cenſeantur vocati ex teſtamento:
ex diſputatione hac quænam vtilitates habeantur, & nu. ſeq.*
97 *Succeßiones ex teſtamento quando locus eſt, ceſſat illa ab inteſta-
to. num. 99.*
98 *Hæreditas non adita non poteſt tranſmitti.*
100 *Hæres hæredis teſtatoris dicitur hæres.*
101 *Bona, quæ non poſſunt alienari, nec etiam fiſco publicari poſſunt.*

1 FAMIGERATA † & in iudiciis frequentiſſima eſt
diſputatio, an filij poſiti in conditione præſumantur
vocati, vt ſuccedant ex teſtamento: vel ſolùm ſint po
ſiti in conditione ad excluſionem ſubſtituti: & ſuccedant ab
inteſtato? Hac de diſceptatione, in qua tanta ſemper fuit inter
Doctores contentio, vt (quod eſt in veteri prouerbio, & a-
pud Comicum) nimium altercando amiſſa penè ſit veritas:
inter recentiores multa ſcripſerunt Mantica in Tractatu de
coniecturis vltimarum voluntatum, libro vndecimo, titulo ſe
cundo, & titulo tertio, & omnium diligentiſſime & doctiſſi-
mus Ioſeph Ruſticus in Commentariis, an & quando libe-
ri poſiti in conditione vocantur. Qui quidem in manus per-
uenerunt poſtquam hæc paucula docendo, & ſcribendo ela-
boraueram.

Duo conſtitui ſolent huius diſputationis capita: quorum
primum eſt quando liberi ſunt poſiti in conditione expreſſim
à teſtatore.

Secundum, quando ſunt poſiti in conditione tacita, à lege,
ſcilicet, ſubintellecta. De ſecundo hoc capite diſſeremus in-
fra in præſumptione octuageſimaquinta, vbi declarabimus
dicta l. cum auus.

Primo itaque, in capite tres ſunt Doctorum opiniones.
2 Prima † eſt Affirmatiua, quod præſumantur vocati ex te-
ſtamento: atque ita eorum pater grauatus dicitur onere fidei-
commiſſi eis reſtituere. Hanc probarunt Oldradus, Beluiſius,
Baldus, Albericus, Salicetus, Fulgoſius, Benedictus Plum-
binus, Roma, Caſtrenſis, Ancharanus, Corneus, Barbatia,
Curtius Senior, Gratus, Pariſius, Socinus iunior, Caſſa-
neus, Crauetta, Thobias, Cephalus, Corraſius, Forcatulus
& Philibertus Bruſellius, quos commemoraui & ſecutus ſum
in conſilio centeſimo quinquageſimo ſecundo, numero deci-
motertio, libro ſecundo, & in conſilio trecenteſimo nonage-
ſimotertio, columna prima & ſecunda, libro quarto, vbi reieci
nonnullas deciſiones Rotæ Florentinæ & Bononienſis. Et
his accedunt nunc Purpuratus inter conſilia Siluani, in con-
ſilio quinquageſimo tertio, & Decianus in conſilio tertio, nu
mero, quadrageſimo octauo, libro primo, in conſilio centeſi-
mo tertio, numero trigeſimo ſeptimo, libro ſecundo, & in
conſilio nono, numero primo, libro tertio. Et teſtatur Soci-
nus Iunior, in conſilio centeſimo quinquageſimo octauo, nu-
mero ſeptuageſimo ſecundo, libro ſecundo. Sereniſſimę huius
Reipub. Venetæ Magiſtratus conſueuiſſe ſecundum opinio-
nem hanc iudicare. & alios quamplures huius opinionis Do-
ctores commemorat Ioſeph Ruſticus in præcitatis commen-
tariis, An & quando liberi in conditione poſiti, liber 1. capit.
ſecundo.

Et accedit etiam nouiſſimè doctiſſimus Achilles Pedro-
cha in conſilio vltimo. numero ſeptimo qui nonnullos alios
commemorat. Et hæc quidem opinio probatur textus. l. Lu-
cius. la. 2. ff. de hęred. inſtit. quem ſolum hic perpendam: ſicuti
etiam ſatis diligenter explicaui in conſilio 152. numero deci-
mo quarto, libro ſecundo, Dixit ibi Scæuola: *Nam prudens con
ſilium teſtantis animaduertitur: Non enim fratrem ſolùm hæredem
prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos.* Quibus ſanè verbis ſi-
gnificauit Scæuola, liberos eſſe ex teſtamento vocatos. Nam
3 † verba illa, non ſolùm, eandem diſpoſitionem in ſingulis par
tibus orationis implicant. l. cum non ſolùm. C. de bonis, quæ
liberis. Cùm ergo fratrem prætulerit teſtator ex teſtamento
ſubſtitutis, ita etiam prætulit ex teſtamento fratris liberos. Ita
prędicta verba perpendit Ripa in l. prima. in quarto notab. C.
de pactis, & Ripæ nomine ſuppreſſo, ſic etiam perpendit Cor
raſius in lib. 2. miſcella: iuris. cap. 19. Et ante hos ſentit Caſtr.
in conſ. 411. Viſo facto & dubiis. col. pen. num. 5. lib. 1.
4 Prætereà vel ex eo maximè comprobatur, quia vna † de-
terminatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter deter-
minat, l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitu. At qui ver
bum illud prætulit, reſpicit tam perſonam fratris inſtituti
quam eius liberorum: In perſonam autem ipſius fratris ſigni-
ficat prælationem expreſſam ex teſtamento factam ab ipſo
teſtatore: Ergo idem & in perſonam liberorum fratris. Acce-
dit tertiò, quod ſi diceremus, liberos illos ab inteſtato ſucce-
dere, non dicerentur prælati à teſtatore: ſed à lege: Id quod
5 repugnat verbis Scæuolæ. Quartò ſuffragatur, quod † venien-
tes ab inteſtato cenſentur tacitè vocati à defuncto, l. confi-
ciuntur in princip. ff. de iure Codicilli. Is verò qui ab inteſta-
to ſuccedit, dicitur ſuccedere fictè & impropriè voluntate ac
diſpoſitione morientis: propriè verè diſpoſitione legis. Sic de-
clarando. d. l. conficiuntur, ſcripſerunt Comenſis ibi, & in l.
prima numero decimo ff. de legat. primo & prius Baldus in
l. ſi emancipati in octaua oppo. C. de collatio. quem ſecutus
eſt Alexand. in conſilio quadrageſimo quarto in fine. libro
6 quinto. Atqui † diſpoſitio teſtatoris debet intelligi in caſu
vero, non autem in ficto. l. ſtatius. §. Cornelio Fælici. ff. de iu-
re fiſci. Hinc videmus, fideicommiſſum relictum à Titio ſi de-
ceſſerit ſine liberis, non extingui, ſi Titius ipſe reliquit filios
adoptiuos. ea. l. fideicommiſſum. ff. de cond. & demonſt. & di-
7 cemus infrà in præſumpt. Sunt enim † adoptiui filij fictè, non
autem verè, vt reſpondit Alexand. in conſi. 2. numero 1. lib. 1.
8 qui multis ſimilibus comprobat. Cùm ergo dixerit † Scæuo-
la, teſtatorem prætuliſſe liberos ſubſtitutis: intelligi debent
verba propriè & verè, non autem fictè & impropriè: atque ita
prætuliſſe ex teſtamento, non autem ab inteſtato. Quintò ac-
cedit, quod ij filij fratris dici non poſſunt vocati tacitè, vt ab
inteſtato ſuccedant: Quandoquidem dicta l. conficiuntur, lo-
cum habet tantummodò in primo gradu ſuccedentium ab in-
teſtato: vt ſunt filij ſuccedentes patri: ſicuti verè de patris ſuc-
ceſſione loquitur dicta l. conficiuntur: & declarat glo. in l. non
iuſtam. C. ad Trebel. & dicemus infrà in d. præſumpt.

Cùm ergo Scæuola in dicta l. Lucius, loquatur non ſolùm
de filiis fratris, ſed etiam de nepotibus & aliis deſcendenti-
9 bus, qui † liberorum appellatione continentur. l. liberorum.
ff. de verb. ſignifi. ſequitur dicendum, Scæuolam intellexiſſe,
liberos illos prælatos fuiſſe ſubſtitutis ex teſtamento, non au-
tem ab inteſtato. Sextò conſiderandum eſt, teſtatorem in caſu
dicta l. Lucius intentum fuiſſe teſtari, & proptereà non eſt
facilè credendum, quò voluerit teſtari ſolùm quò ad fratrem
à ſe inſtitutum: ſed etiam quò ad eius filios: alioqui teſtator ip-
10 ſe deceſſiſſet † pro parte temporis teſtatus, & pro parte inte-
ſtatus, nempè vſque quo inſtitutus cum liberis vita functus
eſſet, & pro reſiduo temporis inteſtatus, contra regulam. l. hę-
reditas ex die. ff. de hæred. inſtitu. & ſcripſi in conſil. 105. nu-
mero quinto, lib. 1. Septimò, quod Scæuola non loquatur de
prælatione ab inteſtato, vel ex eo etiam colligitur, quod
ſi aliter diceremus, neceſſe eſſet fateri, quòd illi fratris fi-
lij eſſent nati vel ſaltem concepti tempore mortis ipſius
teſtatoris,



teſtatoris, cùm alioqui concepti eo mortuo non ſuccedãt ab
inteſtato, l. Titius. ff. de ſuis & legit. Id quod eſſet reſtringere,
11 d. l. Lucius, quæ dum indiſtinctè † & generaliter loquitur, in-
telligi etiam debet de natis mortuo teſtatore. Ita conſidera-
uit Ripa in l. 1. num. 7. verſ. quartò contra. C. de pactis. Nec re-
pugnat quod obiici ibidem Zuchardus, num. 78. verſ. deinde
quantum, cùm ait d. l. Lucius, poſſe intelligi etiam de filiis
conceptis viuo ipſo teſtatore. Nam reſpondetur, Ripam hoc
admittere: ſed inquit, & rectè, d. l. Lucius, poſſe quoq; intelli-
gi etiam de filiis cõceptis, mortuo teſtatore, ex quo indiſtin-
ctè loquitur. Et ita intelligendo, locus eſſe non poteſt in eo
caſu ſucceſſioni ab inteſtato. Octauò perpenditur quod dixit
Scæuola his in verbis: *prudens conſilium teſtatoris animaduerti-
tur, &c.* Si locus non eſſet ſucceſſioni ex teſtamento, ſed ab
inteſtato, non certè ſatis prudens fuiſſet conſilium teſtatoris,
ſi quidem periculum erat, ne is inſtitutus alienaret, & nil fi-
liis ſuis relinqueret. Et ſi dicatur ſecundum Socinũ in l. cum
auus num. 113. verſ. & ad primum dico. ff. de cond. & demon-
12 ſtratio. quod prudens † conſilium in eo dignoſcitur, quia
quemadmodum teſtator ipſe dilexit fratrem inſtitutũ, dum
eum hæredem fecit, ita eum dilexit, vt liberam ei relinqueret
alienandi & diſponendi facultatem. Reſpondetur, quod hoc
non fuiſſet prudens conſilium reſpectu filiorũ, quibus pro-
uidere voluit teſtator. Et deterior alioqui fuiſſet conditio
ipſorum liberũ illa ſubſtituti, cui inſtitutus ipſe, ſi filios non
ſuſcepiſſet, tenebatur reſtituere & ob id alienare non potuiſ-
ſet in eius detrimentum: Ergo nec in præiudicium filiorum
ſuorum præſumitur data alienandi facultas. Et dũ dixit Soci-
nus, teſtatorem confidiſſe quod frater ipſe inſtitutus ſuis ip-
ſis filiis conſeruaſſet bona: verum non eſt, cùm magis prudẽs
& ſecurum iudicari debeat conſilium, quod ſua diſpoſitione
iuſſerit bona illa dictis filiis reſeruari. Non etiam vrget con-
ſideratio Zuchardi in d. l. 1. num. 79. Cùm dixit, prudens con-
ſilium teſtatoris in eo fuiſſe, quòd ex quo poſuit filios fratris
in conditione, voluit excludere ſubſtitutos, qui eſt teſtamẽ-
to erant ſucceſſuri: atq; ita voluit teſtator præferre cauſam
inteſtati cauſæ teſtati, iuxta. l. ſi quis hæres ita inſtituatur, ſi
legitimus. ff. de hæred. inſtit. Qua ſanè in cauſa inteſtati cum
ipſi filij reperiantur proximiores, ſucceſſio eis debita erat. Et
ex hoc (dixit Zuchardus) filij fratris prælati fuerunt ſubſtitu-
tis. Non quod fuerint vocati: ſed quia eorum fauore, qui re-
perti eſſent proximiores in cauſa inteſtati prælati fuiſſent
ſubſtitutis: & ſic cauſa teſtati poſtpoſita fuit. Hæc conſidera-
tio, quæ prius fuit Soc. in d. l. cum auus. col. antepen. verſic. 5.
13 inductio, non vrget. Quandoquidem † d. l. ſi quis ita hæres
inſtituatur, eo in caſu loquitur, in quo teſtator ordinem illũ
dedit expreſſè, vocando prius ab inteſtato legitimum illũ hę-
redem quam alium ex teſtamento: ſicuti declarant ibi Bald.
& Imola: ſed in caſu noſtro non conſtat de expreſſa volun-
tate teſtatoris, quòd voluerit, filios illos in conditione poſi-
tos ſuccedere debere ab inteſtato. Prætereà & ſecundo re-
ſpondetur, ꝙ imò ille legitimus hæres, cui data fuit facultas
vendicandi hæreditatem, dicitur ſuccedere, ex teſtamento:
ſicuti aduerſus gloſſam ibi intellexerũt recentiores in l. Gal-
lus in princ. ff. de liberis & poſth. ibi Fortunius Garzia. num.
67. qui aliquot rationibus opinionem hanc comprobauit.
Reſponſio tamen præcedens mihi magis probatur.
14 Secunda fuit † opinio eorum, qui opinati ſunt hos filios in
conditione poſitos non præſumi vocatos ex teſtamento: ſed
ſuccedere ab inteſtato, excluſis ſubſtitutis. Hanc probarunt
Accurſius, Raynerius, Iacobus de Arena, Cynus, Oldradus,
Io. Andr. Albericus, Bartholus, Baldus, Angelus, Nicolaus de
Neapoli, Franc. de Albergotis, Franc. Tigrini, Imola, Caſtrẽ-
ſis, Ancharanus, Alexander, Corneus, Guido Papæ, Curtius
ſenior, Purpuratus, Zuchardus, Gratus, Durans, Pariſius, Boë-
rius, Crauetta, & Mantua. Hos congeſſit Antonius Gabriel in
lib. 4. concluſionum, in tit. de fideicommiſſis concluſ. 4. nu. 1.
& ſingulatim commemoraui in conſ. 152. num. 1. Quibus ad-
iunxi Franciſcum Marcium, Antonium Gomezium, Balthaſ-
ſarem Quinctium, & Thobiam Nonium. His nunc accedũt
alij multi cõmemorati à Ioſepho Ruſtico in pręcitato Tract.
an & quãdo liberi in conditione poſiti voca. lib. 1. c. 2. num. 1.

Primò hac pro opinione afferri ſolet text. dict. l. Lucius.
la. 2. ff. de hæred. inſtitut. qui tamen (vt ſupra demonſtraui-
mus) probat contrariam opinionem.
15 Secundò adducitur † l. 1. C. de pactis, quo probari creditur
alienationem factam à grauato reſtituere, ſi deceſſerit ſine
liberis, valere: quæ quidem non valeret, eo grauato mortuo,
in detrimẽtum liberorum, ſi liberi ipſi eſſent vocati ex teſta-
mento. l. vlt. §. ſed quia. C. communia de legatis. Cæterum
reſpõdet Romanus in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſoluto matr.
quod Philinus ille grauatus nil alienauerat, quod eſſet à ſe fi-
liis reſtituendum: ſed tantummodò ſuam legitimam diſtra-
xerat. Nam alienauerat ſextantem ſuæ portionis, hoc eſt vnã
vnciam: vel vt dicebant Alexãder & reliqui, alienauerat ſex-
tantem totius hæreditatis. Et quod in dubio intelligatur de
ſextante ſuæ portionis probat l. Lucius Titius in pr. de leg. 1.
16 vbi grauatus † reſtituere beſſem, intelligitur de beſſe ſuæ
portionis, non autem totius hæreditatis. Ita dicimus, graua-
tum reſtituere hæreditatem, intelligitur de portione ſibi re-
licta. Ita Bald. in d. l. Lucius Titius, de leg. 1. Soc. in l. Paulus.
la 2. in fine. ff. de rebus dubiis. Et hæc quidem interpretatio,
cæteris probabilior mihi videtur. Reſpondet ſecũdò Decius
in d. l. 1. in quarto notab. C. de pactis, filium Philini extitiſſe
hæredem patris: & ob id contrauenire non potuit eius facto
& alienatione. l. cum à matre. C. de rei vend. Quod autem fi-
lius ille extiterit hæres patris ſola præſumptione (voluit for-
17 tè dicere Decius) iuris probatur. Nam † dicimus, ſi filius ergo
hæres: vt dixit Apoſtolus ad Galath. c. 4. & refert gloſſa in. l.
neceſſariis. ff. de acquir. hæred. in l. 1. C. ſi minor ab hæred. ſe
abſt. & in §. 1. in verbo, parentes in Auth. vt qui oblig. habere
perhib. res mino. & tradunt Iaſon in l. non hoc col. 1. C. vnde
legit. & Ripa in l. quod ſe. num. 58. ff. ſi certum peta. Verùm
conſideratio hæc retinenda non eſt: Cùm nullum verbum
ſit in d. l. 1. quo dicere poſſimus, filium illum fuiſſe patris hæ-
redem. Et falſum eſt, iuris eſſe præſumptionem, quod filius
ſit hæres patris. Nam verius eſt, eum probare debere, qui aſ-
ſerit filium eſſe hæredem, vt ſcribunt gloſſa in l. ſi cum dotẽ.
§. trãſgrediamur, in verbo, extiterit. ff. ſoluto matr. & ibi Bal-
dus, num. 3. Baldus, col. 1. Angelus, Caſtrenſis & Alex. num. 10.
ad finem, qui communem eſſe teſtatur. Ita etiam gloſſa, Bar.
& reliqui in d. l. neceſſariis. Reſpondet itaq; tertio loco Cur-
tius iunior in d. l. 1. num. 13. C. de pactis, quod eo in caſu fidei-
commiſſum fuit extinctum & finitum, diuiſione inter fratres
facta. At ſi filij Philini fuiſſent ex teſtamento vocati, non fi-
nitum, ſed reſtituendum dixiſſent Imperatores.
18 Comprobatur † ſimili interpretatione Socini in l. Cum
auus num. 5. ff. de cond. & demonſtratio. dum dixit, ob id in
caſu d. l. Cum auus, non eſſe locum ſubſtitutioni fideicom-
miſſariæ, quia dixerat Papinia. fideicommiſſi conditionem
defeciſſe. Dixit Socinus, omnem conditionem extinctam:
19 quia † illa indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus, vbi
Bart. ff. de leg. 2. Id quod verum non eſſet, ſi poſiti in cõditio-
ne dicerentur vocati. Verùm huic conſiderationi repugnat
quod docuit Zuchardus in d. l. 1. num. 77. C. de pactis, ibi ſo-
lùm dici fideicommiſſum fuiſſe finitum inter fratres: nõ au-
tem abſolutè, atq; ita hæc conſideratio (inquit Zucchardus)
20 retorquetur contra Curtium. Et rectè quidem. Nam † fratres
ipſi de portione reſtituenda filiis Philini, vtpotè de re aliena
paciſci non potuerunt. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis, cũ
ſimilibus. Reſpondet quarto Corraſius in d. lib. 2. miſcella:
cap. 19. num. 10. quod ibi non ſimpliciter, ſed in vim tranſa-
ctionis facta fuit alienatio. Quæ ſanè tranſactio ob bonam
fidẽ debet obſeruari. Quam ſanè interpretationem viſus eſt
probare. Ioſeph Ruſticus in d. c. 1. num. 22. & 25. ſed verè nulla
ibi extitit tranſactio. Et admiſſo quod fuiſſet tranſactio, non
tamen erat obſeruanda in præiudicium ſuccedentiũ in fidei-
cõmiſſo. Reſpondet quintò & acutè ac ingenioſè quidẽ Io-
ſeph Ruſt. in d. c. 1. n. 29. Inquit. n. pactũ illud ob ſummã ęqui-
tatẽ, quã is affuiſſe multis oſtẽdit rationib. obſeruatũ fuiſſe.

Cæterum, ſi bona fuiſſent ſubiecta fideicommiſſo filiis
reſtituendo, neſcio qua ratione æquitas pacti potuiſſet eos
excludere. Paciſcentibus quidem nocere, & prodeſſe debet
pacti æquitas, non autem aliis non conſentiẽtibus. Ingenio-
ſa tamen eſt Ruſtici interpretatu.
21 Tertiò affertur ratio hæc, quod † conditio nil ponit ineſ-
ſe: atque ita non diſponit. l. ex facto etiam agitatam. ff. de hæ-
red. inſt. l. qui duos, & l. ſi pater filiũ. ff. de vulg. & pup. ſubſt.
& l.

& l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſta.Non ergo filij poſiti in conditione cẽſentur ex
teſtamento vocati.
22 Cæterum † reſpondetur, quòd imò verba conditionalia
ſæpe diſponunt,vt in l.fideicommiſſa.§.cum eſſet,de leg.3.in
l.in ratione.la.2.§.tametſi.ff.ad l.falcid.& apertius in.l. auia.
§.vlt.ff.de cond.& demon.& in l.ſi ita ſtipulatio.ff.de operis
liberto.Id quod regulare videtur, vbi liberorum fauor ver-
ſatur: ſicuti & de verbis enuntiatiuis reſpondit Vlpia, in l.
vnum ex familia.§.vlt.de legat.2. & tradunt Baldus in conſ.
179. Quandò ſapiens,colum. 1. lib. 4. & Crauet. in Tractat.
de antiq. tempo.in quarta particula primæ partis principa-
lis,num.61.
Nec hic repugnat quod ſcripſit Alex.in conſ.185.num. 19.
lib.2. Cum dixit, verba conditionalia tunc diſponere quádo
diriguntur in eum, qui vult agere, vt declarauit Baldus in.
Rubr.C.de inſtit.& ſubſtit.in fine.Id quod non cõtingit no-
ſtro in caſu,vbi verba diriguntur ad inſtitutos: nõ autem ad
eorum liberos. Non inquam repugnat hæc conſideratio,
quandoquidem fauore ipſorum liberorum adiecta ſunt illa
verba: & ideo eis competit actio. Ita aduerſus Baldum ſenſit
Bart.in l.ſeruo legato.§.teſtator,de legat.1. Cùm dixit,quod
& ſi ſtatutum excludens fœminas,exiſtentibus maſculis,non
dirigit verba illa conditionalia in ipſos maſculos: attamen
illis datur actio,ex quo eorum fauore & contemplatione ex-
cluduntur fœminæ. Et Bart. ſecuti ſunt alij commemorati à
Iaſone in d.§.teſtator,in ſecundo notab.Reliqua argumenta
his leuiora, & ab aliis confutata præſertim à bene erudito
Ioſepho Ruſtico in dict.cap.1.num.50. vſque ad finem de in-
duſtria prætermitto,ne hac in re iam à multis diſputata, ni-
mius ſim.
Tertia fuit opinio eorum,qui conciliando prędictas duas
contrarias ſic diſtinxerunt: Aut teſtator inſtituit filios, vel
alios à ſe deſcendentes:aut extraneos. Primo caſu filij & re-
liqui deſcendentes poſiti in conditione cenſentur vocati.Nã
23 † coniectura pietatis ſuadet,nepotes & ſimiles fideicommiſ-
ſario extraneo præferri,l.cum auus.ff.de cond. & demon.&
l.cũ acutiſſimi.C.de fideic.Ex cõiecturata ergo teſtatoris vo-
luntate dicendum eſt,& noſtro in caſu,hos filios in cõditio-
ne poſitos eſſe vocatos, & ſubſtitutis prælatos ex teſtamẽto.
24 Cum in † fideicommiſſis mens ipſa & animus ſpectetur.l.cũ
proponeretur,de leg.2.& l.cum virum.C.de fideicom.& di-
ximus ſupra in præſumpt.
25 Et in coniecturanda patris † voluntate maior ratio habe-
tur pietatis quàm verborum.l.vnum ex familia.§.vlt. de leg.
2.l.Titius.§.1. ff. de liberis & poſth. & ad rem pertinet.l.tale
pactum.§.vlt.ff.de pactis,vbi benignè præſumitur de volun-
tate patris,& ſi repugnant verba. Hoc in caſu locum habet
opinio illa prima,quòd in conditione poſiti cenſeantur vo-
cati.Secundo verò caſu, nempè quando teſtator inſtituit ex-
traneos,& eorum filios in conditione poſuit: illi filij vocati
non præſumuntur. Nam hic ceſſat ratio illa & coniectura
pietatis teſtatoris erga filios hæredis inſtituti. Et hoc in caſu
procedit ſecunda opinio,quod.ſ.filij poſiti in conditione nõ
dicantur vocati ex teſtamento.Hanc diſtinctionem omnium
prius ſenſit Salicetus in l.1.C.de cõd.inſert. quem ſecuti ſunt
Corneus in conſ.186.num.2.lib.2.& in conſ.186.num.2.in fi-
ne,lib.3.Riminal.Sen.in conſ.28.num.14.lib.1.Boër. in deciſ.
155.num.21.Pariſius in conſ.59.num.32.& num.45.& in conſ.
60.num.53.lib.3. Bero.in conſ.104.num.4.& in conſ. 105. nu.
2.lib.2.Socin.Iunior in conſ.158.num.69.lib.2. Et alios mul-
tos his adiũxit Ioſeph. Ruſticus in præcitatis Commẽtariis,
An & quando liberi poſiti in conditione vocentur,lib.1.c.3.
& illis accedit etiam Franc.Hotoma.in lib.1.illuſtrium quæ-
ſtionum.cap.13.ad finem.d.l.Lucius.la 2.ff.de hæred.inſtitut.
quam demonſtrauimus ſupra probare,quod poſiti in condi-
tione cenſentur vocati ex teſtamento:& tamen ibi inſtitutus
fuerat frater,qui non eſt ex deſcendentibus teſtatoris,ſed ex-
traneus,iuxta.l.vnicam.§.extraneum.C.de rei vxo.actio.Re-
tinenda eſt itaque prima illa opinio,quod vocati dicantur.
Et hæc quidem ſententia locum habet multò magis, quã-
do aliquæ extant coniecturæ & præſumptiones, quòd teſta-
tor filios illos in cõditione poſitos vocare voluerit ex teſta-
mento.Ita Corneus in conſ.119.colum.pen. & in conſil. 146.
num.19.lib.2.& in conſil.273.colum.1.lib.4.lib.2. Cæterum
diſtinctionem hanc improbarunt magis communiter Do-
ctores;ſicuti teſtantur Antonius Gabriel lib.4.cõcluſionum,
in tit.de fideicommiſſis,cõcluſ.4.num.35. Iulius Clarus in §.
teſtamentum.q.79.Cephalus in conſ.517.num.60.& Ruſticus
in d.cap.3.num.4.verſ.non eſt tamen.Et,ni fallor,diſtractio-
ni Saliceti repugnat.Socinus Sen.in l.cum auus,in fine.ff.de
cond.& demonſt.idem in conſ.240.colum.4.lib.2. & in cõſ.
116.colum.1.lib.3.Galliaula in l. Centurio. num.449. verſ.li-
mita ſecundò.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Curtius Sen. in cõſ.75.
colum.4.Ruinus in conſ.108.num.11.lib.2.Pariſius in conſil.
86.col.3.lib.2.Socin.Iunior in conſ.158.num.60.lib.2. Crauc.
in cõſ.62.num 6.Cephalus in conſ.251.num.72.lib.3. Marza-
rius in epitome de fideicommiſſis. q. 8. & alios quamplures
adiunxit Ruſticus in præcitato Tractat. An & quando liberi
poſiti in conditione vocentur.lib.2.c.1.
26 Cæterum † contentio eſt inter Doctores, qualis eſſe de-
beat hæc coniectura? Et verè tres ſunt hac de re opiniones.
Vna fuit eorum, qui dixerũt,eiuſmodi eſſe debere vt colligi
poſſint ex diſpoſitis in teſtamento conclũdẽtes eſſe oporte-
re.Ita Alex.in conſ.202.ad finem.lib.7.Soc.Sen. in conſ. 116.
col.1.lib.3.Pariſius in conſ.44 col.3.& in conſ.86.col.4.lib.2.
Didacus in c.Raynutius §.3. num.8. de teſta. & Decianus in
conſ.26.num.87.& in conſ.59.nu.12.lib.2.
Secunda fuit opinio eorum,qui ſcripſerunt,ſufficere leues
coniecturas, etiam ſi aliundè quàm ex teſtamento colligan-
tur.Ita Corneus in conſ.97.colum.3.lib.1.in conſ.119. colum.
pen.lib.2.& in conſ.101.colum.2.lib.4. Decius in conſil.242.
colum.vlt.Ruinus in conſ.140.in fine libr.3. Curtius Iunior
in conſ.87.num.4.& cum eo de eadem facti ſpecie ſic reſpõ-
dit Pariſius in conſ.6.num.1.& in conſ.42.num.12.lib.3.Ean-
dem probarunt Soc.Iunior in conſ.158.colum pen. & in cõſ.
174.colum.pen.lib.2.Purpur.inter conſilia Siluani in conſ.53.
num.3.& Crauet.in conſ.62.col.2.& in conſ.113.col.1.& alios
multos refert Ruſticus in d.c.1.num.5.
Tertia fuit opinio,relinqui iudicis arbitrio,quæ & quales
eſſe debeant hæ coniecturæ.Ita Soc.Sen.in l.cum auus, in fi-
ne.ff.de cond.& demon.Ruinus in conſ.139.colum.2.lib.3.&
alios commemoraui & ſecutus ſum in lib.2.de arbitrariis iu-
dicum.Caſu.148.Et illis accedit Decianus in conſ.26.numer.
87.lib.2.& aliis congeſti à Ruſtico in d.c.1.num.7.Quibus in-
telligimus,præſumptiones & coniecturas, quas infrà referã,
non eſſe iuris præſumptiones,ſed hominis tãtùm:cùm nullæ
reperiantur in iure noſtro expreſſæ.
De his itaque coniecturis & preſumptionibus diſſeramus.
27 Prima eſt coniectura, quando † filij poſiti in conditione
poſiti ſunt ſub qualitate maſculinitatis. Nam tũc ex teſtamẽ-
to vocati præſumuntur.Ita Guido Papæ, Crottus, Corneus,
Iaſon,Ruinus,Decius,Gozadinus,Rubeus,Gratus, Boërius.
Io.Marius,Fran.Sfondratus,Vgolinus,Garzia, Pariſius, Al-
ciatus,Soc.Iunior,Mãtua,Niger,Crauetta,Alba,Purpuratus,
Zancus,Thobias,Portius Imolenſis, Gribaldus, Decianus,
Cephalus, & Riminaldus Iunior quos omnes congeſſi in
conſ.152. num. 3. quo loci retuli & Curtium Iuniorem in l.1.
num.14. C.de pactis,qui teſtatur ita iudicatum fuiſſe in ciui-
tate Brixiæ,& ſentẽtiam illam fuiſſe confirmatam à Sereniſſ.
huius Reipub. Venetæ conſilio. Ita etiam teſtatur Decianus
in conſ.103.num4.lib.2.iudicatum fuiſſe hic Patauij, & ſen-
tentiam fuiſſe confirmatam ab eodem excelſo conſilio Ve-
neto.Hanc quoque opinionem probarunt & alij, quos præ-
dictis adiũxi in conſ.393.num.6.lib.4.vbi retuli & confutaui
deciſiones Bononiẽſes & Florentinas.Et prædictis accedunt
alij, multi noue congeſti à diligentiſſ. ac eruditiſſ. Ioſepho
Ruſtico in ſæpius allegatis commẽtariis.An & quãdo liberi
poſiti in conditione vocentur, lib.2.cap.2.col.1.& 2.ac.3.&
Achille Pedrocha in conſ.vlt.num.10.
28 Et huius quidem ſentẽtiæ † efficax eſt ratio,quia teſtator,
exprimẽdo maſculos,ſignificauit, ſe magis eos dilexiſſe quã
fœminas,& his præferre voluiſſe:ob id dicitur maſculos vo-
caſſe ex teſtamẽto:alioqui ſi voluiſſet ſuccedere ab inteſtato,
29 non præpoſuiſſet fœminis,quæ † ſimul cum maſculis ab in-
teſtato ſuccedere ſolẽt,l.maximũ vitium.C.de liberis pręter.
Hãc rationem poſt alios conſideraui in conſ. 152.num.4.li.2.
vbi eam defendi ab impugnationibus Zuchardi & aliorum.
Cæterum



Cæterum coniecturam hanc veram, non eſſe ſcripſerunt
multi nempè Oldrad Comenſis Alexander, Corneus, Alex.
de Neuo,Socinus Senior,Ruinus,Riminaldus Senior,Iaſon,
Curtius Senior,Decius,Gratus,Rubeus, Ripa, Pariſius, Al-
ciatus,Bertrandus,Socinus Iunior,Boerius, Catelianus Cot-
ta,Duras,Zuchardus,Antonius Gabriel,Cagnolus, Torniel-
lus,Didacus,Iulius Clarus & Rolandus.Hos ſic retuli in cõſ.
152.num.2 poſt prædictos Gabrielem & Rolandum. Eodem
tamen in conſ.152.num.24.Scripſi nonnullos ex prædictis eſ-
ſe ſubducendos:cum hanc opinionem non firmauerint.Non
repeto quæ illo in loco copioſè dixi,ne ex ſcriptis ſcripta con
ficiam.Illis tantummodò nunc addo alios multos,quos con-
geſſit Ruſticus in d.cap.2.nu.34.
30 Hæc coniectura † multò magis locum habet, quando fi-
liæ minus dilectæ eſſent vocatæ in aliqua parte teſtamenti.
Nam tunc ſine controuerſia præſumendum eſt,maſculos ma
gis dilectos in conditione poſito cenſeri vocatos.Ita tradunt
Ripa in l.centurio nu.173.ff.de vulg.& pup.ſubſt. & idem in
primo reſponſo ſub tit. de ſubſtitutio: & Zanchus in l.hære-
des mei.§.cum ita.in ſeptima parte.num.60.alios plures con
geſſit Ruſticus in d.lib.2.cap.4.num.1.cum enim teſtator pro
uiderit atque ita vocauerit fœminas,abſurdum eſſet dicere,
quod non vocauerit etiam maſculos.
31 Præterea † hæc coniectura procedit etiam ſine dubio pro-
babili, quãdo teſtator excluſiſſet proprias filias,& ſubſtituiſ-
ſet tranſuerſales,vel extraneum. Nam tunc maſculi poſiti in
conditione dicuntur verè vocati.Ita reſponderunt Corneus
in conſ.146.nu.21.lib.2.& Curtius Sen.in conſ.67.col.4.
Idem affirmarunt Cagnolus in l.1.num.54C. de pactis, &
Zanchus in d.§.cum ita.in parte ſeptima nu.61.qui ſubiunxit,
hoc caſũ cenſeri vocatos, & ſi maſculinitatis mentio facta
non eſt. Eandem opinionem probarunt alij multi congeſti
à Ruſtico in d.lib.2.cap.4.nu.2.
Verùm Corneus in d.conſ.46. loquitur quando poſiti in
conditione ſunt etiam grauati: atque ita duo concurrunt,
nempe quòd filiæ fuerunt excluſæ, & adiectum fuit onus ip-
ſis in cõditione poſitis ſicuti etiam intellexit Gozad.in conſ.
26.num.23. Et hæc conſideratio habet locum multò magis,
quando maſculi ſunt poſiti in conditione & fœminæ exclu-
ſæ,dotibus eis relictis.Ita poſt Caſtrenſem,Ruinum,Gratum
& alios reſpondi in conſ.152.nu.6.verſ.tertiò comprobatur.
& ab aliquorum impugnationibus defendi in conſ.393.num.
19.& 20.lib.4.& ſequitur Ruſticus qui ſupra lib.5.cap.5.num.
2.Idem reſpondit Marzarius in conſ.1.num.38.
Rurſus procedit etiam ſine dubio hæc coniectura,quando
32 † vltra prædicta teſtator iuſſiſſet, quod dificiente linea maſ-
culina,ſubſtitutus deferet nomen & inſignia familiæ ipſius
teſtatoris. Nam tunc filij poſiti in conditione ſub illa quali-
tate maſculinitatis dicuntur omninò vocati.
Ita Curtius Sen.in d.conſ.67.col.4.verſi.præmiſſis tamen.
Curtius Iun.in conſil.87.nu.5.& in conſ.113.nu.4.Ripa in d.l.
centurio nu.163.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& in rep.1.in titu.de
ſubſtit.& Zanchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.num.62.
& reſpondi in conſi.204.nu.64.lib.2.& alios recenſet Ruſti-
cus in dicto Tracta.An & quando liberi poſiti in conditione
vocentur. lib.2.cap.6.nu.1.& lib.5.cap 5.nu.5.Et confert quod
auctoritate multorum ſcripſi in conſ.117.num.23.lib.2.
33 Præterea hæc † cõiectura locum habet multò magis quan
do teſtator bis, vel pluries vſus fuiſſet dictiones, maſculis.
Nam tunc nulla videtur eſſe dubitatio,quin ij maſculi in con
ditione poſiti ſint vocati.Ita poſt Purpuratum, Cephalum &
alios reſpondi in conſ.152 nu.6.verſ.ſecundò accedit vbi con
firmaui ex his,quæ dicimus infrà in nona coniectura, quòd
poſiti in conditione geminatè cenſentur vocati. Et alia ſcri-
pſi in conſi.393.nume.14.lib 4.vbi ſatisfecit nonnullis obie-
ctionibus. Et eandem traditionem probauit Ruſticus in d.
lib.2.cap.5.vbi num.10.refert Comen.Pariſium, & Beroum
deſſentientes.
34 Rurſus † procedit hæc coniectura multò magis, quando
teſtator vltra dictionẽ, maſculis, expreſſe vocaſſet fœminas,
non exiſtentibus maſculis. Ita reſpondit Curtius Iunior in
conſil.58.col.pen.quem ſecutus eſt Zanchus in d.parte ſepti-
ma nu.62.in fine.
35 Idem quando † teſtator vltimo loco ſubſtituit extraneum.
[illegible]
Nam & tunc dicitur vocaſſe filios ex teſtamento. Ita poſt An
cha.Alex.Ruinum & Curtium iuniorem, quos recenſet, re-
ſpondit Alba in conſi.86.num.12.
36 Et rurſus † multo magis procedit hæc coniectura, quan-
do teſtator progreſſus eſt ad alios gradus ſubſtitutionis cum
hac qualitate maſculinitatis.Ita poſt Zancum,Alciatum,Al-
bam & alios ſcripſit Ruſticus in d.lib.2.cap.7.nu. 1. vbi alios
caſus recenſet.
37 Extenditur † hæc coniectura, vt locum habeat etiam
quando tacitè tantùm colligitur teſtatorem habuiſſe ra-
tionem maſculinitatis; atque ita tacitè ſenſiſſe de conſer-
uatione agnationis & familiæ. Nam & tunc filij poſiti in
conditione præſumuntur vocati.Ita Ruinus in conſi. 139.nu.
14.lib. 3.Socinus iunior in conſi.78.num.14.lib.3.& Zanchus
in d.§.cum ita. parte ſeptima num. 50 & Ruſticus in præci-
tato Tract. an & quando liberi poſiti in conditione vocen-
tur.lib.2.cap 3.num.1.
Verum diſſentit idem Socinus iunior in conſi.164.num.7.
lib.2.quem ſecutus eſt Antonius Gabriel.in lib.4.concluſio-
num in tit.de fideicommiſſis.concluſ.4.num.7.
38 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam quando in
ciuitate extaret ſtatutum, quod maſculis exiſtentibus fœmi-
næ non ſuccedant. Nam adhuc filij poſiti in conditione ſub
hac qualitate maſculinitatis cenſentur vocati. Ita auctorita-
te Decij,Iaſonis,Ruini,& Curtij iunioris reſpondi in d.cõſi.
393.num.10.& 12.vbi declaraui reſponſum Socini; & aliquo-
rum auctoritates confutaui,non hic repetam, quæ illo in lo-
co ſcripſi: cum ibi facilè legi poſſint. Et illo in loco. num.
13. vna cum Ruino declaraui ſtatutum Bononiæ. Et dixi,
quod etiam ſi admittimus contrariam opinionem,nihilomi-
nus illa non procedit, quando teſtator poſuit in conditione
omnes deſcendẽtes, atque ita etiam vltra quartum gradum,
qui fœminas non excludunt.Et extenſionem hanc probauit
pariter eruditiſſ.Ioſeph Ruſticus in d.cap.3.nu.10.
Declaratur hæc coniectura, vt locum non habeat ſeptem
in caſibus enumeratis & probatis à Ruſtico in d.capit.3. nu.
3.& num.12.vſque ad finem.
39 Secunda eſt coniectura, qua † dicimus filios poſitos in
conditione cenſeri grauatos; quando ſcilicet ipſimet in con-
ditione poſiti fuerunt grauati onere reſtitutionis Hanc pro-
barunt Iacobus Beluiſius, Bart.Baldus,Salicetus, Caſtrenſis,
Ancharanus, Comenſis, Franc. Aretinus, Ioan. Sperellus,
Corneus,Alexander, Guido Papæ, Socinus Senior, Angelus
Aretinus, Curtius, Senior, Decius,Galliaula, Ruinus, Cur-
tius Iunior, Caſſaneus, Gozadinus, Pontanus, Bertrandus,
Pariſius, Socinus Iunior, Crauetta, & Mantua, Hos longa
ſerie congeſſit Antonius Gabriel. in lib.4. concluſionum.in
tit.de fideicommiſſis, concluſ.4. nu. 17.Et his accedunt Al-
ciatus in l. cum filiofam num.9.de leg. 1 Zaſius in Tract.de
ſubſtitutio. in tit. de compendioſa.ad finem. Boër. in q.155.
num.13 Celſus.Hugo in conſi. 20.num. 30. Mantua in conſi.
92.num.10.lib. 1.Thobias in conſi.31.num.19.Torniellus in l.
hæredes mei. §. cum ita.num.27. ff.ad Trebell. Iulius Clarus
in §.teſtamentum.q.78. Rolandus in conſi.18 num.10. lib. 4.
Cephalus in conſi.93.col.1.lib.1. & in repet.l.Centurio.num.
928. ff. de vulg & pup.ſubſt.qui dixit, hanc eſſe opinionem
& veriorem & æquiorem, & Decianus in conſi.44.num. 51.
lib.3. qui aſſeruit, hanc eſſe hodie magis receptam:& quam
ego ipſe ſecutus ſum in conſ. 95. num. 78.lib. 1.& alios con-
geſſit Ruſticus in ſæpius allegatis Commentarijs,an & quã-
do liberi poſiti in conditione vocentur lib.4.cap.2. Non hic
referam multa illa argumenta, quibus hanc tuetur Cepha-
lus in d.l. Centurio. num 928. cum multis ſubſequentibus.
Cùm apud eum facile legi poſſint. Et multò diligentius di-
ſputauit. Ruſticus qui ſuprà.
Contrariam tamen opinionem probarunt Rayn. Ricar-
dus,Bart. ſibi parum conſtans, Bald. Salicetus, Imola, Co-
menſis,Ancha. Alexander, Seyſellius.Iaſon,Curtius Senior,
Rubeus,Decius,Pariſius, Ruinus, Socinus Iunior, Curtius
Iunior,Boërius & Mantua;quos congeſſit Antonius Gabriel.
in d.conclu.4.num.18.Et his accedunt Didacus in cap.Ray-
nutius.§.3.num.3.de teſta. Rolandus in conſil.51. num. 11.lib.
3. Gerardus Mazzolus in conſil. 2.numer.24. & Burſatus in
conſil. 1. nume. 10. & in conſil. 52. nume.22. & Cephalus in
conſi.

conſi.17.num.17.lib.1.& alios plures retulit Ruſticus in dicto lib.4.cap.2.parte 2.

Exiſtimo recedendum non eſſe à prima illa opinione.

40 Hæc coniectura † locum habet multò magis quando aliqua alia coniectura huic accedit: ſicuti ſcripſerunt Curtius Sen.in conſil.51. ſuper teſtamentis.col.8.verſic. & inclinare. Ruinus in conſil.108.num.16.& in conſil.111.num.14.lib.2.& alios congerit Ioſeph Ruſticus in dicto lib.4.cap.3.num.1.Et prima eſt,quæ ducitur à fauore piæ cauſæ. Nam tunc grauati poſiti in conditione cenſentur vocati. Ita reſpondit Ruin.in conſi.113.num.22.& in conſi.139.num.... lib.3.qui dum reijcit hanc coniecturam dixit,poſſe procedere fauore piæ cauſæ. Eandem probarunt Antonius Gabriel in dicta concluſ.4. num.23 Zanchus in dicto §.cum ita. in ſeptima parte.nu.40. & Ruſticus in dicto cap.3.num.5.

Et conferunt quæ dicam infrà in vndecima coniectura.

41 Eſt & alia cõiectura,quando vltrà poſitionem in cõditione, † & onus reſtitutionis iniunctum adeſſet etiam prohibitio alienationis facta patri ipſorum poſitorum in conditione:& illa quidem fauore ipſorum filiorum.Nam tunc filij illi poſiti in conditione ſine dubio vocati cenſentur. Ita reſponderunt Ruinus in conſil.122.nume.4.lib.2.Socinus Sen. in conſil.250.num.5.lib.2.Curtius Sen.in conſil.45.ſæpe reuoluta col.4.vet.fortius,& ſucceſſiuè Pariſ.in conſ.37.num. 21.& 22.lib.2.Soc.Iun.in conſil.116.nume. 4.lib.3. Berous conſil.82 num.7.lib.2.Alba in conſil.87.nume.13. Zanchus in d.§.cum ita.parte ſeptima.nu.43.& Ioſeph Ruſticus in d. lib.3.cap.3.nume.2.qui quidem egregiè, & diligenter aliàs coniecturas hanc principalem comprobantes, recenſet.

42 Declaratur primò hæc † coniectura, vt non procedat, quando ij poſiti in conditione eſſent grauati ſub nomine appellatiuo hæredum.Nam tunc is grauatus non dicitur à teſtatore vocatus,Ita in ſpecie reſponderunt Ruinus in conſ.113. num.4.& in conſil.124.nume.3.lib.2.& Socinus Sen.in conſi. 116.nume.4.lib.3.quos ſecutus eſt Zanchus in d.§.cum ita. in ſeptima parte.nu.25.& num.37.Ruſticus in dicto lib.4.ca. 4.numero 1.

43 Declaratur † ſecundò,vt locum non habeat hæc coniectura, quando iſti poſiti in conditione eſſent aliquo in caſu expreſsè vocati.Nam tunc licèt poſiti ſint in conditione:& ſimpliciter grauati:attamen non præſumuntur ſimpliciter vocati: ſed ſolùm illo in caſu expreſſo. Ex quo ſequitur,quod onus reſtitutionis eis impoſitum reſtringitur, vt ita demum eo grauati cenſeantur, ſi eueniet caſus ille,in quo fuerũt expreſsè vocati. Et propterea ſi hæreditas aliunde ad hos ſic in conditione poſitos peruenit,& conditio euenit:attamen niſi verificetur caſus ille, in quo fuerunt ij expreſsè vocati, onus illud locum non habebit. Ita egregiè reſponderunt Anchar. in conſil.136.Principaliter ponderandum, Aretinus in conſi. 155.numero.4.Comenſ.in conſilio 118.in fine, Capra in conſ. 2.in ſecundo dubio, Alexan.in conſilio 185.numero 22.lib.2. & manifeſtius conſilio 24. numero 5.in fine.lib.3.& in conſ. 55.numero 14.lib.4.Riminaldus Senior in conſi.182.num.15. lib.1.Corneus in conſilio 186.numero 10.lib.3.& de eadem facti ſpecie cum Corneo idem reſpondit Socinus Senior, in conſilio 94.numero 6.lib.4.Idem Socinus in conſil.62.nu.7. & in conſil.116.colum.1.verſi.addo etiam, & col.2.verſicu.& in terminis lib.3. Ruinus in conſil.83.num..... in conſil.96. num.8.in conſi.100.nume.7.in conſi.101.num.7.in conſi.104. num.8.in conſi.111.nume.4.in conſi.113.nume.6.in conſi.114. nume.8.in conſi.121.num.9.in conſi.175.nume.3. & in conſil. 180.nume.12.lib.2. & in conſil. 128.num..... in conſil.134. num.14.& 15.in conſi.143.num.5.& in conſi.228.num.6.lib. 3.Decius in conſi.291.colum.penult.verſic.non obſtat,quod etiam.in conſil.384.colum.3.verſi.ſecundò non obſtat, & in conſi.465.col.pen.verſi.quintò non obſtat.Pariſius in conſil. 44.col.1.& in conſi.86.num.40.lib.2. Hugo Celſus in conſi. 20.num.38.Modernus Pariſienſis in additionibus ad Alex.in d.conſ.24.lib.3.qui dixit, eſſe declarationem acutiſſimam & vtiliſſimam.Et eandem probarunt Zancus in d.§. Cum ita.in 7.parte.num.26.& Ruſticus in d.lib.4.c.4.nume.2. qui alios nonnullos recenſet. His conſtat hanc eſſe receptam opinionem,& ſi ab ea diſſentiunt Caſtren.in conſi.5. Quidquid dicatur.col. 2.lib.1.& Pariſius in conſilio 41.nu.62.lib.2.

44 Et hæc quidem declaratio † locum habet,& procedit etiã ſi poſiti in conditione eſſent expreſsè vocati in caſu alienationis.Nam tunc etſi poſiti in conditione,& grauati ſunt:attamen non præſumuntur vocati,niſi eueniente caſu illo alienationis,in quo fuerunt expreſsè vocati.Ita poſt Ruinum,& Decium,quos recenſet,ſcriptum reliquit Zancus in d.§.cum ita,in ſeptima parte.nu. 28. & eo non commemorato Ruſticus in d.cap.4.nu.3.Idem eſt etiam, quando in alio capitulo non eſſent quidem expreſſe vocati; ſed ſolùm tacitè & vulgariter tantùm, ſicuti quando nepotes continentur appellatione filiorum.Nam prædicti nepotes non cenſentur alio caſu vocati:nec onus reſtitutionis dicitur ſub duplici cõditione impoſitum primis inſtitutis: ſed tantummodò nepotes illi,licet in alio capitulo poſiti in cõditione & grauati; dicũtur grauati ſolùm eueniente caſu quo filij ante aditam hæreditate decedent:atque ita caſu quo ipſi nepos ex dicta tacita vocatione ſuccedunt;aliàs non:& ob id ſequitur, quod licet hæreditas alio caſu ad ipſos nepotes deferatur,& verificetur etiam conditio ſubſtitutionis ipſi nepotibus factæ: attamen ſubſtitutio non habebit locum niſi filij decedãt ante aditam hæreditatem.Ita acutè reſpondit Ruinus in conſi. 104. in ſecundo dubio.lib.2.quem ſecutus eſt Zãcus in d. ſeptima parte.num.26.& idem ſcripſit Ruſticus in d.cap.4. nu.5.qui alia Ruini reſponſa refert.Diſſentiunt tamen Corneus in conſil. 226.in primo dubio lib.4. & ſibi parum conſtans Ruinus in conſi.185.col.4.lib.2.Et hæc quidem declaratio locum habet, niſi teſtator ſubſtituiſſet ipſis in conditione poſiti omni in caſu.Nam tunc dicta ſubſtitutio non reſtringeretur ad eum ſolum caſum, in quo ipſi eſſent vocati. Ita Zancus in dicta parte ſeptima num.35.poſt Ruinum in conſi.169. col. 3.lib.2. & in l.filiusfam §.Diui.col.antepen. ff.de leg.1.

45 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat hæc coniectura,quando ſubſtitutio fuiſſet facta poſt mortem plurium poſitorum in conditione. Ita Ruinus in conſi. 115. num. 9.lib 3. & Antonius in lib.4.concluſionum.in tit.de fideicommiſſis, concluſ.4.num.20.Idem reſpondit ipſe Ruinus in conſi.142. nume.11.libr.3. & ſequitur Cephalus in l. Centurio.959.ff.de vulg.& pup.ſubſt.

46 Declaratur quartò, vt † locum non habeat quando filij ſunt in conditione, ſed hæredes hæredis grauati. Nam tunc filij non cenſentur vocati. ſic reſpondit Ruinus in conſil. 113. numer. 5.libr. 2. & Antonius Gabriel. in dictaconcluſ.4. numero 22.

47 Declaratur † quintò,vt locum habeat hæc cõiectura, quãdo filij poſiti in conditione ſunt nominatim grauati:ſecus ſi teſtator diſpoſuit,quòd poſt ipſorum filiorum mortem bona peruenirent ad Sempronium ſubſtitutum. Nam tunc illi in cõditione poſiti nõ cenſentur vocati.Ita reſponderunt Alex. in cõſ.105.nu.6.lib.1.& in conſi.202.col.1.lib.6.Riminal.ſen. conſ.26.nu.6.lib.1.Socinus ſen.in conſi.33.nu.2.lib.4.Decius in conſi.182.col.2.& in conſi.422.col.1.& Soc.Iunior in conſ. 176.num.20.lib.2.Cephalus in l.Centurio.nu. 957.ff.de vulg. & pup.ſubſtit.& in conſi.17.num.1.19.lib. 1.& Ioſeph Ruſticus in d.lib.4.cap.4.num.9.Quò ſanè in capite alia ad huius coniecturæ principalis declarationem ſcripſit.

48 Tertia eſt † coniectura, quando teſtator poſuit in conditione filios his verbis.Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis & ex legitimo matrimonio natis. Hoc ſanè caſu filij ij in cõditione poſiti dicuntur vocati ex teſtamento. Ita reſponderunt Socinus Iunior in conſi.110. nu.25. & in conſi. 145.num.39.lib.3.Craue.in conſi.885.colum.2.& in conſi.917. colum. 1. & Decianus in conſil. 33. nume. 90. & in conſil.41. num.30.libr.1.& in conſil.34.nume.118. in fine. libr. 3. & hos ſecutus ſum in conſil.325.num.10.lib. 4. Et his accedunt alij nonnulli congeſti ab eruditiſſimo Ioſepho Ruſtico in ſæpius allegatis commentarijs,an & quando liberi poſiti conditione vocentur.lib.3 cap.3.num.1.in fine.Verùm coniecturam hanc extrà improbarunt Zancus in d. l. hæredes mei.§. cum ita.in ſeptima parte num. 57.ff.ad Trebell. & Rolandus in conſi.34.num.64.lib.4.& Berreta in conſil. 74.num.12. Et tacitè eam non admiſerunt Curtius Iunior in conſil.111.cum ſex conſiliis ſubſequentibus. Ruinus in conſil.134.lib. 2.Decius in conſil. 513. Cephalus in conſil. 14. & Natta in conſil. 551.nume.13.reſponderunt in caſibus, in quibus filij fuerant





poſiti in conditione ſub prædictis verbis:& tamen coniecturam hanc non fecerunt:quam fortè feciſſent, ſi vera eſſet. Mihi tamen ſatis efficax videtur:& propterea ſequenda eſt:ſicuti decidit Rota Romana, vt refert. Ruſticus præcitato in loco numer.5.

49 Quarta eſt † coniectura, quando poſiti in conditione non poſſunt ſuccedere eorum patri ab inteſtato. Nam tunc cenſentur vocati ex teſtamento.Ita Comenſis, Alexander, Corneus, Ruynus, Gratus, Socinus Iunior, Crauetta, Cephalus, Decianus,& Albanus Cardinalis, quos commemoraui & ſecutus ſum in conſil.393. numer.70. quo loci confutaui argumenta Zanchi diſſentientis. Et illis à me commemoratis accedunt alij nonnulli congeſti à Ruſtico in d.libr.3. cap.4.nu. 1.Exemplum afferri poteſt ſecundum prædictos, quando ſtatutum excludit fœminas exiſtentibus maſculis: Et teſtator poſuit ipſas fœminas in cõditione,vt ſi dixit,& ſi hæres meus deceſſerint ſine filiis, vel filiabus. Adduci etiam ſolet exemplum, vt ſi teſtator ita dixit. Et ſi Titius hæres meus deceſſerit, nullis relictis filiis ex Caio (hic extraneus erat) tunc ſubſtituo Sempronium.Cùm enim filij Caij non eſſent ſucceſſuri ab inteſtato illi Titio hæredi inſtituto:ſequitur dicendum,teſtatorem voluiſſe vocare filios illos Caij. Eſt manifeſta ratio, quia fruſtra teſtator poſuiſſet illos in conditione.

50 Extenditur † hęc coniectura,vt locum habeat etiam,quando vnà cum non ſucceſſuris ab inteſtato eſſent poſiti in conditione & illi, qui ſuccedere poterunt. Nam & ij, qui alioqui ab inteſtato poterunt ſuccedere dicuntur vocati. Sicuti ſi teſtator poſuit in conditione tam fœminas quàm maſculos:vt ſi dixit. Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis & filiabus. Ita reſponderunt Ruynus in conſilio 142.numer.7.lib.3. & Albanus Cardinalis in conſilio 9.numer.6. Ea ratione moti ſunt:

51 quod vna † determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat, l.iam hoc iure.ff. de vulg.& pup.ſubſtit. Porrò cùm reſpectu filiarum dicatur facta vocatio ex teſtamento,ſic etiam dicendum eſt,reſpectu filiorum.Nec hic repugnant conſiderationes Zanchi diſſentientis in dicta ſeptima parte.numer.69.in fine dum dixit,quòd cùm fœminę poſitæ fuerint in conditione vnà cum maſculis, qui non dicuntur vocati, quod nec ipſæ vocatæ dicuntur:vt vna determinatio æqualiter determinet, d.l.iam hoc iure, atque ita(inquit Zancus) argumentum retorquetur. Huic conſiderationi reſponderi poteſt, quod ideo in caſu.d.l. iam hoc iure, vna determinatio æqualiter determinat,vt ſicuti in perſonam puberis non poteſt eſſe ſubſtitutio pupillaris, ita nec ſit in perſonam impuberis:Hoc inquam contingit,quia in teſtatoris poteſtate non eſt, ſubſtituere pupillariter iam puberi. Et proptereà cùm in perſonam vnius non poſſit valere, præſumitur teſtatorem noluiſſe etiam alteri ſic ſubſtituere: ſed diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo teſtator poteſt tam vocare maſculos, & fœminas,vt ſuccedant ex teſtamento, quàm ab inteſtato: & ideò ponendo in conditione fœminas, quæ ab inteſtato ſuccedere non poſſunt, dicitur eas voluiſſe ſuccedere ex teſtamento:ne alioqui fruſtrà in conditione poſuiſſe dicatur. Ergo, & maſculos voluit eſſe vocatos ex teſtamento: Cùm nullum ſit impedimentum, quin eos ſic vocare potuerit. Non etiam repugnat altera Zanchi conſideratio dum dixit, diſpoſitionem.l. cum auus.ff.de conditio.& demonſtratio.non habere locum etiam reſpectu nepotum, quando grauati ſunt ſimul filius, & extraneus: ſicuti tradunt Aretinus, Ruynus,& alij nonnulli commemorati ab eodem Zanco in d. §.cum ita.in parte decima.numer.45.Nam reſpondetur ab ea opinione Aretini, & ſequacium diſſentire alios multos,quos recenſet idem Zancus in dicta parte decima, numero 49. & explicabimus nos infrà in præſumptio. vbi declarabimus.d.l. cum auus.

52 Quinta coniectura, qua † dicimus poſitos in conditione dici vocatos ex teſtamento,eſt quãdo inſtituti ipſi ſunt etiam reciprocè ſubſtituti ſi eorum vnus deceſſerit ſine filiis. Nam tunc filij illi poſiti in conditione cenſentur vocati ex alia ſubſtitutione eius patri facta. Ita reſponderunt Corneus in conſ. 146.colum.4. num.13.lib.2. & Riminaldus Senior in conſil. 78.colum.2.libr.1. Zanchus in d.§.cum ita in ſeptima parte. nu.70.& hos ſecutus ſum in conſ.135.nu.6. lib.2.vbi eiuſdem opinionis adiunxi Pariſium, & Gozadi num. Hanc quoque probauit Ruſticus in lib.5.cap.1.num.1.

53 Sexta eſt † coniectura, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.Nam tunc filij poſiti in conditione cenſentur vocati.Ita ſcripſerunt Ancharanus, Alexãder, Ruinus,Iaſ.Curtius Iunior,Pariſius,Purpuratus,Gozadinus, Rubeus,Caſſaneus,Celſus Vgo,Boerius,Socinus Iunior,Mãtua, Alba,Cephalus, Marius Salamonius,Thobias, Riminaldus Iunior,& Zancus,quos congeſſi, & ſecutus ſum in conſil. 173.num.55.His accedunt Alciatus in l.Lucius.num.49.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& Decianus in conſ.103 num.17.lib.2.qui communem eſſe teſtatur. Quibus conſtat hanc eſſe communem opinionem & ſi ab ea diſſentiant Capra in conſ.2.in ſecundo quæſito.Socinus Sen.in l.cum auus.col.pen.ff.de condi.& demon.& in conſ.62.num.7.in conſ.69.num.12. & in conſ.116.num.15.lib.3.Ruinus ſibi parum conſtans in conſil. 128.nu.20.in conſ.136.col.vlt. & in conſ.138.col.1.lib.3. Pariſius in conſ.31.nu.29.in conſ.44.num.21.libr.2.& in conſ. 14.num.24.lib.3.Ripa in l.Centurio.num.165.ff.de vulga.& pup.ſubſt.Curtius Iunior in conſ.11.col.4.& in cõſ.43. Mantua in conſ.194.col.3. Rolandus in conſ.51.nume.10.lib.1.& Iulius Clarus in §.teſtamentum.q.70. Et alios multos congeſſit Ioſeph Ruſticus in ſæpius citatis Commentariis, an & quando liberi in conditione poſiti vocentur lib.3.cap.1.nu.1. qui tamen num.5.refert quamplures diſſentientes. Hæc coniectura locum habet multò magis quando cum ea concurrit alia quæuis coniectura, & ſi leuis. Ita Ripa in d.l.Centurio. num.165.& in reſponſo primo.in titu.de ſubſtitutio.Socinus Iunior in conſ.110.num.28.verſ.& licèt.lib.3.Alba.in conſil. 87.num.12.Zancus in d.§.cum ita, parte ſeptima.num.79.& Cephalus in conſ.252.num.17.qui dixit, coniecturam eſſe, quando alij à teſtatore minus dilecti vocati ſunt, & idem reſponderunt Ruinus in conſ.40.num.4.lib.1.& Rola.in conſ. 51.nu.10.lib.3.Et quando extraneus vltimo loco vocatus fuit. Ita reſpondi in conſ.310.num.17.lib.4.

54 Declaratur † primò hæc coniectura,vt locum non habeat, quãdo teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem conditione,expreſsè honorando filios in conditione poſitos in vltimo gradu. Nam tunc alij aliorum graduum non cẽſentur vocati. Ita Ripa in d.l.Centurio.nu.165.verſ.quarta coniectura,& Antonius Gabriel in d.concl.4.nu.16.

55 Declaratur † ſecundò, vt locum habeat in deſcendentibus teſtatoris:ſecus in aliis. Ita Alex.in conſ.64.num.5.verſ.corroborantur prædicta.lib.1.Ruinus in conſ.128.num.19.lib.3. & alij commemorati à Ruſtico in d.lib.3.cap.1.num.2. Qua de re dubito: cum hæc coniectura non ſit fundata in fauore deſcendentium à teſtatore.

55 Septima eſt † coniectura,quando teſtator expreſſim vocauit filios ſubſtituti:vt ſi ita dixerit:Inſtituo Caium,& ſi Caius deceſſerit ſine filiis,tunc ei ſubſtituo Sempronium,& eius filios.Hoc ſanè caſu illi filij Caij hęredis inſtituti pręſumuntur ex teſtamento vocati.Ita egregiè Curtius Iunior in conſ.16. col.3.verſ.ſed quid fortiùs, quem ſecutus eſt Craue.in conſ. 62.num.10.qui appellant hanc coniecturam fortiſſimam: & quam etiam probarunt prius Socin.Sen.in conſ.6.nu.15.lib. 3.Ruinus, & ſi ſubobſcurè in conſ.142.num.13.verſ.ex præmiſſis itaque.lib.3. Gozad.in conſ.64.nu.10.ver.quintò idem ſatis,& Ripa in l.Centurio.num.165.verſ.quibus omnibus.ff. de vulg.& pup.ſubſt. Hanc etiam probauit Marzarius in cõſ. 1.num.37.verſ.tertia coniectura, & alios plures retuli, & ſecutus ſum in conſil.151.num.11.lib.2.& latiùs in conſ.393.nu. 28.lib.4.Eãdem probauit Ioſeph Ruſticus in ſæpiùs allegatis commentariis. An & quando liberi poſiti in conditione vocentur.lib.5.cap.1.nume.2. Et cum hac coniectura conuenit etiam coniectura proxima ſubſequens. Ea ſolida vſi ſunt ratione, quia ſi vocauit filios ſubſtituti à ſe minus dilectos, præſumendum eſt, quod multò magis vocare voluerit filios inſtituti plus dilectos iuxta l.Publius.§.vltimo.ff.de condi.& demonſtrat.

56 Cæterùm à prædicta opinione diſſenſerunt Galliaula in d. l.Centurio.num.448.verſ.amplia tertiò,& Zanchus in l.hęredes mei. §.cum ita.in ſeptima parte.nume.72.ff.ad Trebell. qui quidem eiuſdem opinionis recenſet Alexand in conſilio 202.prope finem lib.7.Corneum in conſ.27.col.3.ver. quantum autem.lib.2. & Socinum Sen.in conſ.63.lib.1.& in conſ. 116.col.2.verſ.prima adducitur.li.3. Verùm Corneus nullum hac de re verbum nec etiam Socinum in dicto conſilio 63.

Diſſentire tamen mihi videtur Soc. ipſe Sen.in conſil.73.nu. 31. & in conſil.74. in fine.libr.4. Non eſt recedendum à prima opinione, quam defendi in d.conſ.393.num.30.Nec obſtat ratio conſiderata à Zancho, cùm dixit, teſtatorem ob id fortè vocaſſe etiam filios ſubſtitutio,ne alias ſubſtitutio propter præcedentiam ipſius ſubſtituti efficeretur caduca:ex quo non tranſmittitur. Non autem vt inſtitutum grauaret de reſtituendo filiis ſuis:Cùm confiſus ſit teſtator:patrem illorum filiorum in conditione poſitorum non priuaturum filios : atque ita ſatis eſſe videtur , quòd teſtator reſeruauerit his poſitis in conditione facultatem ſuccedendi ab inteſtato. Nam reſpondetur : quòd idem eſſet dicendum in primo caſu,quòd ſcilicet & in eo prouidere debuiſſet teſtator, ne inſtitutio efficeretur caduca in detrimentum filiorum ipſius inſtituti : Et in ſubſtitutione ita cõfidere potuit teſtator de illo patre ſubſtituto erga filios ſuos : ſicuti confiſus eſt in primo caſu. Et alia ſcripſi in d.conſ.393.nu.30.

57 Octaua eſt † coniectura,quando teſtator ita dixit.Inſtituo Caium & Sempronium filios meos:& ſi eorum vnus deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo ſuperſtitem & eius filios. Hoc in caſu illi filij præmorientis poſiti in conditione præſumuntur vocati. Hanc coniecturam quæ verè conuenit cum præcedenti, conſiderauit Riminaldus Sen.in conſ.189. nu.11.lib.1. quem ſecuti ſunt Zanchus in d.§.cum ita, in ſeptima parte num.73. & Ruſticus in d.lib.5.cap.3.nu.1.& 2. Ea ratione vſus eſt Riminaldus : quia ſi teſtator voluit,nepotes ex vno filiorum ſuperſtite eſſe vocatos ex teſtamento ad ſucceſſionem præmorientis:quantò magis voluit filios ipſos præmorientis in conditione poſitos? Cæterùm aliter reſpondit Ruynus in conſil. 102.nu.5.& in fine.lib.2. ea motus ratione : quia nepotes illi expreſsè vocati non cenſentur per fideicommiſſum : ſed per vulgarem loco patris vocati. Quæ ſane ratio non ſatis vera mihi videtur:cùm verius ſit,cenſeri vocatos per fideicommiſſum : vt ſuo loco infrà dicemus. Et alia acuta conſideratione Ruyni conſiderationem diluit præcitato in loco Ruſticus.

58 Nona eſt coniectura,† quando ij filij bis ſunt poſiti in conditione. Nam & tunc vocati ex teſtamento præſumuntur. Ita Corneus in conſil.73.num.8.libr.2. Gozad.in conſil.64.col. 2.verſ.tertiò.Gratus in conſ.89.nu.6.lib.2.Purpur.inter conſilia Siluani in conſil.53. num.4. Antonius Gabriel.in lib.4. Concluſionum.tit.de fideicommiſſis, in concluſ.4.nu.32.& Zanchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.nu.73.& hos ſecutus ſum in conſ.135.nu.7.in conſ.152.num 6.verſ.ſecundò accedit.lib.2.quo loci comprobaui ex his,quæ ſcripſi ſuprà in prima coniectura : qualitate illa maſculinitatis repetita. Hanc quoq; coniecturam probauit Ruſticus in d.lib.5.cap.2.nu.1.

59 Decima † eſt coniectura,quando teſtator in alio teſtamenti capite præſupponeret,hos in conditione poſitos eſſe vocatos:vt puta, ſi dixiſſet, ſi etiam ipſi filij filiorum inſtitutorum recuſabunt acceptare hæreditatem, &c. Nam hoc in caſu ij poſiti in conditione vocati cenſentur. Ita reſpondit Crauet. in conſ.62.num.11.quem ſecutus eſt Zanchus in d.§. Cum ita in ſeptima parte.nu.75. qui eiuſdem opinionis recenſet Socinum Sen.in conſil.74. col.8.lib.4. vel verius in conſil.73.qui tamen non loquitur hoc in caſu , ſed in caſu ſeptimæ coniecturæ ſuprà relatæ. Hæc coniectura confirmatur reſponſo Ruyni in conſ.160.nu.24.verſic.quamuis ergo, lib.2.qui dixit,poſitos in conditione cenſeri vocatos,quando in alia parte teſtamenti eſſent diſpoſitiue vocati. Idem reſponderunt Gratus in conſ.64.num.10.& manifeſtius in conſ.126.nu.8. lib.2.& Cephalus in conſ.476.num.11.lib.4.Hanc coniecturam probauit etiam Ruſticus in præallegatis commentariis, An & quando liberi poſiti in conditione vocentur.lib.5. cap. 2.nu.3.& cap.4.num.3.

60 Vndecima † eſt coniectura,quando adeſſet fauor piæ cauſæ : quod poſiti in conditione cenſerentur vocati. Nam tunc vocati dicuntur.Ita Iaſon in l.ſi quis id, quod.nu.22.ff.de iuriſd.omn.iud. Zanchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.num. 40.& nu.76. Et Iaſon motus eſt auctoritate Anchara.in conſ. 74. qui tamen hoc non dixit. Quocirca rectius à Iaſone diſſentiunt Ruynus in conſ.182.nu.9.lib.2.& Pariſius in conſil. 86.num.68.libr.2. & alios congeſſit Ruſticus in præallegatis commentariis, an & quando liberi poſiti in conditione vocentur.lib.3.cap.6.

61 Duodecima † coniectura eſt, quando in legatis & fideicommiſſis particularibus filij poſiti ſunt in conditione. Nam tunc vocati præſumuntur. Ita Angelus & Corneus in l.in legatis.C.de lega.Iaſon in conſ.4.col.4.lib.1.in l.ſi pecuniam, in ſecundo notab.ff.de cond.ob cauſam,Purpur.in l.1.col.pe. C.de pactis, Petra Sancta in ſing.61.& communem eſſe opinionem teſtatur Socinus Iunior in conſ.158.colum.vlt.lib.2. alios plures congeſſit Ruſticus in ſæpius allegatis commentariis,an & quando liberi poſiti in conditione vocentur.lib.3. cap.2.nu.1.& nu.12.teſtatur,eſſe magis receptam.

62 Ea † ratione ij moti ſunt,quia legata & fideicommiſſa ſingularia nutu relinqui poſſunt.l.nutu.de leg.3. Quæ ſanè ratio facile dilui poteſt : tum quia etiam fideicommiſſa vniuerſalia poſſunt nutu relinqui : vt tradunt Baldus in l. epiſtolam.C.de fideicom.& Soc.Sen.in conſ.113.col.1.lib.1. tum etiam quia negari poteſt , quod nutus hic ſit , vt poſiti in conditione dicantur vocati, quando legata ſic relinquuntur:Cùm dici poſſit,vt etiam in hæreditatibus, reſeruatum eſſe filiis ius ſuccedendi ab inteſtato. Quocirca ab Angelo & ſequacibus rectè diſſentiunt Socin.in l. Cum auus.col.pen.ff. de condit.& demonſtr.Iaſon in l.1.nu.10.C.de pactis. Galliaula in l.Centurio.num.99.verſ.tertiò lim.ff. de vulg.& pup.ſubſt.& ibidem Claudius Seyſellius col.pen.idem in l.ſi cum dotem num.12. verſ.ſed, quia iſta limitatio.ff.ſoluto matr. Alciatus in l.1.§.ſi quis ita col.4.ff.de verb.oblig & Zanchus in d.§. Cum ita.in ſeptima parte nu.78.& alij nonnulli commemorati à Ruſtico in d.cap.2.num.7.verſ.proinde contrariam. Qui quidem nu. 16. poſt Bero. declarat Angeli opinionem procedere in meris & puris legatis:non autem in aliis,quæ pure & mere legata non ſunt. Et num.19.intelligit pariter cum eodem Bero.in conſ.110.num.44.lib.2.non procedere in conditione ſubintellecta à lege, vt in caſu.l.cum auus.ff.de cond.& demonſtr.

63 Decimatertia † eſt coniectura, quando filij poſiti ſunt in conditione per ablatiuos abſolutos : vt ſi dixit teſtator. Non extantibus filiis. Nam tunc vocati cenſentur. Ita Corneus in l.1.col.3.verſ. nec obſtat dicto.C. de cond.inſertis. Lud.Bolog.in conſi.62.col.5. verſic. vel ſecundò dicamus,Ruynus in conſ.201.nu.3.lib.2.Decius in conſil.283.nu.5.in conſ.578. num.12.Curt.Iun.conſ.43.nu.7.Purpur.inter conſilia Siluani in conſil.53.nu.4.verſ.quinta colligitur coniectura:& Socinus Iunior in conſil.4.num.7.verſ.ſed pro nunc. Et hos retuli ac ſecutus ſum in conſil.152. num.9. lib.2. & latè defendi in conſ.393.num.22.lib.4.vbi aliquorum conſiderationes reieci. Et hanc coniecturam probauit etiam Ruſticus in præcitatis commentariis libr.6.cap.3. Ea ratione fulcitur hæc opi-
64 nio,quia † conditio,quæ inducitur ex ablatiuo abſoluto maiorem vim habet quàm habeant aliæ conditiones. Nam diſpoſitionis vim habet , quando teſtator poteſt diſponere.Ita Bart.in l.fideicommiſſa.§. cum eſſet.de leg.3. & in l.1.§. qui habebat.nu.4.verſ.nunc ad propoſitum.ff.de bono.poſſ.contratab.& in l.2.§. vlt.num.2.ff. ad Tertull. & Barba.in conſil. 34.col.4.in fine.lib.1. & ſenſit in ſpecie Alex.in conſ.185.nu. 19.verſ.nonò non obſtat lib.2. Quam quidem rationem confutarunt Alexander,Ruynus & Ripa,quos ſtatim commemorabo. Diſſentiunt itaque à prædictis Caſtren. in conſil. 359. ſupraſcriptus.D.conſultor lib.2.Io.de Anna.in conſ.68.prope finem.Alex.in conſil.105.num.7.lib.1. & in d.conſil.185. num.19.in reſponſione ad octauum, & in conſ.199.num.lib. 2. Curtius Sen.in conſil.64. col.4. latè Ruynus in conſ.141. nu.12.lib.3.Decius in conſil.63.col.2.& in conſil.89.nu.... Ripa in Rubr.ff.ſoluto.matr.nu.34.& in l.Centurio.nu.161. ff.de vulg.& pupil.ſubſt.Rubeus in l.pater filium.nu.76.ff.de inoffic.teſtam.&Zanchus in d.§.cum ita,in ſeptima parte.nu. 80.Non enim conditio ab his ablatiuis abſolutis plus opera-
65 tur hoc in caſu quàm aliæ conditiones. Nam † ablatiui abſoluti important diſpoſitionem , quando verba referuntur ad eum, qui vult agere ex illa diſpoſitione vt loquitur Bart.in d. §.cum eſſet : ſed in caſu noſtro verba non diriguntur ad filios poſitos in conditione , ſed ad grauatum ſub illa conditione. Præterea hæc verba : filiis non extantibus ſubſtituo Caium, nil aliud ſignificant quàm quod extantibus filiis , Caius non ſuccedat.Non autem operantur,vt ipſi filij dicantur ſubſtituti.Nec repugnat illa traditio Bart.in d.l.2.§.videndum.num. 2.ff.ad Tertull.quia(vt dicebat Caſtren.in d.conſil.359.col.1. verſic. nec obſtant notata) aliud eſt aliquem eſſe poſitum in conditione negatiuè, aliud ſi affirmatiuè.Qua de differentia ſtatim



dicemus. Et rurſus doctrina Bart.procedit in diſpoſitione legis,vt mox dicemus.

66 Decimaquarta † coniectura eſt , quando filij poſiti ſunt in conditione affirmatiuè,vt ſi teſtator ita dixit: Inſtituo Caium cui decedenti ſine liberis ſubſtituo Sempronium : ſi verò extantibus liberis deceſſerit Caius , Sempronius non ſuccedat. Ita exemplum poni poſſe exiſtimaui in hac coniectura quam in ſpecie probarunt Curtius Iun.in conſ.43.num.7.verſ.tertia etiam.Zanchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.num.82. Antonius Gabriel.in lib.4.concluſionum.in tit.de fideicommiſſis.concluſ.4.num.11.& in fine.& Ioſeph Ruſticus in præcitatis commentariis.An & quando filij in conditione poſiti vocentur.lib.5.cap.4.nu.1.Qui quidem moti ſunt auctoritate illa egregia Caſtren.in conſ.359.ſuprà ſcriptus.D.Conſultor. col.1.verſ.nec obſtant.lib.2.quem ſecuti ſunt Ruinus in conſ. 158.num.13.in conſ.181.in fine,& in conſ.201.num.4.lib.2. in conſ.134.col.2.& in conſ.141.nu.13.lib.3.Decius in conſil. 283.num.5.Gratus in conſ.3.num.22.lib.1.Zuchardus in l.1. num.86.verſ.vel poſito,quod.C.de pactis.& Natta in conſil. 551.num.11.lib.3. Dixit Caſtrenſis , declarando doctrinam Bart.in l.2.§.nunc videndum.num.2.ff.ad S.C.Tertull.quod aliud eſt aliquem excludere , ſi tales extabunt, vt puta,quod exiſtentibus agnatis , mater non ſuccedat. Hoc enim caſu agnati poſiti in conditione affirmatiuè dicuntur vocati. Nam alioqui fruſtra mater excluderetur, ſi agnati nõ eſſent vocati. Poſſent.n.adeſſe cognati propinquiores agnatis,qui admitterentur,excluſa matre:atq; ita matris excluſio facta reſpectu & fauore agnatorũ aliis quam ipſis agnatis prodeſſet, quod eſſe nõ debet.l.ſeruo legato.§.quod ſi teſtator.de leg.1 & l.actionem.C.de pactis. Aliud eſt ( ſubiunxit Caſtrenſis ) aliquem eſſe vocatum poſt mortem alicuius,ſi ex illo non extabunt liberi:atque ita quando liberi poſiti ſunt in conditione negatiuè.Hoc ſanè caſu liberi,ſi extabunt,non cenſentur vocati:ſed faciẽt deficere conditionem alterius, nempè ſubſtituti.Et illis liberis ſatis conſultum eſt per ſucceſſionem ab inteſtato: iuxtà ſecundam illam Doctorum opinionem , quam ſuprà in
67 initio huius diſputationis retulimus. Et rurſus, quando † ponuntur in conditione negatiuè,ſi non extabũt liberi: & deinde liberi extant , non dicitur eueniſſe conditio ſecundum teſtatoris diſpoſitionem : ſed euenit conditio contraria expreſſæ,ſed quando ponuntur affirmatiuè , putà , quod extantibus agnatis,mater ſuccedat:tunc ſi agnati extant , dicitur eueniſſe conditio expreſſa à ſtatuto. Quæ quidem dicitur multò fortior tacita. Et propterea agnati cenſentur vocati. Verùm reſpondetur,traditionem illam Barto.in d.§.videndum.num. 2. loqui & procedere in diſpoſitione legis,non autem hominis. Ita in ſpecie reſpondit Io.de Anna.in conſ.68.in fine , & alios congerunt Tiraquellus in l.ſi vnquam,in verbo,ſuſcepit liberos.num.106.in fine.de reuocan.donatio. & Zanchus in d.§. cum ita.in ſeptima parte.numero 82.in fine.Quocirca aduerſus Curtium Iuniorem , & alios ſenſit Ioan. de Anna.in dicto conſilio 68.& ego ipſe coniecturam hanc reieci in conſ.152. numero 21.libro 2.& Ruinus in dicto conſilio 134.libro.3.in ſpecie eiuſdem caſus reſpondit aduerſus Curtium. Etſi rectè perpendantur , vix eſt , vt in caſu ſubſtitutionis adaptari poſſit aliquod exemplum ſimpliciter affirmatiuæ conditionis.

68 Decimaquinta † coniectura eſt , quando per filios in conditione poſitos tacitè cenſerentur excluſæ aliæ perſonæ, quæ aliàs eſſent melioris,vel eiuſdem conditionis quam ipſi poſiti in conditione. Nam tunc ij in conditione poſiti cenſentur vocati. Ita reſpondit Ruinus in conſil.99.num.14.lib.1.& in conſ.140.num.14.lib.3.& ibidem num.16.dixit , hoc modo conciliari poſſe traditionem Bart.in d.l.2.§.videndum nu.2. ff.ad Tertull. cum illa opinione gloſ.in d.l.Lucius. la 2. ff.de hæred.inſtit.quæ contrariæ videntur. Gratus in conſ.48.nu. 14.lib.1.& in conſ.32.num.15.lib.2. Soc.Iun.in conſ.142.nu. 17.li.2.& Zanchus in d.§.cum ita.in 7.parte.nu.83.etſi dixit, id contingere non ob poſitionem in conditione: ſed propter aliarum perſonarum excluſionem , & alios hanc coniecturam probantes commemorauit Ruſticus in præcitatis commentariis,An & quando liberi poſiti in conditione vocentur.lib. 5.c.3.num.3.& cap.6.num.22.

69 Decimaſexta † coniectura eſt , quando teſtator vſus fuit conſilio Galli.Nam tunc filius in conditione poſitus cenſetur vocatus,& quidem directè ac primo loco.Ita Corn. in conſil. 97.col.2.verſ.ſimiliter.lib.2.Ferdinandus Loazes in annotatio.ad Galliaulam in l. centurio.nu. 449.ff. de vulg. & pupil. ſubſt.Fortunius Garzia in l.Gallus.in princ.nu.39.& ibidem Salomonius.nu.25. Soc.Iunior in conſ.29.nu.4.lib.3.Didac. in cap.Raynutius.§.3.num.9. de teſta.& Zanchus in d.§. cum ita, in ſeptima parte.nu.84.verſ.decimononò.Cæterùm,coniecturam hanc reiiciunt alij ferè omnes , qui ſcripſerunt , ſub Galli formula filium non videri inſtitutum : ſed ab inteſtato ſuccedere.Ita communem eſſe ſententiam atteſtati ſunt Alex. in conſ.185.num.17.lib.2. Iaſon in d.l.Gallus.in princ.num. 44. & ibidem Galliaula.nu.20. ſcripſit non eſſe ab hac communi recedendum in iudicando. Idem ſcripſit Ruſticus in præcitatis commentariis, An & quando liberi poſiti in conditione vocentur.libr.5. cap.4.nu.7. qui ſeriatim multos huius opinionis Doctores recenſet. Et illis accedunt Anch. in conſil.137.& Ioan. Marcus Aquilinus in d.l. Gall.§. & quid ſi tantùm,in prima parte numer.269.& ibidem Torniellus in quæſtionibus in q.1.num.24.

70 Decimaſeptima † coniectura eſt, quando conſtat,teſtatorem voluiſſe bona ſua cõſeruari in agnatione & familia.Nam tunc filij poſiti in conditione vocati cenſentur. Ita Corneus in conſil.59.num.20.lib.2.Soc.Sen.in conſ.250.in fine.lib.2. Ruynus in conſ.111.num.5. & in conſ.167.nu.13.lib.3. Gratus in conſ.89.nu.8. & in conſil.106.nu.46.lib.2. Curtius Iunior in conſ.43.nu.8.Mantua in conſ.22.col.5.lib.1.Antonius Gabriel.in lib.4.concluſionum in tit.de fideicommiſſis concluſ.4.nu.28.34.42.& nu.45. Cephalus in conſ.251.num.81. lib.2. & Decianus in conſ.103.num.27.libr.2. & hos ſecutus ſum in conſ.393.nu.32.lib.2. & alios nonnullos refert Ruſticus in dictis Commentariis,an & quando liberi poſiti in conditione vocentur lib.3.c.5.nu.1. Afferri ſolet primum exemplum , quando prohibitio facta eſt, ne bona alienentur extrà familiam.Ita Corneus,Socin.Sen.& Curtius in locis præallegatis,& alios retulit Ruſticus præcitato in loco,qui nu.12.dixit, ab hac Cornei & ſequacium opinione, non eſſe recedendum.Verùm hoc exemplum damnant Alex.in conſ. 202.col. 1.lib.7. Corneus in conſ.186. col.3.lib.3. Soc.Sen.in conſil. 69. col.5.& in conſ.116.col.3. verſ. quæ omnia.lib.3.Pariſius in conſ.44.col.3.lib.2.& Zanchus in d.§.cum ita , in ſeptima parte num.13.ij ſanè ſcribunt, filios in conditione poſitos dici non poſſe vocatos , ob adiectam prohibitionem, ne bona extra familiam alienentur. Quorum traditio ea ratione probatur:quia prohibitio, ne bona alienentur extra familiam:eſt acceſſoria diſpoſitionis principalis, & propterea eam non mutat, nec auget:ſed ab ea regulatur ſicuti copioſè poſt alios explicaui in conſil.376.num.49.libr.4. Cæterùm reſponderi poteſt,id procedere,quando ex antecedentibus conſtaret,teſtatorem noluiſſe diſpoſitiuè vocare:vt declarabimus infrà in præſumpt.vbi explicabimus, an & quando præſumatur fideicommiſſum ex prohibitione alienationis. Hoc exemplum coniecturámque extendit & declarat Ruſticus qui ſupra.nu. 9.10.11.& num.17.ſecundum exemplum adducitur , quando ſcilicet teſtator dixit , velle bona ſua tranſire de deſcendente in deſcendentem.Ita Pariſius in conſ.37.col.4.lib.2.& Antonius Gabriel.in d.concluſ.4.nu.39.Eſt & tertium exemplum, quando hæreditas eſſet grauata onere reali. Ita Pariſ. in conſ. 37.numer.22.lib.2.Curtius Iunior in conſil.139 numero 20. Nonius in conſil.32.colum.2.& Ruſticus vbi ſupra lib.5.cap. 5.numer.8.

71 Decimaoctaua eſt † coniectura, quando teſtator grauauit hæredes ſuos, vt perpetuò curarent fieri anniuerſarium in aliqua eccleſia. Hoc enim onus ſignificat eſſe vocatos omnes
72 deſcendentes teſtatoris:cum in teſtamento aſcendentis † hoc nomen hæredibus intelligatur de hæredibus ſanguinis : hoc eſt de deſcendentibus.l.ex facto.§.vlti.ff ad Trebell.Ita coniecturam hanc in ſpecie probarunt Matthæus Gribal. inter conſilia Portij in conſ.40.num.13.& ſequitur ipſe Portius in conſil.46.nu.17.& Ruſticus in d.lib.5.cap.5.nu.12.qui num. 13.refert Curtium Iun. in conſ.87.nu.6.verſ. accedit ad confirmationem:quem ipſemet Ruſticus retulit.& in cap.6.num. 4.Reſpondit Curtius,quando teſtator hæredibus inſtitutis,& deſcendentibus poſitis in conditione impoſuiſſet onus prouidendi de capellano in aliqua Capella in perpetuum, Ita quòd deſcendentes eſſent patroni.Ex hoc enim ſequitur, voluiſſe

luiſſe ſuos illos omnes deſcendentes eſſe debere hęredes: cum ad eos tantum tranſeat ius patronatus. Et Curtium ſecutus eſt Marzarius in conſ.1.num.36.& 37.

73 Decimanona, quando † in conditione poſitus eſſe nepos teſtatoris ejuſdē nominis: vt quia auus vocabatur Pompeius, eodémque nomine nepos, & dixiſſet. Et ſi ſine filio Pompeo mei nominis deceſſerit, ſubſtituo Alexandrum. Hoc in caſu coniectura deſumitur, teſtatorem vocaſſe Pompeium illum in conditione ſic poſitum. Ita Ruſticus in d.cap.6.nu.6. egregiè & acutè coniecturam hanc perpendit. Quam veriſſimam ſi is inſtitutus alios haberet filios, vel facilè potuiſſet ſuſcipere. Hunc.n. nominatim in conditione poſitum videtur prædilexiſſe, & aliis antepoſuiſſe: & propterea ex teſtamento debet ſuccedere: alioqui ab aliis non differet: cum & illi ſucceſſuri ſint patri ab inteſtato.

74 Vigeſima eſt † coniectura, quando teſtator habuiſſet reſpectum ad ſtirpes & non ad capita hæredum inſtitutorum, & grauatorum. Hanc eſſe pulcherrimam cōiecturam nouè ſcripſit bene eruditus Ruſticus in d.cap.6. nu. qui ſcribit, ita reſpondiſſe Cephalum in conſ.419.nu.15.lib.3. Cæterum animaduerti Cephalum in d.conſ.419.nu.75. ea ratione nō probaſſe hanc coniecturam: quippè quod illa verba, in ſtirpes & non in capita non referuntur ad perſonas filiorum in conditione poſitorum, cum eis non conueniant, ſed ad perſonas ſubſtitutorum, qui eueniente conditione, quod hæres decedat ſine filiis, ſucceſſuri ſunt. Nec aliquo modo prædicta verba concipi ita poſſunt, vt poſitis in conditione conueniant: ſicuti reſpondit in ſpecie à Cephalo & Ruſtico non animaduerſo Iaſon in conſ.143.col.pen.verſ.non obſtat quartum, & col.vlt.verſ.2.reſpondetur.lib.2. Cum enim teſtator ponit in conditione filios hęredis ita vel ſimili alio modo dicere ſolet. Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis, ſuccedant agnati in ſtirpes & non in capita, atque ita clauſula hæc in ſtirpes, non refertur ad ipſos filios poſitos in conditione, ſed ad agnatos vel ſimiles qui ſubſtituti ſūt. Et ſi diceremus, referri ad ipſos filios in conditione poſitos, iam non eſſent poſiti in conditione ſed expreſsè vocati.

75 Vigeſima † prima eſt cōiectura cōſiderata à Celſo Vgone in conſ.20.n.39. qua probauit & Ruſticus in d.c.6.n.9. quando ſcilicet teſtator in ſubſtitutione mentionē deſcēdentiũ fecit. Nam cum (inquit Celſus) diſpoſitio extēdi debeat ad omnes in infinitum vſq; iuxta ſententiã Beluiſij in §.nos igitur in Auth.de reſt.fideicom.atq; ita vltra decimũ gradũ, dicendum eſt, teſtatorē nō reſeruaſſe ius legitimarũ hęreditatũ: cùm poſt
76 † decimũ gradũ nō detur ſucceſſiuo ab inteſtato.§.vlt.in inſt. de cogna.ſucceſſ. Hanc coniecturã probauit & Ceph.in conſ. 419.n.10.lib.3. Et ſi vſus non eſt ratione à Celſo conſiderata. Exiſtimo eſſe hic conſiderandũ: quod in caſu Celſi, aut illa deſcendentiũ mentio poſita fuit in ſubſtitutione reſpectu ipſiuſmet ſubſtituti, quē vocauit ac omnes ab eo deſcēdētes. Et hoc caſu eſt certũ hoc deſcendentes ſic diſpoſitiuè vocatos ſuccedere vſq; in infinitum. Aut hæc deſcendentiũ mētio facta fuit propter perſonã inſtituti, cui facta fuit ſubſtitutio: vt ſi teſtator ita dixit. Inſtituo Caium: Et ſi ipſe deceſſerit ſine deſcendētibus ſubſtituo Sempronium. Hoc in caſu, quē Celſi fuiſſe opinor, dicendum eſt, coniecturam hanc non marmoream, vt ipſe dicebat, ſed leuem eſſe: imò nil plus continere quã quod dixit Scæuola in l. Lucius. la.2.ff.de hæred.inſt. vbi teſtator ille poſuit in conditione inſtituti liberos: quorum appellatione continentur deſcendentes in infinitum, vt tradunt per multi, quos congeſſi in conſil.1.num.194.lib.1.

Nec repugnat, ſi dicatur, imò teſtatorē in caſu d.l.Lucius, poſuiſſe in cōditione filiũ, filiamuè patris inſtituti; Sicuti formula relata à Scęuola manifeſtè oſtendit: quia reſponderi poteſt, Scæuolã intellexiſſe, teſtatorem illum poſuiſſe in conditione non ſolũ primi gradus filios: ſed & alios vlterioris gradus: & in ſpecie ſic interpretati ſunt Cæpolla in conſil.7. col. vlt. in ciuilibus, Soc.Sen.in conſ.250.col.3.& 4.lib.2.& Marzarius in conſ.1.nu.34. Prætereà, mihi videtur, quod conſiderari hic non poſſint deſcendentes vſq; ad decimũ gradũ & vltrà: cum nemo tandiu viuere poſſit, vt ſuperſtes ſit tēpore quo habeat vnũ ex deſcendentibus decimi gradus, ſi enim teſtator ita dixit. Inſtituo Caium, & ſi ipſe deceſſerit ſine deſcendentibus, ſubſtituo Sempronium: fieri quidem poteſt, quod Caius iſte tempore mortis ſuæ habeat nepotem ex filio præmortuo, vel pronepotē ex iam defuncto nepote, qui quidē ſic exiſtentes excludãt ſubſtitutum: ſed dari nō poteſt caſus, quod Caius iſte tempore mortis ſuæ habeat deſcendentes vlterioris gradus, maxime decimi gradus, iuxta conſiderationem Celſi.

Vigeſimaſecunda eſt coniectura, quam ex eodem Celſo in d.conſil.20.nu.38.verſ.vlterius attendatur, retulit & conſiderauit Ruſticus in d.c.6.nu.11. quando ſcilicet teſtator dixit: ei, vel eis ſubſtituo. Cæterum, ſi rectè perpendantur Celſi verba, non eſt hæc noua coniectura: ſed illa ſecunda, quam ſupra retulimus, nempè quando teſtator grauauit ipſoſmet poſitos in conditione, eis (vt loquitur Celſus) ſubſtituendo.

77 Vigeſimatertia † eſt coniectura, quando filij poſiti ſunt in conditione ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. Ita reſpondi in conſil.135.numer.11.lib.2. ex ſententia Alberici, Caſtrenſis, Barbatiæ, Boërij, & Zanchi. Etſi Ruſticus in d.cap.6.num.13. dubitat: exiſtimans nō eſſe tutum recedere ab opinione gloſſæ, ſed certè Accurſius non loquitur hoc in caſu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.

78 Vigeſimaquarta † eſt cōiectura, quam ex Cephalo in conſ. 478.num.31.verſ. quarta eſt coniectura: conſiderauit Ruſticus in d.cap.6. nu.14. quando ſcilicet teſtator in vltimo ſubſtitutionis gradu ita dixit: Ita & taliter, quod ipſius teſtatoris hæreditas & bona remaneant in eius hæredes & eorum deſcendentes, &c. Verùm aduertendum eſt, Cephalum ne verbum quidem de noſtra hac diſputatione: quòd poſiti in conditione ſint vocati, feciſſe.

79 Vigeſimaquinta † eſt coniectura, conſiderata à Ruſtico in d.cap.6.num.20. ex ſententia Marzarij in conſ.1. nu.39.verſ. ſexta coniectura: quando ſcilicet teſtator in fine ſubſtitutionum excludit fœminas propter pauperes Chriſti: Ex hoc colligitur voluiſſe multo magis fœminas excludi à filiis maſculis, ſi hanc coniecturam intelligimus ob rationem conſeruandæ agnationis, & qualitatis maſculinitatis: ſicuti exiſtimo ſenſiſſe Marzarium, non differet, à prima, quam ſupra retulimus.

80 Vigeſimaſexta † eſt coniectura perpenſa à Ruſtico in d.c. 6.nu.21. auctoritate Rim.Sen.in conſ.243.nu.90.verſ.& maximè lib.1. Gozad.in conſ.64.nu.13. Crauettæ inter conſilia Marzarij in conſ.5.n.9.verſ.quartò vacua, & Simonis Prætii in lib.3.interpreta.vltim.volunt.ſolut.3.nu.5. quando ſcilicet teſtator prohibuit omnibus iis, quibus hęreditas peruentura eſſet, Trebellianicæ detractionem. Hac ſanè ratione, filij poſiti in conditione præſumuntur vocati, coniecturam hanc probauit & Ceph.in conſ.419.nu.18.lib.3. etſi nec Rimin. Gozad. ac Crauettę immemor fuit. Cæterum, (vt ingenue fatear) probari mihi nunquã potuit cōiectura hæc: Quandoquidem prohibitio detractionis Trebellianicæ reſpicit perſonam ſubſtituti, cui inſtitutus ſine liberis decedens grauatus eſt reſtituere. Non autem reſpicit perſonã filiorũ ipſius inſtituti, niſi dicamus, ſecundũ opinionē affirmatiuã & veriorē, eſſe vocatos ex teſtamento. Vocatione ſuppoſitã, prohibitio detractionis eis fauet: Non autem, ſi vocatos non prę́ſupponimus: cum (vt diximus) teſtator reſpectu ſubſtituti prohibitionem fecerit.

81 Vigeſima † ſeptima eſt coniectura, quam conſiderauit Ruſticus in d.cap.6.nu.12. ex Ruyni, Socini Sen. Pariſij & Crauettæ ſententia: quando ſcilicet melior eſſet cōditio tranſuerſalium quam deſcendentium ipſius inſtituti. Verum exiſtimo hanc coniecturam non differre à dęcimaquinta ſupra commemorata.

82 Vigeſima † octaua eſt coniectura, quam perpendit Ruſt. d.c.cap.6.num.23. auctoritate Simonis Præti in lib.3. de interpretatione vltimarum voluntatum. Solut.3. numer.6.pag. 99. ſecundum impreſſionem Francfortenſem, quando teſtator adiecit in teſtamento clauſulam, omni meliori modo. Hęc ſanè clauſula (inquit Prætus) operatur, vt filij poſiti in conditione præſumantur vocati. Hæc coniectura mihi non ſatis probatur: cum clauſula omni meliori modo, tunc operetur, quando diſpoſitio & actus non poteſt valere aliquo modo: ſecus ſi poteſt. Ita declarat Curt.Iun.in conſ.73.num.22. qui multis ſimilibus comprobat. Idem etiam ſcripſit Felinus in cap.Cum ſuper nu.11.de off.deleg. Porrò in caſu noſtro, diſpoſitio teſtatoris, qui filios in conditione poſuit, ſatis valida eſt, vt intelligatur, filiis illis reſeruata ſucceſſio ab inteſtato. Non ergo operari debet, vt filij cēſeãtur ex teſtamēto vocati. Præterea aut hęc verba: ſi filius meus inſtitutus deceſſerit ſine

libe-



liberis, ſunt apta, vel ſunt inepta ſignificare liberos eſſe vocatos ex teſtamento: ſi concedimus, eſſe apta ſecundum opinionem affirmatiuam, non eſt vt ad clauſulam hanc, omni meliori modo, confugiamus. Aut admittimus eſſe inepta: & tunc clauſula prædicta non reddit ea apta. Sicut tradunt Fel.in d.c. cum ſuper.num.12. Caſſado in deciſ.7.num.7.de appellat. & Capicius in deciſ.96.num.9.

83 Vigeſimanona † eſt coniectura, quando extaret in ciuitate ſtatutum, ſicuti Romæ, quod filij poſiti in conditione cenceantur vocati. Hoc ſanè caſu teſtator ponendo filios in conditione præſumitur voluiſſe eos vocare ex teſtamento, vt ſua voluntas ſtatuto conformis ſit. Ita reſpōdit Hieronymus Gabriel in conſ.115.num.1.& 2.lib.1. quem ſecutus eſt Ruſticus in ſæpius allegatis Commentariis, an & quando liberi in conditione poſiti vocentur.lib.5.c.7.in fine. Quo quidem in capite declarationes perplures commemorauit ad gloſ.d.l.Lucius.la 2.de hæred.inſti. Quæ ſanè declarationes verè ſunt ex coniecturis ſuprà relatis. Et propterea tanto labori, & repetitioni parcendum erit. Hæc autem coniectura non meretur cōiecturæ nomen: cum lex ipſa municipalis ſuſtulerit omnem dubitationem, circa quam coniecturæ verſantur.

84 Trigeſima † coniectura conſiderari ſolet quando teſtator dixiſſet, de hærede in hæredem, donec ſuperfuerint maſculi de domo. Hæc ſanè formula inducit vocationem poſitorum in conditione: vt reſpondit Pariſius in conſil.52.num.14.& in conſ.63.nume.29.lib.2. quem ſecuti ſunt Simon de Prætis de interpretatione vltimarum voluntatum.lib.3.ſolutio.3.num. 18.& Ruſticus in loco præalleg.lib.5.cap.7.in fin. eſt ſimile, quando teſtator dixiſſet, quod non ſuccedat donec vſque alter ſuorum deſcendentium erit ſuperſtes. Ita reſpondit Gratus in conſ.116.col.pen.lib.2. quem ſecutus eſt Antonius Gabriel in d.concl.4 nu.48.& idem verè ſenſit Ruinus in conſ. 108.num.13.lib.2. Et idem affirmauit Ruſticus in d.c.6.nu.1. Verùm à prædictis diſſentiunt Alex.in conſ.29.num.11.lib.5. quem retulit & ſecutus eſt Zanchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.num.15. qui Ruinum ſuprà allegatum pro ſua opinione retulit: cùm tamen reſpondendo de eadem facti ſpecie contra Alex.in d.conſ.29. contrarium ſcripſerit.

85 Trigeſimaprima, & vltima † eſt coniectura conſiderata à Soc.Iun.in conſ.174.num.24.lib.2.& quam ego ipſe probaui in conſ.393.num.31.lib.4. quando ſcilicet teſtator filios à ſe inſtituto ſubſtituit compendioſè. Nam tūc filij ipſius inſtituti etſi poſiti in conditione, attamen dicuntur vocati. & Socin. etiam ſecuti ſunt Cephalus in conſ.419.num.8.lib.3.& Thobias Nonius in conſ.31.num.14.& in conſ.32.& num.12. Etſi diſſentiat Zanchus, quem viſus eſt ſequi Ruſticus in dicto capit.6.

86 Declaratur † primò prædictę omnes coniecturæ, vt locum habeant ſolùm reſpectu portionis patris ſui, cuius cauſa filij ipſi fuerunt in conditione poſiti. Nam quò ad eam portionem vocati cenſentur: ſecus verò quò ad portiones aliorum inſtitutorum. Ita reſpondi in conſ.348.num.10.lib.4. poſt Socin. Seniorem in l.hæredes mei.§.cum ita.num.3.verſ.primus caſus.ff.de condi.& demonſtr.& ibidem. Ripa num.29.& eundem Ripam in l.Centurio.num.166.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. & in l.1 num.11.C.de pactis. Ruin.in conſ.155.num.12.lib.3. qui reſpōdit, quod filij dicuntur vocati ad portionem matris, non autem amitæ. Idem manifeſtè in conſ.134.nume.7.verſ. prætereà, eo lib.3. ſcripſit, filios poſitos in conditione cenſeri vocatos quò ad portionem eorum patris: non autem patrui. Idem Ruinus in conſ.141.col.pen verſ.poſtremò.& in conſil. 142.num.5.lib.3. Pariſius in conſ.18.num.61.lib.2. Alciatus in reſp.546.num.1. Et in claris noſtris terminis idem reſponderunt Curtius Iunior in conſ.135.num.6. Natta in conſ.551. num.6.& num.7.& Crau.in conſ.306.num.1.& alios nonnullos prædictis adiunxit Ruſticus in ſæpius allegatis commentariis, An & quando liberi in conditione poſiti vocentur.lib.
87 5.cap.9.nu.1. Ea ratione † fulcitur hæc declaratio, quia poſitio illa in conditione eſt limitata quò ad perſonam & portionem patris ipſorum filiorum ſic in conditione poſitorum. Ergò limitatum effectum parere debet.l.in agris.ff.de acquiren. rerum dom. atque ita cenſeri debent ij filij vocati quò ad portionem ipſius patris. Et comprobatur declaratio hęc eo ſimili, quo dicimus, quod ſi teſtator inſtituit plures hęredes, & eos eorumque filios inuicē ſubſtituit, intelligitur, quod filij vnius ſint inuicem ſubſtituti reſpectu portionis paternę: non autem aliorum inſtitutorum ſicuti poſt Alciatum in reſp.546.col.1. reſpondi in conſ.376.num.26.lib.4. vbi alia ſimili traditione comprobaui: & ſcripſi etiam ſuprà in præſumpt. vbi diſſerui de reciproca.

Cęterùm declarationem hanc improbarūt Ruinus in conſ. 139.num.19.lib.3. Socinus Iunior in conſ.110.num.39.lib.3. Craue.in conſ.130.num.6.& in conſ.885.in fine.& Zanchus in d.§.cum ita. in ſeptima parte.num.85.& parte octaua.nu. 228. Ea ratione moti ſunt, quod faciliùs debent cenſeri ij filij vocati ad portionem cohæredum quàm ad illam patris, vt reſponderunt Comeſ.in conſil.123.col.pen.Soc.in l.cum auus. col.vlt.& Ruinus in conſ.102.num.10 in fine lib.2. Quæ ſanè ratio repugnare mihi videtur l.Lucius.la 2 ff.de hæred.inſtit. vbi ſicuti teſtator dilexit fratrem, ita & eius filios, reſpectu ſcilicèt eius portionis.

Ex hac declaratione infertur, quod ij poſiti in conditione multò minus inter ſe reciprocè ſubſtituti, & vocati dicuntur. Ita ad rem ſcripſit Zanchus in d.§.cum ita. in ſeptima parte. num.87. adductus auctoritate Riminal.Sen.in conſil.326.nu. 25.verſ.prætereà.lib.2.& Ruini in conſ.141.in fine.li.2. Qua de re ſcripſi ſuprà in præſumpt. vbi de reciproca diſſerui.

Hæc declaratio multis modis reſtringitur vt refert Zãchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.num.88.89.90.& 91. vt apud eum. Et refert, ac ſequitur Ruſticus in d.cap.9.nu.8.9.& 10.

88 Declaratur † ſecundò prædictæ coniecturæ, vt locum non habeant, quando ceſſaret ratio poſitionis in conditione. Nam tunc vocati nullo modo cenſentur. Ita Butrius in conſ. 27. Socinus Sen.in conſ.73.nume.31.lib.4.& Zanchus in d.§. cum ita.in ſeptima parte.nume.92.& Ruſticus in d.cap.9.nu. 13. Exempla ex Butrio, & Socino habentur.

89 Declaratur † tertiò, vt locum non habeant hæ coniecturę, quando ij poſiti in conditione eſſent in alio teſtamenti capitulo expreſsè vocati. Nam tunc in eo capitulo, in quo poſiti ſunt in conditione nunquam cenſentur vocati. Ita reſponderunt Soci.Sen.in conſ.116.col.2.verſ.& in terminis.& col. 5.verſic.prætereà.lib.3. Pariſius in conſil.86.num.40.lib.2.& Zanchus in d.§.cum ita.in parte ſeptima.num.93 & attigi ſuprà in ſecunda coniectura, in declaratione ſecunda.

90 Declaratur † quartò, vt locum non habeant hæ coniecturæ, quando vltra conditionem, ſi ſine filiis, adiecta eſſet alia conditio, vt putà, ſi ſine teſtamento, vel alienatione bonorum. Nam tunc dicti filij, ſtantibus coniecturis vocationis, venire non poſſunt tanquam ſubſtituti: ſi pater in teſtamento, vel inter viuos de bonis illis aliquid alienauit. Ita declarauit Zanchus in d.§.cum ita.in ſeptima parte.num.94. & ſequitur Ruſticus in d.cap.9.num.14. Ea ratione vſus eſt, quod ij filij poſiti in conditione vocati ſint ſub multis conditionibus: & illæ omnes verificatæ nō ſint, ob earum defectum non ſuccedunt, vt probat ipſe Zanchus.

91 Declaratur † quinto, vt locum non habeant prædictæ coniecturæ, quando teſtator voluit, teſtamentum ſuum intelligi debere, vt iacet ad literam, & ſine aliqua interpretatione. Nã tunc filij poſiti in conditione non cenſentur vocati. Ita reſpōderunt Bero.in conſ.57.num.63.lib.3.& Roland.in conſ.51. num.13.lib.3. Et ſecutus eſt Ruſticus in d.c.9.in fi.& ad rem conferunt quæ dicemus infrà in præſumpt. vbi explicabimus. l.cum auus.ff.de condit.& demonſt.

His intelligimus, quibus in caſibus poſiti in conditione præſumantur vocati, vt ſuccedant ex teſtamento. Quæ ſanè diſputatio ſummæ eſt vtilitatis, vt mox ſubiiciam, ſed prius explicandum eſt, & hoc quidem paucis, quo modo ij ſic vocati cenſeantur ſubſtituti, an ſcilicet directò, vel per fideicommiſſum. Qua de re ſunt opiniones.

92 Prima † eſt eorum, qui dixerunt, hos cenſeri vocatos per compendioſam: atque ita vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum. Ita ſenſit Bart.in dicta l.Lucius.la 2.in fine.ff.de hæredibus inſtitu. manifeſtè Corneus in conſilio 273.colum. 4. numero ... libro 4.& Curtius Iunior in conſilio 48.columna penultima. Quæ quidem opinio defendi poteſt, quando teſtator poſuit in conditione ſub verbis denotantibus compendioſam, vt ſi dixit. Quandocunque deceſſerit ſine filiis. Ita Ruinus in conſilio 158. numero decimotertio, libro 2.& in conſilio 139.nume.23.in conſilio 141.col.penult. verſ.poſtremò li.3. Idem quãdo dixit, vulgariter, pupillariter,



& per

& pet fideicommiſſum, vt poſt alios tradit Zanchus, quem mox referam.

93 Secunda eſt † opinio eorum, qui dixerunt, per ſolam fideicommiſſariam tantùm cenſeri vocatos. Ita reſpondit Soc. Sen. in conſ. 140. col. 1. lib. 1. Quæ ſanè opinio defendit eo in caſu poteſt, quando ſubſtitutio concepta eſt verbis ſignificantibus tractum temporis ſucceſſiuum. ſicuti manifeſtè reſpondit Ruinus in conſ. 142. col. antepen. verſ. Non obſtat etiam lib. 3. Boer. in q. 155. nu. 20. quos ſecutus ſum in conſ. 135. nu. 11. lib. 2. Et hanc eſſe veriſſimam opinionem dixit Ruſticus in ſæpius allegatis commentariis, an & quando liberi poſiti in conditione vocentur. lib. 6. c. 5. nu. 7. Nec repugnat quod reſpondit Ruinus in conſ. 128. nu. 15. lib. 3. quem ſecutus eſt Zanchus in d. §. cum ita, in ſeptima parte. nu. 104. ac etiam cum his ſenſit Soc. Iun. in conſ. 39. col. 1. lib. 3. Dixerunt ij, quod licet principalis ſubſtitutio ob illa verba ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, ſit fideicommiſſaria attamen quò ad filios in conditione poſitos, illi non dicuntur vocati per fideicommiſſum: ſed per vulgarem in defectum patris. Verùm reſpondetur Ruinum loqui, vt declaraui in conſil. 325. nume. 43. libr. 4. de quo infrà.

94 Tertia eſt opinio † eorũ qui ſcripſerunt, quod ij filij in conditione poſiti ſolùm dicuntur vocati per vulgarem. Ita reſponderunt ſibi parum conſtantes Soc. Sen. in conſil. 114. col. pen. lib. 1. & apertius in conſ. 69. nu. 4. & 5. & in conſ. 104. col. pen. lib. 3. & idem ſcripſerunt Riminaldus Senior in conſ. 326. nu. 31. lib. 2. & Zanchus in d. §. cum ita in ſeptima parte num. 100.

95 Crediderim † hac in diputatione eſſe diſtinguendum, vt diſtinxi in conſ. 325. nu. 43. lib. 4. ex ſententia Ruini in conſil. 128. num. 15. lib. 3. locum indicaſſe ſufficiat.

96 Vtilitates huius † principalis diſputationis, quod ſcilicèt poſiti in condititione ſint vocati permultæ ſunt.

Prima eſt, quia etſi quando pluribus inſtitutis facta eſt ſubſtitutio poſt mortem eorum vltimi cenſeatur inducta inter eos reciproca ſubſtitutio: vt ſcripſi ſupra in præſumpt. Attamen quando ſubſtitutio facta eſt poſt mortem vltimi ex poſitis in conditione non cenſetur inducta reciproca inter eos. Et ratio eſt, quia ſi ij poſiti in cõditione non dicuntur vocati, vt ex teſtamento ſuccedant, nec etiam dici poteſt, quod inter eos ſit inducta reciproca. Ita ad rem ſcripſit Zanchus in d. §. cum ita in ſeptima parte numero. 1. & copioſè ſcripſi in dicta præſumpt.

Secunda eſt vtilitas in caſu. l. cum auus. ff. de condit. & demonſt. quę locum non habet in poſitis in conditione tantùm: cum requiratur, quod ſint vocati: ſicuti ſcripſerunt Soc. in d. l. cum auus. nume. 58. Decius in l. generaliter. §. cum autem nu. 12. C. de inſtit. & ſubſti. Ruinus in conſi. 106. col. penul. lib. 2. cum quo de eadem facti ſpecie reſponderunt Curtius Iunior in conſi. 33. num. . . . . verſ. 2. principaliter, & Socin. Iunior in conſil. 100. num. . . . . lib. 1. Et hanc vtilitatem in ſpecie conſiderauit Zanchus in d. §. cum ita. in ſeptima parte. in princip. & diſſeremus infrà in pręſum. vbi explicabimus d. l. cum auus.

Tertia eſt vtilitas ſecundum Zanchum præcitato in loco,
num. 1. quia ſi ij poſiti in conditione ſunt vocati præferuntur
ſubſtituto, etiam qui aliàs eos ab inteſtato excluderet, ſecus ſi
vocati non ſunt. Exemplum affertur, vt ſi poſitæ ſunt in con-
ditione filiæ, quæ alioqui ab inteſtato excluderentur ab agna-
tis ex ſtatuti diſpoſitione ſi hæ dicentur ex teſtamento vocatæ
97 excludent ipſæ agnatos. Nam † quando locus eſſe poteſt ſuc-
ceſſioni ex teſtamento, ceſſat illa ab inteſtato. l. quandiu. ff. de
acquir. hæred. & l. quandiu. ff. de reg. iuris, & in ſpecie aliorum
auctoritate præſertim Bruni comprobauit Zanchus præcita-
to in loco nume. 53.

Quarta eſt vtilitas, quia ſi ij poſiti in conditione ſunt vocati poterunt reuocare bona ab eorum patre alienata, ſi eius hæredes non erunt; ſecus verò ſi non ſunt vocati. Hanc vtilitatem probarunt Caſtrenſis in l. filiusfam. §. cum quis. de leg. 1. & in conſilio 279. Præſuppoſito ſtatuto. colum. 2. lib. 2. Comenſ. in d. l. Lucius. la. 2. nume. 6. ff. de hæred. inſtit. Alexan. in conſi. 69. col. 3. lib. 2. Socin. Sen. in conſi. 116. col. 3. verſi. præterea mortuo. lib. 3. Galliaula in l. Centurio. nume. 447. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Pariſius in conſi. 87. col. pen. lib. 2. Didacus in cap. Raynutius. §. 3. nume. 1. de teſtam. Zanchus in d. l. hæredes mei. §. cum ita in ſeptima parte. num. 2. & Cephalus in d. l. Centurio. num. 963.

Quinta eſt vtilitas, quia ſi ij filij poſiti in conditione non dicuntur vocati, non poterunt, repudiata hęreditate patris, vel legitimè exhæredati venire ad bona teſtatoris, licèt non alienata: ſecus verò ſi dicerentur vocati. Ita Baldus in d. l. Lucius, Caſtr. in d. l. filiusfam. §. Cum quis. Galliaula in d. l. Centurio. num. 447. verſ. ſecunda vtilitas. Boerius in quęſt. 155. Zanchus in d. §. cum ita. num. 2.

Sexta eſt vtilitas, quia ſi hæres extraneus decederet non a-
dita teſtatoris hæreditate, eius filij poſiti in conditione regu-
98 lariter conſequi non poſſent bona illa: cum † hæreditas non
adita non tranſmittatur: ſecus verò ſi eſſent vocati. Nam tunc
poſſunt bona illa obtinere iure fideicommiſſi, prouiſo tamen
prius de hærede. Hanc vtilitatem probarunt Galliaula in d. l.
Centurio. num. 447. verſ. tertia vtilitas, Boer. in d. q. 155. num.
. . . . & Zanchus in d. §. cum ita. in ſeptima parte. num. 2. verſ.
6. & vltima.

Septima eſt vtilitas. Nam ſi ij filij poſiti in conditione non
ſunt vocati ex teſtamento, ſed ſolum ab inteſtato, & inſtitutus
non efficiatur hæres, agnati tanquam proximiores poterunt
ſuccedere ab inteſtato. §. proximus, Inſti. de legit. agna. ſucceſ.
ſi verò inſtitutus adiret hæreditatem, illi agnati non poſſent
99 ſuccedere ab inteſtato: quia (vt dixi ſuprà) quandiu † locus eſſe
poteſt ſucceſſioni ex teſtamento, ceſſat illa ab inteſtato. d. l.
quandiu. ff. de acquir. hæred.

Et hoc quidem intelligitur, niſi ille hæres inſtitutus dece-
deret inteſtatus. Nam tunc eius filij in conditione poſiti im-
mediatè ſuccedendo patri eſſent etiam hęredes teſtatoris, per
100 regulam quod † hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris. l. vlti.
C. de hęred. inſtit. Cùm enim ſuccederent immediatè ab inte-
ſtato, viderentur habere hęreditatem teſtatoris etiam ab inte-
ſtato, ſed mediatè ex teſtamento: cùm inſtitutus, cui filij ſucce
derent, ex teſtamento ſucceſſiſſet, iuxta l. 1. & l. 2. ff. de petitio.
hæred. Ita in ſpecie hanc vtilitatem cõſiderarunt Imola in d.
l. Lucius, la 2. col. 4. verſ. item aduerte. ff. de hæred. inſti. & Ce-
phalus in d. l. Centurio. num. 961. & 962.

Octaua eſt vtilitas, quia, ſi ij filij poſiti in conditione cenſentur vocati, recognoſcere dicuntur bona à teſtatore, non autem ab eorum patre, iuxta l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. Hanc vtilitatem conſiderauit Cephalus in d. l. Centurio. numero 964. & ſatis apertè colligi etiam poteſt ex his, quæ diximus ſupra in quarta vtilitate.

Nona & vltima eſt vtilitas, quia ſi ij filij poſiti in cõditio-
ne ſunt vocati, pater inſtitutus ſuo delicto, quo eius bona fiſco
publicarentur non præiudicaret filiis in his bonis teſtatoris,
101 Nam † ſi alienari bona hæc non poſſunt, nec etiam fiſco pu-
blicari, vt poſt alios tradit Ripa in l. filiusfam. §. Diuus. nu. 51.
ff. de legat. 1. Hanc vtilitatem conſiderauit etiam Cephalus in
d. l. Centurio. nume. 965. Et ex dictis ſupra in quarta vtilitate
colligi & confirmari poteſt.

## PRÆSVMPT. LXXVII.

Filij ex matrimonio putatiuo nati, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate dicantur comprehendi ſub filiis in conditione poſitis ad ſubſtituti excluſionem.

## SVMMARIVM.

1 *Filij ex matrimonio putatiuo nati an & quando præſumantur comprahenſi ſub filijs in conditione poſitis ad ſubſtituti excluſionem.*

2 *Matrimonium putatiuum dicitur, quando verè & ſolenniter contractum fuit, ſed ob aliquo impedimentum conſiſtere non poteſt inter ipſos contrahentes.*

3 *Filij ex matrimonio putatiuo ſunt verè & propriè legitimi quò ad ſucceſſiones, ſi modò fuerit ſolenniter celebratum matrimonium, & affuerit bona fides in facto ipſorum contrahentium*

4 *Filij ex putatiuo matrimonio tunc ſubſtitutum excludunt, quando teſtator ſic dixit: Et ſi hæres meus ſine filijs deceſſerit, ſubſtituo Caium, ſi hæres habuit filios ex d. matrimonio.*

*Et ſuccedunt etiam in feudo. nu. 5.*



*Idem ſi teſtator dixerit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis. 6.*

*Secus ſi teſtator dixit: Si deceſſerit ſine filijs ex verò matrimonio natis. num. 7.*

8 *Matrimonium putatiuum non dicitur verum matrimonium: & vbi requiritur verum matrimonium, non ſufficit putatiuum.*

9 *Priuilegium conceſſum marito, ne teneatur vltra quàm facere poteſt, non habet locum in marito putatiuo.*

10 *Donatio facta à putatiuo adoptatore non valet.*

*Idem ſi ſit facta vxori putatiuæ donatoris, qua morte non confirmatur. ibid.*

1 DISSERVIMVS † in præcedenti pręſumptio-
ne, an & quando filij poſiti in conditione præ-
ſumantur vocati ex ipſo teſtamento, vel ſucce-
dendo ab inteſtato deficere faciant conditio-
nem ad ſubſtituti extluſionem. Nunc explican-
dum eſt, quos filios ſeu quam ſpeciem filiorum comprehen-
dere voluerit teſtator ſub illis verbis, ſi hæres à me inſtitutus
deceſſerit ſine filiis ſubſtituo Caium: primum ambigitur, an
ſub illo nomine filiorum, intellexerit etiam de filiis ex matri-
monio putatiuo natis? Hic prius dicendum & declarandum
2 eſt, matrimonium † tunc dici putatiuum, quando verè & ſo-
lenniter contractum fuit matrimonium, quod ob aliquod im-
pedimentum conſiſtere non poteſt inter ipſo contrahentes.
cap. ex tenore. qui filij ſint legit. & ob id putatiuum dicitur,
quia non ſolùm contrahentes ipſi, ſed & omnes probabiliter
putant eſſe verum & legitimum matrimonium.

3 Ex hoc † matrimonio filij procreati ſunt verè & propriè legitimi quo ad ſucceſſiones: ſi modo duo concurrunt, nempè quod (vt dixi) matrimonium fuerit ſolenniter & ſecundum morem patriæ contractum d. cap. ex tenore, & quod affuerit bona fides in facto ipſorum contrahentium. Ita ſtatuit ſummus Pontifex in ca. Cum inhibitio. §. 1. de cle. Inſt. de ſponſa. vbi gloſſa & Doct. idem ſcripſerunt Cur. Iunior, Soc. Iunior, ac Palæotus Cardinalis, quos commemoraui in conſ. 199. nu. 39. lib. 2. quo loci. nu. 40. expoſui, quando ſolenniter & palàm matrimonium dici debeat contractum: & num. 41. explicaui, quando adeſſe dicatur contrahentium bona vel mala fides, & ibidem in d. nu. 41. in fine. matrimonium coloroſum dici quo ad effectum ſucceſſionis filiorum quando palàm & bona fide ipſi contrahentes ſunt in quaſi poſſeſſione ipſius matrimonij, ſic declarando Abbat. in d. cap. ex tenore. col. 2. qui filij ſint legiti. Decium in conſ. 153. col. 2. & Pariſium in conſ. 15. nu. 44. lib. 2. & dixi ſic in ſpecie declaraſſe Cur. Iun. in conſ. 52. num. 3. His præmiſſis, diſtinguo nunc quo ad rem noſtram aliquot caſus.

4 Primus eſt, quando † teſtator ita dixit: Et ſi hęres meus deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo Caium. Hic Caius ſubſtitutus excluditur natis filiis hæredis ex matrimonio putatiuo. Ita hoc in caſu reſpondit omnium primus Dynus in conſ. 6. num. 12. quem ſecuti ſunt Dec. in d. cõſ. 153. col. 3. & manifeſtiùs Ruinus in l. Gallus. §. ſi eius. nu. 99. ff. de lib. & poſth. & Curt. Iun. in conſ. 27. num. 6.

Et huius ſententiæ ratio eſt manifeſta, quia hic filius dici-
tur verè & propriè legitimè natus quò ad effectum ſucceſſio-
nis. cap. 2. & ca. ex tenore, qui filij ſint legitimi, & tradunt glo.
in l. qui contra. in verbo, acerrime. C. de inceſtis nupt. vbi Bal-
dus in quæſt. 3. gl. in c. 1. de eo, qui duxit in matrim. quam pol.
per adulter. Ita & Bart. in l. Paulus. ff. de ſtatu homi. Dynus in
d. conſ. 6. num. 12. Capra in conſ. 116. nume. 3. & Decius in d.
5 conſ. 153. col. 2. in princ. qui poſt † Baldum dixit, ſuccedere
etiam in feudo. Idem affirmarunt Curtius Iunior in conſilio
27. num. 1. & in conſil. 64. num. 11. & Ripa in rub. ff. ſolut. ma-
trimo num. 65.

6 Secundus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio natis. Hoc etiam in caſu filium ex hoc putatiuo matrimonio procreatum excludere ſubſtitutum affirmarunt Decius in d. conſ. 153. col. 3. verſ. & retenta iſta concluſione. Soci. Iunior in conſ. 39. nu. 18. & in conſil. 63. num. 7. lib. 3. Didacus in epitome de ſponſalibus, in ſecunda parte. cap. 8. §. 1. num. 3. verſ. tertiò infertur. qui eiuſdem opinionis refert Medor. Pariſien. in additio. ad Alex. in conſ. 5. lib. 7.

Eſt ratio, quia ij filij reſpectu facultatis ſuccedendi dicuntur verè nati ex legitimo matrimonio: Cum lex ipſa ciuilis, & pontificia hos tales iudicauerit.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentit Curtius Iunior in conſilio 27. numero 6. & latiùs in conſilio 64. numero 11. & nume. 17. & dubitauit Ruinus in dicta l. Gallus. §. ſi eius. numero 99. dum reliquit cogitandum. Rationibus tamen & argumentis Curtij abundè ſatisfacit Socinus Iunior in d. conſ. 39. num. 18. & in d. conſ. 63.

7 Tertius eſt caſus, quãdo † teſtator dixit. Et ſi hæres meꝰ de-
ceſſerit ſine filiis ex vero matrimonio natis. Hoc in caſu filij
nati ex matrimonio putatiuo non excludunt ſubſtitutum. Ita
ſenſit Decius in d. conſil. 153. colum. vltim. verſic. non obſtat,
8 quod vbi verum. Eſt ratio, quia † matrimonium putatiuum
non eſt verum matrimonium, & ideò vbi requiritur verum
matrimonium, non ſufficit putatiuum. Ita Baldus in l. falſus
tutor. §. an etiam in patrem. circa finem. ff. quod falſo tutore
aucto.

9 Et huc facit, quod † priuilegium conceſſum marito, ne teneatur vltra quam facere poteſt. l. maritum. ff. ſoluto matrim. locum non habet in marito putatiuo: vt tradunt Ioan. Andreę, Abbas & reliqui in cap. 1. de donat. inter virum & vxo.

10 Confert etiam, quod † docuit Baldus in l. eam quam. num. 21. verſ. modo ego quæro. C. de fideicom. Cùm dixit, donationem factam à putatiuo adoptare non valere. Ita etiam ſubiunxit Baldus, donationem factam vxori putatiuæ donatoris morte non confirmari: cùm nulla ſit, ex quo facta eſt non vt extraneæ, ſed vxori, quæ tamen non eſt. Ita probat l. cum hic ſtatus. & l. ſi quis ſponſam. in fine. ff. de donat. inter virum & vxor. & confert l. ſi ex voluntate. C. eod. tit. Et Baldum ſecutus eſt. Roma. in l. ſi cum dote. §. 1. ff. ſoluto matr.

## PRÆSVMPT. LXXVIII.

Filij naturales quando ex præſumpta mente teſtatoris deficere faciunt conditionem atque ita ſubſtitutum excludant, vel non, diligenti ſtudio enucleatum.

## SVMMARIVM.

1 *Filij naturales an & quando comprehendantur ſub nomine filiorum in conditione poſitorum ad excluſionem ſubſtituti.*

*Quod faciant deficere conditionem, & ſic ſubſtitutum excludant. num. 2.*

3 *Intellectus §. ſi quis rogatus. il primo. l. ex facto. ff. ad Treb. & nu. 6.*

4 *Dictio, &, ſtat augmentatiuè, vel implicatiuè pro etiam: imò continuatiuè.*

5 *Dictio implicatiua eius eſt naturæ, vt implicet caſum magis dubitabilem.*

7 *Intellectus l. Lucius. §. vlt. ff. de leg. 2. vbi an filiorum appel. veniant naturales tantum.*

8 *Matrimonium inter liberum & ancillam omnino prohibetur.*

*Concubinatus inter liberos de iure ciuili permiſſus eſt, inter ſeruos autem eſt prohibitus. ibidem.*

9 *Filij naturales in ſeruitute nati ab inteſtato ſuccedunt, & legitimorum appellatione veniunt, & an excludant ſubſtitutum.*

10 *Filios naturales non efficere vt conditio deficiat. nu. ſeq.*

11 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*

12 *Filij dicuntur, qui nati ſunt ex legitimis nuptijs, ideò naturales non dicuntur propriè filij.*

13 *Teſtatoris voluntas in conditionibus magis inſpicitur, & ſpectatur, quàm verba.*

14 *Intellect. l. ſi. ff. de iure delib.*

*Libertinus an veniat filij appellatione, & ſic faciat deficere conditionem.*

15 *Filij naturales in ſeruitute nati in figura matrimonij an faciant deficere conditionem, & ſic ſubſtitutum excludant, & patri ſuccedant ab inteſtato. & nu. ſeq.*

*Et quid ſi de filijs ſit mentio in diſpoſitione, illos honorando. ibid.*

17 *Filius naturalis natus in libertate ſine figura matrimonij regulariter non facit deficere conditionem nec iure nouo, nec iure antiquo. & num. 19.*

*Secus quò ad duas vncias, in quibus ſuccedit ab inteſtato iure Authent.*

18 Filij naturales nati in ſeruitate in figura matrimonij non ſolum iure nouo, ſed etiam antiquo faciunt conditionem deficere, & ſubſtitutum excludunt, & nu. 28.
20 Dictio, autem, eſt aduerſatiua.
21 Filij naturales quòd faciant deficere conditionem, & ſubſtitutum excludant, eſt conſideranda dignitas teſtatoris fideicommittentis, an ſit veriſimile eum voluiſſe naturales ſuccedere vel non: nec non eſt conſideranda eius voluntas vel ex dictis ante confectionem teſtamenti, vel ex ſcriptis in eodem teſtamento.
22 Filij naturales iure degeſtorum nihil cōſequebantur ab inteſtato.
23 Filij naturales ex præſumpta mente teſtatoris non faciunt deficere, conditionem, ſi teſtator ſit conſtitutus in dignitate, & quomodo ſumatur hæc dignitas.
Dignitas ſumitur duobus modis, in genere ſcilicet, & in ſpecie: in genere vt ſignificet decus, & honorum in ſpecie ſumitur pro magiſtratu, vel pro aliqua praeminentia.
24 In dignitate poſiti qui cenſeantur.
25 Doctores dignitatem quandam, & praeminentiā dicuntur habere.
26 Nobiles non præſumuntur velle naturales excluſo ſubſtituto ſibi ſuccedere,
27 Nobili conuenit vitæ honeſtas, & caſtitas.
28 Filij naturales concepti in ſeruitute in figura matrimonij eodem iure ſuccedunt quo legitimè nati in libertate.
29 Filij naturales ex matrimonio putatiuo faciunt conditionem deficere, & excludunt ſubſtitutum.
30 Teſtator in dignitate poſitus, ſi hæredem fecit ignobilem, & plebeium grauando ipſum ſi ſine liberis deceſſerit, quòd hæreditatem reſtituat alteri plebeio, non præſumitur velle conſeruare nomen, & famam familiæ, & ideo etiam viles, & naturales ſibi ſuccedere poſſunt.
31 Filij naturales non cenſentur excluſi à teſtatore in dignitate conſtituto, quando is mentionem feciſſet naturalium in alia teſtamenti parte, & eos honoraſſet
Idem quando extaret ſtatutum, quòd filij naturales æquè ac legitimi ſuccedant, nu. 32.
33 Teſtator præſumitur voluntatem ſuam velle eſſe legi conformem.
34 Filij naturales faciunt conditionem deficere, etiam quòd teſtator ſit nobilis, & in dignitate conſtitutus, ſi ipſemet teſtator ſit etiam naturalis.
35 Fœmina ſi concedit feudum alicui pro ſe, & filijs ſuis, intelligitur pro filiabus etiam fœminis, ex quo ipſa concedens eſt fœmina.
36 Filij naturales faciunt deficere conditionem quando fœmina teſtatrix, & in dignitate etiam cōnſtituta adiecit hanc conditionem ſuo hæredi, ſi deceſſerit ſine filijs.
Intellige, vt nume. 37.
Idem dicendum, quando teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio, vel quoquo modo deſcendentibus, nu. 38.
Idem ſi teſtator in dignitate poſitus hæredem fecit eum quem ſciebat habere non poſſe filios ex legitimo matrimonio. 39.
40 Verba intelligi debent ſecundum conditionem perſonæ, ad quam diriguntur: & num. 47.
41 Teſtator ſciens, quòd teſtamenti tempore hæres inſtitutus ab eo, & grauatus habebat ſolos filios naturales, non præſumitur eos excluſiſſe.
42 Teſtator ſi inſtituit hæredem poſitum in ſacris, eum que grauauit reſtituere, ſi ſine filijs deceſſerit: de quibus filijs intellexiſſe præſumatur.
Et an hoc fideicommiſſum valeat, nume. ſeq.
43 Eccleſiam non poſſe dici loco filij ipſius clerici, ſed potius loco vxoris vel etiam loco primis arrogatoris.
44 Clericus iam in ſacris exiſtens dicitur certus de fine ſui ſtatus, ex quo religionem deſerere non poteſt.
45 Clericus in ſacris exiſtens poteſt habere filios legitimos & naturales ex diſpenſatione Papæ, quod matrimonium contrahere poßit: & hoc olim obſeruatum fuiſſe in multis. nu. 51.
Hæc tantum diſpenſatio cum pendeat à voluntate Papæ cenſetur impoßibilis, & non niſi ex magna & vrgenti cauſa conceditur, & nu, 52.
46 Legitimatus excludit ſubſtitutum, licèt legitimatio pendeat à voluntate principis legitimatis.
47 Filij conſtitutorum in ſacris ignominioſi dicuntur, & perpetuò ſerui eſſe debent in ea eccleſia, in qua pater miniſtrauit: & filiorum nomen non obtinent
48 Clericus an poßit adoptare filios, & ſic an ij exludant ſubſtitutum.
Quòd non, nu. 50.
49 Filij adoptiui non faciunt regulariter deficere fideicommiſſum,
52 Clericus non poteſt habere filios ex matrimonio putatiuo, cùm nullus iuſtus error valeat eum excuſare, & ad matrimonium putatiuum excuſandum, requiritur error maxime probabilis.
53 Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: facta exiſtenti in ſacris quatenus valeat.
54 Vtile per inutile non debet vitiari.
55 Neceſſarium illud dicitur, cuius contrarium eſt impoßibile.
56 Conditio quælibet neceſſaria pro pura habetur.
57 Filij naturales non faciunt deficere fideicommiſſum quando colligitur ex teſtatoris voluntate ipſum nolle, quod dicti filij excludant ſubſtitutum.
58 In fœmina laudabilior eſt caſtitas quàm in maſculo: & in ea vitium carnis eſt deteſtabilius quam in viro.
59 Vir poteſt accuſare mulierem de adulterio, & non econtra.
60 Filij naturales non faciunt deficere conditionem etiam ſi ſit inſtituta fœmina extranea.
Secus ſi dicta fœmina iam eſſet in concubinatu numer. 61.
62 Pater non præſumitur contemplatione filij naturalis velle excludere filium legitimum, & ideo ſi filio ſubſtituit alium filium, naturalis non faciet deficere conditionem.
63 Filis naturales non cenſentur rumpere fideicommiſſum, quando grauatus tempore teſtamenti habebat filios legitimos & naturales, quia teſtator præſumitur de illis tantum cogitaſſe. nu. ſeq.
64 Teſtator nunquam præſumitur conſideraſſe triſtem euentum: conſideratur tamen vt illi, ſi fieri poteſt prouideatur.
65 Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: habet tractum in futurum vſque ad tempus mortis.
66 Filij naturales in conditione poſiti an exludant eccleſiam ſubſtitutam.
67 Filij naturales ſubſtitutum non excludunt, quando dixit teſtator: ſi deceſſerit ſine filij legitimis & naturalib.
Filij naturales non dicuntur propriè filij, ſed impropriè.
68 Filij naturales & vitio ſpurietatis affecti non excludunt ſubſtitutum, quia verè nomen filij non obtinent.
Secus ſi teſtator dixerit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio, & quoquo modo venientibus quia intelligitur etiam de ſpurijs. 69.
70 Filij naturales non faciunt deficere conditionem, quando aliquis inuitatur ad lucrum ſub conditione affirmatiua.
Idem quando filij ſunt poſiti in conditione tacitè ex legis diſpoſitione. nu. 71.
Idem quando mulier hæredem fecit proprium virum, quem grauauit reſtituere, ſi deceſſerit ſine filijs: intelliguntur enim de filijs legitimis & naturalib.

1 DISPVTATIONI præcedenti † commodè hæc ſubnectitur, an & quando ſub nomine filiorum in conditione poſitorum compræhendantur etiam filij naturales ad excluſionem ſubſtituti? Qua quidem de diſputatione variæ fuerunt ſuntque interpre-
2 tum opiniones.
Prima † & magis recepta illa eſt, vt naturales ij deficere faciant conditionem, ſicque ſubſtitutum excludant. Ita cenſuerunt gl. in c. in præſentia de probat. Angelus, & Caſt. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. i l. 1. ff. ad Trebell. & ibidem Alex nu. 6. Ripa. nu. 15. Hercula. col. 2. Corneus in l. generaliter. §. cum autem. nu. 4. C. de inſti. & ſubſt. & ibidem Iacobinus à Sancto Georgio, Capra in conſ. 123. nu 5. Socin in l. Cum auus. nu. 61. ff. de cond. & demon. Decius in conſ. 1. nu. 10. Ruin. in l. Gallus. §. ſi eius. nu. 24. ff. de lib. & poſthu. & ibi. nu. 57. teſtatur communem eſſe. Alciatus in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verb. ſignifi. & communem teſtatur Dec. in d. c. in præſentia. nu. 37. & ſi ipſe (vt mox ſubiiciam) diſſentiatè. Sic & Tiraq. de priu. piæ cauſæ in priuil. 94. Hanc quoque dixit, eſſe communem opin. Sforcia Oddo in tract. de compendioſa ſubſtit. parte ſexta arti. vlt. pag. 205. tit. an naturales tantum. Et ij qui-
3 dem adducti ſunt † primò eo reſponſo. §. ſi quis rogatus,



cuius verba hæc ſunt, *ſi quis rogatus fuerit, vt ſi ſine liberis deceſſerit reſtituat hæreditatem. Papin. lib. 8. reſponſorum ſcribit, etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio. Et in libertino eodemq; conliberto hoc ſcribit. Mihi autem quò ad naturales liberos attinet, voluntatis quæſtio videtur eſſe: ſed hoc ex dignitate & ex voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum erit.* Hactenus Vlpianus. Cæterùm præcitato in loco Decius, à quo non diſſentit Emanuel Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in quinta parte, num. 59. verſ. nouiſſimè Ioannes. ff. de liberis & poſthu. exiſtimauit, Vlpianum loqui de filiis naturalibus natis in ſeruitute in figura tamen matrimonij: qui quidem eo iure obtinebant maiorem in ſuccedendo facultatem quàm alij naturales nati in libertate ſine figura matrimonij. §. 1. in Inſtit. de Seruil. cogna. Quod de his loquatur Vlpianus ex Papiniani ſententia perpendit Decius verba illa. *Et in libertino, eodemq; conliberto hoc ſcribit.* Quippe quod naturalis, (vt dixit præcitato in loco Coſta) qui regulariter ſubſtitutum nō excludit, excludat tamen in ea ſingulari ſpecie, nempe quando eſt naturalis natus in ſeruitute in figura tamen matrimonij. Et horum quidem interpretatio ſuadere videtur, quia dixit Vlpianus. *Et in libertino, eodemq; conliberto hoc ſcribit.* Illud pronomen, hoc, refertur ad id, quod de naturali ſtatim dixerat, vt ſenſus ſit. Papinianum reſpondiſſe de libertino filio naturali, vt is deficere faciat conditionem. Non autem de quouis naturali. Nā alioqui ita dixiſſet Vlpianus. Et in libertino eodemque conliberto idē ſcribit. Illa enim dictio, idem, ſignificaſſet diuerſam perſonam. Nec repugnat conſideratio Beroij in d. cap. in præſentia. num. 227. dū perpendit illa ver-
4 ba. Et in libertino. Illa † dictio, &, ſtat augmentatiuè, iuxta. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. vel implicatiuè pro etiam, quod idem eſt. l. 1. vbi Doct. ff. ſol. mat. Non eſt vera hæc conſideratio, quia imò illa dictio, &, ſtat continuatiuè, vt in l. Senatoris filius. ff. de Sena. & in l. & quia. ff. de iuriſd. om. iud. & tradunt Albericus in dictionario, in dictione, Et, ac etiam Pariſius in conſ. 38. num. 26. lib. 2. Nec implicatiuè ſtare poteſt.
5 Cùm † implicatiua eam habeat naturam, vt implicet caſum magis dubitabilem, Decius in l. qui ſe patris, num. 10. C. vnde liberi. Caſus autem naturalis nati in ſeruitute ſub figura matrimonij minorem habet dubitationem, quàm naturalis nati in libertate ſine figura matrimonij, vt diximus ſuprà. Crediderim ego Papinianum abſolutè reſpondiſſe de quouis naturali, etſi illa facti ſpecies fortè contigit de illo naturali nato in ſeruitute ſub figura tamen matrimonij. Vel exempli loco de hoc locutus eſt: quod ſanè exemplum non reſtringit. §. hactenus in Inſt. de gradibus. Alioqui imperfectè & Vlpianus & Papinia. reſpondiſſent. Cum de filiis legitimis & naturalibus, ac de vna ſola ſpecie naturalium verba feciſſent. Et Vlpianus ipſe de naturalibus ſimpliciter & abſolutè lo-
6 cutus eſt. Rectius † itaque reſpondendo argumentationi dicebat Io. Coraſius in lib. 1. miſcella. iuris, cap. 7. Vlpianum in caſu d. §. ſi quis rogatus, diſſentire à Papiniano quo ad naturales. Nam cùm dixiſſet Papinianus, naturales efficere, vt deficiat conditio, ſubiungit Vlpianus. Mihi autem quò ad naturales liberos attinet voluntatis quæſtio eſſe videtur. Conſenſit Vlpianus Papiniano ad legitimos, ſed non quò ad naturales: ſed dixit eſſe voluntatis quæſtionem de quibus liberis ſenſerit teſtator. Et propterea & dignitas & voluntas & cōditio teſtatoris interpretationem præſtat, vt intelligamus, de quibus ſenſerit. Et à Coraſio non diſſentit Connanus lib. 10. Commenta. iuris, c. 1. num. 6.

Nec vera eſt conſideratio Emanuelis Coſtæ præcitato in loco, cum dixit, Vlpianum non diſſentire à Papiniano: Cùm & ipſe Vlpianus excipiendo caſum, quando teſtator poſitus eſt in dignitate, confirmet regulam cum Papiniano, naturalē efficere, vt deficiat conditio. Non inquam hoc verum eſt. Cùm (vt diximus) Vlpianus voluerit totam eſſe voluntatis quæſtionem, quæ tamen diffinienda eſt ex dignitate, voluntate & conditione teſtatoris.

7 Secundo itaque affertur † tex. l. Lucius. §. vlt. in fine de leg. 2. vbi Scæuola reſpondit filios naturales ſub filiorum nomine contineri. Verùm Decius præcitato in loco exiſtimauit contrarium potius probare, cùm ipſemet Scæuola expoſuerit, filios naturales. i. in ſeruitute ſuſceptos. Ripa tamē in d. §. ſi quis rogatus, nu. 15. à Decio diſſentiens docuit, Scæuolam reſpondiſſe de natis in ſeruitute, de quibus minor erat dubitatio, an ſub nomine filiorum continerentur. Quandoquidē
8 prohibetur omninò † matrimonium inter liberum, & ancillam, leg. cum ancillis. C. de inceſt. nupt. prohibetur etiā concubinatus, præter quàm cum patrono. l. vlt. C. communia de manumiſſ. Cum tamen inter liberos permiſſus ſit cōcubinatus, eſt tamē malum crediderim Scæuolam ſic reſpondiſſe ꝙ ex facto ita contigiſſet. Exiſtimauerim etiam aduerſus Ripā,
9 minorē eſſe dubitationem de † naturalibus natis in ſeruitute in figura tamen matrimonij ex quo eorum conſortiū, etſi non vt matrimonium lex approbauit in l. ſerui. C. de adult. & doctè ac copioſè diſſerit doctiſ. Palæotus de nothis ſpuriiſq; filiis c. 13. & propterea ab inteſtato ſuccedunt, vt ſtatuit Iuſtinia. in Inſt. de ſeruili cogna. in pr. Et præterea Emanuel Coſta loco iam citato, num. 73. ſcripſit, id contigiſſe, quia in eo teſtamento teſtator rogauerat hæredes, vt manumitterēt Pamphilam, quæ erat naturalis Pamphili: atque ita mentionē naturalium in alia teſtamenti parte fecerat. Qua de re infra in quarta declara. coniecturæ primæ dicemus.

Tertiò perpendi ſolet text. l. Cum pater. §. volo. ff. de leg. 2. Volo (dixerat teſtator) prędia dari libertis meis. Quod ſi quis eorū ſine liberis vita deceſſerit, partes eius ad reliquos pertinere volo. Reſpondit Papin. Collibertum patris eundemque filium, ex voluntate, ſubſtitutionem excludere. Et illo in loco annotauit Bart. filium naturalem in ſeruitute conceptum excludere ſubſtitutum: crediderim ego de alio ibi intelligi non potuiſſe quàm de filiis naturalibus: cum liberti illi alios, hoc eſt, legitimos habere nō potuerint. Quemadmodum infrà dicemus, quando ſubſtitutio ſit illi, qui non niſi naturales ſuſcipere poteſt. Eſt itaque illo in loco ſatis manifeſta teſtatoris voluntas. Et reſponſum hoc ſic interpretati ſunt Palęotus de nothis ſpuriiſque filiis, c. 27. nu. 2. & manifeſtius Coraſius in dict. cap. 7. numer. 6. verſ. altera coniectura: ac etiam Emanuel Coſta in dict. §. & quid ſi tantum in quinta parte, num. 71.

10 Secunda fuit † opinio præcedenti omninò cōtraria, nempe filium naturalem non efficere, vt conditio deficiat. Ita ſcripſerunt Decius in d. c. in præſentia. nu. 37. de probatio. & Coraſius in d. cap. 7. & Conna. in d. c. 1. num. 6. in fine, & alios plures refert, & probat Emanuel Coſta in d. §. & quid ſi tantum in 5. parte num. 78. ver. ſed tamen.

11 Primò ea vſi ſunt ratione, quod † conditio debet impleri in forma ſpecifica atque ita propriè, l. Mæuius, & l. qui hæredi. ff. de cond. & demon. At qui naturales non ſunt propriè
12 filij, cum † filij dicantur, qui nati ſunt ex iuſtis nuptiis. l. filiū diffinimus. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iuris. Non ergo conditio ſolis naturalibus ortis deficit.

Cæterum reſpondet Ripa in d. §. ſi quis rogatus. num. 15. ꝙ
13 cum † in conditionibus mens & voluntas teſtatoris magis quā verba ſpectentur. l. in conditionibus primum. ff. de cōd. & demon. Voluntas autem & mens teſtatoris eſt, quod filij ſucceſſibiles excludant ſubſtitutum. l. filiusfam. §. cum quis de leg. 1. vbi gl. Nec dicatur (ſubiūgit Ripa) naturales eo iure Digeſtorum, non extantibus filiis legitimis & naturalibus, ſuccedere in tribus vnciis tantùm, l. humanitatis. C. de natur. liber. Quia (inquit Ripa) hoc ſufficit ad excluſionem ſubſtituti, ne contingat teſtatorem decedere pro parte teſtatū, & pro parte inteſtatum, contra l. ius noſtrū. ff. de reg. iuris. Qua de re & alia nonnulla infrà dicemus.

Secundò perpendunt Decius, & Coraſius conſtitutionem Iuſtiniani in l. generaliter. §. Cum autem. C. de inſt. & ſubſtit. quæ conditionem ſi ſine liberis, à lege ſubintellectā, ita interpretatur, vt de liberis legitimis & naturalibus ſit accipiēda. Neque aliter ſubſtitutum vult excludi quàm ſi grauatus iuſtam procreet ſobolem, & ſi qui inſtitutus eſt, & grauatus, naturalis fuerit: quo tamen caſu, maior ratio videbatur, propter ſimilē qualitatē. Multis interpretationibus argumētum euadere conati ſunt qui primam illam opinionem probarūt Bart. enim in d. §. ſi quis rogatus. nu. 2. ſcripſit d. §. Cū autem, debere intelligi iuxta diſtinctionem d. §. ſi quis rogatus. Id ꝙ diuinare eſſe docuit ibidem Alex. à quo diſſētit Decius in d. cap. in præſentia, nu. 36. in gl. 1. Alia eſt interpretatio glo. in d. §. ſi quis rogatus, diſtinguentis inter cōditionem legis, & hominis. Illa legis dicitur tacita d. §. Cum autem, & naturalis

non

non excludit ſubſtitutum: cùm tacita illa conditio ſic à lege ſubintellecta repugnet iuri communi cap. 1. 32. q. vlt. ob id reſtringi debet. Illa verò hominis efficit, vt naturalis excludat ſubſtitutum. Hac de interpretatione multa ſcribit Decius in d. cap. in præſentia. num. 36. vbi multis rationibus eã reiicit, quemadmodum etiam damnat Coraſius in d. cap. 7. nu. 3. quia ait conditionem illam de qua in d. §. cum autem, dici debere, cùm ex verbis legis colligitur. Exiſtimo ego dici tacitam, ſi conſideremus prolata ipſa verba teſtatoris, qui nil dixit, ſi verò conſideremus præſumptionem, quam lex facit, dici debet expreſſa: ſicuti declarauimus ſupra lib. 1. q. 45. vbi expoſuimus quando dicatur expreſſum id, quod ex legis præſumptione deſcendit.

14 Tertiò adduci † ſolet text. l. vlt. ff. de iure delib. Iauolenus ita reſpondit. Qui filium libertinum habebat, hæredem eum reſtituerat: deinde ita ſcripſerat: ſi mihi filius nullus erit, qui in ſuam tutelam veniat, tum Dama ſeruus liber eſto. Is filius pupillus libertinus erat. Quærebatur, ſi Dama liber eſſet. Trebatius negat: quia filij appellatione libertinus quoq; cõtineretur: habeo contra: quia eo loco verum filium accipi oportet; Trebatij ſententiam probo. ſi tamen teſtatorem de hoc filio locutum eſſe apparet. Hic conſtat Iauolenum ita demum ſenſiſſe cum Trebatio, libertinum ſicque naturalem cenſeri propriè filium, ſi modò apparet, teſtatorem de eo locutum eſſe. Qui libertinus eo in loco ſit diſſentiunt inter ſe Alciatus lib. 4. parerg. cap. 5. & Cuiacius, lib. 2. obſerua. cap. 37. Exiſtimo Iauolenum cum ipſo Trebatio abſolutè ſenſiſſe libertinum dici propriè filiũ, & ob id efficere, ne Dama ſeruus liber ſit, & ſi alius ſenſus probaretur non Trebatij, ſed Labeonis interpretationem ſecutus eſſet Iauolenus. Illa verò eiuſdem Iauoleni verba, ſi tamen teſtatorem de hoc filio locutum eſſe appareat, referenda ſunt ad id, quod teſtator dixerat: qui in ſuam tutelam veniat. Cum teſtator filium ipſum præ oculis haberet, ſciretque illum impuberem eſſe, & verba illa potuerit, ſi mihi filius nullus erit, qui in ſuã tutelam veniat, videtur quod non de eo filio, ſed de alio ſenſerit. Et proptereà Iauolenus non dubitauit quin filius libertinus, etſi naturalis ſit, dicatur verè filius, vt deficere faciat conditionẽ: ſed ſolùm dubitauit, an teſtator de eo ſenſerit, ex quo eũ præ oculis habuit: & dicere potuit teſtator clarius, etſi filius meus in ſuam tutelam veniat. Porrò cùm obſcurè dixerit teſtator; ſi mihi filius nullus erit qui in ſuam tutelam veniat, Iauolenus dubitauit, & ideo dixit: ſi tamen teſtatorem de hoc filio locutum eſſe apparet. Dixit, de hoc filio referendo ad perſonam, non ad qualitatem perſonæ. Et hic quidem ſenſus mihi magis probatur illo doctiſſimi. Connan. lib. 10. Commentariorum iuris, c. 1. num. 7.

Tertia fuit opinio Beroij in c. in præſentia. nu. 228. & 235. de probat. quem ſecutus eſt Palæotus Cardinalis in d. Tract. de nothis ſpuriiſque filiis, cap. 37.

Diſtinguit Bero. vt conciliet Doctorum opiniones duo capita, quorum primum eſt, quando agitur de filiis naturalibus natis in ſeruitute in figura matrimonij. Hoc enim dici naturale ſupra admonuimus.

Secundum eſt caput, quando agitur de filiis naturalibus natis ex liberis & ingenuis ſine iuſtis tamen, legitimiſq; nuptiis. Quò ad primum caput diſtinguit Bero. num. 229. tres caſus. Primus eſt, quando de his filiis fit ſimpliciter mẽtio in
15 conditione. Hoc caſu † iure Digeſtorum (inquit Beroïus) nõ continebantur, niſi expreſsè conſtaret de voluntate teſtatoris l. vlt. ff. de iure deliber. Hodie verò iure nouo ſecus eſt, ex quo & ij ab inteſtato patri ſuccedunt vt in Inſtitut. de ſeruili cogna. in prin. iuncta l. filiusfam. §. Cum quis de leg. 1. Hic caſus mihi non probatur: cùm text. dict. l. vlt. ff. de iure deliber. contrarium probet, vt ſuprà demonſtrauimus.

Secundus eſt caſus, quando de filiis fit mentio in diſpoſitione illos honorando. Hoc etiam caſu iure Digeſtorum non comprehenduntur ij naturales, niſi de mẽte teſtatoris appareret l. Lucius. §. vlt. in fine de leg. 2. Hodie verò comprehenduntur: cùm effecti ſint capaces ſucceſſionis paternæ tam ex teſtamento quàm inteſtato. Hunc etiam caſu exiſtimo eſſe omninò falſum. Quandoquidem Scæuola in d. §. vlt. manifeſtè dixit, quod fundus relictus Damæ & Pamphylo manumiſſis, vt illum reſtituerent filiis ſuis, eis deberi. Quia (inquit Scæuola) creditur appellatione filiorum & naturales liberos, id eſt, in ſeruitute ſuſceptos contineri.

16 Tertius † eſt caſus (inquit Beroïus) quando non de filiis, ſed de liberis natis ex ſeruis in figura matrimonij fit mentio ponendo eos in conditione. Hoc caſu iure Digeſtorum naturales nati in ſeruitute & figura matrimonij deficere faciũt conditionem illam d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. Et hoc etiã (ait Bero.) procedit ſecundum ius nouum, ex quo ſunt ſucceſſibiles tam ex teſtamento quam ab inteſtato: crediderim fruſtra à Beroïo diſtingui liberos à filiis: cum in ſpecie hac diſtinctio iure non probetur. Præterea reiicenda eſt diſtinctio Beroij in eo, dum differentiam conſtituit iure Digeſtorum inter filios naturales natos in ſeruitute & figura matrimonij, & natos in libertate ſine matrimonij figura. Quam diſtinctionem ipſemet Beroïus ibidem. num. 235. damnat. Et negat hoc non efficere, vt eo iure conditio deficiat. Iure verò nouo codicis & authenticorum (inquit Bero. num. 237.) differentia conſtituitur inter naturales natos in ſeruitute in figura matrimonij, & naturales natos in libertate ſine figura matrimonij. Nam natus in ſeruitute & figura matrimonij iure nouo (inquit Bero.) deficere facit conditionem & ſubſtitutum excludit. Cum aptus ſit ſuccedere patri tam ex teſtamento quàm ab inteſtato vt diximus ſupra. Hic ergo naturalis deficere facit cõditionẽ.
17 Naturalis verò natus † in libertate ſine figura matrimonij nõ facit deficere conditionẽ regalariter (inquit Bero. iure nono, ſicut nec iure antiquo. Nam iure antiquo ſuccedere non poterat patri ab inteſtato. l. humanitatis. C. de natura. liberis. Hodie verò (ſubiũgit Beroïus) filiis legitimis & naturalibus non extantibus ab inteſtato ſuccedere poteſt patri in duabus vnciis, auth. licet. C. de natural. liber. Ergo licèt iure Digeſtorum non poſſet efficere, vt conditio deficeret: quia ab inteſtato non poterat in aliqua parte ſuccedere d. l. humanitatis: attamen ex quo hodie ſuccedere poteſt in duabus illis vnciis, faciet deficere conditionem quo ad illas duas vncias. Non autem quo ad reſiduum: cùm in eo ab inteſtato ſuccedere non poſſit. Et poſtremam hanc conſiderationem maximè commẽdat & probat Palęotus in d. c. 37. num. 5.

18 Quarta eſt opinio, quam † excogitabam dum viginti ab hinc annis iuris pontificij interpres explicarem cap. in præſentia de probatio. Diſtinguebam ego pariter duas filiorum naturalium ſpecies, nempè naturales natos in ſeruitute, ſed tamen in figura matrimonij, ij nõ ſolùm iure nouo, ſed etiã antiquo deficere faciunt conditionem, atque ita ſubſtitutum excludunt. Sentẽtiam hanc probat d. l. vlt. ff. de iure deliber. quam ſuprà in ſecunda opinione declarauimus. Sic etiam prob. d. §. ſi quis rogatus, de quo dicam ſtatim: confert & ratio, quia hic naturalis tam iure veteri quàm nouo ſuccedere
19 poteſt patri ex teſtamento & ab inteſtato. Naturales † verò nati in libertate, ſed non in figura matrimonij iure Digeſtorum deficere non faciebant conditionem abſolutè, vt dicebat Papinianus: ſed voluntatis erat quæſtio, an ſcilicet de eis etiam intellexerit teſtator vel non: Ex coniecturis enim hoc omninò pendebat: ſicuti reiecta Papiniani opinione cenſuit Vlpia. in d. §. ſi quis rogatus, cuius verba hæc ſunt, *ſi quis rogatus fuerit, vt ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat hæreditate: Papinia. lib. 8. reſponſorum ſcribit, etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio. Et in libertino eodemq; conliberto hoc ſcribit. Mihi autem, quò ad naturales liberos attinet voluntatis quæſtio videtur eſſe, ſed hoc ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius qui fideicommiſit, accipiendum erit.* Vlpianus hic verè quo ad libertinos cũ Papiniano ſenſit, vt ſcilicet illi deficere faciant conditionem vt diximus ſupra. Dum enim Vlpia. diſſentit à Papiniano quò ad naturales natos in libertate, cum eo ſentire dicitur quò ad ipſos naturales natos in ſeruitute. Quod verò diſſentiat Vlpianus à Papiniano quò ad naturales natos in libertate ſigni
20 ficant illa verba, *Mihi autem*, Hæc enim † dictio, autem, eſt aduerſatiua. l. hoc amplius. §. is autem. ff. de damno infecto, vbi Bar. & idem in l. mariti. §. vlt. ff. ad l. Iul. de adulter. & in ſpecie ſic conſiderauit Beroïus in d. cap. in præſentia, nu. 227. Dixerat itaque Papinianus abſolutè (vt ſuprà cum Corraſio explicauimus) naturales efficere, vt deficiat conditio. Vlpianus verò non abſolutè, ſed aliquando id efficere aliquando
21 non. Eſt † enim (voluit dicere Vlpianus) cõſideranda dignitas





teſtatoris fideicommittentis, an veriſimile ſit, eum voluiſſe naturales ſuccedere vel non. Aliquãdo enim euenire poteſt, quod non in dignitate ſit teſtator, ſed vilis, vt turpe ei non ſit habere hæredem illegitimè natum: aliquando econtra vt ſuo loco dicemus. Eſt etiam conſideranda ipſius teſtatoris (vt ait Vlpianus) voluntas, quæ coniici poteſt vel ex dictis ante teſtamenti confectionem, vel ex ſcriptis in eodem teſtamento: ſicuti infrà explicabimus. Ita demum (vt inquit Vlpianus) conſideranda eſt cõditio ipſius teſtatoris, an talis ſit qui odio, vel amore proſequi ſoleat illegitimè natos: ſicuti infrà declarabimus. Hic itaque ſtatus omnis coniecturalis eſt. Non omninò admittuntur, non etiam omnino excluduntur naturales. Qua ex re intelligimus, verum non eſſe quod ſcripſit Beroïus in dicto cap. in præſentia. nume. 233. de probat. & ſequitur Palęotus in dicto cap. 27. num. 2. verſ. hoc autem, ea ratione hos naturales iure Digeſtorum non efficere, vt deficiat
22 conditio, quia (inquit Beroïus) ab † inteſtato ij nihil eo tempore conſequebantur, vt atteſtatur Iuſtinianus in Auth. quib. modis natura. efficiantur ſui. in prin. Cum tamen in ſubſtitutionibus quando liberorum fit mentio, illi vocati cenſentur regulariter, qui ſubſtitutos ob legitimam ſucceſſionem valeant excludere, Soci. in l. cum auus. nume. 65. verſ. mihi videtur. ff. de condit. & demonſt. & Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. num. 86. C. de reuoc. donat. Non eſt inquam vera hæc conſideratio, quia alioqui nunquam naturalis eo iure effeciſſet, vt deficeret conditio, cùm tamen manifeſtè aliter (vt demonſtrauimus) ſenſerit Vlpianus ipſe in dicto §. ſi quis rogatus. Nec etiam verum eſt, quod iidem Beroïus & Palæotus ſcribunt, cõditionem illam, ſi ſine liberis, filiorum fauore appoſitam eſſe, vt ab inteſtato reſeruata ſit eis ſucceſſio. l. Lucius. la. 2. ff. de hæred. inſtitu. Non autem intelligitur fauore liberorũ, qui ex teſtamento ſuccedere poſſunt. Vera non eſt hęc conſideratio: cùm filij poſiti in conditione vocati ſint ex teſtamento: ſicuti explicauimus ſuprà in præſump. 76. Hæc igitur tota diſceptatio coniecturis diffinitur. Et cum tres viſus ſit commemorare Vlpian. in d. §. ſi quis rogatus, nos pariter eius ordinem ſecuti illas explicabimus, deinde alias nonnullas adiungemus.

23 Prima itaque eſt coniectura, quæ † ſumitur ex dignitate teſtatoris. Dignitas ſumi poteſt duobus modis, in genere, ſcilicet & in ſpecie, in genere, vt ſignificet decus & honorem: Nam dicere conſueuimus aliquid non eſſe ex dignitate noſtra, hoc eſt, honori noſtro non conuenire.

In ſpecie ſumitur pro magiſtratu tradit Bar. in l. 1. nu. 37. C. de dignit. lib. 12. & Lucas de Pen. in rubr. eiuſd. tit. in prin. Vel pro aliqua præeminentia: ſicuti idem Bart. & Lucas ſcribunt & interpretes noſtri ſic ſumunt in caſu noſtro, vt mox dicemus. Cum itaque dignitas, id eſt, præeminentia eiuſmodi teſtatoris eſt, vt veriſimile ſit, eum voluiſſe naturalem ſibi ſuccedere, atque ita efficere vt deficiat cõditio, ſic dicendũ erit. Ita Bart. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in l. 1. n. 2. ff. ad Treb. & ibid. Caſtr. n. 6. Alex. nu. 3. Herculanus col. 2. verſi. & primò fallit. Ripa. nu. 8. & nu. 16. Alex. in conſi. 2. nu. 5. lib. 1. Barba. in conſi. 27. col. 20. lib. 1. Ruin. in conſi. 27. num. 6. & in conſi. 36. nu. 7. & in conſi. 158. num. 6. lib. 1. in conſi. 76. num. 2. in conſi. 77. nu. 3. in conſi. 92. num. 16. & in conſi. 104. nu. 4. & nu. 15. lib. 3. Decius in cap. in præſentia. nume. 39. de probat. & ibidem Beroïus. nume. 277. & Pariſius num. 45. Alciatus in reſp. 490. num. 9. Riminaldus Iunior in conſil. 46. num. 40. lib. 1. Eman. Coſta in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, in quinta parte, num. 64. ff. de liberis & poſthum. & Sforcia Oddo in Tracta. de compendioſa. in ſexta part. art. vlt. pag. 206. verſ. limitatur tertiò. Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia veriſimile non eſt exiſtentem in dignitate, vel præeminentia aliqua velle bona ſua peruenire ad infames, iuxta c. 1. §. naturales. ſi de feud. fuc.
24 contro. inter dom. & agna. Qui autem † cenſeantur in dignitate poſiti, dubitant Doct. in d. §. ſi quis rogatus. vbi Ripa nu. 10. poſt Caſtren. nume. 6. affert exemplum in his, qui habent Caſtra & iuriſdictiones. Et idem affirmarunt Ruin. in conſi. 77. num. 7. lib. 3. Ita & in Equitibus. Ruinus in conſil. 178. nu. 11. lib. 2. In Comitibus. Gratus in conſi. 29. numero 51. lib. 2. In conſiliario principis Rimin. Sen. in conſil. 129. nume. 6. ſic &
25 in † Doctoribus, qui dignitatem & præeminentiam quandam habent, vt in ſpecie cenſuit præcitato in loco Ripa. Idem in medico artiúmque Doctore reſpondit Alex. in conſil. 94. nu. 1. lib. 1. & num. 2. ſubiungit, idem in conſiliario principis.

26 Idem † eſt in nobili; qui non præſumitur velle naturales, excluſo ſubſtituto, ſibi ſuccedere. Ita in ſpecie ſcripſerunt Imola & Alex. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſt. Alex. in conſi. 25. nu. 4. & in conſi. 67. num. 5. lib. 1. qui de legitimato reſpondit. Crottus in conſi. 60. num. 41. Socin. Sen. in conſil. 182. numero..... lib. 2. Ruinus in conſil. 27. num. 6. libr. 1. in conſil. 161. nu. 11. & num. 23. lib. 2. Decius in conſil. 284. nu. 10. Ripa in d. §. ſi quis rogatus nume. 14. & nume. 16. Pariſius in conſil. 12. num. 149. lib. 2. Gratus in conſil. 29. num. 51. lib. 2. Tiraquellus in Tract. de nobilitate cap. 23. nu. 12. & 13. Cùm di
27 xit, & † nobili maximè conuenire vitæ honeſtatem & caſtitatem l. fœdiſſimam. C. de inceſtis nupt. Imò locum habere etiam in viro honeſtæ vitæ ſcripſit Ripa in d. §. ſi quis rogatus. num. 16. poſt Bart. ibidem. num. 2. & Alex. num. 5. & Herculanus. col. 2. verſi. & primò fallit. In mercatore vitæ honeſtæ. Cephalus in conſi. 525. num. 80. lib. 4.

28 Declaratur † primò hæc coniectura, vt locum habeat in filijs naturalibus conceptis in libertate ſine figura matrimonij: ſecus verò eſt in naturalibus natis in ſeruitute in figura tamen matrimonij. Nã ij indiſtinctè deficere faciũt cõditionem atque ita ſubſtitutum excludunt; non habita ratione, quod teſtator poſitus eſſet in dignitate. Ita gl. in l. hæredibus. §. 1. in verbo, conditione. ff. ad Trebe. quam probarunt Bart. ibi. nu. 3. Decius. in cap. in præſentia. nu. 43. de probatio. Ruinus in conſ. 76. nu. 13. verſ. vltimò. lib. 3. & communem ac verã aſſerit Emanuel Coſta in d. §. & quid ſi tantum in 5. part. nu. 62. Cum enim ij iure nouo æque ſuccedant ac legitimi, vt in Inſtit. de ſeruili cogna. dicẽdum eſt, nullã cõſtitui oportere differentiam inter hos naturales, & illos legitimè natos in libertate. Et propterea reijcitur opinio diſſentientiũ nempè Alex. in d. §. ſi quis rogatus. nu. 4. Herculani ibidẽ col. 8. Ripæ nu. 11. & Pariſij in cap. in præſentia. nu. 83. Idem eſt dicẽdũ de
29 † naturalibus natis in libertate & figura matrimonij, quos appellare ſolemus filios ex matrimonio putatiuo. Nam & ij efficiunt vt deficiat cõditio; vt in ſpecie tradit Bero. in d. cap. in præſentia. num. 245. ſic declarando tex. in d. l. hæredibus. §. vlt. de quo alia dicemus infra in quarta declaratione.

30 Declaratur † ſecundò, vt non procedat hæc coniectura, quando teſtator dignitate vel præeminentia, vel nobilitate ornatus hæredem fecit ignobilem & plebeïum; quẽ grauaſſet, ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtituere hæreditatẽ alteri plebeïo & ignobili. Nam tunc ceſſat præſumptio, quod is teſtator voluerit conſeruare nomen, famam & dignitatem agnationis & familiæ; & viles nolle ſibi ſuccedere ex quo cõſtat vocaſſe plebeïos & ignobiles. Ita declarant Ripa in d. §. ſi quis rogatus. nu. 16. verſ. intellige tamen: Palæotus de nothis ſpuriiſq; filiis cap. 27. nu. 7. in fine. & Emanuel Coſta in d. §. & quid ſi tantum, in quinta parte. nu. 63. verſ. vnde ſi hodie. Et ex hoc colligitur eſſe magis ſpectandam qualitatem hæredis grauati quàm teſtatoris, vt aduerſus Angelum & Imolam tradit Alex. in d. §. ſi quis rogatus col. 2. Qua de re diſputat copioſè Bero. in d. cap. in præſentia. num. 282.

31 Declaratur † tertiò, vt non habeat locum prædicta coniectura, quando teſtator nobilis & dignitate ornatus filiorum naturaliũ in alia teſtamenti parte mentionem feciſſet eoſq; honoraſſet. Nam coniectura inde ſumi poterit teſtatorem, odio non habuiſſe, ſed dilexiſſe naturales & propterea naturales deficere facient conditionem etiam a teſtatore nobili & in dignitate poſito ſuo in teſtamento adiectam. Ita Bart. in d. §. ſi quis rogatus & nu.... & ibidem Ripa nu. 17. Quibus accedunt Angelus in quæſtione Nobilis quidem genere col. verſ. 3. Non obſtat præſump. Alex. in conſ. 2. nu. 19. verſ. non obſtat vndecimo lib. 1. Socin. Sen. in cõſ. 251. col. 9. verſ. 1. quia lib. 2. Brunus in conſil. 15. nume. 11. Idem manifeſtè ſcripſit Coraſius in libr. 1. miſcella. iuris capitul. 7. nume. 7. & idem ego reſpondi in conſil. 266. numero 23. libro 3. vbi alios adiunxi.

Et hoc in caſu declarari poteſt traditio illa Imolæ in d. §. ſi quis rogatus. nume. 1. quem probat ibi Ripa. nume. 14. Cùm dixerunt, quod etſi teſtator ipſe habeat filios naturales; attamen illis inſtituti & grauati naturales non excludunt

ſubſtitutum. Hæc traditio intelligitur quando ipſe teſtator
ſuos naturales neglexit, vt puta ſi nil vltra debita alimenta
reliquit, ſecus ſi eos inſtituit. Nam hoc caſu ſicuti dilexit ſuos
naturales præſumitur etiam dilexiſſe naturales inſtituti.
32 Declaratur † quarto, vt non procedat hæc cōiectura, quan
do in ea teſtatoris vrbe extaret ſtatutum, quod filij naturales
æquè ac legitimi ſuccedant. Hoc ſane caſu etſi teſtator eſt
nobilis & dignitate ornatus: attamē ij naturales efficiunt, vt
deficiat conditio, atque ita excludunt ſubſtitutum. Ita Barto.
in dicta l. hæredibus. §. vlti. num. 4. ff. ad Trebel. Alexand. in d.
§. ſi quis rogatus. nume. 3. Ripa num. 20. Ruinus in conſil. 76.
nume. 13. verſ. vltimo. lib. 3. Decius in cap. in præſentia. nume.
36. de probat. & ibidem Bero. 287. Palæotus in dicto cap. 27.
nume. 7. verſi. aut in eo loco municipalis. Coſta in dicto §. &
quid ſi tantùm in quinta parte. num. 62. & num. 65. qui ſic le-
gem Regiam Hiſpanicam, li. 4. tit. 41. declarat. Cum enim lex
ipſa municipalis, ſublata omni infamia, quò ad ſucceſſionē,
hos æquè dignos efficiat ac legitimè natos, ſequitur dicendū
33 teſtatorem voluiſſe † ſuam voluntatem eſſe ipſi legi conſen-
taneam. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. vbi poſt alios
Ripa. num. 74. Nec repugnat quod ſcribit idem Ripa in d. §.
ſi quis rogatus. nume. 20. & 21. poſt alios quos commemorat,
prædictum ſtatutum non valere. Nam diſputatio noſtra præ-
ſupponit illius ſtatuti validitatem, & validum eſſe demōſtrat
Bero in dicto cap. in præſentia. nume. 289. Et hæc declaratio
locum habet etiam quando ſtatutum redderet ſucceſſibiles
filios ſpurios & vulgò conceptos. Ita Bero. in dicto c. in præ-
ſentia. num. 288.
34 Declaratur † quinto, vt non habeat locum hæc coniectu-
ra, quandò ipſemet teſtator dignitate ornatus eſſet naturalis.
Nam hoc caſu non præſumitur odio habuiſſe ipſos natura-
les: & ideo ij deficere faciunt conditionem. Ita declarat De-
cius in dicto cap. in præſentia. nume. 43. verſic. vltimò eſt, de
probat. Palæotus in d. cap. 27. num. 7. in fine. Roland. in conſ.
76. nu. 23. lib. 3. Et motus eſt Decius verbis Vlpia. in d. §. ſi quis
rogatus: ibi, *& ex conditione eius, qui fideicommiſit.* Nec repu-
gnat conſideratio Ripæ in d. §. ſi quis rogatus. nume. 22. cùm
dixit, illam teſtatoris conditionem conſiderari quò ad effe-
ctum negatiuum, nempè quòd non efficiant ij naturales, vt
deficiat conditio. Et ideò male Decius conſiderat quò ad ef-
fectum affirmatiuum. Nam reſpondetur, prædictam condi-
tionem conſiderari vtroque modo negatiuè, ſcilicet, & affir-
matiuè, iuxta ea, quæ ſcripſimus ſuprà in quarta noſtra opi-
nione. Et præterea negatiua includit affirmatiuam, euenien-
te caſu contrario ſicuti enim conditio teſtatoris, vt ſi eſt in
dignitate, arguit eum odio habere naturales, ita econtra ſi eſt
vilis prȩſumitur eos odio non proſequi. Ita quoque ſi ipſe na
turalis eſt: cùm omne ſimile appetere ſoleat ſibi ſimile, vt vul
gatum eſt. Secundò motus eſt Decius auctoritate ſimili An-
35 char. in conſil. 339. qui reſpondit, quod ſi † fœmina concedit
feudum alicui pro ſe & filiis ſuis, intelligitur pro filiis etiam
fœminis, ex quo ipſa concedens erat fœmina. Et Anchar. ſe-
cuti ſunt congeſti à Curt. Iun. in tract. feud. in 3. parte princi-
pali. in princ. num. 3. Gozad. in conſi. 71. colum. 3. Soci. Iun. in
conſi. 1. num. 111. lib. 1. & à Rolando in conſil. 76. lib. 3. Et hæc
communis eſt, etſi diſſentiat Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ij quo-
que: numero 9. de verborum obligationibus. relatus à Ripa
præcitato in loco, qui ob id mala retorquet Decij argumen-
tum: ac minus rectè ab opinione Decij & ſequacium rece-
dit ex l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſt. & ſubſt. cùm illa
procedunt in diſpoſitione legis, de qua ſuo loco diſſeremus.
36 Declaratur ſextò, vt † non procedat hæc coniectura, quan
dò teſtatrix fœmina in dignitate poſita adiecit hanc condi-
tionem ſuo hæredi, ſi deceſſerit ſine filiis. Nam hoc caſu in-
telligitur etiam de naturalibus, vt & illi efficiāt deficere con-
ditionem. Ita in ſpecie declarat Bero. in d. cap. in præſentia.
num. 279. de probat. qui rationibus comprobat.
37 Hanc tamen † declarationem intelligo, niſi teſtatrix inſti
tuiſſet hæredem proprium maritum ex ſententia Capræ, in
conſi. 132. num. 1. & 7. de qua dicemus infra in decima conie-
ctura.
38 Declaratur ſeptimò, vt † locum non habeat hæc conie-
ctura, quando hic teſtator vſus eſſet verbis generalibus, vt ſi
dixiſſet. Et ſi deceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio, vel
quoquo modo deſcendentibus. Ita Alciatus in reſp. 287. nu.
2. & apertius in reſp. 490. num 9. Idem eſt ſi teſtator ita dixiſ-
ſet; & ſi hæres meus inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis
ſeu de ſuo corpore deſcēdētibus. His enim poſtremis verbis
ſignificauit filios naturales, vt in ſpecie reſpondit Baldus in
conſil. 203. Punctus. Quidam lib. 5.
39 Declaratur octauò, vt † locū non habeat hæc coniectura,
quando teſtator dignitate, vel nobilitate ornatus hæredēm
fecit eum, quem ſciebat habere non poſſe filios ex legitimo
matrimonio natos: tunc de naturalibus, vel aliis aliquando
intelligi debet. Duo exempla conſiderari & afferri ſolent;
quorum primum eſt, quando teſtator inſtituit hæredē filium
ſuum furioſum, vel mente captum: qui cùm matrimonium
contrahere non poſſit, nec conſequenter filios legitimè
natos habere non poteſt. Hoc caſu, conditio hæc, ſi filius hȩ-
réſque meus deceſſerit ſine liberis; intelligi debet, de natura-
libus. Ita Bart. in l. hæredibus. §. vlt. nu. 4. ff. ad Trebell. quem
ſecuti ſunt Beroïus in cap. in præſentia. num. 243. & nu. 280.
de probatio. Coraſius in lib. 1. miſcella. iuris. cap. 7. nu. 5. do-
ctiſſimus & meritiſſimus Cardinalis Palæotus in commen-
tariis de nothis ſpuriiſque filijs. cap. 27. nu. 7. verſ. cuius mēs;
& Emanuel Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. in quinta
parte num. 71. & 72. de liberis & poſth. Et ij quidem adducti
ſunt eo tex. d. l. hæredibus. §. vlt. ff. ad Trebell. qui ſatis mani-
feſtus eſt: & ibi ſimilia ſcribunt Docto.
40 Ea † etiam moti ſunt ratione, quod verba intelligi debent
ſecundum cōditionem perſonæ ad quam diriguntur. l. plenū.
§. equitij. ff. de vſu & habit. de qua dicemus infrà in præſūpt.
41 Idem dicimus, quando † teſtator ſciebat, quod eo teſta-
menti tempore hæres ipſe inſtitutus & grauatus habebat ſo-
los filios naturales: Nam & tunc de eis ſenſiſſe præſumitur.
l. cum pater. §. volo. de leg. 2. quem ſic in ſpecie ſunt interpre-
tati Conna. in lib. 10. Commentariorum iuris. cap. 1. num. 7. &
Coraſius in lib. 1. miſcella. iuris cap. 7. num. 6. verſ. altera con-
iectura.
42 Secundum huius † declarationis exemplum ſolet conſi-
derari, quando teſtator inſtituit hæredem iam in ſacris con-
ſtitutū: eumque grauauerit reſtituere, ſi ſine filiis deceſſerit.
Hoc in caſu intelligi minimè poteſt de filiis legitimis & na-
turalibus: cum is vxorem ducere non poſſit: ſicuti ſcripſe-
runt Bart. in d. l. hæredibus. §. vlt. num. 4. ff. ad Trebell. & alij,
quos ſtatim referam. Cæterùm dubitatio eſt, de quibus filijs
teſtator hoc caſu intellexerit. Hac de re ſunt opiniones. Pri-
ma fuit Bart. præcitato in loco; qui ſic diſtinguit: Aut teſtator
dixit ſimpliciter; & ſi filius hæreſque meus deceſſerit ſine li-
beris. &c. Et tūc intelligitur de eccleſia, quȩ hoc caſu eſt loco
liberorum. Aut dixit, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore
procreandis. Et hoc caſu fideicommiſſum nō valet: cùm hæ-
res ipſe grauatus videatur inuitatus ad delinquendum. Hanc
Bart. diſtinctionem probarunt Abbas in cap. in præſentia nu.
15. de probatio. & ibidem Pariſius nume. 47. Alex. in l. ſi quis
poſthumos. nume. 8. ff. de liber. & poſthum: Ruinus in conſil.
153. num. 1. lib. 1. & Decius in conſil. 425. num. 12. Et huc facit
quod reſpondit Alex. in conſi. 100. num. . . . . lib. 4. quod hæc
conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, eo ipſo purificatur, quod
grauatus aſſumit ſacros ordines: cùm tūc pro mortuo habea-
tur quò ad procreationem filiorum. Idem Alex. in conſil. 2.
num. 5. verſ. tertiodecimò, & in conſil. 37. num. 2. lib. 1.
Cæterùm diſtinctionem hanc improbarunt Baldus in l.
generaliter. §. 1. num. . . . . C. de inſtit. & ſubſt. Angelus in l.
ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſth. & ibidem Imola: Decius
in cap. in præſentia: nu. 38. de probatio: & ibidem Bero. num.
257. & manifeſtius Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 18.
verſ. ego credo. ff. ad Trebell. Coraſius in lib. 1. miſcella. iuris.
cap. 7. nu. 6. & doctiſſ. Cardinalis Palæotus in Tract. de no-
this ſpuriiſque filijs. cap. 28. nu. 5. Illud primum membrum
diſtinctionis ea ratione, improbatur; quod verum minime ſit
43 eccleſiam dici poſſe † loco filij ipſius clerici. Cum hoc iure
non probetur: ſed potius eſt loco vxoris, vt inquit glo. in cap.
per venerabilē, in verbo, adulterinis qui filij ſint legitimi. Vel
dicitur potius eſſe loco patris arrogatoris quam filij legitimi
& adoptiui, vt colligitur ex gl. in cap. ſi qua. 19. q. vlt. Imò nec
quò ad effectum ſuccedendi eccleſia dicitur loco filij ipſius
clerici, vt illa clerico ſuccedat ſicuti ſuccedit filius patri.




Nam eccleſia clerico non ſuccedit: ſed clericus ipſe de ipſis
bonis ad libitum poteſt diſponere. Ita Bero. in d. cap. in præ-
ſentia. nu. 261. auctoritate gloſ. in cap. vt lex continentiæ. 27.
q. 1. Præterea non eſt vera Bar. traditio ſecundum Decium in
d. cap. in præſentia. num. 38. quia hoc non videtur ſecundum
mentem teſtatoris, qui dum conditionem adiecit, intellexit
de vera conditione, quæ rem dubiam & incertam ſignificat:
cum illa pendeat à futuro euentu. Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de cond.
44 & demonſtr. ſed intelligendo ſecundum Bart. non eſſet pro-
priè conditio. Cùm † clericus iam in ſacris exiſtens ſit certus
de fine ſui ſtatus, ex quo religionem deſerere non poteſt. cap.
45 cùm ex eo. de electio. lib. 6.
Non etiam eſt verum † ſecundum membrum diſtinctionis
Bar. quia (inquit Ripa) in ſacris exiſtens poteſt abſque pecca-
to habere filios legitimos & naturales: cum ſummi Pontificis
diſpenſatione contrahere poſſit matrimonium, vt docuit Ab-
bas in cap. cum olim. de cler. coniugat. Et iam olim obſerua-
tum in multis fuit, qui exiſtentes in ſacris auctoritate Pontifi-
cia relictis etiam clauſtris vxorem duxerunt: ſicuti exempla
referunt. Abbas in cap. per venerabilem. num. 21. qui filij ſint
legit. Felinus in cap. ſi quando. nu. 5. de reſcript. & Io. de Selua
in Tract. de beneficio in ſecunda parte. q. 1. num. 62. Nec re-
pugnat inquit Ripa, quòd diſpenſatio pendeat à voluntate
Pontificis & quod ob id impoſſibilis videatur iuxta. l. apud
Iulianum. §. conſtat. de legat. 1. Nam reſpondetur (ait Ripa)
quod licet diſpenſatio pendeat à voluntate Papæ: non tamen
ab eo pendet conditio, ſi ſine liberis. Ergo ipſa conditio non
reiicitur: ſicuti ſimili in caſu ſcripſit Socinus in l. quidam re-
46 legatus. num. ff. de rebus dubiis.
Et ſimile videmus (ſubiungit Ripa) quod † legitimatus ex-
cludit ſubſtitutum: & tamen legitimatio pendet à voluntate
principis legitimantis. l. 1. ff. de natal. reſtit. Bart. in l. non am-
bigitur. in fin. ff. de legib. Hæc Ripæ conſideratio vera non
eſt: Nam & ſi conditio, ſi ſine liberis, pendeat à voluntate te-
ſtatoris: attamen in caſu noſtro dicimus, non fuiſſe ſic à teſta-
tore conſideratā: quippè qui cùm ſciret has diſpenſationes ra
rò admodum & non niſi magnis ex cauſis concedi, cap. cum
ad monaſterium in fine. de ſtatu mona. non cogitauit de iuſtis
iſtis filiis. Nec illud ſimile legitimationis ad rem pertinet,
cùm perſæpè concedi illæ ſoleant: ſicuti manifeſtum eſt, dici
non poſſunt vel impoſſibiles, vel difficiles: vt declarando. d. §.
conſtat, tradit ibi Iaſon, numero 13. & idem affirmarunt Af-
flictus in deciſ. 116. numero 4. & Crauet. in conſilio 270. co-
lumna penult.
Secunda fuit opinio Angeli in l. ſi quis poſthumus. ff. de li-
beris, & poſth. quem ſecutus eſt Coraſius in lib. 1. miſcella. iu-
ris. cap. 7. numer. 6. in fine. Dixit Angelus, prædicta verba, ſine
liberis, intelligi debere de filiis illegitimis & naturalibus: cum
is hæres grauatus alios habere non poſſit: atque ita intelli-
47 guntur † verba ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam refe-
runtur. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. & dixi ſuprà. Et
credendum eſt, teſtatorem conſideraſſe magis naturam quàm
accidens. l. ſi quis poſthumos. ff. de hæred. inſtitut. Nec dicen-
dum eſt, ſic clericos inuitari ad complexus nepharios: quia
reſpondet Angelus, conditionem hanc non inuitare, ſed po-
nere caſus contingentiam: nempè ſi fortè ſic eueniret, vt ha-
beret filios naturales, & præterea non eſt hos ordinatum ad
hunc effectum: vt conſiderat Ripa in d. §. ſi quis rogatus, nu-
mero 19. in fin.
Hæc opinio, vt rectè tradit eruditiſſ. Palæotus in Tract. de
nothis ſpuriiſque filij. cap. 28. num. 1. vera non eſt: cum præ-
ſumendum nō ſit, teſtatorem de his filiis cogitaſſe cum igno-
48 minioſi † ſint, toto titulo de filiis preſbyter. & perpetuò ſerui
eſſe debent in ea eccleſia, in qua pater miniſtrauit. capitul.
cum multæ. 15. quæſt. vlt. Nam, vt dicebat Decius in d. cap. in
præſentia. numer. 38. de probatio, ij ſpurij & inceſtuoſi filij,
filiorum nomen non obtinent, authen. ex complexu. C. de in-
ceſtis nuptiis.
Tertia eſt opinio Decij in d. cap. in præſentia. numer. 38.
vbi Bero. nume. 262. idem ſenſit. Dixit Decius, conditionem
hanc, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligi de adoptiuis: cùm
49 † clericus iſte alios quàm hos habere non poſſit atque ita ij
ſic adoptati excludent ſubſtitutum. Et ſimile eſt, quod anno-
tarunt Bartol. Angelus & Imola in l. ſi quis poſthumos. ff. de
liber. & poſthum. cùm dixerunt, teſtatorem in ſacris exiſten-
tem intellexiſſe de filio adoptiuo, ſi ſuo in teſtamento hære-
dem fecit filium: Cùm prohibitum non ſit clericis habere fi-
lios adoptiuos, vt docuit Abbas in cap. 1. numero 4. de cogna-
tio. legali. Et niſi de his (inquit Decius) intelligatur hæc
conditio fruſtra appoſita eſt: cum de alio filio intelligi non
poſſit. Cæterùm nec opinio hæc retinenda eſt: ſicuti eam re-
49 ctè confutauit Palæotus in d. cap. 28. num. 6. Cùm † generali-
ter conſtitutum ſit, filios adoptiuos non efficere, vt deficiat
conditio, & fideicommiſſum. l. ſi ita quis. §. vltimo. de leg. 2. &
diſſeremus infrà in præſumpt.
Nec repugnat illa traditio Barto. & aliorum in d. l. ſi quis
poſthumos. ff. de hæred. inſtitu. quia reſpondet Ripa in d. §. ſi
quis rogatus. numero 35. prædictos loqui de teſtatore clerico
inſtituente filios, qui intelliguntur adoptiui, quos habere po-
teſt: ne eluſoria, & inanis ſit eius diſpoſitio. l. 3. ff. de milita. te-
ſtamen. Id quod non contingit (inquit Ripa) noſtro in caſu,
in quo alios habere poteſt, quàm adoptiuos. Quæ Ripæ con-
50 ſideratio recipienda non eſt: cum † verum minimè ſit, hunc
clericum poſſe habere alios filios: Rectiùs dici poteſt, cleri-
cos adoptare non poſſe filios. argum. cap. 1. ne clerici, vel mo-
nachi: & tradit Portius in inſtit. de adoption. in principio,
numero 5.
Prætereà reſponderi poteſt, caſum illum Bar. & ſequacium
in d. l. ſi quis poſthumos. non eſſe huic noſtro ſimilem. Nam
in inſtituto ceſſat illa fraus, quæ ſolet conſiderari in ſubſtitu-
to: Nam teſtator, qui ſibi hæredem facit, is eſt qui adoptat: at-
que ita nulla eius diſpoſitioni fit fraus. Ita ſenſit Bartolus in l.
ſi cognatis. colum. 2. verſic. oppono prout. de rebus dubiis. &
manifeſtè ac in ſpecie Ruinus in conſ. 119. nu. 3. lib. 1.
51 Quarta † fuit opinio Ripæ in d. §. ſi quis rogatus. num. 19.
conditionē hanc poſſe intelligi de veris & propriis filiis: nec
à ſermonis proprietate eſſe recedendum. Nam & clericus fi-
lios legitimos & naturales habere poteſt, vel ex matrimonio
putatiuo. capit. ex tenore. qui filij ſint legitimi. Vel ſummi
Pontificis diſpenſatione dicto capitul. cum olim. vbi Abbas.
de cleric. coniugat. & gloſſa in capitulo de illo. trigeſimaſe-
cunda diſtinctione.
Hæc pariter opinio vera non eſt: & eam in ſpecie damnat
Palæotus in dicto capit. 28. numero 4. Nam primum illud
exemplum, de matrimonio putatiuo, non conuenit: cum
52 † nullus iuſtus error valeat patrem clericum excuſare, qui ſuæ
conditionis & qualitatis ſciens erat, iuxta l. vltimam. ff. pro
ſuo: cùm tamen ad matrimonium putatiuum excuſandum er-
ror maximè probabilis requiratur, capitulo vltimo. §. primo.
de clandeſti. deſponſat. & tradit Abbas in capitu. 2. qui filij
ſint legit.
Non etiam conuenit ſecundum exemplum de diſpenſatio-
ne, quoniam (vt iam diximus ſuprà) non ſolet concedi, niſi
magna & vrgenti cauſa. Et cum pendeat à Pontificis auctori-
tate, qui non ita paſſim diſpenſare conſueuit, tanquam impoſ-
ſibilis reputatur, ſicuti ſuprà declaraui, vbi etiam dixi, illud ſi-
mile de legitimatione non conuenire caſui noſtro.
53 Quinta fuit † opinio Beroij in capit. in prȩſentia. numero
268. verſ. cogitabam. de probat. quod conditio hæc, ſi deceſ-
ſerit ſine liberis, duas habet partes, ſi deceſſerit, & ſi ſine libe-
ris: & ideò valet quatenus valere poteſt, iuxta l. ſerui electio-
ne. & l. ſtichum, qui. de leg. 1. & l. qui dotem. ff. de dote præle-
gata. atque ita quò ad illa verba, ſi deceſſerit, extabit cùm is
hæres morietur: quò ad illa verò, ſi ſine liberis, quia impoſſibi-
54 lis eſt, pro non adiecta videtur, † ne vtile per inutile vitietur.
capit. vtile. de reg. iuris. in 6. Quare concludit Bero. hunc cle-
ricum ſic grauatum teneri ſtatim reſtituere: nec quidquam
illa verba, ſi ſine liberis, vel obeſſe, vel prodeſſe.
Hanc opinionem reiicit pariter Palæotus in dicto capitul.
28. numero octauo, ea ratione, quod imò conditio hæc eſt
vnica: vnica inquam verborum connexitate concluſa, ob id
ſeparari non poteſt. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de li-
ber. legat.
Prætereà, ſi qualitas hæc detraheretur, conditioni ſatiſ-
factum non intelligeretur. l. Titius. ff. de milit. teſtamen. Rur-
ſus non eſt vera, quia hæc eſſet certa conditio: cùm certum
ſit illum eſſe moriturum. l. prima. ff. de conditio. & demon-
ſtratio. & tamen conditio eſſe debet de incerto, vt diximus.
ſuprà.
46 Sexta & vltima eſt opinio doctiſſimi Palæoti in præcitatis

commentariis de nothis ſpuriiſque filiis. capitul. 28. in fine
qui acutè exiſtimauit, ſubſtitutionem hanc haberi pro pura.
Nam conditio hæc dicitur quædam conditio neceſſaria, quæ
pro pura habetur: ſicuti docuit Bartol. in l. 1. in prima oppoſ.
ff. de conditio. inſtit. cùm dixit, conditionem illam adiectam
illi diſpoſitioni: iubeo hæredi meo, vt eius patrem interfi-
ciat: & ſi non interfecerit, centum dabit nomine pœnæ.
Hæc conditio, ſi patrem interfecerit, eſt impoſſibilis de iure.
Ergo contraria conditio, ſi non interfecerit, eſt neceſſaria.
Ita hoc caſu, dum teſtator ſenſit, ſi hæres vult hæreditatem
liberam, cogatur filios ſuſcipere: etſi non ſuſceperit, veluti
pœnę nomine eam reſtituat ſubſtituto, ſed prior conditio im-
poſſibilis eſt de iure: cùm non poſſit clericus filios ſuſcipere:
ex quo eſt contra honeſtatem & bonos mores, argum. l. filius.
ff. de condit. inſtit.
Ergo conditio contraria, ſi non ſuſceperit liberos, neceſ-
55 ſaria dicetur: cùm † neceſſarium illud ſit, cuius contrarium
eſt impoſſibile vt docuit Baldus in l. non quid. ff. de iudi-
56 ciis. Porrò cùm † quælibet conditio neceſſaria pro pura ha-
beatur. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. ff. de nouatio.
dicendum eſt, hunc clericum purè teneri reſtituere ſub-
ſtituto.
Hæc opinio mihi magis probatur: niſi dicamus, verba hęc,
ſi deceſſerit ſine liberis, imperitia potius ſcribentis, vel erro-
re ipſius teſtatoris fuiſſe adiecta.
Et prædicta quidem ceſſarent, quando conſtaret, clericum
ipſum inſtitutum & grauatum iam habere filios legitimos,
vel legitimatos. Ita poſt Doctores in d. l. ſi quis poſthumos.
ff. de liberis & poſthumis ſcripſit Palæotus in dicto capitulo
28. in fine.
57 Secunda eſt coniectura, qua † dicimus, teſtatorem noluiſ-
ſe, quod naturales deficere faciant conditionem, atque ita
non excludant ſubſtitutum: quæ colligitur ex ipſius teſtatoris
voluntate, vt in d. §. ſi quis rogatus, dicitur: vt putà, ſi teſtator
hæredem inſtituit filiam propriam, quam grauauit reſtituere,
ſi ſine liberis deceſſerit. Hoc ſanè caſu ex voluntate teſtatoris
intelligimus, naturales natos ex illa filia non efficere, vt defi-
ciat conditio. Ita Bartol. in d. l. hæredibus. §. vltim. ff. ad Tre-
bell. Angelus, Imola & Alexand. in d. l. ex facto. §. ſi quis ro-
gatus. numer. 6. ff. eod. & ibidem Ripa numero 23. Socinus in
l. ſi cognatis numero 39. ff. de reb. dubiis. Herculanus in d. §.
ſi quis rogatus. colum. 3. verſic. ſecundò fallit. Decius in cap.
in præſentia numer. 41. & ibidem Beroïus, numero 248. de
probatio. Pariſius numero 53. & 54. Palæotus in Tractat. de
nothis ſpuriiſq; filiis. cap. 27. in fin. & Sforcia Oddo in Tract.
de compendioſa in ſexta parte, artic. vltim. pagina. 206. verſi.
limitatur quartò, & Ludouicus Molina in lib. 3. de Hiſpano-
rum primogen. cap. 3. numero 34. Ea eſt huius ſententiæ ra-
tio: quia teſtator rationem habere voluit honoris filiæ: cùm
58 † in fœmina maior caſtitas quàm in maſculo ſit laudabilior:
Ita gloſſ. in l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nuptia. Et
in muliere vitium carnis eſſe deteſtabilius quàm in viro ſcri-
pſerunt Abbas, in cap. paſtoralis: de iud. & latè Tiraquellus
59 de legibus connubial. in l. prima numero 42. quo † loci di-
xit, ob id virum poſſe accuſare mulierem de adulterio: & non
mulier virum. Nec repugnat conſideratio illa doctiſſimi Pa-
læoti in d. cap. 27. numero 8. verſic. ſed ego: cum dixit: quod
ex quo naturales ſuccedunt matri ab inteſtato ſic lege ipſa
permittente. §. vlti. in inſtit. de ſucceſſ. cogna.
Et etiam ſi illuſtris ſit mater, ei tamen ſuccedant naturales
filij, l. pen. C. ad S. C. Orphic. cum ergo lex hos filios foueat,
nulla matri ignominia oriri videtur.
Et propterea teſtator, vt ſuam voluntatem reddat conſen-
taneam legi, iuxta. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. di-
cendum videtur: de his filiis naturalibus ſenſiſſe. Nam reſpon-
detur, quòd etſi lex naturales illos admittit ad matris ſucceſ-
ſionem, non tamen inde fit, quin ſint ſucceſſores minus hone-
ſti, qui à teſtatore veriſimili ratione dilecti non fuerunt.
60 Extenditur † hæc coniectura, vt locum habeat etiam in
fœmina extranea hærede inſtituta. Nam adhuc filij naturales
ex ea nati non efficiunt, vt deficiat conditio. Ita docuit Ripa
in dicto §. ſi quis rogatus numero 23. reiecta opinione con-
traria Imolæ Angeli & Alexandri, quos ſecuti ſunt Pariſius
& Palæotus præcitatis in locis. Eſt enim eadem ratio ſeruan-
da pudicitiæ: inſpecta perſona ipſius mulieris: quam præ ocu-
lis teſtator ipſe habuit.
Nec dici poteſt, quin dilecta fuerit hæc fœmina, vt dilige-
re ſolet pater filiam: quia etſi eo eximio amore non ſit eam
proſequutus, quo pater filiam: attamen non leuis dilectio ex
eo, quod hæredem eam fecerit, conſiderari debet. Nec con-
ſiderauit eam fore impudicam.
61 Declaratur, vt † locum non habeat hæc coniectura, quan-
do fœmina hæres inſtituta iam eſſet in concubinatu: Nam de
filiis ipſis naturalibus ſenſiſſe dicitur teſtator. arg. l. hæredi-
bus. §. vltim. ff. ad Trebell.
Tertia eſt coniectura, qua dicimus, filios naturales non ef-
ficere, vt deficiat conditio, atque ita ſubſtitutum excludunt.
Eſt ſanè coniectura, quæ ſumitur à conditione propria ip-
ſius teſtatoris: vt puta ſi ipſe teſtator ſubſtituit alterum eius
filium.
62 Non enim † veriſimile eſt, quòd voluerit eum excludi à fi-
lio naturali inſtituti. Ita Salicetus in l. generaliter. §. cum au-
tem. columna 3. verſicul. aut ſubſtitutus non eſt extraneus. C.
de inſtit. & ſubſtit. & idem ſenſit Baldus in conſil. 349. ſuper
eo quod, columna 2. verſic. ſequitur videre lib. 3. Alexand. in
conſil. 94. numer. 3. lib. 1. Socin. Sen. in conſil. 249. numer. 20.
verſic. Nonò probatur. lib. 2. Ripa in d. l. ex facto. §. ſi quis ro-
gatus. num. 24. ff. ad Trebell. & Beroïus in cap. in præſentia.
num. 284. de probatio: qui reſpondet argumentis Alex. in d.
§. ſi quis rogatus, qui ſibi parum conſtans à Saliceto diſſen-
tit. Et cuius quidem Alexandri opinionem dixit communem
Ripa in d. §. ſi quis rogatus. num. 24. quod verum non eſſe exi-
ſtimo: etſi Alexandrum ſecutus etiam ſit Herculanus in d. §. ſi
quis rogatus. colum. 3. verſic. tertiò fallit, & Sforcia Oddo in
Tractat. de compendioſa ſubſtitutione, in ſexta parte. artic.
vltim. pagin. 206. verſic. limitatur quintò.
63 Quarta coniectura † ſumitur, quando grauatus tempore
teſtamenti habebat filios legitimos & naturales. Nam tunc
teſtator præſumitur cogitaſſe de illis tantùm: non autem
etiam de naturalibus. Ita Caſtren. in dicto §. ſi quis rogatus
numero 7.
Et motus eſt Caſtrenſis textu. d. §. ſi quis rogatus, vbi ſi
grauatus tempore teſtamenti habebat filios naturales, præſu-
mitur de eis cogitaſſe: & melius probat. l. cum pater. §. volo.
de leg. 2. quam ſic intelligit Coraſius lib. 1. miſcella. iuris. cap.
7. num. 6. verſic. altera coniectura. Ergo pari ratione dicen-
dum eſt, cogitaſſe de legitimis & naturalibus tantùm, quos eo
tempore habebat.
Cæterùm Alexand. & alij, qui à Caſtrenſi diſſentiunt, opi-
nantur. d. §. ſi quis rogatus, retorqueri poſſe, vt infrà dicemus.
64 Secundò ea ratione vſus eſt Caſtrenſis: quia † non præſumitur
teſtatorem conſideraſſe triſtem euentum, iuxta leg. inter ſti-
pulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat. nempè mortem fi-
liorum legitimorum ac legitimæ vxoris: & habiturum con-
cubinam è qua filios naturales ſuſcipiat. Verùm reſpondet
Ripa in d. §. ſi quis rogatus, numero 26. & prius Herculanus,
quem mox referam, triſtem euentum conſiderari, vt illi, (ſi
fieri poteſt) prouideatur, cum (vt Scipio dicere conſueuerat)
ſapientis non ſit dicere, non putaram, l. generaliter. §. ſi homi-
ni libero. ff. de fideicom. libert. Tertio & melius probat ſen-
tentiam hanc ratio: quod & ſi teſtator cogitauit de aliis filiis
præter illos, quos eo tempore ille grauatus habet: nihilomi-
nus intelligitur cogitaſſe de aliis legitimis: vt quod eſt hone-
ſtius, ac legi conuenientius conſideratum præſumatur. Con-
trariam itaque opinionem probarunt Alexand. in d. §. ſi quis
rogatus numer. 26. & ibidem Herculanus columna 5. verſic.
quintò fallit, & Sforcia Oddo in Tracta. de Compendioſa, in
in ſexta parte. articul. vltimo pagina. 207. verſicul. limitatur
ſeptimò.
Et ij quidem adducti ſunt eo text. d. §. ſi quis rogatus, vbi
quando teſtator ſcit grauatum habere naturales tantùm: atta-
men præſumitur, quod etiam cogitauerit de legitimis & na-
65 turalibus: quia conditio † hæc: ſi deceſſerit ſine liberis, habet
tractum in futurum vſque ad tempus mortis, d. l. ex facto. §. ſi
quis autem. ff. ad Trebell.
Ergo idem dicendum eſt econtra: quando teſtator ſcit
grauatum habere legitimos & naturales, quòd ſcilicet cogi-
tauerit, eum poſſe habere naturales. Verùm tex. d. §. ſi quis ro-
gatus,



gatus, nullum verbum habet, quod eo tempore conditi teſta-
menti is grauatus haberet filios naturales.
Eſt etiam leuis illa conſideratio Herculani pręcitato in lo-
co, ex traditione Baldi, & Imolæ in l. Gallus. §. inſtituens. ff.
de libe. & poſthum. Nam & nos concedimus, intelligi poſſe
de aliis filiis naſcituris, ſed tamen ex legitimo matrimonio.
66 Quinta eſt coniectura, quæ † ducitur ex qualitate perſonæ
ſubſtitutæ, vt putà, ſi ſubſtituta fuit Eccleſia: Nam tunc illa
non excluditur à filiis naturalibus in conditione poſitis. Ita
Baldus in capitulo in præſentia. numero 35. de probat. & ibi-
dem Felinus columna 9. verſiculo fallit primo. Decius nume-
ro 42. Marſilius ſingul. 131. Tu ſcis, quod & Tiraquellus in
Tractatu de priuil. piæ cauſæ in priuil. 94. Ea ratione adducti
ſunt, quod Eccleſiæ dignitas non patitur, vt ab illegitimè
nato excludatur. Verùm rationem hanc improbarunt Alexan.
& alij, quos ſtatim referam: cùm non ſubſtituti dignitas, ſed
ſolius teſtatoris conſideretur dicto §. ſi quis rogatus. Rectiùs
dicere poſſumus, ad coniecturandum de quibus filiis ſenſe-
rit teſtator, conſideramus tria, dignitatem, voluntatem,
& conditionem teſtatoris, dicto §. ſi quis rogatus. Etſi ergò
concedimus, hic non conſiderari dignitatem vel conditio-
nem teſtatoris, poteſt tamen conſiderari eius voluntas, quæ
præſumitur voluiſſe anteponere piam cauſam atque ita ſalu-
tem animæ ſuæ iuxta l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccle. Ne alio-
qui hæredis inſtituti peccato conſentire videatur, quod alio-
qui facere videretur, ſi eius filium naturalem diceretur vo-
caſſe. Et cum ſimus in dubio pro cauſa pia eſt pronuntian-
dum. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fune.
Qua ex re intelligimus minus rectè à prædictis diſſentire
Alexand. & alios, quos recenſet, & probat Ripa in dicto §. ſi
quis rogatus. numero 25. & quibus accedunt Herculanus in
dicto §. ſi quis rogatus. columna 4. verſiculo quartò fallit. &
Sforcio Oddo in Tractatu de compendioſa. in ſexta parte.
articulo vltimo. pagina 206. verſic. limitatur ſextò. ea adducti
ratione, quod teſtatoris dignitas & conditio, non autem
ſubſtituti conſiderari debet. Cui quidem rationi ex iam dictis
reſponſum eſt. Nec etiam ad rem facit conſideratio Ripæ,
cùm dixit, quòd ſi dicimus teſtatorem fuiſſe in dignitate, tunc
non erit ſpeciale in Eccleſia: Si verò dicimus, teſtatorem
non fuiſſe in dignitate: tunc conditio Eccleſiæ repugnabit
conditioni teſtatoris.
Ergò magis ſpectanda erit conditio teſtatoris, ſecundum
Angelum & alios in d. §. ſi quis rogatus. Non inquam ad rem
facit conſideratio hæc: cùm nec dignitas, nec conditio teſta-
toris: ſed tacita eius voluntas conſideretur, vt ſuprà decla-
rauimus.
67 Sexta eſt coniectura, † quæ ſumitur ex proprietate ſermo-
nis, vt ſi teſtator dixit: ſi deceſſerit ſine filiis naturalibus, &
legitimis, vel ſine liberis ex legitimo matrimonio natis, vel
ſine veris filiis. Nam hoc caſu naturales non excludunt ſubſti-
tutum. Ita Ripa in dicto §. ſi quis rogatus. numero 30. ſenſit
Baldus in conſilio 463. Quidam ſubſtituit. libro 5. & ea ra-
tione motus eſt Ripa, quia naturales non dicuntur filij pro-
priè, ſed impropriè. l. vltima. ff. de iure delib. Quę ſanè conie-
ctura intelligitur, niſi aliis verbis à teſtatore prolatis colliga-
tur ſenſiſſe etiam de naturalibus, vt ſi dixit: ſi deceſſerit ſine
filiis legitimis, aut de ſuo corpore deſcendentibus. Hęc enim
poſtrema verba ſignificant ſolos naturales: vt declarat Baldus
in d. conſ. 463.
68 Septima eſt † coniectura, quando filij non ſolùm eſſent
naturales: ſed etiam vitio ſpurietatis affecti. Nam ij non ex-
cludunt ſubſtitutum. Ita Alexand. in dicto §. ſi quis rogatus.
num. 7. poſt Angelum, quem refert. Idem docuit Decius in
cap. in præſentia. nume. 39. verſ. tertia concluſio. de probatio.
poſt Abbatem ibi. & idem Decius in conſilio 443. num. 17.
Eſt ratio, quia verè nomen filij non obtinent. cap. vltimo. 35.
quæſt. 7. & in authen. licet. C. de natural. liberis. Et ij ab omni
beneficio excluduntur, ita quod iure ciuili inſpecto non de-
bentur eis alimenta. auth. ex complexu. C. de inceſtis nuptiis.
Etſi ius pontificium æquitate quadam alimenta eis præſtari
debere ſanciuerit. cap. cum haberet. de eo, qui duxit in matr.
Quæ diſpoſitio, & hodie in foro Cæſareo obſeruatur, Decius
in conſ. 312. num. 4. alios ſciens omitto.
69 Declaratur † hæc coniectura, vt locum non habeat quan-
do teſtator dixit: & ſi hæres meus deceſſerit, ſine filiis ex
legitimo matrimonio deſcendentibus, vel quoquo modo ve-
nientibus. Nam tunc intelligitur etiam de ſpuriis. Ita in ſpe-
cie reſpondit Alciatus in reſp. 287. num. 2. & in reſp. 490. nu-
mer. 1. vbi deinde reſpondet obiectionibus.
70 Octaua † eſt coniectura, quando aliquis inuitatur ad lu-
crum ſub conditione affirmatiua, ſi filios habuerit. Ita Alex.
in d. §. ſi quis rogatus num. 9. recenſet ſcripſiſſe Angelum in l.
generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.
Cæterùm animaduertit Ripa in d. §. ſi quis rogatus numer.
29. Angelum ne verbum quidem hac de re feciſſe. Et pro-
pterea falſam eſſe hanc differentiam exiſtimauit Ripa & il-
lam repugnare. l. fideicommiſſum. ff. de condit. & demonſtr.
iuncta. l. ſi ita quis. §. is cui. de leg. 2. vbi vtroque caſu idem di-
citur. Diſſentit etiam Herculanus in d. §. ſi quis rogatus. col.
6. verſic. ſeptimò & vltimò.
71 Nona eſt coniectura, quando † filij ſunt poſiti in condi-
tione tacitè ex legis diſpoſitione: vt in caſu. l. cum auus. ff. de
cond. & demonſt. Nam tunc naturalis non efficit, vt deficiat
conditio, atque ita ſubſtitutum non excludit. Ita ſtatuit Iuſti-
nianus in l. generaliter. §. cum autem. C. de fideicom. & in no-
ſtris terminis, Herculanus in d. §. ſi quis ita colum. 6. verſicul.
6. fallit, & Ripa num. 24. & Felinus in cap. in præſentia. num.
21. verſ. fallit. 4. de probatio. Quæ autem ſit ratio differentiæ
diſputant omnes in dict. §. cum autem, & Socinus in d. l. cum
auus. nu. 61. & 62. Qua de re differemus infra in præſumpt.
72 Decima eſt † coniectura, quando mulier hæredem fecit
proprium virum, quem grauauit reſtituere, ſi deceſſerit ſine
filiis. Nam intelligitur de filiis legitimis, & naturalibus, non
autem de naturalibus tantùm. Ita reſpondit Capra in conſil.
132. num. 1. & 7. qui ea ratione motus eſt, quia mulier odio
habet filios naturales ipſius viri: iuxta text. §. ergo verſic. pro-
ſpeximus, in auth. de non elig. ſecund. nub. Eſt autem diuer-
ſum, quando teſtatrix inſtituit alium quàm proprium mari-
tum: vt tradit Bero. in cap. in præſentia. num. 279. de probat.
quem retuli ſupra in ſeptima declaratione ad primam con-
iecturam.
Vndecima coniectura eſt, quandó teſtator dixit, ſi filius
meus deceſſerit ſine hærede. His enim verbis non compre-
henditur nepos naturalis. Ita Felinus in cap. in præſentia. nu.
21. verſ. fallit quintò, poſt Io. Andreæ, quem recenſet. Dubi-
tat tamen Sforcia Oddo in Tract. de compendioſa ſubſtitu-
tione, in ſexta parte articul. vltim. pagin. 207. verſicul. limita-
tur ſeptimò.

## PRÆSVMPT. LXXIX.

Legitimatus reſcripto, quando ex præſumpta teſta-
toris voluntate deficere faciat conditionem, atque
ita excludat ſubſtitutum, vel non, accuratè ex-
plicatur.

## SVMMARIVM.

1 *Legitimatus quando ex præſumpta mente teſtatoris faciat defice-
re conditionem, & ſubſtitutum excludat, quem teſtator voca-
uit ea conditione, ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis & na-
turalibus.*
2 *Legitimati an comprahendantur appellatione legitimorum &
naturalium.*
3 *Princeps an poſſit in præiudicium ſubſtituti legitimare, & expri-
mere quòd ipſum excludat in legitimatione.*
4 *Legitimatum non poſſe excludere ſubſtitutum coniecturis facilè
perpenditur, & quib. coniecturis. num. ſeq.*
5 *Legitimatus an ſubſtitutum excludit, ſi teſtator fuit poſitus in di-
gnitate, & num. ſeq.*
*Quid ſi extat ſtatutum, quòd naturalis ſuccedat. num. 7.*
6 *Viro nobili & dignitate ornato turpe eſt habere hæredem ex illi-
cito coitu ortum, qui nobilitatis memoriam conſeruare non
poteſt.*
8 *Legitimatio non modò reddit legitimatum ſucceſſibilem, verùm
etiam tollit expreſſim omnem infamiam.*
9 *Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri
communi.*
10 *Legitimatio reddit legitimatum nobilem.*

11 *Legitimatus à patre nobili tunc ſubſtitutum excludit, quando fuit ſpecialiter reſtitutus ad nobilitatem, honores & dignitates.*
*Idem quando princeps manifeſtè derogauit l. ex facto. § ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.*
*Secus ſi teſtator fuiſſet magnæ & eximiæ nobilitatis, vt dedecus ei foret habere talem ſucceſſorem. num. 13.*
*Sed in hoc plurimum poterit iudicis arbitrium. ibid.*
14 *Legitimatus excludit ſubſtitutum etiam quòd pater fuerit in dignitate poſitus, quando princeps in legitimatione expreſſit, quòd in omnib. & per omnia habeatur ac ſi eſſet natus ex verò & legitimo matrimonio.*
*Idem eſt dicendum, quando tempore conditi teſtamenti teſtator non erat nobilis. nu. 15.*
*Idem quando hæredi inſtituto ſubſtituit illegitimum & naturalem. num. 16.*
*Et idem quando ſubſtituiſſet alium legitimatum. 17.*
*Idem ſi ſubſtituiſſet ignobilem, & plebeium. 18.*
*Idem ſi hæredem fecit eum, quem ſciebat habere non poſſe niſi filios naturales, quos poſſet deinde legitimare. num. 19.*
*Idem quando ipſemet teſtator eſſet naturalis & ſic legitimatus. numer. 20.*
21 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum, quando fuit dictum.*
*Et ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib. legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio.*
*Extende etiam ſi legitimatio habeat clauſulam, quòd ſit & habeatur perinde ac ſi eſſet de legitimo matrimonio natus & procreatus. num. 22.*
23 *Comes Palatinus non poteſt legitimare ita vt legitimatus admittatur contra teſtatoris expreſſam vel tacitam voluntatem.*
*Verùm nec princeps poteſt impedire iuſtam teſtameti executionẽ.*
24 *Clauſula in reſcripto principis, quòd legitimatus ſuccedat & habeatur ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet: intelligi debet in determinatis à iure communi, non autem in determinatis per ſtatuta particularia.*
25 *Filius legitimus legitimati non excludit ſubſtitutum, quando dictum fuit, Et ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, vel ex legitimo matrimonio: cùm pater ipſe non potuerit ſuccedere, nec plus iuris habere poteſt quàm pater.*
*Declara, vt num. 26.*
27 *Teſtator ſi inſtituit filiam, & ei decedenti ſine filijs legitimis ſubſtituit Caium, an præſumatur illis verbis, ſine filijs: compræhendiſſe legitimatos.*
*Et quid ſi teſtator inſtituiſſet filium & filiam, & eis decedentib. ſine filijs legitimis ſubſtituiſſet. num. 28.*
29 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.*
30 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum, quando teſtator ſubſtituit alterum eius filium.*
*Idem quando teſtator ſubſtituit eccleſiam vel cauſam piam. numero 31.*
32 *Legitimatus legitimi appellatione non cenſetur venire, quando teſtator ei ſpecialiter prouidit aliquid relinquendo: & ideo ſubſtitutum non excludet.*
33 *Clauſula generalis teſtamenti non trahitur ad caſum, de quo teſtator ſpecialiter diſpoſuit & prouidit.*
34 *Legitimati non continentur ſub verbis, ſine filijs legitimis: quando teſtator expreſſè prohibuit bona alienari.*
*Idem quando in eo loco, in quo teſtator condidit teſtamentum, vel in quo natus eſt, extat communis loquendi vſus, quod legitimati non appellentur legitimi. num. 35.*
36 *Notarius in teſtamento præſumitur apponere verba, quæ ſignificent teſtatoris voluntatem.*
37 *Legitimatus ſi eſt natus ex his, inter quos non poterat eſſe matrimonium prohibitione iuris diuini, non excludit ſubſtitutum.*
*Non enim dicitur legitimatus ſed diſpenſatus. ibid. & nu. ſeq.*
*Extende etiam in eo ſpurio, cuius parentes prohibebantur contrahere matrimonium iure canonico. 39.*
40 *Papa poteſt diſpẽſare circa ea, quæ lex canonica poſitiua prohibet.*
41 *Legitimatus verè dicitur ſpurius, cuius progenitores prohibebantur ſolum iure ciuili matrimonium contrahere.*
42 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum, quando agitur de primogenitura.*
*Idem quando teſtator voluit filium legitimari ad ſuccedendum in eo, quod pater voluerit, vel ſine præiudicio venientium ab inteſtato. num. 43.*
*Idem quando teſtator excluſit proprias filias, vt ſuccederent filij maſculi legitimi & naturales. num. 44.*
*Idem quando teſtator & legitimatus non ſunt ſubiecti iuriſdictioni principis legitimantis. num. 45.*
46 *Legitimatio an vires ſuas porrigat extra territorium legitimãtis.*
47 *Legitimatus ſubſtitutum tunc non excludit, quando per reſcriptum tempore impetratæ legitimationis potuit ex ſequenti matrimonio legitimari.*
*Et hoc defectu infringuntur quamplurimæ legitimationes.*
*Nec dicitur excludere ſubſtitutum, ex inualiditate legitimationis defectu citationis.*

1 DISSERAMVS † nũc de filiis legitimatis, quando ſcilicet & ipſi contineantur ſub illo nomine filiorum, cum filij poſiti ſunt in conditione, vt deficere faciant conditionem atque ita excludant ſubſtitutum: quem teſtator vocauit ea ſub conditione, ſi hæres ſuus deceſſerit ſine filiis legitimis & na-
2 turalibus. Recepta † magis ſententia eſt, quod in dubio ſub illis verbis, ſine filiis legitimis & naturalibus: comprehendantur etiam ij legitimati ad excluſionem ſubſtituti. Hanc affirmarunt triginta illi Doctores longa ſerie congeſti à Roland. in conſil. 88. colum. pen. verſic. non obſtat quoque lib. 3. quos ſecutus ſum in conſil. 266. num. 20. lib. 3. & ibi alios nonnullos adiunxi. Et eo in caſu, de quo reſpondi, conſuluit etiam Decianus in conſil. 42. libr. 1. Et prædictis accedunt Ruynus in l. Gallus. §. ſi eius. numer. 41. ff. de lib. & poſth. qui latè diſſerit. Catellianus Cotta in memorabilibus, in verbo. legitimatus: Durans in Tract. de arte teſtandi. in tit. 5. cautela. 15. num. 5. Natta in conſil. 368. colum. 1. lib. 2. Syluanus in conſil. 45. numer. 24. Didacus libr. 3. varia. reſolutio. capit. 6. numer. 7. verſic. eadem quidem: Crauet. in conſil. 958. numer. 45. Marzarius in epitome, de fideicommiſſis. q. 30. Berretta in conſil. 31. Burſatus in conſil. 1. numer. 8. & in conſil. 18. numer. 6. lib. 1. Ludouicus Molina lib. 3. de Hiſpano. primogeniis. capit. 3. num. 2. & Ioan. Petrus Surdus in conſ. 1. nu. 97.

Huius ſententiæ rationes & argumenta non leui ſtudio deduxi in d. conſil. 266. ea propter hic non repetam. Et eo loco confutaui quæ pro contraria opinione afferri ſolent.

Et hic quidem legitimatus excludit ſubſtitutum ex voluntate ipſius teſtatoris. Nam legitimatio ipſa facta ab Imperatore, vel eius Comite Palatino cenſetur facta de voluntate teſtatoris, qui vocauit legitimos: ex quo ſub illo nomine legitimorum continentur, & legitimati. Ita docuit Aretinus in l. ex facto. numer. 12. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. qui manifeſtè dixit, quòd cum legitimatio contineatur ſub his verbis, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, à teſtatore prolatis, legitimatio, quæ deinde mortuo ipſo teſtatore ſubſequitur, eius voluntate facta dicitur. Et proptereà (inquit Aretinus) non poteſt conqueri ſubſtitutus: quod de ſuo præiudicio agatur, ex quo ius ſibi quæſitum tollitur. Nam (ait Aretinus) non cenſetur ſibi quæſitum ius aliquod ante legitimationem, quæ dicitur voluntate teſtatoris fieri. Idem ſcripſerunt Iaſon & Galliaula in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. Ille numer. 115. verſic. tu caue. iſte. numer. 87. ſic & Socinus in dicta l. Gallus. §. ſi eius, numero 7. & in conſil. 226. colum. 3. lib. 2. Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. numer. 86. C. de reuoc. donat. Berretta in conſilio 31. columna 5. & Decianus in conſil. 42. numero 39 libr. 1. & idem ego ipſe reſpondi in conſilio 20. numero 33. lib. 1. & in conſil. 459. numero 4. libr. 5. quo poſtremo in reſponſo huius ſententiæ rationes & argumenta conſideraui: Et demonſtraui, cenſeri voluntatem expreſſam, ex quo ſic præſumitur, & ſi Socinus Tiraquellus & Berretta præcitati dixerint, eſſe tacitam. Et conciliando opiniones, dicere poſſumus: hanc dici expreſſam, ſi ſola diſpoſitio legis conſideratur: ſi verò habetur reſpectus & relatio ad diſpoſitionem teſtatoris, dici debet tacita. Nam expreſſa diſpoſitione ipſamet teſtatoris facta dicitur legitimatio: cùm in ipſo teſtamento dicit, quod poſſit poſt mortem ſuam filius ille legitimari: vt ſcribunt Imola in d. l. ex facto. in princip. numer. 14. ff. de vulga. Socinus in l. ſi cognatis. numer. 21. verſic. tertiò infero. ff. de reb. dubiis, qui quidem affirmant, dubium non eſſe, quin ſubſtitutus excludatur hoc caſu, quando ſcilicet teſtator expreſsè diſpoſuit, quod poſſet legitimari.

Et hæc



3 Et hæc † quidem communis ſententia, nempè quod legitimatus excludat ſubſtitutum, procedit multò magis, quando princeps ipſe legitimans in ipſa legitimatione id expreſſit. Ita Gozadinus in conſ. 29. num. 21. Ruinus in conſil. 76. num. 11. & num. 12. lib. 2. Decianus in conſ. 3. nume. 90. lib. 1. & Petrus Surdus in conſ. 1. num. 98.

Hic etenim concurrit cum præſumpta teſtatoris voluntate expreſſa principis gratia. Et principem poſſe ita legitimare auctoritate multorum comprobat nouè Ludouicus Molina lib. 1. de Hiſpano. primogen. cap. 8. num. 28. & lib. 3. ca. 3. num. 25. & ſi ipſe vtroque in loco diſſentiat.

4 Receditur † tamen coniecturis à prædicta recepta ſententia, quod legitimatus in dubio excludat ſubſtitutum. Et coniecturæ quidem duci poſſunt ex dignitate, ex voluntate, & ex conditione teſtatoris, ſicuti de naturali filio ad excluſionem ſubſtituti reſpondit Vlpianus in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Trebellia. vt retulimus ſuperiore præſumptione.

Namque Doctores noſtri argumentantur ab ea ſpecie ad noſtram, vt ex his, quę dicemus conſtabit. Nunc enumeremus coniecturas.

5 Prima eſt coniectura, † quæ à dignitate teſtatoris ducitur: ſi enim fuit perſona poſita in dignitate, coniectura ſumitur, quòd noluerit legitimatum ſibi ſuccedere, excluſo ſubſtituto. Ita ſcripſerunt quamplurimi quos congeſſi in conſil. 164. numero 10. in conſilio 173. nume. 74. & in conſilio 181. numero 42. lib. 2. nempè Baldus in conſil. 203. Punctus. Quidam ſubſtituit. lib. 5. Angelus in diſputatione quę incipit: Nobilis quidam. colum. 1. verſi. 4. probatur. & colum. 3. verſic. non obſtat præſumpta. Alexand. in conſ. 25. numero 4. in conſilio 67. numero 5. & in conſilio 94. numero 5. lib. 1. & in conſil. 60. numero 6. lib. 2. idem in l. generaliter. §. cum autem. numero 2. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & ibidem Iacobinus numero 4. idem Alexand. & Socinus in l. Gallus. §. ſi eius. num. 1. ff de liberis, & poſthum. Crottus in conſil. 60. numero 39. lib. 1. Barbat. in conſil. 27. numero 53. libro 1. Decius in conſilio 284. numero 10. Ruinus in conſil. 158. numero 8. libro. 1. & in conſil. 167. numero 5. lib. 5. Gratus in conſ. 29. numero 51. lib. 1. Brunus in conſilio 15. num. 11. Pariſius in conſil. 9. numero 47. lib. 2. Afflictus in deciſione 386. & Tiraquellus in Tractatu de nobilitate. cap. 23. numero 15. & numero 18. qui ferè omnes prędictos interpretes recenſet, & poſt eum Ludouicus Molina libro 3. de Hiſpanorum primogen. cap. 3. numero 30. qui non habere contradicentem ſcripſit. Et his accedunt Ruinus in conſ. 27. numero 6. lib. 1. & in conſ. 77. nu. 7. & 8. lib. 3. Neuiz. in conſ. 99. num. 25. Pariſius. in conſ. 12. num. 149. lib. 2. Riminal. Sen. in conſ. 128. num. 6. lib. 1. Decius in conſ. 425. numero 12. Bertrandus in conſ. 169. in fine lib. 2. Eandem ſententiam ſecutus eſt Cephalus in conſilio 117. numero 23. lib. 1. & in conſ. 188. num. 20. lib. 2. Et huius traditionis ratio af-
6 ferri ſolet præcipua, quod † turpe & ignominioſum ſit viro nobili, & dignitate ornato habere hæredem ex illicito coitu ortum, qui nobilitatis memoriam conſeruare non poteſt. Qui verò dicantur in dignitate, vt veriſimile ſit de his filiis non ſenſiſſe, abundè expoſuimus ſuperiore præſumptione in prima coniectura.

Cæterùm prædictam opinionem dubiam admodum eſſe exiſtimauit Ruinus in conſil. 75. num. 13. verſ. vltimò poteſt. & in conſilio 104. num. 15. lib. 3. & idem in l. Gallus. §. ſi eius. num. 24. verſ. ſed tamen ff. de lib. & poſthum. cum Ruino ſenſit Rola. in conſil. 67. numero 35. lib. 3. Et motus eſt Ruinus traditione glo. & Bart. in l. hæredibus. §. vltimo. ff. ad Trebell. quæ ab omnibus recepta eſt. Illo in loco † ſcripſit Bart. quod
7 ſi ſtatuto cautum ſit, filium naturalem ſuccedere poſſe, ſicuti poſſunt legitimi, is naturalis efficiet, vt deficiat conditio, atque ita ſubſtitutum excludet, ex quo talis eſt, vt ſuccedere poſſit vt & legitimus. Et loquitur Bart. eo in caſu, quando teſtator erat poſitus in dignitate: alioqui eius traditio dubitationẽ non haberet, ſicuti refert Ruinus affirmaſſe Imolam, & Caſtrenſem ibi. & etiam Imolam & Alexandrum in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Treb. Et præter hos idem ſcripſerunt apertiùs alij, quos congeſſi ſuperiore præſumptione in quinta declaratione ad primam coniecturam: ſi ergò (inquit Ruinus.) vbi naturalis eſt ſucceſſibilis ex forma ſtatuti, dicitur teſtator etiam conſtitutus in dignitate de eo ſenſiſſe, quando in conditione poſuit ipſius inſtituti filios: eodem modo imò fortiori dicendum eſt, de legitimato ſenſiſſe cum
8 † legitimatio non modò reddat legitimatum ſucceſſibilem, ſed etiam tollat omnem infamiam expreſſim, quam ſtatutum ipſum, niſi in quandam conſequentiam auferre videtur. Etſi dicatur, Bartolum loqui de ſpurio, vt aliqui aduerſus manifeſta verba Bartoli ſcripſerunt, argumentum fortiùs vrgeret. Nec conſtituenda eſt differentia inter ſtatutum prædictum & legitimationem. Nam cum teſtator ſcire præſumatur, legitimatione tolli omnem infamiam, & poſt alios reſpondit Rolandus in dicto conſilio 67. numero 36. lib. 3. & ſucceſſibilem
9 reddere ipſum legitimatum, præſumendum eſt, quod † noluerit ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi, iuxta l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. vbi Ripa num. ſeptuageſimo quinto. Et proptereà legitimatum ipſum excludere debere ſubſtitutum: cum legitimatus ſic teſtatoris voluntate & mente ſuccedat. Et certè ſemper mihi viſa eſt dubia prædicta Doctorum traditio, & coniectura. Nec ſumi poteſt argumentum ex dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Treb. quia loquitur Vlpianus de naturali inſucceſſibili & ignominioſo. Quæ impedimenta cum per legitimationem tollantur, non eſt, quod dicamus, teſtatorem nobiles illos odio habuiſſe. Et falſum eſt, quod Angelus & reliqui opinati ſunt, legitimatum non conſeruare agnationem, familiam, & nobilitatem. Eſt enim veriùs conſeruare, quemadmodum aliorum auctoritate ſcripſi in conſilio 266. numero decimoſexto, libro
10 tertio. Et † legitimationẽ reddere legitimatum nobilem probauit Ruinus in dicto conſilio ſeptuageſimoſexto, numero decimotertio, libro tertio.

Verùm admiſſa communi traditione & coniectura; declarari illa ſolet multis modis.

11 Declaratur † ſanè primò, vt locum non habeat, quando legitimatus fuit ſpecialiter reſtitutus ad nobilitatem, honores, & dignitates. Ita in ſpecie reſpondit Alexand. in conſil. 2. numero 19. verſic. denique per legitimationem. libr. 1. & idemmet hoc ſenſit in conſilio 25. nume. 4. verſicu. & licet non ponam eo. libro 1. & Alexandrum ſecuti ſunt Ruinus in conſil. 76. num. 13. verſi. quod ex alio. & in conſilio 104. numero 14. verſ. & primò. lib. 3. Pariſius in conſilio 1. num. 85. lib. 2. Alciatus in reſpon. 490. numero 1. Rolandus in conſilio 67. nume. 39. lib. 3. & Decianus in conſilio. 3. nume. 90. lib. 1. Et hos ſecutus ſum in conſilio 458. libro 5. reiecta opinione ſibi parum conſtantis Ruini in conſilio 77. numer. 10. lib. qui ea ratione minus vera vſus eſt, quod hic legitimatus cenſetur quidem reſtitutus ad honores, dignitates, & nobilitatem, ſed aptitudine tantũ & potentia, non tamen actu conſequitur nobilitatem. Hæc ſanè ratio vera non eſt, quia veriùs eſt, ſublato illegitimitatis vitio & impedimento, nobilem effici, & conſequi eos honores & dignitates, quas ob nobilitatem ipſam obtinebant eius maiores: ſicuti ſuprà attigi.

12 Declaratur † ſecundò, vt non procedat prędicta coniectura, quando princeps manifeſtè derogauit diſpoſitioni l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Trebell. Nam tunc legitimatus excludit ſubſtitutum, etſi teſtator fuerit nobilis & dignitate ornatus. Ita reſpondit Ruinus in conſilio 161. numero 24 in fine. libro ſecundo. & in dicto conſilio 76. numero 13. verſic. ex alio etiam non obſtat. libro tertio. Ea eſt ratio, quia princeps ſuſtulit illud vitium & impedimentum, quo teſtator nobilis tempore confecti teſtamenti illegitimum illum, ob illegitimitatem, noluiſſe admitti præſumebatur.

13 Declaratur † tertio, vt locum habeat hęc coniectura, quando teſtator fuiſſet magnæ, & eximiæ nobilitatis, vt dedecus ei foret habere ſimilem ſucceſſionem: ſecus verò ſi fuiſſet tenuis nobilitatis. Nam tunc legitimatus excludit ſubſtitutum. Ita ex ſententia Baldi, in dicto conſilio 203. libro 5. reſpondet Rolandus in conſilio 67. numero 38. libro tertio. Cæterùm Baldus præcitato in loco ſolùm dixit, quando teſtator fuiſſet tantæ nobilitatis: Nec dixit, magnæ, vel eximiæ. Et verè paſſim in hac materia ſolùm conſideratur dignitas, ſeu honor & dedecus teſtatoris, ſicuti declaraui ſuperiore præſumptione ex textu dicta l. ex facto. § ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Treb. ibi, & dignitate. Plurimum itaque hac in re poterit iudicis arbitrium: cum diffinitum iure hoc non ſit, ſicuti aliorum auctoritate ſcripſi in Commentariis de arbitriis iudicum. libro ſecundo. caſu. 67.

Declar

14 Declaratur quartò, vt † non procedat prædicta coniectura, quando princeps legitimauit, in omnibus & per omnia habeatur, ac ſi eſſet natus ex vero & legitimo matrimonio. Nam tunc, non obſtante, quod teſtator fuerit nobilis & dignitate ornatus, is legitimatus excludit ſubſtitutum. Ita reſpon derunt Ruinus in conſil.161.nu.24.in fine lib.2.& Rolandus. in d.conſil.67.num.40.lib.3.Et hoc quidem eſt etiam ſecundum præſumptam voluntatem teſtatoris, qui ſi fuiſſet interrogatus, quando condidit teſtamentum, an vellet ſic à principe reſtitutum ſuccedere, veriſimiliter reſpondiſſet, quod ſic, ex quo omnis omninò defectu & vitium ſublatum eſt.

15 Declaratur quinto, vt † locum non habeat hæc coniectura, quando teſtator tempore conditi teſtamenti non erat dignitate ornatus, vel nobilis. Nam hoc caſu legitimatus excludit ſubſtitutum. Ita reſpondit Ruinus in d.conſ.76.num.13. verſ.præterea.lib.3.Eſt ratio, quia qualis fuerit mens & voluntas teſtatoris, tempus ipſum conditi teſtamenti ſpectari debet: quemadmodum ex ſententia Socini & aliorum probaui in conſ.106.numero . . . . . lib.2.cum ergo eo tempore, ceſſante dignitate & nobilitate, dedecus non fuiſſet teſtatori habere hunc hæredem, credendum eſt, ſic eius mente fuiſſe.

16 Declaratur ſextò, vt † non procedat hæc coniectura, quando teſtator hæredi inſtituto decedenti ſine filiis legitimis & naturalibus ſubſtituiſſet illegitimum & naturalem. Hoc ſanè caſu ex mente teſtatoris ſub illis verbis, ſine filiis legitimis & naturalibus, continentur legitimati: aque ita ij excludent ſubſtitutum. Ita in ſpecie ſcripſit Angelus in diſputatione. Nobilis quidam col.3.verſ. non obſtat præſumpta teſtatoris. Et comprobatur traditio hæc ex his, quæ diximus ſuperiore præſumptione in tertia declaratione ad primam coniecturam,
17 vbi & Angelum præcitato in loco retulimus. Et † eadem ratione dicendum eſt, quando teſtator ſubſtituiſſet alium legitimatum.

18 Declaratur ſeptimo, † vt non procedat hæc coniectura, quando teſtator inſtituiſſet, vel ſubſtituiſſet ignobilem & plebeïum: iuxtà ea, quæ ſcripſimus ſuperiore præſumptione in ſecunda declaratione primæ coniecturæ. Non repeto iam dicta.

19 Declaratur † octauò, vt ceſſet hæc coniectura, quando teſtator iſte hæredem fecit eum, quem ſciebat habere non poſſe, niſi filios naturales, quos poſſet deinde legitimare. ſicuti de naturalibus ad excluſionem ſubſtituti ſcripſi ſuperiore præſumptione in quarta declaratione ad primam coniecturam.

20 Declaratur † nonò, quando ipſemet teſtator fuiſſet naturalis, ſed legitimatus, ſicuti de teſtatore naturali diximus ſuperiore præſumptione in ſexta declaratione ad primam coniecturam.

Declaratur decimò, vt ceſſet & duobus illis in caſibus, quos conſiderauimus ſuperiore præſumptione in ſeptima & octaua declaratione ad primam coniecturam. Illæ enim & caſui noſtro, ob eandem rationem, conueniunt. loca retuliſſe ſufficiat.

21 Secunda eſt † coniectura, quæ ducitur à voluntate ipſius teſtatoris: ſicuti quando dixit, etſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio. Hoc ſanè caſu legitimatus per reſcriptum non excludit ſubſtitutum: cùm voluntas teſtatoris ſit clarè ſignificata illis verbis, legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio, quod legitimati, qui eiuſmodi dici non poſſunt, non admittantur. Ita in ſpecie ſcripſerũt Alex.in l.generaliter.§.cum autem nu.2.& ibidem Iacobinus.nume.4.C.de inſtit.& ſubſtit. Idem Alex in conſi.172.nu.2.lib.7.Ruinus in conſil.80.num.10.& 11.& in conſ.103.nu.5.lib.3.& latè in l.Gallus.§.ſi eius num.78.ff.de lib.& poſth.qui cõtrariis argumentationibus reſpondet. Soc. Sen.in conſil.63.nume.18.lib.3.Decius in conſil.425.nume. 12.Pariſius in conſil.9.nu.45.in conſ.11.num.12.& in conſ.12. num.148.lib.2.Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus nume.47. ff.ad trebell.Neuiz.in conſ.99.nu.25.Gratus in conſ.29.nu. 45.& in conſ.158.nu.27.lib.2.Durans de arte teſtandi, in tit. de ſubſt.cautela.15.num.1.Socinus Iun.in conſil.65.num.10. libr.2.Didacus in epitome de ſponſal.in ſecunda parte cap.8. §.2.in fine.Cephalus in conſil.117.num.21.lib.1.Decianus in conſi.88.nu.11.& num.24.lib.2.& Lud.Molina in lib.3.de Hiſpanorum primigeniis cap.3.num.31.qui teſtatur, hanc eſſe veram & communem ſententiam, & ab hac non eſſe conſulendo & iudicando recedendum dixit Sfortia Oddo in tract. de compendioſa ſubſtitutione in ſexta parte ar.vltima, pagina 209.ver.3.caſus eſt.

22 Extenditur † primò hæc cõiectura, vt locum habeat etiam ſi legitimatio facta ſit adiecta clauſula, quod ſit & habeatur perinde ac ſi eſſet de legitimo matrimonio natus & procreatus. Nam adhuc legitimatus iſte non excludit ſubſtitutum. Ita extendit & rectè Decianus in conſil.88.numero 76.lib.2. reiecta contraria opinione Socini Sen.in conſil.63.nume.22. lib.3.Gozad.in conſil.29.num.22.cum quibus ſenſerunt Decius in conſ.624.num.4.& Petrus Scudus in conſi.1.num.98. Et idem quod Decianus ſenſit Ruinus in conſi.80.num.10.
23 lib.3.dum reſpondit, † Comitem Palatinum non poſſe ita legitimare, vt legitimatus admittatur contra teſtatoris expreſſam, vel tacitam voluntatem: cùm non ſolùm Comes ipſe, verùm nec ſupremus princeps poſſit impedire iuſtam teſtamenti executionem, vt ſcribunt omnes in l.ſi teſtamentum.C.de teſta.Et ſubiunxit Ruinus in d.conſil.80.num.12.verſ.& prædicta, quod licet Comiti Palatino conceſſa ſit facultas vt poſſit ita legitimare, quod legitimatus includatur ſub his verbis, filiis natis ex legitimo matrimonio: & contra tacitam teſtatoris voluntatem: non tamen ei reperitur conceſſum, quod legitimatus volente ipſo Comite Palatino, admitti poſſit contra expreſſam ipſius teſtatoris diſpoſitionem: ſicuti expreſſa eſt in caſu noſtro, dum voluit teſtator, ſuccedere debere ſolùm natos ex legitimo matrimonio, non autem reſcripto legitimatos. Eandem ſententiam probarunt Pariſius in conſi.9.nu. 53.& in conſ.12.nu.173.lib.2.Gratus in conſ.158.num.27. lib.2.& Soc.Iun.in conſ.65.num.10.lib.2.qui alia plura ad huius clauſulæ interpretationem ſcripſit, confutando reſponſum prædictum collegij huius noſtri Patauini relatum inter conſilia Mantuæ in conſ.91.lib.1.Huc etiam facit quod reſpondit Ruinus in conſil.103.nume.6.lib.3.cum ex ſententia Curtij Senio.in conſ.35.ſtatuto Ciuitatis Genuę col.antepen.
24 dixit, hanc clauſulam, † quod legimatus ſuccedat & habeatur ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet, &c.intelligi in determinatis à iure communi: non autem in determinatis, per ſtatuta particularia. Ita & noſtro in caſu legitimatio hæc intelligi debet quod ad ſucceſſionem à iure communi delatam, non autem quò ad relictam à teſtatore, qui voluit ſolummodò ſuccedere legitimè natos.

25 Extenditur † ſecundò, vt nec etiam filij verè legitimi ipſius legitimati admitti debeant: Cùm proueniant à radice infecta, & iam eorum pater excluſus extitit ad commodum ſubſtituti: & ideò ij filij plus iuris habere non poſſunt quàm pater: iuxtà ea, quæ copioſè diſſerui in conſilio 172.libro ſecundo. Et propterea reiicienda eſt conſultatio Cephali in conſilio 103.libro primo, qui pro his nepotibus contra ſubſtitutum reſpondit.

26 Declaratur vt hæc † coniectura locum non habeat quando teſtator ita ſolum dixit. ſi deceſſerit ſine filiis legitimus, aut ex ſuo corpore deſcendentibus. Hoc enim caſu non videtur excluſiſſe naturales præſertim legitimatos. Ita in ſpecie reſpondit Baldus in conſ.493.Quidam ſubſtituit.lib.5.

27 Tertia eſt coniectura, † quæ ab eiuſdem teſtatoris voluntate ſumitur, quando ſcilicèt teſtator inſtituit filiam, & ei decedenti ſine filiis legitimis ſubſtituit. Illa verba, ſine filiis, ex mente præſumpta teſtatoris non comprehendunt legitimatos. Ita Alex. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. num.6.ff.ad trebell.Brunus in conſ.15.num.11.& apertius Ludouicus Moli. in d.cap.3.nume.34.Et ſcripſi ſuperiore præſumptione in ſecunda coniectura, teſtatorem ſubſtituentem filiæ decedenti ſine filiis, non intellexiſſe de naturalibus. Ergo nec de legitimatis, cum iam teſtator non cogitauerit de naturalibus deinde legitimandis.

28 Extenditur † hæc coniectura, vt locum habeat etiam, quando teſtator inſtituiſſet filium & filiam, & eis decedentibus ſine filiis legitimis ſubſtituiſſet. Hoc etiam caſu, legitimatus à filio non excludit ſubſtitutum. Ita Alba in conſil.29. numero 7.& Molina in dicto cap.3.numero 34. Ea ratione moti ſunt: quia ſicuti reſpectu filiæ (vt diximus ſupra) non poteſt intelligi legitimato, ita nec reſpectu maſculi. Cum
29 vna † determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinet, ne ſit inter filios inæqualitas. l.iam hoc iure. ff.de vulg.

30 Quarta eſt † coniectura, quæ ducitur à voluntate, ac etiam à condi



à conditione ipſiuſmet teſtatoris, vt puta ſi teſtator ſubſtituit alterum eius filium. Nam tunc illa verba: ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, non comprehendunt legitimatos: cùm teſtator magis dilexiſſet filium ſuum ſubſtitutum, quam naturalem illum legitimatum. Ita in ſpecie reſpondit Bald.in conſil.349.ſuper eo, quod quæritur.col.2.verſ.ſequitur videre de alio puncto.lib.3. idem verè reſpondit Alex.in conſ.94.num. 3.lib.1.& hos ſecutus ſum in conſ.164.num.8.lib.2.Ea ratione motus eſt Baldus, quia ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris eſt potior, & magis dilecta ab ipſo teſtatore. Et Baldum etiam retuli ſuperiore præſumptione in tertia coniectura, vbi poſt Salicetum & ſequaces ſcripſi, quòd etſi naturalis regulariter excludit ſubſtitutum, non tamen excludit, quando teſtator ſubſtituit proprium filium, ex ſententia Saliceti, & ſequacium.

31 Quinta eſt † cõiectura, quæ ſumitur à præſumpta eiuſdem teſtatoris voluntate: vt putà, quando ſubſtituit Eccleſiam piãque cauſam. Nam tunc legitimatus eam nõ excludit. Ita Baldus in cap.in præſentia.num.35.de pręſump.quem ſecuti ſunt alij, quos commemoraui ſuperiore præſumptione in quinta coniectura, & manifeſtè idem ſcripſit Molina lib.3.de Hiſpano.primogen.cap.3.num.40.Nec dicendum eſt id contingere, quia Baldus loquitur de legitimatione facta ab Imperatore, qui Eccleſiæ ſubſtitutæ præiudicium afferre non poteſt: cùm veriùs ſit Imperatorem aliúmve principem legitimantem poſſe præiudicare, ſubſtitutis, ſecũdum communem Doctorum opinionem, de qua diximus ſuprà.

Exiſtimo veriùs id contingere, quod teſtator ipſe magis dilexerit piam ipſam cauſam quam illegitimè natos, etſi deinde legitimos: cùm patris peccatum maximè odio habuerit.

32 Sexta eſt coniectura, † quæ ducitur pariter à voluntate teſtatoris, ſicuti quando teſtator filiis illis naturalibus ſpecialiter prouidit, eis aliquid relinquendo. Nam tunc teſtator non videtur voluiſſe, quod ſub illis verbis, ſine filiis legitimis, contineantur legitimati. Ita in ſpecie reſponderunt Alex.Gratus, & Cephalus, quos retuli & ſecutus ſum in conſ. 164.num.8.lib.2. Et illis nunc accedit Decius in conſil.284. num.10: verſ.quartò ſimpliciter.

33 Nam clauſula † generalis non trahitur ad caſum, de quo teſtator ſpecialiter diſpoſuit & prouidit.argu.l.doli clauſula. vbi Bar.ff.de verb.oblig. Et refert idem Decius ſimile ex Roma.in conſ.370.cum reſpondit, quod regula l.cum auus.ff.de condi.& demonſtr.quæ ſtatuit, quod fideicommiſſum iniunctum filio intelligatur, ſub illa tacita conditione, ſi filius deceſſerit ſine liberis, non habet locum in filia, quæ ex filio grauato nata erat tempore teſtamenti: & cui teſtator ſpeciale legatum reliquit: cum enim ei ſpecialiter prouidiſſe dicatur, non eam voluit eſſe comprehenſam ſub illis verbis generalibus, ſine liberis. Cæterùm dubia videtur Decij conſultatio. Nam in caſu Romani filia illa non mutat ſtatum, & ob id prouiſio ei ſpecialiter facta efficit, ne compręhendatur ſub illis verbis generalibus: ſed in caſu noſtro filius naturalis, cui ſpecialiter pater aliquid legauit, mutat ſtatum, dum legitimatur: & ei tanquam legitimato pater non prouidit. Niſi dicamus, patrem cogitaſſe, quòd poſt mortem poſſet legitimari: cùm paſſim & communiter fieri ſoleant hæ legitimationes. Præterea, quod legitimatus regulariter compręhendatur ſub illis verbis, ſine filiis legitimis: prouenit ex voluntate coniecturata teſtatoris, cuius quidem tacito conſenſu dicitur facta legitimatio: ſicuti ſuprà in initio huius præſumptionis ſcripſi ex ſententia Aretini, & aliorum quamplurium. Porrò hęc voluntas coniecturata ceſſat quando teſtator ipſi naturali ſpecialiter prouidit. Noluit enim eum legitimari.

34 Septima eſt † coniectura, quæ pariter ſumitur à pręſumpta teſtatoris voluntate, quando ſcilicet expreſsè prohibuit bona alienari. Nam tunc ſub illis verbis, ſine filiis legitimis, non continentur legitimati. Ita in ſpecie reſponderunt Ancha.in conſ.427.nume.2.in fine. Alex.in conſil.25.num.1.in fine lib. 1.Gratus in conſ.29.nume.48.lib.2.Pariſius in conſ.12.num. 151.lib.2.cum enim expreſsè prohibuerit alienationem, dicitur etiam prohibuiſſe legitimationem, quæ dicitur alienatio quædam, vt ſcribunt prædicti interpretes. Et coniecturam hanc probaui in conſilio 460.in tertia dubitatione.lib.5.quo loci rationem geminatæ prohibitionis cõſideraui. Et eodem in loco ſcripſi, quod hoc caſu non eſt par ratio taciti, & expreſſi, iuxta l.3.de leg.1.& l.3.C.de fideiuſſo.quemadmodum ibi declaraui.

35 Octaua eſt † coniectura, quæ pariter ducitur ab eiuſdem teſtatoris præſumpta voluntate, quando ſcilicet in eo loco, in quo teſtator teſtamentum conſcripſit, vel in quo natus & verſatus eſt extat communis loquendi vſus, quod filij legitimati: non appellantur legitimi, & legitimi non habentur. Hoc ſanè caſu præſumitur teſtatorem ſenſiſſe, quod ſub illis verbis, ſine filiis legitimis, non comprehẽdantur legitimati. Ita in ſpecie ſcripſerunt permulti à me congeſti in conſ.164.num.11.& in conſ.173.nume.75.lib.2.nempè Caſtr.in l.vlt.num.6.C.de iis, qui ven.ætatis impetra. Aretinus in l.Gallus.§.ſi eius.ad finẽ. ff.de lib.& poſthu.Fulg.in conſ.62.Alex.in conſil.2.num.17. & in conſ.25.num.2.lib.1.& in conſ.60.num.6.lib.2.Decius in conſ.284.num.9.& in conſ.425.num.10.Gratus in conſil. 29.num.49.lib.2.Gozad.in conſ.6.num.11.Brun.in conſ.15. num.11.Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num.44.verſ. tertiò fallit.ff.ad Treb.Neuiz.in conſ.99.nu.24.Cephalus in conſ.276.nu.28.lib.2.Roland.in conſ.83.nu.20.lib.3.& Ludouicus Molina lib.3.de Hiſpano.primoge.c.3.nu.32.Cæterùm vt huic coniecturæ locus ſit, probari debet hic communis loquendi vſus, & quod eo tempore conditi teſtamenti extiterit: Et quod teſtes audierint à multis: Et quod teſtes atteſtentur de communi vſu illius generis hominum, quibus conuenit actus ille, vel illa verba. Ita aliorum auctoritate declaraui in conſ.266.nu.63.lib.3.& ibidem.num.64. adiunxi poſt Alexandrum, quod ſi verba vulgariter prolata teſtatore redacta ſunt in ſcriptis latinè à notario, intelligenda ſunt ſecũdum iuris interpretationem, non autem ſecundum vulgarem lo-
36 quendi modum. Cùm † præſumatur notarium appoſuiſſe verba, quæ ſignificant teſtatoris voluntatem.

Quam tamen traditionem non probauit Socinus Senior in l.Gallus.§.ſi eius.columna penultima, in fine.verſi.ſed pro certò.ff.de liber.& poſthum.cùm dixit, id procedere, quando ſermo latinus eſt diſtinctus, à vulgari: ſicuti filij, & liberi: ſecus cum diſtinctus non eſt: ſicuti in legitimo & legitimato. Ita enim in vulgari, vt in latino ſermone appellantur legitimi & legitimati diſtinctè & ſeparatim: ſubiungit tamen Soci.à ſententia Alexandri non eſſe recedendum.

37 Non eſt coniectura, quæ † ſumitur ex qualitate perſonæ filij legitimandi, vt ſi natus eſt ex his, inter quos eſſe non poterat matrimonium prohibitione iuris Diuini. Hic etenim dicitur ſpurius, & ob id reſtitutus ad primæua naturæ iura non dicitur legitimatus, ſed diſpenſatus. Et conſequenter non excludit ſubſtitutum. Ita Bald.in conſ.349.ſuper eo, quod quæritur.col.2.verſ.ſequitur videre de alio.lib.3. cuius verba hæc ſunt, ſi autem talis perſona non extat: aut legitimatur ſpurius: Et idem: quia priuilegium principis teſtamenta non mutat: aut legitimatur naturalis tantùm, & tunc excludit ſubſtitutum prorſus extraneum. Idem reſponderunt Corneus in conſ.9. num.6.lib.4.Gozad.in conſ.6.num.76.& manifeſtè Cephalus in conſ.186.num.78.lib.2. Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpa.primogen.cap.3.nu.35.& 36.& idem ego ipſe reſpondi in conſ.173.num.78.lib.2.

38 Et huius quidem † ſententiæ ratio, & fundamentum eſt, quia hæc non dicitur legitimatio, ſed diſpenſatio, ex quo eſt filius ſpurius progenitus ab his, inter quos non poterat eſſe matrimonium ob iuris Diuini, vel Canonici impedimentum. Ita cenſuerunt Baldus in l.1.num.1.C.de natural.liber.Angel. in conſil.350.in fine.Caſtrenſis in conſilio 30.num.4.libro 1. Socinus Senior in conſil.63.num.lib.3.Alex.in conſ.2.num. 34.libro 1.Crottus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.num.33.ff. de liberis & poſthumis. Iaſon in l.ſi is, qui pro emptore. num.276.ff.de vſucap.vbi eiuſdem ſententiæ recenſet Roſellum, Plumbinum, Rom.& alios nonnullos, ſic & Curr.Sen.in conſilio 16.num.19.qui teſtatur idem reſpondiſſe Collegium Bononienſe: & idem Curtius Senior in conſilio 64.nume.16. Decius in conſilio 264.nume.3.in conſilio 288.nume.6.in conſilio 338.nume.4.& in conſilio 576.nu.6.qui alios refert. Gratus in conſilio 62.nu.25.lib.1. & in conſ.65.num.15.lib. 2.Gozad.in conſ.6.num.51.& in conſilio.92.num.13.Brunus in conſ.15.num.Siluanus in conſ.45.num.42.Capicius in deciſione 194.num.7.Pariſius in conſilio 1.num.206.& in conſilio 2.nume.22.lib.2.Socinus Iunior in conſ.142.nume.23. lib.1.& in conſil.43.num.41.& in conſil.120.nume.17.lib.2.

Caſſane

Caſſane. in conſuetud. Burgund. in tit. de ſucceſſ. *des baſtardes.* §.5.nu.10.& 16, Didacus in epitome de ſponſal. parte. 2. cap. 8.§.8.nu.4. Portius in conſi. 106. num. 2. Olaſcus in deci. 119. nu.3.& Ludouicus Molina lib.3. de Hiſpano. primogen. c.3. nu.36. His conſtat, hanc eſſe receptam ſententiam, & ſi ab ea diſſenſit Ruin. in l. Gallus. §. ſi eius. nu.56. ff. de lib. & poſthu.

39 Extenditur hæc † ſententia, vt locum habeat etiam in eo ſpurio, cuius parentes prohibebantur contrahere matrimonium, prohibente iure canonico. Ita ſcripſit Molina in d. cap. 3. nu.36. Nam & is ſpurius dicitur diſpenſatus, non autem legitimatus.

Verùm diſſenſit Olaſcus in d. deciſ. 119. nu.6. verſ. non obſtant in contrarium. Conciliari ita poſſunt hæc opiniones, aut
40 legitimatio fit à Pontifice, qui † diſpenſare poteſt circa ea, quæ lex canonica poſitiua prohibet: & tunc procedit opinio Molinæ. Aut legitimatio fit à Principe ſeculari, & tunc nõ eſt legitimatio; ſed diſpenſatio. Ita in ſpecie reſpondit Angelus in conſilio 350. in fine.

41 Declaratur † primò hæc coniectura, vt locum non habeat in ſpurio, cuius progenitores prohibeantur ſolummodo iure ciuili contrahere matrimonium. Nam ij reſtituti ad primæua iura dicuntur verè legitimati, non autem diſpenſati. Ita Olaſcus in d. deciſ. 119. nu.7. & idem ſenſerunt omnes ſupra allegati, dum appellant diſpenſatum, cum iure diuino matrimonium prohibebatur.

42 Decima eſt coniectura † ſumpta à qualitate & modo ſucceſſionis, ſicuti quando agitur de primogenitura, tunc enim legitimatus per reſcriptum non excludit ſubſtitutum. Ita poſt Aretinum Alexandrum Decium, Tiraq. & alios plures reſpondi in conſ. 173. nu.77. lib.2.

43 Vndecima eſt † coniectura, quæ ſumitur ex voluntate teſtatoris, quando. ſ. voluit filium legitimari ad ſuccedendum in eo quod pater voluerit, vel ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vel alia ſimili reſtrictione ſucceſſionis. Hoc ſanè caſu ſubſtitutus non excluditur; cum hæc non dicatur legitimatio, ſed diſpenſatio. Ita Baldus in l. 1. num. 5. C. de iure aureor anulo in l. ab eo, C. de legit. hæred. & l. pactum, quod dotali. nu.9. C. de colla. & ibidem Alex. nu.5. & alij multi, quos congerit Molina in d. cap. 3. nu.38.

Cæterum à prædictis diſſentiunt alij permulti, quos refert & ſequitur Molina præcitato in loco nu.38. verſ. ſed quamuis. & egregiè Ruinus in l. Gallus §. ſi eius nu.47. ff. de lib. & poſth.

44 Duodecima coniectura † eſt, quando teſtator excluſit proprias filias, vt ſuccederent filij maſculi legitimi & naturales. Nam tunc ſub illis verbis legitimis & naturalibus non continentur legitimati. Ita Riminal. Iun. in conſil. 46. nu.42. lib.1. poſt Neuiz. in conſ. 99. nu.27. verſ. tertiò colligitur. Verùm exiſtimo eſſe falſam. ex quo & legitimati cenſentur legitimi & excludunt fœminas.

45 Decimatertia eſt † coniectura, quæ ſumitur à defectu ipſiuſmet legitimationis impediente lege ipſa: vt eſt eo caſu, quando teſtator & legitimatus non ſunt ſubiecti iuriſdictioni principis legitimantis. Hoc ſanè defectu poteſtati legitimantis illa legitimatio non operatur, vt excludatur ſubſtitutus. Ita reſponderunt in ſpecie Angelus in d. conſ. 350. nu.10. Præpoſ. in cap. per venerabilem. §. quod autem. qui filij ſint legit. Curtius Sen. in conſi. 65. ſuper præmiſſa narratione nu.15. verſ. ſecundò concludit, quod.

Et hæc coniectura dicitur etiam conſiderari ex voluntate teſtatoris: qui ita demum dicitur velle legitimatum ſuccedere, ſi ritè fuerit legitimatus: ſicuti reſpondit Marcus Brunus Anguileïus in conſ. 1. nu.78.

46 Cæterum dubia † admodum eſt coniectura hæc cùm magna ſit altercatio inter Doctores, an legitimatio vires ſuas porrigat extra territorium legitimantis. Permulti enim ſunt, qui opinantur non porrigere, ſicuti quamplures huius opinionis recenſent Rolandus in conſ. 88. lib. 1. Cephalus in conſ. 23. n. 76. lib. 1.

Alij verò exiſtimans, quod imò legitimatio extendit vires ſuas extra territoriũ legitimantis, vt tradunt multi, quos commemorauit & Decianus in conſi. 3. nu.107. lib. 1. qui teſtatur, legitimationes factas ab Imperatore ſuum operari effectum in Dominio hoc Veneto. Porrò cùm hic locus non poſtulet, vt de veritate diſputemus: ſilentio reliqua committenda duxi.

47 Decima quarta eſt † coniectura, quæ pariter ducitur à defectu ipſius legitimationis: ſicuti eſt, quando legitimatus per reſcriptum tempore impetratæ legitimationis potuit ex ſequenti matrimonio legitimari. Hoc ſanè caſu ſic legitimatus excludere non poteſt ſubſtitutũ. Ita in ſpecie tradit Ludouicus Molina, quem mox referam. Ea adductus eſt ratione, quia legitimatio hæc non valet: vt in ſpecie ſcripſerunt Baldus in cap. illud nume. 3. de præſumpt. Iaſon in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 107. ff. de lib. & poſthu. Marſil. in ſing. 130. Didacus in epitome de ſponſal. parte ſecunda. cap. 8. §. 9. nu. 5. & Ludouicus Molina. lib. 3. de Hiſpano primogen. cap. 3. nu. 39. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Coſtam, Gregorium Lopez & Tellium, & ſubiungit, hoc defectu infringi poſſe multas legimationes. Et horum opinionem ſecutus ſum in lib. 2. de arbitra. iudicum caſu 203. nu.4.

Decimaquinta eſt coniectura ducta ab inualiditate legitimationis defectu citationis. Ita .n. legitimatus non excludit ſubſtitutum. quemadmodum in ſpecie ſcripſit Ruinus in l. Gallus. §. ſi eius nu.70. ff de lib. & poſthu. ex ſententia Anch. in conſil. 428. Alex. in conſ. 67. & in conſil. 94. lib. 1. & Socin. Sen. in conſ. 251. lib. 2. refert etiam alios nonnullos. Idem affirmarunt Decius in conſil. 393. num.7. & in conſil. 557. col. 1. & Neuizanus in conſil. 99. nu.23. Diſſentit tamen Ruinus in d. §. ſi eius nu.75. qui exiſtimauit, neceſſariam minime eſſe ſubſtituti citationem: ſed à recepta Doctorum opinione recedendum non eſt.

## PRÆSVMPT. LXXX.

### Legitimari filium illegitimè natum quando voluiſſe præſumatur pater.

### SVMMARIVM.

1 *Pater ſicut poteſt filium illegitimè natum iuſtis natalibus reſtitui facere alijs filijs inuitis, an pariter poßit ipſemet filius mortuo patre legitimationem impetrare, ſi pater ipſe fuit huius propoſiti.*

*Quòd poßit, multorum auctoritate.*

*Quomodo autem conſtare poßit de hac patris voluntate. nu.2. an ſufficiant coniecturæ. ibid.*

3 *Pater præſumitur voluiſſe filium legitimari, quãdo is porrexit Principi preces, & impetrauit reſcriptum, & legitimatione non perfecta deceßit, Secus ſi ita diu ſuperuixit pater, vt commode potuerit legitimationem perficere. 5.*

4 *Voluntatis mutatio non debet præſumi.*

6 *Pater præſumitur voluiſſe filium legitimari. quando dedit mandatum procuratori, vt impetraret legitimationem, & non perfecta legitimatione deceßit.*

*Secus quando pater ipſe laceraſſet reſcriptum impetratæ legitimationis. nu.7.*

*Et idem quando vel verbis vel facto declaraſſet pater voluntatem ſuam, quòd non vult filium legitimari. ibidem.*

8 *Pater cenſetur filium voluiſſe legitimari, quando ſua epiſtola ſignificauit velle illum legitimare.*

*Idem quando in teſtamento dixit, quòd volebat hunc filium, quem naturalem eſſe ſciebat, fore ſibi legitimum ſucceſſorem. nu.9.*

*Et hoc etiam, quando prædictum teſtamentum defectu ſolennitatis vel alterius cauſæ effectum eſt nullum. num.10.*

*Idem quando ipſe pater in teſtamento filio naturali pupillariter ſubſtituit, nulla mentione facta, quòd eſſet naturalis. nu.11.*

*Et idem dicendum, quando pater inſtituiſſet hunc filium illegitimum ſub conditione, quando capere poterit. nu.12.*

NON erit omninò à propoſito inſtituto alienum explicare hoc loco, an ſicuti pater viuens curare poteſt filium illegitimum legitimari & iuſtis natalibus reſtitui, etiam inuitis & reluctantibus aliis filiis: ſicuti ſcripſerunt Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 14. ff. de liberis & poſthu. & ibidem reliqui interpretes.

Ita



Ita pariter poſſit ipſemet filius, mortuo ipſo patre, legitimationem impetrare, ſi pater ipſe huius fuit animi & propoſiti, quod legitimaretur. Qua in re dicendum eſt, filium poſſe impetrare legitimationem hanc. Ita Bart. in dict. §. & quid ſi tantùm, num.14. verſ. quandoque ipſe filius, & ibidem Galliaula, num.73. & Alciatus, num.82. Idem affirmarunt Caſtr. in conſ. 178. Donatio prædicta, col. vlt. in princ. lib. 1. Soc. Sen. in conſ. 120. num.9. verſ. aliquando & tertiò, lib.3. & Crauet. in Tract. de antiq. tempo. in prima parte, numer. 58. in fine. Et ij quidem dixerunt, hanc patris voluntatem præbere iuſtam cauſam filio illegitimo impetrandi hanc legitimationem, etiam reluctantibus aliis filiis, vel agnatis ab inteſtato ſucceſſuris.

2 Cæterum † dubitari ſolet, quomodo conſtare & apparere poſſit de hac patris voluntate? Et ſanè dicimus, cõiecturis & præſumptionibus cõſtare poſſe. Ita aliquorum auctoritate reſpondi in conſ. 210. num.25. lib.3. Et illis nunc accedũt Galliaula in d. §. & quid ſi tantùm, num.73. & ibidem Alciatus in ſecunda lectura, num.82. qui quidem Alcia. in verſ. aduerte, quia, declarat, quando pater ipſe iam hæredem inſtituit ipſum filium, alioqui ad conſequẽdam legitimationem, & per eam hæreditatem, non ſufficerent coniecturæ. Hoc verum eſſe crediderim, quando pater deceſſit condito teſtamẽto, & filium hunc naturalem præteriuit, & alios hæredes fecit: ſecus verò quando deceſſit inteſtatus. Cæterùm Ioan. Marcus Aquilinus in d. §. & quid ſi tantum verſ. Quid enim, ſi aqua, num. 176. ſenſit, non ſufficere coniecturas: ſed requiri expreſſam teſtatoris voluntatem.

3 Prima eſt † coniectura ex geſtis inter viuos, quando. ſ. pater ipſe porrexit preces Principi, & impetrauit reſcriptum, & legitimatione non perfecta deceſſit. Hic ſanè actus ſatis manifeſtam coniecturam facit, patrem voluiſſe filium legitimari. Ita Baldus in l. eam, quam q.9. num. .. C. de fideicom. & in conſ. 363. Quæritur, vtrum filius preſbyteri. lib.5. Iaſ. in conſ. 127. col.5. lib.4. Decius in conſ. 176. num.3. verſ. tertio de voluntate, Alciatus in d. §. & quid ſi tantum, in ſecunda lectura, num.82. verſ. ſed quid ſi pater, & Crauetta in dicto tract. de antiq. tempo. in prima parte, nu. 58. Cæterùm diſſentit ab hac traditione Iaſon ſibi parum conſtans in d. §. & quid ſi tãtum, in prima lectura, num.135. & in conſ. 22. col.2. verſ. vnde cum in propoſito. lib.3. & Iaſonem ſecuti ſunt Soc. Iunior in conſ. 120. num.41. lib.2. & Iacobus Leonardus in conſ. ſubſequẽti, num.22. Non tamen à prima opinione recedendum eſt. Nam leuis eſt conſideratio Iaſonis, cùm dixit, hunc actum ſignificare voluntatem quandam præparatoriam & præambulum quoddam, non autem eſſe voluntatem diſpoſitiuam: ſi quidem verius eſt, quod & ſi dici non poteſt, voluntatem hanc perductam non fuiſſe ad executionem: attamen in ſe voluntas ipſa fuit perfecta & diſpoſitiua: & propterea obſeruari ita debet, ſicuti illa quando teſtator aliquo actu extrinſeco ſignificauit, velle teſtari, & ſi verè perficere non potuit teſtamentum, quemadmodum declarãdo tex. l. ſi is, qui. ff. de teſta. quem pro ſua opinione adducebat Iaſon ſcripſi ſupra in præſumpt. Nec dici poteſt, patrem hoc in caſu mutaſſe volunta-
4 tem: quia † voluntatis mutatio non præſumitur, l. eum, qui. ff. de probatio. & dicemus infra in præſumpt.... Ita huic conſiderationi Iaſonis reſpondet Crauetta præcitato in loco & eo prius Alciatus in d. §. & quid ſi tantum, in ſecunda lectura. num.82. verſ. ſed quid ſi pater. Has opiniones tentauit conciliare Galliaula in d. §. & quid ſi tantùm, num.75. diſtinguẽdo, quòd pater, impetrata legitimandi licentia, ita repẽtè deceſſit, vt exequi non potuerit licentiam. Et tunc filius legitimari poterit poſt mortem ipſius patris, qui ſic eum legitimari
5 voluit. Ita procedit prima illa opinio. Aut † ita diu ſuperuixit pater, vt commodè potuerit legitimationem perficere, & nõ perfecit. Et tunc non poteſt filius poſt mortem patris legitimari. Ita procedit opinio Iaſonis & ſequacium. Galliaulæ diſtinctionem ſecutus eſt Iacobus Leonardus inter conſilia Socini Iunioris in d. conſ. 121. num.25. lib.2. Probabilior mihi videtur conciliatio conſiderata ab Alciato in loco ſupra allegato: Cùm dixit, quod aut pater in precibus dixit, velle legitimare filium. Hoc caſu ſatis dicitur conſtare de patris voluntate. l. cum precum. C. de liberali cauſa, quæ ſanè volũtas durare præſumitur. d. l. eum, qui. Ita procedit communis opinio. Aut pater ſimpliciter petiit, ſibi dari licẽtiam, vt quoties vellet, poſſet eum legitimare. Et tunc, quia verba (inquit Alciatus) hæc magis referuntur ad potentiam quàm ad actum, ſecus eſt. Et hoc caſu rectè procedit opinio Iaſonis, ſi modò (vt dicebat Galliaula) tam diu ſuperuixit pater, vt commodè potuerit legitimationem facere.

6 Extenditur hæc † coniectura, vt locum habeat etiã quando pater dedit mandatum procuratori, vt impetraret legitimationem. Ita reſpondit Pariſ. in conſ. 1. num.32. lib.2.

7 Declaratur † hæc coniectura, vt locum non habeat, quãdo pater ipſe laceraſſet reſcriptum impetratæ legitimationis. Nam tunc præſumitur mutaſſe voluntatem, atque ita noluiſſe amplius filium ipſum legitimari. Ita declarat Crauetta in dicto tract. de antiq. temp. in prima parte, num.61. qui ſubiungit, idem eſſe, quando aliis, vel verbis, vel facto declaraſſet voluntatem ſuam pater, quod non vult filium legitimari.

8 Secunda eſt coniectura, quæ † ex geſtis inter viuos adhuc colligitur, quãdo. ſ. pater ſua epiſtola ſignificauit velle filium ſuum legitimare. Ita in ſpecie reſpondit Soc. Sen. in conſ. 41. col.1. lib. 3. quem ſecuti ſunt Galliaula in d. §. & quid ſi tantum, num.... & ibidem Alciatus in ſecunda lectura. num.82. verſ. idem tenet.

9 Tertia eſt coniectura † ex diſpoſitis tamen in teſtamento deſumpta, quando. ſ. pater in teſtamento dixit, quod volebat filium hunc ſuum, quem naturalem eſſe ſciebat, fore ſibi legitimum ſucceſſorem. His enim ex verbis ſumitur coniectura, voluiſſe filium legitimari. Ita Decius in conſ. 176. nu.1. adductus tex. auth. item ſine. C. de naturalibus liberis.

10 Extenditur hæc † coniectura, vt locum habeat etiam quãdo prædictum teſtamentum defectu ſolennitatis, vel alterius cauſæ effectum eſt nullum. Nam adhuc voluntas patris cupientis filium legitimari ſatis demonſtratur: & ſi quo ad reliqua effectum non habeat. Ita reſpondit Decius in d. conſil. 176. num.4. quem ſecuti ſunt Galliaula in d. §. & quid ſi tantum, nu.73. & Alciatus ibidem in ſecunda lectura num.82. & idem Alcia. in l. 2. in prin. nu.12. ff. de vulga. & pup. ſubſt. Qui quidem dixerunt, hoc multo magis locum habere, quando conſtat de enixa patris voluntate, vt ſi in teſtamento adiecſſet clauſulam, omni meliori modo. Cæterum, quando non apparet de voluntate & conſenſu patris, locus non eſt huic traditioni. Eſt exemplum, quando pater credidit filium eſſe rectè legitimatum: cùm tamen non eſſet. Ita Decius in d. cõſ. 176. num.4. Gratus in conſ. 124. nu.9. lib.1. & Io. Marcus Aquilinus in d. §. & quid ſi tãtum in verſ. Quid enim, ſi aqua. num. 178. & num. 179.

11 Quarta eſt † coniectura ducta pariter à geſtis in vltima diſpoſitione, quando ſcilicet pater in teſtamento filio naturali pupillariter ſubſtituit, nulla mentione facta, quod eſſet naturalis. Hoc etiam caſu præſumitur, patrem voluiſſe filium hunc legitimari. Ita docet Alciatus in l. 2. num.12. & 13. ff. de vulga. & pup. ſubſt. Qui motus eſt auctoritate Decij in d. cõſ. 176. num.4. & aliorum, quos ſupra in præcedenti coniectura commemoraui.

12 Quinta eſt † coniectura, quando pater in teſtamento inſtituiſſet filium hunc ſuum illegitimum ſub cõditione, nempe quando capere poterit. Hæc ſane verba coniecturam faciunt, patrem voluiſſe filium legitimari. Ita Baldus in conſil. 146. lib.1. Comenſ. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, num.7. ff. de lib. & poſth. & ibidem Alciatus in ſecunda lectura, nu.82. verſ. idem diceretur conſtare. Idem reſpondit Iacobus Leonardus inter conſilia Socini Iunio. in conſil. 121. numer. 24. & 25. lib.2.

Et dubitandum non eſt, quia permiſſum ſit patri ſic inſtituere filium naturalem, quando capax erit. Hoc enim affirmarunt Baldus in l. vlt. ff. de his, qui ſunt ſui. in l. 1. num.17. C. de inſtitut. & ſubſtit. & in conſ. 146. Princeps Achaïæ. libro primo, & in conſ. 39. Quidam Salnolinus, libro quinto, & in l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtitut. & ibidem Angel. & Imola. Socinus in l. quidam relegatus, numer. 11. verſic. ſecundo limita. ff. de rebus dubiis, & alios plures congeſſi in conſ. 590. lib.6.

PRÆ-

## PRÆSVMPT. LXXXI.

### Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, an & quando ex præſumpta teſtatoris volũtate excludat ſubſtitutum, non leui ſtudio declaratur.

## SVMMARIVM.

*Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an & quando præſumatur comprehendi loco filij legitimi & naturalis, ita vt ſubſtitutum excludat.*

*Quòd deficere faciat conditionem & ſubſtitutum excludat, quãdo teſtator ſubſtituit hæredi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, num. 2.*

*Et quid ſi ſubſequutum matrimonium eſt putatiuum, non verum, num. 3.*

4 *Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, an excludat ſubſtitutum ſi teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs ex vel de legitimo matrimonio natis, num. ſeq.*

5 *Promouendus ad epiſcopatum debet eſſe natus de legitimo matrimonio, & per ſubſequens matrimoniũ natus promoueri poteſt.*

6 *Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe legi cõformem.*

7 *Verba teſtatoris dubia interpretari debent ſecundum legis diſpoſitionem.*

8 *Legitimati per ſubſequens matrimonium cenſentur immediatè nati ex legitimo matrimonio.*

9 *Feudum ſi eſt conceſſum pro ſe & eius filijs ex vel de legitimo matrimonio natis, legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit.*

10 *Statuta & vltimæ teſtatorum diſpoſitiones quò ad interpretationem à pari procedunt.*

11 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium in diſpoſitione ſtatuti dicitur verè & propriè natus de legitimo matrimonio.*

*Quod non excludat ſubſtitutum probatur, nu. 12. & ſeq. ſed malè.*

13 *Dictiones, de, & ex, denotant cauſam immediatam & proximam.*

*Quod ſignificat etiam cauſam mediatam, num. 16.*

14 *Verba teſtatoris ſint intelligenda de caſu vero & proprio, & n. 19.*

15 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur de iure ciu.*

17 *Qualitas iuncta verbo intelligi debet ſecundum tempus verbi.*

*Fauore autem perſonæ ſæpè non intelligitur ſecũdum tempus verbi, num. 18.*

19 *Verba debent intelligi naturaliter & non ciuiliter.*

20 *Diſpoſitio loquens in caſu vero habet etiam locum in caſu ficto, quando adeſt eadem ratio.*

21 *Conditio vbi non eſt à lege expreſſa, quando requiritur, ſubintelligitur & pro expreſſa habetur.*

22 *Spurius per ſubſequens matrimonium non legitimatur.*

23 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium an excludat ſubſtitutum, ſi teſtator ita dixit; Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus & natis ex legitimo matrimonio.*

24 *Verborum geminatio operatur maiorem effectum, & habẽt maiorem emphaſim.*

25 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium an ſubſtitutum excludat, ſi teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio.*

*Quid ſi teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis, num. 26.*

*Et quid ſi dixit: ſine filijs natis ex legitimo matrimonio, & filius fuit conceptus ante contractum matrimonium, & matrimonio contracto natus, num. 27.*

28 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſubſtitutum non excludit, quando matrimonium contractum fuiſſet cauſa fraudandi ipſum ſubſtitutum: & quæ ſit fraudis coniectura hoc caſu. & num. 31.*

29 *Fraus in dubio non eſt præſumenda.*

30 *Pater præſumitur capere bonum conſilium pro filijs.*

1 EXPLICEMVS nunc, an † & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate filius legitimatus per ſubſequens matrimonium comprehendatur ſub illis verbis, ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, vt excludat ſubſtitutum? Qua quidem in diſputatione diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

2 Primus eſt, quãdo † teſtator ſubſtituit hæredi, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus. Hoc ſanè caſu filius naturalis deinde legitimatus per ſubſequens matrimonium deficere facit conditionem, atque ita ſubſtitutum excludit. Ita in ſpecie poſt antiquiores aliquos affirmarunt Iaſon in l. ſed eſt quæſitum, num. 11. ff. ſi quis cautio: Felinus in cap. in præſentia, num. 39. de probatio. Decius in conſil. 155. num. 2. Ripa in rub. ff. ſi certum peta. Pariſius in conſ. 13. num. 40. lib. 2. Didacus in epitome de ſponſalibus, in ſecunda par. c. 8. §. 2. in fi. Rolandus in conſil. vlt. num. 47. lib. 2. qui ſic intelligit loqui Caſtr. in l. vlt. C. de iis, qui veniam ætatis impetra.

Et opinio hæc comprobatur auctoritate eorum, qui (vt referam in ſubſequenti caſu) affirmarunt, hũc ſic legitimatum excludere ſubſtitutum etiam quando teſtator dixit, ſi hæres deceſſerit ſine filiis, de, vel ex legitimo matrimonio natis. Et hic quidem primus caſus probatur ea ratione, quod legitimatus iſte cenſetur verè & propriè legitimus etiam in materia & diſpoſitione, quæ ſtrictam tantum interpretationem admittit: & nil prorſus differunt à veris iuſtiſque filiis: ſicuti copioſè iuribus & multis Doctorum auctoritatibus comprobaui in conſ. 227. num. 9. lib. 3. Et accedunt rationes & argumenta, quæ in ſubſequenti caſu à fortiori deducimus. Ex-
3 tenditur † hic caſus vt locum etiam habeat, quãdo ſubſecutum matrimonium non eſt verum matrimonium, ſed putatiuum. Ita reſpõdit Curtius Iun. in conſ. 27. nu. 6. & 8. & reliqua de his filiis dicemus infra in præſumpt.

4 Secundus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis ex, vel de legitimo matrimonio natis, tunc ſubſtituo Caium. Hic multum habet dubitationis: Nam quatuor ſunt opiniones, quarũm prima eſt eorum, qui affirmarũt, hunc ſic legitimatum excludere ſubſtitutum. Ita ſanè Caſtr. in l. vlt. C. de iis, qui veniam ætatis impetra. Iaſ. in conſ. 178. num. 6. lib. 4. Decius in rub. ff. ſi certum peta. num. 3. & in c. cum in cunctis, in pr. de electio. & in conſ. 155. colum. penult. verſ. ſed tamen his non obſtantibus, & alios quàm plures congeſſi in conſil. 225. num. 9. & in d. conſil. 227. num. 13. & num. 21. Et illis accedunt Didacus in epitome de ſponſalibus parte ſecunda. c. 8. §. 2. in fin. & Sforcia Oddo in tract. de compendioſa in ſexta par. art. vltimo pag. pen. verſ. ego teneo.

5 Primò hæc † opinio probatur textu cap. cum in cunctis, iuncto cap. innotuit de electio. vbi promouendus ad epiſcopatum debet eſſe natus de legitimo matrimonio: & tamẽ per ſubſequens matrimonium legitimatus promoueri poteſt. Hic ergo ſic legitimatus dicitur de legitimo matrimonio natus: & conſequenter de eo ſenſit teſtator ab ſubſtituti excluſionem. Nec repugnat conſideratio illorum, qui dixerunt. d. cap. cum in cunctis, loqui in diſpoſitione legis: nos verò in
6 diſpoſitione teſtatoris. Nam reſpondetur, præſumi † teſtatorem voluiſſe ſuam ipſam voluntatem eſſe debere legi conformem. l. hæredes mei. §. cum ita vbi Ripa. numero 74. ff. ad Trebel. Nec verum eſt, quod ſcripſerunt aliqui, non præſumi teſtatorem voluiſſe conformare ſuam voluntatem cum diſpoſitione legis, ex quo eius verba apertè repugnant. Nõ vn-
7 quam hoc verum eſt: Cùm verba teſtatoris † manifeſta non ſint, ſed dubia: & in dubio interpretari debent ſecundum legis diſpoſitionem.

8 Secundò non mediocriter † ſuffragatur, quod ij ſic legitimati cenſentur immediatè nati ex legitimo matrimonio, quod lex ipſa præſumit ab initio vſque contractum fuiſſe inter eius parentes. l. cum quis, verſ. neque enim. C. de natural. liberis, cuius verba hæc ſunt. *Neque enim veriſimile eſt, eum qui poſtea vel donationem, vel dotem conſcripſerit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuiſſe, quæ eam dignam eſſe vxoris nomine faciebat.* Et hanc eſſe iuris præſumptionem affirmarũt Alciatus, Oſaſcus, Cephalus & Gabriel, quos commemoraui in d. conſ. 227. num. 13. Quæ ſanè præſumptio veritati innititur, & differt à fictione, quæ eſt aduerſus veritatem. l. filio, quem pater. ff. de liberis & poſth. Hic ergo legitimatus dicitur verè & propriè ac immediatè natus ex legitimo matrimonio: ſicuti copioſè poſt Alciatum argumẽtationem hãc comprobaui in d. conſ. 227. num. 22. & 23.

9 Tertiò accedit auctoritas † eorum, qui ſcripſerũt, quod ſi cõceſſum eſt feudum vel emphyteuſis, pro ſe & eius filiis, ex vel



vel de legitimo matrimonio natis, legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt. Ita Iſernia, Præpoſitus, Abbas, Afflictus, Iaſon & alij multi, quos congeſſi in d. conſi. 227. num. 17. & 18. Et hæc quidem eſt magis recepta opinio, vt teſtatur Iulius Clarus in §. feudum. quæſt. 83. verſ. ſed quid ſi feudum: quicquid dixerit Rolandus in conſ. vlt. num. 39. lib. 2. Ergo & noſtro in caſu idem dicendum eſt, teſtatorem ſenſiſſe de hoc ſic legitimato, vt ſubſtitutum excludat.

10 Quartò & vltimò † confert, quod à pari procedunt, quò ad interpretationem, ſtatuta & vltimę teſtatorum diſpoſitiones: ſicuti docuit Bal. in l. pen. col. pen. verſ. quæro, quid in verbis legis. C. de verb. ſignifi. quem ſecuti ſunt congeſti à Tiraquel. in tract. de retractu conſanguineorum in fine. num. 13. & illis accedunt Curt. Iun. in conſi. 5. nu. 18. & Soc. Iun. in conſi. 181. num. 38. lib. 2.

11 Atqui † in diſpoſitione ſtatuti, legitimatus per ſubſequens matrimonium dicitur verè & propriè natus de legitimo matrimonio. Ita ſcripſerunt multi illi Doctores, quos cõgeſſi in d. conſi. 227. num. 33. lib. 3. Ergo idem dicendum & in diſpoſitione teſtatoris.

12 Secunda † opinio præcedenti omninò cõtraria, quod imò legitimatus per ſubſequens matrimonium non excludat hũc ſubſtitutum, fuit Baldi in l. Gallus. §. ſi eius in fine. ff. de liberis & poſth. & idem in conſi. 206. Videamus lib. 2. & in conſ. 367. Quidam tres hæredes. lib. 5. Alexand. in conſi. 5. nume. 7. lib. 7. Ruinus in conſi. 92. nu. 13. lib. 3. vbi num. 16. teſtatur, eſſe communem. Idem in l. Gallus. §. ſi eius. num. 88. ff. de liber. & poſthum. qui multis ſimilibus comprobat. Curt. Iun. in conſ. 64. nu. 12. Alciatus in reſp. 507. qui teſtatur Senatum Mediolanenſem ita bis iudicaſſe aduerſus reſpõſum Decij in conſi. 155. quod retuli ſupra. Et hanc eſſe communem & veram ſententiam affirmarunt Socinus Iunior in conſi. 77. nu. 14. lib. 3. & in conſi. 12. num. 7. lib. 4. Natta in conſi. 602. num. 9. Cephalus in conſi. 82. lib. 1. in conſi. 276. lib. 2. & in conſi. 364. nu. 23. lib. 3. Rolandus in conſi. vlt. nu. 38. lib. 2. & Decianus in conſi.
13 88. nu. 12. lib. 2. Ea ratione prima ij moti ſunt, quòd † illæ dictiones, de, &, ex, ſignificant cauſam immediatam & proximam. Dictionem, de, ſignificare cauſam immediatam probat text. l. 1. §. emancipatus. ff. de coniung. cum emancip. liberis. ſic & dictionem, ex, ſignificare cauſam immediatam probat. l. eo tempore. ff. de pecul. & tradunt Bartol. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incendio ruina & naufrag. Atqui legitimatus per ſubſequens matrimonium dici non poteſt immediatè natus ex legitimo: Non ergo legitimatus iſte eſt talis, vt poſſit excludere ſubſtitutum.

Cæterùm reſponderi poteſt multis modis ſecundum Alciatum in d. reſp. 501. poſt Martinum Laudẽſem & Iſerniam, quos commemorat. Et primò, quod tempore cõceptionis & natiuitatis dicitur ineſſe conditio, quod eſſet legitimus, ſi ſecutum fuiſſet matrimonium. Qua conditione eueniente, actus remanet purus: & perinde eſt ac ſi verè & propriè iam ab initio contractum fuiſſet matrimonium. Quæ reſponſio retinenda non eſt: cum ſignificet, hoc euenire per fictionem
14 quandam, non autem verè, & tamen † verba teſtatoris ſunt intelligenda de caſu vero & proprio. l. non aliter. de lega. 3. & l. ſi alij. ff. de vſufructu leg. Reſpondet itaque ſecundò Alciatus qui ſuprà, quod cum lex prẹſumat inter parẽtes iam con-
15 tractum fuiſſe matrimonium, quod † ſolo conſenſu contrahitur. l. nuptias. ff. de regul. iur. verè & propriè cenſetur filius iſte natus & procreatus, de, & ex, legitimo matrimonio. Et hanc reſponſionem probaui in conſi. 227. nume. 57. & nu. 63. verſ. reſpondetur ſecundo, & ibi num. 11. ſcripſi eundem Alciatum, Olaſcum, Cephalum, & Gabrielem hanc interpreta-
16 tionem probaſſe. Reſpondetur † tertiò, quod illæ dictiones, de, & ex, ſignificant etiam cauſam mediatam: ſicuti in ſpecie noſtra ſcripſerunt multi, quos retuli in d. conſ. 227. num. 13. & ibi num. 63. reſponſionem hanc probaui.

17 Secundò afferri ſolet ratio, quod qualitas † iuncta verbo intelligi debet ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. ſi damnum in extraneis. ff. de noxal. & l. Titius. ff. de milit. teſtam. & ſcribunt Decius in conſil. 37. numero 8. Pariſius in conſil. 62. nume. 37. lib. 4. alios ſciens omitto. Atqui teſtator requirit, quòd illa qualitas, legitimi matrimonij adſit tempore natiuitatis iſtius filij: Quæ quidem non adeſt in legitimato per ſubſequens matrimonium. Ergo non excludit ſubſtitutum.

Cæterùm reſpondetur primò, ſatis ſuperque eſſe, quòd illa qualitas ſaltem aptitudine adeſſe poſſit: ſicuti in ſpecie reſpondi & exemplo declaraui in d. conſil. 227. num. 59. Ita & noſtro in caſu ſufficit, quòd aptitudine extiterit matrimonium, quod deinde eſt ſubſecutum. Reſpondetur ſecundò, vt ſcripſi in d. conſil. 227. num. 60. poſt Alciatum, in lib. 3.
18 de verb. ſignifi. num. 13. quod † fauore perſonæ ſæpe qualitas iuncta verbo non intelligitur ſecundum tempus verbi. ſicuti præcitato in loco iuribus, & auctoritatibus probaui.

19 Tertiò adducitur † argumentum; quod verba teſtatoris (vt dixi ſupra) debent intelligi verè & propriè, non autem fictè & impropriè l. non aliter. de leg. 3. Et rurſus verba intelligi debent naturaliter & non ciuiliter l. vnica. C. de his, qui veniam ætatis impetra. & ſcripſi in conſil. 97. num. 86. lib. 1. At qui ſecundum veram, & propriam & naturalem ſignificationem horum verborum, natus de, vel ex legitimo matrimonio, dici non poteſt iſte legitimatus per ſubſequens matrimonium: immediatè natus ex matrimonio legitimo: cùm hæc verba, natus ex legitimo matrimonio: præſupponãt iam contractum matrimoniũ: vt in l. nuper. C. de natural. liberis. filius dicitur naſci iuſtus, id eſt, legitimus, quando naſcitur poſt contractum matrimonium. Ergo legitimatus iſte non excludit hunc ſubſtitutum. Reſpondetur primò ſicuti ſcripſi in d. conſil. 227. nu. 42. quòd imò hic legitimatus dicitur verè, & propriè legitimus, ex quo lex præſumit iam tempore procreationis affuiſſe matrimonij affectum & conſenſum. Reſpondi etiam ſecundò prædicto in loco numer. 43. quòd etiam ſi admittimus, hanc eſſe fictionem, quam lex facit: attamen cùm verſemur in diſpoſitione legis & iuris illa eſt ipſa veritas, ſecundum Bartolum in l. ſi maritus. §. legis. ff. ad l. Iuliam de adulter. quem alij ſecuti ſunt. Et in ſpecie Ruinus in conſi. 86. num. 14. lib. 3. quem ſecutus eſt Socinus ibi à
20 me relatus. Et rurſus illo in loco dixi, quod † diſpoſitio loquens in caſu verò locum habet etiam in caſu ficto, quando adeſt eadem ratio: vt ibi multis probaui: & nume. 49. declaraui traditionem illam, verba debere intelligi naturaliter, non autem ciuiliter. d. l. 2. C. de ijs, qui veniam ætatis impetra. Et nume. 54. probaui diſtinctionem illam egregiam Caſtren. in d. l. 2. ac Nattæ in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 92. C. de teſta.

Tertia fuit opinio Ruini in l. Gal. §. ſi eius nu. 92. ff. de lib. & poſth. qui ſic diſtinguit. Aut filius teſtatoris fuit grauatus, ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio. natis. Et hoc caſu ſic (inquit Rui.) legitimatus excludit ſubſtitutum. & ita habet locum prima opinio ſuprà relata. Ea ratione vſus eſt
21 Ruin. quia † de iure vbi conditio non fuiſſet expreſſa omninò fuiſſet ſubintellecta, l. cum acutiſſimi. C. de fideico. qua in conditione tacita legitimatus per ſubſequens matrimonium abſque dubio comprehenſus fuiſſet. Ergo prædicta expreſſio fuit facta in materia, in qua de iure communi conditio habetur pro expreſſa. Et ideò quamuis in conditione ponatur, ex legitimo matrimonio nati, nõ tamẽ intelliguntur excluſi legitimati per ſubſequens matrimoniũ: qui ex legis diſpoſitione ſunt in omnibus ſimiles legitimis, vt demõſtrauimus ſupra. Hic caſus dubitatione non caret: cùm expreſſio facta à teſtatore diuerſa ſit à diſpoſitione legis & iuris communis; quod in conditione illa tacita ſubintelligit filios ſimpliciter legitimos: quorum appellatione continentur non ſolùm per ſubſequens matrimonium: ſed etiam per reſcriptum, vel alio modo legitimati: vt tradunt Alber. in l. generaliter. §. cum autem in fine C. de inſtit. & ſubſt. & ibidem Alex. num. 2. & Iaſ. num. 7. & alios referam infrà in præſumpt. vbi explicabimus. d. l. cum auus. & l. cum acutiſſimi. Secundus eſt caſus (ſecundum Ruinum) in d. §. ſi eius. num. 95. quando inſtitutus & grauatus fuit extraneus: quo in caſu locum non habet diſpoſitio d. l. cum acutiſſimi. Hoc in caſu Ruinus ſubdiſtinguit alios caſus, quos infrà referam, & in ſpecie caſus, de quo agimus ibi Ruinus. num. 97. verſ. at vbi, dixit hunc legitimatum non excludere ſubſtitutum: atque ita locum habere ſecundam opinionem ſuprà relatam. cæterùm cũm confutata fuerint illius ſecundæ opinionis argumenta, ſequitur dicendum, hanc Ruini diſtinctionem veram non eſſe.

Quarta fuit opinio Alciati in lib.3.de verbor.ſignifi.num. 13.qui ſic diſtinguit. Aut loquimur in naturali, qui per matrimonium ſubſequens legitimatus ſit. Hoc caſu conditio eueniſſe dicitur,& conſequenter ſubſtitutus excluditur. Ita procedit prima opinio. Ea ratione motus eſt Alciatus, quia præſumitur ab initio vſque, concubinam illam affectu maritali cognitam, atque ita matrimonium fuiſſe inter eos contractũ. dicta l.cum quis.verſi.neque enim.C.de natu.liber. Aut verò (inquit Alciatus) loquimur in ſpurio, & ſi ab aſcendente fideicommiſſum factum ſit, idem eſt:ſecundum Alciatum, ex coniecturata teſtatoris pietate.l.generaliter.§.cum autem.C. de inſtit.& ſubſti. Hic ſecundus caſus verus non eſt:cùm non
22 ſit par ratio huius & præcedentis. Nam † ſpurius per matrimonium ſubſequens non legitimatur.§.vlti. in Auth.quibus modis natura efficia.legit. & ita tradit Ludouicus Sardus in tract.de naturalib. liberis.in tit. de legitimatione per verum matrimonium,num.15.& num.17.Nec ad rem pertinet dicta l.generaliter.§.cum autem:quia loquitur quando pater hæredem fecit & grauauit filium naturalem, vt & ipſe intelligatur grauatus, ſi deceſſerit ſine filiis. Non tamen ſtatuit ibi Iuſtinian. quod filij illi inſtituti & grauati poſſint eſſe ſpurij ad excludendum ſubſtitutum. Et qua de re dicemus infrà in præ ſump. Aut (inquit Alciatus) loquimur in fideicommiſſo, quod ab extraneo relictum eſt. Et tunc procedit ſecunda illa opinio, quæ fuit Baldi & ſequacium, quod, ſcilicet, legitimatus iſte non excludat ſubſtitutum. Ea ratione motus eſt Alciatus, quia hic ſolùm fictione legis dicitur legitimo natus.cap.tanta, qui filij ſint legit. Quæ ſanè ratio vera non eſt: cùm imò hæc ſit præſumptio. Nam (vt dictum fuit ſuprà) lex præſumit ab initio vſque affectu maritali parentes coiuiſſe. dicta l.cum quis.verſic.neque enim. Nec caſus iſte differt à primo: cùm nulla diuerſitatis ratio afferri poſſit. Ita enim ſubſequens matrimonium ſignificat hoc caſu ab initio vſque affuiſſe affectũ maritalem, vt in eo primo caſu, quando pater hæredem fecit & grauauit filium.

23 Tertius eſt caſus, quando † teſtator ita dixit. Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus & natis ex legitimo matrimonio. Hoc in caſu legitimatum per ſubſequens matrimonium non excludere ſubſtitutum ſcripſerunt Baldus in conſi.397.Quidam tres hæredes lib.5.Butrius in c. per venerabilem, & in c.tanta.qui filij ſint legitimi. Ruinus in conſi.92.num.14.in fine.& num.15.lib.3.Decius in d.conſi. 155.in fine.Socinus Iun.in conſi.63.nu.18.verſi.confirmatur. lib.3.& in conſi.12.nume.16.lib.4.Rubeus in l. Gallus.§.quidam rectè.nu.169.verſ.ſecundus caſus.ff.de liberis & poſth. Cephalus in conſilio 82.numero 29.& in conſi.111.nu.14.lib. 1.& in conſilio 276.numero 29. libro ſecundo. Rolandus in conſilio vltimo, numero 16.libro ſecundo,& Ioan. Antonius Cannetius in interpretatione extrauag.cap.volentes. in verbo, ſed quid ſi dictaret.in fine.& hos ſecutus ſum in d.conſil. 227.numero 70.Ea ratione ij moti ſunt, quod geminatio ver
24 borum † operatur maiorem effectum, habetque maiorem emphaſim.l.Baliſta.ff.ad Trebel.tradunt Bartol.in l.cùm ſcimus.numero 7.C.de agricol.& cenſi.lib.11. Decius in conſil. 181.columna 3. Socinus Iunior in conſilio 133. numero 5.lib. 1.& Crauetta in conſilio 201.numero 42. qui reſpondit, geminationem demonſtrare voluntatem præciſam. Et geminatio requirit veritatem, non autem fictionem, vt reſponderunt Curtius Senior in conſilio 50. Memoriæ.columna 25. verſic.tertiò comprobatur.& Ruinus in conſilio 98.numero 13.lib.2. Cæterum opinio hæc dubitatione non caret; quia ſi hic legitimatus dicitur verè & propriè natus ex legitimo matrimonio, vt ſuprà demonſtrauimus, ſatis dicitur comprehẽſus ſub hac verborum geminatione. Et ab hac communi opinione manifeſtè diſſentit Sforcia Oddo in tract.de compendioſa ſubſtitutione.in fine. Non erit tamen ab illa recepta opinione recedendum in iudicando & conſulendo.

25 Quartus eſt caſus, quando † teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio abſque illo participio, natis. Hoc in caſu ſcripſit Ruin.in dicta l.Gallus.§.ſi eius.numero 95.ff.de liberis & poſthum. hunc ſic legitimatum excludere ſubſtitutum, cùm teſtator ſe non reſtrinxerit ad tempus præcedẽs ipſum matrimonium: ſed indefinitè locutus eſt de filio ex mattimonio: Et verum eſt ſine cõtrouerſia, quod poſt matrimoniũ ſit filius verè,& ex illo matrimonio immediatè.

29 Quintus eſt caſus, quando † teſtator dixit. Et ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis. Hoc in caſu idem docuit Ruinus in d.l.Gallus.§.ſi eius nu.96. quod ſcilicet legitimatus per matrimonium ſubſequens excludat ſubſtitutũ: cùm his legitimatus dicatur ex legitimo matrimonio procreatus, d.l.cum quis, in fine. Et crediderim idem eſſe dicendum, quando teſtator dixiſſet, conceptis & natis ex legitimo matrimonio, ſicuti ſcripſi in conſil. 225. nume.4.dum reſpondi contrarijs auctoritatibus Caſtren. Decij, Ruini & Cephali, quæ ibi num.2.allegaui.

27 Sextus eſt caſus, quando † teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine filijs natis ex legitimo matrimonio: Et conſtat filium aliquem fuiſſe conceptum ante contractum matrimonium: ſed deinde contracto matrimonio natum. Hoc in caſu ſine controuerſia filius iſte excludit ſubſtitutũ. Ita in ſpecie affirmarunt Alex.in conſi.5.nu.3.lib.7.Ruinus in d.l.Gallus. §. ſi eius nu.97.ff.de lib.& poſth.& in conſi.92.nu.13.lib. 3. & Socinus Iunior in conſi.12.nu.17.lib.4. Ita etiã in cõceſſione feudi pro ſe & filij ex legitimo matrimonio natis, vt ij ſic cõcepti ante contractũ,& nati poſt contractũ matrimonium admittãtur, diſtinxit Aluarotus in ca.1.§.naturales.& ſecuti ſunt Curtius Iunior in Tract.feudorũ in tertia parte.in verb. expedita nu. 41.& Antonius Gabriel.in li.6.cõcluſionũ,in tit.de legitimatione concluſ.1.nu.23.& ratio eſt: quia hic filius dicitur verè natus ex legitimo matrimonio l.nuper.verſ. & multò magis. C.de natural.liberis; cuius verba hæc ſunt: *Et multò magis ſi quis mulierem, quam in contubernio ſuo habuerat, prægnantem fecerit: poſtea autem adhuc grauida muliere conſtituta dotalia fecerit inſtrumenta: & puer vel puella editus, vel edita ſit: iuſta patri ſoboles naſcatur, & in poteſtate efficiatur: & hæres exiſtat morienti, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento.*

28 Declarantur nunc † prædicti omnes caſus, in quibus diximus, legitimatum per matrimonium ſubſequens excludere ſubſtitutum, vt locum non habeant, quando matrimonium contractum fuiſſet fraudandi cauſa ipſum ſubſtitutum. Nam tunc is ſubſtitutus non excluderetur: Ita in ſpecie ſcripſerunt Angelus in l. ſed eſt quæſitum. ff. de liberis, & poſth. & in l. nuper numer. 3. C. de natural. liberis, Ruinus in conſil. 211.nu.7.lib.1.& alij, quos ſtatim referam. Porrò fraudis cõiectura eſt, quando hæres ipſe grauatus contraxit matrimoniũ cum matre ipſorum illegitimorum tẽpore mortis, atque ita dum in extremis ageret: ſicuti affirmarũt Angelus Barbatia, Ruinus, Curtius, Iunior, Celſus Hugo, Tiraquellus, Alciatus, Cephalus,& Mantua, quos commemoraui in conſil. 226. nu. 21.vbi multis ſimilibus comprobaui; quæ etiam referam infra lib. 5.in præſumpt. vbi explicabimus, quando dolus & fraus præſumatur.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Cynus Io. Andreæ, Baldus, Butrius. Imola & Alexander, quos retulit & ſecutus eſt Ruin.in conſi.78.num.7.lib.3. Idem reſponderunt Pariſius in conſ.13.num.68.& in conſi.14.num.35.lib.1.qui teſtantur, hãc eſſe communẽ opinionem. Curtius Iun.in conſ.26. nu. 9.copioſè Bero.in d.cap.in præſentia nu.204. de probatio. Didacus in epitome de ſponſal.parte ſecunda cap.8.§.2.nu.2.Hieronymus Gabriel.in conſil.24.nu.3.lib.1. Sarmientus in lib.1. ſelecta.interpreta.cap.6.num.8.& Sforcia Oddo in Tract.de compendioſa ſubſtitutione.pag. pen.verſ. limitant ſecundò.
29 Et hæc quidem poſtrema opinio retinenda eſt: cum † in dubio fraus non præſumatur, l.dolum. C. de dolo. Et accedit quod cum contrahendo matrimonium filij reddantur legitimi, præſumitur ob id contraxiſſe, non vt alteri noceat, ſed vt
30 filijs ſuis proſit: cùm † præſumptio ſit, patrem capere bonũ conſilium pro filijs l. nec in ea.§.1.ff.ad l.Iuliam de adulter.

31 Requiritur † itaque aliqua coniectura; ſicuti quando pater aliquando comminatus eſt, quòd volebat cõtrahere matrimonium, vt ſubſtituti à filijs poſtmodum excluderentur.

## PRÆSVMPT. LXXXII.

### Filij adoptiui an & quando ex præſumpta teſtatoris mente & voluntate excludant ſubſtitutum.

SVMMA



SVMMARIVM.

*1 Filij adoptiui an & quando ſubſtitutum excludant.*
*Quòd ſi teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib. ſubſtituo Caium. non excludat. num.2.*
*3 Filius adoptiuus dicitur filius ſolummodo legitimus non autem naturalis.*
*4 Filius arrogatus an excludat ſubſtitutum, ſi teſtator dixit: ſi deceſſerit ſine filijs: & num.ſeq.*
*Et an ſit verè filius arrogatoris ſicut adoptiuus adoptantis.nu.5.*
*6 Arrogatio fit auctoritate principis.*
*Principis pœnitentia tollit omnem fraudis ſuſpicionem. ibidem, & numero 10.*
*7 Filij arrogati propius accedunt ad naturam legitimatorum quàm adoptiui.*
*8 Filius adoptiuus ſubſtitutum non excludit, quando teſtator ſic dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs, ſi is hæres aliquem adoptauit.*
*9 Commentum dicitur quid fictum & ſimulatum.*
*10 Fraus in dubio nunquam præſumitur, nec actu nec potentia.*
*11 Donatio non reuocatur propter filiorum adoptionem, licet reuocetur ob ſuperuenientiam filiorum legitimorum & naturalium.*
*12 Feudum conceſſum pro ſe & filijs, non cenſetur conceſſum pro adoptiuis.*
*13 Teſtator ſi excluſit proprias filias vocando maſculos, non cenſetur ſenſiſſe de adoptiuis.*
*14 Filij adoptiui non excludunt ſubſtitutum, etiam ſi teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib. ac legitimis ſeu legitimatis tantum.*
*15 Dictio, ſeu, disiungit verba, ſenſum verò coniungit.*
*16 Filius adoptiuus tunc excludit ſubſtitutum, quando filius ante conditum teſtamentum eſſet adoptatus iuſſu teſtatoris, ab ipſomet filio teſtatoris, & deinde ſit conditum teſtamentum, in quo filio ſuo decedenti ſine filijs ſubſtituit Caium.*
*Idem quando teſtator grauauit eum, qui non poterat habere niſi filios adoptiuos. num.17.*
*Idem quando adoptio facta eſt ſciente & volente ipſo ſubſtituto numer.18.*
*19 Scienti & volenti non infertur damnum vel iniuria.*

1 NVNC † agendum eſt, de filiis legitimis tantum, nempè de adoptiuis, an ſcilicet & quando ij ex præſumpta mente teſtatoris excludant ſubſtitutum? Diſtinguere ſoleo aliquot caſus, facilioris explanationis gratia.

2 Primus † eſt caſus, quando teſtator dixit: & ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus: ſubſtituo Caium. Hoc caſu, qui clarus eſt, adoptiuus non excludit ſubſtitutum.

3 Eſt manifeſta ratio, quia † adoptiuus eſt ſolummodò filius legitimus, nempè legis diſpoſitione factus: non autem naturalis.

4 Secundus eſt caſus, quando † teſtator dixit: etſi hæres meus deceſſerit ſine filiis: Et is hæres arrogauit aliquem in filium: quæ arrogatio (vt eſt tritiſſimum) differt ab adoptione in ſpecie. Hoc ſanè caſu arrogatum excludere ſubſtitutum: viſus eſt concedere Ruynus in conſ.173.num.19.lib.2. Et comprobatur traditione Socini Sen.in l. cuum auus num.56. verſ.ſed tu conſidera: cùm dixit diſpoſitionem.d.l.cum auus, locum habere etiam in filio arrogato.

Ea eſt ratio huius opinionis & caſus, quod hic concurrunt iura ciuilia & naturalia: hoc eſt,& ratio ſanguinis. Et propterea non ſolùm hæres dicitur bonorum, ſed & quodammodo ſanguinis.

5 Verùm reſponderi poteſt, quod etſi arrogatus † efficitur hæres arrogatoris: non tamen dici poteſt verè eius filius plus quam eſt adoptiuus patria adoptanti.

Secundò conſiderari ſolet ratio, quod in filio arrogato ceſſat illa ſuſpicio fraudis, quæ ſuſpicatur in adoptiuo: cùm ar-
6 rogatio † fieri debeat auctoritate principis.l.2.ff.de adoptio. Et ideò præſentia principis tollit omnem fraudis ſuſpicionem.l. omnium.C. de teſta. & de auctoritate magiſtratus ſic ſcripſi ſuprà libr.2.præſumpt.75.num.16. Quæ ſanè ratio ad rem non pertinet: cùm nos non loquamur de ea fraude, quæ committitur in impetratione arrogationis: ſed de illa quæſita eſt in animo & mente arrogatoris, qui ita facilè adduci poteſt ad arrogandum eam ſolam ob cauſam, vt excluderet ſubſtitutum ſicuti ſuſpicio eſt in adoptione, de qua ſtatim dicemus. Quocirca Ruinus in l.Gallus.§.ſi eius.num.59.in fine.ff.de liberis & poſthum. habet pro abſoluto, quòd filius arrogatus non excludat ſubſtitutum: cum nulla ſit differentia, quò ad hunc caſum, inter adoptionem, & arrogationem. Itaquoque in his terminis nullam conſtituit differentiam Soci. Senior.in conſ.226.nume.7.in fine.lib.2.& ad rem magis Curtius Iun. in d.conſ.145.nume.19.& 20. Nec repugnat quod reſpondit Ruinus in d.conſil.173.num.19.lib.2.quia concedit Ruinus, arrogatum in dubio excludere ſubſtitutum: ſed dixit ſuo illo in caſu, quod ſi illa verba legitimis ſeu legitimatis, eſſent in-
7 telligenda de adoptiuis, quod potius † deberent intelligi de arrogatis, qui propius accedunt ad naturam legitimatorum, qui regulariter ſubſtitutum excludunt.

8 Tertius eſt caſus, † quando teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis: Et is hæres aliquem adoptauit. Hoc caſu receptiſſima & veriſſima eſt omnium ſententia, hunc adoptiuum non excludere ſubſtitutum. Ita in ſpecie ſcripſerunt Bar. in l.ſi cognatis.num.1.verſ.oppono prout hæc.ff.de rebus dubiis. Comẽſ.in l.ſi ita quis.§.1.de leg.2. Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num.12.ff.ad Trebel.in conſ.2.num.51.lib. 1. Riminaldus Senior.in conſ.324.num.9.lib.2. Calcaneus in conſ.20.num.7.& num.11. Soc. Sen.in conſ.226.nume.lib.2. Decius in conſ.399.nu.1.& num.4.& cum Decio de eadem facti ſpecie ſic etiam reſponderunt Ruinus in conſ.173.nu.6. lib.2. Curtius Iunior in conſ.145.nu.10.& 11.& Petrus Antonius Anguloſa in conſil.77.nume.6.lib.6. Idem cenſuerunt Ber.in cap.in præſentia. num.293.de probatio. Ripa in dicto §.ſi quis rogatus.num.31. Tiraquell.in l.ſi vnquam.in verbo, ſuſceperit liberos.nume.3.C.de reuocand.donatio. Aſcanius Clemens in Tracta.de patria poteſtate.cap.5.nume.11. Emanuel Coſta in cap.ſi pater.in prima parte, in verbo, ſi abſque liberis.num.46.de teſtam.in 6.& Sforcia Oddo in Tracta.de compendioſa.in ſexta parte.in vltimo articu. Et hæc quidem ſententia manifeſtè probatur reſponſo Papiniani in l.fideicommiſſum.ff.de conditio.& demonſt.cuius verba hæc ſunt. *Fideicommiſſum à filijs relictum, ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit, adoptionis commento non excluditur.* Cõmentum adoptio
9 nis appellat † Papinianus ſignificans fraude facta adoptionẽ. Eſt enim commentum, quid fictum & ſimulatum, vt apud Ciceronem in primo de oratore, dum confictam illam Rempubl.& ciuitatem à Platone appellat commentitiam his verbis. *Vt ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur.*

Nec repugnat conſideratio Ruini in d.l.Gallus.§.ſi eius. num.60.verſ.ſed iſta reſponſio, quòd imò in adoptione fraus
10 non præſumitur, cùm in † dubio fraus nec actus, nec potentia præſumatur.argum.l.meritò.ff.pro Socio. Et quia iudicis præſentia tollit omnem ſuſpicionem, vt dixi ſuprà. Non inquam repugnat hæc conſideratio: cum Papinianus non loquatur (vt attigi ſuprà) de fraude extrinſeca, quæ in impetranda adoptandi licentia & facultate committi ſolet, & quæ verſatur circa ipſam adoptionis ſolennitatem: ſed loquitur de fraude intrinſeca: quam gerit in animo adoptans, quod ſcilicet adoptare voluerit, non vt haberet filium, ſed vt ſubſtitutum excluderet. Noluit enim lex relinquere in arbitrio grauati, vt adoptione poſſet facilè eludere teſtatoris diſpoſitionem, ſicuti docuit Bart.in dicta l.ſi cognatis.nume.1.verſ.oppono prout hæc lex intelligitur.ff.de rebus dubiis. & manifeſtiùs Socinus Sen.in conſil.226.num.8.lib.2.& Curtius Iunior in d.conſil. 145.num.22.

11 Et hac ratione † dicimus, donationem non reuocari propter filiorum adoptionem: & ſi reuocatur ob ſuperuenientiam filiorum legitimorum & naturalium.l.ſi vnquam.C.de reuocand.donatio.vbi Tiraquellus in verbo, ſuſceperit liberos.nume.15.

Et confert text.notab.l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de leg.2.cuius verba hæc ſunt. *Is cui in tempus liberorum tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando tertiam partem conſequi.* Et accedit
12 † quod feudum conceſſum pro ſe & filiis, non dicitur conceſſum pro adoptiuis.ca.1.§.ſi adoptiuus.ſi de feudo fuerit controuerſia inter domin.& agnat.& ibi ſcribuut omnes. Et plura his ſimilia congerunt præcitatis in locis Ripa, Tiraquel-
13 lus,& Aſcanius Clemens. Et hic caſus † multò magis locum

habet, quãdo teſtator excluſiſſet proprias filias, vocãdo filios maſculos. Eſt enim maximè veriſimile nõ ſenſiſſe de filiis maſculis adoptiuis, ne illos ex ſuo ſanguine minime procreatos propriis filiabus anteponeret. Ita reſpondit Riminal. Sen. in d. conſ. 324. num. 20.

13 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam ſi teſtator ita dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, ac legitimis ſeu legitimatis tantum, ſubſtituo Caiũ. Hoc etiam caſu filij adoptiui non excludunt ſubſtitutum. Ita Ripa in d. l. ex facto. § ſi quis rogatus. il. 1. num. 33. ff. ad Trebell. poſt Decium in d. conſil. 399. num. 4. Cum quo de ea facti ſpecie interrogarunt, idem reſponderunt Ruynus in dict. conſil. 173. num. 7. lib. 2. Curtius Iunior in d. conſil. 145. num. 11. & Petrus Antonius Anguſola in d. conſ. 77. num. 8. libr. 6. Et ſi enim teſtator poſuit in conditione filios legitimos ſeu legitimatos: non tamen intellexit de legitimis, ideſt adopti-
15 uis: ſed de naturalibus legitimatis: & † illa dictio, ſeu, disiungit verba: ſenſum verè coniungit, vt Alexander ſeu Paris, iuxtà glo. in l. ad protegendum, C. de in litem iuran. Poſuit teſtator primùm in conditione filios legitimos & naturales: deinde legitimatos quos alio nomine appellat legitimos, reſpiciens tempus factæ legitimationis. Et aliis rationibus comprobat Decius in d. conſ. 399. num. 5. & 6. Et ſi ab his diſſenſerit Alciatus in Rub. ff. de liberis & poſth. num. 12. quo loci dixit, ſe aduerſus Decium & Curtium Iuniorem de eadem facti ſpecie reſpondiſſe. Verùm præſupponit Alciatus eo in caſu teſtatorem ſolùm dixiſſe: Et ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, vel legitimis tantum.

16 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat, quando filius ante conditum teſtamentum eſſet adoptatus: vt ſi pater iuſſiſſet filio ſuo, vt ſibi adoptaret aliquem in filium: & deinde confecit teſtamentum, in quo filio ſuo decedenti ſine filiis ſubſtituiſſet Caium. Hoc in caſu ille adoptatus excludit Caium ſubſtitutum. Ita ſenſit Bart. in l. ſi cognatis num. 1. ver. oppono prout hæc. ff. de rebus dubiis, & ibidem manifeſtè Socinus num. 20. verſic. Nam hoc limitatur: Imola in l. fideicommiſſum. ff. de condit. & demonſt. Ripa in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus il. 1. numer. 34. ff. ad Trebell. Idem affirmarunt Ruynus, Alciatus, Maſſuerius & Guilielmus Benedictus, quos commemorat & ſequitur Tiraquellus in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos. numèr. 22. C. de reuocan. donat. Cùm enim teſtator hunc adoptatum pro nepote ſicq; pro filij filio legitimo verè haberet: de eo ſenſit: ex quo præ oculis eum habebat.

17 Declaratur † ſecundò, vt non procedat quando teſtator inſtituit grauauitq; eum, qui non poterat habere niſi filios adoptiuos. Aretinus in l. ſed & quæſitum. ff. de lib. & poſthu. Decius in cap. in præſentia. num. 58. de probatio. Ripa in d. §. ſi quis rogatus. num. 35. Marſilius in ſing. 350. & in rub. ff. de fideiuſſo. num. 197. Sforcia Oddo in Tract. de compendioſa. in ſexta parte. art. vlt. verſic. limita. 2. & Aſcanius Clemens in Tract. de patria poteſtate. cap. 5. num. 13. Afferunt duo exempla: vt ſi exiſtens in ſacris, vel Spado, qui generare non poteſt, inſtituti ſunt hæredes & grauati.

18 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando adoptio facta fuiſſet ſciente & volente ipſo ſubſtituto. Nam tunc is excluditur ab ipſo filio adoptiuo. Ita Imola in d. l. fideicommiſſum. ff. de conditio. & demonſt. Socinus in d. l. ſi cognatis. nu. 20. verſ. tenendo tamen ſolutionem: Georgius Natta in cap. quamuis, in tertia quæſtione tertiæ quæſtionis principalis. numer. 36. de pactis in 6. Marſil. in ſing. 350. Damnum, quod quis, & alios nonnullos recenſet & ſequitur Tiraq. in d. l. ſi vnquàm, in verbo, ſuſceperit liberos. nu. 23. C. de reuoc. don. qui poſteaquam. nu. 24. dubitationes excitauit, tandem. num. 25. traditionem hanc probauit. Et rectè quidem: Non enim
19 † ſcienti & volenti infertur damnum & iniuria: ſicuti manifeſtum eſt.

Poſſet hic annecti diſputatio illa de filio ſpirituali: an ſcilicet & is deficere faciat conditionem: ſi grauatus deceſſerit ſine liberis? Qua in re (vt ſummatim dicam) concludunt omnes, excepto Barbatia, non efficere, vt deficiat conditio: atque ita non excludere ſubſtitutum. Ita ſanè ſcripſerunt Bald. in auth. niſi rogati num. 19. C. ad Trebell. Decius in conſil. 399. numer. 2. Ripa in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il. 1. num. 43. ff. ad Trebell. Tiraquellus in l. ſi vnquam in verbo libertos. numer. 26. C. de reuoc. donatio. & Sforcia Oddo in Tract. de compendioſa in ſexta parte art. vlt. in tit. an legitimi tantùm, qui alios nonnullos Doctores commemorat & declarat.

## PRÆSVMPT. LXXXIII.

### Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, an & quando dicatur extitiſſe, ſi hæres inſtitutus & grauatus religionem profeſſus eſt?

### SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: an & quando dicatur extitiſſe, ſi hæres inſtitutus & grauatus religionem eſt profeſſus.*

2 *Teſtator nunquid ita diſponere poßit, vt ſuccedant filij & deſcendentes hæredis ſui, excluſa eccleſia & monaſterio quod propter ingreſſum hæredis alius ſuccederet, excluſo ipſo ſubſtituto.*

*Quòd poßit, oſtenditur ibid. & ſeq.*

3 *Subſtitutus præfertur monaſterio, quando apparet de expreſſa voluntate teſtatoris excludentis ipſum monaſterium.*

4 *Pater licitè poteſt legare filiæ mille ſi nupſerit, & ſi monaſterium ingrediatur ducenta tantum. Contra nu. 26. & male.*

5 *Teſtatori permiſſum eſt teſtari & ad libitum de rebus ſuis diſponere, & eius voluntas pro lege eſt ſeruanda: nam.*

6 *Rei ſuæ quælibet eſt moderator & arbiter: & Dominus poteſt re ſua abuti: ſecus in præiudicium tertij. ibid. & num. 8.*

7 *Pater poteſt bona ſua vendere, & pretium in mare proijcere in præiudicium filiorum.*

9 *Benefacere nemo cogitur inuitus.*

*Iudæi vel alij infideles non poſſunt cogi ſuſcipere baptiſma. ibid.*

11 *Patri permiſſum eſſe, ne aliquid relinquat filio profeſſo vltra eius legitimam.*

12 *Priuatio non datur, niſi præcedat habitus.*

13 *Teſtator poteſt reb. ſuis adijcere hanc conditionem, ne res ſua relicta eccleſiæ apud eum permaneat, ſi adiectum modum non impleuerit.*

14 *Res quæ tranſit ad eccleſiam licet fiat immunis & exempta à collectis, poteſt tamen teſtator legando rem eccleſiæ, apponere legem, quòd ipſa eccleſia teneatur pro dicta re ad onera & collectas.*

15 *Conditio adiecta rei, ne illa in eccleſiam alienetur, valet.*

16 *Statutum, quòd bona omnium ciuium collectari ſemper poßint, etiam ſi tranſeant ad eccleſiam, valet.*

17 *Vita contemplatiua eſt melior actiua.*

18 *Religionem ingrediens debet renunciare mundo & vanitatib. ſuis, & vouere paupertatem, & obedientiam.*

19 *Conditio à teſtatore adiecta reijci non debet.*

20 *Diſpoſitio qua quis inuitatur ad relinquendum reijcitur.*

21 *Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale iure recipitur, & econtra: & ibi declaratur l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de condit. & demonſtr. & num. ſeq.*

22 *Leges publicæ vtilitatis cauſa inuitant mulieres ad nuptias.*

23 *Cœlibatus olim erat maximè prohibitus, & quare.*

24 *Argumentum à ſtatuto ad diſpoſitionem teſtatoris valet: ſecus ſi non eſt eadem ratio, & num. ſeq.*

*Statutum, quòd ingrediens religionem non ſuccedat, eſt nullum. ibid.*

27 *Eccleſia ſubſtitutum non excludit, hærede ingrediente monaſterium ſi teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore & de legitimo matrimonio procreatis.*

28 *Monaſterium habetur loco filij fictè tamen & ciuiliter non autem naturaliter.*

29 *Verba teſtatoris debent intelligi in caſu vero, non autem in ficto.*

30 *Monaſterium ſuccedit monacho.*

31 *Legis vna pars per aliam declaratur.*

*Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinare dicitur.*

32 *Eccleſia dicitur mater & cultrix iuſtitiæ.*

33 *Legitimati per reſcriptum non veniunt appellatione legitimorum ex proprio corpore & ex legitimo matrimonio natorum.*

34 *Fideicommiſſum fauore dotis cenſetur non ſcriptum.*

*Monaſterium non excludit ſubſtitutum, ſi teſtator dixit, Si deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus.*

*Idem quando teſtator habens duos filios, eos æqualiter inſtituit, & inuicem ſubſtituit, ſi eorum alter deceſſerit ſine liberis. num. 36. & ſeq.*

37 *Patris amor & affectio erga filium incredibilis eſt: & præſumitur magis ipſum filium diligere quàm Eccleſiam, maximè quò ad legitimam. & num. 44.*

38 *Pater ſi ſimpliciter grauat filium ſuum hæredem inſtitutum poſt mortem ſuam reſtituere Eccleſiæ, intelligitur ſi ipſe filius deceſſerit ſine filijs*

39 *Diſpoſitio generalis comprehendit etiam priuilegiatos.*

40 *Exceptio confirmat regulam in non exceptuatis.*

41 *Cauſa pia, & cauſa filiorũ à pari procedunt quò ad præſumptam voluntatem teſtatoris.*

42 *Subrogatum regulariter ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

43 *Irnerius in compendium redegit conſtitutiones authenticorum, & eas in Codice inſeruit, abſque auctoritate corrigendi leges veteres.*

45 *Monaſterium non cenſetur ſubſtitutũ excludere, ſi teſtator inſtituto filio ſuo hærede ei decedẽti ſine liberis ſubſtituit aliquem ex ſua fam. adiecta ratione, quia vult bona conſeruari in agnatione, & famil.*

*Idem ſi teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs ſubſtituo Caium, & nullus alius ſuccedat. num. 46.*

*Idem quando teſtator hæredi ſuo decedenti ſine liberis ſubſtituit cauſam piam. num. 47.*

*Idem ſi extat ſtatutum, quòd teſtamenti verba intelligantur ad literam, ſub illis verbis, ſi deceſſerit ſine filijs, non comprehenditur monaſterium quod deinde hæres eſt ingreſſus. nu. 48.*

*Idem quando teſtator ſubſtituit his verbis, ſiue veris filijs. numero 49.*

*Idem ſi teſtator relinquit certum quid hæredi ſuo, ſi monaſterium fuerit ingreſſus. num. 50.*

*Idem quando teſtator ordinauit, quòd eueniente caſu ſubſtitutionis certa pars bonorum perueniret ad piam cauſam. num. 51.*

*Idem ſi teſtator ſubſtituit his verbis: Et ſi deceſſerit hæres meus ſine filijs, & monaſterium non ingrediatur, ſubſtituo Caium. num. 52.*

*Idem quando extat ſtatutum, quod Eccleſia non ſuccedat. 53.*

*Idem quando teſtator inſtituit filium iam in ſacris, & ei decedenti ſine filijs ſubſtituit. 54.*

55 *Argumentum à contrario ſenſu non debet ſumi, quando poteſt inde ſequi abſurdum.*

56 *Monaſterium non cenſetur excludere ſubſtitutũ, quando teſtator filium hæredem inſtitutum grauauit purè vel poſt diem certum reſtituere.*

57 *Hæres quando grauatur purè vel ad certum tempus diem, ſubſtitutus admittitur, etiam ſi is ſuſcipiat filios.*

58 *Monaſterium an excludat ſubſtitutum, quando non apparet vel manifeſtis verbis, vel probabilibus coniecturis teſtatorem voluiſſe ipſum excludere ad fauorem ſubſtituti.*

*Quòd præferatur monaſterium rationibus comprobatur. ibid.*

*Et idem eſt dicendum in foro conſcientiæ. num. 59.*

60 *Pro Eccleſia vel pio loco in dubio eſt pronunciandum.*

61 *Lex Pontificia ſequitur potiùs legem Dei, quàm ſeculi.*

62 *Præſumptio eſt de re dubia, & non attenditur in foro conſcientiæ quando is, contra quem eſt præſumptio, ſit veritatem eſſe in contrarium.*

63 *Subſtitutus per ingreſſum religionis excluditur, etiam ſi hæres inſtitutus ſit bigamus à Pontifice tamen diſpenſatus, quando teſtator ſubſtituit hæredi, ſine liberis deceſſerit.*

*Idem quando hæres ante ingreſſum monaſterij diſpenſauit bona fideicommiſſo ſuppoſita in pios vſus. num. 64*

*Et idem dicendum non ſolùm in monacho, ſed etiam in clerico ſeculari. num. 65.*

66 *Dictio, vel, eſt diſiunctiua, quæ in altero ex duobus verificatur.*

67 *Clerici non veniunt nomine monachorum: & an eædem rationes quæ militant in monacho, militent & in clerico.*

68 *Clericus ſecularis vt ſubſtitutum excludet, quæ in eo concurrere debeant.*

69 *Subſtitutus excluditur per profeßionem religionis, etiam quando hæres inſtitutus obtulit ſe Epiſcopo ſeruaturum regulam monialem, cùm ab aliquo monaſterio recipi non potuerit.*



*Non procedit autem hoc, quando hæres fuit his verbis grauatus reſtituere: ſi hæres meus deceſſerit ſine liberis, & religionem profiteatur, ſubſtituo Caium.*

*Et is Caius religionem ingrediatur mortuo iam ipſo hærede ſine filijs. num. 70.*

*Nec procedit, quando hæres grauatus ingreſſus eſt monaſterium minoritarum. num. 71.*

*Nec excluditur ſubſtitutus, quando monaſterium quod hæres eſt ingreſſus, non ſucceßit dicto hæredi. num. 72.*

*Idem quando hæres grauatus ingreſſus eſt religionem, & deceßit ante profeßionem. num. 73.*

74 *Religionem quis non dicitur ingreſſus ante profeßionem.*

75 *Monaſterium ſubſtitutum non excludit, quando hæres grauatus, ſi deceſſerit ſine liberis: condidit teſtamentum ante ingreſſum monaſterij, & extraneum hæredem fecit.*

*Idem quando hæres ingreſſus eſſet monaſterium vt fraudaret ſubſtitutum. num. 76.*

77 *Dolus & fraus alicui prodeſſe non debet.*

78 *Matrimonium in articulo mortis contrahi poteſt, ſed non in fraudem ſubſtituti.*

79 *Donatio licet per ſuperuenientiam liberorum reuocetur, non tamen reuocatur quando filij per ſubſequens matrimonium in fraudem legitimantur.*

*Beneficij renunciatio in fraudem facta nõ prodeſt ei, ad cuius commodum facta fuerat.*

*Emancipatio facta in fraudem filij filiæuè non tenet.*

*Locatio in quinquennium in fraudem hæredum non valet: nec locatio facta à prælato in fraudem eccleſiæ.*

*Hæres grauatus reſtituere quibus coniecturis præſumatur religionem ingreſſus in fraudem ſubſtituti. num. ſeq.*

*Suſcipiens habitum religionis in articulo mortis non dicitur profiteri religionem, nec bona ſua monaſterio acquirere: ſecus ſi deinde incolumis effectus perſeuerauit & profeßionem emiſit.*

85 *Senex nemo eſt ita, quòd non præſupponatur adhuc poſſe viuere vltra annum.*

86 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando teſtator dixit. Inſtituo te hæredem ſi ſine liberis moriar, ſi teſtator ingreditur monaſterium.*

87 *Improprietates reſtringi, non autem extendi debent.*

1 EXPLICANDA † nunc poſtremo hoc loco ſe offert diſputatio illa frequens & egregia an & quando extitiſſe dicatur prædicta conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, expreſſa à teſtatore, cùm hæres inſtitutus & grauatus religionem profeſſus eſt? Hanc diſputationem explicarunt commoſè omnes in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il. 1. ff. ad Trebell. preſertim Ripa. num. 39. & in c. in præſentia, de probatio, maxime Bero. & Pariſius, & ex recentioribus Franciſcus Mantica in lib. 11. de coniecturis vltimarum voluntatum. titul. 7.

Ego ſoleo diſtinguere atque conſtituere in tota hac diſputatione duo præcipua capita: quorum primum eſt, quando clarè & manifeſtè, vel vrgenti coniectura conſtat, teſtatorem voluiſſe excludere monaſterium, admiſſo ſubſtituto. Secundum verò caput eſt, quando verba diſpoſitionis ſunt dubia & ambigua.

2 Primum diſputationis † noſtræ caput ſic explicandum eſt, vt ante omnia iuxta Cæſarei iuris interpretum placita, diſſeramus, an teſtator ita teſtari & diſponere poſſit, vt ſuccedant filij & deſcendentes hæredis ſui, excluſa eccleſia & monaſterio, quod propter ingreſſum hæredis aliàs ſuccederet, excluſo ipſo ſubſtituto? Et dicendum eſt, ita poſſe teſtari & diſponere. Ita enim ſenſerunt ſatis manifeſtè Caſtren. & Corneus in
3 authen. niſi rogati. C. ad Trebell. cùm dixerunt, † ſubſtitutum præferri monaſterio, quando apparet de expreſſa voluntate teſtatoris excludentis monaſterium ipſum. Sentiunt ergo teſtatorem ita poſſe teſtari & diſponere, vt monaſterium excludatur à ſubſtituto. Et idem affirmarunt Alex. in conſil. 121. numero 13. lib. 2. Calcaneus in conſil. 7. numero 24. qui aſſerit, ita omnes, tenere. Et clarè manifeſtèque quod teſtator diſponere ita poſſit, vt excludat monaſterium & eccleſiam à ſucceſſione ſua, admiſſo ſubſtituto, reſponderunt Baldus in conſilio 407. In quęſtione, quæ vertitur inter Scolam. col. 3. verſiculo tangitur etiam de illa lib. 1. Corneus in conſilio 18.

numero 17 libr.4.& Ruynus in conſilio 98.numero 20.libr.
2. Idem affirmarunt Decius in cap.in præſentia.num.58.verſ.
ſed quando de probatio.& apertius in conſil. 259. columna
2.verſicul.circa primum:in conſil.419.numer.3.& in conſil.
426.numer.2.Ioan. Lupus in rubr.extrà de donatio.inter vi-
rum & vxo.§.47.numer.18. Pariſius in conſil.22. numer.6.&
numer.8.lib.3. Durans in Tract. de arte teſtandi.cautela.18.
num.3.Ripa in l. ex facto.§. ſi quis rogatus.il.1.num.39.ff.ad
Trebell. Æmilianus in conſil.109.nume.10.Alciatus in reſp.
502.Grauem caſus num.4.verſic. vnde ſi conſtet: ſecundum
impreſſionem primam Lugdunenſem. Modernus Pariſienſis
in ſuo conſil.15 nume.27.verſic.tertiò, quia Bero.in d.cap.in
præſentia.num. 485. & num. 487. Michaël Craſſus in Tract.
de ſucceſſionibus.§.fideicommiſſum.q.40.numer.2.Ant.Pa-
dilla in l.Cum acutiſſimi.num.44.C.de fideicom.Sforcia Od-
do in Tract. de compendioſa in ſexta parte.artic. vltim. pag.
204.verſic.Quo ad primam: qui dixit,eſſe communem. Di-
dacus lib.1. varia.reſolut.cap.19.num.8. Marzarius in epito-
me de fideicommiſſis. q. 31. qui teſtatur, ita ſæpius deciſum
fuiſſe à Rota Florentina. Ita pariter deciſum fuiſſe à Senatu
Pedemontano teſtatur Olaſcus in deciſ. 126. in fine, iuncto.
num.11. & numer. 24. ſic etiam à Senatu Neapolitano affir-
mat doctiſſimus Vincentius Francus in deciſ.29. nume.7.vbi
num.3.& num.4.ſcribit, Monaſterium excludi, quando ex-
preſsè conſtat teſtatorem voluiſſe eum eſſe excluſum. Et ho-
rum ſententia comprobatur ſimili interpretum traditione,
4 dum ſcripſerunt,licere † patri legare filiæ mille,ſi nupſerit: ſi
verò monaſterium ingredietur, ducenta tantùm. Ita cenſue-
runt Iacobus Beluiſius in §. ſed & hoc præſenti, in Auth. de
ſanctiſſ.epiſcop.Baldus & Caſt.in l. Deo nobis.C.de epiſcop.
& cler. Idem Baldus, Caſtr.Salicetus & Corneus in auth.niſi
rogati.C.ad Trebell. Imola in l. Lucius.la.2. colum.vlt.ff.de
hæred. inſtitut. Ancharanus in cap.nemo poteſt.q. 5. de reg.
iuris in 6.Decius in d.cap.in præſentia num.59.de probatio.
& in conſil.419. Crottus in l. nemo poteſt numer.46. de leg.
1. Ruynus in conſ.98.num.20.lib.2. Gallianla in l. Gallus §.
& quid ſi tantum.num.18.de lib.& poſthu.Cagnolus in l.2.q.
22.nume.120.C. de pactis inter emptorem & vend. Didacus
lib.1. varia.reſolutio.cap.19. num.9. prope finem. Emanuel
Coſta.in l.cum tale, in vndecima ampl.in fin.ff. de condit.&
demonſt.& in repe. cap.ſi pater.in verb. ſi abſque liberis.nu-
mer.68.de teſta.in 6.& Decianus in conſil.41.num.30.lib.1.
5 Hæ traditiones ea ratione prima fulciuntur:quod † teſtatori
permiſſum eſt teſtari & ad libitum de rebus ſuis diſponere.l.
1.de ſacroſanct.eccleſ.& ejus voluntas pro lege obſeruari de-
bet.§. diſponat, in Auth.de nuptiis. Quo circa lege 12.tab.
cautum fuit, vti quiſque legaſſet ita ius eſſet.l.verbis legis.ff.
de verb.ſignifi.

Et propterea accedit iuris regula: qua dici ſolet quod
6 † quilibet eſt arbiter & moderator rei ſuæ.l.in re mandata.C.
mandati. Imò Dominus re ſua poteſt abuti. l. ſed etſi lege.§.
7 conſuluit.ff.de petitio.hæred.Hinc dicitur, quod † pater po-
teſt bona ſua vendere & pretium in mare proiicere, non ob-
ſtante præiudicio filiorum: Ita inquit gloſſ.in l.1.C.de inoff.
donat.& poſt alios reſpondit Decius in conſil.246.num.4.&
in conſ.547.num.1.Hinc apud.Platonem in lib.11.de legibus
his verbis exclamabat interlocutor ille Athen. Graue eſt ni-
mium, ô Dij, ſi mea mihi non licebit quicunque volo relin-
quere, & aliis plura & aliis pauciora. Nec huic rationi repu-
gnat conſideratio Ripæ in d.l.ex facto.§. ſi quis rogatus.il.1.
8 num.139.ff. ad Trebell.cùm † in ſpecie hac dixit, quod imò
quilibet abuti non poteſt re ſua:cum id permiſſum non ſit in
præiudicium tertij.l.1.C.de vſufructu.& §.1.in inſt.de iis,qui
ſunt ſui,vel alieni iuris.

Nam reſpõdetur,hic nullum verſari alicuius præiudicium:
cùm res ſit ipſius teſtatoris, nec alteri ius aliquod quæſitum
eſt: & propterea dici non poteſt detrimentum adferri ei, cui
nullum ius competit. Et præterea, quod dicitur, Dominum
abuti non poſſe re ſua,intelligitur ſecundum Coraſium lib.1.
epiſtol.cap.20.procedere in his, quæ principaliter reſpiciunt
publicum fauorem, iuxta.l.ius publicum.ff.de pactis:non au-
tem quæ ſecundario vt in caſu noſtro: id quod exemplis pro-
bat Coraſius.
9 Secundò accedit, quod † nemo inuitus cogitur bene face-
re,cap.de Iudæis.45.diſtinct.& cap.vltim.23.quæſt.5.quibus
ſancitum eſt,Iudæos & infideles,compelli non poſſe ſuſcipe-
re ſacrum baptiſma. Id quod tradunt & explicant Magiſter
ſenten.in 4.diſt.4.& 6. Diuus Thomas.2.2.quæſt.10.art.9.&
in tertia parte ſummæ.quæſt. 68. art.10. & Dominicus Soto
in 4.ſenten.diſtinct.5.art.10. colum.2. & colum.4.& 5. Non
ergo cogi poteſt teſtator ita diſponere,vt bona ſua acquiran-
tur eccleſiæ & monaſterio: ſed in ſua libera facultate id poſi-
tum eſt. Nec repugnat conſideratio Ripæ in d.§.ſi quis roga-
tus.numer.139.cùm dixit, quod etſi nemo cogi poteſt bene-
facere:attamen compelli debet non malè facere:& ſic non di-
uertere hæredem ab ingreſſu religionis, cap.qui ad fidem, &
cap. non fruſtra. 23.quæſt. 5. Nam reſpondetur, teſtatoris
mentem hanc non eſſe, vt diuertat hæredem ab ingreſſu reli-
gionis: ſed voluntas & animus eius eſt conſulere poſteritati
& familiæ(vt infrà dicemus,) quod ſi contingit hæredem di-
uerti à religione, id contigit præter animum & mentem te-
ſtatoris,qui eam ob cauſam ſic non diſpoſuit.Et ideo non di-
citur male facere, ſi rebus ſuis conſulit id quod infra confir-
mabimus.Rurſus non eſt veriſimile(vt ſuo loco dicemus)hæ-
redem retrahi ab ingreſſu religionis ob id,quod ſi decedat ſi-
ne filiis teneatur reſtituere bona aliis.
10 Tertiò ſuffragatur † text.in cap.Deo nobis.C.de epiſcop.
& cler.quo conſtitutum eſt, patri permiſſum eſſe, ne aliquid
relinquat filio profeſſo vltra eius legitimam.Si ergo vltra le-
gitimam reliquit,in eo poterit quoquo velit modo ſubſtitue-
re.Nec obſtat conſideratio Ripæ in d.§.ſi quis rogatus.num.
123.cùm ſcripſit:aliud eſſe, quod pater poſſit non relinquere
filio profeſſo: aliud quod poſſit priuare filium hæreditate,ſi
religionem ingrediatur.
11 Nam primo caſu(inquit Ripa) non † diuertitur filius à re-
ligione:ſecundo verò caſu diuertitur.Reſpondetur primò(vt
dixi ſupra) teſtatoris mentem non eſſe diuertere hæredem à
religione: ſed ſuæ familiæ & agnationi proſpicere.Propterea
& ſecundò dicimus, teſtatorem non priuare hæredem ingre-
dientem religionem hæreditate ei relicta: quia donec viuit
ipſe hæres fruitur bonis illis:eo verò mortuo ſine filiis,nil ac-
quiritur monaſterio, ſed propter conditionis euentum bona
deferuntur agnatis & familiæ, ſolùm enim auocatur res ab
eo, cui ad tempus fuerat conceſſa, vt egregiè declarant Car-
dinal. Zabarella in cap. verum de cond. appoſ. & Ruynus in
conſilio 27. in fine. libr. 2. Nulla ergo hic cadit priuatio vel
contra hæredem, qui bonis ſemper fruitur: vel contra eccle-
12 ſiam, cui nullum ius quæſitum fuit. Non enim † priuatio da-
ri poteſt niſi præcedat habitus, l.manumiſſiones.ff. de iuſtit.
& iure.
13 Quartò hanc maximè † confirmat ſententiam, quod te-
ſtator poteſt rebus ſuis adiicere hanc conditionem, ne res ſua
relicta eccleſiæ apud eam permaneat, ſi adiectum modum
non impleuerit.cap.verum.de cond.appoſ.

Et accedit text.notab.in cap.Cum dilectus, de conſuetud.
quo loci conſtitutum fuit,Epiſcopum in fundatione eccleſiæ
poſſe ad ſolam petitionem laici patroni fundatoris concede-
re,quod confirmatio ad alium pertineat quàm ad ipſum epi-
ſcopum. Is ergo laicus fundator poteſt conditionem appo-
14 nere rei à ſe relictæ eccleſiæ.Huc facit, quod † licet res, quæ
tranſit ad eccleſiam efficiatur immunis & exempta à colle-
ctis:attamen poterit teſtator, legando rem eccleſiæ,appone-
re legem: quod ipſa eccleſia teneatur ad onera & collectas
pro re ipſa legata. Ita tradunt gloſſ. & Docto.in l. ſi ita quis.
§.ea lege.ff.de verbor.obligatio.Ancharanus in conſilio 218.
Ruynus in conſilio 27. numero 4. libr.2. qui ſimilem caſum
15 diffinit.Huc pertinet quod valet † conditio adiecta rei,ne il-
la in ecleſiam alienetur perpetuò, ſed ad certum tempus vt
tradit Ripa in l.vlt.q.52.C.de reuoca.dona.
16 His accedit quod † ſcribunt multi, valere ſtatutum quod
bona omnia ciuium collectari ſemper poſſint etiam ſi tran-
ſeant ad eccleſiam, cum permiſſum ſit ciuibus, legem impo-
nere rebus ſuis. Ita tradunt Calderi. in conſilio ſeptimo in ti-
tul.de conſtitut.& in conſilio ſecundo in titul. de cenſib. So-
cinus Senius in conſilio 45. libro tertiò & in conſilio 12. li-
bro quartò. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia hic agitur de
acquirẽdis eccleſiæ, in quibus quidem præiudicari poteſt, vt
ſcribit Baldus in l.de quibus numero 26.verſiculo ſextò quæ-
ritur. ff. de legib. & in l. ſi quis curialis numero ſecundò C.
de epiſcopalis & clericalis. Et præterea ſtatutum à laicis
bono



bono zelo, & ad ſui vtilitatem principaliter factum valet, ta-
metſi poſtea in conſequentiam tollat lucrum & ius quæren-
dum Eccleſiæ. Ita reſponderunt Baldus inter conſilia Ancha.
in conſ.11. Factum ſuper quo.& Barba.in conſ.34.& in conſ.
41.lib.1.quos in ſpecie noſtra ſecutus eſt Decius in conſilio
259.colum.2.

Nunc ſupereſt, vt diluamus atque confutemus argumenta
eorum,qui opinati ſunt,teſtatorem non poſſe ita ſubſtituere,
vt excludat Eccleſiam,& monaſterium. Qua quidem in opi-
nione fuerunt Bart.in conſil.1.Parmenſis.libro 1. Angelus in
conſ.80.Hæc quæſtio.col.2.idem ſentit Baldus in cap.in præ-
ſentia.num.18.de probat.Abbas & Aretinus in dicto capit.in
præſentia.ille.num 43.iſte num.64. Imola in l.fideicommiſ-
ſum.de condit. & demon.Ruinus in conſ.189.num.13.lib.2.
Felinus in d.capit.in præſentia.num.33.& ibidem Bero.num.
486. Curtius Iunior in conſil.293.nume.17.lib.2.qui teſtatur
hanc eſſe communem opinionem,ſed malè. Et hanc quoque
probauit Rolandus in conſiio 35.numero 21.iuncto numero
12.libro 3.

Ptimò adfertur tex.§.ſed & hoc præſenti.in authen.de ſan-
ctiſſ.Epiſcop. Eſt Nouella.123.ſecundum verſionem Holo-
andri,cuius verba hæc ſunt:*Si quis ſub conditione nuptiarum,aut
ſuſceptorum filiorum, vel dotis, aut nuptialis donationis gratia, vel
donauerit,vel reliquerit filijs ſuis,aut cuicumque alij perſonæ,vel hæ-
reditatem, vel legatum, aut ſi initio purè ipſis relinquat, poſteà ſub
vna memoratarum conditionum ſubſtitutione aut reſtitutione eos
prægrauet:iubemus,vt ſi mares aut fœminæ,qui talibus conditionibus
obnoxij ſunt,monaſterium ingrediantur,aut clerici, diaconiſſæuè aut
aſcetriæ fiant: iſtius modi conditiones inualidæ, & pro non ſcriptis
ſint,&c.* Hæc poſtrema verba arguunt defectum poteſtatis.
Verùm reſpondetur ex ſententia Caſtren.in auth.niſi rogati.
C.ad Trebell.Fulgo.in conſ.53.col.1.Cornei in conſil.253.
num.6.lib.4.Ruini in conſ.98.num.22.lib.2.& Ripæ in l.ex
facto.§.ſi quis rogatus.il 1.nu.39.ff.ad Trebell. Iuſtinianum
inualidare eam conditionem ex præſumpta mente, & volun-
tate teſtatoris: non autem contra voluntatem.Nam quando
teſtator ſubſtituit ſub conditione ſimplici,ſi deceſſerit ſine li-
beris, aut ſi nuptias ſeu matrimonium non contraxerit, non
apparet,an teſtator ipſe cogitauerit de ingreſſu religionis,vel
non.Quocircà voluit Iuſtin.hoc in caſu,quod fauore religio-
nis conditio habeatur pro non ſcripta, habita coniectura,
quod ſi teſtator ipſe cogitaſſet de religionis ingreſſu,non ſub-
ſtituiſſet. Nec obſtat ſecundum Aret.in d.cap. in præſentia.
quod illud verbum,inualidas,ſignificat impotentiam ex par-
te teſtatoris:quia reſpondetur,imò debere exponi,id eſt,inef-
ficaces cõtra monaſterium, ſi exprimantur ſub forma, de qua
ibi: ſicuti verbum valida exponitur, id eſt, fortis,vt in rub.C.
de mend.validis.lib.11.& ibi gl.pari modo verbum,inualidas,
exponitur,id eſt,non fortes.Ita in ſpecie reſpondet Ruinus in
conſil.98.num.24.lib.2.qui ſubiungit ſic,pariter non obſtare
verbum pro non ſcriptis, quod ſecundum Aretinum ſignifi-
cat,conditionem fuiſſe ſcriptam ad excluſionem monaſterij:
& ideò habetur pro non ſcripta contra voluntatem defuncti.
Nam (ait Ruinus) id verum eſſet ceſſante legis interpreta-
tione,ſed poſteaquam lex interpretatur mentem teſtatoris,vt
dictum eſt, illa conditio prout ſonat, eſt pro non ſcripta,ex
quo extenditur ad caſum omiſſum fauore monaſterij. Et hoc
patet,quia ſi abſolutè tolleretur,& pro non ſcripta haberetur,
ſequeretur,quod grauamen eſſet purum,& ſtatim quo graua-
tus eſſet ingreſſus monaſterium, illud eſſet excluſum. Idem
ſenſit Corneus in conſilio 18.num.26.27.& in conſilio 253.
num.7.lib.4.

Et hanc interpretationem comprobat aliquot ſimilibus
Ruinus in d.conſ.98.nu.22.23.lib.2. vbi oſtendit fauore piæ
cauſæ multa à teſtatore diſpoſita præſumi diſpoſita non co-
gitata cauſa pia,de qua ſi cogitaſſet,non ita diſpoſuiſſet.

Secundò adducitur ratio,quod hæc diſpoſitio eſt impedi-
17 tiua religionis.Nam retrahit à vita † contemplatiua, quæ eſt
melior actiua.§.1.in auth.de monachis.& capit.infirmitas.de
pœniten.& remiſſio.Reſpondetur, rationem hanc veram non
eſſe:quia,ſi grauatus reſtituere bona ſpiritu Dei ducitur, non
retrahet pedem à religione, ob bonorum amiſſionem:cùm in
18 ingreſſu ſit † renunciaturus mundo,& vanitatibus eius:& quia
vouet paupertatem & obedientiam cap.vidua.20.quæſt.1.&
cap.ad monaſterium, de ſtatu monacho.quo in loco refertur
egregium illud factum Diui Gregorij, cuius ipſe meminit
lib.4 dialogorum capit.25. Ita reſpondent Baldus,Corneus,
Ruinus,Decius,& reliqui.

Præterea veriſimile non eſt, quod grauatus iſte retrahat
pedem ab ingreſſu religionis,ob id, quod poſt mortem ſuam
monaſterium conſequi non poſſit bona:ſi enim ea,quæ huius
ſeculi cogitat, ſatis eſt, quod videat,ſe vel monaſterium frui
poſſe donec viuit his bonis: ſicuti ſtatuit Iuſtinianus præcita-
to in loco,ibi:*Hoc autem auxilio tam clerici, quàm diaconiſſæ Ec-
cleſiarum perfruuntur,&c.* Et poſtremam hanc conſideratio-
nem in ſpecie facit Didacus lib.1.varia ſolutio.capit.19.num.
7.verſ.ſed & hæc ratio. idem in cap.quamuis.parte 3.§.2.nu-
mero 4.verſ.tertia.de pactis in 6.Rurſus & tertio reſpondetur
ex ſententia Ruini in conſ.98.num.21.lib.2.& Alciati in reſp.
302.Grauem caſus.num.3.dato citra veri præiudicium quod
hæc teſtatoris diſpoſitio ſit impeditiua ingreſſus religionis.
atque ita auertere poſſit grauatum ab eo ingreſſu: attamen
quia mens & voluntas teſtatoris non fuit ad hoc ordinata,
cum ſolùm eius mens,vt diximus, fuerit proſpicere agnationi
& familiæ, non debet eſſe in conſideratione, quod ex hoc
19 grauatus ille auerti à religione poſſit.Nec conditio † adiecta
à teſtatore reiici debet.argum.l.non omne.ff.de ſtatu libe.&
l.ſi vehenda.§.1.ff.ad l.Rhod.de iactu.Ita dicimus,quod licet
20 † diſpoſitio,qua quis inuitatur ad delinquendum, reiiciatur.l.
conueniri.ff.de pactis dotal. attamen quando illa teſtatoris
diſpoſitio non eſt ad id ordinata,valet: ſicuti videmus quod
ſi teſtator grauauerit hæredem ſuum reſtituere, ſi deceſſerit
ſine filiis legitimis: ſi decedat relicto filio legitimo, deficit
conditio: Et tamen grauatus videtur inuitatus ad relinquen-
dum, nempè ad procreandum filios ſpurios, ſi legitimos &
naturales non habet, vel habere non poſſit: quod vtique ſine
delicto fieri minimè poteſt: Et nihilominus hoc non attendi-
tur,quia voluntas teſtatoris non fuit ad hoc ordinata, vt gra-
uatus delinqueret.Ita poſt Angelum reſpondit Alex.in conſ.
2.num.17.verſi.non obſtat ſeptimum.lib.1. Et fuit hæc ante
alios interpretatio Barto.in l.in concubinatu.ff.de concubi.
quem ſecutus eſt Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.nu.
50.ff.ad Treb.qui alia quadam ratione comprobauit.& idem
docuit Pariſius in cap.in præſentia.num.47.in fine.de proba-
tio.Ita etiam Iaſon in l.nemo poteſt in ſecunda lectura.num.
42.& ibidem Ripa.num.56.de lega.1.ſcripſerunt, quod dicta
l.conueniri procedit, quando directò præſtatur delinquendi
occaſio. Et ſi ab his diſſentit Gomes.in §.pœnales.num.50.
in inſtitut.de actio.

Tertiò adfertur textus l.Titiæ ſi non nupſerit.ff.de condit.
21 & demonſt.ducto † argumento à matrimonio temporali ad
ſpirituale,quod iure recipitur,vt tradit copioſè Euerardus in
Centuria legali, in loco, à matrimonio temporali ad ſpiri-
tuale,& è contra. In ea autem l.Titiæ reſponſum eſt, condi-
tionem impeditiuam matrimonij temporalis reiici à legato,
& illud manere purum. Ita enim ſcriptum eſt: *Titiæ,ſi non nu-
pſerit ducenta: & ſi nupſerit centum legauit: ſi non nupſerit mu-
lier ducenta,non etiam centum reſidua petet.* Ridiculum eſt enim
eandem & vt viduam & vt nuptam admitti. Ita enim hoc re-
ſponſum legit Ant. Auguſt.lib.1.emendat.iuris.cap.2. Et ita
etiam legitur in Pandectis editis opera Duareni & Contij,
quam lectionem probauit,& Didacus lib.1.varia,reſolu.c.19.
num.9. Verùm in codice Holandri, & ſecundum Decium in
dicto cap.in præſentia.num.59.ita legitur: *Titiæ ſi nupſerit du-
centa: ſi non nupſerit centum.* Et,quicquid cæteri ſcripſerint,mi-
hi magis probatur poſterior lectio:quippè, quæ & legibus &
22 hominum moribus conuenit, legibus inquam, quæ † mulie-
res ad nuptias inuitant, publicæ vtilitati cauſa.l.cum ratio.ff.
de bonis damn. Hominum etiam moribus conſentanea eſt,
cùm conſueuerit plus relinqui matrimonium cõtrahentibus,
vt inde onera ipſius matrimonij perferre poſſint,quàm in cæ-
libatu viuentibus. Et ſenſus Papiniani in dicta l. Titiæ eſt,
quod ſi ducenta relicta ſunt Titiæ,ſi nupſerit,& ſi non nupſe-
rit centum:ſi illa nubat ducenta tantum conſequatur, non au-
tem etiam illa centum: quia dici non poteſt paruiſſe vtrique
conditioni. Eſt enim ridiculum (ait Papinianus) eandem,
& vt viduam, & vt nuptam admitti. Præterea admiſſa eſt ea
lectio Antonij Auguſtini & aliorum, reſpondetur, non li-
cere hoc caſu argumentari à matrimonio temporali ad ſpiri-
23 tuale. Nam † olim cælibatus erat maximè prohibitus,

 quippè

quippè qui aduerſabatur bono publico, quod in liberorum
procreatione poſitum eſt, vt diximus ſupra, & in ſpecie pro-
bat Didacus in epitome de ſponſal. parte 2. cap. 8. Religionis
verò ingreſſus reſpicit ſolum bonum ingredientis. Non ita
ergo reiicitur conditio, ſi religionem non ingrediatur: ſicu-
ti reiicitur illa, ſi non nupſerit. Et ſi enim conditio, ſi non in-
gredietur religionem, religioni repugnare videatur: attamen
alia ex parte dicitur fauere matrimonio, quod Reipub. vtile
eſt, & magnum ſacramentum continet, aut inquit Diuus Pau-
lus. Et ad rem noſtram ita conſiderat Didacus lib. 1. varia re-
ſolut. cap. 19. num. 10. verſ. & tamen.

24 Quartò huic opinioni † ſuffragari videbatur: quod argu-
mentari licèt à ſtatuto ad diſpoſitionem teſtatoris, vt latè diſ-
ſerit Euerardus in Centuriæ legali, in loco, ab vltima volun-
tate ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem. Atqui ſtatutum,
quod ingrediens religionem non ſuccedat, non valet, vt tra-
dunt Feli. in d. cap. in præſentia. col. 28. n. 35. de probat. & ibid.
Decius nu. 53. idem. in l. vlti. num. 28. C. de pactis, qui teſta-
tur, hanc eſſe communem opinionem. Ergo pari ratione di-
cendum videtur, non valere teſtatoris diſpoſitionem, qua re-
ligionis ingreſſus impediri poteſt. Verùm reſponderi poteſt
ex ſententia Ripæ in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il. 1. nu. 39.
ff. ad Trebell. non eſſe hic permiſſum argumentum: à ſtatuto
24 † ad teſtamentũ: cum militet valdè diuerſa ratio. Nam ſtatuen
tes poteſtate carẽt: cùm aduerſus eccleſiaſticã libertatem ſta-
tuere non poſſint, auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccl. & c. eccl. S. Ma
riæ. de conſti. vbi Doct. Teſtator verò de rebus ſuis ad libitũ
poteſt diſponere, vt diximus ſuprà. Huc facit quod reſpondit
Soc. Sen. in conſ. 183. col. 2. verſ. confirmatur. quia lib. 2. cum
poſt Bar. Baldum & Angelum dixit, pactum valere inter con-
trahentes, quod eccleſia non ſuccedat: tametſi ſtatutum va-
lere non poſſit.

26 Quintò vrgere † videtur traditio illorum, qui ſcripſerunt,
quod ſi teſtator legauit filiæ mille, ſi nuberet viro: ſi autem
religionem ingrederetur, centum tantùm. Hoc legatum mil-
le deberi filiæ ingredienti monaſterium: quia teſtator non po-
tuit ſic diſponere ad impediendum religionis ingreſſum. Ita
ſanè Thomas de Formaginis primus huius opinionis auctor,
Io. Andreæ, Ricard. Albericus, Baldus, Abbas, Butrius, Ro-
man. Matthes. Calca. Aretinus, Campegius, Boer. Socinus,
Marſil. Decius, Bero. Pariſius, quos refert & ſequitur Rolan.
in conſ. 35. num. 16 & 17. lib. 3. Reſpondetur à prædictis diſ-
ſentire alios multos, ab eodem Rolando congeſtos in d. conſ.
35. nu. 13. vbi refert Baldum, Imol. Caſtr. Fulgoſ. Salicetum,
Corneum, Iaſonem, Decium, Ioan. Dilectum, & Didacum. Et
hæc quidem poſterior opinio verior eſt.

His intelligimus veram & recipiendam eſſe ſentẽtiam eo-
rum, qui ſcripſerunt permiſſum, eſſe teſtatori ita ſubſtituere,
ne bona ſua ad eccleſiam perueniant. Ex quo ſequitur & illud,
quod & attigimus ſuprà, & crebrius Doctores affirmant, ec-
cleſiam, monaſteriúmve non excludere ſubſtitutum, quando
apparet teſtatoris voluntatem ita eſſe. Et idem eſt, quando nõ
ex claris verbis, ſed vrgentibus coniecturis de teſtatoris vo-
luntate conſtat. Nam adhuc monaſterium non excludit ſub-
ſtitutum. Coniecturę autem multæ vnà cum Doctoribus no-
ſtris ex ordine enumerabimus.

27 Prima eſt coniectura, quando † teſtator dixit, ſi hæres meus
deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore, & de legitimo matrimo
nio procreatis, ſi hæres ingreditur monaſterium, eo mortuo
admittitur ſubſtitutus excluſo monaſterio. Ita Iacobus Belui-
ſius in dicto §. ſed & hoc præſenti, in authen. de ſanctiſ. epiſc.
Butrigonius, Ricardus & Bartolomæus de Saliceto in auth.
niſi rogati. C. ad Trebellian. Baldus & Imola in l. Lucius Ti-
tius, la ſecunda. ff. de hæred. inſtit. Baldus in ſua Margarita, in
verbo ſubſtitutio, idem in cap. in præſentia, de probation. &
ibidem Imola. Hoſtien. Ioan. Andreæ & Cardin. in cap. Ray-
naldus de teſtam. Pract. Papien. in forma libelli, quo agitur
ex ſubſtitutione, in verbo. ex ſuo corpore. Fulgoſius in con-
ſilio 53. Quoniam ſuprà. Barbat. in conſilio 13. lib. 1. Corneus
in conſilio 253. numero 4. lib. 2. Curtius Sen. in conſilio 74.
colum. 26 Calcaneus in conſil. 7. nume. 24. qui teſtatur com-
munem eſſe ſententiam. Idem affirmarunt Ripa in dicta l. ex
facto. §. ſi quis rogatus, il ſecundo, numero 37. ff. ad Trebel.
Gratus in conſilio 111. numero 50. lib. 2. Paris. conſi. 22. nume.
9. lib. 2. Natta in conſil. 602. numero 4. lib. 3. Modernus Pari-
ſienſis in ſuo conſilio 15. nume. 27. Oſaſcus in deciſ. 126. num
11. & nu. 24. Michael Craſſus in tracta. de ſucceſſionibus. §. fi-
deicom. quæſt. 40. nu. 3. & Francus in deciſ. 29. Sforcia Oddo
in tract. de compendioſa, parte ſexta, art. vlt. pag. 205. verſic.
22. coniectura. Horum ſententia, quæ mihi magis probatur ea
28 ratione prima fulciri videtur, † quod etſi monaſterium habe-
tur loco filij, vt manifeſtè tradunt gloſ. in auth. ſi qua mulier,
& ibi Baldus. C. de ſacroſanct. eccle. & glo. in auth. niſi rogati,
vbi idem Bald. nume. 9. C. ad Trebel. & communem teſtatur
Bero. in dicto cap. in præſentia. nume 475. adducti ſunt ij om-
nes ex dicto cap. in præſentia. Attamen hæc filiatio dicitur fi-
cta, ſeu legitima & ciuilis tantùm, non autem naturalis, atque
ita dici non poteſt, quod ſit filius ex corpore & de legitimo
29 matrimonio procreatus. Cum autem verba † teſtatoris intel-
ligi debeant in caſu vero, nõ autem in ficto. l. fideicommiſſum
ff. de condit. & demonſtrat. & reſpondit Alexand. in conſil. 2.
num. 1. lib. 1. & aliorum auctoritate comprobaui in conſil. 97.
nume. 86. lib. 1. ſequitur dicendum, teſtatorem ſenſiſſe & vo-
luiſſe, quòd monaſterium non eſſet loco liberorum, atque ita
non admittatur, excluſo ſubſtituto. Verùm ratio hæc reiicitur
à Ripa in dicto §. ſi quis rogatus. num. 37. & ab aliis comme-
moratis à Didaco in d. lib. 1. varia. reſolu. cap. 19. num. 6. Nam
repugnat text. in d. §. ſed & hoc præſenti, qui non dicit, mona-
ſterium haberi loco filij, ſed conditionem illam pro non ſcri-
ptam haberi. Id quod falſum eſſet, ſi monaſterium eſſet loco
filij conditio enim diceretur defeciſſe, non autem haberi pro
non ſcripta. Præterea in d. §. ſed & hoc præſenti, dicitur, quòd
per ingreſſum religionis non purificatur conditio fideicom-
miſſi relicti ſub conditione nuptiarum: Et tamen ſi religio eſ-
ſet vxor, & monaſterium filius, conditio diceretur purificata:
& ſic non admitteretur ſubſtitutus. Rurſus dicitur in d. §. ſed
& hoc præſenti monaſterium non excludere aliam piam cau-
ſam ſubſtitutam, quam tamen excluderet, ſi ipſum monaſte-
rium haberetur loco filij: quia conditio diceretur defecta. Et
præterea, ſi verum eſſet, monaſterium haberi loco filij, ſeque-
rentur plura abſurda enumerata à Feli. in d. cap. in præſentia.
num. 42. Quo circa Bart. in d. auth. ſi qua mulier. num. 4. C. de
ſacroſanct. eccleſ. & in d. auth. niſi. C. ad Trebel. docuit, iure
nõ probari, monaſterium haberi loco filij, & fatuos eſſe illos,
qui hoc aſſeruerunt. Bart. ſecuti ſunt Bald. in l. filium. col. 1. ff.
de iis, qui ſunt ſui vel alien. iuris. Idem Bald. in conſ. 127. Qui-
dam Ser Petrus. col. vlt verſ. Et ex eo. lib. 5. dixit, monaſteriũ
non eſſe loco filij, ſed cuiuſdam patris arrogatoris: Salicetus
in dicta authent. ſi qua mulier. Ripa in l. ſi vnquam. quæſt. 34.
C. de reuocan. dona. & ibidem Tiraquellus, in verbo, ſuſcepe-
rit. numero 40. Bero. in dicto cap. in præſentia. nume. 475. qui
alios commemorat: & Didacus lib. 1. variar. reſolut. capit. 19.
num. 6.

Nec repugnat d. capit. in præſentia, quia ibi non dicitur
monaſterium eſſe loco filij: ſed loco hæredis. Nam monaſte-
30 rium ipſum † ſuccedit monacho, auth. ingreſſi. C. de ſacroſ.
eccl. Et præterea, illa fuit patris allegatio, non autem pontifi-
cis affirmatio ratione: ſicuti Abbas & cæteri eo in loco ani-
maduertunt. Et rurſus, admiſſo, quod hæc ratio eſſet vera.
non tamen (inquit Ripa in d. §. ſi quis rogatus num. 37.). fa-
uet ſubſtituto. Cùm non detur ratio diuerſitatis, quare mo-
naſterium hoc loco non debeat haberi loco filij: Sicuti in ca-
ſu ſimplicis conditionis, ſi hæres ſine liberis deceſſerit. Nam
hæc conditio, ſi ſine liberis ſimpliciter prolata, ita ad natura-
litatem veritatémque refertur, ſicut iſta, ſi ſine liberis ex ſuo
corpore procreatis. d. l. fideicommiſſum. de cond. & demon.
Ergo vtroque caſu idem dicendum videtur. Rurſur (ait Ripa)
in d. §. ſed & hoc præſenti, conditio illa ſimplex, ſi ſine liberis
deceſſerit, de verè naturalibus, non autem de fictis intelligi-
tur. Id quod vel ex eo probatur, quod in relicto pro dote, pro
donatione propter nuptias, & pro ſponſalitia largitate, intel-
ligitur de matrimonio carnali, l. 3. ff. de iure dot. & l. vlt. C. de
dotis promiſſ. Non autem intelligi poteſt pro ſpirituali ma-
trimonio, pro quo nil dari promittiuè poteſt, citra vitium Si-
moniæ, cap. non ſatis. de Simo. Ita ergo illa conditio, ſi ſine
31 liberis, intelligi debet de naturalibus: tum quia † vna pars le-
gis alteram declarat. l. vtrum. ff. de pet. hær. tum quia vna clau
ſula plura determinans æqualiter determinare dicitur. l. iã hoc
iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. quamuis. C. de impub. & aliis
ſuſt. Huius itaque ſentẽtiæ verior & ꝓbabilior eſt ratio illa,
quam



32 ſenſit & Ripa in d. §. ſi quis rogatus. il 2. num. 39. quod † Ec-
cleſia dicitur eſſe mater, & cultrix iuſtitiæ, cap. 1. de alienan.
feudi. Non ergò debet retinere bona contra voluntatem te-
ſtatoris. Nam peccaret mortaliter, ſi bona hæc vſurparet, vt
tradit Abbas in capit. 1. quod metus cauſa. Quòd autem teſta-
toris voluntas ſit, monaſterium non debere excludere ſubſti-
tutum, vel ex eo apparet, quòd verbis claris & manifeſtis po-
ſuit in conditione filios verè & propriè naturales: cum dixerit,
ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore procreatis. Hæc ſanè
verba clara ſunt: nec de aliis poſſunt intelligi quam de filiis
33 verè naturalibus, ſicuti videmus, filios † legitimatos per re-
ſcriptum non contineri ſub appellatione filiorum legitimo-
rum ex proprio corpore & ex legitimo matrimonio natorũ,
vt ſcripſi ſuprà in præſumpt. 79. in ſecunda coniectura.

Imò (quod fortiùs eſt) ſcribunt permulti, verba hæc, Si
deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus ex ſuo corpore &
ex legitimo matrimonio natis, non comprehendere legiti-
matos per ſubſequens matrimonium. Qua quidem de re ſcri-
pſi ſuprà in præſumpt. 80.

Cæterùm aduerſus hanc coniecturam ſenſerunt Dynus,
Ricardus Malumbra, Bart. & Fulgoſius in l. ſi ita quis. §. is cui.
de leg. 2. Idem Bar. in conſ. 1. Parmenſis. lib. 1. Raynerius, Cy-
nus, Angelus, Alber. & Caſtrenſis in authen. niſi rogati. C. ad
Trebell. Lappus allegat. 129. Factum ſuper quo Angelus in
ſua diſputat. Nobilis quidam. & in conſilio 80. Quæſtio hæc
difficilis. nume. 3. Imola in l. fideicommiſſum. ff. de condit. &
demonſt. Abbas in capit. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. nume. 35. de
conſtit. Butrius Abbas, Aretinus, & Felinus in cap. in præſen-
tia. de probation. & ibidem Decius. nume. 58. idem Decius in
conſilio 259. col. 3. & in conſ. 426. num. 2. Barbat. in conſilio
20. libro 1. & conſil. 29. col. penult. lib. 2. Alexan. in conſ. 121.
num. 13. lib. 1. & in conſ. 15. num. 7. lib. 3. & in conſil. 92. num.
9. lib. 4. Calca. in conſil. 20. nume. 3. & in conſilio 68. nume. 7.
Hercula. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Trebel. Ruin.
in conſilio 153. in fine. libro 3. Iaſon in conſil. 39. nume. 6. lib.
3. & in authen. ſi qua mulier. num. 18. C. de ſacroſanct. Eccle.
Ripa in d. §. ſi quis rogatus. num. 37. verſ. aliam rationem. & in
l. ſi vnquam. num. 92. C. de reuocan. donatio. Durans in tract.
de arte teſtandi. in tit. de ſubſtitutio. cautela 18. nume. 3. Ami
lianus in conſil. 106. num. 14. & Curtius Iunior in conſil. 193.
col. 1. & 2. lib. 2. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, &
demonſtrat, auctoritates in contrarium adductas nil obeſſe.
Craue. in conſ. 152. num. 1. Socinus Iunior in conſ. 63. num. 61.
lib. 3. qui teſtatur, hanc eſſe magis receptam opinionem. Ean-
dem viſus eſt probare Didacus lib. 1. varia. reſolut. c. 19. nu. 11.
Prædicti omnes ſcripſerunt, monaſterium admitti excluſo
ſubſtituto: Et ij quidem moti ſunt, ea prima ratione, quod ſci-
licet teſtator nec iſto in caſu cogitauerit de monaſterio, iuxta
rationem d. §. ſed & hoc præſenti. in Authen. de Sanctiſſ. Epi-
ſcop. quam commemorauimus ſuprà. Cùm ergò teſtator hic
non cogitauerit de monaſterio. ſequitur dicendum, illam con-
ditionem haberi pro non ſcriptam. Verùm ratio hæc placere
nullo modo poteſt: Cùm verius ſit, teſtatorem cogitaſſe de
monaſterio. Nam quando dixit, ſi deceſſerit ſine filiis legiti-
mis & naturalibus ex proprio corpore, & ex legitimo matri-
monio natis, voluit primum ex illis verbis, filiis legitimis, &
naturalibus excludere adoptiuos: qui legitimi tantùm dicun-
tur. Deinde ex illis verbis, ex legitimo matrimonio procrea-
tis, voluit reiicere legitimatos. Ex illis ergò verbis, ex proprio
corpore natis, quæ alioqui ſuperuacanea eſſent excluſiſſe di-
citur monaſterium, quod ſecundum prædictos interpretes
loco filij habetur. Et ſaltem in genere de monaſterio cogitaſ-
ſe dicitur, ex quo enumerauit multos quos voluit excludere
ſubſtitutum, & non enumerauit monaſterium, quod enume-
raſſet, quando voluiſſet ſubſtitutum ab eo excludi. Et gene-
ralem hanc cogitationem ſufficere in ſpecie docuit Ripa in
d. §. ſi quis Rogatus. nume. 37. verſic. inueſtigando ergò. iuxta
regulam l. qui iure militari. ff. de teſtam. milita. Et conferunt
multa ſimilia, quæ cõgeſſit Tiraquellus in l. ſi vnquam. in præ-
fatione. num. 80. C. de reuoc. donat.

Adfertur & ſecundo ratio, quod fauore religionis conſti-
tutum eſt, conditiones iſtas, quibus alioqui monaſterium ex-
cluditur, haberi pro non ſcriptas: ſicuti † fauore dotis fidei-
34 commiſſum cenſetur non ſcriptum. authen. res quæ. C. com-
munia de legatis. Hanc rationem reiicit Ripa in d. §. ſi quis
rogatus. num. 39. quia fideicommiſſum non habetur ſimplici-
ter tanquam non ſcriptum fauore dotis: ſed in certo caſu ſpe-
ciali, hoc eſt, pro filiabus, neptibus & deſcendentibus: & id
quidem quando alia non extant bona, è quibus dos conſtitui
illis poteſt. Et hoc contingit propter præſumptam mentem
teſtatoris. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & dice-
mus infrà in præſumpt. Hinc eſt, quod diſpoſitio d. auth. res,
quę, locum non habet, quãdo conſtat de cõtraria mente ipſius
teſtatoris, vt tradunt Curtius Iun. in d. auth. res, quæ. num. 36.
& Crottus in l. filiusfam. §. Diui. nu. 54. de leg. 1. & alios com-
memorabimus infrà in d. præſumpt.

Hæc ratio (ſubiungit Ripa) non videtur poſſe extendi ad
monaſteria: cùm non ſit eadem affectio teſtantium erga mo-
naſteria, de quibus non cogitarunt, quæ eſt erga deſcenden-
tes. cap. quicumque. 17. quæſt. 4. Rectiùs confutari poteſt ra-
tio iſta: quia hęc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuò cor-
pore & legitimo matrimonio procreatis, intelligi poteſt ha-
beri pro non ſcripta, altero de duobus modis. Vno, quia teſta-
tor non potuit ita diſponere, vt excluderet monaſterium. Al-
tero, quia non cogitauit teſtator de monaſterio. Secundum
primum illum modum, falſa eſt horum interpretum conſide-
ratio, cùm ſuprà demonſtrauimus, teſtatorem poſſe expreſsè
excludere monaſterium à ſucceſſione ſuorum bonorum. Eſt
etiam falſa prædicta conſideratio, ſecũdum alterum modum,
cùm veriùs ſit (vt paulò ſuprà oſtendimus) teſtatorem iſto
caſu cogitaſſe ſaltem in genere de monaſterio. Et his confu-
tatur etiam ratio eorum, qui dixerunt, hanc conditionem re-
iici, quia impedit ingreſſum religionis. Nam hæc ratio reſpi-
cit impotentiam teſtatoris, quem tamen poſſe diximus. Nec
verum eſt, eius diſpoſitionem impedire vitam contẽplatiuam
vt ſuprà demonſtrauimus.

35 Secunda eſt coniectura, quando † teſtator dixit, ſi deceſ-
ſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus. Hoc etiam caſu mo-
naſterium non excludit ſubſtitutum: cum hæc non ſit ſimplex
conditio, ſi ſine filiis, ſed qualificata, hoc eſt, ſine filiis legiti-
mis & naturalibus. Ita in ſpecie reſpondit Corne. in conſ. 18.
& in conſ. 253. lib. 4. & apertiùs Modernus Pariſienſis in ſuo
conſ. 15. num. 28. Verùm Ang. in conſ. 77. Quæſtio iſta eſt ſub-
tilis, & Barbat. in conſil. 20. col. pen. lib. 1. diſſentiunt ſic etiam
diſſentit Alex. in conſil. 121. lib. 2.

36 Tertia eſt coniectura † qua dicimus, teſtatorem ſubſtituẽ-
tem ſuo hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis, voluiſſe excludere
monaſterium: quando ſcilicet teſtator ſubſtituit filium ſuum,
vt putà ſi teſtator duos habens filios, eos æqualiter inſtituit,
& inuicem ſubſtituit, ſi eorum alter deceſſerit ſine liberis. Hoc
ſanè caſu filius iſte teſtatoris ſubſtitutus excludit monaſteriũ.
Hanc opinionem probauit omnium primum Baldus in conſ.
196. Teſtamentum Puciarelli. lib. 1. qui teſtatur, ita aliquan-
do fuiſſe iudicatum. Baldum ſecuti ſunt Fulgoſius in conſilio
53. Quoniam ſuperiùs in fine. Alex. in conſ. 121. num. 12. lib. 2.
Iaſon in conſil. 212. col. 2. verſ. ſed prædicta. lib. 2. cui quidem
reſponſo ſubſcripſit Curtius Iunior in conſi. 187. num. 32. lib.
7. Socin. Sen. in l. 1. col. 3. ff. de reb. dubiis. in l. cum auus. num.
42. in fine. ff. de condi. & demonſtr. Herculanus in ſua diſpu-
tatione, quæ incipit: Peruſinus. q. 5. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. il 1. num. 41. ff. ad Trebel. Alciatus reſp. 633. clara. ſe-
cundum primam impreſſionem Lugdunenſem. Boer. q. 354.
num. 7. Tiraquellus in l. ſi vnquam, in verbo, libertis. num. 91.
C. de reuocan. donat. Modernus Pariſienſis in annotation. ad
Alex. in d. conſ. 121. li. 2. & ad Decium in conſ. 426. & ibidem
in ſuo conſ. 15. num. 26. Beroïus in d. cap. in pręſentia. nu. 492.
de probat. Puteus in deciſ. 55. num. 3. parte prima, & Vincen-
37 tius Francus in deciſ. 29. nume. 8. Primò † ea ratione ij moti
ſunt, quod in partem filij nos trahit paterna pietas & amor, ac
naturalis ratio, inquit Baldus in l. Deo nobis. C. de Epiſcop.
& cleric. ex l. cum ratio. ff. de bonis damna. Et ſummum, ſin-
gularem ac penè incredibilem eſſe amorem, beneuolentiam
ac affectionem patris erga filium cumulatiſſimè oſtendit Ti-
raquellus in præfatione ad l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat.
Eſt ergò præſumendum, patrem voluiſſe filium ſubſtitutum
præferri Eccleſiæ, quam minus diligit, quam traditionem
præter alios egregiè probat Curtius Iunior in conſilio 187.
numero trigeſimoquinto, libro ſecundo. Verùm ratio hæc
dubitationem habet ex traditione eorum, qui ſcripſerunt,
patrem magis quidem diligere filium, quàm Eccleſiam,
quò ad

quò ad ipſam legitimam, non autem quò ad reſiduum bono-
rum: ſicuti tradunt permulti congeſti à Tiraquel. in l.ſi nun-
quam.in verbo, libertis.nume.75.C.de reuocan.donatio. & à
Crauet.in conſil.296.col.pen.& alios infrà ſuo loco comme-
morabo.Secundo ea ratione vſus eſt Iaſon in conſil.212.col.
2.verſi.& in iſtis terminis.lib.2. quod ſi teſtator † ſimpliciter
38 grauat filium ſuum hæredem inſtitutum, poſt mortem ſuam
reſtituere eccleſiæ, intelligitur, ſi ipſe filius deceſſerit ſine fi-
liis,iuxta diſpoſitionem.l.cum auus.ff.de condit. & demonſt.
vt tradunt permulti congeſti à Tiraquello in l.ſi vnquam, in
verbo,libertis.num.80.C.de reuo.dona. & ſuo loco diximus.
ſi ergo eccleſia excluditur à nepotibus teſtatoris tacitè ſubſti
tutis,multò magis dici debet excluſa à filio ipſiuſmet teſtato-
ris expreſsè ſubſtituto,tum quia ſubſtitutio expreſſa fortior &
potentior eſt tacita: tum quia filius ipſe eſt gradu proximior
ipſis nepotibus.
Cæterùm & ratio hæc dubitabilis eſt, cùm & alij multi ne-
gent in caſu.d.l.cum auus.de condi.& demonſt.eſſe ſubintel-
ligendam tacitam illam ſubſtitutionem nepotum, quando ec
cleſia eſt vocata.Qua in opinione fuerunt Ancha.in conſ.46.
Alexand.in conſi.92.num.2.lib.3.Iaſon in auth. ſi qua mulier
num.6.C.de ſacroſ.eccle.& in l.generaliter.§.cum autem.nu.
1.C.de inſtit.& ſubſtit.Decius in conſil.529.num.6.Ruin.in
conſil.3.num.23.lib.2.& alios refert Tiraq. in d.l.ſi vnquam
in verbo,libertis.num.85.Et præterea non conueniunt termi
ni.l.cum auus, cum terminis.d.§.ſed & hoc præſenti, vt poſt
alios in ſpecie explicat Emanuel Coſta in d.c. ſi pater.in ver-
bo,ſi abſque liberis.nume.70.verſic.item immeritò. de teſta-
men.in 6.
Tertiò motus eſt Ripa in d.§.ſi quis rogatus.eo argumen-
to, quod ſi teſtator voluit monaſterium excludi à nepotibus,
ſeu à filiis naſcituris ex grauato, quos minus dilexit quàm fi-
lium ipſum ſubſtitutum, multò magis voluit excludi ab ipſo
filio,arg.l.Publius.§.vlt.ff.de condi.& demon.& l.ſi viua ma-
tre.C.de bonis mater. Verùm facilè euitari poteſt hæc conſi-
deratio,cùm in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis non ſit re-
cipiendum hoc genus argumenti:ex quo ſæpe videmus remo-
tiores magis diligi,quàm proximiores,vt egregie tradit Cra-
uet.in conſi.98.num.14.verſi.non obſtat quartum:& in conſ.
161.numero 17.verſi.ſecundo,quem ſecutus ſum in conſi. 85.
numero 120.lib.1.vbi comprobaui.Præterea Ripa in ſuo hoc
argumento, præſupponit pro conſtanti, & abſoluto nepotes
illos poſitos in conditione ſub his verbis, ſi filius hæres meus
ſine liberis deceſſerit,excludere eccleſiam, & tamen regulari-
ter contrarium eſt verius,quòd immo eccleſia præfertur,iux-
ta d.§.ſed & hoc præſenti.in auth.de ſanctiſ.epiſcop. & dice-
mus infrà.
Contrariam itaque opinionem aduerſus hanc coniecturā,
quod immo & hoc in caſu præferri debeat eccleſia filio ſubſti
tuto,probauit ſibi parum conſtans Baldus in conſi.266. pater
tres.lib.4.& Baldi immemor idem reſpondit Decius in conſ.
426.num.4.vſque ad finem. Eandem traditionem habuit Pa
riſius in conſil.65.lib.2.teſtator tribus filiabus hæredibus in-
ſtitutis,& reciproco fideicommiſſo oneratis ſub conditione,
ſi deceſſerint ſine liberis, duæ filiæ religionem profeſſæ ſunt,
Dubitatum eſt, an tertia illa ſoror deberet admitti, excluſo
monaſterio,reſpondit Pariſius,tertiam illam ſororem debuiſ-
ſe admitti: quoniam monaſterium erat incapax bonorum in
communi. Ergo à contrario ſenſit Pariſius, ſi monaſterium
fuiſſet capax,ab illa ſoror excluſa fuiſſet.Ita reſponſum Pariſij
noue conſiderauit Emanuel Coſta in repet.cap.ſi pater,in ver
bo,ſi abſque liberis.num.63.verſ.rurſus verò de teſt.in 6. quo
in loco eiuſdem opinionis recenſet Georgium Lupum in
Commentariis ad leges Hiſpanias. in lib.10.tit.4.partit.6.in
gloſ.*Dexaſſe*.Et prædicto in loco Emanuel ipſe.num.64.ſcri
pſit,veriorem ſibi videri hanc Decij opinionem, & magis in-
tentioni & menti Iuſtiniani in dicto §.ſed & hoc prȩſenti.con
ſentaneam. Eandem opinionem probauit Sforcia Oddo in
tracta.de compendioſa in ſexta parte.arti.vlt.num.203.verſi.
limitatur nono.Primò mouetur Decius eo text.dicto §.ſed &
hoc præſenti,qui regulam generalem ponit, quod conditio li
berorum reijcitur, ſi grauatus ingreſſus eſt monaſterium, &
ſubſtitutus excluditur. Hæc generalis regula, & conſtitutio
comprehendit, & perſonam filij teſtatoris ſubſtituti, tametſi
39 aliàs multa ei competant priuilegia; Cùm † diſpoſitio gene-
ralis comprehendat etiam priuilegiatos.l.in fraudem.§.vlt.ff.
de teſtam.mil.& l.data.C.de donat.& tradunt Iaſ.in l.1.num.
9.& 10.ff.ſolu.matrim.reſponderi tamen poteſt, conſtitutio-
nem.dicto §.ſed & hoc præſenti: non eſſe fundatam (vt ſupra
demonſtrauimus) in impotentia teſtatoris: ſed in præſumpta
eius voluntate,qui non præſumitur voluiſſe excludere mona-
ſterium,quando ſumus in dubio nempè quando expreſſe illud
non excluſit: vel nulla eſt ſpecialis ratio, qua dici poſſit, vo-
luiſſe illud excludere.Quæ ſanè ratio ſpecialis extat in caſu no
ſtro, nempe fauor filiorum, cum teſtator eos magis dilexiſſe,
quàm monaſterium(vt diximus) præſumatur.Secundo arguit
Decius ex dicto §.ſed & hoc præſenti, vbi à regula excipitur
vnus caſus tantum, nempè quando fuit ſubſtituta pia cauſa.
40 Hæc † exceptio confirmat regulam in non exceptuatis.l.quȩ-
ſitum.§.denique.ff.de fund.inſtr.§.vt autem.vbi gloſ.& Bart.
in auth.de non alien.rebus eccle.& ſcribunt idem Decius in l.
1.nume.20.ff.de regul.iuris.& ibidem Cagnol.numero 31.&
num.34.
41 Verùm reſponderi poteſt, quod ſicuti † excipitur pia cau-
ſa,ſic & cauſa filiorum:cum à pari procedant quo ad præſum-
ptam voluntatem teſtatoris,qui(vt diximus)ita noluit exclu-
dere proprium filium,vt nec piam cauſam.
Tertiò ea ratione adducitur Decius, quia ſi conditio libe-
rorum locum habuiſſet,clarum eſt,quòd liberi excluſiſſent fi-
lium ſubſtitutum.
Ergo idem dicendum eſt de monaſterio.quod loco libe-
rorum ſubrogetur,iuſtam regulam l.ſi eum.§.qui iniuriarum.
42 ff.ſi quis cautio. Et † quanuis (ait Decius) ſubrogatum in ali-
quibus non ſapiat naturam eius, cuius loco ſubrogatur: atta-
men regulariter eius naturam ſapit,ſecundum Caſtr.in conſi.
129.licet iſta D.Liſa.li.1.
Reſpondetur primò, verum non eſſe quod monaſterium
ſubrogetur loco filiorum in caſu noſtro, iuxtam conſtitutio-
nem.d.§.ſed & hoc præſenti:cuius ratio vera & recepta magis
eſt,quia non præſumitur teſtator eo in caſu,de quo in dicto §.
ſed & hoc præſenti,cogitaſſe de monaſterio.Et ſuprà abundè
demonſtrauimus, falſum eſſe, quòd in caſu dicto §.ſed & hoc
præſenti.monaſterium ſit loco filiorum.
Quartò Rip.in dicto §.ſi quis rogatus,perpendit tex.auth.
niſi rogati.C.ad Trebel.quæ ſubnectitur legi prȩcedenti,quȩ
loquitur de filiis teſtatoris inuicem ſubſtitutis:Cùm autem d.
auth.niſi rogati.corrigat(inquit Ripa)præcedentem illam le-
gem,ſequitur dicendum,monaſterium admitti,non obſtante
quod filij ipſius teſtatoris fuerint inuicem ſubſtituti.
Verùm facile reſpondetur dicta auth.niſi rogati:non corri
43 gere legem illam præcedentem: quia † & ſi Irnerius,qui in
compendium redegit conſtitutiones illas authenticorum, ſeu
nouellarum, eas inſeruit in Codice, non tamen habuit aucto-
ritatem, corrigendi leges veteres: Et præterea admiſſo quod
corrigeret,id eſſet in ea diſpoſitione, de qua loquitur præce-
dens illa lex,nempè quo ad imputationem fructuum in quar-
tam Trebellianicam.
Huius diſputationis veritas pendet,ni fallor,ab eo,an teſta
tor iſte cogitauerit, vel non, hoc in caſu de monaſterio: & ſi
non cogitauit, vt verius opinor, an in dubio præſumatur ma-
44 gis diligere filium quàm monaſterium. Crediderim ego † pri-
mum teſtatorem non plus iſto caſu cogitaſſe de monaſterio,
quàm in caſu dicto §.ſed & hoc præſenti cum vtroque in caſu
ſimpliciter ſit locutus.An verò magis dilexiſſe credatur teſta
tor filium,vel monaſterium,vt voluerit magis vnum ſuccede-
re,alio excluſo,valde ambiguum eſt.Ego certè exiſtimo,teſta
torem hoc in caſu magis diligere filium. Et ſi enim receptior
eſt ſententia eorum,qui ſcripſerunt,teſtatorē, excepta legiti-
ma filiis debita, plùs diligere eccleſiā quàm ipſos filios ſuos,
vt tradunt Neuiz.lib.6.ſyluæ nupt.num.47.verſ. item limita.
Craue.in conſ.296.col.pen.Tiraq.in l. ſi vnquam in verbo li-
bertis.nu.64.C.de reuo.don.& Didac.lib.1.varia.reſol.c.19.
nu.11.verſ.hactenus.Attamen in ſpecie noſtra coniectura eſt,
teſtatorem magis voluiſſe diligere filium ſubſtitutum, quàm
monaſterium: cum proſpicere voluerit agnationi & familiæ,
atque ita conſeruare bona inter ſuos deſcendentes:ex ipſa re-
ciproca inter filios ipſos facta ſubſtitutione,vt & ſtatim dice-
mus. Hæc autem coniectura multò magis procederet in caſu
declarationis, quam infrà ſubiiciam in ſexta coniectura poſt
Emanuelem Coſtam in cap.ſi pater,de teſtam.in 6.

45 Quar



45 Quarta eſt coniectura, quando † teſtator inſtituit filium
ſuum hæredem,& ei decedenti ſine liberis, ſubſtituit aliquē
ex ſua familia, adiecta ratione & cauſa, quia vult bona ſua
conſeruari in agnatione & familia,quo caſu inducitur fidei-
commiſſum in omnes de familia l.cum pater.§. filio. de leg.
3.vbi Bart.
Hoc ſanè caſu dicendum eſt,teſtatorem noluiſſe bona ſua
tranſire ad monaſterium, ex quo monaſterium non poteſt
conſeruare teſtatoris familiam & agnationem. Ita reſpondit
Decius in conſ.259.num.2.quem ſecuti ſunt Ripa in l. ex fa-
cto.§.ſi quis rogatus.il.1.nu.41.ff. ad Trebell. Pariſius in cōſ.
22.num.9.lib.3.qui ob id dixit,relictum familiæ, vt illa con-
ſeruetur non comprehendere eum, qui eſt ingreſſus religio-
nem,ſic etiam Æmilianus in conſ.109.num.14. verſ. tunc au-
tem.Puteus in deciſ.55.num.4.in prima parte, & Vincentius
Francus in deciſ.29.num.7.Idem ſenſit Didacus lib. 1. varia.
reſolut.cap.19.num.11.qui ſcripſit,in conſtitutione primoge-
nituræ rationem non haberi monaſterij,cùm illud familiam,
ob quam primogenituræ conſtitui ſolent, conſeruare nō va-
leat:& Didacum ſecutus eſt Padilla in l.cum acutiſſimi,num.
45.C.de fideicomm.Idem ſcripſit Sforcia Oddo in Tract.de
compendioſa parte ſexta.art.vlt.pag.204.verſ. prima coniec-
ctura.ſimili in caſu reſpondit Barba.in conſ.13.colum.2.& 3.
lib.1.quādo teſtator voluit domum ſemper peruenire debere
in filios maſculos.Hinc rectè docuit Baldus in d.authen. niſi
rogati,num.8.verſ.ſed ſi teſtator.C.ad Trebell.quod ſi teſta-
tor ſubſtituit hæredi ſuo decedenti ſine filiis maſculis, quod
hoc caſu monaſterium non excludit ſubſtitutum. Exiſtimo
præter Bart.rationem eſſe, quia ob illam qualitatem maſcu-
linitatis voluit teſtator bona conſeruari in familia:ſicuti tra-
dunt multi congeſti 52.præſumpt.
46 Quinta eſt † coniectura, quando teſtator dixit, & hæres
meus deceſſerit ſine filiis,ſuccedat Caius & nullus alius.Hȩc
verba,nullus alius,excludunt monaſterium. Ita in ſpecie re-
ſpondit Modernus Pariſienſis in ſuo conſ.15.num.27.
47 Sexta eſt coniectura † quando teſtator hæredi ſuo dece-
denti ſine liberis ſubſtituit cauſam piam. Nam tunc ſi hæres
ille ingrediatur monaſterium, non excluditur cauſa pia ſub-
ſtituta à Monaſterio.Ita glo.in auth.niſi rogati.C.ad Trebell.
& in cap. in præſentia. de probat. quo in loco idem affirma-
runt Felinus,num.54.Decius num.56.Ita Roma.in auth.ſimi-
liter num.64.C.ad l.falcid.Corn.in conſ.18.num.8.& in cōſ.
253.num.9.lib.4.Decius in conſ.426.num.10.Curtius Iunior
in conſ.187.num.34.lib.2.Tiraq.in Tractat.de priuilegiis piæ
cauſæ,priuil. 95. Eandem ſententiam probauit & Emanuel
Coſta in cap.ſi pater,in verbo,ſi abſque liberis, num. 67. de
teſta.in 6.vbi declarando cōſtitutionem illam,ſcripſit,quod,
ſi pater inuicem ſubſtituit proprios filios, & vtroque eorum
mortuo ſine filiis,ſubſtituit cauſam piam: ſicuti euenerat in
caſu d.cap.ſi pater, hoc caſu ſi monaſterium alter illorum fi-
liorum ingreſſus ſit,non tamen alter filius excluditur,quia ſi
pater prætulit filium ſuperſtitem piæ cauſæ, dicitur etiā vo-
luiſſe præferre monaſterio.Et etiam quia alioqui ſubſtitutio
diuideretur & inæqualis fieret contra l.iā hoc iure, de vulg.
& pup.ſubſt.& l.quamuis.C.de impub. & aliis ſubſt. & con-
fert.l.cum pater.§.ſi pater pluribus de leg.1.
Nam ſi prius decederet is,qui ingreſſus eſt monaſterium,
admitteretur ipſum monaſterium excluſo fratre ſuperſtite
in ſeculo:ſi verò prius decederet filius,qui in ſeculo permā-
ſit,monaſterium,quod ille alter eſt ingreſſus, excluderetur,
& pia cauſa admitteretur.
Et ex his declaratur tertia coniectura ſupra relata, quæ
hoc in caſu ſine controuerſia procedit, vt & ibidem in vlti-
mis verbis admonui.
48 Septima † eſt coniectura, quando in ea ciuitate, in qua
conditum eſt teſtamentum, extat ſtatutum, quo cautum eſt:
quod verba in teſtamentis ſcripta intelligi debeant ad lite-
ram. Hoc ſanè caſu ſub illis verbis, ſi deceſſerit hæres meus
ſine filiis,non includitur monaſterium,quod deinde is hȩres
ingreſſus eſt,& propterea monaſteriū excluditur. Ita in ſpe-
cie ſcripſerunt Baldus in c.in præſentia,num.18.de probatio.
& ibidem Felinus,num.66.Iaſon in auth.ſi qua mulier num.
20. C.de ſacroſ.eccl. Idem reſpondit Barba. in conſilio 20.
colum.vlt.lib.1. Idem ſenſit Alexand.in conſil.121. colum.4.
lib.2.& apertè Æmilianus in conſilio 109.numero 16.
Huius ſententiæ ea eſt ratio, quia quod monaſterium ſit
loco filij non eſt ex litera & verbis teſtamenti: ſed ex inter-
pretatione, quam lex ſumit à coniecturata teſtatoris mente
fundata in pietate quadam.Id ꝙ præter Iaſonem, & reliquos
ſupra commemoratos ſcripſit Franciſcus Sarmientus in li.1.
ſelecta:interpreta.cap.6.col.vlt.ver.præterea.
49 Octaua eſt † coniectura, quando teſtator ſubſtituit his
verbis,ſi hæres meus deceſſerit,ſine veris filiis.Hoc caſu mo
naſterium excluditur.Ita reſpondit Barba.in conſ. 34. col.6.
propè medium,lib.2. poſt Butrium quem commemorat. Æ-
milianus in conſ.109.num.14.verſ. tunc autem,qui dixit, idē
ſenſiſſe Decium in d.conſil. 259. Idem ſenſit Baldus in auth.
niſi rogati,num.9.C.ad Treb.cum teſtator dixit,ſine veris fi-
liis,& non interpretatiuis.
50 Nona eſt coniectura, quando † teſtator reliquit certum
quid hæredi ſuo ſi monaſterium fuerit ingreſſus. Ita poſt
Caſtr.in auth. niſi rogati.C.ad Trebel.reſpondit Alexand. in
conſ.121.num.13.lib.2.Æmilianus in conſ.109.num.15. Idem
docuit Beroïus in cap.in prȩſentia num.493.de probatio.qui
exemplum poſuit, quando reliquit filio legitimam tantum.
51 Idem eſt † quando teſtator ordinauit, quòd eueniente caſu
ſubſtitutionis,certa pars bonorum perueniret ad piam cau-
ſam.Ita reſpondit Curtius Iunior in conſ.187.num.33.lib.3.Ea
eſt ratio,quia hic teſtator cogitauit de monaſterio,& potuit
illud excludere.
52 Decima eſt coniectura,quando † teſtator ſubſtituit his ver-
bis.Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis, & religionem non
ingrediatur,ſubſtituo Caium.Hoc in caſu ſi hȩres ingreditur
monaſterium, is ſubſtitutus non excluditur. Ita reſpondit
Ruinus in conſ.98.num. 25.26.27.lib.2.cū quo, de ſimili pro-
pe facti ſpecie reſpondens, ſenſit Alciatus in reſpon. 502.
Grauem caſus,num.3. Qua de re dicemus in prima declara-
tione ſubſequentis capitis.
53 Vndecima eſt † coniectura,quando in ciuitate extat ſta-
tutum,quod eccleſia,& monaſterium non ſuccedat. Ita Al-
ciatus in reſpon.502.Grauem caſus num.3.verſ.ſed cum,& in
reſp.633.Clara ſunt numero 4. Et quanquam ex recepta ma-
gis Doctorum ſententia,ſtatuta hæc nō valeant, vt diximus
ſuprà:attamen cum obſeruari de facto ſoleāt,& teſtator prȩ-
ſumitur voluiſſe teſtari ſecundum ipſius ſtatuti diſpoſitionē
iuxta traditionem Bart.& aliorum in l. hæredes mei. §. cum
ita.ff.ad Trebel.Ea propter ſua ipſa voluntas præſumitur, vt
voluerit excludere monaſterium. Quod quidem monaſte-
rium non dicitur excludi diſpoſitione ſtatuti:ſed volūtate,&
diſpoſitione teſtatoris:cui permiſſum eſt(vt diximus) ita fa-
cere,& diſponere.Et idem eſt dicendum,quādo extaret con-
ſuetudo patriæ teſtatoris,quod monaci, & religioſi non ſuc-
cedant parentibus ſuis ab inteſtato. Ita decidit Boer. q. 354.
num.8.& 9.
54 Duodecima eſt † coniectura, quando teſtator inſtituit fi-
lium iam in ſacris conſtitutum,vel religionem profeſſum,&
ei decedenti ſine filiis ſubſtituit.Hoc caſu eccleſia,& mona-
ſterium excluduntur,& ſubſtitutus admittitur: cum teſtator
non ſenſerit monaſteriū debere ſuccedere. Ita de eadem fa-
cti ſpecie reſponderunt Pariſius in conſ.22.num.6.& 7.lib.3.
& Beroïus in conſ.73.num.11.lib.2.poſt Arc.in c.in prȩſentia
num.125.de prob.& idem decidit Boërius q.354.col.pe.Nō.n.
negari hic poteſt,quin teſtator cogitauerit de eccleſia,&mo-
naſterio,quæ prȩ oculis habuit:& tamen dixit,ſi hȩres meus
deceſſerit ſine liberis: de aliis ergo ſentit quàm de ipſa ec-
cleſia.Et hic ceſſant rationes illæ à reliquis Doctoribus con-
ſideratæ in interpretatione.d.§.ſed & hoc præſenti,nēpe im-
pedimentum vitæ contemplatiuæ, & ſimiles cùm iam hæres
iſte ingreſſus ſit religionem.Et illa verba,ſi deceſſerit ſine li-
beris,continent duas conditiones,vnam explicitam,alteram
verò implicitam.Explicita ſeu expreſſa eſt, ſi deceſſerit ſine
liberis, reſtituat.Implicita verò & tacita eſt, ſi deceſſerit cū
liberis,quod non reſtituat.Illa explicita eſt honeſta, nec in-
uitat ad delinquendum. Illa verè implicita & tacita inuitat
ad delinquendum.In ſpecie autem huius diſpoſitionis eſt at-
tendenda illa explicita,& expreſſa: non autem implicita, &
tacita,tū quia hæc tacita venit in cōſequentiā illius expreſſȩ,
55 & quodāmodo à ſenſu contrario:qui † ſenſus ſumi nō debet,
quando

quando inde ſequi poteſt abſurdum,l.2.C. de cond. inſertis:
tum etiam quia inuitaret ad delinquendum.Ita egregiè,& in
ſpecie declarat Berous in d.conſ.73.num.12.ver. conſideran-
dum eſt lib.2. Et ſimilem propè diſtinctionem facit Alciatus
in reſp. 502. Grauem caſus num.3. de qua dicemus infra ſuo
loco. His conſtat minus rectè ſenſiſſe eos, qui contrariam
opinionem probarunt nempe Bartol. in l. hæredibus. §. vlt.
num.4.ff.ad Treb.vbi Ang. & Imola & Barbat. in c. in præ-
ſentia,num.96.de prob.
56 Tertiadecima eſt † coniectura,quando teſtator filium hę-
redem inſtitutum grauauit purè, vel poſt diem certum reſti-
tuere.Hoc caſu ſi is filius ingreditur monaſterium,nõ exclu-
ditur ſubſtitutus.Ita Bald.in auth.niſi rogati, num.20. C. ad
Treb.ea ratione motus eſt: quia quando filius hæres inſtitu-
57 tus † grauatur purè,vel ad certum diem,ſubſtitutus admitti-
tur,etiam ſi is filius ſuſcipiat filios. Cum hoc caſu diſpoſitio.
l.cum auus.ff.de.cond.& demon.& l.cum acutiſſimi.C.de fi-
deicom. non proſit filiis hæredis ad excluſionem ſubſtituti.
Ergo nec monaſterium,quod eſt loco filiorum.
58 Secundum caput huius † diſputationis eſt,quando nõ ap-
paret,vel manifeſtis verbis,vel probabilibus coniecturis te-
ſtatorem voluiſſe excludere monaſterium,vt ſubſtitutus ſuc-
cedere poſſit:ſicuti quando teſtator hæredi inſtituto ita ſub-
ſtituit, & ſi hæres meus deceſſerit ſine liberis, ei ſubſtituo
Caium.Hic caſus eſt dubius, quia non cõſtat teſtatorem co-
gitaſſe,quod hæres hic eſſet ingreſſurus religionem:& ob id
illam noluit excludere. Quare conſtitutum eſt à Iuſtiniano
in d.§. ſed & hoc præſenti,in Auth.de ſanctiſſ. Epiſc. mona-
ſterium debere ſuccedere excluſo ſubſtituto.Quam quidem
Iuſtinia. conſtitutionem lex ipſa pontificia viſa eſt approba-
re in c.in præſentia.de probatio. quod annotarunt & ibidem
Doct.& Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num.36.ff.ad
Treb.& in ſpecie Alcia.in d.reſp.502.num.3.Tiraq.in l.ſi vn-
quam,in verbo libertis,num.91.C.de reuoca. donat. & alios
refert Sforcia Oddo in tract.de compen.in 6.par.art.vlt.pag.
200.verſ.Regula igitur. Qua autem ratione motus ita con-
ſtituerit Iuſtin.ſuperiore capite ſatis expoſuimus.Diximus.n.
ex recepta magis ſententia Caſtrenſis & aliorum ob id fa-
ctum,quia præſumptio eſt, teſtatorẽ non cogitaſſe hæredem
ſuum ingreſſurum religionem, quod ſi cogitaſſet monaſte-
rium ſubſtituto prætuliſſet.
59 Extenditur hæc † ſententia & conſtitutio,vt locum etiam
habeat in foro conſcientiæ. Nam & in foro illo obſeruari
debere exiſtimo.Quandoquidem lex poſitiua condita ab ha-
bente poteſtatem condendæ legis obligat in foro conſcien-
tiæ:atque ita in eo foro obſeruari debet. c. quo iure diſtinct.
8.& multorum auctoritate comprobaui ſupra lib.1.q.81. Et
eo magis quando legiſlator legem tulit de re dubia ſic ali-
60 cuius voluntatem interpretans, & præſertim † vt faueat ec-
cleſiæ piiſque locis, pro quibus in dubio pronuntiandum
eſt.l.ſunt perſonæ.ff.de religio. & ſumpt.fune. His accedit,
quod Iuſtinia.conſtitutio à lege ipſa põtificia approbata eſt,
in c.in præſentia.de proba. in verſ.ſed & ſi teneret, &c. Eſt
61 autem † certum legem pontificiam ſequi potius legem Dei
quàm ſeculi.cap.filius.de teſta. Nec dicatur verba illa d.c.in
præſentia,in d.verſ.ſed & ſi teneret, &c. eſſe verba aſſertiua
atque ita allegationes partis,Quia reſpondetur,imò eſſe ver-
ba Pontificis ſic affirmantis,ſi rectè perpẽdantur à verſ. qua-
re cum conſtet,vſque ad verſ.dilectus.Et præterea reſpondit
Barba. in conſ.20. col.3. lib. 1. quod etiam ſi concedimus ea
fuiſſe verba partis:attamen cùm in eis Pontifex conſtituerit
fundamentum,pro verbis legiſlatoris habentur. His intelli-
gimus minus rectè reſpondiſſe Alcia.in reſp.502.grauem,nu.
5.& in reſp.633. ſecundum primam impreſſionem Lugdunẽ-
ſem,cum dixit, Iuſtinia.conſtitutionem non eſſe obſeruan-
dam in foro conſcientiæ,quippè quod promulgata eſt con-
tra teſtatoris volũtatem.Et licèt(inquit Alcia.)lex prẹſumat,
quod ſi teſtator cogitaſſet de monaſterio non appoſuiſſet il-
lam conditionem:attamen talis præſumptio non attenditur
in foro conſcientiæ,iuxtà traditionem Io,Andreæ in cap. is,
qui fidem,de præſumpt. Hæc Alciati conſideratio recipiẽda
non eſt: Nam primo pugnantia loqui videtur; ſcribit enim,
Iuſtiniani conſtitutionem eſſe aduerſus teſtatoris volunta-
tem:Deinde ſubiungit, legem Iuſtiniani præſumere teſtato-
rem non cogitaſſe de monaſterio.Hæc inter ſe pugnãt, quia
ſi lex præſumit, dici non poteſt contra voluntatẽ teſtatoris:
62 cùm præſumptio † ſit de re dubia: vbi autem concederemus
eſſe contra teſtatoris voluntatem ageretur de re certa: Quæ
duo ſimul eſſe non poſſunt. Præterea quod ſcribit Alciat. in
foro conſcientiæ non attendi præſumptionem, intelligitur,
quando is, contra quem eſt ipſa præſumptio, ſcit veritatem
eſſe in contrarium. Nam tunc is in foro conſcientiæ non te-
netur obſeruare quod lex præſumit,ſed veritatem,ſicuti co-
pioſè diſſerui ſuprà lib.1.q.81. Quocirca in ſpecie illa de qua
reſpondit Alciatus,dicendum eſt monaſterium illud iuſtè ex-
cluſiſſe ſubſtitutum in foro conſcientiæ, ex quo manifeſtè
non conſtabat,teſtatoris eam fuiſſe voluntatem,quod ſubſti-
tutus deberet præferri.
63 Extenditur † ſecundo hæc ſententia & Iuſtiniani conſti-
tutio,vt procedat etiam in hærede inſtituto bigamo, qui de-
inde à Pontifice diſpenſatus monaſterium ingreſſus & reli-
gionem profeſſus eſt, quicquid ſcripſerit,dubitando tamen,
Angelus in conſ.80.Hæc quæſtio ſubtilis, num.5. cùm enim
bigamus diſpenſatus à Pontifice religionem profeſſus eſt,
nil penitus à cæteris differt:& monaſteriũ, quod ille ingreſ-
ſus eſt, eodem fauore & commodo frui debet iuxtà Iuſtinia-
ni conſtitutionem: cum nulla differentiæ ratio poſt profeſ-
ſionem ipſam adferri poſſit inter hoc monaſterium, & illud
quod non bigamus ingreſſus eſt.
64 Extenditur † tertio,vt locum etiam habeat, quando hæres
grauatus ante ingreſſum monaſterij diſpenſauit bona fideic.
ſuppoſita in pios vſus. Nam tunc, & ſi illud monaſterium,
quod hæres ingreſſus eſt non conſequitur bona illa:attamen
adhuc ſubſtitutus excluditur,cum text.dict.§.ſed & hoc prę-
ſenti tribuat facultatem ipſi hæredi, vt vel monaſterio à ſe
ingreſſo inferat illa bona, vel ea in pios vſus eroget. Ita re-
ſpondit Curtius Iunior in conſil.187.colum.vlt.& Bero.in d.
cap.in præſentia.numero 491.extrà.de probatio.Verum De-
cius in conſil.259.colum. vlt.ſenſit, ita demum ſubſtitutum
excludi, ſi re vera acquiruntur bona monaſterio:non ſi aliis
relinquantur.
65 Extenditur quarto † hæc ſententia, vt locum habeat non
ſolùm in monacho,ſed etiam in clerico ſeculari.Si enim te-
ſtator inſtituit filium ſuum, & ei decedenti ſine liberis ſub-
ſtituit Caium:ſi is filius hæres efficitur clericus ſecularis ex-
cluditur Caius ſubſtitutus,quemadmodum excluderetur, ſi
is Caius factus fuiſſet monachus. Ita Butrius in c. in præſen-
tia,de proba.& ibidem Imola Ancha.& Feli.num.56. & De-
cius,num.54.in fin.Idem reſponderunt Capra in conſ.20.nu.
12.Rui.in conſ.153.col.1.lib.3.Decius in conſ.259. numer.5.&
num.6.Beroïus in conſ.73.num.10.lib.2. & Rube.in cõſ. 147.
num.16.Idem tradit Durans in tract. de arte teſtandi.titul.de
ſubſtitutionibus,cautela.18.num.5.&Puteus in deciſ.55,nu.2.
in prima parte,qui decidit,idem eſſe in grauato, qui Epiſco-
pus factus eſt:& Sforcia Oddo in tract. de compendioſa par.
6.art.vlt.pag.203.verſ.limitatur.6. Quorum quidem ſenten-
tiam verè probat text.d. §. ſed & hoc præſenti,in Authen. de
ſanctiſ. epiſco.in illis verbis:*monaſterium ingrediantur, vel cle-*
66 *rici fiant.* Illa † dictio,vel eſt diſiunctiua,quę in altero ex duo-
bus verificatur.l.vbi autem.§.qui illud,de verb.obl. Nec illa
verba, clerici fiant, poſſunt intelligi de monacis clericis ad
differentiam monacorum, qui conuerſi ſunt, vt gloſſa ibi
67 declarat. Nam † quando lex mentionem facit monacorum
& clericorum,clerici illi intelliguntur de ſecularibus.l. Deo
nobis.C.de epiſ.& cle.& c.ad hoc de off.iud. Accedit,contra
gloſſatorem ipſum,quod imò illa verba, monaci fiant, in-
telliguntur de monacis clericis, qui dicũtur propriè monaci.
Et præterea rationes omnes,quæ conſiderari poſſunt in mo-
naco militant & in clerico ſeculari. Ergo locum habet idem
ius,vulgaris iuribus.His intelligimus, malè ſenſiſſe eos, qui
opinati ſunt,Iuſtiniani conſtitutionem non comprehendere
clericos ſeculares. Qua in opinione fuerunt, gloſſ.in cap.in
præſentia, de proba.& ibi. Abbas,numer.43. Idem ſenſerunt
Bald.in auth.niſi rogati,num.11.verſ.item ſi quis,& ibi. Sali.
col.1.verſ.quæro quid ſi capellam.C. ad Treb. & Boc. q.354.
num. 11. Et rationes, quibus ij adducti ſunt veræ non ſunt.
Nam primò dicunt eccleſiam ſecularem non eſſe loco filio-
rum,vt ei acquiri poſſint bona.Hęc conſideratio vera nõ eſt:
cùm



cùm verius ſit eccleſiam ſecularem eſſe huius acquiſitionis
capacem,clericus,n.effectus tenetur ea bona impẽdere in il-
lius eccleſiæ vtilitatẽ,ſicuti ſtatuit Iuſtinia.in d. §. ſed & hoc
præſenti.Non etiam eſt vera ratio conſiderata à Salice.quod
clericus non dicitur contrahere matrimonium ſpirituale cũ
eccleſia:ſicuti monachus. Nam verius eſt, clericũ ſecularem
contrahere matrimonium cum eccleſia:cum perpetuò ei de-
ſeruire debeat.Nec mutatio loci efficit, vt dicatur eccleſiæ
non deſeruire:cum eccleſia vbique ſit,nec certi loci eccleſia,
ſed in vniuerſum hic conſiderari debet.
Poſterior tamen hæc opinio procedere & intelligi poſſet
in clerico cõſtituto in minoribus ordinibus, vt poſt Petrum
& Cynum reſpondit Rui.in d.conſ.153.nu. 3. lib. 3.Idẽ ſenſit
Bero.in d.c.in præſentia.nu.498.& 501.& in cõſ.73. nu.10.lib.
68 2. qui dixit quod tunc demum clericus ſecularis † excludit
ſubſtitutum,quando duo in eo cõcurrunt. Primum quod ita
ſit in ſacris, vt reuerti ad ſeculum amplius non poſſit:ſecun-
dum, quod bona ſua fideicõmiſſo ſubiecta acquirantur ec-
cleſiæ.Idem quoque prius reſpondit Capra in conſ. 20.nu.13.
idem cenſuit Bal.in auth.niſi rogati.n.11. in fi. & Sforcia vbi
ſupra.Et quod perſeuerantia in clericatu neceſſaria ſit affir-
mant Decius in conſi.259.nu.5.& Rubeus in conſ. 147.num.
16.& ſcripſi in conſi.245.
69 Extenditur quartò,† vt locum etiam habeat in eo,qui ob-
tulit ſe Epiſcopo ſeruaturum regulam monacalẽ:cum ab ali-
quo monaſterio recipi non potuerit. Nam hoc caſu oblatio
illa loco monaſterij eſt. Et Epiſcopus dicitur loco Abbatis.
Et ideo ſubſtitutus excluditur.Ita docuit Baldus in auth. niſi
rogati.num.25.Et ideo ſentit Baldus, quod Epiſcopus exclu-
dit ſubſtitutum, & Baldum ſecutus eſt Puteus in d. deciſ. 55.
num.4.in 1.parte.
70 Declaratur † nunc primò prædicta ſententia & Iuſtiniani
conſtitutio,vt locum ſibi non vendicet, quando hæres fuit
his verbis grauatus reſtituere, ſi hæres meus deceſſerit ſine
liberis & religionẽ profiteatur,ſubſtituo Caium. Et is Caius
religionem ingrediatur mortuo iam ipſo hærede ſine filijs:
Nam tunc monaſterium non excludit ſubſtitutũ.Ita reſpõdit
Ruinus in conſ 98.nu.27.lib.2.qui nu.27.verſi.& prædictam,
ſcribit,ita etiam ſenſiſſe Ale.in conſ.98.col. vlt. ver. accedit
etiã lib.4.& Alexandrũ ſecutus eſt Alciatus in reſp.502. Gra-
uem caſus.nu.3.qui quidem Alciatus differẽtiam & ipſe cõ-
ſtituit inter hæc verba,ſi deceſſerit ſine liberis,& hæc,ſi libe-
ros habuerit.Cæterùm Ruini reſponſum vel ſubtile & acutũ
magis eſt quàm verum vel dubitatione caret: cùm enim ſuo
illo in caſu præſupponat non ipſum hæredem grauatum:ſed
Caium ſubſtitutum monaſterium fuiſſe ingreſſum,ceſſat ra-
tio illa.§.ſed & hoc præfecti,quæ inducta eſt fauore religio-
nis cum grauatus eam ingreditur.Et huc pertinet quod dice-
mus infrà in ſeptima declaratione. Et Alciatus ſentiens dif-
ferentiam hanc repugnare receptæ aliorum opinioni eam
auſus non eſt affirmare.
71 Declaratur ſecundò, vt locum † non habeat quando hæ-
res grauatus ingreſſus eſt monaſterium minoritarum,qui nil
vel ſingulariter,vel in vniuerſũ habere & poſſidere poſſunt.
Nam tunc ſubſtitutus non excluditur.Ita Bar.in l cum pater.
§.hæreditatem.de leg.2.in l.ſtatius Florus.§. Corne.Fælici.ff.
de iure fiſci & in tract.Minorica.in 3. par.verſ.itẽm iſti hære-
des.Bal.in c.præſentia.nu.13.de proba. vbi Butrius & Abbas.
Idem Bal.in conſ. 127. Quidam Ser Petrus. col. vlt. verſ.ſu-
per 2.lib.5.Angelus,Imola & Caſtr.in l.ex facto. §. ſi quis ro-
gatus.ff.ad Trebe.Idem Imola in l.ſi ita quis. §.is cui. de leg.
2.Alex.in conſ.13.nu.4.verſ.qua diſputatio. lib 3. Soc. Sen.in
l.cum auus. numer. 104. de cond.& demon. & in conſil. 92.
col.1.lib.1.Deci. in conſi.419.nu.2.Gra.in conſi.68.nu.13. lib.
1.Ruin.in conſi.131.num.18.lib.1.& idem in l.Gal. §.& quid ſi
tantum.nu.11.ff.de lib.& poſth.& ibidẽ Fortunius Garzia. n.
72.Bero.in d.c.in præſentia.nu.490.Pariſ. in conſi. 65. nu 10.
lib.2.Boe.q.354.num.8.qui eiuſdem opinionis commemorat
alios nonnullos:& ſubiungit, idem eſſe, quando extaret cõ-
ſuetudo & obſeruantia,quod monaci religioſique non ſuc-
cedant agnatis ab inteſtato morientibus. Idem affirmarunt
Oſaſcus in deciſ.126.in fi.& Sforcia.Oddo in tract. de com-
pend. in part.6.art.vl.pag.263.in limitat.7.Ea ratione adducti
ſunt omnes, quia monaſterium bonorũ incapax non poteſt
dici loco filij,vt tanquam legitimus ſucceſſor admittatur ab
inteſtato,ſed dicitur mors quædam ciuilis,quæ efficit locum
eſſe ſubſtituto,qui ſuccedentibus ab inteſtato prẹfertur.Nec
conſiderari poteſt illa ratio, quod hæres grauatus retrahatur
ab ingreſſu religionis, timore amiſſionis bonorum: Cùm
bona monaſterio acquiri non poſſint.
Nec huic veræ & receptæ opinioni repugnant argumenta
Angeli in conſ.80.Imolæ in d.l.cum pater.§.hæreditatem,de
leg.2.in l.1.col.4.C.de hæred.inſtit.Alc.in l.ex facto. §. ex fa-
cto.ff.ad Trebel.ac Crotti in l.Gallus.§. & quid ſi tantum de
lib. & poſth. qui à communi receſſerunt. Nam illis abundè
ſatisfacit prẹcitato in loco inter alios Fortunius Garzia.Hãc
declarationem intellexit Bero.in d.c.in præſentia, num. 491.
niſi hæres iſte ante ingreſſum huius religionis iam diſtribuiſ-
ſet bona inter pauperes, & ad pias cauſas:qua de re diximus
ſupra in tertia extenſione.
72 Declaratur † tertio, vt locum non habeat quando mona-
ſterium,quod ille hæres grauatus eſt ingreſſus verè & re ipſa
ſucceſſit ingreſſo:ſi verò non ſucceſſit, ſubſtitutus nõ exclu-
ditur.Ita Felinus in d.c.in præſentia,num. 90.verſ.ex iſtis in-
fertur.de probat.poſt Baldum,quem commemorat.Idem do-
cuit Socin.in l.cum auus,numer.104.ff. de cond.& demonſt.
Idem ſenſit Decius in conſ.259.col.vlt.& in d.cap.in prẹſen-
tia.num.195.
73 Declaratur quartò † non procedere quando hæres graua-
tus, qui ingreſſus eſt religionem deceſſit ante profeſſionem
atque ita intra annum probationis.Nam tunc ſubſtitutus nõ
excluditur à monaſterio,quod ingreſſo nõ ſuccedit. Ita ſen-
ſit Baldus,quem mox referam,& apertius declarãt Ruinus in
conſ.153.num.3.lib.3.Bero.in d.c.in præſentia,numer.499.&
Sforcia Oddo in Tract. de compendioſa parte ſexta art. vlt.
pag.201.verſ.limitatur.2.
74 Ea eſt ratio, quia † ante profeſſionem non dicitur quis re-
ligionem ingreſſus.auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi poſt
alios Decius,num.3.ſcribit,monaſterio acquiri bona ingreſſi
facta ab eo profeſſione,non autem prius.Idem Dec. in conſ.
330.num.4.
Idem docuit Bart.in auth.ſi qua mulier,numer.4. C.de ſa-
croſ.eccl.& egregiè Bald. in conſ.197. omnia pacta.lib.5.qui.
Huc maximè facit quod in ſpecie docuit Bald.in d.auth.ni-
ſi rogati.num.17.C.ad Trebell.cùm dixit,quod ſi teſtator le-
gat genero ſuo pro dote filiæ:& illa, matrimonio adhuc car-
nali copula non cõſumato ingreditur monaſterium:Dos de-
betur monaſterio,excluſo genero: dummodò ipſa puella vel
expreſſè,vel tacitè profeſſa ſit religionem.
75 Declaratur quintò,vt † locum non habeat prædicta con-
ſtitutio & ſententia, quando hæres grauatus, ſi deceſſerit ſi-
ne liberis, condidit teſtamentum antequam ingrederetur
monaſterium,& extraneum hæredem fecit,Hoc caſu mona-
ſterium non admittitur,ſed ſubſtitutus.Ita Caſtr.in auth.niſi
rogati.num.5.C.ad Treb.& idem docuit Baldus,ibi,num.20.
dum ſcripſit, quod ſi hæres grauatus ante ingreſſum mona-
ſterij condidit teſtamentum:& pro parte inſtituit extraneum
& pro alia parte monaſterium.Pro ea parte,pro qua inſtituit
extraneum,ſubſtitutus admittitur. Ea eſt ratio ſecundũ Bal-
dum, quia priuilegium monaſterij vt perſonale non prodeſt
illi extraneo.Cæterũ dubia mihi videtur hæc Baldi & Caſtr.
declaratio:cum hæredis grauati nulla eſſe poſſit diſpoſitio in
detrimentum eccleſiæ ſeu monaſterij à ſe ingreſſi: cum mo-
naſterium id habeat à lege ex præſumpta voluntate teſtato-
ris.d.§.ſed & hoc præſenti.
76 Declaratur ſextò,vt † non procedat quando hæres graua-
tus ingreſſus eſt monaſterium,vt fraudaret ſubſtitutum.Hoc
enim caſu monaſterium non excludit ſubſtitutum. Ita Bald.
in d.auth.niſi rogati.num.24.C.ad Treb.& ibidem Salicetus
num.5.Anch.in conſ.231.num.3.Roma.conſ.298.nu. 2. Barb.
conſ.18.col.7. verſ.& adduco ſimile.lib.2.Idem Bald. in cõſ.
24.in fi.lib.2.in c.in præſentia,nu.31.de probat. & ibi Abbas,
num.46.Felin.nu.58.Decius,num. 56. qui communẽ eſſe te-
ſtatur.Idem Decius in conſ.399.num.9.Ruin.in conſ.211.n.8.
lib.1.& in conſ.78.nu.8.& in conſ.163.num.6.lib.3.Curt.Iun.
in conſ.145.nu.27.in fi.Alciatus in l.poſt contractum,n.61.ff.
de donat.& reſp.616.ſatis puto,n.4.Bero.in d.c.in præſentia.
nu.500.& Michaël Craſſus in tract.de ſucceſſionibus.§.fidei-
r commiſſum.

commiſſum.q.40.nume.4.Ea eſt huius ſententiæ ratio, quod
77 fraus † & dolus prodeſſe alicui non debet.l.eleganter. §.1.ff.
de dolo.l.itaque fullo.ff.de furtis & l. non fraudantur. §. ne-
78 mo.ff.de regul.iuris.Hinc†dicimus,quòd & ſi matrimonium
contrahi poteſt in articulo mortis;& ex eo filij naturales le-
gitimantur:attamen id locum non habet, quando matrimo-
nium contrahitur in fraudem ſubſtituti.Ita Ange.in l.ſed eſt
quæſitum.ff.de lib.& poſth. & in l.nuper.C.de natural.liber.
Decius in conſ.130.nu.3.& Rui.in conſ.211. nu.7.lib.1.in cōſ.
79 78.nu.8.lib.3.alios ſuo loco cōmemorabo.Huc † facit, quod
licet donatio reuocetur per ſuperuenientiam liberorum. l.ſi
vnquam. C. de reuo. dona. attamen non reuocatur quando
filij per ſubſequens matrimonium in fraudem legitimantur.
Ita declarat poſt alios Tiraq.in d. l. ſi vnquam in verbo,ſuſ-
ceperit liberos num.74.confert tex.l.filiæ.ff.ſoluto matr.vbi
matrimonium fraude diſſolutum non prodeſt viro, nec no-
cet patri in dotis reſtitutione.Et eo textu adductus reſpondit
80 Craue.in conſ.82.nu.3.†renuntiationem beneficij fraude fa-
ctam à moribundo non prodeſſe ei,ad cuius commodum fa-
cta fuerat renuntiatio.Idem affirmarunt Oldradus in conſil.
234.num.6.Bal.in d.l.filiæ.ff.ſol.matr.Barba.in conſil. 60.co-
81 lum.1,& 2.lib.& Boer.q.287.num.9. Huc † pertinet,quod &
ſi pater poſſit liberè emancipare filium filiamvè, ac etiam
nepotem: attamen emancipatio facta in faudem ipſius filij
filiævè non valet.Ita Ancha.in conſi.441.in Caſtr.in conſil.
339.ad primum quæſitum.lib.2.Io.de Anna.in cōſ. 23. Decius
in conſi.245.num.6.Craue.in conſi.82.num.3. & Celſus Hu-
go in conſ.73.num.32.confert quod docuit Alex.in l. ſi filio.
82 §.ſi vir in quinquennium.ff.ſoluto matrimonio,cùm † ſcrip-
ſit,quod & ſi liberum ſit marito locare fundum dotalem etiā
in quinquennium: nihilominus ſi in fraudem vxoris vel hæ-
redum eius fiat,non valet locatio.Et eiuſdem ſententiæ alios
commemorat Tiraquellus in Tract. de retractu conuentio.
§.3.glo.1.nume.19.qui idem eſſe dixit, in prælato,qui in frau-
dem eccleſiæ prædia locare non poteſt: cùm tamen aliàs li-
berè poſſit.His ſimilia congeſſi in conſi.2.lib.3.
83 Difficultas in eo † nunc verſatur cognoſcere,quando per
fraudem dicatur grauatus hæres ingredi monaſterium. Et
primò,quando hæres iſtè minatus fuiſſet ſubſtituto, ſe in il-
lius odium & detrimentum ingredi velle religionem, quam
deinde ingreſſus eſt. Ita tradunt Decius in cap.in præſentia.
num.56.de probat. poſt Abb.ibi & Alex. in l. ſi quis poſthu-
mos.numer.4.in fine.ff.de lib.& poſthu. Michael Craſſus in
Tract.de ſucceſſionibus §.fideicommiſſum. q.40. nume. 5.&
Sforcia Oddo in Tract.de compendioſa, parte ſexta art.vlti-
mo.pag.202.in prima coniectura.arg cap. 2. de renuntia. Se-
cunda eſt coniectura, quando hæres iſte grauatus in mortis
articulo conſtitutus monaſterium ingreditur: Nam tunc
præſumitur id facere in odium, & ad detrimentum ſubſtitu-
ti.Ita Bald. in d.cap.in præſentia.nu.12.de probat. & in auth.
niſi rogati.nu.24.C.ad Trebell.& hanc etiam probauit Sfor-
cia Oddo in Tract.de compendioſa. parte ſexta. art. vltimo.
pag.202.verſic. ſecunda coniectura. Cæterùm hanc conie-
cturam non admittunt Decius in d.cap.in præſentia.num.56.
Pariſius in conſi.13.num.67.lib.1. Mantica de coniecturis vl-
timarum voluntatum.lib.10.tit.4.nume. 18. & Craſſus in d.§.
fideicommiſſum.q. 40. num. 6. ea motus eſt ratione Decius,
quia aut hæres iſte grauatus ingreſſus eſt religionē, ſed pro-
feſſionem,exacto probationis anno, non emiſit: & tunc in-
greſſus ille nocere non poteſt ſubſtituto:cùm verè ingreſſus
is dicitur religionem, vt bona ſua monaſterio acquirantur,
qui emiſit profeſſionem;ſicuti dictum fuit ſupra. Et in ſpecie
ita docuit Baldus in auth.ſi qua mulier.2.lect.num. 12.in fine.
84 C.de ſacroſ.eccleſ.cùm † dixit, quòd ſuſcipiens habitum in
articulo mortis,non dicitur profiteri religionem, nec bona
ſua monaſterio acquirere. Aut(inquit Decius)tempore mor-
tis emiſit profeſſionem:& tunc ceſſat fraus, quia clare præ-
ſupponitur,hunc tēpore quo erat incolumis ingreſſum fuiſ-
ſe religionem: & ob id præſumptio eſt,eū diuino afflatū ſpi-
ritu,non autem fraude ingreſſum fuiſſe,& deinde profeſſio-
nem emiſiſſe. Poteſt & præter Decium conſiderari tertius
caſus, quando hæres iſte in mortis penè articulo poſitus reli-
gionis habitum ſumpſit: deinde incolumis effectus in reli-
gione perſeuerauit & profeſſionem emiſit: Nam & hoc in
caſu ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, quæ oriri potuit tempore
aſſumptionis habitus.Tertia eſt coniectura, quādo hæres ſe-
nio iam confectus ingreſſus eſt monaſterium:Nam tūc præ-
ſumitur id feciſſe in fraudem. Ita Bald.in d.auth. niſi rogati,
num.24. Exiſtimo hanc coniecturam eſſe declarandam, vt
declarata fuit præcedens.
85 Et accedit, quod † nemo eſt ita ſenex,qui non præſuma-
tur adhuc poſſe viuere vltra annum,vt gl.recepta ab aliis, in
l.hæreditatem.ff.ad l.falcid.Quartam coniecturam conſide-
rauit Bero.in d.c.in præſentia, num. 500. quando hæres gra-
uatus ante ingreſſum alienauit omnia bona ſua. Cæterùm
credo coniecturam hanc ſuperuacaneam eſſe:quādoquidem
grauatus non potuit alienare in præiudicium ſubſtituti.l.2.§.
ſed quia.C.communia de leg.& fideico. Et priuilegium tri-
butum eccleſiæ & monaſterio.dict.§.ſed & hoc præſenti lo-
cum habet, quando bona fideicommiſſo ſuppoſita ipſi mo-
naſterio acquiruntur: non autem ſi alteri deferuntur, vt de-
clarauimus ſupra.
86 Declaratur † ſeptimò,vt locum non habeat prædicta ſen-
tentia & Iuſtiniani Conſtitutio, quando teſtator ad propriā
perſonam refert conditionem ipſam,vt putà cùm dixit,inſti-
tuo te hæredem ſi ſine liberis moriar.Hoc ſanè caſu, ſi teſta-
tor deinde ingreditur monaſterium ſubſtitutus non excludi-
tur.Ita docuit Abbas in cap.in præſentia,num.46. in fine.de
probat.& ibidem Decius,num.56.in fine.Cùm enim teſtator
de ſeipſo locutus eſt,de filiis naturalibus intelligit, non au-
tem de monaſterio.Conditio ergo obſeruanda omninò eſt.l.
3.§.Conditio.ff.de adimen.lega. Et præterea(inquit Abbas)
quod monaſterium ſit loco filiorum eſt ex quadam fauora-
bili & ſpeciali interpretatione aduerſus propriam vocabuli
87 ſignificationem. Non ergo debet extendi:cùm † improprie-
tates reſtringi,non autem extendi debeant,l.quod verò.ff.de
legibus & c.ea,quæ.de reg.iuris in 6.Probabilior viſa eſt mi-
hi conſideratio perpenſa à Decio, cum dixit, hic ceſſare ra-
tionem.d.§.ſed & hoc præſenti,quod ſcilicet non retrahitur
hic teſtator ab ingreſſu religionis,ex quo ad libitū poteſt re-
uocare teſtamentū,cū autē non reuocet,manifeſtè ſignificat,
ſe de monaſterio cogitare, & illud liberorū loco eſſe nolle.
Declaratur octauò, vt locum non habeant, quando hic
grauatus reſtituere bona fideicommiſſi eſt ingreſſus mona-
ſterium,non vt religionem profiteretur: ſed vt pœnitentiam
ibi ageret.Nam tunc ſubſtitutus non excluditur, ex quo nec
monaſterio aliquid acquiritur.Ita Baldus in auth. ſed hodie.
C.ad.l. Iul. de adulter. quem ſecutus eſt Sforcia Oddo in
Tractat.de Compendioſa,in ſexta parte art.vltimo.pag. 201.
verſ.limitatur tertiò.
Declaratur nonò,vt locum non habeat quando grauatus
iſte fuiſſet ingreſſus religionem ſuaſionibus, blāditiis & fal-
laciis Prælati ipſius monaſterij.Nam tunc ſubſtitutus nō ex-
cluditur. Ita Specula.in ti. de ſtatu mona.in fine.Bal.in auth.
ſi qua mulier,num.13.C. de ſacroſanct. eccleſ. Portius Imol.
in conſ.124.num.39.& Sforcia Oddo in Tract. de Compen-
dioſa.in ſexta parte.art.vlt.pag.201.verſic.limitatur ſecundò.
Ingreſſus enim religionis blanditiis & allectationibus fa-
ctus tenet, atque ita obligat eum, qui profeſſionem emiſit:
ſed bona parentibus reſeruantur. Ita ſcripſerunt Angelus
Clauaſius in ſumma.in verbo.religioſus,num.23.& Syluester
Prierius in ſumma.in verbo.religio.il.3.num.11.in fine addu-
cti text.c.conſtituit.20.q.3.
Declaratur decimò,vt locum non habeat,quando ſubſti-
tutum eſt aliud monaſterium, vel aliqua pia cauſa. Nā tunc
grauatus ingrediendo monaſterium non excludit ipſam cau-
ſam piam ſubſtitutam.Ita tradunt gloſſ.in d. cap. in præſen-
tia de probatio.ibidem Abbas,num.36.Felynus,numero 29.
Decius,num.170.de probatio.Oldra.in conſ.119.in fine.Cor-
neus in conſ.236.num.6.lib.3.& in conſil.18.col.3. ver. his ta-
men non obſtātibus,lib.4.Decius in auth.qui rem in fine.C.
de ſacroſ.eccleſ.Cephalus in conſ.7.num.4. lib. 1. & Sforcia
Oddo in Tract.de Compendioſa ſubſtitutione, in ſexta par-
te.art.vlt.pag.203.verſ.limitatur octauò.

PRÆ-



## PRÆSVMPT. LXXXIIII.

Filiis vel liberis diſpoſitiuè vocatis, quando ex præ-
ſumpta mente teſtatoris dicantur vocatæ etiam
fœminæ:atque ita quando in diſpoſitione maſculi-
num concipiat fœmininum.

### SVMMARIVM.

*1 Teſtatores in teſtamentis ſolent, filiorum vel liberorum mentio-
nem facere diſpoſitiuè vel conditionaliter.*
*2 Filiorum nomen generis maſculini ſui natura non comprahendit
fœmininum,ſed tantum per interpretationem.*
*3 Filiorum nomine filiæ fœminæ comprahenduntur ex coniecturis.*
*4 Inſtitutiones & ſubſtitutiones directe ſunt fauorabiles, & in eis
filiæ ſub nomine filiorum continentur.*
*5 Teſtator ſi pluries in ſua diſpoſitione qualitatem maſculinitatis
replicaſſet,an præſumatur in alia parte ipſius diſpoſitionis, vbi
ſimpliciter nominaſſet filios,de maſculis tantum ſenſiſſe.*
*Conciliantur opiniones.num.6.& 7.*
*8 Teſtator ſi aliquid reliquit pro conſeruatione agnationis, fœminas
excluſiſſe præſumitur, quia fœminæ non ſunt aptæ conſeruare
agnationem,*
*Idem ſi ipſe teſtator conſtituendo differentiam inter ſexum &
ſexum fœminis aliquid relinquit, maſculos verò hæredes fa-
cit.num.9.*
*10 Fœminæ filiorum maſculorum appellatione non comprahendun-
tur, ſtatuto ſtante, quòd ſtantib. maſculis fœminæ non ſuc-
cedant.*
*Idem ſi maſculinum fuit qualificate à teſtatore expreſſum. nu. 11.*
*12 Fratris nomine non comprahenditur ſoror.*
*13 Teſtator,ſi inſtitutis filijs maſculis in ſubſtitutione ſubiunxit, &
ſupradictos filios ſubſtituo,filias fœminas excluſiſſe cenſetur.*
*Et idem dicendum,quando teſtator dixit, Inſtituo filios maſculos,
& ſi vnus deceſſerit,alij filij ſuccedant.num.14.*
*Idem,quando vltra filios, aliæ perſonæ ſub illis verbis includeren-
tur.num.15.*
*16 Nepotes in fideicommiſſis licet non contineantur filiorum appella-
tione,comprahenduntur tamen, quando ſubſtituit teſtator fi-
lios in ſtirpes & non in capita.*
*17 Filiæ fœminæ à teſtatore cenſentur excluſæ,quando communis ex-
tat loquendi vſus, quòd diuerſo nomine nuncupantur maſculi
& fœminæ.*
*Idem quando reſultaret aliquod abſurdum, ſi maſculinum com-
prahenderet fœmininum.num.18.*
*Idem ſi ſequerentur plures impropriationes.num.19.*
*10 Maſculinum non comprahendit fœmininum,quando maſculus ſub
nomine proprio fuit nominatus.*
*21 Nepotes filiorum nomine non continentur, quando filij fuerunt
nomine proprio vocati, deinde dixit teſtator, & ſi dicti
filij, &c.*
*22 Maſculinum non concipit fœmininum, quando extat ſtatutum,
quòd verba ſcripta in teſtamentis intelligantur ad literam.*
*Idem quando alioqui reſultaret aliqua repugnantia aut contra-
rietas in ipſa diſpoſitione.num.23.*
*24 Maſculinitatis qualitas poſita in inſtitutione cenſetur repetita in
ſubſtitutione,ſicq; ex inſtitutione declaratur ſubſtitutio.*
*25 Nomina communia æquè maſculos & fœminas comprahendentia
ſunt hæc,Liberi.*
*Deſcendentes.num.26.*
*Proles.27.*
*Perſonæ.28.*
*Poſteri.29.*
*Conſanguinei,30.*
*Cognati.31.*
*Coniuncti.32.*
*Propinqui & proximi.33.*
*Hæredes.34.*
*35 Liberis,deſcendentibus,vel ſimilibus vocatis, filiæ fœminæ regula-
riter cenſentur vocatæ æquè vt maſculi.*
*Extende,vt num.36.*
*Receditur tamen à prædicta reg. præſumptionib. & coniecturis.
numero 37.*

1 SOLENT teſtatores † altero de duobus mo-
dis filiorum, vel liberorum, ac ſimilium men-
tionem ſuis in teſtamentis facere, vel diſpoſi-
tiuè,vel conditionaliter. Ita omnium primus
admonuit Baldus in conſilio 482. In cauſa te-
ſtamenti Andreoſi quem ſic recenſent,& probant Corneus in
conſil.202. nume.12.& in conſil.230 num.8.lib.3.Riminal.
Senior in conſil.223.num.66.in fine.lib.2.& ſecutus eſt Hie-
ronymus Gabriel in conſ.97.num.16.verſ.tertius caſus.lib.1.
Hæc differentia nō modo vtilis eſt,ſed & neceſſaria:cùm per-
multi ſint caſus,qui conueniunt diſpoſitioni,non autem con-
ditioni: ſicuti diligens quilibet ex caſuum dinumeratione ſa-
tis intelliget. De primo modo hac in præſumptione differe-
mus:De ſecundo in ſubſequenti.
Hac in diſputatione conſtituo duo capita, quorum primū
eſt de nomine maſculino,filiis.Secundum verò eſt de nomine
communi,liberis,deſcendentibus,& ſimilibus. Et quod atti-
2 net ad primum caput dicendum eſt, nomen † filiorum gene-
ris maſculini non comprehendere fœmininum ſui natura, &
regulariter:ſed ſolùm per interpretationem: quemadmodum
copioſè demonſtraui in conſilio 204.num.1.& num.49.lib.
3.Et ibi congeſtis accedunt Antonius Gabriel in libro 6.con-
cluſionum.in titu.de verbo.ſignific.concluſ.6.numero 39.&
Emanuel Coſta in c.ſi pater.in prima parte.in verbo,ſi vtrum-
3 que.num.1.de teſtam.in 6. Interpretatio autem † voluntatis
teſtatoris, quod ſub nomine filiorum comprehendantur, vel
non comprehendatur filiæ,ſumitur ex coniecturis, quæ ob id
efficiunt diſputationem hanc eſſe totam coniecturalem:ſicuti
ſcripſerunt poſt alios Decius in l.2.num.98.ff de regul.iuris.
Pariſius in conſ.41.num.14.lib.3. Socinus Iunior in conſ.90.
num.17.& in conſ.114.num.18.lib.1.Antonius Gabriel in d.
concluſ.6.numero 80.& Ioan. Petrus Surdus in conſilio 21.
num.5.
4 In inſtitutionibus,& † ſubſtitutionibus directis,quæ fauo-
rabiles ſunt, interpretari regulariter ſolemus ſub nomine fi-
liorum contineri etiam filias: atque ſi teſtator inſtituit, vel
ſubſtituit filios,dicitur etiam vocaſſe filias. Cùm pater æquè
filias ac filios inſtituere,vel exhæredare teneatur, atque ita in
ſucceſſionibus nulla eſt differentia inter ſexum maſculinum,
& fœmininum.l.maximum vitium.C.de libe.præter.
Et accedit, quod diſpoſitio & materia hæc eſt fauorabilis,
vt ſcilicèt in inſtitutione vel ſubſtitutione comprehendātur
filiæ: ob id dicendum eſt, ſub eo nomine filiorum contineri,
vt reſpondit Decius in conſilio 442.nume.12.& ſecutus eſt
Hieron.Gabriel in conſilio 98.num.28.verſic.quarto etiam
in eodem.libro 1.
Et comprobatur, quia hic loquimur in ſimplici vocatione
filiorum: nec aliqua extat ratio, quare magis vocare voluerit
maſculos quàm fœminas,& propterea tam vnum, quàm alte-
rum ſexum comprehendere voluit.Ita reſponderunt Corneus
in conſilio 124.num.21.lib.2. Ruinus in conſil.168.num.13.
lib.3.quos ſecutus eſt Hierony.Gabriel in d.conſ.96.col.vlt.
verſ.quinto ſine dubitatione.lib.1.
Aliquando etiam ſumitur interpretatio, & coniectura, te-
ſtatorem noluiſſe ſub nomine filiorum contineri filias. Hic
nonnullas enumerabo, alias obſeruabit diligens & ſtudioſus
lector.
5 Prima eſt coniectura, quando † teſtator pluries ſua illa in
diſpoſitione qualitatem maſculinitatis replicaſſet. Nanc tunc
præſumitur in alia parte ipſius diſpoſitionis, vbi ſimpliciter
nominaſſet filios,de maſculinis tantum ſenſiſſe.Ita reſpondit
omnium primus Abbas in conſil.37.Videtur primò.col.vlt.
lib.2.quem ſecuti ſunt Curtius Senior,Iaſon,Ruinus,Curtius
Iunior,Ripa,Neuizanus,Pariſius,Socinus Iunior,& Rubeus,
quos commemoraui in conſil.95.num.81.lib.1. Et prædictis
accedunt Antonius Gabriel in lib.3.concluſionum.in titu.de
teſtamentis.concl.10 nu.1. & Ludouicus Molina in lib.3.de
Hiſpanorum primogen.cap.5.nu.56. alios nonnullos recen-
ſet,& communem eſſe opinionem teſtatur: & ſi ipſe (vt mox
dicemus) diſſentiat.
Contrariam opinionem, quod imò qualitas hæc maſculi-
nitatis non præſumatur repetita à teſtatore in alia parte teſta-
menti,in qua ſimpliciter nominauit filios,reſpondit omnium
primus Io.de Anna.in conſil.22.vel verius. Anch.in conſilio
120. & ſecuti ſunt ſibi parum conſtantes, Iaſon, Ruinus, Pa-

riſius & Socinus Iunior, quos congeſſi in d. conſil. 95. nu. 81. verſic. Cęterùm non ignoro. Et illis accedunt alij multi commemorati ab Antonio Gabriele in d. concluſ. 3. nu. 6. & hanc eſſe veriorem & magis receptam teſtatur Hieron. Gabriel in conſ. 97. nu. 28. lib. 1. ſic & Lud. Molina in d. c. 5. num. 56. verſ. ſed quamuis: qui & ipſe ſecutus eſt.

Hæc magna inter prædictos Doctores controuerſia conciliari multis modis ſolet.

6 Et prima quidem † eſt conciliatio & diſtinctio: quod aut extat ratio conſeruandæ agnationis, vel non. Primò caſu præſumitur illa qualitas maſculinitatis repetita in ea nominatione ſimpliciter facta de filiis. Ita procedit prima illa opinio Abbatis & ſequacium: ſecundo verò caſu, non præſumitur repetitâ: ſic locum habet ſecunda illa opinio Ioan. Annaniæ & aliorum. Hancconciliationem probarunt Ruynus, Pariſius, Cur. Iun. Soc. Iun. Alciat. & Alba, quos retuli in d. conſ. 95. n. 82. Quibus accedunt Antonius Gabriel in d. concluſ. 3. num. 9. & nu. 16. & Ludouicus Molina in d. cap. 5. nu. 58. qui alios nonnullos recenſet. Et hæc quidem conciliatio mihi ſatis probatur, quam & noue probauit doctiſſ. Pedrocha in conſil. 5. num. 97.

7 Eſt & ſecunda † conciliatio, quòd aut agitur de filiis plurium, vt puta de filiis ſui ſanguinis, & de filiis extranei: Et tunc mentio maſculinitatis facta in vna parte non cenſetur repetita in altera. Ita procedit opinio Ioan. Annaniæ & ſequacium. Aut agitur de filiis vnius tantum. Et tunc repetitio præſumitur. Ita locum habet opinio Abbatis & aliorum. Hanc conciliationem fecerunt Ruynus in conſ. 140. nu. 6. lib. 2. & apertius in conſ. 168. num. 13. lib. 3. & Æmilius Ferrettus in conſ. 11. num. 9. quos ſic retuli & ſecutus ſum in d. conſil. 95. num. 83. Et prædictis nunc addo Antonium Gabrielem in d. concluſ. 3. num. 13. qui eiuſdem opinionis retulit Rubeum in conſil. 31. in conſil. 71. & in conſil. 141. col. 2. & Curtium Iun. in conſil. 112. col. 3. & in conſil. 114. col. 2. Addo etiam Ludouicum Molinam in d. libr. 3. de Hiſpanorum primogen. cap. 5. nume. 60. Hic omitto referre alias nonnullas conciliationes, quas refert Gabriel in d. concl. 3. tum quia non ſatis eas probo: tum etiam quia de illis diſſeremus ſuis locis.

8 Secunda eſt coniectura, † quando teſtator aliquid reliquit pro conſeruatione agnationis & familiæ. Nam tunc ſub nomine maſculino non continetur fœmininum: cum fœminæ aptæ non ſint conſeruare agnationem. Ita in ſpecie reſponderunt Socin. Sen. in conſ. 73. col. 3. lib. 4. Ruynus in conſ. 146. col. 3. lib. 2. Gratus in conſil. 53. col. 2. lib. 2. Pariſius in conſil. 57 col. pen. libr. 2. & Socinus Iunior in conſ. 1. num. 118. & in conſ. 119. colum. vlt. lib. 1. & in conſil. 168. num. 84. lib. 2. Hos congeſſit & ſecutus eſt Gabriel in d. concluſ. 6. nume. 54. qui & Tiraquellum retulit. Et his accedit Ludouicus Molina in libr. 3. de Hiſpano. primogen. cap. 5. numer. 2. qui rationibus comprobat.

9 Tertia eſt coniectura, quando † teſtator diſcretiuè, nempe conſtituendo differentiam inter ſexum & ſexum, ſicuti quando teſtator habens maſculos & fœminas, & fœminis aliquid relinquit, maſculos verò hæredes fecit. Ita multorum auctoritatibus ſcripſit Antonius Gabriel in dicta concluſ. 9. numero 57.

Idem ego ipſe reſpondi in conſ. 215. num. 70. lib. 3. vbi duabus egregiis ſimilibus traditionibus comprobaui. Et prædictis accedit Ludouicus Molina in libr. 3. de Hiſpano. primogeniis. cap. 5. num. 55.

10 Quarta eſt coniectura, quando † extat ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. Nam tunc teſtator, qui inſtituit, vel ſubſtituit filios, præſumitur non vocaſſe filias ſub illo nomine filiorum: ſicuti ſcripſerunt quamplurî congeſti à Gabriele in d. concluſ. 6. num. 78. quibus accedunt Petrus Rebuffus in l. iuſta col. 1. verſ. tertiò non habet. ff. de verborum ſignificatio. & Ludouicus Molina in d. cap. 5. numero 38. & 39.

Cæterùm magna eſt inter iuris noſtri interpretes contentio, an hoc intelligatur quando teſtator diſpoſuit inter eas perſonas, quarum maſculi, ſi ab inteſtato ſuccederent, fœminas excluderent: vel potius abſolutè. Qua de re ſcripſi in conſil. 150. numer. 39. lib. 2. & infra in ſequenti præſumptione in quarto caſu, explicabimus.

11 Quinta eſt coniectura, quando † maſculinum qualificate exprimitur: vt ſi teſtator inſtituit, vel ſubſtituit monacos: tunc non dicitur vocaſſe etiam moniales. Ita in ſpecie ſenſit Alber. in l. tres fratres. ff. de pactis, dum aduerſus Raynerium de Forliuio ſcripſit, quòd ſi teſtator reliquit fratribus tertij ordinis, non intelligitur reliquiſſe monialibus eiuſdem ordinis. Et Albericum ſecuti ſunt alij relati à Iaſone in d. l. tres fratres. num. 6. & accedunt Alexand. in conſilio 15. numero 2. libr. 4. Curt. Sen. in conſilio 9. Barba. conſilio 50. columna vlti. libr. 4. Diſſentiunt tamen nonnulli relati à Gabriele in d. concluſ. 6. numer. 86.

12 Sexta eſt coniectura, quando † ſexus maſculinus & fœmininus eſt diuerſi nominis: ſicuti frater, & ſoror. Nam tunc ſub nomine fratris non continetur ſoror. Ita reſponderunt Capra in conſil. 62. in fine, Corneus in conſil. 271. num. 9. lib. 4. Curtius Sen. in d. conſil. 9. & Iaſon in d. l. tres fratres. numer. 6. ff. de pactis, qui refert nonnullos diſſentientes & Gabriel in d. concluſ. 6. num. 111. & latè differit Decius in l. 2. num. 123. & 124. de reg. iuris.

13 Septima eſt coniectura, quando † teſtator vſus eſt aliquibus verbis repetitiuis præcedentium qualitatum: ſicuti quando teſtator inſtitutis filiis maſculis, deinde in ſubſtitutione ſubiunxiſſet: & ſupraſcriptos, vel ſupradictos filios ſubſtituo. Nam tunc ſub nomine filiorum non continentur filiæ. Ita Corneus in conſil. 101. colum. 2. numer. 5. libr. 4. Curtius Iunior in conſil. 116. num. 9. & Antonius Gabriel in d. concluſ. 6. numer. 112. Idem quando teſtator vocauit filios maſculos: deinde poſt dixit, filios vt ſupra, ſic ſcripſit Gabriel in d. concluſ. 6. num. 113. auctoritate Alex. in conſ. 48. col. 5. lib. 4. qui ne verbum quidem.

14 Eſt ſimile, quando † teſtator dixit: inſtituo filios maſculos, & ſi vnus deceſſerit, alij filij ſuccedant. Illa dictio, alij, repetitiua eſt perſonarum, & qualitatum antecedentium, atque ita teſtator intellexit de aliis maſculis, ſic in ſpecie reſpondit Io. Petrus Surdus in conſil. 21. num. 13.

15 Et hæc quidem coniectura † locum habet etiam eo in caſu, quando vltra filios aliæ perſonæ ſub illis verbis includerentur: ſicuti eo in caſu, de quo ſuperioribus diebus reſpondi: Inſtituerat teſtator ſeptem eius filios maſculos, expreſſis propriis eorum nominibus: deinde ita ſubſtitutionem fecerat. Et caſu quo aliquis ipſorum decederet abſque liberis legitimis & naturalibus, quod alij ſuccedant æquis portionibus per ſtirpes & non per capita. His poſtremis verbis conſtat teſtatorem ſubſtituiſſe non ſolùm filios ſuperſtites, ſed etiam prædefunctorum nepotes: ex quo dixit: ſuccedant in ſtirpes & non in capita. Quæ verba non poſſunt verificari in ſolis filiis teſtatoris, qui non faciunt inter ſe ſtirpes ſicuti in ſpecie ſcripſi in conſil. 124. numer. 67. lib. 2. & dicemus infra in præſumpt. 92. in tertio caſu ſecundi capitis, vbi referam Decianum in conſ. 21. in fine. lib. 3. qui Alexandrum & Pariſium refert. Et ad rem magis reſponderunt Curtius Iun. in conſil. 161. num. 1. & numero 7. & Socin. Iunior. in conſil. 1. num. 44. lib. 3. quod licet
16 † regulariter in fideicommiſſis ſub nomine filiorum non contineantur nepotes: attamen tunc comprehenduntur, quando teſtator ſubſtituit filios in ſtirpes & non in capita. Reſpondi itaque, verba ſubſtitutionis: ſuccedant alij filij, comprehendentia (vt dixi) etiam nepotes, intelligi ſolùm de filiis maſculis: quia ſicuti ſunt relatiua filiorum maſculorum, ita pariter & nepotum maſculorum: ne cum ſint vnica ſermonis ſtructura complexi, diuerſo iure cenſeantur. Ita ſane reſpondi in conſil. 592. reddito pro Mag. D. Syro Piſcario Papienſi.

17 Octaua eſt coniectura, quando † communis extat loquendi vſus, quo diuerſo nomine nuncupantur maſculi & fœminæ. Nam & tunc præſumitur teſtatorem ſecutum eſſe ipſum vſum communem, & ob id ſub nomine maſculino comprehendere noluiſſe fœmininum. Ita reſponderunt Fulgoſius in conſil. 34. Abbas in conſil. 36. in fin. libr. 1. Alexandr. in conſilio 84. columna 1. libro quarto Georgius Natta in cap. quamuis de pactis, in 6. quos retuli, & ſecutus eſt Antonius Gabriel in d. libr. 6. concluſionum, in titul. de verbor. ſignificatio. concluſ. 6. numer. 114.

18 Nona eſt coniectura quando † reſultaret aliquod abſurdum, ſi maſculinum comprehenderet fœmininum tunc enim non continet. Ita Gabriel. in dicta concluſio. ſexta numero 115. qui inter alios refert Alexand. in conſilio 45. columna 2. lib. 7.

Deci-



19 Decima eſt coniectura, quãdo † ſequeretur plures improprietates, ſi maſculinum comprehenderet fœmininum. Nam & tunc non comprehendit. Ita Gabriel in d. concluſ. 6. num. 116. adductus auctoritate Abba. in conſil. 36. nume. 3. lib. 1. & idem reſpondit Gratus in conſ. 53. nu. 10. lib. 2. quem in ſpecie ſecutus ſum in conſ. 150. num. 49. lib. 2. idem ſenſit Corn. in conſ. 271. num. 13. in fi. lib. 4.

20 Vndecima eſt coniectura, quando † maſculus ſub nomine proprio fuit nominatus. Nam tunc maſculinum non comprehendit fœmininum. Ita Gabriel in d. concl. 6. num. 117. qui inter alios recenſet Decium in l. 2. num. 97. ff. de reg. iur.

Simile dicimus quod quando ſubſtitutio facta fuit alicui expreſſo proprio nomine, nũquam inducitur repetitio qualitatis. Soc. in l. quæ conditio. ff. de condit. & demonſtr. Pariſ. in conſ. 2. num. 57. lib. 3. & Ludouicus Molina in lib. 3. de Hiſpa. primoge. c. 5. nu. 68. & dicemus infrà in præſumpt.

Et hæc quidem coniectura locum habet etiam ſi poſt expreſſam illam nominationem ita ſubiunxiſſet teſtator: Et ſi dicti filij. Nam & tunc ſub hoc nomine appellatiuo, filij, non continentur filiæ. Ita Gabriel qui ſuprà refert huius opinionis. Soc. Iun. in conſ. 90. nu. 16. lib. 1.

21 Eſt ſimile † quod dicimus, quòd & ſi ſub nomine filiorum continentur nepotes: non tamen comprehenduntur, quando filij fuerunt nomine proprio vocati, & deinde teſtator dixit. Et ſi dicti filij, &c. ſicuti dicemus infrà in præſumpt. 91. in tertia coniectura.

22 Duodecima eſt coniectura, quando † extat ſtatutum, quod verba ſcripta in teſtamentis intelligantur ad literam, prout iacent.

Hoc ſanè caſu maſculinum non concipit fœmininum. Ita ſimili in caſu reſpondit Soci. Iun. in conſ. 1. nu. 102. & in conſ. 23. col. vlt. lib. 1. quem refert Gabriel in d. concl. 6. num. 122. Reſpondit ſanè Socinus, quod ſtatutum faciens mentionem creditorum non comprehendit creditrices, ſi alio ſtatuto cautum eſt quod verba ſtatutorum debeant intelligi ad literam.

Et accedunt Baldus in conſil. 460. Ioannes. lib. 5. Corn. in conſ. 14. col. pen. lib. 2. & Dec. in l. 2. nu. 101. in fi. de reg. iuris. Confert ſimile quo dicimus, ſub nomine filiorum non contineri nepotes, quando cautum eſt ſtatuto, quod verba teſtamenti intelligantur ad literam. Ita ſcripſerunt multi quos referam infrà in præſumpt. 91. in duodecima coniectura.

23 Decimatertia † coniectura eſt, quando alioqui reſultaret aliqua repugnantia & contrarietas in ipſa teſtatoris diſpoſitione, vt ſi teſtator iam diſpoſuiſſet, quòd fœminæ omnes eſſent excluſæ: deinde inſtituiſſet, vel ſubſtituiſſet ſimpliciter filios. Nam tunc, ne videatur teſtator pugnãtia diſponere, præſertim incontinenti ſe corrigendo, dicendum eſt, ſub illo genere maſculino non contineri fœmininum. Ita ſimili in caſu diſpoſitionis ſtatuti reſpondit Rui. in conſ. 103. num. 7. lib. 3. quem ſecutus eſt Gabriel in d. concl. 6. in fi.

24 Decimaquarta eſt coniectura, quando † teſtator inſtituit filios, & fœminas excluſit: deinde ita ſubſtituit. Et ſi filius meus deceſſerit ſine filiis maſculis ſubſtituo fratrẽ meum, & eius filios. Hoc ſanè caſu filij iſti fratris intelligi debẽt de maſculis. Cùm ex inſtitutione declaretur ſubſtitutio: ſicque illa qualitas maſculinitatis poſita in inſtitutione cenſentur repetita in ſubſtitutione. Ita reſpondit Hier. Gabriel in conſil. 97. nu. 16. verſ. tertias eſt caſus, qui huius opinionis recenſet Corneum in conſ. 202. num. 12. & in conſ. 230. nu. 8. lib. 3. & idem reſpondit Alex. in conſ. 15. lib. 4. Et prima huius ſententiæ ratio eſt, quia ſubſtitutio declaratur à præcedenti inſtitutione. Atqui in inſtitutione vocauit ſolùm maſculos. Ergò & in ſubſtitutione. Eſt & ſecunda ratio, quia cum agatur de ſucceſſione teſtatoris, cui ex fideicommiſſo ſuccedittur. l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulg. & pup. ſubſt. præſumendum non eſt, eum magis voluiſſe vocare neptes, quàm filias.

25 Secundum eſt huius diſputationis † caput, de nomine ſcilicet communi. Sunt enim (vt prius hoc explicem) hæc nomina communia, & conſequenter æquè fœminas ac maſculos comprehendentia, Liberi. l. liberorum. de verb. ſigni. & l. officiales. C. de Epiſc. & cleric. & Alex. in conſ. 188. lib. 3. Corn. in conſ. 230. num. 6. lib. 2. Decius in conſ. 248. num. 2. & in conſ. 253. num. 4. Cur. Iun. in conſ. 49. num. 5. Alba. in conſilio 19. nu 3. Alcia. in reſp. 563. nu. 1. & Emanuel Coſta in cap. ſi pater. in verbo, ſi abſque liberis. nu. 22. de teſta. in 6.

26 Deſcendentes, nomen † eſſe commune & fœminas & maſculos comprehendere probat. l. vlti. C. de ſuis & legit. & reſponderunt Deciſ. in conſ. 495. num. 6. & in conſ. 570. nu. 10. Curt. Iun. in conſ. 49. nu. 5. in fin. & Hie. Gabr. in conſ. 97. nu. 17. verſ. quartus caſus. lib. 1.

27 Proles, nomen † commune eſſe, & ob id continere æquè fœminas ac maſculos reſpondit Curt. Iunior in d. conſil. 49. num. 5. poſt Alex. in d. conſil. 188.

28 Perſonæ, nomen † commune eſſe, & ideò ita fœminam, vt maſculum ſignificare probat auth. autem nulla. C. de epiſco. & cler. Bald. in l. quicunque. nu. 10. C. de ſeruo. fugit. Decius in l. 2. in fin. principij, de reg. iur.

29 Poſterorum nomen † eſt commune, & continere fœminas & maſculos probant Burt. conſil. 9. Decius in l. 2. num. 125. de reg. iur. & latè Tiraquel. in tract. de retractu conſang. §. primo glo. 9. num. 204. & copioſius. num. 242.

30 Conſanguineorum nomen † commune dixit Tiraquellus vbi ſupra. num. 202. & Petrus Rebuffus in l. 1. verſic. decimotertio, de verb. ſignific.

31 Cognatorum nomen eſſe † commune ſcripſit idem Tiraquel. num. 293. Rebuffus vbi ſuprà.

32 Coniunctorum eſſe † commune cenſuit idem Tiraq. nu. 200. Rebuf. qui ſupra.

33 Propinquorum & proximorum nomen † commune eſſe, & ob id comprehendere ſic fœminas vt maſculos, ſcripſerunt Deciſ. in d. l. 2. numer. 125. de reg. iuris, & in conſil. 527. num. 3. & 4. & latè Crauet. in conſil. 656. num. 7. Tiraq. in d. gloſſ. 9. num. 201. Rebuffus qui ſupra & Pariſius in conſil. 89. num. 40. lib. 2.

34 Hæredum, nomen † eſſe commune ſcripſerunt Alex. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. & in conſil. 80. col. pen. libr. 1. Ruynus in conſil. 188. col. pen. libr. 2. & in conſil. 114. colum. 3. lib. 3. Gratus in conſil. 64. colum. 2. lib. 2. & Gozad. in conſil. 20. col. 2.

35 Hoc itaque in capite † regula conſtituenda eſt, quod vocatis liberis, deſcendentibus & ſimilibus æquè fœminæ, vt maſculi comprehenduntur. Id quod ſine controuerſia admittunt multi ex præcitatis Doctoribus.

36 Extenditur, vt procedat † etiam in filio maſculo ex fœmina. Nam & is dicitur ex deſcendentibus aui materni, Ita Corne. in conſilio 246. libr. 2. & Alciatus in reſp. 563. num. 1. Qui quidem ſubiunxit, idem eſſe, quando teſtator ipſe vocauit deſcendentes ſuos. Non enim illa dictio, ſuos, alterat, nec immutat ſignificationem nominis, cui adiungitur.

37 Receditur tamen † à prædicta regula præſumptionibus & coniecturis, ſicuti & in præcedenti capite, & quidem facilius quàm in eo: cùm hic ſexui fœminino non repugnet, ſed conueniat nominis proprietas. Et ſi Hieron. Gabriel in d. conſil. 97. num. 17. verſ. quartus caſus. lib. 1. ſenſit, nullam eſſe differentiam. Non hic repeto coniecturas ſuprà commemoratas, ne recocta grambos (vt eſt in prouerbio) noceat.

## PRÆSVMPT. LXXXV.

Quando & quibus caſibus fœminæ deficere faciant expreſſam conditionem ſubſtitutionis: ſi deceſſerit inſtitutus ſine filiis.

### SVMMARIVM.

*1 Filiæ fœminæ an & quando faciant deficere expreſſam conditionem ſubſtitutionis, ſi deceſſerit inſtitutus ſine filijs.*

*2 Teſtator habens filios & filias, ſi maſculos hæredes fecit, filias verò in re certa inſtituit, & dixit.*

*Et ſi vnus filiorum deceſſerit ſine filijs, ſuccedat ſuperſtes: an cenſeatur excluſa neptis relicta ſola ab vno ex inſtitutis, an verò ipſa excludat patruum ſubſtitutum.*

*Et quid ſi pater filias hæredes fecit vniuerſales, & earum vna decedente ſine filijs ei ſubſtituit filium, an neptis ex filia decedente excludat ſubſtitutum. num. 3.*

*Et quid ſi fœmina condidit teſtamentum, & inſtituit filios, & ſi alter eorum deceſſerit ſine filijs ſubſtituit ſuperſtitem: an illa verba, ſine filijs, comprehendant ita fœminas ſicut maſculos. numero 4.*

5 *Verba intelligi debent ſecundum conditionem, & qualitatem perſonæ diſponentis.*

6 *Feudum conceſſum à fœmina in dubio intelligitur conceſſum etiam pro fœminis: nam.*

*Fœmina non præſumitur odio habere ſexum ſuum.*

7 *Tranſitus eſt facilior in habentibus Symbolum.*

8 *Pater inſtituta filia in re certa, & in reliquis excluſa, ſi inſtituit filios, & vno eorum decedente, ſine filijs, ſubſtituit ſuperſtitem, ſub illis verbis, ſine filijs non compræhenditur neptis teſtatoris ex filio prædefuncto. ſed excluſa cenſetur.*

*Idem quando teſtator ſubſtituit agnatos in perpetuum. num. 9.*

*Et idem, quando extant alia ſigna, quib. demonſtrauit teſtator, velle bona conſeruari in familia. num. 10.*

*Et idem ſi extat ſtatutum in ciuitate, quòd in ſucceſſione inteſtati fœminæ excludantur ſtantib. maſculis. num. 11.*

12 *Pater filia inſtituta in re certa, ſi inſtituit filium, cui ſine filijs decedenti ſubſtituit extraneum, an fœminas compræhendiſſe præſumatur.*

*Quid ſi pater inſtituit filios, quos inuicem ſubſtituit, relicta fœmina, cui aliquid reliquit, & dixit.*

*Et ſi omnes filij decederent ſine filijs, ſubſtituo filiam in vita tantum: ſi deceſſit vnus filiorum relicta filia, an ipſa faciat deficere conditionem ad excluſionem aliorum. nu. 13.*

14 *Extenſio de caſu ad caſum admittitur ratione conſeruandæ agnationis vel familiæ.*

15 *Fœminæ an filiorum nomine compræhendantur, ſi pater filio decedenti ſine filijs ſubſtituit piam cauſam: ſub illis verbis, ſine filijs.*

*Quid ſi pater inſtituit filium, cui ſubſtituit filiam his verbis, ſi ipſe filius deceſſerit ſine filijs. num. 16.*

17 *Fœminæ continentur nomine filiorum, ſi pater inſtituit filios, & alteri eorum morienti ſine filijs ſubſtituit ſuperſtitem, vel eius filios maſculos, & eis non exiſtentibus, filias fœminas, ſi contingit extare ſolum fœminas vtriuſque fratris.*

*Secus quando extant maſculi ſubſtituti. num. 18.*

19 *Maſculus & fœmina ſi concurrunt, melioris conditionis eſt maſculus quàm fœmina.*

20 *Maſculi excludunt fœminas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur à maſculis: ſecus verò ſi maſculi non reperiantur.*

21 *Trebellianicæ detractionis prohibitio arguit teſtatorem voluiſſe conſtituere fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis & familiæ.*

22 *Nomen commune, vt puta liberorum, deſcendentium, & huiuſmodi, filias fœminas æquè compræhendit ac maſculos, & ſubſtitutum excludunt fœminæ: ſecus tamen, vt nu. ſeq.*

23 *Teſtator ſi inſtituit filios maſculos, & excluſit filias, tunc fœminæ non compræhenduntur ſub nomine communi, nec ab eis excluditur ſubſtitutus.*

*Idem ſi extat ſtatutum, quòd ſtantib. maſculis fœminæ non ſuccedant. num. 24.*

*Idem quando conſtat, teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem & familiam. num. 25.*

*Et idem quando teſtator in alijs ſubſtitutionib. ſemper vocauit maſculos.*

1 EXPLICAVIMVS † ſuperiore præſumptione: quando diſpoſitiuè vocatis filiis vel liberis compræhendantur filiæ. Nunc de ſecundo illo modo propoſito agendum eſt, nempè quando nomen filiorum, vel liberorum eſt poſitum in conditione. Quæ diſputatio difficilis admodum eſt. Quo autem facilius & apertius quantum fieri poteſt explicetur: plenius quàm Socinus in l. cum auus. num. 81. ff. de condit. & demonſt. diſtinguendum eſt: Et primum quidem duo conſtituo capita, ſicuti etiam conſtitui in præcedenti præſumptione: quorum primum eſt, quando teſtator vſus eſt, nomine maſculino, filiis; ſecundum quando vſus eſt nomine communi. Et quod attinet ad primum caput, diſtinguo plures caſus.

2 Primus eſt quando † pater habens filios & filias maſculos hæredes fecit, filias verò ob earum male merita ſolùm in re certa inſtituit: Deinde ita dixit: & ſi vnus filiorum meorum deceſſerit ſine filiis ſuccedat alter ſuperſtes. Deceſſit vnus ex inſtitutis, filia ſola relicta, ſicque nepte ipſius teſtatoris. Hoc in caſu ſenſit Socinus in dicta l. cum auus. numero 81. verſ. primus caſus: illa verba, ſine filiis, intelligi etiam de fœmina: atque ita neptem excludere patruum ſuum ſubſtitutum. Nam pro nepte ſtat iuris regula: quod maſculinum concipit fœmininum. l. qui duos. in fi. de leg. 3. & in ſpecie multis confirmaui in conſil. 95. num. 14. lib. 1. Præterea nepti fauet tacita illa vocatio, quam facit. l. cum auus. ff. de cond. & demonſt. iuncta. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Cum enim pater ſubſtituit filio decedenti, intelligitur ſubſtituiſſe, ſi deceſſerit ſine filiis. d. l. cum auus. Deinde l. cum acutiſſimi ſtatuit intelligi non ſolùm de maſculis: ſed etiam de fœminis. Et cum hac legis diſpoſitione præſumitur teſtatorem voluiſſe conformem eſſe voluntatem ſuam. l. hæredes mei. §. cum ita vbi Ripa. nu. 75. ff. ad Trebell. Nec hoc in caſu ſumi poteſt argumentum ab excluſione filiarum ad excluſionem neptis, quia, vt rectè dicebat Socinus, filiæ non fuerunt excluſæ fauore maſculorum, vel alterius: ſed ob earum demerita. Non etiam conſiderari poteſt, fauor agnationis conſeruandæ tum quia teſtator maſculinitatis verbum nullum fecit: quod ſignum eſt conſeruationis familiæ, vt dicemus infrà: tum quia non eſt progreſſus ad alios ſubſtitutionis gradus vocando ſcilicet filios ipſius fratris defuncti: relicta ſola filia. Et hic caſus multo magis haberet locum, quando teſtator filio morienti, ſine filiis ſubſtituiſſet extraneum, vel alium, qui veriſimiliter non eſſet ita dilectus teſtatori: ſicuti eſt neptis ipſa: quo in caſu verè loquitur Socinus præcitato in loco: & dicemus infrà.

3 Secundus eſt caſus, quando † pater filias hæredes fecit vniuerſales: & earum vna decedẽte ſine filiis, ei ſubſtituit filium, non autem ſubſtituit alteram ex ipſis filiabus. Hoc in caſu ſcribit Socin. in d. l. cum auus. num. 82. verſic. ſecundus caſus: neptem ex filia decedente excludere ſubſtitutum, idem Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. colum. vltim. ff. de lib. & poſthum. & in conſil. 9. num. 20. libr. 3. & in conſil. 28. nu. 26. lib. 4. & in ſpecie noſtra Socinum ſecuti ſunt Rubeus in conſil. 42. num. 11. Socin. Iun. in conſil. 2. num. 12. libr. 3. & Lud. Molina in lib. 3. de Hiſpano. primogen. cap. 5. num. 50. Ea ratione vſus eſt Socinus, quia ſicuti dilexit filiam eam inſtituendo, ſic etiam præſumitur in ea portione filiæ relicta dilexiſſe neptem. d. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Præterea, ceſſat hic ratio conſeruandæ agnationis, ex quo fœminas ipſas inſtituit. Ita dicimus (ait Socin.) quod licet quando fit mentio de liberis maſculis non contineantur maſculi ex fœminis: ex quo agitur de conſeruanda agnatione, & familia: attamen quando fit mentio de maſculis ex fœmina, continentur etiam ipſę fœminæ: ex quo hoc caſu ceſſat ratio illa conſeruandæ agnationis. l. quoties. C. de ſuis & legit. & ſcripſit idem Socinus in l. Gallus. §. nunc de lege. col. vlt. ff. de lib. & poſthu. & alij mox commemorati.

4 Tertius eſt caſus, quando † fœmina ipſa condidiſſet teſtamentum, & inſtituiſſet filios, & ſi eorum alter deceſſiſſet ſine filiis, ſubſtituiſſet ſuperſtitem, vel quemuis alium. Hoc in caſu illa verba, ſine filiis, intelligi debent ita de fœminis, ſicuti de maſculis: atque ita neptis illa nata ex præmortuo filio excludit ſubſtitutum. Ita cenſuit Socinus in d. l. cum auus. num. 83. verſic. tertius caſus: quem ſecuti ſunt Decius in conſ. 568. & conſil. 570. num. 11. & eiuſdem opinionis alios refert Ludouicus Molina in libr. 3. de Hiſpanorum primogen. cap. 5. num. 73. Albanus Cardinalis in conſ. 23. numer. 3. Hier. Gabriel. in conſ. 95. num. 15.

5 Ea ratione prima motus eſt Socin. quia verba † intelligi debent ſecundum conditionem & qualitatem perſonę diſponentis. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habit. & multis comprobabo infrà in præſumpt.

Confert ſimile (inquit Socinus) ex Ancha. in conſ. 339. Pro maiori intelligentia. col. 5. verſ. 3. quod proles, qui reſpondit,
6 feudum † conceſſum à fœmina, intelligi in dubio conceſſum etiam pro fœminis: cum non præſumatur fœminam odio ha-
7 bere ſexum ſuum: & in habentibus † ſymbolum facilior eſt tranſitus. Et idem quod Ancha. docuit Bald. in cap. 1. in primo notab. de feudo fœm. & reſponderunt Ripa in reſpon. 1. numero 74. lib. 1. & Rolan. in conſil. 76. lib. 3. Huc etiam facit aliud ſimile econtra quando fœmina acquirit feudum vel emphyteuſim pro ſe & filiis, intelligitur recipere etiam pro fœminis. Ita Bald. in l. quoties. C. de fideicom. Aretin. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liberis & poſthumis. Et recentiores ibidem.

Cæte-



Cæterùm à prædicta ſententia viſus eſt diſſentire & malè quidem Fulgoſius in conſ. 18. Salmonucia. & in conſ. 38. quem ſecuti ſunt Decius in conſ. 514. num. 5. & apertius Curt. Iun. in conſ. 35. in fine. & in conſ. 139. num. 16. Ruin. in conſ. 141. num. 9. lib. 2. Socin. Iun. in conſ. 168. num. 84. lib. 2. & in conſ. 81. col. 2. lib. 3. Gerardus Mazolus in conſil. 5. & in conſil. 6. & Rolan. in conſ. 82. nu. 33. in fine. lib. 3. Hier. Gabriel in conſ. 97. nume. 16. verſ. tertius eſt caſus. Et primo ea ratione moti ſunt, quòd cum inſtituerit maſculos, excluſis filiabus: odio habuiſſe creditur ſexum fœmininũ exiſtẽte maſculino. Et ſicuti excluſit filias, ſic etiam & multo magis excludere voluerit neptes. Accedit 2. quod licet ſit fœmina: attamen eſt de agnatione, & ſubſtituẽdo maſculos dicitur voluiſſe conſeruare agnationem illam.

8 Quartus eſt caſus, quando † pater inſtituiſſet filiam in re certa, ſicque ei dotem conſtituiſſet, & in reliquis eam excluſiſſet: deinde filios inſtituiſſet: & vno eorum decedente ſine filiis ſubſtituiſſet ſuperſtitem: vel ſi vnicum habuiſſet filium, eum inſtituiſſet, & eo decedente ſine filiis, ſubſtituiſſet agnatos. Hoc caſu (inquit Socinus in d. l. cum auus. num. 85. verſic. quartus caſus. (ſub illis verbis, ſine filiis, non contineri fœminam, ſicque neptem teſtatoris ex filio prædefuncto: & ob id illam non excludere patruum, vel agnatos ſubſtitutos. Et hæc quidem ſecundum Socinum fuit ſententia Caſtren. in conſil. 79. Caſus iſte frequenter. lib. 2. quem ſecuti ſunt quinquaginta tres Doctores, quos enumeraui in conſ. 95. num. 90. lib. 1. alios adiunxi in conſ. 150. nu. 54. lib. 2. & demum in conſ. 204. num. 46. verſic. decimo & vltimo. lib. 3. ſcripſi ſexaginta quatuor Doctores probaſſe ſententiam hanc. Et illis accedunt Ludouicus Molina in lib. 3. de Hiſpano. primogen. c. 5. num. 51. Hierony. Gabriel in conſil. 97. num. 15. lib. 1. Et ij quidem multis adducti ſunt rationibus, quas ſummo ſtudio & diligẽtia enucleaui in conſilio 95. num. 28. cum multis ſubſequentibus, & in conſil. 150. num. 25. & multis ſequentibus. lib. 2. & in conſ. 204. lib. 3. quę cum facilè legi illis in reſponſis poſſint, ea de induſtria huc afferre ſuperſedeo.

9 Et hic quidem caſus locum habet † multò magis quando teſtator ſubſtituit agnatos in perpetuum. Nam tunc manifeſtè ſitis ſignificauit, velle omninò conſeruare agnationem, & familiam. Et illo in loco auctoritate multorum comprobaui.
10 Idem etiam quando † extant alia ſigna, quibus demonſtrauit teſtator, velle bona conſeruari in familia: ſicuti reſpondi in conſ. 150. num. 33. lib. 2. & nouè conſuluit Hieron. Gabriel. in
11 conſ. 97. num. 15. verſ. ſecundus caſus. lib. 1. Habet † etiam locum his caſus multò magis, quando in ciuitate teſtatoris extat ſtatutum, quod in ſucceſſione inteſtati fœminę excludantur, ſtantibus maſculis: ſicuti poſt alios ſcripſi in d. conſ. 95. num. 60. lib. 1. & in d. conſ. 150. num. 39. lib. 2. Et illis in locis commemoraui multos interpretes inter ſe diſſentientes, quomodo hoc intelligatur, an ſcilicet, quando ſtatutum excludit fœminas à ſucceſſione eius, qui condidit teſtamentum: vel à ſucceſſione eius, qui grauatus fuit. Aliqui ſcripſerunt, hoc intelligi, quando ſtatutum vult maſculum excludere fœminam à ſucceſſione ipſiuſmet patris, vel aui, qui teſtamentum confecit. Ita reſponderunt Soc. Sen. in conſ. 6. num. 20. in fine. lib. 3. Ruin. in conſ. 146. num. 7. & in conſ. 152. num. 3. lib. 2. Curt. Sen. in conſil. 45. ſtatuto ciuitatis. col. 12. verſ. Reſpondemus. Cur. Iun. in conſ. 49. num. 10. Goza. in conſ. 89. num. 11. Idem affirmauit Zuchard. in l. vlt. num. 85. verſ. ego credo. C. de edicto Diuí Adria. tollen. Albanus Cardinalis in conſil. 23. num. 10. verſ. hoc idem videtur. & Cephalus in conſ. 46. num. 19. in fine. lib. 1. Aliqui verò opinati ſunt, hoc intelligi, quando ſtatutum vult, maſculum excludere fœminam à ſucceſſione grauati. Ita ſanè ſibi parum conſtantes reſponderunt Socinus Senior in conſilio 55. in fine. libro. 4. & Ruinus in conſilio 143 numero 13. libro 2.

Primam illam opinionem, quam & nunc probo, ſecutus ſum in conſ. 95. num. 64. lib. 1. Porrò & illud in ſumma dicendum eſt, tunc demùm coniecturam hanc ſumptam ab excluſione ſtatuti intelligi, quando omnino fœmina excluderetur à maſculo, ſi ageretur de ſucceſſione ab inteſtato: ſicuti loquuntur Riminal. Senior in conſ. 223. num. 65. lib. 2.

Albanus Cardinalis in d. conſ. 23. nu. 4. & Decianus in cõſ. 1. num. 200. lib. 2. ſecus verò, ſi non excluderetur.

12 Quintus eſt caſus, quando † pater, hærede inſtituta filia in re certa, inſtituit filium, cui ſine filiis decedenti ſubſtituit extraneum. Hoc in caſu concludit Soci. in d. l. cum auus. nu. 86. verſ. quintus caſus ex ſententia Caſtren. in d. conſ. 79. ſub illis verbis, ſine filiis, contineri fœminas: & conſequenter neptem excludere extraneum, ſubſtitutum. Et Socinum ſecuti ſunt Decius in conſ. 568. col. 1. Pariſ. conſ. 89. num. 39. lib. 2. Curt. Iun. in conſ. 35. num. 1. & alij quos retuli in conſ. 95. num. 98. verſ. non enim nobis. lib. 1. Idem reſponderunt Albanus Cardinalis in conſ. 21. num. 11. & Hiero. Gabriel in conſ. 97. num. 15. lib. 1. ſic etiam ſcripſerunt Molina in lib. 3. de Hiſpanorum primogen. c. 5. num. 25. & bene eruditus Pedrocha in conſ. 5. num. 87. Nam hoc in caſu (inquit Socinus) ceſſat ratio conſeruandæ agnationis: & propterea maſculinum, vt diximus ſuprà, concipit fœmininum. Nec repugnat (ſubiungit Socinus) quod ex quo teſtator ipſe excluſit filiam, multò magis excludere voluerit neptem iuxtà l. ſi viua matre. C. de bonis mater. Quandoquidem reſpondet Socinus qua ratione prædilexit filios maſculos in eorum portionibus, ita pariter cenſentur in eiſdem portionibus prędilexiſſe eorum poſteritatem. d. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. vnde non mirum, ſi plus dicitur dilexiſſe nepotes ex filiis quàm filias: Cùm dicatur dilexiſſe nepotes propter filios. l. dedit dotem. ff. de collat. bono.

13 Sextus eſt † caſus, quando pater inſtituit filios, quos inuicem ſubſtituit, relicta fœmina, cui aliquid reliquit: Deinde dixit: Et ſi omnes filij decederent ſine filiis ſubſtituo filiam in vita tantum in redditibus domorum, quas alienari prohibeo: quia volo manere perpetuò in familia. Deceſſit vnus filiorum inſtitutorum, relicta filia, dubitatur an hæc filia deficere faciat conditionem ad excluſionem aliorum de familia, qui erãt vocati ad fideicommiſſum? Hoc in caſu exiſtimauit Socinus in d. l. cum auus. num. 87. & cum eo. Cur. Iun. in conſ. 135. nu. 1. in fine. filiam illam non facere deficere conditionem, motus ea ratione, quia ſicuti hæc filia non facit deficere conditionem reſpectu filiorum ipſius teſtatoris inſtitutorum, & ſubſtitutorum, iuxta reſponſum illud Pauli Caſtren. in d. conſ. 79. de quo diſſeruimus ſuprà in quarto caſu. Ita quoque dicẽdum eſt, quòd hæc filia non extinguit conditionem reſpectu agnatorum: Cùm eadem ratio conſeruandæ agnationis & familiæ,
14 ita militet in his, vt in ipſiſmet filiis. Et hæc † quidem ratio conſeruandæ familiæ, efficit vt admittatur extenſio de caſu ad caſum. arg. l. quamuis. vbi Bald. C. de fideicom. & reſpondit in ſpecie Caſtren. in conſilio. 357. allegatus à Socino. Nec obſtat (inquit Socinus) quòd illa filia teſtatoris eſſet inſtituta in vita tantum: quia (ait Socinus) eius perſona non eſt inſpicienda, ſed perſona familię ſeu agnatorum, apud quos domus perpetuò manere debent. Et proprietas ipſa dicitur à principio relicta ipſis agnatis, licet filia ipſa teſtatoris donec viuet cõſecutura ſit redditus. Vnde ratione proprietatis militat ratio conſeruandę agnationis. Hanc Socini opinionem viſus eſt ſequi Cur. Iun. in conſ. 35. num. 1. in fine.

15 Septimus eſt caſus, quãdo † pater decedenti ſine filiis ſubſtituit piam cauſam. Hoc in caſu ſub illis verbis, ſine filiis, non contineri fœminas, & ſic nepotes nõ excludere piam cauſam reſpondit Caſtrenſis relatus à Socino in d. l. cum auus. nume. 80. verſ. habeo conſilium. & apertiùs Curtius Iun. in conſ. 35. num. 6. & in conſ. 49. num. 7. in fine. & num. 9. & Alcia. in reſp. 776. nu. 1. & Bertrandus in conſ. 138. col. 2. lib. 8. Et hæc quidem recepta eſt opinio, & ſi ab ea diſſentire videtur Socinus in d. l. cum auus. num. 86. verſ. quintus caſus, dum æquiparat caſum, quando ſubſtituta eſt pia cauſa, Illi caſui, quando ſubſtitutus eſt extraneus.

16 Octauus eſt caſus, quando † pater inſtituit filium, cui ſubſtituit filium his verbis, ſi ipſe filius deceſſerit ſine filiis. Hoc ſanè caſu reſpondit Alexander in conſilio 55. in fine. libro 3. & in conſilio 38. lib. 6. ſub illis verbis, ſine filiis contineri etiam filias, ſicque neptes teſtatoris. Et Alexandrum ſecuti ſunt Ruinus in conſilio 142. numero 2. Socinus Senior in l. Gallus. §. nunc. numero 59. ff. de liberis & poſthumis. Decius in conſilio 303. numero 8. in conſilio 370. numero 2. in fine. & numero 3. verſ. ſed deuenio. & idem in conſilio 568. numero 4. Rubeus in conſilio 22. numero 12. Pariſ. in conſilio 89. numero 39. libro 2. Modernus Pariſienſis in commentariis ad conſuetudines Pariſienſes titu. 1. §. 16. numero. 7. Ludouicus Molina in libro 3. de Hiſpanorum primogen. cap. 5. numero 48.



Zanch

Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita in ſeptima parte.nu.68. ff.ad Trebel.& Hier.Gabriel.in conſ.97.nu.15.lib.1.& Achilles Pedrocha in conſ.5.nu.168.Ea eſt huius ſententiæ ratio,quia teſtator hoc in caſu non abhorruit ſexum fœmininum,vt diximus ſuprà.Et ſubſtituendo filiam non habuit animum conſeruandi agnationem & familiam : ſicuti ſuprà attigimus.His intelligimus, minus rectè ſenſiſſe Ruinum in conſ. 141.lib.2.& Curtium Iuniorem in conſil.35.qui de eadem facti ſpecie aduerſus Decium in d.conſ.568.reſponderunt.Ita pariter Soci.Iun.in conſil.168.num.85.in fi.lib.2.& Alcia.in reſp.776.malè conſuluerunt.

17 Nonus eſt caſus,quando † pater inſtituit filios,& alteri eorum morienti ſine filiis ſubſtituit ſuperſtitem , vel eius filios maſculos & eis non exiſtentibus filias fœminas. Et contigit extare ſolum fœminas vtriuſque fratris.Hoc in caſu,quem viſus eſt attingere Decius in conſ.568.numero.4.verſ.tertio ad uertendum:dicendum eſt,ſub illis verbis,ſine filiis, contineri etiam fœminas.Nam certum eſt,teſtatorem magis dilexiſſe illum præmorientem & eius filias in portione ſibi relicta quàm ſuperſtitem & eius filios:ſicuti auctoritate multorum demonſtraui in conſil.95.nu.17.Niſi ergo diceremus, ſub illis verbis, ſine filiis contineri & filias illius præmorientis , ſequeretur abſurdum & quid contra præſumptam voluntatem teſtatoris,quod ſcilicet,filiæ alterius ſicque neptes ex fratre excluderent filias præmortui ab ea portione earum patri relicta.Id quod repugnaret voluntati teſtatoris,qui(vt diximus) ſemper in portione cui relicta eum magis & eius filios dilexit quàm filios alterius.

18 Decimus caſus , quando † pater ( vt ſuperiore caſu ) inſtituit filios , & alteri eorum præmorienti ſine filiis , ſubſtituit ſuperſtitem,vel eius filios maſculos & eis non extantibus fœminas:& euenit,quod extant ipſi ſubſtituti.Hic caſus, quem à nemine hactenus,quod ſciam,diffinitum reperio,plus habet dubitationis,quam præcedens. Et dicendum eſt ſub illis verbis,ſine filiis, non contineri fœminas & propterea neptes teſtatoris excludi ab ipſis nepotibus. Primò vrget hac pro opinione quod reſpondit Decius in conſil.568.nume.4. verſi.tertiò aduertendum,Cùm dixit , quod exiſtentibus maſculis, fœmina non continetur ſub his verbis,ſi deceſſerit ſine filiis.Et conſiderabat Decius ſuo illo in caſu,quòd nullus maſculus reperiebatur tempore mortis illius inſtituti : ſentiens à ſenſu contrario, quòd ſi maſculus extitiſſet filia illa non fuiſſet comprehenſa ſub illis verbis, ſi deceſſerit ſine filiis.Secundò confert quod reſpondit Decius in d.conſ.568.nu.5.verſi.
19 & reſpondendo ſpecialiter , quod quando † concurrunt maſculus & fœmina, præfertur & eſt melioris conditionis maſculus ipſa fœmina.

20 Tertiò accedit quod ait † idem Decius in d.conſi.568.col. vlt.verſ.& concluſio ſuperius, Cùm dixit, quod ſtante ſtatuto fœminarum, ſi tempore euenientis caſus ſucceſſionis extant maſculi, ſub illis verbis, ſine filiis, non continentur fœminæ: ſecus verò ſi maſculi non reperiuntur. Ita ergo & hoc in caſu dicendum eſt , quod cùm extat maſculus , ſub illis verbis ſine filiis , non continentur fœminæ. Quartò ad rem facit ſimile ex Ruino in conſ.141.num.7.verſ.& concordando.lib.2.Et aliud ſimile tradit idem Ruinus in conſi.142.col.vlt.verſic.& per predicta. lib.2.

Cæterùm prædictæ opinioni obſtare non parum videtur, quod cùm teſtator ſubſtituerit etiam fœminas, non dicitur habuiſſe animum conſeruandi agnationem & familiam , & conſequenter (vt ſuperioribus in caſibus ſæpe diximus)ſub illis verbis,ſine filiis, continentur etiam fœminæ. Reſponderi tamen poſſe videtur , quòd imò animus teſtatoris fuit conſeruare familiam & agnationem quantum fieri poſſet:ſicuti eius conſeruationem conſiderauit in perſonam alterius inſtituti, ſi ſuperſtes fuiſſet:& eius filiorum maſculorum. Donec ergo extant maſculi, dicendum eſt , ſub illis verbis, ſine filiis , non contineri fœminas.Et hic caſus multò magis procedit, quando iam ipſe teſtator excluſiſſet proprias filias , dote eis conſtituta,iuxtà ea,quæ ſcripſit ſupra in quarto caſu. Et præterea hic caſus procederet multò magis, quando pater ipſe prohi-
21 buiſſet detractionem Trebellianicæ.Nam † prohibitio illa arguit,teſtatoris animum fuiſſe conſtituere fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis & familiæ , vt ſcripſi ſupra in præſumpt.67.in duodecima coniectura.Verùm repugnare ad huc videtur,quo dici mininime poſſit ſignificationem aliquorum verborum ſtare debere in pendenti , atque ita pendere à futuro euentu:ſicuti hoc caſu,nempe,quòd illa verba, ſine filiis, intelligantur de ſolis maſculis , ſi contingat extare alios maſculos alterius ſubſtituti : ſi verò contingat extare ſolum fœminas,quod contineantur ſub prędictis verbis ſine filijs,etiam fœminæ.Reſpondetur,mirum non debere videri , quod pendeat à futuro euentu , an quid contineatur vel non contineatur ſub nomine aliquo:ſicuti videmus , ſubſtitutionem expreſſam vulgarem continere regulariter tacitam pupillarem: ſi tamen mater eſt in medio ab initio eam pupillarem non continet: ſi verò mater eſſe deſinit , non continet : ſicuti ſcribunt multi, quos commemoraui ſupra in præſumpt.39.

Cæterùm dubitari ſolet , an illis in caſibus, in quibus filiæ excludunt ſubſtitutum,debeant filiæ ipſæ eſſe hæredes, vel ſatis ſit eas extare , & ſi non ſuccedunt. Qua de re multa ſcripſit poſt alios Tiraquellus in l.ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos,numero 102.C.de reuocan.dona.

22 Secundum eſt huius diſputationis † caput , de nomine ſcilicet Communi vt puta liberorum , deſcendentium & ſimilium , quæ communia eſſe demonſtrauimus in ſuperiore præſumptione.

Hoc in capite , & ſi ita diſtingui poſſent caſus vt in præcedenti,attamen placet nunc conſtituere regulam,nomen commune poſitum in conditione ita comprehendere fœminas, vt maſculos , & ob id fœminas excludere ſubſtitutum . Ita in ſpecie reſponderunt Corneus in conſilio 230.numero ſexto verſiculo nec verbum, liberis.libro ſecundo.Iaſon.in conſilio 142.columna quarta verſiculo tertio moueor & columna ſeptima verſiculo vndecimò pro eadem parte libro ſecundo. Curtius Iunior in conſilio 49.numero quarto Alba in conſil. 19.numero ſeptimo & Rolan.in conſilio 82.numero 32.& numero 41.libro tertio

Receditur à prædicta regula coniecturis,& præſumptionibus,ſicuti reſponderunt Corneus in conſil.124.num.11.lib. 2.& Alba in d.conſi.19.num.7.

23 Prima eſt coniectura , quæ † colligitur , quando teſtator inſtituit filios maſculos , excluſitque filias. Nam tunc ſub nomine communi comprehendere noluit fœminas , & ob id ab eis non excluditur ſubſtitutus. Ita Crottus in conſilio 48.numero 42.lib.1.qui eiuſdem ſententiæ recenſet Caſtren.in conſilio 357.Riminal.Sen.ſic etiam reſponderunt in conſil.185. in fin.lib.1.& Rui. in conſilio 168.numero 12.lib.3.qui de eadem facti ſpecie interrogati , nempe circa teſtamentum Ioannis de Lignano celeberrimi iureconſulti reſponderunt. Hanc quoque coniecturam probarunt Rubeus in conſilio 62.num. 2.& Alba in conſilio 19.numero.9. Et confert quod dixi in præcedenti capite in quarto caſu.

24 Secunda eſt coniectura, quãdo † in ciuitate extat ſtatutũ, ꝙ ſtantibus maſculis, fœminæ nõ ſuccedãt. Nã tunc ſub nomine cõmuni,vt liberorum deſcendentiũ, & c.non continentur fœminæ ad ſubſtituti excluſionem.Hanc coniecturam in ſpecie probarunt Alex.in conſi.38.nume.7.libro 6.Cor.in conſi. 124.num.12.in.fi.libr.2.Riminal.Sen.in d.conſil.185.lib.1.& Crottus in d.conſ.48.nu.44.verſ.3.probatur.Et huc pertinent quæ ſcripſi in præcedenti capite in quarto caſu in fi.

25 Tertia eſt coniectura, quando † conſtat teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem & familiam. Nam & tunc ſub nomine communi fœminæ non continentur , atque ita ſubſtitutum non excludunt,vt in ſpecie reſponderunt Alexand. in dicto conſ.38.nu.6.lib.6.Alba in conſi.19.nu.11.& manifeſtius Rolan.in conſilio 82. numero. 33.verſiculo & in fortioribus terminis.libro tertio , qui numero 41.verſiculo vlterius dicitur,ſcripſit poſt Decium & alios,teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem & familiam,quando inſtituit maſculos, & fœminas excluſit : quemadmodum ſcripſi etiam ſupra in præſumptione ab hac ſecunda.

26 Quarta eſt coniectura , quando † teſtator in aliis ſubſtitutionibus ſemper vocauit maſculos. Hoc etiam caſu ſub verbo communi nõ continentur fœminæ ad ſubſtituti excluſionem.Ita in ſpecie reſponderunt Crottus in dicto conſilio 48.numero 47.Riminal.Sen.in dicto conſilio 185.numero 36.Rui.in dicto conſilio 168.numero 13.libro.tertio & Alba in conſilio decimonono numero duodecimo. Hæc tamen coniectura declarari & intelligi debet , vt explicauimus ſupra



ſuprà in præſumptione ab hac ſecunda in prima coniectura.

Non hic refero alias coniecturas, quæ poſſunt facilè deſumi ex his,quę ſcripſi in caſu pręcedenti,nec non & in ſuperiore præſumptione. Multæ enim ex illis caſui noſtro adaptari poſſunt. Nam de induſtria, aliis omiſſis, volui has quatuor in ſpecie huius verbi communis à pręcedentis Doctoribus conſideratas hoc in loco commemorare.

## PRÆSVMPT. LXXXVI.

Ius accreſcendi an ſit ex præſumpta atque coniecturata voluntate teſtatoris à lege introductum, accuratè explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Hæredes plures coniuncti re, & verbis qui dicantur.*
*Et qui dicantur verbis coniuncti, & quo iure vnus ſuccedat alteri repudianti.num.2.*
*3 Hæredes diſiuncti re, & verbis qui dicantur , & an ſuccedant per ius accreſcendi.*
*4 Ius accreſcendi an ſit à lege introductum ex præſumpta mente teſtatoris:per tot.*
*5 Ius accreſcendi atque decreſcendi fuit immediatè inuentum à lege atque,ab ea introductum,& habet locum in querela inofficioſi teſtamenti,& in bonorum poſſeſſ.contra tab.& num.9.*
*6 Ius accreſcendi habet locum in ſucceſſionibus ab inteſtato, & hoc caſu dicitur à lege inuentum, & non ex præſumpta voluntate teſtatoris.*
*7 Succedentes ab inteſtato cenſentur ſuccedere ex legis diſpoſitione, quæ fingit defunctum ita diſpoſuiſſe, & ideò dicuntur habere titulum legis.*
*8 Ius accreſcendi an habeant locum in ſucceſſione militis, qui quoquo modo vult,teſtari poteſt, & poteſt decedere parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
*10 Succedens per querelam inofficioſi teſtamenti, vel per contra tab. dicitur ſuccedere ab inteſtato,non autem ex teſtamento.*
*11 Ius accreſcendi præſumitur à lege introductum ex coniecturata mente teſtantis,quando agitur de ipſo iure ex diſpoſitione teſtatoris, & ſolùm ambigitur, an hæc diſpoſitio, quæ ipſum ius accreſcendi introduxit,fundata ſit in præſumpta mente teſtatoris.& num.ſeq.*
*12 Verbum,videtur,ſignificat fictionem.*
*13 Dictio,quaſi,improprietatem denotat.*
*14 Res vna,& eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
*15 Teſtator præſumitur velle ſuam voluntatem eſſe legis diſpoſitioni conformem.*
*16 Acceſſorium regulatur ſecundum naturam ſui principalis.*
*17 Lex præſumitur teſtatorem voluiſſe ſuam ipſam diſpoſitionem valere omni eueniente caſu.*
*18 Ius non decreſcendi an contineat ea omnia, & in eo concurrat, quæ in iure accreſcendi.*
*19 Ius accreſcendi an proueniat abſolutè à voluntate teſtatoris.*
*20 Ius accreſcendi quod lex ex præſumpta mente teſtatoris introduxit,an ſit diſpoſitio teſtatoris,vel legis.*

DEFVNCTORVM ſucceſſiones,vt notiſſimum eſt,vel ex teſtamento, vel ab inteſtato deferuntur. Cùm † teſtator plures hæredes facit, vel
1 pluribus legat, aliquando his verbis diſponit, Caium & Sempronium bonorum meorum hæredes facio:ij dicuntur coniuncti re, & verbis : & ob id ſi eorum vnus non ſuccedit,alter totum habet iure quodam,quod non deſcreſcendi appellatur.l.re coniuncti.vbi Bart.nume.3. de leg.2.& §.coniuncti.Inſtit.de legatis.l.vnica.§.vbi autem. C.de Caducis tollen.& l.ſi mihi & tibi.de leg.1.& l.triplici.ff.
2 de verbo.ſigni.Aliquando † verò ita loquitur teſtator,Caium hæredem facio pro dimidia bonorum meorum, & Sempronium pro altera dimidia,ij dicuntur verbis coniuncti , ſed re diſiuncti , & ob id ſi horum vnus partem ſuam repudiat alter totum conſequitur iure quodam , quod accreſcendi nominatur. dicta l. re coniuncti , vbi Bartol.numero decimoſexto. dicta l.triplici.ff.de verborum ſignifica.& dicto §.ſi coniun-
2 cti.& l.ſi quis.ff.de hæred.inſtit. Aliquando † verò ita ſtatuit teſtator,Caium hæredem facio in bonis meis Romæ exiſtentibus,Sempronium verò hæredem relinquo in bonis Venetię ſitis ij appellantur diſiuncti re, & verbis , ſed inter hos etiam certis caſibus locus eſt iuri accreſcendi.l.vnica.§.his ita.C.de caduc.tollend.

Cùm verò ſucceditur ab inteſtato, ſi plures ſunt futuri hæredes,vt putà duo,vel tres filij: & eorum vnus non vult ſuccedere,ea portio aliis defertur, iure , quod accreſcendi appellamus.l.qui ex duobus.§.vlt.ff.de acq.hæred.Barto.in l.re coniuncti.num.61.& 62.de leg.3.

4 Dubitari nunc † contingit,an ius hoc accreſcendi, vel non decreſcendi ſit à lege introductum ex præſumpta atque coniecturata mente defuncti hominis, qui bona vel hæredibus, vel legatariis reliquit? Cùm diſputatio hæc perplexè atque ſubobſcurè à noſtris pertractetur, nos aliquot caſus ad eius explanationem dilucidè conſtituemus. Sed prius ſciendum
5 eſt, ius † accreſcendi atque decreſcendi fuiſſe immediatè inuentum atque introductum à lege, vt in ſpecie affirmarunt Socin.in l.ſi mihi.& in princ.num.2.de leg.1.Decius in rubr. C.quando non peten.partes.in prima lectura.in princip.& in vltima lectura.in fine.ex l.ſi in teſtamento.in fine.ff.de vulg.& & pupil.ſubſtit.& in l.interdum.§.denique.ff.de hæred.inſtit. Et quia, (vt dicebat Decius) locum habet in quærela inofficioſi teſtamenti:& in bonorũ poſſeſſione contra tab. Id quod non eſſet, quando à lege inuentum & introductum non eſſet: ſicuti infrà dicemus. Eſt ſimile quod dicimus, diſpoſitionem. l.cum auus.ff.de condi.& demon.& l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.eſſe inuentionem,& introductionem legis immediatè:& ſi fundata ſit in præſumpta atque coniecturata mente teſtatoris.Ita quoque dicimus diſpoſitionem.l.iam hoc iure. ff.de vul.& pup.ſubſt.quod ſubſtitutio pupillaris tacita comprehendatur ſub vulgari expreſſa, inuentam & introductam fuiſſe à lege immediatè, & ſi fundata ſit in præſumpta atque coniecturata mẽte teſtatoris, vt ſuo loco aliquãdo explicauimus.His ſic explicatis diſtinguo atque conſtituo plures caſus.

6 Primus eſt,quando † agitur de ſucceſſione ab inteſtato : in qua quidem habet locum ius accreſcendi.l.qui ex duobus.§. vlt.ff.de acq.hæred.Hoc in caſu ius accreſcendi eſt ſolùm inuentum à lege,nec eſt in pręſumpta & coniecturata voluntate defuncti fundatũ. Ita ſcripſit Bolognetus in hac rub.C.quando non pet.partes.num 38.ex l.vnica.C.de his,qui ante apertas tab.ibi,*contra auitum deſiderium.*

Cæterùm diſſentire videtur Decius in l.vnica.num.4.in fi. C.quando non peten.partes.cùm dixit,ius accreſcendi habere locum in ſucceſſione ab inteſtato : quia ille moriens non condito teſtamento videtur tacitè vocaſſe ſibi ſuccedentes ab inteſtato l.ſi cum teſtamentum nullum.& l.conficiuntur. in princ.ff.de iure codic. Et dicitur quædam tacita diſpoſitio defuncti,egregiè Iaſ.in rub.ff.de lib.& poſth.num.13. Baldus Nouellus in l.cum filiofam.num.4.de leg.1.& Curtius Iunior in conſ.4.num.5.

7 Verùm † reſponderi poteſt, venientes ab inteſtato ſuccedere ex legis diſpoſitione,quæ fingit defunctum ita diſpoſuiſſe: Ita declarat Comenſ.in d.l.conficiuntur, de iure cod.& in l.1.num.10.de leg.1.& in conſ.84.col.1. Alex.in conſil.44.in fine.lib.5. & ideò ſuccedens ab inteſtato dicitur habere titulum legis.Baldus in l.ſi emancipati.8.oppo.C.de collatio.

8 Secundus eſt caſus,quando † agitur de ſucceſſione ex teſtamento,ſed illius,qui ad ſui libitum,teſtari & diſponere poteſt, vt putà de ſucceſſione ex teſtamento militis,qui poteſt,ſi vult quoquomodo teſtari.l.licet.C.de pact.& l.milites.C.de teſta. mil.& decedere pro parte teſtatus , & pro parte inteſtatus.l.ſi duobus.ff de milit.teſtam.

Hoc in caſu nõ eſt diſputandum, an ius accreſcendi habeat locum præſumpta mente teſtatoris,vel non:quia niſi expreſsè appareat locum eſſe ipſi iuri accreſcendi,illud omninò ceſſat. dicta l.ſi duobus.

Tertius eſt † caſus , quando agitur de iure accreſcendi ex
9 ſucceſſione teſtamentaria. Sed tamen contra diſpoſita ab ipſo teſtatore , vt putà in querela inofficioſi teſtamenti , vel in bonorum poſſeſſione contra tabulas. Vtroque enim in caſu locum eſſe iuri accreſcendi affirmat Decius in dicta rubrica.C.quando non peten.partes in vltima lectura.in fine.ex l.ſi duobus.in princi.ff.de bonorum poſſ.contra tabulas.& in l.ſi ponas.§.vltimo.ff.de inofficio.teſtamen. Hoc ſanè in caſu ius ac

ius accreſcendi non eſt fundatum in præſumpta voluntate teſtatoris. Ita ſenſit Decius præcitato in loco & in eadem rub. Bologne.nu.38.verſ.ſi verò ſumus: ita etiam intelligo Bero. in conſ.54.nu.23.lib.2. Ea eſt ratio, quia cùm portio ei delata veniat contra voluntatem teſtatoris.l.1.in prin.ff.de legatis præſtan.& l.vt liberis.C.de collatio dici non poteſt venire ex præſumpta voluntate teſtatoris: quia hoc modo implicaret contradictionem, contra l. vbi repugnantia.ff.de reg.iuris, cum ſimilibus.

10 Eſt & alia ratio, quia † ſuccedens per querelam inofficioſi teſtamenti, vel per contratabulas, dicitur ſuccedere ab inteſtato: non autem ex teſtamento, vt tradunt permulti in l.vt liberis. C.de collatio.& l.vlt.C.de teſta. Qua quidem in ſucceſ. ab inteſtato ius accreſcendi (vt diximus ſupra) non eſt fundatum in præſumpta mente defuncti.

11 Quartus eſt caſus, quando † agitur de iure accreſcendi ex diſpoſitione teſtamentaria, & ſolum ambigitur, an hæc legis diſpoſitio, quæ ipſum ius accreſcendi introduxit fundata ſit in præſumpta & coniecturata mente teſtatoris? Hoc caſu, ſine controuerſia dicendum eſt, fundatam eſſe in ea teſtatoris mente præſumpta. Ita Bar.in l.quoties.§.ſi duo.nu. . . . ff.de hæred.inſt.& in conſ.156.Titius,nu. . . lib.2.Bal.in l.cohæredi.§.qui diſcretas.in fi.ff.de vulg.& pupi.ſubſti.cùm dixit, quòd ex cōiunctione præſumitur tacita volūtas teſtatoris. Idē Bal. in l.ſi mihi & Titio in prin.ff.de leg.1.Caſtr.in l.ſi Titio.§.idē Iulia.nume.2.ff.de lega.2.qui manifeſtè dixit, in iure accreſcendi ineſſe tacitam voluntatem teſtatoris. Idem affirmarūt Are.in l.ſeruus communis ab extraneo in 2.notab.ff.de acq. hæred.Cur.Sen.in conſ.74.Rui.in rub.ſol.matr.nu.26.& in conſ.131.nu.8.lib.3.Iaſ.l.ſi in teſtamento.nu.5.ff.de vulg.Decius in rub.C.quando non peten.partes.in vltima lectura.nu. 15.qui communem eſſe opinionem aſſeruit.& ibidem Cagn. nu.21.& Bologne.num.38.in fi.Ripa in l.3.nu.17.ff.de leg.1. Alcia.lib.4.Paradox.c.8.Bero.conſ.11.num.24.& conſil. 57. num.26.lib.2.Socin.Iun.in conſ.139.col.pen.& in conſ.152. nu. , . lib.1.Zanchus in repe.l.hæredes mei.§.cum ita, in octaua par.num.287.ff.ad Trebell.Cephalus in conſ.59.num. 19.20.lib.1.& Natta in conſil.463.nume.15.lib.2.Vaconius. lib.4.decla.c.54.Pariſ.in conſil.17.num.41.lib.3.& Craue.in conſil.856.num.19. Et licet exiſtimem veram eſſe hanc ſententiam: attamen aliqua ſunt argumenta à Doctoribus non ſatis rectè conſiderata. Et primo affertur.l.ſi in teſtamento.ff. de vulg.& pup.ſubſt. Quæ tamen vix probat, quando quidem inquit legis diſpoſitione accreſcere: ſicuti etiam intellexerunt Decius in d.rub.C.quando non pet.partes, in vltima lectura in fi.& Ripa in l.Centurio nu.195.ff.eo. de vulg.& pup. ſubſt. Secundò adducitur tex.l.interdum.§.denique.ff.de hæred.inſtit.ibi, *hæreditas reſidua accedit, vt ex ſemiſſibus videantur ſcripti.* Verum poſſe reſponderi, quòd cùm loquatur per ver-
12 bum videatur, † quod ſignificat fictionem, l.1 §.deieciſſe.ff. de vi & vi arma. ſequitur, ibi non poſſe conſiderari præſumptam voluntatem teſtatoris, ſed legem ita fingere. Et hoc patet, quia ipſe teſtator aliter expreſſe diſpoſuerat. Tertiò ſuffragari videtur tex.l.ſi mihi & tibi, in Prin.de leg.1.iuxtà primum illum intellectum, quod ibi erant coniuncti re & verbis, ſed verè non probat, cùm nullum verbum ibi faciat Pomponius, quo iure illa portio legati accreſcat, vel diſpoſitione legis, vel teſtatoris. Quarto allegari ſolet tex.l.ſi Titio & Mæuio.§. 1.de leg.2, ibi, *quaſi ſubſtitutus.* Non enim qui venit ex iure accreſcendi dicitur propriè ſubſtitutus, ſed impropriè, vt ſignifi-
13 cat illa † dictio, quaſi, ſicuti ergo ſubſtitutus ſuccedit ex voluntate teſtatoris, ita & qui venit ex iure accreſcēdi, licèt ſubſtitutus habeat expreſſam, hic verò tacitam. Verùm is tex. loquitur de iure accreſcēdi in ſucceſſione ab inteſtato & ideo ille appellatur quaſi ſubſtitutus fictè, iuxtà l.ſi cum teſtamentū nullū. & l.cōficiūtur.in prin.ff.de iure cod.& ſenſit Cor.in d.§. Quintò affertur tex.l.ſeruus communis ab extraneo.ff.de acqui.hære. Verùm non probat. quandoquidem dicit, tacito iure partes ei accreſcere. Ius enim intelligitur de iure ipſo communi, non autem de diſpoſitione teſtatoris, Nam lex eſt, quæ ſine voluntate teſtatoris illum hæredem facit. Et ideò Caſtr.in l. ſi in teſtamento.numero tertio.ff.de vulgar.& pupil.ſubſtitu. inquit, quod dominus ſuccedens ex perſona ſerui in hæreditate à teſtatore relicta ſeruo, dicitur ſuccedere ex propria legis diſpoſitione, non autem ex teſtatoris voluntate. Qua de re infra aliqua dicemus. Sextò mouet me magis hæc ratio, is cui accreſcit portio deficientis, eam primam portionem obtinet ex diſpoſitione teſtatoris. Id quod certum eſt, & probat.l.ſi totam.ff.de acq.hæred.vbi. Ergo & ſecundam portionem ex
14 eadem diſpoſitione habere dicendum eſt, ne vna † & eadem res diuerſo iure cenſeatur, contra l.eum, qui ædes.ff.vſuca. Et quia qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.l.manumiſſiones.ff. iuſt.& iure. Et rurſus, quia coniunctio facta à teſtatore arguit talem fuiſſe teſtatoris voluntatem l.cohæredi.§.qui diſcretas.
15 vbi Bal.in fi.ff.de vulg. Et præterea, quia teſtator † videtur conformaſſe voluntatem ſuam cum legis diſpoſitione, iuxtà l. hæredes, mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.

16 Et rurſus argumentum † regulatur ſecundum naturā ipſius principalis, l.etiam.C.de iure dot. l.ſi ex toto, & l.quod in rerū.§.ſi quid poſt de leg.1.dixi cōſ.26.n.35. Et demū quia lex
17 credidit † teſtatorem voluiſſe ſuam ipſam diſpoſitionem valere omni eueniente caſu, l.3.ff.de milit.teſta.& in l.in teſtamento.C.eo.& diſſeremus infra ſuo loco. Cùm ergo potuerit euenire caſus, quod vnus ex cōiunctis in inſtitutione nō acceptaret portionem ſibi relictam, exiſtimauit lex, quòd teſtator eam voluerit alteri coniuncto relinquere, ne alioqui ſua diſpoſitio corruat; cùm non poſſit decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. Et idem in legato dicendum eſt: quandoquidem teſtator ex ea coniunctione ſignificauit (vt attigi ſupra) velle, quòd ſi vnus capere non poſſet, quod alter haberet.

18 Quod de iure † accreſcendi dictum eſt procedit & multo magis iure non decreſcendi, ad maiorem coniunctionem, & ſpecie tradunt Ripa in l.re coniuncti.num.7.de leg.3 & Bologne.in rub.C.quando non peten.partes.numero 39 verſiculo quartò confirmatur.

Cæterum ab hac communi ſententia receſſerunt Soci.Sen. in l.ſi mihi & tibi, in prin.nu.2.de leg.1.quem viſus eſt ſequi Ripa in l.1.num.129.ff.de vulg.& pup.ſubſt.idem ſenſit ipſe Ripa in l.ſi inſulam nu.60.de verb.oblig.dum dixit, ius accreſcendi eſſe legis diſpoſitionem. Idem etiam viſus eſt ſentire Alciatus in repe.l.4.§.Cato.numero 104.verſicu. primus caſus.ff.de verborum obli.dum & ipſe dixit, ius accreſcendi eſſe legis diſpoſitionem, vt infra explicabimus. His accedit Duarenus in tract.de iure accreſcendi.libro ſecundo.c.1.qui dixit, ius accreſcendi eſſe ex legis diſpoſitione, adhibita leui quadam præſumpta teſtatoris mente. Et ij quidem moti ſunt mul-
19 tis his argumentis Primò, (inquit Socinus) legis † diſpoſitio concurrit cum voluntate teſtatoris.

Ergo ius accreſcendi abſolutè nō prouenit à voluntate teſtatoris. Hæc argumentio nil concludit, vt etiam rectè aduertit Decius in dicta rub.C.quando non peten. partes.in vltima lectura.numero . . . . Non enim negant Doctores, qui communem opinionem tuentur, quin ius accreſcendi ſit ex legis diſpoſitione: imò id affirmant: Dicunt tamen legem ipſam id inſtituiſſe ex præſumpta mente teſtatoris.

Secundò motus eſt Socinus ex l.3.§.ſed & ſi coniunctim. ff.de legatis præſtan. Edictum prætoris eſt, quod irrito facto teſtamento à filio exhæredato, præſtari debent legata à teſtatore facta liberis & parentibus.l.1.ff.de lega.præſtan. Modo dicitur in d.l.3.§.ſed & ſi coniunctim, quod ſi coniunctim factum ſit legatum extraneo & vni ex liberis, vel parentibus, rupto teſtamento ſolùm conſeruatur legatum pro ea parte liberis vel parentibus factum: nec portio legati facti extraneo accreſcit illis liberis, vel parentibus. Non ergo portio accreſcens eſt ex præſumpta voluntate teſtatoris: alioqui ille ex liberis, vel ex parentibus caperet totum legatum tāquam à teſtatore ſibi relictum. Verùm, omiſſa Decij reſponſione, dicendum eſt, edictum prætoris de legatis præſtandis eſſe, vt ſolummodò conſeruentur & præſtentur legata immediatè facta liberis, vel parentibus, nec conſideratur cui acquiratur cum effectu ipſum legatum, ſed tantummodò perſona eius, cui legatum eſt, vt clarè dicitur in dicta l.3.§.hoc autem vbi legatum ſeruo vni ex liberis, vel parentibus non conſeruatur ex edicto prætoris. Et text.dicto §.ſed & ſi coniunctim.venit ampliando dicto §.hæc autem ſicuti ſignificant illa verba, ſed & ſi. Cùm ergo legatum coniunctim factum extraneo & vni ex parentibus dici non poſſit verè & immediatè factum ipſi ex liberis, vel ex parentibus, ea propter non conſeruatur. Non ergo hinc fit, quin portio alioqui accreſcens ex præſumpta voluntate



luntate teſtatoris accreſcat.

Tertio citat Socinus text.l.ſi in teſtamento.ff.de vulg.& pup.ſubſt.vbi dicitur, quòd portio iuris accreſcendi per legem vendicatur. Ergo non eſt (ait Socinus) ex iudicio & mente præſumpta teſtatoris. Cæterùm reſpondet Decius, id eſſe verum principaliter & immediatè, quia lex ius hoc accreſcendi introduxit, ſed tamen mota fuit lex ob tacitam quandam voluntatem teſtatoris. Vel etiam dici poteſt, quòd portio accreſcens vendicatur per legem, ideſt mediante actione à lege conceſſa. Quartæ & vltimæ argumentationi Socini ſatisfacit & rectè Decius in dicto rub.C.quando non peten. partes in vltima lectura.num. . . .

20 Quintus & vltimus † eſt caſus, an hoc ius accreſcendi, quod lex ex præſumpta voluntate teſtatoris introduxit, dici debeat diſpoſitio teſtatoris ſicque hominis, vel diſpoſitio legis? Huius diſputationis ſumma eſt vtilitas, vt ſtatim dicemus. Eſſe legis diſpoſitionem non autem hominis manifeſtè ſcripſerunt Ripa in l.ſi inſulam.nume.60.verſic.ſi verò partes.ff.de verbor.obligat. Alciatus in repet.l.4.§.Cato.nume. 104.verſic. primus eſt, de verbor.obligat.& præter eos idem ſenſit Bart.in l.ſi ſolus.in fin.ff.de acquirend.hæredi.& apertius reſpondit Cephalus in conſi.59.num.23.lib.1.idem ſenſit Duare.in tract.de iure accreſcendi.lib.2.cap.1.apertius Bero. in conſi.70.num.43.lib.1. Ea ratione moti ſunt, quod, ſi eſſet diſpoſitio teſtatoris, poſſet ipſe teſtator illud prohibere: quod tamen non poteſt. Verùm reſponderi poteſt, rationem hanc non eſſe generalem: cùm ceſſet in legatis. Et præterea multi ſcribunt, teſtatorem poſſe prohibere ipſum ius accreſcendi. Et præterea licet ius accreſcendi participet de voluntate teſtatoris: at tamen principalis cauſa & immediata eſt ipſa lex, quæ inuenit atque introduxit. Quæ ſanè cauſa attendi debet l.ſocium, qui in eo.§.1.ff.pro ſocio, cum ſimilibus. Verùm reſponderi poteſt, quod cauſa mediata magis attenditur quàm immediata, quando ipſa immediata eſt ad deſeruiendum ipſi cauſæ mediatæ, vt ſcripſi in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu.287.num.19.

Cùm ergo lex introduxit ius accreſcendi ob præſumptam teſtatoris volūtatem, vt eius diſpoſitionem validam reddat, dicendum eſt, cauſam ipſam mediatam, id eſt, teſtatoris diſpoſitionem eſſe magis attendendam. Quocirca Bolognetus in rub.C.quando non peten.partes.numero 38.in fine, & numero 3.ſcripſit, hanc eſſe diſpoſitionem teſtatoris. Et quamquam illius argumenta euitari facilè poſſint ex his, quæ ſuperiore caſu diximus: Nihilominus ſententiam hanc veriorem eſſe exiſtimo: Quandoquidem (vt dixi) lex ſecuta eſt præſumptam teſtatoris voluntatem, quam ita eſt interpretata, vt minus ſit ſcriptum quàm dictum, argu.l.cum auus.ff.de condit.& demonſtrat. & vt voluntati huic inſeruiret lex, ius ipſum accreſcendi introduxit: & propterea conſiderandum eſt, non id quod eſt, ſed id propter quod, iuxtà l.& ſi non ſint.§.perueniamus ff.de auro & argento legato. Et hanc ſententiam comprobat quod docuit Baldus in l.ſi emancipati. in octaua oppoſitione.C.de collat.cùm dixit, quod illa diſpoſitio legis appellatur, quæ introduxit, morientes ab inteſtato tacite quodammodo vocaſſe proximiores ab inteſtato ſuccedentes.l.ſi cum teſtamentum nullum, & l.conficiuntur, in princip.ff.de iure codicillorum. Dixit Baldus eſſe legis diſpoſitionem, quia vere hominis voluntas in ea nihil operatur: cùm vere nil diſpoſuerit moriens ipſe: & Baldum ſecuti ſunt Alexand.in conſilio quadrageſimo quarto, in fin. lib.5.& Crauet.in rubrica.ff.de legatis primo, numero decimonono, & alios commemoraui ſuprà in preſumpt.dum explicaui dicta l.conficiuntur. Cùm autem in iure accreſcendi teſtatoris diſpoſitio aliquid operetur, ob coniunctionem ab eo factam, dici debet hæc diſpoſitio hominis, non autem legis. Nec dici debet iſto in caſu teſtatoris diſpoſitio permiſſiua tantum, vt dicebat Cephalus in dicto conſilio quinquageſimonono numero vigeſimoprimo, ſicuti illa quæ conſideratur in moriente ab inteſtato. Eſt enim verius diſpoſitiuam eſſe, cùm lex præſumat eum ita diſpoſuiſſe. Hinc infertur non ſatis rectè reſpondiſſe ipſum Cephalum in dicto conſilio quinquageſimonono numero vigeſimoquarto cum ſubſequentibus lib.1.& eodem in caſu Nattam in conſi.463. numero decimoquinto lib.2. Cùm dixerunt, ſtatutum Papiæ in ciuilibus ſub rubr.quod maritus non poſſit relinquere vxori vltra vſumfructum, intelligi ſolùm quando immediatè ipſe maritus legaret ipſi vxori vltra vſumfructum: ſecus verò quando ſucceſſio teſtatoris, repudiante cohærede proprietario accreſceret ipſi vſufructui relicto, cùm portio ipſa accreſcens (dicebat Cephalus) non ex diſpoſitione mariti teſtatoris, ſed ex diſpoſitione hominis proueniat. Ex prædictis conſtat, minus rectè reſponſum ita fuiſſe. Et repugnat etiam ipſa ratio ſtatuti, quæ fuit, ne agnati & familia teſtatoris priuaretur ſucceſſione bonorum.

## PRÆSVMPT. LXXXVII.

### Subſtitutus quando & quibus ex coniecturis præferatur coniuncto, & econtra diligenter explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio eſt potentior iure accreſcendi.*

2 *Voluntas expreſſa anteponitur præſumptæ.*

3 *Subſtitutio etiam inutilis fauore alicuius perſonæ facta excludit ius accreſcendi.*

*Secus ſi ſubſtitutio eſſet nulla ipſo iure.num.4,*

5 *Subſtitutio vulgaris tacita, quæ ſub expreſſa pupillari continetur, excludit ius accreſcendi.*

*Et hoc etiam, quando coniunctus, qui vellet ſuccedere per ius accreſcendi, eſſet filius ipſiuſmet teſtatoris, quia ipſi antefertur ſubſtitutus, num.6.*

*Secus ſi coniecturis & præſumptionibus appareat, teſtatorem voluiſſe præferre coniunctum ſubſtituto: & quibus coniecturis id appareat.num.7.& ſeq.*

8 *Inſtitutus quando eſt etiam ſubſtitutus, ex præſumpta mente teſtatoris ſuccedit ex iure accreſcendi, excluſa ſubſtitutione.*

9 *Filij teſtatoris ſi ſunt inſtituti, & eis datus eſt ſubſtitutus extraneus, ſuccedunt inuicem ex iure accreſcendi excluſo ſubſtituto.*

10 *Hæres ex diuerſis partibus inſtitutus, ſi in aliqua parte habet ſubſtitutum, & adit hæreditatem ex ea parte, in qua non habent ſubſtitutum, alia pars ei accreſcit excluſo ſubſtituto.*

11 *Subſtitutio ſi eſt tacita, & alia adminicula concurrant, non excluditur ius accreſcendi, & ſic coniunctus præfertur ſubſtituto.*

12 *Teſtator pluribus inſtitutis ſi dixit, ſi ij hæredes non erunt, Caium ſubſtituo, ſi vnus inſtitutorum non ſuccedit, alij ſuccedunt excluſo Caio ſubſtituto.*

13 *Coniuncti ſubſtitutum excludunt, ſi teſtator dixit, Caium, Mæuiū & Sempronium hæredes facio, & ſi hæredes ij nō erunt, Seium ſubſtituo,*

CVM ſuperiore diſputatione expoſitum ſit ius accreſcendi à lege introductum fuiſſe ex præſumpta voluntate teſtatoris, quæ alioqui voluntas tacita appellari poteſt, conſequens eſt, vt hic diſſeramus, ius ipſum accreſcēdi excludi à ſubſtitutione. Eſt enim † ſubſtitutio potentior ipſo iure
1 accreſcendi, ob id excluditur à ſubſtitutione ipſa: ſicuti tradunt Bart.in l.re coniuncti.numero 33.ff.de legat.3.quem ibi ſecuti ſunt Crottus.num.48.Ruinus num.5.Iaſ.num.154.Rip. nume.125.Decius in rub.C.quando non peten.partes, in vlti. lectura.nume.8.& ibidem Ioan.Bolognetus num.12.Ludouicus Bologninus in conſil.66.Cagnolus in l.vnica. num.54.C. quando non peten.partes.tum Berous conſil.66.nume. 20.& 33.lib.2.Ex l.vlt.in princi.ff.de vulg.& pup.ſubſt.l.2.§.ſi duo. ff.de bonor.poſſeſ.ſecundum tab.& l. vnica.§.in primo & §. pro ſecundo.C.de cad.tollen. Et ratio afferri ſolet, quod ſubſtitutus habet teſtatoris voluntatem ab ipſomet expreſſam coniunctus verò tacitam, hoc eſt præſumptam à lege. Eſt au-
2 tem certum, quod † voluntas expreſſa anteponitur præſumptæ.l.cum filio.ff.de vulga.& pup.ſubſti. alias rationes commemorat Ioan. Bolognetus in d.rubr.C.quando non peten. partes.num.42.

Hęc ſententia multo magis procedit, quando teſtator, dato ſubſtituto, prohibuit ius accreſcendi. Ita Angel.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.3.& ibi Soc.Iun.num.79. Et hoc quidem ſi manifeſtę prohibuit, alias in dubio non præſumitur prohibuiſſe.

prohibuiſſe.Imola l.quoties.§.ſi duo.de hær.inſtit.Rui.conſ. 28.num.2.& conſ.91.num.15.lib.2.

3 Extenditur primo † hæc ſententia, vt locum habeat etiã, quando ipſa ſubſtitutio inutilis eſſet fauore alicuius perſonæ, vt puta poſthumi. Nam adhuc excludit ius accreſcendi. Ita Bar.in l.pen.nu.3.ff.de iniuſto rupt.& irrito facto teſta.& ibidem Bal.Imola in l.quoties.§.ſi duo.ff.de hæred.inſt. Cor. in conſ.239.num.2.lib.2.Soc.Sen.in l.1.num.48.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Rui.in l.Gal.§.& quid ſi tantum.nu.... ff.de lib.& poſth.Politus in l.re coniuncti.n.59.de leg.3.idem in tract.de ſubſti.num.23.in 3.effectu.Duar.in tract.de iure accreſcendi. lib.2.cap.16.verſ.quod igitur dicimus. Bolo.in rub.C.quando non petentium partes.nu.42.in fi. Et ij quidem adducti ſunt tex.l.quidam teſtamento.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& l.pen.ff. de iniuſto rupto.

Ea etiam ratione vſus eſt Bal.in d.l.pen.quem Imola & alij ſecuti ſunt,quia nullus eſſet fauor poſthumi,vel alterius perſonæ,cuius fauore redderetur nullum teſtamentum, ſi locus eſſet iuri accreſcendi.

4 Quando † autem ſubſtitutio eſſet nulla ipſo iure,non impeditur ius accreſcendi,vt Baldus & alij tradunt.

5 Extenditur † ſecundò, vt procedat etiam in ſubſtitutione vulgari tacita,quæ ſub expreſſa pupillari continetur.Nam illa adhuc excludit ius accreſcendi.Ita Bal.in l.vlt.nu.53.C.de hæred.inſt.& ibidem Alex & Iaſ nu.9.& Io.Bolognetus in d. rub.C.quando non peten.partes.num.42.in fine reiecta contraria opinione Rui. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liberis & poſthumis.

6 Extenditur tertiò,vt † locum etiam habeat,quando is coniunctus,qui vellet ſuccedere per ius accreſcendi , eſſet filius ipſiuſmet teſtatoris.Nam adhuc ei anteſertur ſubſtitutus. Ita Iaſ.in l.ſi poſthumus.§.quod vulgo.in fi.ff.de liberis & poſthumis.

7 Declaratur primo , vt locum † non habeat hæc ſententia, quando præſumptionibus & coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe præferre coniunctum ſubſtituto.Ita Bar.in l.quidam teſtamento,numero ſecundo.ff.de vulgar.& pupil.ſubſt.vbi Imola & Alexander & Iaſon nu.2.Idem.Bart.in l.re coniuncti.num.33.de leg.3.

Idem reſponderunt Ludouicus Bolo.in conſil.66.nume.3. & Bero. in conſ.11.num.24.& numero 28.& in conſil.57.nu. 25.lib. 2.

8 Prima eſt coniectura † & præſumptio quando idem inſtitutus eſt ſubſtitutus. Nam tunc ex præſumpta voluntate teſtatoris & iure accreſcendi ſuccedere debet, excluſa ſubſtitutione.Ita Bald.in l.teſtamento.numero 1.C.de impub.& aliis ſubſtit.& ibidem Iaſ.num .... & Decius num.15.Idem Bald. in l. penult.ff.de iniuſto rupto teſtam.Iaſ. in l.re coniuncti. num.162.de legat.3. Bologne.in rub.C.quando non pet.par. num.43.adducti text.dicta l.teſtamento:ac etiam ea ratione, quia tunc ſubſtitutio fit ad augendum ius accreſcendi. Et ratio rationis eſt,quia ſi non eſſet ius accreſcẽdi,abſurdum ſequeretur,quod,ſcilicet teſtator ille poſſet decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.

9 Secunda eſt coniectura † & præſumptio, quando filij teſtatoris eſſent inſtituti, quibus datus eſſet ſubſtitutus extraneus. Nam tunc filij illi iure accreſcendi inuicem ſuccedunt, excluſo ſubſtituto.Ita Bar.Imola & Alexand.in l.quidam teſtamento.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.Bologninus in dicto conſ. 66.num.3.Bero.in dicto conſil.57.num.25.lib.2.Ex text.dicta l.quidam teſtamento.

Verum Bald.in d.l.quidam teſtamento ſcripſit text.illum procedere, quia illo in caſu ceſſabat voluntas ſubſtituendi, atque ita deficit ſubſtitutio. Cùm præſumptio ſit,teſtatorem prædilexiſſe filios, atque ita voluiſſe eos anteponere extraneo ſubſtituto,iuxta l.cum auus.ff.de cond.& demonſt.

Præterea ſcribit Duarenus in tract.de iure accreſcendi.li. 2.cap.19.in caſu.dicta l.quidam teſtamento,id eſſe,non quod coniunctus præferatur ſubſtituto,ſed quia ſubſtitutionis conditio non euenit.

10 Tertia eſt coniectura † & præſumptio , quando hæres ex diuerſis partibus inſtitutus, in aliqua parte habet ſubſtitutũ, & adit hæreditatem ex ea parte,in qua non habet ſubſtitutũ. Nam tunc alia pars ei accreſcit,excluſo ſubſtituto.Ita Bar.in l.ſi ſolus.num..... ff.de acquiren.hæred. & Iaſ.in l.vnica.C. quando non peten.partes.

Et ij adducti ſunt textu dicta l.ſi ſolus, quem ſic intellexerunt.Bolognetus tamen in dicta l.vnica.num.17.ſcripſit in caſu.dicta l.ſi ſolus.id contigiſſe, quia ibi non erant tres ſubſtitutiones, ſed vna tantum, & illam multiplicationem factam fuiſſe cauſa demonſtrandi, vt apud eum.Quę ſanè interpretatio fuit Caſtr.ibid.& Ripæ in l.re coniuncti.nu.125.de leg. 3.& aliorum quos recenſet Rimin.Iunior in d.l.vnica.num. 58.C.quando non pet.par.

11 Quinta eſt coniectura † & præſumptio, quando ſubſtitutio eſſet tacita,& alia adminicula concurrerent.Nam tunc ex præſumpta mente teſtatoris præfertur ius accreſcendi ſicq; coniunctus,vt in caſu.l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit. vbi Bart.nu. 9.Caſtr.num.5.& Iaſ.num.6.qui copioſè diſſerunt.

12 Sexta eſt coniectura † & præſumptio,quãdo teſtator plures ita inſtituit, ſi ij hæredes non erunt : tunc Caium ſubſtituo.Hoc enim caſu,ſi vnus inſtitutorũ non ſuccedit,alij ſuccedunt,excluſo ſubſtituto. Ita Barto.in l.hæredes mei.§.cum ita.num.5.ff.ad Trebel.& ibidem Caſtr.num.4.Soci.Sen.in l. 1.num.51.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. Crottus in l.re coniuncti. nume.169.de leg.3.Soc.Iun.in d.§.cum ita.num.72.

13 Septima eſt coniectura † & præſumptio,qua coniuncti ob ius accreſcendi excludunt ſubſtitutum,quãdo teſtator ita diſpoſuit.Caium,Mæuium & Semproniurn hæredes facio,& ſi hæredes ij non erunt, Sæium ſubſtituo. Hoc in caſu morien te vno.vel duobus ex coniunctis , ſuperſtes ſuccedit ex iure accreſcendi , excluſo ſubſtituto , qui non niſi omnibus illis coniunctis repudiantibus hæreditatem, vel mortuis, ea non adita,non admittitur.Ita Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.nu. 5.ff.ad Trebel.& ibidem Caſtr.nu.4.Ripa num.102.& Socin. nume.72.qui quidem Socinus.communem eſſe opinionem aſſeruit,& eandem probarunt Crottus in l.re coniuncti.nu. 169.de legat.3.Socinus Iunior in l.1.num.51.ff.de vulg.& pup. ſubſt.& plura ſcripſit Berous in d.conſi.66.& num.22.& nu. 34.lib.2. Qua de re diſſeremus infra in præſumpt.vbi explicabimus,quando pluraliter reſoluatur in ſingularitates.

## PRÆSVMPT. LXXVIII.

### Familia, genere, ſtirpe, linea, domo parentibus Cippo , & agnatione à teſtatore vocatis & ſubſtitutis, de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtator vocando familiam, genus, ſtirpem, lineam , domum, parentes , & huiuſmodi, quos vocaſſe præſumatur in ſubſtitutione, an illos de domo ſua, an verò illos de domo hæredis.*

*Et dato quòd intelligatur de familia teſtatoris, an hoc intelligatur in genere vel in ſpecie,num.2.*

3 *Familiæ nomine veniunt etiam fœminæ: ſecus ſtante ſtatuto, quòd ſtantib. maſculis fœminæ excludantur num ſeq.*

4 *Priuilegium conceſſum familiæ comprehendit etiam fœminas nuptas.*

5 *Fideicommiſſum ſi ſit relictum familiæ pro eius conſeruatione. fœminæ excluduntur. quæ familiam conſeruare non poſſunt : nec continentur, monachi, & alij religioſi, nec illegitime nati.*

6 *Vxor in fauorabilibus continetur nomine familiæ: ſecus in odioſis.*

7 *Genus an differat à familia: & qui dicantur eſſe de genere alicuius.*

*Quòd genus ſumitur aliquando large, vt includat totam parentelam: aliquando ſtrictè, vt comprehendat agnationem.num.8.*

9 *De ſtirpe qui dicantur , & cum teſtator vocat ſtirpem , vel ſtatuit bona debere conſeruari in ſtirpe, qui contineantur.*

*Et an fœminæ ſub hoc nomine comprehendantur remiſſ. nu.10.*

11 *De linea qui dicantur, & cum teſtator vocat lineam, vel dicit bona conſeruari debere inter eos qui ſunt de linea, qui comprehendantur.*

12 *Domus , nomen communi ſignificatione deſignat domum in qua habitamus : ſignificat & familiam , quando teſtator relinquit domui.*

*Et qui veniant appell. eorum de domo.*

*Quòd illegitimè nati non veniunt appella. domus.num.13.*

*Secus*



*Secus ſi communis vſus aliter admittit. 14.*

*Et an comprehendantur fœminæ. 15.*

16 *Conſortes qui dicantur , & eorum appella. qui veniant, nu.ſeq.*

17 *Maritus & vxor ſunt duo in carne vna , & dicuntur ſocij diuinæ & humanæ domus.*

18 *Parentes qui propriè dicantur ſecundum vulgarem hominum appellationem.*

15 *De Agnatione qui dicantur, & quando teſtator vult , bona ſua conſeruari debere in agnatione, qui comprehendantur.*

16 *Agnationis nomen eſt latiſſimum , & quid differat à linea , vel familia.*

17 *Cippus quid denotet, & qui veniant appellatione illorum de cippo , quando teſtator dixit velle , bona ſua peruenire ad cippum ſuum.*

*Et an comprehendantur fœminæ.*

1 DISPVTATIO † eſt frequens & valdè vtilis, quãdo teſtator vocat vel expreſsè, vel tacitè genus,familiam, ſtirpem, domum, cippum,lineam, vel agnationem , qui vocati præſumantur de? his multa ſcripſit doctiſ.Mantica in lib.8.de coniecturis vltimarum volunta.tit.13.Dicam & ego aliqua non omnino cõtemnenda.Multæ hic diſputationes exoriuntur, quarum prima eſt,an in dubio intelligatur teſtator vocaſſe proprium genus familiam , ſtirpem, cippum, domum,lineam , vel agnationem,vel illa hæredis, cum verba à teſtatore referri & intelligi poſſunt tam de familia hæredis quàm teſtatoris, vt putà ſi à notario ſcriptum eſt : Et dictus teſtator vltimo loco ſubſtituit proximiorem generis ſui , vel ſuæ familiæ ? Hac in re dicendum eſt,præſumi teſtatorem intellexiſſe de genere& familia propria,non autem de illa hæredis. Ita manifeſtè docuit Ripa in l.ex facto in prin. num. 6. verſ. ego autem reſpondi.ff.ad Treb.quem ſecutus ſum in conſ.106.nu.2:2.Nõ

2 hic refero rationes,quibus motus eſt Ripa.Secunda eſt † dubitatio,admiſſo , intelligi debere de familia teſtatoris , quomodo intelligi hoc debet, an ſcilicet de familia teſtatoris in genere,vel in ſpecie.In ſpecie enim dicitur illa,quæ continet ſolùm deſcendentes ab ipſo teſtatore , in genere verò quæ comprehendit alios, vt puta agnatos & ſic tranſuerſales,l. pronuntiatio.§.familiæ.ff.de verborum ſignifi.& ibidem Alciatus & reliqui , & ſcripſi in conſilio 233. numero 15. libro 3.Cùm in dubio verſamur,intelligitur teſtator vocaſſe familiam in ſpecie, & ſic ab eo deſcendentes. Ita reſponderunt Soc. Sen.in conſ.249.num. 11.lib. 2. quod reſponſum eſt etiam relatum inter conſilia Curtij Senio. in conſ. 40.nu. 14.& 15. & alij,quos retuli in d.cõſ.233.nu.16. vbi ratione,cõprobaui. Idem latè reſpondit Soc.Iun.in conſi.97.nu.64 lib.2.Nec repugnat quod contrarium reſponderit Hiero.Gabriel in conſilio 132.nu.58.verſ.ſed contrarium eſt verius.Cùm dixit, debere intelligi de familia propria teſtatoris reſpectu hæredis, qui de aliena familia ſit, non autem de propria teſtatoris, vt includat ſolùm ab eo deſcendentes, atque ita de familia effectiuè, ſed de illa, quæ dicitur contentiuè, id eſt ſub qua continetur ipſe teſtator , vt ſcilicet comprehendat agnatos ſicque tranſuerſales , qui deſcendunt ab eodem aſcendente, à quo deſcendit & ipſe teſtator : quemadmodum de linea contentiuè infrà dicemus.

Non inquam repugnat hæc conſideratio, ſi quidem Alex. in conſilio 213.columna 2.lib.3.& Deci.in conſil.321.nu. 8.allegati à Gabriele,nihil,quod ad rem noſtrã pertineat , ſcripſerunt.Socinus verò in d.conſilio 249.num. 12.lib. 2. ab eodem Gabriele allegatus ; ſolum negat teſtatorem vocantem familiam intellexiſſe de propria ad excluſionem alterius, nempè illius hæredis quæ erat diuerſa , & ſi eiuſdem quodammodo nominis.Non tamen dixit Socinus , quod debeat intelligi de familia contentiue,vel effectiuè:atque ita , an in genere,vel in ſpecie:De hoc enim non erat diſputatio ſuo illo in caſu: ſatis ei fuit demonſtrare , teſtatorem ſenſiſſe de propria ſua familia, non autem de illa hæredis. Qua de re diximus ſupra. Hæc autem ſententia procedit multo magis , quando dictum fuit, quod bona conſeruentur in familia ipſius teſtatoris. Nam tunc de ſuis deſcendentibus tãtum debet intelligi. Ita & rectè Baldus quos refert & probat Gabriel in d.conſ.131.num.60.

3 Sub hoc nomine † familiæ continentur etiam fœminæ.l. vlt.C.de verb.ſignif.Angelus in conſ.191. in fin. Corneus in conſ.230.num.11.lib.3.Pariſ.in conſ.51.nu.12.lib.2.Quo circa

4 † priuilegium conceſſum familiæ comprehendit fœminas etiam nuptas.Ita Rebuffus in l.pronũtiatio.§. mulier autem, de verb.oblig.qui etiam de deſcendẽtibus loquitur. Id quod intelligitur , niſi extat ſtatutum , quo fœminæ excluduntur, exiſtẽtibus maſculis.Nam tunc ſub nomine familiæ nõ continentur fœminæ,donec extant maſculi. Ita poſt Ancharanum, Socinum & Ruinum reſpondit Cephalus in conſ. 252. num.23.lib.2.

5 Ita pariter,quando † teſtator reliquit fideicommiſſum familiæ , pro eius conſeruatione , ſub eo familiæ nomine non comprehenduntur fœminæ , quæ familiam conſeruare non poſſunt.Ita in ſpecie reſpondit Hieronymus Gabriel in cõſ. 132.num.38.lib.1.poſt Corneum,Ruinum & alios plures. Sic quoque non continentur monachi & reliqui religioſi , qui familiam teſtatoris conſeruare nõ poſſunt, quemadmodum copioſè ſcripſi ſupra in præſumpt. 82. in quarta coniectura. Ita quoque non continentur illegitimè nati, quos Baſtardos appellamus, vt dicemus infrà, dum diſſeremus, qui cõtineantur appellatione illorum de domo.

6 Familiæ † etiam nomine cõtinetur vxor in fauorabilibus, vt ſi teſtator reliquit alicui alimenta pro ſe & eius familia, ſecus in odioſis , vt ſi familia alicuius expelli debet è ciuitate, vxor non continetur.Ita Alb.in d.l.pronuntiatio.§. familiæ, & ibidem Petrus Rebuffus.

7 Genus, † nil à familia differre ſcripſit Ripa in l. ex facto, in pr.num.6.ad Treb. Et manifeſtius docuit Baldus in repe. cap.ſi pater in teſta.in 6.quòd illi dicuntur eſſe de genere alicuius qui ſunt de illius agnatione. Idem ſcripſit Romanus in rubr.ff.ad S.C.Syllania.cùm dixit,eum dici de genere,qui ex linea maſculina deſcendit Caſtr. verò in l. 1.ff. de probatio.

8 docuit.Genus † ſumi largè & ſtrictè, largè vt includat totam parentelam: ſtrictè vt comprehendat agnationem. Cæterum Tiraquellus in tract. de retractu conſang.§.1.glo.9.num.241. tradit generationis nomine contineri natos & deſcẽdentes ex fœminis. Idem affirmarunt Beroïus in conſ. 120. num. 34. lib.2.& Iulius Clarus in §.emphyteuſis.q.36. Et quod illis de generatione relictum debeatur etiam cognatis,ſicque deſcẽdentibus ex fœminis reſpondit Crauet. in conſil.180.num.1. Quæ itaque de familia diximus, & de agnatione infra dicemus,ad caſum noſtrum facilè adapatari poſſunt.

9 Stirps.Cum teſtator † vocat ſtirpem,vel ſtatuit, bona debere conſeruari in ſtirpe, dicendum eſt, contineri ſolùm à ſe deſcendentes, non autem collaterales: cum ſtirps propriè dicatur incipere ab ipſomet patre teſtatore.Ita probat.l.ſi quis in ſuo in pr.C.de inof.teſta.& ad rem tradunt Imola, in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,num.5.ff.ad Treb. Philippus Francus in cap.ſi pater,num.227.de teſta.in 6.Soc.Sen. in conſil. 104. colum.3.numero tertio,verſic.confirmatur etiam.lib.3.Pariſius in conſ.87.numero 24.lib.3.& in conſ. 35. colum.1. lib.3. & Alciatus in reſp.546. colum.ſecunda , verſic. non obſtat, quod cum teſtator:quos ſecutus ſum in conſ.327. numero 31.

10 & in conſ.376.num.33.lib.4. Et an fœminæ † ſub hoc nomine comprehendantur latè explicat Pariſ.in d.conſ. 35. col. 1. lib.3.

11 Linea.Cum teſtator † vocat lineam, vel dicit, bona debere conſeruari inter eos, qui ſunt de linea, ſolemus dicere , lineam conſiderari altero de duobus modis, nempè effectiuè, & contentiuè.Effectiuè dicitur, cuius origo & cauſa efficiẽs eſt ipſe teſtator pater , atque ita comprehendit ſolummodo deſcendentes ab ipſo patre.Contentiuè autem ſumitur linea patris,ſub qua pater ipſe continetur. Et hæc comprehendit non ſolum ipſum patrem & eius deſcendẽtes & eorum deſcendentes,ſed etiam tranſuerſales.Ita auctoritate multorum reſpondi in conſ.233.num.18.lib.3.

In dubio quando ſumus in odioſis, intelligitur de linea effectiua atque ita de deſcendentibus, non autem de tranſuerſalibus.Ita Baldus in conſ.321. ſtatuto cauetur , quod hæres, lib.1.Ancha. in conſ.95.num. 7. Corneus in conſ. 92. colum.

 vlt.

vlt.& conſi.198.col.vlt.lib.3.Socinus Sen.in conſil. 33.nume. 10.lib.3.Ruinus in conſi.98. numero quarto. lib. 1. & Decius in conſi.379.nume.4.& 5.qui ambo de eadem facti ſpecie interrogati reſponderunt, quòd linea eſt propriè illa, quæ recta eſt,& non collateralis,ſeu tranſuerſalis. Idem manifeſtè reſpondit ipſe Ruinus in conſilio 153.num. 10. lib. 2.Ita quoque Craue.conſil.656.num.5.qui alios refert.ſic & Soc. Iun. in conſ.97.nu.66.lib.2.

Et traditionem hanc ſecutus ſum in d conſ. 233. num. 19. quo loci nume.20.& nume. 21. ſcripſi hoc ſine controuerſia procedere, quando dictum fuit quod conſeruaretur in linea ipſius teſtatoris:cùm illud pronomen ſignificet perſonalitatem.Et in ſpecie ſic reſpondit Rui.in d. conſ. 153. num.11.lib. 2.poſt Baldum,quem recenſet.Idem ſenſit Hiero. Gabrie.in conſil.132.num.6.

Cæterùm diſſentit Comen.in conſi.2.num. 4. qui reſpondit, quod quando conſtat teſtatorem voluiſſe conſeruari agnationē,ſub nomine lineæ continentur etiam trāſuerſales.

Declaratur non procedere quando aliàs verba eſſent ſuperflua,Craue.conſ.656.nu.6.

12 Domus† hoc nomen,domus,ſignificat multa,vt poſt alios ſcripſit Soci.Iun.in conſil.94.numer. 9. lib.1. Nam ſignificat domum,in qua habitamus: & communis quidem eſt ſignificatio.l.in lege cenſoria.ff.de verb.ſignif.& l.nec in ea. ff.ad l. Iul.de adulte.& tradit Rebuffus,quem mox referam. rurſus ſignificat & familiam:ſicuti quando teſtator reliquit domui, vt ſi inſtituit domum,puta, Bardorum, continentur omnes, qui ſunt familia ipſa Bardorum.Ita Bar.in l.vnica.nu. 4.C.de conducto.& procura.prædi.fiſci.lib.11.Calcaneus in conſi.8. num.3.& copioſè Socinus Iun. in d.conſil.94.num.9.lib.1.ſic quoque quando teſtator reliquit alimenta Caio & his, qui de eius domo ſunt, intelligitur legaſſe qui ſunt ex familia ipſius Caij tam fæminis quàm maſculis, & tā filijs legitimis quam naturalibus.l.cum auus.in prin.vbi glo. & Doct. ff.de alim.& ciba.lega.& tradit in ſpecie Rebuffus in l.pronuntiatio.§.iure proprio.ff.de verb.ſignif.Cæterùm ſi diſpoſitio reſpicit nobilitatem, aut aliam qualitatem: tunc appellatione domus intelliguntur illi omnes, qui ferunt eadem arma & inſignia.Ita de eadem facti ſpecie interrogati reſponderunt Alex.in conſi.213.num.3.lib.6.& in conſi.91.nu.5. lib.7. Calcaneus in d.conſi.8.nu.3.& num.7.

Idem affirmarunt Corn.in conſ.216.nu.4.lib.2.& in conſ. 26.nu.3.& in conſi.51.num.6.lib.4.Goza.conſ.45. num.9.Rebuffus in d.§.iure proprio:Marza.conſi.1.num.10.& Craue.in conſi.800.num.5.Verùm inter eos tamen, qui ſunt de domo atque ita qui eadem deferunt arma & inſignia, quoad ſucceſſiones in fideicommiſſis datur certus ordo, vt proximiores admittantur.Ita Cor.præcitatis in locis.

13 Quocirca illegitimè † nati,qui ferre non poſſunt arma & inſignia familię patris,ſub nomine domus,ſeu illis de domo, hoc in caſu non continentur, vt ſcribunt Bar.in l.tutelas.in prin.ff.de capit.dimi.Bal. in l. vlt. C. de verb. ſign. Cor.in d. conſi. 216.num.4.lib.2.& alij multi congeſti à Tiraq.in tract. de nobi.c.15.num.11.& in tract.de retractu conſang.§.1.glo.8. num.6.& accedunt Cor.in conſil.200. num. 10. lib.4.Gra.in conſil.6.num.4.lib.2.Deci.in conſi.365.num. 2. & ſi Pariſ.in

14 conſil.58.nume.41. lib. 4. aliter ſcripſit Hoc † tamen locum non habet, quando vſus ipſe communis admittit, quod ij illegitime nati ferre poſſint inſignia domus & familiæ, eiúſque nobilitatis commoda retinere, ſicuti apud Delphinates obſeruari teſtatur Boe.in q.127.in fi.

15 Et præterea † hoc in caſu, quando ſcilicet relictum aliquid eſt illis de domo, pro conſeruatione agnationis & familiæ, ſub illo nomine,domus, fæminæ non continentur. Ita reſponderunt Cor.in d.conſil. 26.num.4.lib.& Goza. in conſil.45.num.10.

16 Conſortes. Hoc † nomen tres habet ſignificationes, prima quarum eſt vt ſignificet eos, qui ſunt participes fælicitatis & infortunij:ſicuti maritus & vxor ob id conſortes appellantur, quia vnam eandémque ſimul ſubeunt ſortem: ſicuti ſcribunt Bal.& Sali.in l. dudum. C. de contrah. emptio. quos ſecuti ſunt Lau.Pala.in tract.Quod ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant.nu.198.& Goza.in conſi.79.nu.1.cum

17 enim † maritus & vxor ſint duo in carne vna, & conſequēter vnum corpus.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus. ff.ſol.matr.ca. dixit Sarra.34.q.2.inde ſequitur, participes fore boni & mali,quæ vni eorum contingunt. Sūt etiam maritus & vxor ſocij diuinæ & humanæ domus.l. aduerſus. C. de crim. expila. hæred.quem explicant Dec. in l. 1. num.1. C. de in ius voca. Gomeſ.in §.actiones,num.12.inſtitut.de actio.& Soc. Iun.in conſ.76.num.134.lib.1.

Secundo modo accipitur hoc conſortis nomē pro iis, qui communem rem habent. Sicuti conſortes dicimus eiuſdem litis,qui litem ſimul cōteſtati ſunt.l.1.C.de conſort. eiuſdem litis & declarat Ripa in cap.cum.M.Ferrarienſis, num.52.de conſtitut. ſic eiuſdem dominij conſortes dicuntur, qui rei communionem obtinent.Bald. & Salic.in d.l.dudum.Barba. in conſ.20.col.4. lib.2.Goza.in d.conſ.79.num.2.Ripa in d.c. cum M.Ferrarienſis,num.52.& omnium melius elegantiuſq; Iacobus Cuiacius in lib.5.obſeruatio.c.10. Hæc duplex conſortis ſignificatio nihil ad rem noſtram pertinet, tertio modo ſumitur hoc nomen conſortis, vt ſignificet omnes illos, qui ſunt ex eadem familia,& agnatione ſeu parentela.Sicuti tradit Salicetus in d.l.dudum.C.de contrah. empt.quem ſecutus eſt Gozadinus in d.conſ.79.num.4.qui ob id reſpōdit, fideicommiſſum conſortibus reſtituēdum pertinere ad omnes,qui ex familia ſunt:excluſis tamen eo in caſu fœminis, ſi relictum eſt pro ipſius familiæ conſeruatione.Et idem de eadem facti ſpecie cum Gozadino interrogatus reſpondit Ruinus in conſ.24.num.5.& num.7.lib.2.

18 Parentes. Hoc † nomen idem pariter ſecūdum vulgarem hominum appellationem, ſignificat eos, qui ſunt ex eadem agnatione,& familia: ſicuti abundè explicat Tiraquellus in tract.de retractu conſang.§.1.glo.8. num. 1. qui idem de hoc nomine,parentela,ſcripſit.Id quod ſenſit & Goza.in d. conſ. 79.num.4.& 5.

19 Agnatio.De agnatione † nunc diſſeramus. Cum enim teſtator vocat agnationem,vel dicit, bona cōſeruari debere in agnatione,diſtinguendi ſunt tres caſus. Primus quorum eſt, quando fit mētio agnationis habito reſpectu & relatione ad perſonam teſtatoris,vt ſi teſtator dixit, conſeruentur in mea agnatione. Hoc caſu propriè cōtinentur trāſuerſales agnati, vt puta frater ipſius teſtatoris,vel fratris filij, vel reliqui. Eſt ratio,quia non poteſt propriè intelligi de filiis, nepotibus & aliis ab ipſo teſtatore deſcendētibus:cum ij relatione habita ad ipſum teſtatorem non dicantur agnati, ſed deſcendentes. Hoc in caſu loquuntur Lau.de Pinu.in conſ.12.num.3.Decia. in conſ.86.num.29.lib.3.& Mantica de coniecturis vltimarū voluntatum lib. 8.tit.12.num.12.verſ.ſed ego ſubſiſto.

Et horum quidem ſententiam probabimus ſtatim legis auctoritate. Hinc intelligimus minus rectè ſenſiſſe Rui. in conſ.153.num.10.lib.2.dum reſpondit,quod ſi teſtator diſpoſuit bona ſua debere remanere in ſua agnatione, continētur tantum à ſe deſcēdentes. Eſt enim verius comprehēdi etiam tranſuerſales, qui tamen poſt deſcendentes ſolummodò admitti debent.

Secundus eſt caſus, quando teſtator vocauit agnationem habita relatione & reſpectu ad perſonam filiorum ſuorum, vt ſi dixit, conſeruentur bona in agnatione filiorum meorum. Hoc caſu intelligitur propriè de filiis & deſcendentibus, qui inter ſe dicuntur agnati.l.penult.ff.vnde legit. & in Inſtit.de legit.agna.tutela in princ.& in Inſtitut. de legitima agnato.ſucceſ.in princ. vbi dicitur, *ſunt autem agnati cognati per virilis ſexus cognationem coniuncti,quaſi à patre connati, veluti frater fratris filius, nepos ex eo, Item patruus fratris filio, & inuicem is illi agnatus eſt. Item fratres patrueles.* Hanc duorum caſuum diſtinctionem probant duo illi tituli in Inſtitutio. de hæred.quæ ab inteſtato defer.& de legitima agnato. ſucceſ. in eo.n. titulo, de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur, agitur quomodo deſcendentes ſuis aſcendentibus ſuccedant. Et illi inuicem non appellantur agnati, ſed aſcendentes & deſcendentes. In titulo verò de legitima agnat. ſucceſ. agitur de ſucceſſione agnatorum & inter ſe agnati appellātur. Et apertius probat text.§. in Auth. de hæred. ab inteſta. venien.vbi Iuſtinia.manifeſtè diſtinctionem hanc ſucceſſionum facit.





Tertius eſt caſus, quando teſtator ſimpliciter & abſolutè vocauit agnationem, vt ſi dixit, bona conſeruentur in agnatione. Hoc ſanè caſu intelligitur tam de propria ipſius teſtatoris, ideſt de tranſuerſalibus quàm de illa filiorum.Et hoc in caſu eſt intelligendus Ancha.in conſil.94. colum.pen.verſ.ex

16 hoc,cùm dixit, agnationis † nomen & vocabulum eſſe latiſſimum, & ob id (inquit Ancharanus) differt à Linea.Differt etiam à nomine familia,ſecundum Decianum in conſ.86.nu. 29.lib.3.cum nomen agnationis non reperiatur in ſpecie, ſicuti nomen familiæ,de quo diximus ſupra.

His intelligimus, minus rectè ſenſiſſe eos, qui abſolute & indiſtinctè ſcripſerūt,familiam agnationem,& domum idem eſſe. Ita ſanè gloſſa in l.vltim.ff. de capite minut.quæ exponit familiam pro iure agnationis:& in l.1.§.pen.ff.de ventre inſp. quæ pariter exponit,familiarum,ideſt,agnationum.Sic etiam gloſſ.Bald.& Caſtr.in l.peto.§.vltimo.ff.de leg.2.Caſtren.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.in princ.de leg.2.ſic & Ancharanus in conſilio 152.numero quarto,& Corneus in conſilio 40.numero 16. libro ſecundo:Ita quoque Tiraquellus de retractu conſang.§. primo gloſſ. 9. numero 195. qui Ciceronis auctoritate confirmat.Rectius hic dicendum eſt, quo lat.vocabulo familiæ ſumpto idem erit familia quod agnatio & domus:non autem ſi ſtrictè & in ſpecie Agnatio enim & domus latum nomen tantùm: non autem ſtrictum & in ſpecie habent.Nomen verò familiæ vtrumque obtinet.Si ergo nomen familiæ latum & in genere ſumimus, idem erit,quod agnatio & domus:ſecus verò ſi ſtrictè & in ſpecie.

17 Cippus.Hoc nomen † eſt vulgare potius ruſticorum quàm aliorum,vt ſcripſerunt Angelus & Caſtren.in l.vlti.ff. de verborum ſignificat. & accipitur pro ipſa familia, ſed non omnes, qui ſunt ex ea familia, & qui eadem ferunt arma & inſignia continentur,ſed ſolùm illi,qui ſunt fundamentum & ſtabilimentum(quod vulgò aiunt)domus & familiæ, vt reſpondit Corneus in conſilio 26. numero 5. & in conſilio 41. num. 9.libr.4.Quocirca reſponderunt idem Corneus in conſil.55. numero 5.& 6.libr.1. in conſilio 41. numero 9.& in conſilio 273.numero 5. libro 4. Francus in cap. ſi pater.numero 207. & 228. de teſta.in 6. Gozadinus in conſilio 79. numero 6.& Pariſius in conſilio 53.numero 29.32.& 36.lib.3.quod quando teſtator vult bona ſua peruenire ad cippum ſuum, intelligitur, quod maſculi tantum ſuccedant,excluſis fœminis,quæ cippum,ideſt agnationem & familiā conſeruare non poſſunt.

## PRÆSVMPT. LXXXIX.

### Conditio,ſi ſine filiis deceſſerit, an & quando tacite à lege ſubintelligatur in ſubſtitutione à teſtatore facta,& quando illa excludat ſubſtitutum, copioſa & diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit an & quando tacitè à lege ſubintelligatur in ſubſtitutione,vt ſubſtitutus excludatur.*

*2 Nepos ab auo inſtitutus & grauatus, vt ſi intra.30.annum deceſſerit,reſtituat hæreditatem patruo, intelligitur ſic grauatus,ſi modò ſine liberis deceſſerit.*

*Et fundatur hæc ſententia Papiniani,& Iuſtiniani non in fictione legis,ſed in præſumpta & coniecturata mente teſtatoris.nu.3.*

*4 Coniectura idem eſt quod præſumptio,& indicium.num.14.*

*5 Fictio illa dicitur,quæ contra veritatem inducitur.*

*Præſumptio dicitur,quæ de re dubia fit: & eius eſt natura,vt admittat probationem in contrarium quando ſcilicet eſt præſumptio hominis vel iuris tantum.num.6.*

*7 Fictio non admittit probationem in contrarium:ſecus quando alia lege probatur,quia lex fingit ſuper incerto aliquando,ſed contra, num.8.quia quando aliquid ſuper incerto inducit, dicitur præſumptio non fictio.ibid.*

*9 Fictio ſemper fundata eſt in aliqua æquitate.*

*10 Probatio in contrarium licet non admittatur contra præſumptionem iuris & de iure,admittitur tamen per indirectum.*

*11 Iuriſconſultorum munus olim fuit ſolum vel interpretandi, vel reſpondendi de iure.*

*12 Verbum,videtur,ſignificat etiam præſumptionem.*

*13 Lex quo caſu fingere dicatur.*

*15 Iudicium eſt ſola quædam præſumptio iuris, non autem iuris & de iure.*

*16 Præſumptio iuris quæ dicatur:& quæ iuris,& de iure.*

*17 Pietas eſt fundamentū omniū virtutum:& cōſideratur etiam erga patriā magis,quā erga parentes,& propinquos, teſte Cicerone.*

*18 Conditio tacita à lege ſubintellecta an differat ab expreſſa à teſtatore.*

*19 Pater ſi inſtituit filium,& ipſum grauauit poſt mortem ſuam reſtituere alteri,ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit*

*Et idē quando auus inſtituit nepotē,vel proauus pronepotem.ibid.*

*20 Nomen poſteritatis continet deſcendentes vſque in infinitum.*

*21 Filius naturalis ſi fuit grauatus reſtituere alteri à patre, intelligitur,ſi ſine liberis deceſſerit:ſecus in ſpurio.*

*Idem dicendum in filio naturali, vel ſpurio legitimo inſtituto in totum.num.22.*

*Et idem dicendum in filijs ſuſceptis à filio ipſo grauato dum fuit in deportatione.num.30.*

*23 Filij legitimati dicuntur conſecuti iura legitimorum: & qui dicantur iuſti liberi.*

*24 Dictio,nihil,eſt vniuerſalis negatiua,quæ omnino negat.*

*25 Filij legitimati excludunt fœminas,quando extat ſtatutum,quòd ſtantibus maſculis fœminæ excludantur.*

*26 Filium eſſe legitimum non eſt à natura,ſed à iure ipſo poſitiuo.*

*27 Lex diſponens circa ea,quæ iuris ſunt veritatem continet,non autem fictionem.*

*28 Legitimatus dicitur propriè & verè legitimus quò ad diſpoſita poſt ipſam legitimationem.*

*29 Idem iuris eſt de toto quò ad totum,quod de parte quò ad partem.*

*31 Filius arrogatus, ſi fuit grauatus reſtituere alteri, intelligitur,ſi ſine liberis deceſſerit.*

*Et quid in adoptatio.& num.ſeq.*

*32 Filij adoptiui ſunt ſimiles in omnibus filijs legitimis & naturalibus,quò ad effectum ſucceſſionis & excludunt matrem à ſucceſſione ab inteſtato patris adoptantis, & præferuntur cæteris alioqui ſucceſſuris adoptanti.*

*Imò filius adoptiuus præteritus à patre ipſo adoptiuo irritum facit eius teſtamentum.num.33.*

*34 Filium alere prouenit à pietate, & charitate quæ eſt patris erga filium.*

*35 Filius adoptiuus in totum ſuccedit patri ab inteſt. naturalis verò ſolùm in duobus vncijs: & in adoptiuo tranſit dignitas, & nobilitas patris adoptantis,in naturali ſecus.*

*36 Filius adoptiuus in diſpoſitione fauorabili nil differt à legitimo & naturali.*

*37 Extenſio in exorbitantibus non eſt permiſſa: ſecus ex identitate rationis.*

*38 Filius adoptiuus quòd nō dicatur verè & propriè filius,ſed imaginarius:& quòd non ſuccedat cōtra teſtamentū patris. & n.41.*

*39 Statutum ſimpliciter loquens de filijs nō intelligitur de adoptiuis.*

*40 Filius is propriè dicitur,quæ iuſtæ nuptiæ demonſtrant.*

*42 Filij adoptiui nec olim nec hodie efficiuntur de familia, & agnatione adoptantis.*

*Quòd imò olim tranſibant in poteſtatem adoptantis.num.43.*

*44 Filius naturalis non eſt in poteſtate patris.*

*45 Filij adoptiui non faciunt deficere fideicommiſſum.*

*46 Filius inſtitutus & grauatus à matre vel ab aſcendente per lineā maternam,cenſetur grauatus,ſi ſine filijs deceſſerit.nu.ſeq.*

*47 Soboles iuſta dicitur illa,quæ ſubeſt patriæ poteſtati.*

*48 Dictio,ſi quis,maſculinum & fœmininum continet.*

*49 Matres quare magis diligant filios,quam ipſi parentes.*

*50 Filius dicitur portio viſcerum matris.*

*51 Filius emancipatus ſi fuit inſtitutus & grauatus reſtituere, intelligitur,ſi ſine liberis deceſſerit.*

*52 Pater ſi vnà cum filio extraneum inſtituit, & vtrumque grauauit reſtituere,in perſonam filij ſubintelligitur conditio, ſi ſine filijs deceſſerit:ſecus in perſonam extranei.*

*53 Filius ſpiritualis ſi fuit inſtitutus à patre ſpirituale, & grauatus alteri reſtituere, non ſubintelligitur in eo conditio, ſi ſine liberis deceſſerit,& quare.*

*54 Filius ſi inſtituit patrem ſuum, & ipſum grauauit poſt mortem ſuam reſtituere, non ſubintelligitur conditio ſi ſine filijs deceſſerit,& quare,ibi.per diſcurſum.*

*55 Frater inſtitutus à fratre,ſi ſit grauatus alij reſtituere,non ſubintelligitur in eo tacita conditio,ſi ſine filijs deceſſerit,quia in eo*

ceſſat coniectura pietatis: & quia frater non tenetur fratrem inſtituere ſicut pater: & confutantur argumenta eorum, qui contrarium ſenſerunt.
56 Regula generaliter ſeu indiſtinctè poſita declaratur per exempla in ea relata.
57 Succeſſio propria & ſua qualiter intelligatur.
58 Suorum appellatione veniunt agnati ad differentiam extraneorum vſque ad ſeptimum gradum.
59 Succeſſorum ſanguinis appell. non veniunt agnati tranſuerſales, & ſic fratres.
60 Nepotes ex fratre late ſumpto vocabulo veniunt appell. nepotis.
61 Maritus ſi inſtituit vxorem, & eam grauauit alteri reſtituere, non ſubintelligitur conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: & quare, cùm maior ſit coniunctio viri & vxoris, quam patris & filij, & dicatur mulier pars corporis mariti. nu. ſeq.
Intellige vt num. 64.
2 Maritus dicitur plus diligere vxorem quam proprios filios.
63 Vxor dicitur vna caro cum viro ob ſacramẽtum ac vinculum matrimonij, non autem dicitur coniuncta ei ſanguine, & non dicitur eius proxima, ſed affinitatis principium.
65 Teſtator ſi inſtituit amicum ſuum, & ipſum grauauit alij reſtituere, non ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: & confutantur argumenta Barbatiæ.
66 Amicus licet ſuorum appellatione veniat, non tamen dicitur ſuus ratione ſanguinis, & ſic non dicitur ſucceſſor ſanguinis.
67 Suus, pronomen, quomodo accipiatur, & quot modis, & qui dicantur ſui.
68 Amicus quomodo à pari procedat cum venientibus ab inteſtato.
69 Amicus poteſt agere pro amico ſine mandato, ſicut coniunctus pro coniuncto.
70 Amicitia vera quanti facienda.
71 Filij, nepotes & pronepotes præſumuntur poſiti in conditione ad excluſionem ſubſtituti.
73 Soboles comprehendit deſcendentes in infinitum.
74 Liberorum appellatione comprehenduntur deſcendentes vſque in infinitum.
Quod tantũmodo deſcendẽtes vſque ad trinepotes & male. nu. 76.
75 Teſtator non præſumitur alienas ſucceſſiones ſuis anteponere.
77 Nepotes cenſentur in conditione poſiti non ſolũ quando nati nondum erant tempore conditi teſtamenti, verum etiam quando erant nati & cogniti ipſi teſtatori: Et idem de pronepotib. & alijs. numer. ſeq. & confutantur opiniones Caſtren. Roma. & aliorum.
78 Affectio maior præſumitur erga iam natos, quàm erga naſcituros.
79 Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona.
80 Miles ſciens ſe filios habere, ſi eos non inſtituat, videtur eos excludere & exhæredare.
81 Teſtamentum militis ad literam intelligi debet, & nullam admittit interpretationem.
82 Intellectus. l. ſicut certi. C. de teſtamen.
83 Intellectus. l. 3. C. de inof. teſtam.
84 Intellectus. l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.
85 Intellectus. l. vnicæ. C. ſi dos cõſt. matr. & §. dotes. in Auth. de nupt.
Matrimonium contrahitur ad procreandam ſobolem.
86 Intellectus. l. ſi vnquam. C. de reuo. dona.
87 Ius quærendum facilius tollitur ex vltima voluntate quam ex contractu.
88 Contractus duplici vinculo muniti tolli non poſſunt, niſi amborum contrahentium conſenſu.
89 Voluntas vltima, quia ab vnius tantum animo pendet, ab eo ſolo reuocari poteſt.
90 Incluſio vnius eſt alterius excluſio: quando procedat hæc regula.
91 Lex ſupplet voluntatem defuncti in caſu non cogitato, teſtatoris autem negligentiam non ſupplet.
92 Lex aliquando interpretatur mentem teſtatoris circa ea, quæ fuerunt ab initio per teſtatorem veriſimiliter cogitata, quæ tamen ob verborum obſcuritatem dubia ſunt.
Procedit autẽ hæc interpretatio à proximis, non autem à remotis.
Interpretatur etiam aliquando teſtatoris mentem ab extra & à remotis. num. 93.
94 Teſtator quo caſu non cenſeatur poſuiſſe in conditione nepotes iam natos tempore teſtamenti: & quib. coniecturis.
95 Fœminæ ita cenſentur in conditione poſitæ à teſtatore ſicut maſculi: intellige, vt num. 97. & ſeq.
96 Nomẽ, liberi, eſt cõmune cõprehẽdens ita maſculos ſicut fœminas.
98 Subſtitutus quando excludit fœminas, excludit etiam maſculos deſcendentes ab eis.
99 Teſtator non præſumitur poſuiſſe in conditione nepotes, ſi ſunt naturales, quando inſtituit filium, & grauauit alij reſtituere.
Et confutantur rationes multorum. num. 100. & ſeq.
100 Soboles iuſta dicitur, quæ ex legitimis iuſtiſq; nuptijs naſcitur.
101 Donatio inofficioſa non reuocatur à filio naturali.
102 Specialia duo circa idem concurrere non debent.
103 Filius naturalis legitimatus an cenſeatur in conditione poſitus ab auo teſtatore, qui grauauit eius patrem alteri reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi fuit legitimatus tẽpore conditi teſtamenti,
104 Filius adoptiuus an faciat deficere conditionem ad excluſionem ſubſtituti.
105 Filij & deſcendentes in tacita conditione ſubintellecti, ſi deceſſerit ſine filijs: ſi non ſunt eorum patris vel aui inſtituti & grauati hæredes, non excludunt ſubſtitutum.
106 Filia excluſa à ſtatuto exiſtentib. maſculis non cenſetur poſita in conditione ad excluſionem ſubſtituti.
Intellige, niſi hæres ipſe à patre grauatus inſtituat filiam alioqui à ſtatuto ab inteſtato excluſam. num. 107.
108 Filius ſpiritualis non facit deficere conditionem, ſi ſine filijs deceſſerit, ad excluſionem ſubſtituti.
109 Filij vel deſcendentes, qui ingreſſi ſunt religionem bonorum incapacem, non præſumuntur poſiti in conditione tacita ad ſubſtitutorum excluſionem.
Et quid ſi ſunt ingreſſi religionem bonorum capacem.
110 Filij deportati vel damnati in metallum non cenſentur poſiti in conditione tacita ad excluſionem ſubſtituti.
111 Filius poſthumus natus in quinto ſexto vel octauo menſe qui ſtatim deceſſit, non præſumitur in conditione tacita poſitus ad excludendum ſubſtitutum,
Nec rumpit teſtamentum.
Idem quando partus eſt monſtroſus. 112.
Idem in filijs, qui & ſi nati ſunt, non tamen extant tempore mortis grauati, cum eo adhuc ſuperſtite deceſſerint num. 113.
114 Fratres hæredis grauati non præſumuntur poſiti in tacita conditione, ſi ſine filijs, &c. ad excluſionem ſubſtituti.
115 Pater inſtituto filio poſt eius mortem ſubſtituit ei Titium nepotem ex d. filio: Deceſſit. d. filius grauatus relictis. d. Titio & alijs filijs: nunquid omnes dicti filij concurrant cum Titio, an verò ipſe Titius conſequatur dimidiam hæreditatem iure fideicommiſſi, & concurrat in alia dimidia cum alijs fratrib.
116 Extraneus ſubſtitutus præſumitur ſemper excluſus à filijs & deſcendentib. grauati in conditione tacita poſitis, ſi ſine filijs, &c.
117 Vxor teſtatoris ſi fuit ſubſtituta, excluditur à filijs grauati in conditione tacita poſitis.
Dicitur enim extranea hæres. non ſua. ibid.
118 Amor nullus vincit paternum.
119 Filij illius, qui fuit inſtitutus & grauatus, excludunt etiam alterum teſtatoris filium ſubſtitutum.
Et confutantur opiniones. num. 121.
120 Succeſſio aliena quæ dicatur.
121 Priuilegiatus nunquam vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.
122 Teſtator ſi inuicem ſubſtituit duos filios impuberes, eorum vno moriente, alter ſuccedit.
123 Leges non adaptantur his, quæ raro contingunt.
124 Cauſa pia ſi fuit ſubſtituta filio, ſubintelligitur conditio, ſi ſine filijs deceſſerit: & hæc, quando agitur de omnib. bonis teſtatoris, vel ſaltem de maiori parte: ſecus ſi de re aliqua particulari non multi valoris.
Et ſecus ſi teſtator reliquit piæ cauſæ pro male ablatis, & ſic pro exoneratione conſcientiæ, quia non ſubintelligitur dicta conditio. num. 125,
126 In ſubſtitutione qualibet facta filijs vel deſcendentibus an ſemper ſubintelligatur tacita conditio, ſi ipſi filij, vel deſcendentes deceſſerint ſine liberis.
Quòd in ſubſtitutione vulgari non ſubintelligitur, nu. 127.
Declara, ſi vulgaris non eſt comprehenſa in compendioſa, alias ſecus. num. 128.
129 In ſubſtitutione pupillari facta filijs, ſubintelligitur tacita conditio, ſi ſine filijs, &c.
Idem in ſubſtitutione exemplari. num. 130.
Idem in ſubſtitutione directa militari. 131.
Idem in ſubſtitutione fideicommiſſaria vniuerſali. num. 132.





Idem in ſubſtitutione directa, quæ in fideicommiſſariam conuertitur. num. 133.
Et idem in ſubſtitutione fideicommiſſaria rei particularis. numero 134.
Secus ſi eſt tanti valoris, quòd veriſimile non ſit, teſtatorem eam voluiſſe relinquere vel reſtitui, ſi filius grauatus ſuſceperit filios. num. 135.
Et ſecus ſi tempore conditi teſtamenti ſunt nati nepotes teſtatoris & filij grauati, quia non ſubintelligitur. d. conditio. nu. 136.
137 In ſubſtitutione fideicommiſſaria facta in vita grauati non ſubintelligitur conditio tacita, ſi ſine filijs, &c.
138 In ſubſtitutione compendioſa, in qua continentur ſubſtitutiones directæ & obliquæ ſubintelligitur tacita conditio, ſi deceſſerit ſine filijs.
Et quid quo ad vulgarem comprehenſam in ipſa compendioſa. nu. 139. & ſeq.
140 Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.
141 Contenta æqualiter ſub vnitate ſermonis æqualiter diffiniri & terminari debent.
142 Determinabile vnum aliquando ex mera legis diſpoſitione ſine aliqua præſumpta mente teſtatoris eſt fauorabilius altero.
Aliquando verò eſt fauorabilius altero non ſimplici diſpoſitione legis, ſed ex tacita mente diſponentis. num. 143.
144 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.
145 Teſtamentum patris confectum, duob. teſtibus tantum adhibitis, in quo filij ſunt inſtituti vni cum extraneo, quo ad filios valet, ſecus quo ad extraneum.
146 Teſtamentum fratris, in quo pro parte inſtituta eſt perſona honeſta, & pro altera turpis, quò ad honeſtam ſuſtinetur, quò ad turpem rumpitur querela inofficioſi,
147 Subſtitutio quando ab altera habet regulari, ſimul iuncta, potius fideicommiſſaria regulari debet à vulgari, quam contra: nam.
148 Subſtitutio vulgaris efficacior & nobilior eſt ipſa fideicommiſſaria.
149 Subſtitutio compendioſa, ſi facta eſt his verbis, Et quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Caium vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum, non ſubintelligitur in vulgari tacita conditio, ſi ſine filijs, &c.
150 Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, nunquid ſubintelligatur in donatione cauſa mortis, in qua facta ſit ſubſtitutio fideicommiſſaria.
Et quid in ſubſtitutione facta donationi inter viuos. num. 152.
151 Donatio cauſa mortis eſt ſimillima legato.
153 Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, nunquid ſubintelligatur, quando pater non vocauit & inſtituit filium, ſed eum tantum in conditione poſuit.
154 Filij, qui præſumuntur in conditione poſiti, an cenſeantur vocati ex teſtamento, vel potius in conditione poſiti tantum ad excluſionem ſubſtituti, & eis ſit reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato ſolummodo: remiſſiuè.

1 HACTENVS egimus † de filiis expreſſim in conditione poſitis à teſtatore ad ſubſtituti excluſionem: Nunc diſſerendum eſt, an & quando conditio hæc tacitè à lege ipſa ſubintelligatur, & ſubſtitutus excludatur?

Hanc diſputationem copioſè quidem & acutè, vt reliqua omnia, explicauit Bartholomæus Socinus in l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtra. & ex recentioribus quoq; multa præterea ſcripſerunt Antonius Gabriel. in libro quarto concluſionum, titulo de fideicommiſſ., in concluſione. 2. Antonius Padilla in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis & Franciſcus Mantica in Commentariis de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 10. titulo 7. & 8.

Ego verò, vt perutilem, & in foro frequentiſſimam diſputationem hanc, aliqua diligentia explicem, ad ſtudioſi huiuſce rei inueſtigatoris commodum & vſum.

2 Præmitto primum, Papinianum † acutiſſimi ingenij iuriſconſultum reſpondiſſe in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtra. nepotem ab auo inſtitutum, & grauatum, vt ſi intra trigeſimum annum deceſſiſſet, reſtitueret hæreditatem patruo: intelligi ſic grauatum, ſi modò ſine liberis deceſſiſſet.

Papiniani verba hæc ſunt.

*Cum auus filium ac nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet: à nepote petijt, vt ſi intra annum trigeſimum moreretur, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret:*

*Nepos, liberis relictis, intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſit: fideicommiſſi conditionem, coniectura pietatis, reſpondi defeciſſe: quod minus ſcriptum quam dictum fuerat, inueniretur.*

Hanc egregiam & tanto iuriſconſulto dignam ſententiam bis extendit Iuſtinianus. Et primum quidem Decio ſolo conſule, quod contingit anno humanæ ſalutis quingenteſimo vigeſimo nono lata lege illa cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. cuius verba adſcripſi.

*Cùm acutiſſimi ingenij vir, & meritò ante alios excellens Papinianus ſuis ſtatuerit reſponſis, ſi quis filium ſuum hæredem inſtituit, & reſtitutionis poſt mortem oneri ſubegit, non aliter hoc videri diſpoſuiſſe, niſi cùm filius eius ſine ſobole vitam ſuam reliquerit. Nos ſenſum meritò mirati, pleniſſimum ei donamus euentum, vt ſi quis hoc diſpoſuerit, non tantùm filium hæredem inſtituens, ſed etiam filium, vel ab initio nepotem, vel neptem, pro neptem, vel aliam deinceps poſteritatem: & eam reſtitutionis poſt obitum grauamini ſubiugauerit: non aliter hoc ſenſiſſe videatur, niſi ij, qui reſtitutione onerati ſunt, ſine filijs, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel proneptibus fuerint defuncti, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere.*

Hactenus Iuſtinianus. Manifeſtè ergò ipſe ſtatuit conditionem hanc, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubintelligi non ſolùm quando auus hæredem fecit filium, vel nepotem, ſed etiam quando inſtituit filiam vel neptem.

Et rurſus, vt conditio hæc ſubintelligatur nõ modò quando teſtator inſtituit nepotem vel neptem, ſed etiam quando hæredem fecit pronepotem, vel proneptem, vel alium ex deſcendentibus.

Deinde idem Iuſtinianus Lampadio & Oreſte conſulibus anno quingenteſimo trigeſimo ſalutis noſtræ promulgauit conſtitutionem illam. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. cuius verba hæc ſunt.

*Cùm autem inuenimus excelſi ingenij Papinianum in huiuſmodi caſu, in quo pater filijs ſuis ſubſtituit, nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita, optimo intellectu diſpoſuiſſe, euaneſcere ſubſtitutionem, ſi is, qui ſubſtitutione prægrauatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit, intelligentem non eſſe veriſimile, patrem ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem: humanitatis intuitu hoc & latius & pinguius interpretandum eſſe credidimus, vt & ſi quis naturales filios habeat, & partem eis reliquerit, vel dederit vſque admodum, quem nos ſtatuimus, & ſubſtitutioni eos ſubiugauerit, nulla liberorum eorum mentione facta. Et hic intelligi euaneſcere ſubſtitutionem, liberis eam excludentibus: & intellectu optimo his, qui ad ſubſtitutionem vocantur obſiſtente & non concedente ad eos eam partem venire, ſed ad filios vel ad filias, nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes morientis tranſmittente, & non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint. Vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & inter naturales filios extendatur. Quæ omnia & in legatis & in fideicommiſſis ſpecialibus locum habere ſancimus.*

His conſtat Iuſtinianum ſtatuiſſe non ſolùm in filiis & nepotibus legitimis & naturalibus inſtitutis & grauatis locum habere hanc diſpoſitionem & pietatis coniecturam, ſed etiam in naturalibus tantùm.

Eſt autem aduertendum, Iuſtinianum ſcripſiſſe, à Papiniano reſponſum de filiis tantum inſtitutis & grauatis, nõ autem de nepotibus.

Cùm tamen verius ſit, Papinianum ipſum de nepote reſpondiſſe, non autem de filio, cum ita ex facto eueniſſet, non aliter reſponſurus, ſi in filio inſtituto & grauato caſus ita contigiſſet.

3 Prætermitto † ſecundò, hanc Papiniani, & ipſius Iuſtiniani æquiſſimam ſententiam, & interpretationem fundatam eſſe non in fictione legis, ſed in præſumpta, & coniecturata voluntate, & mente teſtatoris.

Ita ſanè ſcripſerunt Bartolus in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. numero quarto. ff. ad Trebellianum. Caſtrenſis in dicta l. Cum auus. numero .... ff. de conditione & demonſtratione, & ibidem Socinus numero ſexageſimoſexto, & numero ſeptuageſimo. ff. de conditione & demonſtratione. Ancharanus in conſilio quadrageſimoſexto, Romanus in conſilio centeſimo ſeptuageſimo, numero ſeptimo, Corneus in dicta l. generaliter. §. cum autem. numero quarto, & numero ſeptimo. C.

de inſtitut.& ſubſtitut. Barbat.in l.cum acutiſſimi numero duodecimo.C.de fideicommiſſ. Ruynus in conſilio centeſimouigeſimoſecundo numero primo in fin. libro tertio,Decius in conſilio vndecimo numero vigeſimo in conſilio 285. numero vndecimo & in conſilio 465. in fine:& idem Dec.in dicta l.generaliter.§. cum autem, numero decimo & ibidem Iaſ.in dicta l.cum acutiſſimi,in primo notab.Curtius Iunior. in conſilio trigeſimotertio numero octauo,Pariſius in conſilio decimonono numero nonageſimoquinto libro ſecundo: Socinus Iunior in conſilio centeſimo numero decimo & in conſilio centeſimouigeſimooctauo numero trigeſimotertio lib.1. Rodericus Zuarez in allegat. vigeſimaſeptima numero duodecimo,Emanuel Coſta in capit. ſi pater, in prima part. Anto. Padilla in d.leg.cum acutiſſimi numero ſexto: Decianus in conſilio ſexageſimo numero trigeſimotertio libr. 3. idem ego ipſe reſpondi in conſil.95.num.25.lib.1.

Quam veram ſententiam manifeſte probant verba Papiniani in d.l.cum auus.ibi.coniectura pietatis.

4 Eſt enim coniectura † idem quod præſumptio,gloſſ.l.vnicæ.ff.ſi tab.teſta.nullæ extab. Et rurſus cum dixit:minus fuiſſe ſcriptum quam dictum,ſi enim hæc eſſet fictio, clarè dixiſ-
5 ſet,nihil fuiſſe dictum:cum fictio † illa ſit,quæ contra veritatem inducitur. Præſumptio verò quæ de re dubia fit. gloſſ. in l.vnica.§.accedit.C. de rei vxo.actio. & diximus ſuprà in lib. 1.quæſt.8.

Præterea & ſecundò accedit text. dicta l. cum acutiſſimi. ibi,Non aliter hoc videri diſpoſuiſſe,&c.quæ verba præſumptionem ſignificant, ſicuti ſcripſi ſupra libr.1. quæſt.decima num.3.Iuſtinianus enim dicere voluit,teſtatorem voluiſſe,ita denium ſuum hæredem reſtituere debere, ſi contingat decedere ſine liberis.

6 Tertiò ſuffragatur, quod † ea eſt præſumptionis natura, vt admittat probationem in contrarium, quando ſcilicet eſt præſumptio hominis, vel iuris tantùm:ſicuti ſcripſi ſupra lib.
7 1.q.octaua numero duodecimo & decimo tertio:Fictio † verò non,vt ibidem ſimiliter admonui.

At qui noſtro in caſu admittitur probatio in contrarium, ex quo fundata eſt in coniecturata pietate teſtatoris, vt declarat Bartolus in l. 3. C.de inofficioſo teſtamento, dum dixit, illo in caſu probari poſſe, quòd imò mater voluit inſtituere:quo caſu ea ceſſat coniectura pietatis: & ibidem Iaſon numero ſeptimo.

Nec obſtat conſideratio Barba. in l. cum acutiſſimi, numero duodecimo cùm dixit, quod licet fictio non admittat probationem in contrarium: attamen id locum non habet, quando alia lege probatur.

Et ratio eſt,quia lex fingit ſuper incerto,ſecus ſi ſuper certo.Nam reſpondetur ſecundum Socinum in dicta l.cum auus.
8 numero ſeptuageſimotertio eſſe falſum, quod † lex aliquando fingat ſuper incerto:cum ſemper fingat ſuper certo.

Et quando aliquid ſuper incerto inducit, tunc dicitur præſumptio,non autem fictio.

Non etiam obſtat conſideratio Socini in d. l. cum auus, numero ſeptuageſimotertio verſic.ſed tamen dico, &c.dum dixit, fictionem admittere probationem in contrarium per coniecturas.

9 Nam(ait idem Socinus) fictio † ſemper fundata eſt in aliqua æquitate.Bartol.in l.ſi is, qui pro emptore, numero trigeſimoquinto.ff. de vſucapio. & tradunt ibidem omnes Doctores.

Nulla ergo ſubſiſtente æquitate ipſa quoque ceſſat fictio.

In caſu autem noſtro æquitas,ſuper qua fundata eſt hæc fictio,eſt coniectura pietatis parentum erga deſcendentes, ob quam prorſus non eſt credendum, quod voluerit excludere nepotes.

Si ergo(inquit Socinus) probaretur aliqua iuſta cauſa, ob quam præſumi poſſet, patrem voluiſſe nepotes illos excludere:tunc ceſſaret ratio coniecturæ pietatis:& conſequenter æquitas, ſuper qua fundatur fictio:& ex conſequenti etiam ceſſaret fictio,ex probationibus his in contrarium adductis.

Et ſic licet ( ait Socin. ) contra fictionem non admittatur probatio in contrarium directo : attamen admittitur per indirectum,probando ſcilicet æquitatem non ſubeſſe:& conſe-
10 quenter fictioni locum nõ eſſe.Ita † enim dicimus(ſubiungit Soci.) quod & ſi contra præſumptionem iuris & de iure non admittatur probatio in contrarium : attamen admittitur per indirectum.gloſſ.in clem.1.de probatio.& ibi Butrius:& ſcripſi ſupra libr.1.quæſt.65.Huic conſiderationi Socini reſpondetur,quod fictio inducitur à lege ſuadente æquitate.Et ideò poſteaquam eſt inducta, non admittitur contraria probatio. Cùm verò non adeſt æquitas,ibi non etiam eſt inducta fictio, & ideò nec dici poteſt, admitti probationem contra eam: cum rumpi non poſſit, quod nullum eſt. l.nam & ſi ſub cond. §.poſt defectum.ff.de iniuſto rupto,teſta.

11 Quartò accedit,quod † iuriſconſultorum munus olim fuit ſolùm,vel interpretandi, vel reſpondendi de iure.§.reſponſa: vbi Marius Salomonis in inſtitut. de iure naturali gen. & ciuili. Non autem ſtatuendi.l.2.§. Publius.ff. de orig.iuris.Inducere autem fictionem fuit proprium vel Populi Romani, vel Principis:cum ſit legis diſpoſitio contra ipſam veritatem, vt diximus ſupra, & probatur.l.ſi forte.ff.de caſtr.peculio,& tradit Bartol.in l.ſi is, qui pro emptore.quæſt.1.ff.de vſucap. quem reliqui ibi ſecuti ſunt. Non ergo fictionem introduxit Papinianus, ſed coniecturam fecit. Hinc intelligimus malè ſenſiſſe eos qui dixerunt,hanc eſſe fictionem,non autem præſumptionem.Ita ſanè Comenſ.in dicta l.cum auus,idem ſenſit Mari.Soc.Sen.in conſ.23.num.16.verſ. tertio decimò.lib. 1.& verſic.quintò decimò.

Horum rationes & argumenta nil vrgent. Nam textus dicta l. cum auus, quem in illis verbis quod minus ſcriptum quàm dictum,perpendunt,contrarium potius probare oſtendimus. Non etiam vrget ſecundo, l. cum acutiſ. ibi, non
12 aliter hoc ſenſiſſe videtur. Cum † verbum videtur, ſignificet etiam præſumptionem: ſicuti diximus ſupra. Non etiam obſtat text. dicta l. generaliter. §. cum autem, dum Iuſtinianus dixit, ſe inueniſſe excelſi ingenij Papinianum diſpoſuiſſe in huiuſmodi caſu,quando pater ſubſtituit filio nulla liberorum eius facta mentione. Iuſtinian. ergo interpretatur Papinianum loqui, quando nihil fuit dictum de liberis. Ergo eſt fictio:cùm illa ſoleat repugnare veritati,vt diximus ſuprà.Nam reſpondetur retorquendo argumentum ex dictis ſuprà in ſecundo argumento communis ſententiæ. Voluit enim dicere Papinia.fuiſſe quidem dictum, à teſtatore, ſed non ſcriptum à tabellione.Et ideò quod ait Iuſtinianus,Papinianum diſpoſuiſſe, quando teſtator inſtituit & grauauit filium, nulla liberorum eius facta mentione, intelligitur de mentione à tabellione ſcripta.

Non etiam repugnat text.dicto §.cum autem, in illis verbis:Non eſſe veriſimile patrem, ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem.Præſupponit ergo Iuſtinian.patrem non cogitaſſe.Et conſequenter de ipſis liberis nihil fuiſſe dictum. Et tamen lex vult, quod plus fuerit dictum quàm ſcriptum.Ergo eſt fictio.

Nam reſpondetur ex verbis dicta l.cum auus, in fin.vbi dicitur, plus fuiſſe dictum quàm ſcriptum.Si fuit dictum.Ergo multò magis cogitatum, coniecturam enim facit Papinian. quòd teſtator id in animo & mente habuerit, & dixerit, licet deinde ſcriptum non fuerit. Præterea diſtinguendum videtur vnà cum Corneo in dicto §.cum autem, numero nono quod aut teſtator non cogitauit de nepotibus, ſicuti contingit, quando non ſunt nati, & multò magis quando nec concepti. Et tunc lex(inquit Corneus)præſumit, quòd ſi cogitaſſet,veriſimiliter talem ſubſtitutionem non feciſſet. Et ſimilis eſt præſumptio,de qua in l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.Et hoc in caſu ( ait Corn.) procedit diſpoſitio, dicto §.cum autem. Aut ( ſubiungit Corn. ) teſtator cogitauit de nepotibus: Et tunc ſecundum Papinianum in dicta l.cum auus, præſumitur minus ſcriptum quàm dictum. Hanc diſtinctionem confutauit Socinus in dicta l. cum auus, numero 71. Nec mihi ſatis probatur primum illud membrum : quia concedimus, legis præſumptionem in eo eſſe, quod ſi teſtator cogitaſſet, ita diſpoſuiſſet, ſed quod deinde dicitur, legem velle hoc haberi pro dicto & ſcripto, eſſet fictio quædam : quia ſi præſupponimus,teſtatorem verè non cogitaſſe:quod deinde lex ſtatuiſſet, teſtatorem ſic diſpoſuiſſe, eſſet contra veritatem:& conſequenter fictio. Præterea Iuſtinianus in dicto §. cum autem non dixit, teſtatorem non cogitaſſe, ſed dubitatiuè quodammodo loquendo,dixit,ſi cogitauerit,vel non. Rurſus dicere



dicere poſſumus Iuſti.loqui de cogitatione extrinſeco actu aliquo patefacta, iuxta ea quæ ſcripſi in libro 2.de arbitra.iudicum.caſu 360.col.1.& 2. Quocircà aliter,conciliando hæc reſponſa,diſtinguit Socin.in d.l.cum auus.num.71.verſ.qua-
13 re puto.Aliquando ( inquit Socinus ) conſtat,† nihil dictum fuiſſe.Et tunc lex dicitur fingere,vt probat d.l.cum auus, iuncto dicto §.cum autem & ſecundò (ait Socin.)conſtat quod dictum fuit: & tunc opus non eſt fictione, vel præſumptione, ſed ſcriptura ſuppletur ab eo quod dictum probatur.l.quoties.§.1.ff.de hæredi.inſtit. Aliquando & tertiò ſumus in dubio. Et tunc (ſubiungit Socin.)præſumitur,coniectura pietatis,plus dictum & minus ſcriptum. Eſt & tertia diſtinctio, qua vſus eſt Soci.in d.l.cum auus.num.71.verſ.vel dicendum eſt,quod aut cõſtat non fuiſſe dictum,vel cogitatum. Et tunc lex præſumit,quod ſi teſtator cogitaſſet, conditionem appoſuiſſet: vnde habetur ac ſi fuiſſet appoſita argu.l.tale pactum. §.vlt.ff.de pactis.& l.Titius.§.Lucius.ff.de hæred.inſtit. Hic ſenſit adhuc Socinus, hanc eſſe fictionem : ſicuti fictio eſt in caſu d.§.Lucius.vt ſcripſit Bartol.in l.ſi is.qui pro emptione. nume.38.ff.de vſucapio.& confert.l.hæc conditio.§.vlt.ff.de condi.& demonſtr.Aut(ait Soci.fuit cogitatum & non dictũ. Et tunc lex præſumit, vel obliuione, vel errore omiſſum.arg. d.l.quoties.§.1.vbi qui voluit inſtituere hæredem ex ſemiſſe, ſi reperiatur hæres ſcriptus ex quadrante,ſuppletur ſcriptura, quaſi plus dictum,& minus ſcriptum.

Aut ( ſubiungit Socinus ) ſumus in dubio, an cogitatum, vel dictum fuerit : & tunc præſumitur alterum ex duobus.Vel quòd fuerit dictum, & non ſcriptum vt in dicta l.cum auus. Vel quòd non fuerit cogitatum. Vel errore omiſſum. Et hoc totum coniectura pietatis.Et quia ( ſubiungit Socinus ) præſumptio in omni capite idem concludit, non eſt quærendum ex quo capite præſumatur.argum.l.Gallus.§.ſi eius.ff.de libe. & poſthum.

Cæterùm aduertendum eſt in eo,quod dixit Socinus, vel quod non fuerit cogitatum : credo Socinum dicere voluiſſe, quod non fuerit cogitatum, ſed ſi cogitaſſet veriſimiliter ſic diſpoſuiſſet.Id quod fictionem potius quàm præſumptionem ſignificat, & ſi alij ſcripſerint eſſe voluntatem interpretatiuam.Ita ſanè Bart.in l.Centurio.num.21.& 22.ff.de vulga.& pup.ſubſt.& in l.in teſtamento.la 1.num.3.C.de teſtam.mili. Caſtren.in l.vlt.num.3.C.de inſtit.& ſubſt.& idem Soci.Sen. in l.4.§.Cato.num.18.de verbo.oblig. Ex hac explanatione intelligimus veram eſſe opinionem illorum, qui ſcripſerunt, conditionem hanc ſubintelligi in teſtamento, etiam eo caſu, quo ſtatuto eſſet cautum,quod verba teſtamentorum intelligi debeant ad literam, ſine aliqua interpretatione. Qua de re copioſè Soci.in d.l.cum auus.num.78.& Crot.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum.num.43.de lib.& poſthu.Barbat.in d.l.cum acutiſſimi.num.158.& ibidem Padilla.num.20.

Prætermitto tertio,hanc præſumptionem,de qua mox diximus, eſſe iuris tantum, non autem iuris & de iure ſicuti ſenſerunt Doctores commemorati ſuprà in principio præcedentis quæſtionis, & manifeſtè Socinus in d.l.cum auus.num.72. & num.74.& prius Io.Andreæ in additione ad Specula.in tit. de præſumpt.§.ſpecies.num.5.in verbo, in prædictis. His addo Alcia.de præſumpt.reg.1.præſumpt.9.

Primò,quia in d.l.cum auus,dicitur coniectura pietatis.At
14 qui † coniectura eſt idem quod indicium, ſecundum Baldum in l.1.col.3.verſ.vnde quæritur.C.de priuilegio dotis.Et idem Bald.in l.non hoc.C.vnde legit.ac in rubr.C.de probat.num. 4.ſcripſit,coniecturam oriri à probabilibus, ſicuti indicium, & ſcripſi ſuprà in lib.1.quæſt.7.

15 Eſt autem clarum † indicium eſſe ſolam quandam præſumptionem iuris:non autem iuris,& de iure. Bald.in l.2.in prin. ff.de excuſ.tuto.& probat text. vbi glo.in l.ſi qui adulterij.C, ad l.Iul.de adulteriis.Ergò hæc præſumptio iuris tantum eſt.

Secundò accidit,quòd † præſumptio illa dicitur iuris,quã-
16 do lex ſimpliciter ita eſſe præſumit, nec vlterius progreditur. Illa verò dicitur iuris, & de iure, quando lex inducit firmum ius, & expreſsè reiicit contrarias probationes, ſicuti declarant Baldus & reliqui, quos commemoraui ſuprà in libro 1. quæſt.3.

Atqui noſtro in caſu non reiicitur expreſsè contraria probatio nec firmũ ius inducitur. Ergò nõ eſt præſumptio iuris & de iure,ſed iuris tantum.

Tertiò confert ſimilè ex l.3.C.de inoffic.teſtam.vbi ſumitur coniectura à pietate. Et illa dicitur præſumptio iuris tantum,ſicuti diximus ſuprà in præſumpt.

His conſtat minus rectè ſenſiſſe Corneum in d.§.cum autem.nume.8.Maria.Socin.Sen.in conſilio 23.num.15.lib.1.& Decianum in conſ.60.num.13.lib.1.qui opinati ſunt,hanc eſſe præſumptionem iuris & de iure.

Præmitto quarto, præſumptionem hanc eſſe fundatam in ſola pietatis cauſa. Ita ſcripſerunt Comenſ.& Socinus in d.l. cum auus.num.75.verſ.puto veritatem. Et hæc eſt ratio finàlis,in caſu d.l.cum auus. vbi nepos grauatus fuit reſtituere alteri filio ipſius teſtatoris.

Cùm ſit pietati conſentaneum,teſtatorem voluiſſe non ſolum conſulere filio, vel nepoti, ſed & eorum filiis:quia æquè videtur eorum deſcendentes dilexiſſe,ſicuti eos dilexit.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de leg.2.vbi prius admittuntur nominati,& deinde nominatorum filij : deinde non nominati proximiores,& eorum filij,ſicuti declaraui in conſilio 106.num. 39.libro 2.

Et confert quod ſcribit Corneus in conſil.230.colum.10. verſ.& licet.lib.3.poſt Baldum, quod quãdo teſtator vocauit plures & eorum vnus decedit relictis liberis, ij admittũtur vſque quo aliquis eorum extabit ex ea linea,deinde tranſit relictum ad aliam lineam, quia ſicuti ille primus fuit dilectus,ita & eius deſcendentes.

Eadem coniectura pietatis militat in caſu l.cum acutiſ.& d.§.cum autem, quando ſcilicet teſtator grauauit filium vel nepotem reſtituere extraneo.Eſt huius pietatis ratio duplex, prima quam ſuprà retuli,quæ & hoc in caſu locum habet : altera commemorata in d.l.cum acutiſ.in fin.ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere. Hæc enim ratio non militaret in caſu d.l.cum auus. vbi ſubſtitutus nepoti erat filius eiuſdem teſtatoris,atque ita propria eius ſucceſſio. Niſi aliter interpretemur illa verba, alienas ſucceſ.id eſt, improprias, quales eſſent illæ ſubſtitutorum, ſi excluderent filios grauatorum. Et propriæ ſucceſ.dicuntur ipſorum filiorum, cum ſucceſſio eis ſit debita.l.ſcripto.§.vlt.ff.vnde liberi.& ita ſenſit Barbatia in hac l.cum acutiſſimi.num. ..& ſi Socinus in l.cum auus. numero 78.ab eo diſſentiat. Qua de re dicemus infrà.

His conſtat minus rectè ſenſiſſe Cacialupum in d.§.cum autem.poſt Thomam Doccium, quos commemorat Socinus in d.l.cum auus.num.75.cum dixerunt,plures rationes eſſe,& primam quidem coniecturam pietatis : ſecundam,cuius meminit Iuſtinianus in d.§.cum autem, dum dicit,non eſſe veriſimile, patrem ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem. Hanc ſecundam rationem ipſemet Cacialupus concedit non eſſe finalem, ſed impulſiuam. Tertia eſt ratio (inquit Cacialupus) illa,de qua in hac l.cum acutiſſimi.in fine videatur teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere. Hanc tertiam rationem dixi,eſſe partem illius primæ. Ex quo etiam ſequitur rectè ſenſiſſe Antonium illum Malegonellam à Socino commemoratum, dum dixit, hãc rationem relatam in hac l.cum acutiſ.eſſe rationem ſolam finalem intelligendo tamẽ vt dixi ſuprà.Et rectè ſubiiciebat is Anto.alias rationes, nempè quod præſumatur dictũ,& nõ ſcriptum obliuione,vel errore,vel præſumatur à teſtatore omiſſum,eſſe excuſationes, quas imperator facit. Hæc itaque præſumptio fundata eſt in pietate.

17 Eſt † autem pietas(teſte M.Cicerone pro Plan.)fundamẽtum omnium virtutum:parentem,vt Deum vereri: atque non multo ſecus liberos amare debemus.Conſideratur etiam pietas erga patriã, vt inquit idem M.Cicero in Somnio Scipionis.Cole (ait ille) pietatem,quæ cum ſit magna in parẽtibus, & propinquis,tum in patria maxima eſt.

18 Præmitto quintò, & † vltimò, non mediocrem eſſe inter Doctores controuerſiam, an conditio hæc tacita à lege ſic ſubintellecta differat ab illa expreſſa à teſtatore?Et nil differre ſcripſerunt Alexan.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num. 11.& ibidem Herculanus.colum.14.in fine.ff.ad Trebell.Corneus in dicta l.generaliter.§.cum autem.numero 4.C.de inſt. & ſubſti.Socinus.in d.l.cum auus.num.63.de cond.& demon. Decius in cap.in præſentia.num.37.verſ.mihi tamen.de probatio.poſt Aretin. ibidem.nume.40.& eodem in loco Pariſ. nume.59. & Emanule Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.

in quarta par. numero 77.de lib.& pohu.qui magis receptam eſſe ſcripſit.

Contrariam vero opinionem probarunt Iaſon in d.§.cum autem nu.6.qui dixit eſſe communem; opinionem Claudius Seyſellius in d.§.ſi quis rogatus.col.1.& ibidem Ripa nu.27.& ſibi parum conſtans Decius in conſ.416.num.16 veſ.tertio dato. Crediderim quò ad effectum principalem, ob quem lex voluit ſubintelligi hanc conditionem tacitam, vt ſcilicet excludatur ſubſtitutus, ſuperſtite filio aliovè deſcendente filij vel nepotis inſtituti, vnam conditionem ab altera non differre, atque ita hoc in caſu rectè ſenſiſſe Alexandr.& ſequaces. In aliis verò multis effectibus vnam ab altera differre, quemadmodum infrà in diſcurſu intelligemus.

His præmiſſis atque explicatis, conſtituo quatuor huius tractationis,& diſputationis capita.

Primum quorum eſt, quod reſpicit perſonam hæredis inſtituti & onere reſtitutionis grauati, an ſcilicèt reſpectu cuiuſlibet inſtituti & grauati ſubintelligatur tacita hæc conditio ſi deceſſerit ſine liberis.

Secundum eſt caput, quod reſpicit perſonam poſiti in conditione hac tacita, an ſcilicèt quilibet filius vel deſcēdens grauati in hac conditione ſubintelligatur.

Tertium caput eſt, quod reſpicit perſonam eius, cui fieri debet reſtitutio ſicque ſubſtituti, an ſcilicet quilibet ſubſtitutus excludatur à filiis & deſcendentibus in hac tacita conditione ſubintellectis.

Quartum caput eſt, quod reſpicit qualitatem diſpoſitionis ſeu vocationis, an ſcilicet, tacita hæc conditio ſubintelligatur non ſolùm quando facta eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, ſed etiam vulgaris:& tam in donatione cauſa mortis quam in aliis ſimilibus diſpoſitionibus.

19 Primo in capite dicimus, quod † ſi pater inſtituit filium, & eum grauauit poſt mortem ſuam reſtituere alteri, ſubintelligitur conditio ſi, deceſſerit ſine liberis. Ita manifeſtè ſtatuit Iuſtinianus in d.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.& in d.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit &ſubſt. Idem eſt, quando auus, inſtituit nepotem, vt reſpondit Papinianus in d.l.cum auus, ſic pariter quando proauus inſtituit pronepotem & alios deinceps: vt ſanciuit Iiſtinianus in d.l.cum acutiſſimi.vbi annotauit Baldus,& poſt eum Socin. in d.l.cum auus.nu.49.qui Angelum & alios commemorat.&ſecuti ſunt alij relati ab Antonio Padilla in d.l. cum acutiſſimi.numero 24.qui 20 rectè interpretati ſunt nomen poſteritatis, quo † vſus eſt Iuſtinianus continere deſcendentes in infinitum vſque l.immunitates.ff.de iure immunita & l.iuriſcon.§.parentes.ff.de gradib.& ſcribunt Bart.in l.liberorum.num.19.ff.de verb.ſignif. Soc.Sen.in conſil.51.nume.4.lib.4.& Pariſius in conſ.20.nu.12.lib.1.Et ex bonis auctoribus Alex.ab Alexandro in lib.1. dierum genial.capit.15.in fine dum repræhendit C.Caligulam cauillaſſe, poſteros non vltra filios extendi cuius rei meminit Claud.Suetonius in Caligula.cap.38.

Nec adhibibenda eſt differentia, quod filius ſit maſculus, vel fœmina: cùm idem ſit in vno quod in altero: ſicuti omnes paſſim admittunt ex tex.manifeſto d.l.cum acutiſſimi, & tradunt Bart.& Caſtren.in d.l.cum auus, & Ruinus in conſil.77.num.15.lib.2.qui intelligit verum eſſe etiam, quando fœmina eſſet excluſa à ſtatuto, ob maſculos.

Et ex prædictis intelligimus excludi omnino extraneos, qui hos legis beneficio non fruuntur. ſicuti poſt alios ſcripſerunt Iaſ.in d.§.cum autem numero 6.& Padilla in d.l.cum acutiſſimi.num.25.

21 Extenditur primò hoc † caput, vt locum habeat etiam in filio naturali, quem pater hæredem inſtituit in ea portione, quam ei ſecundum iuris diſpoſitionem relinquere potuit. Hunc ſanè ſi pater inſtituit & grauauit poſt mortem ſuam reſtituere alteri, intelligitur, ſi deceſſerit ſine filiis. Ita ſtatuit Iuſtinia.in d.§.cum autem. Nam & coniectura pietatis locum habet erga nepotes ex filio naturali, reſpectu portionis, quæ relinqui potuit ipſi naturali. Hæc extenſio intelligitur de filio propriè naturali: ſecus de ſpurio. Ita poſt alios Rodericus Suarez in alleg.27.num. 12.& num.17. Padilla in d.l.cum acutiſſimi.numero 13.C.de fideicommiſſ.Bero.in capitulo in præſentia.numero 305.de probatio. Eſt ratio, quia hic patrem non habet quem oſtendere poſſit:& ob id ei nil relinqui poteſt.

22 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam in filio naturali, vel ſpurio legitimato inſtituto in totum. Nam & hic grauatus reſtituere poſt mortem ſuam intelligitur grauatus, ſi ſine liberis deceſſerit. Ita Socinus in dicta l.cum auus.numero quinquageſimoſeptimo.ff. de conditio.& demonſtrat. quem hoc in caſu loqui intelligo, & prius Baldus in dicta l.cum acutiſſimi.numero ſeptimo.& ibidem Barba. nume.229. Alexacd.columna prima.in fi.Iaſo.numero ſeptimo. Decius. numero duodecimo.C.de fideicommiſ. Tiraquellus in l.ſi vnquam in verbo, ſuſceperit liberos. numero 69. poſt Ripam bidem quæſtione 30.& alios nonnullos refert Antonius Padilla in dicta l.cum acutiſſimi. numero 17. Et veram eſſe ſententiam exiſtimo. Et ſi enim Iuſtinianus in dicta l.generaliter.§.cum autem in fi.C.de inſtitutione & ſubſtitutione dixe- 23 rit quod conſtitutum fuit in iuſtis liberis, ſe extendere ad naturales quò ad portionem, quæ eis relinqui poteſt:& iuſti liberi † dicantur nati ex iuſtis nuptiis.l.filium.ff.de his, qui ſunt 24 ſui, vel alie.iuris: attamen filij legitimati dicuntur conſecuti iura legitimorum.§.liceat.in Auth.quib .mod.nat.effi.ſui.ibi, *Nihil, à legitimis differentes*. Illa † dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua, quæ omnino negat,& ſi in vna parte eſſet falſa, in omnibus falſa redderetur.l.is, qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub. Præterea & ſecundo accedit, quod ſecuti legitimatus excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditionem, ſi hæres deceſſiſſet ſine filiis legitimis, vt diximus ſupra in præſumpt.78.quia 25 legitimatus exiſtimatur verè legitimus, ita etiam à patre inſtitutus in totum intelligitur grauatus ſecundum huius legis diſpoſitionem. Tertiò † ſuffragatur ſecundum Socinum, quod ſtante ſtatuto, quod filiis maſculis exiſtentibus fœminæ excluduntur maſculis legitimati adhuc fœminas excludūt: Cùm legitimati ſunt verè legitimi. Ita Baldus in l. eam.quam num.26.& in l.cum acutiſſimi nume.7.vbi & Iaſ.colum.2. C.de fideicom. Idem ſcripſerunt Caſtren.in l.ſed ſi hac.§.patronum. ff.de in ius vocan. Picus in l.Titia.§.Titia cum nuberet.num.65.de lega.2.& alios commemoraui ſupra in.præſumpt.78. Quartò confert, quod diſpoſitio d.l.cum auus.d.l.cum acutiſſimi & d.§.cum autem, eſt tota iuris diſpoſitio fundata quidem in præſumpta voluntate teſtatoris, ſicuti diximus ſuprà. Atqui in diſpoſitione iuris legitimatus dicitur verè legitimus 26 Bar.in l.ſi is, qui pro emptore.numero 30.de vſucap.Iaſon in l.cum filio fami.col.vlt.de legat.1.& in l.1.col.vlt.C.de bono. poſſeſſio.contra tab. Et ratio eſt, quia † filium eſſe legitimum non eſt à natura, ſed à iure ipſo poſitiuo.§.liceat in Authen. 27 quibus modis natura: efficiau.legit.&§.ſi quis natura,& §.ſi quis ergo.in Authen.quibus natura eff.ſui.

Et ideò lex diſponens † circa ea, quæ iuris ſunt, veritatem continet, non autem fictionem.l.ſi maritus.§.legis.ff.ad l. Iulian de adulter.vbi Bart. Quintò mouet me, quod propoſito 28 hoc in caſu præſupponit Socinus iam ante diſpoſitionem teſtatoris hunc naturalem vel ſpurium fuiſſe legitimatum. At qui † legitimatus dicitur verè & propriè legitimus quò ad diſpoſita poſt ipſam legitimationem: ſicuti egregiè reſponderunt idem Socinus Sen. in conſilio 226.numero quarto libro primo Curtius Senior in conſilio 74.ſuper commemorata. columna 23.verſiculo ſecundo probatur,& Cephalus in conſi. 285.numero 41.libro ſecundo. legitimatus ergo inſtitutus in omnibus bonis & grauatus reſtituere poſt mortem ſuam intelligitur grauatus, ſi deceſſerit ſine filiis atque ita comprehen- 92 ditur ſub diſpoſitione dicta l.cum auus.dicta l.cum acutiſſimi & dicto §.cum autem. Sextò & vltimò non mediocriter ſuffragatur, quod † idem iuris eſt de toto quo ad totum quod de parte quò ad partem.l.quæ de tota.ff.de regul. iuris. Porrò, ſtatuit Iuſtinia.in dicta l.generaliter.§.cum autem, patrem inſtituentem filium naturalem in ea modica portione, quam iure permitente potuit ei relinquere, intelligi eum grauaſſe reſtituere, ſi deceſſerit ſine liberis. Ita ergo & pater inſtituendo filium legitimatum in omnibus ſuis bonis, ſicuti inſtituere eum poſſe lex ſtatuit, intelligitur grauaſſe reſtituere ſolùm quando decederet ſine filiis. Cùm eadem ſit ratio tam in vno quàm altero in caſu. Et coniectura illa pietatis conſiderata à Papiniano & à Iuſtiniano hoc in caſu locum habeat: Cùm pa- 30 ter habere voluerit filium hnnc ac ſi ex legitimo procreaſſet matrimonio.

Extenditur † tertio vt locum habeat etiam in filiis ſuſceptis à filio ipſo grauato dum fuit in deportatione. Ita Baldus in d.l.



in d.l.cum acutiſſimi.col.pen.& ibidem Padilla.num.42.qui refert,& Socinum in d.l.cum auus.num.100.atteſtantem eſſe communem opinionem.

31 Extenditur quartò, vt † hæc diſpoſitio & præſumptio locum habeat in filio arrogato, ac etiam in adoptato. De filio arrogato, qui in arrogatoris poteſtatem tranſit, iuxta l.cum adoptiuus.§.1.C.de adopt. ita affirmauit in ſpecie Socinus in d.l.cum auus.nume.56.verſ.ſed tu conſidera. Cuius quidem ſententiam comprobat à fortiori auctoritas eorum, qui idem dixerunt in filio verè adoptiuo, de quo mox dicemus.

Huius autem caſus eſt ratio, quod hic concurrunt iura ciuilia & naturalia, hoc eſt,& ratio ſanguinis, quæ coniecturam pietatis inducit,& legis ciuilis diſpoſitio, quæ efficit hunc eſſe ſucceſſorem patris adoptantis:& propterea in eo locum habet ratio.l.cum acutiſſimi.in fine.ne ſcilicet teſtator videatur voluiſſe alienas ſucceſſiones propriis anteponere. Et huc faciunt alia argumenta, quibus vtuntur interpretes illi, qui affirmant, idem eſſe in filio verè adoptiuo, vt ſtatim dicemus.

De adoptiuo verò propriè (ſicuti quando filius exiſtens in patris naturalis poteſtate ab extraneo adoptatur. Quiquidem adoptatus non tranſit in familiam & agnationem ipſius adoptantis, iure ſaltem antiquo.l.arrogatio.§.1.ff.de adoption.) ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui affirmarunt eſſe locum huic diſpoſitioni. Ita Comenſ.in d.l.cum auus.in fine. Fulgo. in dicta l.generaliter.§.cum autem.num.6.C.de inſt.& ſubſt. Barba.in d.l.cum acutiſſimi.nume.287.Riminal.Sen.in conſ. 578.nume.3.Iaſ.in d.§.cum autem.col.5.verſ.ſecundo modo poteſt intelligi.& Picus in l.Titio.§.Titia.nume.63.verſ.vel dici poſſet.de leg.2.

Quæ ſanè ſententia,& mihi ſatis placet. Et primo quidem 32 ea ratione quod † adoptiui ſimiles ſunt in omnibus filiis legitimis,& naturalibus, quò ad effectū ſucceſſionis, qui quidem ſpectatur in caſu diſpoſitionis.l.cum acutiſſimi.in fine. Ergò ſicuti in legitimis & naturalibus ſubintelligitur conditio hęc ſi deceſſerit ſine liberis, ita pariter ſubintelligitur in adoptiuis. Illud antecedens probatur in l.ſi te parens.C.de ſuis & legit. Hinc dicimus, adoptiuum excludere matrem à ſucceſſione ab inteſtato patris adoptantis.l.2.§.liberi.l.ęquiſſimum.ff. ad Tertull. Et in ſucceſſione ab inteſtato adoptiuum præferri cæteris alioqui ſucceſſuris adoptanti, probant.l.1.§.ſuos.ff.de ſuis & legit.& §.inteſtatorum. in Inſti.de hæred.quæ ab inte- 33 ſta.defer. Imò † adoptiuus præteritus à patre ipſo adoptiuo irritum facit eius teſtamentum.l.certum.in princi.ff.de iniuſto rupto.

Secundò accedit ratio ducta à coniectura pietatis, in qua fundata eſt tota hæc diſpoſitio.d.l.cum auus, ibi, coniectura pietatis. Hæc ſanè pietas ita conſideratur in adoptiuo, vt in legitimo,& naturali. Id quod vel ex eo probatur, quod alere 34 † filium prouenit à pietate & charitate, quæ eſt patris erga filium.l.ſi quis à liberis.§.1.verſ.& magis ff.de liberis agnoſc. l.vnica.§.taceat.verſ.ſileat.C.de rei vxoris actio. Pater autem adoptiuus filium alere tenetur. Ita gloſ.in l.onera.ff.de adoptio. Specula.in tit. qui filij ſint legitimi.num.19.Bald.in d.l. cum in adoptiuis.num.5.C.de adoptio.& in auth.niſi rogati. num.19.C.ad Trebelli.Albe.in l.ſi quis.num.14.ff.de lib.agnoſc. Et probatur in d.l.onera, vbi pater adoptiuus ſuſtinet onera filij adoptati, ergò eum debet alere.

Tertiò ſuffragatur, quod Iuſtinia.in d.l.generaliter.§.cum autem, ſtatuit, in filio naturali grauato ſubintelligi hanc conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. Atqui maior eſt ratio in adoptiuo, quàm in naturali. Ergò idem dicendum eſt in filio adoptato. Ita minor probatur, quod lex plus tribuit adoptiuo, quàm ipſi naturali. Hoc patet, quia † ado- 35 ptiuus in totum ſuccedit patri ab inteſtato, vt diximus ſuprà. Naturalis verò ſolùm ſuccedit in duabus vnciis. authen. licet. C.de natural.liber. In adoptiuo tranſit dignitas, & nobilitas patris adoptantis. l.per adoptionem. ff. de adoptionib.& l.Senatoris filium.ff.de Senatoribus. Et Ouidius in 4.faſtorum.

*Hic ad te magna deſcendit origine menſis. Et fit adoptiua nobilitate, tuus.* Hæc autem non tranſeunt ad filios naturales, vt ſcribunt.Bart.l.1.col.4.nume... verſ.item pone ex eodem.C.de dignit.lib.12. Bal.in l.cum legitimæ.ff.de ſtatu homi.& idem in l.cum in antiquioribus.quæſt.8.C.de iure deliberan.

Vltimò accedit, quod tota hæc diſpoſitio eſt fauorabilis, nempè fauore filiorum & deſcendentium introducta, ſicuti 36 manifeſtum eſt. At qui † in diſpoſitione fauorabili adoptiuus nil penitus differt à legitimo & naturali. Ita Bald.in l.ſed ſi hac.§.parentes, vbi etiam Angel.ff.de in ius vocan.& apertiùs Natta in l.hac conſultiſ.§.ex imperfecto.num.88.C.de teſta. Ergò hæc noſtra diſpoſitio locum etiam habet in adoptiuo, & probat tex.l.1.§.vlt.ff.de leg.præſtan.vbi legata pręſtantur & adoptiuis rupto teſtamento, id, quod fauore filiorum factū eſſe probat.d.l.1.in princ.

Contrariam itaque opinionem malè defendunt Petrus & Cynus in d.l.generaliter.§.cum autem.& ibidem Alb.num.2. & num.6.Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num.12.ff. ad Trebell.& ibidem Claudius de Seyſellio.num.3.Soci.in d. l.cum auus.num.56.verſ.ſecus autem videtur. Decius in d.§. cum autem.in 7.limita.& Tiraquell.in l.ſi vnquam.in verbo, ſuſceperit liberos.num.10.C.de reuocan.donat.& Antonius Padilla in d.l.cum accutiſſimi.num.18.C.de fideicom.

Primò eo moti ſunt, argumento, quod nec l. cum auus. nec.l.cum acutiſſimi.nec d.§.cum autem, de filio hoc adopti- 37 uo loquantur,& materia hæc eſt exorbitans. At qui in † exorbitantibus non eſt permiſſa extenſio.l.ſi verò.§.de iure.ff.ſolut.matr. Ergò hæc diſpoſitio extendi non debet ad adoptiuos. Cæterùm reſpondetur, quod imò & in exorbitantibus permiſſa eſt extenſio ex idèntitate rationis. Bartol.in l.ſi conſtante.nume.44.ff.ſolut.matr.& ibidem Iaſ.num.73.& Ripa. num.80. Hic autem eandem eſſe rationem ſatis ſuperque demonſtrauimus.

Secundò mouetur Alexan.in d.§.ſi quis rogatus.il 1.nume. 12.ex l.cum in adoptiuis.§.ſed ne.C.de adoptio.quam ſecundum Socin.in d.l.cum auus.nume.56.allegare voluit Alex.ad 38 probandum, filium adoptium † non dici verè & propriè filium: dum dixit Iuſtinia.eſſe filium imaginarium,& propterea non ſuccedit (ait Iuſtinian.) contra teſtamentum patris cum tamē filius legitimus & naturalis ſuccedat. Et quod adoptiuus non ſit propriè filius manifeſtè probant.l.filio, quem pater.in princi.ff.de lib.& poſth.& l.adoptiones.ff.de adopt. & ſcribunt commemorati à Tiraquello in l.ſi vnquam.in verbo, ſuſceperit liberos.num.15.C.de reuocand.donat. Hinc fit, 39 quod ſtatutum ſimpliciter † de filiis loquens non intelligitur de adoptiuis. Bal.in l.fideicommiſſum.ff.de condi.& demon. Angel.in dicta l.cum in adoptiuis. Alexan.in l.adoptiuum.in princ.ff.de in ius vocan.& Tiraquell.prædicato in loco.num. 7.& in tract.de iure primig.q.84.num.2.cum ergò filius adoptiuus non dicatur propriè filius, ſequitur dicēdum, non contineri ſub hac diſpoſitione, quæ de filiis loquitur. Verùm reſpondetur in hac diſpoſitione & materia non conſiderari, an quis ſit propriè filius, vel non, ſed ſolùm an loco filij ſit reſpectu amoris & pietatis, ac reſpectu debitæ ſucceſſionis ab inteſtato, iuxta rationes d.l.cum auus.& dicta l.cum acutiſſimi. Id quod manifeſtè patet ex prædictis legibus, quæ volunt hanc conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubintelligi quando & nepos,& alij deſcendentes inferiores ſunt vocati & grauati:& tamen ij non dicuntur propriè filij ipſius teſtatoris. Et prętereà tex.d.l.generaliter.§.cùm autem, id ſtatuit in filio naturali, 40 qui tamen non eſt propriè filius: cum is propriè filius † dicatur, quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant.l.filium eum diffinimus. 41 ff.de ij, qui ſunt ſui vel alie.iuris. Nec obſtat † quod adoptiuus non ſuccedat contra teſtamentum patris.d.l.cum in adoptiuis.§.ſed ne.nam reſpondet Iaſ.in d.§.cum autem, non valere conſequentiam, cum idem ſit in filio naturali, qui non poteſt ſuccedere contra teſtamentum patris.gloſ.l.1.in princi.ff.de bonor.poſſ.contra tab. Et tamen in eo locum habet hæc diſpoſitio.d.§.cum autem.

42 Tertiò mouetur † Soci.in d.l.cum auus.nume.56.in fine. verſ.ſecus autem, quod ij filij adoptiui non ſunt in conſideratione legis, ex quo nec olim, nec hodie efficiuntur de familia, & agnatione adoptantis. Quod olim non efficerentur probat tex.l.arrogato.ff.de adoptio. Hodiè non tranſire probat text. d.l.cum in adoptiuis.§.vlti.C.eo.& §.ſed hodie.Inſtit.eo. vbi datus in adoptionem patri extraneo non tranſit in eius poteſtate, ſed manet in poteſtate patris naturalis, ſecus ſi detur in adoptionem auo materno, vel paterno, qui iam filium emancipauerat. Verùm reſpondetur, idem eſſe in filio naturali, qui non eſt ſub poteſtate patris, vt diximus ſuprà ex §.1.

ex §.in Inſt.de patria poteſtate, vbi Are.in 2.nota.Et tamen
in filio ipſo naturali locum habet hæc diſpoſitio.d.l.genera-
43 liter.§.cum autem. Rurſus repondetur 2.quod † imò olim
adoptati trãſibant in poteſtatem adoptantis.Ita gl.in l.1.ff.de
adoptio. & in Inſtit.eo. in prin. vbi Bald.diuinus explicat,&
glo.in d. l.cum in adoptiuis, in princ.Hodie illi, qui iuris ſui
ſunt,cum ſe dant in adoptionem tranſeunt in poteſtatem pa-
tris adoptantis. d.l.cum accutiſſimi.§.vlt.Quæ quidem ſpe-
cies adoptionis appellatur arrogatio.

Quartò mouetur Dec.in d.l.generaliter.nu.16.verſic.& in
caſu iſto, C.de inſti.& ſubſtit.quod hæc diſpoſitio eſt funda-
ta in cauſa naturali, non autem in patria poteſtate,quæ hoc in
caſu non inſpicitur:ſicuti clarè colligitur ex d.l.cum auus, ibi,
*coniectura pietatis*.& ex hac.l.cum acutiſſimi.ibi,*ne alienas ſuc-
ceßiones*.& ex d.l. generaliter.§.cum autem.vbi de filio natu-
rali idem ſtatuitur, quia & in eo militat ratio naturalis ipſius
44 ſanguinis,cum tamen † filius naturalis non ſit in poteſtate pa-
tris,§.1.in Inſt. de patria poteſta.vbi Are.in 2.nota.Bal.l.Gal.
§.quidam rectè.col.3.ff.de lib.& poſth. Quæ ſanè ratio ceſſat
in adoptiuis, qui non ſanguinis, ſed bonorum ſucceſſores
fiunt.

Verùm reſpondetur quod imò & effectus ſucceſſionis ſpe-
ctatur in caſu noſtro,vt in d.l.cum acutiſſimi.in fi. quæ tamen
ſit coniuncta cum aliqua charitate & pietate, quæ non mo-
dica eſt patris adoptantis erga adoptatum,ſicuti ſupra demon
ſtrauimus.

45 Quintò argumentantur † prædicti doctores ex eo, quod
filiis adoptiui nõ faciunt deficere fideicom.l.fideicommi.ff.
de cond.& demon.& l.ſi ita quis in teſtamento.§.ſi is cui. de
leg.2.Ergo pari ratione idem dicendum eſt in caſu noſtro,
quod ſcilicet in eis locum non habeat hæc diſpoſitio.

Cæterùm reſpondetur diuerſum admodum eſſe caſum d.l.
fideicommiſſum,& d.§.ſi is,cui: à caſu noſtro.Nam ibi teſta-
tor inſtitutum grauauit, ſi deceſſerit ſine filiis:intellexit,ſi de-
ceſſerit ſine liberis à ſe genitis,non autem de adoptiuis: quia
alioqui is grauatus facilè fraudem facere poſſet ipſi fideicom
miſſo adoptando aliquem in filium,ſicuti & iuriſcon. ac gloſ-
ſator cæterique interpretes hac ratione moti ſunt.Qua de re
dicemus in ſubſequenti capite.Et ideò nulla eſt ratio, nullá-
que affectio, qua dici poſſit teſtatorem illum intellexiſſe de
filiis adoptiuis.In caſu verò noſtro diuerſum eſt, quia ipſe-
met teſtator eſt ille, qui à ſe adoptatum inſtituit & grauauit,
& erga illum affectionem demonſtrauit. Et hinc fit, quod &
in caſu d.l.fideicom. ille grauatus, ſi deceſſerit ſine liberis,
eo tempore habuiſſet adoptiuum, quem teſtator potuit dili-
gere & ille faceret deficere conditionem, quia de eo præſu-
mitur intellexiſſe.Ita Rui.in l.Gal.§.& quid ſi tantum prima
lectura num.50.& in 2.num.27.ff. de lib.& poſth.Soc.in l.ſi
cognatus.num.3.ff.de reb.dubiis, & Tiraq.in l. ſi vnquam in
verbo,ſuſceperit.num.22.C.de reuo.dona

Ita etiam reſpondetur ad.d.cap.1.§.adoptiuus.ſi de feudo
fuer. controueſ.& ad illud de ſtatuto excludente fœminas per
maſculos,Illa enim procedunt in facto(vt diximus)tertij,non
autem ipſius adoptantis,cuius affectio erga adoptatum conſi-
deratur.Hic enim habet ipſum adoptatum in filium, & à ve-
ro filio nil differre voluit.Et hic ceſſat illa fraus, quæ ſolet
conſiderari in filio, qui adoptatur poſt conceſſum feudum,
vel inductum fideicommiſſum,ſicuti diximus ſupra.

46 Extenditur † quartò, vt locum habeat hæc diſpoſitio &
præſumptio in filio inſtituto & grauato à matre, vel ab aſcen-
dente per lineam maternam.Ita glo.2.d.l.generaliter.§.cum
autem.C.de inſti.& ſubſt.& ibi Bar.nu.1.idem Bar.in l.cum
auus.nu..., ff.de cond.& demon.& ibid.Caſtr.num.1.& Soc.
nu.48.& nu.52.qui communem eſſe opinionem teſtatur.Bar
ba.in d.l.cum acutiſſimi.nu.84.Aret.in l.2.in fin.C.de inoffi.
teſta.Cor.in conſil.197.col.pen.libr.3.Iaſ.in d.§.cum autem.
col.2.verſi.tertiò extende,& ibid.Dec.nu.8.& idẽ Decius in
conſil.361.col.2.num...& in conſ.416.col.1.& Tiraq.in l.
ſi vnquam in verbo patronus.nu.1.C.de reuo. dona.qui & a-
lios recenſet Emanuel.Coſta.in c.ſi pater in 1.par.in verbo,
ſi abſque liberis.num.5.de teſta.in 6.& Anto. Padilla in d.l.
cum acutiſſimi.nu.15.

Primò ex verbis.d.§.cum autem,vbi in filio naturali locum
habet hæc diſpoſitio, ex quo intelligimus, patriam poteſta-
tem,quæ in matre ceſſat, non curari. Nec repugnat, conſide-
47 ratio Decij cum dixit. d.§.cum autem, loqui de † iuſta ſo-
bole,quæ eſſe dicitur illa quę ſubeſt patriæ poteſtati.Nam nil
hoc ad rem pertinet, quia nos loquimur de ipſo naturali in-
ſtituto & grauato,quem eius pater:& ſi eum ſub patria pote-
ſtate non habeat,grauaſſe ſic intelligitur, ſi deceſſerit ſine fi-
liis.Non autẽ loquimur de filiis ipſius naturalis, quos ex legi-
timo matrimonio eſſe oportet,vt deinde excludãt ſubſtitutũ.

Secundò confert.l.cum acutiſſimi in verſi.ſi quis,quæ † qui
48 dem dictio,ſi quis,maſculinum continet & fœmininum.iux-
ta l.1.vbi Bar.ff.de verb.ſignif.& l.ſi quis id,quod.ff.de iuriſd.
om.iud.vbi latè Iaſ.numero.11.qui alios refert.Et præſertim
in materia differenti hoc procedit. Ang.conſilio 289.Viſo
teſtamento.Iaſ.in d.l.ſi quis id, quod nume.11.diximus ſupra
in præſumpt.

Tertiò melius ad rem facit,quod hæc diſpoſitio eſt funda-
ta in coniectura pietatis.d.l.cum auus Atqui hæc pietas ita
locum habet in matre erga filium quàm in patre ipſo ſecuti
è contra pietas filij erga parentes.Ergo & hæc diſpoſitio. Illa
minor probatur egregio reſpõſo l.furioſæ matris.ff.de cura.fu
rio.Cuius verba hæc ſunt.*Furioſæ matris curatio ad filium per-
tinet: Pietas enim parentibus, & ſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua
debebitur*.Huc facit.l. hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de
teſta.ibi,vtriuſque ſexus.

Confert tex.l.vnicæ.§.taceat. † C.de rei vxo.actio.ibi,
49 *naturalis ſtimulus parẽtes ad liberorum ſuorũ educationẽ hortatur.*
Hinc ſumus ille propheta Eſaias cap.49.clamat, *Domine,
nunquit obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur
filio vteri ſui?*

Et egregiè Ariſtoteles lib.9.Ethico.ca.7.in fin.ita ſcribit.
*Præterea, quæ facta ſunt cum labore, ea magis diligunt omnes,vt &
pecunias magis diligunt, qui acquiſierunt, quàm qui ab alijs accepe-
runt. At beneficium quidem accipere, ſine labore eſſe conſtat, benefi-
cium autem conferre, difficile. Propter hæc & matres filios magis a-
mant. generatio namque laborioſa eſt magis, & magis ſciunt eſſe
ſuos.*Idem Ariſtoteles lib.7.Ethicorum ad Eudemum ſic ſcri-
ptum reliquit.*Et matres effuſius quàm patres amant, quia magis
ſuum opus eſſe liberos arbitrantur, & quia opus difficultate diffini-
unt, magis vtique generando mater affligitur.* Hæc ille.Et ratio-
nes maioris amoris has eſſe intelligimus, quod magis diligi-
mus, quæ maiori labore acquirimus: ſicuti mater, quæ ante
partum eſt oneroſa,in partu doloroſa, & poſt partum laborio
ſa.cap.vlt.de controuerſ.infidel. Prætereà firmitas iudicij ma-
iorem infert dilectionem, Porrò mater (vt dixit Ariſtoteles)
eſt magis certa quàm pater. iuxta l.Lucius.ff.de cond.& de-
mon.Et demum vbi maior eſt coniunctio,ibi etiam maior eſt
amor.At filius † dicitur portio viſcerum matris.l.partus.ff.de
50 rei vend.& cap.ſi ad matris.& cap.in maternis.de conſecrat.
diſtin.4.Nil.mirum ergo ſi maior eſt matris erga filium dile-
ctio quàm patris.

Extenditur ſextò vt † locum habeat etiam in filio emanci-
51 pato.Ita poſt.Bar.& Comen.in d. l.cum auus,ſcripſit ibi Soc.
num.51.& Anto.Padilla in d.l.cum acutiſſimi num.14.

Extenditur ſeptimo vt locum habeat † etiam quando pa-
52 ter vnà cum filio inſtituit extraneum, & vtrumque grauauit
reſtituere.Hoc etiam caſu in perſonam filiis ſubintelligitur
conditio hæc, ſi ſine filiis deceſſerit: & ſi in perſonam extra-
nei ſubintelligi nõ poſſit.Ita docuit Socinus in d.l.cum auus.
num.53.de cond.& demon.poſt Io.Baptiſtam à Sancto Seue-
rino eius præceptorem,quem commemorat.

Idem Socinus in l.hæredes mei.§.cum ita.numero 19.ff.ad
Trebel.& idem reſpondit Corneus in conſilio 197.numero 2.
& numero 9.lib.3

Et hos ſecutus eſt Antonius Padilla in d.l.cum acutiſſimi.
numero 29.C.de fideicom.

Et ad rem optimè confert quod reſpondit Decianus in
conſilio 60. numero 16.libro tertio, cùm dixit, quòd licèt in
aſcendente vocato & grauato non ſubintelligitur hæc condi-
tio,ſi deceſſerit ſine liberis vt dicemus infra in 2. declarat.at-
tamẽ ſi cum ipſo aſcendente fuit inſtitutus & grauatus etiam.
deſcendens in ipſo deſcendente ſubintelligetur hæc conditio

Et ſimilia congerit Zanchus in d.l.hæredes mei.§.cum ita
in vltima par.numero 49.50.51.& nume.52.& non hic repe-
to,cum facile apud eum legi poſſint.

Cæterùm contrariam opinionem aduerſus Socinum.Cor-
neum & Padillam probarunt Comenſ.in d. l.cum auus.Ioan.
Sperellus



Sperellus in l.in teſtamento.C.de teſtam.milit.quos recenſet
Socin.in d.l.cum auus.nume.53.qui eiuſdem opinionis refert
Anch.in conſ.43.& hos ſecuti ſunt Rui.in conſi.3.nu.18.& in
conſ.157.num.8.lib.2.& Deci.in conſ.504.col.vlt.verſ. tertio
facit.Imò hanc opinionem viſus eſt probare ſibi parum con-
ſtans Socinus Sen.in conſil.191.col.6.verſi.ſed poſito quod,
lib.2. Hæc ſecunda opinio receptior videtur:mihi tamen ma
gis probatur prima: cùm veriſimilius ſit, patrem teſtatorem
eandem pietatis cauſam cõſideraſſe hoc in caſu erga filij ſui
poſteritatem, quam conſideraſſe dicimus, quando ſolum ip-
ſum filium vocaſſet & grauaſſet.

53 Declaratur primò hoc caput † & præſumptio vt locum
habeat in filio carnali,ſecus verò in ſpirituali hęrede inſtitu-
to & grauato à patre ſpirituali. Nam & ſi filij nomẽ obtinet,
non tamen pietas & affectio naturalis erga eum cõſideratur,
ſicuti erga filium naturalem.Ita rectè dòcuit Picus in l.Titia.
§.Titia.num.72.de leg.2.reiecta contraria opinione Barbatiæ
in dicta l.cum acutiſſimi,qui ſuo more multa leuia & imper-
tinentia effutiuit. Hac de re dicemus infra in ſubſequenti
capite.

54 Declaratur ſecundo † hæc præſumptio,vt locum non ha-
beat, quando filius inſtituit patrem ſuum, quem grauauit
poſt mortem ſuam reſtituere. Nam hoc caſu non ſubintelli-
gitur tacita hæc conditio,ſi pater inſtitutus deceſſerit ſine fi-
liis.Ita gloſ.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,il primo, in verbo,
ex voluntate.ff.ad Trebel.Bartol.in dicta l.cum auus. nume-
ro 2.& ibidem Socinus.numero 14.verſic.quartò infertur. de
condition.& demonſtra. Marianus Socin.Sen.in conſilio 23.
numero 12.lib.1.Iaſ.in dicta l. generaliter.§.cum autem. col.
4.verſic.ſeptimò limita.C.de inſtit.& ſubſtit. & ibidem Dec.
numero 15.Gozad.in l.qui ſe patris.nume. 197.C.vnde liberi.
Fernandus Berengarius in l.in quartam, in 3.par.numero 99.
ff.ad leg.Falcid.Ioan.de Garõnibus in rubrica.C.de ſecund.
nupt.numero 99.Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verbo, ſuſcepe-
rit.nume.220.C.de reuocan.dona.Alcia.in tract.de pręſump.
reg.1.præſumpt.8.in fin.& in reſp.568.nume.1. Natta in l.hac
conſultiſſima.§.ex imperfecto.in fin.C.de teſtam. Rodericus
Suarez in l.quoniam in prioribus.in ampl.6.numero 4.C.de
inoffic.teſtam.Roland.in conſil.39.numero 13.lib.3.& Anto-
nius Padilla in dicta l. cum acutiſſimi.nume.16. & Emanuel
Coſta in cap.ſi pater,in prima par.in verbo, ſi abſque liberis
numero 6.de teſtam.in 6.

Et huius ſentẽtiæ ea eſt vera & ſolida ratio,quia ſatis con-
ſtat hoc in caſu conſideratam fuiſſe à Papinia. & Iuſtin. per-
ſonam filiorum inſtituti & grauati. Illa enim pietatis conie-
ctura, & cauſa, quam conſiderauit Papinia.non reſpicit per-
ſonam inſtituti,cui teſtator ipſe prouidit, ſed reſpicit perſo-
nam filiorum ipſius ſubſtituti, qui alioqui manerent omninò
priuati ſucceſſione teſtatoris,niſi intelligerẽtur in conditio-
ne poſiti.Et ideò Iuſtinian.in d.l.cum acutiſsimi in fine, ſta-
tim quod dixit, in conditione ſubintelligi non ſolum filios,
ſed & nepotes & pronepotes, ſubiunxit, coniecturam hanc
ſumi, ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones propriis na-
teponere.

Et idem Iuſtin.in d.l.generaliter.§.cum autem, dixit, non
eſſe veriſimile,patrem, ſi de nepotibus cogitauerit,talem fe-
ciſſe ſubſtitutionem.Hæc itaque tota diſpoſitio ac iuris pro-
uiſio facta eſt ad commodum & fauorem principaliter filio-
rum aliorúmque deſcendentium poſitorum in conditione
hac tacita & ſubintellecta. Hac conſideratione confutantur
perpenſa à Decio in d.§.cum autem.num.15.qui dixit, perſo-
nam inſtituti & grauati principaliter fuiſſe conſideratam, &
propterea(inquit Decius) cum hic conſideretur perſona inſti
tuti patris, cui ſucceſsio filij debetur.l.nam & ſi parentibus.
ff.de inof.teſtam. videtur dicendum, & in eo locum habere
hanc diſpoſitionem. Eſt enim verius principaliter conſide-
rari perſonam filiorum inſtituti & grauati.

Et propterea cum filij patris inſtituti ſint teſtatoris fratres,
ſequitur dicendum, coniecturam pietatis eos non reſpicere.

His conſtat minus rectè contrariam opinionem probaſſe
Cynum in d. §.cum autem.quæſt,2.Angelum in l. ex facto.§.
ſi quis.il 1.col.vlt.verſ.ſed hic dubito.ff.ad Treb.Barb.in d.l.
cum acutiſſimi.nume.49.& Decium in d.§.cum autem. num.
15.verſi.& iſta concluſio. Nec vera eſt ratio ab his conſidera-
ta,cum dixerunt,coniecturam pietatis,in qua fundata eſt di-
ſpoſitio.d.l.cum auus, locum habere etiam in filiis erga pa-
rentes.d.l.nam & ſi parentibus. Non eſt vera hæc conſidera-
tio,quia(vt iam diximus)non conſideratur hic perſona inſti-
tuti,ſed eius filiorũ,erga quos teſtatoris nulla eſt pietas.Non
hic referam illa multa cõgeſta à Barb.in d.l.cum acutiſsimi.
num.46.& multis ſubſequentibus: cùm leuia ſint, & ad rem
parum conferant.

Cæterùm recepta hæc ſententia ceſſat, quando aliqua ex-
tat coniectura, quæ ſignificat, filium grauantem patrem à ſe
inſtitutum, intellexiſſe, ſi deceſſerit ſine liberis, ſicuti eo in
caſu, de quo reſpondit Alciatus in reſp.568.nume.2. quando
notarius in perſonam filij teſtatoris, qui matrem inſtituit &
grauauit ſubſtituendo auunculos,ita dixit:Et ipſo teſtatore&
matre eius ſine filiis decedẽtibus,ſubſtituit auunculos ſuos.
Illud verbum, decedentibus,pluralis numeri,in ſolo ipſo te-
ſtatore verificari non poteſt, ob id comprehendit etiam ma-
trem.Et ſimile tradit Bar.in l.vlt.num.2.verſ.quia ei,vel eos.
ff.ad Tertul.quem ſecuti ſunt multi à me congeſti in conſil.
199.nu.6.lib.2.dicitur ergo filius iſte teſtator poſuiſſe in con
ditione etiam filios matris.

Rurſus hæc declaratio locum quidem habet,(vt diximus)
reſpectu filiorum patris inſtituti atque fratrum ipſius teſta-
toris, ſed diuerſum eſt reſpectu aui ipſius teſtatoris. Nam ſi
extat auus tempore quo teſtator iſte patrem ſuum inſtituit &
grauauit,ſubintelligitur conditio,ſi pater ipſe inſtitutus gra-
uatúſque decedat, non ſuperſtite patre ſuo,ſicque teſtatoris
auo, quem ipſe teſtator præſumitur poſuiſſe in conditione.
Ita Comenſ.in dicta l.cum auus.Fulgoſius in dicto §.cum au
tem, & ibidem Deci.numero 15.verſic.venio ad ſecundum.
& hanc eſſe probabiliorem affirmauit Socin. in dicta l.cum
auus.num.16.verſi.puto hanc,& ſi(vt mox referam)ipſe con-
trariam probauit.Et huius ſententiæ ea eſt ratio prima & prę
cipua,quod cum hæc diſpoſitio fundata ſit in coniectura pie
tatis, quæ ita conſiderabilis eſt erga parentes quàm erga fi-
lios & alios deſcendentes, dicendum eſt, filium grauantem
patrem à ſe inſtitutum, conſiderationem habuiſſe perſonæ
aui,quem excludere,& extraneos anteponere impium eſſet.
Et ſi enim magis debita eſt ſucceſſio patris erga filios & de-
ſcendentes,quam ècontra:Non tamen inde fit,quin & eis ra-
tione naturali ac filiali pietate debeatur. Et propterea ſicuti,
quando pater grauauit filium, ſubintelligitur tacita cõditio,
ſi deceſſerit ſine liberis,ita pariter quando filius grauauit pa-
trem,ſubintelligi debet conditio, ſi is pater deceſſerit nõ re-
licto auo ipſius teſtatoris.

His intelligimus contrariam opinionem malè probaſſe
Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.ff.ad Treb.Cor.in d.l.
generaliter. §.cum autem, & ibidem Iaſ.col.4.verſ.ſeptimò
limita. & Soci.in d.l.cum auus.nu.16.puto hanc opinionem.
Ripa in d.§.ſi quis rogatus.nu.5. Emanuel Coſta in cap.ſi pa-
ter.in prima par.in verbo, ſi abſque liberis.nume.6.verſ.hæc
autem communis.de teſtam.in 6.& Rodericus Suarez in d.l.
quoniam in prioribus,in ampl.16.num.4.in fi.C.de inoffi.te-
ſtam. Et ij quidem ea ratione primum moti ſunt, quia filius
inſtituendo & grauando patrẽ, non dicitur cogitaſſe de auo,
quod,ſcilicet,deberet ſuperuiuere ipſi patri ſuo,atque ita de-
beret ſuccedere filio ſuo, cùm id ſit præter naturam.l.nam &
ſi parentibus.in prin.ff.de inof.teſtam.ſi ergo non cogitauit,
non etiã debet ſubintelligi,quod tacitè fuerit poſitus in con-
ditione.Verùm reſpondetur,nos loqui in caſu dubio,& pro-
pterea præſumendum eſt, teſtatorem cogitaſſe euenire poſſe
(ſicuti & ſæpe euenit,)quod filius decedat ante patrẽ.Et hoc
quidem dicendum eſt, ne auus excluſus à nepote teſtatore vi
deatur. Non etiam repugnat alia prædictorum interpretum
conſideratio, cùm dixerunt, non eſſe veriſimile, quod auus
ſuccedat patri,ſicque filio ſuo:cùm patris hæreditas ad pro-
prios filios pertineat non autem ad ſuum genitorem. auth.in
ſucceſſione.C.de ſuis & legit. Et ideo fruſtra videtur ſubin-
telligi hæc tacita conditio ad commodum aui. Nam reſpon-
detur.d.auth.in ſucceſſione.loqui, quando agitur de ſucceſ-
ſione bonorum patris ab inteſtato.In caſu verò noſtro agitur
de ſucceſsione ex perſona nepotis, ac de interpretanda eius
voluntate,quam eſſe cõiecimus,coniectura pietatis,quod no
luerit anteponere extraneos proprio auo.

55 Declaratur † tertiò, vt hæc præſumptio & diſpoſitio, locum non habeat, quando frater inſtituit & grauauit fratrem: Ita Alber. in d. l. generaliter. §. cum autem. nu. 4. & ibid. Alex. num. 7. Iaſon col. 4. verſ. ſextò limitat. Decius nume. 14. Alex. conſi. 38. lib. 1. Dec. conſ. 497. num. 1. & in conſi. 529. nu. 7. Soc. in dicta l. cum auus. col. 1. poſt Bart. & alios plures, & teſtatur eſſe communem omnium opinionem. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. nume. 55. ff. ad Trebel. & alios plures recenſet Tiraquellus in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos. nu. 266. C. de reuocan. donat. qui pariter hanc eſſe communem opinionem aſſeruit. Et ſecuti ſunt Emanuel Coſta in cap. ſi pater, in prima parte, in verbo. ſi abſque liberis. nu. 7. de teſt. in 6. & Cephalus in conſi. 576. num. 13. lib. 4. & Padilla in d. l. cum acutiſſimi. num. 26.

Primò, quia ratio coniecturæ pietatis, in qua fundata eſt hæc diſpoſitio, dicta l. cum auus, ibi, *coniectura pietatis reſpondi, &c.* locum non habet in fratre inſtituto & grauato.

Ergo in eo locum non habet hæc diſpoſitio: Quod coniectura pietatis ceſſet vel ex eo patet, quod iure noſtro cautum non reperitur, pietatem conſiderari niſi in parentibus erga filios & econtra, vt in l. hoc colore, vbi gloſ. notab. & in l. nã etſi parentibus, in prin. ff. de inoffic. teſtam. & in l. 3. C. eod. in l. patrem. ff. de his, quæ in fraudem cred. l. penult. ff. de obſeq. à lib. vel lib. præſtan. l. Diuus. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 2. C. de patria. poteſt. l. in teſtamento. ff. de fideicom. liber. & in l. contra voluntatem. C. de manumiſ. teſtam.

Secundò, in fratre inſtituto & grauato ceſſat etiam illa ratio effectus ſucceſſionis, de qua in l. cum acutiſſimi, in fine, ibi, *ne alienas ſucceſſiones, &c.*

Non enim frater tenetur inſtituere fratrẽ. §. Soror. in inſt. de inoff. teſtam. & l. fratris, & l. fratres. C. eod. de inoffic. teſta. vbi Docto.

Tertiò confert tex. l. 3. §. 1. ff. de legat. præſtan. vbi illud edictum fundatum in æquitate quadam naturali fauore filiorum & aſcendentium, ſicuti dicitur in l. 1. in princ. eod. tit. non habet locum in legatis factis fratribus aliisq́; tranſuerſalibus.

Nunc confutanda ſunt argumenta eorum, qui à communi hac opinione diſſenſerunt: nempè Barba. in l. cum acutiſſimi. num. 20. & in conſi. 28. col. 2. & 3. lib. 2. & Guiel. Benedicti in cap. Raynutius. in verbo, ſi abſque liberis. il 1. numero 4. de teſtam.

Et primò quidem adducti ſunt tex. dicta l. cum acutiſſimi, in illis verbis, *nos huiuſmodi ſenſum imitati, pleniſſimum ei donauimus euentum, &c.* Extendit ergo Iuſti. pleniſſime reſponſum Papiniani. Nec reſtringitur dicta l. cum acutiſſimi ad terminos. dicta l. cum auus, interpretatæ, ex quo voluit eam extendere, arg. l. raptores. C. de epiſc. & cleri. & gloſ. in clemen. 1. de probat.

Ergo debet intelligi hæc. l. cum acutiſſimi, vt extendat etiã ad tranſuerſales. Cæterùm reſpondet Socinus in dicta l. cum auus. nume. 4. verſi. & diſcutiendo, &c. quod licèt tex. l. cum acutiſſimi, veniat ampliatiuè, dicendo, *pleniſſimum ei donauimus vſus euentum*: attamen Iuſtin. ſeipſum declarat, dum ſubiungit, *vt ſi quis hoc diſpoſuerit.* Quæ ſanè dictio, vt, vel ſtat modificatiuè, iuxta l. quibus diebus. §. Termilius. vbi Bart. nu 4. ff. de cond. & demonſt. vel ſtat exemplificatiuè. Si ſtat modificatiuè, manifeſtè patet Iuſtinianum modificare extenſionẽ ad filios, nepotes & alios deſcendentes: ſi verò ſtat exemplificatiuè: & tunc etiam illa generalis & obſcura ampliatio declaratur in perſonis expreſſis, & ſic in deſcendẽtibus vtriuſque ſexus, arg. l. vlt. §. cui dulcia. ff. de tritico vino & oleo leg.

56 Et dicimus regulam † generaliter ſeu indiſtinctè poſitam declarari per exempla in ea relata, ſicuti declarando text. §. hactenus, in Inſtit. de gradib. Scribunt glo. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis. Baldus l. petens. colum. 2. verſi. tertiò proprius. ff. de in litem iura. & Bellonus lib. 3. ſupp. iuris. cap. 10. nume. 1. Rurſus reſpondetur, quod ſi vera eſſet conſideratio Barbatiæ, ſequeretur, quod idem eſſet dicendum in quocunque extraneo: alioqui Papiniani reſponſum fuiſſet pleniſſime extenſum.

Et tamen falſum omninò eſt, quod in quouis extraneo locum habeat.

Secundò motus eſt Barb. tex. l. cum acutiſſimi in illis verbis, *ne alienas ſucceſſiones proprijs anteponere videatur.* Propria ſucceſſio eſt ipſius teſtatoris, quæ dicitur ſua ſucceſſio. §. ſi quis igitur, in Auth. de aliena. & emph. cap. officij. de teſtam. & cap. ex præſentium. de pigno.

57 Et propria ſeu ſua † ſucceſſio intelligi poteſt altero de duobus modis: Vno habitu reſpectu ad agnatos & cognatos, Altero habito reſpectu ad extraneos.

Hic autem tex. l. cum acutiſſimi, dum loquitur de ſua ſucceſſione, intelligit de ſua ad differentiam illam extraneorũ. Et ſic dum includit agnatos & cognatos compræhẽdere etiã dicitur tranſuerſales, & conſequenter fratres.

Verum reſpondet, & rectè quidem, Socinus in dicta l. cum auus. nume. 3. verſ. ſecundò conſidera, quod d. l. cum acutiſſimi, loquitur non de ſucceſſione hæreditatis, ſed ſanguinis, ſicuti Baldus & Corn. ibidem annotarunt, qui ſcripſerunt hæc æquipollere, propria ſucceſſio, poſteritas, & ſoboles, & quod idem ſignificant.

Et ſubiungit Soci. ex eiſdem Baldo, & Corneo, quod ſucceſſor propriè dicitur, ſanguinis. Et quod hæc verba, proprijs ſucceſſionibus debeant intelligi de ſucceſſ. ſanguinis probat Soc. primò, dum loquitur de omnibus deſcendentibus exclu dentibus ſubſtitutos: loquitur de perſonis, quæ non ſunt hæredes teſtatoris: Et tamen appellat proprios ſucceſſores.

Ergo intelligi debent, de ſucceſſoribus ſanguinis. Secundo, quia tales deſcendentes excludunt ſubſtitutum, etiam ſi non ſint hæredes. l. filiusfam. §. cum quis. de legat. 1. Ergo non intelligitur de ſucceſſione in hæreditate: ſed ſanguinis. Et propterea in dubio ita debet intelligi, cum ſucceſſor propriè is dicatur, qui eſt ſucceſſor ſanguinis. Soc. Sen. in conſi. 249. nu. 12. lib. 2. & in conſi. 26. num. 4. lib. 4.

Ex quibus infert Socinus, quod licèt verbum, proprijs, exponatur aliquando, id eſt, ſuis. Et appellatione † ſuorum ueniant agnati, ad differentiam extraneorum, vſque ad ſeptimum gradum, vt ſcribunt gloſ. & Angel. in l. ſi fœmina. C. ad S. C. Turp. Ancha. in cap. 1. in fine. de conſt. Attamen † appellatione ſucceſſorum ſanguinis non ueniunt agnati tranſuerſales. Cardi. Floren. in arbore conſang Atque ita frater nõ eſt ſucceſſor ſanguinis.

58

59

Præterea (ſubiungit Socinus) ſi eſſet vera ratio aſsignata per eum, diceremus hanc. l. cum acutiſsimi. procedere in agnatis vſque ad ſeptimum gradum, quod eſt omninò falſum.

60 Tertiò mouetur † Barb. ex l. cum acutiſsimi, quæ dum loquitur de nepotibus, & filiis, extenditur ad nepotes ex fratre, qui lato ſumpto vocabulo veniunt appellatione nepotis, vt ſcribunt Baldus & reliqui in l. 1. C. de ſucceſſo. edicto. At qui quando adeſt par ratio, extenſio fit etiam in exorbitantibus ad ea, quæ ſub lato vocabulo continentur. l. filium habeo. ff. ad Macedo.

ReſpondetSocin. in dicta l. cum auus. num. 10. verum non eſſe, quod quãdo fit mentio nepotis ex filio, vt in dicta l. cum acutiſsimi, & in dicta l. cum auus, quod comprehendatur etiã nepos ex fratre. Et Bald. in d. l. 1. C. de ſucceſſo. edicto ſolum loquitur quando ſimpliciter fit mentio nepotis, nam tunc ſi ratio dictat, continetur & nepos ex fratre, quàm largo ſumpto vocabulo dicitur nepos. Et in caſu noſtro ratio d. l. cum auus. & dicta l. cum acutiſsimi non ei conuenit. Et quod appellatione nepotis non intelligatur de filio fratris, ſcribunt Bart. in l. ſi inſtitutum. §. vlti. ff. de inoſ. teſtam. Felin. in procemio Decretal. nu. 3. Soc. Sen. in conſi. 124. col. 1. lib. 4. & Francus Cremen. ſing. 91. Tuſcis.

61 Declaratur quartò, vt † hæc præſumptio locum non habeat, quando maritus inſtituit & grauauit vxorem. Nam tunc non ſubintelligitur cõditio, ſi deceſſerit ſine liberis. Ita Caccialup. in dicta l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. & Barbat. in l. cum acutiſ. Soci. in dicta l. cum auus. nu. 14. verſ. 3. infertur. & Rui. in conſi. 3. num. 13. lib. 2. & Padilla in d. l. cum acutiſ. num. 28.

Primò ex l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. vbi vxor fuit inſtituta & grauata, & tamen non ſubintelligitur dicta conditio, ſi deceſſerit ſine liberis. Nec obſtant duo. Et primum quidem. l. 1. in prin. ff. de legat. præſtan. vbi etiam vxori reſeruatur legatum ex illo edicto, ob naturalem æquitatem. Nam reſpondetur ibi agi de ſola ipſa perſona vxoris nõ autem de eius filiis: ſicuti noſtra eſt diſputatio.

Secundò vrgere videtur, quod maior eſt cõiunctio viri & vxoris



vxoris quàm patris & filij. Non. n. pater & filius ſunt duo in carne vna, ſicuti maritus & vxor. c. gaudemus. de diuor. & mulier dicitur pars corporis mariti, c. admonere. 33. q. 2. Et

62 † maritus plus diligit vxorem quàm filius, Bart. l. pater Seuerinam. §. ſocrus de condi. & demon. tex. l. lex quæ tutores. C. de adm. tuto. Et vxor dicitur coniuncta perſona marito, l. vlt. §. cum autem in confinio, verſ. in perſonas ita coniunctas. C. de furtis. & ibi Bal. & Sali. Reſpondetur † vxorem eſſe vnam

63 carnem cum viro ob Sacramentum ac vinculum matrimonij. Et non dicitur coniuncta ſanguine cum virò. glo. l. lege Iulia, de teſtib & l. ſi fæminæ. C. ad Turpilli. Et non dicitur proxima viri. Caſt. l. 1. C. vnde vir & vxor. Bar. l. cum aliena. C. de legatis. Et ſolum dicitur affinitatis principium. glo. l. non facilè. ff. de grad. tex. in l. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ. vbi Bar. Idem in l. 2. in prin. ff. de accuſa. Et hæc quidem declaratio locum habet etiam quando ipſa vxor non fuiſſet hæres inſtituta, ſed ſolùm vocata tanquam hæres fiduciaria, iuxtà l. Seius Saturninus ff. ad Treb. Nam adhuc idem dicendum eſt, vt non ſubintelligatur hæc cõditio ex d. §. Sabinus, vbi vxor fuit inſtituta hæres fiduciaria: & tamen non ſubintelligitur conditio; quem tex. ſic perpẽdit Soci. aduerſus Bal. Rurſus hæc declaratio locum habet, quando vxor fuiſſet inſtituta, & grauata vnà cum filijs. Ita Decianus in conſ. 60. nu. 13. lib. 3. Præterea eſt † aduertendum, quod hæc declaratio lo-

64 cum non habet quando teſtator habet ex illa vxore filios. Nam tunc inſtituendo & grauando vxorem, ſubintelligitur conditio, ſi ipſa vxor deceſſerit ſine prædictis filijs. Ita verè reſpondit Bal. in conſ. 391. factum tale eſt. Quidam cola Pucij de ſpelle. lib. 3. & ſic Soci. præcitato in loco aliter Baldum intellexerit.

65 Declaratur † quintò, hæc præſumptio, vt locum non habeat, quando teſtator inſtituit & grauauit amicum ſuum. Nõ enim hoc caſu ſubintelligatur conditio hæc ſi deceſſerit ſine liberis. Ita Soci. in d. l. cum auus. nu. 11. Purpu. in conſi. 516. nu. 7. lib. 2. Emanuel Coſta in c. ſi pater in 1. par. in verbo, ſi abſque liberis. num. 7. de teſta. in 6. & Anto. Padilla in d. l. cum acutiſſimi. nu. 27.

Primò ea ratione, quod maior eſt affectio fratris erga fratrem quàm amici erga amicum: & maior etiam eſt ratio & cauſa ob ſucceſſionem. cùm frater fratri, nullo exiſtente deſcendente ſuccedat: cum tamen amicus nullo modo ſuccedat amico. At qui hæc diſpoſitio locum non habet inter fratres, vt demonſtrauimus ſupra: Ergo multò minus locum non habet inter amicos.

Secundò hæc diſpoſitio eſt fundata non ſolùm in qualitate perſonæ inſtitutæ: ſed etiam perſonæ ſuper exiſtentis, quæ facit deficere fideicommiſſum, vt in d. l. cum auus & in hac l. cum acutiſſimi. Atqui amicitia non cenſetur eſſe eadem erga deſcendentes amici, quæ eſt erga ipſum amicum. Ergo. &c. Illa minor probatur, quod ratio ſanguinis, quæ conſideratur in coniuncto ſanguine extenditur ad deſcendentes. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. Diuerſum eſt in amico: cũ amicitia ſit habitus virtutis, qui extenſionem non admittit.

His intelligimus Barba. in d. l. cum acutiſſimi. nu. 26. & 78. C. de fideicom. malè probaſſe contrariam opinionem. Nec rationes & argumenta adducta à Barbatia ei ſuffragantur. Et primò quidem ſic arguit: hæc diſpoſitio locum habet inter ſuos, vt diximus ſuprà. At qui amicus continetur appellatione ſuorum. Ergo &c. Illa minor probatur auctoritate glo. in l. 2. C. in quibus cauſis. colo. cenſ. lib. 10. Bal. cap. ſi pater de teſt. in 6. Et ideò Baldus in l. vt vim num. 7. ff. de iuſt. & iure, dixit, quod amicus poteſt defendere amicum. Bar. l. deuotũ. C. de meta. lib. 10. Marſ. ſing. 546. cum amicus inter ſuos habeatur. Cotta in ſuis memora. in verbo, ſuorum.

66 Cæterùm reſpondet † Soci. quod licet amicus contineatur appellatione ſuorum, non tamen dicitur ſuus reſpectu ſanguinis: atque ita non eſt ſucceſſor ſanguinis: ſicuti conſi-

67 derari debet in hac materia. Multis enim † modis ſumitur hoc pronomen ſuus. Et primò reſpectu domeſticitatis & familiæ, quæ in domo eſt; vel conuerſatur, ſicuti ſunt ſeruiores, Vaſalli, & ſimiles. ij ſui appellantur. l. mutus. §. manente. ff. de iure do. l. vlt. C. de ſer. & aqua. Hoc reſpectu amicus inter ſuos connumerari poteſt. Secundo ſuus dicitur reſpectu patriæ. l. nõ dubito. l. in bello. §. manumittẽdo. ff. de cap. & poſt. reu *ibi, hoc animo ad ſuos veniſſet.* Tertio reſpectu agnationis & familiæ, ſub qua aſcendentes & deſcendentes ac etiam tranſuerſales continentur. l. iuriſc. in pr. ff. de grad. & l. pronuntiatio. §. cum iure, de verb. ſig. vbi Bar. & l. cum ſcimus. §. vlt. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Non tamen extẽditur vltra ſextum gradum, gl. & Ang. in l. ſi fœmina. C. ad Turpil. & Azo in ſumma. C. qui accuſ. non poſ. Quartò reſpectu ſucceſſionis, defuncti. Et tunc extranei etiam continentur, gl. l. ſi poſt diem. ff. quando dies leg. ad. Quintò reſpectu patriæ poteſtatis. Et hoc conſideratur ſolum in patre & auo. l. in ſuis. de lib. & poſth. & l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſt. Sextò & vlt. reſpectu debiti inter perſonas naturales. Et hoc caſu continentur ſolum aſcendentes & deſcendentes. l. vnica. §. in nouiſ. C. de cad. tollen. & l. vnica in prin. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. Et hoc caſu ſumitur hic.

68 Secundò motus eſt Barba. auctoritate glo. in l. in teſtamẽto. ff. de fideic. libe. quæ affirmauit, † amicum à pari procedere cum venientibus ab inteſtato: cum capiat ex teſtamẽto minus ſolenni, ſicuti venientes ab inteſtato, iuxta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſta. Mattheſ. notab. 41. Iaſ. l. non dubius, col. vlt. C. de teſta. & in l. cum alienam. n. 5. C. de leg. Verùm reſpondet Soc. rationem hanc nihil cõcludere: quia hæc iura, nempè. l. cum auus, & l. cum acutiſſimi non habent locum in omnibus venientibus ab inteſtato.

Tertio affertur doctrina Bal. in l. ſi iure. C. de teſta. manumiſ. cum dixit, ꝙ ardor liciti amoris habet vim clauſulæ codicillaris. Et Bal. ſecuti ſunt Roma. in conſ. 179 num. 3. Iaſ. in l. cum alienam. num. 5. C. de lega. idem in l. non dubium, col. vlt. C. de lega. & in l. exigenti in 3. notab. C. de procurat. & Gram. in deciſ. 6?. num. 27.

Reſpondet Soc. id eſſe fauore libertatis in teſtamento. ff. de fideic. libe. Præterea reſponderi poteſt, dilectionem erga amicum operari quo ad eius perſonam, quam & ipſe teſtator commodo hæreditatis affecit, eum vocando: nõ autem operatur quò ad eius filios: alioqui idem eſſet dicendum in quocunque extraneo inſtituto, quem teſtator dicitur dilexiſſe, ex quo eum hæredem fecit.

69 Quartò adducitur doct. Bar. in l. non ſolum. §. qui alieno. ff. de procura. cum dixit, quod ſicuti † cõiunctus poteſt agere pro coniuncto ſine mandato, ita & amicus. Et idem affirmarunt Iaſ. in d. l. cum alienam, num. 5. C. de lega.

Reſpondetur ex iam dictis. Et rurſus eo in caſu agitur de modico præiudicio: Cùm amicus pro amico interueniens de rato promittat.

70 Quintò, quod etiam coniectura † pietatis locum habere poſſit etiam reſpectu amici arcta amicitia coniuncti, ſuadere videtur auctoritas Cic. in epiſtola. 1. lib. 1. *Ego omni officio ac potius pietate omnibus ſatisfacio*, &c. Imò amicitia anteponitur ſanguini, cuius cauſa pietas cõſideratur. Ita antefertur in l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. de leg. 1. ibi, *legatarij charitas & neceſſitudo.* & in l. Theopompus. ff. de dote prælega. ibi, *amici mei & cognati:* & in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. ibi, *amicus vel cognatus,* & in l. affectionis. ff. de dona. ibi, *amicos, vel neceſſarios.* Imò amicitia fraternitati anteponitur in l. cum allegas. C. de Caſtr. pecul. lib. 10. Cæterùm reſpõdet Socinus nos loqui de ea pietate, quæ cauſatur à iure naturali ſanguinis, quæ ineſt parentibus erga filios & deſcendentes ſuos, non autem de ea pietate, quæ communis eſt, & qua homo hominẽ proſequi debet. Et in his, quæ pertinent ad ſanguinis cõiunctionem, ſanguine coniunctus in ordine charitatis amico anteponitur. Ita Dius Thomas, nu. 2. 2. q. 27.

71 Secundum eſt huius † diſputationis caput, quod reſpicit perſonam filiorum, & aliorum, qui præſumũtur poſiti in cõditione ad excluſionem ſubſtituti. Quo ſanè in capite pro regula conſtituẽdum eſt, filios, nepotes, & pronepotes præſumi in conditione poſitos. d. l. cum auus, & d. l. cũ acutiſſimi.

72 Extenditur † primo, vt locum habeat etiam in omnibus deſcendentibus, qui quidem & ipſi præſumũtur poſiti in cõditione: quemadmodum ſcripſit Soc. in d. l. cum auus, nu. 49. verſ. tertio ex his, qui eiuſdem opinionis refert Io. Sperellum & Corneum. Et ij adducti ſunt primò tex. d. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſt. ibi, *niſi cùm filius eius ſine iuſta ſobole vitam ſuam reliquerit.*

73 Nomen † illud, ſoboles, comprehendit deſcendẽtes in infinitum,

t

finitum;quod probant prædicti interpretes tex.l. vlt.in fine, C.de natural.liber: qui tamen videtur extẽdere ſolum vſque ad pronepotẽ. Quare melius probãt locus Virgilij in quinta Æcloga. *Chara Deum Soboles magnum Iouis incrementum*; dũ loquitur de Auguſto Cæſare.Secundò confert tex. d. l.generaliter.§.cum autem;ibi,*nulla liberorum ex procreandorum adiectione habita*,&c. Et ibi; *liberis eam excludentibus*.Liberorum
74 enim †appellatione continentur omnes deſcendentes vſque in infinitum.l.liberorum.de verb.ſignif.vbi Alciatus. num.1. idem probat.l.ſed & ſi.§. liberos. 1. & 2.ff.de in ius vocan, & egregia ſcripſerunt Alex.ab Alexãdro in lib.1.dierum genial. c.15.& Petrus Crinitus in lib.15.de honeſta diſciplina. c. 8.Et cum hic verſemur in fauorabilibus,ſine controuerſia appellatione liberorum continentur omnes deſcendentes vſque in infinitum ; ſicuti tradunt multi commemorati à Crauc.in conſil.155.nu.3.Tertiò accedit, quod ea ratione qua teſtator grauando deſcendentem in quocunque gradu in infinitum atque ita in octauo etiam gradu,ſubintelligitur dicta conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, atque ita non videtur voluiſſe præponere ſubſtitutum liberis exiſtentibus in quocunque gradu.d.l.cum acutiſſimi.Eadem ratione ſi grauatus exiſtens in primo gradu habet deſcendentes ſexti gradus,excludi debet ſubſtitutus ab his deſcendentibus:cum ij cenſeantur magis dilecti à teſtatore tãquam ei proximiores. Quartò & vl-
75 timò ſuffragatur ratio.d.l.cum acutiſſimi,ne † ſcilicet videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere.Quæ ſanè ratio generalis eſt, & propterea cum ſit in lege expreſſa, argui ex ea poteſt etiam in exorbitãtibus ad excluſionẽ. l. his ſolis.C.de reuocan.donatio.glo.in l.vnica.C.de ijs, qui ante aperta tab. & tradunt Bart. & Iaſon in l. ſi conſtãt. ff. ſoluto matr.ille.nu.43.iſte.nu.79.& ibidem etiam Ripa.num.80.Nõ obſtant nunc rationes & argumenta Angeli in d.l. cum acutiſſimi, qui à prædicta opinione diſceſſit. Et primo quidem perpendit.l.cum acutiſſimi, quam dixit, loqui ſolum de nepotibus & pronepotibus.Verum iam demonſtrauimus loqui etiam de alij vlterioris gradus.

Secundò vrgere videtur text.d.l.generaliter. §. cum autem *nulla liberorum ex eis procreandorum adiectione habita* &c.libero-
76 rum enim appellatione videntur comprehẽdi † tantũmodo deſcendentes vſque ad trinepotes.l.iuriſcõſultus.§.parentes. ff.de gradib.Cæterũ reſpondetur,imò appellatione liberorũ venire deſcendentes vſque in infinitũ,vt diximus ſuprà.Nec repugnat tex.d.§.parentes;quia reſpondetur primò in eo referri opinionem antiquorum,qui exiſtimarunt,liberorũ appellatione contineri deſcendentes vſque ad trinepotes tantùm:Quæ quidẽ opinio à Caio iuriſconſulto.in d.l. liberorũ de verb.ſignif.ac ab alijs reiecta fuit, quemadmodum ſcripſerunt Alexander ab Alexandro & Petrus Crinitius,quos ſuprà commemoraui.Prætereà & ſecundò reſpondetur. §. parentes,loqui de ſpeciali nomine liberorum. Caium verò in d.l.liberorum,loqui de nomine generali.Ita Petrus Loriotus in commentarijs ad.§.parentes.Idem ſenſit Conna. lib. 10. Commenta.iuris.capitul.1.num. 4. & prædictos ſecutus ſum conſil.1.num.199.lib.1.

77 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat hæc præſumptio nõ ſolum quando nepotes & ſimiles nondum nati erant tẽpore conditi teſtamenti; ſed etiam, quando erant nati & cogniti ipſi teſtatori.Nam adhuc ſubintelligitur hæc conditio, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine illis liberis iã natis. Ita Comenſ.in d.l.cũ auus.nu.3. ff. de cõd. & demõ. Corneus in d.l. finita generaliter.§.cum autem. nu. 7. C. de inſtit. & ſubſt.& in conſil.217.num.6.& in conſil.197.lib. 3. Maria. Socin.Sen. in conſil.23.lib.1.qui.nu.7.& 8.perpendit Bart.& Baldum idẽ ſenſiſſe.Angelus Aret.in in tract.de teſta.in glo.79 nu.10.Socin.Sen.in l.hæredes mei.§.cum ita.nu.15.ff.ad Trebell. Ruinus in conſ.77.nu.14.lib.2.& conſ.131.num. 10.verſ. non obſtat quoque lib.3.qui eiuſdem opinionis recenſet Io. Baptiſtam à Sancto Seuerino & Thomam Doctium ſenenſem;eãdem probauit Iaſon in d.§.cum autem.col.2.verſi.nunc aſſumo;& hos ſecutus ſum in conſi.281.num.22.lib.3.Et hæc quidem ſententia,quam veram exiſtimo,probatur primò reſpõſo illo Papiniani in d.l.Cum auus.ibi; *coniectura pietatis*; quæ ſanè pietas locum habet etiam in iam natis l.nam & ſi parentibus. ff. de inoff. teſta. & rurſus (ſubiunxit Papinianus) minus ſcriptum quàm dictum fuerat,inueniretur.

Voluit ergo Papinia.quod licèt nepotes ſcripti non reperiantur in teſtamento, hoc non euenerit defectu voluntatis teſtatoris, quod. ſ.non cogitauerit : ſed ob negligentiam ſcriptoris teſtamenti.Et propterea dixit Papinia. minus ſcriptum quàm dictum.Et ſimile habetur in l.quoties.§. 1. verſ. idemque.ff.de hæred.inſtit.Ratio itaque pietatis & affectionis eſt, quæ à Papiniano conſiderata fuit & ex qua fluit illa perpenſa à Iuſtiniano in d.l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. nempè,non præſumi teſtatorem voluiſſe anteponere alienas ſucceſſiones propriis,& illa eiuſdem Iuſtiniani in d. l. generaliter.§.cum autem.C.de inſt.& ſubſt.hoc eſt, *non eſſe veriſimile teſtatorem,ſi cogitauerit,talem non feciſſe ſubſtitutionem*, quæ ſanè verba iam ſupra explicauimus.

Porrò hæc ratio locum habet multò magis in iam natis quàm in naſciturís,ergo & in eis locum habet diſpoſitio.Ita arguit & rectè Maria.Soc.Sen.in d.conſ.23.num.5.

Secundò admiſſo, quod non vna ſola ſit huius diſpoſitionis ratiò nempè pietatis,ſed plures,hoc eſt pietatis,vt in d.l. cum auus , ne alienas ſucceſſiones propriis anteponere videatur d.l.cum acutiſſimi:& tertia, quia veriſimile nõ eſt teſtatorem,ſi cogitauerit,talem feciſſe ſubſtitutionem.d. §.cũ autem.Et admiſſo etiã,quod hæ omnes rationes finales ſint: Attamen non ſequitur,quòd licèt illa vltima ex d.§.cum autem(communi interpretatione probata)non conueniat.Caſui noſtro, hoc eſt filiis iam natis quin adaptentur aliæ duæ, & ob id locus ſit diſpoſitioni iuxta l.cui eorum.§.affinitatis. ff.de poſtulan. & §.affinitatis in Inſtit.de nuptiis.

78 Tertiò accedit, quod † maior præſumitur affectio erga iã natos,quam naſcituros,leg.qui filiabus,vbi glo.& Docto.& in l.qui quartam.§.1.de leg.1.Bar.in leg.ſi cum dotem in prin. col.vlt.ff.ſoluto matrim. & in l.Publius.§.vlt. ff. de cond. & demon.Bald. & Angel.in l. Titius.ff.de ſuis & legit. & alios recenſet Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo,filius , num.1. C. de reuocan.donat. & ſcripſi ſupra in præſumpt. ſi ergo cõditio hæc ſubintelligitur fauore filiorum naſciturorũ, multo magis fauore iam natorum:ſic etiam arguit Maria.Socin.Sen.in d.conſ.23.num.5.verſ.5.probatur,lib.1.

Quartò confert quod tota hæc diſputatio pendet à coniecturata teſtatoris voluntate,quàm eſſe,huic opinioni contradicentes dicunt , quod cum teſtator præ oculis habuerit hos iam natos nepotes,& eos non nominauerit,voluerit eis anteponere ſubſtitutum:attamẽ verius dicere poſſumus,eſſe præſumendum,quod teſtator de ipſis nepotibus cogitauerit, de eis verò nullam mentionem ob id fecerit credens eos ſa-
79 tis vocaſſe,dum eorum patrem vocauit : tum quia pater † & filius vna cenſetur perſona,iuxta l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſt.tum etiam quia exiſtimauit à iure ſuppleri ſuam ipſam diſpoſitionem,vt.ſ.ſubintelligitur conditio hęc,ſi filius ipſe inſtitutus deceſſerit ſine liberis.Qua poſtrema conſideratione diluitur quod dicebat Decius in d.l.generaliter, nu.11.teſtatorẽ potuiſſe exiſtimare , legem ſupplere quo ad naſcituros,non quò ad natos.Hoc ſanè diluitur,quia cùm lex ſit dubia,atque tam intelligi poſſit de iã natis quàm de naſciturís, credendum eſt,teſtatorem ſenſiſſe etiam reſpectu natorum, cùm eadem ſit ratio, & maior benignitas , vt ſtatim dicemus.

Quintò accedit,quod diſpoſitio d.l.cum acutiſſimi. C.de fideicom.& l.generaliter.§.cum autem.C. de inſtit. & ſubſt. edita eſt fauore filiorum,ampliando,ſcilicet, reſponſum Papiniani in d.l.Cum auus. Nõ ergo debent operari reſtrictionem.arg.l.legata inutiliter.de leg. 2. ſicuti verè reſtringeretur,quando de naſciturís tantum intelligeretur.Id quod nulla ratione dicendum eſt. Ita in ſpecie noſtra arguit Soc. Sen. in d.conſ.23.num.22.ver.21.lib.1.

Sextò & vltimò ſuffragatur , quod opinio hæc fauens nepotibus benignior eſt,quippè quę pietatem habet comitem, Hæc ergo recipienda eſt,iuxtà.l.Gallus.§.quod ſi is. ff. de liberis & poſthu.Ita in ſpecie argumentatur Soc.Sen.in d.cõſ. 23.num.18.verſ.decimo octauò probatur.lib.1. qui multis ſimilibus comprobat.

Hac comprobata opinione, ſupereſt tantum, vt diluamus atque confutemus rationes & argumenta eorum , qui opinati ſunt,ſupplendam non eſſe conditionem hanc,quãdo filij



filij iam nati erant tempore quo teſtator confecit teſtamentum.Qua quidem in opinione fuerunt Caſtr.in d.l.cum acutiſſimi.num.6.Roma.in conſ.370.num.3.Socinus in d.l.cum auus.nu.78.& in conſil.191.lib.2.Decius in d.l.generaliter.§. cum autem.num.11.in conſ.365.num. 4.in conſ.391.num.2.& & in conſ.581.num.3.Pariſ.in conſ.19.num.95.lib.2. Gratus in conſ.9.nu.4.lib.1.Cur.Iunior in conſ.33.nume.8.cum quo de eadem facti ſpecie interrogatus idem reſpondit Soci.Iun. in conſ.100.num.11.lib.1. Hanc quoque opinionem probarunt idem Soci.Iun.in conſ.128.num.49.& num.93.lib.1.& ibidem Antonius Burgos in ſubſcriptione vndecima. Idem Soci.Iunior in conſ.113.num.7.lib.1.lib.3. Tiraquellus in l.ſi vnquam.in præfa.num.65.in verbo , filios.nume.18.C.de reuoca.donat. Antonius Gomezius in lib.3.varia.reſolut.cap.5. nume.36. Antonius Padilla in dicta l.cum acutiſſimi.numero 19.in fine. C.de fideicommiſſis. & Emanuel Coſta in capit.ſi pater.in prima parte, in verbo , ſi abſque liberis.numero 9.de teſtam.in 6.

Et quamquam hæc ſit recepta Doctorum opinio,attamen non ſatis ſolida ſunt argumenta , quibus muniri atque fulciri ſolet. Et primò quidem perpenditur.d.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti.in illis verbis: *Intelligendum eſt,non eſſe veriſimile,quod ſi de liberis cogitauerit,&c.* Quæ quidem verba ſignificant conditionem ſubintelligi fauore liberorum poſtea natorum,de quibus teſtator non cogitauit:non autem reſpectu natorum,de quibus ſatis dicitur cogitaſſe, ex quo præ oculis ei erant.Et quos facilè potuiſſet in conditione ponere, ſi voluiſſet.arg.l.vnicæ.§.ſin autem ad deficientis. C.de cadu. tollen.Verùm reſpondetur,ſenſum illorum verborum, *quod ſi cogitauit*, eſſe , quod veriſimile non eſt patrem feciſſe talem ſubſtitutionem, ſi cogitauerit de nepotibus, ac ſi vulgari ſermone ita dixiſſet.

*Non è veriſimilè, che'l padre habbi fatto vna cotal ſubſtitutione, s'haueua penſato de i nepoti.*

Ex quo ſequitur , quod cùm non reperiatur ſcripta talis conditio, præſumitur patrem non cogitaſſe in eo actu teſtandi de nepotibus.

Et hoc fortè illud eſt,quod dicere voluit Ruin.in conſ.131. nume.9.lib.3.Cùm dixit,patrem ſciuiſſe quidem ſe habere filios , ſed non ex hoc ſequitur quod in eo actu ſubſtitutionis, quam faciebat, de eo cogitauerit,vt ſcilicèt per eam ſubſtitutionem deberent eſſe excluſi:quia ſi cogitaſſet, quod non deberent admitti , eam ſic non feciſſet , credebat enim auus iſte ſatis vocaſſe nepotes, vocando eorum patrem, qui dicitur eadem perſona cum filiis.l.vlt.C.de impub.& aliis ſubſtit.

Secundò adducitur tex l.ſi ut certi.& l.ſi cum in vtero.C.
80 de teſtam.milit.vbi ſi † miles ſcit, ſe filios habere, & eos non inſtituat, videtur eos excludere atque exhæredare. Et is iuribus moti ſcribũt Doctores in auth.ex cauſa.C.de liberis pręterit.legata conſeruari reſpectu filiorum natorum præteritorum , quos ſciebat teſtator ſe habere:non autem reſpectu naſciturorum,quos ignorabat.

Cæterùm facilè reſponderi poteſt, vt etiam ſcripſi in conſ. 281.num.19.lib.3.iure illa loqui in teſtamento militis , quod
81 † nullam admittit interpretationem , niſi quatenùs colligitur ex verbis ſuæ diſpoſitionis : ſicuti declarat Viglius in Inſti.de pupilla.ſubſtit.in principio.num.16.Vaconius lib.4.declarationum iuris.cap.55.& prius Alciatus in l.1.num.142.& in l. Centurio.num.20 ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& ſcripſi ſuprà in præſumpt. Prætereà reſponderi poteſt ſecundum Ruinum in conſil.131.num.10.verſic non obſtat.l.ſicut.libro.3.quem
82 ſecutus ſum in dicto conſ.281.nu.20.lib.3.quod in caſu † d.l. ſicuti certi,pater habebat tres filios: ex quibus duos hæredes fecit:alium,quem etiam ſciebat habere non nominauit : præſumptio ex eo deſumpta eſt , quod eum non nominatum exhæredauerit, quia includendo duos , tertium excludere viſus eſt.argum.l cum prætor de iud.Et propterea ibi colligebatur voluntas patris exhæredantis.Ita etiam in dicta l.ſi cum vel in vterò.§.vltimo.eadem voluntas exhęredantis ex eo colligitur, quod illi filio aliquid legauit, ſignificans à reſiduo eum excludere. Porrò hæc voluntas colligi non poteſt in caſu noſtro aduerſus nepotes:cùm ei ſimiles non vocauerit:ſicuti vocauerit; ſicuti vocauit in caſu d.l ſicut certi.

Tertiò afferri ſolet tex.l.vlt.ff.de hære.inſtit.vbi ſecundum Bart.numero 5.legata non conſeruantur, quando adeò ſunt magna, vt veriſimile non ſit, quod non reliquiſſet, ſi ſciuiſſet hæredem viuere, quem mortuum credebat. Id quod etiam docuit Bart.in l. demonſtratio falſa.§.1. num.14. in fin.ff.de cond.& demonſt.

Verùm retorqueri poteſt argumentum , quod ſicuti ibi præſumitur teſtatorem non fuiſſe relicturum legata tam magna,ſi ſciuiſſet filium viuere,ne eum nimis grauaret.Ita etiam noſtro in caſu non eſt veriſimile,teſtatorem voluiſſe excludere nepotes, & admittere ſubſtitutum.Nam veriſimilitudo fauet nepotibus, non ſubſtituto , ſicuti manifeſtè ſtatuit Iuſtinia.in d.l generaliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſtit.

Quartò conſideratur text.d.l. cum auus.ibi , *coniectura pietatis*,Quæ ſanè pietas ceſſat,quando filij erant nati:quos facilè,ſi voluiſſet,teſtator vocaſſet,cum præ oculis eos haberet:ſicuti ſimili in caſu probat text.l.3. C.de inoffi.teſtam.reſpon-
83 detur, † caſum.d.l.3.eſſe à noſtro longe diuerſum, ſiquidem. d.l.3. loquitur eo in caſu , in quo mater tempore mortis tres habens filios, quorum duos iam hæredes inſtituerat:tertij verò,quem condito teſtamento ſuſceperat,nullam mentionem fecerat:Et cùm potuiſſet mutare teſtamentum & non mutaſſet, præſumptio inde ſumpta fuit, quòd voluerit cum eo teſtamento decedere, iuxtà.l.tractabatur.ff.de teſtam.milit.atque ita voluit poſthumum illum præterire,ſeu exhæredare.Et matris voluntas coniicitur ex aliorum æqualium inſtitutione. Hoc nõ euenit in caſu noſtro,in quo eſt quo ad nepotes omninò tacita voluntas , quæ ex ſola pietatis coniectura ad eorum fauorem inducta colligitur.

84 Quintò huic † receptæ opinioni ſuffragari videtur. l. tale pactum.§.vlt.ff.de pactis,vbi pater, qui dotem pro filio promiſerat,pactus fuerat vt poſt mortem filiæ in matrimonio ſine filiis defunctæ portio dotis ad fratrem hæredem remaneret.Deinde pater ille filios ſuſcepit, dubitatum fuit, an mortua filia ſine filiis dos eſſet fratri iuxtà pactum reſtituenda: Reſpondit Papinia. locum non eſſe reſtitutioni ſeu retentioni quo ad commodum fratris : cùm pater ſtipulatus ita fuerit reſtitui fratri hæredi, cum nullos haberet filios : ſecus ergo ſi filios eo tempore habuiſſet. Ita ergo & noſtro in caſu dicendum videtur , quòd ſcilicet prouidere noluerit nepotibus, quos præ oculis habebat.

Cæterùm reſpondet Ruynus in d.conſil.131.num.12.libr 3.quod imo.d.l. tale pactum.§.vlti. locum habet etiam quando filij iam eſſent nati : ſicuti ſenſit Baldus in d.l.cum acutiſſimi.in fin.C. de fideicom. Nam in d.§.vlt. (ſubiungit Ruynus)factum eſt pactum , vt conſulatur hæredibus, & ideo ni refert , quòd filij extiterint tunc vel poſtea nati , dummodo ſint hæredes.Et in fine(inquit Ruynus)tex ponderatur,quòd filij non ſint nati : non quidem ad effectum,de quo agebatur, ſed ad hunc finem , vt iudicium collatum in fratrem tunc hæredem inſtitutum, poſſet habere effectum, quia aliàs rumperetur teſtamentum natiuitate poſthumi præteriti. l. vxoris abortu.C.de poſthum.hæred.inſtitut.Quæ ſanè Ruyni interpretatio vera non eſt ſicuti mox intelligemus. Rectius itaque dicendum eſt,patrem filiæ ſtipulatum fuiſſe à genero,vt ſi filia ſine liberis deceſſiſſet,portio quædam dotis remaneret ſeu reſtitueretur ipſius patris ſtipulantis fratri,quem hęredem inſtituerat:atque ita voluit pater iſte conſulere non fratri vt fratri , ſed fratri vt hæredi. Et ideò cùm deinde pater ipſe ſuſcepiſſet filios , quos alio teſtamento hæredes fecit , dicitur voluiſſe, quod illa dotis portio,quam fuerat à genero ſtipulatus reddi fratri hæredi , reſtitueretur filiis deinde factis hæredibus, quia a fratre ademerat hæreditatem atque ita cauſam illam,ob quam voluit pacto dotem reſtitui,& eam tranſtulit in filios,quos hæredes fecit.Et hoc illud eſt,quod dicere voluit Papinia.in fin.ibi, *cum inter contrahentes id actum ſit, vt hæredibus conſulatur*, &c.cum ergo pater conſulere voluerit hæredi, & poſtremo loco hæredes fecerit filios, excluſo fratre primo hærede, dicendum eſt:ſtipulationis effectum à fratre in filios fuiſſe tranſlatum. Quibus intelligimus reſponſum hoc Papiniani nil ad rem noſtram pertinere.

85 Sextò vrgere videtur † text.l.vnicæ.C.ſi dos conſtan.matr. & text.§. dotes.in Authen. de nupt.vbi conuentio de lucranda dote per virum præmoriente vxore , non reuocatur liberis poſtea ex alia muliere ſuſcepti. Ita econtra in lucro donationis propter nuptias. Id quod non alia ea ratione ſancitum fuit , quàm quòd veriſimile ſit cogitatum fuiſſe de liberis

ſuſcipiendis ex matrimonio contracto, quod contrahi ſolet ad procreandam ſobolem.l.1.ff.ſoluto matr.

Cæterùm Soc.Sen.in l.2.in princip.col.1.poteſt tamen.ff. ſoluto matr. reiecta prius interpretatione quadam Alex.ſcripſit, Imperatoris mentem in d.l.vnica,fuiſſe diffinire, an pactum illud valere deberet, vel non,& non,an liberis ſuſceptis fuerit reuocatum. Et hoc forte, quia licet fuiſſet reuocatum, attamen ex quo vxor erat mortua, & non declarauerat, nolle dationem valere,liberis,& hæredes declarare non potuerunt, atque ita non dicitur reuocatum, vt etiam docuit Bald.in l.1. in fin.C.de inoffi.dona. pro quo facit d.l. Vnica. Et accedunt Ruyn.in conſ.10 num.4.6.8.lib.1. Ripa in l.vlt.col.vlt.C.de reuoc.donat.& Iulius Clarus in §. feudum.q.64.& 65.qui ſimilia congerunt.

86 Septimò adduci † ſolet.l.ſi vnquam.C. de reuocan. donatio.iuncta declaratione Bart. in l. Titia.§. Imperator.num.9. de leg. 2. vbi licet ſuperuenientia filiorum excludat donatarium, coniectura pietatis, vt in d.l.cum auus.& d.l.cum acutiſſimi. Attamen(inquit Bart.) liberi iam nati tempore donationis:imò & poſtea nati,de quibus conſtat teſtatorem cogitaſſe,non operantur donationis reuocationem. Et Bart.ſecuti ſunt multi congeſti à Tiraquello in d. l. ſi vnquam in præfatione.nu.63.& 64. Idem ergo dicendum eſt noſtro in caſu.

Verum reſpondetur primò ex ſententia Ruyni in d.conſil. 131.numer.10.lib.3.Caſum d.l.ſi vnquam.longè differre à caſu noſtro: Nam ibi agitur de contractibus, in quibus conficiendis facilius cogitari, & ſciri poteſt extare liberos. Nos verò verſamur in vltimis voluntatibus, & teſtamentis, quæ à morte perturbatis fiunt, l.hac conſultima.§.at cum humana. C.de teſta. Quæ reſponſio non ſatis mihi probatur:quia alioqui idem eſſet dicendum, quando confectum fuiſſet teſtamentum ab eo, qui eſſet omnino incolumis & bene valeret. Reſpondet itaque ſecundò idem Ruynus pręcitato in loco,in ſubſtitutione ſubintelligi conditionem hanc, ſi deceſſerit ſine liberis:& ſi nati iam erant filij ipſi, & ſi ipſi præoculis fuerint; quia in actu ipſo ſubſtituendi de eis non cogitauit.d.§. cum autem. Et hæc quidem interpretatio ſumitur in vltimis voluntatibus fauore liberorum. Non ita eſt in donatione,quę non ita plenè ad eorum fauorem interpretatur: Nam quando donatum eſt filio, aliis ſuperuenientibus,pro parte ſolùm reuocatur donatio,quò ſcilicet ad legitimam iam nati.l.ſi totas. C.de inof.donat. Bartol.in d.l. Titia.§.Imperator. Ita etiam donatio facta eccleſiæ tota cenſetur reuocata:ſicuti affirmant omnes penè in d.l.cum auus, & in d.l. generaliter.§. cum autem, & dicemus infrà, ſic pariter ſubſtitutio de extraneis facta in præiudicium filiorum tollitur in totum. Non ergo valet argumētum de donatione ad ſubſtitutionem. Et ratio dif-
87 ferentiæ eſt, quia † facilius tollitur ius quærendum ex vltima voluntate quàm ex contractu.l. ſi ſponſus. §. ſi maritus.ff. de dona.inter virum & vxo.& docuit Bald.in l. ſi pupillorum.C. de repud.hæred.

88 Et ratio rationis eſt,quia † contractus duplici vinculo muniti fortiores tolli non poſſunt niſi amborum contrahentium conſenſu, l.ab emptione.ff. de pactis. Diuerſum eſt in vltima
89 voluntate, quæ ab vnius † tantum animo pendet:ob id ab eo ſolo reuocari poteſt.l. ſi quis in principio teſtamenti.de leg. 3. Et præterea donatarius ſibi quæſiuit proprio facto, ideò fortius & potentius ius habet: ſubſtitutus verò facto teſtatoris,& propterea debilius.glo.l.ſi vxorem.C. de condit.inſert. & in §.ex conditionali.Inſtit.de verb.oblig.

90 Octauò adducitur † regula.l.cum Prætor, in princip.ff.de iudiciis,incluſio vnius eſt excluſio alterius,& egregiè Bart.in l.2.§.videndum.num.2.ff. ad Tertul.& Ripa in l.1.num.161. ff.de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. Cùm dixerunt, diſpoſitionem includentem vnam perſonam cenſeri excludere alteram. At qui dicta l.cum auus.dicta l. cum acutiſſimi, & dicta l.generaliter.§.cum autem, includunt filios naſcituros, vt ſcilicet eorum reſpectu ſubintelligatur hæc conditio: Ergo excludit iam natos. Et huc facit quod ex prædicta regula.l.cum prætor, docuit Caſtr. in dicta l. cum acutiſſimi.numero 5. & ſenſit Socinus in dicta l. cùm auus. numero 38. quod ſi teſtator ex pluribus nepotibus natis vnum ſubſtituit, alij, quos ſe habere ſciebat,cenſentur excluſi. Qua de re dicemus infra ſuo loco. Et ſimile etiam tradit Bartolus in dicta l. cum auus.numero quarto.

Cæterùm huic argumentationi reſpondetur primò, argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius locum non habere, quando eadem ſubeſt ratio in eo, quod videtur excluſum.gloſſ.in l.conſilio.§.quæſitum.in verbo, ſolui.ff.de cura.Bartolus in l.prima C.de diuerſ.reſcript. Felyn.in capit. nonne.numer.de præſumpt. & Pariſ.in conſilio 111. numero 39.lib.1. Porrò eadem eſt ratio in iam natis quæ & in naſcituris, nempè eadem pietatis cauſa. Præterea & ſecundò argumentum ab incluſione vnius ceſſat,quando ille caſus, vel illa perſona ratione frequentioris vſus fuit incluſa:Nam tunc alij caſus,vel perſonæ non cenſentur excluſæ. Ita glo.in l.vnica.in verbo, ſponſam.C.de raptu virg.& in clem.1.in verbo,præſidentes.in fine. de reſcript. Felynus in d. cap.nonne.numer.5. verſicul.quintò fallit, de præſumpt.& Ripa in l. 2. in princip. numero 10.ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. At noſtro in caſu ratione maioris frequentiæ conſtitutum ac reſponſum eſt de nepotibus naſciturís:cùm frequentius contingat de eis non fieri mentionem, cum non ſint præoculis, quàm de iam natis, qui ſolent à teſtatoribus conſiderari & vocari: Non ergo ij iam nati dici debent excluſi ob incluſionem naſciturorum. Nonò adducitur ratio hæc: coniectura pietatis,qua Papinia.ſic reſpondit in dicta l.cum auus, in eo creditur fundata:quia teſtator non cogitauit: ſicuti Iuſtinia.in d.l.generaliter.§.cum autem,interpretando Papiniani reſponſum,motus eſt intuitu humanitatis in nepotibus naſciturís, de quibus non cogitauit: alioquin Iuſtinian. non feciſſet interpretatio-
91 nem illam, ſupplet itaque lex † voluntatem defuncti in caſu non cogitato, vt in ſimili factum eſt in l. iam hoc iure. ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. Et ſi de liberis teſtatorem conſtat cogitaſſe, ſicuti dicitur cogitaſſe, quando iam ſunt nati, & eos in conditione non poſuit, negligens dicitur. Porrò teſtatoris negligentiam lex non ſupplet, arg.l.tractabatur.ff.de teſtamen.milit.& ſcripſerunt Bartol.in l.1. numero 32.in fin. ff.de vulgaris & pupillaris ſubſtitut.& Iaſon in authen.ex cauſa.colum.penult.verſic.pro prima opinione.C.de liberis præter. Verum reſpondetur, hoc noſtro in caſu, nullam præſumi teſtatoris negligentiam: ſed potius exiſtimandum eſt, eum crediſſe,ſatis conſuluiſſe etiam nepotibus, poſteaquam eorum patrem vocauit. Et præterea,ſi qua accuſari poteſt negligentia,illa eſt accuſanda, quam commiſit notarius,qui minus ſcripſit quam dictum fuit: ſicuti coniecturam facit Papinia. in dicta l.cum auus.

92 Decimò & vltimò † vrgere videtur,quod lex aliquando interpretatur mentem teſtatoris circa ea, quæ fuerunt ab initio per teſtatorem veriſimiliter cogitata: quæ tamen ob verborum obſcuritatem dubia ſunt. Hoc caſu interpretatio procedit à proximis:non autem à remotis:& illa fit etiam fauore filiorum iam natorum: Et admittitur quoque aduerſus verborum proprietatem. Ita probant.l.is,qui ducenta.§.vltim.ff.de reb.dubiis.ibi, *non ſatis voluntatem ſuam declarauit*.l.Lucius.ff. de hæred. inſtitut.& l. generaliter.in princip.C. de inſtitut.&
93 ſubſtitut. Aliquando † verò lex interpretatur teſtatoris voluntatem ab extra & à remotis,nēpè circa ea,quæ teſtator ab initio non cogitauit, præſumendo, quòd ſi cogitaſſet, ita prouidiſſet:ſicuti in caſu.l. iam hoc iure.ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. in quo tali interpretatione vulgaris tacita continetur in expreſſa pupillari,& econtra. Hoc ſanè caſu talis coniectura ſic interpretans teſtatoris voluntatem tollitur alia coniectura contraria:quemadmodum tollitur illa, quæ fit in vulgari tacita compræhenſa in pupillari expreſſa, quando mater eſt in medio.l. vltim.C.de inſtit.& ſubſtit.& diximus ſupra in præſumpt. Ita & noſtro in caſu, in quo ſumitur interpretatio à remotis,hoc eſt ab eo, quòd teſtator non cogitauit,receditur ab hac coniectura & interpretatione per contrariam hanc coniecturam: quod ex quo iam nati erant filij, dicitur de eis cogitaſſe:ſicuti in caſu.d.l. ſi vnquam.C. de reuoc.donat.& l. ſi totas.C.de inoff.donatio. Cæterum reſpondetur, negando, quòd illa coniectura pietatis fundata ſit in eo, quod teſtator non cogitauerit: ſicuti ſupra demonſtrauimus. Præterea diximus ſupra, hanc coniecturam, quod nepotes eſſent nati, non ſufficere, vt præſumi debeat, teſtatorem non habuiſſe rationem pietatis erga ipſos nepotes.

94 Receditur tamen † ab hac opinione, quam probauimus, ſi coniectura aliqua repugnat: ſicuti quando teſtator inſtitutis duobus filiis, eos grauauit reſtituere: ſed in ſubſtitutione vnius,



vnius,adiecit conditionem ſi deceſſerit ſine filiis iam natis:in ſubſtitutione verò alteri facta,nihil dixit. Hoc ſanè caſu non ſuppletur conditio in perſonam alterius. Ita Caſtren.in dicta l.cum auus.num. quem ſecuti ſunt Marianus Socin.Senior in conſil.23.in fine.lib.1.Socinus in l.cum auus.nume.38.& idem inter conſilia Curtij Sen.in conſil.2.colum.2.verſic.quod autem ſic cogitauit.Decius in conſilio 442.num.4.& in conſil. 581.num.5.Pariſ.in conſilio 21.num.20.lib.4.Gratus in conſilio 5.num.9.lib.2.Curtius Iunior in conſil.33.num.6.& 11. Socinus Iunior in conſ.128.num.37.lib.1.& Emanuel Coſta in cap.ſi pater.in prima parte.in verbo,ſi abſque liberis.num. 10.de teſtam.in 6.Ea eſt ratio,quia dum poſuit in conditione nepotes ex vno ipſorum filiorum, dicitur alios alterius filij ponere noluiſſe:quia ſi voluiſſet & eos nominare,facilè id facere potuiſſet. Diſſentiunt tamen & malè Barbat.in d.l.cum acutiſſimi.num.294.& Ruinus in conſ.131.num.12.verſ.non obſtat etiam.lib.3.

Et pręterea alia ſimilis prope eſt coniectura,quando teſtator filio iam nato aliquid legauit. Nam tunc præſumitur noluiſſe eum ponere in conditione quo ad excluſionem ſubſtituti:alioqui eum ſic expreſsè poſuiſſet in conditione:ſicuti ei legauit. Ita poſt Roma.in d.conſ.370.num.reſpondit Decius in conſ.284.nu.11.Eſt & alia coniectura,quæ receditur à prędicta opinione,quando ſcilicet auus ipſe teſtator odio proſecutus fuiſſet nepotes iam natos: Nam tunc ſubintelligi non debet conditio ad eorum commodum. Ita Socinus d.l.cum auus.nu.78.ver.vltimò,qui refert ſic reſpondiſſe Comenſem.

Receditur & tertiò, quando teſtator reliquit legatum vel fideicommiſſum rei particularis. Nam tunc conſtituenda eſt differentia, an nepotes filij inſtituti & grauati nati eſſent, vel non,tempore conditi teſtamenti. Ita declarat Soc.in d.l.cum auus.num.35.verſ.ſed alias in hac materia,qui,dixit, ſe ita reſpondiſſet in conſ.191.col.6.verſ.ſed ad prædicta reſpondeo. lib.2.& attingemus infrà in quarto capite.

95 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat hæc præſumptio etiam quò ad fœminas,quæ ita intelliguntur poſitæ in conditione,ſicut & maſculi. Ita paſſim omnes admittunt in d.l.cum auus.& in d.l.cum acutiſſimi.& in ſpecie Socinus Iun.in conſilio.158.nu.36.lib.2.& ſatis manifeſtè probat.d.l.cum auus.
96 dum vtitur illo nomine,† liberis, quod commune eſt, & tam fœminas quàm maſculos comprehendit:vt dixi ſuprà in præ-
97 ſumptione.83. Cæterùm hæc extenſio † intelligitur, niſi teſtator ipſe expreſsè poſuiſſet in conditione filios maſculos vt ſi dixiſſet. Et ſi filius meus inſtitutus deceſſerit ſine filiis maſculis reſtituat hæreditatem meam Caio. Hoc ſanè caſu non ſubintelligitur tacita conditio, ſi ſine filiabus etiam deceſſerit, cum per expreſſionem maſculorum in conditione poſitorum teſtator noluerit ponere in conditione, ſed omninò excludere fœminas. Ita docuit Bart.in d.l.cum auus. num.4.quem ſecuti ſunt Socinus ibidem col.4.verſ.demum ponamus.Alex.in conſil.197.num.10.lib.6.Iaſ.in l.ſi quis id, quod.num.13.& num.21.ff.de iuriſd.om.iudi. Decius in l.2. num.92.de reg iur.Ruinus in l.Gallus.§.ſi eius.num.94.ff.de lib.& poſth.Socinus Iun.in conſil.119.num.3.& in conſ.128. num.58.lib.1. Craue.in conſ.123.num.2.& in conſ.130.nu.9. Natta in conſ.128.num.2.& alios nonnullos commemorauit ac ſecutus eſt Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpano.primogen.cap.5.num.31.qui nume.41.& 45.ſubiunxit, quòd ſicuti
98 † ſubſtitutus excludit fœminas,ita etiam excludit maſculos à fœminis illis deſcendentes. Non etiam habet locum hæc extenſio in filia excluſa à ſtatuto exiſtentibus maſculis, quemadmodum declarabimus infrà in tertia huius capitis declaratione.

99 Declaratur primò † hoc ſecundum caput, & præſumptio, vt locum non habeat quando nepotes ex filio inſtituto & grauato ſunt naturales. Nam tunc illi non præſumuntur in conditione poſiti ab auo ipſo teſtatore vt excludant ſubſtitutum. Ita Petrus Perticenſis, Cynus, Raynerius de Forliuio,Franc. de Ramponibus. Nicolaus de Neapoli, Baldus,Angelus, Caſtrenſis,& Salicetus, quos commemorat & ſequitur Socin.in d.l.cum auus.num.61.ff.de condit.& demonſtr. Et his accedunt Aretinus in l.2.in princ.num.10.verſ.ſimile videmus.ff. de vulg.& pup.ſubſt.Corn.in conſ.1.nu.30.lib.4.Iaſon in d.l. generaliter.§.cum autem.nu.9.C.de inſtit.& ſubſti.& ibidem Deci.nu.21.qui teſtatur communem eſſe opinionem. idem Decius in l.precibus.num.11.verſ.& pro iſta differentia.C.de impub.& aliis ſubſtit. & in cap.in præſentia.col.14. verſi.alia tamen fuit de probat.Ruynus in conſil.140.num.14.libr.2.& in l.Gallus.§. ſi curis.num.155.ff. de lib.& poſthum.Galliaula in l.centurio.num.211.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Ripa in l.ex facto.§. ſi quis rogatus.il.1.num.27.ff. ad Trebel.& in l.ſi vnquam.numer.78.C.de reuoc.dona. Herculanus in d.§.ſi quis rogatus.colum.13. verſic.in ea.glo.Bero.in d.cap.in præſentia.num.272.Antonius Gomezius libr.1.varia.reſolut.cap.5. num.40.Neuiz.in conſil.69.num.28. Tiraquellus in d.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos.num.45.verſic.ſed & quod naturales,& Antonius Padilla in d.l.cum acutiſſimi.num.30. C.de fideicom. Quæ ſententia ſatis manifeſtè probatur text. d.l. generaliter.§. cum autem. ibi, *Et non aliter ſubſtitutione locum accipiente,niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint, &c.* Eſt
100 enim † iuſta ſoboles, quæ ex legitimis iuſtiſq; nuptiis naſcitur, l. filium diffinimus.ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien.iuriſ. Confert. 2.text.l.qui libertinus.§.pen.ff. de bonis libert.ibi, *ex lege autem nati liberi proſunt.* Huc etiam tertiò pertinet.l.ſi
101 totas.C.de inoff.donatio.vbi donatio † inofficioſa non reuocatur à filio naturali. Quartò afferri ſolet ratio, quod lex non ita affecta eſt naturalibus liberis ſicut legitimis: cùm ſemper curauerit cohibere parentes à vitiis, auth.licet, & l.vlti.C.de natural.liber. Quæ tamen ratio non ſatis vrget: cum ipſemet Iuſtinia.in d.§.cum autem fauerit naturalibus: dum ſtatuit:quod & in portionibus eis relictis & grauatis ſubintelligatur conditio, ſi deceſſerit ſine liberis. Poteſt & aliter confutari hæc ratio ſecundum Ripam in d.§. ſi quis rogatus.il.1.numer.27. verſic.tertia fuit ratio.ff.ad Trebel.Cæterum à prædicta opinione diſſentiunt Bartol.in d.§. ſi quis rogatus.il.1.num.3.& ibidem Angelus.num.1. Imola colum.2.Alex.num.6.Franc. Aretin. in d. l. generaliter.§. cum autem.numer.4. & ibidem Imola.numer.4. & Socin.Sen.ſibi parum conſtans in conſil. 182.colum.2.lib.2. Et ij quidem adducti ſunt text.d.§.ſi quis rogatus, vbi ſi teſtator expreſſim grauat hæredem, ſi deceſſerit ſine liberis, & ille decedat, relictis filiis naturalibus tantùm,excluditur ſubſtitutus, niſi dignitas,vel conditio perſonæ teſtatoris aliud ſignificet & coniecturam faciat, ſi ergo in conditione expreſſa naturales deficere faciunt conditionem, atque ita excludunt ſubſtitutum, idem dicendum eſt in conditione tacita cum perinde ſit ac ſi fuiſſet expreſſa ab ipſo teſtatore, iuxta.l.quoties.§.primo verſiculo idemque.ff.de hæredit.inſtitut. Huic argumentationi multis modis ſatisfacere conati ſunt interpretes,qui communem opinionem aduerſus Bartolus defendunt,ſicuti copioſè retulit & confutauit Socinus in dicta l.cum auus, numero 62.63.& 64.ff. de condit.& demonſtr.& alia tradit Ripa in dicto §. ſi quis rogatus.numero 27. qui tandem numero 28.ſcripſit, quòd in conditione tacita lex noluit ſubintelligi de filiis naturalibus, ne
102 † duo ſpecialia circa idem concurrerent, contra. l. prima.C. de dotis promiſſ. Eſt ſanè vnum ſpeciale, quod tacitum habeatur pro expreſſo, contra.l.commodiſſimè.ff. de liberis & poſthumis. Eſt & alterum,quod conditio ſubintellecta verificetur in caſu improprio, id eſt in filiis naturalibus, qui non ſunt propriè filij: contra l.qui hæredi & l.Mæuius.ff.de condit.& demonſtr. Hæc conſideratio Ripæ, quam & recentiores aliqui ſuppreſſo Ripæ nomine ſibi vendicarunt, fuit ante eos Angeli in l.ex facto.§.primo,ff.ad Trebell.& quam reiicit Franciſcus Aretinus in dicta l. generaliter. §. cum autem. numero quarto, C.de inſtitut. & ſubſtitut. & ſi eam in ſpecie probauit Ruynus in l.Gallus.§.ſi eius, numero 152.& numero 155.ff.de liberis & poſthumis. Quocirca idem Ripa in dicto §.ſi quis rogatus.il.1.numero 28.verſiculo vel ſi aliter, vſus eſt alia ratione,nempè,quòd conditio hæc tacita & à lege ſubintellecta intelligatur de filiis legitimis & naturalibus, illa verò expreſſa etiam de ſolis naturalibus, vt expreſſum quid plus operetur quàm tacitum: alioqui fruſtra expreſſio facta fuiſſet à teſtatore, quod non eſt præſumendum.l. ſi quando, de legatis primo. Quæ ſanè conſideratio vera non eſt: cum & conditio expreſſa à teſtatore dicatur tacita quo ad qualitatem filiationis. De qua enim ſenſerit, non apparet, niſi legis interpretatione,quæ quidem & in hac tacita,ob eandem pietatis coniecturam, locum habere poſſe videtur. Exiſtimo vnà

eum Socino in dicta l.cum auus, numero 64.verſiculo, Mihi videtur quod, retinendam eſſe primam illam interpretationem & ſolutionem, quam ipſe probauit.

103 Eſt tamen obſeruandum, quod † filius naturalis legitimatus cenſetur in conditione hac poſitus: ad ſubſtituti excluſionem ſicuti ſcripſerunt Baldus in dicta l.cum acutiſſimi.numero 12.C.de fideicom.& in conſilio 349. ſuper eo, quod quæritur, columna ſecunda verſiculo ſequitur videre, libro tertiò & Hercula.in dicta l. ex facto.§. ſi quis rogatus.il.1. columna 15. verſic. & aduerte.ff. ad Trebellian. alios refert Tiraquellus in l.ſi vnquam.in verbo.ſuſceperit liberos.numero 85.C. de reuocan. donat. & ſi ipſe videatur loqui in conditione expreſſa. Diſſentit tamen Ruynus in l. Gallus.§. ſi eius.numer. 154.ff.de lib.& poſthum.

104 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat in filiis legitimis tantum, nempè in adoptiuis: ij enim non faciunt deficere conditionem, atque ita non excludunt ſubſtitutum. Ita tradunt Bartolus in l. ex facto.§. ſi quis rogatus.il.1. numero 3. ff.ad Trebeſlian. qui loquitur de conditione expreſſa, ſi inſtitutus & grauatus deceſſerit ſine liberis, quæ conditio in hoc non differt ab hac tacita, & Bartolus ſecuti ſunt alij, quos commemoraui ſupra in præſumpt.81.excluduntur. Ita manifeſtè docuit Comens.in l.filiusfam.§.cum quis.in ſecunda lectura. in fine. de legatis primo qui & in prima lectura. numero ſecundo ſi rectè perpendatur, idem ſenſit, & idem in l.Centurio. numero 10. ff. de vulgaris & pupillaris ſubſtitut. & ſi idem in dicta l. cum auus, in fine. de condit. & demonſtra. rem dubiam reliquerit. Hanc quoque traditionem probarunt Alberic.in l.generaliter.§.cum autem, numero ſecundo C.de inſtitut.& ſubſtitut. poſt Oldradum, quem ibi refert, & idem Alberic.in l. prima C.de condit.inſert. Angelus Aretin. in Tractat. de teſtamentis: gloſſ. 80. numero 18. Ruynus in conſilio 106.numero octauo libro ſecundo. Eandem viſus eſt probare Socinus in dicta l. cum auus, numero 65.in fine, & 105 manifeſtè prædictos ſecuti ſunt Tiraquellus in l.ſi vnquàm, in verbo, ſuſceperit liberos.numero 103.C. de reuocan.donat. & Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita, in octaua parte, numero 34.ff.ad Trebellian.& Antonius Padilla in dicta l.cum acutiſſimi, numero 23.in fine.C.de fideicommiſſ. qui ex aliorum ſententia rationem eſſe dixit: quia coniectura pietatis in qua tota hæc legis diſpoſitio fundata eſt, ceſſaret, ſi filij ipſi hæredes non eſſent. Iuſtinia.enim in dicta l.cum acutiſſimi, in fine, dixit, non eſſe veriſimile teſtatorem voluiſſe anteponere alienas ſucceſſiones propriis: ſenſit ergo Iuſtinia. filios ipſos in conditione poſitos hæredes eſſe debere: alioqui ſucceſſio eis non diceretur reſeruata. Et ſimile tradit Tiraquellus in loco ſupra citato: ex.l.vltim.in fin.C.de inſtitut.& ſubſtitut.vbi requiritur, quod mater ſit hæres filij poſthumi, vt poſſit excludere ſubſtitutum ex tacita pupillari compræhenſa in expreſſa vulgari. Id quod auctoritate Bartolus Caſtren.& aliorum quàm plurium comprobauit. Cæterum à Comenſi & ſequacibus diſſentiunt Caſtren.in dicta l.cum auus, numero 2. & in conſilio 14. ſi contingat dictam.numero primo, verſiculo quantum ad ſecundum. libro primo & Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus.il.1. numero 27. verſiculo iſta ratio.ff. ad Trebell.

Et hinc intelligimus aliam eſſe differentiam inter hanc conditionem tacitam, & illam expreſſam: ſi ſine liberis deceſſerit. Nam expreſſa illa non requirit, vt filij ipſi in conditione poſiti ſint hæredes: ſicuti manifeſtè ſcripſerunt Comens. in dicta l. filiusfam. § cum quis, tam in prima quàm in ſecunda lectura, & idem in l.prima.C.de condit. inſertis poſt gloſſ. & Bartol.ibidem, & ſecuti ſunt Imola in l.ex facto.§.vlt.verſic. in eadem glo.ſi.ff. ad Trebell.& ibidem Claudius Seyſellius. num.5.& Ripa num.19.& Tiraquellus in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos.num.103.C.de reuocan.donatio.

106 Declaratur quartò, vt locum † non habeat hæc præſumptio in filia excluſa à ſtatuto, exiſtentibus filiis maſculis. Nam hæc filia non dicitur poſita in conditione à teſtatore, vt excludat ſubſtitutum, à quo ipſa fœmina excluderetur, ſi locus eſſet ſucceſſioni ab inteſtato, ſecundum ſtatuti diſpoſitionem. Ita ſcripſerunt Caſtren. in conſilio 409. Caſus iſte frequenter.lib.2.& in d.l.cum auus.numer.6.ff.de condit.& demonſt.Io.à monte Sperello in d.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Caccialupus in d.l.generaliter.§.cum autem.q.25.C.de inſtit.& ſubſtit.Baldus Nouellus inter conſilia Corne. in conſil.120.lib.2.& ibidem in ſubſcriptione idem ſenſit ipſe Corneus, qui pariter expreſſius in conſil.145.in fine.in conſ.197. col.4.lib.1.in conſil.20.col.5.verſic.& idem alias, & in conſ. 124.col.5.verſ.ad idem.lib.2.& in conſil.1.col.antepen.verſ. nam ex quo.lib.3. Socinus Sen.in l.centurio.col.7.num.veſ. ex qua concluſione.ff.de vulgar.& pupil.ſubſtitut.& in l.cum auus.num.95.ff.de condit. & demonſt.& idem in conſil.182. lib.2.& in conſil.55.col.2.verſi.ſed conſulentes.lib.3.& Brunus in Tract. Quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.art.5.q.12.col.2.& 3. Socin.Iun.in conſil.168.num.72. verſic. non obſtat etiam.lib.2. & in hanc ſententiam inclinauit Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. C.de reuocan. donatio.dum ibi.num.102. relatis ferè omnibus ſupra congeſtis, ſubiunxit.numer.138. in ſpecie.d.l.ſi vnquam, quæ conuenit cum noſtra, filiam à ſtatuto excluſam non efficere, vt reuocata ſit donatio. His conſtat, hanc eſſe communem opinionem: Quæ quidem multis fulcitur rationibus & argumentis, quæ commemorantur à Tiraquello in d. l.ſi vnquam.in verbo, ſuſceperit liberos.numer.103.vſque ad num.108.& à Zanco in d.l.hæredes mei.§.cum ita, in vltimâ parte.nu.7.in fin.& nu. 8.ff. ad Trebel. Et hæc quidem opinio retinenda eſt, & ſi ab ea diſſentiant ſibi parum cōſtantes Corne.in conſ.91.col.2.lib.1.& in conſ.202.col.5.libr.2.& Soc. Sen.in d.§.cum ita.col.pen.quos ſecuti ſunt Soc.Iun.in conſ. 158.nu.50.lib.2. & Torniellus in d.§. cum ita.nu.154.& Decianus in conſ.60.nu.29.libr.3. Quorum rationibus ſatisfacit Zancus præcitato in loco.num.9.& num.10.

107 Et hæc quidem declaratio † intelligitur, & procedit, niſi hæres ipſe à patre ſuo grauatus inſtituat filiam aliqui à ſtatuto ab inteſtato excluſam. Nam tunc ſubſtitutus excluditur. Ita Socin.in d.l.cum auus.num.96. verſic.ſed iterum, & in d. §.cum ita.colum.vlt.& in conſil.182.lib.2.Corneus in conſil. 202.colum.6.verſ.præterea & ſecundò.lib.3.Ruynus in conſ. 145.col.antepen.& in conſ.152.col.3.lib.2.Brunus in Tract. Quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.art. 11.q.9. & Zanchus in d.§. cum ita in vltima parte.num.12.& nu.21. qui diligenter diſputationem hanc abſoluit, & idem ſenſit Decianus in conſ.60.num.29.& 30.lib.3.

108 Declaratur † quintò, vt locum non habeat in filio ſpirituali: Non enim iſte deficere facit conditionem: atq; ita ſubſtitutum non excludit. Ita de conditione expreſſa ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, ſcripſerunt Baldus in auth.niſi rogati. nu.19.C.ad Treb.Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il.1.nu. 43.ff.eo.ad Trebel. Dec.in conſ.399.nu.2. & Tiraquellus in l.ſi vnquam, in verb.libertos.nu.26.C.de reuocan.donatio.

109 Declaratur ſextò, † vt locum non habeat hæc præſumptio in filiis, & deſcendentibus, qui ingreſſi ſunt religionem bonorum incapacem in vniuerſali & in particulari, ſicuti eſt religio minoritanorum, ij enim non prȩſumuntur poſiti in conditione hac tacita ad ſubſtitutorum excluſionem. Ita Baldus in d.l.cum acutiſſimi.C. de fideicom.Comens.in l.filiusfam. §.cum quis, de leg.1. Caccialupus in d.l. generaliter. §. cum autem.q.7. C.de inſtitut.& ſubſtitut. quorum ſententiam ſecutus eſt Socinus in d.l. cum auus.num.99.& ibidem.numer. 100.dixit eſſe veriſſimam. Et præcipua ratio eſt, quia ij filij effecti ſunt inhabiles & incapaces, clem.exiuit.§.cupientes, de verb.ſignific. Et propterea mortuis comparantur.l. Deo nobis.C.de epiſcop.& Cler.& cap. placuit.il.2. 16.quæſt.1.ſcribunt omnes in l.ex facto.§. ex facto. ff. ad Trebel. Quemadmodum ergo filij mortui non excludunt ſubſtitutum, ſic nec ij profeſſi religionem hanc. Et propterea ſtatim ſubſtitutus admittitur, non expectata morte naturali ipſius filij, cum ciuilis ſufficiat, vt tradunt Socinus in d.l.cum auus.num.103.& Ruynus in l.Gal.§.& quid ſi tantum, in prima lect.num.18.ff. de lib.& poſth.poſt Alex.conſ.13.col.2.lib.3. Porrò diuerſum eſt in filiis, qui ſunt ingreſſi religionem bonorum capacem: ſicuti præcitati interpretes, præſertim Socinus ſcripſerunt.

110 Declaratur ſeptimò, vt † non procedat hæc præſumptio in filiis deportatis & in damnatis in metallum, cum ij non faciant deficere fideicommiſſum, ſed ſubſtitutus ſtatim admittitur. Sicuti diſputat & declarat Socinus in d. l. cum auus.nu. 105.vbi.num.106.& num.107.explicat, an idem ſit dicendum de bannitis noſtri temporis, & ad rem alia ſcripſit idem Socinus in conſ.275.num.15.lib.2.

Decla-



111 Declaratur octauo, vt † locum non habeat hȩc prȩſumptio in filio poſthumo nato in quinto, vel ſexto, vel octauo menſe, atque ita quando partus vitalis non eſt, & qui ſtatim deceſſit. Non enim hic filius dici debet poſitus in conditione ad excluſionem ſubſtituti. Ita in ſpecie docuit Socinus in d.l.cum auus.num.110.qui dixit, ſe ita reſpondiſſe in cauſa Lucenſi ſicuti verè reſpondit in conſi.275.in fi.lib.2.& idem ſenſerunt Bald.& Alexan.in l.3.C.de poſth.hæred.inſtit. Eſt ratio, quia partus iſte vitalis non eſt.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtatu hom.& ſcripſi in lib.1.de arbitrariis iudicum.caſu.89.nu.36.& conſequenter æquiparatur partui abortiuo.l.vxoris abortu.C.de poſth.hæred.inſtit.& egregiè ſcripſit Gellius lib.3.noct.attica.c.16.his verbis: Meminit ego Romæ accuratè hoc, atque ſolicitè quæſitum, negotio non rei tunc paruæ poſtulante, an octauo menſe infans ex vtero viuus editus, & ſtatim mortuus, ius trium liberorum ſuppleuiſſet, cum abortio quibuſdam nō partus videretur mēſis octaui intempeſtiuitas. Hactenus Gellius. Et partum immaturum & intempeſtiuum dici abortum quendam affirmarunt ex noſtris multi congeſti à Tiraquello in l.ſi vnquam.in verbo, Suſceperit liberos.num.206.C.de reuoc.donatio.quo loci.num.205.ſcripſit, natiuitate huius poſthumi intempeſtiuè editi non rumpi teſtamentum, ex ſententia Caſtr.in d.l.2.C.de poſthu.hæredi.inſtit. Alex.Cacialupi, Iaſonis in l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.& aliorum quamplurium, quos Tiraquellus ipſe commemorat. Et illis accedunt Socinus Iunior in conſ.35.lib.2.& in conſ.117.num.17. lib.3.Caſſaneus in conſilio 19.num.5.Alcia.in reſp.281.num. 2.Craue.in conſ.210.num.5.Iulius Clarus in §.teſtamentum. q.45.verſ.eademque ratione: Cephalus in conſ.221.num.12. lib.2.& Riminald.Iunior in l.poſthumo.num.211.C.de bon. poſſ.contra tab. Et hæc quidem ſententia magis recepta eſt, & ſi ab ea diſſentiunt Bald.in conſ.110.in fine.& in conſ.407. in fine lib.3.Angel.in d.l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.Feli. in cap.ſicut.in fi.de homic. Bertran.in conſ.207.num.5.lib.1. Baueria in §.1.in Inſti.de exhæred.libero. Decius in conſ.623. num.3.Boerius in q.230.Rolandus in conſil.56.num.11.& 12. lib.3.Albanus Cardinalis optimè meritus in lucubrationibus ad Bart.in l.Centurio.num.4.de vulg.& pupil.ſubſti.& Burſ. in conſ.51.num.37.& in conſil.63.num.19.lib.1. Et in ſpecie huius noſtræ declarationis aduerſus opinionem Socini in d.l. cum auus.nu.110.ſenſerunt Bald.in c.1.in tit.Epiſc. vel.Abb. in vſibus feud.& Sfortia Oddo in tracta.de compendioſa.in ſexta particula.in art.2.in fine.

112 Declaratur nonò, vt non habeat † locum, quando partus eſt monſtroſus. Ita Socin.in d.l.cum auus.num.110. Francus de Marchis in deciſ.168.num.10.parte prima, & Sforcia Oddo in d.art.2.in fine.

113 Declaratur decimò, vt locum non habeat † hæc præſumptio in filiis, qui & ſi nati ſunt, non tamen extant tempore mortis grauati: cum eo adhuc ſuperſtite deceſſerint. Nō enim hoc caſu ſubſtitutus excluditur: cùm non ſufficiat, hos filios eſſe natos, ſed ſuperſtites eſſe debent tempore mortis eorum patris, vel aſcendentis grauati. Ita docuit Socinus in dicta l. cum auus.num.109. de condit.& demonſtr.adductus tex.l.ex facto.§.penult.ff.ad Trebell. Et ſubiungit Socinus, ſatis eſſe quod filij, qui intelliguntur poſiti in tacita hac conditione, ſuperſtites ſint poſt grauati mortem, etiam ſi deinde ipſi decedant ſine filiis, & latè Ripa in l.ex facto.§.penult.num.1.ff. ad Trebell. Imò ſufficit, quod per temporis momentum grauato ſuperſint, iuxtà l.cum vxori.C.quanodo dies leg.cedat. & tradit Ripa in d.§.pen.nu.2.& reſpondit etiam Iaſ.in conſ. 66.col.5.lib.3.

Declaratur vndecimo vt locum † non habeat hæc præ-
114 ſumptio quò ad fratres ipſius grauati, qui non intelliguntur poſiti in conditione ad excluſionem ſubſtituti, vt putà, ſi pater inſtituit duos filios, & poſt eorum mortem eis ſubſtituat extraneum, & contingat vnum ex dictis fratribus decedere, nullis relictis filiis, ſed ſolo ipſo fratre ſuperſtite. Hoc ſanè caſu is frater ſuperſtes non intelligitur poſitus in conditione ad excluſionem dicti extranei ſubſtituti. Ita Cacialupus in d.l. generaliter.§.cum autem.quȩſt.20.in fine.C.de inſti.& ſubſt. quem ſic retulit & intellexit Socinus in dicta l.cum auus.nu. 94.verſ.quò autem ad ſecundum.de condit.& demonſtr.qui rationes conſiderauit. Et præcipua quidem ratio eſt, quod diſpoſitio dictæ l.cum auus, & ſimilium, edicta eſt fauore deſcendentium grauati, non autem tranſuerſalium ſicuti diximus ſuprà ſuo loco. Et hanc quidem opinionem ſecutus eſt Zanchus in dicto §.cum ita.in octaua parte, numero quadrageſimo.verſiculo vltimum in conueniens, & numero centeſimoſexto.

115 Ex ſupradictis † in præcedentibus extenſionibus & declarationibus diffiniri poteſt illa egregia & vtilis admodum iuris quæſtio & diſputatio, quàm explicat Socinus in d.l.cum auus.num.90.ff.de condit.& demonſtr.poſt Caſtr.in d.l.cum acutiſſimi.& Cacialupum in d.§.cum autem. Et quæ quidem huiuſmodi eſt. Teſtator inſtituit filium, & poſt eius mortem ſubſtituit Titium nepotem ex dicto filio: Deceſſit dictus filius inſtitutus & grauatus, relictis dicto Titio & aliis filiis. Titius ſubſtitutus vult habere bona auita iure fideicommiſſi, quȩ veniunt reſtituenda, nempè dimidiam hæreditatis: Et deinde vult concurrere in alia dimidia, hoc eſt, in diuiſione legitimæ Trebellianicæ, quæ deduci debent ex perſona eorum patris grauati. Alij verò dicti Titij fratres contendunt, non eſſe locum fideicommiſſo, ſed defeciſſe, propterea quod eorum pater inſtitutus & grauatus deceſſit relictis filiis, & propterea bona omnia eſſe æqualiter diuidenda. Dubitatur quid iuris? Soci.in d.l.cum auus.num.91.diſtinguit tres caſus.

Primus quorum eſt, quando tempore conditi teſtamenti natus erat tantummodo Titius ille ſubſtitutus, & alij deinde nati ſunt.

Hoc caſu concludit Socinus, natiuitate aliorum filiorum ſubſtitutionem expiraſſe, atque ita locum non eſſe reſtitutioni fideicommiſſi. Nam (vt rectè dicebat Socinus) & hoc in caſu militat ratio pietatis reſpectu aliorum filiorum deinde natorum, iuxtà d.l.cum auus. Habet etiam locum ratio ſeruādæ æqualitatis inter fratres, ob quam extendi ſolet teſtatoris diſpoſitio.l.cum pater.§.euictis.de lega.2.& l.vlt.C.commu. vtriuſque iudi. Et facilè potuit cogitare teſtator filium ſuum ſuſcipere potuiſſe alios filios, ob id noluiſſe eos excludi ab vno tantum Titio ſubſtituto.

Secundus eſt caſus, quando tempore conditi teſtamenti omnes ipſi filij erant nati. Hoc in caſu concludit Socin.locum eſſe fideicommiſſo, atque ita Titium ſubſtitutum admitti debere. Ea eſt præcipua ratio, quia teſtator ex multis nepotibus, ſubſtituendo ſolum Titium, præſumitur alios excluſiſſe, iuxtà ea, quæ diximus ſuprà in ſecunda extentione huius capitis, in verſ.receditur tamen.

Tertius eſt caſus, quando tempore conditi teſtamenti aliqui filij, præter Titium ſubſtitutum eſſent nati, & alij deinde naſcerentur.

Hoc in caſu concludit Socinus in dicta l.cum auus.nume. nonageſimotertio, locum non eſſe reſtitutioni fideicommiſſi, ſed ſubſtitutionem illam defeciſſe. Et Socinum ſecutus eſt Ruinus in conſilio ſeptuageſimoſeptimo, numero 14.in fine. libro ſecundo. Quam quidem ſententiam probauit Socinus primo tex.l.penultima, in fi.ff.de iure cod.quo adductus Bar. in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupt.teſtam. docuit quòd ſicuti teſtamentum rumpitur natiuitate poſthumorum, quando teſtator tempore conditi teſtamenti nullos habebat filios, legata non conſeruantur.auth.ex cauſa.C.de lib.præter. Ita etiā non conſeruantur, quando aliquos filios habebat, & alij deinde ſunt nati, quia veriſimile eſt, quod tot legata feciſſet, ſi credidiſſet, alios filios ſibi naſcituros.arg.d.l.pen.& d.l.cum acutiſſimi. Et Bartolum ſecuti ſunt recentiores in d.auth.ex cauſa. ibi, Cagnolus.numero trigeſimoquinto.verſic.ſed verum, qui citauit & Socinum in d.l.cum auus.num.98.

Probauit & ſecundo Socinus, quia videmus, ſuperuenientiam liberorum operari reuocationem donationis omnium bonorum, etiam eo caſu, quo donationis tempore aliqui extitiſſent filij, & alij deinde nati ſint, vt docuit Bald.in l.1.C.de inof.donatio.quem ſecuti ſunt alij permulti congeſti à Tiraquellus in l.ſi vnquam.in verbo, filios.numero 6.C.de reuoc. donatio.

116 Tertium caput huius † diſpoſitionis atque diſputationis eſt, quod qualitatem perſonæ ſubſtitutæ reſpicit, an ſcilicet quilibet ſubſtitutus, cui fieri debet reſtitutio, excluſus cenſeatur à filiis his, & deſcendentibus grauati in conditione hac tacita poſitis? Et pro regula conſtituendum eſt, ſubſtitutum extraneum excludi. Hoc paſſim omnes ſine controuerſia admittunt, ex dicta l.cum acutiſſimi, in fine, cùm dixit Iuſtinia.

t 4 non

non eſſe veriſimile teſtatorem voluiſſe anteponere alienas ſucceſſiones propriis.

117 Extenditur primò vt † locum habeat etiam quando ſubſtituta fuit vxor ipſiuſmet teſtatoris: Nam adhuc illa cenſetur excluſa ab his filiis in conditione tacita ſubintellectis.

Ita ſenſerunt glo.in l. Lucius.ff.de vulga. & pup.ſubſt.& ibidem Bart.columna.1.Albericus in l.precibus.numero 67. C.de impupe.& aliis ſubſt.& ibidem Baldus in fin.Angelus in conſilio 144.Ad primum dico.col.1.& alios plures recenſet Tiraquellus in l.ſi vnquam in verbo, libertis.num.117.C.de reuocan.donatio.Et accedunt Rui. in l.2.in prin.numero 68. ff.de vulga.& pup.ſubſti.& Berous in cap.Raynutius.numero 453.de teſta.Eſt ſatis manifeſta ratio,quia vxor dicitur extranea hæres,non autem ſua,& propterea locum habet, non eſt veriſimile teſtatorem antepoſuiſſe eam propriis filiis,iuxta d. l.cum acutiſſimi.in fi.

Nec etiam veriſimile eſt, teſtatorem plus diligere vxorem
118 quàm proprios filios:Cùm † nullus amor vincat paternum.l. iſti quidem.ff.quod metus cauſa, & latiſſime diſſerit Tiraquellus in d.l.ſi vnquam.in præfatione.numero quarto.

119 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat etiam quando ſubſtitutus eſt alter teſtatoris filius.

Hoc etiam caſu filij inſtituti grauati ſubſtitutum illum excludunt.Ita Bartolus in d.l.cum auus.nume. quarto.ff.de conditione & demonſtratione & ibidem Socinus numero 39. qui recenſet Baldum,Salicetum & Caſtrenſem in d.l.cum acutiſſimi,ac etiam Angelum in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,il.primo.ff.ad Trebel.Idem ſcripſerunt Abbas in conſil.58.nu.2. lib.1.Rom.in conſi.370.nu.2.Socin.Sen.in conſi.ſexto.num. 6.lib.3.Ruinus in conſilio 37. numero 9.lib.tertio. Iaſon in d.l.generaliter.§.cum autem.columna prima.verſ.primò amplia.C.de inſtitutione & ſubſtitutione:& ibidem Decius.nu. 6.& idem Decius in conſilio 568.numero 6.Guilelmus Benedictus in cap.Raynu.in verbo,ſi abſque liberis.il primo,nu. tertio.de teſta.Socinus Iunior in conſilio 126.numero 18. lib primo, Tiraquellus in l.ſi vnquam.in verbo,donatione largitus.numero 294.C.de reuocan.donatio.& in tract.de iure primig.q.40.numero 9.Didacus in libro pract.quæſtio.cap. 38.numero 11.Antonius Padilla in d.l. cum acutiſſimi.nume. 3.C.de fideicom.Emanuel.Coſta in cap. ſi pater.parte prima in verbo, ſi abſque liberis.numero ſecundo.de teſta.in ſexto. & Hyeronimus Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita in octaua parte.nu.33.ad Treb.

Quæ quidem vera iuris ſententia manifeſtè probatur illo reſponſo Papiniani in dicta l.cum auus. vbi auus inſtituerat nepotem, quem grauauerat poſt eius mortem reſtituere patruo ſuo,ſicque filio ipſiuſmet teſtatoris, & tamen reſpondit Papinianus ſubintelligi, ſi ipſe nepos ſine filiis deceſſerit. Imò à fortiori textus iſte probat,cum ibi inſtitutus & grauatus fuerit nepos remotioris gradus ipſi teſtatori, & ſubſtitutus filius proximior, & tamen dixit Papinia.filium ſubſtitutum excludi à filiis dicti nepotis.

Secundò accedit textus.dicta l.cum acutiſſimi in fine ibi, *ne alienas ſucceſſiones proprijs anteponere velle videatur.*

Hæc verba referuntur ad proprias ſucceſſiones inſtituti grauati, non autem teſtatoris:cuius ſanè inſtituti propriæ ſucceſſiones ſunt filiorum eius,non autem fratris. Id quod vel ex eo patet,quia in dicta l.cum auus excluditur filius teſtatoris à filiis nepotis grauati, ſed dicta l.cum acutiſſimi,edita eſt ad interpretationem dicta l.cum auus.

Ergo quæ ſunt in l.cum auus interpretata,cenſentur repetita in l. cum acutiſſimi, interpretante, iuxtà l.nihil.vbi Bartolus.ff.de coniung.cum emancip.lib.Illa ergo verba, *alienas ſucceſſiones*,non poſſunt verificari, quando eſt ſubſtitutus alter filius, quæ dixitur proprius ſucceſſor teſtatoris. Debet ergo intelligi de propria ſucceſſione reſpectu inſtituti & grauati. Ita textus dicta l.cum acutiſſimi. perpendit ibi Barba.numero vigeſimo quinto.

Verùm Socinus in dicta l.cum auus.numero trigeſimo no.verſ.ſed in præſentiarum,ſcripſit, imò illa verba, *alienas ſucceſſiones,* debere intelligi de ſucceſſionibus mixtis,nepè reſpectu ſanguinis & hæreditatis.

Hoc patet, quia non ſucceſſibiles ſunt in conſideratione (ita intelligo loqui Socinum prædicto in loco, & ſi aliàs ſuo in codice ita legitur, quia ſucceſſibiles non ſunt in conſideratione) dicto §.cum autem.

Hoc ea ratione demonſtrat Socinus,lex.12.tab.defert ſimpliciter filiis ſucceſſionem. §. primo in Inſtit.de hæredit.quæ ab inteſta. defert. atque ita æqualiter eos vocat iuxtà regulam.l.legata inutiliter.§.primo de lega.1.

Et rurſus, ius naturale ſeu naturalis ratio defert pariter his filiis ſucceſſionem l.ſcripto.§.vltimo.ff vnde liberis.Et cum ius & ratio naturalis ſit communis inter filios,ita etiam æqualem defert ſucceſſionem.

Et hæc non ſolùm eſt inter filios,ſed etiam inter ab illis deſcendentes,qui parentum loco ſubrogantur.

Id quod multò magis locum habet poſtquam filij ſunt ad ſucceſſionem admiſſi. Dicitur ergo propria ſucceſſio habita prædicta mixta conſideratione ſanguinis & hæreditatis,nempè in portione,quæ appellatur legitima vni filio debita, maxime quando iam fuit admiſſus, dicitur inquam propria eius & naturali ratione & lege.12.tab concedente.

120 Aliena † verò ſucceſſio dicitur portio vltra legitimam,quæ non debetur filiis vel deſcendentibus, vel iure,vel ratione naturali. Quare ſubiungit Socinus ibidem numero quadrageſimoprimo,hac ex declaratione inferri,quod ſi, filio vniuerſaliter inſtituto,alter filius ſolùm in legitima inſtitutus ei fuiſſet ſubſtitutus,& is inſtitutus grauatus fuiſſet reſtituere extraneo partem hæreditatis, qua reſtitutione facta adhuc remaneret dimidia hæreditatis apud grauatum,tunc non diceretur teſtator alienam ſucceſſionem propriis anteponere, & conſequenter ceſſaret Papini.& Iuſtinia.reſponſum: Nam filij hoc modo ad æqualitatem reducerentur, & vnuſquiſque haberet portionem ſibi debitam iure & ratione naturali.

Veriorem exiſtimo Barba .conſiderationem. Nec conſtituenda eſt differentia inter portionem legitimæ & aliam portionem,ſicuti conſtituit Socinus. Nam Iuſtinia.in dicta l.cum acutiſſimi, loquitur de ſucceſſione, quæ fit in bonis iam quæſitis ipſi inſtituto grauato. & ob id nulla conſtitui poteſt differentia,cum tota ſua portio & patrimonium effectum ſit,iuxta ea,quæ ſcribunt omnes in l.prima.§.veteres ibi Iaſon numero decimoſexto.ff.de acqui.hæred. Rurſus, quò ad legitimam nulla eſſe poterat dubitatio apud Iuſtinianum, cùm in ea ſubſtitui alter non poſſit, non enim onus reſtitutionis iniungi poteſt,l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta. Dubitatum itaque fuit ſolummodo de ſucceſſione vltra legitimam, & ideò illa verba, *ne alienas ſucceſſiones proprijs anteponere videatur*, non poſſunt intelligi mixta conſideratione, nempè reſpectu portionis legitimæ, & portionis vltra legitimã, ſed ſolùm de portione vltra ipſam legitimam.

Tertiò huic ſententiæ ſuffragatur ratio quod teſtator ea charitate & pietate qua dilexit filium inſtitutum grauatũ: eadem cenſetur dilexiſſe nepotes ex dicto filio.

Ita probat textus in l.Iubemus.§.cum autem C.ad Trebel. iuncta d.l.cum acutiſſimi,Idem etiam probant textus l.ſi qua mulier.C.ad Trebel.& ibi gloſ.l.cum.ita.§.in fideicommiſſ. de leg.ſecundo,& l publius.§.vlt.de cond.& demonſt.

Nunc ſupereſt, vt diluamus atque confutemus rationes & argumenta eorum,qui contrariam opinionem malè probarũt nempè Bald.in dicto.§.cum autem.numero quarto & in l.cum quidam.columna prima. C.de impube.& aliis ſubſt. Guido Papæ in conſilio vigeſimo ſeptimo columna ſecunda verſiculo nec poteſt dici idem in conſilio 165.in fine in conſilio 215. columna vltima & apertius in conſilio 218.in quinto dubio, & idem ſenſit Alexand. in l.in pupillari.numero ſexto verſiculo pro quo.ff.de vulgar.& pup.ſubſt.

121 Et primò quidem ratione ij moti † ſunt, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alterum priuilegiatum.l.ſed & militis.ff.de excuſa tutor.l.aſſiduis.§.& ideo.C.qui potio. in pigno.hab.& cap.vlt.de ordine cognit. Decius in cap.in præſentia.numero 51.de probatio.& Tiraq.de priuilegijs piæ cauſæ,in 26.priuilegio.Cùm ergo ambo inſtitutus & ſubſtitutus ſint filij teſtatoris,atque ita æquè priuilegiati, ſequitur dicendum conditionem non poſſe intelligi in priuilegium & commodum inſtituti,& ad detrimentum ſubſtituti.

Cæterùm reſpondetur, quod ille ſubſtitutus non dicitur quò ad eam portionem relictam inſtituto eſſe æquè priuilegiatus vt ille inſtitutus,quem teſtator ipſe magis dilexit quam ipſum ſubſtitutum, arg.l.Publius.§.vlti.ff.de cond. & demon. & l.ſciendum,poſt principium.ff.de verbo ſignificat.Et ideò

ad



ad fauorem ipſius inſtituti, & deſcendentium ab eo ſubintelligitur hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis. Et ſicuti pater in ea portione prætulit inſtitutum ſubſtituto,ita etiam prætulit ipſius inſtituti filios,& deſcendentes.

Id quod reſpondit & Corneus in conſil.230.col.10.verſ.& licet.libro 3.poſt Baldum quem commemorat.addo Celſum Hugo in conſilio 93.num.11.confert tex.in auth.de reſtitu. fideicom.in princip.

Et hæc quidem reſpõſio comprobatur traditione Barto.in auth.quas actiones.numero 3.verſ.quandoque quilibet.C.de ſacroſanct. Eccleſ.cum dixit, quòd quando vnus eſt priuilegiatus in genere:alter verò eſt priuilegiatus in ſpecie, id eſt,in ea cauſa, de qua agitur, tunc hic priuilegiatus in ſpecie vtitur ſuo priuilegio contra illum priuilegiatum in genere. Id quod probat.l.vlt.ff.ex quibus cauſis maio. Et Bartol.ſecuti ſunt & Baldus in d.l.vlt.Felinus in cap.in præſentia.num.29.de probatio.Iaſ.in §.rurſus.num.56.in Inſtit.de actio.& Didacus in cap.poſſeſſor.parte 2.§.2.num.4.de reg.iuris.in 6.

Secundò vrgere non parum videtur tex.l.Scæuola.in fine.
122 ff.ad Trebel.vbi dicitur,quod † ſi teſtator inuicem ſubſtituit duos filios impuberes eorum vno moriente, alter ſuccedat. Ergò non habetur ratio filiorum illius præmortui. Nec dicatur, loqui de impuberibus, qui generare non poſſunt, quia imò impubes generare poteſt.cap.intra.20 q.1.Io.Andreæ.in cap.impuberes.de deſponſa.impub.& Alexand.in l.in pupillari.num.6.ff.de vulg.

Verùm reſpondetur d.l.Scæuola.in fin.ſimpliciter loqui,& ideò eſt declaranda ſecundum alias leges,atque ita ſecundum d.l.cum auus.Nec Scæuola rationem habuit filiorum alterius ex impuberibus, cùm raro contingat, vt ſimiles generare poſ-
123 ſint:leges † autem non adaptantur his, quæ raro contingunt. l.nam ad ea.ff.de legib.

Tertiò ſolet perpendi notabilis ille text.l.hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebel. vbi teſtator inſtituit duos filios, & vno eorum ſine liberis decedente alterum ſubſtituit, & ambobus ſine filiis morientibus ſubſtituit Claudiam filiam. Deceſſit primus filiorum relicto filio, deinde deceſſit ſecundus ſine filiis. Dubitatum fuit, ad quem ea portio vltimi pertineret an ad Claudiam,vel ad filium illius ſubſtituti, qui prior deceſſit. Reſpondit Scæuola, Claudiam præferri atque ita excludere filium ſubſtituti. Ecce ergò,quod filius ſubſtituti,qui à teſtatore fuerat magis dilectus, quàm Claudia, non admittitur ad eam partem,ad quam admiſſus fuiſſet,ſi eius pater vixiſſet.

Cæterùm reſpondetur, caſum d.§.cum ita.valde differre à caſu d.l.cum auus. In ea enim l.cum auus, agitur de portione patris,cui iam acquiſita fuerat.Et filius admittitur ad portionem obuenitam ſeu relictam & acquiſitam à patre.In caſu vero d.§.cum ita, agitur,de portione alterius filij teſtatoris fratriſque defuncti, quæ portio non erat nec delata nec quæſita prædefuncto, & ideò nec eius filius prætendere poteſt in ea ius aliquod.Præterea in caſu d.l.cum auus,filij excludunt ſubſtitutum tamquam poſiti in conditione.

124 Extenditur tertio,vt † locum habeat etiam quando ſubſtituta eſt pia cauſa. Nam adhuc ſubintelligitur tacita hæc conditio, ſi filius ipſe inſtitutus & grauatus deceſſerit ſine liberis.

Ita ſcripſerũt Ricardus Malumbra, Baldus, Caſtrenſis,Io. de Monte Sperello,Comenſis.Ioan.Baptiſta à Sancto Seuerino, Corneus, Felinus, Socinus Senior, Ruinus, Decius,& Socinus Iunior, quos congeſſit Antonius Gabriel in libro quarto, concluſionum.in tit.de fideicommiſſis.concluſ.ſecũda.numero 14.Mant.pag.250.numero ſexto, Pariſius conſilio decimonono,numero nonageſimoquinto,libro ſecũdo.Quibus accedunt Alex.Iaſon, Tiraquellus, & Rodericus Suarez relati ab Ario Pinelo in l.3.nume.26.C.de bonis mater.Idem affirmarunt Ancharanus & Barbatia commemorati à Tiraquello in Tracta.de priuilegiis piæ cauſæ, in priuil.17.Et his accedunt Riminal. Senior in conſilio 183. nume.15.libro 1. conſilio 70.in fine. & in conſilio 86.num.74 lib.2. Emanuel Coſta in cap.ſi pater.in prima parte,in verbo,ſi abſque liberis. numero 17.de teſtam.in 6.Antonius Gomezius in lib.1.varia. reſolut.cap.5.num.34.& Padilla in d.l.cum acutiſſimi.num. 8.qui teſtantur,hanc eſſe communem opinionem. Et inter alios Padilla recenſet tres rationes,ſeu argumenta, & aliis cõprobauit doctiſ. Mantica in commentariis de coniecturis vltimarum voluntatum.libro 10.tit.17.numero 4.quo loci.numero 10.verſ.neque obſtat.refert nonnullos ab hac opinione diſſentiẽtes. Et alios etiam commemorat Antonius Gabriel in d.concl.2.num.14.verſ.contrarium tenet.

Cæterùm extenſio hæc intelligitur,quando agitur de omnibus ipſis bonis teſtatoris,vel ſaltem de maiori eorum parte: ſecus verò ſi de re aliqua particulari,& nõ multi valoris.Nam tunc non ſubintelligi conditionem hanc ad ipſum piæ cauſæ excluſionem ſcripſerunt Socinus Iunior in conſilio 125.num. 28.lib.2.Decianus in conſilio 1.num.205.lib.2.& Mantica in loco ſuprà citato.Et comprobari poteſt declaratio hęc ex his, quæ dicemus in quarto capite principali,vbi explicabimus de re aliqua relicta fideicommiſſo particulari.

125 Hæc autem extenſio † declaratur, vt locum non habeat, quando teſtator reliquit piæ cauſæ pro malè ablatis,atque ita pro exoneratione conſcientiæ. Hoc ſanè caſu non debet ſubintelligi conditio hæc tacita, ſi deceſſerit ſine liberis, quemadmodum reiecta opinione Ioan.Sperelli ſcripſerunt Cacialupus in d.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtitut.& ſubſtit. Socinus in d.l.cum auus.col.2.& Decius in d.§.cum autem. num.7.verſi.videtur tamen, quos retulit & viſus eſt ſequi Antonius Gabriel in d.conclu.2.nu.15 Eandem probarunt Barbat.in d.l.cum acutiſſimi.num 182.C.de fideicom.Guilelmus Benedictus in cap.Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis.il 1. nume.25.de teſtam.Tiraquellus in tracta.de priuilegiis piæ cauſæ. priuileg.68. Emanual Coſta in capit.ſi pater.in prima parte.in verbo,ſi abſque liberis num.18.de teſtam.in 6.

126 Quartum caput huius † diſputationis eſt, quod reſpicit qualitatem ſubſtitutionis, an ſcilicet in quacunque ſubſtitutione facta filiis vel deſcendentibus ſubintelligatur tacita hęc conditio,ſi ipſi filij, vel deſcendentes deceſſerint ſine liberis? Hac in re diſtinguendi ſunt ſex caſus, quemadmodum etiam ſunt ſex ſubſtitutiones,nempè vulgaris,pupillaris,exemplaris, fideicommiſſaria,compendioſa,& directa militaris.

127 Primus † itaque eſt caſus, quando ſubſtitutio eſt vulgaris, vt ſi teſtator ita dixit: Inſtituo filium meum, & ſi ipſe hæres nõ erit,ſubſtituo Caiũ.Hoc in caſu nemo auſus eſt affirmare, in hac ſubſtitutione ſubintelligi hanc tacitam conditionem, ſi ſine liberis. Ita gloſ.in d.l.generalirer.§.cum autem.in verbo,ſubſtituit.C.de inſtit.& ſubſt. & ibidem Albericus. Idem ſcripſerunt Alex.in conſ.Corneus in conſil.1.nume.30.lib.4. Ruin.in conſ.106.num.1.lib.2.& in conſ.131.nume.3.& num. 12.lib.3.Decius in conſ.416.num.5.& in conſ.529.nume.8. Cur.Iunior in conſ.33.num.1. Bero.in conſ.128.num.9.lib.2. in conſ.33.num.1.Socinus.Iun.in conſ.100.num.3.& in conſ. 128.num.59.lib.1. Rodericus Suarez in allegat.27.num.18. verſ.8.Antonius Padilla in l.cum acutiſſimi.num.7.in fi.C.de fideicom.Anton.Gabriel in d.concl.2.num.57.& Decian.in conſ.60.num.26.lib.3.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentit Socinus in d.l.cum auus,nume.18.in fine.de condi.& demonſt.qui aliquot argumentis vſus eſt, ſed in foro difficilè admodum erit à recepta ſententia recedere.

128 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat in vulgari comprehenſa in compendioſa, ſicuti declarabimus infrà in quinto ccſu.

129 Secundus eſt caſus,quando † ſubſtitutio eſt pupillaris.Hoc caſu ſubintelligitur tacita hæc conditio, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine liberis.Ita Socinus in d.l.cum auus.num.24.verſ. tertio vero caſu,qui poſt longam diſputationem,tandem ſcripſit,hanc opinionem ſibi placere.Non excutio nunc rationes & argumenta, quæ & ab ipſo Socino diligenter & acutè conſiderata fuerunt. Eandem opinionem ſecuti ſunt Berous in conſilio 128.numero 7.libro 2.Alciatus in l.Centurio.nume. 96.ff.de vulg.& pupil.ſubſtitutio.& Decianus in conſilio 60. numero 26.lib.3.

130 Tertius eſt caſus,quando † ſubſtitutio eſt exemplaris.Hoc etiam caſu ſubintelligi tacitam hanc conditionem ſenſit Socinus in dicta l.cum auus.num.24. verſic.ſecundo caſu.

131 Quartus eſt caſus, quando † ſubſtitutio eſt directa militaris. Hoc etiam in caſu ſubintelligitur tacita hæc conditio, ſi filius inſtitutus, & grauatus deceſſerit ſine liberis. Ita in ſpecie ſcripſerunt Socinus in d.l.cum auus.num.25.ff.de condi. & demonſtr.Galliaula in l.Centurio.numero 176.ff.de vulg. & pupil.ſubſtitu. & Emanuel Caſta in capit.ſi pater.in prima

par.in

par.in verbo,ſi abſque liberis.numero 12.verſ. vnde colligo, de teſta in 6.qui numero 13.ſubiungit,hoc intelligi, quando facta eſt directa militaris ſub conditione mortis, vt ſi miles teſtator ita dixit:Inſtituo filium meum donec vixerit, & poſt eius mortem hæredem facio Caium.

Hoc ſanè caſu intelligitur vocatus Caius, ſi filius ille inſtitutus decedat ſine filiis. Diuerſum eſt (inquit Coſta)quando miles fecit directam militarem ſub alia conditione, vt puta ſi dixit:Inſtituo filium meum donec Titius factus fuerit Conſul. Quo Conſule effecto, inſtituo Caium. Hoc in caſu non ſubintelligitur conditio,ſi filius non ſuſcipiet filios: ſed omnino locus eſt ipſi directæ militari. Exiſtimo rationem eſſe, quia filius inſtitutus quodammodo grauatus in vita, vt deſinat eſſe hæres. Et ideo ſicuti in grauato per fideicommiſſum in vita non ſubintelligitur conditio hæc,vt dicemus infra : ita nec in hac directa militari.

132 Quintus eſt caſus, quando † ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria vniuerſalis,nempè quando pater inſtituit filium in omnibus ſuis bonis,& eum grauauit,vt poſt mortem ſuam reſtitueret Caio. Hoc ſanè in caſu ſine controuerſia ſubintelligitur conditio,ſi ipſe filius decedat ſine filiis. Et hic propriè eſt caſus.d.l.cum auus.de cond & demon.d.l.cum acutiſſimi C.de fideicom.& d.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſt. Et hoc paſſim admittunt omnes in d.l.cum.auus.vbi Socin. num.18.& Pariſius in conſ.19.num.92 lib.2.& manifeſtè ſatis probat. d.l.cum auus,ibi,*à nepote petijt,vt ſi intra annum trigeſimum moreretur, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret.*Hoc enim verbum reſtitueret ſignificat fideicommiſſariā.l.reſtituta.ff. ad Trebell.Bart.& reliqui in l.Centurio ff.de vulga.& pup. ſubſt.& copioſè tradit Sforcia Oddo in Tract.de Compendioſa ſubſtitutione in verbo,Reſtituat

133 Extenditur primò hic † caſus,vt locum habeat etiam in ſubſtitutione directa,quæ in fideicommiſſariam conuertitur : ſicuti quando teſtator inſtituiſſet filium in vita ſua tantùm, & poſt eius mortem alterum feciſſet directò hæredem : cùm enim in pagano directa hæc inſtitutio non valeat, ſed conuertitur in fideicommiſſariam:ſecundum interpretationem multorum, qui ſic intellexerunt.l.hæreditas.ff.de hæred.inſtit.& l.extraneum.C.eo.Et hoc maximè quando adiecta eſt clauſula codicillaris , Iuxtà traditionem Baldi & ſequacium in l. verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pup.ſubſti. Hoc ſanè in caſu etiā ſubintelligitur tacita hæc conditio.Ita longa habita diſputatione affirmauit Socinus in d.l. cum auus.num.25.& 26.qui dixit, Guidonem Veſpucium, & Antonium Malegonellum aduocatos Florentinos ita ſenſiſſe. Et ſecutus eſt Ruinus in conſi.77.colum.pen in fine lib.2.

134 Extenditur 2.caſus iſte, vt † locum habeat etiam, quando ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria rei particularis, vt ſi teſtator inſtituit filium, vel nepotem in re particulari,& eum grauauit poſt eius mortem rem illam reſtituere Caio.Hoc etiam in caſu ſubintelligitur tacita illa conditio, ſi filius deceſſerit ſine liberis.Ita manifeſtè ſtatuit Iuſtinia.in d.l. generaliter.§. cum autem. in fine.C.de inſtit.Quæ tamen conſtitutio explicatur à Socino in d.l.cum auus.nume.33.& 34.diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt,quando ſola ipſa fideicommiſſa & legata particularia relicta à patre filiis, vel nepotibus grauatis poſt eorum mortem ſunt alteri reſtituenda. Hoc in caſu ſubintelligitur tacita hæc conditio,ſi ij grauati deceſſerint ſine liberis. Ita.d.§.cum autem interpretati ſunt Oldradus & Alber.ibi, & communem eſſe interpretationem & non habere contradicentem ſcripſit Socin.in d.l.Cum auus.numero trigeſimo quarto.Eandem probarunt Baldus in d.l. cum acutiſſimi.nu. 3.C.de fideicom.Caſtren. in d.§.cum autem in fine Aret.in l. Gallus.§.quidam rectè,colum 2.verſ.ſed iſta differentia,ff.de lib.& poſth.& in conſil.93 nume.6.in fine.Corneus in conſi. 197.nume.7.in fine.lib.3.Decius.in d.l.generaliter.§.cum autem numero 13.& in conſil.581.colum.ſecunda,verſ.ſecundus caſus, & de eadem facti ſpecie interrogatus idem reſpondit Ruinus in conſ.77.nume.14.lib.2.& quamquam aduerſus Ruinum, & Decium eadem de facti ſpecie reſponderit Soc. Iun.in conſ.113.lib.1.attamen verè ibi numero 16.Hunc caſum affirmauit. Hanc quoque interpretationem ſecuti ſunt Guielmus Benedictus in capitu. Raynutius in verbo,ſi abſque liberis.il.1.nume.15.de teſta.

Secundus eſt caſus, quando pater inſtituit filium in omnibus bonis,vel maiori parte, & eum grauauit poſt mortem ſuā reſtituere rem aliquam alteri. Ita ſcripſerunt Oldra.& Albericus in d.§.Cum autem.Baldus in conſil.141.Punctus talis eſt.Quidam reliqui in fine libro 5.Socinus in d.l.cum auus. nume.35.verſ.ſecundus caſus,Decius in d.conſ.581.coum.2. verſ.primus eſt quando, & ibidem Moder.Pariſien.annotat. Qui quidem intelligunt hoc in caſu non loqui nec procedere tex.d.§.cum autem.in fine ceſſat enim hoc in caſu ratio illa.l.cum acutiſſimi.in fine,quòd veriſimile non ſit teſtatorem voluiſſe anteponere alienas ſucceſſiones propriis, cum teſtator non totam ſucceſſionem, ſed rem particularem tantum reſtitui voluerit.

Cæterùm ab hac opinione diſſentit ſibi parum conſtans Baldus in d.l.cum acutiſſimi:numero 12. quem ſecuti ſunt ibidem Barbat.num.75.Alex.in d.l.generaliter.§.cum autem. nume.9.& ibidem Iaſon.colum.3..verſi.quintò limita. Socinus Iun.in d.conſ.113.num.16.lib.1.& alios refert Tiraq.in l. ſi vnquam in verbo,omnia.nu.3.C.de reuo.dona.

135 Hæc poſtrema † opinio defendi facile poteſt quando res legata,vel reſtituenda adeo magni eſt valoris, veriſimile non ſit,teſtatorem voluiſſe eam relinquere,vel reſtitui,ſi filius grauatus ſuſceperit filios.

Ita ſenſit Socin.in d.l.cum auus.numero 36.& 37.& clare ac in ſpecie declarat Socin.Iunior in d.113.numero 15 & nu. 19.lib.1.& idem ſenſit Tiraq. in d.verbo omnia numero quarto,cùm nil interſit quo ad detrimento filij grauati, quod reſtituat totam penè hæreditatem, vel rem vnam multi tamen valoris.Et confert quod reſponderunt Soc.Iun.in conſil.125. num.28.lib.1.& Decia.in conſi.1.num.205.lib.1.& attigi ſupra ſuo loco.

136 Præterea † prædicti caſus declarantur & locum habent, quando tempore conditi teſtamenti nondum nati ſunt nepotes filij grauati:ſecus ſi ſunt nati.

Nam tunc quò ad legata & fideicommiſſa particularia non ſubintelligitur hæ conditio ſi deceſſerit ſine filiis. Ita Socinus in d.l.cum auus.numero 35.verſ.ſed aliàs in hac materia, qui dixit,ſe ita conſuluiſſe, vt verè conſuluit in conſilio 191.col. 6.verſ.ſed ad prædicta reſpondeo.lib.2.

137 Declaratur † caſus iſte vt locū non habeat in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta in vita grauati, vt ſi teſtator inſtituit filium & eum grauauit poſt aliquod certum tempus reſtituere,puta poſt annum. Nam tunc non ſubintelligitur hæc tacita conditio, ſi is filius grauatus non habuerit filios. Ita glo.in d. l.cum acutiſſimi.in verbo, vitam ſuam.C.de fideicom.& in l. ex facto. §.ſi quis rogatus, in verbo.ex voluntate.ff.ad Treb. Bar.in d.l.cum auus.num.1.& ibidem Soci.num.28 & 32.qui alios refert.Iaſ.in d.l.generaliter.§.cum autem.num.12.verſ. tertiò regula, & ibidem Decius numero 12.C.de inſtitu.& ſubſt.Antonius Gomezius in lib.1.varia.reſolutio.ca.5.num. 37.Pariſ.in conſ.19.num 97.lib.2.Emanuel. Coſta in c. ſi pater in verbo,ſi abſque liberis.nume. 12.de teſta.in 6.& Antonius Padilla in d.l.cum acutiſſimi.num.39.qui alios nonnullos recenſet. Et huius declarationis ea eſt ratio, quod ſicuti teſtator poſt certum illud tempus reſtitutioni fideicommiſſi præſtitutum prædilexit ipſum ſubſtitutum ipſo inſtituto, atque eum ipſi prætulit. Ita etiam eum videtur liberis grauati prætuliſſe.l.ſi viua matre.C.de bonis mater.

138 Sextus eſt caſus, quando † ſubſtitutio eſt compendioſa, in qua continentur ſubſtitutiones directæ & obliquæ,nempè vulgaris pupillaris,& exemplaris,quæ directæ ſunt, nec non & fideicommiſſaria,ideſt obliqua,vt explicaui ſupra in præſumpt. dicendum eſt, quò ad fideicommiſſariam dubium non eſſe, quin ſubintelligatur tacita hæc conditio: quemadmodum in ſpecie ſcripſerunt Socinus in d.l.cum auus.nume 19 verſ.limita tamen.Corneus in conſ.1.col pen.lib.4.Bero.in conſilio 128.num.8.lib.2.Alciatus in l.Cen.nume.96.de vulga.& pup. ſub.& alij omnes.quos infra referam.

139 Porro dubitatio † eſt,quò ad vulgarem cōprehenſam in ipſa compendioſa,ob connexitatem,quam habent vulgaris & fideicommiſſaria, vnitæ ſub compendioſa an ſcilicet reſpectu vulgaris ſubintelligatur.cōditio hæc, ſi deceſſerit ſine liberis. Hac de re ſunt opiniones.

Nam Socinus in d.l.cum auus. nume. 19.verſ.limita tamen communem opinionem,ſcripſit etiam in vulgari comprehēſa

in



in compendioſa ſubintelligi cōditionem hanc tacitam,ſi inſtitutus non habebit filios.

Et Socinum in ſpecie ſecuti ſunt Rubeus in conſilio 26. numero 4.Ruin.in conſilio.131.columna penultima.verſicu. vltimò non obſtat.lib.3. & Alcia.in l.Centurio.num.96.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.

140 Et ij quidem ea ratione † prima moti ſunt,quod par virtus eſt taciti & expreſſi.l.cum quid.ff.ſi certum peta.At qui quando in compendioſa eſt expreſſa hæc conditio,ſi deceſſerit ſine liberis, refertur tam ad vulgarem quàm ad fideicommiſſariam.ſicuti ſcripſerunt Bartol.in l.Centurio.numero 32.verſ. quæro vtrum ſubſtitutio facta per verbum commune.ff.de vulgar.& pupil.ſubſtit.& manifeſtius Oldradus in conſi.139. Thema tale eſt.G.Leuonien.& Specul.in tit.de teſtam.§.1.in vltima additione. Et ſecuti ſunt Rui.in conſilio 93.nume.11. lib.2.Socinus Senior in conſi.140.columna penult.lib.1.Soc. Iun.in conſilio 106.numero 4.& numero 21.lib.1.Berous in conſi.128.num.9.& 15.lib.2.Alciatus in reſp.492.nume.26.& Crauet.in conſil.62.col.1.

Ita ergo tam ad vulgarem quam ad fideicommiſſariam referri debet conditio hæc tacita,ſi deceſſerit ſine liberis.

Cæterùm huic argumentationi reſpondent multis modis Ruinus in conſi.106.num.5.lib.1. Decius in conſi.416.nu.16. Socinus Iun.in conſil.100.num.7.lib.1.& Curt.Iun.in conſil. 33.num.3.Quiquidem quatuor grauiſſimi iuris interpretes de eadem facti ſpecie,nempe ſuper teſtamentum Bartholomei Coleoni ſtrenuiſſimo Capitanei generalis Sereniſſimi huius Venetiarum Dominij reſponderunt.

Et primò Rui.in d.conſil.106.nu.5.lib.2.& ſi obſcurè admodum, reſpondet, diuerſam eſſe rationem inter conditionem,ſi ſine liberis,expreſſam in compendioſa,& conditionē hanc ſubintellectam & tacitam.Nam quādo eſt expreſſa,reſpicit tam tempus ante aditam hæreditatem, quàm poſt, vt præcitato in loco docuit Bart.

Quo ſanè tempore ante aditam hæreditatem, non poteſt habere locum fideicommiſſaria, ſed vulgaris tantum.l.ille à quo.§.ſi teſtamento.ff.ad Trebel.cùm ergo tam decedenti ſine liberis ante aditam hæreditatem, quàm decedenti ſine liberis poſt aditam facta eſt ſubſtitutio : Ea propter conditio expreſſa refertur ad vtrāque,quia vtramque determinat. Sed quādo(inquit Ruinus)ſubintelligitur,dicitur ſubintelligi reſpectu vnius tantum,nempè fideicommiſſariȩ,non autē vulgaris.Quȩ ſanè reſponſio mihi non probatur,cùm non oſtēdat Ruinus,qua ratione factum ſit,vt conditio hæc ſubintellecta in ſubſtitutione compendioſa, quæ ita vulgarem vt fideicommiſſariam continet,non ita referatur ad vulgarem ſicut ad fideicommiſſariam.

Reſpondet ſecundò Decius in d.conſil.416.num.16.verſi. nec obſtat alia ſupra,quod Bart.in d.l.Cent.allegatus à Soci. non dicit illud quod Soci.refert, ſed hoc tantum affirmat,in compendioſa contineri vulgarem: Et compendioſam illam ibi exemplificari à Bart,duobus modis,videlicet,quando teſtator dixit,ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, vel quandocunque.

Nam vtraque ſubſtitutio habet tractum temporis, vt Bart. ipſe declarat.Reſpondet tertiò Decius, admiſſo quòd ſcripſerit id,quod refert Socinus : malè ſenſit Bar.ſicuti ipſe Decius ibidem numero 10.oſtendit,& infra attingemus. Reſpondet quartò Decius,admiſſo Bart.id rectè affirmaſſe,attamen (inquit Decius) non bene infertur ad caſum noſtrum.Nam Bar. loquitur in conditione expreſſa à teſtatore:Nos verò in tacita quæ à lege ſubintelligitur.

Quæ ſanè conditio tacita non ita extenditur ſicut expreſſa, vt ſcribunt gl.in l 1.§.ſed videndum.ff.de ſucceſſo.edicto. & in clem. Sæpe.in verbo, partibus.de verborum ſignificatione, Et ſcripſit Alex. in l. 1.ff.quod quiſque iuris, relatus à Dec. illud, quod tacitè in vno capitulo intelligitur, ad aliud capitulum non porrigi. Et hæc quidem reſponſio mihi magis placet cùm iam ex dictis ſupra conſtet in ſpecie huius diſpoſitionis. d.l.cum auus, & d.l.cum acutiſſimi.& d.§.cum autem, multum differre conditionem hanc tacitam ab illa expreſſa à teſtatore, ſicuti inter ſe has differre ſcripſerūt poſt alios Iaſon in d.l.generaliter.§.cum autem.nume. 6. & Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.numero 27.ff.ad Trebel.

Secundò pro Socini opinione vrgere magis videtur,quod tam vulgaris quam fideicommiſſaria æquè continetur vnitate orationis & ſermonis ſub compendioſa. At qui ea, quæ
141 † ſub vnitate ſermonis æqualiter continentur,æqualiter diffiniri & terminari debent.l. iam hoc iure.ff.de vulga. & pupil. ſubſt. Ergo ſicuti in fideicommiſſaria comprehenſa ſub hac compendioſa ſubintelligitur tacita hȩc conditio,ſi grauatus deceſſerit ſine liberis,ita etiam ſubintelligi debet in vulgari.

Verùm reſpondent primò Ruinus in d. conſil. 106.nume. 5.verſ.nec obſtat, quod in dubio,& Curtius Iun.in conſilio 33.numero 3.in caſu noſtro, conditionem hanc tacitam ſubintelligi iure quodam ſpeciali,& contra iuris regulas,nempè contra regulam.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verborum obligatione,quo dicimus,in diſpoſitione non ſubintelligi perſonam, niſi nominata ſit. In caſu verò.l.ſi legatarius.§.vltimo.de legat.3.vbi Bartol.conditio inerat ex natura rei & ſecundum ius commune.At qui(voluerunt dicere Ruinus & Curtius ) quando cōditio & qualitas iure ſpeciali vno in caſu ineſt & in altero iure communi,& ſi caſus ipſi vniuntur ſermonis vnitate, non tamen æqualis fit determinatio: Ergo idem dicendum in caſu noſtro in quo conditio hæc tacita,ſubintelligitur in fideicommiſſaria iure quodam ſpeciali.dicta l.cum auus. Illa minor propoſitio probatur ſecūdum Ruinum & Curtium in l.mulieri & Titio.ff.de cond.& dem. vbi conditio reiicitur de legato facto mulieri : non autem de parte relicta Titio:atque ita legatum factum mulieri non recipit eandem determinationem,cum illo facto Titio,Et hoc quidem,quia quò ad mulierem conditio reiicitur de iure ſpeciali.Et eo textu adductus docuit Bart.in l.Titia.§.Titia cum nuberet.num.... de leg.2.quod ſi vxor relinquitur à marito domina & vſufructuaria,inſtitutis filiis & extraneo, vxor ipſa in parte extranei habebit plenum vſumfructum, in parte verò filij, conſequetur alimenta tantum. Atque ita fuit inæqualis determinatio, quia illa verba, ſic iure ſpeciali,& conſuetudine Bulgari habent hanc interpretationem.

Verum reſponſio hæc confutari poteſt traditione & declaratione eiuſdemmet Ruini in conſil.3. numero 20.verſic.vel ſecundo poteſt.lib.2. dum in ſpecie declarando.dicta l. cum
142 auus, ſcripſit, quòd aliquando † vnum determinabile eſt fauorabilius altero ex mora legis diſpoſitione,ſine aliqua præſumpta mente teſtatoris. Hoc in caſu admittitur inæqualis determinatio,quia lex non prȩſumit,quod diſponens voluerit æqualiter determinare. Ita Ruinus intelligit.l.ſi ita ſcriptum.de legat.2.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C. de teſtam.& doctrinam Bartol.in dicta l.Titia.§.Titia. nume 7.
143 de legat.2. Aliquando † verò vnum determinabile eſt fauorabilius altero non ſimplici diſpoſitione legis, ſed ex tacita & interpretata mente diſponentis. Hoc in caſu æqualis fit determinatio, etiam ſi inter ea ſit diuerſa ratio, vel alterum ſit fauorabilius,vt probant.l.iam hoc iure.ff.de vulgar. & pupil. ſubſtit,& l.in teſtamento.C.de teſtam.milit. Hoc ſecundo in caſu loquitur & procedit.dicta l.cum auus, quæ eſt (vt diximus ſupra) interpretatio, quam lex facit à ſe præſumptæ voluntatis teſtatoris.Rectius itaque reſponderi poteſt,ſic retor-
144 quendo argumentū,vna determinatio † reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat,dicta l.iam hoc iure.ff.de vulgar.& pupilla.ſubſtit.At qui in vulgari ſubſtitutione non, ſubintelligitur tacita hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: Ergo nec intelligi debet in fideicommiſſaria,quæ vnà cum ipſa vulgari comprehenditur ſub compendioſa. Ita ſanè effectus vnius diſpoſitionis impedietur ob vnitatem alterius diſpoſitionis,qui effectum illum parere non poteſt.ſicuti videmus in caſu.d.l.iam hoc iure.vbi ſi pater vnà ſimul ſubſtituit puberi & impuberi,licet quo ad impuberem deberet intelligi facta etiam pupillaris : attamen illa impeditur, quia alteri filio puberi pupillariter ſubſtitui non poteſt.

Ita ergo in caſu noſtro in fideicommiſſaria hac ſubintelligi non debet hæc conditio : cum in vulgari illi coniuncta nō poſſit ſubintelligi.

Tertio vrgere magis videtur, quod vulgaris & fideicommiſſaria (vt iam attigimus) vnitè continentur ſub compendioſa. At qui ratione vnionis virtus tributa vni ex actibus vnitis communicatur alteri actui. Ergo & noſtro in caſu virtus tributa fideicommiſſariæ dicitur communicata vulgari,

quæ

quæ vna cum ipſa fideicommiſſaria vnita eſt ſub cõpẽdioſa. Illa minor propoſitio probatur in l.qui patri.ff.de acq.hære. vbi qui patri hæres extitit, etiã eius filio impuberi hæres eſſe debet:cùm patris teſtamentum cum pupillari ſit connexum.

Et eo textu adductus reſpondit Socinus Sen.in conſi.249. col.5.lib.2.pupillarem iunctam & vnitam cum fideicommiſſaria ei communicare virtutem & eſſentiã ſuam, vt, ſcilicet, facta poſt mortem plurium dicatur facta vltimo, ſicuti facta dicitur ipſa pupillaris.

Ita pariter idem Socinus in l.Marcellus.§.quidam liberis. col.pen.ff.ad Treb. docuit,ius accreſcendi vnitum cum ſubſtitutione vulgari communicare ei naturam & virtutem ſuã, vt tranſeat ad fideicommiſſariam.Omitto alia his ſimilia.

Cæterùm reſponderi poteſt,quod imò actus & diſpoſitio alteri vnita retinet naturam ſuam , nec eius tenuis virtus & effectus augetur à virtute & effectu maiori alterius actus ſibi vniti,quemadmodum ſtatim multis demonſtrabimus.

Contrariam itaque opinionem, quòd, ſcilicet, in vulgari connexa & vnita cum fideicommiſſaria ſub compendioſa, non ſubintelligatur tacita hæc conditio, ſi filius inſtitutus & grauatus deceſſerit ſine liberis, probarunt Rui.in d.conſilio 106.num..., lib.2. Decius in dicto conſi.416.num.... Curt. Iun.in dicto conſi.33.colum.1.& 2.& Soci.Iun.in dicto conſi. 100.nu.12.lib.1.Qui quidem interpretes ( vt admonui ſupra) de eadem facti ſpecie interrogati idem reſponderunt. Hanc quoque opinionem probarunt Bero.in conſil.128.nu.9.& 10. lib.2.Pariſ.in conſi.19.num 93.lib.2.

Et horum quidem opinio,quę mihi magis probatur,ea prima ratione fulcitur,quòd & ſi ſubſtitutio hæc vulgaris vnita atque connexa ſit cum fideicommiſſaria:attamen retinet naturam ſuam. Ita ſanè ad rem dicimus,quòd quælibet ſubſtitutio comprehenſa ſub compendioſa, regulatur ſecundum propriam ſuam naturam. Ita in ſpecie noſtra dixit Decius in dicto conſi.416.num.10.verſ.2.conſiderandum eſt ex ſententia Bar.in l.hæredes mei §.cum ita.in fi.ff.ad Trebel.& Alex. in conſi.1.num.15.lib.1.& his accedunt Rui.Rubeus,& Pariſius,quos retuli & ſecutus ſum in conſi.85.nume.100,lib.1. & in conſi.106.num.278.lib.2.

145 Huc pertinet, quod † teſtamentum patris confectum,duobus teſtibus tantum adhibitis , in quo filij ſint inſtituti vnà cum extraneo:quò ad filios retinet naturam ſuam, vt valeat, ſecus quò ad extraneum:ſicuti declarant ibi omnes.Huc etiã facit quod docuit Bal.in l.fratres.quæſt.2.C.de inoffic.teſta.
146 cum dixit, † teſtamentum fratris , in quo pro parte inſtituta eſt perſona honeſta, & pro altera turpis, quò ad honeſtã perſonam ſuſtinetur : quò verò ad turpẽ rumpitur querela inofficioſi.

147 Secundò vrgere † magis videtur,quod quando vna ſubſtitutio regulari debet ab altera ſimul iuncta, tunc potius fideicõmiſſaria regulari deberet ab vulgari,aliáve directa , quàm è contra. Ita Socinus Sen.in conſi.249.colum.6.verſi. ſecundo principaliter.lib.2.Rui.in conſi.122.num.5.& in conſi.158. num.8.lib.2.Pariſ.in conſi.43.num.31.lib.2.& Rub.in conſ.2. num.14.

148 Eſt enim † ſubſtitutio vulgaris efficacior & nobilior ipſa fideicommiſſaria. Ita ergo noſtro in caſu fideicommiſſaria debet potius regulari ab vulgari, vt & in ea non ſubintelligatur cõditio, ſi deceſſerit inſtitutus ſine liberis,quàm è cõtra.

149 Eſt etiam aduertendum,quod † quando compendioſa facta eſt his verbis,Et quandocũque filius meus deceſſerit,ſubſtituo Caium vulgariter,pupillariter,&per fideicommiſſum. Hoc ſanè caſu ſine controuerſia,tacita hæc cõditio, ſi deceſſerit ſine liberis , non ſubintelligitur in vulgari : & ſi in aliis ſubintelligenda ſit.Ita Decius in dicto conſi.416.nu.10.Cur. Iun.in dicto conſ.33.nu.2.verſ.quia profecto in caſu.& Soc. Iun.in dicto conſi.100.num.2.& num.3.lib.1.

Præterea perpendendum eſt quod reſpondit Rui. in dicto conſi.106.num.7.lib.2.cùm dixit,prędictam opinionem Soc. Sen.in dicta l.cum auus.nume.19.verſi.limita tamen, habere locum in ſubſtitutione compendioſa facta in hæreditate atque ita inſtituto,ſecus ſi facta eſt fideicommiſſo,atque ita ei, cui facta eſt reſtitutio.Subtili & acuta ratione differẽtiæ hoc conatus eſt oſtendere Rui.ſed amplius deliberandum eſt.

150 Ex prædictis † diffiniri poteſt illa dubitatio, an hæc tacita conditio, ſi deceſſerit ſine liberis,ſubintelligatur etiã in donatione cauſa mortis , in qua facta ſit ſubſtitutio fideicommiſſaria, vt puta,ſi teſtator ita dixit, ſi contingat hoc morbo me decedere, dono filio meo, poſt cuius mortem volo bona hæc à me donata peruenire ad Caium. Eſt ſanè dubitatio, an ſubintelligi debeat tacita hæc conditio,ſi filius meus deceſſerit ſine liberis ? Et recepta quidem ſententia eſt , ſubintelligi debere.Ita Soci.in dicta l.cum auus.nume.98.de cond.& demonſtr.poſt gloſ.Bald.& Salic.in l.1.C.de don.cau.mor.quos ſecuti ſunt Alexand.Cor.Iaſ.Dec.Rui.& Caſſaneus,commemorati à Gabr.in lib.4.concluſ.in tit.de fideicom.concluſ.2. nu.20. Quibus accedunt Didacus Couar.in lib.pract.quæſt. cap.38.num.11.Emanuel Coſta in dicto cap.ſi pater.in prima par.in verbo,ſi abſque liberis.num.14.de teſtam.in 6. & Antonius Padilla in dicta l.cum acutiſſimi.nume.10.C.de fideicom. Qui quidem eiuſdem opinionis recẽſent Tiraquellum &alios nonnullos.Et ſcribit Socin.in dicta l.cum auus.num. 98.ſententiam hanc probari lege & ratione . Ita ſane probat dicta l. generaliter.§.cum autem. C.de inſtit.& ſubſtit.ibi, *reliquerit,vel dederit.* Illud verbum dederit,ad donationẽ cauſa
151 mortis refertur.Probatur & ratione, quia † inquit Socin.donatio cauſa mortis eſt ſimillima legato.l.2.de leg.1.Et in legatis non eſſe dubium ſubintelligi conditionem hanc, vt ſupra declarauimus.

152 Idem dicendum eſt † in ſubſtitutione facta donationi inter viuos , atque ita in contractu,qui gratia vnius partis tantum celebratus eſt,vt puta ſi pater donat deſcendenti cum onere reſtituendi poſt mortem ſuam. Hoc etiam caſu intelligitur, ſi is deſcendens deceſſerit ſine liberis. Ita affirmarunt Bald.in dicta l.cum acutiſſimi.nume.13.Caccialupus in dicta l.generaliter.§.cum autem.quæſt.7.Soci.in dicta l.cum auus. num.97.Iaſ.in l.3.num.197.C.de iure emphy.Didacus in d.c. 38.nume.12.Coſta in dicto verbo,ſi abſque liberis.num.15.& Padilla in dicta l.cum acutiſſimi.num.11. Qui quidem intelligunt,& rectè, non habere locum in aliis contractibus gratia vtriuſque contrahentium confectis.

153 Dubitari etiam ſolet, an † conditio hæc ſubintelligatur, quando pater non vocauit & inſtituit filium , ſed cum tãtum in conditione poſuit, vt ſi dixit, inſtituo Caium, & ſi filius meus deceſſerit intra vigeſimum ſuæ ætatis annum , grauo ipſum Caium reſtituere hæreditatem meam Sempronio. Ille filius teſtatoris iam apparet poſitus in conditione tantum,an ſubintelligetur conditio hæc tacita, ſi ipſe filius deceſſerit ſine liberis ? Et non ſubintelligi ſcripſerunt Bartol. in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel.& ibidem Imola.colum.vlt.ver. vltimò diligenter nota Caſtren.in dicta l.cum auus.num.2.& ibidem Socin.nume.58.Iaſ.in l.generaliter.§.cum autem.numero 9.C.de inſtit.& ſubſtitut.& ibidem Decius numero 12. Riminaldus Senior in conſilio 283.numero 21. lib.2.Ruin.in conſilio 106.columna penultima.lib.2.Curt.Iun.in conſi.33. numero 8.& Socinus Iunior in conſilio 100. numero 8.lib.1. qui tres(vt etiam ſupra retuli) de eadem facti ſpecie reſponderunt. Idem ſcripſerunt Antonius Padilla in dicta l.cum acutiſſimi.numero 40.C.de fideicommiſ.& Hieronymus Zancus in l.hæredes mei.§.cum ita.in 7.par.num.1.ff.ad Treb.de cuius ſenſu plura etiam ſcripſit Bero.in conſil.128.nu.23.cum multis ſequentibus.lib.2,

154 Nunc ſupereſt,† vt attingamus,an filij ij,qui pręſumuntur poſiti in conditione , cenſeantur vocati ex teſtamento, vel potius poſiti in conditione tantum ad excluſionem ſubſtituti , & conſequenter , quod eis reſeruatum ſit ius ſuccedendi ab inteſtato ſolummodo? Qua in re dicendum eſt,receptam ab omnibus ferè eſſe opinionem,non præſumi vocatos ex teſtamento. Hanc enim probarunt Baldus, Caſtrenſis, Corſetus,Ancharanus,Socinus Senior,Ruynus, & alij multi, quos longa ſerie congeſſit Ioſeph Ruſticus in commentariis,an & quando liberi in conditione poſiti vocentur. lib.1.capit.primo,columna priuta. Et quos iam hoc in loco ego ipſe magna ex parte congeſſeram. Illis accedit Antonius Padilla in l.cum acutiſſimi.numero quadrageſimoſexto,verſiculo contrariam ſententiam.C.de fideicommiſſariis. Non hic explico rationes & argumenta , quæ ſatis diligenter & acutè enucleauit benè eruditus Ruſticus,locum indicaſſe ſufficiat.

PRÆSVMPT.



## PRÆSVMPT. XC.

### Hæredem rogatum reſtituere cum vellet , præſumi rogatum tempore mortis.

#### SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus reſtituere quando voluerit , quo tempore reſtituere teneatur.*
2 *Velle in vltimis voluntatibus dicitur is,qui moritur.*
3 *Velle fauore dotis is dicitur , qui decedit.*
4 *Velle in contractibus & ſententijs non dicitur moriens.*

1 DVBITATVM aliquando fuit, quando † teſtator mandauit hæredi , vt hæreditatem reſtitueret, quando vellet, quo tempore reſtituere præſumatur rogatus ? & reſponſum fuit à Scæuola in l. vxorem. §. pen. ff. de leg.3. præſumi rogatum cùm
2 morietur : Nam tunc hæres velle reſtituere dicitur. Et hanc eſſe præſumptionem iuris ſcripſit Io. Andreæ in additionibus ad Specul.in tit.de præſumptionibus. §. ſpecies. nume.5. in verbo,in prædictis concorda.

Hinc Bar.in d. §. pẽn.dixit , in vltimis voluntatibus eum dici & præſumi velle quando moritur. Idque ipſius vltimæ voluntatis fauore.Idem Bar.in l. poſt dotem.num.9. ff. ſolu-
3 to matr.quo loci dixit,ſic pariter eſſe fauore † dotis, vt moriens velle præſumatur & dicatur. Diuerſum eſſe ſcripſit
4 Bar.in † contractibus , & in iudicis ſententia : ſicuti tradunt idem Bar.& reliqui in l.Cẽteſimis.§.ſi ita ſtipulatus. de verb. oblig. Qua de re copioſè ſcripſi in libr.1. de arbitrijs iudicum. q. 69.

## PRÆSVMPT. XCI.

### Deſcendentibus vocatis , de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe.

#### SVMMARIVM.

1 *Teſtator quando vocauit deſcendentes , quos vocaſſe præſumatur. Quod regulariter cenſeantur vocati tam maſculi quam fœminæ. num.2.*
*Et hoc etiam quoad maſculos , qui ex fœminis ortum duxerunt. numero 3.*
4 *Deſcendentium nomine comprehenduntur tam fœminæ ex maſculis natæ,quam maſculi ex fœminis orti.*
5 *Deſcendentium nomine tunc maſculi ex fœminis non comprehenduntur , quando eſt relictum fideicommiſſum deſcendentibus maſculis.*
*Idem quando teſtator ad fideicommiſſi ſucceſſionem vocauit deſcendentes per virilem ſexum. numero 6.*
7 *Deſcendentibus vocatis , cenſentur vocati omnes vſque in infinitum , cuiuſcunque ſint gradus , etiam qui nondum nati ſunt vel concepti tempore mortis teſtatoris.*

1 CONVENIT huic loco, vt † differamus,quos vocaſſe præſumatur teſtator,qui vocauit deſcendentes. Hac de re duo conſtituo capita, quorum vnum eſt reſpectu ſexus , alterum reſpectu graduum.

2 Primò in capite † pro regula eſt conſtituendum , vocatis deſcendentibus,cenſeri vocatas tam fœminas quàm maſculos.Ita ſcripſerunt Alex.in conſ.160.nu.5. lib. 2.Crottus in l. omnes populi.num.154.ff.de iuſt.& iure.Decius in conſi.223. num.4.in conſ.413.nu.11.in conſi.468.nu.32.in conſi.495.nu. 6.& in conſi.570.nu.9.Pariſ.in conſil.26.nu.34.lib.2. Bero.in conſi.120.nu.6.lib.2.Natta in conſ.64.nu.8.lib.1.& Rebuffus in l.liberorum.in verbo,deſcendũt.de verborum ſignif. Ratio eſt , quia hoc nomen , deſcendentes, eſt nomen commune vtrique ſexui conueniens ſicuti Soci. & Rebuf. dixerunt.

3 Extenditur † primò , vt locum habeat etiam quo ad maſculos,qui ex fœminis orti ſunt. Nã & ij ſub nomine deſcendentium continentur. Ita Alex.in d.conſ.160.num.3. lib.2. Soc.Sen.in conſ.51.num.1.& 4.lib.4.Dec.in conſ.222. num.2. & in conſ.413.num.11.Pariſ.in conſ.51.num.30.in cõſ. 88.nu. 11.& in conſ.92.num.62.lib.2.Natta in conſ.64.num.8. lib.1. & in conſ.437.num. 2.lib.3.

4 Extenditur † ſecundò,vt habeat locum è cõtra,nempè in fœminis natis ex maſculis. Nam & hæ ſine controuerſia dicuntur contineri ſub nomine deſcendentium.Alex.in d.cõſ. 160.nu.2.lib.2.& poſt alios,quos commemorat Pariſ. in cõſ. 61.num.3.lib.2.& Bero.in conſ.120.num.6.lib.2.

5 Declaratur primò prædicta † regula , vt locum nõ habeat quando fideicommiſſum relictum eſt deſcendẽtibus maſculis.Nam tunc non continentur maſculi deſcendentes ex fœminis.Ita tradunt Soc.Sen.in l.Gallus.§. nunc de lege.nu. 6. ff.de lib.& poſth.& in conſ.12.nu.5.lib.3.Alciatus in reſp. 96. num.33.& 34.quem ſecutus ſum in conſ.172.num.24.in fi. Ita etiam Mattheſ.in notab.129.ſcripſit,maſculum & fœminam non contineri ſub nomine liberorum maſculorum. Et Mattheſilanum ſecuti ſunt permulti , quos congeſſi in conſ.172. num.12.Et illis accedit Molina in libr.3.de Hiſpano.primog. c.5.num.47.

Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio , quia cõiectura eſt, teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem & familiam,relinquendo fideicommiſſum pro maſculis,iuxta ea, quę ſcripſi ſupra in præſumpt. Et ideò cum maſculi orti ex fœminis non poſſint teſtatoris familiam conſeruare , ex quo non teſtatoris , ſed proprij patris familiam ſequuntur , ſequitur dicendum , ſub eo nomine deſcendentium maſculorum non contineri.

6 Declaratur † ſecundò,vt non habeat locum,quando teſtator ad fideicommiſſi ſucceſſionem vocauit deſcendẽtes per virilem ſexum.Nam & hoc caſu maſculi deſcendẽtes ex fœminis non contineãtur.Ita reſpondit Soc.Sen.in d.conſil.51. num.5.lib.4.poſt Bal.in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de libe. & poſthu. Imò & fœminam & maſculo ortam nõ cõtineri hoc caſu ſcripſerunt multi à me cõgeſti in conſ.205.nu. 20. lib.3. vbi,num.23.retuli Beroïum in conſ.77.num.19.lib.2.qui ſcripſit , veram non eſſe diſtinctionem illam Socini Sen.in d.§. nunc de lege,num.4.diſtinguentis,quod aut teſtator vocauit deſcendentes per lineam maſculinam,aut ex linea ipſa maſculina.Quam quidem diſtinctionem probauit,& Alcia.in d. §.nunc de lege,num.10.

7 Secundum eſt huius † diſputationis caput,quod circa gradus verſatur, nempè cuius gradus deſcendentes vocati præſumantur. Et dicendum eſt cenſeri vocatos omnes vſque in infinitum.l.vlt.C.de ſuis & legit.hæred.& §.1.in Auth.de hęred.ab inteſt.ven.& ſcripſerunt Alex.in cõſ.56.col.1.libr.1.& in conſ.160.lib.2.Dec.in conſ.223.& in conſ.414.colum.vlt. quos ſecutus ſum in conſ.106.num.345.& in conſ.152. nu.28. lib. 2.in conſ.231.num.88.& in conſ.253.num.8.lib.3. His accedunt Soc.Sen.in conſ.51.col.1.lib.4.Gozad.in cõſ.20.nu.8. Natta in conſ.64.num.6.lib.1.in conſ.437.num.2. & in cõſil. 474.num.26.lib.3.

Et ex hoc ſequitur, ſub hoc deſcendentium nomine contineri nondum natos , vel conceptos tempore mortis teſtatoris vel euenictis caſus ſucceſſionis. Qua de re differemus infra in præſumpt.93.

## PRÆSVMPT. XCII.

### Primogenito ad fideicommiſſi ſucceſſionem vocato, de quo teſtatorem ſenſiſſe præſumatur.

#### SVMMARIVM.

1 *Primogenito ad ſucceſſionem fideicommiſſi vocato à teſtatore,præſumitur vocatus ætate maior,non autem qui dignitate & animi dotibus alios antecellit.*
*Intelligitur etiam de eo,qui ſolus natus eſt, nam is dicitur primogenitus,num.2.*
3 *Primogenitus is dicitur , qui tempore ſucceſſionis eſt natu maior, licet alius ante eum natus & mortuus ſit.*
4 *Primogeniti filius,eius vel patruus an dicatur primogenitus,vt ad fideicommiſſi ſucceſſionem admittatur.*

V 5 Primo-

*5 Primogenitus Regis dicitur etiam ille, qui natus eſt ante adeptum regnum à patre.*

*6 Teſtator quando vocant maiores de domo, ſi primi illi exiſtentes tempore conditi teſtamenti deceſſerunt, alij gratim admittuntur.*

1 CONTINGIT ſæpiſſime † teſtatores vocare ad fideicommiſſi ſucceſſionem primogenitum, & ob id ambigi ſolet, de quo intelligatur? Hac de diſputatione pauca dicturus ſum, cùm integri vberrimique extent Doctiſſimorum interpretum commentarij de iure primigeniorum, De Hiſpanorum primogenijs, & de maioricatu.

Hoc primùm dicimus, quod quando teſtator vocauit primogenitum intelligitur vocaſſe eum, qui ætate maior eſt, nõ autem eum, qui dignitate, ſcientia, genere, vel alijs animi & corporis dotibus alios antecellit. Ita poſt Tiraquellũ in tract. de iure primigen. q.1.nu.10.& Gregorium Lopez in commẽtarijs ad leges Hiſpaniarum, ſcripſerunt Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpano.primogen.c.1.num.2.& Iacobus Simancas in lib.1.de primogen.Hiſpa.c.7.& idem ego ipſe affirmaui in conſi.211.nu.26.lib.3.poſt Crottum ibi relatum.

2 Secundò † obſeruandum eſt, quod primogenito vocato, intelligitur etiam de eo, qui ſolus natus eſt. Nã & is dicitur primogenitus, & ſi nullus alius poſt eum natus eſt.c.Ioſeph. de verbo. ſignif. & ſcripſerunt Tiraq. in dicto tract. de iure primig.q.1.num.3.& q.2.

3 Tertiò annotandum eſt, † primogenitum dici eum, qui tempore ſucceſſionis eſt natu maior, & ſi alius ante eũ natus & mortuus ſit. Ita poſt Bald. Alexand. Iaſo. & alios ſcripſerũt Tiraquellus in dicto tract.de iure primige.q.3.nu.6.& latiſſime comprobaui in conſi.97.nu.9.lib.1.& in cõſi. 220. nu. 58. lib. 3. vbi ſcripſi hoc dici impropriè. Et illis accedit Melchior Palaez in tract.de maioratu.in 2.par.q.6.num.47.

4 Quartò † ambigi ſolet, an filius primogeniti, vel eius patruus dicatur primogenitus, vt ad fideicommiſſi ſucceſſionẽ admittatur? Exiſtimaui ſemper veriorem & receptam magis eſſe opinionem eorum, qui affirmarunt, filium primogeniti admitti debere, excluſo patruo: quemadmodum longa & diligenti diſputatione demonſtraui in cõſi.211.lib. 3.vbi.nu.32. cõmemoraui infinitos propè Doctores probaſſe hãc ſentẽtiã.

5 Quintò † obſeruandum eſt, primogenitum Regis dici etiam illum, qui natus eſt ante adeptum regnum à patre ipſo Rege. ſicuti poſt alios ſcripſerunt Tiraq.in Tract.de iure primige.q.31.num.1.Coraſius in l.ſenatoris filiam.ff.de Senat.& Melchior Palacz in tract. de Maioratu. par. 2. q. 3. in illatione quinta.

6 Sextò notatu † dignum eſt, quod ſi teſtator vocauit maiores de domo, ſi primi illi exiſtentes tempore conditi teſtamenti deceſſerunt, alij gradatim admittuntur. Ita Ancha.in conſi.37.& Roma.in conſi.438.& alij permulti, quos congeſſi in conſi.97.nu.19.& communem teſtatur Ludouicus Molina lib.1.de Hiſpano. primogen. c. 5.nu 19. & Didacus Burgenſis Salon Hiſpanus lib.1.quæſtionum ciuilium.q.2.nu. 78.

Cæterùm ab Ancharani & Romani hac ſententia diſſenſerunt Bal.& alij, quos commemoraui in d.conſ. 97. num.11. verſ.non obſtat ſecundum.lib.1.

## PRÆSVMPT. XCIII.

### Filij, deſcendentes, agnati vel cognati nondum nati, vel concepti tempore euenientis caſus fideicommiſſi, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris ad fideicommiſſi ſucceſſionem admittantur.

## SVMMARIVM.

*1 Filij & deſcendentes nondum nati tempore euenientis caſus fideicommiſſi, quando agitur de fideicommiſſo vel legato puro, non præſumuntur à teſtatore vocati.*

*Et quid in fideicommiſſo conditionali. numero 2.& 3.*

*4 Agnati, qui nondum nati ſunt, ſed tantum concepti tempore euenientis caſus ſucceſſionis, ad fideicommiſſum conditionale præſumuntur à teſtatore vocati.*

*Et quid ſi reperiuntur agnati, quorum vnus erat natus tempore conditi teſtamenti, alter verò natus eſt tempore, quo euenit conditio. num.5.*

*6 Agnatus proximior præfertur remotiori in ſucceſſione fideicommiſſi conditionalis.*

*7 Agnato admiſſo ad ſucceſſionem, & nato eo tempore quo euenit conditio, ſi deinde natus eſt alter eiuſdem gradus, non admittitur ad ſucceſſionem, nec concurrit cum iam admiſſo.*

*8 Fideicommiſſo relicto filijs & deſcendentibus in infinitũ, adiecta prohibitione alienationis, cum facultate quòd non alienantes poſſint reuocare alienata. ſi facta alienatione ab aliquibus alij eam reuocarunt, an ij teneantur poſt mortem ſuam reſtituere alijs futuris deſcendentibus etiam conceptis poſt dictam reuocationem.*

*Et quid ſi facta eſt alienatio ab illis agnatis, qui tẽpore mortis ſuæ reliquerunt ſolum agnatos, qui alienationis tempore nondum concepti erant, an ij recuperare poterunt. num.9.*

DIFFICILIS admodum & perplexa eſt diſputatio, an & quando filij, deſcendentes, agnati, vel cognati nondum nati, vel concepti tẽpore euenientis caſus ſucceſſionis fideicommiſſi, ex præſumpta teſtatoris voluntate ad ipſius fideicommiſſi ſucceſſionem admitti debeant? Diſtinguere hac in re ſoleo aliquot caſus.

1 Primus eſt, quando † agitur de fideicommiſſo, vel legato puro. Hoc ſanè caſu filij & deſcendentes nondum nati, vel concepti non præſumuntur à teſtatore vocati, atque ita non admittuntur, ſed illi tantum, qui nati, vel concepti reperiuntur eo tempore mortis teſtatoris. Ita ſcripſerunt Alexander, Soc.Sen.Rui.Cur.Iun.Tiraq.Alba, Cæphalus, & Ludouicus Molina, quos congeſſi in conſ.106.num.21.lib.2. & latius in conſ.413.num.8. lib. 5. quo loci commemoraui rationes, & argumenta, quibus vera hęc traditio probatur. Eiuſdem opinionis addo nunc Io.Petrum Surdum in conſ.125.num.35.

2 Secundus † eſt caſus, quando fideicommiſſum eſt conditionale. Hoc in caſu agnati, vel cognati nati vel concepti tẽpore mortis teſtatoris admittuntur, ſi gradu æquales ſunt. Ita Soc.in l.ſi cognatis, num.5.verſ.& ideò, & num.16. & nu. 27. & 28.& alij omnes admittunt: & ſecutus ſum in conſil.106. num.5.& 6.lib.2.& in d.conſ.413.num.12.& 13.quo loci dixi, ſentẽtiam hanc probari tex.l.cum ita.§.in fideicommiſſo. de leg.2.ibi, *Qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur.* Conſideraui & eiſdem in locis rationem. Ita dicimus, natos & conceptos tempore quo res ſuppoſita fideicõmiſſo fuit alienata, admitti ad eius reuocationem. Ita poſt Tiraq.& alios ab eo citatos ſcripſi in d.conſ.413.num.46.

3 Tertius † eſt caſus, quando fideicommiſſum eſt conditionale: & agnati, vel cognati reperiuntur nati tempore euenientis conditionis ſicq; caſus ſucceſſionis, & ſi non extarent tẽpore conditi teſtamenti, nec mortis teſtatoris. Hoc in caſu adhuc mittuntur omnes, ſi modò ſunt gradu ęquales: alioqui proximiores excludunt remotiores. Ita affirmarunt Lãbertinus, Ioan. Andreæ, Caſtrenſis, Alexander, Rui.Iaſ.Decius, Pariſ.Cur.Iun.Alcia.Soc.Iun.Euerardus, Tiraquel. & Alba, quos enumeraui & ſecutus ſum in d.conſ.106.num.78. & 79. & alios adiunxi in d.conſ.413.num.13.verſ.idem quando.

4 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam in agnatis nondum natis, ſed tamen conceptis eo tempore quo caſus ſucceſſionis euenit. Ita ſcripſi in d.conſ.106.num.29.lib.2. in conſ.281.num.17.lib.3.& in d.conſ.413.num.15.& nu.16.lib.5. vbi multos ſic in ſpecie affirmantes commemoraui.

5 Quartus † eſt caſus, quãdo tempore quo euenit caſus ſucceſſionis reperiuntur agnati, quorum vnus tamen natus erat tempore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris. Alter verò natus eſt tempore quo euenit conditio. Hoc in caſu admittitur prius ille, qui extabat tempore conditi teſtamenti. Ita ſcripſi in d.conſ.106.num.81.& in d.conſ.413.nu.13. verſ. verùm, & num.14.vbi ſic declaraui traditionem illam Lambertini & ſequacium. Et dixi ita declaraſſe Tiraquellum & Curtium Iuniorem ibi commemoratos.

6 Quintus † eſt caſus, quando ex agnatis qui nati, vel concepti reperiuntur eo tempore vel teſtamenti conditi, vel mortis teſtatoris, vel euenientis conditionis & caſus ſucceſſionis, vnus eorum eſt gradu proximior & magis coniunctus: Hoc in caſu proximior iſte admitti debet, excluſo remotiore. Ita ex ſententia Caſtrenſis, Ruyni, Grati & aliorum declaraui in d.conſil.106. num.71.in d.conſ.281. num.16.& in d.conſil.413.num.15.



7 Sextus eſt caſus, quando † tempore quo euenit conditio, ſicque caſus ſucceſſionis natus eſt agnatus, & qui admiſſus fuit ad ſucceſſionem. Deinde ex poſt natus eſt alter eiuſdem gradus. Hoc ſanè caſu, agnatus iſte, qui ſuperuenit, non admittitur ad ſucceſſionem: atque ita non concurrit cum iam admiſſo. Ita reſponderunt Caſtrenſis, Alexander, Socinus Sen.Crauet.Alciatus, Alba, Anguſola, & Ludouicus Molina, quos commemoraui in d.conſil.413.numer.33. Et illis addo nunc Curtium Iuniorem in conſil. 57. num. 12. & in conſil. 58.num.5.in fin.& num.6.Et eo in conſil.413.nu.17.& multis ſubſequentibus, ſententiam hanc rationibus & argumentis comprobaui. Et hanc ſententiam viſus eſt tandem probare etiam Io.Petrus Surdus in d.conſ.125.num.41.

Nec repugnant auctoritates illæ multæ, quæ pro contraria opinione adducuntur à Ludouico Molina in libr. 3. de Hiſpano.primogen. capit.10. numero 25. & à Riminaldo Iun. in conſil.564.numero 23.24. & 25. Nam illis reſpondi in d. conſ.413.col.pen.verſ.reſpondetur ſecundò.

Et ex his intelligimus verum eſſe quod ſcripſi in d. conſil. 413.numer.47. quod ſi res ſuppoſita fideicommiſſo alienata fuit, & deſcendentes, vel agnati illius alienantis, qui tempore mortis eius, qui alienauit, nati, vel concepti erant, rem illam recuperarunt, non tenentur eam reſtituere in totum, vel aliqua pro parte alteri deſcendenti, vel agnato, qui deinde conceptus & natus eſt: cum iam excluſus is fuerit. Et hanc ipſam ſententiam comprobaui in d.conſ.413.nu.50.vbi ſic intellexi Ruynum in conſ.22.nu.11.& 12.lib.2.

8 Septimus † eſt caſus, quando teſtator reliquit fideicommiſſum filiis & deſcendentibus in infinitum, & adiecta eſt expreſſa prohibitio alienationis bonorum, cum facultate, quod ſi dicti filij, vel aliqui ex deſcendentibus alienarent, alij non alienantes ſtatim poſſent reuocare alienata quæ ipſis reuocantibus cenſeantur acquiſita perinde ac ſi illi alienantes eſſent mortui. Deinde contingit, quod alienatione ipſa ab aliquibus facta, alij eam reuocarunt, atque ita in ipſis bonis ſucceſſerunt, & dubitatur, an iſti teneantur poſt mortem ſuam reſtituere aliis futuris deſcendentibus etiam conceptis poſt dictam reuocationem? Hoc in caſu iſti concepti poſt reuocationem rei alienatæ admittuntur ad ſucceſſionem. Nam cùm ij deſcendentes nolint ſuccedere ob caſum alienationis & reuocationis, ſed ob ipſam ſubſtitutionem in caſu mortis factam, ſequitur dicendum, ſatis eſſe, quod ij deſcendentes, vel agnati nati vel concepti fuerint tempore quo euenit caſus ſubſtitutionis, & ſi tempore alienationis & reuocationis nec nati, nec concepti forent. Ita reſpondi in d.conſ.413.numer. 48.vbi ſic declaraui.l.peto.§. fratre.de leg.2. Et dixi, hoc in caſu defendi poſſe opinionem illam Caſtr. in conſil. 247. In cauſa, quæ vertitur Sauonæ.numer.3.lib.2.quem ſecuti ſunt à me commemorati præcitato in loco. Et illis accedit Io. Petrus Surdus in conſ.125.num.20.qui alios refert.

9 Octauus † eſt caſus, quando fideicommiſſum fuit relictum vt ſupra, & facta eſt alienatio ab illis agnatis exiſtentibus, qui tempore mortis ſuæ reliquerunt ſolùm agnatos, qui alienationis tempore nondum concepti erant. Et dubitatur, an ij recuperare poſſint? Caſtr.in d. conſ.247. ſicuti Caſtrenſem ſic intellexit Alciat.in reſp.594.numer.6.verſic.3. reſpondetur, quem retuli & ſecutus ſum in d.conſilio 413. numero 49. quo loci ſcripſi, ſic declarari poſſe Nattam, Rolandum & alios, quos ibi retuli. Et idem reſpondit Ioan. Petrus Surdus in d. conſilio 125.numero 30.qui pariter retulit Nattam, Rolandum, & Alciatum.

## PRÆSVMPT. XCIIII.

### Nepotes quando ſub filiorum nomine in teſtatoris diſpoſitione contineantur, vel non contineantur coniecturis & præſumptionibus, breuis ſed clara enarratio.

## SVMMARIVM.

*1 Nepotes an & quando ſub filiorum nomine præſumptiuo contineantur in teſtatoris diſpoſitione.*

*2 Nepos propriè non continetur appellatione filij.*

*Et id locum habet, etiam quando coniecturis & præſumptionibus apparere poteſt teſtatorem ſub eo filij nomine comprehendere voluiſſe nepotem.*

*3 Nepotes filiorum nomine non continentur, quando teſtator reſtrictè dixit, lego filijs Titij, vel ſubſtituo filios ſuos.*

*Idem quando teſtator vocauit filium ſub nomine proprio nu.4.*

*Idem quando ſunt nominati filij nominibus proprijs, & poſteà ſit dictum, ſi dicti filij mei. nu.5.*

*Idem quando diſponens in eadem diſpoſitione diſcretiuè locutus eſſet de filijs, & nepotibus. num.6.*

*7 Maſculinum licet concipiat fœmininum, attamen quando diſcretiuè facta eſt mentio vtriuſque ſexus, non dicitur cõcipere.*

*8 Nepotes filiorum nomine non continentur, quando filij ſunt à teſtatore inuitati in inſtitutione, non autem nepotes, & in ſubſtitutione deinde ſimpliciter ſunt vocati filij.*

*Idem quando teſtator ſcripſiſſet hæredes filios ſuos tantum, & poſteà dixiſſet, etiam ſi aliqua dictarum filiarum mearum decederet antequam nuberet, ei ſubſtituo ſupraſcriptos filios meos. numero 9.*

*Idem quando teſtator vocando nepotes vſus eſt nomine liberorum, deinde in ſubſtitutione vocat filios ſuos. num.10.*

*Idem quando diſpoſitio adaptari non poteſt ad nepotes. nu.11.*

*Idem quando teſtator in alijs teſtamenti partibus ſub nomine filiorum intellexit ſolum de filijs primi gradus, nam & in ea parte, in qua de filijs ſimpliciter locutus eſt, non præſumitur de nepotibus intellexiſſe. num.12.*

*13 Nepotes filiorum nomine non complectuntur, quando teſtator æquis portionibus in capita filios ſubſtituiſſet.*

*Et idem, quando alioqui magis dilectus excluderetur à minus dilecto. num.14.*

*Idem quando in loco, vbi conditum eſt teſtamentum, extat ſtatutum, quòd verba teſtamenti intelligantur ad literam, vt iacent. num.15.*

*16 Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem ſtatuto & legi ipſi municipali.*

*17 Nepos nomine filij non comprehenditur, quando tempore conditi teſtamenti extabant filij & nepotes, & teſtator ſolum filios nominauit.*

*Idem quando agitur de ſucceſſione tranſuerſali vltra patruum magnum. num.18.*

*19 Cauſa teſtati regulatur à cauſa inteſtati. 21.*

*20 Nepos quando æque ac filius ſuccedat ab inteſtato, nomine filiorum dicitur comprehendi.*

*21 Nepotes nomine filij non veniunt, quando à tranſuerſali vocati ſunt filij tranſuerſalis, & ibi redditur ratio.*

*Idem quando teſtator grauauit filium onere fideicommiſſi. nu. 22.*

*Idem quando diſpoſitio iam ſortita fuit effectum ſuum in perſonam filiorum. num.23.*

*24 Nepotes filiorum nomine comprehenduntur, quãdo teſtator conſueuit appellare nepotem nomine filij, & hoc etiam in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs.*

*Idem quando teſtator conſtituit fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis, & familiæ. 25.*

*Idem quando alioqui extranei vel remotiores admitterentur excluſis ipſis nepotibus. num.26.*

*Idem quando teſtator habuit nomina filiorum & liberorum pro ſynonimis. num.27.*

*Idẽ quando teſtator ſubſtituit quoſcunque filios naſcituros. nu.28.*

*Idem quando teſtator ſubſtituit in ſtirpes, & non in capita. nu.29.*

*Idẽ quando æque nepotes ac filij eſſent ſucceſſuri ab inteſtato. n.30.*

*Idem quando teſtator protulit verba in incertum futurum inuentum, quo tempore non reperiantur filij, ſed nepotes tantùm. num.31.*

1 TESTATORES † ſæpiſſimè vel propria ignorantia, vel memoria lapſi, vel notarij imperitia, quod frequentiùs eſt decepti, vocant, vel fideicommiſſi onere grauant filios, nulla nepotum mentione facta: quapropter dubitari multoties ſolet, an ſub illo filiorum nomine contineantur & nepotes?

Hac de re multa ſcripſit Antonius Gabriel. in libr.6. con-
cluſionum.in tit. de verbor.ſignific. concluſ.1. & ego ipſe in
conſil.215.lib.3.
Verùm ordinatè magis, quantum præſens diſputatio po-
2 ſtulat, aliqua commemorabo. Eſt primùm † pro regula pro-
ponendum, filij appellatione, ex ſermonis proprietate, nepo-
tem non contineri: cùm alius ſit filius, alius nepos l.filium ha-
beo.ff ad Macedo.l.quod ſi nepotes.ff.de teſt.tutela, l.liber-
tum.ff.de excuſa.tuto.& §.vltim.in inſtit. qui teſta.tuto. dari
poſſ.& ſcribunt Bartol.in l.liberorum.numer.9.ff.de verb.ſi-
gnifi.& alij per multi, quos longa ſerie congeſſi in conſil.215.
num.12.& ibidem num 80. cum ſubſequentibus demonſtra-
ui, iura ab aliis pro contraria opinione allegata non probare,
quod proprietate ſermonis nomen filij comprehendat nepo-
tem: ſed ſolùm id euenire multis in caſibus per interpretatio-
nem quandam: quæ nil aliud eſt quàm coniectura & præſum-
ptio, vt explicauimus ſupra lib.1.q.27.
3 Hæc regula, quod † filij nomine non contineatur nepos,
locum habet multò magis, quando coniecturis & præſum-
ptionibus apparere poteſt, teſtatorem ſub eo filij nomine
comprehendere noluiſſe nepotem: ſicuti reſpondi in d.conſ.
215.numer.47.libr.3.auctoritate Cornei, & Alciati, Socini
Iunioris, & Hieronymi Gabrielis. Hic aliquot enuberabimus
coniecturas, quibus regula hæc confirmabitur: deinde recen-
ſebimus alias nonnullas, quibus ab ipſa regula recedimus: re-
liqua ſtudioſi obſeruabunt.
4 Prima eſt † coniectura ſumpta ex verbis: vt ſi teſtatoris di-
cit. Lego filiis Titij, vel filiis ſuis: vel ſubſtituo filios ſuos.
Nam tunc teſtator reſtrictè & limitatè loqui dicitur: &
ob id comprehendere voluit filios primi gradus tantùm: non
autem nepotes: qui immediatè filij dici non poſſunt. Ita in
ſpecie docuit Socin.Sen.in l.Gallus.§. inſtituens.numer.5.ff.
de lib.& poſthum.dum declarauit opinionem Imolæ: ac tex-
tum.l.cum pater.§. hæreditatem.de leg.2.& idem ſcripſit Ia-
ſon in d.§.inſtituens.num.23.
Idem quoque reſpondit Alex.in conſ.4.num.6.lib.4.quos
quidem ſecutus ſum in d.conſ.215.num.52. His accedit Pau-
lus Picus in conſil.74.num.2.
Cæterùm Rolandus in conſ.43.num.38.lib.4.poſt multos
intelligit.d.§.hæreditatem, loqui in tranſuerſalibus, quorum
filij ſi vocati ſunt, non continentur nepotes, vt dicemus infra
in decima quinta coniectura.
Secunda eſt coniectura, quando vocatus eſt filius ſub no-
mine proprio, vt ſi teſtator dicat relinquo filio meo Caio, vel
ſubſtituo filium meum Caium.
Nam tunc appellatione filij non continetur nepos. Illa
enim nominis proprij adiectio reſtringit & certam ipſam per-
ſonam ſignificat. Ita poſt alios reſponderunt Ruynus in conſ.
117.colum.1.& in conſ.179.col.vltim.lib.2.Decius in conſ.
91.& in conſ.513.col.1. Curt.Iun.in conſ.57. nu.2.qui com-
munem eſſe opinionem teſtatur, & alios plures recenſet An-
tonius Gabriel.in d.concluſ.1.num.70.
Idem affirmauit Hier.Zanchus in l.hęredes mei.§.cum ita,
in quarta parte.num.213.ff.ad Trebell.
5 Tertia eſt † coniectura, quando filij fuiſſent nominati no-
minibus propriis: & poſtea dictum fuiſſet, ſi dicti filij mei.
Hoc etiam caſu non continentur nepotes. Quandoquidem il-
la dictio, dicti, eſt reſtrictiua ad pręcedentia, & habet vim no-
minationis ſub proprio nomine, & propterea ad ſolos ipſos
filios reſtringitur, iuxta præcedentem coniecturam.
Ita reſponderunt multi relati à Gabriele in d.concluſ.1.nu.
84.ibi enim recenſet Alex. in conſ.140.col.1.lib 6. Decium
conſ.291.col.1. Zaſium in conſ.7.lib.1. Gozad.in conſil.29.
colum.3. & Ruynum in conſil. 117. colum.1. & conſil. 181.
colum.1.lib.2.
Et his addo Ripam in l.filiusfam.§.Diui.num.11.de leg.1.
Hiero.Zancum in d.§.cum ita, in 4.parte num.213.Hier.Ga-
brielem in conſ.95.num.5.
Idem quando dictum eſt, dicti filij ſui. Anto.Gabriel in d.
concluſ.1.numer.85.ex Socin.Iun.in conſil.163.colum.3.lib.
2.& idem quando dictum eſt, alij ſuperſtites. Ita Gabriel vbi
ſupra nu.86.poſt Ruyn.conſ.181.col.pen.lib.2.& alij relati à
Soci.Iun.in conſ.14.nu.7.lib.4.& à Natta in conſ.551.nu.29.
6 Quarta eſt † coniectura, quando diſponens in eadem di-
ſpoſitione diſcretiuè locutus eſſet de filiis & de nepotibus. Ita
reſponderunt multi congeſti à Gabriele in d. concl.1. nu.81.
& nu.92.commemorat equidem Corneum in conſ.90.col.2.
& in conſ.304.col.10. lib.3. Soc.Sen.in conſ.152. col.2.lib.
1.Ruy.in conſ.131.col.2.& in conſ.141.col.2.libr.2.Gozad.
in conſ.4.col.2.in conſil.29.col 4.& in conſil.30.col.3.Pari-
ſium in conſ.86. nu.36.lib.2. Soc.Iun.in conſ.168.57.libr.2.
Et idem ego reſpondi in conſ.215.nu.69.lib.3.
7 Eſt ſimile † quod dicimus, quod licet maſculinum conci-
piat fœmininum: attamen quando diſcretiuè facta eſt men-
tio vtriuſque ſexus, non dicitur concipere. Iaſ.in l. ſi quis id,
quod numero 12.ff.de iuriſdict.omni.iudic.& idem ſcripſi in
d.conſ.215.num.70.& dixi ſupra in præſumpt.82.
8 Quinta eſt † coniectura, quando filij fuiſſent à teſtatore
inuitati in inſtitutione, non autem nepotes. Et deinde in ſub-
ſtitutione ſimpliciter vocaſſet filios.
Hoc caſu dicimus, appellatione filiorum non contineri
nepotes, ex quo in inſtitutione, qua ſubſtitutio declaratur.l.ſi
pater & l.ſi plures.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.vocati ſunt filij, &
illi prædilecti. Ita reſpondit Corn.in conſil.290. num.4.verſ.
1.quia lib.4.
9 Sexta eſt coniectura, quando † teſtator ſcripſiſſet hæredes
filias ſuas tantum, & poſtea dixiſſet: Et ſi aliqua dictarum fi-
liarum mearum decederet antequam nuberet, ei ſubſtituo ſu-
praſcriptos, vel infraſcriptos filios meos.
Hoc caſu appellatio illa filiorum non comprehendit ne-
potes. Ita reſpondit Corneus in d.conſ.290.numer.4.verſ.ſe-
cundo perſuadetur.lib.4.
10 Septima coniectura † eſt, quando teſtator vocando nepo-
tes vſus eſt nomine, liberorum, vt ſi in conditione appoſita in
ſubſtitutione dixiſſet, ſi deceſſerit ſine liberis: Deinde in ipſa
ſubſtitutione vocaſſet filios.
Hoc caſu nomen filiorum non continet nepotes, ſic re-
ſpondit Cor.in d.conſ.290.num.5.verſ.3.hoc lib.4.
Hanc tamen coniecturam declara, iuxtà ea, quæ dicemus
infra in quarta coniectura ſubſequentis regulæ.
11 Octaua eſt coniectura, quando † diſpoſitio adaptari non
poſſet ad nepotes, vt in caſu, de quo reſpondit Corneus in d.
conſil.290.numer.5.verſic.hoc perſuadetur, libr.4.vbi teſta-
tor prohibuerat filiis, ne alienarent bona ſine licentia fratrum
ſuorum, ſub eo filiorum nomine non continentur nepotes,
quia alioqui dixiſſet, ſine eorum licentia: ſimile reſpondit Al-
ciat.in reſp.98.num.6.verſic.rurſus moueor: Princeps dona-
uerat Hugoni pro ſe & eius filiis, ſcilicet primogenito, &
deinde vni poſt alium ſucceſſiuè ſecundum ordinem genitu-
ræ. Reſpondit Alciatus ſub illo filiorum nomine non conti-
neri nepotes: cùm in filiis tantum cadat ordo geniture.
12 Nona eſt coniectura, quando † teſtator in aliis teſtamenti
partibus ſub nomine filiorum intellexiſſet ſolùm de filiis pri-
mi gradus.
Nam tunc & in ea parte, in qua ſimpliciter de filiis locu-
tus eſt non intelligitur de nepotibus. Ita reſpondit Cor.in d.
conſ.290.nu.6.libr.4. Idem cenſuit Alcia.in reſp.98.num.6.
verſ.confirmatur tertiò. Idem ego reſpondi in conſil.215. nu-
mero 72.lib.3.
13 Decima eſt coniectura † quando teſtator æquis portioni-
bus in capita filios ſubſtituiſſet. Hoc caſu nomine filiorum
nepotes non continentur. Nam alioqui ſubſtituiſſet in ſtir-
pes, non autem in capita. Ita reſpondit Soc.Iun.in conſil.30.
nu.25.verſ.4.lib.3. Et dicemus è conuerſo infra in ſexta con-
iectura ſubſequentis regulæ.
14 Vndecima eſt † coniectura, quando alioqui magis dilectus
excluderetur à minus dilecto. Hoc caſu ſub nomine filiorum
nepotes non continentur. Ita reſpondit Alc.in reſp.98.nu.8.
15 Duodecima † eſt coniectura, quando in ciuitate & loco,
vbi teſtator diſponit extat ſtatutum, quod verba teſtamenti
intelligantur ad literam, vt iacent & ſonant. Hoc etiam caſu
appellatione filiorum non continentur nepotes. Ita reſpondi
in conſilio 215.numero 15.& 16.lib.3.vbi numer.18.recenſui
Bero.in conſil.120. numero 9.libr.2. qui in ſpecie Conſtitu-
tionis Hiſpaniarum, quemadmodum & ego ipſe, reſpondit.
Et illo in conſ.215. nu.16. & 17. aliquot ſimilibus comproba-
16 ui. Eſt enim † præſumptio, quod teſtator voluerit ſuam di-
ſpoſitionem eſſe debere ſtatuto & legi ipſi municipali con-
formem, vt poſt alios ſcribit Ripa in l.hæredes mei.§.cum ita.
num.75.ff.ad Trebel.& ideò, quod ſub nomine filiorum non
conti-



contineantur nepotes, cùm non ex ſermonis proprietate, ſed
quadam interpretatione, vt latè diſſerui in d.conſ.215.nu.12.
17 Decimatertia eſt † coniectura, quando tempore conditi
teſtamenti extabant filij, & nepotes. Nam tunc præſumitur
ſenſiſſe de ſolis ipſis filijs: non autem de nepotibus, quos ſi
vocare voluiſſet, facilè ei fuiſſet nominare ſicuti nominauit fi-
lios. Ita Baldus in l. Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſth.Cor.
in conſ.290.num.6.lib.4. Socin.Sen.in conſ.73.lib.4.& alij.
multi congeſti ab Antonio Gabriele in lib.6.concluſionum.
in tit.de verb.ſignifi.concl.1.num.74.& à Zanco in l.hęredes
mei.§.cum ita.in 4.parte.num.164.ff.ad Treb.
18 Decimaquarta † coniectura eſt, quando verſamur in illis
caſibus, in quibus filius non ingreditur locum patris per re-
præſentationem, vt concurrat cum patruo: ſicuti quando agi-
tur de ſucceſſione tranſuerſalis vltra patruum magnum, iuxtà
ea, quæ poſt alios ſcripſi in conſ.124.num.79.& in conſ.200.
num.74.lib.2.
Hoc ſanè caſu ſub nomine filiorum non continentur nepo-
tes. Ita Curt.Iun.in conſ.57.num.5.& præter eum idem ſenſit
Alex.in conſ.5.num.7.in fi.lib.3.& ibidem apertiùs Moderni
Pariſ.declarant. Idem quoque reſpondit Cor.in conſ.131.nu.
4.& num.7.lib.3.& apertiùs Socinus Iun.in conſ.149.num.6.
lib.2.qui manifeſtè ſecutus eſt Curtium Iuniorē, quem etiam
probauit Hiero.Zancus in l.hæredes mei.§.cum ita.in quarta
parte.num.194.& num.204.in fi.ff.ad Treb.
19 Ea ratione ij vſi ſunt, quod † cauſa teſtati regulatur à cauſa
inteſtati.gl.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de leg.2.& ſcribunt
multi, quos congeſſi in conſ.106.nume.83.lib.2.& illis acce-
dunt Socinus Sen.in conſ.51.num.12.lib.4.& Natta in conſ.
437.num.3.& in conſ.474.num.26. Cùm ergò in ſucceſſione
inteſtati alia eſt perſona filij, alij nepotis, & filius præfertur
nepoti in ſucceſſione tranſuerſali vltra patruum magnum, vt
20 diximus, ſic dicendum eſt, in ſucceſſione teſtati, ſicuti † èçon-
tra ſumitur argumentum, quod quando nepos æquè ac filius
ſuccedit ab inteſtato, ſub nomine filiorum continentur & ne-
potes: quemadmodum argumentatur Aretinus in conſ.145.
cuius auctoritate motus eſt Curtius Iunior in d.conſ.57.nu.5.
& de quo dicemus in ſubſequenti regula in octaua conie-
ctura.
21 Decimaquinta † eſt cõiectura præcedenti proxima, quan-
do à tranſuerſali vocati ſunt filij tranſuerſalis. Nam tunc ſub
nomine filiorum non continentur nepotes. Ita Franc. Accur-
ſius quem refert & ſequitur Cynus in l.Gallus.§.inſtituens.ff.
de lib.& poſth.Alex.in conſ.1.num. . .lib.1.& in conſ.26.nu.
7.lib.lib.3.Soc.Sen.in conſ.152.in ſecunda & in ſeptima ſub-
ſcriptione.lib.1.Berous in conſ.122.nu.2.lib.2.qui de eadem
facti ſpecie reſpondit idem cum Socino Iuniore in conſ.30.
num.18.lib.3. Idem affirmarunt Paulus Picus in conſi.74.nu.
3.5.& 6.Alcia.in reſp.526.nu.4. & Roland.in conſ.43.nu.37.
lib.4. Ea ratione ij vſi ſunt, quòd in teſtatore tranſuerſali non
conſideratur ille amor, qui efficit, vt auus nepotem loco filij
omninò habeat.
Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Alexander ſibi pa-
rum conſtans in conſ.57.num.8.& num.15.lib.6.& Antonius
Gabriel in lib.6.concluſionum in tit.de verb.ſignif.conclu.1.
nume.88.diſtinguendum puto iuxtà præcedentem coniectu-
ram, quòd aut teſtator, cui ab inteſtato nepos non erat ſucceſ-
ſurus ob id, quod alter filius aderat, qui vt gradu proximior
ſuccedere debebat, vocauit filios tranſuerſalis. Hoc caſu rectè
ſenſiſſe exiſtimo Franc.Accurſium, Cynum, & ſequaces. Nam
(vt in præcedenti coniectura diximus) cauſa teſtati regulatur
à cauſa inteſtati: & ideò præſumitur teſtatorem voluiſſe ſuam
voluntatem eſſe debere conformem iuri communi, vt ſcilicet
ſibi ſuccedat, qui ſucceſſurus erat, ſi inteſtatus deceſſiſſet, &
conſequenter voluit ſub illo nomine filiorum contineri ne-
potes. Aut verò non extabat filius, & tunc locum habet opi-
nio Alex.& Gabrieſis.
22 Decimaſexta † coniectura eſt, quando teſtator grauauit fi-
lium onere fideicommiſſi. Nam tunc nepos non continetur:
cum diſpoſitio ſit odioſa. Ita Bart.in d.l.liberorum.nu.5.verſ.
4.caſu.Rui.in conſ.127.col.1.in conſ.131.num.3.& in conſ.
144.nu.5.& 6.lib.2.& latè Rolan.in conſ.43.nu.26.lib.4.
23 Decimaſeptima cõiectura † eſt, quando diſpoſitio iam ſor-
tita fuit effectum ſuum in perſonam filiorum: ſicuti quan-
do filij iam admiſſi fuerunt ad ſucceſſionem. Nam tunc non
continentur nepotes. Ita Bart.in d.l.liberorum.col.vltim.de
verb.ſignif. Decius in conſ.95.col.penult.verſ.quarto, & alij
commemorati à Marco Bruno in conſ.61.nu.83.& à Rolan-
do in conſ.45.nu.36.lib.4.
Receditur nunc à prædicta regula, contrariis coniecturis
& præſumptionibus, quibus dicimus, ſub nomine filiorum
nepotes contineri. Ita Iaſ.in conſil. 52. numer.primo.libr.3.
Curtius Iun.in conſil.111.nume.5. Pariſ.in conſil.63.numer.
27.& in conſilio 75.numero 67. & in conſilio 78.numer.10.
libr.2. Socinus Iunior in conſilio 30.numero 26.libr.3. Cra-
uet.in conſil.155.numer.4.& Antonius Gabriel in præcitato
libr.6.concluſionum.tit.de verb.ſignific. concluſ.1.num.32.
qui alios refert.
24 Prima eſt † coniectura, quando teſtator conſueuit appel-
lare nepotem nomine filij. Nam tunc appellatione filiorum
in ſubſtitutionibus etiam fideicommiſſariis & ſimilibus con-
tinentur nepotes. Bart.in l.alimenta, in princ.numer.quarto.
ff.de alim.& cib.lega. Bald.in conſ.185. Quidam magis Do-
ctores.libr.4. Roma.in conſil 438.in fin. Aret.in conſil.145.
in fin. Crottus in l.4.§. Cato.numer.4. de verb.oblig. Tiraq.
in l.ſi vnquam in verbo.libertis.num.84. C.de reuoc.dona.&
alios refert Gabriel in d.concl.1.num.40. Idem ego reſpondi
in d.conſ.215.nu.124.cum ſubſequentibus.
Et accedunt Bero.in conſ.122. in princ.lib.2. & Rolan.in
conſ.43.num.37.lib.4.
25 Secunda eſt † coniectura, quando teſtator conſtituit fidei-
commiſſum pro conſeruatione agnationis & familiæ. Nam
hoc caſu ad excluſionem fœminarum nepotes continentur
ſub nomine filiorum ſicuti reſponderunt poſt alios Cur. Iun.
in conſil.111.col.4.& in conſil.161.nu. . . Gozad.in conſilio
59.col.3.nu. . . Pariſ.in conſ.75.num.67. & in conſil.72.nu.
10.& in conſ.85. col.2.lib.2. & Soc.Iun.in conſ.19.nu.11.&
in conſ.116.nu.13.lib.1 & in conſ.1.nu.39.lib.3. alios refert
& probat Gabr.in d.concl.1.nu.37.& nu.79.
Cæterùm ego ipſe in conſ.328.nu.36.lib.4.commemoraui
multos, qui hanc coniecturam & traditionem improbarunt.
26 Tertia eſt † coniectura, quando alioqui extranei, vel re-
motiores admitterentur, excluſis ipſis nepotibus. Hoc caſu
creditur teſtatorem voluiſſe ſub appellatione filiorum com-
præhendere nepotes. Ita reſponderunt Baldus in conſ.487.
in fin.lib.2. Corneus in conſ.97.num.10.lib.1.& Soc.Iun.in
conſ.126.num.35.lib.1.
27 Quarta eſt † coniectura, quando teſtator habuit nomina
filiorum & liberorum pro Synonimis. Nam & tunc ſub no-
mine filiorum nepotes continentur, ſicuti continentur ſub
nomine liberorum. Ita reſponderunt Curtius Iunior in conſ.
111.num.7.& Crauet.in conſil.62. nu. . . in conſ.155.num.3.
Hæc tamen coniectura intelligitur. niſi appareret teſtatorem
liberorum nomen protuliſſe, quando voluit vocare nepotes,
iuxtà ea, quæ diximus in præcedenti regula in ſeptima con-
iectura.
28 Quinta eſt † coniectura, quando teſtator ſubſtituit quoſ-
cunque filios naſcituros. Hoc etiam caſu continentur nepo-
tes. Curt.Iun.in conſ.48.nu.3. & in conſ.111.nu.9.Craue.in d.
conſ.155.nu.4.& Cephalus in conſ.262.num.11.
29 Sexta eſt coniectura, quando † teſtator ſubſtituit in ſtir-
pes & non in capita. Nam tunc ſenſit is teſtator, quod ſub no-
mine filiorum contineantur nepotes. Ita reſponderunt Cur-
tius Iun.in conſilio 161.numero 1.& numero 7.& Socinus Iu-
nior in conſilio 1. numer.44. libr.3. & econuerſo diximus in
præcedenti regula in decima coniectura. Et ſimile dicimus,
quod tunc filius ingreditur locum patris in ſucceſſione fidei-
commiſſi, quando teſtator ſubſtituit filios in ſtirpes & non in
capita. Ita dicemus in ſubſequenti præſumptione, in tertia
coniectura tertij caſus.
30 Septima † eſt coniectura, quando æque nepotes ac filij eſ-
ſent ſucceſſuri ab inteſtato. Hoc etiam caſu ſub nomine filio-
rum continentur nepotes, ſic reſponderunt Aretinus in conſ.
145.in fin. Curt.Iun.in conſ.57.num.7.& Soc.Iun.in conſil.
146.num.12.lib.2.& in conſ.1.num.42.lib.3.
31 Octaua eſt coniectura, † quando teſtator contulit verba in
certum futurum euentum, quo tempore non reperiantur filij,
ſed nepotes. Hoc caſu appellatione filiorum continentur ne-
potes. Et hoc quidem, ne alioqui actus & diſpoſitio inutilis
reddatur. Ita omniū primus Imola in l. Gallus.§.inſtituens.ff.

de liberis & poſth. quem ſecuti ſunt Alex.ibi. num. 7. & Iaſ. num.23.Socinus Senior.num.5. Decius in conſilio 391.col. 2.Curtius Iunior in conſilio 57.col.4. & in conſilio 139.col. vlt.qui communem teſtantur.Pariſ.in conſ.78.col.3.lib. 2.& Socinus Iunior in conſilio 114.num.31. & in conſ.116.num. 13.libr.1.idem in conſ.1.numer.38.libr.3.& alij multi, quos congeſſi in conſ.215. num.99. Et illis accedunt commemorati à Bertazzolio in conſil.30.num.14.in ciuilibus, & à Zanco in l.hæredes mei.§.cum ita, in quarta part.nu.197.& nu. 232.ff.ad Treb.qui communem opinionem eſſe teſtatur.

Cæterùm ab Imola & ſequacibus diſſentiunt alij quamplurimi, quos ſecutus ſum in d.conſ.215.nu.100.vbi rationibus & argumentis veriorem eſſe demonſtraui: Et eandem probarunt nouè Marcabrunus in conſ.61.num.97.Arius Pinelus in l.1.in prima par.num.70.C.de bonis maternis.

## PRÆSVMPT. XCV.

### Filius quando ingrediatur locum patris eiúſque perſonam repræſentet in ſucceſſionibus ab inteſtato, nec non & in fideicommiſſis: vt concurrat cum patruo:ex præſumpta voluntate eius,de cuius hæreditate & bonis agitur; diligens & accurata explanatio,

## SVMMARIVM.

1 *Filius quòd repræſentet perſonam patris, cum agitur de ſucceſſione ab inteſtato,à multis fictio legis appellatur.*

*A multis etiam dicitur hæc repræſentatio præſumpta numer.2.& vtraque opinio vera demonſtratur.*

*Eſt autem huiuſmodi repræſentatio quid extraordinarium, & conſequenter in dubio locum non habet.num.3.*

4 *Filij repræſentatio in locum patris non poteſt dici ſublata quibuſcunque coniecturis, in illis caſibus,in quibus vel lege, vel hominis diſpoſitione ſancitum eſt ei locum eſſe,ſed illis tantum coniecturis,quæ ex verbis diſpoſitionis colliguntur.*

5 *Filius quando ingreditur locum patris,gradus non dicitur corrumpi,ſed repræſentari.*

6 *Filius perſonam patris dicitur repræſentare,quando agitur de ſucceſſione aſcendentis,vt puta aui vel proaui.*

*Idem quando agitur de ſucceſſione auiæ aut proauiæ.nu.7.*

8 *Filius locum patris ingreditur, quãdo agitur de ſucceſſione tranſuerſalis proximi gradus,vt de ſuccedendo patruo.*

*Idem quando agitur de ſucceſſione auunculi.num.9.*

*Et idem quando agitur de ſucceſſione materteræ.10.*

*Et habent hæc locum non ſolùm in ſucceſſione delatæ à iure communi,ſed etiam in delata à ſtatuto.num.11.*

*Secus quo ad ea, in quib.pater ipſe repræſentatus non erat ſucceſſurus.num.12.*

13 *Filius non repræſentat patrem, quãdo agitur de ſucceſſione tranſuerſali vltra patruum, vel auunculum, vt concurrat cum patruo in d.ſucceſſione.*

14 *Filius locum patris ingreditur, quando fideicommiſſum fuit relictum ab aliquo aſcendente,& ſic cum patruo concurrit.*

15 *Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi,& nu.ſeq.*

16 *Filius repræſentat patrem, & eius locum tenet, quando agitur de fideicommiſſo relicto à tranſuerſali prioris gradus.*

*Idem quando tempore mortis teſtatoris nepos ipſe ex filio vel pronepos ex nepote nondum natus vel conceptus erat.nu.17.*

*Idem quando filius viuebat tempore mortis patris teſtatoris.nu.18.*

*Et hæc multo magis, quando concurrit aliqua coniectura, qua teſtator ſignificauit velle filium repræſentare perſonam patris. numero 19.*

20 *Filius non repræſentat patrem,quando dixit teſtator, quòd ſuccedatur ſolum gradus prærogatiua.*

*Et quid operentur huiuſmodi clauſulæ.*

*Idem quando teſtator vocauit proximiores.num.21.*

*Idem quando teſtator vocauit ſuperſtites. nu. 22. intellige vt ibid.*

*Idem quando teſtator vocauit proprio nomine fratres, deinde nomine appellatiuo eorum filios.num.23.*

*Idem quando extat aliqua qualitas impediens repræſentationem. numero 24.*

*Idem quando teſtator vocauit immediatè natos.num.25.*

*Idem quando aliquibus coniecturis conſtat, teſtatorem noluiſſe ſuccedi ſecundum iuris communis ordinem,quo ſcilicet ab inteſtato ſucceditur.num.26.*

27 *Filij repræſentationi non eſt locus, quando teſtator coniunctim vocauit filios.*

*Idem quando teſtator inſtitutis hæredibus ſubiecit ſubſtitutionem his verbis, & prædictos eius hæredes inuicem ſubſtituit. numerò 28.*

*Idem quando conſtat teſtatorem magis dilexiſſe filios quam nepotes,vel magis fratres quam eorum filios.num.29.*

*Idem quando teſtator voluit ſuccedi ordine ſucceſſiuo.num.30.*

31 *Filius an repræſentet patrem in fideicommiſſo relicto à propatruo vel alio tranſuerſali.*

*Quòd coniecturis conſtare poteſt teſtatorem noluiſſe filium repræſentare debere patris perſonam.nu.32.& ſeq.*

33 *Teſtator ſi vocauit fratres & eorum liberos ſeu deſcendentes,vno fratrum præmortuo, eius filius vnà cum patruo admittetur ad propatrui alteriuſq; tranſuerſalis ſucceſſionem.*

34 *Filij repræſentationi locus eſt,quando alioqui minus dilecti anteponerentur à teſtatore magis dilectis in ſucceſſione fideicommiſſi tranſuerſalis.*

*Idem quando teſtator dixit, quòd ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita.num.35.*

36 *Stirps ex pluribus diuerſiſq; gradibus conficitur, & vnum corpus reputatur ex toto ipſo genere, vnde nulla eſt differentia inter paulò proximiorem & paulò remotiorem.*

37 *Filius repræſentat patrem in ſucceſſione fideicom. tranſuerſalis, quando teſtator demonſtrauit eandem affectionem tam erga filium fratris quam erga fratrem.*

*Idem quando fideicommiſſum fuit relictum fratrib.& eorum deſcendentib.ſub qualitate hæreditaria.num.38.*

*Idem quando teſtator conſiderauit cuiuſlibet hæredis lineam diſtributiue.39.*

40 *Filius an repræſentet perſonam patris in ſucceſſione feudi. nu.ſeq.*

41 *De feudo hæreditario idem iudicatur quod de alijs bonis hæreditarijs:idem de emphyteuſi hæreditaria.*

42 *In feudo ex pacto & prouidentia filius non repræſentat patrem.*

43 *Filius locum patris non ingreditur in emphyteuſi ex pacto & prouidentia.*

*Contra.num.45.*

*Idem quando agitur de ſuccedendo in primogenitura.num.44.*

*Et quid in feudo miſto.num.46.*

1 EGREGIA † admodum & in iudiciis frequentiſſima eſt hæc diſputatio, de qua plura conſtituam capita,quibus facilius explicabitur atque declarabitur.Eſt tamen prius ſciendum,repræſentationem hanc, cùm agitur de ſucceſſione ab inteſtato, à multis fictionem legis appellari. Ita ſanè Aretinus, Alexander, Ruynus, Rubeus, Caſſaneus & Rolandus, quos commemoraui in conſil.124.num.90.lib.2.& hos viſus ſum ſequi in conſ.200.nu.42.lib.2.

2 Cæterùm hanc † repræſentationem eſſe præſumptam,non autem fictam ſcripſerunt Pariſ. Socinus Iunior, Decianus, Cephalus,& alij nonnulli, quos retuli & probaui in conſ.357. num.33.lib.4. Exiſtimo vtramque opinionem eſſe veram, ſic declarando, quod ſcilicet repræſentatio ſit quædam fictio, quam lex facit,fingendo perſonam filij eſſe illam patris,ſicuti ſatis clarè probat text. §. cum filius.verſ. æquum enim eſſe, in inſtit.de hæred.quæ ab inteſta. defer.cum dixit Iuſtinianus æquum videri,vt filius loco patris habeatur.Hęc tamen fictio fundata eſt in præſumpta mente & voluntate eius, de cuius ſucceſſione & hęreditate agitur,lex enim pręſumit,quod moriens vt puta auus,vel patruus ab inteſtato tacitè vocauerit filium loco patris, qui alioqui ſucceſſurus erat,ſimile eſt quod diximus in præſumpt.87. dum explicauimus, an diſpoſitio.l. cum auus.ff.de condit.& demonſt.ſit ex fictione legis, vel ex pręſumpta voluntate teſtatoris.Cum verò agitur de ſucceſſione ex teſtamento,totum dicimus pendere à præſumpta teſtatoris mente:an voluerit locum eſſe huius repræſentationi,vel non,vt ſuo loco dicemus.

3 Eſt etiam ſciendum, † repræſentationem hanc eſſe iure quodam ſpeciali, & propterea eſſe quid extraordinarium, & conſequenter in dubio ei locum non eſſe. Ita ſcripſerunt Iacobus Beluiſius, Bart.Caſtr.Aret.& Lofredus, qui ſecutus ſum in conſ.200.nu.41.lib.2.& in conſ.169.nu.61.verſ.8.



4 Eſt quoque † ſciendum,quod in illis caſibus, in quibus vel lege, vel hominis diſpoſitione ſancitum eſt,repræſentationi locum eſſe, illa non poteſt dici ſublata, & impedita quibuſcunque coniecturis,ſed illis tantùm,quæ ex verbis diſpoſitionis colliguntur.Ita declarando traditionem Præpoſ.in cap.1. num.10.de feudo Marchiæ,Afflicti in c.1.in princ.num.18.de eo,qui ſibi & hæred.& Petri Peraltæ in rub.ff.de hæred.inſti. in verbo,& ne id prætermittam.num.130.ſcripſit Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpanorum primogen.c.8.nu.2.& 5.

5 Eſt demum † ſciendum, quod quando dicimus filium ingredi locum patris, gradus non dicitur corrumpi, ſed repræſentari,atque ita nõ remotior dicitur gradus,ſed illemet, quo pater repręſentatus ſuccederet. Ita Bald.Alex.&reliqui,quos ſecutus ſum in conſ.200.num.44.lib.2.

His præmiſſis & expoſitis,diſtinguo atque conſtituo plura capita.

Primum eſt caput, quando agitur de ſucceſſione ab inteſtato,Quæ ſucceſſio dicitur ex legis diſpoſitione.Hoc ſanè in capite plures caſus conſtituo.

6 Primus eſt,quando agitur de ſucceſſione † aſcendentis, vt putà aui,vel proaui,hoc caſu filius repręſentat patrem.Ita ſtatuit Iuſtinianus in d.§.cum filius.in Inſtit.de hæred. quæ ab inteſta.defer. Imò cùm agitur de ſucceſſione etiam proaui filius ingreditur locum patris,vt ſcripſerunt glo.in §.multis.in Inſtit.de libert. vbi manifeſtè Ioan.Fabri.& ſecuti ſunt à me congeſti in conſ.124.nume.56.lib.2.& in conſil.357.num.6. lib.4.Et illis accedunt Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpanorum primogen.c.7.nu.6.& Decianus in conſ.9.nu.4.lib.2.

7 Et idem eſt quãdo † agitur de ſucceſſione auiæ & proauiæ vt reſpondit Decius in conſ.527.num.2.& num.8.& in conſ. 658.num.2.adductus tex.§.reliquit.in auth.de hæred.ab inteſta.venien.Imò idem eſt,quando agitur de ſucceſſione ab aui vel alterius aſcendentis vlterioris gradus: ſicuti ſcripſerunt glo.in §.multis.in Inſtit.de ſucceſ.libert.& ibid.Io.Fabri.nu. 1.& idem in §.Cæterum.nu.3.Inſtit.de legit.agna.ſucceſ. Salicetus in auth.in ſucceſſione.in fine.C.de leg.hæred. Dida.in libro pract.quęſtio.c.38.nu.5.Ludoui.Molina & Decianus in locis ſupra allegatis.adducti tex.§.item vetuſtas.Inſtit.de hęred.quæ ab inteſta.defe.

Declaratur tamen hic caſus, vt locum habeat quò ad ea,in quibus pater ipſe à filio repræſentatus ſucceſſiſſet, non autem quo ad ea,in quibus non ſucceſſiſſet. Non enim plus iuris eſſe poteſt in filio cauſato, quàm in patre cauſante. Ita in ſpecie Bal.in l.venia.num.5.C.de in ius vocand.cùm dicit,nepotem ex filio ſuccedere ex repræſentatione patris, qui ſucceſſurus erat,ſi vixiſſet,neptem verò ex filia non ſuccedere, propterea quod repræſentat perſonam matris excluſam. Et Bald.ſecuti ſunt ibidem Alex.nume.5.Iaſ.num.6.& Decius num.7.Idem in ſpecie,& manifeſtiùs affirmarunt Io.Andreæ.in rubr.extra de feudis.col.pen.verſ.item quamuis.Oldra.in conſ.224.nu. 37.Tiraq.de retractu conſang.1.gl.9.num.102.Moder. Pariſ. in commentariis ad conſuetud.Pariſ.tit.1.§.8.gl.1.num.12.& Ludo. Molina.in li.3.de Hiſpan.primog.c.7.nu.2.qui nu.4. declarat,hoc non habere locum in primogenitura,& maioratu,ad cuius ſucceſſione inhabilis factus eſt pater ex aliquo accidenti:& ſi ſui natura ſucceſſurus erat. Et prædictorum opinionem ſum,& ego ſecutus in conſ.269.num.63.lib.3.& ſi neminem ex prædictis allegaui.

8 Secundus † eſt caſus,quãdo agitur de ſucceſſione tranſuerſalis proximi gradus,nempè de ſuccedendo patruo.Hoc ſanè caſu etiam filius ingreditur locum patris, atque ita eum repræſentat.d.§.reliquum.in auth.de hæredi.ab inteſta.venien. vbi Ang.in 3.notab.Bart.in auth.poſt fratres.C.de ſuis & leg. Alex.in conſ.44.nu.19.lib.5.Decius in conſ.1.nu.3.& in conſ. 527.num.1.

9 Idem quando † agitur de ſucceſſione auunculi, qui dicitur tranſuerſalis gradu proximior ex latere matris. Ita reſponderunt Bal.in conſ.171.lib.5.Alex.in d.conſ.44.nu.19.li.5.Deci. in conſ.527 col.1.& in conſ.553.col.1.Craue.in conſ.67.nu. 4.& in conſ.127.num.2.

10 Idem eſt quando † agitur de ſucceſſione materteræ, vt reſpondit Deci.in conſil.527.num.2.& in conſil.658.numero 2.poſt Bal.in conſ.171.lib.5.quem allegauit. Et idem reſponderunt Pariſ.in conſ.20.nu.22.lib.2.& Graue.in d.conſil.67. num.4.& in d.conſ.127.num.2.

11 Extenditur † hic caſus,vt locum habeat non ſolùm in ſucceſſione delata à iure communi, ſed etiam in delata à ſtatuto, vt ſi ſtatutum vult admitti proximiores. Nam tunc ſi agitur de ſucceſſione patrui, auunculi, materteræ, & ſimilium,filius ingreditur locum patris.Ita ſcripſerunt Alex.in conſ.88.nu.2. lib.1.Deci.in conſ.480.nu.9.& in conſ.484.nu.8.& in conſil. 527.num.1.verſ.& in ſtatuta:& Tiraq.in tract.de iure primig. q.4.nu.20.& hos ſecutus ſum in conſ.124.num.76. Idem reſponderunt Pariſ.in conſ.20.nume.22.& 28.lib.2.& Rube.in conſ.118.num.2.

12 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat quò ad ea, in quibus pater ipſe repræſentatus non erat ſucceſſurus, vt dixi in declaratione præcedentis caſus.

13 Tertius † eſt caſus, quando agitur de ſucceſſione tranſuerſali vltra patruum, vel auunculum, vt putà quando agitur de ſuccedendo propatruo,& ſimilibus vlterioris gradus.Hoc ſanè caſu filius non ingreditur locum patris, ſicque eum non repræſentat,vt concurrat cum patruo in hac ſucceſſione inteſtati. Ita Angelus in d.§.reliquum.in tertio notab.de hæred. ab inteſta.venien.Alex.in conſil.44.num.19.lib.5. Decius in conſ.1.num.3.in conſ.217.num.2.Rui.in conſ.27.num.7.lib. 1.Brunus in conſ.70.num.3. Gozad.in conſil.4.nume.6.& in conſ.59.num.5.Iaſ.inter conſ.Rubei in conſ.37.num.1.& ipſe Rubeus in conſ.38.num.1.in conſ.82.num.5.Pariſ.in conſ.20. num.79.lib.2.

Secundum eſt huius diſputationis caput, nempè quando agitur de ſucceſſione ex diſpoſitione hominis,id eſt, de fideicommiſſo. Qua quidem de re multa ex profeſſo ſcripſerunt Didacus in libro pract.quęſtio.c.38.Antonius Gabriel in lib. 4.concluſionum.in tit.de fideicommiſſis,concluſ.3.& Mantica in lib.8.de coniecturis.in titu.9.& iam abundè ego ipſe ſcripſeram in conſ.124.& in conſ.200.lib.2.

Nunc verò hoc in capite diſtinguo tres caſus, ſicuti diſtinxi ſuprà in præcedenti capite.

14 Primus eſt,quando † fideicommiſſum fuit relictum ab aliquo aſcendente,vt putà ab auo,proauo,& ſimili. Hoc in caſu filium ingredi locum patris atque ita eum repræſentare, vt concurrat cum patruo, affirmarunt Corneus, Iaſon, Curtius Iunior, Alciatus, Socinus Iunior, Didacus,& Thobias Nonius,quos retuli & ſecutus ſum in conſ.124.nu.84.lib.2.& in conſ.357.nu.22.lib.4.

Et illis accedunt Dec.in conſ.79.nu.2.& in conſ.217.nu.1. & alij commemorati ab Anto.Gabriele in d.concl.3.nu.18.Et idem eſt quando agitur de fideicommiſſo relicto ab auo, vel alio aſcendente vlterius gradus, vt in ſpecie ſcripſerunt Pariſ. in conſ.30.num.39.lib.2. Didacus in libro pract.quæſt.c.38. nu.5.& Decia.in conſ.9.nu.4.lib.2.

15 Et huius quidem † opinionis ea eſt ratio,quia teſtator pręſumitur voluiſſe ſuam voluntatem eſſe conformem iuri communi,quo (vt diximus ſuprà in primo caſu primi capitis) ſancitum eſt in ſucceſſionibus aſcendentium, qui inteſtati deceſſerunt,filium ingredi locum patris atque ita eum repræſentare. Diſſentiunt tamen à prædictis Baldus in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.in fi.de lega.2.& ibidem Comenſ.nu.4.& idem Comenſ.in conſ.107.& alij multi.

Horum tamen rationes & argumenta confutaui in d.conſ. 124.num.83.

16 Secundus eſt caſus, quando † agitur de fideicommiſſo relicto à tranſuerſali prioris gradus, vt putà à patruo, vel auunculo, & ſimili, in cuius ſucceſſione ab inteſtato locus eſt repræſentationi, iuxtà ea, quæ diximus in præcedenti capite in ſecundo caſu. Hoc ſanè caſu admitti repræſentationem ſcripſerunt manifeſtè Corneus,Curtius Iunior,& Alciatus, quos retuli,& ſecutus ſum in d.conſ.124.num.84. Et verè ita etiam hoc in caſu loquuntur Decius in conſ.1.nu.3.& 4.& in conſ. 217.num.1.Pariſius in conſ.36.num.2.& in conſ.38.num.15. lib.2. Rubeus in conſ.82.col.vlti.& Hieronymus Gabriel in conſ.86.num.9.lib.1.iuncta facti ſpecie in initio reſponſi propoſita, ſic & Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpanorum primogen.capit.7.nume.20.verſicul.qua in re, qui alios plures commemorat.

Et huius quidem ſententiæ eadem eſt ratio, quam & in præcedenti caſu retuli, nempè præſumi teſtatorem hunc

voluiſſe ſuam voluntatem eſſe iuri communi conformem, quo ſancitum eſt in ſucceſſionibus patrui,& ſimilium, qui ab inteſtato decedunt, eſſe locum repræſentationi: ſicuti diximus in dicto ſecundo caſu præcedentis capitis.

His intelligimus malè ſenſiſſe eos, qui negarunt hoc in caſu non eſſe locum ipſi repræſentationi. Quaquidem in opinione fuerunt permulti illi interpretes, qui negarunt abſolutè in fideicommiſſis locum non eſſe repræſentationi. Quos quidem Doctores longa ſerie enumeraui in conſilio 124.nu. 80.lib.2.& in conſilio 357.numero 20.lib.4.Quibus tamen in locis abundè demonſtraui, aduerſus eos receptam magis Doctorum ſententiam.

17 Extenditur † primo prædicti caſu,vt locum habeant etiam quando tempore mortis teſtatoris nepos ipſe ex filio vel pronepotes ex nepote nondum natus, vel conceptus erat. Nam adhuc patris prædefuncti perſonam repręſentat, vt concurrat cum patruo.Ita Alexander,Corneus,Iaſon, Decius,Pariſius, Rubeus,Socinus Iunior,& Cephalus,quos commemoraui ac ſecutus ſum in d.conſilio 124.numero 111.libro ſecundo.reiecta contraria opinione Socini Senioris, Pariſij ſibi contrarij,ac etiam Curtij Iunioris.

Et illo in loco, numero 48.confutaui rationes & argumenta prædicti Socini ſenioris in conſi.249.numero.21.libr.2.

Et eodem in loco numero 48.& num.122.dixi huius opinionis Alexandri & ſequacium,rationem eſſe, quia in ſucceſſione fideicommiſſi attenditur tempus euentus conditionis, an ſcilicet eo tempore ſit quis proximior,vt ſuccedere poſſit.

18 Extendūtur † ſecundo vt locum etiam habeant,quando filius viuebat tempore mortis patris teſtatoris.Nam adhuc nepos eum repræſentat,ſi deinde tempore quo euenit caſus ſucceſſionis fideicommiſſi ipſius pater deceſſit: cum ſatis ſit eo tempore defunctum eſſe patrem vt repræſentetur à filio, atque ita quod nepos concurrat cum patruo.Ita rectè reſpondit Cepha. in conſ.465.nu.4.& 20.libro quarto reiecta contraria opinione Iaſonis inter conſilia Rubei in conſilio 37.numero tertio

19 Prædicti duo † caſus locum habent multò magis quando concurrit aliqua coniectura, qua teſtator ſignificauit velle filium repræſentare perſonam patris: Ita ſcripſi in conſilio 200.numero 72.vbi Alexand. Socinus Sen. & alios commemoraui, & idem ſcripſit Molina libro tertio de Hiſpa. primigen.capitulo octauo, numero quinto, coniecturas referam in ſubſequenti caſu. Nam illæ & ad rem hanc pertinent. Illam tantum hic referam,quæ his ſolum caſibus conuenit, quando ſcilicet pater,vel patruus teſtator dixit, quod ſeruaretur iuris ordo ſuccedendo nam intellexerunt,quod filius patrem repræſentaret.Ita ſcripſi in conſilio 124.numero 37.libro ſecundo, & in conſilio 215.num.140.

Receditur tamen ab hoc caſu contrarijs coniecturis, quibus colligitur teſtatorem hunc noluiſſe filium repræſentare patrem atque ita eius locum non ingredi.Hoc ſanè in caſu ſufficere coniectura reſpondi in conſilio 215.numero 139.lib. 3. auctoritate Ruini,quem ibi retuli.

20 Prima eſt † coniectura,quando teſtator voluit, quod ſuccedatur, ſalua gradus prærogatiua.Nam tunc filius non ingreditur locum patris, atque ita eum non repræſentat.Ita ſcripſerunt Caſt.Dec.Cur.Iun.Gozad.Pariſi.Soci.Iun.Grammaticus,Craue.& Dida.quos retuli & ſecutus ſum in conſ.124.n. 85.in conſ.200,num.39.& 40.lib.2.in conſ.215.nu.138.& in conſ.269.nu.51.lib.3.& in conſ.357.num.31.lib.4.Et prædictis accedunt Marza. in epitome de fideico.q.32.Aluarus Velaſcus in quęſt.iuris emphyteotici.q.50.nu.37.& Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpano.primogen.c.8.nu.19.

21 Cæterùm † coniecturam hanc duobus modis declaraui in d.conſ.124.num.86.& 87.Et primum quidem,quando filius vellet ſuccedere ex perſona propria,ſecus ſi ex illa patris.Nam tunc æqualis ſit patruo & auuuculo.

Secundò dixi, clauſulam hanc ſalua gradus prærogatiua, nil operari,quando adiecta fuit altera,nempè, quod ſuccederent in ſtirpes & non in capita.Non eſt quod hic repetam iam illis in locis ſcripta.

21 Secunda eſt † coniectura, quando teſtator vocauit proximiores. Nam tunc filius non repræſentat patrem: ſicuti ſcripſerūt Pariſ.in conſ.30.n.58.& in conſ.37.n.57.& in conſ.40. nu.25.lib.2.Dida.in lib.pract.q.c.38.nu.verſ.3.ad intellectum,

Et illis accedunt Ange.Are.in §.cum filius.in fin.in Inſtit. de hæred.quæ ab inteſta defer.Iaſ.Rolan.in conſ.38.num.33. lib.1.Decianus in conſ.37.in fi.lib.1.Idem affirmauit doctiſ. Alexan.Raudenſis arcta amicitia, (quæ ſua eſt humanitas) mihi coniunctus,is inquam in eruditiſſimis commentariis De Analogis.cap.18.num. 19.

Verum à prædictis diſſentiunt Baldus in conſ.488.caſus talis eſt.Quidam Titius.lib.3.Alex.in conſilio.137.nu.1.lib. 1.Iaſ. in conſ.159.col.pen.verſ.quartò in terminis lib.4.Corneus in conſi.24.in fi.lib.2.Ludouicus Molina in d.libro.3.de Hiſpano primogen.c.8.num.11.verſ.imò nec etiam alios congeſſi & ſecutus ſum in conſilio 357.num.27.lib.4.vbi copioſe comprobaui.

22 Tertia eſt coniectura † quando teſtator vocauit ſuperſtites.Nam tunc filius non repræſentat perſonam patris.Ita cenſent Comen.Alex.Corneus,Curtius Iunior,Pariſius,& Caſſaneus,Didacus,& Antonius Gabriel.quos ſecutus ſum in dict. conſi.124.num.95.& in conſ.200.num.36.lib.2.& in conſil. 269.num.54.lib.3.His addo alios quamplures,quos diligenter & longa ſerie enumerauit eruditiſſimus Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpanorum primogen.c.8.num.20.& Alex.Raudenſis in commentariis de Anologis, in appendice.parte prima. num.168. Quæ quidem coniectura intelligitur niſi teſtator dixerit, quod ſuperſtites ſuccedant eo ordine & modo, quo eſſent ſucceſſuri ab inteſtato, ſicuti declarant Decius in conſilio 79.numero 2.Pariſius in conſ.37.numero.53.lib.2. Alciatus in reſp.774.numero primo.in fi.& Didacus in libro pract.quæſtio. cap.vlt.num.6.ver.octauo.Nam tunc ſenſit teſtator locum eſſe debere huic repræſentationi, quam lex ipſa concedit.

23 Quarta eſt † coniectura, quando teſtator nominauit proprio nomine fratres:deinde nomine appellatiuo eorum filios, Nam tunc præſumitur voluiſſe, quod frater prius ſuccederet: & deinde filius præmortui fratris: atque ita quod filius non ingrederetur locum patris ſui.Ita ſcripſerunt Angelus, Alex. Ruin.Soc.Sen.Dec.Pariſi & Cur.Iun.quos quidem retuli in conſi.124.nu.88.& in conſi.200.nu.12.& nu.117.libr.2.& in conſil.269.nu.52.lib.3.Porrò quomodo intelligi debeat hæc nominatio proprij nominis, declaraui in d.conſ.124num.89. 90.91.& ibidem num.91.verſ reſpondetur etiam ſecundò explicaui,quando vocati dicantur nomine appellatiuo & admittantur vnà cum eorum patruo.Et demum eodem in loco.nu. 94.verſ.reſpondeo & tertio, ſcripſi, nominationem hanc ex proprio nomine non operari repræſentationem,quando repugnat alia coniectura.

24 Quinta † eſt coniectura, quando aliqua extat qualitas impediens repræſentationem.Exempli gratia, ſi ſtatutum excludit filias exiſtentibus filiis maſculis, neptis ex filio maſculo non poterit repræſentare eius patrem, quia qualitas maſculinitatis deficiens,in ea impedit repræſentationem. Ita docuit Bartolus in l.liberorum.nu.23.ff.de verbo. ſignif.quem ſecuti ſunt Alexander.Iaſ.Rui Capicius,Decius,Socinus Iunior & Bologne quos commemoraui & probaui in conſi.215.nume. 147.Et his accedunt Baldus in l.venia.num.5.C.de iu ius vocan.Odradus in conſil.224.num.37. Tiraquellus de retractu conſang.§.1.glo.9.num.101. Moderni Pariſien.in commentariis ad conſuetudines Pariſienſes.tit.1.§.8.gloſſ.1.nu.12.& Lud. Molina in lib.3.de Hiſpanorum primogenijs.c.7.num. 2.& cap.8.num.8.

25 Sexta coniectura † eſt,quando teſtator vocauit immediatè natos vt ſi dixit, ſuccedant filij ex vel de Caio nati. Nam tunc locus non eſt repræſentationi. Ita ſcripſit Caſſaneus in conſilio 53. num.19.

Cæterùm ergo ipſe in conſ.124.num.99.verſ.reſpondetur primo & num.104.dixi aliquot rationibus eſſe dubiam hanc Caſſanei traditionem.

26 Septima eſt † coniectura, quando aliquibus coniecturis conſtat, teſtatorem noluiſſe ſuccedi ſecundum iuris communis ordinem, quo ſcilicet ab inteſtato ſucceditur. Nam tunc locus non eſt repræſentationi.Ita reſpondi in conſ.215.num. 140.lib.3.

27 Octaua eſt † coniectura, quando teſtator coniunctim vocauit filios. Nam tunc locus non eſt repræſentationi, ſed ſuperſtites coniuncti admittuntur,excluſo filio alterus iam defuncti.Ita reſpondit Curtius.Iun.in conſilio 22.numero.8.& in



in conſ.161.nu.4.quem declaraui in d.conſi.124.nu.108.quo tamen loci.nu.109.verſ.reſpondeo primò,& nu.110.oſtendi coniecturam hanc eſſe valdè dubiam.

28 Nona eſt † coniectura, quando teſtator inſtitutis hæredibus,ſubiecit ſubſtitutionem his verbis. Et prædictos eius hæredes inuicem ſubſtituit,&c. vel dixit, infrà ſcriptos hæredes meos,&c.Ita reſpondi in conſ.124.nume.95.verſ.reſpondeo relatam.lib.2.& copioſius in conſ.215.num.132.lib.3.vbi huius opinionis recēſui,Baldum,Corneum, Ruinum, Pariſium, Curtium Iuniorem, Moder.Pariſ. Dida.Antonium Gabrielem,& Io.Bolo.

29 Decima eſt coniectura, quando † conſtat teſtatorem magis dilexiſſe filios,quàm nepotes:vel magis fratres, quam eorum filios. Nam tunc filius non repręſentat perſonam patris, vt concurrat cum patruo. Ita reſpondi in conſi.269.num.57. lib.3.auctoritate Præpoſ.in c.1.col.antepen.verſic.non obſtat decimum & vltimum de feudo Marchiæ, & Albæ in conſ.60. num.9.in fi.& idem ſenſerunt Ruin.in conſ.101.num.21.lib. 2.Cur.Iun.in conſ.22.num.8.& num.11.& in conſ.161.nu.7. & Iaſ.inter conſilia Rubei in conſ.37.num.6.& ego ipſe in d. conſ.69.nu.57.illo in loco recenſui multas coniecturas maioris huius dilectionis erga fratres,quàm erga eorum filios.

30 Vndecima † eſt coniectura,quando teſtator voluit ſuccedi ordine ſucceſſiuo. Nam & tunc ſenſit, quod proximior gradu ſuccedat, atque ita non erit locus repręſentationi, vt reſpondit Pariſ.in conſ.38.num.17.& num.29.lib.2.qui declarauit, niſi alia coniectura voluntatis teſtatoris repugnet.

31 Tertius eſt † caſus huius ſecundi capitis, quando ſcilicet agitur de fideicommiſſo relicto à propatruo, vel alio ſimili tranſuerſali,in cuius ſucceſſione ab inteſtato non datur repręſentatio,iuxtà ea, quæ diximus ſuprà in tertio caſu præcedentis.Hoc ſanè in caſu fideicommiſſi huius tranſuerſalis locum non eſſet repręſentationi ſcripſerunt Doctores illi, quos retuli in dicto conſil.124.num.84.lib.2.Et verè hoc in caſu loquuntur Decius in conſilio 1.numero 3.& in conſilio 217. numero 2.Curtius Iunior in conſilio 128.num.11.& Rube.in conſ.82.col.vlt.

Et ratio huius caſus eſt eadem, quam & ſuprà conſiderauimus, quod ſcilicet præſumatur teſtatorem voluiſſe in ſucceſſione fideicommiſſi ſeruari debere ordinem, & modum iuris communis. At ius commune non admittit repręſentationem in his tranſuerſalium ſucceſſionibus ab inteſtato decedentium, vt diximus in dicto tertio caſu præcedentis capitis. Ergò, &c.

32 Receditur tamen † ab hoc caſu, quando extat aliqua coniectura,quæ oſtendit teſtatorem voluiſſe, filium repręſentare debere patris perſonam: Quemadmodum reſpondi in conſ. 200.num.72.lib.2. vbi Alexandrum, Socinum Seniorem, & alios commemoraui, & idem ſcripſit Ludouicus Molina in lib.3.de Hiſpano.primogen.cap.8.numero 5.poſt Baldum in l.liberti libertæque.num.18.C.de operis libert.

33 Prima eſt coniectura, quando † teſtator iſte vocauit fratres & eorum liberos ſeu deſcendentes. Nam tunc vno fratrū præmortuo, & eius filius vnà cum patruo admittitur ad illius propatrui, alteriuſque tranſuerſalis teſtatoris ſucceſſionem. Ita ſcripſerunt Corneus,Socinus Senior,Ruinus, Decius,Pariſius,Socinus Iunior,Craueta,Torniellus, & Portius Imolēſis,quos congeſſi & probaui in d.conſ.124.num.78.verſ.ſextò accedit,& in conſ.200.num.68.71.& 74.lib.2.& in conſ.357. num.14.lib.4.quibus in locis dixi,hoc non eſſe iure repręſentationis,ſed propriæ vocationis.

34 Secunda † eſt coniectura,quando alioqui minus dilecti anteponerentur magis dilectis. Nam & tunc in ſucceſſione fideicommiſſi tranſuerſalis vltra patruum locus eſt repręſentationi.Ita reſpondi in conſ.124.num.71.verſ.4.huic lib.2.quo loci retuli ſic reſpondiſſe Ruinum & Socinum Iuniorem.

35 Tertia eſt coniectura,quando † teſtator dixit,quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita. Nam tunc ſenſit,quod filius ingrediatur locum patris. Ita ſcripſerunt Fulgoſius, Caſtrenſis,Socinus Senior,Ruinus,Pariſius,Socinus Iunior,Torniellus,Portius,& Burſ.quos commemoraui & ſecutus ſum in cōſil.124.num.66.in fi.Et prędictis accedunt Bero.in q.114.nu. 4.Anto.Gabriel in d.concl.3.nu.20.& Decia.in conſil.9.nu. 54.verſi.3.coniectura,& nu.62.lib.2. & in conſ.21.in fi.& in conſ.55.num.25.lib.3.

Et huius ſententiæ ea eſt ratio,quam & in d.conſ.124.nu.
36 67.conſideraui,quia † ſtirps ex pluribus diuerſiſque gradibus conficitur: & vnum corpus reputatur ex toto ipſo genere, & ideò nulla eſt differentia inter paulò proximiorem, & paulò remotiorem:cum is paulò remotior ratione vnitatis æquetur proximiori. Et ſimile eſt quod ſcripſi in præcedenti præſumptione in 6.coniectura ſecundi capitis, vbi dixi ſub nomine filiorum contineri nepotes quando ſubſtituti fuerunt filij in ſtirpes & non in capita. Diſſentiunt tamen ab hac opinione nonnulli,quorum rationes & argumēta huius opinionis confutaui in d.conſ.124.num.67.lib.2.

37 Quarta eſt † coniectura,quando teſtator demōſtrauit eandem affectionem tam erga filium fratris,quàm erga fratrem. Nam & tunc filius repręſentat perſonam patris, vt concurrat cum patruo.Ita ſcripſi in d.conſ.124.nu.76.& in d.conſ.357. nu.11.vbi explicaui aliquot affectionis ſigna erga vtrunque.

38 Quinta eſt † coniectura, quando fideicommiſſum fuit relictum fratribus, & deſcendentibus eorum ſub qualitate hæreditaria. Hoc etiam caſu filius ingreditur locum patris. Ita Angelus.Alexander,Ruin.Curt.Iun.Rubeus, & Crauet.quos commemoraui in conſ.290 num.49.quo loci.nu.50.& multis ſubſequentibus non leui diligētia declaraui, quonam modo intelligi hoc debeat. Non repeto, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam.

39 Sexta eſt coniectura,† quando teſtator conſiderauit cuiuſlibet hæredis lineam diſtributiuè, vt ſcilicet ex qualibet linea exiſtens ſuccedat in ſtirpem,& non in capita. Ita Soci.Iun.in conſ.116.nume.23.verſ.4.comprobatur.lib.1.quem retuli in conſ.200.num.79.lib.2

40 Tertium eſt huius † diſputationis caput, quando agitur de ſucceſſione feudi,vel emphyteuſis. Quo ſanè in capite diſtinguendi ſunt tres caſus.

41 Primus eſt,quando † agitur de feudo hæreditario. Hic caſus diffinitur ex dictis in præcedentibus capitibus: cum idem iudicemus de feudo hæreditario quod de aliis bonis hæreditariis, & liberis, ſicuti etiam dicimus de emphyteuſi hæreditaria, vt ſcripſi in conſ.200.nu.54.lib.2.poſt.Ang.Alex.Cor. & Cur.Iuniorem ibi commemoratos.

42 Secundus eſt caſus, quando † agitur de feudo ex pacto,& prouidentia.Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam permulti ſcripſerunt,filiū non ingredi locum patris ſicque eum non repręſentare,vt concurrat cum patruo. Ita Barto.& alij multi,quos congeſſi in d.conſ.200.nu.63.lib.2.& in conſ.498.nu.20.lib. 5.quo loci dixi,hanc eſſe communem opinionem.

43 Idem † de emphyteuſi ex pacto, & prouidentia reſpondi in conſ.200.nu.61.& 62.lib.2. & in cōſ.498.nu.20.21.lib.5. auctoritate multorum,quos ibi commemoraui.

44 Idem eſſe † quando agitur de ſuccedendo in primogenitura,ſcripſit Molina in d.c.7.nu.10.& nu.12.

45 Cæterùm, quòd † imò etiam in ſucceſſione feudi ex pacto & prouidentia filius repręſentet perſonam patris affirmarunt alij permulti,quos commemoraui in d.conſil.200.num.64.& & in d.conſ.498.num.21.

46 Tertius eſt caſus, quando † agitur de feudo miſto. Hoc in caſu, filium ingredi locum patris, eumque repræſentare ſcripſerunt Alex.in conſ.129.nu.8.lib.5.Natta in conſ.127.nu.7. & Purpu.in conſ.390.nu.13.lib.2.de his ſatis.

## PRÆSVMPT. XCVI.

### Filio ſpurio & incapaci, quando dolo & fraude reliquiſſe præſumatur pater.

## SVMMARIVM.

*1 Conſtantini conſtitutio in l.1.C.de natur.lib.patrem in dignitate conſtitutum nil poſſe donare vel relinquere filio naturali vel incapaci.*

*2 Iuſtiniani conſtitutio in auth.licet.C.de nat.lib.patrem filijs legitimis carentem poſſe bona ſua naturalibus filijs relinquere,ſpurijs verò nil prorſus.*

*3 Filio ſpurio pater non modo prohibetur relinquere iure poſitiuo, ſed & iure diuino.*

*4 Pij Papæ V.ſanctio, non licere patri relinquere quouis titulo filio ſpurio etiam legitimato quidquam ex quæſitis ex fructibus & alijs rebus Eccleſiaſticis.*

Et pro

Et prohibuit non ſolum ipſis ſpurij non poſſe relinqui, verum nec ipſorum coniugibus, parentibus filiis, vel aliȷs quibuſcunque attinentibus numero 5.
6 Filij ſpurij nec directè nec indirectè conſequi poſſunt bona patris, & nu.ſeq.
7 Statutum permittens patri relinquere filio ſpurio non valet.
Idem ſi diſponit, quòd opponi non poßit aliqua exceptio aduerſus ipſum relictum.num.8.
9 Patri ſicuti non eſt permiſſum aliquid relinquere filio ſpurio, ita nec eſt ei conceſſum vt prohibeat moleſtiam ipſi ſpurio inferri.
Et hæc prohibitio habet locum, vt nec pater poßit aliquo titulo oneroſo ipſi ſpurio relinquere.numero 10.
Et idem quando ſpurius caperet manu aliena ex diſpoſitione ipſius patris.nu.11
12 Executores teſtamenti, qui pro ſuo arbitrio habent diſtribuere bona teſtatoris, non poßunt ea diſtribuere in perſonam filij ſpurij teſtatoris.
13 Filius ſpurius prohibetur cõſequi aliqua bona patris, etiã quãdo pater ſubſtitueret ipſum filio legitimo ſubſtitutione vulgari vel fideicommiſ.
Idem quando pater pupillariter ſubſtitueret ipſum filio legitimo impuberi.num.14.
Idem quando pater reliquit extraneo, qui ſtatim quod conſecutus eſt relictam rem, eam tradidit ipſo filio teſtatoris ſpurio.nu.15.
Idem quando pater inſtituit extraneum, & conſtat ei plurimum commendaſſe dictum ſpurium, ſi deinde inſtitutus ipſum hæredem faciat, præſumitur fraus.num.16.
Secus quando teſtator inſtituiſſet filium ſuum legitimum, qui deinde hæredem feciſſet fratrem ſpurium, qui præſumitur amore potius fraterno, quam iuſſu patris ipſum inſtituiſſe.num.17.
18 Filio ſpurio præſumitur fraudulenter datum, quando eius pater contracta cum aliquo ſocietate omnium bonorum eiuſdem filij nomine ſocium illum hæredem omnium bonorum ſuorum inſtituit.
Idem quando pater reliquit nepoti legitimo ex filio ſpurio cõtemplatione tamen ipſius filij, numero 19.
Secus ſi conſtat relictum fuiſſe factum huic nepoti contemplatione ipſius nepotis.20.
Et quando id conſtare poßit num.22, & ſee.
21 Patris culpa vel pecatum non debet nocere filios, in his quæ ipſe filius aliunde habet.
23 Filio legitimo filij ſpurij auum relinquere poſſe contemplatione eius nepotis conſtat, quando ipſe filius ſpurius tam deceßiſſet.
Idem quando auus reliquit ſic nepoti, ne aliquis vſusfructus acquireretur filio ſpurio num.24.
25 Patris erga filium tantus præſumitur amor, vt magis velit filio quam ſibi beneficium conferri.
Pater non tenetur filium diuitem alere.ibid.
26 Pater ſi habet prolem legitimam, prohibetur relinquere nepoti ex filio ſpurio.
Et idem ſi ipſe nepos natus eſſet ex filio inceſtuoſo.num.27.
28 Filio ſpurio præſumitur fraudulenter relictum quando pater ipſius ei relinquit cauſa alimentorum vltra debitam quantitatem.
Idem quando pater relinquit filiæ ſpuriæ cauſa dotis, intelligitur enim quatenus dos congrua ei aßignatur.num.29.
30 Pater ſi propria pecunia acquirit emphyteuſim pro ſe & filio ſpurio admittitur ſpurius cauſa alimentorum, niſi alimenta excederent debitam quantitatem.
31 Filio ſpurio præſumitur cum fraude relictum, ſi eius pater inſtituit principalem aliquem ſub conditione, ſi perſonaliter veniet ad capiendam hæreditatem: & interim relinquit ſpurium & eius deſcendentes adminiſtratores & curatores hæreditatis ſine redditione rationum.
Idem quando ipſius pater reliquit ipſi ſpurio non nominando eſſe filium ſuum.num.32.
33 Filius ſpurius non dicitur prohibitus relictum acquirere quando ei pater reliquit, cum legitimus & relicti capax erit.
Secus ſi filius ſit inceſtuoſus. num.34.
35 Filio ſpurio ſi pater reliquit ſub conditione, cum relicti capax erit: pendente hac conditione quid agendum erit de hæreditate.nume.ſeq.
36 Bonorum poſſeßio ſecundum tabulas non defertur niſi ijs, qui aliqui ab inteſtato ſuccedere poſſunt.
37 Verbum poſſe pietatem & arbitrium ſignificat.
38 Pater quando relinquit filio illegitimo, cùm factus erit legitimus & capax ſucceßionis, ipſi filio ſtatuit poterit terminus, intra quem ſe legitimari faciat, alioqui ſit excluſus.

1 CONSTANTINVS † in l.1.C de natural.liberis, ſtatuit patrem dignitate ornatum, ſicuti Senatores præfecti & ſimiles nil poſſe donare, vel relinquere filiis à ſe procreatis ex ancilla, vel ancillæ filia, vel alia ſimili abiecta ac vili perſona: ſtatuit etiam in d.l.1.in fi.quod ſi liberi legitimi, vel cognati per duos menſes neglexerint bona in filios illegitimos à patre trãſlata recuperare, ius ſuum perdant, & eorum loco fiſcus ſuccedat. Id quod eſſe notatu dignum ſcripſerunt Bal.in l.certum.num.17.C.vnde legit.Cor. in conſilio 104.in prin.lib.3. Craue.in conſilio 166 numero decimoquinto, & Didacus in epitome de ſponſal. in ſecunda parte capitulo octauo § quinto numero tertio, qui tamen dixit, hoc locum habere in illis ibi à Conſtantino commemoratis, non autem in aliis. Iuſtinia-
2 nus † verò in authentica licet.C.de natural.liberis deſumpta ex Authen.Quibus modis naturali. effician.ſui.§.ſi verò filios, & §.vltimo conſtituit, patrem filiis legitimis carentem, poſſe bona ſua naturalibus filiis relinquere, ſpurijs verò nil. prorſus & in auth.ex complexu.C.de inceſtis nupt.& ſcripſerunt Bartolus in l.ſi quis ex bonis.ff.de vulgar. & pupil. ſubſt. & in l. vltima.numero.6.ff.de his quibus vt indig. Alexand.in conſilio 74.& in conſilio 150.libro ſecundo. Cor.in conſilio 25.& in conſil. 310.libro ſecundo.Calca.in conſilio 62. alios recenſent. Didacus in epitome de ſponſalib.in ſecunda parte capitulo octauo §.quinto & Petrus Placa in epitome dilictorum capitulo 41.numero 11.Idem ſtatuit lex pontificia.capitulo non omnis.32.quæſt.2.&c. dicat aliquis.32.quæſt.4.&
3 capitulo quid eſt 35.quæſt.7.Et † non modo iure poſitiuo, ſed & diuino prohibetur pater relinquere ſpurio.Geneſ. cap. 21.vbi Deus omnipotens dixit Abrahæ: Eiice ancillam & filium, quia non erit hęres filius ancillæ cum filio liberæ.

Et confirmat Diuus Paulus ad Galatas.cap.4. Quocirca
4 † rectè & ſanctè ſanciuit Pius.V.fœlicis recordationis Pontifex Max. non licere patri quouis titulo relinquere filio ſpurio etiam legitimato quidquam ex quæſitis ex fructibus & aliis rebus eccleſiaſticis, & aliàs quomodocunque prouenientibus, nec non de peculio & aliis etiam induſtria, labore, muneribus, aut quocunque alio modo partis, cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, ſpeciei, naturæ & valoris exiſtentibus, &c. Quæ quidem prohibitio comprehendit non ſolum bona clerici, quæ ex eccleſię bonis percepit & acquiſiuit, ſed etiam patrimonialia, quemadmodum declarauit & diffiniuit Rota Romano anno 1584.die.29.Octob.Illuſt.& Reuerendiſſimo D. D. Cardinali Aldobrandino tunc Auditore & ponente in cauſa Capitanei Petri Baldi Peruſini, ſecundum hanc declarationem & ego reſpondi in cauſa Fauentina. Præterea prohibuit
5 † Pius ipſe. V.relinqui quocunque titulo non ſolum ipſis ſpuriis: verùm etiam illorum coniugibus, parentibus, filiis, deſcendentibus, aſcendentibus, vel cognatis. Rectè igitur & ſan-
6 ctè ſtatuit Pientiſ.Sanctiſſimúſque Pontifex.cùm ſpurii † nec directè nec indirectè conſequi poſſint bona patris, vt dicemus infrà & confert l.nec per ſe.C.de hæred.inſti.& poſt alios in ſpecie ſcripſit Ludouicus Molina in lib. 2.de Hiſpa. primogen.cap.11.num.29.
7 Hinc infertur † rectè ſenſiſſe eos, qui ſcripſerunt, non valere ſtatutum, quo permittatur patri hæredem facere, vel relinquere filio ſpurio.

Qua quidem in opinione fuerunt Bal.in l.cũctos populos. num.15.C.de ſum. Trinit.& fide cathol.&. ibidem Franc.Aret numero 14.& idem in l.teſtamenti factio.ff.de teſtamen. Caſtren. in l.Sæius & Augerius num.3. ff.ad Treb.Cacialupus in l.omnes populi.nu. .. ff.de iuſt.& iure. Socinus Sen.in conſil.95.num.9.lib.4.Iaſ. in l.ait.Prætor.col.2.ff.de iureiuran.Decius in c.2.in 2.notab.de conſti. Thomas Feratius in cautela.41.num.1.Boe.q.126.nume.9.Didac. in epitome de ſponſalib.par.2.c.8.§.5.nu.6. & Petrus Placa in epitome delictorum.cap.41. num.12.

Et egregiè docuit Caſt.in d.l.Sæius & Augerius.num.3.ff.
8 ad legem Falci.quòd ſicuti † ſtatutum diſponere non poteſt, quod liceat patri relinquere aliquid filio ſpurio, ita nec ſtatuere poteſt, quod opponi non poſſit aliqua exceptio aduer-

ſus



ſus ipſum relictum. Huc pertinet notabilis traditio eiuſdem Caſtren.in l.Lucius.§.tres hęredes. nu.4.ff.ad Treb.cùm di-
9 xit, quod † ſicuti permiſſum non eſt patri relinquere ſpurio, nec etiam conceſſum eſt, vt prohibeat moleſtiam ipſi ſpurio inferri. & idem quod Caſtrenſis reſpondit Anchar.in conſil. 79.in ſi.Quę quidem doctrina comprobari poteſt ex his, quę dicemus infra in præſump.96.dum declarabimus, quam moleſtiam præſumatur teſtator prohibuiſſe inferri hęredi vel legatario.
10 Extẽditur † primò, vt prohibitio hęc adeò locũ habeat, vt nec poſſit pater aliquo titulo oneroſo, ſeu ex cauſa oneroſa ſpurio relinquere, vt puta ſi cauſa donationis remuneratoriæ aliquid legaret, vel ſi diceret ab ipſo filio mutuo habuiſſe aliquam quantitatem, quam ei dicit ſe legare eam ob cauſam. Non enim valet legatum, quia fraude præſumitur cõfictus ille titulus & cauſa, ſicuti ſimili in caſu reſpondit Scæuola in l.qui teſtamentum.ff.de probatio.cum dixit, fraude præſumi legatũ ei, qui tantæ ſummæ incapax eſt, & ſi teſtator aſſeruit, ſe relinquere ob id, quod tantum ſibi mutuo dederat, ſic & idem Scæuola in l.cùm quis decedens.§.Titia.de leg.2.ſimili in caſu, de quo in ſubſequenti præſumptione, reſpondit.Et præſumptionem illam, de qua in dicta l.qui teſtamẽtum, eſſe iuris affirmauit Ioan.Andreæ in additionibus ad Spec.in tit. de præſumptio.§.ſpecies.nume.5.in verbo.In prædictis.Et in ſpecie noſtri caſus ſic ſcripſerunt Butrigarius, Florianus & Iacobinus in dicta l.qui teſtamentum.Ita etiam Cynus, Bar. Bal.& Salic.in l.1.C.de natura.lib.Durans in tract.de arte teſtandi.tit.1. cautela 14.num.3. & Petrus Placa in epitome delictorum.cap.41.num.15.Ita pariter Thomas Feratius in cautela 41.num.2.damnat cautelam illam, quod pater confiteatur, ſe vẽdidiſſe bona filio ſpurio, & pretium accepiſſe.Et idẽ eſſe ſcripſit, quando pretium recepit omnium bonorum, vel maioris partis, niſi (inquit Feratius) aliqua extet cõiectura veri contractus, vt reſpondit Alex.conſi.18.lib.3.
11 Extenditur † ſecundo, vt locum habeat etiam quando ſpurius caperet manu aliena voluntate & diſpoſitione ipſius patris, vt ſi pater reliquit extraneo, quem grauauit reſtituere ei, quem ipſe teſtator nominauit hæredi, vel ipſimet legatario. Nõ enim hic grauatus poterit reſtituere dicto ſpurio. Ita ſenſit Bart.in l.Quæ hæredi in fi.ff.de reb.dubiis, & manifeſtè in l.vlti.nu.7.verſ.quidam dant.ff.de his, quib.vt indig.Caſtr.in l.Lucius.§.in teſtamento.de leg.1.& Dida.in d.§.5.nu.3.verſi. nec refert. Qui quidem ſcripſerunt, præſumi fraude ſic reli-
12 ctum. Ita etiam dicimus, quod ſi teſtator † conſtituit executores teſtamenti, qui pro ſuo arbitrio diſtribuant bona ipſius teſtatoris, non poterunt illi diſtribuere in perſonam filij ſpurij teſtatoris.ſicuti reſpondit Ioan.de Anna. in conſil.13.in fi. & prius ſcripſit Bald.in l.id, quod pauperibus.nume.34.C.de epiſc.& cler.& in l.ab eo.C.de fideicom. & ſecuti ſunt Alex. in conſi.54.num.1.lib.7.Cor.in conſi.326.num.10.lib.2.Calcaneus in conſilio 62.num.7.Durans de arte teſtandi.tit.1. cautela 14.nu.9.Boer. quæſt.128.nu.14. & Placa in epitome delictorum.cap.41.nume.17.ſic pariter dicimus, maritum prohibitum directè legare & relinquere vxori, cenſeri etiam prohibitum relinquere per fideicommiſſum, vt explicabimus in ſubſequenti præſumptione. Fraus enim præſumitur cõmiſſa per interpoſitam hanc perſonam, ſicuti ad rem manifeſtè ſenſit Conſtantinus in dicta l.1.C.de natural.liberis, dum prohibuit donari filiis illis illegitimis, etiam per interpoſitam perſonam.

Et propterea rectè ſcripſerunt Bald.in l.eam quam.nu.40. C.de fideicom.Ioan.Lup.in rubr.extrà, de donat.inter virum & vxo.§.30.nume.14.& §.65.num.9. & Placa in dicto cap.41. nu.19. Nec eccleſiam quidem, cui ſpurij pater donauit, poſſe inſtituere ſpurium ipſum.Cum ſpurius nec per interpoſitam perſonam (vt diximus) capere poſſit,
13 Extenditur tertio, vt † locum habeat hæc præſumptio, etiã quando pater ſubſtitueret ſpuriũ filio legitimo ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria. Ita ſcripſerunt Guiel.Benedictus in cap.Ray.in verbo.Et vxorem.num.128.Didacus in d. §.5.nume.4.verſ.4.deducitur. Placa in d.c.41.nu.13.verſ.3.his: & Ludouicus Molina in lib.2.de Hiſp.primog.cap.11.nu.28.
14 Extenditur quarto, vt † procedat hæc præſumptio, etiam quãdo pater pupillariter ſubſtitueret ſpurium filio legitimo impuberi.Et ſi enim ex pupillari capere poteſt ſpurius bona pupilli.l.ſi is, qui.ff.de vulg.& pup.ſubſt.quam ſingularem dixerunt Bald.in l.eam, quam.num.53.C.de fideicom.& in cap. ſolicitudinem.col.2.de appel.Caſtr.Alexan.& Iaſ.in d.l.ſi is, qui & idem Iaſ.in l.iam hoc iure.nu.5.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Non tamen ſpurius ipſe ita ſubſtitutus capere poterit bona patris teſtatoris, ſicuti ſcripſerunt præcitati Doctores, & Didacus in d.§.5, num.4.& Placa in d.c.41.nu.13.
15 Extenditur quinto, vt † locum habeat etiam quando pater inſtituit, vel reliquit extraneo, qui ſtatim quod conſecutus eſt rem relictam, eam tradidit ipſi filio teſtatoris ſpurio. Hoc etiã caſu fraus præſumitur, nempe teſtatorem reliquiſſe illi extraneo, vt ſpurio redderet, ex quo incontinenti ad eum peruenit.Ita Bald.in l.eam, quam.num.40.C.de fideicom.Io. Lupus in rub.extra, de donat.inter virum & vxor.§.30.nu.14. Dida.in d.§.5.num.5.& Placa in d.c.41.nume.14.& ſi loquantur, quando pater donauit illi extraneo, quod idẽ eſt, ob eandem rationem.
16 Extenditur ſexto vt † locum habeat præſumptio hæc etiã quando pater inſtituit extraneum, & in teſtamento nihil dixit, nec extra teſtamentum rogauit eum debere reſtituere filio ſuo ſpurio, ſed tamen conſtat, ei plurimum commendaſſe filium illum.Nam & hoc in caſu, ſi deinde hæres iſte inſtitutus hæredem faciat prędictum ſpurium, fraus pręſumitur.Ita in ſpecie ſcripſit Didacus in d.§.5.nume.11.verſi.prima equidem, qui declarando traditionem Barto.& ſequacium in l. ſi is, qui.ff.de vulg.& pup.ſubſt.dixit, quòd ſi non apparet de aliqua commendatione filij, fraus non præſumitur, ſecus verò ſi conſtat teſtatorem rogaſſe inſtitutum ipſum, vt ſpurium commendatum haberet.

Cæterùm Cæpola in d.cautela 38.col.4.verſil. quarta cautela, dixit, fraudem præſumi etiam quando pater dixit, quod is extraneus à ſe inſtitutus reſtitueret, cui magis ei placebit, ſi deinde reſtituit ſpurio: & idem Cæpola col.pen.verſ. vndecima cautela, in ſpecie poſt Ludouicum Sardum ſcripſit, hanc cautelam fraudis plenam obſeruari non debere, cùm repugnet ſaluti æternæ.Idem reſpondit Bart.in conſi.194.Cechus de Spoleto.lib.1.
17 Et ſubiungit † Didacus, fraudem hanc nõ præſumi, quando teſtator inſtituiſſet filium ſuum legitimum, qui deinde hęredem feciſſet fratrẽ ſuum ſpurium. Nam potius præſumitur amore fraterno quàm iuſſu patris teſtatoris fratrẽ inſtituiſſe, vt docuit Bal.in l.eam, quam.nu.54.C.de fideicom.Eandẽ ſententiam probarunt alij commemorati à bene erudito Lancillotto Gallia in commentariis ad conſuetudinem Alexãdriæ in verbo, legare.q.1.num.17.qui copioſè comprobauit.
18 Extenditur ſeptimò, vt hæc † fraudis præſumptio locum habeat, etiam quando ſpurij pater curauit, vt filius ipſe ſpurius contraheret cum aliquo ſocietatem omnium bonorum: & deinde ipſe pater ſocium illum inſtituit hæredem omniũ bonorum ſuorum. Nam cum hoc modo ſpurius mediãte perſona ſocij conſequitur dimidiam dictorum bonorum patris, mediante opera patris, qui curauit ſocietatem cõtrahi, & qui illi ſocio veriſimiliter non reliquiſſet, ſi filij ſocius non fuiſſet, præſumitur fraude eum hæredem feciſſe. Ita Didacus in loco præallegato.dicto § 5.nu.11.verſi.ſunt & quidam, qui ſic declarat Bar.in l.ſi is, qui duos in fi.ff.de liber.leg. Bald.in l.1. col.vlti.C.pro ſocio.Corſetum in ſing.in verbo, ſpurius, & Ioan.Lupum in rub.extra de dona. inter virum & vxorem.§. 65.num.11.

Et fraudẽ hac ex ſocietate argui in ſpecie etiã ſcripſerunt Lud.Sard.in præcit.tracta.de nat.lib.in rub.caut. circa legitimationẽ.nu.8.& Cæpola in caut.38.col.6.verſ.7.caut. Rui in conſi.44.num.16.lib.2.& in conſi.139.num.9.lib.5.
19 Extenditur † octauo, vt locum habeat etiam, quando pater ipſe relinquit nepoti legitimo ex filio ſpurio, contemplatione tamen ipſius filij. Hoc etiam caſu inualidum eſt relictũ tanquam factum in fraudem legis. Ita Bar.in l.Gallus.§.quod ſi is.col.vlt.verſ ſecundus caſus.ff.de libe.& poſthu.quem ſecuti ſunt omnes ibi.& Craue.in conſil.898.num.14.
20 Cæterum † ſi conſtat, auum hunc reliquiſſe prædicto nepoti ſola ipſius nepotis contemplatione, valebit relictum. Ita Bart. in dicta l.Gallus.§.quod ſi is.colum.1.verſi.primo caſu, quem ſecuti ſunt ibidem Imola. num.3.Aret.nu.5.Alex.nu.7.

Iaſ.

Iaſ.numero 19.Ruin.numero 14.& Alcia.numero 12.

Et prædictis accedunt Bal.in conſ.363.Quæritur vtrum filius.lib.5.Caſtren. in conſilio 467. Viſo puncto,occurunt dubia.col.pen.verſ.modò circa. lib.2. Signorolus in conſil. 114. col.vlt. Fed.de Senis in conſi.57.in ſexto dubio.Guid.Papę in conſi.94.col.2.verſ.contrarium tamen , Corneus in conſi.25. nu.2.lib.1. Decius in conſi.462.15.vbi & nu.20.teſtatur communem eſſe opinionem.Bertrandus in conſi.201. nu.1.lib.2. par.1. &in conſ.96.lib.3.Durans in tract.de arte teſtandi.cautela.14.nu.11.Boerius in q.127.nu.16.Craue.in conſi.184.nu.1. Didacus in epitome de ſponſal. par.2.c.8.§.5.nu.13. Antonius Padilla in l.cum acutiſſimi.nume.13.C.de fideicom.& Petrus Placa in epitome delicto.cap.41.num.20. Et huius ſententiæ

21 ea eſt † ratio,quia culpa & peccatum patris nocere nõ debet filio in his,quæ ipſe filius abunde habet.l.3.ff.de interdictis & releg.& aliis ſimilibus comprobauit Bart. præcitato in loco.

22 Cæterùm † dubitari ſolet,quando cõſtare dicatur, patrem ſeu auum reliquiſſe nepoti ſola eius contemplatione,non autem filij ſpurij: Et primum dicendum eſt , in dubio præſumi ſic relictum ſola contemplatione ipſius nepotis ſcripſit Bar. in dicto §.quod ſi is.col.vlt.verſ.3.caſu.quem ſecuti ſunt Capra in conſil.2.nume.19.Aretinus in dicto §.quod ſi is.col.1. verſ.Ange.hic & Ruinus.num.22.Verùm diſſentiunt ibidem Angel.& Alciatus.num.25.in fi. ſecundò conſtat nepotis ſola contemplatione relictum, quando aliqua ipſius nepotis merita præceſſerunt. Ita cenſuit Rofredus in ſua diſputatione, quem in ſpecie hac non improbauit.Bartol.in d.§.quod ſi is. col.2.verſ.& per hoc reſpondetur , & manifeſtius idem ſcripſit Bald. in conſi.67.ſi dicta inſtitutio.lib.1.Imò requiri merita nepotis,vt dici poſſit eius contemplatione ſibi relictum, ſcripſit Ludouicus Sardus in tract.de naturalib. liberis.§.de ſucceſſione ſpuriorum,num.9. Cum Bart.tamen communis eſt ſententia: Et ideo dicendum eſt , quod ſi extant merita nepotis ſatis certum eſt , eius ſola contemplatione ſibi relictum , ſi verò merita nulla extant , non tamen fit,quin poſſit eis relinqui,& dicatur eorum contemplatione relictum, ſi aliis indiciis conſtat,ſicuti in caſibus ſubſequentibus, alioqui nepoti infanti, & naſcituro non poſſet relinqui, & tamen poteſt,vt reſponderunt Capra in conſi.2.nu.18. & Bertr.in conſ. 201.num.2.lib.2.parte 1.

23 Tertiò ſola nepotis † contemplatione dicitur auus reliquiſſe,quando iam filius ipſe ſpurius deceſſiſſet. Non enim tunc eius perſona dici poteſt à patre conſiderata, ſed illa nepotis tantum. Ita Corn.in conſil.26.col.pen.lib.1.& in conſi. 2.col.pen.lib.3.& Craue.in conſ.184.num.1.

24 Quartò ſola nepotis † contemplatione relictum conſtat, quando auus ipſe ſic reliquit nepoti . ne aliquis vſusfructus acquireretur filio ſpurio,ſicque patri dicti ſui nepotis. Ita docuit Barto.in dicta l.Gallus.§.quod ſi is.nume.1.ff.de liber.& poſthu.quo loco dixit,ſe ita reſpondiſſe,ſicuti verè conſuluit in conſi.118.Oducius Corneti.lib.1.cuius reſponſum & cautelam laudàuit probauitque Bald.in conſi.146. Titulus Principis.col.penult.in princip.lib.1.Capra in conſil.2.num.18. & ſecuti ſunt Imola & Aretinus in dicto §.quod ſi is,& ibidem Alexand.num.8.& idem in conſi.88.num.5.lib.7. Cor.in cõſ. 25.col.pen.lib.1.& in conſil.1.col.pen lib.3.Iaſ.in d.§.quod ſi is.num.19.in l.hæreditas.num.8.C. de iis,quibus vt indig.& Decius in conſil.462.num.20.verſ.ſed in iſto caſu.

Cæterùm hanc cautelam & conſilium Bart.in ſpecie multis rationibus & argumentis damnat Andreas Alciatus in d. §.quod ſi is.num.19.& mihi etiam non parum ſuſpectum eſt:

25 Nam † tantus eſt patris erga filium amor,vt magis velit filio quàm ſibi donari,& beneficium conferri.Quinimò ſentit pater non leue commodum ex relicto facto filio,& ſi vſumfructum non conſequitur. Non enim filium diuitem alere tenetur.l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agno.Et certè vbi extaret aliqua coniectura,qua coniici poſſet,auum reliquiſſe nepoti,vt fraudem faceret legi,non eſſet ſequendum Barto.conſilium, ſicuti quando auus inſtituit nepotem, prohibendo vſumfructum acquiri eius patri , quem tamen voluit ipſe auus teſtator eſſe illorum bonorum adminiſtratorem.

Hæc ſanè coniectura ſatis apertè oſtendit, ſe ab auo factum , vt filio ſuo quantum poſſet conſuleret , & propterea minus rectè ſenſit Dec.in dicto conſilio 462.numero 20.verſic.ſed in iſto caſu , dum contrarium reſpondit.

26 Quod hactenus diximus , † auum poſſe relinquere nepoti legitimo ex filio ſpurio , intelligitur, quando auus ipſe caret prole legitima : alioqui ea exiſtente , huic nepoti relinquere non poſſet.Ita Bar.in dicto §.quod ſi is,& ibidem Alex.nu.7. & Ruinus.nume.20.& communem eſſe opinionem affirmauit Crauet.in conſi.184.nume.1.& in conſil.200.num.4.Præ-

27 terea † intelliguntur prædicta , quando nepos ille natus non eſſet ex filio inceſtuoſo. Nam ſi ex inceſtu nepharioq; coitu natus eſſet filius , tunc nepoti & ſi legitimo relinquere non poſſet auus,ſicuti in ſpecie ſcripſerunt Bald. in l.ſi quis inceſti.C.de inceſtis nupt.Caſtren.in conſil.467.Viſo puncto,occurrunt dubia.nu.8.verſ.vel ſecundo eſt ſpeciale .& col. pen. verſ.modò circa.lib.2.Corſettus in ſing.in verbo,hæres.Corneus in conſil.25.col.pen.lib.1.Iaſ.in dicta l.Gallus.§.quod ſi is.nume.25.& ibidem Ruinus.num.21 .ff.de liberis & poſthu. Marſi.in ſing.143.& Didac. in epit.de ſponſal.in ſecunda parte.cap.8.§.5.num.13.verſ.hæc tamen.

28 Extenditur † nonò, vt locum habeat hæc prohibitio eiúſque fraus,etiam quando pater ipſe reliquiſſet ſpurio cauſa alimentorum vltra tamen debitam quantitatẽ.Et ſi enim ſpurio relinqui poſſunt & debent alimenta,ſic mandante lege pontificia,in cap.cum haberet.de eo.qui duxit in matr.quam polluit per adulter.& tradunt congeſti à Didaco in epitome de ſponſal.par.2.cap.8.§.6.& ad rem noſtram Craue. in conſ. 219.num.8.& Didacus in dicto §.5.num.12.in fi.Attamen hoc intelligitur,quatenus ſufficere poſſit ad ipſa alimenta,nõ autem vltra.Nã tunc fraus præſumitur. Ita in ſpecie docuit Bar. in l.vlti.num 7.ff.de his quib.vt indign.qui poſt modum docuit cautelam,qua pater poſſit relinquere filio ſpurio,vt,ſcilicet,relinquat ei pro alimentis,donec vixerit, & eo mortuo relinquat nepoti ex ipſo ſpurio,ſubiunxit,quod ſi pater vltra debitum alimentum quantitatem reliquerit ipſi ſpurio,fraus præſumetur. Idẽm affirmarunt Cæpolla in cautela 38. col.8. verſ.nona cautela.Barbat.in conſil.46.col.1.lib.1.Feratius in cautela 41.Syluester Prierius in ſumma , in verbo, filij.nu.4. Ioan.Lupus in cap.per veſtras.in 2.notab.§.24.de dona.inter virum & vxo.Pariſ.in conſi.9.num.3.lib.2. & in cõnſi.64.nu. 9.lib.3.Palęotus de nothis ſpuriiſq; filiis.cap.45.Rolandus in conſi.74.num.29.lib.1.Et ſimile dicimus, quod quando ſtatutum prohibet maritum relinquere poſſe vxori , poteſt tamen id facere cauſa alimentorum , niſi fraude relictum appareat, ſicuti latè & doctè diſſerit poſt alios Gallia in commentariis ad conſuetudinem Alexandriæ, in verbo ſolidos.quæſt.6.

29 Idem dicendum eſt , quando † pater relinquit filiæ ſpuriæ cauſa dotis:ſicuti relinquere poteſt Bar.in l.vxor.§.pater naturalis.de leg.3 & in l.vlt.C.de dotis promiſ.& poſt alios Ripa in l.1.num.... ff.ſoluto matrimo. Nam & hoc intelligitur quatenus dos congrua exigit,non vltra,ſicuti ſenſit Bar. in d. l.vlti.num.7.ff.de his,quibus vt indign. qui ſe ita reſpondiſſe

30 ſcripſit.Et his † declarat egregia illa deciſio Afflicti in deciſ. 99.quod ſi pater propria pecunia acquirit emphyteuſim pro ſe & filio ſpurio , is ſpurius admittitur:cùm pater ei acquirere potuerit,ex quo illa pecunia pręſumitur numerata cauſa alimentorum ipſius ſpurij.Hoc inquam declaratur,vt locũ habere poſſit quatenus alimenta ipſa non excederent.

31 Extenditur decimo, † vt locum habeat etiam quando pater ſpurij inſtituit Principem aliquem ſub conditione.ſi perſonaliter veniet ad capiendum hæreditatem,& interim relinquat ſpurium & eius deſcendentes adminiſtratores & curatores hęreditatis,ſine redditione rationũ.Hoc etiam caſu fraus præſumitur:ſicuti in ſpecie ſcripſit Cæpolla, in dicta cautela 38.col.3.verſ.tertia cautela.Et præter eum exiſtimo, fraudem præſumi etiã ſi ſimpliciter inſtitueret Principem. Nam de eo cõfidere videtur , quod reſtituere faciet filio ipſius teſtatoris & ſi ſpurio.

32 Extenditur vndecimò , † vt habeat locum etiam quandò pater ſpurij reliquit ipſi ſpurio , non nominando eſſe filium ſuum,iuxtà cautelam Thomæ Feratij,caut. 41.in fi.quam improbauit Neuiz.in lib.1.Syluæ nupt.nume.56.Nam & hoc in caſu non inualidum erit relictum , detecta fraude, cùm filiatio multis modis probari poſſit, vt ſcripſi in lib.1.de arbitra. iudicum.caſu 89.

33 Declaratur † primo,vt locum non habeat hæc prohibitio,

ac fraudis



ac fraudis præſumptio circa eam , quando pater reliquit filio ſpurio , cum legitimus & relicti capax erit.Ita in ſpecie declarant Baldus in l.1.C.de inſti.& ſubſti.Aretinus in l.Gallus. §.inſtituens.in primo notab. ff. de liberis & poſth. & ibidem Alex.nu.2.Iaſ.nu.5.Rui.num.8.& Soci.Sen. nu.3. & idem Socinus in l.quidam relegatus.nu.11.ff.de reb.dubijs.Durans in tract.de arte teſtandi.in tit.2.cautela vlt.Cur.Iun.in conſ.84. nu.3.Catelianus Cotta in memoral.in verbo,ſpurius: Didacus in epitome de ſponſal.in ſecunda parte,c.8.§.5.nu.12.Io. Marcus Aquilinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum in verbo, quid enim,ſi aquæ. nu. 182.ff.de libe. & poſthu. & Melchior Palaez in tract.de maioratu.1.q.2.nu.1. Quibus conſtat hanc eſſe receptam opinionem , & ſi ab ea diſſentiunt Imola in l. in tempus.ff.de hæred.inſtit.Gozadinus in conſi. 21. nu.33. & Alcia.in l.Gallus §.inſtituens.nu.12.ff.de lib.& poſth.

34 Quorum opinio † defendi poteſt in filio inceſtuoſo , qui nec quidem ſub conditione, cum capax erit, inſtitui, eique relinqui poteſt,vt docuit Baldus in l.ſi quis inceſti. C. de inceſtis nupt.quem ſecuti ſunt Rui.nu.8. in fi. & Alciatus. ibidem Salicetus,Corneus in conſi.25.lib.1. Alex. in l. Gallus.§. inſtituens.nu.2.ff.de libe.& poſth.& ibidem Rui.nu.8.in fi.& Alciatus.nu.... Corſetus in ſing. in verbo , hæres. Marſi.in ſing.143.& Didacus in d.§.5.nu.13.verſ.hæc tamen concluſio.

35 Cæterùm † dubitari hic ſolet , quid de hæreditate agendum erit , pendente illa conditione, atque ita prius quam ſpurius iſte capax efficiatur ? Et multæ quidem ſunt Doctorum opiones. Prima fuit eorum,qui exiſtimarunt , filium ipſum ſpurium conſequi poſſe adminiſtrationem per bonorũ poſſeſſionem ſecundum tabulas. Ita.Bal.in l.vlt. C.de ijs,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.Verùm à Baldo rectè diſſentiunt Ludouicus Sardus in tract.de legitimatione.in fine,& Cæpolla in cautela.37.columna 7.verſ.octaua cautela.

36 Ea ratione moti ſunt , quia † bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas non defertur , niſi ijs, qui alioqui ab inteſtato ſuccedere poſſunt. l. 2. §.ſi ſub conditione. ff.de bono. poſſe. ſecund.tab.Alij verò dixerunt, quòd pendente hac conditione ipſemet ſpurius dari poteſt curator ipſi iacenti hæreditati. Ita Baldus & Angelus in l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſti.idem Baldus in l.vlt.ff.de ijs,qui ſunt ſui,vel alien. iuris. Alexan.in l.Gallus.§.inſtituens. col. 1. verſ. ſubdit Baldus. ff. de libe.& poſth.Io. Lupus in rub.extra de donat.inter virum & vxo.§.29.num.4.Cur.Iun.in conſi.84. num. 4. Didacus in epitome de ſponſal.parte ſecunda cap.8. §.5.nume.12. verſic. imò hic Io.Marcus Aquilinus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum in verbo,Quid ſi aquæ.num.187.de lib.& poſth.& Melchior Palaez in Tract.de maioratu parte prima.q.2.num.2.& idem ego ipſe ſcripſi in conſi.473.num.19.lib.5.Diſſentiunt tamen à prædictis Imola.in l.tempus.ff.de hæred.inſtit.& Gozad.in conſi.21.num.33.Cæterùm Aretinus.in d.§. inſtituens in primo notab. fuit in tertia opinione , nempè, quod ita demum ſpurius ipſe decerni poſſit curator , & adminiſtrator bonorum,ſi prius decreta ei fuit bonorum poſſeſſio. Quæ ſanè opinio vera non eſt : Cùm iam dictum fuerit , bonorum poſſeſſionem ſecundum tab.decerni non poſſe ſpurio,qui alioqui ab inteſtato ſucceſſurus non erat.

Ego certè totum iudicis arbitrio tribuerem : ſicuti etiam eius poteſtati committere mihi videntur Baldus ; Angelus, Alex.& reliqui,cùm ſcribunt , quòd ſpurius iſte dari poteſt curator bonis.

37 Non enim dicunt , dari debere , ſed † poſſe , quod poteſtatem , & arbitrium ſignificat : vt ſcripſi in libro primo de arbitra. iud. quæſt.8.nume. 48. Iudex autem pro ſua religione non decernet ſpurium hunc bonorum curatorem , ſi conijciet , ſpurij patrem ad fraudandum legis diſpoſitionem eum hæredem feciſſe. Id quod ſenſit , & Caſtren. in d. conſil. 467. Viſo puncto , occurrunt dubia in fine. libr. 2.

38 Eſt præterea obſeruandum , quod † quando pater reliquit filio illegitimo,cùm factus erit legitimus,& capax ſucceſſionis;ipſi filio ſtatui poterit terminus,intra quem ſe legitimari faciat;alioqui excluſus ſit.Ita Bald. in cõſi.146.Titulus Principis.col. pen.verſ.Item apparet quædam cautela. lib.1.quem ſecutus eſt Melchior Palaez in dicto Tract.de maioratu parte prima.q. 2. numer. 3. Declaratur ſecundò hæc diſpoſitio, vt locum non habeat, quando ſucceſſuri ab inteſtato promiſiſſent in ipſo teſtamento , in quo ſpurio relictum fuit , illud obſeruare. Nam tunc relictum valebit. Ita in ſpecie reſpondit Signorolus,in conſ.114.col.1.

## PRÆSVMPT. XCVII.

Vxori à marito relictum,quãdo in fraudem legis præſumatur legatum.

### SVMMARIVM.

1 *Maritus relinquendo vxori, cui lege municipali relinquere prohibetur,quando in ipſius legis fraudem reliquiſſe præſumatur,per totum.*

2 *Lege 12.tabularum ſancitum eſt,licere vnicuique de rebus proprijs pro ſui libito diſponere,& cuicunque relinquere.*

3 *Lex Voconia , à Voconio lata,ne quis pecunioſus hæredem relinqueret filiam.Quæ abrogata fuit ab Imp.num.4.*

5 *Statutum Papienſe prohibens vxorẽ hæredem inſtitui, complexus eſt vniuerſalem,& particularem diſpoſitionem.*

6 *Verba,inſtituo,lego,& huiuſmodi directa ſunt,verbum autem,relinquo,eſt commune.*

7 *Statutum ſi prohibet relinqui vxori, intelligitur etiam prohibere ei relinquere per interpoſitam perſonam.*

*Et ſi permittat vxori relinqui poſſe vſumfructum,intelligitur , vt poſſit ei relinquere etiam ad ſecunda vota tranſeunti.*

1 NON eſt à præcedenti † longè diſſimilis hæc diſputatio,quando.ſ.maritus relinquẽdo vxori,cui relinquere lege municipali prohibetur, in ipſius legis fraudem pręſumatur reliquiſſe? Hac de diſputatione multa adeo doctè,& acutè ſcripſerunt duo huius ætatis celeberrimi eruditiſſimique iureconſulti Petrus Pekius in commentariis de teſtamentis coniugum,multis in capitibus,quæ ſuis locis referã, & Lancillottus Gallia in Commentariis in conſuetudinem Alexãdrinam, prohibentem maritum relinquere vxori , in verbo, legare.q.1.& q.2.vt pauca mihi dicenda ſuperſint. Ne tamen tam celebris,& cõiecturalis diſceptatio neglecta à me prorſus videatur, nonnulla his ſcriptis committam. Et primum quidem obſeruandum eſt, iure communi variè hac de facultate relinquendi à maritis vxoribus ſancitum fuiſſe.

2 Nam lege † 12.tab.permiſſum vnicuique fuit de rebus pro ſui libito diſponere, & cuicunque relinquere. Ea enim lege dicebatur,vti quiſque legaſſet,rei ſuæ,ita ius eſto.l.verbis le-

3 gis de verb.ſignif. Deinde à Voconio † lata fuit lex , quæ ab eius nomine dicta eſt Voconia,qua cautum fuit, ne qui cenſus,hoc eſt, pecunioſus hæredem relinqueret filiam : quemadmodum Aſconius Pedianus in actio.3. in Verrem annotauit.Gellius verò.lib.17.noct.attica.c.5.ac D. Auguſt.in libr. 3. de ciuitate Dei , ſcriptum reliquerunt , legem Voconiam prohibuiſſe,ne quis hæredem fœminam faceret, nec vnicam filiam. Id quod ex Diuo Auguſtino , & Gellio annotarunt Zaſius , & Ludouicus Charondas in Catalogo legum antiquarum.Franc. verè Hotomanus in Indice legum Romanarum ſcriptum reliquit,Voconiam hanc legem ſtatuiſſe , Ne qui cenſus eſſet , virginem ne vè mulierem ſupra quadrãtem ſuorum bonorum hæredem inſtitueret.Paulus autem Manutius in Commentariis,de legibus Romanis ex Dione lib. 56. ſcripſit,lege Voconia ſancitum , ne quis hæredem relinqueret filiam ſupra. Hs. XXVIII.

4 Hæc † lex abrogata deinde fuit ab Imperatoribus,qui non modò permiſerunt maritis relinquere hæredeſq; facere proprias vxores:ſed & illas poſſe certis in caſibus maritis ab inteſtato ſuccedere , vt illo in titulo Codicis vnde vir & vxor. Extant,& multa iuriſconſultorum ac Imperatorum reſpõſa, in quibus de libera hac relinquendi vxoribus poteſtate agitur. Cæterùm legibus municipalibus multis in locis coarctata , non autem omnino ſublata fuit hæc facultas. Statuto enim Papienſi in Ciuilib.90.Rub.Quod maritus non poſſit eius vxorem hæredẽ inſtituere, legare, nec relinquere in aliqua vltima voluntate,niſi vſumfructum.Statutum verò Alexandriæ,

xandriæ,quod doctiſſimis ſuis Commentarijs illuſtrauit Gallia,ſanciuit,vxori non poſſe relinqui vltra viginti ſolidos.

5 Et ſtatutum quidem illud † Papienſe dum prohibet dum vxorem inſtitui hæredem vel ei legari, vel reliqui, complexus eſt vniuerſalem, & particularem diſpoſitionem: nempè inſtitutionem,& legata: comprehendere etiam voluit directam, & obliquam vocationem. Directam ſanè dum inſtitutionem, & legatum prohibuit. Sunt enim hæ directæ vocationes; ſicuti ſatis manifeſtum eſt. Obliquam verò ſigni-
6 ficauit illo verbo, relinquere. Verba hæc inſtituo, † & lego, eſſe directa affirmant omnes. in l. Centurio.ff.de vulg.& pup. ſubſt. & copioſè Sforcia Oddo in Commentarijs, De compẽdioſa ſubſtitutione,in verbo,inſtituo,& in verbo, lego. Illud verò verbum,relinquo,eſt commune:ſicuti Sforcia præcitato in loco in verbo,relinquo, ſcripſit. Et idem docuit Craue.in rub.de leg.1.num.74. Porrò in caſu huius ſtatuti ſignificat obliquam diſpoſitionem: cùm iam de directa ſatis dixiſſet. Et præterea,accedit, quòd etiam ſi ſtatutum ſimpliciter prohibuiſſet maritum poſſe legare vxori; cenſeretur etiam prohibuiſſe ei per fideicommiſſum relinqui. Cùm eadem ſit ratio:ſicut in ſpecie ſtatuit Alexandriæ rectè ſcripſit Lancillottus Gallia in præcitatis Commẽtarijs in verbo, legare.num.5.& num. 12. poſt Petrum Pekium in Tract. de teſtamentis coniugum.lib.4.cap.4.

Et ſubiungit Gallia.num.13.locum etiam habere, quando teſtator ipſe rogaſſet hæredem reſtituere cui vellet: Nam,& tunc prohibita erit vxor eligi per hæredem: Cùm illa cenſeatur electa non ab ipſo hærede, ſed à marito teſtatore relinquere prohibito:atque ita fraus præſumitur: Sicuti etiam in ſuperiore præſumptione diximus; quòd ſicuti prohibetur pater relinquere ſpurio,ita etiam non poteſt ſpurius ille eligi ab hærede grauato reſtituere cui vellet.

7 Eſt præterea † obſeruandum; quod ſicuti ſtatutum Papiæ prohibet relinqui vxori; ſic intelligitur prohibere ei relinquere per interpoſitam perſonam:quemadmodum ſtatutum prædictum Papiæ declarant Curtius Iunior in conſi. 6.nu.7. juncto.num.19.& Alciatus in reſp.71.nu.5. quos ſecutus ſum in lib.2.de arbitrarijs iudicum.Caſu.359. nume.28.& ſecutus eſt Gallia præcitato in loco.num.23.Et ad rem alia ſcripſi ſupra in præcedenti præſumptione: Non hic repetam alia multa, quæ doctè & diligenter explicando ſtatutum illud Alexandrinũ ſcripſit Gallia:Nam facilè apud eũ legi poſſunt.

8 Illud † etiam obſeruandum eſt in ſtatuto Papienſi; quo permiſſum eſt marito,vt relinquere poſſit vxori vſumfructũ; intelligi,vt liceat ei relinquere etiam ad ſecunda vota tranſeunti.Et ſi repugnare videntur illa verba ſtatuti.*Sed dicto vſufructu vti non poſſit,niſi honeſtè,& in viduitate manendo.* Ita reſpõderunt in ſpecie Cephalus in conſi.59.lib.1. & Natta in conſ. 463. lib. 2. qui prædicta ſtatuti verba acutè & egregiè declarant.Et audio Excellentiſs. Senatum Mediolani ſic pronunciaſſe anno.1553.menſe Ianuario.

## PRÆSVMPT. XCVIII.

Moleſtiam, vel controuerſiam cum prohibet teſtator inferri hæredi, vel legatario, qua de moleſtia, & controuerſia ſenſiſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Teſtator quando mandat moleſtiam non inferri,vel controuerſiam hæredi vel legatario,de qua moleſtia, & controuerſia intelligatur,per totum.*

*2 Moleſtia,& controuerſia in idem ſonant.*

*3 Teſtator ſi de re aliqua, de qua diſponere non poterat,prohibet inferri moleſtiam hæredi, intelligitur de moleſtia facti tantum, non iuris.*

*4 Ius ſibi dicere nemini eſt permiſſum.*

*5 Lex prohibet apertè aliquem de facto non debere vexari.*

*Teſtator non poteſt diſponere contra legis præcepta.*

*7 Teſtator ſi de re ad libitum poteſt diſponere, ſi prohibet moleſtiam, vel controuerſiam inferri ei cui reliquit,intelligitur,de moleſtia tam iuris,quàm facti. Et multo magis, ſi teſtatore vſus eſt verbis generalibus.num.8.*

*Et quid ſi teſtator potuit quidem de re ipſa diſponere, & prohibuit moleſtiam inferri, ſed tamen illa moleſtia infertur de re, quæ eſt ſecundum naturam diſpoſitionis,& actus, num.9.*

*10 Teſtator an & quando præſumatur ſenſiſſe de moleſtia tam iudiciali,quàm extraiudiciali, quando prohibuit moleſtiam inferri hæredi.*

*Et quid in alijs contractibus.*

*11 Moleſtiam facti dicitur inferre etiam ille,qui occultat res,iura,aut actiones.*

*12 Moleſtia facti dicitur etiam,quæ à ſolis verbis prouenit, vt ſi quis diffamet fundum non eſſe meum.*

*13 Moleſtiam iudicialem inferre is dicitur, qui non ſolum agit, ſed etiam excipit.*

*14 Moleſtiam non dicitur inferre, qui in iudicio, vel extra proponit aliquid, quod negari non poteſt eſſe verum.*

1 DVBITARI † frequenter ſolet, quando teſtator mandat,moleſtiam non inferri,vel controuerſiam fieri non debere hæredi, vel legatario, qua de moleſtia & controuerſia intelligatur, an de ea,quæ facti tantum eſt, vel etiam de ea, quæ alioqui de iure inferri poteſt?Hic primum dicimus,nullam eſſe differentiam inter hæc duo, moleſtiam & cõtrouer-
2 ſiam: cùm † idem ſignificent & æquipolleant, vt manifeſtè ſcripſerunt Imola & Comenſ.in l. Lucius. §. tres hæredes.ff. ad Trebel.Alex.in conſ.52.num.2.lib.1.repetitum in cõſ.177. lib.5.quos etiam ſecutus eſt Soc.Iun.in conſ.113. nu.38.lib.1. & idem ſenſit Ripa in l.1.num.2.ff.de re iud.Hoc ſic explicato,diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

Primus eſt, quando teſtator de re aliqua diſponere non potuit,vt ſi quid relinquit ei,cui non licet relinquere,& prohibet ei inferri moleſtiam vel cõtrouerſiam. Hoc ſanè caſu, præſumendum eſt,teſtatorem ſenſiſſe de cõtrouerſia & moleſtia facti tantum, non autem iuris, & propterea incideret in pœnam qui de facto hæredem, vel legatarium illum vexaret.Ita rectè reſpondit Barba.in conſ.56.columna penultima ad finem.lib.3.

Et huius quidem ſententiæ ea afferri poteſt ratio,quia & ſi teſtator legare & diſponere ea de re non potuit, attamen prohibere potuit violentiam facti:cùm & lege ipſa moleſtia
4 de facto prohibeatur. Non enim † cuiquam permiſſum eſt ſibi iuſdicere.l.vnica.C.vt nem.liceat ſibi ſine iud.ſe vind.

Ex quo infertur, quod & ſi non licet patri relinquere filio ſpurio,& prohibere ne ei inferatur moleſtia, vt egregiè tradit Caſtr.in l.Lucius.§.tres hæredes,num.4.verſ.pone exemplum.ff.ad Trebel.attamen intelligitur, quod non poſſit inferri ei moleſtia de facto, & quo ad hoc præceptum teſtatoris valet. In eo enim quod legatum facit teſtator, malè agit: cùm aduerſus legis præcepta diſponat: In eo verò quod vio-
5 lentiam facti prohibet, iuſtè & rectè facit: cùm † & lex ipſa prohibeat quemcunque de facto vexari. Ita quoque intelligi & declarari poteſt quod ſcripſerunt Baldus in l.vnica, num. 44.C.de his,quæ pœnæ nomine,& in cap.clerici, in fine de iudiciis,Caſtren.in d l.Lucius.§.tres hæredes.num.3. & 4. ff. ad Treb.Iaſ.in auth.ingreſſi,num.39.C.de ſacroſanct.eccl.& Didacus in c.Raynaldus.§.1.num.8.in fin.de teſta.cùm dixerunt, quod ſi teſtator legauit monacho, & prohibuit moleſtiam ei ab eius Abbate inferri, alioqui in pœnam legatum illud ad alium tranſiret,teſtator legare ſic non potuit, ſed de iure Abbatem poſſe conſequi legatum tanquam monaſterio acquiſitum:ſic etiam quando maritus prohibuit inferri moleſtiam vxori, cui prohibente ſtatuto non potuit legare, vt reſpondit Ruinus in conſ.44.num.7.lib.2.Declarari inquam poteſt hæc traditio, vt intelligatur & valeat diſpoſitio ſeu prohibitio quò ad moleſtiã facti,quã Abbas inferre non po-
6 teſt,de iure autẽ atque ita in iudicio poteſt:cùm teſtator † diſponere non poſſit contra legis præcepta.l.nemo poteſt, de leg.1.& ad rẽ ſic reſpondit Bar.in d.conſ.56.col.pen.lib.3.

7 Secundus eſt caſus,quãdo † teſtator poteſt de re aliqua ad libitum diſponere, & prohibet moleſtiam, vel controuerſiã inferri ei,cui reliquit. Hoc ſanè caſu præſumitur teſtatorem ſenſiſſe tã de moleſtia iuris quàm facti. Ita intelligo loqui gl. in d.l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.in verbo, mouerit:& Bar.in l.pater famil.n.6.ff.de hęred.inſt.ſic quoq; rectè Alex. in conſ.



in conſ.52.lib.2.reſpondit, quod ſi teſtator reliquit fundum vxori, & prohibuit hæredi ne controuerſiam vel moleſtiam ei ſub pœna priuationis hæreditatis inferret,non poterit hæres in iudicio vexare legatariam illam: cum (vt dixit Alex.) potuerit teſtator ſic relinquere & pœnam priuationis indicere. Et Alexandrum ſecuti ſunt Ripa in l.1.nu.2.ff.de re iud.& apertius Soc.Iun.in conſil.113.nu.34.verſ.in quantum verò. lib.1.cum multis ſubſequentibus,qui reſpondit,quòd ſi teſtator tacitè prohibuit filio hæredi detractionem legitimæ & Trebellianicæ ad beneficium ſubſtituti, quem non moleſtari mandauit hæredi ſub pœna priuationis hæreditatis,intelligitur prohibita etiam moleſtia iudicialis:Cùm detractiones illas impedire potuerit teſtator filio, qui hæres eſſe voluit. Et cum Socino idem illomet in caſu reſpondit Ruy.in conſi.77. nu.7.& 8.lib.2.& ſi de eadem facti ſpecie reſpondens Decius in conſ.581.num.11.aliter & malè ſcripſerit.

8 Et hic quidem caſus † multò magis locum habet quando teſtator vſus eſt verbis generalibus,vt ſi dixit, quod, quoquo modo moleſtia non inferretur,vel quouis modo,vel qualitercunque & ſimilibus. Nam tunc ſine dubio dicitur prohibuiſſe etiam moleſtiam iudicialem. Ita reſponderunt Barba. in conſ.56.col.8.verſ.præterea faciat.lib.3. Decius in conſ.613. num.1. & Ruynus in d.conſ.77.num.8.lib.2. Fel.in cap.cauſam,quæ.num.14.verſ.hæc autem, de reſcript.Quocirca hæres moleſtia hac afficiens legatariam iure priuatur hæreditate, & propterea definit eſſe hæres cum effectu & directè: Non amittit tamen detractionem Trebellianicæ:ſicuti egregiè docuit Imola in l.paterfam.teſtamento.num.17.ff.de hæred.inſtit.quem malè intellexerunt Barb.in c.in præſentia.num 13. de probat.& in conſ.12.col.7.lib.1.& in conſ.14 col.10.lib.4. & Corſetus in ſingulari in verbo,moleſtia.Illam tamen Imolæ traditionem improbauit Ruy.in conſ.48.nu.18.lib.2. Qua de re amplius deliberandum eſt.

9 Tertius eſt caſus, quando † teſtator potuit quidem de re ipſa diſponere,& prohibuit moleſtiam inferri, ſed tamen illa moleſtia,quæ deinde infertur eſt de re,quæ eſt ſecundum naturam diſpoſitionis & actus,vt eo in exemplo,ſi teſtator prohibuit moleſtiam inferri vxori,cui reliquit bonorum ſuorum vſumfructum: & hæres petat cautionem ſibi ab ipſa vſufructuaria præſtari de vtendo & fruendo boni viri arbitrio:Hæc ſanè moleſtia à teſtatore prohibita non præſumitur,ex quo eſt de natura vſusfructus quod cautio præſtetur.Ita in ſpecie docuit Baldus in l.1. num.... C.de vſufructu.& in l.1.nume.27. C.de his, quæ pœnæ nomine, quem ſecuti ſunt Comenſ. in conſ.51.Quod dictus Ambroſius.num.... Alex.in conſ.52. nu 6.lib.2.& in l.1.nu.2.de bonis.§.1.num.5.ff.ad l.Falcid.Barba.in c.in præſentia,num.13.de probatio.& in conſ.12.col.7. lib.1.& in conſ.56.col.5.lib.3.Ruynus in conſ.51.num.15.lib. 1.in conſ.48.nu.2.& in conſ.77.num.3.lib.2.Decius in conſ. 581.nu.11.Antonius Corſetus in ſingulari in verbo, moleſtia: incipit.Quis Bertran.in conſ.11.col.1.lib.1.Soc.Iun.in conſ. 115.nu.26.in fin.lib.1.Didacus in cap.Raynaldus.§.1.num.8. de teſta.& Rebuffus in tract.nominationum.q.vlt.nu.3.

10 Quartus † eſt caſus, quando ex mente præſumpta, vel potius ex ſubiecta materia colligitur teſtatorem, vel alium diſponentem, vel contrahentes ſenſiſſe tam de iudiciali moleſtia quàm de extraiudiciali, quæ facti eſſe dicitur.Ita Baldus in l.1.C.de nundinis.Corſetus in ſingulari in verbo,moleſtia, incipit.Quis.verſ.limita prædicta. Alex.in l. clam poſſidere, in prin.num.6. ff. de acq. poſſ. & manifeſtius Didacus in d.c. Raynaldus.§.1.num.8.verſ.quandoque tamen.de teſta. Et his accedunt Decius in cap.ſciſcitatus.in 4.notab. de reſcript.& Gomeſ.in regula Cancellariæ, de triennali poſſeſſore.q. 58. verſ.& iſta omnia.Afferri ſolet exemplum,vt ſi aliquis prohibetur moleſtari in nundinis: intelligitur tam de moleſtia iuris quàm facti, ſicuti Baldus,Corſetus & alij præcitati ſcripſerunt.Eſt ſimile exemplum,quando conuentum fuit inter ſpoliatorem & ſpoliatum, quod is ſpoliator non moleſtaretur: intelligitur tam de iure quàm de facto.Butrius & Abbas in c. 2.nu.16.in ſ.de reſti.ſpolia.quos ſecuti ſunt Barb.in conſ.20. colum.14.in fin.libr.2. Decius in c.ſciſcitatus.in 4.notab.de reſcript.Felinus in c.cauſam, quæ.nu.24.de reſcriptis.& Gomeſ.in d.quæſt.58. Iaſ.in l.vbi pactum.in fi.C. de tranſact.& Rebuffus in d.tract.Nominationum.quæſt.vlt.nume.3.verſiculo alij habent. Hoc enim ſuadet ipſa ſubiecta materia:cùm ſpoliato permiſſum non ſit de facto recuperare amiſſam poſſeſſionem,niſi incontinenti. Et ideò promittendo non moleſtare intelligitur de iure. Poteſt etiam afferri exemplum ex Imola in conſ.29.ſi adminiſtratori promiſit dominus, quod eum non moleſtabit, intelligitur quo ad actum adminiſtrationis,& ne ob leuem culpam teneatur,ſed de iure, vt ſcilicet conueniri poſſit ad reddendam rationem, & reſtitutionem reliquatus:cùm dominus non præſumatur donaſſe ipſi adminiſtratori,quod ex ea adminiſtratione percepiſſet,&,Imolam ſecuti ſunt Barba.in c.in præſentia.num.13.de probat.& Felinus in cap.cauſam,quæ.num.22.in fin.de reſcriptis.Eſt etiam ſimile quod reſcriptum reliquit Gomeſ.in regula cancellariæ de triennali poſſeſſore.q.58.cùm dixit, regulam illam prohibentem triennalem poſſeſſorem moleſtari, intelligi debere non ſolùm de moleſtia facti, ſed ſpecie iuris:atque ita tam de iudiciali,quàm extraiudiciali moleſtia:cum ſubiecta ipſa materia & mens ſummi Pontificis ſit,vt cenſeatur cuicunque impoſitum perpetuum ſilentium aduerſus triennalem poſſeſſorem.

11 Moleſtiam facti † (vt hoc etiam explicem) afferre dicitur etiam ille,qui occultat res,iura & rationes. Ita Ripa in l.1.nu. 2.de re iud.reiecta contraria opinione Caſtr.in conſ.221.Antequam.num.1.lib.2.

12 Et etiam facti † moleſtia,quæ à ſolis verbis prouenit:ſicuti quando quis diffamat fundum non eſſe meum, atque ita ſua vociferatione impedit, ne colonos inueniam. Ita ad rem reſpondit Alex.in conſ.52.num.4.lib.2.ex ſententia Bar.in l.1. §.huius autem interdicti.ff.vti poſſid.Idem reſpondit Ruin.in conſ.48.num.10.lib.2.

13 Moleſtiam verò † in iudicio infert ille,qui non ſolùm agit, ſed etiam excipit.Bar.in l.non ſolùm.§.ſi ſtatus.ff.de procur. & in l.amplius non peti.ff.rem ratam hab.& Ripa in d.l.1.nu. 1.& 2.ff.de re iud.Idem reſpondit Alex.in d.conſ.52.nu.2.lib. 2.Ruin.in d.conſ.48.num.10.lib.2.

14 Ille verò,qui † in iudicio vel extra proponit aliquid, quod negari non poteſt eſſe verum, non dicitur inferre moleſtiam ſed potius ſibi inferri, ſi id negetur. Ita reſpondit Anchar.in conſ.149. In prædicta quæſtione reperio.num.5.quem ſecutus eſt Ripa in l.1.numero 2.verſic.intellige prædicta.ff.de re iudic.

## PRÆSVMPT. XCIX.

Hæreditatis aditionem non præſumi: nec ſolo ipſo animo fieri,diligenter explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Hæreditas quando & quibus coniecturis præſumatur adita.*

*2 Hæreditatis aditio non præſumitur,nec ſolo animo fieri poteſt.*

*3 Hæreditatis aditio eſt quid facti,ob id non præſumitur,etiam ſi hæreditas eſt opulenta.*

*4 Filius licet ob ſuitatem videatur ipſo iure hæres patris, non præſumitur tamen ſe ipſi hæreditati immiſcuiſſe, niſi animum ſuum declarauerit ſe hæredem eſſe.*

*Intellige,quando ipſe filius conuenitur à creditoribus, & ſic de eius præiudicio agitur,ſecus verò ſi ipſe agit,& agitur de eius commodo.num.5.*

*6 Hæreditatis aditio poteſt præſumi, & verbis, & factis,& quomodo.num.ſeq.*

*Non enim ſolus ipſe animus ſeparatus à verbis & factis ſufficit, vt poſſit dici adita hæreditas,& num.15.*

*7 Pupillus non dicitur habere in ſe perfectam animi deliberationem ob ætatis defectum,nec quo ad voluntatem,nec quo ad aliquem actum.*

*8 Obligari quis non dicitur ſolo animo, & ſola voluntate niſi Deo. Contra num.12.*

*9 Ius Cæſareum,& Pontificiũ non obligat,niſi de actibus extrinſecis,*

*10 Hæreditatis aditio non fit principaliter ad obligandum adeuntem. ſed ad acquirendum ſibi.*

*11 Acquiſitio fit etiam ignoranti,& acquiritur etiam acceptanti ſola animi deſtinatione,*

*12 Repudians hæreditatem alteri non obligatur.*

*13 Hæreditas compræhendit æqualiter iura tam paſſiua, quam actiua,& quid differat aditio à repudiatione.*

14 *Hæreditatis aditio nullo facto vel dicto declarata,eſt ſolus quidam actus in mente retentus.*
*Actus in mente retentus nil operatur.ibid.*
15 *Lex nihil fruſtra operatur.*
16 *Hæres in iudicio poteſt interrogari,vt cum iuramento reſpondeat, an adiuit iam hæreditatem,& reſpondere tenetur.*
17 *Intellectus.l.pro hærede,in princ.ff.de acquir.hæredit.*
18 *Intellectus.§.pen.inſt.de hære.qualit.& different.*
19 *Animi ſola deſtinatio dicitur deliberatio ſine verbali expreſſione.*
20 *Intellectus.l.ſi auia.C.de iure delib.*
21 *Verbum, decreuit, ſignificat animi deliberationem ab omni actu ſeparatum.*
22 *Intellectus.l.2.C.de offic.præ.Cæſa.*
23 *Intellectus.l 2.& 3.ff.de interroga.actio.*
24 *Difficile id dicitur,quod in ſolo animo conſiſtit.*
25 *Hæreditatem adire is dicitur, qui verbis declarat hæredem eſſe: pro hærede verò is ſe gerit,qui factis ſe hæredem declarauit.*

1 CVM hactenus † actum ſit de coniecturis &
præſumptionibus,quæ verſantur circa inſtitu-
tiones directas & obliquas factas à teſtatori-
bus, qui hæreditates relinquit: viſum è re fuit
hoc in loco explicare,quando & quibus con-
iecturis adita præſumatur hæreditas ab hæredibus. Et quan-
quam tractationem hanc copioſè & diligenter admodum ex-
plicuerint Bart. & reliqui in l.gerit.ff. de acquirenda hæredi-
tate & ex recentioribus duo eruditiſſimi iureconſulti nempè
Aſinius in lege quarta.§.nec quis putet.ff. de religioſ.& ſum-
ptus funer.& doctiſ.Mantica in commentariis de coniecturis
vltimarum voluntatum libr.12.tit.9. vſque ad 14. & Maſcar-
dus in tract.de probationibus,in prima parte, in concluſ.40.
cum multis ſubſequentibus.

Verùm tamen,cùm frequens & celebris ſit diſputatio,ali-
qua & ego non contemnenda his committam ſcriptis. Eſt au-
2 tem prius obſeruandum: † aditionem hæreditatis non præſu-
mi: ſicuti reſponderunt Baldus in conſil. 224. ſuper eo libro
2. Signorolus in conſil.165.num.4. Romanus in conſil.154.
numer.ſecundo. Corneus in conſil.308.numer.7.& in conſil.
337.numer.12.lib.2.& in conſil.77.colum.prima.lib.3.& in
conſil.512.columna 2.lib.4.Decius in conſil.442.numer.17.
Crauet. in conſil.33. numer.2. in conſil. 197. numer.4. & in
conſilio 312. numero 3.& in conſilio 456.num.2. Aſinius in
d.§.nec quis putet,numero 158.& Vincentius Francus in de-
ciſ.60. numero 10. Quam ſententiam probat.l. ſi pupillus.§.
3 Iulianus.ff.de acquirenda hæreditate. Et † accedit ratio, quia
adire hæreditatem eſt quid facti.l. pro hærede.ff. de acq. hæ-
red.non præſumitur.l. in bello.§.factæ.ff. de capt.& poſtlim.
reuerſ.& dicemus infra lib.6.in præſumpt.& prætereà accedit
ratio, qua vſi ſunt Signo.in conſil.165. numer. 36. & numer.
40.& Crauet.in conſil.967.num.20.quod aditio hæreditatis
eſt quid odioſum, & ob id non præſumitur.Quocirca qui aſ-
ſerit, aliquem adiuiſſe hæreditatem probare debet.l.neceſſa-
riis.ff.de acquir.hæred.& l.1.C.ſi vt ſe ab hęred.abſtin.& ſcri-
bunt poſt alios Iaſon in l. 1. veteres.numero 12. ff. de acqui-
rend.poſſeſ. Crauet. in conſilio 37. numero 4. in d. conſilio
197.columna 2.verſic.quibus conſequens, & in conſil.898.
num.21. & Vincentius Francus in d.deciſ.60. num.10. & in
deciſ.80.num.8.

Et hæc quidem præſumptio locum habet etiam quando
hæreditas eſt opulenta. Nam adhuc non præſumitur aditio,&
ſi quando aliqua extat coniectura aditionis facilius præſu-
matur quàm quando opulenta non eſt. Ita declarando Cor-
neum in conſilio 310.lib.3. & Crauet.in conſilio 33. numero
12.decidit doctiſ.Vincentius Francus in deciſ.60.numer.22.
& columna vltima, & idem in deciſ.80 numer.9. vbi ſcripſit
ex eiuſdem Crauettæ ſententia, aditionem multò minus præ-
ſumi quando hæreditas eſt damnoſa.

4 Et prætereà præſumptio hęc locum habet etiam † in filio,
qui & ſi ob ſuitatem videatur ipſo iure hæres patris: attamen
non præſumitur ſe ipſi hæreditati immiſcuiſſe, niſi animum
ſuum declarauerit, ſe hæredem eſſe hæreditatiq́ue ſe immi-
ſcuiſſe.l.prima vbi glo.C. ſi ab hæred.ſe abſt.& in l.prima vbi
gloſſ.C. ſi ab hæred.ſe abſt.& in l. prima.C. de iure delibe.&
manifeſtius, gloſſ.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſo-
luto matrimonio vbi Bart.columna prima, verſic.quæro, cui
incumbit,& ibidem Caſtr.num.tertio.Alexan.num 10.in fin.
& Ciraquellus in tract. *le mort à Saiſit le vif.* in ſeptima parte,
in ſecunda declaratione.num.8.qui Baldum,Albericum,Bar-
batiam & Iacobinum commemorauit, affirmauitq́ue eum,
qui aſſerit filium adiuiſſe,ſeu ſe immiſcuiſſe hæreditati pater-
næ,probare id debere.

Et illis accedunt Decius in conſil.652.num.11.Roland.in
conſil.20.numer.17. libro primo. Natta in conſilio 140.nu.
tertio,& Crauet in conſ.456. numer.ſecundo,in conſil.602.
num.nono,& in conſ.795.num.3.

5 Cæterùm † traditio hęc intelligitur quando ipſi filius con-
uenitur à creditoribus,atque ita de eius damno & præiudicio
agitur, ſecus verò ſi ipſe agit, & tractatur de eius vtilitate &
commodo. Nam tunc eo ipſo, quod eſt filius, præſumitur
etiam hęres, ſicq́ue ipſi hæreditati ſe immiſcuiſſe.l. prima.§.
qui ſunt in poteſtate.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta.& l.ſi fratris.
C. de iure delib. quo loci in ſpecie ſic annotauit Iacobinus à
Sancto Georgio, & veriſſimum eſſe ſcripſit Tiraquellus in
dicta declaratione ſecunda num.8.in fin.Et idem ſcripſerunt
poſt alios Alex.in conſil.34.num.3.lib.3. & in conſil.77.nu.
3.lib.5.copioſè Io.Igneus in l.neceſſarios.ff.de iis, quibus vt
indig. & Iacobinus à Sancto Georgio in inueſtitura feudali
in verbo,Qui quidem inueſtiti iura:fideli.nu.38.

Eſt itaque vera hæc ſententia, hæreditatis aditionem, vel
immixtionem non pręſumi:Et propterea probari illa debent.

6 Cæterùm † aditio,vel immixtio colligitur atque præſumi-
tur altero de duobus modis,verbis,ſcilicet aut factis.

Non enim ſolus ipſe animus ſeparatus à verbis & factis
ſufficit, vt adita dici poſſit hæreditas:ſicuti ſcripſerunt glo.in
l.gerit,& in l.mutum.ff.de acquirenda hęreditate,& in §.pen.
inſtit.de hæred.qual.& differ.Bart.in d.l.gerit,numero quin-
to, Baldus & Salicetus in l.potuit.C.de iure delib. Caſtren.in
d.l.mutum,numero ſecundo.Fulgoſius in l.2.ff.de interroga.
actio.Aret.in l.pro hærede.ff.de acquirenda hæreditate, & in
conſilio 160.verſic.Quod autem.Imola in d.l.gerit, numero
3.Barba.in conſilio 41.columna penul.lib.4. Alex.in l.qui in
aliena, numero 5.ff. de acquirenda hæreditate & Guilielmus
Benedictus in cap.Raynutius in verbo, ſed quia numero 80.
& in verbo,mortuo itaque teſtatore,il.1.numero 357.Craue.
in conſilio 148.numer.10.de teſta. & Duarenus in commen-
tariis, de acquirenda hæreditate, in tit.Quomodo hæreditas
acquiratur,in principio.Quorum ſententia ſolet probari pri-
mum text. l. mutum. ff. de acquirenda hæreditate, quo loci
habetur, mutum & ſurdum ita natos pro hærede gerere &
obligari.

Exponit gloſſa, declarata voluntate aliquo actu: alioqui
eſſet impoſſibile cognoſcere illorum animum.

Secundò & melius probat.l. potuit.C. de iure deliber. vbi
in adeunda hæreditate delata pupillo non ſufficit tutoris au-
ctoritas, ſed requiritur vt cum ipſa voluntate concurrat actus
aliquis. Nec repugnat interpretatio gloſſæ ibi, in verbo, &
voluntas, cùm dixit: actum cum voluntate requiri, ſumendo
initium ab ipſo actu. Nam actus ſine voluntate non ſufficit
in adeunda hæreditate: ſicuti tractans negotia hæreditatis
eam adire non dicitur, ſi adeundi animus deficit.l.pro hære-
de.in princip.verſic.Cæterùm.& §.ſeruos,in fine.ff.de acqui-
renda hæreditate: ſed cùm ſumitur initium à voluntate, illa
ſola ſufficit, §.penult.in inſtit.de hæred.qual.& differen. Eſt
ſimile quod habetur in l.ſi liqueat, in gloſſa in verbo, conſi-
lium.C.de inof.teſtam. Eſt etiam ſimile, quod habetur in l.
quemadmodum.ff.de acquir.poſſeſſ.

Non inquam repugnat conſideratio hæc ſophiſtica potius
quam vera: quandoquidem nec ſi initium ſumimus ab ipſo
animo, ille ſufficit:cùm ſit quædam voluntas in mente reten-
ta,quę(vt ſtatim dicemus)nihil operatur.Non etiam dici po-
teſt, quod in caſu.d.l.potuit, id eſſe ſpeciale in pupillo, cuius
7 voluntas debet aliquo actu declarari: cùm † alioqui non ha-
beat in ſe perfectam animi deliberationem, ob ætatis defe-
ctum.l.pupillus.ff.de acquir.hæred. Nam ſicuti pupillus per-
fectam non habet animi deliberationem quo ad voluntatem:
ita nec quo ad aliquem actum, & ideò voluntas cum actu co-
mitata illum hæreditati non obligat: Quocirca in caſu. d.l.
potuit,non conſideratur perſona,nec animus actuſq́ue pupil-
li,ſed ipſius tutoris.
8 Tertiò optimè † cōfert ratio illa perpēſa à Bar. & reliquis,
quod



quod ſolo animo & ſola voluntate quis non obligatur, niſi
Deo.l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollicita. Hoſtien.in ſumma
voto,& Diuus Thomas in 2.2.q.98. Et accedit quod ſcripſi
in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu.360.nu.5.verſ.ego eam:
9 cùm dixi,ius † Cæſareum & Pontificium non iudicare niſi dè
actibus extrinſecis: Nam (vt auctor eſt M. Cicero in 3.offi-
ciorum) aliter leges aliter philoſophi tollunt aſtutias,leges
quatenus manu tenere res poſsūt:Philoſophi quatenus ratio-
ne & intelligentia. Et Gellius lib.7.noct.attica.c.3.ſcriptum
reliquit, in iudicium facta non voluntates vocari. Nec ergò
ſola voluntas hæredem hunc eſſe facit. Nec repugnat conſi-
deratio Angeli in dicta l.gerit, cùm dixit, aditionem hæredi-
10 tatis † non fieri principaliter ad obligandum adeuntem, ſed
ad acquirendum ſibi,vt inquit glo.in l.ſi infanti.C.de iure de-
11 libe. Porrò † acquiſitio fit etiam ignoranti, vt inquit l.cum
pater.§.ſurdo.de leg.2.acquiritur etiam acceptanti ſola ani-
mi deſtinatione.l.Labeo. vbi gloſ.ff.de iure iurando.& l.quo
12 enim.ff.rem ratam hab.Ita † videmus (inquit Angelus) repu-
diantem hæreditatem alteri non obligari, & tamen illa ſolo
animo fit:ſicuti ſtatim dicemus,ſic etiam reſpondet Angelus
illi auctoritati Diui Thomæ in 2.2.q.98.Nam (ait Angelus)
loquitur Sanctus Doctor, quando quis in animo principali-
ter vouet ſe obligare,quo caſu ſoli Deo tenetur.At hic vouet
in animo velle acquirere,quod poteſt:ob id conuenit,vt obli-
getur,iuxtà tex.l.ſecundum naturam.ff.de regulis iuris. Non
quidem repugnat conſideratio hæc: Quandoquidem aditio
hæreditatis æquè ſe habet tam ad obligandum adeuntem,
13 quàm ad acquirendum: cùm hæreditas † æqualiter compre-
hendat iura tam paſſiua quàm actiua.l.hæreditas.ff.de verbo-
rum ſignificatione: Nec repudiationis par eſt ratio cum adi-
tione: cùm repudiatione quaſi non contrahatur cum aliquo,
ſicuti quaſi contractus celebrari dicitur inter adeuntem &
creditores hęreditarios.§.1.in Inſti.de obli.ex quaſi cōtractu.
14 Quartò confert,quòd † hæreditatis aditio nullo facto, vel
dicto declarata,eſt ſolus quidam actus in mente retentus. At
qui actus in mente retentus. At qui actus in mente retentus
nihil operatur.Ergò hęc aditio nil prodeſt.Illa minor propo-
ſitio probatur in l.ſi repetendi.C.de condi.ob.cauſam, & co-
pioſè tradit Ripa in l.ſi vnquam.nume.3.& ibidem Tiraq.in
verbo,liberis.num.20.C.de reuoc.donat.
15 Et vltimò † accedit,quod lex nil fruſtrà operatur.l.hæc ſti-
pulatio.§.Diuus.ff.vt lega.nomine caueatur: cum ſimilibus.
At qui fruſtrà eſt diſputare,quòd quis ſolo animo dicatur adi-
uiſſe hæreditatem,cùm non poſſit in iudicium conueniri, de-
fectu probationis: cùm ipſius hæredis animus ſoli Deo co-
gnitus ſit. Ergò dicendum eſt,aditionem à lege non conſide-
rari,niſi aliquo extrinſeco actu,vel verbo declaretur animus.
Nec repugnat, fruſtrà à lege hoc non induci: Cùm poſſit
16 † is hæres interrogari, vt ſuo cum iuramento reſpondeat, an
iam adiuerit hæreditatem,& reſpondere is tenetur,l.ſecunda.
& l.tertia.ff.de inrerrogato.actio. ſicuti in ſpecie docuit Ro-
manus in dicta l.gerit.numero.7.& eodem in loco prius ſcri-
pſit Angelus,fieri poſſe poſitiones. Nam reſpondetur, hære-
dem illum,ſeu illum interrogatum non teneri illis interroga-
tionibus,& poſitionibus reſpondere, ſicuti in ſpecie ſcripſe-
runt Baldus in l.potuit.num.14.C.de iure delib.& Caſtren.in
dicta l.gerit.l.numero 6. Prætereà is interrogatus poſſet re-
ſpondere illis interrogationibus & poſitionibus, ſe hæredi-
tatem non adiuiſſe:Cùm nullum actum fecerit hęreditarium,
nihilq́ue dixerit,quo ſe hæredem facere. Nec animus ipſe ſo-
lus eum obligat alicui.

His intelligimus minus rectè ſenſiſſe eos, qui contrariam
opinionem conati ſunt defendere, affirmantes ſolo animo ab
omni facto ſeparato hæreditatem adiri. Qua quidem in opi-
nione fuerunt gloſſa in l.pro hærede.in princ.in verbo,quàm
animi.ff.de acquirenda hæreditate.Angelus in l.in bonorum.
nu.3.C.qui adm.Roma. in d.l.gerit.nu.6.Io.Fabri in §.vlt.in
Inſti.de hęre.qual.differen.Signorolus in conſ.188.col.2.ver.
prætereà ea cum ſola.Pract.Papien.in forma libelli, quo pe-
titur hęreditas ex teſtamento,in verbo,purè.num.4.Corneus
in conſ.75.col.2.verſ.item pondero.libr.2.& in conſ.254.nu.
2.lib.4.& Lancillottus Pollitus in tract.ſubſtitutionum.in ti.
de compendioſa.numero 42. Nec iura, & rationes quibus
prędicti in hanc adducti ſunt opinionē,vrgere mihi videntur.

17 Et primum † quidem afferri ſolet.l. pro hærede. in princ.
ff.de acquiren.hæred.cuius verba hæc ſunt. *Pro hærede autem
gerere non tam eſſe facti quàm animi.* Hic iuriſcon.Vlpianus ſe-
parat animum ab ipſo facto.Ergo vult ſolo animo aditionem
perfici.

Cæterùm,reſpondetur,Vlpianum dicere voluiſſe,animum
magis ſpectandum eſſe in hæreditatis aditione quàm factum,
quod ambiguum plerumq; eſt, niſi declararetur animus, quo
ſcilicet iure actum illud ſit.
18 Secundò † perpenditur text.§.penult.in inſtit.de hęredum
qualita.& differen.cuius verba hęc ſunt. *Sicut autem nuda vo-
luntate extraneus hæres fit:ita contraria deſtinatione ſtatim ab hæ-
reditate repellitur.* Dixit Iuſtinianus nuda voluntate hęredem
fieri:Non ergo vel verba vel facta requiruntur.Et rurſus,con-
ſiderantur illa verba: *Ita contraria deſtinatione, &c.*
19 Eſt deſtinatio † ſola animi deliberatio ſine verbali expreſ-
ſione,l.is, qui deſtinauit.ff. de rei vendit.& l.ſi nondum.C.de
furtis,& docuit Felinus in cap.cum adeo.numero ſecundo de
reſcript.cùm ergo dixerit Iuſtinianus ſola animi deſtinatione
repudiari poſſe hęreditatem, ſicuti adiri, ſequitur aditionem
ſolo animo fieri poſſe.

Verùm reſpondetur ex ſententia Imolæ in d. l. gerit. co-
lumna prima, verſ.nec obſtat text ff.de acquirenda hęredita-
te Iuſtinianum ſignificare voluiſſe,in hęreditatis aditione,ne-
ceſſe minime eſſe attingere aliquid hęreditarium, ſed tamen
non excludi animi declarationem.
20 Tertiò vrgere videtur † l. ſi vna.C.de iure deliberandi ibi.
*Ex ſola animi deſtinatione*, perpendendo ſignificationem illius
dictionis,deſtinationis, de qua diximus ſupra.Et ibidem, *de-
creuit.* Verbum enim decreuit ſignificat animi deliberatio-
21 nem † omni actu ſeparatam.l.cum antiquioribus.C.eo.tit.&
Terentius in Andria:Quidquid peperiſſet decreuerunt tolle-
re,ideſt,deliberarunt.

Cęterùm reſpondetur(vt iam diximus)ſufficere ſolam ani-
mi deliberationem,declaratam tamen:alioqui ſi occulta erit,
nil proderit.
22 Quartò † ſolet conſiderari text. l. 2. C. de offic. procura.
Cęſa.cùm dixit, in adeunda hęreditate explorandam eſſe hę-
redis inſtituti voluntatem. Sola ergo voluntas ſufficere vi-
detur.

Verùm, ſi locus iſte perpendatur, contrarium potius pro-
bat,cùm dixerit,eſſe explorandam voluntatem,id quod ex di-
ctis,vel factis ab ipſo hærede inſtituto colligitur.
23 Vltimò vrgere † videntur.l. 2. & l.3.ff. de interrog. actio.
cùm dicunt, Prætorem iuſtis de cauſis introduxiſſe interro-
gationes,quibus interrogatur quis, an ſit hæres:eo quia diffi-
24 cilis eſt aditæ hæreditatis probatio. At qui † ea cenſentur eſ-
ſe difficilia, quæ in ſolo animo conſiſtunt, ſicuti abundè ſcri-
pſi in lib.2. de arbitra.iudicum.caſu.116. ſi ergo aditio hære-
ditatis non fieret ſolo animo,ſed dictis,vel factis,minus rectè
iuriſcon.dixiſſet,eam eſſe difficilis probationis.

Cæterùm facile reſpondetur:iuriſconſultum ob id dixiſſe,
hæreditatis aditionem difficilis eſſe probationis, quia vt plu-
rimum verba, & facta, quibus hæreditas dicitur adiri, adeò
ſunt ambigua, vt ſciri non poſſit, an adire is voluerit hæredi-
tatem vel non: vt ex his, quæ in ſubſequentibus prępumptio-
nibus explicabimus, manifeſtè conſtabit.Ita ſanè his ex cau-
ſis difficilem eſſe aditę hęreditatis probationem ſcripſerunt
Boërius in quæſt.42.num.28. & Crauetta in conſ.967.nume
ſecundo.in fin.ſcio ab aliis allegari multa Baldi reſponſa,quę
ne verbum quidem hac de re faciunt.

Eſt ergo quod explicemus primum,quibus ex verbis,dein-
de quibus ex factis colligatur atque pręſumatur hęc hęredi-
tatis aditio.De his ſingulatim in duabus ſubſequentibus prę-
ſumptionibus diſſeremus. Interim tamen animaduertendum
25 eſt,adire † hęreditatem illum dici, qui verbis declarat,ſe hę-
redem eſſe.Pro hęrede verò eum gerere,qui factis ſe hęredem
declarauit.

Ita differentiam hanc inter adire, & pro hęrede ſe gerere
probauit Duarenus in commentariis de acquirenda hęredi-
tate.in tit.Quomodo hęreditas acquiratur, in principio: ad-
ductus text. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit.ff. de
acquirenda hęreditate l. at ſi quis.§. plerique.ff. de religio.&
ſumpt.fun.

PRÆ-

## PRÆSVMPT. C.

### Hæreditatis aditio quibus verbis facta præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quib. verbis adita præſumatur.*

2 *Verba aliquando viua voce, aliquando ſcriptis proferri ſolent, ſed nulla eſt differentia quo ad effectum adeundæ hæreditatis: & in quib. differant. num. 4.*

3 *Hæreditatem adeuntis ſatis voluntas declaratur, licet ſcriptura declarauerit animum ſuum adeundæ hæreditatis, quæ ob defectum ſolemnitatis ſit inualida.*

5 *Hæreditas præſumitur adita, quando inſtitutus & vocatus vſus eſt verbis diſpoſitiuis, certis & determinatis.*

*Et hoc habet locum etiam ſi admixta eſſent aliqua verba impropria. num. 6.*

*Idem quando conditionaliter prolata fuerunt verba. num. 7.*

*Idem quando ſic dictum fuit, adeo hæreditatem animo non adeundi. num. 8.*

*Declaratur tamen vt non procedat, vt num. 9.*

10 *Inſtitutus nunquid præſumatur adiuiſſe hæreditatem, quando vſus eſt verbis diſpoſitiuis, quæ tamen ſuſpenſionem quandã habent.*

11 *Verbum, volo, iunctum infinito, habet ſuſpenſionem quandam: & cum ſit præſentis temporis reſoluitur in participium & verbum eiuſdem temporis, & futurum reſpicit.*

12 *Hæreditas præſumitur adita, quando quis poſt præſtitutum tempus ad deliberandum reſpondit, volo adire.*

*Idem quando inſtitutus fuit interrogatus an velit eſſe hæres, reſpondit, volo adire. num. 13.*

14 *Reſponſio, quæ alteri fit, certa eſſe debet.*

15 *Hæreditatem præſumitur quis adiuiſſe, quando is conuocatis amicis & teſtib. dixit, volo adire hæreditatem.*

16 *Intellectus. §. propoſitum. l. Pamphi. ff. de leg. 2. nu. ſeq.*

17 *Dictio, maxime, eſt vox æquiuoca apta multa ſignificare.*

*Significat aliquando idem quod certe. ibid.*

*Quandoque ſignificat, tantum, quandoque præcipue, quandoque ſtat comparatiuo, & alias ſignificationes habet. ibid.*

18 *Hæreditatis aditio infertur ſolum ex actu certo, qui fieri non poteſt citra ius & nomen hæredis: non autem ex actu dubio.*

19 *Inſtitutus præſumitur hæreditatem adiuiſſe, quando dixit, volo eſſe hæres.*

*Idem quando dixit, pro certo volo adire. num. 20.*

21 *Hæreditas nunquid præſumitur adita, quando hæres vſus eſt his verbis: Hæc hæreditas mihi non diſplicet.*

*Inter placere & diſplicere datur medium hoc, non diſplicere.*

*Inter velle & nolle datur medium non velle.*

22 *Inſtitutus & vocatus nunquid præſumatur hæreditatem adiuiſſe, ſi vſus eſt verbis enunciatiuis propter ſe, dicens ſe eſſe hæredem Titij.*

*Et quid ſi vſus eſt verbis enunciatiuis ob aliud emiſſis. num. 23.*

*Et quid ſi dicta verba enunciatiua fuerunt prolata à notario, puta in mandati inſtrumento. num. 24.*

*Et quid ſi verba enunciatiua prolata fuerunt conditionaliter.*

26 *Hæreditatis aditio non recipit conditionem, cum ſit actus legitimus, & animum certum requirit.*

27 *Hæreditas nunquid præſumatur adita, ſi vocatus vſus eſt verbis his, Magna eſt fortuna, quòd talis hæreditas mihi obuenerit.*

28 *Verba non extenduntur vltra ſignificationem ſuam.*

29 *Hæreditas an præſumatur adita, quando mihi inſtituto aliquis ſic dixit: Gratulor tibi, quòd talis hæreditas tibi obuenerit: & ego reſponderim, benè placet mihi.*

30 *Verba dubia interpretari debent ab illo, qui illa pronunciauit.*

31 *Inſtitutus an dicatur hæreditatem adiuiſſe, ſi conſtituit procuratorem ad proteſtandum alicui, qui ſe in hæreditate fratris ſui ingerit, ne quid noui faciat in d. hæreditate, quia ad ſe pertinet iuſto titulo.*

*Et quid ſi fuit interrogatus ab aliquo, quo vti velit teſtamento, & ipſe reſpondeat, velle vti primo ſi valet: & ſi non valet, velle vti ſecundo. num. 32.*

33 *Hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento incerto.*

34 *Inſtitutus ſi, reſpondendo poſitionibus dixit, ſe quoquo modo hæredem eſſe, hæreditatem præſumitur adiuiſſe.*

*Idem ſi dixit credere, ſe hæredem eſſe. nu. 35.*

1 DISSERAMVS † nunc de ipſa hæreditatis aditione, quam ex Duareno diximus ſupra, fieri verbis. Qua in re prius annotandum eſt verba
2 † aliquando viua ipſa voce, aliquando ſcriptis proferri. Nulla tamen inter hæc eſt quò ad effectum adeundæ hæreditatis differentia: ſicuti docuit Bart. in l. gerit. numero 18. ff. de acquirenda hæreditate, cùm non ipſa literarum figura, ſed conſenſus, qui in eis continetur ille ſit, qui obligat. l. non figura ff. de actio. & oblig. & Bartolus ſecuti ſunt reliqui ibi, & Aretinus in conſilio 136. columna 1. Neuiz. in conſilio 26. numero 41. & Alciatus in reſp. 574. numero 17.

3 Qua ex re † ſequitur (ſubiunxit Bart. in d. l. gerit, numero 18. quod & ſi illa ſcriptura, in qua verba hæc ſcripta fuerunt, aliquem ob defectum ſolennitatis inualida apparet: attamen ſatis ſupérque ipſius adeuntis voluntas declaratur, iuxtà. l. vlt. ff. de rebus eorum, & l. in teſtamento. ff. de fideicom. libert. cum ſimilibus. Et Bart. ſecuti ſunt Guilielmus Benedictus in c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore. il. 1. num. 363. de teſta. & Aſinius in l. 4. §. nec quis putet. nu. 68. ff. de religio. & ſumpt. fune. qui multis ſimilibus comprobauit.

4 Cæterùm † in eo differunt verba viua voce prolata à verbis ſcriptis; quod illa ſcripta magis deliberatè dicta & ſcripta pręſumũtur: ſicuti docuit præcitato in loco Bar. & cum eo Iaſon in conſ. 3. num. 4. lib. 1. Guilielmus Benedictus & Aſinius præcitatis in locis. Quibus itaque verbis præſumatur atque cenſeatur adita hæreditas videamus.

5 Primus eſt caſus, quando † inſtitutus & vocatus vſus eſt verbis diſpoſitiuis certis & determinatis, hæreditatem aditam ſignificari, vt ſi dixit: adeo hæreditatem, gero me pro hærede, agnoſco, accipio, aſſumo hanc hæreditatem. De his nullam eſſe dubitationem quin oſtendant aditam eſſe hæreditatem, ſcripſerunt Bart. in d. l. gerit, numer. 9. verſ. circa primum.
6 Maranta in l. is poteſt. numero 48. ff. eod. Extenditur † primo hęc traditio, vt procedat etiam ſi admixta eſſent aliqua verba impropria, vt ſi ſic dixi: hęreditatẽ patris mihi delatam adeo. Et ſi enim illud verbum, delatam, ſit improprium quo ad perſonam filij: Non tamen fit, quin verè hęreditas adita dicatur. Ita Bald. in l. potuit. num. 11. C. de iure delib. & ibidem Salicetus. col. 2. verſ. quęro quinto, & Io. Baptiſta Aſinius in l. 4. §. nec quis putet. num. 17. ff. de religio. & ſumpt. fune.

7 Extenditur † ſecundo, vt locum etiam habeat, quando conditionaliter prolata fuerunt hęc verba: vt ſi dixi, adeo hęreditatem, ſi de iure poſſum.

Hoc etiam caſu cenſetur adita hęreditas. Ita Baldus in d. l. potuit. num. 12. & ibidem Salicetus colum. vltim. verſ. quęro ſextò. C. de iure delib. Ea ratione vſi ſunt: quia & ſi verba hęc, ſi de iure poſſum, ſunt conditionalia: attamen conditio eſt iuris, non facti, ob id non ſuſpendunt actum legitimum: atque ita declaratur regula d. l. actus legitimi, vbi Decius. num. 6. ſecutus eſt Baldum pręcitato in loco.

8 Extenditur tertiò, † vt locum habeat etiam quando ſic dixi. Adeo hæreditatem, animo non adeundi. Nam adhuc dicor adiuiſſe. Ita Angelus Caſtren. & Alexand. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquirenda hęreditate. Diſſentit tamen Corneus in conſil. 161. num. 3. lib. 4. quem viſus eſt ſequi Aſinius in d. §. nec quis putet. num. 24.

9 Declaratur † hæc doctrina & traditio, vt locum non habeat, quando ſucceſſi Titio, & curaui confici inſtrumentum his verbis. Dico, me credere Titium effectum fuiſſe hęredem Sempronij, cui quidem Titio ego ſucceſſi. Quod ſi hoc probare non potero: ex nunc adeo hęreditatem ex iure ad me tranſmiſſo per dictum Titium. Hoc ſanè caſu, non cenſetur adita hęreditas. Ita Baldus in d. l. potuit. num. 13. Et ratio eſt, quia ſcire quis certò debet, quo ex capite delata ſibi ſit hęreditas, vt eam adire poſſit, vt diximus ſupra, & probat. l. quamdiu. C. qui admitti. Et ſimile tradit Aſinius in d. l. quarta, §. nec quis putet. nu. 22. quod ſi ita dixi: adeo hęreditatem ex teſtamento, ſi valet: & ſi non valet, adeo ab inteſtato.

Non enim hoc caſu dicor adiuiſſe hęreditatem: cùm anceps & dubius fuerim, quo ex capite delata mihi fuerit.

Hoc tamen declarat Aſinius non procedere in hęrede ſuo: Id quod mihi non ſatis probatur.

10 Secundus eſt caſus, quando † inſtitutus & vocatus iſte vſus eſt verbis diſpoſitiuis, quæ tamen ſuſpenſionem quandam



habent, vt ſi dixit, volo adire hæreditatem: an adiuiſſe præſumatur? Hac de re grauis eſt inter doctores contentio. Et recepta quidem eſt ſententia, non præſumi aditam hæreditatem. Ita Bart. in d. l. gerit num. 10 ff. de acquir. hæred. & ibidem Roma. num. 8. Cor. in l. qui ſe patris. num. 11. verſ. tertio verò caſu. C. vnde liberi. Iaſ. in repetit. l. cunctos populos. num. 20. C. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. Gozadinus in repetit. l. qui ſe patris. nume. 95. C. vnde liberi. Ripa in l. ſerui electione. in princ. num. 21. de leg. 1. & ibidem Alciatus num. 7. & Aſinius in d. l. 4 §. nec quis putet. num. 33. ff. de religio. & ſumpti. funerum. & hos ſecutus ſum in libro 2. de arbitrariis iudicum. caſu 496. nu. 21. vbi latiſſimè multis ſimilibus comprobaui.

11 Et huius † ſententiæ ea eſt ratio, quia verbum, volo, iunctum infinitiuo, habet ſuſpenſionem quãdam. l. ſi quis ſtipulatus, de verborum oblig.

Prætereà verbum volo, præſentis temporis reſóluitur in participium & verbum eiuſdem temporis: & ob id idem eſt dicere, volo adire, quod volens ſum adire: atque ita futurum reſpicit. Ita ſcripſi & probaui in d. caſu. 495. num. 19.

Et hinc intelligimus, minus rectè ſenſiſſe eos, qui ſcripſerunt his verbis, volo adire hæreditatem, cenſeri aditam. Qua quidem in opinione fuerunt Comenſ. & Aretinus in d l. gerit. colum. 3.

12 Declaratur primò hic caſus, vt locum non habeat, quando quis poſt præſtitutum tempus ad deliberandum reſpondit, volo adire. Nam tunc adire præſumitur. Ita Bar. in l. gerit. nu. 10. verſ. ex ſequentibus. Romanus in l. qui ſe patris. num. 17. C. vnde liberi. & ibidem Gozadinus nu. 98. & prius Corneus num. 13. verſ. tertio verò caſu. Ripa in d. l. ſerui electione. num. 21. ibidem Alciatus. numero 7. Et probatur textu. l. ſed & ſi alio. in princ. & l. omnes. ff. ad Trebel.

13 Declaratur ſecundò † vt non procedat, quando quis fuit interrogatus, an velit eſſe hæres: & reſpondit, volo adire. Nam tunc præſumitur adita hæreditas. Ita Bart. dicta l. gerit. num. 10. verſ. item ſi interrogatus. Romanus in dicta l. qui ſe patris numero 12. & ibidem Corneus numero 12. Gozad. numero 91. Soc. Sen in conſ. 86. nu. 4. lib. 3. Maranta in d. l. is poteſt. nu. 49. Ripa in d. l. ſerui electione. in prin. num. 19. & ibidem Al-
14 ciatus numero 7. Eſt ratio, quia † reſponſio, quæ alteri fit, certa eſſe debet. l. de ætate. §. nihil. & §. ex cauſa. ff. de interrogat. actio. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. de verbo. oblig.

15 Declaratur † tertiò vt locum non habeat, quando quis cõuocatis amicis, & teſtibus, dixit volo adire hæreditatem. Hoc ſanè caſu præſumitur adiuiſſe. Ita declarant Bartol. in d. l. gerit. numero 13. & ibidem Imola numero 7. Aretinus columna 3. & Caſtrenſis numero 10. Iaſon in repet. l. cunctos populos. numero 20. C. de ſumma Trinitate & fide. Catholica. Ruinus in conſilio 9. numero 2. libro 3. Gozadinus in dicta l. qui ſe patris. numero. 98. C. vnde liberi, vbi Riminald. Iun. numero 209. & Socinus Iunior in conſilio 179. numero 59. libro ſecundo. Quæ quidem declaratio probari ſolet textu. l. Pamphilo. §. propoſitum. de legat. 2. quo loci, ſi teſtator conuocatis amicis & teſtibus, dixit, volo relinquere, ſatis dicitur legaſſe.

Cęterùm reſponderi facilè poteſt, quod eo in caſu concurrebant plura ſigna, quibus demonſtrauit teſtator ſe deliberatè loqui, & relinquere, ſicuti diligenter ſatis ſcripſi poſt alios in
16 d. caſu. 495. num. 33. Non repeto ibi ſcripta. Prætereà † & ſecundò reſpõdetur ex interpretatione Alciati in lib. 3. pererg. iuris. cap. 23. quam hic planius explicabo. Inquit Alciatus in caſu dicti §. propoſitũ, non fuiſſe dubitatum ob illa verba, *accerſitis amicis*, cùm illa ſint verba Scæuolæ iuriſconſulti referentis factum, ſed dubitatio exorta fuit ob illud verbum, MALISTA, græcum, quo vſus erat teſtator reſpondendo inter-
17 roganti, quod verbum ſonat latinè, maximè. Quæ † quidem dictio, maximè, eſt vox æquiuoca, quæ multa ſignificare poteſt. Aliquando ſignificat idem quod, certè. Quandoque tantùm: Quandoque, præcipuè, Quandoque ſtat comparatiuè. Quãdoque implicatiuè. Et alias etiam habere ſignificationes ſcripſerunt Bart. in tract. ad reprimendum, in verbo, maximè. Albericus in dictionario, in verbo, maximè. Iaſon in l. qui ſe patris. num. 34. C. vnde lib. & ibidem Decius. num. 10. & Ripa in l. 1. num. 122. ff. ſoluto matrimonio. Erat itaque dubium in caſu dicto §. propoſitum, an teſtator affirmatiuè voluerit relinquere fideicommiſſum, ſic reſpondendo. Et non obſtante ea dubitandi ratione, reſpondit Scæuola, fideicommiſſum cenſeri relictum. Ea fuit deciſionis ratio, quia ſi nutu fideicommiſſa relinqui poſſunt l. cum proponeretur. de leg. ſecundo. & ſcripſi ſupra in præſumpt. à fortiori ſic dicendum eſt, his verbis, quæ ex ſubiecta materia apertè ſignificant affirmationem, & idem operantur quod dictio, certè: ſicuti diximus ex Barto. & Alberico. Et ideò rectè dixit eo loci Scæuola, non eſſe dubitandum, quin fideicommiſſum valeat. Et hoc illud forte eſt, quod dicere voluit Aretinus in d. l. gerit. num. 5. verſ. & licet reſponſio. Cùm ſcripſit, id à Scæuola dictum, non ab ſigna & coniecturas illius, quæ alioqui non faciunt rem eſſe ſine dubitatione: ſed ob verborum proprietatem. Rectius itaque cõmunis hæc declaratio ea ratione probari poteſt: quod alioqui fruſtra conuocati fuiſſent amici & teſtes, ſi noluiſſet iſte adire hæreditatem: Eſſet enim actus omnino vanus. Nec dicatur, conuocatos fuiſſe amicos & teſtes, vt intelligerent deliberationem, de adeundo in futurum: Nam vanum hoc eſſet: quia etiam poſſet deliberationis pœnitere.

Eſt itaque retinenda communis hæc declaratio, reiecta contraria opinione Angeli in dicta l. gerit. in fine, & Aretini
18 num. 5. Quibus † non ſuffragatur illa conſideratio, quod hæreditatis aditio ſolùm infertur ex actu certo, qui fieri non poteſt citra ius & nomen hæredis: non autem actu dubio. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredit. & dicemus infrà poſt Barto. in dicta l. gerit. numero 21. At qui actus iſte conuocationis teſtium & amicorum non eſt actus certus aditionis, ſed dubius. Non ergò aditionem infert. Nam reſpondetur, actum ipſum conuocationis inferre & ſignificare, verba illa coram eis deinde prolata, volo adire, intelligi debere de præſenti adeo hæreditatem: ne fruſtra conuocati illi dicantur. Et hæc dicitur aditio non autem, (vt aliqui opinantur) deliberatio. Conciliando opiniones, quatuor caſus diſtinguit Romanus in dicta l. gerit. num. 11. Quę ſanè diſtinctio mihi nè probatur.

19 Declaratur † quartò, vt locum non habeat, quando dixit, volo eſſe hæres. Nam tunc dicitur adiuiſſe hæreditatem. Ita Barto. in dicta l. gerit. nume. 10. verſic. ex inſtantibus. ff. de acquirend. hæredi. Iaſon in l. cunctos populos, in prima lectura. nume. 22. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. in l. qui ſe patris. nume. 41. C. vnde liberi. Ripa in dicta l. ſerui electione. in princip. num. 18. & ibidem Alciatus nu. 7. de lega. 1. & ibidem Ruinus. colum. 4. Et alios retuli & ſecutus ſum in lib. 2. de arbitrariis iudicum. Caſu. 496. nume. 8. reiecta opinione contraria Socini.

20 Declaratur quintò † quando dixit, pro certo volo adire. Nam & tunc dicitur adita. Ita Bart. in d. l. gerit. num. 10. verſ. item ſi dixi.

20 Tertius eſt caſus, † quomodo hic inſtitutus, & vocatus vſus eſt his verbis, hæc hæreditas mihi non diſplicet, an præſumatur atque ita cenſeatur adita hæreditas? Et non præſumi aditam ſcripſit Bartolus in dicta l. gerit. numero 12. quem ſecuti ſunt Maranta in dicta l. is poteſt. numero 49. in fine. & Ioan. Baptiſta Aſinius in dicta l. 4. §. nec quis putet. numero 35. ff. de religioſis & ſumpt. funer. & Duarenus in commentariis, de acquirenda hæreditate. in titu. Quomodo hæreditas acquiratur, columna penultima, verſi. oſtendimus. Non enim his ver-
21 bis declaratur voluntas: cùm † inter, placere, & diſplicere, detur hoc medium, non diſplicere: ſicuti inter velle & nolle, datur non velle. l. 1. §. ſcientiam. ff. de tributo. actio. & l. 1. §. is, qui nauem. ff. de exercito. actio. & poſt Bart. in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſti. ſcripſerunt Decius in l. eius eſt nolle. numero 5. de regul. iuris. & ibidem Cagnolus, & ſi Bellonus libro 4. ſupputa. iuris. capit. 14. & Cuiacius libro quinto, obſerua. cap. 39. diſſentiant. Qui ergò dixit hæreditatem ſibi non diſplicere, non dicitur declaraſſe animum ſuum, ſed ſua voluntas ſuſpenſa dicitur. Nec repugnat tex. l. cũ anteà. C. de recep. arbitr. Nam reſpondet Bart. loqui in actu in quo ſufficit hoc verbum, non diſplicere. Voluit forte dicere Bar. quòd cum ad confirmandam ſententiam ab arbitro latam neceſſaria non ſit voluntas eius, qui damnatus eſt, nil refert, quo verbo declarauerit, ſententiam illam ſibi placere, vel diſplicere. Diuerſum verò eſt, in aditione hæreditatis, quæ certam voluntatis declarationem requirit. l. pro hærede. in princip. ff. de acquir. hæredit.

21 Quartus eſt caſus, quando † vocatus iſte vſus eſt verbis e-
nuntiatiuis propter ſe,vt ſi dixit, ſe eſſe hæredem Titij, an his
verbis præſumatur & cenſeatur adiuiſſe hæreditatem? Bart.in
d.l.gerit.nu.14.diſtinguit duos caſus.
Quorum vnus eſt quando verba hæc prolata fuerunt ab eo,
qui hæres eſſe poteſt.Hoc caſu præſumitur aditio : cùm verè
probent hæreditatem adeuntis,d.l.gerit.ff.de acquirenda hæ-
reditate.Et Bart.ſecuti ſunt Baldus in l.potuit.C.de iure de-
liberandi. Aretinus in d.l.gerit.colum.quinta verſ.ſi item ad-
de inquantum.Mattheſ.in notab.34.Ruinus in conſilio 113.
numero ſexto.lib.3.Iaſon in l. ex his verbis colum.3.verſic.
8.limita.C.de teſta milit.Decius in conſilio 35.numero.3.
Craue.in conſ.24.num.2.& in conſilio 348.num.3.& Aſinius
in d.l.4.§.nec quis putet.numero 47.ff.de religio.& ſump.fu-
ne.quo loci declarat gloſſam.l.qui ſe patris. C.vnde liberi,
quæ diſſentire videtur.
Alter verò eſt caſus, quando hæc verba fuerunt prolata ab
eo,qui non poteſt eſſe hæres. Hoc caſu quò ad ſui damnum &
ad vtilitatem eorum,qui præſentes fuerunt,ſeu quorum cauſa
fuit facta confeſſio , cenſetur adita hæreditas. Ita Bart.in d.l.
gerit.num.14.quem & reliqui ſecuti ſunt Nam ( inquit Bart.
verba)enuntiatiua præiudicant quò ad eos,qui fuerunt præſen
tes & interrogarunt.l.vlt.ff.de interrog.actio. His declaratur
traditio Caſtren.in l.ſi quis.nu.4.ff.de cond.inſtit. cùm dixit,
hæreditatem cenſeri aditam ab eo , qui hæredem ſe in libello
verbis enuntiatiuis appellauit , ſic etiam declaratur Cæpolla
in cautela. 204.in ſi.
23 Quintus eſt caſus , † quando vocatus iſte vſus eſt verbis e-
nuntiatiuis ob aliud emiſſis præſumatur adita hæreditas?Bar.
in d.l.gerit.nu.15.verſ.ſi verò proferuntur ſubdiſtinguit tres
caſus , Quorũ vnus eſt quando vocatus iſte alterum ſalutando
dixit,ſe hæredem,vt ſi tibi dedi literas, & his verbis ſcripſi:Ia-
cob.filius & hæres Hieron.Hoc caſu præſumitur adita hære-
ditas:Ita Bar.& Bal.præcitatis in locis.Aret.in conſ.136.col.
1.verſ.præterea Bindus.Ruin.in conſ.47.n.5.& in conſ.120.
nu.2.lib.2.Rober.Maran.in d.l. is poteſt.nu.50.ff.de acq.hæ-
red.& Craue.in conſ.348.nu.3. Quæ ſententia probatur in l.
gerit.in l.Pantonius in ſi.in l.pro hęrede.§.1.& in l.ſi quis ex-
traneus.§.1.ff.de acq.hęred.His ſanè iuribus probatur , hære-
ditatem cenſeri aditam ab eo,qui fecit aliquem actum,vt hæ-
res : ſicuti eſt actus iſte confeſſionis. Nec repugnat,quòd ex
verbis enunciatiuis propter aliud prolatis nil inducatur.l.e-
piſtola in prin.ff.de pactis, & l.ex his verbis.C.de teſta milit.
Nam reſpondet Bar. in d.l.gerit.nu.15.in ſi.illa eſſe verba e-
nũtiatiua facti alieni. idem tradit Iaſ.in d.l.ex his verbis.col.1.
24 Extenditur hic † caſus, vt locum habeat etiam,quando enun-
tiatio hæc facta fuit à notario , vt ſi Caius conſtituit procura-
torem ad exigendum credita, & notarius ita in ipſo inſtru-
mento mandati dixit.Quę omnia pertinent nunc ad Sempro-
nium hęredem.Ita Bal.in conſ.263.Verba inſtrumenti.lib.1.
quem ſecuti ſunt Aſinius in d.§.nec quis putet.nu.65.& Ma-
ranta in l.is poteſt.nu.52.idem reſpondit Rui.in conſ.113.nu.
7.lib.3.Illa enim verba notarij dicuntur verba ipſiuſmet Sem
pronij,vt ſcripſi in conſ.37.nu.123.lib.1.Alter verò & ſic ſe-
cundus eſt caſus , quãdo verba hæc enunciatiua propter aliud
emiſſa ſunt per modum cauſę vt ſi quis dicit. Hoc facio , quia
ſum hęres.Hoc caſu ſine dubio , inducitur hęreditatis aditio.
Ita Bart.in d.l..gerit.num.15.verſ.ſi verò iſta verba.Bal.in d.l.
potuit.num... & Aſinius in d.l.4.§.nec quis putet.num.14.
ff.de religio.& ſump.fune.Et ij adducti ſunt arg.l.emptor in ſi-
ne.ff.de rei vend.& l.penul.ff.de colla.dotis.
25 Et demum tertius eſt caſus,quando † verba hęc enuntiati-
ua fuerunt prolata conditionaliter , vt ſi quis dixit , promitto
tibi centum,ſi hęres ſum.Hoc caſu non induci aditionem ſcri
pſerunt Bar.in d.l.gerit.num.15.verſ.reſpondeo , quandocun,
que Bal.in d.l.potuit.num... Guielmus Benedictus , quem
mox referam & Aſinius in d.§.nec quis putet.num.14.& 59.
26 Et prima † eſt huius traditionis ratio,quia hęreditatis aditio
non recipit conditionem:Cùm ſit actus legitimus,l.eum,qui.
in ſi.ff.de acq.hęred.& l.actus legitimi.ff.de reg.iuris.Eſt &
ſecunda ratio , quia hęc verba fuerunt dubitatiuè prolata , id
quod non ſufficit in aditione hęreditatis,quę animum certum
requirit.l.is,qui hęres.§.1.l.ſi is,ad quem.& l.hęres inſtitutus.
ff.de acq.hęred.Et accedit , quod ſi quis dixit,dono tibi cen-
tum , ſi ſum hęres,non inducitur aditio:Ita ſcripſerunt Guiel-
mus Benedictus in c.Ray.in verbo,mortuo itaque teſtatore.il.
1.nu.368.de teſta.& Aſinius in d.§.nec quis putet.nu.62.
27 Sextus eſt caſus , quando inſtitutus & vocatus vſus eſt his
verbis,magna eſt fortuna, quod talis hæreditas mihi obuene-
rit, præſumatur atque cenſeatur adita hæreditas illa? Et non
cenſeri aditam ſcripſerunt Bar.in d.l.gerit.nu.16.
Ea ratione vſus eſt Bart.quia poteſt eſſe , quod magna ſit
fortuna,quod adire poſſim,& ſi non adeam.Non ergo his ver
28 bis infertur aditio:cùm † verba non extendantur vltra ſuam ſi-
gnificationem.l.Titia.§.Caius.de leg.2.
Declaratur hæc traditio , vt locum non habeat quando
ita dixiſſem.Magna fortuna eſt, quod ſim hæres Sempronij.
Hæc enim poſtrema verba ſunt diſpoſitiua,& inferunt aditam
fuiſſe hæreditatem.Ita præcitato in loco Bart.
29 Septimus eſt caſus, † quando quis mihi vocato & inſtituto
ſic dixit, tibi gratulor , quòd talis hæreditas tibi obuenerit:&
ego reſpondeam , benè placet mihi , vel benè contentor , an
his verbis præſumatur à me adita hæreditas? Bar.in d.l.gerit.
num.17.ſcriptum reliquit, verba hæc eſſe dubia : cum poſſint
inferre & non inferre aditionem. Nam ſi referantur ad hære-
ditatẽ,vt ſi dixiſſem,placet mihi hæreditas,vel benè cõtentor
de hęreditate,induceretur aditio:ſicuti ex dictis ſuprà colligi
tur.ſi verò hęc verba referantur ad ipſam delationem hęredi-
tatis,vt ſi dixiſſem,benè placet mihi , quod obuenerit hęredi-
tas,non infertur aditio
Quo circa(ſubiunxit Bart.)ſtandum erit meę declarationi:
30 Cùm † verba dubia interpretari debeant ab eo , qui illa pro-
nuntiauit.l.ſi quis intentione.ff.de iud.& §.alię in Inſtit.de a-
ctio.vbi gloſſ. & confert.l.pro hęrede.§.ſeruos.ff.de acqui.
hęred.Et pręterea (dixit Bar.) me mortuo,declaratio fieri po
terit à meo hęrede , qui meam nouit voluntatem.l.ſi quis à fi-
lio.§.ſi quis plures , de leg.1.Et poſtremam hanc Bar.traditio
nem ſecuti ſunt permulti cõmemorati à Tiraquello in tract.
de rectractu conſang.§.ſecundo glo.2.numero.4.
31 Octauus eſt caſus,quando † inſtitutus & vocatus conſtituit
procuratorem ad proteſtandum Caio,qui ſe in hęreditate fra-
tris ſui ingerit,ne quid noui faciat , in bonis,quę in fratris hę-
reditate remanſerunt:quoniam ad ſe pertinent iuſto titulo,le-
gitimauè de cauſa : an hęreditatem adiuiſſe pręſumatur ? Bal-
dus in conſil.17.Anno Domini lib.3. reſpondit non præſumi
adiuiſſe. Et Baldum ſecutus eſt Aſinius in d.§.nec quis putet.
num.49.
32 Nonus eſt caſus, quando † inſtitutus & vocatus fuit ab ali-
quo interrogatus,quo vti velit teſtamẽto : & ipſe reſpondeat,
velle vti primo,ſi valet:& ſi nõ eſt validum, vti velle ſecundo,
an pręſumatur adiuiſſe hęreditatem? Bal.in conſil.350.propo-
nitur, quod in fine.lib.3.reſpondit,aditionem inferri. Et cum
Baldo ſenſit Aſinius in d.§.nec quis putet.num.63. Ea ratione
prima vſus eſt Bald.quia hęc eſt quędam proteſtatio,qua Sem
pronius iſte declarauit, ſe omninò hęredẽ eſſe velle.Quę ſanè
proteſtatio valet ex eo capite , quo valere poteſt , l.1.§.quod
autem.ff.quorum lega.& l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſth.
Nec repugnat,quòd prędicta verba videantur alternatiue con
cepta:& conſequenter incerta.l. Pręter.ff.de iniurijs. Et ex te-
33 ſtamento † incerto adiri non poteſt hęreditas.l.quod ſi du-
bites.ff de acqui.hęred , & l.multum.ff.de cond.& demonſtr.
Nam reſpondet primo Baldus : imò hęc verba non eſſe pro-
priè alternatiua,ſed conditionalia.Quę ſanè couditio ( voluit
dicere Baldus ) iuris eſt non autem facti : & ideò non ſuſpen-
dit,nec voluntatem incertam demonſtrat , ſicuti ſcripſi ſupra
in prima dubitatione ex ſententia eiuſdem Baldi in l.potuit.
nu.12.C.de iure delib. Quod enim teſtamentum ſit validum
vel non , iuris eſt,non facti. Et ideò ſubiunxit Bald.in d.conſ.
350.in ſi.ambiguitatem,quę in iure ſcripto conſiſtit, non im-
pedire executionem actus ſicque aditionem , d.l.multum in-
tereſt.ff.de cond.& demon.& l.recuſare.§.Titius.ff.ad Treb.
34 Decimus eſt caſus , quando † inſtitutus & vocatus reſpon-
dendo poſitionibus dixit , ſe quoquo modo hęredem eſſe.
Hoc caſu pręſumitur adita hęreditas. Ita reſpondit Corneus
in conſilio 250.nu.5.lib.4.quem ſecutus eſt Aſinius in l.4.§.
35 nec quis putet.num.182.ff.de religio.& ſumpt. fune.Idem † ſi
dixit,credere hęredem eſſe,vt ſcripſerunt Baldus in l.1.in fine.
C.de falſa cauſa adiecta lega.Decius in conſ.278.numero.10.
& Maranta in l. is poteſt.numero quinquageſimotertio.ff.de
acqui.hæred.

PRÆ



## PRÆSVMPT. XCI.

Hæreditatis aditio an & quando ex geſtis & factis præſumatur,

## SVMMARIVM.

1 *Hominis voluntas ita declaratur factis,quemadmodum & verbis.*
2 *Hæreditatis aditæ non omnia facta coniecturam faciunt , ſed illa tantum , quæ citra ius & nomen hæredis fieri non poſſunt, & quæ neceſſaria ſunt & veriſimilia.*
3 *Hæreditas non præſumitur adita ex facto præparatorio neceſſario ad hæreditatis aditionem.num.ſeq.*
4 *Hæres ſuus implens conditionem , ſub qua inſtitutus fuit , dicitur adire.*
5 *Conditio,& modus quid differunt.*
6 *Conſequens qui vult,dicitur velle etiam antecedens.*
7 *Hæreditatis aditio an præſumatur ex facto præparatorio non neceſſario ad ipſam aditionem.*
*Et quid ſi factum eſt præparatorium nõ ad ipſam hæreditatis aditionem,ſed ad ipſius hæreditatis petitionem.nu.8.*
9 *Hæreditatis aditio an & quando inducatur ex facto principali non autem præparatorio.*
*Quòd quando factum eſt certum non inductiuum aditionis hæreditatis,non præſumitur facta aditio.nu.10.*
11 *In claris non eſt opus coniecturis.*
12 *Hæreditas ex facto principali præſumitur adita,quando ipſum factum eſt certum inducens aditionem*
13 *Vendens bona hæreditaria, quæ ſeruando ſeruari poſſunt , dicitur hæreditatem adiuiſſe.*
14 *Hæreditatem præſumitur adiuiſſe inſtitutus, ſi accepit à ſtatu libero pecuniam cauſa implendi conditionem , ſicq; manumittendi ſeruum illum.*
*Idem,ſi donauit omnia ipſa bona hæreditaria.nu.15.*
*Idem quando alijs legauit bona hæreditaria.num.16.*
*Idem quando locauit d.bona. num. 17.ſecus autem , quando non potuit liberè locare. ibi.*
18 *Hæreditas præſumitur adita ab eo , qui exegit debitores hæreditarios.*
*Idem quando inſtitutus diuiſit bona hæreditaria cum cohærede. num.19.*
*Idem quando hæres ſcriptus in teſtamento compromiſit cum legatarijs.num.20.*
21 *Compromittere de rebus hæreditarijs eſt actus, qui geri non poteſt citra ius & nomen hæredis,& ſic infert aditionem.*
22 *Accuſans eum , qui damnum dedit in prædijs hæreditarijs, an dicatur adiuiſſe hæreditatem.*
23 *Hæreditatem dicitur adiuiſſe is,qui in ſocietatis communione perſeuerauit.*
*Idem quando hæres ſcriptus in teſtamento liberauit debitores hæreditarios.num.24.*
*Idem quando mandauit ſolui legata relicta in teſtamento.nu.25.*
*Idem quando quis conſtituit procuratorem ad adeundum hæreditatem.num.26.*
27 *Hæreditas nunquid præſumatur adita ex facto dubio , vt quia potuit quis facere vt hæres & non hæres.*
28 *Bona hæreditaria ſi quis poſſedit per decennium præſumitur adiuiſſe hæreditatem,ne occupator & malefidei poſſeſſor videatur.*
29 *Statuto Florentiæ cautum reperitur , quod ſi quis poſſedit bona hæreditaria poſt quindecim dies , à morte defuncti , licet ipſa bona deſeruerit,adiuiſſe intelligatur*
30 *Hæres quò an ſui damnum is dicitur,qui repudiata hæreditate reſpondit ſe hæredem.*
*Idem dicimus de eo, qui adiuit hæreditatem, vt non poſſit amplius eam repudiare.num.31.*
*Idem de eo , qui per mendacium dicit ſe hærede, cum verè non ſit, quia habetur pro hæredem quò ad ſui damnum , & ad fauorem creditorum.num.32.*
33 *Renunciatio beneficij inualida nocet renuncianti, ne poſſit continuare poſſeſſionem,licet quo ad alios non noceat.*
34 *Hæreditas nunquid præſumatur adita ex facto dubio, ſi actus fieri poteſt altero de duob.modis licitè,& id ſemper ſuo iure.nu.ſeq:*
35 *Hæres idem eſt quod dominus.*
36 *Filius ſi habitat domum,quam multis de cauſis habitare poteſt, vt puta tanquam hæres,iure pignoris & hypothecæ,& cauſa cuſtodiæ,præſumitur habitare ex cauſa magis vtili.*
*Quando autem nulla alia ſubeſt cauſa , quam aditionis hæreditatis,habitatio arguit aditionem.nu.37.*
38 *Hæreditatis aditio nunquit præſumatur,quando quis poteſt facere actum vt dominus,non autem vt hæres.*
39 *Filius inſtitutus à patre , ſi aſſerit ſe poßidere bona aliqua patris pro ſua legitima,an dicatur hæreditatem adiuiſſe ſibi in teſtamento relictam.num.ſeq.*
*Et an poßit ſeparare legitimam ab hæreditate acceptando ipſam legitimam repudiata hæreditate.ibid.& ſeq.*
40 *Hæreditatis aditio infertur ex eo actu , qui fieri non poteſt citra ius & nomen hæredis.nu.54.*
41 *Filius conſequitur legitimam iure hæreditario , non autem citra ius & nomen hæredis:&*
42 *Legitima titulo inſtitutionis relinqui debet,& num.ſeq.*
43 *Hæreditas non poteſt pro parte acceptari,& pro parte repudiari, cum de ipſa hæreditate agitur : ſecus quando agitur de acceptanda tantum legitima,quæ non eſt quota hæreditatis,ſed bonorum.*
44 *Fauor non debet in odium retorqueri.*
45 *Acceptans rem, cum ſua cauſa , onere & natura acceptare tenetur & debet.*
46 *Legitimæ natura eſt , vt totum ei accreſcat & ideo filius eam acceptando,dicitur acceptare,vt reſiduũ hæreditatis ei accreſcat.*
47 *Filius inſtitui poteſt ſub conditione poteſtatiua, ſi hæres erit : vel ſi decem dederit:legitima autem non poteſt ei relinqui ſub hac conditione.nu.48.*
49 *Decedere non poteſt quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,nec id ius noſtrum patitur.*
50 *Argumentum de legitima debita patrono ex bonis liberti ad legitimam debitam filio ex bonis patris valet.*
*Secus vbi agitur de incommodo filij.nu.51.*
52 *Repudians hæreditatem non ſolùm hæreditate priuari debet , verùm etiam omnibus bonis per inſtituentem in eum quocunque titulo translatis.*
53 *Filius non poteſt retinere feudum & repudiare hæreditatem patris,à quo feudum accipit.*
55 *Filius mortuo patre conſequitur legitimam tanquam creditor, non vt hæres.*
*Contra.num.57.*
56 *Creditor inſtitutus hæres à debitore poteſt repudiare hæreditatem,ſaluo eius credito.*
58 *Filius poteſt retinere legatum repudiata hæreditate.*
59 *Legitima eſt quid diuerſum ab hæreditate,cum non ſit pars hæreditatis,ſed bonorum.*
*Et propter inobedientiam , vel propter non confectum inuentarium non perditur.num.60.*
61 *Hæreditatis aditio & repudiatio à pari procedunt.*
62 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
63 *Filius nullo modo grauari poteſt in legitima.*
64 *Legitima debetur iure naturali.*
65 *Ius naturale non poteſt perimi à iure ciuili.*
66 *Filius ſi legatis non ſit grauatus , & habeant ſubſtitutum vulgarem , retinendo bona patris pro ſua legitima dicitur adiuiſſe hæreditatem.*
*Idem quando filius ſuccedit ab inteſtato.nu.67.*
*Idem in filia,quæ non poteſt petere dotem, & omittere hæreditatem,niſi dos promiſſa fuiſſet à patre ipſo viuente.num.68.*
69 *Filio multis legatis grauato, ſi datus eſt ſubſtitutus vulgaris, ſi retinet legitimam emiſſo reſiduo bonorum non dicitur adire hæreditatem.*
70 *Hæreditatem non dicitur adiuiſſe quis ex actu pio & religioſo, vt ſi ſepeliuit mortuum.*
*Et quid ſi quis percepit fructus ex bonis hæreditarijs.nu.71. & ſeq.*
72 *Domus habitatio eſt fructus ipſius domus, & dicuntur fructus ciuiles.*
73 *Filius eſt ipſo iure hæres patri.*
74 *Alienatio rei tempore perituræ conceditur citra ius & nomen hæredis.*
75 *Agricultura infert aditionem hæreditatis , ſed non neceſſariò,ſed tunc ſolum cùm ſit animo adeundi hæreditatem.num.76.*
77 *Hæreditas nunquid præſumatur adita quando quis dedit aliquas eleemoſynas pro ipſo defuncto ex eiuſdem defuncti bonis.*
*Et quid ſi maritus,cui pro ſe & filijs delata fuit hæreditas vxoris, dedit pannos vxoris pauperibus.num.78.*

Et quid

*Et quid ſi fratri fuit delata hæreditas fratris, cum quo viuebat in communi, & eam mortuo fratre adminiſtrauit. num.79.*

*Et quid, quando quis ſoluit debita hæreditaria. nu.80.*

*81 Hæreditas nõ præſumitur adita ab eo, qui petit reddi rationem adminiſtrationis.*

*Idem, quando quis ſuſcipit litem cum creditorib. hæreditarijs. numero 82.*

*Idem quando quis curauit ſeruos hæreditarios torqueri. nu.83*

*84 Hæreditas an præſumatur adita, quando quis accepta pecunia iniuit pacem cum occiſorib. defuncti, de eius hæreditate agitur*

*85 Filius ſuo iure tenetur vindicare mortem patris.*

*86 Accuſans violatores ſepulchri paterni ex hoc non præſumitur hæreditatem adiuiſſe.*

*87 Hæreditas nunquid præſumatur adita ex facto negatiuo.*

*88 Debitor ſi in diem ſucceßit creditori ſuo, & debitum non ſoluit alijs, qui ſuccedunt eo repudiante, præſumitur ex hoc non facto adita hæreditas.*

*Declara, vt num. 90. 91, & 93.*

*89 Maritus, qui mortua vxore tenetur dotem reſtituere, ſi eam retinet apud ſe nomine filiorum, non dicitur adire hæreditatem pro ipſis filijs.*

*Declara, vt num. 92.*

*94 Hæres inſtitutus, vel ab inteſtato vocatus, ſi confecit inuentarium bonorum hæreditatis, præſumitur ipſam hæreditatem adiuiſſe.*

*95 Inuentarium conficitur poſt tres menſes à die aditæ hæreditatis.*

*96 Hæres non dicitur, qui eſt intra tempus ad deliberandum.*

*97 Filius, cui delata fui hæreditas patris, ſi fecit collationem bonorum fratri ſuo, non præſumitur adiuiſſe hæreditatem.*

*98 Inſtitutus vel vocatus ab inteſtato ſi ceßit bonis hæreditarijs, præſumitur iam adiuiſſe hæreditatem.*

1 DISSERVIMVS ſuprà quando aditio ex verbis præſumatur, tunc dicendum eſt quando ex geſtis & factis. Eſt enim † certum, hominis voluntatem ita declarari factis, quemadmodum & verbis. l. Paulus reſpondit. ff. rem ratam hab. & ſcripſerunt poſt alios Socinus Iunior in conſ.98. num.13. lib.1. & in conſ.61. nume.36. lib.2. & Craue. in conſ.91. nume.10. & in conſ.204. nume.11. & in ſpecie idem Craue. in conſilio.348. num.4. Porrò hic qui voluntatem ſuam facto aliquo declarat, pro hærede gerere propriè dicitur: ſicuti rectè ſcripſit Duarenus in commentariis de acquirenda hereditate in tit. Quomodo hæreditas acquiratur. colum.1. adductus textu. l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acq. hæred. & §. vlt. in Inſtit de hæred. qual. &. differ.

2 Eſt † autem hic obſeruandum, non omnia facta coniecturam aditæ hæreditatis facere: ſed illa tantùm, quæ citra ius & nomen hæredis fieri non poſſunt d. l. pro hærede. §. Papinianus. & d. §. vlt. & tradunt Bart. in l. gerit num.19. ff. de acq. hæred. & Iaſon in conſil.112. num.2. lib.4.

Et manifeſtè ſcriptum reliquit Baldus in l. potuit. nume.15. C. de iure delib. aditionem hæreditatis inferri ſolùm ex facto neceſſario, vel veriſimili: non autem ex non neceſſario, & non probabili.

De his geſtis & factis, ex quibus colligitur adita vel non adita hæreditas copioſè & diligenter diſſerit Bar. in d. l. gerit num.19 qui diſtinguit alia eſſe facta præparatoria ad ipſam aditionem: alia verò eſſe principalia.

Et rurſus, illa facta præparatoria, alia ſunt ad aditionem neceſſaria, alia verò non. Duo itaque conſtituenda ſunt huius diſputationis capita, quorum vnum erit de factis præparatoriis alterum de principalibus.

3 Primum caput † de factis præparatoriis eſt, in quo diſtinguo tres caſus vnà cum Bart. in d. l. gerit. num.19. Primus eſt, quando factum eſt præparatorium neceſſariò ad hæreditatis aditionem. Hoc in caſu non præſumi aditam hæreditatem: cum actus iſte aditionem non inferat. Ita Bartol. in d. l. gerit num.19. quem ſecuti ſunt aliquos ſtatim referam.

Eſt primum exemplum, vt ſi hæres ſcriptus in teſtamento ſub conditione implet ipſam conditionem ſicuti poſt Bartolus in dicta l. gerit numero decimonono ſcripſerunt glo. Fulgoſius Alexand in l. prima numero primo. ff. de condi. ob cauſam. Comens in l. iam dubitari. ff. de hæredi. inſtitu. Maranta in l. is poteſt numero 78. ff. de acq. hæred & Aſinius in l. quarta §. nec quis putet numero 80. ff. de religio. & ſumpt. fune. Et quæ quidem ſententia probatur textus l. prima §. ſed ſi parendi. ff. de cond. ob cauſam & l. Antiſtius. ff. de acq. hæredit.

4 Hoc † tamen exemplum non habet locum in hærede ſuo: Nam is implendo conditionem ſub qua inſtitutus fuit, dicitur adire, vt præcitati Doctores cenſuerunt.

5 Et † qui quidem differentiã quoque conſtituunt inter conditionem & modum, quod ſcilicet implendo modum dicatur is implens adiuiſſe hæreditatem: cùm modus poſt ipſam aditionem implendus omnino ſit l. quibus diebus. §. vltimo. ff. de cond. & demon.

6 Et ideò † qui vult conſequens dicitur etiam velle antecedens. l. illud. ff. de acq. hæred. & in ſpecie Maranta in d. l. is poteſt num.84.

Eſt & ſecundum exemplum: vt ſi quis agit querela inofficioſi teſtamenti, vt eo rupto, adire poſſit ad inteſtato: cum antea adire non poſſit. Hoc ex facto non infertur aditio. glo. l. quemadmodum. ff. de inoffi teſta. Bartolus in d. l. gerit num.19. & in l. cum quidam numero 2. ff. de bono. poſſ. & ibidem Albericus: ſic & Socinus Sen. in conſil.20. colum.1. lib.3. Maranta in l. is poteſt. numero 51. de acq. hæred. & Aſinius in d. §. nec quis putet. nu.94.

Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia dicitur filius iſte ſibi præparaſſe viam ad adeundam hæreditatem: non autem adiuiſſe. l. ei, qui & leg. Antiſtius. ff. de acquir. hæred.

Eſt & tertium exemplum, vt ſi quis petiit ſibi exhiberi inſtrumenta & rationes, vt poſſit inſtrui de iuribus hæreditatis.

Hoc enim ex facto non præſumitur adiuiſſe hæreditatem, l. Ariſto. cum l. ſeq. ff. de acq. hæred. & tradunt Maranta in d. l. is poteſt. num 54. de acqui. hæred. & Aſinius in d. §. nec quis putet. nu.98.

7 Secundum eſt caſus, quando † factum præparatorium non eſt neceſſarium ad hæreditatis aditionem.

Hoc ſanè caſu aditio non præſumitur. Ita Bartolus in d. l. gerit. num.19. verſi. quædam ſunt præparatoria. ff. de acq. hæred. quem ſecuti ſunt Baldus & reliqui, quos ſtatim referam, Primum exemplum eſt, ſi accuſo teſtamentum quod certò ſcio eſſe falſum, dicor adire hæreditatem. l. cum quidam. ff. de bono. poſſ. vbi Bart. numero 2. Baldus, Maranta in l. is poteſt numero 51. ff. de acq. hæred. Aſinius in d. §. nec quis putet. nu.91. Eſt & ſecundum exemplum: vt ſi quis dicit teſtamentum nullum.

Ex hoc enim præſumitur adita hereditas. Ita Bartolus in dicta l. gerit. numero 19. & in dicta l. cum quidam. ff. de bono. poſſeſſ. Baldus in l. tertia numero 4. C. de repud hered. idem Baldus & Angelus in l. ſi filius. ff. de cond. ob cauſam. & Aſinius in loco ſupra citato.

8 Tertium eſt caſus, quando † factum eſt preparatorium non ad ipſam aditionem hereditatis, ſed ad ipſius hereditatis petitionem. Hoc caſu ex eo facto preſumitur adita hereditas. Ita Bartolus in dicta l. gerit. numero 19. verſiculo & predicta vera. Maranta in dicta l. is poteſt. numero 51. verſiculo quinto. & Aſinius in dicto §. nec quis putet. numero. 99. Exemplum eſt, vt ſi formo libellum contra te, volens agere petitione hæreditatis, vel ſi peto te interrogari, an pro herede poſſideas: quia intendo te conuenire petitione hereditatis. Hec enim preſumi faciunt aditam fuiſſe hereditatem. l. quemadmodum. ff. de inoffic. teſtam. Maranta in dicta l. is poteſt. numero quinquageſimo quinto.

9 Secundum caput † huius diſputationis eſt, quando factum eſt principale, non autem preparatorium. Hoc in capite diſtinguit Barto. in d. l. gerit. num.19. verſ. ſecundò dixi. ff. de acq. hered. tres caſus. Ego verò clarioris explanationis gratia tot conſtituo, quot ex Barto. & alios obſeruaui.

10 Primus eſt, quando † factum eſt certum non inductiuum aditione hereditatis. Hoc in caſu eſt manifeſtum, aditionem non preſumi. l. pro hærede in fine. ff. de acqui. hered. Et in cla-
11 ris † opus non eſt, coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. Ita docuit Barto. in loco ſupra allegato.

12 Secundus eſt † caſus, quando factum eſt certum inducens aditionem. Hoc caſu certò inducitur aditio. d. l. pro hærede. Et quamquam ex hoc facto reſultet quedam certitudo: attamen non dicitur propriè certitudo, ſed preſumptio à lege probata, que certitudo dici poteſt. Et eſſe preſumptionem ſenſit Afflictus in deciſ.14. nu.7. qui dixit, præſumptionem eſſe in iudicio allegandam ab eo, qui illa vult iuuari.

13 Primum † exemplum afferri poteſt, vt ſi quis vẽdidit bona hereditaria,



hæreditaria, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. Hic ſanè hæreditatem adiuiſſe dicitur. l. pro herede. §. ſeruos. ff. de acq. hered. & tradunt Bar. in d. l. gerit. num.24. verſ. quedam ſunt in quibus. vbi Imola. num.13. in fine. Alexand. in l. ſi quis mihi. §. ſed quid ſi mandauerit, num.7. ff. de acq. here. & in conſi.126. colum.1. lib.7. Corn. in conſi.165. colum.10. nu. lib.2. & in conſil.299. nu.6. lib.3. in conſi.79. nu.10. lib.4. Puteus in deciſio.447. lib.1. Verallus in deciſ.26. nu.4. in ſecunda parte. Alci. in reſp.339. num.2. & Maran. in dicta l. is poteſt. nu.56. verſ.13. & Aſinius in dicto §. nec quis putet. nume.104. Hoc tamen exemplum declaratur ſecundum Barto. in dicta l. gerit. nu.21. verſ. ſi verò non poterat, non habere locum, quando iſte ſimpliciter vendidit rem hæreditariam ſibi obligatam. Nam tunc preſumitur id feciſſe, tanquam dominus, pro ſuo iure.

14 Secundum exẽplum, vt † ſi hæres inſtitutus accepit à ſtatu libero, pecuniam cauſa implendi conditionem, ſicque manumittẽdi ſeruum illum: Nam cum eiuſmodi pecunia voluntate teſtatoris ſoli hæredi debeatur: ſequitur, quòd recipiens ipſam pecuniam adire dicitur. dicta l. pro hærede. §. Papinia. vbi gloſ. & Doct.

15 Tertium eſt exẽplum, quando † quis donauit, omnia ipſa bona hæreditaria: Hic etiã actus certo ſignificat aditam eſſe hæreditatem. l. illud. ff. de acquir. hæred. Corn. in conſi.79. nu.10. in conſi.110. num.4. lib.4. Craue. in conſil.200. nu.2. & Aſinius in d. §. nec quis putet. num.115.

16 Quartum eſt † exemplum, quando legauit aliis hæc bona hæreditaria. l. ſi auia. C. de iure deliber. Corn. in conſil.79. nu.10. lib.4. Maranta in dicta l. is poteſt. num.52. verſ. octauò. & num.56. Aſinius in d. §. nec quis putet. num.131.

17 Quintum exemplum eſt, quando † locauit bona hæreditaria. Nam & actus iſte, qui citra ius & nomen hæredis fieri non poteſt, infert aditionem hæreditatis. Bald. in conſilio 12. Quidam D. Matthæus. lib.1. Corne. in conſil.103. num.4. & in conſil.165. num.44. lib.2. & Craue. in conſi.837. nume.7. Iaſo. in conſi.112. num.28. lib.4. Maranta in dicta l. is poteſt. nume, 77. & Aſinius in dicto §. nec quis putet. num.151.

Cæterùm hoc exemplum non habet locum, quando locator iſte non poteſt libere locare: ſed requiritur conſenſus aliquorum: ſicuti in muliere, quæ ſic diſponente ſtatuto adire non poteſt hæreditatem ſine conſenſu affinium. Hæc enim locando prædia hæreditaria non dicitur adire hæreditatem. Ita Socin. Sen. in conſi.92. nume.31. lib.3. qui refert ſic conſuluiſſe Bulgarinum, quiquidem Bulgarinus ſic ſcripſit in l.1. quæſt.17. C. qui admitti, & ſecuti ſunt Riminal. Sen. in rubr. C. qui adm. & ibidem Zuchardus nu.76. & Riminal. Iunior nume.298. Ceſſat etiam hoc exemplum, quando quis locauit prædia, vt ſubſtituto proſpiceret. l. pro hærede. §. proinde & ſi. ff. de acquir. hæred.

18 Sextum exemplum eſt, quando † quis exegit debitores hæreditarios. Hic enim dicitur adiuiſſe hæreditatem: cùm actus iſte fieri non poſſit citra ius & nomen hæreditarium. l. pro hærede. §.1. ff. de acquir. hæredit. Ita in ſpecie ſcripſerunt Bar. in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. Alexand. in conſil.32. lib.3. Cæpolla in cautela 204. Socinus Sen. in conſi.45. nu.5. lib.4. Maranta in dicta l. is poteſt. num.75. Alcia. in reſp.354. num.5. & Aſinius in dicto §. nec quis putet. num.167.

19 Septimum eſt exemplum, quando † diuiſit bona hæreditaria cum cohærede. Hic enim dicitur adiuiſſe hæreditatem. Ita reſpondit Pariſius in conſi.16 num, 46. lib.2. & ſecutus eſt Aſinius in dicto §. nec quis putet. nume.169. Idem reſpondit Crauet. in conſil.967. num.14. Eſt ratio: quia diuiſio ſignificat aditionem ſeu immixtionem. l.1. & l.2. ff. famil. erciſc. Et præterea diuiſio non poteſt fieri citra ius & nomen heredis. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acq. hæred. & accedit, quòd diuiſio præſupponit communionem l. ſed ſi ſorte. ff. de reb. corũ. Et cõmunio neceſſariò præſupponit aditionem, alioqui cum cohærede dici non poſſet communis. Hoc tamen intelligitur ſecundum Crauet. quando diuiſio facta fuit tãquã ab herede.

20 Octauum eſt exẽplũ, quãdo † hæres ſcriptus in teſtamento cõpromiſit cum legatariis: Hic dicitur adiuiſſe hæreditatem. Ita Bald. in conſ.245. lib.5. Maranta in d. l. is poteſt. num.67. ff. de acquir. hæred. & Aſinius in d. §. nec quis putet. num.173.

21 Eſt ratio, quia † compromittere de rebus hæreditariis eſt actus, qui geri non poteſt citrà ius & nomen hæredis: infert ergo aditionem dicta l. pro hærede. §. Papinianus in fine.

Et præterea compromiſſum eſſet inutile, ſi diceretur aditam nõ fuiſſe hæreditatem: ſicuti nec tranſactio ante aditam hæreditatem valet. l. ſi proponas. §. pen. ff. de inoffic. teſtam. & l.1. §. quod ait. ff. quorum lega.

22 Nonum eſt exemplum, quando † quis accuſauit eos, qui damnum dederunt in prædiis hæreditariis. Hic enim dicitur adiuiſſe hereditatem. Ita Bal. & Aſinius in locis ſup. allegatis.

23 Decimum eſt exemplum, quando † quis in communione ſocietatis perſeuerat: Hic dicitur adiuiſſe hæreditatẽ, Ita Bart. in l. Iulianus. §. ſi in ſocietate. ff. de acquir. hæred. & Aſinius in d. §. nec quis putet. nu.180. Id quod intellexit Bar. quando omnia bona nõ ſunt ita connexa, quin poſſint diuidi: aliàs ſecus.

24 Vndecimum exemplum eſt, quando † hæres iſte ſcriptus in teſtamento, vel vocatus ab inteſtato liberauit debitores hæreditarios. Hic enim dicitur adiuiſſe hæreditatem. Ita reſponderunt Corneus in conſil.180. num.9. lib.2. & Ruinus in conſi.13. nu.10. lib.3. & ſecutus eſt Aſinius in d. §. nec quis putet. num.183. Et accedit Iaſon in conſi.112. nume.2. lib.4. dum reſpondit, quòd ſi iſte acceptilationem fecit debitoribus hæreditariis, dicitur adiuiſſe hæreditatem: cum acceptilatio ſit ſolutionis ſpecies.

25 Duodecimum exemplum, quando † mandauit ſolui legata relicta in teſtamento. Nam & tunc dicitur adiuiſſe hæreditatem. Ita Bald. in conſi.71. lib.5. & Maranta in d. l. is poteſt. num.67. verſi.18.

26 Decimumtertium exemplum, quando † quis conſtituit procuratorem ad adeundum hæreditatem. Nam ſtatim adiuiſſe dicitur. Ita Bartolus in l. Paulus reſpondit per procuratorem. ff. de acquirend. hæredit. Maranta in dicta l. is poteſt. num.68.

27 Tertius eſt caſus, † quando factum eſt dubium, vt quia inſtitutus iſte potuit illud facere tanquam hæres, & tanquam non hæres. Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Baldus in l. non hoc. col.1. verſi. ſi autem facit. C. vnde legit. ſcripſit, eſſe in æſtimatione, id eſt, arbitrio iudicis, vt videat ex facti qualitate & aliis coniecturis, ſi is voluit eſſe heres, vel non. Cæterùm Bart. in dicta l. gerit. num.20. ff. de acquiren. hæred. copioſè & egregie diſtinguit. Et primò ſi (inquit Bartol. potuit facere actum illum vno modo licito, & altero illicito. Si conſtat voluiſſe facere modo illicito: tunc nõ inducitur aditio. l. ſi quis extraneus. in princ. ff. de acquir. hered. & idem docuit Bald. in l.1. nume.40. C. qui adm. qui declarauit, niſi ſit heres ſuus, ſi verò (ſubiunxit Bartol.) eſt dubium, an noluerit facere modo licito, vel illicito. Et tunc ne preſumatur delictum contra. l. merito. ff. pro ſocio, preſumptio eſt, quod modo licito fecerit, & conſequenter, quod hereditatem adire voluerit. Idem reſpondit ipſemet Bart. in conſi.129. num.4. lib.1.

28 Hinc infertur † quod ille, qui per decennium poſſedit bona hereditaria, preſumitur adiuiſſe hereditatem, ne, ſcilicet, occupator, & malefidei poſſeſſor videatur. l. ſi filius. C. de petit. hered. Ita Bart. in dicto conſil.129. nume.1. Bald. in d. l. non hoc. colum.1. in fine. C. vnde legit. & ibidem Salicetus. Idem reſpondit Iaſon. in conſil.3. colum.3. verſi. primum ergo. lib.1. & alios multos, etſi non omnes hoc ſcribunt, refert Maſcardus in tracta. de probationibus. in concluſ.45. col1. in 1. parte.

29 Interdum etiam fit, vt poſſidens bona hereditaria † aliquot dies vel menſes tantum, adiuiſſe hereditatem preſumatur. Sicuti quando ſtatuto cautum eſt, vt Florentie. lib.2. rub.29. quo ſancitum eſt, quod poſſidens bona hereditaria per quindecim dies à morte defuncti, licet bona ipſius hereditatis exiuerit, ſeu deſeruerit hereditatem ipſam, adiuiſſe intelligatur, & tãquam ex vera agnitione, & vt verus ſucceſſor ſit obnoxius omnibus oneribus hereditariis, &c.

Quod ſanè ſtatutum hanc habet (ni fallor) interpretationem, vt poſt repudiationem poſſidens nõ efficiatur verus heres: ſed ſolum obnoxius oneribus hereditariis, atque ita quo ad ſui detrimentum dicitur heres, non autem, vt aliis, vel qui adiuerunt, vel adire poſſunt detrimentum. Nam ſtatutum editum fuit in odium repudiantium, & ad fauorem legatariorum, & creditorum, ad euitandas fraudes, vt in ſpecie dicti ſtatuti reſponderunt Caſtren. in conſilio.55. Bona, de quibus. lib.1. & Socinus Sen. in conſilio 113. lib.4. & Corne. conſi.91. lib.1. Et ideò repudiantes non debent ex eo ſentire lucrum & commodum,

commodum,arg.l.quod ſeruius.ff.quod vi aut clam.Et ne inducta in odium retorqueantur in fauorem cõtra.l.legata inutiliter.de leg.2.

Et propterea iſte qui poſſedit, & deinde repudiauit, habetur pro hærede quò ad ſui detrimentum tantum:ſic in terminis dicti ſtatuti Florentini reſpondit Angel. conſi.386.nume. 2.verſ.quinimo, & ipſum.Ita etiam dicimus,de eo, qui repu-
30 diata† hereditate,reſpondit ſe heredem?vt dicatur hæres quo ad ſui damnum.l.ſi filius.ff.de interrog.actio.vbi.glo.& glo. in l.ſicut.C. de repud.hæred.vbi Bal.num.4. verſ.vlterius op-
31 poni.Ita † etiam dicimus, quod ille, qui adiuit hereditatem, non amplius poſſit eam repudiare.d.l.ſicut.C.de repud.hære. Attamen ſi repudiat, remanet ſolum hæres quò ad ſui damnum tantum, & ad fauorem creditorum.Ita Ang.in d.l.ſicut. Bald. conſil.403.Ioannes.in 3.dubio. lib.3. Cæpolla cautela.
32 219. Crauet.conſil.24.nume.6.ſic etiam is, qui † per mendacium dixit ſe heredem,cum vere non ſit,habetur pro herede, quo ad ſui damnum.l.vlt.C.de petit.hæred.Bal.l.nec nos.nu.
33 2.C. de capt.& poſtlim.reuerſ.Ita etiam dicimus, quòd † renunciatio beneficij inualida nocet renuncianti, ne poſſit continuare poſſeſſorem licet quo ad alios nõ noceat.c.quod in dubijs.de renunt. vbi glo.& Io.Ann.nu.2.Crauet.d.conſil. 24.num.6.Puteus deciſ.16.in fine.lib.2.

Et hic, qui non eſt verus hæres, ſed pro hærede habetur, ſoluere poteſt creditoribus ex bonis hæreditariis, quod eis debetur.Natta.conſi.547.num.18.

34 Quartus eſt caſus, † quando factum eſt dubium:ſed actus fieri poteſt altero de duobus modis licitè, & id ſemper ſuo iure. Eſt primum exemplum, quando filius habitauit domum paternam. Poteſt enim eſſe, quod habitauerit, vt hæres: vel tanquam filius dotis maternæ cauſa, ob quam patris bona ſunt tacitè hypothecata.Hoc in caſu an adiuiſſe hæreditatem preſumatur dubium eſſe?Et Bar.in dicta l.gerit.num.21.viſus eſt relinquere indeciſam dubitationem hanc. Nam primum dixit, præſumi filium habitaſſe eo modo,quo eſt dominus.l. 1.§.ſi quis domum,& §.pen.ff.locati, & l.1.C.credito. euict. pigno.ſenſit Bart.filium hunc adiuiſſe hæreditatem:cum hæ-
35 res † idem ſit quod dominus.§.vlt.in inſtit.de hæred.qual.& differen. & manifeſtius idem dixit Imola in dicta l. gerit.nu. 12.Deinde Barto.ſubiunxit, quod imò videtur feciſſe eo modo,quo eſt ſibi vtilius.l.1.& l.2.ff.de ſolut. Hanc poſtremam opinionem probarunt Caſtren.in l.1.C.de repud.hered.& in conſi.351.Pro fundamento.col.3.lib.1.Cardinal. Zabarella in conſi.37.Alex.in conſi.32.nu.7.in conſi.33.num.5.& in conſil. 81.num.7.lib.3.& in conſil.89.num.9.lib.4.Ruynus in conſil. 51.num.1.lib.4.& in conſi.60.in fin.num.5.Soci.Iun.in conſil. 131.num.5.lib.1.& in conſi.113.num.3.lib.4.Brunus in conſi.1. num.12.Socin.Iun.in conſi.132.num.2.lib.2.Craue. in conſil. 33.num.11.& in conſil.197.num.4.& in conſi.456.num.2. Et ij quidẽ ſcripſerunt, ſtandũ eſſe declarationi ipſius filij poſſedentis,quo ex titulo poſſideat.Et hæc quidem declaratio fieri poteſt parte abſente, vt in ſpecie reſpondit idem Crauet.in
36 conſi.148.num.10. Secundum † exemplum affertur à Bart.in dicta l.gerit.num.21.verſ.ſed ſi ille, quando habitat domum, quam multis de cauſis habitare poteſt, vt puta tanquam hæres,iure pignoris,& hypothecæ,& cauſa cuſtodiæ.

Hoc etiam caſu(inquit Bart.præſumitur habitare ex cauſa magis vtili:ex quo non contraxit cum aliquo, & Bart.ſecuti ſunt congeſti à Maranta in dicta l.is poteſt.nu.58. ſic & Grat. in conſil.146.nume.11.lib.2.qui declarat. Tertium eſt exemplum,quando quis tanquam hæres,& iure familiaritatis poſſidere poteſt. Hoc in caſu idem eſt dicendum, quòd, ſcilicet præſumatur poſſidere ex cauſa ſibi magis vtilis. Ita ſenſerunt Angel.& Imola in l.duo fratres.ff.de acquir.hæred.

Et propterea ſi dicit,ſe habitare iure familiaritatis, nõ inducitur aditio:ſicuti ſcripſerunt præcitati Doctores, & Corneus in conſi.70.num.10.lib. 4.Rui.in conſil.51.num.7.lib.4. & Aſinius in dicta l.4.§.nec quis putet.nume.147.ff.de relig. & ſumpt.fun.

37 Quando† verò nulla alia ſubeſt cauſa quàm aditionis hæreditatis,habitatio hæc domus arguit ipſam aditionẽ. Ita ſenſit Bart.in d.l.gerit.num.21.& manifeſtius Bal.in l.1.C.de repud.hæred,Corneus in conſilio 165.colum.8.nume.... lib.1, Socinus Sen.in conſi.73.num.18.lib.3.& in conſi.4.num. ..li. 4.Decius in conſi.491.num.... Maranta in d.l.is poteſt.num. 58.& Aſinius in dicto §.nec quis putet.num.133.

38 Quintus eſt † caſus, quando quis poteſt facere actum vt dominus,non autem vt hæres, vt ſi quis habitat domum emphyteoticã, quæ emphyteuſis eſt ſimpliciter ex pacto & prouidentia.Hoc caſu non præſumi aditionem ſcripſit Bart. quẽ ſecuti ſunt Maranta in dicta l.is poteſt.num.59.& Crauet.in conſ.197.num.5.qui idem eſſe dixerunt in poſſidente feudum ex pacto & prouidentia.Idem ſcripſit Iaſ.in l.pro hærede.§. ſi quid tamen.num.2.de acq.hæred.

39 Sextus eſt caſus,quando filius † inſtitutus à patre aſſerit ſe poſſidere bona aliqua patris pro ſua legitima,an dicatur adiuiſſe hæreditatem ſibi in teſtamento relictam?Et cenſeri adiuiſſe ſcripſerunt Bart.in dicta l.gerit.num.22.& ibidem Aret. col.5.verſ.item adde, qui dixerunt filium non poſſe ſeparare legitimam ab hæreditate,acceptando ipſam legitimam,repudiata hæreditate, vt communem eſſe teſtantur Decius in l.3. col.vlt.C.de impu.& aliis ſubſt. Ripa in l.1.nu.157.ff.de vulg. poſt Alex.in l.quia poterat.nu.10.ff.ad Trebel.& alios recenſet Tiraq.in tract.de iure primige.quæſt.35.num.10.& quæſt. 75.num.5.

Quorum quidem opinio vel eo ſolo argumento probari
40 videtur,quod hæreditatis aditio infertur† ex eo actu, qui fieri nõ poteſt citra ius & nomen hæredis,vt apertè probat tex. iſte.l.gerit.ibi,*ſicuti hæreditariam retinuit,&c.*& in fine.ibi,*& ſi alienam rem, vt hæreditariam poſſediſſet:* & clarius probat.l.pro
41 hærede.in princ.eod.tit.hoc noſtro.At qui filius † conſequi non poteſt legitimam citra ius & nomen hæredis:Cùm titulo & iure hæreditario eam conſequatur.Ergo actus iſte conſecutionis legitimæ arguit hæreditatem fuiſſe aditam.Illa minor propoſitio,à qua pendet totius diſputationis veritas multis probari poſſe videtur.

42 Primò, legitima † titulo inſtitutionis relinqui debet.§.aliud quoque capitulum.in Auth.vt cum de appel.cogn.atque ita titulo hæreditario. Atqui ille qui partem hæreditatis adit & acceptat, etiam aliam partem acceptare debet:nec enim ſeparare illam poteſt.l.1.& l.2.hoc tit.de acquir.hæredi. Ergo non poteſt filius acceptare legitimam & repudiare hæreditatem.

Verùm reſpondetur primò ſecundum Decium in dicta l.
43 3.num.4.verſ.ſed tamen videtur,&c.† tunc non poſſe partem hæreditatis acceptari & alteram repudiari cùm de ipſa hereditate agitur,vt loquuntur dicta l.1.& l.2.hoc titu.de acquir. hæred.At diuerſum eſt in legitima, quæ non eſt quota hæreditatis,ſed bonorum,vt ſupra fuit demonſtratum.

Præterea & ſecundo reſpõdetur ex declaratione Ripæ in l.1.nu.157 ff.de vulg.verſ. ad iſta duo, quòd eſt introductũ ad fauorem filij,vt titulo inſtitutionis & honorabili ei relinqua-
44 tur legitima. Non ergo iſte fauor † debet retorqueri in odiũ, contra l.quod fauore.C.de legib. Eſt ergo dicendum,legitimam deberi filio titulo & iure hæreditario,quando agitur de fauore & commodo ipſius filij, nõ ſi de incommodo ita declarat Bartol.in l.ſi arrogator.in ſecunda lectura.num.7.ff.de adoptio.

45 Secundò adducitur † hoc argumentum,qui rem acceptat, cum ſua cauſa onere & natura acceptare tenetur & debet, vt in ſpecie & noſtris his terminis probat.l.ſi duo hoc titu.de acquir.hæred.quam in materia hac egregiè declarant, & ita intelligunt Soc.Sen.conſi.vlt.lib.4.& Ruinus conſi. 111.nu.2. 3.lib.5.& conferunt quæ copioſè ſcribit Iaſo.in l.is cui opus. num.6.ff.de operis noui nuntia. & latiſſime Tiraq. in tracta.
46 de retractu conſang.§.1.glo.10.num.13.Atqui natura † legitimæ eſt, vt totum ei accreſcat.§.cæterùm.in Auth.vt cum de appel.cogno.Ergo filius acceptando legitimam dicitur acceptare, vt reſiduum hæreditatis ei accreſcat, atque ita in totũ hæres efficitur.

Cæterum reſpondet Ripa.in dicta l.1.nume.157.verſic. ad iſta.ff.de vulg.ex declaratione Bart.in dicta l.ſi arrogator.nu. 7.quod habet filius legitimam cum ſua natura, ſcilicet, cum iure accreſcendi quo ad ſuum commodum, non autem quo ad incommodum.Et ideo poteſt filius recuſare illud augmentum, quod ex iure accreſcendi ei obuenire poteſt. Et præter Ripam,ita in ſpecie docuit Bald.in l.vnica.quæſt.1.C.quando non peten.partes,&c.





47 Tertiò ſuffragatur huic † opinioni, quòd filius inſtitui poteſt ſub cõditione poteſtatiua,ideſt, ſi hæres erit,vel ſi decem dederit.l.ſunt quoque.ff.de hæred.inſtit. tradit Anchar. conſilio 313. Atqui is qui eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, ſi conditioni non paret,totam relictam hæreditatem perdit.d.l.ſuus.Ergo filius non poteſt retinere ſolam legitimam & ſpernere reſiduum hæreditatis: atque ita non parere conditioni,ſub quã data ei fuit legitima.

Verùm reſpondet primò Ripa in d.l.1.num.157.verſ.ad
48 iſtud. ff.de vulga.quod † imò hodie filio relinqui non poteſt legitima ſub conditione poteſtatiua, vt ſcribunt Salicetus & Alex.in l. quoniam in prioribus.C.de inof.teſtam.& ipſemet Bart.in d l.ſuus.in prin.nu.7.& attigi ſupra poſt Decium in l. 3.colum.vlt.verſ.ſed poteſt.C.de impuberum & aliis ſubſtit. qui hanc reſponſionem ſenſit.

Præterea & ſecundo reſpondet Ripa præcitato loco,quod d.l.ſuus quoque procedit quando filius iam adiuit hæreditatem,& deinde vult retinere hæreditatem, & recuſat ſatis facere conditioni.Non enim id facere poteſt, cùm iam illi annexo oneri ſe alligauerit.At diuerſum eſt in filio, qui ante aditam hæreditatem vult habere legitimam, & repudiare hæreditatẽ,id enim facere poteſt, cùm vnum ab altero ſeparatum ſit.Quam ſanè declarationem (ait Ripa) ſenſit Bart.in l.iam dubitari in fi.ff.de hæred.inſtit.

49 Quartò confert hæc† argumentatio ius noſtrum non patitur, vt quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.l.ius noſtrum.ff.de reg.iuris.cum ſimilibus.At qui ſi filius ex teſtamento patris ſolum retineret legitimam & reſiduum repudiaret,pater decederet pro parte teſtatus, quò ſcilicet ad legitimam, & pro parte inteſtatus, quò ſcilicèt ad reſiduum hæreditatis. Ergo ne hoc contra iuris diſpoſitionem ſequatur, dicendum eſt filium non poſſe retinere legitimam & ſpernere reſiduum hæreditatis. Verum reſpondet Ripa in d.l.1. num.157.verſic.quartò facit.ff.de vulga.quòd argumentum procederet, quando filius vellet retinere legitimam iure inſtitutionis: ſecus hic,vbi retinet,vt ſibi debitam.Voluit fortè dicere Ripa in caſu noſtro filium retinere legitimam,non ob id quod ita ei relicta ſit à patre in teſtamento, ſed ac ſi pater nil diſpoſuiſſet: cùm eam conſequi poſſit etiam ſi pater inteſtatus decedat:atque ita vti ab inteſtato eam retinet.

50 Quintò accedit,quòd † valet argumentum de legitima debita patrono ex bonis liberti ad legitimam hanc filij ex bonis patris.l.vlt.C.de inoffi.teſta. At qui ſi patronus acceptat legitimam ſibi debitam reſiduum hæreditatis ſui liberti repudiare non poteſt,vt probat tex.l.ſi libertus patrono in fine.ibi, *ceſſante verò ſubſtitutione.*ff.de liberto.Ergo pari ratione dicendum eſt,quod,ſi filius acceptat legitimam, non poteſt repudiare reſiduum hæreditatis.

51 Cæterùm reſpondet primò † Ripa in d.l.1.num.157.in fine.ff.de vulg.quod vbi agitur de incommodo filij, non licet argumentari à legitima patroni ad legitimam filij. ex l.ſi quis legatum.§.penul.vbi gloſſa.ff.ad l.Cornel.de fals.quam recenſet Ripa d.nume.157.in princ. Eſt ratio,quia diſpoſitio d. l.ſi libertus, eſt exorbitans à iure communi,& ſolùm intelligitur procedere in ſuis propriis terminis,vt ait Soc.Sen.in l.1. columη.44.verſ.tertius caſus eſt.ff.de vulg.Non ergo extenditur ad caſum noſtrum:Rurſus & ſecundò reſpondet Ripa in d.l.1.num.157.in fine.d.l.ſi libertus, loqui quando patronus ſimpliciter adiuit hæreditatem,aliquid vltra legitimam acceptando,Nam tunc non poteſt amplius, retenta ſola legitima, hæreditatem ipſam repudiare. At ſecus hic, vbi ab initio vult conſequi ſolam legitimam, & nihil ex hæreditate attingit.Et cuidam obiectioni ſatisfacit ipſe Ripa.quam non refero.

52 Sextò ad hanc opinionem † confirmandam Decius in l.3. colum.vlt.verſi.ad idem facit.C.de de impuber.& aliis ſubſt. adfert textum. l.hæredes.C.de omni agro deſerto. libro.11. Quo loci annotauit Bartolus, repudiantem non ſolùm priuari debere hæreditate, ſed etiam omnibus bonis per inſtituentem in eum quocunque titulo tranſlatis. Et eſſe caſum hunc ſingularem dixit Corſetus in ſing.in verbo hæres.incipit inſtitutus.

Ergo non poteſt filius retinere legitimam repudiata hæreditate. Exiſtimo poſſe reſponderi quòd argumentum poſſet procedere, quando filius vellet retinere legitimam ex teſtamento, ſed in caſu noſtro retinet tanquàm ſi pater non eſſet teſtatus, vt dictum fuit ſupra in reſponſione ad quartum. Præterea & ſecundo reſpondeo, quod caſus d.l.hæredes, eſt caſus ſingularis fauore fiſci, vt ibi annotauit Alex.ad Bartolum & poſt Romanum idem ſcribit Iaſon in l.filio pater.nu. 5.ff.de leg.1.

Ergo in contrarium eſt ius, vt verè eſt text.d.l.filio pater. vbi filius poteſt repudiare hæreditatem, & retinere prælegatum.idem probat l.cum reſponſo.C. de lega.& tradit Fabia. in auth.nouiſſ.num.151.C.de inoffi.teſta.Atque ita retorqueri poteſt argumentum.

53 Septimò vrgere † videtur illud ſimile quod ſumitur ex capit.1.an filius vel agnatus &c. in vſibus feudorum. quo loci conſtitutum eſt,quo filius non poſſit retinere feudum & repudiare hæreditatem patris,à quo feudum accipit.Ergo idem in caſu noſtro.ita ex eo textu arguit Decius in d.l.3.columη.vlt. C.de impuber.& aliis ſubſt.Et ante eum ita alij antiqui relati à Romano in l.vnica.nu.11.C.quando non peten.partes.&c. Cæterùm reſpondeo illud procedere in feudo, quod dicitur eſſe hæreditarium: vt in eo cap.1.declarant feudiſtæ omnes.Et ideò hæreditas non poteſt ſeparari à feudo ipſo, alioqui perderet ſuam naturam: quod non conceditur.Diuerſum eſt in legitima debita filio, quæ quid ſeparatum habet ab ipſa hæreditate patris.

Contrariam itaque opinionem,quæ diſputando defendi poteſt,probarunt Romanus in l.1.nu.12.ſupra.eo titu.noſtro. & in l.vnica nu.11.C.quando non peten.partes &c.Baldus in l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.teſt.qui dixit, ita etiam aliquando ſenſiſſe Bartolum.Idem placuit Coraſio in l.3.nu.33. C.de impuber.& aliis ſubſt.

Quam quidem ſententiam vel hæc vna ſola argumentatio
54 probat.aditio hæreditatis † non infertur ex eo actu, qui fieri poteſt citra ius & nomen hæredis.l.pro hærede.§.Pap.cum ſimilib.ſuprà eo.At qui actus acceptationis legitimæ, qui fit à filio, eſſe poteſt citra ius & nomen hæredis:quia poteſt acceptare ſolam legitimam repudiata hæreditate. Ergo legitimæ retentio non infert hæreditatis aditionem.

Illa minor,à qua tota huius diſputationis ius pendet, probatur aliquot argumentis & rationibus.

55 Primò, filius, mortuo patre † conſequitur legitimam tanquam creditor, non vt hæres.l.1.§.ſi quis impuberi.ff.de colla. bono.copioſè tradit Tiraq.in repe.l.ſi vnquam.in verbo,
56 ſuſceperit liberos.numero.113.C.de reuo.donatio. † At qui creditor inſtitutus hæres à debitore poteſt repudare hæreditatem,ſaluo eius credito,l.vt debitum.C.de hæred.actio.Nec hic repugnat,ſi quis dixerit vnà cum Alex. in l.quia poterat. nu.....ff.ad Trebell.& cum Soc.Sen.in l.1.colum.43.verſic. Non obſtat quarta ratio.ff.de vulg.quod filius non dicitur propriè creditor, ſed impropriè. Et ideo tex. d.l.vt debitum procedit in creditore proprio tantum.Non inquam hoc repugnat,quia (vt ait) Ripa in d.l.1.nume.158.ff.de vulg.quia eadem eſt ratio in creditore improprio,quæ in proprio:Cùm vtroque caſu hæreditas ſit,quid diuerſum à credito. Reſpon-
57 deri itaque melius† poteſt,quòd immo filius non dicitur aliquo modo creditor in legitima.Non enim poteſt dici æs alienum,vt multis probat Iaſon conſi.181.lib.2. Verùm replicari poteſt,quòd immo eſt æs alienũ, ſed impropriè,vt ipſemet Iaſ.ſenſit, & Alcia.in l.in quartam.nu.25.ff.ad l.Falcid.& ita declaraui libr.2.De arbitrariis iudicum &c.Caſu.163 nu.18. Et ideò cùm nulla (vt dixit Ripa) ſit differentia hoc caſu inter creditorem proprium, & improprium, inter æs alienum proprium, & improprium, ſequitur dicendum, ita vno caſu ac alio ſeparari poſſe hæreditatem à credito.

Secundò,cùm res eſt,quid diuerſum & ſeparatũ ab ipſa hereditate,poteſt acceptari, ſeu retineri res illa, & repudiari hæreditas. Exemplum eſt in credito. vt dixi ſupra ex d.l.vt de-
58 bitum.C.de hæred.actio.Ita † videmus in legato, quod à filio poteſt retineri repudiata hæreditate. l.filio pater.de legat.1.
59 At qui † legitima eſt, quid diuerſum ab hæreditate:Cùm non ſit pars hæreditatis,ſed bonorum. Ergo poteſt filius conſequi legitimam repudiata hæreditate.

Illa minor propoſitio, quod ſcilicet legitima non ſit portio,& quota hæreditatis,ſed bonorum, probatur in l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.teſta. & tradunt Bal.in l.quotiens.C. de hære.inſtit.Barbat. conſi.71.col.2.& conſil.82.col.4.lib.3. Soc.Sen.conſi.150.col.5.lib.1. & Cor.conſi.264.col.1.lib.4.

Nec hic obſtat, quod ait Soc. Sen. in d.l.1.col.44. in princ. verſ. Non obſtat quinta ratio, quòd ſcilicet dicatur quidem portio bonorum, ſed debeatur iure, & titulo hæreditario. §. aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de appel. cogno. Non inquam hoc obſtat, quia infra in reſpōſionibus ad contraria argumenta hoc confutabimus. Non etiam illud obſtat, quod imò, ex multorum opinione, legitima dicitur portio, & quota hæreditatis, ſaltem cum non datur cohæres, vt dicebat Areti. in d.l.1.ff. de vulga. Nam & huic obiectioni reſpondet ibidem Ripa nu.158. in fi. & infra ſuo loco referam. Præterea illa minor propoſitio, quod. ſ. legitima ſit quid ſeparatum ab

60 hæreditate probatur. Nam † legitima propter inobedientiam, vel propter non confectum inuentarium non perditur: & tamen perditur hæreditas. auth. hoc amplius. C. de fideicō. & auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. Ita ad rem hanc conſiderat Fabia. in auth. nouiſſima. nu.150. verſ. ſecundò, quia. C. de inoffi. teſta.

61 Tertiò † ad rem magis vrget hæc argumentio. Hæreditatis aditio, & repudiatio à pari procedunt. §. pen. Inſt. de hær. qual. & diffe. vbi gl. & Doct. At qui repudians hæreditatem non dicitur repudiare, atque ita remittere legitimam: Ergo è contra acceptans legitimam non dicitur adire hæreditatem. Illa minor probatur in l. ſi quando. § & generaliter. C. de inoff. teſt. Quæ ſanè conſtitutio indiſtinctè procedit, ſiue filius ſit hæres inſtitutus in omnib. bonis, ſiue ſingulariter, vt annotauit Iaſ. in d. §. & generaliter. & Ripa in d.l.1.nu.159.ff. de vulg.

Comprobatur hæc minor propoſitio eo argumento, quod

62 ſumitur à dote ad legitimam: Cum dos † ſuccedat loco legitimæ, vt ſcribunt Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 6.ff. de cond. & demon. copioſè Tiraq. in l. ſi vnquā. in verbo, ſuſceperit liberos. nu.112. C. de reuoc. don. At qui poteſt filia dotem retinere, repudiata patris hæreditate, vt probat. l. vlt. ff. de colla. dotis. Ergo & filius poteſt retinere legitimam, repudiata hæreditate.

63 Quartò accedit, quod filius † nullo modo grauari poteſt in legitima. l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus. §. cum autem. C. de inofficio. teſtam. At qui ſi diceremus, filium non poſſe repudiare hæreditatem, & retinere legitimam, grauaretur in illa ipſa legitima, quia contra ſuam voluntatem cogeretur acceptare hæreditatem. Eſt enim onus cogi aliquid facere contra propriam voluntatem.

Ergo dicendum eſt, filium poſſe repudiare hæreditatem, & retinere legitimam. Ita voluit argumentari Fabianus in repetitio. authen. nouiſſima. numero 150. propè medium. C. de inoffi. teſtam.

Nec dicatur, quòd tex. d.l. quoniam in prioribus, loquitur de onere, quo in effectu minuitur legitima: non autem, cum filius eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, qualis eſt iſta, quia eſt in ſua poteſtate effici hæres, vel non effici. Nam reſpondetur, quòd immo d.l. quoniam in prioribus. habet locum etiam in conditione poteſtatiua, vt ſcribunt omnes in d.l. quoniam. ibi Iaſon. num. . . . . Et idem ſcripſit Decius in l.3. colum. vlt. ſed poteſt reſponderi. C. de impube. & aliis ſubſtit. qui in ſpecie hanc argumentationem, ita ab hac impugnatione tuetur.

64 Quintò vrget † non parum hæc argumentatio: Legitima debetur iure naturali, l. cum ratio. ff. de bonis damna. & copioſè differit Fabianus in repetitio. d. authen. nouiſſima. quæſt. 2. princi. num.

65 At qui † ius naturale non poteſt perimi in iure ciuili. l. eas res. ff. de capite minu. & l. iura ſanguinis. ff. de regu. iuris. & §. vlt. inſt. de iure natura. gent. & ciuili. Ergo legitima non poteſt auferri per non aditionem hæreditatis, qui actus iuris ciuilis eſt. Et ita ſequitur, quod legitima retineri poteſt, repudiata hæreditate: ita voluit argumentari Fabianus in d. auhen. nouiſſima. nu.150. verſicu. Quartò ius naturale, &c.

Retenta tamen communi illa opinione, à qua in iudiciis difficile eſt recedere, extenditur & declaratur multis modis.

66 Extenditur † inquam primò, vt locum habeat etiam quando filius legatis non grauatus habet ſubſtitutum vulgarem. Nam adhuc retinendo bona patris pro ſua legitima dicitur adiuiſſe hæreditatem. Ita Cynus in l.3. C. de impu. & aliis ſubſtit. Baldus in l. quamdiu. la.1.ff. de acq. hæred. & in l. Scimus in prin. q.5. C. de inoffi. teſta.

67 Extenditur † ſecundò. vt locum habeat etiam quando filius ſuccedit ab inteſtato. Ita Abbas in capit. Raynutius. de teſta. quem ſecutus eſt Alex. in additionibus ad Bartolum in d.l. gerit. nu.22. in verbo, habet totam. in fine. Soc. Sen. in l.1. num. 31.ff. de vulga. & pup. ſubſt. & ibidem Ripa nume.159. Iaſon in auth. vnde ſi parens. nu. 5. C. de inoff. teſtam. & Didacus in d. cap. Raynutius. §.11. num.11.

68 Extenditur † tertio, vt locum habeat etiam in filia, quæ non poteſt petere dotem, & omittere hæreditatem: niſi dos promiſſa fuiſſet à patre ipſo viuente. Ita poſt Baldum in conſ. 73. lib.1. docuit Alex. in loco ſupra allegato in fine.

69 Declaratur hæc † ſententia, vt locū non habeat, quando filio multis legatis grauato datus eſt ſubſtitutus vulgaris. Nam tunc filius retinendo legitimam, omiſſo reſiduo aliorum bonorum, non dicitur adire hæreditatem. Ita ſcripſit Bart. in d. l. gerit. num.23, quem ſecuti ſunt Maranta in d.l. is poteſt. nu. 61. & alij, quos ſtatim referam.

Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia hoc in caſu promiſſum eſt filio retinere ſolam legitimam, & reſiduum omittere: ſicuti affirmarunt Angelus in l. ſi pater. colum pen. C. de inſtit. & ſubſtitut. Caſtr. in l.3. C. de impub. & aliis ſubſtit. & ibidem Alex. nume.2. Iaſon. in l.1. num.52.ff. de vulg. & pup. ſubſt. Bero. in cap. Raynutius nu.399. & nu.404. de teſtam. & Boer. q. 204. nu.44. qui alios recenſent, & Didacus in d. capit. Raynutius. §.11. nu.11. His conſtat hanc eſſe receptam opinionem, etſi ab ea diſſenſerit Salicetus in l. quoniam in prioribus. col. pen. C. de inoff. teſta.

70 Septimus eſt † caſus, quando quis fecit actum pium & religioſum, vt ſepelire mortuum. Hic actus non arguit hunc adiuiſſe hæreditatem. Ita Bart. in d.l. gerit. num.24.ff. de acq. hæred. Ruinus in conſil.51. colum. vlti. libro.4. qui de ſimili actu pio loquitur, nempè manendi in domo ad lugendum defunctum.

Eandem opinionem probarunt Io. de amicis in conſi.137. num.7. Maranta in d.l. is poteſt. numero.78.ff. de acq. hæred. Natta in conſ.448. num.13. lib.2. & Io. Baptiſta Aſinius in d. l.4. §. nec quis putet. ff. de religio. & ſumpt. funer. Et ij quidem adducti ſunt textus. l. at ſi quis. §. plerique. ff. eo. de religio. & ſump. fune. Et ſimile eſt, quando quis modica impenſa alit pueros defuncti: vt ſcripſerunt Bar. Ruinus & Aſinius locis ſupra commemoratis. Idem reſpondit Natta in d. conſ.448. numero.18.

71 Octauus eſt caſus, † quando quis percepit fructus ex bonis hæreditariis. Hoc in caſu & facto dubio aliquid ſcripſerunt non omninò argui aditionem. Ita & ibidem Imola nu.13. Bar. in d.l. gerit. nu.24. verſi. quædam ſunt, in quibus non eſt, poſt Iacobum de Arena docuit Ruin. in conſ.113. num.4. lib.2. & Aſinius in d. §. nec quis putet. num.157. Et ij quidem poſt Bartolum ſcripſerunt, ſtandum eſſe declarationi ipſius hæredis. quo iure & cauſa perceperit fructus illos.

Quæ quidem aſſertio (ait Bartolus) probatur in l. pro hærede. §. ſeruos. ſuprà eo. quo loci ait iuriſcon. aditionem hæreditatis non inferri ex eo actu qui fieri etiam poteſt citra ius & nomen hæredis: atque ita ex actu dubio. Adfert eo loci iuriſcon. aliquot exempla. quorum duo ad rem hanc conferunt, Primum eſt, cùm quis rem retinuit, vt cuſtodiret. Quod ſanè exemplum hic conuenit: Nam percipiens fructus id potuit feciſſe ita cauſa cuſtodiæ, vt cauſa adeundi hæreditatem. Ergo neceſſariò aditionem nō infert. Secundum adfertur exemplum à iuriſconſulto: cùm quis domum locauit, vel fulſit: Hos actus facere is poteſt & vt hæres, & vt quiuis alter, qui indignum exiſtimat domum ſuo tempore non locari: atque ita fructus illos ciuiles perdi. Vel domum, quæ ruinam minabatur, non munire & fulcire. Ita etiā noſtro in caſu, fructus percipiens facere id potuit & vt hæres, & vt is quiuiquam eſſe credit, fructus maturos & qui in agro facile corrumpi poſſent non percipere, & in horreum recondere, atque ita illos cuſtodire. Non ergo iſte actus neceſſariò infert aditionem hæreditatis.

Contrariam opinionem affirmatiuam, quòd imò fructuum perceptio neceſſariò arguat aditionem hæreditatis, probarunt, Imola in d.l. gerit col. vlti. in princi. Areti. col.5. verſi. in quantum etiam ipſe. Quibus addo Baldum in l.1. C. de repud. hæred. & conſil.207. Quæritur vtrum domicilium. col.1. libr. 1. Corneum in conſ.103. num.4. lib.2. & Barba. in conſ.5. col.3. in fine. lib.1.

72 Primò eo argumento † moti ſunt: Habitatio domus eſt fructus



ipſius domus, & dicuntur fructus ciuiles. l. domum. C. de rei vendi. l. ſi maius. ff. eo. & ſcripſi in Tracta. de recuperanda poſſeſſio. remedio 15. numero.623. At qui inhabitans domum præſumitur adiuiſſe hæreditatem, l.1. C. de repud. hæredi. Ergo, percipiēdo fructus ex prædiis hæreditariis, infertur adiuiſſe hæreditatem: & id quid efficacius, cùm hæc perceptio (ait Baldus) eſt magis connexa immixtioni.

Reſpondeo primò quod tex. d.l.1. C. de repud. hære. loquitur in filio, atque ita in ſuo hærede, qui in habitando domum, abſque alia cauſa quam hæreditaria, præſumitur hæres: cùm duæ præſumptiones huius aditionis in eo concurrant, habitationis vna: Altera verò quia filius, cùm dixerit Apoſtolus ad Galath. c.4. ſi filius, ergo hæres. Id quod tradunt & noſtri, vt glo. in l.1. C. ſi minor ab hæred. abſt. Et in l. neceſſariis ſupra

73 tit. noſtro. Eſt enim † filius ipſo iure hæres patri, vt ſcribunt gloſſa in §. primo verſ. vt autem in verbo parentes in Auth. vt hi qui oblig. hab. perhib. res mino. Bald. in l. apud hoſtes. columna vltima. C. de ſuis & legi. Roma. & Alexand. in d.l. neceſſariis ſupra noſtro tit. Iaſ. in l. non hoc. columna prima. C. vnde legit. & Ripa in l. quod te. numero 58.ff. ſi certum peta. Non ergo eſt mirum, ſi in caſu d.l.1. præſumptio eſt, filium adiuiſſe hæreditatem ex ea habitatione domus, diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo abſolutè loquimur de quouis, qui hæres eſſe poteſt.

Reſpondeo ſecundò magnam eſſe differentiam inter habitationem domus, & perceptionē fructuum ex prædiis ruſticis.

Nam habitatio domus ab eo facta, qui nullum ius prætendit in bonis defuncti, nulla alia de cauſa præſumitur facta, quàm aditionis hæreditatis. ita declaratur. d.l.1. C. de repud. hæred. At diuerſum in perceptione fructuum ex prædiis ruſticis, quæ ſanè perceptio alia de cauſa, quàm hæreditaria fieri potuit. Potuit enim fieri (vt dixi) ne fructus ipſi perirent &

74 corrumperentur. Vnde ſi conceditur † alienatio rei tempore perituræ citrà ius & nomen hæredis, vt probat. d.l. pro hærede. §. ſeruos in fine. & ſcribunt Bart. hic. numero 24. ad finem, & Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. numero 7.ff. de acquir. hæredi. à fortiori debet eſſe permiſſa fructuum perceptio & collectio citra ius & nomē hæredis, ne illi pereat.

75 Secundò adfertur tex. §. vlt. Inſtit de hæred. qual. & differen. vbi ait Iuſtinianus, Culturam agri † inferre aditionem hæreditatis. Ergo fortius infert perceptio fructuum, qua in dubio poſſeſſio rei præſumitur l. Titia vbi Docto. ff. ſoluto matrimonio.

76 Reſpondeo, quod † cultura agri neceſſariò non infert aditionem hæreditatis, ſed tunc ſolùm cùm ſit animo adeundi hæreditatem, vt etiam de locatione ait Iuſtinia. in d. §. vltimo, quem ita interpretor. At ſecus cùm deficit iſte animus, vt loquitur d.l. pro hærede. §. ſeruos. qui pariter & de locatione loquitur. Quomodo autem animus iſte cognoſcatur, credo poſſe dici cognoſci, vt ſi ager non habet neceſſe coli, & domus locari, & id fit, præſumitur animus adeundi. Si verò ſine cultura & locatione damnum res ſentiret, id faciens, facere videtur, non vt hæres efficiatur, ſed ne res pereat, & futuro hæredi detrimentum adferat.

Et quod de fructuum perceptione dictum fuit, locum habet etiam quando adhibita eſt cuſtodia iumentorum. Non enim actus iſte neceſſario arguit hęreditatis aditionem, ſicuti ſcripſerunt Bart. in d.l. gerit. numero 24 & Ruinus in d. conſ. quinquageſimoprimo, columna vlt. libro quarto.

77 Nonus eſt caſus, quando † quis dedit aliquas eleemoſinas pro ipſo defuncto ex eiuſdem defuncti bonis. Hoc in caſu & facto dubio ſcripſit Bart. in d.l. gerit. num.25. eſſe diſtinguendum, quod aut eleemoſina erat neceſſaria, aut non: primo caſu non præſumitur hęreditatis aditio: Exemplum in eleemoſinis, quę dari ſolent cauſa honoris ipſius defuncti, iuxtà conſiderationem ciuitatis, ſicuti mittere pecuniam pro candelis tēpore funeris. Cùm enim actus iſte ſit pius, nempè funeris cauſa, non arguit hęreditatis aditionem, d.l. at ſi quis. §. funeris. & §. hęc actio. ff. de religio. & ſumpt. funerum. Secundo verò caſu, quando ſcilicet eleemoſina non eſt neceſſaria, tunc præſumitur aditio. Eſt ratio, quia non potuit iſte aliena largiri. l. ſi pignore. §.1. ff. de furtis. Et ideo actus iſte eſt ex is, qui geri non poſſunt citra ius & nomen hęredis. Et Bart. ſecuti ſunt Iaſ. in conſ.112. n.2. lib.4. & Aſinius in d. §. nec quis putet. n.129.

78 Decimus eſt caſus, quando † maritus, cui pro ſe & filiis delata fuit hęreditas vxoris, dedit pannos vxoris pauperibus. Hoc in caſu diſtinguit Bart. in d.l. gerit. nume.26. quod aut panni erant feſtiui aut quotidiani: primo caſu cum non præſumantur donati ab ipſo marito vxori, iuxta l. in his. §. primo. ff. ſoluto matrimonio & diximus ſupra in pręcedenti libro, in pręſumpt. dicendum eſt, quòd non pręſumitur aditio hęreditatis: cum maritus donauerit quod ſuum, non autem quod vxoris erat. Hoc intellexit Bart. niſi ipſa vxor legaſſet hos pannos pauperibus.

Secundo verò caſu, quando ſcilicet panni erant quotidiani, & conſequenter donati à marito vxori, dicendum eſt, pręſumi aditionem. Et idem quod Bart. ſcripſerunt Baldus in l. cum ſe. columna vltima. C. de donat. ante nupt. Maranta in d.l. is poteſt. nu.76. & Natta in conſilio 448. nu.18. lib.2.

79 Vndecimus eſt caſus, quando † fratri delata fuit hæreditas fratris, cum quo viuebat in communi, & eam mortuo fratre adminiſtrauit. Hoc in caſu Bart. in d.l. gerit. numero viceſimoſeptimo, diſtinguit, quòd aut negotium potuit pro parte expediri, & tamen ille voluit totum conficere: aut non potuit. Et primo caſu (inquit Bart.) præſumitur aditio hæreditatis, cùm plus ſua parte ius dominij exercere voluerit. l. duo fratres. ff. de acquirenda hæredit. ſecundo verò caſu non præſumitur aditio, ſed in hoc ſtatur declarationi iſtius fratris, quo ſcilicet iure adminiſtrauit: ſi enim declarat, ſe animo non adeundi adminiſtraſſe, credi debet: cùm fieri id potuerit iure ſocietatis. l. hæreditas. §. idem iuris. ff. famil. ercil. ſi verò affirmat adeundi animo feciſſe, ei pariter creditur. Et ſecundus iſte caſus multò magis procedit quando hæreditas eſt opulenta: Nam tunc facilius præſumitur id factum fuiſſe adeundi animo.

80 Duodecimus eſt caſus, quando † quis ſoluit debita hæreditaria. Hoc ſanè caſu præſumitur adiuiſſe hæreditatem. Ita Bart. in l.1. C. de iure delibe. vbi Alex. & Iaſ. numero.2. Corneus in conſil.82. num.12. & in conſ.272. num.17. lib.1. Socinus Senior in conſ.45. nu.5. lib.4. Maranta in d.l. is poteſt. nu. 69. & 71. ff. de acq. hæredit. & Aſinius in l.4. §. nec quis putet. num.160. ff. de religio. & ſumpt. fune. Eſt ratio, quia in dubio quis præſumitur ſoluere nomine proprio, l. & magis. ff. de ſolutio. Declaratur hic caſus, vt locum non habeat, quando iſte tenebatur alia ex cauſa ſoluere: Nam tunc cùm ex neceſſitate potius quàm ex voluntate ſoluat, non ob id præſumitur adire hæreditatem. Ita Io. à Platea in l. vlti. C. de primipil. libr.12. Abbas in c. ex parte in fi. de conſuetud. & Aſinius in d. §. nec quis putet. nu.166. Declaratur etiā niſi proteſtatus ſit, ſe ſoluere animo non adeundi. Ita poſt alios Maranta ut ſupra. Et idem quando ſoluit legata. Ita Crauetta in conſilio 591. numero 2.

81 Decimus tertius † caſus, quando quis petit reddi rationem adminiſtrationis. Hoc caſu non præſumitur adita hæreditas. Ita Barr. in l. Ariſtola 1. ff. de acquiren. hæred. & Aſinius in d. §. nec quis putet. nu.168. Eſt ratio, quia hic actus potius tendit ad deliberandum, an adiri, vel non adiri debeat hæreditas, quàm vt aditionem ipſam inferat.

82 Decimus quartus † caſus quando quis ſuſcipit litem cum creditoribus hæreditarijs, & cum illis litem conteſtatus eſt. Hoc caſu non præſumi aditionem ſcripſerunt Bart. in l. neceſſariis. ff. de acq. hæred. Corneus in conſ.145. numero 9. libr.1. & Aſinius in d. §. nec quis putet. numero 182.

83 Decimus quintus † caſus, quando quis curauit ſeruos hæreditarios torqueri. Hoc caſu non præſumitur ex hoc facto adita hæreditas. Ita Igneus in l. & ſi certus. §. ſi vnus num.48. ff. ad Syllania. & Aſinius in d. §. nec quis putet. num.184. Eſt ratio, quia quod ſeruus ſubiiciatur, vel non ſubiiciatur quæſtionibus non eſt neceſſaria hæreditatis aditio, vt inuuit tex. l. Diuus Pius ff. de petitio. hæred.

84 Decimus ſextus † caſus, quando quis acceptat pecunia initiit pacem cum creditoribus defuncti, de cuius hæreditate agitur. Hoc in caſu Bart. in l. pro hærede. §. vlt. numero primo, ff. de acquirenda hæreditate & in l. ſi filius, qui patri. numero. 8. ff. de vulga. & pupil. ſubſt. diſtinguit, quòd aut iſte erat filius, aut extraneus. Extraneus adiuiſſe hæreditatem præſumitur cùm citrà ius & nomen hæredis pacem illam inire non poterit: Non enim ad eum pertinebat induſtria ex cauſa ſanguinis. Quando verò eſt filius, tunc non præſumitur adiuiſſe hæreditatem. Eſt ratio, quia filius accipiendo pecuniam, vt pacem

vt pacem faciat cum homicida, non dicitur accipere, vt hæ-
85 res, ſed vt filius, qui † ſuo iure vindicare tenetur patris mortem, l. ſi verò. §. iis autem. ff. de iis, qui deiecer. vel effud. & l. quæſitum, ff. de ſepul. violato. Et Bart. ſecuti ſunt reliqui in d. l. ſi filius, qui patri, vt ibidem docuit Alex. num. 24. Maranta in d. l. is poteſt. num. 79. Et hic poſtremus caſus locum habet etiam in filia, cui æquè ac filio competit hoc ius vindictæ. Ita Crottus in l. 4. §. Cato. numer. 149. ff. de verb. oblig. & in ſpecie ſcripſit Aſinius in d. §. nec quis putet. numer. 188. Et hic quidem caſus probabilem dubitationem non haberet, quando ſtatutum loqueretur de filio, non autem de hærede: Nam tunc filius ineundo pacem ſine dubio non diceretur adiuiſſe hæreditatem. Ita Bart. in d. l. pro hærede. §. vlt. ff. de acquirenda hęreditate. Angelus in l. quęſitum. ff. de Sepulcro violato, Ioan. à Platea in l. vlt. C. de princip. lib. 12. & Aſinius in d. §. nec quis putet. num. 189.

86 Decimus ſeptimus † caſus eſt, quando filius accuſauit violatores Sepulchri paterni. Hoc caſu non pręſumitur adiuiſſe hęreditatem. Ita Angelus in l. pen. ff. de ſepul. viola. & Aſinius in d. §. nec quis putet. num. 190. Ea eſt ratio, quia hęc accuſatio competit iure ſanguinis, non autem hęreditario.

87 Decimus octauus † caſus eſt, quando factum aliquid negatiuum eſt, Ita enim ex facto vt ex facto arguitur & declaratur hominis voluntas, ſicuti poſt Bart. & alios reſpondit Crauet. in conſ. 91. num. 10. & in conſ. 204. num. 11. Hoc in caſu plura ſolent afferri exempla, quorum.

Primum eſt, ſi ad petitionem creditorum aſſignatus eſt terminus inſtituto & vocato hęredi ad adeundam, vel repudiandam hęreditatem, & is intra terminum illum nil facit: certè illud non facere pręſumi facit aditionem hęreditatis. Ita Bar. in d. l. gerit. numero 28. ff. de acquir. hęred. Natta in conſilio 24. numer. 10, & Crau in conſ. 390. in fin. & Aſinius in d. l. 4. §. nec quis putet. in fine. ff. de relig. & ſumpt. fune. Et adducti ſunt text. l. recuſari. ff. de acquir. hęred.

88 Secundum eſt exemplum, vt † ſi debitor in diem ſucceſſit creditori ſuo debitum non ſoluit aliis, qui ſuccedunt eo repudiantę, certè & hoc non facto pręſumitur aditio. Ita docuit Bart. in dicta l. gerit. numer. 28. verſ. aliud exemplum, & in diſputa. 10. quæ incipit, debitor in diem. Romanus in conſilio 247. numero... Imola in d. l. gerit. numero 10. Alexan. in dicta l. non hoc numero quinto. & in conſil. 20. num. 13. lib. 3. & in conſil. 23. num. 5. lib. 7. Barb. in conſilio 5. col. 3. lib. 3. Corneus in conſil. 312. num. 2. lib. 4. Iaſon in conſilio 3. numer. 3. lib. 1. & Alciatus in reſp. 271. numero ſecundo, Crauet. in d. conſilio 390. in fin. & in conſilio 591. numero ſecundo, & Siluanus in conſil. quadrageſimonono nu. 86. Et hæc quidem opinio eſt Magis recepta, & ſi contrariam probauerint Baldus in l. ſi certis annis. num. 20. C. de pactis, Fran. Tigrini inter conſilia Bart, in conſil. 163. prędictæ rationes. lib. 1. Salicetus in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Aretinus in d. l. gerit. columna 4. ff. de acqui. hęred. & ibi. num. 1. & Decius in l. non hoc in fine. C. vnde legit. qui copioſè & diligenter diſputat.

89 Tertium eſt exemplum, quando † maritus, qui mortua vxore tenetur reſtituere dotem, ſi eam retinet apud ſe nomine filiorum, non dicitur adire hęreditatem pro ipſis filiis. Ita Imola in l. geri. numer. 14. & in l. recuſare. ff. de acq hęred. Barba. in conſ. 5. col. 3. lib. 3. Corneus in d. conſil. 312. num. 2. lib. 4. Socinus Sen. in conſil. 33. num. 6. lib. 3. Iaſ. in d. conſil. 3. num. 3 & Ruy. in conſil. 89. num. 42. lib. 2. Et hæc quidem ſententia procedit multo magis illis in caſibus, in quibus pater impeditur & non poteſt adire hæreditatem nomine filij, iuxtà ea, quæ latè explicant Bart. in d. l. gerit. num. 29. 30. & Corne. in d. l. non hoc, num. 14. & 15.

90 Declaratur † hæc communis traditio, vt locum non habeat, quando ipſe debitor negat, ſe adiuiſſe, & alius vellet eum conuincere, quod imò adiuerit, ſecus verò, ſi ipſe debitor affirmat, quod ex hoc non facto voluit adire. Nam tunc adiuiſſe dicitur. Ita Bart. in d. l. gerit. nu. 28. verſ. & hoc verum, ſi.

91 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando cum hoc facto negatiuo interuenit etiam aliquod affirmatiuum, ſicuti quando debitor tenetur reſtituere bona, & ea retinet, percipiendo ex eis fructus. Nam tunc dicitur adiuiſſe hęreditatem. Ita Barba. in conſilio quinto, columna 3. lib. 3. quem ſecutus eſt Decius in d. l. non hoc. in fin. C. vnde legit. & conferunt quæ de fructuum perceptione diximus ſupra in octauo caſu.

92 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando maritus iſte ſeu horum filiorum pater diu retinuit & poſſedit bona hæc dotalia, putà decem annos. Nam tunc præſumitur adiuiſſe ipſam hæreditatem nomine filiorum. Ita Bald. in d. l. non hoc. C. vnde legit. Corn. in conſ. 325. num. 4. lib. 3. & Maranta in d. l. is poteſt. num. 57.

93 Declaratur † quartò, vt locum non habeat, quando debitum erat pœnale: Nam tunc ne dicatur incidiſſe in pœnam præſumitur adiuiſſe. Ita declarant Bart. in d. diſput. 10. Imola in l. gerit. num. 10. ff. de acquir. hæred. & Corn. in d. l. non hoc. num. 15. C. vnde leg. & in conſil. 312. nu. 2. lib. 4.

94 Decimus nonus † caſus eſt, quando hæres ipſe inſtitutus, vel ab inteſtato vocatus confecit inuentarium bonorum hæreditatis. Hoc in caſu præſumitur adita hęreditas. Ita Cynus in l. vlt. §. ſi verò poſtquam. C. de iure delib. Bar. in l. gerit. nu. 34. ff. de acq. hæred. & in l. potuit. numer. 2. C. de iure delib. Capra in conſ. 9. nu. 1. Ruynus in conſ. 168. num. 1. lib. 4. Oſaſcus in deciſ. 147. num. 22. & Crauet. in conſ. 348 nu. 3. & 4.
95 Ea ratione ij moti ſunt, quia † inuentarium conficitur poſt tres menſes à die aditæ hæreditatis. l. vlt. §. ſi autem dubius. C. de iure deli. cõficiens ergo inuentarium hęres eſſe dicitur.

Verùm ratio hęc non multum concludit, ſicuti animaduertunt Salicetus in d. §. ſi autem dubius. col. 2. verſ. & probatur, & Alex. in eadem l. vlt. §. ſi autem hoc; Nam illud trimeſtre aſſignatum hęredi ad conficiendum inuentarium, dicitur aſſignatum ad excludendum eum ab adita iam hęreditate. Non tamen infertur, quin poſſit quis ante aditam hęreditatem conficere inuentarium, vt tutius poſſit deliberare, an adire vel non adire debeat.

Contrariam itaque opinionem probarunt Salicetus & Alex. in locis pręallegatis, & Iaſ. in d. §. ſi autem hoc. numer. 2. idem ſenſit Ruy. in conſ. 113. num. 7. lib. 3. Neuiſ. in conſil. 9. numer. 15. Franc. Marcius in deciſ. 29. parte prima. Rolandus in tract. de confectione inuentarij, parte tertia. §. ſed an per confectionem, & Maſcardus in concluſ. 48. parte prima.

Quæ quidem ſententia, quæ & mihi placet, ſatis manifeſte probatur text. d. l. vlt. §. ſi autem dubius. C. de iure delib. quo loci dixit Iuſtinianus, deliberantem adire hęreditatem oportere ſumma cum diligentia conficere inuentarium. Porrò il-
96 le, qui eſt † intra tempus ad deliberandum, non dicitur hæres, vt ibidem probatur, & in §. 1. d. l. vlt. Non ergo conficiens inuentarium adire dicitur. Et accedit, quòd confectio ipſa inuentarij eſt actus dubius, cùm fieri etiam poſſit ad perſcrutandum vires hęreditatis. Non ergo ex eius confectione arguitur adita hęreditas: ex quo alia de cauſa licitè fieri poteſt, iuxtà ea, quæ diximus ſupra in quarto caſu.

Et hęc quidem poſtrema opinio procedit, quando inuentarium fuit confectum ſimpliciter: ſecus ſi is conficiens dixit, ſe vt hęredem facere: ſicuti declarant Salicetus & Ruyn. in locis præallegatis.

97 Vigeſimus caſus, quando † filius, cui delata fuit hęreditas patris, fecit collationem bonorum fratri ſuo. Hoc caſu non pręſumitur aditio hęreditatis. Ita Bald. Angel. & Alex. in l. ſi filius. ff. de cond. ob cauſam. Verùm diſſentit Maranta in d. l. is poteſt. num. 80 ff. de acq. hæred.

98 Vigeſimus primus † caſus, quando inſtitutus vel ab inteſtato vocatus, ceſſit bonis hæreditariis. Hic enim actus ſignificat eum adiuiſſe hęreditatem. Ita poſt alios Craue. in conſil. 200. num. primo, Socinus Iunior in conſil. 107. num. 1. lib. 2. & alios refert Maſcardus in tract. de probationibus. concluſ. 44. numer. 1. in prima parte. qui refert declarationes ex Crauetta & aliis.

## PRÆSVMPT. CII.

### Hæreditatis repudiatio an & quando ex verbis, vel factis præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditas an & quando verbis vel factis repudiata præſumatur.*
2 *Repudiatio & aditio in multis quo ad inducendum eas à pari procedunt, & ideo ſolo animo inducitur repudiatio.*



3 *Hæreditas verbis dicitur repudiari, quando illa ſunt apta ad ſignificandum repudiationem, & num. ſeq. vbi exempla habentur, & num 4. & 5.*
6 *Hæreditatem repudiare dicitur is, cui aßignatus fuit terminus ad deliberandum, an velit adire vel non, ſi is deinde reſpondit nolle adire.*
*Idem quãdo poſt illa verba, nolo adire, lapſi eſſent tres menſes. n. 7.*
*Idem quando inſtitutus vel vocatus dixit, nolo amplius adire. n. 8.*
*Idem quando quis dixit ſe non aditurum. num. 9.*
*Idem quando quis conuocatis amicis & teſtib. dixit, eſtote teſtes, quòd nolo adire hæreditatem. num. 10.*
*Idem quando cum iuramento protulit quis verba illa nolo adire. num. 11.*
*Idem quando inſtitutus, vel vocatus ad hæreditatem in ſcriptis dixit, Nolo adire. num. 12.*
13 *Repudiatio hæreditatis quomodo factis arguatur. num. ſeq.*
14 *Inſtitutus vel ab inteſt. vocatus ſi patitur res hæreditarias multi valoris interire & poſſum ire, repudiaſſe cenſetur.*
15 *Soror hæreditatem repudiaſſe cenſetur, ſi permiſit à fratrib. hæreditatem paternam poßideri, & quando aliqua re indigebat, ab eis petebat.*
*Et idem quando paſſa eſt ſoror fratres poßidere & cum eis de adminiſtrata ipſa hæreditate nunquam rationes aliquas iniuit. num. 16.*
17 *Hæres inſtitutus ſi erat creditor ipſius teſtatoris, & petijt creditum ſuum ſibi ſolui ab eo, qui hæres eſſe poteſt d. teſtatori, præſumitur hæreditatem repudiaſſe.*
*Et hoc niſi proteſtatus ſit id petere animo non repudiandi hæreditatem. num. 18.*
19 *Iudex ſi ad inſtantiam ſubſtituti ſtatuit hæredi inſtituto terminum certum ad deliberandum, an velit adire vel non, ſi is nihil reſpondit intra terminum, præſumitur repudiaſſe.*

CVM de aditione † hęreditatis præſumenda ha-
1 ctenus diſputatum ſit, ſupereſt, vt nunc differamus, an & quando repudiata præſumatur. Qua
2 in re prius † ſciendum eſt, repudiationem & aditionem in multis quò ad eas inducendum à pari procedere. Sicuti ſcribunt Bart. & reliqui in l. recuſari. ff. de acquir. hæred. Barb. in conſ. 5. col. 3. lib. 3. & probat text. §. pen. in inſtit. de hæredum qual. & differen. Et ideò ita repudiatio ſicuti aditio ſolo animo, declarato tamen aliquo facto, vel verbis fit. l. 2. ff. de off. procur. Cæſa. & d. l. recuſari, & reſpondit Signorolus in conſil. 165. num. 37. & 38. Repudiatur hęreditas non ſolum verbis, ſed etiam factis: ſicuti reſpondit Paulus in d. l. recuſari, cuius verba hæc ſunt; *Recuſari hæreditas non tantum verbis, ſed etiam re poteſt, & alio quouis indicio voluntatis.*

Duo itaque huius diſputationis capita ſunt conſtituenda, quorum primum eſt de verbis, ſecundum de factis. Et quod
3 attinet ad primum, dicimus verbis repudiare † hæreditatem quando illa ſunt apta ad ſignificandum repudiationem.

Exemplum ſi quis dixit, repudio hæreditatem. Hæc ſanè verba ſunt manifeſta repudiationis, ſicuti dixit Corne. in l. qui ſe patris. num. 10. verſ. primo caſu. C. vnde liberi.

4 Secundum exemplum, † ſi dixit, non ſum hæres Cai. His verbis præſumitur repudiata hæreditas. Ita Bald. in l. qui ſe patris. num. 1. C. vnde lib.

Cæterùm idem Baldus in l. potuit. num. 13, C. de iure delib. aliter ſcripſit, & cum eo & Alex. in d. l. qui ſe patris. num. 10. Corneus. num. 10. vbi copioſè Riminaldus Iunior. num. 154. Et rectè quidem: Nam hæc verba, Non ſum hæres, ſic facilè poſſunt interpretari; Non ſum hęres, quia nondum adiui, nec adire deliberaui.

5 Tertium eſt exemplum, quando † dixit, nego me hæredem. Hæc verba ſignificare repudiationem docuit Bal. in d. l. qui ſe patris. columna 3. Albe. in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adulter. Verùm à prædictis diſſentiunt Angelus, Caſtr. & alij nonnulli, quos retulit & ſecutus eſt Riminaldus Iunior in d. l. qui ſe patris. num. 150. qui num. 153. in fine teſtatur communem aduerſus Baldum. Idem ſi dixit, dico me non habere ius in hac hæreditate. Ita Signorolus in conſil. 165. nume. 33. & num. 44.

6 Quartum, eſt † exemplum, ſi dixit nolo adire hęreditatem. His ſanè verbis repudiata præſumitur hæreditas. Ita ſcripſerunt gloſ. in l. vlti. C. de repu. hæred. Petrus, Cyn. Iacob. de Arena, Rayne. & Fulgo. relati ab Alex. in d. l qui ſe patris. nu. 5. C. vnde lib. & ibidem Cor. num. 14. Iaſ. nu. 41. & Curt. Iun. num. 34. Eandem opinionem probarunt Corn. in conſil. 310. nu. 5. lib. 3. & bene eruditus Hippoli. Riminal. in d. l. qui ſe patris. nu. 205. ſcripſit hanc opinionem veriorem ſibi videri.

Cæterùm à prædictis diſſenſerunt glo. in l. 2. C. de iuris & facti igno. Bart. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure delib. & in l. vlt. C. de repud. hæred. Ange. in l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebel. Idem Angelus, Caſtrenſis & Roma. in d. l. qui ſe patris. C. vnde libe. Salice. in l. accuſationem. C. qui accuſ. non poſſ. Decius in d. l. qui ſe patris. nu. 17. verſ. ſed prædictis non obſtantibus, & ibidem Bologne. num. 46. & nu. 50. qui dixit communem & veram. Eiuſdem opinionis alios recenſet Riminaldus Iunior in d. l. qui ſe patris. nume. 162. qui diligenter & accuratè ſeptem recenſet argumenta, & illis reſpondet. Et receptam hanc opinionem ſequendam eſſe in iudiciis exiſtimo.

6 Declaratur primò, vt † locum non habeat prædicta communis ſententia, quando aſſignatus fuit terminus ad deliberãdum, an velit adire, vel non, & is deinde reſpõdit, nolle adire, dicitur repudiare. Ita declarant Angelus in l. ſed & ſi alio. ff. ad Treb. in d. l. qui ſe patris. num. 3, Alex. num. 6. C. vnde liberi. & ibidem Corn. num. 10. Caſtr. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure delibe. & in l. filij mater. ff. ad Trebel. Socinus Senior in conſil. 45. num. 1. lib. 4. Decius in d. l. qui ſe patris. nu. 18. Gozad. nu. 89. & eodem in loco omnium diligentius explicauit Riminaldus Iunior. nu. 206. qui Riminaldum Seniorem & Sapiam recenſet, & ſimilibus comprobat, & aliis ſubdeclarationibus explicat. Et inquit poſt Decium ibi, eſſe idem, quando iudex recta via ſtatuit terminum ad adeundum, vel repudiandum. Et iſte apud acta dixit, nolle adire. Idẽ dixit Decius, quãdo lapſo termino tacuit. Nam & tunc repudiaſſe dicitur.

7 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando poſt illa verba, nolo adire, lapſi eſſent tres menſes. Nam tunc intelligitur repudiaſſe. Ita Bartol. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure delibe. & in l. vlt. §. ſimilique modò. C. de iure delibe. in 2. oppoſitio. & manifeſtius Caſtren. in d. l. qui ſe patris. numero ſecundo, & ibidem Decius. numero 18. & eodem in loco Gozad. num. 92. & diligenter Riminaldus Iunior. numero 215. qui multa rem hanc ſcripſit, & varios retulit ſenſus ad d. l. vlt. §. ſimilique modò, quem omnes vt præcipuum huius declarationis fundamentum perpendere ſolent. Idem eſſe exiſtimo, quando aliud extaret ſignum perſeuerantiæ eiuſdem voluntatis, ſicuti ſenſit Gozadinus in d. l. qui ſe patris. num. 97.

8 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando inſtitutus & vocatus iſte dixit: Nolo amplius adire. Nam tunc dicitur repudiare. Ita declarant poſt Salicetum ibi Iaſon in d. l. qui ſe patris. nu. 41. Dec. nu. 18. verſ. tertio fallit, Gozad. numero 93. Mantua. num. 104. & Riminal. Iunior num. 223. & ſi Io. Bolognetus eodem in loco. num. 54. viſus ſit diſſentire.

9 Declaratur † quartò, vt locum non habeat, quando iſte dixit, ſe non aditurum, atque ita quando verba reſpiciunt futurum. Hoc ſanè caſu dicitur repudiare. Ita Alexand. in d. l. qui ſe patris. numero. 12. poſt Salicetum ibi, & ibidem Corneus numero 11. à quibus non diſſentit Riminaldus Iunior. num. 225. & ſi commemorat Iaſonem, Decium & Gozadinum hæſitantes.

10 Declaratur quintò, vt locum † non habeat, quando iſte, conuocatis amicis & teſtibus, dixit, eſtote teſtes, quod nolo adire hæreditatem. Nam tunc repudiaſſe dicitur. Ita in ſpecie declarant Gozadinus in d. l. qui ſe patris. nume. 98. & ibidem Riminaldus Iunior. num. 209. qui probant illo egregio reſponſo l. Pamphilo. §. propoſitum. de lega. 3. de cuius ſenſu diximus abundè in præſumptione ſupra ab hac ſecunda. Non repeto ibi dicta.

11 Declaratur † ſextò, vt locum non habeat, quando iſte vnà cum iuramento protuliſſet illa verba, nolo adire. Nam tunc dicitur repudiaſſe. Ita declarant Curtius Iunior in d. l. qui ſe patris. numero 38. & ibidem Riminal. Iunior num. 231. qui ſatisfacit argumentationi Mantuæ illo in loco diſſentientis.

12 Declaratur † ſeptimò, vt non procedat, quando iſte inſtitutus & vocatus ad hæreditatem in ſcriptis dixit, nolo adire. Nam & hoc in caſu dicitur repudiaſſe. Ita Socinus Senior in conſilio 45. num. 1. lib. 4. qui probauit illa traditione Bar. in l. gerit. numero 18. de acquir. hæred. cùm dixit, illum cenſeri adiuiſſe

adiuiſſe hæreditatem, qui in ſcriptis dixit, volo adire hæredi-
tatem. Qua de re diximus ſupra ſuo loco.
13 Secundum eſt huius † diſputationis caput, quod reſpicit fa-
cta, quibus arguitur repudiatio, iuxtà d.l.recuſari.ff. de acq.
14 hæred. Et primum afferri ſolet exemplum, quando † hic inſti-
tutus, vel ab inteſtato vocatus patitur res hæreditarias multi
valoris interire & peſſum ire. Ita Bart.in d.l. gerit.numer.18.
poſt Iacobum de Arena in d.l. recuſari, vbi etiam Aretinus,
ſic & Socin.Sen.in conſil.45.num.2.lib.4.
15 Secundum eſt exemplum, vt † ſi ſoror permiſit à fratribus
hæreditatem paternam communem poſſideri, & quando ali-
qua re indigebat ab eis petebat. Hoc factum arguit ſororem
repudiaſſe hęreditatem. Ita Bart. Angelus & Imola in d.l.re-
cuſari, Socinus Senior in conſ.45.num.3.libro quarto.
16 Tertium eſt † exemplum, quando ſoror diu paſſa eſt fra-
tres poſſidere, & cum eis de adminiſtrata ipſa hęreditate nun-
quam rationes aliquas iniuit. Nam & tunc ſoror hæc dicitur
repudiaſſe. Ita Imola in d.l.recuſari.num.2.Alex.in conſ.88.
num.2.lib.2.
Verùm dubitationem non mediocrem habet hoc exem-
plum: cùm ſola ipſa patientia, qua frater vel ſoror patiuntur
fratrem poſſidere, bona hęreditaria, non inferatur repudiatio,
vt ſcribunt Bartol. & alij multi in l. licèt.C. de iure delibe.&
alios refert Gabriel in lib. 5. concluſionum. in tit. de præ-
ſcript. concl.8. num.1. & in ſpecie multis comprobauit Ma-
ranta in l.is poteſt.num 96.ff.de acq.hæred.
17 Quartum eſt † exemplum, quando inſtitutus iſte erat cre-
ditor ipſius teſtatoriis, & petit creditum ſuum ſibi ſolui ab
eo, qui hęres eſſe poteſt dicto teſtatori. Nam tunc pręſumi-
tur, hunc repudiaſſe hęreditatem. Ita poſt Baldum & Caſtren-
ſem, quos retulit, reſpondit Socin.Sen.in d.conſ.45.num.4.
18 lib.4.qui declarat, niſi † proteſtatus ſit, id petere animo ta-
men non repudiandi hæreditatem. Et Socinum ſecutus eſt
Marant.in l.is poteſt.nu.91.verſ.itē inducitur.ff.de acq.hęre.
19 Quartum eſt exemplum, quando † iudex ad inſtantiam
ſubſtituti ſtatuit huic inſtituto certum terminum ad delibe-
randum, an velit adire, vel non, & is nihil reſpondit intra ter-
minum. Nam & tunc pręſumitur ex hoc facto negatiuo repu-
diatio hęreditatis. Ita Bart.in l.quandiu.la 3.ff.de acq.hæred.
Alex.in l. vlt.§. pen.C.de iure delib. & Maranta in d.l. is po-
teſt.num.94.

## PRÆSVMPT. CIII.

Bonorum poſſeſsionem an agnouiſſe præſumatur,
qui poſſeſſoriam hæreditatis petitionem contra bo-
norum occupatores mouet.

## SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeßio an præſumatur agnita ab eo, qui poſſeſſoriam hæreditatis petitionem contra bonorum occupatores mouet, per tot.*
2 *Bonorum poſſeßionis agnitio eſt neceſſarium antecedens, vt agi poßit actione poſſeſſoria hæreditatis petitione aduerſus occupatores bonorum.*
3 *Conſequens qui vult, dicitur & velle eius neceſſarium antecedens.*
*Secus ſi antecedens requirit ſpecificam expreßionem.num.4.*
5 *Conſequentis poſitio arguit antecedens, quando actus pendet à voluntate vnius, ſecus ſi à voluntate duorum.*
6 *Intellectus.l.cum quidam.ff.de bono.poſſeſ.*
7 *Bonorum poſſeßionis agnitio requirit iudicis præſentiam.*
*Præſentia præſupponit intelligentiam.ibid.*

1 CONGRVVS † eſt hic locus, vt differamus, an
bonorum poſſeſſionem agnouiſſe pręſumatur
ille, qui poſſeſſoriam hęreditatis petitionem
contra bonorum occupatores mouet? Io.Fa-
bri in d. §. vlt.in inſtit.de bono.poſſeſ. docuit
pręſumi agnouiſſe. Et Fabrum ſecuti ſunt Alex.in rub.C. qui
admitti ad bono. poſſeſſ. num.2. & ibidem Cagno.num.96.
& 99. & Hippolytus Riminal.nu.291. qui alios commemo-
rant, & communem eſſe teſtantur.
2 Ea ratione primùm † vſi ſunt, quod agnitio bonorum poſ-
ſeſſionis eſt neceſſarium antecedens, vt agi poſſit ea actione
poſſeſſoria hęreditatis petitione aduerſus occupatores bono-
rum cum hęc actio non detur ſine agnitione. Atqui ille, qui
3 † vult conſequens dicitur etiam velle neceſſarium antecedēs.
l.ad legatum & l.ad rem mobilem.ff. de procura.& l. illud.ff.
de acquirenda hæred.& ſcribunt omnes in l. 2.ff. de iuriſdict.
omn. iud. Ergo qui mouet poſſeſſoriam hæreditatis petitio-
nem contra occupatores, præſumitur in antecedens agnoſce-
re vel agnouiſſe bonorum poſſeſſionem.
Cæterùm, omiſſa reſponſione Decij in rub.C.qui admitti,
4 in tertia lect.num.78.dicimus, quòd ille qui † conſequens fa-
cit, non dicitur facere antecedens, quando illud antecedens
requirit ſpecificam expreſſionem. Ita declarant Alex. & Iaſ.
in l.vlt.nu.6.C.de hęred.inſtitut. Curt.Iunior in l. poſtquam
liti.num.2. C.de pactis & Carrocius in cap. cum quid prohi-
betur.parte.2. limit.prima.de reg. iuris in 6.ex l.pen.§. de il-
lo.C.de neceſſa.ſer.hæred.inſtit. & ex l.ſeruis C.de lega.cùm
autem agnitio bonorum poſſeſſionis requirat ſpecificam ex-
preſſionem.l.vlt.C.qui admitti & §.vlt.Inſtit.eo.ſequitur di-
cendum non præſumi ex poſitione ipſius conſequentis. Præ-
5 terea reſpondetur, quod poſitio † conſequentis arguit ante-
cedens, quando actus pendet à voluntate vnius, ſecus ſi à vo-
luntate duorum. Fulgo.in l. Barbarius.num.5. ff. de off. præ-
tor.Carrocius in d.cap. cum quid prohibetur. parte ſecunda,
limit.4.de reg.iuris in 6.cum autem agnitio bonorum poſſeſ-
ſionis pendeat etiam à voluntate Prætoris eam decernentis,
l.vlt.C.qui adm.ſequitur dicendum, quod ex iſto conſequen-
ti præſumi non debet illud antecedens.
9 Secundò hac pro † opinione adduci ſolet text.l. cum qui-
dam.ff.de bono.poſſeſ.vbi ille, cui delata erat bonorum poſ-
ſeſſio ab inteſtato, proponendo accuſationem teſtamenti fal-
ſi, videtur agnouiſſe bonorum poſſeſſionem, quaſi accuſatio-
nis præambulum.
Verùm reſpondetur, Papinianum ibi dicere voluiſſe eum,
qui falſi accuſationem inſtituit, videri agnouiſſe ſucceſſio-
nem, hoc eſt, bonorum poſſeſſionem, quatenus in eo fuit, vt
tempus ſibi conſtitutum non currat, ſed tamen poſtea con-
ceſſio iudicis & decretum adhiberi debet, & licèt ex poſt ad-
hibeatur, nihilominus ſufficit, cùm per ipſum agnoſcentem
non ſteterit. Ita tex. hunc interpretati ſunt, & rectè, Baldus in
l.vlt.num.18. C.vnde legitimi. Alex.in l.1. num.4.C.de bo-
nor.poſſeſ. ſecund.tab.Corn.in l. vlt.num... C.qui admitti,
& ibidem Decius.numer. 6. in fine. & Zuchardus in rub. C.
qui admitti.num.70. Nec repugnat quod in eadem rub. ſcri-
bit Riminald.Iun.num.262.agnitionem bonorum poſſeſſio-
nis non fieri ex ſola declaratione animi agnoſcentis. Nam
hoc non negant pręcitati Doctores: imò expreſſe fatentur re-
quiri præſentiam & auctoritatem Prætoris. Et hic ſenſus ad
d.l.cum quidam, eſt verior illo Decij in l.vlt.colum.4.verſic.
non obſtat.d.l.cum quidam, cùm dixit, text. illum loqui de
aditione hæreditatis. Hoc enim non conuenit illi titulo, ſub
quo d. l. cum quidam.collocata eſt. Non etiam conuenit illi
verbo, agnoſcere, quod eſt proprium bonorum poſſeſſionis.
Contrariam itaque opinionem, quod ſcilicet agens poſſeſ-
ſoria hęreditatis petitione non pręſumatur, dicatúrque agno-
uiſſe agnoſceréue bonorum poſſeſſionem, probarunt Cor-
neus in l.vltim.C.qui admitti, Bulgarinus in rub. C.eod.tit.
num... & ibidem Decius.num 79.Iacobinus.nu.2.Cur.Iun.
nu.18.Zuchardus.nu.81.Cagno.nu.99. & Bologne.num.72.
7 Primò ea ratione † ij vſi ſunt, quod agnitio bonorum poſ-
ſeſſionis requirit iudicis præſentiam, l.vlt.C.qui admitti, & §.
vlt.Inſt.eo. At qui pręſentia pręſupponit intelligentiam.l.co-
ram.ff.de verbo.ſignif. Quę ſanè intelligentia hic non extat,
cum ex huius actionis propoſitione, non dicat actor, ſe tunc
agnoſcere, ſed iam agnouiſſe. Ergo &c.
Cæterùm poſt nonnullos reſpondet Decius in d. rub. C.
qui admitti, in tertia lectura. numero 76. quòd ex quo iu-
dex cogitat actorem hunc agnouiſſe bonorum poſſeſſionem,
& nunc ita quæſitam continuare, illa ipſa intelligentia no-
uam acquiſitionem operatur, vt tradit Bart.in l.gerit.numer.
31.verſ.iuxtà prædicta quæro.ff.de acquirenda hæred. Et pro-
bat text. l. ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauerit.verſ.ant
quid ſi petitam.ff. de acquir.hæred.vbi voluntas patris ratum
habentis bonorum poſſeſſionem, quam à filio petitam credi-
dit, operatur, vt filius dicatur habere mādatū ad eam de nouo
acquiren-



acquirendam. Et aliis hoc comprobauit Alex.in conſil.146.
numero.. libr.5. Prætereo hic alias reſponſiones, quas poſt
alios commemorat Riminal. Iunior in d.rub.C.qui admitti.
num.267.& 269.

## PRÆSVMPT. CIIII.

Qui bonorum poſſeſsionem agnouit & agit con-
tra bonorum poſſeſſores poſſeſſoria hæreditatis peti-
tione, intra debitum tempus bonorum ipſam poſſeſ-
ſionem agnouiſſe præſumitur.

## SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeßionem qui agnouit, & agit contra bonorum poſſeſſores poſſeſſoria hæreditatis petitione, an præſumatur intra debitum tempus eam agnouiſſe.*
2 *Bonorum poſſeßione in agnoſcenda iure antiquo requirebatur decretum prætoris cum cauſæ cognitione.*
*Secus ſecundum iura noua.num.ſeq.*
3 *Decretum prætoris facit præſumi omnia ſolemniter acta.*
4 *Tempus an debeat ille probare, qui in illo fundamentum conſtituit, & num.6.& 11.*
5 *Iudicis pro decreto an & quando præſumatur.*
7 *Tempus agnoſcendi bonorum poſſeßionem vtile cenſetur, & ignoranti non currit, ſed ſcienti.*
8 *Maior 25.ann.effectus, ſi læſum ſe credit dum minor erat, petere debet reſt.in integ.intra quadriennium.*
9 *Interpretatio ea in dubio eſt ſumenda, vt actus valeat, non vt pereat.*
*Non habet locum autem hæc regula in præiudicium tertij.ibid.*
10 *Actus geſtus adhita prætoris præſentia & auctoritate præſumitur ritè & rectè confectus, & cùm cauſæ cognitione.*
12 *Intellectus l.fin.C.qui admitti.& §.vlt.Inſtit.de bono poſſeß.*
13 *Teſtari eſt animum ſuum declarare.*
14 *Appellans quid probare debeat.*
15 *Tutori ſi obijciatur, quòd non confecit inuentarium, hæc exceptio reddit eum illegitimum, ne in iudicio agat: & ideò ipſe probare debet ſe inuentarium confeciſſe.*
16 *Bonorum poſſeßio ſolemniter agnoſci ſolet, nec præſumitur ſolemnitas, niſi probetur.*
17 *Actor quo caſu habeat probare ſe intra debitum tempus agnouiſſe bonorum poſſeßionem.*
18 *Io.Bolognetus ſibijpſi contrarius.*
19 *Bonorum poſſeßio intra debitum tempus præſumitur agnita temporis diuturnitate exiſtente.*
*Idem, quando is, qui agnouit bonorum poſſeßionem, eſt in poſſeßione ipſorum bonorum.num.20.*
*Idem quando apparet Prætorem ſuum interpoſuiſſe decretum. num.21.*
*Idem quando bonorum poſſeßio eſt delata ex teſtamento: bonorum enim poſſeſſor probabiliter potuit ignorare ſibi delatam fuiſſe bonorum poſſeßionem.num.22.*
*Et idem dicendum, quando aduerſarius non opponit, non fuiſſe agnitam intra præſtitutum tempus bonorum poſſeß.nu.23.*

1 CVM de bonorum poſſeſſionibus † aliquando a-
gerem & meis beneuolis auditoribus enarrarem
perplectam illam diſceptationem, an is, qui agno
uit bonorum poſſeſſionem, & agit contra poſſeſ-
ſores bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione, præſumatur
intra debitum tempus eam agnouiſſe, vel potius probare id
debeat? Placuit ſemper mihi illa ſententia, quam Iaſon in rub.
C.qui admtti.ad bono.poſſeſ.num.7 probauit, præſumi intra
debitum tempus agnitam: Et ob id rerum conuentum obii-
cientem exceptionem, quod intra debitum tempus non fuerit
agnita, probare eam debere. Et viſa eſt Iaſonis argumentatio
ſatis ſolida, cùm ita ratiocinatur argumēto ab enumeratione
partium ducto. Aut † loquimus (inquit ille) iure antiquo con-
ſiderato ante conſtitutionem. l.vlti. C.qui admitti.quo ſa-
nè tempore in agnoſcenda bonorum poſſeſſione requireba-
tur prætoris decretum, cum cauſæ cognitione.l.3.§. ſi cauſa
cognita.vbi gloſſa & Bart.ff.de bonor.poſſeſ.& l.2.§.dies.ff.
3 quis ordo in bono. poſſeſ.ſerue. Et tunc † certum eſt, quod
ob adhibitum decretum omnia præſumuntur ſolenniter acta.
Ita ſcribunt Specul.Baldus, Imola & Alexander relati à Iaſo-
ne ipſo. Et conſequens præſumptio eſt, quod intra debitum
tempus agnita fuerit bonorum poſſeſſio. Aut loquimur (in-
quit Iaſon) ſecundum iura noua, quo tempore non requiritur
prætoris decretum.dicta l.vlt.C.qui admitti.& l.vlt.§.1.C.de
cura.furio. Et tunc ita ſubdiſtinguit Iaſon. Aut iſte, qui agno-
uit bonorum poſſeſſionem, eſt in poſſeſſione illorum bono-
rum: Et tunc nil de tempore probare tenetur: cùm, ob poſ-
ſeſſionem, ab eo onere releuetur, & onus probandi incumbit
non poſſidenti. Ita Bar.in l.1.§.non autem.ff.de bono.poſſeſ.
ſecundum tab.Baldus in cap.capitulo Sanctæ crucis.columna
prima.de reſcript.& alios citat præcitato loco Iaſon & con-
fert l. circa.ff.de probat. Aut iſte, qui agnouit (ait Iaſon) non
eſt in poſſeſſione. Et tunc dicendum eſt etiam, rerum teneri
4 probare, quòd intra debitum tempus non agnouerit. Ea † eſt
ratio, quòd reus in tempore fundamentum conſtituit. Ergò
illud probare debet.l.ab ea parte.ff.de proba.& gloſſa.l.2.ff.
de petitione hæred.quæ clarè ait, illum teneri probare tem-
pus, qui in eo fundamentum ponit. Et alia recenſet Iaſon,
quæ referre ſuperſedeo. Hanc ſolidam argumentationem
nō debilitant oppugnationes, quas facit Vbertinus Zucchar-
dus in rubr.C.qui admitti.numero 39.cùm ait, primùm illud
membrum diſtinctionis Iaſonis non eſſe verum: cùm verum
minimè ſit, præſumi pro decreto iudicis ex illa doctrina Spe-
cula. & ſequacium. Nam (ait Zucchardus) aduerſus illos
ſenſerunt Romanus & alij permulti in l.ſciendum ff.de verb.
obligat. Nil obeſt hæc conſideratio: Cùm recepta magis
opinio ſit cum ipſo Specula. quemadmodum ipſemet Zuc-
chardus aſſerit. Et illis accedunt alij relati à Decio in l.de
alimentis.numero 9.C.de pactis, & in cap. quoniam contra
numero 42.de probat. Magis aduerſus Iaſonis argumentum
videtur vrgere quod ſubiungit idem Zucchardus. Quod ſcili-
5 cèt tunc demum pro † iudicis decreto pręſumitur, cum ſolen-
nitates enuntiatæ fuerunt, vt ſcribunt Baldus in l.ex his.C.de
teſtam.milit. Caſtren.in l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio.
Corneus conſilio 97.columna ſecunda, libro primo, copioſè
Felinus in cap quoniam contra.concluſ.7.& ibi Decius num.
42.verſic.& iſtud.de proba.Ruin.conſil.63.nume.17.lib.1.&
Alciatus in Tract.præſump.reg.3.præſump.10.num.4.& diſ-
ſerui ſupra lib.2.præſumpt. Verum hæc conſideratio non ex-
pugnat Iaſonis argumentum: cùm nos præſupponamus agni-
tionem bonorum poſſeſſionis eſſe ſolenniter factam: & per
conſequens expreſſa fuiſſe quæ neceſſariò exprimenda ſunt,
ſequitur pro ea præſumi. Immò ſufficeret ad inducendum hāc
ipſam præſumptionem, quod dictum fuiſſet, cauſa cognita
actum ita fuiſſe, vt ſcribunt Caſtren.in d.§.ſi prætor.& Alcia.
d.præſumpt.10.num.1.in fine. contendimus nos ſolummodò,
quòd cum non conſtet clarè agnitam fuiſſe intra tempus à le-
ge ſtatutum, an is, qui agnouit probare id teneatur. Et dicimus
non teneri cùm pro eo ſit præſumptio, qua conſideratione di-
luitur & id quod ſubiungit idem Zucchardus in d.rub.C.qui
6 admitti.num.40.verſic. quæ ratio: cum ait, falſum † eſſe vlti-
mum illud membrum diſtinctionis Iaſonis, quo dixit, illum
debere probare tempus, qui in eo fundamentum conſtituit.
Nam falſum id eſt (ait Zucchardus) cum repugnet cap. Ro-
mana.§.ſi verò.de appellat.in 6. Diluitur inquam hæc aſſer-
tio: quandoquidem procedit d.§. ſi verò. cùm præſumptio
non eſt pro appellante: ſicuti eſt in caſu noſtro pro eo, qui
agnouit bonorum poſſeſſionem. Prætereo quidem hic ſecun-
dam argumentationem, quam facit idem Iaſon in l.1.C.quo.
bonor. & l.non hoc. C.vnde legit. Nam eam improbant &
rectè Zucchardus in dicta rubr.C.qui admitti.numero 40.in
fine.& Bolognetus numero 46.in fine. Tertiò huic ſenten-
tię non parum ſuffragatur argumentatio illa Zucchardi in di-
cta rubric.C.qui admitti.numero 41.& prius Riminaldus Se-
7 nior.in l.2. in fine.C.qui admitti. Tempus † agnoſcendi bo-
norum poſſeſſionem eſt vtile.l.2.§.dies.ff.quis ordo in bo-
nor.poſſeſ.ſeruet.& §.vlt.Inſtit.de bono.poſſeſ. Et non cur-
rit ignoranti, ſed ſcienti.l.2.& l.quandiu. C. qui admitti.
At qui ſcientia non præſumitur, ſed ignorantia.l.verius.ff.
de probat.& §.quod autem.Inſtitu.de legat. Ergo præſumi-
tur agnoſcere intra tempus, ſi non conſtat à die ſcientiæ tem-

pora cucurriſſe ante agnitionem:quia ille actus agnitionis ar-
guit ſcientiam delatæ hæreditatis, niſi tunc cùm agnoſcitur.
Comprobatur(ait Zuccardus)quia ita dicimus in appellatio-
ne:quæ quidem etſi non præſumatur propoſita intra decen-
dium cap.Romana.§.ſi verò.de appella.in 6.Attamen id pro-
cedit,quando habuit ſcientiam latæ ſententiæ:ſecus ſi non ap-
paret de eius ſcientia, quia tunc præſumitur ignoraſſe, & in-
tra præſtitutum tempus appellaſſe. Ita declarant Francus in
capit.1.col.2.verſ.extra gloſſam.& in cap.bone memoriæ co-
lum.5.verſ.octauò debet.de appella.Bellam.deciſ.349.ſicut.
& Felinus in cap.ſignificauerunt col.2.de teſtib.& in cap.
conſultationem.column.15.de re iud. Verùm huic argumen-
tationi aduerſatur illud, quod ſcientia præſumitur hoc in ca-
ſu,ſi quidem hæc bonorum poſſeſſio deferri ſolet agnatis,co-
gnatis, & his ſimilibus. At hi præſumuntur ſcire mortem il-
lius,cuius bonorum poſſeſſionē petunt,vt in ſpecie bonorum
poſſeſſionis ait Iuriſcon.in l.octaui.ff.vnde liberi.Et idem in
ſpecie aditionis hæreditatis ſcribunt Bar.in l.is poteſt col.5.
num.... verſ.nunc videamus.ff.de acquire.hæred.ibi Iaſ.col.
1.poſt Aret. & Alex.Huic difficultati ſatisfacit Zuccardus in
d.rubr.C.qui admitti.nume.43.verſ.conſidera namque &
duos caſus ita diſtinguit.Primus eſt caſus, quando datur bo-
norum poſſeſſio extraneo ſecundum tabulas, ceſſat relata cō-
ſideratio,quia præſumitur ignorare mortem extranei. Simi-
liter ceſſat quò ad coniunctum, qui etiam præſumitur igno-
rare conditum teſtamentum,vel ſaltem in eo ſcripta, vt ſcri-
bunt Bar.in l.is poteſt nu. . . ff.de acquir.hæredit.& in l.qui
duos.col. pen.verſ.quæro dixi.ff.de reb.dub.Iaſ.& Decius in
l.quandiu ad finem.C.qui admitti.Et aliàs dixi ſupra lib.præ-
ſumpt.Et ad d.l. octaui, reſpondet Zuccardus, quòd ibi præ-
ſupponitur coniunctum habuiſſe ſcientiam eorum quæ ſcri-
pta fuerant in teſtamento. Vel(quod verius opinor præſup-
ponitur, quòd ſciuerit fuiſſe ſurdum,& ideo teſtamentum fa-
cere non potuiſſe.

Secundus eſt caſus (inquit Zuccardus)quando ab inteſta-
to defertur bonorum poſſeſſio.Et tunc idem eſt, quia ex eo
ſolo,quod ſit proximior non præſumitur ſcientia mortis, ni-
ſi concurrat & probetur, quod ille proximior habitabat vel
reperiebatur in loco, in quod ille mortuus eſt. Ita ſcribunt
Bar.& Socinus in l.qui duos.ff.de reb.dub.Alex.& cæteri in
l.2.C.qui admitti.cùm ergo nec iſto caſu ſcientia præſuma-
tur,intelligimus, niſi aliud demonſtretur, ſemper eſſe præſu-
mendum, quod agnitio bonorum poſſeſſionis ſit intra debi-
tum tempus à die ſcientiæ facta.Id quod comprobatur ex l.2.
C.qui admitti: quo loci hæc ſcientia perpenditur & in eo,
qui ex coniunctis fuit ibi. Habuiſti ſpacium centum dierum
vtiliū,ex quo defunctū ſciuiſti.Et ibidem declarāt ſcribentes.

Quartò argumento vſus eſt Sapia in d.rub.C.qui admitti.
num.8.in fi.& eius ſuppreſſo nomine ibidem Riminaldus Iu-
8 nior.nume.125.argumento † inquam ducto à ſimili. Maior
annorum.25.effectus,ſi læſum ſe credit,dum minor erat, pe-
tere debet reſtitutionem in integrum intra quadriennium,at-
que ita intra vigeſimum nonum annum l.vlti.C.de tempo.in
integr.reſtit. cum ergo petit hic minor ſe reſtitui, ſufficit, ſi
probat ſe læſum cùm minor eſſet. Quod autem ſit intra vige-
ſimum nonum annum, atque ita intra tēpus reſtitutionis ob-
tinendæ,neceſſe non habet probare, cùm id præſumatur.Et
ideo aduerſario incumbit onus probandi, ita probat.l.ſi mi-
norem.C.de in integr.reſtit.minor.& eo loci ita eam inter-
pretantur Bar.Ang.Caſt.& cæteri poſt Accurſ.& cæteros an-
tiquos aduerſus Salicetum & Alex.diſſentientes. Ergo pari ra
tione idem dicēdum eſt in caſu noſtro, eo ipſo quòd iſte pro-
bat agnitionem bonorum poſſeſſionis à ſe factam, præſumi
debet intra tempus eam feciſſe,niſi probetur tempus exceſ-
ſiſſe.antequam agnouerit. Quintò argumentatur Sapia in d.
Rubr.C.qui admitti.nume.11.in fine.& eo tacito ibidem Ri-
9 minal.Iunior.nume.132.In † dubio ſumenda eſt interpreta-
tio, vt actus valeat.l.quoties.ff.de reb.dubijs & l.quoties. de
verbo.oblig.Ita ergo hoc in caſu ſumi debet interpretatio,
quòd agnitio bonorum poſſeſſionis facta ſit intra tempus à le
ge præſtitutum,ne actus ipſe pereat. Verum hæc argumētatio
non multum vrget, cùm regula d.l.quoties locū non habeat
in præiudicium tertij; vt ſcribunt Decius in cap. ſuper eo.co-
lum.2.verſi.aliàs ſecus. de appel.

Sextò ego aliquando,vt Iaſonis ſententiam defenderem,ar-
gumentabar,quòd verè pro actore, qui iam deduxit & proba-
uit ſimpliciter,ſe eam bonorum poſſeſſionem agnouiſſe, præ-
ſumptio eſt,quod intra ſtatutum tempus agnouerit.Quod au-
tem ipſa præſumptio ſit pro actore ita demonſtratur. Cùm
10 † actus geritur, adhibita prætoris præſentia & auctoritate,
præſumitur ritè & rectè confectus.l.2.C.de officio ciuil. iud.
& cum cauſæ cognitione agere dicitur,capit.Abbate.de ver-
bo.ſignifi.& ſcribit Alcia.in Tract.præſum.reg.3.præſump.9.
& ſcripſit ſupra lib ..... præſump.At qui agnitio bonorum
poſſeſſionis ſit adhibita prætoris præſentia & auctoritate. Er-
go ritè & ſolenniter facta præſumitur, atque ita intra tempus
à lege ſtatutum.Illa minor propoſitio probatur, ſiue conſide-
remus tempus antiquum,ſiue nouum.Antiquo enim conſide-
rato,nempe Digeſtorum, res clara eſt, quia ex l.3.§.ſi cauſa
cognita.ff.de bono.poſſeſſ. aperte colligitur, bonorum poſ-
ſeſſionem agnoſci conſueuiſſe prætore præſente:& ſua auto-
ritate & decreto comprobante, poſteaquam cauſa cognita
fieri debuit.Hoc etiam colligitur ex l.vlt.C.qui admitti.vt
mox ſubiiciam. Et quò ad hoc tempus credo rem hanc care-
re probabili dubitatione.Conſiderato verò iure nouo, res ali-
quam dubitationem habere videtur. Verùm idem dicendum
eſt:Nam id probat.l.vlti.C.qui admitti, quia etſi ſublata ſit
verborum ſolennitas in agnitione bonorum poſſeſſionis,non
tamen ſublatum eſt, quin prætor ſua autoritate eam compro-
bet.Et hodie neceſſaria eſt ſaltem aliqua interlocutio, vt ſcri-
bit Plantius in Tracta.De bonorum poſſeſ.capitulo 9.nume-
ro decimo.

Hoc magis procedit ſi vera eſt illa opinio Alciati lib.2.pa-
radox.cap.12.etiam hodie neceſſarium eſſe prætoris decre-
tum in agnoſcenda bonorum poſſeſſione: Rurſum hoc cla-
rius colligitur ex §.vlt.Inſtit.de bono.poſſeſſ.dum ſtatuit Iu-
ſtinianus agnoſcentem bonorum poſſeſſionem oſtendere de-
bere,ſe id facere intra tempus à lege præſtitutum.id quòd fie-
ri debet coram prætore iuxta.l.quinquaginta.ff.de prob.Et
niſi prætor adhiberet ſuā autoritatem,ſaltem permiſſiuè con-
cedendo eum aſſequi bonorū poſſeſſionem,fruſtra fieret pro
batio coram eo.Præpterea,ſi ex d.§.vlt.actor iſte neceſſe habet
eo agnitionis tēpore,probare,ſe intra tēpus agnoſcere,dicen-
dum eſt, quòd obiiciente deinde reo, amplius probare non
teneatur,aliàs vel duplici onere probationis grauaretur,quod
eſt iniquum, vel illa probatio ſuperuacanea fuiſſet, quod di-
cendum non eſt. His Iaſon. & ſequacium opinio defen-
ditur.

Nunc ſupereſt, vt aliorum confutemus opiniones. Secun-
da itaque fuit opinio præcedenti omnino contraria, quod
ſcilicet actor iſte non præſumatur agnouiſſe intra debitum
tempus,ſed quod teneatur id probare.Hanc affirmarunt Bar-
ba.in d.rubr.C.qui admitti.ibi Decius in tertia lectura.nu.36.
Cur.Iun.nu.19.Niger.nu.6.Cagno.nu.58.& Bellonus lib.3.
ſupp.iuris capitulo vltimo.qui hanc eſſe communem opinio-
nem aſſeruit.

Cæterùm hæc opinio,vt iam admonui, vera non eſt. Non
enim rationes & argumenta, quibus fulcitur, ſatis ſolida
ſunt.

Primò ea ratione moti ſunt relati Doctores. Qui in tempo
11 re † fundamentum conſtituit probare illud debet glo.l.eum
actum.ff.de nego.geſt.quam ibi ſequuntur omnes & ſcribit
Bart.in l.non ſolùm.§.ſed vt probari.num.3. ff.de operis noui
nuntia.quem omnes ibi ſecuti ſunt.At qui is, qui bonorum
poſſeſſionem agnouit, in tempore fundamentum conſtituit,
cùm dicat, ſe debito tempore agnouiſſe. Ergo illud tempus
probare debet.Hæc argumentatio vera non eſt,ſi quidem illa
maior propoſitio procedit,quando is,qui ſe fundat in tempo-
re,non habet præſumptionem pro ſe,ſed potius contra,ita ve-
re loquuntur gloſſa d.l.eum actum & Doct.in d.§.ſed vt pro-
bari. At noſtro in caſu præſumptio eſt pro eo,qui agnouit,vt
ſcilicèt intra debitum tempus agnouiſſe præſumatur,vt iam di
ximus ſequitur ergo argumentum non vrgere.

Secundò argumentatur Decius,is, contra quem agitur, ſa-
tis fundatam habet intentionem, atque ita pro eo iuris extat
præſumptio, ob poſſeſſionem quam obtinet.§.commodum.
Inſtitut.de interd.cap. ex literis de reſcript.& cap.ſi a ſede.de
præben.in 6. At qui præſumptio reiicit onus in aduerſarium,
vt multis demonſtratum fuit ſupra lib.1. quæſt. Ergo a-
ctor iſte probare debet, ſe intra debitum tempus agnouiſſe
bonorum



bonorum poſſeſſionem. Satisfacit huic argumentationi Ri-
minaldus Iunior in d.rubr. C.qui admitti. num.143.tunc de-
mum poſſeſſionem præſumptionem facere & reiicere onus
probandi in aduerſarium,cum ambarum partium iura obſcu-
ra ſunt,& actor probare non potuit rem eſſe ſuam. Sed diuer-
ſum hoc in caſu, vbi ſatis dicitur auctor probaſſe ſuam inten-
tionem:cùm pro eo ſit præſumptio, quod agnouerit intra de-
bitum tempus, ex quo coram prætore agnouit, vt iam di-
ximus.

12 Tertiò † ſolent perpendi tex.l.vlti.C.qui admitti.& §.vlt.
Inſtit. de bono.poſſeſſ.in illis verbis: *Si intra ſtatuta tempora
oſtenderit,&c.* Quæ ſanè verba ſignificaſſe videntur,agnitio-
nem probari oportere factam intra debitum tempus. Et for-
tius vrgent hæc iura (inquit Iaſon) dum conditionaliter lo-
quuntur: *Si intra ſtatuta,&c.* Nam cum hoc modo probatio
requiritur,vera & non præſumptiua requiritur,iuxta l.Lucius.
ff.de cond.& demon.ſicuti eam ita interpretentur Bart.& cæ-
teri ibi,& ſcripſi lib.2.de arbitra. iudicum.caſu 89.nume. . . .
Verùm facilè reſpōdetur,interpretationem d.l.vlti.& d.§.vlt.
hanc eſſe, vt non loquantur de probatione agnitionis factæ,
ſed de tempore ipſo, quo bonorum poſſeſſio agnoſcitur. Et
ſenſus eſt,quòd ſi intra ſtatuta tempora oſtenderit, id eſt, de-
clarauerit.Hic ſenſus ſuadet ex verbis d.l.vlt.ibi: *Sufficit qua-*
13 *liſcunque teſtatio amplectendæ hæreditatis.* Eſt † teſtari animum
ſuum declarare.l.ſcire oportet.§.ſcire autem.ff.de excuſa.tu-
tor.& ibi gloſſa.Voluit ergo dicere Iuſtinianus,hodie peten-
tem ſibi decerni bonorum poſſeſſionem curare non debere
antiquam petendi formam: ſed ſufficere quod intra ſtatuta
tempora declaret animum ſuum coram iudice. Quam ſanè
interpretationem clarius probat cōtex.Theophili in d.§.vlti.
cum ait,quod hodie cōſtitutionibus principum effectum eſt,
vt quocunque modo is, cui bonorum poſſeſſio competit, in-
tra ſtatutum tempus oſtenderit,ſe dictam bonorum poſſeſſio-
nem admittere.Non enim dixit,admiſiſſe,vt opus eſſet,& no-
ſtræ quæſtioni conueniret.Hanc interpretationem ad d.l.vlt.
& d.§.vlt.agnouerunt Sapia in d.rubr. C.qui admitti.num.9.
in fine.Franc.Balduinus & Ronchegallus in d.§.vlt.Bellonus
lib.3.ſupp.iuris cap.vlt.& Riminaldus Iunior in d.rub.C.qui
admitti.num.148.ſufficit itaque quod declaratio iſta ſit facta
intra debitum tempus ipſi iudici,pro quo deinde præſumitur,
decreta ipſa bonorum poſſeſſione.

14 Quartò Decius † loco iam citato vſus eſt argumento du-
cto à ſimile. Is, qui ex appellatione nititur, duo probare de-
bet, Quod appellauerit: Et quod intra debitum tempus ap-
pellauerit.cap. Romana.§.ſi verò. vbi Gemin.& Francus.de
appella.in 6.& in cap. Eccleſia. vbi Decius.de appella. Ergo
idem dicendum eſt in caſu noſtro.Huic argumentationi præ-
ter cæteros ita ſatisfacio. In appellatione id euenire, quia
quando coram iudice illa interponitur, iudex non perquirit,
an ſit intra debitum tempus appellatum, vel non: cùm actus
iſte reſpiciat partem aduerſam,contra quam deducitur appel-
latio.Et iudex,relinquendo, quod ab eo obiiciatur, ſimplici-
ter appellationem admittit. Et deinde de appellatione inter-
poſita intra debitum tempus quæritur coram iudice ad quem,
vt relati Doctores ſcribunt, ſed diuerſum eſt, quando bono-
rum poſſeſſio petitur. Nam præter eam prius non decernit,
quamuis petens oſtendat, ſe eſſe intra tempus petendi illam,
vt iam diximus. Eſt ergo præſumptio, quòd intra debitum
tempus decreta fuerit, & per conſequens non habet amplius
aliquid probare, quia niſi fuiſſet intra præſtitutum tempus,
eum prætor non admiſiſſet.

Quintò ita argumentatur Niger in d.rubr.C.qui admitti.
Actor probare tenetur veram non eſſe obiectionem à reo ſibi
appoſitam, qua ſua perſona illegitima aſſeritur. At qui quan-
do reus obiicit actori, quod intra debitum tempus non agno-
uit bonorum poſſeſſionem, obiicit exceptionem, quæ efficit
illum non habere perſonam legitimam in eo iudicio, cùm
elapſo tempore excludatur.l.2.& l.vlt.ff.quis ordo in bono.
poſſeſſ.ſeruet. Ergo actor ipſe, vt legitimet perſonam ſuam,
hanc exceptionem probare debet, atque ita oſtendere, ſe in-
tra debitum tempus bonorum poſſeſſionem agnouiſſe. Illa
maior propoſitio probatur, ſecundum Nigrum, eo ſimili,
15 quod ſi † obiicitur tutori agenti, quòd non confecit inuenta-
rium, quæ exceptio eum reddit illegitimum, ne in iudicio
agat.l.vlti.C.arbitr.tutel. Debet tutor probare, ſe inuen-
tarium illud confeciſſe atque ita oſtendere, ſe habere legiti-
mam perſonam ſtandi in iudicio. Id quod docuit Iaſon in l.
in illa.numero 16.de verbor.obliga.poſt Angelum, Imolam,
Alexand.

Cæterùm huic argumentationi, quam exiſtimauit Rimi-
naldus Iunior in d.rubr.C.qui admitti.num.153.in fine.nil ad
rem conferre,ita reſpondeo,tutor nullam habet præſumptio-
nem pro ſe quo ad inuentarium quod continet actum ſepara-
tum ab aſſumptione tutelæ, & ideò cum nihil appareat, non
poteſt ſumi præſumptio pro ipſo tutore, atque ita cùm ei ob-
iicitur,quod non confecit inuentarium,non ſufficit ei reſpon-
dere,tutor factus ſum,ſed diuerſum hic,vbi à prætore non de-
cernitur bonorum poſſeſſio,niſi is petens oſtendat, ſe eſſe in-
tra tempus petendi illa. Vnde cùm ei obiicitur, quod non
agnouit bonorum poſſeſſionem intra debitum tempus, ſuffi-
cit illi reſpondere,ſe eam agnouiſſe,& à prætore fuiſſe decre-
tam, atque ita exhibendo actum agnitionis in debita forma
factum,oſtendit præſumptionem pro ſeipſo eſſe.

Sextò argumentatur Riminaldus Iunior in d.rubric.C.qui
admitti.numero 120.& prius eo loci Sapia.numero decimo,
cui quidem rectè ſatisfacit ibidem Riminaldus ipſe.nume-
ro 154.

Septimò ea ratione mouetur Riminaldus Iunior in d.rubr.
16 C.qui admitti.nu.122.bonorum poſſeſſio † ſolenniter agno-
ſci ſolet.Atqui ſolennitas non præſumitur.l.quæcunque.§.vlt.
ff.de publ.in rem actio.& l.ſciendum. vbi Doctores de verb.
oblig.& ſupra ſuo loco ſcripſi. Ergo non præſumitur agnita
bonorum poſſeſſio ſolenniter, ſed qui aſſerit probare debet.
Verùm reſpondeo, præter ipſum Riminaldum ibi.num.155.
quod ſolennitas extrinſeca, ob prætoris auctoritatem præſu-
mitur,vt iam ſcripſi ſupra.Cùm ergo eam decreuerit prætor,
præſumptio eſt, illam fuiſſe intra præſtitutum tempus decre-
tam. Quæ ſanè præſumptio (vt iam dixi) reiicit onus pro-
bandi in aduerſarium. Prætereo hic octauam argumentatio-
nem,qua vſus fuit Riminaldus Iunior in d.rub.C.qui admitti.
numero 123. cum ipſemet ibidem numero 156. abunde ſa-
tisfaciat.

Tertia fuit opinio Sebaſtiani Sapiæ in d.rub.C.qui admit-
ti.num.10.ita diſtinguentis duos caſus. Primus eſt,cùm obii-
citur actori, quod non agnouit bonorum poſſeſſionem, quia
de ea non conſtat, atque ita ſimpliciter obiicitur. Hoc caſu
neceſſe habet actor probare agnitionem hanc. Quæ quidem,
vt perfectè probata dicatur,probare debet,quod intra præſti-
tutum tempus agnouit. Hoc in caſu (inquit Sapia) procedit
opinio Iaſonis & ſequacium.Verùm rationes,quibus ille vſus
eſt ad hunc caſum ita propoſitum,confirmandum,iam confu-
tatæ fuerunt. Quocirca dicendum eſt, ſufficere, quod actor
ipſe ſimpliciter probet ſe agnouiſſe:quia inde ſequitur, intra
debitum tempus id egiſſe.

Secundus eſt caſus, cùm conſtat bonorum poſſeſſionem
fuiſſe agnitam,non tamen expreſſe conſtat de tempore,& ob-
iicitur, non fuiſſe agnitam intra debitum tempus. Hoc caſu
(inquit Sapia) actor non tenetur probare, ſe agnouiſſe intra
ſtatutum tempus,ſed reo onus hoc probationis incumbit. Et
hoc in caſu (ait Sapia) procedere poteſt opinio Barbatiæ &
aliorum. Cæterum illius argumentis abundè ſatisfactum eſt
ſupra.

Quarta fuit opinio Ioannis Bologneti in d.rub.C.qui ad-
mitti.nu.46.qui & ſi ſubobſcuræ loquatur:attamen,mea qui-
17 dē opinione,duos caſus ita viſus eſt diſtinguere. Primus † ca-
ſus eſt. Cùm reus obiiciendo actori,ſimpliciter obiicit, ab eo
non fuiſſe agnitam bonorum poſſeſſionem intra ſtatutū tem-
pus:& nil aliud obiicit,quo demonſtret, actorem à ſua actio-
ne excludi. Hoc in caſu actor ipſe habet probare ſe agnouiſſe
intra ſtatutū tēpus.Et tunc (inquit Bolognetus)procedit opi-
nio Barbatiæ,Decij & ſequaciū.Ea ratione vſus eſt Bologne-
tus,quod niſi actor iſte probaret etiam ſe intra ſtatutum tem-
pus agnouiſſe,nō diceretur perfectè prpbare,ſe agnouiſſe.Ita
enim dicimus,quod ſi actor aſſerit,rerum ſibi debere centum
ex contractu emptionis,& reus negat,ſe debere, quippe quod
cōtractus inter eos nullus celebratus fuerit vel ſi geſtus eſt,cō-
tractū eſſe vitioſū,neceſſe habet actor probare cōtractū fuiſſe
celebratum, ita probat gloſ.ex illo tex.in l.& ſi quidem.C.de
proba.Hæc conſideratio minus vera eſt:cū ſatis ſit ſimpliciter
probare agnitionem factam. Nam inde ſequitur, probatam
ſatis

ſatis dici qualitatem hanc,quod intra debitum tempus agno-
uerit, ſi quidem iuris præſumptione probatum (vt iam dixi-
mus) creditur. Et illud ſimile perpenſum à Bologneto ex d.l.
ſi quidem ad rem non confert. Nam illud procedit in eo con-
tractu,qui præſumptionem non habet:quod ſolenniter ex ſui
natura confectus fuerit: vt eſt in emptione, mutuo & ſimili-
bus cuius diuerſum hic euenit.

Secundus eſt caſus (inquit Bolognetus cum reus obiicit
actori,non ſolùm quod ipſe actor non agnouit intra ſtatutum
tempus,ſed etiam aſſerit, quod ipſemet ante actorem ipſum,
eam bonorum poſſeſſionem ſibi magis debitam intra ſtatu-
tum tempus agnouit. Hoc in caſu (inquit Bolognetus) reus
probare debet ſuam hanc intentionem, quod ſcilicet ante
actorem agnouerit. Et hoc caſu procedat opinio Iaſonis &
ſequacium. Ea ratione vſus eſt Bolognetus,quia hæc rei con-
uenti aſſertio, quòd ſcilicet agnouerit ipſe ante actorem, eſt
ſuæ intentionis fundamentum:cùm hoc ſit aliquod extrinſe-
cum, quod ab allegante probari debet.d.l.& ſi quidem.C.de
proba. Illud ergo neceſſe habet probare. Quod ſi non pro-
bat,actor obtinebit, cùm iam ſuam intentionem habeat fun-
datam.

Hic caſus non tuetur opinionem Iaſonis, qui verè non
loquitur, quando reus, vltrà negatam actoris intentionem,
quid extrinſecus deducit. Nec enim eſt,qui dubitat,quin reus
probare habeat ſuam hanc extrinſecam aſſertionem, cùm illa
ſit ſuæ intentionis fundamentum:& quò ad illam actoris par-
tes ſuſtinet, vt loquitur d.l. & ſi quidem. Sed Iaſon loquitur,
quando reus ſimpliciter negat,actorem agnouiſſe intra ſtatu-
18 tum tempus. Et verè hic caſus Iaſonis non eſt. Præterea ſibi
ipſi repugnat Bolognetus:Nam primò ait,quòd ſi reus negat
ſimpliciter,actorem agnouiſſe, debet actor probare,ſe agno-
uiſſe, & id intra ſtatutum tempus. Deinde ſubiungit, quòd ſi
reus negat actorem agnouiſſe intra tempus,& quod imò ipſe
reus agnouit prius,habet actor fundatam intentionem,quod
debito tempore agnouerit. Duo aſſerit Bolognetus.

Primum, actorem non teneri probare ſe agnouiſſe intra
tempus,quia habet ſuam intentionem fundatam.

Secundum,reum teneri probare,ſe ante agnouiſſe. Hoc ſe-
cundum cócedo,cùm illa rei conuenti aſſertio dicentis,quòd
imò ipſe prius agnouit, non efficiat plus eſſe fundatam inten-
tionem actoris, quàm id non aſſerere, & ſimpliciter negare.
Quocirca vnum eſſet ab actore probandum, nempè ſe agno-
uiſſe intra tempus ſtatutum. Alterum verò à reo, quòd imò
ipſe prius agnouit. His opinionibus confutatis cum Iaſone
ſentiendum eſt.

Cæterum admiſſa illa recepta opinione quòd non præſu-
matur agnita bonorum poſſeſſio intra debitum tempus.

19 Declaratur primò, vt † locum non habeat, quando adeſt
temporis antiquitas. Nam ob temporis antiquitatem præſu-
mitur agnita bonorum poſſeſſio intra tempus à lege præſti-
tutum. Ita tradit gloſſ.in d.l.1. in verbo, ratam.C. qui adm.&
ibidem Docto. nempè Iaſon.Dec.num.81. Idem ſcripſerunt
Caſtren.in conſ.375. Ne ſub æquiuoco.colum.2.verſic.dicet
aliquis.lib.1.Alex.in conſil.12.lib.4.Barb.in Rub.C.qui ad-
mitti num.9. & Corneus in conſil.94.colum.vlt.lib.2.& tra-
dit Crauet. in Tract.de antiq. Semp. prima parte q.3. partis
principal.in fine. Dubitat tamen Cagnolus in d. Rub. C.qui
admitti. numer. 67. propterea quod l. ſi filius. C. de petitio.
hæred. qua moti ſunt præcitati Doctores locum non habet,
quando agitur de magno præiudicio. Qua de re ſuo loco di-
cemus.

20 Declaratur ſecundo, vt † non procedat prædicta commu-
nis opinio, quando is, qui agnouit bonorum poſſeſſionem
eſt in poſſeſſione ipſorum bonorum. Nam tunc præſumitur,
quod eam intra debitum tempus agnouerit. Ita ſcripſerunt
Barba.& Iaſon in d.rub.C.qui admitti ad bono.poſſeſſ.num.
7.Decius.num.26.& idem reſpondit Alciatus in reſp.347.Ei,
quod num.1. ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunen-
ſem. Quam quidem declarationem multis ſimilibus compro-
bat Barbatia. Et illis accedunt quæ ſcripſi in lib.2.de arbitra-
riis iudicum.caſu.48. num.10. Exiſtimat tamen Cagnolus in
d.rub.C. qui admitti nu.62. declarationem hanc regulæ non
conuenire. Qua de non contendo.

21 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat, quando apparet
prætorem ſuũ interpoſuiſſe decretũ. Nam & tunc præſumitur
agnita intra debitum tẽpus. Ita Iaſon in d.rub.C.qui admitti.
nume.7. & ibidem Cagnol.nume.64.viſus eſt affirmare eſſe
communem.

Eſt ratio, quia præſumitur pro iudice, qui decretum non
interpoſuiſſet, ſi bonorum ipſa poſſeſſio extra præſtitutum à
lege tempus agnita fuiſſet. ſic ſanè pro iudice eiúſque decre-
to præſumi copioſè ſcripſi ſuprà libro 2. in præſumpt.75.quo
loci.num.32.ſcripſi,tolli hanc præſumptionem contraria va-
lidiori præſumptione:& fortius probatione:ſicuti in caſu no-
ſtro admitti contrariam probationem docuit Cognolus in d.
rub.C.qui admitti.num.64.

22 Declaratur † quartò,vt non habeat locum recepta opinio,
quando bonorum poſſeſſor probabiliter ignorare potuit ſibi
delatam fuiſſe bonorum poſſeſſionem. Eſt exemplum in bo-
norum poſſeſſione delata ex teſtamento. Hæc enim præſumi-
tur agnita intra debitum tempus.ſicuti declarant Alex.& Ri-
minal. Sen. in l.2.C.qui admitti.& ibidem Iaſon nume....&
Decius num.Zuchardus.num.42.& 44.& ſecutus eſt Cagno-
lus in d.rubr.C.qui admitti.nume.68. Ea ratione ij moti ſunt,
quia cùm præſumatur ignorantia teſtamenti,& conſequenter
delatam eſſe bonorum poſſeſſionem, non dicitur decurriſſe
aliquod tempus ad eam agnoſcendam. d.l.2.C.qui admitti.
Habet ergo bonorum poſſor intentionem fundatam, quod
intra debitum tempus agnouerit; ex quo nullum tempus ei
percurriſſe dicitur. Eſt & ſecundum exemplũ in eo,qui igno-
rauit mortem ipſius anteceſſoris,cui ſucceditur. Nam ſuppo-
ſita mortis ignorantia ignoratur etiam,quod delata fuerit bo-
norum poſſeſſio:& conſequenter pręſumitur agnita intra de-
bitum tempus. Ita ſcribunt Alex.& reliqui in d.l.2.C.qui ad-
mitti.& Cagnol.in rub.eod.tit.num.72.vbi Zuchardus,num.
46.& idem reſpondit Alciatus in reſp.347. Ei,quod,in fine,
ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem.

23 Declaratur quintò,vt † non præcedat prædicta communis
opinio, quando aduerſarius non opponit, agnitam non fuiſſe
intra præſtitutum tempus. Nam tunc ſatis præſumitur agnita
bonorum hæc poſſeſſio intra debitum tempus. Hanc declara-
tionem aliquos probaſſe, ſcripſit Cagnolus in d.rubr.C.qui
admitti.num.69.& ſi ipſe diſſentiat.

## PRÆSVMPT. CV.

### Legatum, vel donatio, an præſumatur, quando teſtator vſus eſt verbis his dono,lego,relinquo.

### SVMMARIVM.

*1 Legandi olim in vſu erat ſuperſtitioſa formula,per vendicationem, damnationem,& ſinendi modum.*
*2 Legandi formula, quæ olim in vſu erat,eſt hodie ſublata, cum liceat quibuſcunque verbis legare.*
*3 Legatum à teſtatore factum præſumi cum dicit, deputo talem rem Caio.*
*4 Legatum præſumitur factum,ſi dixerit teſtator,aſſigno rem illam Sempronio.*
*5 Legatum præſumitur à teſtatore relictum, quando dixit hæres meus centum Titio dare damnas eſto.*
*6 Legatum etiam verbis antiquis per ſinendi modum relinqui poſſe.*
*7 Legatum etiam hodie dari poteſt per damnationis modum.*
*8 Legatum per vendicationis modum,& hodie relinqui poteſt.*
*9 Legatum,& ſolo nutu relinquitur.*
*10 Tex.l.nutu.de leg.3.quando habeat locum.*
*11 Legatum & ſi quibuſcunque verbis relinqui poſſit,tamen intelligitur quando verba poſſunt legatis conuenire.*
*12 Legare an voluerit teſtator, vel potius donare ſi donationis verbo vſus ſit.*
*13 Legatum quandocunque reuocari poteſt.*
*14 Donatio inter viuos eſt irreuocabilis.*
*15 Contractus in teſtamento factus non poteſt reuocari.*
*16 Legatum factum præſumitur à teſtatore, quando ita dixit, dono Caio centum.*
*17 Legatum dicitur donatio à teſtatore facta,& ab hærede præſtãda.*
*18 Donationem factam à teſtatore præſumi,quando vſus eſt iſtis verbis: Dono centum Caio,qui præſens erat,& acceptauit.*
*19 Verbum dono reſolui in fideicommiſſum.*





*20 Socini, & Franc. Cald.traditio reiecta.*
*21 Verbum lego ſui natura legatum non donationem ſignificat.*
*22 Donatio eo magis præſumitur facta à teſtatore illius verbis, Dono centum Caio,& Caius fuerat præſens,ſi teſtator iuſſerat legatarium vocari ad hunc effectum tantum.*
*23 Donatio non præſumitur facta illis verbis, Dono centum Caio, licet eſſet præſens Caius,ſi repugnat aliqua coniectura.*
*24 Legatum præſumitur non donatio cum teſtator dicit,dono,& lego Caio,qui præſens erat, & acceptauit.*
*25 Legatum præſumitur,quando teſtator legauit,deinde donauit.*
*26 Legatum præſumitur,quando teſtator legauit,poſtea tradidit.*
*27 Legatum præſumitur non donatio,quando teſtator tantam ſummam non potuiſſet donare.*
*28 Elegiſſe teſtatorem eam viam non præſumi, qua impugnari poſſet teſtamentum.*
*29 Donatio facta ab infirmo ad vxoris commodum valet, vt donatio cauſa mortis, licet de morte nulla eſſet facta mentio.*
*30 Donans omnia ſua bona præſentia, & futura adiecto pacto de non reuocando,præſumitur donare inter viuos.*

CVM nunc ſimus dicturi, de his præſumptio-
nibus,& coniecturis, quæ circa legata, & fi-
deicommiſſa ſingularia verſeri ſolent: prius
aliqua dicenda ſunt de verbis, quibus illa re-
linqui ſolent.
1 Et quamquam olim † ſuperſtitioſa quædam verborum
conceptio obſeruabatur, nempè per vendicationem, per
damnationem per ſinendi modum, & per præceptionem.
Sicuti refert Iuſtinianus in §. ſed olim.in Inſtitu. de legatis.
Quas quidem formulas, & earum effectus egregiè explica-
runt Theophilus,& Caius in ſuis inſtitutionibus.tit.13. de le-
gatis,& ex recentioribus Alciatus lib.3. parerg.cap.1.Baldui-
nus,Hotomanus,& reliqui in d.§.ſed olim:& nouè benè eru-
ditus Franc. Cald. in commentarijs ad l. ſi curatorem. C. de
in integ.reſti.mino.in verb.ſine curatore.num.20.
2 Hodie tamen ſublata † ſuperſtitioſa hæc verborum dif-
ferentia, conſtitutum eſt, quibuſcunque verbis legata re-
linqui poſſe.l.in legatis. C.de lega.l.1.& l.2. C.communia de
lega.& d.§.ſed olim in fine inſtit. de legatis. Hinc Baldus in
l.1.num.17.C. communia de lega. ſcriptum reliquit, teſtato-
3 rem cenſeri legaſſe: † cùm dixit, Deputo talem rem Caio.
4 Idem quando dixit,aſſigno † rem illam Sempronio:ſic idem
5 Baldus in d.l. 2. num. 7. Idem ſi dixit,hæres meus † Centum
Titio dare damnas eſto: vt probat tex.l. damnas eſto. ff. de
vſufructu leg.& tradit Ludouic. Aluarus in rub.de leg.1.n.83.
6 Ita pariter & verbis † illis antiquis relinqui poſſunt lega-
ta;puta per ſinendi modum, differentiæ tãtùm ipſorum ver-
borum correctæ & ſublatæ ſint,non autem quin eiſdem ver-
bis teſtatores legare poſſint: Sicuti reſponderunt Bal. in
conſil.204.Teſtator legauit col. vlt. verſ.& modo nos. lib.
1.repetitum in conſ.419.lib.5.& Ruin. in conſi.25 num.8 lib.
1.& idem ſcripſerunt Alex. in l. ſi Titius. de verb. oblig. &
Alciatus in rub. de leg. 1. num. 9. ſic etiam per damnationis
7 † modum relinqui poteſt legatum,vt dixit. Hæres meus ſti-
chum dato.leg.ſi à ſubſtituto,in fine vbi Bar. d. l.1.& Alcia-
8 tus in loco præallegato qui idem eſſe dixit de legato † per
vendicationem.
9 Quinimò & ſolo nutu † relinqui poſſunt legata.l.nutu.
de leg.3.vbi glo.Bart in reliquis declarauit:& Barba. in conſ.
43. columñ.7.& 8.lib.3.qui refert plures caſus,qui nutu poſ-
10 ſunt expediri & Gramma.in deci.73.nu.6.intelligit† d.l. nu-
tu non procedere,quando teſtator caret iuſto & recto ſenſu.
11 Cæterùm prædicta intelligenda † ſunt, quando verba ip-
ſa conuenire poſſunt legatis:ſecus ſi vel adaptari non poſ-
ſunt, vel ob aliquod adiunctum verbum aliam diſpoſitio-
nem ſignificant. Nam etſi quibuſcunque verbis relinquere
liceat legata;intelligitur tamen aptis & conuenientibus: ſi-
cuti explicat glo.in d.§.ſed olim.in inſtit. de lega. & ibidem
alij interpretes. Quo circà diſputant Doct.in rub. ff. de leg.1.
12 an teſtator legare, † vel donare voluerit, cùm donationis
verbo vſus eſt in teſtamento. Quæ ſanè diſputatio ſummè
vtilis eſt ob differentiam inter ipſam donationem & legatũ.
13 Nam legatum quandocunque † reuocari poteſt,etiam ſo-
la tacita voluntate,vt infrà ſuo loco dicemus:Donatio verò
14 † ſi inter viuos eſt, reuocari non poteſt, & ſi in teſtamento
facta dicitur: ſicuti ſcripſerunt Baldus in l. cum antiquitas,
15 num.4.C.de teſt.Rom.in conſ.71.nu... & Natta in conſ.645.
num.1.lib.4.ſicuti nec reliqui contractus † in ipſo teſtamẽto
confecti reuocari poſſunt,vt tradunt Bar.in l.hæredes mei. §.
cum ita.ff.de teſta.in l.Lucius.§.quiſquis de leg.2.& in l.cum
quis decedens.§.codicillis, de leg.3. & eſt communis opinio
teſte Tiraq. in Tract. de legibus Connub. in gloſſ.5.nu.101.
Hac in diſputatione diſtinguendi ſunt aliquot caſus.
16 Primus eſt quando teſtator dit, Dono † Caio centum &
Caius præſens non erat. Hoc in caſu dicendum eſt, legatum
præſumi factum, non autem donationem, Cum & legatum
17 dicatur † donatio à teſtatore facta & ab hærede præſtanda.l.
legatum.de leg.2.§.legatum,in inſt.de legatis. Hunc caſum
admittunt paſſim omnes, quos referam infra in tertio caſu.
Et in ſpecie Natta in conſ.645.num.10.lib.4.reſpondit.
18 Secundus eſt caſus,quando teſtator dixit, dono † centum
Caio,qui præſens erat, & acceptauit. Hic caſus eſt multum
controuerſus. Nam donationem, non autẽ legatum eſſe ſcri-
pſerunt Angelus Aret.in §.1.num.2.inſt. de legatis, Crottus
in rubr.de leg.1.num.21.& ibidem Ludouicus Aluarus, num.
143 & Crauet.num.133. Idem affirmarunt Ferandus Vaſquius
in tract.de ſucceſſionũ Creatione.§.28.num. 23. & bene eru-
ditus Lancillottus Galla in commentariis ad ſtatuta Alexan-
driæ in ver.legare.num.39.
Et idem ſenſit Imola in l. miles. §. ſororem de leg. 2. cum
19 dixit,verbum,dono † reſolui in fideicommiſſum,quando ob
abſentiam donatarij valere non poteſt,vt donatio. Et Imolã
ſecutus eſt Cornel.in conſil.254.lib.3. & multis ſolidis argu-
mentis ſententiam hanc probauit præcitato in loco Cra-
uetta. Quocirca difficilè admodum eſſet in foro ab hac opi-
nione diſcedere:etſi contrariam probarunt Io.Fabr.in d.§.1.
in inſtit.de lega.Iacobus Niger in rub. de legatis primò, nu.
42.& ibid.Soc.Iunior.num. 63. & Franc. Cald. Luſitanus in
l.ſi curatorem.C. de in integrum reſtit. in verbo ſine curato-
re.num.19. verſ.contrariam tamen. Quorum quidem opinio
20 iure non probatur. Nam quod dicebat † Soc. & eius nomine
ſuppreſſo Franc. Cald. verbum dono conuenire etiam le-
gato,ſicuti diximus. Et illam præſentiam, & acceptationem
legatarij non impedire quin legatum dici debeat l.ſi quis ita.
ff.de reb.dubiis & §.legatariis,in inſt.de teſta.nil ad rem per-
tinet:Cum hæc iura loquantur, quando teſtator vſus eſt ver-
21 bo lego,quod † ſui natura, & proprietate non donationem,
ſed legatum ſignificat. Et propterea legatarij præſentia non
efficit quin dicatur legatum, ſicuti in ſpecie ſcripſit Lancil-
lotus Galla in loco præallegato.
Et hic quidem caſus multò magis procedit, quando teſta-
22 tor iuſſit † vocari legatarium ad hunc effectum tantùm, vt
præſens eſſet, & acceptaret. Nam tunc verbum,dono, ſine
magna controuerſia ſignificaret donationem,& nõ legatum.
Ita in ſpecie ſcripſit Franc.Cald.in d l.ſi curatorem.C. de in
integ.reſtit.mino.in verbo,ſine curatore,num.19. verſ. ſecũ-
dò admitti,qui motus eſt tex.l.Pãphilo.§.propoſitũ,de leg.2.
de cuius ſenſu diſſeruimus ſupra in præſump.99.n.15.16.& 17.
Declaratur hic caſus,vt locum non habeat, quãdo aliqua
23 repugnaret † coniectura, qua coniici poſſet, quod & ſi vſus
eſſet teſtator verbis ſignificantibus donationem, non tamen
donare,ſed legare voluit:ſicuti quando conuocauit quinque
teſtes,vel plures,vt præſentes forent ipſi ſuæ diſpoſitioni. Nã
tunc non præſumitur voluiſſe donare, ſed potius legare:quia
alioqui ſatis fuiſſet conuocare duos teſtes tantum. Ita in ſpe-
cie declarat & coniecturam hanc vt efficacem probat Natta
in conſ.645.nu.3.verſ.& multum etiam,lib.4. Quam quidem
coniecturam & ego probarem in caſu, de quo reſpondit ipſe
Natta,nẽpè quando non conſtat illum diſponentem voluiſſe
facere codicillos aut teſtamentum. Nam ſi conſtaret voluiſſe
teſtari vel codicillari principaliter,illa teſtium cõuocatio ar-
gueret tantummodo animum teſtandi principaliter, & nihil
operaretur quò ad legata vel donationes, quæ in eis feciſſet
teſtator.
24 Tertius eſt caſus,quãdo teſtator dixit,dono† & ego Caio,
qui præſens erat & acceptauit. Hoc in caſu adhuc pręſumi le-
gatum, non autem donationem ſcripſerunt Iacob. Niger in
rub.de leg.1.num.24.& ibi.Soc.Iun.nu.65.verſ.ſed tamẽ,&c.

reiecta contraria opinione Crotti in d.rub.de leg.1.nume.75.
Et eius præcipuæ rationi abundè ſatisfaciunt Crau.& Socin.
Quartus eſt caſus,quando teſtator legauit † fundum dein-
25 de donauit.Hoc in caſu præſumitur legatum. Quando qui-
dem actus ille donationis habet tacitam relationem ad lega-
tum.Ita Bal.in l.2.nu.5.C.de iure dotium , quem ſecutus eſt.
Natta in conſ.645.num.7.lib.4.quo loci nu.6.retulit ſimilem
traditionem Bart.in l.legatum la.1.de leg.2.qui ſcripſit,quod
26 ſi teſtator legauit † fundum , & deinde illum tradidit:præſu-
mitur tradidiſſe ſecundum naturam legati præcedentis.
27 Quintus eſt caſus , quando teſtator donare † non potuit
tantam ſummam,vt puta ſi donauit quingenta, quæ donatio
ſine inſinuatione conſiſtere non poteſt.l.ſancimus.C.de do-
natio.Hoc in caſu nō præſumitur facta donatio,ſed legatum.
Ita Crottus in d.rub.deleg.1.nu.76.& ibidem Crau.num.156.
28 Eſt ratio,quia non præſumitur teſtatorem † elegiſſe viam ad
impugnandum iudicium ſuum.l.3.ff.de teſta.milit.Et egre-
giè ac ad rem facit text.l.apud Celſum.§.1.ff.de doli excep.
29 vbi donatio † facta ab infirmos ad vxoris commodum valet
vt donatio cauſa mortis , & ſi mortis nulla facta eſt mentio:
quia valere non potuit vt donatio inter viuos.l.1.& toto tit.
ff.de dona inter virum & vxo.Et confert.ſecundum Crottum.
& Crauettam, quod egregiè reſponderunt Caſtr.in conſi.75
Notandum lib.1.& Soc.Sen.in conſ.130.lib.1.cùm dixerunt,
30 quod ſi quis donauit † omnia bona ſua præſentia & futura,
adiecto pacto,de non reuocando,licet dictum pactum ſigni-
ficet , donationem præſumi factam inter viuos.l.vbi ita do-
natur.ff.de dona. cauſa mortis , & diximus ſuperiore libro,
præſumpt.35.nu.21.attamen(dixerunt Caſtr.& Soc.)quia do-
natio hæc valere non poteſt inter viuos,cum auferat liberam
teſtandi facultatem,dicendum eſt,præſumi donationem cau-
ſa mortis.Non hic repeto alias authoritates & ſimilia , quæ
ad rem hanc comprobandam recenſuit Crauetta : cum apud
eum legi facilè poſſint.

## PRÆSVMPT. CVI.

### Legatum dubium & obſcurum quam recipiat interpretationem ex præſumpta teſtatoris voluntate.

### SVMMARIVM.

*1 Legatum adeò dubium & obſcurum à teſtatore factum , vt vix dignoſcit poßit quid ille ſenſerit , quam interpretationem recipiat ex præſumpta eius voluntate.*
*Quòd & conſuetudine teſtatoris ſumitur coniectura , quid legare is voluerit.nu.2.*
*3 Teſtator præſumitur domum vxori reliquiſſe in dubio , quam cum ea habitare conſueuit.*
*Vel potius illa,quæ conuenit qualitati ipſius vxoris.nume.7.*
*4 In Legatis dubijs ſpectanda eſt conſuetudo patriæ teſtatoris.*
*5 Teſtator præſumitur tantum legaſſe vxori,quantum illa capere poteſt ſecundum conſuetudinem loci.*
*6 Teſtatoris verba debent intelligi & interpretari ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ,ad quam ipſa verba referuntur.*
*8 Teſtator quando legat domum ad vtendum & fruendum,& ſi præſumatur legaſſe proprietatem, ſi tamen legatarius non eſt capax proprietatis, præſumitur:relictus ſolus vſusfructus.*
*9 Teſtatoris dilectio erga legatarium præſumptionis loco eſt, quid in dubio ſit ſibi legatum.*
*Legatum recipit largam interpretationem , quando teſtator reliquit perſonæ à ſe multum dilectæ.ibid.*
*10 Legatum factum ſanguine coniuncto latam recipit interpretationem.*
*11 Legatum alimentorum incertæ quantitatis debetur ſecundum quòd teſtator alijs legatarijs reliquit.*
*Vel inſpiciuntur teſtatoris facultates.nu.13.*
*12 Legatum ſi eſt dubium de qua moneta intellexerit teſtator , præſumitur de ea intellexiſſe,de qua in alijs antecedentibus vel ſubſequentibus legatis fecit.*
*13 Legatum dubium interpretatur & fit clarum ex viribus patrimonij ipſius teſtatoris.Et ſumitur coniectura & interpretatio , ne illud ſit nullum et inutile.nu.14.*
*15 Legatum factum familiæ non omnibus de familia debetur,ſed vni tantum:eſſet enim inutile,ſi plures eſſent in fam. & legatum eſſet modicum.*
*16 Legatum ſic interpretari debet , vt ſit vtile legatario,non autem econtra.nu.20.*
*17 Teſtator an & quando præſumatur legaſſe quod minus eſt , atque ita fiat ſtricta interpretatio.*
*18 Teſtator præſumitur minus velle hæredem grauare quam ſit poſſibile.*
*19 Pater non habens filios,ſi fecit magna legata,nato deinde poſthumo,& teſtamento rupto legata non ſubſtinentur.*
*21 Legatum debet potius reddi inutile,quam quod teſtator voluerit grauare hæredem.*
*22 Legatum relictum è nobili & diuite largam admittit interpretationem,vt quod plus eſt,legaſſe præſumatur.*
*23 Legatum non interpretatur ſtrictè, quando incertitudo eſt in perſona,vt quod minus eſt debeatur, ſed poteſt hæres eligere quod ſibi videtur.*
*Idem quando propria vocabuli ſignificato aliud importaret,nu.24.*
*Idem quando teſtator electionem dedit hæredi , vt præſtet vnam vel alteram rem,quia tunc ſtatur eius electioni.nu.25.*
*26 Legatum ſumit interpretationem ex affectione, qua teſtator proſequutus eſt legatarium , vt de re maiori factum præſumatur;*
*27 Legatum factum ſanguine coniuncto præſumitur factum de re meliori.*
*Secus quando par eſt affectio & coniunctio erga hæredem & legatarium.nu.28.*
*Et ſecus , quando teſtator alia multa legata reliquit ipſi legatario nu.31.*
*Et idem quando induceretur legatorum multiplicatio.num.32.*
*29 Hæres præſumitur magis dilectus à teſtatore quam legatarius.*
*30 Parentibus magis tenemur quam filijs , & ſi filios magis diligamus quam ipſos parentes:amor enim non reſpicit retro.*
*33 Legatum factum ad pias cauſas large interpretatur , vt de re meliori factum præſumatur,non autem de re minori.*
*Secus ſi verbis vel coniecturis conſtat teſtatorem aliter ſenſiſſe.nu.34.*
*35 Legatum factum vxori vltra dotem à marito,largè interpretatur, vt omne illud cenſeatur legatum per dote.*
*36 Legatum ſumit latam interpretationem, quando ſic interpretando apparet,teſtatorem prouidiſſe in caſu magis neceſſario.*

1 DVBIVM & obſcurum adeò eſſe † aliquando ſo-
let legatum , à teſtatore factū,vt dignoſci vix poſ-
ſit quod ille ſenſerit. Quapropter ad coniecturas
confugere ſolemus in illius voluntate declaran
da & interpretanda : quemadmodum reſpondit Iulia.in l.ſi
ſeruus plurium.§.vlt de leg.1.qui ex ordine ſex commemorat
coniecturas,de quibus, diſſeruimus ſupra lib.1.quæſt.28. Et
hoc in loco aliqua adiungemus.
2 Et primò † quidem dixit Iulia. ex conſuetudine ipſius te-
ſtatoris coniecturam ſumi,quod legare is voluerit. Hanc eſſe
iuris dixit Io.And.in addit. ad Spe.in tit.de præſumpt.§.ſpe-
cies.nu.5.in verbo,in prædict.concor.Et ad rem optime con-
ferr.tex.l.pen.in prin.ff.de ali.& cib.lega. vbi quantitate ali-
mentorum incerta legata debetur legatario, ſecundum con-
ſuetudinem teſtatoris. Hinc ſcripſerunt Comenſ.in l.ſi do-
mus de leg.1.& ibidem Iaſ. nu.6.& idem Iaſ. in repe l.1.nu.7.
3 C.de ſacroſan. eccleſ.teſtatorem præſumi † reliquiſſe vxori
domum, quam cum ea habitare conſueuit. Et hos ſecutus
ſum in conſ.329.nu.12.vbi Socinum & Gabrielem retuli , &
infra declarabo.
4 Secundò † conſideranda eſt conſuetudo patriæ teſtatoris,
vt Iulia ipſe reſpondit in d.§.vlt.explicaui in d.quæſt.28.nu.
7.& probant.l.1.& l.ſi quis vinum.ff. de tritico vino oleoque
lega.l.cum delannionis.§.item cacabos.ff.de fundo inſtr.&
& l.dominus ſticho,§.teſtamento.ff.de pecul.lega.Et hinc
reſpondit Cor.in conſil.244.num.14.lib.2.teſtatorem Peruſi-
num,qui Anconæ confecerat teſtamentum & legauerat filiæ
quingentos Florenos , intelligi reliquiſſe ex moneta Peruſi-
na,non autem ex Anconitana : tunc quia erat ipſe teſtator o-
riginarius Peruſiæ : tunc quia ibi magis conuerſatus fuerat.
Et ſimili omninò in caſu reſpondit Soc.Sen.in conſ.247.nu.
5.lib.2.qui dixit, eſſe magis aſſeruandum vſum loci conuer-
ſationis quàm originis,vt eo in reſponſo.Et egregiè reſpon-
dit Dec . in conſi.597.nu.7.teſtatorem præſumi legaſſe vſum-
fructum



fructum , non autem proprietatem vxori , quando ita vſus
eſt patriæ.Qua de re dicemus etiam infrà in præſump.
Et accedit quod reſpondit Anch.in conſ.163.nu.3. Cùm
5 † dixit teſtatorem præſumi tantum legaſſe vxori quantum il-
la capere poteſt ſecundum conſuetudinem loci.
6 Tertiò cenſuit Iulianus † in d.l.ſi ſeruus plurium. §.vlt.de
leg.1.eſſe ſpectandā dignitatē legatarij:ſiue illius perſonæ in
quam ipſa diſpoſitio confertur.Id quod declarauit in d.q.28.
nu.10. Hinc dicimus verba teſtatoris debere intelligi & in-
terpretari ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ,
ad quam verba ipſa referuntur.l.plenum §.equitij.ff.de vſu
& hab.vbi ſi teſtator legat vſum equorum , intelligitur,vt le-
gatarius eis vti poſſit ad vehendum ſub iugo , non autem in
ludis circenſibus , & hoc niſi legatarius ſit huius inſtituti a-
mator,vt in ludis circenſibus eſſe ſolet. Hinc docuit Iaſ.in l.
ſi domus. nu.6.ver.item ex qualitate.de lega.1.quem ſecutus
ſum in conſ.129.nu.13.lib.4.vbi & Hieronimum Gabrielem
7 commemoraui,Teſtatorem relinquendo † ſimpliciter do-
mum vxori ſuæ, intelligi legaſſe non domum illam amplam
& ſplendidam , quam cum ea conſueuit habitare , ſed illam
quæ conuenit qualitati ipſius vxoris, quæ vidua viuere vole-
bat,& cum modica familia. Et rurſus ſubiunxit in d.conſil.
329.nu.14.ex ſententia Bal.Iaſon.& aliorum:quod ſi teſtator
legauit vxori viduæ lectum,vel veſtes:non intelligitur legaſ-
ſe ſerica, ſed illa, quæ conditioni, & qualitati viduæ conue-
niunt.Et illis addo Bal.in l.1.nu.12.C.de leg.Idem reſpondit
in conſ.352.nu.11.eo.lib.4. quo loci nu.12. ſcripſi ex ſententia
8 Angeli,Iaſonis & Boerij : quod quando † teſtator legat do-
mum ad vtendum , vel ad gaudimentum , etſi præſumitur
legaſſe proprietatem , attamen is legatarius non eſt capax
proprietatis , præſumitur relictus ſolus vſusfructus. Qua de
re dicemus etiam infrà in præſumpt.
Non hic commemoro plura his ſimilia congeſta à Iaſone
in l.ſtipulatio iſta habere.§.ij.qui. num.7.ff.de verb.obli.ab
Afflict.in c.1. nu.19.ex quib.cauſ.feudum amittit.& à Neuiz.
in proœ.Syluæ nuptia.nu.14.
9 Quartò adiungit Iulianus † in d.l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.
de leg.1.coniecturam ſumi à dilectione ipſius teſtatoris erga
legatarium : Id quod exemplis declaraui in d.q.28.nume.12.
Hinc iure conſ.in l.pe.in prin.ff.de alim.& cib.lega.reſpon-
dit quantitatem alimentorum incertam deberi legatario con
ſiderata charitate , ideſt, dilectione,qua eum proſequebatur
teſtator.Et nunc accedit,legatū recipere largam interpreta-
tionem quando teſtator reliquit perſonæ à ſe multum dile-
ctæ:ſicuti dicemus infrà,vbi explicabimus, quando legatum
ſtrictam recipiat interpretationem.
10 Quintò addit Iulianus † in d.l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.con
ſiderandam eſſe conſanguinitatem. Quæ coniectura quomo
do intelligatur explanaui in d.quæſt.28.nume.13. Hinc dici-
mus legatum factum ſanguine coniuncto latiorem admitte-
re interpretationem ; vt dicemus ſuo loco infra in hac præ-
ſumptione.
Sextò coniecturam ſumi(dixit Iulianus in dicta l.ſi ſeruus
plurium.§.vlt.)ab his quæ præcedunt, vel ſequuntur. Quam
coniecturam explicaui & auctoritatibus multorum compro
baui in d.q.28.num.19.& 20.Et confert tex.l.pen.in princ.ff.
de alim.& ciba.lega.quo loci reſpondit Valens, legatum ali-
11 mentorum incertæ † quantitatis deberi ſecundum quod te-
ſtator ipſe alijs legatariis reliquit. Hinc reſpondit etiam Cor
12 neus in conſil.244.num. 16.lib.2.quod quando † legatum eſt
dubium,de qua moneta intellexerit teſtator præſumitur in-
tellexiſſe de ea,de qua in aliis antecedentibus,vel ſubſequen-
tibus legatis fecit.
13 Septimò adiungimus nunc † coniecturam , quæ ſumitur
à viribus patrimonij ipſius teſtatoris.Ita reſpondet Valens in
l.pen.in prin.ff.de alim. & cib.lega.cum dixit, quod vbi in-
certa eſt quantitas alimentorum legata , inſpici debent te-
ſtatoris facultates. Ita & Papinianus in l.quæſitum.§.idem
reſpondit,verſ.ſed & ipſe.ff.de fundo inſtr.inſtrumentoque
lega.reſpondit legata domo,merces & pignora in eis exiſten
tia an debeantur, iudicem coniecturam ſumere debere , cæ-
teris patris facultatibus examinatis. Sic & Celſus in l.qui-
dam in teſtamento.de leg.2.reſpondit, ſecundum æſtimatio-
nem patrimonij legati dubij quantitatem definiri poſſe. Et
idem ſcripſerunt Bart.in l.1.nu.14.de leg.2.ex illo textu in fi-
ne.Angelus in conſ.97.num.2.& Corneus in conſ.14.num.3.
libro primo.
14 Octauò ſumitur † coniectura & interpretatione legatum
ſit nullum & inutile.l.ſi res obligata & de leg.1.l.Mæuius.in
prin.de leg.2.& l.qui concubinam.§.hortos.de legat.3.Hinc
15 Caſtren. in conſ.383.Notandum.nu.1.lib. 1.reſpondit † ad le-
gatum familiæ factum non admitti omnes ex familia , ſed v-
num eorum tantum : quia alias inutile redderetur legatum,
ſi plures eſſent in familia , & ipſum legatum eſſet modicum.
Et ſcripſit Alex.in l.legato generali num.3.de leg.1.& in conſ.
16 248.nu.5.lib.6. † legatum ſic intelligi debere , vt vtile ſit le-
gatario ex l.Titia cum teſtamento.§.1.de leg.2. Hinc docuit
Baldus in rub.C.de rebus cred.& iure iura.num.3.quod ſi te-
ſtator legauit alicui debita ſua , intelligitur legaſſe credita:
quia alioqui legatum eſſet inutile. Et Baldum ſecuti ſunt re-
centiores in rubr.ff.ſi certum peta.inter alios Gomes.nume-
ro vndecimo.
Et hæc quidem interpretatio & coniectura præualet ſub-
ſequenti,qua dicimus in dubio præſumi relictum quod mi-
nus eſt : atque ita ſtrictam eſſe ſumendam interpretationem.
Nam hoc non procedit quando ſumendo ſtrictam interpre-
tationē legatum redderetur inutile:ſicuti infra declarabimus.
17 Nonò & vltimò,quando † deficiunt prędicta iam enume-
rata,ſumitur interpretatio & præſumptio , quod teſtator vo-
luerit relinquere quod minus eſt.Ita poſtremo loco hanc in-
terpretationem & præſumptionem recenſet glo.in d.l.ſi ſer-
uus plurium.§.vlt.de leg.& paſſim admittunt Doctores , in-
ter alios Corneus in conſ.244 num.12.lib.2. in conſ.71.in pri
mo dubio.& in conſil.160.col.3.libr.4 Decius in l.ſemper in
obſcuris.nu.2.& in l.in teſtamentis nu.2.ff.de reg.iur. Alcia-
tus in reſp.492.nume.6.in fine.& Craue.in conſil.86.nu.7.&
Natta in conſ.402.nume.59 lib.2. & latè Rolandus in conſi.
16.nu.32.libr.3.Et manifeſto iure probatur,nempè tex.l.apud
Iulianum.§ ſcio.& l.ſi ita ſcriptum in fine de leg.1.l.nimis &
l.qui concubinam.§.cum ita de leg.Et huius ſententiæ ea eſt
18 ratio,quia † præſumitur teſtatorem velle minus grauare hæ-
redem quam ſit poſſibile. l.vnum ex familia.§.ſi rem.de leg.
2. quo aductus reſpondit Pariſius in conſ.67.num.114.lib.3.
ſumi coniecturam,ne filius priuetur ſucceſſione paterna.
Hinc etiam idem Pariſius in conſ.79.nu.25.lib.2.poſt Bar.
& Socinum reſpondit, fideicommiſſum ob id non præſumi,
quia ſumi debet coniectura , quod teſtator voluerit minus
grauare hæredem quam fieri poteſt.Hinc etiam ſcripſit Alcia
tus in Tract. de præſumptionibus regu.1.præſumpt.13.non
præſumi patrem velle minuere hæreditatem filij per legata.
19 Et propterea(ſubiunxit Alciatus) ſi pater † non habens filios
fecit magna legata , nato deinde poſthumo , & teſtamento
rupto legata non ſubſtinentur ? vt tradunt Bar.& reliqui in
auth.ex cauſa .C.de liber.præter. & reſponderunt Alex.in
conſ.41.nu.6.lib.1.& in conſ.47.nu.8.lib.2.& Socinus Sen.
in conſ.93.nu.7.lib 4.Cæterùm aduerſus prædicta , quod le-
gatum admittat largam interpretationem , copioſè viginti
argumentis conatur demonſtrare Natta in conſ.626.
20 Declaratur † primo hæc præſumptio & interpretatio , vt
locum non habeat, quando ſumendo ſtrictam interpretatio-
nem legatum redderetur inutile.Ita glo.in l.legato.de leg.1.
vbi Alex.& Iaſ.Decius in d.l.ſemper in obſcuris.nu.3.de reg.
iuris.& in conſ.289.col.2.verſ.ſeptimò hoc corroboratur, &
Craue.in conſ.208.num.4.His accedit Caſtren.in conſi.384.
Notandum eſt,ad nu.1.lib.1.qui reſpondit,legatum certæ mo
dicæ quantitatis factum familiæ ſuæ intelligi factum vt vni
ex familia detur , non autem vt diſtribuatur in ſingulos om-
nes:quia alioqui redderetur inutile.
Et ad rem confert.l.Diuus in prin.ff.de vſu & hab. vbi le-
gata Sylua,cenſentur legati fructus ipſius Syluæ , vt ſcilicet
cædi poſſint ligna & vendi , alioqui inutile eſſet legatum. Et
textum hunc ſic ad rem noſtram ſunt interpretati Iaſon &
Dec.quos retuli & ſecutus ſum in conſ.152.nu.13.lib.4. Hāc
tamen ſententiam intelligunt glo.& reliqui in d.l.Didacus,
quando Sylua eſt multum remota,ita quòd nō poteſt legata-
rius cædere ligna ſui vſus cauſa : nā tūc cædere & vēdere po-
teſt:ſecus verò ſi eſſet proxima.Idē ſcripſerunt Io.Fabr.Ang.
Aret.& Portius in §.1.Inſt.de vſu & hab. & Bellon.in cōſ.40.

num.10.

nume.10.Et præterea accedit Pariſius in conſil. 58.nume.29. lib. 3. qui reſpondit, hanc declarationem intelligi, quando legatum eſſet omninò inutile. Sic etiam declarari & intelligi poſſunt Barb.in conſil.63. in fine.lib.3. Iaſ.in l.quod in rerum, in primo notab. & in l. cum res.numer. 1. de leg.1.& Craue.in conſil.32.num.3.in conſil.149.nu.15. & in conſi.167.
21 nu.14.dum dixerunt, potius tolerari, quod legatum ſit † inutile, quàm quod teſtator voluerit grauare hæredem. Horum ſanè, traditio intelligitur, niſi aliàs legatum eſſet omninò inutile.Secus ſi aliquantulum vtilitatis contineret.

22 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat quando qualitas perſonæ teſtatoris ſuadet eum ſenſiſſe de re maiori, non autem de minori vt in legato relicto à nobili diuite. Nã illud largam admittit interpretationem, vt quod plus eſt legaſſe præſumatur. Ita ſenſit Baldus in l.1.num.4.C.de verbo. ſignif. & apertius Caſtren. in conſilio 383. Notandum eſt. numero.3.libr.1, qui reſpondit, legatum præſumi amplum, quando teſtator erat diues, & hæredem inſtituit extraneum, non autem filium. Idem reſpondit Natta in conſilio 626. nume.19.lib.4. Et confert quod ſcripſi in lib. 2. de arbitrarijs iudicum. caſu. 88.nume. 49. dum dixit, quod & ſi regulariter donatio non præſumitur: attamen illa præſumi debet in nobili & diuite.

Cæterùm à prædicta ſententia diſſentit ſibi parum conſtans Natta in conſil.402.num.59.lib.2. quem viſus eſt ſequi Rolandus in conſil.16.num.35.lib.3.Dixit Natta etiam, legatum factum à Principe (quod fortius eſt) ſtrictam admittere interpretationem. Id quod non probauit lege, nec ratione ſolida Natta: quare ab illa Baldi, & Caſtrenſis traditione recedendum non eſt.

23 Declaratur † tertiò vt non procedat, quando incertitudo eſt in perſona, quia tunc non ſumitur ſtricta interpretatio, vt quod minus eſt debeatur, ſed eſt electio hæredi conceſſa, vt eligat, quid ſibi videtur, l. ſi quis ſeruum. §. inter duos, de leg.2.& ideo ſcripſit Dynus in cap. in obſcuris de reg. iuris. in 6. in perſonis minimum apparere non poſſe. Et Dynum ſecutus eſt Decius in d.l.ſemper in obſcuris.nu. 2. verſ.& in tali.

24 Declaratur quartò, † non habere locum quandò propria vocabuli ſignificatio aliud importaret. Nam tunc eam ſequimur, & ſic legata dicitur res maior. Ita Bart. in l.ſi is, qui ducenta, in prin.ff.de reb.dubijs, & Decius in d.l.ſemper in obſcuris,num.3.

25 Declaratur † quintò, non habere locum, quando teſtator electionem dedit hæredi, vt præſtet vnam vel alteram rem. Nam tunc ſtatur eius electioni. Ita Bart. in l. legato generaliter. num. ... ad finem. verſ. prædicta omnia de leg. 1. & ibidem Alex.num..., & Iaſon. num.... Decius in d.l.ſemper in obſcuris. num.3.verſ.quartò regula.ff.de reg.iuris.

26 Declaratur ſextò, vt non procedat † ob qualitatem & cõditionem perſonæ legatarij. Nam ex affectione, qua teſtator eum proſecutus eſt legatum interpretatur, vt etiam de re maiori factum intelligatur. Ita Decius in d. l. ſemper in obſcuris. nume. 3. verſ. quintò fallit. Exemplum affert Decius in caſu.l.Stichus. de leg. 3. qui tex. ad rem non pertinet, cùm loquatur de ſola qualitate incerta certificanda; quæ certa redditur pro iudicis arbitrio, conſiderata conditione perſonæ legatarij. Rectius poſuit exemplum Decius in caſu.l. Aurelius, §.Titius teſtamento. ff.de lib.leg. vbi etiã Bart. tradit, quòd filius legans liberationem patri, qui ſuam tutelam adminiſtrauerat, præſumitur etiam liberaſſe à reliquatu. Quam ſanè præſumptionem iuris à natura ductam eſſe dixit Ioan.Andreæ in additio. ad Spec. in tit. de præſumpt. §. ſpecies.num.5.in verbo. In prædict. concor. Et tradunt permulti à me congeſti in conſil.22.num.4.lib.1.

27 Et huc pertinet, quod † legatum factum alteri ſanguine coniuncto, vel ei, quem teſtator valdè diligebat, præſumitur factum de re meliori. Ita ſcripſerunt Bar.in l.ſi cognatis.nu. 7.ff.de reb. dubijs, Soci.in l. 1. col. 3. verſ. ſecundus caſus. ff. eo.tit.Corneus in conſilio 3. col. 2. verſ. item neceſſitudo & in conſil.244.num. 16.lib.2.Decius in conſil.289.num.2.Pariſ.in conſil.80.numer.44.libr.2.Gozad.in conſil. 82. numer. 12. Socinus Iunior in conſil.98.nume. 22. & in conſilio.167. num.11.libr.2.Bellonus in conſil.7.nume.10. Craue.in conſil. 297.num.1.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus. Natta in cõſilio 226.num.20.lib.1.Cepha.in conſil.144.nu. 24. lib.1.Rolan.in conſil.16. num.38.lib.3. Idem ego ipſe poſt prædictos reſpondi & ſcripſi in conſilio 140.num.11.lib. 2.& in lib.1.de arbitrarijs iudicum q.99. num.15.

His intelligimus, hanc eſſe receptam ſententiam, & ſi ab ea diſſentiunt ſibi parum conſtantes Dec. in conſil. 92. in fi. & in conſil.465.num.14.Pariſ.in conſil. 58. num. 27. lib. 2. & Cra.in conſil.25.num.24.

28 Hæc tamen † declaratio ceſſat, quando par eſt coniunctio & affectio erga hæredem & legatarium. Nam tunc par coniunctio & affectio tollit præſumptionem hanc. Ita ſenſerunt Deci.in conſil.46.num.2.verſ.non obſtat, quod legatum, & Crau.in d.conſil.297.nume.2.adducti tex. l. non ſolum.ff.de ritu nupt. confert ſimile quod referam in ſubſequenti declaratione ex Capra in conſil.3. num.6.cùm dixit, legatum pio loco relictum ſtrictam admittere interpretationem, quando alius pius locus fuit hæres inſtitutus, & his legatis grauatus.

29 Nec repugnat † ſi dicatur, hæredem ſemper magis dilectum eſſe, ex quo vocatus eſt titulo magis honorabili, nempè inſtitutionis, iuxta. l. ſi filium. §. ſed & portio. ff. de leg. præſta.Nam reſponderi poteſt, affectionem conſiderandam eſſe vltra ipſam vocationem: cùm alioqui teſtator ita reſpectu legati magis dilexit legatarium, ſicuti reſpectu inſtitutionis magis dilexit hæredem.

Non etiam obſtat tex.d.l.Aurelius.§.Titius teſtamento.ff. de libe.lega.quo loci reſpondit Scæuola, legatum liberationis factum à filio patri præſumi plenum, vt etiam reliquatum comprehendat, & ſi fuerint hæredes inſtituti filij, quos pater magis diligere ſolet. l. iſti quidem. in fi. ff. quod
30 metus cauſa. Nam † reſpondetur; quod & ſi magis diligimus filios quàm parentes, à quibus procreati ſumus: cum (vt dici ſolet) amor non reſpiciat retro.

Attamen cum plus debeamus parentibus, quàm proprijs filijs: & beneficia ab eis accepta rependi nunquam ſatis poſſint: quemadmodum ſcripſi ſuperiore libro in præſumpt.vbi de donatione facta ob benemerita diſſerui, ſequitur dicendum, Scæuolam in d. §. Titius recte conſideraſſe maiorem præſumi affectum teſtatoris erga patrem reſpectu legati ei facti, quàm erga proprios filios.

31 Rurſus † prædicta declaratio ceſſat, quando teſtator alia multa legata reliquit ipſi legatario ſanguine coniuncto. Ita Decius in conſil. 92.numer.3.& Cephalus in conſil.14.num. 21.lib.1.

Nam coniectura eſt teſtatorem alijs legatis voluiſſe grauare hæredem, vt in eo, quod eſt ambiguum minus grauaret: ne alioqui omni ex parte oneratus ſit hæres. Nec quidquam ad rem pertinet tex.l.prædia.§. affini. ff. de fundo inſtructo inſtrumentóque lega. cùm in eo ſolùm verſaretur dubitatio, an abductum mancipium, eo tempore quo opus non erat, vt ruri eſſet, in legato generali mancipiorum, cum reliquis colonum rebus, contineretur: & reſpondit Scæuola contineri, propterea quod ex ea abductione teſtator non reuocauit legatum quò etiam ad ipſum mancipiũ abductũ.

32 Præterea † ceſſat hæc declaratio, quando induceretur legatorum multiplicatio. Nam tunc non præſumitur teſtatorem voluiſſe ea reliquere etiam ob affectionem conſanguinitatis. Ita Iaſon in l.huiuſmodi.§.cum pater.num.7.ff.de leg.1.qui ſic declarat.l.Titia.§. qui in vita. de leg. 2. qua de re infrà in præſump.

33 Declaratur ſeptimò vt † locum non habeat in legato facto ad pias cauſas.Nam religionis fauore ſumitur præſumptio, quod teſtator intellexerit de maiori, non autem de minori.Ita Bart.in l.Titia.§.Sæia. ff. de auro & argen. leg. quem ſecuti ſunt Bal.Ancha.Imola, Abbas & Soci. Sen.quos commemorauit Tiraquellus in tract.de priuilegijs piæ cauſæ.priuil. 25.Et illis accedunt Barba.in cap. indicante. nume. 12. de teſta.& ibidem Didacus.num. 4. & 5. qui teſtantur hanc eſſe communem opinionem, quam etiam probauit Gomeſ. in §. ex maleficijs.num.53.in Inſtit.de actio. & ſecutus eſt Cepha. in conſil.144.num.23. lib. 1. qui eiuſdem opinionis recenſet Goza.& Cagno.Et ij quidem omnes adducti ſunt eo reſpõſo.d.§.Sæia.





Cæterùm à prædictis diſſentiunt Imola, Capra, Bald. Nouellus, Barba. & Iaſ. quos refert & ſequitur Tiraq. in d.priuilegio.25. verſ.ſed attende. Et ij quidem opinantur.d.§.Sæia. ſuæ fauere opinioni, ſed verior eſt recepta opinio: cùm in bene emendatis codicibus ita legatur illud reſponſum.§. Sæia. *Quæſitum eſt, cum in eo templo non niſi ærea, aut argentea*, &c. Non autem (vt in aliquibus) aurea & argentea. Nec repugnat ille text.c.ex parte.de cenſibus. Nam illi rectè ſatisfacit Didac.

34 Hæc tamen declaratio † ceſſat, quando verbis, vel aliis coniecturis conſtat teſtatorem aliter ſenſiſſe, vt reſpondit Corn. in conſ. 302. num. 2. lib. 4. ſicuti contingit, quando alia pia cauſa fuiſſet hæres inſtituta & legatis alteri pio loco præſtandis grauata, vt in ſpecie cenſuit Capra in conſil.3.nu.6. Non enim priuilegiatus vtitur priuilegio cõtra aliũ priuilegiatum.

35 Declaratur octauò, vt † locum non habeat quando teſtator ſcienter legauit vxori vltra dotem, quam ab ea accepit, vt ſi dotis nomine habuit quinquaginta, & deinde in teſtamento aſſeruit ad ſe perueniſſe centum, & illa centum legauit ipſi mulieri pro dote, Hoc enim caſu larga ſumitur interpretatio, vt centum debeantur. Ita probat.l. cum ſcriptum.ff. de dote præleg.& declarat Crauetta in conſ.149.num.16.

36 Declaratur nonò, vt † locum non habeat quando interpretando quod teſtator reliquerit rem maiorem, appareret eum prouidiſſe in caſu magis neceſſario. Ita in ſpecie declarat Crauetta in conſil.297. in fin. Et confert quod ſcripſit idem Crau.in conſ.304.nu.5.& in conſil.308.in fine.

## PRÆSVMPT. CVII.

Legatum incertum, quando & quibus coniecturis reddatur certum, vt valeat atque conſiſtat.

## SVMMARIVM.

1 *Legatum incertum an & quando & quomodo reddatur certum.*
2 *Legati incertitudo valde differt reſpectu rei & reſpectu perſonæ.*
3 *Legatum incertum fauore piæ cauſæ an valeat.*
*Et quid ſi legatur perſona.num.4.*
5 *Legati incertitudo ſi eſt reſpectu perſonæ eius, à quo relinquitur, an cenſeatur relictũ ab hærede inſtituto, vel ab eius hæredibus.*
*Et quid ſi incertitudo eſt reſpectu perſonæ eius, cui relinquitur, & nulla eſt expreſſa perſona ſpecialiter, ſed vniuerſaliter, vel indefinitè.num.6.*
7 *Legatum hoc modo conceptum, inſtituo Caium, & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituatur hæreditas Mæuio, quem grauo præſtare centum, valet, & præſumitur legatum hæredi hæredis.*
*Idem, quando extat aliqua demonſtratio, quæ vim nominis habet.num.8.*
9 *Legatum ſi eſt factum perſonæ expreſſæ, ſed ignoratur hæc perſona expreſſa, non valet.*
10 *Legatum factum vni perſonæ ex pluribus, quæ ex futuro euentu certificatur, valet.*
*Et quid ſi eſt factum perſonæ incertæ de certis, quæ non certificatur.num.11.*
*Et quid ſi eſt factum perſonæ incertæ de incertis, quæ non certificatur.num.12.*
13 *Legatum factum perſonæ incertæ de incertis valet, quando hæredi eſt data facultas eligendi.*
*Idem fauore piæ cauſæ dicendum eſt.num.14.*
15 *Legatum incertum tam reſpectu perſonæ legatarij quam rei legatæ nullo modo valet.*
*Idem etiam quando agitur de fauore piæ cauſæ.num.16.*
*Secus ſi dicta incertitudo duplex certificari poteſt.num.17.*

1 DISSERVI † ſupra in præſumpt.25.quando hæredis inſtitutio incerta ita reddatur certa coniecturis & præſumptionibus, vt valeat: Nunc agendum eſt de legatis: quæ quidem diſputatio frequens eſt in foro, & vtilis admodum. Qua quidem in re diſtinguam vnà cum Bart.in l. quidam relegatus.numer.1.ff.de rebus dubiis, aliquot caſus, quos eo diligentius explicabo.

2 Primus † eſt caſus, quando incertitudo legati eſt reſpectu rei legatæ.Hoc in caſu (inquit Bart.) eſt dicendũ vt in l.legato generaliter.§.1.ff.de leg.1.& in §.ſi generaliter.Inſtit.de leg. & in l.cum poſt.§.gener.ff.de iure dotium.& ſequitur Ruinus in conſ.36.num.8.lib.2.qui manifeſtè dixit, differentiam eſſe inter incertitudinẽ reſpectu rei, & reſpectu perſonæ, id quod ſcripſerunt etiam Imola in d.l.legato generaliter, & ibidem Iaſ.num.9.qui rationem eſſe dixit, quia quando eſt rei incertitudo, eſt ſaltem certa perſona legatarij, qui eligere poteſt: ſecus quando eſt incerta ipſa perſona legatarij. Crediderim ego in caſu.l.legato, valere legatum, quia lex tribuit facultatem eligendi ipſi legatario.In quo caſu vero.d. §.generaliter, eſſe, quia redditur certum ex qualitate perſonarum.

3 Declaratur † vt locum non habeat fauore piæ cauſæ: Nam tũc abſolutè legatum valet. Ita auctoritate multorum ſcripſit Tiraq.in Tract. de priuilegiis piæ cauſæ.priuileg.55.cui accedit Afflictus in deciſ.337.nume.10.& 11.& Benincaſſius in tract.de paupertate.q.9.in tertio ſpeciali.num.22.

4 Et idem eſt, quando † legatur perſona, quæ eſt loco rei, vt ſi quis legat ſeruum iuxta.l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.ff.de lega.1.Ita Bart.in d.l.quidam relegatus.num.1.verſ.aut eſt incertitudo.

5 Secundus eſt caſus, quando † incertitudo legati eſt reſpectu perſonæ eius, à quo relinquitur, an ſcilicèt cenſeatur relictum ab hęrede inſtituto, vel eius hęredibus.Hoc in caſu ſcribit Bart.in d l.quidam relegatus.num.1.verſi.aut eſt incertitudo circa perſonam, præſumi legatum relictum ab hærede.l. ſi ſeruus.§.qui margaritam.de leg.1.De hoc caſu diſſeruimus ſupra in præcedenti præſumptione.

Tertius eſt caſus, quando † incertitudo legati eſt reſpectu perſonę eius, cui relinquitur: & nulla eſt expreſſa perſona ſpecialiter, ſed vniuerſaliter, vel indefinite, vt ſi teſtator ita dixit, hęres meus centum dabit.Hoc in caſu non conſiſtit legatum. Ita Bar.in d.l.quidam relegatus.num.1.verſ.primo caſu.

Et motus eſt Bar.tex.l.Paulus.la 2.ff.de rebus dubiis, cuius verba hæc ſunt: *Paulus reſpondit. Cùm nomen fideicommiſſarij teſtamento adſcriptum non ſit, nulli perſonæ neque certæ neque incertæ datum fideicommiſſum videri indubitatum eſt.* Hæc Paulus, qui ob id dixit, neminem admitti ad hoc fideicom.quia nulli
7 dicitur legaſſe: cùm nullius nomen adſcripſerit.

Declaratur † non habere locum, quando teſtator legauit à fideicommiſſario, vt ſi dixit, inſtituo Caium, & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis reſtituatur hæreditas Mæuio, quem grauo præſtare cẽtum.Hoc legatum, & ſi incerta videatur legatarij perſona, valet: quia præſumitur legatum hæredi hæredis. Ita Bart. in d.l.quidam relegatus.nu.1.ver.ſi verò à legatario, & in d.l. Paulus. Et adductus eſt Bart.texu l.qui pecunia.ff.de ſtatu lib. Et huc facit quod quando incerta eſt perſona fideicommiſſarij.cui ex fideicommiſſo bona ſunt reſtituẽda, cenſetur hæres grauatus reſtituere venientibus ab inteſtato. Ita Bart.in l.peto.in prin.in tertio notab.de leg.2.& alij multi, quos congeſſi in conſil.434.num.8.lib.5.quo loci ſatis diligenter mea pro
8 mediocritate diſputationem hanc abſolui.

Declaratur † ſecundò non habere locum, quando extat aliqua demonſtratio, quę vim nominis habet.l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hæred.inſti. Et confert.l.nominatim.de leg.3.

Et accedit tex.l.peto.in 2.reſponſo.de leg.2. vbi ſi teſtator inſtitutis pluribus, rogat vnum, vt ſua parte contentus ſit: & ſi non dicit, cui reſiduum vult reſtitui: attamen valet fideico.& dicitur is rogatus reſtituere cohæredibus.l.qui ex duabus.§. vlt.ff.de acq.hæred. Et d.l.peto.declaraui in d.conſ.434.num. 6.lib.5.

9 Quartus eſt caſus, quando † legatum eſt factum perſonæ expreſſæ, ſed ignoratur quæ ſit hęc perſona. Hoc in caſu legatum non valet, quo ad effectum: cum ignoretur, cui præſtari debeat. Ita Bart.in d.l.quidam relegatus.num.1.verſ.ſecundo caſu.& idem ego ipſe ſcripſi in d.conſilio 434.nume.22.verſ. non obſtat tertium.lib.5.vbi ſic declaraui tex.l.3.§.ſi duobus. ff.de adim.lega.quem allegauit Barto.& alia iura à me præter Bartolũ adducta in d.conſ.434.n.4.ver.tertio dubitationem.

10 Quintus eſt caſus, quãdo † teſtator legauit vni perſonæ ex pluribus, quæ tamẽ perſona ex futuro euẽtu certificatur. Hoc caſu valet legatũ. Ita Bar.in d.l.quidã relegatus.nu.1.verſ.tertio caſu.& ibidem Soci.nu.12.verſ.aliquando & ſecundò, qui cõmunem eſſe opinionẽ teſtatur. Idem ſcripſerunt Oldradus in conſ.61.nu.2.Alber.in l.ſi quis ad declinandam.nu.4.C.de Epiſc.& Cle.Ruinus in cõſ.177.nu.1.lib.2.& Pariſius in conſ.

vlt.num. 42.& num.53.lib.3. Et huc pertinet quod ſcripſi ſuprà in præſumpt.25. numer.19. quo loci ſcripſi, hæredis inſtitutionem incertam valere, quando ex euentu futuro ipſius hæredis perſona certificari poteſt.

11 Sextus eſt caſus, quando † teſtator legauit perſonæ incertę de certis; quæ non certificatur. Hoc in caſu valere legatum ſcripſit Bart.in d. l. quidam relegatus.numer.1. verſ. aut non venit certificanda.

Et motus eſt Bart. text.l. ſi ſeruus legatus.§. huiuſmodi.de leg. 1. qui tamen ſecundum Socinum in d. l. quidam relegatus.num.12.probat contrarium. Et ideò ſubiunxit Socinus, communem eſſe ſententiam aduerſus Bart.

12 Septimus eſt caſus, quando † teſtator legauit perſonæ incertæ de incertis quæ non venit certificanda, vt ſi dixit lego vni homini. Hoc in caſu non valet legatum. Ita Bart. in d. l. quidam relegatus.num.1.verſ.aut relinquitur incerto, quem ſecuti ſunt ibidem Socinus num. 12. verſ. aliquando & quartò, adducti text.l.qui plures.ff. de vſu & vſufr.§.incertis.in inſtit.de lega.& l.id quod pauperibus.C.de epiſcop.& cler.

13 Declaratur primò, vt † locum non habeat, quando hæredi data eſſet facultas eligendi: Nam tunc valet legatum, etiam ſi factum ſit perſonæ incertæ de incertis. Ita Bartolus in l. ſi quis Titio.§.ſi hæres.de leg.2. Salycetus in l.id quod pauperibus.C.de epiſcop.& cler.Socinus in d.l. quidam relegatus. num.12.verſic.aliquando & quartò. Et moti ij ſunt eo tex.d. §. ſi hæres. Et facultatem illam eligendi intellexit Socinus fuiſſe tacitam atque ita pręſumptam: cùm verba relata fuerint ad hæredem ipſum: Sicuti dicimus, quòd, quando eſt incertitudo rerum, electio eſt legatarij: attamen quando verba ſunt ad hæredem relata, pręſumitur ei data eligendi facultas.l.Lucio.de leg.2.vbi glo.& Doct.

14 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat fauore piæ cauſæ: ſicuti quando teſtator legauerit pauperibus. Hoc ſanè caſu & ſi legatum relictum eſt perſonę incertæ ex incertis: attamen valet: cum præſumatur teſtatorem legaſſe electionis facultatem Epiſcopo, vel executoribus teſtamenti: ita poſt Bart.in d.l.quidam relegatus.numer.1.in fin.& Socinum ibidem.nu.12.verſic.Limita ſecundò fauore; ſcripſerunt quamplurimi cōgeſti à Tiraq.in tract.de priuil.piæ cauſæ, priuil.56.

15 Octauus † & vltimus eſt caſus, quando legatum eſt incertum tam reſpectu perſonæ legatarij quam rei legatæ. Hoc caſu legatum nullo modo valet. Ita Bart.in d.l.quidam relegatus.num.1.verſ.fallit, ſi reſultat.poſt Dynum in cap.in obſcuris.num.13.de reg.iur.in 6. Et ſecuti ſunt Bald.in l.ſi quis ſeruum.§.inter nu.de leg.2. Io. Fabr.& Ang.Aret.in §. incertis. in inſtit.de lega.& Ruinus in conſ.21.num.7.lib.2.

16 Extenditur hic † caſus, vt locum habeat etiam quando agitur de fauore piæ cauſæ. Ita ex ſententia Bart.docuit Soc.in d. l.quidam relegatus.num.12.verſ.an quando concurrit, & in l. ſi quis de pluribus.num.2. verſ. Sed tu diligenter.ff. de rebus dubiis. Idem reſpondit Ruinus in conſ.19.num.2.lib.2.

17 Declaratur † vt locum non habeat hic caſus, quando hæc duplex incertitudo certificari poteſt. Ita Ruinus in d. conſil. 19.num.8.lib.2.

## PRÆSVMPT. CVIII.

### Legata ab inſtituto quando præſumantur repetita à ſubſtituto, diligens & accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum quando relictum ab inſtituto cenſeatur repetitum à ſubſtituto.*

2 *Legatum præſumitur repetitum à ſubſtituto, quando teſtator reliquit generalibus his verbis, quiſquis mihi hæres erit, centum Sempronio dato.*

*Idem eſt, quando teſtator dicit, hæres meus centū Sempronio dato.*

3 *Legatum præſumitur repetitum à ſubſtituto, quando teſtator grauat hæredem ſub nomine appellatiuo.*

4 *Teſtator cenſetur magis diligere inſtitutum quam ſubſtitutum.*

5 *Subſtitutus dicitur ſubrogatus in locum inſtituti, & ob id eius naturam & qualitates aſſumit,*

6 *Teſtator ſubſtituēdo hæredi inſtituto dicitur ſubſtituere in omnib.*

7 *Ius cōiunctionis qui eſt in inſtituto tranſit in vulgariter ſubſtitutū.*

8 *Legatum præſumitur repetitum à ſubſtituto quando teſtater grauauit hæredem ſub nomine appellatiuo etiam ſi ſubſtitutio ſit tacita vulgaris.*

9 *Legatum præſumitur repetitum in quaſi ſubſtitutione, hoc eſt in iure accreſcendi.*

10 *Cohæres veniens ad partem cohæredis repudiatam dicitur venire ex quaſi ſubſtitutione.*

11 *Legatum præſumitur repetitum, etiam quando qualitas oneris ceſſaret in ſubſtituto.*

12 *Legatum etiam præſumitur repetitum à ſubſtituto legatarij.*

13 *Legatum ab hærede relictum, quod cenſetur repetitum à ſubſtituto, intelligitur repetitum etiam quo ad qualitates.*

14 *Legatum non cenſetur repetitum à ſubſtituto, quando habitum fuit pro non ſcripto.*

15 *Legatum non cenſetur repetitum à ſubſtituto particulari.*

16 *Subſtitutus in re certa eſt loco legatarij.*

17 *Legatum non cenſetur à ſubſtituto repetitum, quando inſtitutus fuit vocatus ſub conditione, quæ non eſt veriſimiliter euentura.*

18 *Legatum non præſumitur repetitum in ſubſtituto, quando vnus & idem eſt inſtitutus & ſubſtitutus.*

19 *Legatum ab hærede factum non præſumitur à ſubſtituto repetitum quando teſtator aliquid aliud reliquit legatario præſtandum à ſubſtituto.*

20 *Legatum non præſumitur repetitum à ſubſtituto quando certa fuit cauſæ relinquendi ab inſtituto, quæ ceſſet in ſubſtituto.*

21 *Legatum non præſumitur à ſubſtituto repetitum quando legatarius, aut fideicommiſſarius eſt ſubſtitutus in aliqua hæreditatis parte.*

22 *Vna & eadem ſubſtitutio non debet diuerſo iure cenſeri.*

23 *Bar.in l.licet Imperator nu.4.ff.ſi quis omiſ.cauſa inſt.declaratur.*

24 *An legatum relictum ab inſtituto nominatim cenſeatur repetitum à ſubſtituto.*

25 *Verbum nominatim ſignificat nomen proprium.*

26 *Intellectu Comen.ad l.ſi plures de legat.3.reijcitur.*

27 *Intellectus Alex.ad d.l.ſi plures vti ſophiſticus reprobatur.*

28 *Intellectus Comenſ.& Alcia.ad l.Celſus.§.quòd ſi alicuius.de leg. 2.reprobatus.*

29 *Legatum quando eſt relictum ab inſtituto proprio eius nomine expreſſo videtur grauata perſona non autem hæreditas.*

30 *Intellectus ad l. non iuſtam. C. ad Trebell. Intellectus ad l. 1.§. id quod ex ſubſtitutione.ff.ad l Falc.*

31 *Teſtator ſi grauat primo loco vocatum præſumendum etiam eſt quòd voluerit grauare vocatum ſecundo loco, vbi de veritate.*

32 *Expreſſio proprij nominis hæredis præſumitur facta cauſa demonſtrationis.*

33 *Expreſſio proprij nominis eſt loco taxatiuæ.*

34 *Legatum ab hærede relictum non præſumitur etiam repetitum à ſubſtituto, quando hæres fuit nominatus nomine appellatiuo, quod vim habet proprij, & quia ſolus fuit inſtitutus.*

35 *Legatum non cenſetur à ſubſtituto repetitum quando coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe repetere legatum.*

36 *Legatum ab hærede relictum præſumitur repetitum à ſubſtituto fauore alimentorum.*

37 *Legatum cenſetur repetitum à ſubſtituto fauore piæ cauſæ.*

38 *Legatum an cenſeatur repetitum à ſubſtituto pupillariter.*

39 *Subſtitutus pupillariter tenetur legata à pupillo relicta vti æs alienum præſtare.*

40 *Ratio differentiæ inter vulgariter ſubſtitutum & ſubſtitutum pupillariter quo ad repetitionem legati.*

41 *Tres coniecturæ quæ in ſubſtitutione vulgari locum habent non procedunt in pupillari.*

42 *Legata ab hærede cenſentur à ſubſtituto repetita in ſubſtitutione exemplari.*

43 *Legatum non cenſetur repetitum à ſubſtituto à milite directò, vbi & de ratione.*

44 *Doctr.Bart.in l.licet Imperator. num.3.ff.ſi quis omiſ.cauſa inſt. in dubium reuocatur.*

45 *Cohæredes non ſunt qui eodem tempore non concurrunt ad hæreditatem.*

46 *Subſtitutus directò à milite non dicitur cohæres inſtituti.*

47 *Iaſonis traditio in d.l.licet Imperator.num.28.reiecta.*

48 *Comenſis ratio reprobata.*

49 *Alciati conſideratio in rubrica de vulg.num.6.reijcitur.*

50 *In teſtamento militis coniecturas admitti.*

51 *Coraſij traditio in rub.C.de impub.num.10.in dubium reuocatur.*





52 *Declaratur textus in l. ſecund.1.ff.de liber.& poſthum.*

53 *Ratio quare legatum non dicitur repetitum in ſubſtitutione directa militari.*

54 *Legata à ſubſtituto cenſeri repetita, eſt fundatum in ſola coniecturata mente teſtatoris.*

55 *Legata à lege cenſeri aliquando repetita ne fruſtra teſtator legaſſe videatur.*

56 *Adeundo quis ſe quaſi obligat legatarijs.*

57 *Legataria ab inſtituto præſumi debent repetita à ſubſtituto per fideicommiſſum, vbi de ratione.*

58 *In fideicommiſſarium vniuerſalem tranſeunt omnia iura hæreditaria tam actiua quàm paſſiua.*

1 PERVTILIS & egregia eſt hæc diſputatio, an & quando legata † relicta ab inſtituto cenſeantur repetita à ſubſtituto, vt ab eo præſtari debeant? Qua in re diſtinguendi ſunt prius quinque capita, quorum primum eſt, quando ſubſtitutio eſt directa vulgaris. Quo quidem in capite conſtituo aliquot caſus, vt viſus eſt diſtinguere Caſtren. in l. licet Imperator.colum.1.de leg.1.& nos fuſius explicabimus.

2 Primus eſt caſus, quando teſtator reliquit legatum generalibus his verbis, quiſquis mihi hæres erit, centum Sempronio dato. Hoc in caſu certum eſt, legatum eſſe præſtandum, à quocunque ſubſtituto, cum non ex coniecturata mente, ſed ex verbis manifeſtis qui vis hæres vel inſtitutus, vel ſubſtitutus grauatus ſit illud præſtare. Et ideò ſubſtitutus tenebitur præſtare legata tanquam ex propria perſona Ita Caſtren.in d. l.licèt Imperator.num.2. & ibidem Comenſ.col.pen.verſic. nam hæ leges. Iaſ.num.36. Alciatus in Tract.de præſumptio. reg.2.præſumpt.35.num.3.verſic.ſed quando legatum eſt factum.& Bellonus in conſil.62.num.6. Et ij quidem adducti ſunt text.l.ſi plures.de leg.3.& l. quæ conditio.ff. de cond.& demonſt.vbi Socinus idem docuit.

Extenditur primo hic caſus, vt locum etiam habeat, quando teſtator ſimpliciter ſic legauit. Hæres meus centum Sempronio dato. Nam hæc indefinita æquipollet vniuerſali, & propterea ſiue inſtitutus ſiue ſubſtitutus hæres efficiatur tenetur præſtare legata. Ita Caſtren.in d.l.licet Imperator.col.1. ibi, vel ſimpliciter. Eſt enim quodammodo iniunctum onus ipſi hæreditati, atque ita tanquam reale onus tranſit ad quemcunque hæredem.

3 Secundus eſt caſus, quando teſtator † grauauit hæredem ſub nomine appellatiuo pręſtare legatum, vt puta ſi dixit, ab hærede meo inſtituto volo pręſtari centum Sempronio. Hoc in caſu etiam fatentur omnes, legatum præſumi repetitum ab inſtituto in ſubſtitutum, vt ſi pręſtita illa non fuerunt ab inſtituto pręſtari debeant ab ipſo ſubſtituto. Ita Bart.in d.l.licet Imperator.num.4. & ibidem Caſtren.num.3. Alex. num. 12.Iaſ.num.32.& num.36. Et adducti ij ſunt illis rationibus conſideratis à Iaſone in d.l.licèt.num.24.& num.29. Quarum

4 prima eſt quia teſtator † cenſetur magis diligere inſtitutum quàm ſubſtitutum.l.Publius.§.1.ff.de cond.& demonſt.ſi ergo grauauit inſtitutum pręſtare legatum, pręſumendum eſt multo magis grauare voluiſſe ſubſtitutum. Hanc rationem paſſim omnes admittunt, quam etiam probauit Tiraquellus in Tract.(*le mort à Saiſit le vif.*)num.2.parte.declar.9.num.8.

5 Secunda eſt ratio, quia ſubſtitutus † dicitur ſubrogatus in locum inſtituti, ob id eius naturam & qualitates aſſumunt. l. ſi eum.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio, cum ſimil. Tertia eſt ra-

6 tio, quia teſtator † ſubſtituendo hęredi inſtituto dicitur ſubſtituere in omnibus.l.Iulianus.ff. de hæred.inſt.& l.cohęredi

7 in princ.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. Et hinc eſt, quod ius † coniunctionis, quod erat in inſtituto tranſit in vulgariter ſubſtitutum.l.cum ex filio.§. vlt.vbi glo.& Bald.ff.de vulgar.& pupil.ſubſtitut.

Extenditur primò hic caſus, vt locum habeat etiam in ſub-

8 ſtitutione † tacita vulgari. Nam & tunc legata relicta ab inſtituto pręſumuntur repetita à tacite ſubſtituto. Ita Bart.in d. l.licet Imperator.num.4.verſic.aut ſuccedit & ibidem Iaſon. numer. 45. qui eiuſdem ſententię refert Aretin. in l. pen. col. pen.ff.de vulg.& pup.ſubſt. ex l.qui fundum.§. qui filium.ff. ad l.Falcid.& ex l.vlt.ff.de fideicom.liber.

9 Extenditur ſecundò, vt procedat etiam in quaſi ſubſtitu-

10 tione † & ſic in iure accręſcendi. Nam cohęres † veniens ad partem coheredis repudiatam venire dicitur ex quaſi ſubſtitutione.l.ſi Titio.& Mæuio.§.Iulianus.de leg.2. Hic itaque cohæres tenetur præſtare legata relicta ab inſtituta. Ita exten. Iaſon in d.l.licèt Imperator.nu.47.& prius.nu.34.de leg.1.

Et explicant omnes in l.quę conditio.ff.de condit.& dem. ibi. Imola.Comenſ.& Soc.num.16.

11 Extenditur tertiò, vt locum etiam habeat in legato, † cui iuncta ſit qualitas oneris, quæ ceſſat in perſonam ſubſtituti ſicuti quando relictum eſt legatum ab inſtituto, vt compenſetur cum debito dotis, quæ ſanè compenſatio non poterat habere locum in ſubſtituto. Ita tradit Iaſon in d.l.licèt Imperator.num.49.de leg.1.ex ſententia Bart.& aliorum in l.cum ab vno.de leg.2.ac Angeli, Imolæ & Caſtren.in l.ſermo legato, §.ſi teſtator.de leg.1.

12 Extenditur quartò, vt locū etiam habeat in ſubſtituto † legatarij, vt quando teſtator reliquit legatum Sempronio cum onere dandi centum Sęio.ſi poſtea teſtator priuauit Sempronium legatarium ipſo legato, & in Sęium tranſtulit, tranſtuliſſe dicitur cum eodem onere præſtandi legatum Sęio: ita Iaſon in d.l.licèt Imperator.num.51.de leg.1.poſt Caſtren.& Alex. ibi, ex tex.l.Caio.in princ.ff.de alim.& ciba.leg.& l.alumnæ. ff.de adimen.leg.& dicemus infrà in præſumpt.vbi agemus de ademptione legati.

13 Extenditur quintò, vt locum etiam habeat reſpectu qualitatis † legato adiectæ, quæ pariter tranſit ab inſtituto in ſubſtitutum, ſicuti in conditione adiecta legato relictò ab inſtituto, quæ dicitur repetita etiam in ſubſtituto. Ita extendit Iaſon in d.l.licèt imperator.num.52.ex ſententia Aret.in l.pen. col.penult.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu. Qui quidem adducti ſunt tex.l.vlt.§.vlt.ff.de fideicom.libert.

Verùm Bart.in l.ſi cui ſerui.§.ſi à filio.in 2.oppo.de leg.1. intelligit d.l.vlt.§.vlt.procedere ob id, quod ille teſtator verbis vniuerſalibus & expreſſim repetiit legatum ab inſtituto in ſubſtitutum, ſicuti quando dixit, quidquid legaui, vel caui &c.

Declaratur primò, vt locum non habeat quando legatum

14 † habitum fuit pro non ſcripto, ſicuti quando eſt quid relictum ab inſtituto, qui tempore conditi teſtamenti iam erat mortuus. Nam tunc legatum non cenſetur repetitum à ſubſtituto. Ita Iaſon in dicta l.licèt Imperator.numero 56. poſt Baldum, Angelum, Comenſ.& Floria.in l.quidam referunt.in princ.ff.de iure Cod.& Alex.in d.l.licet.num.9.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat in ſubſtituto

15 † particulari, alicuius rei. Nam ab eo non cenſetur repetitum legatum ab inſtituto relictum. Ita Bald.in l.quoties.in fin.C. famil.erciſ.& in l.vnica.§.pro ſecundo.col.vlt.C.de cadu.tol. Alex.in d.l.licèt Imperator.nu.12.& ibidem Iaſon.num.58.

16 Ea eſt ratio, quia ſubſtitutus † in re certa dicitur loco legatarij.l.quoties.C.de hæred.inſtit.atque ita non ſuccedit in totum loco inſtituti: ob id non tenetur ad legata relicta ab inſtituto.

17 Declaratur tertiò, quādo legata † ſunt relicta ab inſtituto, qui vocatus eſt ſub conditione, quę non eſt veriſimiliter euentura, & ei datus eſt ſubſtitutus ſimpliciter, aut ſub conditione veriſimiliter euentura. Hoc caſu legata non cenſentur repetita à ſubſtituto. Sic declarant Corneus in l.licèt Imperator. num.5.& ibidem Alexan.nu.13.& Iaſon.nu.59. Ea eſt ratio, quia hic ceſſat ratio d.l.licèt, quod eſſe diximus, quod cum teſtator grauauerit inſtitutū magis dilectum, præſumitur, quod multò magis grauare voluerit ſubſtitutum minus dilectum, iuxta l.Publius.§.1.de cond.& demon. Hæc ſanè ratio ceſſat in caſu noſtro, in quo apparet teſtatorem magis dilexiſſe ſubſtitutum quàm inſtitutum.

18 Declaratur quartò, vt locum non habeat, quando vnus † & idem eſt inſtitutus & ſubſtitutus. Nam tunc legata relicta à gradu inſtitutionis non cenſentur repetita à gradu ſubſtitutionis. Ita poſt Comenſem & alios nonnullos docuit Iaſon in d. l.licèt Imperator. in fine.adducti tex.l.1.§.ſi proponatur.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.

19 Declaratur quintò, vt non procedat, quando teſtator † aliquid aliud reliquiſſet legatario præſtandum ſubſtituto. Nam tunc legata ab inſtituto non cenſentur repetita à ſubſtituto. Ita probat tex.in d.l.licèt Imperator.in illis verbis, quid enim ſi aliam rem, & ibidem Bar.num.4.ver.primum exemplum, & Iaſ.num.22.qui dicit, eſſe vehementem coniecturam, & ibi ipſe Iaſ.duas affert rationes.

20 Declaratur ſextò, vt locum non habeat, quando certa † fuit cauſa relinquendi ab inſtituto, quæ ceſſat in ſubſtituto, vt putà, ſi teſtator reliquit legatario, vt adminiſtraret bona inſtituti, quæ ratio ceſſat in ſubſtituto, qui forte eſt vir diligens & idoneus ſe & ſua adminiſtrare. Hoc ſanè caſu legatum non pręſumitur repetitum. Ita probat text.in d.l.licet Imperator. verſ.vel quid ſi certa cauſa, &c.& ibidem annotarunt Bartol. nu.4.verſ.ſecundum exemplum.& Iaſ.nu.25. in 7.notab.qui duo alia affert exempla ex aliorum ſententia.

Declaratur ſeptimò, vt locum non habeat, quando legata-
21 rius, † ſeu fideicommiſſarius eſt ſubſtitutus à teſtatore in aliqua hæreditatis parte. Hoc caſu eſt coniectura teſtatorem voluiſſe legata, relicta ab inſtituto eſſe repetita ab hoc ſubſtituto. Ita probat text.d.l.licèt Imperator. verſ. vel quid ſi ſubſtituit, & ibidem Bart. num.4. verſ. tertium exemplum.& Iaſ.in
22 8.notab. Eſt ratio, quia vna † & eadem ſubſtitutio non debet diuerſo iure cenſeri.l.iam hoc iure.de vulg. & pup ſubſt.cum ergo duo fuerint ſimpliciter ſubſtituti, pręſumptio eſt, teſtatorem noluiſſe, eos ęqualiter ſuccedere, ob id coniectura ſumitur, quod noluerit legatum ab vno factum cenſeri ab altero repetitum. Hinc inferunt Bart.in d.l.licet.num.5.& Iaſ.num. 23.ad quæſtionem, quæ aliquando ex facto euenit Bononiæ. Teſtator inſtituit filium impuberem, & vxori legauit vſumfructum. Et ſi filius deceſſiſſet in pupillari ætate ei ſubſtituit matrem & extraneum, contigit quod filius non extitit hæres, quia hæres eſſe noluit reſponſum fuit, quod cum mater ſuccederet ex tacita vulgari pro dimidia, legatum vſusfructus non dicitur repetitum à ſubſtituto. Ita Bart.& Iaſ. vbi ſupra, & idem reſpondit Gratus in conſil.18.num.24.lib.2. Et (vt di-
23 xi) intelligit Bart. quando † mater ſuccedit ex tacita vulgari: ſecus ſi ſucceſſiſſet ex pupillari.
24 Tertius eſt caſus, quando legatum † fuit relictum ab inſtituto nominatim hoc eſt expreſſo proprio eius nomine, vt ſi teſtator dixit, inſtituo Caium hæredem, cui ſubſtituo Sempronium, & ipſum Caium damno dare centum Mæuio: vel ſi taxatiue inſtituto impoſitum eſt onus legatorum, vt declarant Bart.in l.1.§.id, quod.ff. ad l.Falcid .& Hercula. ibidem.col. pen.in fin. Hoc in caſu dubitatur an legatum Mæuio & præſtandum à Caio hærede cenſeatur repetitum à Sempronio ſubſtituto vulgariter? Recepta magis ſententia eſt, non præſumi repetitum. Ita Bart.in d.l.licet.num.4. verſ.primo caſu aut fuerunt, & ibidem Alex.& Iaſ.nu.36.qui communem eſſe aſſeruit. Idem Iaſ.in conſ.95.num.1.lib.1.Communem quoque eſſe affirmarunt Herculanus in l. 1.§.id, quod, col.3.verſ. contrariam.ff.ad l.Falcidiam qui dixit, in iudicando non eſſe ab hac recedendum, & Alciat. in Tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt.35.num.2.

Et ij quidem adducti ſunt primò text.l. ſi plures. de leg.3. cuius verba hæc ſunt. *Si plures gradus ſint hæredum: & ſcriptum ſit hæres meus dato: ad omnes gradus hic ſermo pertinet: ſicuti hæc verba. Quiſquis mihi hæres erit. Itaque ſi quis velit, non omnes hæredes legaterum præſtatione onerare, ſed aliquos ex his: nominatim*
25 *damnare debet.* Hactenus Paulus Illud verbum † *nominatim* ſignificat nomen proprium ſecundum ſui naturam.l. nominatim.de leg.3.& ſcribunt omnes in l. turpia.de leg. 1. ibi Bart.
26 Verùm reſpondet Comenſ. † in d.l. licet Imperator.col.pen. pen.verſ.ad l.ſi plures, ibi ſolùm dicit, quod non tenetur alter ſcilicet cohæres, qui non eſt grauatus: cum grauatus adierit: non tamen dicit, quod ſi ille cohæres, vel ſubſtitutus non teneatur præſtare legata, ſi ille inſtitutus, vel cohæres ſuus non adiuit. Cum ergo inſtitutus ille grauatus adiuit, ſubſtitutus non tenetur. Non ſatis mihi probatur hæc interpretatio cum Paulus loquatur de hæredibus plurium graduum, qui non cohæredes dicuntur, ſed inſtituti & ſubſtituti. Eiuſdem enim gradus cohæredes ſunt.
27 Reſpondet † ſecundò Alciatus in d.præſumpt. 34. num.4. quod cum Paulus loquatur in pluribus gradibus hæredum, ſi teſtator grauat aliquos ex eis, & ſic ſaltem duos, puta, primum & ſecundum, ſatis indicat, mentem ſuam eſſe, non grauare alios: quia ſicuti conſiderauit in ſecundo repudiationem primi, ita etiam conſideraſſet in aliis, ſi voluiſſet, eos teneri. Quæ ratio (inquit Alciatus) ceſſat, vbi vnus hæres primi gradus ſolùm eſt nominatim grauatus. Hęc interpretatio ſophiſtica admodum eſt. Nam manifeſtè dixit Paulus, omnes hęredes, hoc eſt tam primus gradus, nempe inſtitutus, quàm ſecundus gradus, id eſt ſubſtitutus dicitur grauatus onere præſtationis legati, ſi vel indefinitè, ſiue vniuerſali ſermone grauati ſunt. Et ideò (ſubiunxit Paulus) ſi teſtator vult vnum tantùm nempè inſtitutum teneri præſtare legatum, nominatim eum grauare debet.

Secundò adducitur text. l. Celſus.§. quod alicuius de leg. 2. cuius verba hæc ſunt. *Quod alicuius hæredis nominatim fideicommittitur, poteſt videri ita demum dari voluiſſe, ſi ille extitiſſet hæres.* Hęc Celſus; qui manifeſtè ſignificauit, illum tantùm nominatim grauatum teneri præſtare legata, non alium eius lo-
28 co ſuccedentem. Nec repugnat † illa interpretatio Comenſis in d.l.licet Imperator.col.pen.verſ.ad §.quod alicuius, à quo non diſſentit Alciatus in d.præſumpt.35.num.4.verſ.non obſtat text.in d.l.Celſus; cum dixerunt, Celſum loqui in cohærede, qui per ius accreſcendi ſuccedit: Nos verò in ſubſtituto. Inter quos magnam eſſe differentiã affirmauit Alciatus. Nam reſpondetur, Celſi ſententiam eſſe generalem: & ſi deinde inferat ad caſum cohæredis: atque ita generalis ipſa ſententia comprehendit etiam ſubſtitutum, qui non dicitur grauatus eo onere nominatim impoſito hæredi inſtituto.

Tertiò affertur text.l.1.§.id, quod ex ſubſtitutione, in fine. ff. ad l. Falcid. De cuius ſenſu diſſeremus ex quo pro contraria opinione allegari ſolet.

Quartò perpendit Iaſ.in d.l.licet.nu.44. text.l.1. C.ſi quis omiſſa cauſa teſta.
29 Quintò ratio, quod quando legatum † eſt relictum ab inſtituto proprio eius nomine expreſſo, videtur grauata perſona, non autem hæreditas.l. quoties. & l. nonnunquam.ff. ad Treb. onus ergo perſonale ad alium non tranſit. His intelligimus ſatis probatam eſſe ſententiam hanc, & ſi contrariam opinionem ſecuti ſunt Caſtren. in d. l. licet Imperator. num. 4.& ibidem Comenſ.col.pen.verſ.& opinio iſta: & Alciatus in d.præſumpt.35.num.2.verſ.ſed tu aduerte.

Primò adducti ſunt text.l.non iuſtam.C. ad Trebel. vbi fideicommiſſum non fuit à ſubſtituto nominatim relictum; ideò non videbatur deberi: ſubaudi cum fuerit ab inſtituto nominatim relictum. Nihilominus contrarium ibi determinatur, ob Imperatoris reſcriptum, qui quidem motus eſt æquitate, ex coniecturata mente defuncti. Non enim hæc repetitio prouenit à verbis, quia verba deficiunt. Non etiam ex vera mente quia illa pariter deficit; prouenit ergo ex coniecturata. Ita conſiderat Caſtren.in d.l.licet.num.4.

Verùm reſpondetur ſubauditionem illam, quam facit Caſtrenſis falſam eſſe. Non enim ſequitur, ſubſtitutus non fuit nominatim grauatus, ergo inſtitutus ſic oneratus fuit. Nam
30 dicere voluit Imperator; † quod & ſi teſtator expreſſe non grauauit ſubſtitutum præſtare legata, attamen ſatis grauatus dicitur, ex quo iam fuerat grauatus inſtitutus, cuius onus tranſit in ſubſtitutum eius loco ſubrogatum. Et interpretationem hanc ſenſit Herculanus in d.l.1.§.id quod, in fin.ff. ad l.Falc.

Secundò adducitur text.in l.1. §. id quod ex ſubſtitutione. ff.ad l.Falcidiam quem clarius ac alij faciunt, perpendit Alciatus in d.præſumpt.35.num.3. Ibi enim dicitur (inquit Alciatus) quod repudiante cohærede à quo aliquid nominatim relictum eſt, ſi pater ſubſtitutus adeat, legata non augebuntur. Et ſic vult text. legata deberi à ſubſtituto, licet non ampliora quàm debuiſſet ipſe hæres. Et intelligere, ibi (inquit Alciatus,) quod augebuntur, quia nullo modo debentur, eſt intellectus expreſsè contra literam: & fatua fuiſſet iuriſconſulti dubitatio.

Cæterùm reſpondetur ſecundum Angelum, Imolam, Alex.& Iaſonem in d.l. licet Imperator.num.36.in fin.& num. 37. imò illa verba, non augebuntur interpretanda eſſe, quia nullo modo debentur. Nec fatua, vel contra verba iuriſconſulti eſt, (vt dixit Alciatus) hæc interpretatio ſi rectè perpendatur. Et alia nonnulla ad rem ſcripſit Herculanus in d. §.id, quod.col.vlt.

Tertio non parum vrgere videntur rationes, quæ paſſim à Doctoribus conſiderantur, cum dicunt, legatum relictum ab
31 inſtituto pręſumi repetitũ à ſubſtituto: quia ſi grauauit † primo loco vocatum, quem magis dilexit, præſumendum etiam eſt, voluiſſe grauare vocatum ſecundo loco, ſicque ſubſtitutum minus dilectum d.l.Publius.§.1. ff. de conditione & demonſtratione. Et pręterea (inquit Iaſon.in d.l.licet Imperator.nu.25.) ſubſtitutus dicitur eſſe ſubrogatus loco inſtituti.

Hæ ra-



Hę rationes locum etiam habent quando legatum fuit nominatim relictum ab inſtituto, quia ſi ſubſtitutus eſt minus dilectus, ſi eſt eius loco ſubrogatus, ſi eſt ſubſtitutus quò ad omnia dicendum eſt, legatum præſumi ab eo repetitum.

Cæterùm reſpondetur, prædictas rationes ceſſare, quando nominatim inſtituto iniunctum eſt onus. Nam tunc quo ad illud onus non dicitur magis dilectus. Cùm conſtet teſtatorẽ voluiſſe eũ grauare. Nec ſubſtitutus dicitur in totũ ei ſubrogatus, ſed ſolũ quò ad cómodũ hęreditatis: nõ autẽ quò ad onus legatorũ, quod teſtator illi primo tant imponere voluit.

Quartò accedit, quod licet expreſſum ſit proprium nomen hęredis: attamen præſumitur id demõſtrationis cauſa factum. l.ſi ceruus legatus.§.qui margaritam.de leg.1.& tradit Iaſ.in l.eam quam.num.4.C.de fideicom.
33 Verùm reſpondetur, quod expreſſio † proprij nominis eſt loco taxatiuè: ſicuti tradunt Bart.& alij multi in d.l.licet Imperator.de leg.1.& in d.l.1.§.id quod.ff.ad l.Falcid.& ibidem Herculanus col.pen.in fi. Eſt itaque retinenda communis illa ſententia.

Extenditur hic caſus vt locum habeat etiam quando lega-
34 tum † fuit relictum ab inſtituto non quidem nomine proprio expreſſo, ſed nomine appellatiuo, quod nominis proprij vicem obtinet, vt ſi ſolus erat inſtitutus. Ita Caſtren.in d.l.licèt Imperator.num.4.
35 Declaratur hic caſus, † vt locum non habeat, quando coniecturis apparet teſtatorem noluiſſe repetere legatum. Et coniecturæ multæ ſolent conſiderari.
36 Prima eſt coniectura fauore alimentorum. † Nam tunc & ſi ab inſtituto nominatim relictum eſt legatum illud attamen dicitur repetitum à ſubſtituto. Ita ſcribunt Alex.in d.l.licet. num.12.& ibidem Iaſon.num.38.de leg.1.poſt gl.& Bar.in l. 4.§.vlt.& in l.Mela.ff.de alimen.& ciba.legat. Idem Iaſon in conſil.95.nu.1.lib.1.ſic etiam reſpondit Decius in conſ.182. col.3.& in conſi.273.colu.1.& Herculanus in d.l.1.§.id quod. colum.3.ver.hanc tamen communem.ff.ad l.Falcid.
37 Secunda eſt coniectura fauore piæ cauſæ, † ob quam legata ab inſtituto repetita cenſentur à ſubſtituto, ſicuti affirmarunt Alex.& Iaſ.in locis ſupra citatis. Et idem reſponderunt Rui.in conſ.116.num.4.& 5.& in conſ.139.num.13.lib.3. Decius in d.conſ.182.col.3.& in conſ.273.col.1.& Herculanus vbi ſupra.

Secundum eſt caput huius diſputationis, quando ſubſtitu-
38 tio † eſt pupillaris, atque ita quando teſtator reliquit legatum præſtandum à filio ſuo pupillo à ſe inſtituto, cui decedenti in pupillari ætate ſubſtituit Caiũ, an hic Caius pupillariter ſubſtitutus præſumatur grauatus præſtare legatum, quod nõ perſoluit pupillus ille inſtitutus. Hac in re ex omniũ ſententia dicimus, Caiũ illũ ſubſtitutũ non cenſeri ex ſua perſona grauatum præſtare illud legatum, ſed illud ſoluere debet tanquam æs alienum pupilli hæredis iam facti, cui deinde ipſe Caius ſuccedit. Ita tradunt omnes in d.l.licet Imperator.de leg.1.ibi Bart.num.4.Alex.num.12.Iaſ.num.57. Sapia.in l.cum hæredes.num.5.C.de impub.& aliis ſubſt.

Ita etiam Coraſius in rub.C.de impuberum & aliis ſubſtit. num.7.& Emanuel Coſta in repe.cap.ſi pater.in prima parte,
39 in verbo.legauit.num.15.Hic enim ſubſtitutus † pupillariter tenetur legata illa tanquam æs alienum præſtare, atq; ita tanquam quilibet hæres pupilli.l.1.§.interdum.& l.in ratione.§. quod vulgò.ff.ad l.Falcid. Ratio autem differentiæ inter vulgariter ſubſtitutum, & ſubſtitutum pupillariter eſſe creditur, quòd vulgariter ſubſtitutus ſuccedit in locum inſtituti, ob id, quod ille hæres non eſt.l.quandiu.ff.de acq.hæred.vnde illo caſu non debentur legata ex perſona ipſius inſtituti, qui hęres non eſt. Et cum non potuerit hæres grauari non etiam potuit legatis.l.planè.§.vlt.de lega.1.& l.in ratione.la 1.§.vlt.ff.ad l. Falc. Et propterea tunc debentur à ſubſtituto ex propria eius perſona, ob tacitam repetitionem. Diuerſum eſt in ſubſtituto pupillariter, qui non ſuccedit in defectum pupilli inſtituti: imò ſuccedit ipſimet pupillo hæredi effecto, & ideò cæpit ipſe pupillus eſſe debitor, cui ſubſtitutus ſuccedens ex eius perſona tenetur.
40 Extenditur vt procedat hæc ſententia † etiam in tribus ca-
41 ſibus commemoratis in d.l.licèt. Non enim tres † illæ coniecturæ quę in ſubſtitutione vulgari locum habent, procedunt in pupillari, ſicuti declarat Bar.in l.licet.num.4.ver.ex prædictis dico.
42 Tertium eſt caput, quãdo ſubſtitutio eſt exemplaris. † Hoc caſu idem dicendum eſt, vt de pupillari diximus, vt ſcilicet legata ab inſtituto præſumantur repetita à ſubſtituto. Ita poſt Angelum, Imolam, Comenſem & alios ſcripſit Iaſ.in d.l.licet Imperator.num.57.in fi.de leg.1.

Quartum eſt caput, quando ſubſtitutio eſt directa milita-
43 ris, † ſicuti quando miles teſtator inſtituit Caium vſq; ad Paſca, & poſt Paſca inſtituit Sempronium, iuxta.l.miles ita.ff.de teſta.mil. Hoc in caſu ſi teſtator iſte grauauit Caium præſtare legatum, & is non præſtitit, non præſumitur hoc legatũ repetitum in Sempronium, vt is præſtare debeat. Ita manifeſtè reſpõdit Vlpianus in l.quęrebatur.§.vlt.ff.de teſta.militis, cuius verba hæc ſunt: *Si quis à milite hæres ad tempus ſcriptus eſſet, & alius ex tempore: quæritur, an poſterior hæres à priore relicta legata debet? Et arbitror hunc nõ debere: niſi alia voluntas militis probetur.*

Cæterùm grauis eſt hic inter noſtros contentio, qua ratione ita factum ſit. Bart.in licet Imperator.num.3.& poſt eum Iaſon in rub.ff.de vulg.& pup.ſubſt.num.6.ſcriptum reliquerunt, factum id eſſe, quia duo illi vocati dicũtur duo hæredes: non autem quod Sempronius ſecundo loco vocatus ſit ſubſtitutus Cai: Ex quo ſequitur, quod cum hic ſecundus nõ ſuccedat loco primi, non dicitur repetitum legatum. Et quod ij cenſeantur duo hæredes inſtituti, nõ autem vnus inſtitutus & alter ſubſtitutus, ſcripſerunt Bald.& Comenſ.in d.l.quærebatur.§.vlt.quos commemorat & ſequitur Soc.Sen.in rub.ff.de vulg.& pup.ſubſt.num.7.ver.vltimò quod. Idem affirmarunt Curtius iunior, Coraſius, Duare.& Paulus Leonius, quos ſtatim recenſebo. Dixerunt interpretes prædicti, in caſu.d.§.vlt. fuiſſe duos cohæredes æquales per diuerſa tempora diſtributos. Cùm vnus ad tempus fuiſſet inſtitutus: & alter poſt illud tempus vocatus. Et huc facit quod egregiè reſpondit Bald.in conſi.232. Proponitur in facto.colu.2.verſ.Conſidera.lib.5. Cùm dixit, quod ſi vna res fuit vni relicta ad certum tempus, & poſt illud tempus alteri, ille ſecundus legatarius nõ dicitur ſubſtitutus loco illius primi. Cùm itaque in caſu d.§.vlt.ſint duo hæredes inſtituti, ſequitur, legata à primo relicta non eſſe præſtanda à ſecundo: quia factum primi non debet nocere ſecundo. Nam cum ſecundus iam adiuerit hæreditatem, iam ſe dicitur obligaſſe erga legatarios, iuxta l.ex maleficiis.§.hęres. ff.de act.& oblig. potuerunt ergo legatarij conſequi legata ab eo, & ſi conſecuti non ſunt eo viuo, conſequi potuerunt ab illius hęredibus: atq; ita nullo modo ſecundus ille inſtitutus tenetur. Hanc conſiderationem probarũt etiam Curtius iunior in rubr.C.de impub.& aliis ſubſtit.& ibidem Coraſius.nu.9. ver.aliam autem, Duarenus in tit.de militari teſtamento.cap. pen.& Paulus Leonius in Tract.de ſubſtitutionibus in pręlu-
44 diis.nu.11. Verùm dubia † eſt hæc conſideratio, quandoquidem ipſemet Iaſon in d.l.licèt Imperator.num.28.negat in caſu d.§.vlt.illos eſſe duos cohæredes inſtitutos: ſed ait ſecundum eſſe ſubſtitutum primi: & illam appellari ſubſtitutionem directam militarem.l.miles ita hæredẽ.in prin.ff.de teſta.militis. Et Lancellotus Politus in Tract.de ſubſtit.in præludiis.
45 nu.15.ſcripſit, illos dici non potuiſſe † duos cohæredes: Cùm eodem tempore non cõcurrerent in ſucceſſione: ſicuti ſignificat dictio, *Con*, id eſt, ſimul, quaſi ſimul hęredes. Et quod duo
46 illi † dicantur vnus inſtitutus & alter ſubſtitutus concedunt gl in d.l quærebatur.§.vlt.Bar.in d.l.licèt Imperator.nu.3.
47 Prætereà non concludit omninò ratio † Iaſonis, quia fieri etiam poteſt, quod nulla negligentia poſſit adſcribi legatariis dum non petierunt legata ab illo primo inſtituto. Quid enim ſi ille non adiuiſſet hæreditatem? Non certè conſiderari hic
48 poſſet factum legatariorum. Secundam rationem † conſiderauit Comenſ.in d l.licèt Imperator.col.3.ver.oppo.d.l.quęrebatur, & apertiùs ibidem Iaſon.nu.29.quod ideò in caſu.d. §.vlt. Legata non præſumuntur repetita à primo in ſecundum vocatum: quia iſte ſecundus nõ ſuccedit in locum primi: ſicuti in ſubſtitutione vulgari: ſed quia de primo in ſecundum tranſfertur: Et rurſus, quia hoc in caſu ceſſat illa ratio cõſiderata in vulgari ſubſtitutione, quæ eſt, quod ſi inſtitutus, qui magis dilectus fuit, grauatus fuit à teſtatore, multò magis ſubſtitutus minus dilectus.l. Publius.§ primo. ff.de conditione & demonſtratione. Hæc ſanè ratio ceſſat in hac directa militari,

 quia

quia ille ſubſtitutus ſeu ſecundo loco vocatus fuit ma-
gis dilectus, ex quo exacto illo tempore, quo ille pri-
mus manet hæres, ipſe perpetuò hæres efficitur. Verùm
nec ratio hæc mihi ſatis probatur, fieri enim poteſt, quod
teſtator primum vocatum diu atque ita multos & multos
annos hæredem eſſe voluerit: alterum verò modico tempore,
ita quod multo maius futurum ſit commodum primi quàm
49 ſecundi. Tertiam rationem † conſiderabant Alciatus in ru-
brica.ff.de vulgar.& pupillar. ſubſtit.num.6.& Vaconius lib.
4.declarationum iuris cap.54.ibi militare eſſe teſtamentum,
quod quidem vt verbis eſt conſcriptum, ita eum intelligi &
exequi oportet, reiecta omni coniectura voluntatis ipſius
teſtatoris.l.1.ff.de milita.teſta. *Ibi, ſi ad diligentiam & obſeruan-
tiam.* Et ibi, *nuda voluntas.* Ita dicimus (ait Vaconius) ius ac-
creſcendi, quod alioqui à lege ex tacita & coniecturata men-
te teſtatoris inducitur, vt ſcribunt Bartol.in l.in teſtamento.
ff.de vulgar.& Decius in Rubr.C.quando non peten.partes
in fine, locum non habet in teſtamento militis.l.ſi duobus.ff.
de.milita.teſta.quoniam (vt dictum eſt) non admittit militis
diſpoſitio coniecturam & ſubintellectam voluntatis inter-
pretationem. Quæ ſanè Vaconij interpretatio vel ex eo com-
probatur, quod reſpondit Alciatus in reſp.96.num.29.quem
ſecutus ſum in conſ.76.num.24.quando ſtatutum vult teſta-
toris diſpoſitionem ad literam, vt iacet, debere intelligi, non
eſt locus repetitioni. Non enim tunc qualitas adiecta in inſti-
tutione vel alia diſpoſitione prima repetita cenſetur in ſubſti
tutione, vel alia ſecunda diſpoſitione. Cæterùm hæc ratio ve-
ra non eſt. Cum verius ſit, etiam in ipſo teſtamento militis
50 † admitti coniecturas: ſicuti affirmarunt Baldus in l. in teſta-
mento.la 1.num.4.C.de teſtamento mili. Iaſon in l.1.in prin.
nume.32.ff.de vulgar.& pupill.ſubſtit.& Emanuel Coſta in l.
Gallus.§.& quid ſi tantum in princi.nume.32.ff.de liberis &
poſthum. Quam ſententiam probat d.l.in teſtamento.in fi-
ne,& ibidem ſenſit glo.& text.l.ſi cum vel in vtero.in fine.C.
eo.de teſtam.milit. Et ad rem ſcripſi ſupra in præſumptio.
14.vbi explicaui, an in teſtamento militis coniecturæ reci-
piantur.

51 Quartam rationem perpendit † Coraſius in rubr.C.de im-
pub.& aliis ſubſtit. nume.10.quod ideò eo in caſu legata non
cenſentur repetita in ſubſtituto, quia nominatim teſtator ea
iniunxerat illi primo inſtituto: quo caſu receptum eſt, non
cenſeri repetita in ſubſtitutum.l.ſi plures. de leg.3.& l.1.§.id,
quòd ex ſubſtitutione.ff.ad l.Falcid.& confert text.notab.l.
quæ conditio.ff.de conditio.& demonſt. vt diximus ſupra. Ea
eſt ratio, quin teſtator grauando hæredem nominatim, perſo-
nam, non autem hæreditatem onerare videtur.l.quoties & l.
nonnunquam.ff.ad Trebel. Nec dubitationem mouet, quod
recepta ſit opinio, tunc dumtaxat a ſubſtituto legata non de-
beri, cum nomine proprio inſtitutus grauatus fuit præſtare,
non autem ſi nomine appellatiuo.d.l.ſi plures. Nam reſpon-
det Coraſius, nullam eſſe conſtituendam differentiam, quod
nomine proprio, vel appellatiuo grauetur: cum vnus tantum,
vt in caſu.d.l.quærebatur.§.vlt. inſtitutus eſt, vt ait glo.in.l.ſi
quis priore.ff.ad Treb. Quandoquidem generalis diſpoſitio,
quæ non niſi in vna ſpecie verificari poteſt, ſpecialis eſſe in-
telligitur.l.2.ff.de liberis & poſthu.l.ſi optio.ff.de optio.leg.
& l.fundus, qui locatus.ff.de fundo inſtructo inſtrumentó-
que legato. Et attigi ſupra.

Cæterùm noua hæc Coraſij conſideratio dubitationē ha-
bet: cum in caſu.d.§.vlti.legatum ſimpliciter fuerit relictum
àb eo primo inſtituto: nec taxatiuè: nec alio certo modo in-
iunctum fuit legati onus, vt ab eo ſolo, non à ſecundo præſta-
ri deberet. Et quod in caſu.d.l.2.ff.de liberis & poſthu.& illi
52 ſimilibus ſcriptum eſt procedit, † quando de alio nullo modo
quàm de eo intelligi poteſt: ſicuti quando pater vnicū habet
filium, quem dum exhęredē facit, nominatim facere dicitur,
& ſi nomen eius proprium non exprimit: cum de alio intelligi
non poſſit: quod non euenit in caſu d.l.quærebatur.§.vlt.

53 Quintam itaque & vltimā rationem aliquando † ſic con-
54 ſiderabam præmittendo duo; quorū vnum eſt, quod lex, † quæ
ſtatuit legata ab inſtituto eſſe repetita in ſubſtitutum, eſt fun-
data in ſola coniecturata mente teſtatoris, quam ob æquita-
tem quandam eiuſmodi fuiſſe lex conijcit, vt egregiè conſi-
derant Caſtre.in d.l.licet Imperator.nu.4.& Comens, col.
pen. Alterum eſt, quod præmitto, repetitionem hanc legati
55 † a lege fuiſſe introductam, ne teſtator fruſtrà legaſſe videa-
tur, contra.l.ſi quando, in princ.de leg.1.& confert regula.l.
quoties.ff.de rebus dubijs. His poſitis dicimus in ſubſtitutio-
ne vulgari neceſſariam eſſe hanc legati repetitionem, tum ob
æquitatem: tum ne legatum corruat. æquitas conſideratur,
quia ſi ſubſtitutus adeò efficitur ſucceſſor in omni commodo,
vt nec quid minimum remaneat apud inſtitutum, qui hæres
eſſe noluit, æquum etiam fuit, vt ipſe ſubſtitutus ſubſtineat
omnia onera quæ alioqui ſubſtinere debebat ille inſtitutus.
Ne etiam legatum corruat, repetitioni locus eſſe debet. Nam
alioqui inſtituto non adeunte legata non præſtarentur, ſi non
eſſent repetita à ſubſtituto: ex quo nullus extat, qui præter
ſubſtitutum, ſentiat commodum hæreditatis. is ergo ſubſtitu-
tus tenetur. In directa ſubſtitutione militari diuerſum eſt.
Non enim in ea locum habet ęquitas, quia aut ille primus
inſtitutus adiuit hęreditatem, ſi adiuit clarum eſt, ipſum tene-
ri pręſtare legatum, alioqui iniquè & iniuſtè ageret percipi-
endo fructus medij temporis hæreditatis, & recuſare legato-
rum præſtationem. ad quam cogi poterit, ob id quod adeun-
56 do † ſe quaſi obligarit legatarijs. iuxtà d.l.ex maleficiis.§.ſi
hæres.ff.de actio.& oblig.ſi verò inſtitutus iſte non adiuit
hæreditas medij huius temporis manet apud ſuccedentes ab
inteſtato ipſi militi, iuxta l.miles ita.ff.de milit teſta. Et ij le-
gata præſtare tenebuntur, ex quo percipiunt commodum
fructuum donec vſque ſecūdus ille vocatus ſuccedere poſſit.
Ex quo ſequitur ceſſare & illud ſecundum, nempè inutilia
non effici legata, cum legatarij ſemper ea conſequi vel à præ-
dicto inſtituto primo, vel à venientibus ab inteſtato poſſint.

Quintum eſt caput huius præſumptionis, quando ſcili-
cet ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria. Hoc in capite dicendum
57 eſt, legata relicta † ab inſtituto præſumi repetita ad hoc ſub-
ſtituto. Ita poſt Angelum de Periglis & Florianum docuit Ia.
in d.l.licet Imperator.nume.46.de leg.1.& ſecutus eſt Bello.
in conſ.62.nu.7.

Ea ratione ij moti ſunt, quod cum in fideicommiſſarium
58 vniuerſalem tranſeant † omnia iura hæreditaria actiuè & paſ-
ſiuè.l.1.§.vlt.& l.Marcellus.in prin.& l.qui quadraginta.ff.ad
Trebe.& §.reſtituta in inſtitu.de fideicom. hæred. ita dicen-
dum eſt, quod legata relicta ab hærede ipſo inſtituto graua-
to, ſint præſtanda ab hoc ſubſtituto.

## PRÆSVMPT. CIX.

### Legatum factum creditori, an & quando præſumatur factum animo compenſandi cum ipſo debito neceſſario.

### SVMMARIVM.

*1 Legatum factum creditori nunquid animo compenſandi cum debito relictum videatur per tot.*

*2 Deberi quid dicatur ex cauſa neceſſaria, & quid ex cauſa voluntaria.num.3.*

*3 Contractus ab initio ſunt voluntatis, licet ex poſt ſint neceßitatis.*

*4 Creditori ſi eſt factum legatum, qui eſt creditor purè & immediatè, præſumitur factum animo cōpenſandi cum ipſo credito.*

*5 Liberalis nemo exiſtit in neceßitatibus.*

*6 Teſtator ſi legauit creditori, & dixit, ſe legare de bonis ſuis, non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum ipſo credito. & num.ſeq.*

*7 Pater ſi aliquid legat filiæ, quam dotare tenetur, cenſetur legaſſe animo compenſandi cum dote.num.16.*

*8 Bona dicuntur deducto ære alieno.*

*9 Legitima debita filio dicitur æs alienum: impropriè tamen. nu.14. Dos debita filiæ dicitur æs alienum. num.eod.*

*10 Verbum, bona, idem ſignat, quod ver. hæreditas, quando ſubiecta materia id ſuadet, ſecus aliàs.*

*11 Legata omnia præſtantur ex bonis teſtatoris.*

*12 Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

*13 Legata ſtrictè interpretantur, & eorum verba ſumūtur in ſtricta & propria ſignificatione.*

*15 Quarta debita patrono in bonis liberti dicitur quædam portio legitima.*

*Libertus ſi aliquid legat patrono ſuo, præſumitur id feciſſe animo compenſandi cum quarta ſibi debita. ibid.*

*17 Intellectus l.ſi pater pro filia.ff.de colla.dot.& num.20.& 47.*

*18 De Quantitate ad ſpeciem non fit compenſatio.*

*19 Emancipatio non infert aliquam iniuriam filio, ſed potius commodum, ex quo liberatur à nexu patriæ poteſtatis.*

*21 Compenſatio eſt crediti & debiti ſibi inuicem contributio.*

*22 Pater ſi iam filiæ dedit dotem, & deinde mortuo genero eam dotem exegit, & eidem filiæ poſtmodum legatum fecit, præſumitur animo compenſandi feciſſe.*

*Idem econtra, quando pater fecit legatum filiæ, & deinde ei dotem numerauit, quia hæc numeratio dicitur facta in compenſationem legati.num.23.*

*24 Pater ſi legat filiæ non expreſſo dotis nomine, intelligitur legaſſe pro dote, & ſic animo compenſandi.*

*Idem quando non ipſe pater dotem numeraſſet pro filia, ſed eius filius.num.25.*

*26 Extraneus hæres inſtitutus tenetur dotare filiam teſtatoris: & ſi quid illi legat, præſumitur animo compenſandi id legaſſe.*

*17 Legatum filiæ à patre factum præſumitur in compenſationem factum pro dote, etiam quò ad acceſſoria dotis, & in eius appenditijs.*

*Idem quando compenſatione reiecta ex ipſo legato, congrua dos remaneret apud filium.num.28.*

*29 Legatum à patre filiæ non præſumitur animo compenſandi relictum, quando ab ipſo patre fuit factum legatum, ab altero autem dos data vel promiſſa fuit.*

*Idem quando filia fuiſſet cum alijs extraneis hæredibus inſtituta. num.30.*

*Idem quando legatum erat in certa ſpecie pecuniæ diuerſa à pecunia in dotem data.num 31.*

*Idem quando dos fuit promiſſa genero, & legatum fuit factum filiæ.num.32.*

*Idem quando aliquibus verbis conſtat teſtatorem legaſſe animo non compenſandi.num.33.*

*34 Maritus tenetur legis diſpoſitione præſtare quartam bonorum ſuorum vxori ſuæ inopi: & nunquid ſi ipſi vxori aliquid legat, præſumatur legaſſe animo compenſandi.*

*35 Vxor ſi aliquid reliquit marito, cui ex diſpoſitione ſtatuti acquiritur pars dotis, nunquid animo compenſandi reliquiſſe præſumatur.*

*Quòd animo compenſandi relictum præſumatur, & non ſolum etiam quando dos fuit marito promiſſa, ſed etiam quando fuit ei ſoluta.num.36.*

*Idem quando dos & legatum conſiſterent in diuerſis rebus, vt dos in quantitate, & legatum in ſpecie.num.37.*

*38 Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur, & quare. num.ſeq.*

*39 Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi.*

*40 Solui non poteſt aliud pro alio inuito creditore.*

*41 Legatum ab vxore factum marito animo compenſandi relictum cenſetur etiam quando factum fuiſſet pactum de dote lucranda.*

*42 Pactum accedens vltra diſpoſitionem ſtatuti qualitatem vel naturam obligationis non mutat.*

*43 Faciens id, ad quod poterat neceſſario compelli dicitur neceßitate coactus facere, licet id ſponte faciat.*

*44 Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, & quando hoc procedat.*

*45 Beneficium ſtatuti non tollitur per ſpecialem partium conuentionem, quando generaliter eſt inductum.*

*46 Intellectus l.Titia.ff.ad leg.Falcid.*

*48 Hæres quando promittit ex contractu ſoluere id, quod tanquam hæres cum beneficio legis & inuentarij ſoluere tenebatur, ſi ex ipſo contractu immediatè conueniatur, non habebit beneficium inuentarij: & quare.*

*49 Legatum factum creditori, cui teſtator aliquid debebat in foro conſcientiæ, præſumitur animo compenſandi factum.*

*Secus ſi cum debito hoc inexigibili, concurreret debitum exigibile, quia tunc pro exigibili diceretur factum.num.50.*

*51 Vxor ſi reliquit marito his verbis, lego centū de bonis meis, non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum lucro dotis ex diſpoſitione ſtatuti.*

*Secus ſi dixit, lego ſuper bonis meis.num.52.*

*53 Legatum factum ab vxore marito, quod non eſt permanſurum apud ipſum virum, quippè qui grauatus eſſet alteri reſtituere, non præſumitur relictum animo compenſandi.*

*Idem, quando conſtat coniecturis & præſumptionibus vxorem legaſſe marito animo non compenſandi.num.54.*

*55 Maritus ſi legat vxori, cui aliquid acquiritur ex diſpoſitione ſtatuti, animo compenſandi reliquiſſe cenſetur.*

*56 Legatum factum à teſtatore, qui non erat directò debitor legatarij, non præſumitur factum animo compenſandi.*

*Idem quando teſtator non erit purè debitor ipſius legatarij, ſed ſub conditione vel in diem.num.57.*

*Secus ſi extat aliqua contraria coniectura.num.58.& ſeq.*

*59 Legatum ſi in tempus nuptiarum fuit collatum, & ſub conditione ſi nupſerit, animo compenſandi factum præſumitur.*

*60 Legatum factum à teſtatore, qui non eſt verè & propriè debitor legatarij, ſed impropriè, nunquid animo compenſandi factum dicatur.num.ſeq.*

*61 Teſtator & hæres vna & eadem perſona cenſetur, & quando non.*

*62 Teſtator non præſumitur noluiſſe hæredem grauare duplici onere.*

*63 Frater non tenetur dotare ſororem, quæ ex bonis patris habet vt ſe dotet.*

1 EST † frequens in foro illa diſputatio, cùm te-
ſtator aliquid legat ſuo creditori, an id relique-
rit animo compenſandi cum credito illo, vel
potius, vt vtrunque habeat creditor? Hæc tota
diſputatio à præſumptionibus & coniecturis
pendet, ſicuti ſcripſerunt multi, quos ſtatim ſuis locis ex or-
dine commemorabo. Et hac de re multa doctè conſcripſerūt
ex recentioribus Phanucius in commentariis de lucro dotis
in glo.8.& Mantica in tract.de coniecturis vltimarum volun-
tatum.lib.10.tit.2. Ego verò vt faciliùs tota hæc diſputatio
clarior quàm noſtri hactenus fecerint, explicetur, duo præci-
pua capita conſtituo: Primum erit, cùm factum eſt legatum
creditori, cui teſtator ex cauſa neceſſaria tenebatur. Secūdum
cùm legatur ei, cui tenebatur teſtator ex cauſa voluntaria. De
primo hoc capite diſſeremus hac in præſumptione. De
ſecundo verò in ſubſequenti. Ex cauſa † neceſſaria (vt
2 prius hos terminos declaremus) deberi dicitur, cùm ita
iubente lege immediatè abſque hominis facto præſtandum
eſt: ſicuti dicimus, filio deberi legitimā in bonis patris ex cau-
ſa neceſſaria: cùm lex iubeat filio præſtari legitimam. Ita ad
rem noſtram tradunt Baldus in conſil.58.In reſtitutione.col.
2.verſ.tertia ratio lib.2.Fulg.in conſil.81.col.2.verſ.in oppo-
ſitum. Albanus nunc Cardinalis in conſil.6.num.7.ad finem.
Idem de dote filiabus conſtituenda ſcribunt multi, quos in-
frà referam, & manifeſtè eruditiſſ. Alexander Raudenſis in
commentariis de analogis.c.15.nu.215.

Ex cauſa † autem voluntaria illud dicitur deberi, quod de-
3 betur ex contractu, vel quaſi contractu partium. Cùm contra-
ctus ab initio ſint voluntatis & ſi ex poſt ſint neceſſitatis. Ita
in ſpecie ſcribunt atque declarauit Imola in l.ſi cum dotem.§.
ſi pater.ff.ſolut.matr. Alex.in l.huiuſmodi.§.ſi pater.de leg.1.
omnium clariùs Albanus Cardinalis conſil.6.nume.4.& alios
recenſui lib.2.de arbitra.iudicum.caſu.182.nu.52.& in conſ.
56.aum.15.Addo Signorollum in conſ.62.num.5.& in conſ.
17.num.5.Capram.in conſ.143.nu.5. Corneum in conſ.292.
num.5.lib.1.Durandum de arte teſtandi.tit.de legatis.cautela
5.nu.1.Didacum in cap.officij.num.2.de teſtam. Et hæc non
eſt propriè compenſatio: ſed impropriè, & ideò dicitur potius
imputatio. Ita Corneus in conſ.257.col.penult.lib.1.& Hie-
ronymus Gabriel.in conſil.16.num.31.lib.1.qui & alios re-
cenſet.

Quò itaque ad primum caput, quando ſcilicèt factum eſt
legatum creditori ex cauſa neceſſaria ſunt diſtinguendi ali-
quot caſus.

Primus eſt caſus, quando † is creditor, cui teſtator legauit,
4 eſt creditor purè & immediatè. Hoc in caſu legatum præſu-
mitur factum animo compenſandi cum ipſo credito. Ita pro
regula firmant omnes in d.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſoluto
matrim.& in auth.prætereà. C.vnde vir & vxor.& alij, quos
ſtatim cōmemorabimus. Et huius regulę ratio eſt, quia in † ne-
5 ceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam.ff.de adim.
leg. Adferri poſſunt plura exempla, quibus & declarari & illu-
ſtrari poterit tota hæc tractatio.

Et primum eſt exemplum, quando pater legauit filio ſuo,
cui legitimā relinquere tenebatur: Nā tūc præſumitur teſtato
rem legaſſe animo compenſandi cum ipſa legitima.l.omni-
modo.

modo.§.imputari & l.quoniam nouella.C.de inoff.teſta.vbi
Bart.nu.10.& in ſpecie idem affirmant Caſtr.in l.ſi cum do-
tem.§.ſi pater.ff.ſol.matr.Alex.in conſ.51.nu.2.lib.4.& Hie-
ronimus Gabriel.in conſ.106.num.3.lib.1.

6 Declaratur † primo, vt non procedat, quando pater teſta-
tor dixit, ſe legare de bonis ſuis. Nam tunc non præſumitur
legaſſe animo compenſandi cum legitima. Ita in ſpecie ſcri-
pſit Bart.in l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi in fine.ff.de oper.liber.
quem ſecutus eſt Baldus in conſil.84.Teſtamentum lib.2.in l.
7 quoniam nouella in fine.C.de inof.teſta.Cùm dixit.quòd † ſi
pater aliquit legat filia, quam dotare tenetur, vt legatum ha-
beat ex bonis ipſius teſtatoris, cenſetur legaſſe animo com-
penſandi cum dote: & Baldum ſecuti ſunt Capra in conſ.62.
nu.2.& in conſ.164.col.2.nu.10.Comens.in conſ.133.col.1.
verſi.nec dubium.Iaſon in conſi.214.in vltimo dubio lib.2.
Ruinus in conſ.79.num.5.& in conſi.136.num.7.lib.2.Ea ra-
8 tione ij adducti ſunt, quia bona † dicuntur deducto ęre alieno
l. mulier bona.ff.de iure dotium.leg.princeps & l.ſubſigna-
9 tum.ff.de iure dotium. Atqui legitima † debita filio, vel dos
debita filiæ æs alienum dicuntur: Ergo deducta legitima, vel
dote, præſtandum erit legatum. Illa minor quò ad legitimam
probatur in l.vnica.ff.de bonis damna.& l.ſi quis in ſuo.C.de
inoff.teſta.& reſpondit Alex.in conſ.7.num.8.lib.2.Ita etiam
dotem debitam filiæ numerari inter æs alienum tradunt gloſ.
in l.mulier.ff.cum proponeretur.ff.ad Trebell.& Tiraquellus
poſt alios in l. ſi vnquā in verbo, ſuſceperit liberos.num.113.
C.de reuocan.donation.qui & de legitima item ſcribit.

Verùm diſſentire videntur Comen.in l.ſi cum dotem.§.ſi
pater. ſol.matr. & Decius in auth.pręterea.nu.12.verſ.quartò
limitatur.dum ſimili in caſu, quem infra referam, ſcribunt,
imo adhuc compēſari idem quoque ſenſerunt Corne.in conſ.
127.in fi.lib.3.& apertius in conſ.192.lib.2.Didacus in cap.
10 officij nu.7.de teſta.Ea † ratione primò moti, quia verbum,
bona, idem ſignificat quod verbū hęreditas.l.cogi.ff.ad Tre-
bel.ſed facilè reſpondetur, imò maximè inter ſe differre bo-
na & hæreditas: Nec vnum pro altero ſumitur, niſi ſubiecta
ipſa materia ſuadeat, vt declarat poſt alios Craue.in conſ.139.
numero.3.Et in ſpecie noſtra ita huic argumento ſatisfacit
Phanucius in commentarijs de lucro dotis, in gloſſa.8.nu-
mero 62.

11 Secundò mouetur † Decius, quia omnia legata præſtantur
ex bonis teſtatoris.l.vlti.§.licentiam.C.de iure delib.Et ideò
eius expreſſio nihil operatur.l.3.de leg.1.

Verùm reſpondet Phanucius vbi ſupra, quòd, ea expreſſio-
ne non facta, ſecundum legem, quæ inducit hanc compenſan-
di præſumptionem, legatum erat hoc in caſu præſtandum de
eo, quod legatario ſicque filio debebatur: ne ergo id fieret,
teſtator videtur expreſſiſſe, legatum de bonis ſuis ſolui. Quæ
ſanè expreſſio tollit illam legis præſumptionem.

Tertiò argumentatur Decius, quod, cum hoc debitum ſit
neceſſarium, militat eadem ratio præſumendi compenſa-
tionem.

Reſpondet Phanucius vbi ſupra, negando quod adſit ea-
12 dem ratio: cum † expreſſum ceſſare faciat tacitum.l.ex facto.
ff.de vulg. & pup.ſubſt.& l.vlt.C.de pact.conuent. Et quartæ
argumentationi Decij, quæ leuis admodū eſt, reſpondet ipſe
Phanucius.

13 Quartò maius dubium fortè hac in re facit, quod † in le-
gatis ſtricta fieri debet interpretatio, & ideò verba ſumuntur
in ſtricta & propria ſignificatione.l.non aliter.de leg.3.& di
14 ximus ſupra in præſumpt. Atqui † legitima, quam pater præ-
ſtare tenetur filio, nō dicitur verè & propriè æs alienum, ſed
impropriè, & ideò ſub bonis patris continetur. Ergo videtur
falſum, quod Baldus & ſequaces dicunt, bona patris dici de-
ducta ipſa legitima. Illa minor probatur ex multis traditis à
Iaſone in conſil.181.col.2.lib.2. quem ſecutus ſum in Com-
mentariis De arbitrariis iudicum.libro 2.. Caſu 149. num.12.

Reſponderi poteſt primò, quod & ſi legitima non cen-
ſeatur æs alienum comparatiuè, quò, ſcilicèt ad æs alienum
propriè: attamen quò ad effectum eſt propriè æs alienum:
cùm ita deducatur ex bonis patris, ſicuti & aliud quoduis æs
alienum. Solùm differunt ratione prælationis: quia æs alienū
verè & propriè dicitur ante legitimam.l.Papinia.§.quarta au
tem.ff.de inoffic.teſtam.Et hoc illud eſt quod dicunt Docto-
res, legitimam reſpectu patris dici æs alienum, vt affirmarūt
multi relati à Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit libe-
ros.num.114.C.de reuoc.donat.

Hæc declaratio non habet locum, quando pater dixit, le-
go ſuper bonis meis. Qua de re dicemus infra in prima de-
claratione ad quintum exemplum.

Secundum exemplum huius primi caſus adfertur in quar-
15 ta † debita patrono ex bonis liberti, quæ quidē dicitur quæ-
dam portio legitima: ſi ergo libertus aliquid legat patrono
ſuo id præſumitur feciſſe animo cōpenſandi.l.etiam.§.ſi de-
bita.ff.de.bonis libe.& l.ſiue.§.1.ff.de iure patro.

16 Tertium eſt exemplum huius † primi caſus, quando pater
aliquid relinquit filiæ, cui dotem dare debet, iuxta l.qui li-
beros.ff.de ritu.nupt.& l.vlt.C.de dotis prom.cum ſimilibus.
Præſumitur enim legaſſe animo compenſandi cum ipſa do-
te.Ita probat.l.huiuſmodi.§.cum pater.de leg.primo vbi glo.
& Docto.nempè Bartol.Alex.Iaſ.num.5.& 9.qui citat.l.pri-
ma.§.pen.ff.de colla.dotis.Et idem ſcripſerunt Pariſ.in conſ.
95.num.38.lib.2.Didacus in cap.officij. nume.2.de teſta. Al-
banus nunc Cardinalis in conſi.6.num.4.& 5.6.

17 Verùm † obſtare videtur text.l.ſi pater pro filia.ff.de col-
lat. dotis.vbi pater, qui dotem promiſerat pro filia, fecit illi
legatum: ibi dicitur, quod vtrumque debetur. Non ergo præ-
ſumitur factum legatum animo compenſandi.

Reſpondet primò Barto.in d.l.huiuſmodi.§.cum pater de
leg.1.quem ibi ſecuti ſunt Bald.Caſtr.Comenſ.& Alexand.&
Corne.in conſ.257.nu.20.lib.1.Alex.in conſil.7.num.17.quod
ſcilicet in d.l.ſi pater pro filia, legatum erat diuerſum à dote:
18 Nam dos erat in quantitate, & legatum in ſpecie. Et de † quan
titate ad ſpeciem non fit compenſatio.l.vlt. C.de compenſa.
Cæterùm Iaſ.in d.l.huiuſmodi.§.ſi pater.num.12.reiicit hanc
interpretationem, quippè quæ diuinatiua admodum eſt.

Reſpondet ſecundò Iaſ.in d.§.ſi pater.num.13.ibi ex æqui-
tate quadam ceſſare compenſandi præſumptionem: Nam pa-
ter filiam exhæredauerat, vel pręterierat, & ſic eam iniuria af-
fecerat: vnde in recompenſationem illatæ iniuriæ pręſumitur
voluiſſe, quod vtrumque habeat. Quam interpretationem
(ait Iaſon) comprobat text. l.Titia.§.qui inuita. de legat.2.
vbi idem fuiſſet determinatum, niſi teſtator ibi expreſſiſſet
cauſam dotis.l.vlti.C.communia vtriuſque iudi. vbi dos non
compenſatur cum relicto iure inſtitutionis, vel legati: quia ex
eo quod fuerat cum extraneo hæres inſtituta filiam iniuria
affecerat. Nec repugnat (ſubiungit Iaſ.) d.l.ſi cum dotem.§.
ſi pater filiam.ſol.matr.dum admittit compenſationem, & ta-
men loquitur in caſu factæ exhæredationis, vel pręteritionis,
quia reſpondetur (ait Iaſ.) quod ibi tantum fuerat legatum
quantum poterat importare hęredis inſtitutio: quo in caſu ha
beri poterat, ac ſi fuiſſet hęres inſtituta: Et ratio illatę iniuriæ
ceſſabat. Hanc interpretationem probauit & Fran.Pepus in
rep.auth.pręterea.nu...C.vnde vir.& vxo.

Verùm eam reijcit Phanucius in commentarijs de lucro
dotis, in glo.8.num.48.Nam in caſu.d.l.ſi pater pro filia, non
videtur id a patre factum cauſa recompenſandi iniuriam: Id
quod vel ea ratione ego comprobo, quia nullam ibi cōſtituit
differentiam Pomponius, quod filiæ exhæredatæ, vel eman-
19 cipatæ relinquantur. Et tamen † certum eſt, quod emancipa-
tio non infert aliquam iniuriam filiæ, ſed potius commodum,
ex quo liberatur à nexu patriæ poteſtatis, vt probat text.l.
vtrum, ff.de verborum obligatione. & l.ſi vna.C.de bonis ma
ter.& vtroque in loco tradunt Docto.præſertim Alexa.& Iaſ.
in d.l.vtrum, qui reprehendunt notarios illos, qui in inſtru-
mentis emancipationum dicunt, quod pater, qui aliquid aſſi-
gnat ex ſuis bonis filio emancipato, ſe id facere in præmium
emancipationis: Cùm verius ſit patrem mereri pręmium ob
emancipationem, qua patriam poteſtatem perdit: & benefi-
cium libertatis filio confert. Non etiam huc pertinet tex.d.l.
Titia.§.qui inuita.cum ibi, vt etiam aduertit Phanucius, non
conſtituat fundamentum Modeſtinus in exhæredatione, ſed
in alia cauſa, vt ſuo loco explicabimus. Non etiā huc facit ille
text.l.vlti.C.commu.vtriuſque iud.Nam (inquit præcitato in
loco Phanucius) ibi filia dotem, vel filius donationem pro-
pter nuptias, habet præcipuam ſimul cum legato ſibi facto,
quando eſt inſtitutus, vel inſtituta cum extraneo, non ratio-
ne iniuriæ ſibi in hoc factæ, quæ verè nulla illatą eſt, ſed quia
ceſſat



ceſſat neceſſitas & ius conferendi, quod non habet locum,
niſi inter liberos ipſos, & exiſtentes ſub patria poteſtate.l. vt
liberis, vbi Doct.C.de colla.

20 Reſpondent tertiò † Aret.& Alex.quod d.l. ſi pater, pro-
cedit, quia dos fuerat promiſſa genero, ſicque ei erat debita:
legatum verò factum fuerat filiæ; atque ita diuerſis perſonis
legatum & dotis debitum præſtari oportebat. Non ergo ani-
mo compenſandi præſumitur legatum à patre factum: cùm
21 compenſatio † ſit debiti & crediti ſibi inuicem contributio,
& ab eiſdem, & non de eo, quod alius deberet.l. ſi cum mili-
ti, & l.eius.C.de compenſa.& ad rem noſtram tradit Soc.Iun.
in conſ.79.num.61.lib.3. Et hanc Aretini ac Alexandri inter-
pretationem probarunt Curtius Iunior & Pepus in d. auth.
præterea.C.vnde vir & vxor. ille, num.23. verſ. vltima diffi-
cultas iſte, num.46.& ſecutus ſum in conſ.162. num.27.lib. 2.
& attingam infra.

Cæterùm ab his diſſentiunt Iaſ.in l.huiuſmodi.§. cum pa-
ter, num.13.de leg.1.Decius in d.authent.præterea, num.13. &
Phanucius loco ſupra allegato.num.49.ea præcipua ratione,
quòd in d.l.ſi pater, ne verbum quidem facit de genero. Et re-
pugnat illa iuris regula, quod in ſtipulationibus non præſu-
mitur perſona extrinſeca. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus,
de verborum oblig.

Et præterea (vt ſubiungit Phanucius) non fuit apud Pom-
ponium in d.l.ſi pater, in conſideratione, quod dos eſſet ge-
nero promiſſa: quoniam huiuſmodi promiſſio facta dicere-
tur contemplatione filiæ ad eius vtilitatem cauſa ſatisfaciē-
di debito naturali, dotandi ſcilicet illam: vnde legatum ei fa-
ctum præſumitur animo compenſandi, cum ea dote ex cauſa
neceſſaria promiſſa, factum, vt reſpondit Corn. in conſ. 230.
num.7.lib.4.

Reſpondet quartò Phanucius in præcitata gloſſa.8.nu.50.
Pomponium in d.l.ſi pater, non reſpondiſſe ſuper quæſtione
præſumendæ compenſationis, ſed ſuper quæſtione collatio-
nis faciendæ. Hoc ſuadet natura tituli, ſub quo collocatum
eſt illud reſponſum, iuxta l.Imperatores.ff.de in diem addict.
ſuadent etiam ipſius reſponſi verba: ibi, *filia dotem præcipuam
habebit.* Et dum perpendit Pomponius, quod filia ſit exhære-
data, vel emancipata. Quæ quidem dubio procul reſpiciunt
quæſtionem collationis.l.1.§.filia.ff.de col.dotis.l.2.& l.vt li-
beris, vbi Docto.C.eod. Et hæc in materia præſumēdæ com-
penſationis eſſent inepta. Dum ergo Pomponius (inquit Pha-
nucius) ſuper iure conferendi reſpondit, negans illi locum
eſſe, noſtræ concluſioni de pręſumenda compenſatione non
contradicit. Et alia eſt quæſtio collationis faciēdæ: alia præ-
ſumendæ compenſationis. Nam ius conferendi eſt ſcriptum
& determinatum, ſed hæc compenſationis diſputatio à con-
iecturis pendet. Non ergo (ait Phanucius) ex vno ad aliud
infertur.

Verùm hæc bene eruditi Phanucij acuta ſatis interpreta-
tio apud me aliquam habet dubitationem. Nam & ſi Pom-
ponius de collatione facienda, vel non faciēda reſponderit:
attamen iam pro conſtanti præſupponit filiam illam fuiſſe
conſequutam vtrumque, nempe dotem promiſſam, & ipſum
legatum; atque ita non fuiſſe locum compenſationi.

Extenditur primò hoc † tertium exemplum, vt procedat
22 etiam ſi iam pater dedit dotem filiæ nuptę & deinde mortuo
genero eam dotem exegit: & filię poſtmodum legatum fecit.
Nam adhuc illud legatum præſumitur factum animo com-
penſandi, Ita probat.l.ſi cum dotem.§. ſi pater. ff. ſolu. matr.
Nam & ſi pater ſemel matrimonio collocauit filiam, atque
dotem numerauit: attamen cum deinde dotem ipſe exegerit,
ſine dubio tenetur eandem iterum dotare. Ita. d. §. ſi pater,
ſunt interpretati Bald.in auth.res, quæ col.2, C.comm.de leg.
Alex.in d.l.ſi cum dotem.§.ſi poſt. Socinus Sen. in conſil. 75.
num.7.verſ.ſed aduertendum.lib.1.Iaſ.in auth.pręterea, num.
19.verſ.ſed attende. C. vnde vir. & vxor. & ibidem Decius.
num.11. verſ. Moderni hic dicunt. Curt.Iun.num.20.Pariſ. in
conſ.95.num.38.lib.2.

23 Extenditur ſecundò † vt procedat etiam è conuerſo, quā-
do ſcilicet pater fecit legatum filiæ: & deinde dotem ei nu-
merauit. Nam numeratio hæc dicitur facta in compenſatio-
nem legati, & ob id mortuo patre, non poterit filia legatum
petere. Ita probant l.filia legatorum.C. de legat. & l. Lucius,
la 1.de leg.2.

Et reſponderunt Corn.in conſ.30.num.2.lib.4. Ruinus in
conſ.81.num.7.lib.2. & in conſ.38.num.9.lib.4.Socin.Iun.in
conſ.79.num.18.lib.3.Phanucius in d.gl.8.num.80.

24 Extenditur tertiò, vt procedat † etiam hoc exemplū quan-
do pater legat filiæ non expreſſo dotis nomine: Nam intelli-
gitur legaſſe pro dote atque ita animo compenſandi: Ita ſcri-
bunt Bald.in l.quod autem in ſtipulatione.ff.de iure dotium,
Alex.in l.huiuſmodi.§.cum pater.de leg.1.Soc. in Tract. fal-
len.reg.282.Pater.fallen.4.Iaſon in l.filia legatorum, num.3.
C.de legat.Pepus in d.authen.præterea.num.66.C. vnde vir
& vxor.Ruinus in conſ.3.num.1.lib.3. Phanucius in commē-
tariis de lucro dotis in gloſſa.8.num.82.ex d.l.quod autem de
iure dotium. Quæ quidem extenſio eſt eadem cum ipſa re-
gula.Idem quando dixiſſet, ſe legare pro dote: quia intelligi-
tur ex ea cauſa, atque ita animo compenſandi Rui. in conſ.
81.num.7.lib.2.

25 Extenditur † quartò, vt procedat etiam quando non ipſe
pater dotem numeraſſet, ſeu promiſiſſet pro filia, ſed eius fi-
lius. Nam adhuc legatum præſumitur factum animo cōpen-
ſandi cum ipſa dote. Ea eſt ratio, quia factum filij promittē-
tis, vel ſoluentis habetur pro facto patris, qui filiam dotare
tenetur. Ita in ſpecie tradunt Ruinus in conſil.38. numero 3.
verſic. ſed hic legatum. libr. 4. & Phanucius loco ſupra alle-
gato.num.84.

26 Extenditur quintò, vt etiam procedat † in hærede extra-
neo patris: qui quidem hæres alias non eſſet obligatus dota-
re filiam illam teſtatoris: attamen ſuccedendo patri illius, ita
efficitur debitor neceſſarius, vt erat ſuus anteceſſor, vt dixi
ſupra: ſi ergo hæres iſte ſuo in teſtamento aliquid legat illi
filiæ, præſumitur legaſſe animo compenſandi. Ita Crauet. in
conſ.131.num.14.poſt Caſtr. & alios, reiecta cōtraria opinio-
ne Cornei, & idem quod Crauetta affirmauit Didacus in d.c.
officij, num.2.verſ.item hęc imputatio.de teſta.& Albanus in
conſ.6.num.6.7.8.

Extenditur ſexto vt procedat in caſu l.Titia.§. qui inuita.
Afflict.deciſ.44.num.10.

Extenditur ſeptimo & quando quantitates ſunt diſpares
Soc.reg.282.Pater, fallen.vlt.

27 Extenditur octauò, † vt locum etiam habeat quò ad ac-
ceſſoria dotis & in eius appēdiciis: ſicuti ſunt bona paraphre-
nalia quando ſtatuto vel conſuetudine ita paraphrenalia vt
dos eſſent danda à patre filiæ. Nam ſicuti legatum præſumi-
tur relictum animo compenſandi cum dote: Ita etiam cum
ipſis acceſſoriis vt reſpōdit Craue.in conſ.149.num.6.quem
ſecutus ſum in conſ.56.num.33.

28 Extenditur nono, vt † multo magis procedat quando
compenſatione reiecta ex ipſo legato congrua dos rema-
neret apud filiam, vt reſpondit Ruin.in conſ.86. numero 12.
libr. 2. quem.

29 Declaratur primò † hoc exemplum & doctrina, vt non
procedat, quando à patre factum fuit legatum, & ab altero
data vel promiſſa, vel relicta fuit dos, ſeu è conuerſo. Nam
tunc legatum non præſumitur factum animo compenſandi,
& ideò filia vtrumque petere poterit. Ita declarant Caſtrenſ.
Cor.& Iaſ.in l.filia legatorum, in fin.C.de legat. Idem Caſtr.
in conſ.214. Ego Paulus.libr.1.Comen.in conſ.133. colum.2.
verſ.nec obſtat quod: Corn.in conſ. 288. col.vlt.verſ. inſuper
non cadit.lib.1.Rui.in conſ.74.num.16.lib.2.Iaſo.in l. huiuſ-
modi.§.cum pater, num.22.de leg.1.Et hos ſecuti ſunt Socin.
Iunior in conſ.79.num.83.& num.112. lib.3. Phanucius in d.
gloſſa.8.num.85.

30 Declaratur † ſecundò, vt non procedat, quando filia fuiſ-
ſet cum aliis extraneis hæredibus inſtituta, vel etiam cum
fratribus, qui legatum proprium haberent. Nam tunc ratione
euitandæ inæqualitatis, animo non compenſandi, ſed verè
legandi & hoc caſu præſumitur pro filia: Soc.in Tract.fallen.
reg.282.Pater fallen.2.ſimile dicemus in præſump.ſeq.

31 Declaratur tertio, vt non procedat, quando † legatum erat
in certa ſpecie pecuniæ, diuerſa à pecunia in dotē data. Nam
tunc non præſumitur factum legatum animo compenſandi.

Ita reſpondit Corn.in conſ.288.col. vlt. verſ.item ſunt di-
uerſæ.

uerſæ.lib.1.& in conſ.230.num.2. lib. 4. & Socinus Iunior in conſ.79.num.85.verſ.imò poteſt.lib.3.Quam tamen præſumptionem &coniecturam leuem eſſe dixit Phanucius in d. glo. 8.nu.86. Ego verò falſam eſſe ſuſpicor:cùm hoc in caſu nulla ſit differentia inter ſpeciem & quantitatem:ſicuti poſt Oldradum,Bart.Baldum,Comenſem , & Caſtrenſem tradit Soc.in Tract.fallentia.reg.282.Pater fallent.prima.

Declaratur quartò, vt non habeat locum hoc exemplum, quãdo pater legauit dotem filiæ pupillæ. Qua de re dicemus infra in tertio caſu.

32 Declaratur † quintò,vt non procedat hoc exemplum,quãdo dos fuit promiſſa genero , & legatum factum fuit filiæ. Nam tunc legatum non præſumitur factum animo compenſandi cum ipſa dote.Ita ſcripſerunt Alex. & Iaſon , quos retulit & probauit Curtius Iunior in auth. præterea, num. 23. verſ.vltima difficultas.C.vnde vir & vxor, & ibidem Pepus. num.46.quos ſecutus ſum in conſ.162.num.27.lib.2.

Verùm ſupra retuli Iaſonem in l.huiuſmodi.§. cum pater. num.13.de leg.1. Decium in d.auth.præterea. num.13. & Phanucium in præcitata gl.8.num.49. diſſentiẽtes:ob id amplius deliberandum eſt.

33 Declaratur ſextò , vt † non procedat quando conſtat aliquibus verbis,ſeu coniecturis teſtatorem legaſſe animo non compenſandi:ſicuti quando dixit,quod legatum præſtaretur ſine aliqua conditione, vel contradictione. Ita in ſpecie reſpondit Hieron.Gabriel in conſ.16,num.33.lib.1.

34 Quartum eſt exemplum huius primi caſus,in marito,†qui tenetur legis diſpoſitione præſtare quartam bonorũ ſuorum vxori ſuæ inopi,authen.præterea.C. vnde vir & vxor.ſi ergo maritus aliquid legat vxori,præſumitur legaſſe animo compenſandi cum illa quarta.Ita probat.d.authent.præterea vbi Doctores omnes Baldus in conſ.58.In reſtitutione, colum.3. verſ.tertia ratio.lib.2.& Ioan. Lupus in commentariis ad leges Hiſpaniarũ,ad l.27.& declarat Coraſius in lib. 3. miſcella.iuris.c.1.num.9.

35 Quintum eſt † exemplum huius primi capitis in vxore, que relinquit marito, cui ex diſpoſitione ſtatuti acquiritur pars dotis mulieris præmorientis.Nam tunc legatum præſumitur ab vxore relictum animo compenſandi. Ita cẽſuerunt Iacob.de Arena , Franc. Tigrini, Bart. Ricardus de Saliceto, Romanus,Bartholomæus,Salice.& Caſtren. in authen. præterea.C, vnde vir & vxor. & ibidem Alex. numer.12. Iaſon. num.21.verſ.circa ſtatutum,qui commemorat & Albericum affirmantem,ita aliquando iudicatum fuiſſe hic Patauij. Riminal.columna vltima. Ita quoque reſpondit Baldus : Idem ſcripſerunt Alex.& Fulgo.in l.ſi cum dotem.§. ſi pater. ſolut. matr.Corneus in conſ.257.num.20.lib.1.& in conſ. 23. col. 1. lib.4.Campegius in Tract.de dote parte,5. q. 6. Decius in d. auth.præterea,num.18.Pepus,num.30.Curtius Iunior. nu. 21. Io.de Amicis in conſ.12.num.19. Campegius in tract. de dote in 4.par.q.6.Rolãdus à Valle in tract.de lucro dotis.quæſt. 96. num. 8. & Phanucius in commentariis de lucro dotis,in gloſſ.8.num.37.Durans de arte teſtandi.tit.de legatis.cautela 5.num.1.Didacus in cap.officij,num.2.de teſta. & Hieronymus Gabriel in conſ.16.num.31.lib.1.qui dixit , hoc debitum eſſe mixtum,nempè ex lege & contractu. Ea eſt vera & ſolida huius traditionis ratio,quia hoc lucrum dotis eſt debitum quoddam neceſſarium:cùm ex ſtatuti diſpoſitione deferatur marito.Atqui quando creditori ex cauſa neceſſaria legatum relinquitur animo compenſandi relictum præſumitur , d.l. ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſoluto matrimonio.& d.l. omnimodo.§. imputari.C.de inoff.teſta.Et ſi lex vult legatum à patre factum filio præſumi relictum animo compenſandi cum legitima,quæ fauorabilis admodum eſt , quantò magis dicendum eſt,pręſumendũ eſſe in caſu huius ſtatuti,quod eſt odioſum & ſtrictè interpretãdum, vt auctoritate multorum comprobat Rola.in tract.de lucro dotis q.2.

Cæterùm à prædicta opinione diſſenſerunt Scala, Mattelus,Rayner. Baldus & Comenſis relati à Rolando in dict. quæſt.96.num.1.Et illis accedunt Capra in conſ. 143. num. 5. & Coraſius in lib.3.miſcella:iuris, cap.1.nu.8. Horum tamen rationibus & argumentis ſatisfaciunt Rolãdus & Phanucius præcitatis in locis.

36 Extenditur † primò hoc exemplum & doctrina , vt locum habeat non ſolum quando dos fuit marito promiſſa , ſed etiam quando fuit ſoluta. Nam adhuc ſi vxor marito fecit legatum, præſumitur illud reliquiſſe animo cõpenſandi. Ita tradunt Imola in l. ſi cum dotem.§. ſi pater. ff.ſoluto matrimonio. Fulgo.Roma. & Arc. in d.authen. præterea. C. vnde vir & vxor.& ibidem Alexan.numero 14.Iaſon. numero 25, verſ.adde etiam. Pepus. numero 34. Idem ſcripſerunt Alber. in Tract.ſtatutorum.parte prima.q.2.& Phanucius in Tract. de lucro dotis.in gloſſa.8.num.52.

Nec hic obſtant argumenta , quibus Angelus in conſilio 360. D.Margarita ; & Capra in conſil. 143. column. 2.diſſentiunt. Nam illis ſatisfacit poſt cæteros Phanucius præcitato in loco. ſic etiam non vrget quod tradit Didacus in cap, officij.num.4.verſ.ego planè.de teſta.

37 Extenditur † ſecundò , vt procedat etiam quando dos & legatum conſiſterent in diuerſis rebus,vt putà , dos in quantitate & legatum in ſpecie. Nam adhuc præſumitur factum legatum animo compenſandi. Ita. Alex. & Imola in d. l. ſi cum dotem. §.ſi pater ſol. matr. Roma. Aret.& Alex.in d. auth. præterea. numero 13. verſ. vtrum autem retenta. Iaſon. numero 26.verſ.adde. Pepus. column. 29. Decius in vltima. notab. Idem reſponderunt Arc.in conſil.93.col.1. Corneus. 292.col.1.verſ.nam in iſtis. libr. 1. Curtius Sen. in conſil.73. licet iſta. col. vlt.Idem ſcripſerunt Soci.in Tract.fallen.reg. 282.Pater fallen. vlt. Io. de Amicis in conſil.115. Afflictus in deciſ.138.num.4.& Phanucius in commentarijs de lucro dotis.gloſſa.8.num.53.

Quam quidem ſententiam probat text.d.l.ſi cum dotem. §.ſi pater.vbi compenſatio fit etiam in caſu, in quo filia fuerat hæres inſtituta,iuxtà tex.illum , & tamen in hæreditate inſunt etiam ſpecies, nempè corpora , vt domus, prædia ruſtica & ſimilia. Idem probat.l.omnimodo.§. imputari. & l. quoniam nouella.C.de inoff. teſta.vbi legatum factum filio præſumitur factum animo compenſandi cum eius legitima, atque ita in eam imputatur : & tamen legitima deducitur tam ex corporibus hæreditarijs quàm ex quantitate, quæ reperitur eſſe in ipſa hæreditate.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Oldra.Bart.Baldus, Caſtren. Salicetus , & Riminal. quos recenſet Corneus in conſilio 257.numero 20.libr.1. in conſilio 127. in fine libro 3.& in conſilio 230.columna 1. libr. 4. qui communem eſſe aſſerit. Et his accedunt Baldus in conſil. 58. In reſtit. lib. 2. Capra in conſilio 164.col.2.Alex. in conſilio ſeptimo. numero quinto. lib.ſexto.Socinus Senior in Tract. fallen. reg. 282.Pater fallen.prima,& in conſilio nonageſimotertio, columna pen.lib. 1 Iaſon.in §. in bonæ fidei. numer. 87. Inſtit. de actio. Didacus in cap. officij. numero 2. verſ. Eſt igitur de teſta.

Primò ij moti ſunt ex l.ſi pater pro filia. ff. de collat. dotis iuxta primam illam interpretationem , quam ex Bart. & ſequacibus ſupra retulimus. Verum diximus eo loci hunc ſenſum maximè diuinare:cùm nullum verbum apud Pomponium , quòd legata eſſet ſpecies , vel quantitas.

38 Secundò adducti ij ſunt † ea ratione , quod de ſpecie ad quantitatem non admittit lex compenſationem. l. ſi conuenerit.ff de pigno.actio.& l. vlt. C. de compenſ. & propè in ſpecie tex.l.ſi non compẽſandi.C. de hæred. inſt. Atqui præ-
39 ſumitur quod † teſtator voluerit voluntatem & diſpoſitionem ſuam eſſe conformem iuri communi.l.hæredes mei. §.cũ ita.ff.ad Trebe. vbi Docto. & diximus ſupra præſump. Ergo præſumi debet, quod noluerit teſtatrix relinquere hãc ſpeciem animo compenſandi cum quantitate illa à ſe debita marito legatario.

Cæterùm reſpondet Phanucius in d.gloſſa.8. nume. 54.ex ſententia Cornei in conſil. 230.nume.6.lib.4.diſtinguendo inter compenſationem, quæ à lege præſumitur: & illam, quæ non præſumitur. Illo enim primo in caſu nulla adhibetur differentia , quod legatum conſiſtat in ſpecie, vel in quantitate:cùm hæc non dicatur proprie compenſatio , ſed imputatio,vt tradit Corneus in conſilio 292.colum. 2. verſ. quando enim.lib.1.Et in imputatione certum eſt non adhiberi differentiam quod legata ſit ſpecies , vel quantitas,l.in quartam.



quartam.l.id autem,& l.ſi compenſandi.C.de heredit.inſtit. Et hoc in caſu noſtra verſatur diſputatio. In ſecundo verò caſu , quando ſcilicet lex non præſumit compenſationem, quia ſcilicèt agitur de facto voluntario ipſarum partium: Hoc ſanè caſu fit differentia,an legata ſit quantitas , vel ſpecies.Ita procedit argumentum ſupra relatum. Hæc interpretatio vera mihi non videtur , quandoquidem non ſatis iure probatur,quod hæc dicatur imputatio, non autem compenſatio.Nam tex.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ſol.matr.& tex.l.Titia.§.qui inuita.delega.2.appellant hanc compenſationem. Reſponderi itaque ſecundò poteſt quod hic ceſſat illa ratio, ob quam non admittitur compenſatio de ſpecie ad quantitatem,iuxta d.l.vlt.C.de compenſ.cuius quidem ratio ea eſt.
40 quòd † aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.l.2. §.mutui.& ibi ſcribunt omnes.ff.ſi certum peta.At cúm legatarius legatum acceptat,nil dicitur ei ſe inuito, ſed potius volente ſolui : ceſſat ergo ratio impeditiua compenſationis.

Tertiò adferrur tex.l.2.§.mulier.ff.de dote præleg. qui tamen loquitur ſemper de eadem ſpecie tam in dotem data quàm legata. Nam teſtator legauit fundos quos pro æſtimato dotis nomine acceperat. Et præterea extat coniectura quod compenſandi animo legauerit , quia voluit reſtitui quod ipſi legatariæ ex hæreditate perueniſſet.Eſt enim certũ doté nõ reſtituendam in teſtatoris hæreditate nõ cõtineri.

41 Extenditur † tertiò , vt locum etiam habeat hæc ſententia,quando factum quoque fuiſſet pactum de dote lucranda. Nam adhuc legatum ab ipſa muliere factum marito præſumitur animo compenſandi factum.Ita ſcripſerunt Romanus Corneus Riminal. Sen.& Pepus in d.auth.præterea.C. vnde vir & vxor.Idem reſpondit Caſtre.in conſil.35.Videtur dicẽdum columna 2.lib... Eandem quoque opinionem probarunt Decius in d.auth.præterea.num.12.verſ.finaliter tamen.Phanucius in commentariis de lucro dotis in gloſſa.8. numero 55.Idem ſenſit Hieronymus Gabriel in conſilio 16. numero 31.libro primo

42 Ea ratione & argumento moti ſunt, quia † pactum accedens vltra ſtatuti diſpoſitionem,vel ex abundanti , vel ad eius confirmationem , vel approbationem videtur accedere: Vnde qualitatem,vel naturam obligationis non mutat. l.qui mutuam.ff.mand.& l.pen.C.de pactis,iuncta l.quæ dubitationis. de reg.iur.& l.teſtamentum.C.de teſta.Non ergo ob expreſſum pactum obligatio illa neceſſaria ex legis diſpoſitione mutata ſua natura tranſit in volũtariam. Hinc dicimus,
43 quòd faciens † id, ad quod poterat neceſſariò compelli,dicitur neceſſitate coactus facere , tametſi id ſpontè faciat : ſicuti de compromiſſo ſpontè facto,quod neceſſitate ſtatuti erat faciendum , dicitur compromiſſum neceſſarium. Ita ad rem noſtram ſcribit Decius in d.auth.præterea.numero 12. verſ.finaliter tamen ex ſententia Aret.in conſilio 24.& idem Decius in l.1.numero 22.C.de eden.in l.velle non creditur. ff.de reg.iuris,&in cap.cum M.Ferrarien.numero trigeſimoquarto.de conſtit.& idem in conſ. 22.num.2.& in conſ.90.

Nec obſtant argumenta , quibus ab hac opinione diſſentiunt Baldus in l.quoniam in prioribus,columna vltima,verſ. ſed iſta tria.C.de inoffic.teſta.& in d. authen. præterea.col. vlt.verſ.ſed ſi veniret ex pacto.

Et primò adfertur ratio , quod ob pactum dicitur receſ-
44 ſum à diſpoſitione legis,cùm † prouiſio hominis tollat prouiſionem legis.l.vlt.C.de pactis conuent. Efficitur ergo hoc debitum ex neceſſario voluntarium.At qui in debito voluntario ceſſat pręſumptio compenſationis.l.creditorem.de leg. 2.Ergo &c.

Verùm reſpondetur ex ſupra dictis, quod imò ex eo pacto non immutatur natura diſpoſitionis legis,ſed potius confirmatur,& dicitur pactum fuiſſe adiectum ad augendum : non ergo debet operari diminutionem,arg.l.legata inutiliter.ff. de leg.2.Nec obſtat illa maior propoſitio, quod ſcilicet prouiſio hominis tollat prouiſionem legis,quia intelligitur quò ad obligationem naſcituram : non autem quò ad natam, de qua nos loquimur.Ita d.l.vlti.C.de pactis conuen.declarat
45 ibi Baldus. Præthereà † accedit , quod per ſpecialem partium conuentionem non cenſetur receſſum à beneficio ſtatuti generaliter inducti.Ita declarant Bald.in l.vlt.C.de repud. hæred.Romanus in conſ.121.nu.2.& Claudius Seyſellius in l.ſi cum dotem.in princ.ff.ſol.matr.Et rurſus reſpondetur , quia iam diximus,hanc prouiſionem hominis adiectam fuiſſe ad confirmandam illam legis. Non ergo vna ab altera tollitur. Ita declarat Alex.in conſ.118.in fi.lib.5.

46 Secundò adfertur † tex. in l.Titia.ff.ad Falci.vbi grauatus de reſtituendo,retenta quarta parte & prælegatis prædijs ſibi:retinebit prælegata integra, & quartam hæreditatis : atque ita totum habebit:quia id expreſſit teſtator , quod quartam retineret,& in eam non computaret prælegata:Ergo expreſſa illa diſpoſitio hominis ceſſare facit diſpoſitionem legis ſecundum quam fieret computatio & compenſatio.

Verùm reſpondet Pepus in d.auth.præterea.num.48.verſ. ad ſecundam, ex ſententia Bart.in d.l.Titia , id contingere, quia ibi ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris alteratur atque ita mutatur diſpoſitio legis,& in nouam formam & qualitatem transformatur,ſed diuerſum eſt noſtro in caſu , vbi pactum eo ſpectat quò & ipſum ſtatutum , vt ſcilicet maritus dotem lucretur.

47 Tertiò adducitur † tex.l.ſi pater pro filia.ff.de collat.dotis iuxtà interpretationem Baldi in l.filia legatorum.in fine.C. de legatis.quod ſcilicèt ibi non fiat compenſatio legati cum dote,quia iam dos fuerat numerata: Atque ita ceſſabat ibi diſpoſitio legis,à qua receſſum fuerat per diſpoſitionem hominis,hoc eſt per illam ſolutionem iam factam.

Cæterùm reſpondetur, illam Baldi interpretationem veram nõ eſſe,quemadmodum admonui ſupra , vbi egi de ſenſu illius reſponſi. Præterea & ſecundo reſpondet Pepus vbi ſupra quod admiſſa etiam ea Baldi interpretatione : nil ad rem pertinet:quandoquidem ibi non poteſt conſiderari aliqua computatio , vel compenſatio , ex quo iam facta eſt ſolutio.Quæ ſanè reſponſio non eſt ſatis vera:cùm ſupra dictũ fuerit, quò ad compenſationem hanc inducendam , nullam eſſe differentiam quod dos fuerit ſoluta,vel promiſſa.

48 Quartò adducitur † argumentum à ſimili , quo dicimus, quod quando hæres promittit ex contractu ſoluere id quod tamquam hæres cum beneficio legis & inuentarij ſoluere tenebatur:ſi ex ipſo contractu immediatè conueniatur , non habebit beneficium inuentarij:quia illa prima obligatio alteratur & in ſecundam mutatur : atque ita hæc ſecunda immediata attenditur.Ita probat.l.cum hæreditas ex fideicom. ff.ad Trebel.& reſponderunt Angel.in conſ.31.D.Philippus. columna pen.Aret in conſ.148.col.2.verſ.donatio autem, & Decius in conſ.137.numero 4.in conſilio.300.numero 8.& in conſilio 496.numero 12.Ergo idem dicendum eſt noſtro in caſu. Verùm reſpondetur ex ſententia ipſiuſmet Decij in d.auth.præterea,& apertius ſcribit Phanutius in d.gloſſa.8. num.57.quod in caſu noſtro non alteratur obligatio in contrariam qualitatem:atque ita non efficitur debitum voluntarium , ſed diuerſum eſt in caſu d.l.cum hæreditas , vbi illa prima obligatio recipit ex pacto nouam formam.

49 Extenditur quartò,vt procedat † etiam in debito , quod in foro conſcientiæ tantummodò deberetur:Nam licet exigi non poſſit in foro contentioſo,attamen ſi teſtator illi creditori legat præſumitur animo compenſandi legare.Ita reſpondit egregiè Are.in conſ.93.Viſo legato.col.1.quem ſecuti ſunt Decius in d.auth.præterea.num.11.C, vnde vir.& vxor.qui quibuſdam obiectiouibus ſatisfacit. Idem cenſuit Didacus in c .officij num.2.de teſta.Nec dubitationem mouet,quod ſcribit Phanutius in d.gloſſa.8.nume.58.cùm dixit, hanc Aretini traditionem non poſſe adaptari ad aliquem caſum, quod ſcilicet aliquis ſit debitor ex aliqua legis diſpoſitione obligatus in foro poli,qui non ſit etiam obligatus in foro fori : quoniam lex potiſſimè obſtringit in foro fori. Atque ita ſcribit Phanutius , ſenſiſſe Iaſonem & Decium in d. auth.præterea.Hæc conſideratio nec vera eſt nec à Iaſone, Decioue perpenſa.Nam Areti.& Decius non loquuntur de debitore ex legis dipoſitione:imò loquuntur de eo , qui ſecundum legem poſitiuam non tenetur,ſed tamen tenetur in foro conſcientiæ.Exemplum & caſus eſſe poteſt in muliere, quæ pacto nudo, vel ſtipulatione non adhibita ſtatuti ſolennitate promiſit marito maiore ſummam dotis quàm deinde dedit:Nam tenetur quidem in foro conſcientiæ ſoluere,& ſi non teneatur in foro fori,vt tradunt Iaſon in l.iuriſgentium. §.ſed cum nuda.num5.ff.de pactis & declarat Didacus in c.

quamuis parte.2.§.4.nu.14.de pact.in ſexto.ſi ergo mulier iſta legatum relinquit ipſi marito : id præſumitur compenſandi animo reliquiſſe. Poteſt etiam adferri exemplum, & ſi non omnino ad rem noſtram, de qua nunc agimus in caſu Aret.in d.conſ.93.quando teſtator legauit mulieri, quæ accepta dote, renuntiauit omni iuri ſuo, & ſecundum legis diſpoſitionem teſtator compelli non poteſt quid plus ei dare:& tamen ſentit, ſe in conſcientia teneri. Hoc ſanè caſu, ſi teſtator facit legatum ipſi mulieris, præſumitur factum animo compen
50 ſandi. Hæc tamen extenſio † locum non habet quando cum hoc debito aliàs inexigibili concurreret exigibile : quia tunc pro exigibili diceretur factum legatũ. Ita colligo ex Afflicto in deciſ.44. num.23.

51 Declaratur † primò, vt non habeat locum hæc traditio & doctrina, quando mulier reliquiſſet legatum marito ſub his verbis, lego centum de bonis meis. Nam tunc non præſumitur factum legatum animo compenſandi cum lucro illo dotis ex diſpoſitione ſtatuti, & ideò vtrumque præſtari debet. Ita in ſpecie declarant Bal.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſol. matr.& ibidem Caſtren.& Alex.nu.6.verſ. prædictis adde. & ad rem magis Bald.conſ.84.teſtamentum.lib.2.& Capra in conſ.143.num.12.conſil.29.nu.9.Iaſ.in auth.præterea.num. 26.verſ.limita iſtam communem, & ibidem Riminal.in fi.& Pepus num... Cor.in conſi.257.num.20.lib.1.& in conſ.127. num.7.lib.3.Barb.in c.officij numero 11.de teſta.Feli.in cap. quoniam col.4.de pręſcrip.Marſi.ſing.162.Alciatus in l.prin. de verbo.ſignifi.Neuiz.in conſ.62.nu.32.Phanutius in commentarijs de lucro dotis, in gloſſa.8.num.59.Diſſentiunt tamen ab hac declaratione in ſpecie Comenſ.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ſol.matr.Dec.in d.auth.præterea.num.11.& Didacus in c.officij.num.7.de teſta.Et ſimilis admodum eſt declaratio quam retulimus ſupra ad primum huius caſus exemplum, dum de filij legitima diſſeruimus. Ea non repeto, & ſi ad rem hanc quoque pertineant. Eſt autem diuerſum quando
52 † mulier ita dixiſſet:lego ſuper bonis meis, vel ſuper meis bonis & hæreditate. Nam tunc præſumitur factum legatum animo compenſandi cum lucro dotis, ſicuti etiam ſi pater ita filio legaſſet præſumitur voluiſſe compenſari cum legitima. Ita Baldus in l.quoniam nouella in fi.C.de inoff.teſtam.& in conſ.28.Teſtamentum D.Florentiæ.lib.2.Capra in conſ. 62. num.2.Riminal.in d.auth.præterea.in fi.& ibidem Pepus nu. 50.Ruinus in conſ. 79.num.8.lib.2.Decius in conſilio 16. ad finem & conſ.425.col.antepe.num... & Phanutius in d.gloſſa.8.num.65. & Neuiz.in d.conſ.62.num.33.

53 Declaratur ſecundò, vt † non procedat hæc doctrina, quãdo hoc legatum factum à muliere viro non eſſet permanſurum apud ipſum virum:quippè qui grauatus fuiſſet alteri reſtituere:Nam tunc non præſumitur relictum animo compenſandi cum lucro illo dotis. Ita ſcripſerunt Dynus Bar.Baldus, Caſtren.& Alex.in d.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolut. matr. Capra in conſi. 143.colum.num.6.Angelus in auth.præterea. in fine.C.vnde vir & vxor.& ibidem Aretinus.col.vlt.Iaſ.nu. 26.verſ.tertiò limita.Pepus numero ... Riminal.in fine.Decius.num.12.verſ.tertiò limitatur:& Phanutius in ſæpius allegatis commentariis de lucro dotis, in gloſſa 8.num.66. Ea eſt ratio, quod quando res non permanet apud eum, cui relicta eſt, perinde eſt ac ſi ei legata non fuiſſe.l.ſulpitius.ff.de donatione inter virum & vxorem.l.cogi.§.ij, qui ſolidum.ff.ad Trebel.l.ſed & ſi matris.§.item ſi quis.ff.de legat.præſtan.& l.vltima.§.vltimo.C.de bonis, quæ liber. Nihil ergo conſequitur maritus ex eo legato, ſi illud ſtatim habet alteri reſtituere.

Cæterùm ſolet ambigi, quid ſi aliquod tempus legatum eſt permanſurum apud ipſum maritum an interuſurium medij temporis præſumatur relictum, vt compenſetur cum lucro dotis? Et compenſari debere ſcripſerunt Baldus in conſ.185. Quod poſt lib.1.Iaſ.in d.auth.prætereà, num.25.Pepus.num. 55.& Phanutius in d.glo.8.num.67.

Quibus conſtat malè ſenſiſſe Capram in conſil.143.nu.12. dum contrarium reſpondit.

54 Declaratur tertiò, vt † locũ non habeat, quando cõſtat cõiecturis & præſumptionibus vxorem legaſſe marito animo non compenſandi cum ipſo lucro dotis. Ita Hie.Gabr.in cõſ. 16.num.33.libro.1.vt ſi cæpit eſſe debitum poſt teſtamentum, vel ſi teſtator voluit præſtari legatum ſine aliqua conditione vel contradictione. De quibus quidem coniecturis ſatis dictum ſupra.

55 Sextum exemplum econuerſo † ad præcedens poteſt adferri, quando maritus legat vxori, cui arrhæ matrimonij, ſeu antiphatum, vel quid ſimile acquiritur diſpoſitione ſtatuti. Nam tunc animo compenſandi relictum præſumitur. Ita Dida.in c.officij.num.4.de teſt.poſt Roder.Xuares & Lapum:& ibidem declarat.

56 Secundus eſt caſus † huius primi capitis diſputationis noſtræ, quando teſtator, qui legatum fecit, non fuiſſet directè debitor: Nam tunc legatum non præſumitur factum animo compenſandi. Adferri ſolet exemplum, in quarta, quæ ex omnibus legatis, quæ eccleſiæ relinquuntur, epiſcopo præſtatur:

Huius enim quarta debitor non eſt directò teſtator, ſed eccleſia : ſi ergo teſtator aliquid relinquit ipſi epiſcopo, hoc legatum non præſumitur relictum animo compẽſandi cum ea quarta, quam Epiſcopus conſequi debet ex cæteris legatis ab hoc teſtatore factis eccleſiæ. Ita tradunt Salicetus & Alex.in d.auth.prætereà, & ibidem Iaſ.nu.26.Pepus.num.56. verſ. quintò limitatur. Deci.nu.15.Alex.in d.l.ſi cum dotem. §.ſi pater.nu.4.ff.ſol.matri.Abbas Butrius & Imola in c.offi. de teſta.& ibidem nouiſ.Didacus.nu.3.Phanutius in d.glo.8. num.76.

Idem dicendum eſt de quarta parochiali : cùm enim moriens eligit ſepulturam alio in loco quàm in propria parochia, & ipſe moriens illi loco electo aliquid relinquit, quarta illius legati præſtari debet eccleſiæ parochiali, vt diffinitum fuit in c.1.in c.in noſtra & in c.certificari. de ſepult.& in cle.dudum.eo.tit.ſi ergo teſtator iſte aliud legatum facit ipſi eccleſiæ parochiali, an præſumitur factum animo compenſandi cum quarta illa parochiali. Ita ſcribunt Cardinal. in clem.dudum.§.verum. q.27.de ſepul.& ibidem Anch.q. 12.Barb.in c.officij.num.12.& ibidem Didacus num.6.de teſta.Decius in d.auth.præterea.num.13.verſ.& iſta limitatio. & Phanutius in d.gloſſa.8.num.77.

Cæterùm contrariã opinionẽ probarũt Feder.de Senis in conſ.3.Abbas in d.c.officij.col.2.de teſt.& ibidẽ Butr.n.10. & Imol.nu.10.Lignan.& Imol.in cle.dudũ.de ſepul.Sal.Alex.& Cor.in d.auth.pręterea.C.vnde vir & vxo.& ibid. Pepus.nu. 56.verſ.5.limitatur, & idẽ Alex.in l.ſi cum dotẽ.§.ſi pater.ff. ſol.matr.& hãc eſſe magis receptam opinionẽ teſtatur Dida. in d c.officij.n.6. Prima illa opinio mihi magis probatur:cũ nulla differentiæ ratio aſſignari poſſit inter quartã hanc parochialem & illam epiſcopalem. Nec vera eſt præcipua illa Feder.de Sen.& ſequacium ratio, quod teſtator iſte teneatur præſtare hanc quartam eccleſiæ : Cùm tex.in c.1.& in c.cum ſuper. de ſepult.loquantur imperſonaliter, ibi, *dari cenſeamus* & ibi *relinquatur, &c.* quæ ſanè verba magis reſpiciunt vel legatarios ipſos vel teſtamenti executores:quàm ipſum teſtatorem:qui dum vita functus eſt, dare non poteſt.

57 Tertius eſt caſus huius primi † capitis diſputationis noſtræ : quando teſtator, qui legatum fecit, non erat purè debitor ipſius legatarij, ſed ſub conditione, vel in diem. Hoc in caſu legatum à teſtatore factum non præſumitur factum animo compenſandi cum debito ille conditionali, vel in diem. Ita affirmarũt Alex.in l.huiuſmodi. §.cum pater de leg.1. idẽ Alex.in conſ.7.nu.16.verſi. & tantò fortius.lib.4.Soc. Sen.in conſ.93.nu.23.verſ.præterea.li.1.Corneus in conſi.288.nu.19. lib.1.Ruinus in conſ.58.num.24.in conſ.64.nu.7.& in conſ. 72.nu.7.in conſ.80.nu.6.& in conſ.81.num.17.verſ.non obſtat.lib.2.Soc.Iun.in conſ.79.nu.41.verſ.vel ſecundò li.& n. 61.lib.3.quos ſecutus ſum in conſ.151.nu.23.lib.2.His accedũt Hieron.Gabr.in conſ.16.nu 32.& num.33.lib.1.Phanutius in commentarijs de lucro dotis in gloſſa 8. nume.78. Adfertur exemplum, quando pater legat filiæ pupillæ, ſicque non nubili. Nam cùm eius debitor, dotis cauſa dici nõ poſſit.l.quod pupillæ.ff. quando dies leg.ced. Non dicitur legatum fuiſſe factum animo compenſandi cum ipſa dote. Ita Alex.in conſ. 211.nu.9.lib.7.quem ſecutus eſt Neuiz.in conſ.62.nu.32.idem reſpondit Ruinus in d conſ.80.num.6.lib.2.& alibi. Adfertur & aliud exemplum, quãdo auus paternus legat nepoti, viuo adhuc ipſo filio : Non enim animo cõpẽſandi cũ legitima nepotis pręſumitur factũ legatũ:ex quo auus non tenetur ad aliquam legitimam nepoti, viuente filio. Ita reſpondit in ſpecie Ruinus in d.conſ.58.num.24.lib.2.



Adfertur tertium exemplum in marito, qui conſtante matrimonio donat vxori, cui eo tempore non tenetur dotem reſtituere : Nam dicitur donaſſe animo non compenſandi. Ita in ſpecie reſpondit Alex.in conſil.7. num.16. verſic. & tanto fortius.lib.6.

58 Declaratur † primò, vt non procedat hic caſus quando aliqua extat contraria coniectura. Ita Ruinus in d.conſ.64.numer.7.verſic.ſecundò etiam lib.2.ſicuti quando tunc pater in prima parte teſtamenti expreſſe legauit pro dote, deinde paulo poſt aliam quantitatem adiecit, dicitur eadem de cauſa dotis addidiſſe.

59 Declaratur ſecundò, vt † habeat locum hic caſus, quando dos debetur purè, loco legitimæ ex diſpoſitione ſtatuti, vt ſæpe euenit : ſecus verò quando legatum in tempus nuptiarum fuit collatum, & ſub conditione, ſi nupſerit. Nam tunc cum legatum incipiat deberi eo tempore, quo & dos præſtanda eſt, compenſationi locus erit:quia tunc ſupponitur adeſſe debitum & creditum. Ita declarant Rui.in d.conſ.64. nu.7.lib. 2.& Phanucius in d.gloſſa.8.num.78.

60 Quartus eſt caſus † quando non ipſe teſtator verè & propriè eſt debitor, ſed impropriè, vt quando eſt debitor eius hęres, an hoc in caſu legatum ab ipſo teſtatore factum pręſumatur factum animo compenſandi cum eo, quod eius hęres debet. Hoc in caſu ſunt opiniones. Caſtren.in conſil.35. Videtur dicendum, quod vtrumque.col.2.verſic.ſed ad hoc reſpondetur.lib.2. reſpondit, pręſumi factum legatum animo compenſandi. Caſtrenſem ſecuti ſunt Ruinus in conſil. 138. col.2.lib.4. Crauet. in conſil.131. num.14. Ea ratione prima moti ij ſunt, quia nulla differentia eſſe videtur inter debitum
61 teſtatoris & debitum hęredis:ex quo teſtator † & hęres cenſentur vna & eadem perſona, §.1.in Auth.de iureiuran.à morien.pręſtit. Verùm reſponderi poteſt, hęredem quidem cenſeri eandem perſonam cum defuncto, ob id quod eum repreſentat, atque ita procedit text.d.§. 1. in Auth. de iureiuran.à morien.præſt.ſed non è conuerſo, cùm teſtator hęredem non repreſentet, cùm nil conſequatur ab eo, vt eius perſonam ſuſtinere videatur.

62 Secundò ea ratione adducti ſunt † Caſtr. & reliqui, quod non pręſumitur teſtator voluiſſe grauare hęredem duplici onere, iuxta.l. Titia.§. qui inuita.de leg. 2. Ergo animo compenſandi legaſſe dicitur. Hęc conſideratio vera non eſt, quandoquidem text.d.§. qui inuita, loquitur quando duplicatum illud onus alioqui proueniret ex eadem perſona teſtatoris, vt declarat in ſpecie Ruinus in conſ.74.nu.21.lib.2.qui (vt mox referam) aduerſus Caſtrenſem ſenſit.

Contrariam opinionem aduerſus Caſtrenſem & ſequaces probauit Ruinus in d.conſ.74.nume.20. lib.2.qui manifeſte cenſuit, Caſtrenſem malè reſpondiſſe:cùm verius ſit, hunc teſtatorem non reliquiſſe animo compenſandi : quæ quidem opinio mihi magis probatur. Ea eſt pręcipua ratio, quia illud debitum hęredis non eſt debitum ex cauſa hęreditaria proueniens, ſed ex ſua perſona.

Hęc opinio aduerſus Caſtrenſem multo magis locum haberet, quando ipſe teſtator fuiſſet debitor alicuius partis eius quod debet, & hęres à ſe inſtitutus:Nam tunc teſtator legando non pręſumitur legaſſe animo compenſandi loco ſui hęredis, ratio eſt, ne eadem res legata cenſeatur diuerſi iuris: nempè legata pro parte nomine proprio, & pro altera nomine hęredis, cõtra regulam.l.eum qui ędes.ff.de vſucap. Ita reſpondit Ruinus in d.conſ.74.nu.19.lib.2. Et ſimili in caſu ita arguit Soc.Iun.in conſ.79.numer.67.lib.13. quos ſecutus eſt Phannucius in d.gloſſa.8.num.80.

Declaratur hęc traditio primò, vt non habeat locum quando aliqua extat coniectura in contrarium:ſicuti in caſu Ruini in conſ.70.nu.4. & 5. lib.2. vbi teſtator legauit ad bonum computum (vt eius verbis vtar) iurium rerum & actionum, quæ erant inter eius hęredem & ipſum legatarium. Eſt ſanè euidens coniectura, teſtatorem voluiſſe relinquere animo compenſandi cum debito ſui hęredis. Poteſt etiam adferri illa coniectura, quando teſtator legaſſet, cauſa tollendi diſcordias inter ſuum ipſum hæredem & creditorem illum : Nam coniectura hinc ducitur, voluiſſe legare animo compenſandi. Ita reſpondit Corn.in conſ.115.nu...lib.4.quem ſecutus eſt Phannucius in d.glo.8.nu.81.& Corneum ſimpliciter probauit Crauet.in conſil.149.nume.3.& dicemus in ſubſequenti præſumpt.

63 Huius etiam caſus † exemplum adferri poteſt in fratre, qui propriè non tenetur dotare ſororem, quæ ex bonis patris habet, vt ſe dotet. Si ergò frater adminiſtrat bona ſororis, & ei legat, vel viuens cõſtituit dotem, præſumitur id feciſſe animo compenſandi cum legitima ei debita ex bonis patris ſui. Ita probat.l.vxorem.§.pater naturalis.de leg.3.Cor.in conſ.175. col.2.lib.4.& Craue.in conſ.131.in fi.

Potuiſſem hic non incongruo admodum loco recenſere eam diſputationem huic ſatis affinem quando donatio eſt facta inter viuos creditori neceſſario, an facta præſumatur animo compenſandi cum ipſo credito. Verùm quia eam habui diſputationem ſuperiore lib.præſump.142.vt loco congruentiori, quippè qui de contractibus eſt: Ea propter hic diſſerere ſuperſedeo.

## PRÆSVMPT. CX.

### Legatum factum creditori voluntarie, an & quando præſumatur factum animo compenſandi cum ipſo debito voluntario.

#### SVMMARIVM.

*1 Legatum factum creditori voluntario, an & quando animo compenſandi factum præſumatur.*

*2 Debitum voluntarium dicitur, quod habet cauſam & originem voluntariam.*

*3 Contractus ab initio ſunt voluntatis, licet ex poſt ſint neceſſitatis.*

*4 Lucrum dotis debitum ex pacto, nullo extante ſtatuto, dicitur voluntarium.*

*5 Debitum voluntarium oritur etiam ex quaſi contractu.*

*6 Hæres, qui ſucceſſit grauato onere fideicommiſſi cenſetur debitor voluntarius, & legatum ob id à ſe factum præſumitur factum animo compenſandi.*

*7 Debitor ex cauſa voluntaria quod legat creditori ſuo non præſumitur legare animo compenſandi cum ipſo credito.*

*8 Legatum factum à debitore voluntario ſimpliciter, ſi debitum erat qualificatum, non præſumitur relictum animo compenſandi cum debito voluntario.*

*Idem quando debitum erat in vna ſpecie, & legatum fuit factum in diuerſa.num 9.*

*Idem quando teſtator dixit, ſe relinquere iure legati.num.10.*

*11 Legatum dicitur quædam donatio.*

*12 Legatum non præſumitur factum animo compenſandi cum debito voluntario, quando teſtator legat ſuo debitori, quem maximè diligit.*

*Idem quando teſtator non erat ipſemet debitor, ſed alter.nu.13.*

*Idem, quando id, quod erat debitum, erat reuerſurum ad ipſum teſtatorem vel alterum, ſed non id, quod legabatur.nu.14.*

*Idem ſi teſtator dixit, ſe legare de bonis ſuis.num.15.*

*Idem, quando alia ſubeſſe poſſet cauſa quam compenſandi.nu.16.*

*17 Legatum factum à debitore voluntario non præſumitur factum animo compenſandi, quando non induceretur fatua iactatio ſui.*

*Idem quando debitum redderetur magis voluntarium ob arbitrium collatum in ipſum debitorem legantem.num.18.*

*Idem quando ex diſpoſitis colligitur, animum fuiſſe non compenſandi.num.19.*

*Idem quando debitum eſſet in diem vel ſub conditione.num.20.*

*Idem quando legatum venit alteri reſtituendum.num.21.*

*Idem quando legatum redderetur oneroſum & inutile, ſi compenſaretur cum credito legatarij.num.22.*

*23 Legatum præſumitur factum animo compenſandi cum debito voluntario, quando compenſatione reiecta, fatua eſſet iactatio.*

*Idem quando aliàs reſultaret inter filios vel filias teſtatoris inæqualitas.num.24.*

*25 Debitor voluntarius ſi legauit eandem ſpeciem quam legatario debebat præſumitur animo compenſandi reliquiſſe.*

*Idem quando quãtitas legata conuenit cũ quantitate debita.n.26.*

27 *Summa maior continet minorem.*
28 *Legatum præſumitur factum animo compenſandi cum debito voluntario, quando ex dictis in præfatione diſpoſitionis colligitur mens diſponentis, quòd voluerit compenſare.*
29 *Dicta in præfationibus declarant mentem diſponentis.*
30 *Legatum factum à debitore voluntario animo compenſandi factum præſumitur, quando teſtando dixit, ſe legare pro omni & toto eo, quod ipſe legatarius petere & conſequi poſſet.*
*Idem, quando teſtator iuſſit legatarium eſſe debere contentum legato ſibi relicto.num.31.*
32 *Teſtator, qui eſt debitor legatarij, ſi ei legando iuſſit eum eſſe tacitum & contentum legato, ſi legatarius acceptat legatum, nil amplius petere poterit, etiam ſi creditum ſuũ ſit maius legato.*
*Secus ſi deficiant illa verba, quòd nil amplius petere poſſit, quia compenſabit pro modo & quantitate crediti.num.33.*
33 *Teſtator cum legat pro euitandis diſcordijs & litibus præſumitur legaſſe animo compenſandi cum debito.*
*Quod procedit etiam ſi verba eſſent prolata poſt conditum teſtamentum.*
34 *Animo cõpenſandi præſumitur factum legatum à debitore quando ex verbis teſtamenti id colligi poteſt, vt ſi teſtator eodem teſtamento eidem aliquid legauit exprimendo ſe relinquere non animo compenſandi ſed donandi, & in alio legato nil dicat.*
35 *Legatum factum ad compenſationem debiti principalis & pro acceſſorijs præſumitur factum.*
36 *Idem iudicatur de acceſſorio quod de principali.*
37 *Acceſſorium cum ipſo principali dicitur eſſe quid indiuiduum.*
38 *Expreſſum id eſſe dicitur quod pendet ab eo quod vere expreſſum fuit.*
39 *Legatum factum animo compenſandi ex proprietate ſermonis deprehenditur, vt ſi teſtator dicat ſe recognoſcere debitum, deinde creditioni faciat legatum.*
40 *Verbum recognoſcere propriè ſignificat teſtatorẽ fateri ſe debitũ.*
41 *Tum animo compenſandi præſumitur factum legatum ex cauſa generali, vt ſi dixerit legare ob ſeruitia & obſequia à legatario recepta.*
42 *Compenſandi animo creditur factum legatum ſi aliàs verba legati eſſent ſuperflua.*
43 *Animo compenſandi præſumitur factum legatum ſi hæreditas aliter intelligendo redderetur damnoſa potius quàm lucroſa.*
44 *Legatum animo compenſandi factum præſumitur quando aliter interpretando teſtator prætuliſſet extraneos ſuæ agnationi.*
45 *Legatum præſumitur factum animo compenſandi ad euitandam præſumptam donationem, ſed contrarium verius.*
46 *Legatum præſumitur factum animo compenſandi, quando aliàs opus eſſet diſtrahere bona immobilia.*
47 *Facilius præſumitur grauatus is, qui habet facultatem præſtandi rem legatã, quàm ille qui nõ habet, ſed oportet vt eã redimat.*
48 *Legatum præſumitur factum animo compenſandi cum teſtator legat eadem de cauſa qua debet.*
49 *Legatarius acceptans legatum factum animo compenſandi tenetur compenſare niſi pro quantitate relicta.*

1 DE ſecundò illo capite † propoſitæ diſputationis
ſuperiore in præſumptione differẽdum nunc eſt,
quando ſcilicet teſtator legatum facit illi, cui ex
cauſa voluntaria aliquid debeat, an præſumatur
reliquiſſe legatum animo compenſandi? Hac in re explican-
dum prius eſt, quando debitum cenſeatur voluntarium. Et di-
2 cendum eſt † voluntarium dici, quando habet originem &
cauſam voluntariam: ſicuti contingit in debito cauſato à
3 contractu, qui ab initio † dicitur voluntatis, & ſi ex poſt ſit
neceſſitatis. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. & l. ſicut. C.
de act. & oblig. & in ſpecie ita ſcribunt omnes in l. ſi cum do-
tem §. ſi pater, ff. ſol. matr. & apertè Baldus in conſ. 58. in re-
4 ſtitutione. lib. 2. qui dixit, lucrum dotis † debitum ex pacto
nullo extante ſtatuto, eſſe debitum voluntarium. Ita quoque
ſimilibus in caſibus ad remque noſtram declarant Decius in
auth. præterea. numer. 11. C. vnde vir & vxor: alios recenſui in
conſil. 56 númer. 14. & in conſil. 162. Et illis accedunt Signo-
rolus in conſil. 62. num. 5. Didacus in cap. officij. num. 2. de te-
ſta. & Phanucius in commentariis de lucro dotis, in gloſſ. 8.
numer. 43. Cæteros de induſtria prætereo. Idem eſt in debito
5 cauſato ex quaſi † contractu, ſicuti in eo, qui ſine mandato,
negotia alterius geſſit. Hic enim ex quaſi contractu obliga-
tur: etiam in tutore, qui tutelam adminiſtrauit. §. 1. & 2. in inſtit.
de oblig. quæ ex quaſi contractu ori. ij ergo debitores,
vel creditores ex hoc quaſi contractu dicuntur voluntarij.
Cum ſua voluntate in eam obligationem inciderint. Ita re-
ſpondet in ſpecie Ang. in conſil. 277. Puncta ſunt col. vlt. &
Ruin. in conſ. 92. num. 5. lib. 5. Quod intelligit Angelus pro-
cedere quò ad obligationem, qua gerens obſtringitur ob ge-
ſtam adminiſtrationem: non autem quò ad obligationem qua
is, cuius negotia geſta fuerunt, adminiſtratori obligatur quo-
niam ea obligatio legis diſpoſitione inducitur præter factum
eius: & ſic efficitur neceſſarius debitor. Hæc declaratio, quam
probauit etiam Phanucius in præcitata gloſſ. 8. num. 90. ſo-
lùm procedit in eo quaſi contractu, qui non habet annexum
aliquod factum partis: ſicuti in eo, qui abſentis negotia geſſit:
& in ſimilibus aliis: ſecus vbi ex tacito conſenſu cauſata eſt
obligatio: cum tunc is ita conſentiens dicitur ſua voluntate ſe
obligare. Poteſt etiam adferri exemplum hoc de debito vo-
luntario ex quaſi contractu in hærede, qui alterius debitoris
hæreditatẽ adiuit. Nam hic hæres dicitur debitor volũtarius,
ex quo in ſua volũtate fuit adire, vel nõ adire hæreditatem. Ita
probat. l. Lucius Titius de leg. 2. & declarant Caſtren. in con-
ſil. 35. Videtur dicendum. lib. 2. Capra. in conſil. 29. numer. 3.
Corne. in conſil. 292. col. 2. lib. 1. Ronchegallus in l. 1. nume.
22. & num. 28. ff. de duobus reis. Crauet. in conſil. 131. numer.
14. Alban. conſil. 6. num. 6. 7. 8. & Phanucius in d. gloſſ. 8. nu-
mer. 89. Qui quidem intelligunt procedere reſpectu obliga-
tionis eius, ad quod non tenebatur teſtator ex aliqua cauſa
neceſſaria: ſecus vbi teſtator fuiſſet debitor neceſſarius, vt pu-
ta ad legitimam filij, nam tunc hæres, qui eius hæreditatem
adiuiſſet, ex qua aditione ipſe hæres obligatur ad legitimam,
dicitur etiam ipſe debitor neceſſarius. Ea eſt ratio, quia natu-
ra obligationis, quæ erat in anteceſſore, non immutatur ex
perſona ſucceſſoris, qui in idem ius ſuccedit, l. 2. §. ex his. de
verb. oblig.
Hinc intelligimus, erraſſe Corneum in d. conſ. 292. col. 2.
lib. 1. dum reſpondit hęredem, qui ſucceſſit patri obligato do-
tare filiam, cenſeri debitorem voluntarium, & ob id legatum
à ſe factum præſumi factum animo compenſandi. Et Cor-
neum in ſpecie reprehendit Crauet. in conſil. 131. num. 14. &
Hierony. Gabriel in conſ. 106. num. 5. & 6. lib. 1. Rectè au-
tem ſcripſerunt Alex. in conſil. 250. in fin. lib. 6. Deciſ. in con-
ſil. 425. col. pen. Neuiz. in conſ. 62. num. 23. & Didac. in c. of-
6 ficij. num. 2. de teſta. cùm dixerunt, † hæredem ſuccedentem
grauato onere fideicommiſſi dici debitorem voluntarium, &
ob id legatum factum fideicommiſſario, cui ſcilicet reſtitui
debent bona, factum cenſeri animo compenſandi: & ſimili in
caſu idem ſenſit poſt Fulgo. in conſil. 81. Alba. Cardinalis in
conſil. 6. num. 7. & 8. Diſſentiunt tamen à prædictis Paul. Ca-
ſtren. in conſil. 35. Videtur dicendum in quinto argumento.
lib. 2. & Iacobus Alba. in conſ. 17. num. 6. & 7.
7 His explicatis, † conſtituenda nunc eſt regula contraria
pręcedenti pręſumptioni, nempè, Debitorem ex cauſa volun-
taria legando creditori ſuo non præſumi tum legaſſe animo
compenſandi cum ipſo credito, ſed vt creditor vtrumque ha-
beat. Ita regulam conſtituunt omnes in l. ſi cum dotem. §. ſi
pater. ff. ſoluto matr. & in authen. pręterea. C. vnde vir & vxo.
Corne. in conſ. 288. num. 19. & apertius in conſ. 292. num. 2.
lib. 1. & alij, quos congeſſi in conſ. 56. numer. 13. lib. 1. Et illis
accedunt Neuiz. in conſ. 62. num. 22. Pariſius in conſ. 69. nu.
28. & in conſ. 95. num. 38. lib. 2. Ruin. in conſ. 92. num. 6. lib.
5. Didacus in cap. officij. num. 2. de teſta. Phanucius de lucro
dotis. glo. 8. num. 87. & Crauet. in conſ. 86. num. 1. & in conſ.
686. num. 2. Et creditur probari text. l. creditorem de leg. 2. l.
tutor. ff. de lib. lega. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. & l. vnicæ. §.
ſciendum. C. de rei vxo. actio. quem poſtremum locum, nem-
pe d. §. ſciendum. explicauit Cuiacius in lib. 3. obſerua. cap.
15. Et hęc quidẽ regula locum habet etiam in donationibus,
de quibus diximus ſupra in præcedẽti libro in pręſumpt. 142.
Hæc regula locum habet multò magis, quando conſtaret
aliquibus verbis, vel coniecturis, teſtatorem legaſſe animo
non compenſandi. Et multæ quidem ſunt coniecturæ.
8 Prima eſt, † quando debitum erat qualificatum, vt pro ali-
mentis,



mentis, vel dote, vel ſimili cauſa, legatum verè fuit factũ ſim-
pliciter. Hoc caſu præſumitur relictum animo non compen-
ſandi. Ita reſpondit Corneus in d. conſ. 292. col. 3. verſ. coad-
mittatur. lib. 1. & ſequitur ſimpliciter referendo Phanucium
in d. glo. 8. num. 92. His addo Iaſonem in conſ. 123. col. pen.
verſ. item vſusfructus. lib. 4. qui reſpondit, quod cùm maritus
conſtituiſſet viuens vſumfructum vxori ob cauſam eius dotis,
& ſic limitatè & qualificatè, & deinde in teſtamento ſimpli-
citer legaſſet eidem vſumfructum: reſpondit inquam Iaſon,
vſumfructum hunc ita ſimpliciter legatum non præſumi ani-
mo compenſandi cum altero vſufructu. Ego opinor hãc con-
iecturam ita intellectam non poſſe procedere. Cum conſide-
rari non poſſit debitum antecedens ſine ſua cauſa & quali-
tate. Et cum legatum eſt ſimpliciter factum, ita vnam cauſam
& qualitatem, ſicut & alteram poteſt comprehendere, ac illi
adaptari. Rectius forte hæc cõiectura poſſet procedere quan-
do legatum ipſum eſſet qualificatum: & illa qualitas differret
ab ea, quæ ineſt debito antecedenti. Nam tunc qualitas iſta
diuerſa adiecta legato ſuadet legatum eſſe factum animo non
compenſandi. Ita ſentit Neuiſ. in conſ. 62. nu. 24. poſt Bald. in
conſ. 224. In reſtitutione. lib. 2. & Alex. in conſ. 7. nu. 16. lib. 6.
9 Secunda eſt † coniectura, quæ ſuadet multò magis præſu-
mi animum non compenſandi, quando ſcilicet debitum erat
in vna ſpecie, & legatum fuit factum diuerſa: vel quando de-
bitum erat in quantitate, & legatum fuit factum in vna ſpecie.
Ita Bart. in l. huiuſmodi. §. ſi pater. de leg 1. & Bal. in l. ſi vxor.
C. de bonis aucto. iud. poſſid. & in l. filia legatorum. C. de le-
ga. & reſponderunt Alex. in conſ. 7. nu. 17. lib. 6. Corn. in conſ.
257. nu. 7 in conſ. 288. nu. 9. lib. 1. & in conſ. 292. col. 2. verſ.
tamen prout dixi. libr. 1. Soc. Iun. in conſ. 79. num. 112. lib. 3.
quos ſecutus eſt Phanucius in d. glo. 8. num. 94. His accedunt
multi, quos congeſſi in conſ. 56. nu. 12. & num. 51. lib. 1. & in
conſ. 151. nu. 24. & in conſ. 162. nu. 24. lib. 2. Hęc tamen con-
iectura locum non habet, quando teſtator dixit, ſe legare ob
eandem cauſam, vt ſi debebat cauſa dotis, & legando dixit, ſe
cauſa dotis legare. Ita Crauet. in conſ. 686. nu. 3. verſ. ſecundò
ratione, qui dixit, ſatis eſſet quod conueniat cauſa, & ſi lega-
tur ſpecies creditori quantitatis.
10 Tertia eſt † coniectura, vt ſi teſtator dicat, ſe relinquere
iure legati. Ita Corneus in d. conſ. 292. col. 3. verſ. item perſua-
11 detur libr. 1. Cum enim † legatum (ait Corneus) ſit donatio
quædam. l. legatum. de leg. 1. non poteſt dici relictum hoc eſ-
ſe ad compenſationem, quia alioqui donatio nõ eſſet. Et quia
ſuperfluo dixiſſet, iure legati: cùm ſatis fuiſſet dicere, ſe relin-
quere. Hæc coniectura, vt etiam rectè animaduertit Phanu-
cius in d. glo. 8. nu. 94. ver. item ſi teſtator, leuis admodum eſt:
tum quod omnes ſolent hac ſub forma legare: tum etiam quia
vbi non adeſſet illud verbum, iure legati: attamen ipſe locus,
vbi verba illa ſunt collocata, nempe inter legata, id ſuadaret.
Præterea repugnat quod reſpondit Crauet. in conſ. 301. nu. 1.
quod ſi teſtator dicat, ſe legare ſeu donare ob benemerita, &
ipſa benemerita in ſpecie non exprimuntur, præſumitur ani-
mo compenſandi reliquiſſe. Poſſet fortè defendi hæc conie-
ctura, quando teſtator adieciſſet, iure legati, & non alio iure,
& cauſa. Cum hæc verba non ſoleant communiter apponi, &
enixam magis diſponentis voluntatem ſignificarent. Vel ſi
dixiſſet, iure & titulo liberalitatis: vt de donatione verba fa-
ciens reſpondit Alex. in conſil. 12. col. 2. verſic. 2. corrobora-
tur. libr. 2. & conſil. 7. in fin. lib. 6.
12 Quarta eſt † coniectura, quæ magis ſuadet legatũ non fuiſ-
ſe relictum animo compẽſandi cum debito voluntario, quan-
do teſtator legat ſuo debitori, quem maximè diligit. Nã tunc
præſumitur voluiſſe legare animo, non compenſandi cum de-
bito: ſed vt liberalis erga eum eſſet. Ita Corn. in conſ. 288. col.
vlt. verſ. nec veriſimile, & in d. conſ 292. col. 3. verſic. iuuantur
etiam. lib. 1. & in conſ. 127. nu. 5. lib. 3. Soc. Iun. in conſ. 79. nu.
51. lib. 3. quibus non diſſentit Phanucius in d. glo. 8. num. 94.
verſ. item ex affectione, & ab his non diſſenſi in conſ. 56. nu.
8. & in conſil. 162. num. 25.
13 Quinta eſt † coniectura, quando teſtator non erat ipſemet
debitor, ſed alter. Ita Corn. in d. conſ. 288. col. vlt. ver. inſuper
non cadit. lib. 1. Soc. Iun. in conſ. 79. nu. 83. & nu. 112. lib. 3. qui
recenſet eiuſdem opinionis, & in ſpecie noſtra ſequitur Pha-
nucius in d. glo. 8. nu. 94. verſ. item quando teſtator non erat.
14 Sexta eſt coniectura, quando † id, quod erat debitum erat
reuerſurum ad ipſum teſtatorem, vel alterum ſed non id, quod
legabatur. Ita cenſuit Corn. in conſ. 288. col. vlt. verſ. item illi
erant lib. 1. quem ſecutus eſt Phanutius in d. gl. 8. num. 94. ver.
item quando, id loquitur Corn. de dote, quæ ad patrem erat
reuerſura. Et clariùs exemplum poteſt afferri, quãdo teſtator
legat ei, cui ipſe teſtator tenebatur reſtituere fideicom. l. Lu-
cius Titius. in prin. de leg. 2. & reſpondit Alex. in conſ. 250. in
fine. lib. 6.
15 Septima † coniectura eſt, quando teſtator dixit, ſe legare
de bonis ſuis. Nam tunc multò magis noſtro in caſu non pręſumitur
legaſſe animo compenſandi. Qua de re diximus ſupe-
riore præſumptione, & in ſpecie reſpondit Neuiz. in conſ. 62.
num. 32.
16 Octaua coniectura † eſt, quando alia ſubeſſe poteſt cauſa
quàm compenſandi. Nam tunc non præſumitur factum ani-
mo compenſandi. Ita ex Corneo in conſ. 210. nu. 5. lib. 1. colli-
git Phanutius in d. gl. 8. num. 94. verſ. item quando ex alia. Po-
teſt afferri clarius exemplum, vt ſi maritus legat vxori vſum-
fructum donec dotem non petierit, hic non præſumitur ani-
mo compenſandi relictum cum dote: ſed animo differẽdi exa-
ctionem dotis, vt probant. l. creditorem. de leg. 2. & d. l. vnica.
§. primum itaque. verſi. ſciendum. C. de rei vxor. actio. Quare
mortua ipſa vxore, dote non exacta, hæredes eam exigere po-
terunt. Alber. in auth. hic locum. num. 10. C. de dote cauſa non
num. & latè declarat Picus in l. Titia. §. Titia. numero 112. de
leg. 2.
17 Nona eſt † coniectura, quando non induceretur fatua ia-
ctatio ſui. Nam tunc non præſumitur animo compenſandi re-
lictum Ita reſpondit Corneus in conſ. 210. col. 2. ver. circà ſe-
cundum. lib. 1. quem ſecutus eſt Phanutius in d. gl. 8. num. 94.
verſ. item quando non induceretur.
18 Decima † coniectura eſt, quando debitum redderetur ma-
gis voluntarium, ob arbitrium collatum in ipſum debitorem
legantem. Nam tunc relinquendo plus vltra debitum præſu-
mitur reliquiſſe animo non compenſandi. Ita Corn. in conſil.
292. col. 3. ver. Non obſtat, quod Nicolaus. lib. 1. & ſi Phanu-
cius. in d. gl. 8. nu. 95. viſus eſt aliter Corneum intelligere.
19 Vndecima † coniectura eſt, quando ex diſpoſitis colligitur
argumentum à ſenſu contrario, animum fuiſſe non compen-
ſandi, ſicuti reſpondit Pariſius in conſ. 69. nu. 30. lib. 2.
20 Duodecima † coniectura eſt, quando adhuc non eſſet de-
bitor: vt quia debitum eſſet in diem, vel ſub conditione. Nam
tunc pręſumitur legatum animo nõ compenſandi. Ita Alex. in
conſ. 7. nu. 16. verſ. & tantò fortius. lib. 6. Et confert quod ſcri-
pſi in tertio caſu præſedentis pręſumptionis.
21 Decima tertia † coniectura eſt, quando legatum eſt alteri
reſtituendum. Nam & tunc pręſumitur relictum animo non
compenſandi. Ita reſpondit Capra in conſil. 143. nu. 5.
22 Decima quarta † eſt coniectura, quando legatum reddere-
tur oneroſum, & inutile, ſi compenſaretur cum credito lega-
tarij. Ne hoc ſequatur præſumitur factum legatum animo nõ
compenſandi. Ita reſpondit Decius in conſ. 425. nu. 14. quem
ſecutus ſum in conſ. 162. num. 26. lib. 2. vbi. num. 28. cum ſub-
ſequẽtibus ſcripſi, nec legatarium quidẽ acceptando legatum
ſibi pręiudicare: niſi ſcienter acceptauerit, & reſpondit Alex.
in conſ. 132. num. 2. lib. 2.
Receditur autem à pręlicta regula, non pręſumendę com-
penſationis legati cum debito voluntario, quando in contra-
rium extant coniecturę. Ita ſcripſerunt multi, quos infra refe-
ram, & pręſertim Abbas conſil. 81. colum. 2. libr. 2. Corne. in
conſil. 115. nume. 2. lib. 4. Didacus in cap. officij. in fine. de teſt.
Hiero. Gabriel conſ. 106. num. 8. & Craue. in conſ. 686. num.
3. quos ſecutus ſum in conſ. 56. num. 19. lib. 1.
23 Prima coniectura † eſt, quando compenſatione reiecta, fa-
tua eſſet iactatio. Nam tunc compenſandi animo legatum
præſumitur. Ita à ſenſu contrario colligitur ex Corneo in d.
conſ. 210. colum. 2. verſic. circa ſecundum. lib. 1. vbi reſpondit,
pręſumitur factum legatum, ſeu promiſſionem animo com-
penſandi cum creditore hæreditatis, qui ei renunciauit: ne
aliàs renunciatio eſſet ipſi promittenti inutilis: & fatua eſſet
promiſſio. Et Corneum ſecutus eſt Phanucius in d. gl. 8. nu. 95.
qui tamen hanc coniecturam duas eſſe exiſtimauit.
24 Secunda adferri † ſolet coniectura, qua pręſumitur factum

legatum animo compenſandi cum debito voluntario, quando ſcilicet alias reſultaret inæqualitas inter filios vel filias teſtatoris, vt putà ſi compenſatione legati non facta cum credito vnius filiorum, vel filiarum, ille plus cæteris haberet. Ita Comenſ. in conſil. 18. Corn. in conſ. 230. col. 3. verſ. pro qua concluſione. lib. 4 Ruinus in conſ. 86. nu. 12. lib. 2. idem egregiè in conſ. 92. nu. 8. lib. 5. & Phanucius in d. gl. 8. nu. 95. idem ſenſit Neuiz. in conſ. 62. nu. 14. Imò idem eſt in debito neceſſario, vt tradit poſt alios Soc. in tract. fallen. reg. 282. Pater. falle. 2. & dixi in ſuperiore præſumpt. in ſecundo exemplo. Eſt enim præſumptio à lege probata, quod pater velit obſeruare æqualitatem inter filios, qua de re ſuo loco diximus.

25 Tertia eſt coniectura, quando † teſtator legauit eandem ſpeciem, quam legatario debebat. Nam tunc illa ſpeciei vnitas coniecturam facit, quod reliquerit animo compenſandi. Ita reſponderunt Corneus in conſ. 257. nu. . . . in conſil. 288. nu. 4. lib. 1. & in conſ. 230. col. 3. nu. 5. lib. 4. Ruinus in conſil. 86. nu. 12. lib. 2. Soc. Iun. in conſ. 79. nu. 70. verſ. octauò prædicta. lib. 3. & idem eſt quando teſtator legaſſet partem ex illis bonis obligatis in ſpecie pro debito illo. Ita ſcripſi in conſil. 56. nu. 27. ex ſententia Bart. in l. frater à fratre. num. 43. ff. de cond. indeb. & Caſtr. in authen. præterea, vbi etiam Pepus. col. 44. num. . . . C. vnde vir & vxor. Verùm Neuiz. in conſil. 62. num. 29. intelligit, quando idem corpus erat obligatum pro credito ipſius legatarij. Et huius opinionis alios recenſet. Et Neuiz. vnum ſum ſecutus in conſ. 151. nu. 26.

26 Quarta † eſt coniectura, quando quantitas legata conuenit cum quantitate debita. Nam tunc præſumitur factum legatum animo compenſandi cum debita illa quantitate. Ita reſponderunt Corneus, Ruinus, ac Socinus ſuperiore coniectura relati. Idem cenſuerunt Caſtren. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. nu. . . . ff. ſol. matr. Comenſ. in conſil. 133. col. 1. Fulgo. in conſ. 81. col. 2. verſ. præterea & illud egregiè: Rui. in conſil. 223. nu. 2. lib. 1. Abbas in conſ. 81. in fin. lib. 1. & Crauet. in conſil. 149. num. 5. & in conſ. 301. in fin. quos ſecutus ſum in conſil. 56. num. 25. & idem reſpondit Crauet. in conſ. 686. num. 6. ſenſit Phanucius in d. glo. 8. num. 95. Viſus tamen eſt diſſentire. Soc. in tract. fallen. in verbo, pater aliàs eſt reg. 282. fall. vlt. Et diximus ſuperiore præſumpt. ſimile eſt quod decidit Vincentius Francus in deciſ. 69. nu. 5. & dixi ſuperiore libro in præſumpt. 121. Et idem eſt quãtitas legata maioris eſt ſummæ, quàm ſit ipſa debita, vt in ſpecie reſponderunt Comenſ. in d. conſ. 133. col. 1. & Corneus in conſil. 292. nu. 1. lib. 1. cum
27 † in maiori ſumma inſit & minor. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verb. oblig. idem reſpondit Cra. in conſ. 301. in fin. & in conſ. 686. nu. 3. verſ. idque locum. Verùm diſſentit Alcia. in reſp. 498. num. 5. verſic. maximè.

28 Quinta eſt coniectura, † quando ex dictis in præfatione diſpoſitionis colligitur mens diſponentis, quod ſcilicet voluerit compenſare. Ita Corneus in conſ. 210. num. 4. lib. 1. quem ſecutus eſt Phanucius in d. gloſſa. 8. num. 95. & idem cenſuit
29 Crauet. in conſ. 301. col. 2. Ea eſt ratio, quia † dicta in præfationibus declarant mentem diſponentis, l. vlt. ff. de hæred. inſtit. & copioſè alibi diſſerui.

30 Sexta eſt coniectura, quando † dixiſſet teſtator, ſe legare pro omni & toto eo, quod ipſe legatarius petere & conſequi poſſet. Nam tunc animo compenſandi præſumitur legaſſe. Ita reſponderunt Corneus in conſ. 344. in fine. lib 1. Ruinus in conſil. 60. num. 6. in conſil. 79. num. 8. & in conſil. 81. num. 7. lib. 2. Soc. Iun. in conſ. 173. num. 3. lib. 2. Durans in Tract. de arte teſtandi. in tit. de legatis. cautela. 5. nu. 3. & Crauet. in conſ. 149. nu. 3. & ſecutus ſum in conſ. 56. num. 36. lib. 1.

31 Septima eſt coniectura, † quando teſtator iuſſit legatarium eſſe debere contentum legato ſibi relicto. Nam tunc præſumitur ſibi legaſſe animo compenſandi. Ita reſponderunt Baldus in conſil. 84. Teſtamentum. lib. 2. Caſtren. in conſil. 166. licet iſta D. Liſa, num. 3. lib. 1. & in conſ. 193. ſuper iſto puncto. lib. 2. Capra in conſ. 29. numer. 8. Alex. in l. ſi compenſandi. C. de hæred. inſtitut. & in conſil. 132. num. 2. lib. 2. Ruin. in conſ. 166. num. 18. lib. 3. Afflictus in deciſ. 44. nume. 29. Durans in tract. de arte teſtandi. in tit. de legatis. cautela. 5. num. 3. Alciatus in reſp. 524. num. 7. & Crauet. in conſ. 131. in fin. & in conſ. 149. nu. 3. Et dixit Alcia. præcitato in loco, poſt alios,
32 quod ſi teſtator † voluit legatarium eſſe tacitum & cõtentum legato; & legatarius acceptat legatum, nil amplius petere poterit, etiamſi creditum ſuum ſit maius legato. Idem reſponderunt Alex. in d. conſil. 132. num. 2. lib. 2. & Soc. Sen. in conſ. 225. num. 1. lib. 2.

Cæterùm, deficientibus illis verbis, quod nil plus petere poſſit, legatarius compenſabit pro modo & quantitate crediti: reſiduum verò petere poterit. Ita Ruinus in conſ. 79. nu. 2. lib. 2. & in conſ. 92. num. 9. lib. 5. Et alios commemorabo in fin huius præſumptionis.

33 Octaua eſt coniectura, quando teſtator † legauit pro euitandis diſcordiis & litibus. Nam præſumitur legaſſe animo compenſandi cum ipſo debito. Ita reſpõdit Corneus in conſil. 115. num. 2. lib. 4. quem ſecutus eſt Crauet. in d. conſ. 149. num. 3. & num. 11. verſ. nona coniectura. Idem cenſuit Afflictus deciſ. 44. nu. 27. verſ. vndecimò. & num. 29. verſ. decimoquartò. Et eo in loco ſcripſit Afflict. idem eſſe quando hæc verba eſſent prolata poſt cõditum teſtamentum, & ſimile eſt quod diximus in ſuperiore præſumptione in quarto caſu.

34 Nona eſt coniectura quando ex dictis † in aliis partibus teſtamenti colligeretur mens, & animus teſtatoris, vt ſi teſtator in aliqua parte teſtamenti eidem legatario aliquid reliquit, exprimendo ſe relinquere non animo compenſandi ſed donandi: vel quòd ſimile dixit. Deinde in alio legato nihil horũ expreſſit. Nã ex hoc colligitur voluiſſe relinquere animo cõpenſandi: quia ſi noluiſſet cõpenſari ita id expreſſiſſet hac in parte, ſicuti expreſſit in altera. Ita reſpondit Crauet. in conſ. 149. num. 4. & præter eum Soc. Sen. in conſ. 10. numer. 25. & 26. lib. 1. Et ij ambo ea ratione vtuntur, quod ſi noluiſſet teſtator compenſari, in hac parte facile potuiſſet exprimere, iuxtà l. vnicam. §. ſin autem ad deficientes. C. de cad. toll. Idem ſenſit Pariſ. in conſ. 69. num. 31. lib. 2.

35 Decima eſt coniectura, quando legatum eſt factum † ad compenſationem debiti principalis: Nam & pro acceſſoriis præſumitur factum. Ita reſpondit egregiè Crauet. in conſil. 149. num. 6. quem ſecutus ſum in conſ. 56. num. 33. & 34. Quo loci reſpondi in ſimili caſu cum ipſo Crauetta: quando ſcilicet maritus recepta dote, & paraphernalibus ab vxore, deinde ſuo in teſtamento recognoſcit dotem ipſam, vel aliter legat animo compenſandi cum ipſa dote, præſumitur etiam legaſſe animo compenſandi cum ipſis paraphernalibus acceſſoriis ad dotem.

36 Quæ coniectura ea ratione confirmatur, quod idem † iudicamus de acceſſoriis quod de ipſo principali. leg. cum prin-
37 cipalis. de reg. iuris. Et acceſſorium † cum ipſo principali dicitur eſſe quid indiuiduum, vt docuit Bart. l. Græcè. §. illud. num. 4. ff. de fideiuſſ. Et prætereà, vt rectè dicebat Crauet. in d. conſ. 149. num. 8. non poteſt reddi ratio diuerſitatis, quare ad principale, & non ad acceſſorium debeat referri. Rurſus,
38 quia ſatis expreſſum † dicitur quod ſequitur, vel dependet ab eo, quod verè expreſſum fuit, vt ſcribunt Baldus in l. vnica. colum. vltim. C. de iis, qui ante apertas tab. & Decius in conſil. 15. col. vltim. Cum ergo acceſſoria pendeant à principali, cenſentur ita expreſſa, vt & illa ſunt. Ita arguit Crauet. in d. conſil. 149. nume. 11. Et quia ita interpretando vtrique caſui eſt ſatisfactum, vt dicebat ipſe Crauet. ibidem num. 13.

39 Vndecima coniectura eſt, quæ colligitur † ex proprietate ſermonis, & verborum, ſicuti quando teſtator dicit, ſe recognoſcere debitum eius, cui deinde fecit legatum. Nam ver-
40 bum † recognoſcere propriè ſignificat, teſtatorem fateri ſe debitorem, & velle ob eam cauſam legare. Ita Crauet. in d. conſ. 149. nu. 7. & nu. 11. verſ. decima coniectura.

Duodecima coniectura eſt, quæ colligitur ex cauſa gene-
41 rali † allegata in legato: vt puta ſi teſtator dixiſſet, ſe legare ob ſeruitia, & obſequia ab ipſo legatario aliquando accepta. His enim verbis videtur incluſiſſe omnem iuſtam cauſam debendi. Ita egregiè conſiderat Afflictus in deciſ. 44. nume. 10. qui multis comprobat; Decidit ibi Afflictus, quod ſi maritus legauit vxori pro ſeruitiis, & obſequiis ab ea acceptis: cenſeri legaſſe animo compenſandi cum fructibus bonorum paraphernalium quos ipſe maritus perceperat: & ad quorum reſtitutionem tenebatur: Et idem reſpondit Craue. in conſ. 301. num. 1. Et hanc coniecturam confirmat idem Afflictus in d. deciſ. 44. nu. 23. & ſi nouam coniecturam ipſe faciat, quæ tamen eſt ratio huius coniecturæ noſtræ.





42 Tertiadecima † coniectura eſt, quando aliàs verba legati eſſent ſuperuacanea ſi non ſignificarent animo compenſandi fuiſſe legatum, vt conſiderat Afflictus in d. deci. 44. nu. 19.

Decima quarta coniectura colligitur quando ſi legatum cenſeretur factum animo non compenſandi & deberet illud
43 præſtari vnà cum ipſo debito, hæreditas † redderetur, potius damnoſa quàm lucroſa: vel eſſet valdè exauſta. Nam tunc præſumitur facta animo compenſandi. Ita decidit Afflictus in deciſ. 44. num. 21. & ibidem num. 25. adfert aliam coniecturam quæ tamen eſt ratio hanc noſtram confirmans.

Decimaquinta coniectura ſumitur ex eo, quod ſi diceremus legatum non fuiſſe factum animo compenſandi, teſtator
44 † prætuliſſet extraneos ſuæ agnationi: Ne ergo id dicamus præſumitur feciſſe animo compenſandi. Ita Afflictus deci. 44. num. 22. & num. 27. comprobat alia coniectura, quæ eſt ratio hanc noſtram comprobans.

45 Decimaſexta cõiectura eſt, quando alia † eſſe poteſt interpretatio & coniectura, quàm donationis illa ſumi debet. At hic adeſt alia cauſa, nempè debiti donationis ſicque legati. Ergo coniectura hæc ſumi debet, quod animo compenſandi legauerit. Ita Afflictus in d. deciſ. 44. num. 24. Et eandem coniecturam facit Crauet. in conſ. 149. nu. 9. Cæterùm viſum mihi ſemper fuit veram non eſſe hanc coniecturam: quippè quæ repugnare videtur. l. creditorem. de lega. 2. & his ſimilibus, in quibus præſupponitur, teſtatorem legaſſe ſuo debitori: atque ita ibi potuit alia ſubeſſe cauſa quàm donationis. & legati.

Decimaſeptima coniectura eſt, quando ſi diceremus non
46 animo compenſandi fuiſſe legatum opus † eſſet diſtrahere bona immobilia ſine quorum diſtractione hæres non haberet facultatem ſoluendi vtrumque nempè legatum, & debitũ: Et ideò ne ſequatur hæc diſtractio præſumitur factum legatum animo compenſandi. Ita Afflictus in d. deciſ. 44. num. 28.
47 Ea ratione etiam motus, quod facilius † præſumatur grauatus is, qui habet facultatem præſtandi rem legatam quàm ille, qui non habet, ſed oportet, vt eam redimat. l. vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. 2.

48 Decimaoctaua eſt coniectura, quãdo teſtator legauit † eadem de cauſa, qua debet: vt ſi eſt debitor dotis, & legat centũ nomine dotis, legaſſe præſumitur animo compenſandi cum eo debito dotis. Ita reſpondit Ruinus in conſ. 222. num. 4. lib. 1. poſt. poſt Bartolum, & Alex. in d. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. 1. idem reſponderunt Comenſ. in conſ. 18. & Crauet. in conſ. 686. num. 3. & attigi ſupra.

Illud poſtremo loco obſeruandum eſt, quod quando lega-
49 tum † eſt factum animo compenſandi, & legatarius acceptat legatum, non tenetur compenſare, niſi pro quantitate ſibi relicta. Ita declarant Caſtr. in l. creditorem. in fi. de leg. 2. Alex. in conſ. 132. num. 2. & lib. 2. & Ruinus. in conſ. 79. num. 2. lib. 2. & in conſ. 92. num. 9. lib. 5. & ſuprà attigi.

## PRÆSVMPT. CXI.

### Legatum Ciuibus factum quando ipſi ciuitati factum præſumitur?

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum ciuibus an præſumatur relictum contemplatione ciuitatis, vel ei, vel ſingulis ciuibus.*
2 *Relinquere ciuitati olim non fuiſſe permiſſum.*
3 *Relinquere collegijs olim non licuiſſe.*
4 *Relinquere ciuitati hodie permittitur.*
5 *Legare collegijs nunc conceſſum eſſe.*
6 *Legatum ciuibus ciuitatis vel fideicommiſſum datum ciuitati relictum videtur.*
7 *Legatum factum adminiſtratoribus ciuitatis præſumitur relictum ipſi vniuerſitati.*
8 *Legatum factum adminiſtratori non cenſetur factum ciuitati quando extant adminiſtratoris benemerita.*
9 *Legatum adminiſtratori non præſumitur factum ciuitati cum adminiſtratores ſunt vocati proprijs nominibus.*
10 *Legatum factum non omnibus adminiſtratoribus, ſed aliquibus ex eis non cenſetur factum ciuitati.*
11 *Legatum adminiſtratori non præſumitur factum ciuitati quando qualitas rei legatæ id ſuaderet.*
12 *Legatum factum adminiſtratoribus quòd conſtat factum contemplatione ciuitatis præſumitum relictum ciuitati.*
13 *Legatum ciuibus indiffinitè factum, vel omnibus ciuibus præſumitur factum ciuitati.*
14 *Ciuitas quid ſit ſecundum Ciceronem.*
15 *Ciuitatis diffinitio ſecundum Iſidorum.*
16 *Ciuitas & vrbs quomodo inter ſe differant ex Nonio Marcello.*
17 *Vniuerſitatis quæ ſunt, non poſſunt dici ſingulorum.*
18 *Butrij ratio in cap. requiſiſti. de teſta. reiecta.*
19 *Abbatis, & Soc. ratio reprobatur.*
20 *Legata ſiunt ob merita præcedentia.*
21 *Legatum ciuibus factum non præſumitur factum vniuerſitati ſi non omnibus ſed aliquibus tantum fuit relictum.*
22 *Legatum ciuibus relictum expreſſis eorum nominibus non præſumitur ciuitati relictum.*
23 *In Ciuitate numeroſa impoſſibile eſt omnia ciuium nomina teſtatori eſſe nota.*
24 *Legatum ciuibus factum præſumitur factum ad eorum vtilitatem non vniuerſitatis, cum vniuerſitati legare prohibitum eſt.*
25 *Legatum ciuibus relictum particularibus debetur ſi expreſſa in eo ſit cauſa, quam ſingulos reſpiciat.*
26 *Legatum factum ad inſtruendum forum, theatrum ſtudium &c. vniuerſitatum reſpicit.*
27 *Legatum ad epulum, vel ad alimenta ſenibus vel pueris præſtanda ſingulorum vtilitatem reſpicit.*
28 *Pomponij reſponſum in l. ſi tibi puer. de lega. 3. ibi ad viſcerationem, explicatur.*

1 DVBITARI ſolet an † legatum ciuibus præſumatur relictum contemplatione ciuitatis, vt ei, vel ſingulis ciuibus acquiratur.

Priuſquam hoc exponatur dicendum eſt, olim
2 † permiſſum non fuiſſe relinquere ciuitati: quemadmodum teſtatur C. Plinius ſecũdus in lib. 5. epiſtolarum ad Caluiſium, his verbis: *Nec hæredem inſtitui, nec præcipere poſſe Rempub. Conſtat. Saturnius autem, qui nos reliquit hæredes quadrante, præceptionem quadragentorum millium dedit. Hoc ſi aſpicias, irritum, ſi defuncti voluntatem, ratum & firmum eſt.* Ita & collegiis relinque-
3 re † olim conceſſum non erat. l. cum ſenatus. ff. de reb. dubiis. id quod fortè fuerat ſancitũ, vel ne teſtatores ambitione quadam relinquendi plus æquo hæredes grauarent, vel ne in diuidendis inter ciues relictis orirentur tumultus & ſeditiones, quemadmodum temporibus illis. C. Gracchi & aliorum in re agraria exortæ ſunt.

4 Cęterùm hodie relinquere ciuitati † permiſſum eſſe reſpõderunt Paulus in l ciuitatibus. in prin. de leg. 1. & Papinia. in l.
5 2. ff. de reb. dubiis. ſicuti eſt etiam conceſſum † legare collegiis, vt auctor eſt idem Paulus in d. l. cum ſenatus. Porrò dubitatio hic eſt, an legatum ipſi ciuitati, vel ciuibus præſumatur contemplatione & intuitu ipſius vniuerſitatis relictum, vt ipſi vniuerſitati, & non ſingulis acquiratur, vel è contra? Diſtingui ſolent duo caſus, quemadmodum duæ ſunt interpretationes
6 reſponſi Papiniani in d. l. 2. ff. de reb. dubiis cuius † verba hæc ſunt: *Ciuibus ciuitatis legatum, vel fideicommiſſum datum, ciuitati relictum videtur.* Intelligunt aliqui legatum hic fuiſſe ciuitatis adminiſtratoribus, quales ſunt Decuriones, vt ipſi vniuerſitati & non ſingulis cenſeatur factum. Alij verò interpretantur, relictum fuiſſe abſolutè ipſis ciuibus, vt ſingulis. Duos itaque caſus diſtinguunt Doctores: Nos tres conſtituimus.

7 Primus eſt, quãdo † legatum factum eſt adminiſtratoribus ciuitatis. Hoc caſu præſumi relictum ipſi vniuerſitati, non autem ipſis adminiſtratoribus, ſcripſerunt Petrus, Cynus, & Albericus in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccle. Caſtren. in d. l. 2. de reb. dubiis. & ibidem Soc. nu. 5. & nu. 7. Quorum traditio non probat d. l. 2. cùm non modò ſenſus iſte diuinet, ſed etiam repugnet verbis Papiniani, qui ciuibus relictum dixit, non autem adminiſtratoribus. Quemadmodum nec ad rem pertinet reſponſum Scæuolæ in l. Lucius. §. ciuibus. de legat. 2. quod à Socino & aliis afferri ſolet. Rectius itaque ea ratione probatur, quod cum ſub officij nomine legatum fuerit adminiſtratoribus, relictum cenſetur repræſentantibus

ipſam ciuitatem, atque ita ciuitatis contemplatione & intuitu: ſicuti quando Prælato eccleſiæ relinquitur. cap.requiſiſti.de teſta.qua de re diſſeremus infra in præſumptione ſubſequenti.

8 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quando extitiſſent benemerita ipſorum adminiſtratorum erga teſtatorem. Nam tunc eorum contemplatione, vt ſibi acquiratur, relictum præſumitur. Ita in ſpecie declarat Socinus in d.l. 2.nume.7.verſic.quam concluſionem, qui idem eſſe cenſuit, quando adminiſtratores erant vel affinitate, vel arcta amicitia coniuncti, qua de re diſſeremus in ſubſequenti præſumptione in primo caſu, & in prima declaratione ſecundi caſus.

9 Declaratur † ſecundò, vt non procedat, quando legatum eſt adminiſtratoribus expreſſis proprijs eorum nominibus. Nam & tunc acquiritur ipſis adminiſtratoribus. Ita declarat Socinus in d.l.2.num.7.verſ.ſecundò limita.

Cæterùm dubia admodum apud me eſt declaratio hæc ex his, quæ dicemus in ſubſequenti præſumptione in prima extenſione ſecundi caſus & in præſumptione ab hac ſecunda infrà in ſecundo caſu.

10 Declaratur † tertiò, non habere locum, quando legatum fuit factum non omnibus ipſis adminiſtratoribus, ſed aliquibus ex eis tantùm. Hoc ſanè caſu præſumitur relictum eorum contemplatione, ſicque eis acquiritur. Ita in ſpecie declarat Socinus in d.l.2.num.7.verſ.tertiò limita ff.de reb.dubiis. Et comprobatur hęc declaratio ex his, quę dicemus infra in pręſumptione ab hac ſecunda in tertio caſu.

11 Declaratur † quartò, vt non procedat, quando qualitas rei legatæ ſuaderet eſſe relictum contemplatione ipſorum adminiſtratorum. Ita Socinus in d.l.2. numer.7.verſ.quartò & vltimò limita. Quam traditionem comprobant quę dicemus infra in ſubſequenti præſumptione in ſecunda declaratione primi caſus, & in tertia declaratione ſecundi.

12 Secundus eſt caſus, quando † legatum eſt factum ciuitatis adminiſtratoribus, & cõſtat eſſe relictum ipſius ciuitatis contemplatione, iuxta ea, quæ in præcedenti caſu diximus, ſed ambigitur, an ita ſit relictum ciuitati, vt in vniuerſum acquiratur ipſis ciuibus, vel vt ſingulis? Hunc caſum non explicauit Socinus in d.l. 2. Exiſtimo præſumi relictum, vt ipſi vniuerſitati, non autem ſingulis acquiratur. Cum adminiſtratores non ſingulos ipſos ciues, ſed imaginarium ipſius ciuitatis corpus repræſentent ſicuti à fortiori relictum ciuibus, qui ciuitatem referunt & conſtituunt, vt mox dicemus, præſumitur relictum ipſi vniuerſitati, & non ſingulis.

13 Tertius eſt caſus, quando † legatum eſt factum ciuibus indefinitè, vel omnibus ciuibus. Hoc in caſu præſumitur legatum ipſimet ciuitati, vt vniuerſitati, non autem, vt ſingulis ciuibus acquiratur. Ita Socin.in d.l.2.nu.6.& num.8. de rebus dubiis, poſt Butrium & Abbatem in c. requiſiſti.de teſta.vbi idem affirmarunt Imola nu... & Barbatia. nu. 22. Qui enim relinquit ciuibus relinquere dicitur ciuitati: Cùm ciues ipſi
14 ciuitatem conſtituant: & nil aliud † eſt ciuitas quàm ciuium cœtus iure ſociatus, auctore M. Cicerone in ſomnio Scipionis, cuius verba adſcripſi. *Nihil eſt illi principi Deo, qui omnem mundum regit, quàm concilia cœtusq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur.* Iſidorus verò lib.5. Etymologiarum diffi-
15 nit; *ciuitatem eſſe † hominum multitudinem ſocietatis vinculo adunatam ad iure viuendum, dictam à ciuibus, ideſt ab ipſis incolis vrbis, pro eo, quod plurimorum conſtituat, & contineat vitas. Nam vrbs ipſa mœnia ſunt, ciuitas autem non ſaxa, ſed habitatores vocatur.* Hactenus Iſidorus, cui adſtipulatur Nonius Marcellus, qui hanc
16 pariter differentiam † conſtituit inter vrbem & ciuitatem: Vrbs eſt ædificia; ciuitas incolæ. Quod ergo ciuitati relictum eſt, non ſingulorum eſt ciuium, ſed vniuerſitatis: cum ea, quæ
17 † vniuerſitatis ſunt, ſingulorum dici non poſſint: nec quod vniuerſitati debetur, ſingulis debetur. l.in tantum. §.1.ff.de rerum diuiſ.& l.ſicut.§. ſi quid.ff. quod cuiuſque vniuerſ.nom.

Cæterùm, quod cum nomen hoc, ciuibus, poſſit intelligi etiam, vt ſinguli ciues ſignificentur, vnde factum eſt, vt in d.l. 2.ff. de rebus dubiis dixerit Papinianus, legatum ciuibus factum videri legatum ciuitatis. Rationem primam conſidera-
18 uit Butrius † in cap.requiſiſti de teſta.à qua non diſſentit Socinus in d.l.2.nu.6. quia legatum nullius eſſet vtilitatis, ſi diuideretur inter ipſos ciues. Quæ ratio perpetua non eſt. Nam vel ciuitas nõ multorum ciuium eſſe poſſet, vt dicebat etiam Socinus, vel legatum adeò ingentis ſummę, vt commodè poſſet diuidi, vt aliquando Romæ obſeruatum fuit: ſicuti infrà declarando.l.ciuitatibus.in princ.de leg.1. dicemus. Secunda
19 eſt ratio ab eodem Socino † poſt Abbatem præcitato in loco conſiderata, quod ideò ciuitati factũ dicitur, quia ciues, quibus eſt legatum, repræſentant ipſam ciuitatem. Sed & hæc ratio leuis eſt: cum nil aliud ſit ciuitas quàm ipſi ciues, & è contra. Et propterea ſicuti ciues repręſentant ciuitatem: ſic & ciuitas ipſos ciues. Tertia itaque ratio eiuſdẽ Soc.prædicto in
20 loco eſt, quod † cum legata fiant ob merita pręcedentia l.nec adiecit.ff. pro ſocio, etiam ob affectionem ſeu dilectionem l.qui filiabus, de leg.1. Ea ſanè merita & dilectio conſiderari non poſſunt in ſingulis ciuibus: Cùm incredibile ſit, teſtatorem ſingulos ciues æquè dilexiſſe. Non enim æquè dilexit ignotos ac notos: Et ex notis non ita dilexit extraneos, vt affinitate, vel amicitia coniunctos. Diuerſum eſt erga ipſammet ciuitatem & patriam; quam vnuſquiſque ciuis bonus diligit, & facilè merita ab illa conſequi poteſt.

21 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat, quando legatum eſt non omnibus ciuibus ſed quibuſdam tantùm. Nam tunc nõ cenſetur relictum vniuerſitati: ſed ipſis particularibus, vt eis acquiratur. Ita Caſtr.in d.l. 2.ff.de rebus dubijs & ibidem Soci.nu.8.verſ.Quam concluſionem. Et ij afferunt illud ſimile de legato facto quibuſdã ex canonicis: qua de re dicemus infra in præſumptione ab hac ſecunda in ſecundo caſu, vbi alijs ſimilibus comprobabimus.

22 Declaratur † ſecundo, vt non procedat hic caſus, quando legatum eſt factum ciuibus expreſſis proprijs eorum nominibus. Ita poſt Io. Andreę & Cardinalem declarat Socinus in d.l.2.nu.8.verſ.2.limita.ff.de reb.dubijs. Verum non ſatis euenire poſſe videtur hæc declaratio: cum impoſſibile penè
23 ſit, quod in ciuitate † præſertim numeroſa, vt animaduertit Barbat.in d.c.requiſiſti. nu. 22. habeat teſtator nota nomina omnia ciuium. Crediderim declarationem hanc poſſe ſic intelligi, quando teſtator enumeraſſet multos ciues nomine proprio, & deinde ſic ſubiunxiſſet, & reliquis omnibus ciuibus, quorum nomina propria ignoro.

24 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat hic caſus, quando prohibitum eſſet relinquere vniuerſitati. Nam tunc præſumitur relictum ſingulis. Ita in ſpecie declarat Soci.in d.l.2. num 8.verſ.3.& vltimò.ff.de rebus dubijs, motus ſimili traditione Bart.in l.cum ſenatus.ff.eo. de rebus dub.vbi idem Soc. nu.2.& nu.6.cùm dixerunt, quod cum collegio iudæorũ legare permiſſum non ſit, ſingulis verò liceat, legatum iudæis factum, intelligitur vt ſingulis, & non vt vniuerſitati. Eandẽ ſententiam probauit Henric. Boic in c.nos quidẽ.in fi. de teſta.

25 Declaratur † quartò, vt non habeat locũ hic caſus, quando in legato expreſſa eſt aliqua cauſa, quæ reſpiceret ſingulos ipſos ciues: atque ita ſignificaret pro ſingulorum vtilitate factũ fuiſſe legatum. Sicuti in caſu.l.ciuitatibus.in princip.ff.de leg. 1.quo loci Paulus reſpõdit, ciuitatibus legari aliquando quo ad ornatum: aliquando ad honorem. Ad ornatum putà quod
26 ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium legatum fuerit. Hęc enim vniuerſitatem ipſam reſpiciunt. † cuius propriè ſunt ſtadium, theatrum, forum. l.in tãtum.§.1.ff.de rerum diuiſ. Quod ergo legatum eſt ad ornatũ ciuitatis, nõ ſingulorum, ſed vniuerſitatis efficitur. Ad honorem (ſubiunxit Paulus) puta quod ad munus edendum, venationémve, ludos ſcenicos, ludos circenſes, (de hic ac aliis multis copioſè diſſerit Alex. ab Alex. in lib.6.dierum genial cap.19.) Aut quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium, vel epulum relictum fuerit. Hoc quod Paulus dixit, ad diuiſionem ſingulorum ciuium, ſingulorum commodum & vtilitatem reſpicit, quemadmodum & Martianus paulò ſuprà in l.ſi quid relictum.eod.tit.de leg.1.dixerat, legatum factum ciuitatibus in diſtributionem valere, dixit, in diſtributionem, hoc eſt, vt inter ciues diuideretur. Conſueuerãt antiqui illi opulenti Romani, vel ad ſui nominis gloriam, vel patriæ amore incenſi legare, vt inter ipſos ciues diuideretur ingens illa quantitas, quam relinquebant. Quæ ſanè diuiſio ab electis diuiſoribus per ſingulas tribus fieri ſolebat, quẽadmodũ Aſconij & aliorũ auctoritatib. reſponſum Pauli explicans,

ſcriptum



ſcriptum reliquit ex noſtris benè eruditus Iacobus Ræuardus
27 in lib.2.variorum.c.16 ſingulorum † etiam vtilitatem reſpiciebant legata illa, quæ (vt idem Paulus reſpondit in d.l.ciuitatibus) relinquebantur quod ad epulum, vel quod in alimẽta infirmę ætatis diſtribuerẽtur, puta ſenioribus, vel pueris, puelliſque. Id quod & paulò ſuprà dixerat Martianus in d.l.ſi quid relictum, his verbis, ſiue in alimenta, vel in eruditionem puerorum. ij poſtremi, qui in alimenta, vel eruditionem relinquebant, inter liberales: qui verò ad epulum inter prodigos, cum Cicerone in ſecundo de officiis cõmemorari poſſunt. Et quod ad epulum legari dixit Paulus, ad viſcerationẽ reſpondit Põponius in l.ſi ſibi purè † de leg.3.ſicuti egregiè expoſuit & li-
28 teram reſtituit Anto. Auguſt.in li.4.emenda.c.1. & Auguſtini nomine ſuppreſſo, Fran. Hotomanus in commentariis verborum iuris, in verbo, viſceratio. Hæc ſanè legata ad ſingulorum ciuium vtilitatem pertinere facilè eſt ſcire ex Bart.& aliis in l.in tantum.§.1.ff.de rerum diuiſ.ac ex his, quæ copioſè diſſerui in lib.2.de arbitrariis iudicum. Caſu.106.nu.13.

## PRÆSVMPT. CXII.

### Legatum Eccleſiæ Epiſcopo alterivè Prælato, an & quando contemplatione Eccleſiæ vel perſonæ factum præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum Eccleſiæ rectori, an Eccleſiæ vel perſonæ contemplatione relictum præſumatur.*
2 *Legatum ei acquiritur, cuius contemplatione relictum eſt.*
3 *Legatum ſi factum eſt Prælato Eccleſiæ ſanguine coniuncto ipſi teſtatori, contemplatione ipſius prælati factum præſumitur.*
*Idem ſi teſtator legauit prælato, atque ita nomine appellatiuo, nomine proprio non expreſſo.nu.6.*
4 *Anima cæteris omnibus eſt præferenda.*
5 *Legatum factum pauperi ſanguine coniuncto præſumitur relictum non ob paupertatem, ſed ob ſanguinis affectionem.*
7 *Legatum factum prælato Eccleſiæ, in quo expreſſa fuit aliqua cauſa, quæ Eccleſiam vel animæ fauorem reſpicit, intuitu Eccleſiæ factum præſumitur.*
*Idem quando legata fuiſſet res conueniens Eccleſiæ.nu.8.*
9 *Donata vxori cenſentur donata contemplatione eius, cui conueniunt res ipſæ donatæ.*
10 *Legatum relictum Eccleſiæ prælato, qui nil proprium habere poteſt in particulari, contemplatione Eccleſiæ factum cenſetur.*
*Idem ſi prælatus eſt extraneus ipſi teſtatori.nu.11.*
*Et idem ſi ſit legatum prælato extraneo eius proprio nomine expreſſo.nu.12.*
13 *Dictio, quoquomodo, idem quod omnimodo ſignificat, & habet vim taxatiuæ, quæ alios caſus excludit.*
14 *Legatum ob legatarij merita & affectionem fieri ſolet.*
15 *Legatum factum rectori extraneo tunc contemplatione eius præſumitur relictum, & non Eccleſiæ, quando is fuit arcta amicitia coniunctus ipſi teſtatori.*
16 *Donatum à Principe legatis, quos beneuolentia proſequebatur, eorum contemplatione donatum præſumitur.*
17 *Legatum factum Rectori Eccleſiæ benemerito de ipſo teſtatore, contemplatione ipſius præſumitur factum, & non Eccleſiæ.*
*Idem quando legatæ fuiſſent res, quæ non conuenirent Eccleſiæ, ſed perſonæ tantum.nu.18.*

1 DISPVTATIO † vtilis, & frequens eſt: quæ à præcedenti non multum diſtat: quinimò ab ea penè deſcendit, an legatum Eccleſiæ Rectori, Eccleſiæ vel perſonæ contẽplatione relictum præſumatur? Eſt ſanè vtilis diſputatio, cum cer-
2 tum ſit, legatum ei acquiri † cuius contemplatione eſt relictũ: quemadmodũ de donatione diximus ſuperiore libro in præſump.27. Et in ſpecie noſtra dicimus pariter, quod ſi legatum acquiritur Eccleſiæ, Prælatus alienare rem illam non poterit. auth.licentiam.C.de ſacroſan.Eccl.& ad rem tradit Alciatus in Tract.de præſumptio.reg.1.præſump.28.nu.1. Hac in diſputatione duos caſus diſtinguo atq; cõſtituo, ſicuti duas concluſiones propoſuit Soci.in leg.2.num.14.ff.de rebus dubiis.

3 Primus eſt caſus, quando † legatum eſt factum Epiſcopo ſeu Prælato Eccleſiæ, ſanguine coniuncto ipſi teſtatori. Hoc ſanè caſu regulari iure præſumitur legatum contemplatione ipſius perſonæ, non autem Eccleſiæ. Ita Bart.in d.l.2.nu.2.ff. de reb.dubiis, & ibidem Caſtr.nu.3.& Soc.nu.14. Bald.in cap. quoniam Abb.de offi dele.& ibid.Fel.ſicut. Decius, & Bero. Idem ſcripſerunt Soc.Sen.in conſ.34.col.2.nu.lib.3. Alc.in Tract.de præſumpt.reg.1.præſum.28.nu.1. Tiraquellus in l.ſi vnquam.in verbo, donatione.nu.74.C.de reuoc.dona. Coraſius in lib.2 miſcella.c.4.n.4.& Didacus in c.requiſiſti.nu.1. de teſta. Et ij quidem moti eo tex.d.c.requiſiſti.ver.ſi verò relinquatur. Cuius verba ſunt manifeſta. Nec repugnat conſideratio Socini in d.l.2.nu.14.ff.de reb.dubiis, cùm dixit, videri hoc mirabile: ex quo repugnat fauori tributo Eccleſiæ iuxta
4 l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.funer. Et quia † anima cæteris omnibus eſt præferenda.l.ſancimus.C.de ſacroſan.Eccl. & c.Cum infirmitas.de pœn.& remiſ. Et propterea videtur dicendum, quod potius reliquerit contemplatione Eccleſiæ. Nam reſpondentur, quod cum teſtator non teneretur relinquere Eccleſiæ: ſed eſſet in ſua facultate de ea diſponere, non dicitur offendiſſe iniuriamvè feciſſe Eccleſiæ, ſi ei non reliquit. Nec ob id dicitur aduerſus animæ ſuæ ſalutem aliquid
5 egiſſe. Et hic † quidem caſus confirmatur traditione eorum, qui ſcripſerunt, legatum factum pauperi ſanguine coniuncto, præſumi relictum non ob paupertatem, ſed ob ſanguinis affectionem. Ita Bal.& alij quos longa ſerie retulit. Tiraquel.in l.ſi vnquam in verbo, donationem.nu.57.C.de reuocan.don. & in tract.de priuileg.piæ cauſæ.in pręfatione.verſ.Quod tamen intelligendum eſt: & dicemus infrà in præſumpt.

6 Extenditur † primò hic caſus vt locum non habeat etiam ſi teſtator legauit Prælato, atque ita nomine appellatiuo non autem nomine proprio expreſſo. Nam adhuc ob qualitatem teſtatoris præſumitur legatum contemplatione perſonę, & nõ Eccleſiæ. Ita reſpondit Abbas in conſ.93.nu.2.lib.2.

7 Declaratur † primò, vt locum non habeat, quando in legato expreſſa fuiſſet aliqua cauſa, quæ Eccleſiam, vel animæ fauorem reſpiceret. Nam tunc cenſeretur factum intuitu & cõtemplatione ipſius Eccleſiæ, ſic in ſpecie declarat Soc.in d.l. 2.nu.14.ver.ex quibus in foro.ff.de reb.dubiis.& hęc ſententia probatur traditione Bart.in l.pater.§.Tuſculanus in fi.de leg.3.cùm dixit, quod ſi expreſſa fuit cauſa pia & perſona quibus teſtator facit legatum, pręſumitur in dubio relictum contemplatione cauſæ piæ. Ita quoque dicimus, quod quando donatum eſt filio fam.expreſſa cauſa patrem reſpicientem, vt ſi mentio patriæ poteſtatis facta ſit, pręſumitur donatum filio contemplatione patris: ſicuti aliorum auctoritate ſcripſi ſuperiore libro in præſumpt.28.nu.3.vbi.nu.4.declaraui.

8 Declaratur † ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio, quando legata fuiſſet res conueniens Eccleſiæ, vt ſi legauit Calicem, vel patenam, vel tintinabulum, vel alia ornamenta. Nam tunc præſumitur legatum ipſi Prælato contemplatione Eccleſiæ. Ita in ſpecie declarat Socinus in d.l.2.num.14.verſ. quam tamen concluſionem.ff.de reb.dubiis.

Confert ſimile quod cõmemoraui ſuperiore libro in præſumpt.26.nu.6.nu.7.&8.& in pręſump.27.nu.2.& 3.cùm di-
9 xi, quod donata † à conſanguineis vxori, & à Principe legatis cenſentur donata contemplatione eius, cui res donatæ conueniunt.

10 Declaratur † tertiò, non habere locum, quando legatũ fuit Prælato, qui nil proprium habere poteſt in particulari. Nam tunc dicitur legatum cauſa, & contemplatione Eccleſiæ. Ita poſt Bar.& alios tradit Soci.in d.l.2.in fi.ff.de reb.dub.& idẽ in l.1.n.20.ver.5.& vltimò.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Confert ſimile, quod retuli ſuperiore libro in præſumpt.28.nu.5.& 6.

11 Secundus eſt caſus, quando † legatum factum fuit Eccleſię Prælato nulla teſtatori affinitate coniuncto, ſicque extraneo. Hoc in caſu regulariter præſumitur legatum fuiſſe contemplatione Eccleſiæ, cui ob id acquiritur. Ita Doctores ſupra commemorati, & in ſpecie Soci.in d.l.2.n.15.ff.de reb.dubiis. Alcia.in d.præſump.28.nu.1.& Dida.in d.c.requiſiſti.nu.6.in fi. Hoc in caſu loqui intelligo Lucã à Penna in l.3.in præſum. 136.C.de apochis publ.libr.10.& Rui.in conſ.202.nu.13.lib. 2. Et clarè probat d.c.requiſiſti.ver.ſi ab extraneo. Cui accedit

tex.ſim

tex.ſimilis in l.annua.§.à Titia.ff.de annuis lega.

12 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam ſi legatum ſit Prælato proprio eius nomine expreſſo.Nã adhuc præſumitur ei legatum contemplatione eccleſiæ.Ita Bart.in d.l. 2.nume.2.ff.de reb.dubijs, & manifeſtius ibidem Caſtr.Comenſ.& Soci.nume. 5.verſ.3.& vltimò.Sic & Abbas in conſ. 93.n.2.lib.2.& idem in d.c.requiſiſti.nu.22.de teſt.& ibid.Didacus.nu.8.Quam ſanè opinionem probant primò illo textu d.c.requiſiſti,vbi ſolùm conſtituitur differentia, an affini, vel extraneo legatum ſit: Non autem quod nomine proprio expreſſo,vel appellatiuo legatum fuerit.

Cæterùm reſponderi poteſt, quod & ſi ibi non adhibetur hæc diſtinctio nominis proprij & appellatiui:Non tamen negat quin fieri debeat, ſi alio iure probatur: ſicuti probari exiſtimant qui à Bart.& prædictis diſſentiunt. Secundò affertur text. l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſ.tuto. Qui nil ad rem pertinet: cùm nullum vbi verbum ſit de nomine proprio vel appellatiuo: ſolum enim conſiderauit Papinia.affectionem naturalem patris erga filium, non autem cauſam illam accidentalem adminiſtrationis tutelæ. De cuius quidem reſponſi interpretatione ſcripſerunt poſt alios Iaſ.in l.ſi donatione. col.3.verſ.In ſecunda par.gloſſæ.C.de colla.&ibidem Dec.n. 47.quos retuli ſuperiore libro in præſump.29.nu.46.& plura Cora.lib.2.miſcella,c.4.Tertio perpendit Soc.in d.l.2.nu. 15.ff. de reb. dubijs.text.§.interdicimus.in Auth de eccleſia. titulis,quo loci ſtatuit Iuſtinia.bona quæ quoquo modo perueniunt ad eccleſiam, ei acquiri: exceptis ſolummodò quæ à
13 coniunctis donata ſunt.Illa dictio, quoquo modo, † ſignificat idem quod omnimodo.c.3.in fi.de homicid.& habet vim taxatiuæ, quæ alios caſus excludit.l.ob æs.C.de pręd.mino. ſed facilè reſpondetur, verum eſſe, quod eccleſiæ acquiritur, quando ei donatũ eſt, vel alteri eius contemplatione. At hic negatur, quod legatum Prælato ſub nomine eius proprio dicatur relictum eccleſiæ. Non ergo text.d.§.interdicimus ad rem pertinet.Quarto itaq; loco & fortè melius probatur hæc
14 traditio ea ratione, quòd legatum † ob legatarij merita, & affectionem fieri ſoleat.l.nec adiecit. ff.pro ſocio: At hic nulla Prælati extranei merita,nulla affectio teſtatoris erga eum extant: ſicuti econtra extat cauſa & affectio erga religionem, atque ita eccleſiam ob animæ propriæ ſalutẽ. Non ergo præſumitur legatum ipſi Prælato contemplatione eius perſonæ, ſed intuitu eccleſiæ. Nec nominis proprij expreſſio quidquam operatur, vt ſtatim dicemus. Contrariam opinionem probarunt Cardin.Zabarella.& Auth.in d.c.requiſiſti.de teſta. Bal. in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtam.face.poſſ.Salic.in l.ſi plures.C.de ſacroſanct.eccleſ.& Feder.de Senis in conſil.20.nu. 1.& num.3.

Primò adducti ſunt ij textu.l.ſi ſeruus communis.ff.de ſtipulat.ſeruo: quo loci in ſtipulatione facta à cõmuni ſeruo adhibetur illa diſtinctio, an ſtipulatus is ſit præcedente nomine proprio,vel appellatiuo. Ergo idem in caſu noſtro. Reſpondent Abbas in d.c.requiſiſti.num.22.& Soci.in d.l.2.num.15. terminos caſus noſtri.& d.l.ſi cõmunis ſeruus, non eſſe pares. Nam in caſu noſtro præter id, quod legatum factum eſt Prælato & adminiſtratori eccleſiæ, concurrit etiam fauor eccleſiæ,atque ita animæ,quem fauorem conſiderat text.cap. Pontifices.12 quæſt.3.Rectius forte dicere poſſumus, in caſu noſtro præſupponi nullam extare cauſam vel meritorum, vel affectionis teſtatoris erga Prælatũ. At in caſu.d.l.ſi ſeruus communis.conſiderari poteſt cauſa affectionis ſerui erga dominũ, cuius nomen proprium expreſſit: Cùm is dominus fortę fuerit magis beneuolus erga ipſum ſeruum.Secundò adduci ſolet text.l.hæreditate.ff.de Caſtr.pecul.cui reſpondet Didac.in d. c.requiſiſti.nume.8.ex interpretatione Coraſij, quam & ego probaui ſuperiore lib.in præſumpt.29.num.43. Et rectius dici poteſt.d.l.hæreditate, nil ad rem pertinere:cum ibi nullum fiat verbum de nomine proprio,vel appellatiuo.

15 Declaratur † primò, vt locum non habeat hæc præſumptio,quando teſtator iſte extraneus fuiſſet arcta amicitia coniunctus ipſi Prælato eccleſiæ. Hoc ſanè caſu præſumitur contemplatione ipſius perſonæ Prælati,ob amicitiæ cauſam,legatum.Ita gloſ.in d.cap.requiſiſti.de teſtam. Socin.in d.l.2.nu. 14.verſ.ſecundo in foro.de rebus dubiis. Marſilius in l.vnica. nume.207.C.de raptu virg.Catelianus Cotta in memorab.in verbo,amor licitus.Alcia.in tract.de præſump.reg.1.præſum. 28.nume.1.verſ. & quod dixi Tiraq.in l.ſi vnquam.in verbo, donatione.num.74.C.de reuocan.dona.& Dida.in d.cap.requiſiſti.nu.7.de teſta. confert ſimile quod ſcripſi ſuperiore
16 libro.in præſumpt.27.nu.1.cùm dixi,quòd donatũ † à Principe legatis à ſe cognitis & quos beneuolentia proſequebatur, præſumi eorum contemplatione donatum, non autem eius à quo miſſi fuerunt ſic etiam dixi in præcedenti libro in præſumpt.28.nume.11.donatum filio præſumi donatum contemplatione eius patris, qui erat ſummus amicus ipſius donatoris, & illo in loco commemoraui interpretes, qui moti ſunt tex.d.c.requiſiſti.Qualis autem eſſe debeat hæc amicitia,non eſt iure diffinitum: & propterea relinquitur iudicis arbitrio; iuxtà ea, quæ ſcripſi in lib.2.de arbitra.iudicum.caſu.146.vbi & de ſanguinis coniunctione idem ſcripſi.Et ſi Barba.in.c. cum M.nume.14.de conſtit.& Alciatus in l.latę.§.amicos.de verbo.ſignif.ſcripſerint requiri amicitiam maximam.

17 Declaratur † ſecundò quando legatum fuit Prælato benemerito de ipſo teſtatore. Nam tunc eius contemplatione,non autem,eccleſiæ præſumitur legatũ. Ita in ſpecie declarãt Soc. in d.l.2.nu.14.verſ.Infero & tertiò.ff.de reb.dubijs. Et alios retulit Tiraquellus in l.ſi vnquam.in verbo donatione.nu.54. & nu.74.C.de reuo.dona.Et comprobatur hęc declaratio illis ſimilibus, quæ commemoraui ſuperiore libro, in pręſumtione.26.nume.1 in præſump.27.num.1.& in præſumpt.28. nume.9.

18 Declaratur tertiò, vt † non procedat, quando legatæ fuiſſent res, quæ non conuenirent eccleſiæ ſed perſonæ tantùm, vt puta ſi legaſſet canes, vel falconem,vel ſimiles.Hoc caſu præſumitur legatum contemplatione ipſius Prælati, & ob id ei acquiritur. Ita in ſpecie declarat Socinus in d.l.2.numero 15.poſt Vincentium & alios in d.c.requiſiſti.Et conferunt à contrario quę diximus paulò ſupra in ſecunda declaratione pręcedentis caſus.

Declaratur quartò,vt non habeat locum in eo qui non eſt, nec eſſe poteſt adminiſtrator.

Ita in ſpecie declarat Socinus in d.l.2.nu.15.verſ.ſecundò limita.ff.de rebus dubijs, motu auctoritate Feder.de Senis in conſi.20. qui plura ad rem hanc ſcripſit.

## PRÆSVMPT. CXIII.

Legatũ canonicis an & quando contẽplatione eccleſiæ vel eorum propriæ perſonæ factũ præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum canonicis an & quando contemplatione eccleſiæ vel eorum perſonæ factum præſumatur.*
*Quòd conſuetudo loci ſit ſpectanda.num.2.*
3 *Legatum factum vni vel aliquib. ex canonicis, eorum contemplatione præſumitur factum.*
*Idem quando legatum eſt canonicis expreßis proprijs eorum nominibus.num 4.*
5 *Legatum ſi eſt relictum omnibus canonicis, vel indefinite canonicis, cuius contemplatione relictum præſumatur,an eccleſiæ, an propriæ eorum perſonæ.num.ſeq.*
6 *Legatum idem non debet diuerſo iure cenſeri.*
7 *Capitulum & canonici idem ſunt.*
8 *Intellectus.c.per exemptionem. de priuileg. Canonici nunquid repræſentent eccleſiam.*
9 *Legatum factum canonicis & clericis, inter quos ſunt compræhẽſi adminiſtratores, contemplatione eccleſiæ præſumitur factum.*
*Idem quando in legato expreſſa fuiſſet cauſa,quæ reſpiceret ipſam eccleſiam.num.10.*
11 *Legatum ſi eſt factum canonicis, ſed ambigitur an ſit factum contemplatione capituli, vel ſingularium perſonarum ipſorũ canonicorum, quid iuris.*
*Legatum factum canonicis vt ſingulis æquè inter ipſos canon. diuiditur:relictum verò capitulo canonicorum diuiditur ſicuti aliæ bona ipſius capituli, vt ſcilicet plus vni quam alij detur reſpectu antiquitatis vel alterius qualitatis.*

EST



1 EST ſatis † ſimilis præcedenti hæc diſceptatio, an & quando legatum canonicis præſumatur contemplatione eccleſiæ, vel propriæ eorum perſonæ relictum? Hac in diſputatione diſtinguo aliquot caſus eo ordine, quo plures conſtituit concluſiones Socinus in l.2.num.9.10.11.12. & 13. ff.de rebus dubijs.

2 Primus † eſt caſus,quando extat conſuetudo, quæ iam eſt interpretata,cuius contemplatione cẽſeatur factum legatũ. Hoc caſu legatũ præſumitur factũ illi, vt cõſuetudo ipſa interpretata eſt.Ita Inno.in cap.requiſiſti de teſta.Soc.in d.l.2. nu.9.Quam ſententiã ſatis manifeſtè probãt.l.ſi ſeruus plurium.in fine.de leg.1.& l.nummis.de leg.3. Et confert ſimile, quod commemoraui ſuperiore libro in præſump.26. num. 10.vbi dixi,donata mulieri à conſanguineis mariti præſumi donata contemplatione ipſius mulieris, quando extat conſuetudo ſic donandi. Ita quoque eodem ſuperiore libro in præſumpt.27.num.4.poſt Baldum affirmaui, donata legatis præſumi eorum contemplatione donata,& ob id eis acquiri, quando extat conſuetudo ſic donandi.

3 Secundus † eſt caſus, quando legatum fuit factum vni, vel aliquibus ex ipſis canonicis: non autem omnibus. Hoc caſu præſumitur legatum contemplatione ipſarum perſonarum,& non eccleſiæ:& propterea ipſis canonicis nominatis acquiritur. Ita Bart.in d.l.2.numero ſecundo. ff. de rebus dubijs.& ibidem Comenſ. Caſtren. & Socinus. numero 10. ſic quoque affirmarunt Io. Lignanus & Abbas in d. cap. requiſiſti.de teſta.& ibidem Didacus. numero 10. Et ſatis manifeſtè probat.d.cap.requiſiſti.in fine;in illis verbis:*Illud autem eſt generaliter obſeruandum circa eum, qui poteſt proprium poßidere,prælationem vel adminiſtrationem non habentem, quod ſi aliquid relinquatur ſpecialiter non ſolùm à propinquo, ſed etiam ab extraneo,intelligitur eſſe relictum,non intuitu eccleſiæ,ſed perſonæ, &c.* cum ergo canonici non habeant prælationem nec adminiſtrationem eccleſiæ, dicendum eſt, legatum cui eorum,vel aliquibus præſumi relictum contemplatione eorum perſonæ. Et ſimile diximus in præſumptione ſupra ab hac ſecunda in declaratione tertia,quod legatum factum aliquibus ciuibus ciuitatis adminiſtratoribus præſumitur contemplatione eorum,non autem ciuitatis legatum. Eſt quoque ſimile quod ſcripſi ſuperiore libro in præſumpt. 27. numero quinto,quando Princeps donat vni ex pluribus legatis pręſumi eius contemplatione donatum.

4 Tertius † eſt caſus, quando legatum eſt canonicis expreſſis proprijs eorum nominibus. Hoc etiam caſu præſumitur legatum intuitu & contemplatione eorum perſonæ. Ita Socinus in d.l.2. numero 11.ff. de reb. dubijs poſt Cynum, Ricardum & Bartholomæum Salicetos in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle.Ioan. Andreæ & Imolam in d.c.requiſiſti. de teſta. Eſt ſimile quod diximus in præſumptione ſupra ab hac ſecunda in declaratione tertia primi caſus, & in declar. ſecunda ſecundi caſus, quod legatum ciuibus, vel ciuitatis adminiſtratoribus, expreſſis proprijs eorum nominibus præſumatur contemplatione eorũ perſonæ relictũ.

5 Quartus eſt † caſus, quando legatum eſt omnibus canonicis, vel indefinitè Canonicis.Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit eorum,qui ſcripſerunt, præſumi legatum contemplatione eccleſiæ, & ob id ei acquiri.Ita Bar. Caſtrenſis & Comenſis in d.l.2.ff.de rebus dubijs.Io.Andreæ,Calderinus,Lignanus & Imola in d.c.requiſiſti.de teſta. Petrus Peruſinus in tract.de quarta canonica.c.4.verſ.3.principaliter. Barba.in conſil.1.col.16.lib.4.Lud. Teſſera Luſitanus in d. l. 2.de rebus dubijs.Idem ſcripſerũt Ancha.& Gemin.in c. per exemptionem.de priuileg. in 6.vbi Francus. numer. 5. idem viſus eſt ſentire. Et primò quidem moti ſunt text. dict. l. 2. vbi legatum omnibus ciuibus præſumitur legatum contemplatione ipſius ciuitatis, & propterea ei acquiritur. Verùm reſpondent Socin.in d.l.2.num.12. & Didacus in d.cap. requiſiſti.num.10.legatum ciuibus præſumi legatum contẽplatione ciuitatis: cum eam ipſi repræſentent: ſicuti declarauimus in præſumptione ſuprà ab hac ſecunda, à canonicis verò non repræſentatur eccleſia: ſed ſimul & à Prælato & alijs clericis. Secundò adduci,ſolet tex.l. annua.§.Attia. ff.de annuis lega.vbi legatũ factũ omnibus libertis exiſtentibus in templo præſumitur relictum etiam his qui tunc nõ erant in humanis,atque ita omnibus erga quos nulla erat affectio:atque ita contemplatione templi.

Cæterùm reſpondet Soc.in d.l.2.num.12.verſ. & ad dictũ, quod in caſu d.§.Attia,non ſolùm factum fuit legatum libertis,qui ibi reperiebantur, ſed & iis, qui extitiſſent tempore nundinarum, ad quos teſtator habere non potuit affectionẽ, ex quo tunc non erant in rerum natura,arg.l.qui filiabus, de leg.primo.Et ideò non contemplatione ipſorum libertorum factum fuit legatum, ſed intuitu ipſius templi, in quo erant ipſi Liberti: Præterea & ſecundò reſpondetur, quòd in d. §. Attia.teſtator legauit ſacerdoti & Hierophylaco (ſacrorum cuſtodi & æditui interpretati ſunt,Alex.ab Alexandro lib.5. dierum genial.& Hotoma.in commentariis verborum iuris, in verbo,Hierophylaco.) & libertis.Cùm itaque legatum ipſis ſacerdoti & Hierophylaco cenſeatur legatum intuitu & contemplatione templi, ex quo adminiſtratoribus relictum erat,iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra in præſumptione ab hac ſecunda de legato facto adminiſtratoribus ciuitatis, ita eſt dicendum, quòd legatum libertis præſumitur intuitu templi
6 relictum:ne † idem legatum diuerſo iure cenſeatur,argum.l. eum,qui ædes.ff.de vſucap.& vt ſit eadem determinatio,arg. l.iam hoc iure.ff.de vulg. & pup.ſubſt. Altera atq; ita ſecũda fuit opinio eorum,qui affirmarunt, legatum omnibus canonicis,vel canonicis indefinitè præſumi legatum contemplatione propriæ eorum perſonæ.Ita ſanè gl.in d.cap.requiſiſti, vbi Paulus Eleazarius,Zabarella & Abbas,& Barba.num.23. & communem teſtantur ac probant Soc.in d.l.2. num. 12. ff. de rebus dubiis,& Didacus in d.c.requiſiſti,num.10.verſ.ſed contrariam.Idem ſenſit Ripa in c.cum M.num.11.verſ.ſed tu dic.de conſtit.Et primò perpendi ſolet text.l.pater.§.Tuſculanus.de leg.3.cuius verba hæc ſunt: (*Tuſculanus fideicommiſit eius,cui duo milia legauit, in hæc verba.A te Petroni peto, vti ea duo millia ſolidorum reddas collegio huius templi. Quæſitum eſt, cùm id collegium poſtea diſſolutum ſit,vtrum legatum ad Petroniũ pertineat, an verò apud hæredem remanere debeat. Reſpondit, Petronium iure petere:vtique ſi per eum non ſtetit,parere defuncti voluntati:*) His ſignificat Scæuola,legatum nõ pertinuiſſe ipſis ſingulis collegiatis, quia alioqui diſſoluto templo legatum non pertinuiſſet ad Petronium: ſed ad ſingulos collegiatos. Verùm, mea quidem ſententia, hoc reſponſum nil ad rem noſtram pertinet:Cum nos verſemur in ea diſputatione, an relictum
7 canonicis ſeu capitulo (idem enim † hæc eſſe,capitulũ,&canonicos poſt alios ſcripſit Ripa in d.c.cum M.nu. 11.) acquiratur eccleſiæ,vel ipſimet capitulo, ſeu canonicis. Ille verò tex.d.§.Tuſculanus, loquitur, an relictũ collegio acquiratur ipſimet collegio ſeu capitulo tanquam vniuerſitati, vel collegatis ipſis in particulari,de qua diſputatione mox dicemus. Et hanc differentiam inter duos hos caſus adhibuit Ripa in
8 d.c.cum M.nu.11.verſ.ſed tu dic.Secundò † adducitur text.c. per exemptionem,de priuil.in 6.vbi aliud eſt eximere eccleſiam,aliud eximere canonicos eccleſiæ. Non ergo canonici repræſentant eccleſiam.Verùm reſponderi poteſt ex ſentẽtia Franchi,ibi num.5. textum illum loqui de exemptione conceſſa canonicis à iuriſdictione epiſcopi.Quæ ſanè exemptio odioſa eſt,ex quo minuit ipſius Epiſcopi auctoritatẽ & facultatẽ:& propterea ſtrictè interpretatur. Diuerſum eſt in legato,ꝙ hoc in caſu eſt fauorabile & latè interpretandũ.Nã cùm conſtet de voluntate teſtatoris,qui voluit omninò legare, & agatur ſolùm de interpretanda eius voluntate,cui legare voluerit,an ipſiſmet canonicis,vel eccleſię,fauorabilior erit interpretatio,ſi dicemus,voluiſſe legare eccleſiæ. Tertiò itaq; loco melius hanc ſententiam probat ratio, quod tunc demũ dicitur legari contẽplatione eccleſiæ,vt & ciuitati,quãdo legatur iis,qui eccleſiã,vel ciuitatẽ repræſentant: quemadmodum ſuprà in præſumptione ab hac ſecunda diximus, declarando.d.l.2.ff.de rebus dubiis.At qui noſtro in caſu canonici non repræſentant eccleſiam,ſicuti ciues repræſentare ſeu cõſtituere dicũtur ipſam ciuitatem,vt diximus in prędicta præſumptione.Nã Canonici ſunt pars tantum eccleſiæ, non totum:Nec ſunt ipſius eccleſiæ adminiſtratores,ſed eius Pręlatus hoc eſt epiſcopus,& vacante ſede ipſi canonici cap. 2.vbi Doct.ne ſede vaca.

Non ergo dici poteſt legatum contemplatione eccleſię,vt ei acquiratur quod legatũ fuit canonicis, ſed ipſiſmet canonicis legatum præſumitur.

9 De-

9 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat, quando legatum fuit Canonicis & clericis, inter quos comprehenſi eſſent adminiſtratores. Nam tunc contemplatione eccleſiæ legatum præſumitur. Ita Soci. in d. l. 2. num. 12. in fine, verſ. primus, quando. ff. de rebus dubijs, adductus ratione tex. l. annua. §. Auia. ff. de annuis lega. Hac ratione idem dicerem, quando canonici ipſi ſoli eſſent eccleſiæ adminiſtratores, ſicuti contingit ſede ipſa vacante, vt diximus ſuprà.

10 Declaratur ſecundò, vt † non procedat, quando in legato expreſſa fuiſſet cauſa, quæ reſpiceret ipſam eccleſiam, Nam tunc eccleſiæ contemplatione legatum præſumetur. Ita Socinus in dicta lege ſecunda numero 12. in fine motus auctoritate Bart. in dicto §. Tuſculanus. in fi. Et conferunt quæ ſcripſi in præcedenti præſumptione, in prima declaratione primi caſus.

11 Quintus eſt caſus, quando † legatum fuit factum Canonicis, & ambigitur an præſumatur factum contemplatione capituli, vel ſingularium perſonarum ipſorum Canonicorum. Eſt enim valdè vtile hoc ſcire: cum multum interſit inter relictum Canonicis vt ſingulis, & relictum vt capitulo. Nam legatum factum Canonicis vt ſingulis, ex æque inter ipſos canonicos diuiditur, nulla habita ratione qualitatis maioris vnius quàm alterius. Relictum verò collegio ſeu capitulo canonicorum diuiditur, ſicuti ſolent diuidi alia bona ipſius capituli, vt ſcilicèt plus vni canonicorum quàm alteri detur, reſpectu ordinis ſacri, antiquitatis, alteriusvè qualitatis cuiuſque ex ſtatutis ipſius eccleſiæ conſiderandæ, vt ad rem tradit Dida. in d. c. requiſiſti in fi. de teſta. poſt Imolam ibidem. Eſt etiam vtilis hæc inueſtigatio; quia ſi relictum eſt collegio ſeu capitulo tanquam vniuerſitati, renouati canonici portionem conſequentur: cùm ſemper ſit eadem vniuerſitas, iuxta l. proponebatur. ff. de iudicijs, & dixi ſupra in præſumpt. ab hac ſecunda. Non ita quando legatum eſt vt ſingulis. Nam tunc debetur ſolum modo illis canonicis, qui extabant tempore conditi teſtamenti, quos teſtator reſpexiſſe dicitur. Ita (ni fallor) dicere voluit Soci. in d. l. 2. num. 13. ff. de rebus dubijs. Hoc itaque in caſu Socinus in d. l. 2. nume. 13. poſt Henricum Boic. in c. nos quidem de teſta. ſubindiſtinguit tres alios caſus, quorum primus eſt, quando præceſſerunt marita collegij, ſeu capituli. Hoc caſu præſumitur legatum contemplatione ipſius capituli, & propterea ei acquiritur. Secundus eſt caſus, quando econtra præceſſerunt merita ſingulorum canonicorum, vel quia ſunt omnes coniuncti affinitate, vel amicitia, & tunc præſumitur eorum contemplatione relictum. Tertius eſt caſus quando verè ſumus in dubio. Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Socinus in d. l. 2. nume. 13. in fin. poſt Cynum in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. & Henricum Boic. in d. cap. nos quidem, ſcripſit cenſeri legatum canonicis vt ſingulis. His accedunt Barbatia & Felinus, quos ſtatim referam. & idem ſenſit Anto. Burgos in repetit. cap. cum omnes. numer. 325. de conſtit. Confert quod reſpondit Fede. de Senis in conſil. 10. cùm dixit, legatum factum fratribus talis monaſterij cenſeri factum vt ſingulis, non autem vt conuentui & monaſterio. Altera fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt cenſeri legatum vt capitulo atque ita vniuerſitati. Ita Cardinalis Zabarella in d. c. requiſiſti. q. 10. de teſta. & ibidem Abbas & Barbatia, vt eo loci refert Didacus in fine, qui eiuſdem opinionis commemorat Felinum in cap. auditis. numero 24. de præſcript. ſed verè Barba. in d. cap. requiſiſti, col. 21. numer. 23. verſ. ſi verè nullum miſtorum probauit præcedentem opinionem: quem ſic etiam intellexit & ſecutus eſt Felinus in d. cap. auditis. nume. 24. verſ. ſecunda reſponſio. Et præcedens opinio eſt magis recepta à Doctoribus. Quæ fortè ob tantorum patrum auctoritatem in foro ſeruaretur, & ſi apud me non careat dubitatione ob textum illum, l. pater. §. Tuſculanus. de leg. 3. quem. conſideraui ſuprà in quarto caſu.

## PRÆSVMPT. CXIIII.

### Eccleſiæ legatum, cuius eccleſiæ cauſa ac fauore relictum præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum ſimpliciter factum eccleſiæ, cuius eccleſiæ contemplatione relictum præſumitur.*

*Quòd eccleſiæ parochiali relictum præſumitur, num. 2.*

3 *Intellectus l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de cond. & demon.*

4 *Eccleſiæ appellatione de cathedrali intelligitur.*

5 *Legatum factum eccleſiæ alicuius ſancti, quæ non reperitur in ciuitate, præſtari debet eccleſiæ cathedrali.*

6 *Legatum factum eccleſiæ parochiali cui eccleſiæ debeatur, ſi teſtator duas habuit parochiales, vnam tempore conditi teſtamenti, alteram tempore mortis ſuæ.*

7 *Teſtator ſi in ſuo teſtamento vocauit agnatum, & vnus reperitur agnatus tempore conditi teſtamenti, & reperitur etiam alter tempore mortis ipſius teſtatoris, cenſetur vocatus ille, qui extabat tempore teſtamenti.*

8 *Legatum ſi eſt factum eccleſiæ parochiali, & teſtator eodem tempore duas habet eccleſias parochiales, cui relictum præſumatur.*

*Quòd coniecturis ſit hoc diffiniendum, & quæ coniecturæ ſufficiant, plenè traditur, ibid.*

9 *Legatum ſi eſt factum eccleſiæ, & plures extant eccleſiæ eiuſdē nominis, præſumitur relictum eccleſiæ pauperiori.*

*Et ſi ambæ eccleſiæ ſint æquè pauperes, præſumitur legatum eccleſiæ mulierum & ſic monialium, num. 10.*

*Et ſi ambæ eccleſiæ ſunt monialium, præſumitur legatum monaſterio mendicantium, num. 11.*

1 POSTEAQVAM † cœpimus diſſerere de relictis ad commodum & vtilitatem eccleſię factis, congruus hic eſt locus, vt explicemus, cuius eccleſiæ cauſa & fauore legatū ſimpliciter factum eccleſiæ præſumatur. Exiſtimo diſtinguendos eſſe plures caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtator legauit ſimpliciter eccleſiæ, nullo expreſſo eius nomine. Hoc caſu præſumitur reliquiſſe parochiali ſui domicilij ſi vnam tantùm parochialem ſemper habuit. Ita ſcripſerunt Bart. & reliqui in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de cond. & demon. quo loci Soc. num. 1. teſtatur communem eſſe opinionem, quam probarunt Abbas in cōſ. 99. num. 5. lib. 2. & in cap. indicante, num. 4. in fin. de teſta. & ibidem Imola, & Barba. Alex. in conſ. 213. num. 2. lib. 6. Iaſ. in l. non vtique. §. ſi quis inſulam. ff. de eo, quod certo loco, & in l. qui inſulam, num. 2. ff. de verb. oblig. & idem in l. 1. in prima lectura, num. 2. & in ſecunda lectura, num. 4. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in §. ex maleficiis, num. 45. in Inſtit. de actio. Felinus in c. vlt. num. 49. de foro compe. quam opinionem probant prædicti interpretes reſponſo illo Iauoleni in d. l. 3 quæ conditio. §. cum ita. ff. de cond. & demon. cuius † verba hæc ſunt. *Cum ita in teſtamento ſcriptum erat, vt aliquid in foro fiat: Labeo ait, ſi non appareat, quid mortuus ſenſerit, in eius municipij foro faciendum, in quo is, qui teſtamentum fecerit, domicilium habuerit,* quam ſententiam ego quoque probo. Et manifeſtius probari creditur text. in §. ſi quis in nomine magni Dei in Auth. de eccleſiaſt. titulis, eſt Nouella. 131. quo loci ita ſtatuit Iuſtinia. *ſi quis in nomine magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti hæreditatem, aut legatum reliquerit: Iubemus eccleſiam loci illius, in quo teſtator domicilium habuerit, acceperit quod dimiſſum eſt.*

Cæterùm text. d. §. cum ita, ad rem noſtram non ſatis probat, quia ſicuti loquitur de foro principali ipſius domicilij, ita in argumentum trahitur, vt & teſtator legauerit eccleſiæ principali, hoc eſt cathedrali. Et apertius id probat text. d. §. ſi quis in nomine, legatum præſumi factū eccleſiæ parochiali teſtatoris: ſicuti præcitati Doctores ſcribunt, ſed eccleſiæ 4 ipſius loci domicilij: appellatione † autem eccleſiæ intelligitur de cathedrali. cap. cum clerici. de verb. ſignif. & tradūt ibi gloſſa & Doctores.

Et accedit quod ex d. §. ſi quis in nomine, docuit Abbas in cap. nos quidem, num. 13. de teſta. cùm dixit, legatum factum 5 eccleſiæ alicuius ſancti, quæ † non reperitur in ciuitate, præſtari debet eccleſiæ cathedrali. Idem ſcripſerunt Lapus in alleg. 87. n. 6. Felin. in c. dilectus. col. 1. verſ. adde etiam ipſis de off. ord. & Troilus Maluetius in tract. de oblatio. par. 4. nu. 3.





6 Secundus eſt † caſus, quando teſtator duas habuit parochiales, vnam tempore conditi teſtamenti alteram tempore mortis ſuæ, & ſimpliciter dixit, ſe legare eccleſiæ ſuæ parochiali. Hoc in caſu ſcripſerunt aliqui, præſumi reliquiſſe illi eccleſiæ, in cuius loco habebat domicilium tempore confecti teſtamenti. Ita Ioan. Andr. & Geminia. in cap. cum quis. de ſepult. in 6. Romanus in authen. ſimiliter. num. 93. C. ad l. Fal. Socinus in d. l. quæ conditio. §. cum ita. nu. 5. ff. de cond. & demon.

Et ij quidem moti ſunt ea ratione, quod conſideratur affectio erga perſonam, vel locum, teſtator habebat tempore conditi teſtamenti, arg. l. ſi ita. ff. de auro & argen. legat. l. peto. §. fratre de leg. 2. & l. ſi cognatis. ff. de rebus dubiis. Et confert quod reſpondi in conſ. 106. nu. 15. lib. 2. dum dixi, quod ſi 7 teſtator vocauit † vnū tātū ſub aliqua qualitate, vt puta agnatum primogenitum, & vnus reperiatur agnatus primogenitus tempore conditi teſtamenti: alter verò deinde reperiatur tempore mortis ipſius teſtatoris, cenſetur vocatus ille, qui extabat tempore teſtamenti, & caſu quo is non extaret tempore euenientis caſus ſucceſſionis admitteretur ille, qui deinde extabat tempore mortis ipſius teſtatoris. Et illo in reſponſo commemoraui huius ſententiæ rationem, Et dixi caſum hunc non diffiniri ab Vlpiano in l. ſi cognatis. ff. de rebus dubiis, cuius quidem reſponſum præcitato in loco expoſui, quo in caſu locum habeat.

Cæterùm hic aduertendum eſt rationem hanc non eſſe ſatis ſolidam: ſi quidem in caſu noſtro teſtator iſte non dicitur eodem tempore, mortis ſcilicet, habere duas eccleſias parochiales: ſed vnam tantùm, cùm iam primam dimiſerit: & propterea ſicuti quando teſtator vocauit agnatum vnum tantùm primogenitum, & vnus aderat tempore teſtamenti qui deinde deceſſit, & alter ſuperuenit tempore mortis teſtatoris, atque ita quando euenit caſus ſucceſſionis, hic poſtremus cenſetur vocatus & admitti debet, non exiſtente illo primo, vt poſt alios ſcripſit in dicto conſilio 106. numero 82. lib. 2. & in conſ. 413. nume. 32. libr. 5. Ita etiam hoc in caſu tempore ſucceſſionis nempè mortis teſtatoris non extitit parochialis illa prima: cùm (vt diximus) quodammodo præmortua fuerit ipſi teſtatori. Quo circà alteram atque ita ſecundam opinionem & rectius quidem probarunt Ancha. in c. cum quis. §. vlt. de ſepult. in 6. & ibidem Franchus. num. 7. dum hanc poſtremam Ancharani traditionem refert, & non improbat, & ſecundum eam iudicatum fuiſſe in curia Burdegalenſi teſtatur Boer. in q. 176. nu. 4. cùm enim parochiā mutauerit atque ita primam dimiſerit, deſijt illa eſſe parochia teſtatori, qui mutatione dicitur eam proſequi affectione & amore: & propterea legatum illud tranſtuliſſe dicitur in nouā parochiam.

Hæc poſtrema opinio locum habet multò magis, quando legatum eſſet tenue. Nam cum tunc præſumitur relictum cauſa ſepulturæ, ſequitur dicendum præſumi relictum eccleſiæ quæ parochialis eſſet teſtatoris tempore eius mortis & ſepulturæ. Ita vno ore admittunt præcitati Doctores, nempè Ioan. Andreæ, Geminia. Rom. Ancha. Francus & Soci. quos refert. & ſequitur Boer. in d. quæſt. 176.

8 Quartus eſt caſus, quando † teſtator eodem tempore tam ſcilicet conditi teſtamenti quàm mortis duas habuit eccleſias parochiales, vel quia duo habebat domicilia, vel domus, in qua habitabat duabus parochialibus ſubiiciebatur, & ſimpliciter legauit eccleſiæ ſuæ parochiali. Hoc in caſu permultæ ſunt Doctorum opiniones. Tiraq. in tracta. de iure primigen. q. 17. in principio. num. 16. nouem ſummatim commemorat. Crediderim prius eſſe confugiendum ad coniecturas. Et prima quidem eſt coniectura, quando in vna ipſarum parochialium elegit ſepulturam: Nam tunc illi legaſſe præſumitur, tum quia videtur eam magis dilexiſſe, ex quo ſepeliri ibi voluit: tum etiam quia in recompenſationem honoris ſepulturæ ſibi conceſſæ relinquere voluit. ſecunda eſt coniectura, ſi aliis ſignis apparet, quòd vnam magis quàm alteram diligebat. Tertia eſt quando in vna magis quàm in altera cōuerſabatur. Ita tres has coniecturas recenſent & probāt Soc. in l. quæ conditio. §. cum ita. num. 4. in fin. ff. de condit. & demon. & Tiraquellus in loco præallegato. Exiſtimo vnam tantùm eſſe coniecturam, nempè maioris dilectionis, quæ quidem dilectio colligitur à prædictis ſignis electionis, ſcilicèt ſepulturæ, vel frequentioris conuerſationis, vel alio ſimili ſigno. Cùm verò non conſtat de maiori hac dilectione, legaſſe præſumitur parochiali pauperiori. ſicuti poſt alios ſcripſit Tiraquellus, quem mox retuli, qui ſubiunxit, quòd cæteris exiſtentibus paribus, tunc Epiſcopus poterit gratificari, alteri totum aſſignando, vel diuidendo vtrique.

9 Quintus eſt caſus, quādo † teſtator nominauit eccleſiam, ſed plures extant eccleſiæ eiuſdem nominis. Hoc in caſu præſumitur reliquiſſe eccleſiæ pauperiori. Ita Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcop. & cler. Ange in §. ſi quis in nomine. in Auth. de eccleſ. titulis. Ancha. in c. cum quis. de ſepult. in 6. Salice. in d. l. ſi quis ad declinandam, quos viſus eſt ſequi Soci. in d. l. quæ conditio. §. cum ita. num. 2. ff. de cond. & demon. Idem affirmarunt Iaſ. num. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in §. ex maleficij. nu. 48. inſt. de actio. & ibidem Gomeſ. num. 52. & Beneincaſius in tract. de paupertate. in quæſtione nona principali, in tertio ſpeciali nume. 40. qui. num. 50. ſubiunxit, quod ex pauperioribus eligi potius debent religioſi pauperiores quam laici.

10 Cum † verò ambæ ipſæ eccleſiæ ſunt æquè pauperes: tunc præſumitur legatum eccleſiæ mulierum, atque ita monialiū. Ita Soc. in d. §. cum ita nu. 3. poſt Cynum & Salicetum in l. cum multæ. C. de donat. ante nuptias. ſic & Iaſ. in d. l. 1. in prima lectura. num. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ. Marſilius in ſing. 48. conditio. in fi. & Beneincaſius in d. tract. de paupertate. q. 9. principali: in tertio ſpeciali. numero 42. Hanc traditionem comprobat, quod in pari cauſa magis ſpeciale magisque fauorabile eſt priuilegium monialibus conceſſum quàm monacis, aliiſuè religioſis ſicuti ſcriptum relinquerunt Præpoſ. in c. verum. col. 4. de cond. appoſ. & alij, quos congeſſi. in cōſ. 11 36. num. 15. lib. 1. Et † ſi ambæ ſunt eccleſiæ monialium, vel alio modo ambæ pares, præſumitur legatū monaſterio mendicantium. Ita Socinus in d. §. cum ita. nu. 3. in fi. poſt Io. Andreæ in c. de teſta. in 6.

## PRÆSVMPT. CXV.

### Legatum ad pias cauſas quando factum præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum an & quando præſumatur factum ad pias cauſas.*

2 *Legatum præſumitur pium vel ex qualitate perſonæ cui factum eſt, vel ob cauſam, ob quam eſt relictum.*

3 *Legatum factum eccleſiæ vel monaſterio dicitur ad pias cauſas.*

*Idem quando eſt factum hoſpitali: nu. 4. nam.*

*Hoſpitale dicitur locus pius.*

5 *Fraternitates dicuntur loca pia, & legatum eis factum dicitur ad pias cauſas.*

6 *Legatum factum pauperi, & inopi dicitur ad pias cauſas, & piæ cauſæ priuilegia conſequitur.*

*Idem quando eſt factum diuiti, quem teſtator credebat eſſe pauperem. num. 7. debet tamen multorum conſilio ſibi auferri, & præſtari loco pio. ibidem.*

8 *Legatum factum nobili, qui & ſi multa habeat bona, non tamen tot poſſidet, quot conueniunt qualitati & conditioni ſuæ perſonæ, cenſetur ad piam cauſam.*

9 *Legatum relictum pauperi ſanguine coniuncto non præſumitur ad piam cauſam, & ob paupertatem factum, ſed ob ſanguinis affectionem.*

10 *Legatum factum viduis, pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis præſumitur pium.*

11 *Pupilli connumerantur inter miſerabiles perſonas, quando ſunt pauperes, & orphani.*

12 *Legatum factum pro anima dicitur pium.*

*Idem quando eſt factum pro redemptione captiuorum. 13.*

14 *Alimentorum cauſa dicitur cauſa pia, & ideo legatum alimentorum dicitur pium.*

*Intellige, quando alimenta relicta fuerunt pauperi, ſecus ſi diuiti. nu. 15.*

16 *Legatum cauſa dotis dicitur pium, ſi pauperi eſt relictum.*

17 *Dos & alimenta æquiparantur, & à pari procedunt.*

18 *Legatum factum pro imagine Saluatoris noſtri, vel Sancti facienda, aut pinguenda, dicitur pium.*

19 *Imaginum vſus pius,& illis ſeruamus nomen eius, cuius eſt imago, & inter ſacras res & reliquias haberi debent.*

20 *Legatum factum cauſa ſtudij Sacræ Theologiæ dicitur ad pias cauſas:& quid de alijs ſtudijs.*

21 *Legatum libertatis,vel libertatis conſequendæ cauſa factum præſumitur ad pias cauſas.*

22 *Seruos præſumitur relicta libertas,etiam quòd verba teſtatoris ſint dubia,apta tamen comprehendere eius libertatem.*

13 *Legatum pro patriæ fortificatione , pro refectione murorum , & huiuſmodi, dicitur pium.*

24 *Legatum ob publicam vtilitatem dicitur ad pias cauſas.*

*Idem ſi eſt factum ad constructionem monumentorum.num.25.*

26 *Legatum meretrici,vt ad frugem melioris vitæ redeat,præſumitur ad piam cauſam.*

*Secus ſi teſtator legauit propriæ concubinæ , quam tempore teſtamenti in domo retinebat.num.27.*

28 *Legatum pro incertis,& male ablatis præſumitur ad pias cauſas.*

29 *Legatum factum ab infirmo pro oblatione quam vult fieri in eccleſia,dicitur ad piam cauſam.*

1 REQVIRIT hic †locus ſatis opportunus,vt explicemus,quando legatum præſumatur ad pias cauſas factum:Qua de re copioſe adeò diſſeruit ſuo pro more Andreas Tiraquellus in prœmio Tractatus,De priuilegiis pię cauſæ vt pauca admodum ſuperſint dicenda.Illius tamen traditionem , & ordinem in multis,ſecutus nonnulla adiungam.

2 Et†primùm quidem dicimus,legatum1e præſumi pium,v ex qualitate perſonæ,cui factum eſt,vel ob cauſam ob quam eſt relictnm.Ex qualitate perſonæ legatarij præſumi factum legatum ad pias cauſas,Scripſerunt glo.in l.ex duobus.§.vlt. ff. de neg.geſt.Ang.in l.Cum ij.§.ſi in annos.ff.de trãſac.Alb. in l.nulli nu.24.C.de epiſcop.& cler.Barba.in capit. relatum il.2.nume.14.de teſta.Idem dicimus legatum pium præſumi ex qualitate cauſæ,ob quam teſtator legauit. Commemorabimus hic exempla tam reſpectu perſonarum quàm cauſarum.

3 Primum exemplum † perſonæ eſt , vt quando relinquitur eccleſiæ,vel monaſterio. Hoc enim legatum præſumitur atque dicitur ad piam cauſam & vſum.Ita Tiraquellus in dicto tract.de priuilegiis piæ cauſæ.in procemio col.2.verſic.primum igitur , poſt Speculatorum , Baldum & Romanum, quos commemorat.Idem eſt ( inquit Tiraquellus ) quando legatum eſt factum monacho , ſi intuitu pietatis relictum eſt.

4 Secundum exemplum † eſt,quando factum eſt legatum hoſpitali. Nam & hoc dicitur ad pias cauſas relictum : cùm hoſpitale ſit pius locus ſicuti explicat Tiraquellus in d.præfatione col.2.verſ.item relictum,qui multorum auctoritatibus comprobat,& declarat quando hoſpitale dicatur locus pius,& quando non.

5 Tertium exemplum eſt, quando † legatum eſt factum fraternitatibus.Nam & hæc dicuntur loca pia. Ita huius opinionis multos recenſet Tiraquellus in d.præfatione.col.4.verſ. item relictum fraternitatibus.Qui tamen ſubiungit, multos diſſentire,negantes eſſe loca pia.Diſtinguendum hic eſt , vt diſtinxi & declaraui in commẽtariis de recuperanda poſſeſſione in remedio decimoquinto.q.5. Non repeto quæ facile illo in loco legi poſſunt.

6 Quartum exemplum affertur , quando † relictum eſt pauperi & inopi. Hoc ſanè legatum præſumitur ob piam cauſam factum , & propterea piæ cauſæ priuilegia conſequitur. Ita Bal.in auth.ſimiliter.nu.5.C.ad l.Falcid.& ibidem Roma. nu.3.& alios plures congerit Tiraquellus in Tract.de priuilegiis piæ cauſæ.in præfat.col..5.verſ. Item relicta pauperib.

7 Extenditur primò vt locum habeat † etiam quando legatum eſt factum diuiti , quem teſtator credebat eſſe pauperem.Nam adhuc quò ad ipſam teſtatoris mentem & animum legatum dicitur pium.Ita tradunt Bar.& Baldus in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.quos refert Tiraquellus in dicto tract.de priuilegiis piæ cauſæ in præfatione.col.5.verſ. Et hoc adeò procedit.Qui quidem affirmant, legatum hoc auferri ab ipſo legatario & pio loco præſtari debere.

8 Extenditur † ſecũdo,vt locum habeat etiam in nobili, qui & ſi multa habet bona,non tamen tot poſſidet, quot conueniunt qualitati & conditioni ſuæ perſonæ. Nam cum adhuc hic pauper dici debeat,ſicuti ſcripſit in lib.2.de arbitrariis iudicum caſu.65.num.8.ob id legatum cenſetur ad cauſam piã relictum.Ita tradit Tiraquel.in præcitato loco verſ.Intellige ſecundò,auctoritate Bar.Barba.Cæpollæ & Capræ , quos refert.Idem Tiraq.in tract.de nobilita.cap.20.num.148.

6 Declaratur † primò, vt locum non habeat quando relictũ fuit pauperi ſanguine coniuncto. Nam tunc legatum non præſumitur ob paupertatem factum , ſed ob ſanguinis affectionem,& conſequenter non cenſetur pium.Ita glo in l.illud in verbo,alia.C.de ſacroſ.eccleſ.Bal.in auth.ſimiliter.nu. 5.C.ad l.Falcid.& ibidem Roma.num.3.Decius in conſ.120. col.vlt.& alios plutes commemorat Tiraquellus in d.Tract. de priuilegiis piæ cauſæ,in pręfa. col.8.verſ.Quod tamen intelligendum eſt.His accedunt Alciatus in reſp.785.Legatum factum nu.5.ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem.& Cephalus in conſ.216.nu.23.lib.2.

Et conferunt quę ſcripſimus ſuprà in pręſumpt.111.in primo caſu cum diximus,legatum factum Pręlato eccleſiæ ſanguine coniuncto non pręſumi factum contemplatione eccleſię,ſed ob ſanguinis affectionem.

Et prędicti moti ſunt tex.l.tutor.§.quę tutoribus.ff.de excuſ.tuto & cap.requiſiſti.de teſta. de quorum ſenſu diſſeruimus ſupra.Hęc tamen declaratio intelligitur, niſi aliàs legatum non valeret.Nam tunc pręſumitur relictum fauore pię cauſę.Ita Tiraquellus in loco pręallegato motus his , quę in ſimili ſcripſeruut Baldus Fulgoſius & Iaſ.in l.ſi tibi decem.§. ſi pactus.ff.de pactis,Imola & Comen. in l.quod dicitur.ff. de verb.oblig.

10 Quintum exemplum eſt quando † legatum eſt factum viduis,pupillis,& aliis miſerabilibus perſonis . Hoc etiam caſu pręſumitur legatum ad pias cauſas & vſus. Ita Tiraquel. in dicto tract.de priuilegiis pię cauſę,in procemio col.5.verſ. item relicta viduis poſt Specul.Baldum,Petrum Peruſinum, & Aretinum,qnos commemorat, & ibidem declarat,pupil-
11 los † commemorari inter perſonas miſerabiles, quando ſunt pauperes & orphani. Cæterùm cùm de his plura ſcripſerim in commentariis de arbitrariis iudicum. lib.2.caſu.66. non eſt diutius hic immorandum.

12 Sextum eſt † exemplum,quando legatum eſt factum pro anima.Hæc enim cauſa ſignificat legatum eſſe ad piam cauſam & vſum.Ita Tiraquellus in d.præfatione.col.6.verſ.item relictum pro anima,qui quamplurium auctoritates recenſet. Et hoc quidem exemplum locum habet ſecundum Tiraquellum etiam, quando conſanguineo vel amico pauperi : ſecus verò ſi diuiti , quia tunc præſumeretur potius factum affectione ſanguinis & amicitiæ:quemadmodum & ſimile diximus ſupra in præſumpt.111.quod relictum Prælato eccleſiæ ſanguine , vel amicitia coniuncto non præſumitur contemplatione eccleſiæ , ſed affectione affinitatis & amicitiæ relictum.Nonnulla alia tradit Tiraq.præcitato in loco , quæ non refero.

13 Septimum eſt † exemplum , quando legatum eſt pro redemptione captiuorum. Nam hoc dicitur legatum ad cauſam piam.Ita probat.l.ſi quis pro redemptione.C.de donatio.& tradunt Bald.&Caſtr.in l.illud.C.de ſacroſanct.eccle. quos ſecutus eſt Tiraquellus in loco ſupra allegato , col.10. verſ.item relictum pro redemptione. Qui quidem intelligũt procedere etiam in captiuo ex delicto. Quorum traditio comprobari ac declarari poteſt ex his , quæ ſcripſi in lib. 2. de arbitrariis iudicum , Caſu.182.num.37. & multis ſequentibus,vbi explicaui,quando permiſſum ſit alienare bona fideicommiſſi,vt ſubueniatur ei,qui ſua culpa & delicto poſitus eſt in neceſſitate.

14 Octauum † eſt exemplum quando legatum fuit factum cauſa alimentorum.Nam & hæc dicitur pia.Ita Tiraquellus in præcitato Tract.de priuilegiis piæ cauſæ in præfatione. col.10.verſ.,item legatum alimentorum,qui huius opinionis commemorauit glo.in l.ſi cui annum.ff.de annuis lega.Bart. in l.alio.ff.de alimen.& ciba.lega.Comenſ.in conſ.30.Angelum Imolam & Alex.in l.Diui.ff.ad l.Falcid.Ale.in l.ſi certis annis.C.de pactis,& Dec.in conſ.72.col.3.Et his accedunt Picus in l.Titia.§.Titia cum nuberet.nu.149.de lega.2. Gratus in conſ.



in conſ.140.num.6.lib.2.& Natta in conſ.613.nu.6.lib.4.

15 Hoc tamen † exemplum intelligitur & locum habet quando alimenta relicta fuerunt pauperi, ſecus ſi diuiti, ſic declarat pręcitato in loco Tiraq.poſt Bart.Angelum,Alexandrum & alios ſupra commemoratos,ac nõnullos alios,quos ibi adiunxit , idem ſcripſit bene eruditus Lancellottus Gallia in Commentariis ad conſuetudines Alexandrinas in verbo , ſolidos,num.54. Et ſubiunxit ibidem Tiraq.in verſ.quàmquam tamen , &c.legatum alimentorum factum diuiti, & ſi non eſt pium,eſſe tamen fauorabile:cuius ſententiæ eſſe dixit Salicetum,.& Iaſonem in l.1.C.de fideicom.& alios retuli ſuperiore libro.in præſumpt.131.num.11.

16 Nonum eſt exemplum,quando † legatum fuit factum cauſa dotis.Hoc etiam caſu dicitur ad piam cauſam,ſi modò pauperi relictum eſt. Ita quam plurium auctoritate ſcripſit Tiraquellus in prædicta præfatione columna 12. verſicul. item,
17 cum dos.Ea eſt ratio , quod † dos & alimenta æquiparantur: quemadmodum ergo alimenta pauperi relicta, (vt diximus) cenſentur ad cauſam piam , ita & dos data inopi. Et præter multos illos Doctores à Tiraquello cõmemoratos accedunt Ruin.in conſ.71.nu.15.lib.3.& Ceph.in conſ.216.nu.3.lib.2.

18 Decimum eſt † exemplum , quando legatum eſt pro imagine Saluatoris noſtri , vel ſancti facienda , aut depingenda. Hoc etiam legatum cenſetur ad piam cauſam:ſicuti tradit Tiraquellus in loco ſupra allegato. colum.14. verſic. item relictum pro imagine,qui huius opinionis recenſet Bart.in l.Lineam margaritarum.§.1.ff.ad l.Falci.Roma.in auth.ſimiliter. colum.2.verſic.circa vltimum.C.eo. Angel.& Alex.in l. 1.§. ad municipium.ff.eod.ad l.Falcid.& alios nonnullos adducti eo reſponſo.d.l. Lineam.§. 1. ac etiam text.& glo.l. Titia.§.
19 vlt.ff.de auro, & argen.leg.Eſt ſanè † pius & optimus imaginum vſus:cum illis ſeruemus nomen eius,cuius eſt imago: & propterea inter ſacras res,& reliquias recipimus,& habemus: quemadmodum doctè , & piè oſtendit Conradus Brunus in Commentariis de imaginibus cap.1.

20 Vndecimum eſt † exemplum, quando factum eſt legatum cauſa ſtudij Sacrę Theologiæ.Hoc eſſe pium ſine controuerſia admittit Tiraquellus in dicta præfatione, colum.14.verſi. item relictum cauſa ſtudij,in fine,ex ſententia Baldi,Comenſis,& Iaſonis. De aliis ſtudiis magna eſt dubitatio : quemadmodum ex ipſius Tiraq.traditione facile eſt colligere.

21 Duodecimum † exemplum eſt,quando legata eſt libertas, vel aliquid libertatis conſequendæ cauſa. Hoc ſanè legatum ad pias cauſas eſſe auctoritate multorum probauit Tiraquellus in dicta præfatione colum. 15. verſic.item legatum libertatis.Qui quidem colum.17.verſicul.limita , quod &c.intelligit,quando legatum fit amore Dei,& pro anima,aliàs ſecus.

22 Et † ex prædictis fit , quod quando verba teſtatoris ſunt dubia , apta tamen comprehendere libertatem ſerui , illa ei relicta præſumitur. leg. generaliter. §. ſi petitum. in fine.ff. de fideicom. libert. & hanc eſſe iuris præſumptionem affirmarunt Io.Andreæ in additio.ad Specul.in tit. de præſumptio.§.ſpecies.nu.5. in verbo.prædict.concord. & Lucas de Penna in l. 3.in præſumpt.159.C.de apoch.publ.lib.10.

Decimum tertium exemplum eſt,quando legatum factum eſt ad refectionem , & reparationem pontium, & viarum.Ita poſt alios Tiraquellus præcitato in loco.col. 17. verſic. item legatum factum ad conſtructionem; qui multis rationibus,& ſimilibus probat.

23 Decimum quartum † exemplum eſt , quando legatum factum eſt pro patriæ fortificatione ; hoc eſt pro ædificatione, vel refectione murorum, & foſſarum & cæterorum id genus. Hoc etiam legatum eſſe ad pias cauſas affirmauit Tiraquellus in loco præallegato col.18.verſ.item legatum factum,auctoritate Speculatoris,& Baldi,quos recenſet.

24 Decimum quintum † exemplum eſt , quando factum eſt legatum ob publicam vtilitatem. Nam & tunc dicitur ad piam cauſam,& vſum:Ita Tiraquellus in dicto Tracta.de priuilegiis piæ cauſæ in pręfatione.col.19. verſic.item quicquid fit.poſt Caſtren.in conſ.194.lib.2.

25 Decimum ſextum † exemplum , eſt quando factum eſt legatum ad cõſtructionẽ monumentorum.Ita Tiraq.præcitato in loco verſ.item legatum factũ ad cõſtructionem,motus auctoritate Angeli Comenſis,Caſtrenſis Imolæ & Firmani.

26 Decimumſeptimum † exemplum eſt, quando legatum factum meretrici,vt ad frugem meliorẽ vitę redeat. Hoc enim legatum dici ad piam cauſam ſcripſit Tiraquellus in loco præallegato verſ.item legatum factum meretrici , motus auctoritate Baldi in l.imperialis.in prin.col.1.C.de nuptiis.Quibus accedunt Butrius in conſ.14.in fi.Barba.in cap.relatum. il 1.nu.15.de teſta. Bertachinus in Tract.de Epiſcopo.lib.4. parte quarta.nume.82.verſ.item ſi fiat meretrici.Io.Lupus in rub.extrà,de donatio inter virum & vxo §.37.nu.8.& Guielmus Benedictus in cap.Raynutius.in verbo,Et vxore nomine Adalaſiam.il 5.nu.161.& in verbo , teſtamentum.il 1.nu.49. de teſta. Exiſtimo hic diſtinguendos eſſe tres caſus, quorum primus eſt , quando teſtator legauit meretrici & concubinæ, cum quibus ipſe conſuetudinem non habuit. Hoc caſu rectè Baldi & ſequaciũ opinio procedit , vt piũ dicatur eſſe legatũ.

Secundus eſt caſus , quando teſtator legauit propriæ concubinæ,quę iam diu ſua eſſe deſiit. Idem hoc caſu dicendum eſt,cũ hic ceſſet omnis ſiniſtra ſuſpicio, de qua mox dicemus vt reſpondit Natta in conſ.559.num.6.

27 Tertius eſt caſus,quando teſtator † legauit proprię concubinæ,quam eo tempore teſtamenti in domo retinebat. Hoc caſu legatum non præſumitur ob pietatem relictum : ſed ob blanditias,& illicitum illum amorem , quo is ea proſequebatur , ſicuti in ſpecie & rectè animaduertit & benè doctiſſ. Lancellottus Gallia.in commentariis ad conſuetudines Alexandrinas in verbo,maritus.num. 38.& num. 53.

28 Decimumoctauum exemplum † eſt , quando legatum eſt factum pro incertis & malè ablatis. Hoc etiam legatum cenſetur ad piam cauſam. Ita Tiraquellus in d.Tract.de priuilegiis piæ cauſæ in pręfatione.col.19.verſ.item relictum pro incertis,motus auctoritate Baldi,Angeli, & Floriani , quos recẽſet. Quibus accidit Bertachinus in Tract.de Epiſcopo.lib. 4.parte.4.nu.82.verſ.item ſi fiat pro incertis.

29 Decimumnonum exemplum † eſt, quando legatum eſt factum ab infirmo pro oblatione , quam vult fieri in Eccleſia. Hoc etiam legatum eſſe ad piam cauſam ſcripſerunt Petrus Peruſinus in Tract. de canonica Epiſcopi.cap.10. Hoſtien.in ſumma de ſepulturis.§.de quibus. & Bertachinus in tract.de Epiſcopo.libr.4.parte 4.numer.82.verſic. item pro oblationibus.

## PRÆSVMPT. CXVI.

Re aliena legata,quando ex præſumpta teſtatoris voluntate res ipſa præſtanda ſit vel ſaltem eius æſtimatio.

## SVMMARIVM.

1 *Res aliena ſi ſit legata , an & quando ſit præſtanda , vel ſaltem eius æſtimatio ex præſumpta teſtatoris voluntate.*

2 *Legatum rei alienæ,quam teſtator ſciebat eſſe alienam, valet , & debetur æſtimatio ſaltem.*

*Idem ſi teſtator ſciens rem eſſe alienam dixit , lego fundum illum meum.num.3.*

*Idem ſi d.res aliena fuiſſet alteri obligata.num.4.*

*Et id habet locum etiam in re furtiua.num.5.*

6 *Legatum rei alienæ valet,etiam quando res ipſa legata , eſt ipſius legatarij,ſed reuocabiliter.*

*Idem quando res erat propria teſtatoris , ſed tempus teſtamenti reperitur apud hoſtes.num.7.*

*Idem quando teſtator tempore conditi teſtamenti erat dominus rei legatæ,ſed conſerebat legatum in tempus , quo res ſua eſſe deſinebat.num.8.*

9 *Legatum rei alienæ non valet , quando res eſt ipſius legatarij , nec debetur æſtimatio.*

*Intellige,vt num.11.*

10 *Res mea amplius mea effici non poteſt.*

12 *Inſtitutio in hæreditate aliena ſcienter facta à teſtatore non valet,nec debetur æſtimatio.*

13 *Res aliena ſi ſit legata,quam teſtator ignorabat eſſe alienam,ſed propriam eſſe credebat , non debetur , nec etiam eius eſtimatio.*

14 *Teſtatores difficilius legant res alienas grauando hæredes eas emere & legatarijs præſtare, quam res proprias.*

15 *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ valet, etiam ſi teſtator ignorauit rem alterius eſſe: ſecus ſi putauit eſſe ſuam aliqua ex cauſa. nu. 17.*

16 *Legatum rei ſuppoſitæ fideicommiſſo, quod legans extare ignorabat, valet.*

18 *Legatum rei alienæ vxori factum valet, etiamſi teſtator ignorabat rem eſſe alterius, eſt enim ita fauorabile d. legatum, ſicut coniunctæ perſonæ factum.*

*Idem ſi factum ſit valde familiari, & amico, qui diu inſeruiuiſſet ipſi teſtatori. num. 19.*

*Idem quando teſtator dictam rem legauit præſente & ſciente domino ipſius rei. num. 20.*

21 *Intellectus. §. venditionis l. ſicut. ff. quib. modis. pign. vel hypoth. ſolut.*

22 *Res aliena ſi ſit legata præſente & conſentiente domino ipſius rei, hic conſenſus parit aduerſus dominum exceptionem tantummodo rei legatæ, non autem actionem.*

23 *Teſtator legans rem alienam credens eſſe ſuam non præſumitur velle grauare hæredem eam emere & legatario præſtare.*

24 *Teſtator legans rem alienam ignorans eſſe alterius filio pro legitima, valet legatum.*

25 *Teſtamentum præteritione filij redditur nullum, & præſumitur teſtator velle ſuam diſpoſitionem valere.*

26 *Teſtator ſi legauit ignoranter rem alterius, quam præſcribebat, finita præſcriptione ipſo teſtatore ſuperſtite valebit legatum.*

*Idem quando res legata eſt aliena, ſed eſt teſtatori pro aliquo credito obligata, & ſic ius aliquod in ea habet, num. 27.*

*Idem quando res ipſa legata erat naturali obligatione debita ipſi legatario. num. 28.*

29 *Legatum rei alienæ valet fauore libertatis, ſi ignorabat teſtator eam eſſe alienam.*

*Idem fauore piæ cauſæ, num. 30.*

31 *Argumentum de legato libertatis ad legatum piæ cauſæ valet.*

32 *Teſtator legans rem alienam nunquid præſumatur ſciuiſſe vel ignoraſſe eam eſſe alterius. num. ſeq.*

33 *Legatarius aſſerens teſtatorem ſciuiſſe rem à ſe legatam alienam eſſe, probare id debet.*

34 *Præſumptio reijcit probandi onus in aduerſarium.*

35 *Ignorantia præſumitur, vbi ſcientia non probatur.*

36 *Teſtator ſi legauit fundum alienum, præſumitur ſciuiſſe d. fundum alienum fuiſſe.*

37 *Dominium arguitur ex poſſeſſione de præſenti, quando de ipſo dominio incidenter diſputatur.*

38 *Teſtator, qui legauit fundum alienum, præſumitur ſcienter legaſſe, quando d. fundus non eſt deſcriptus in æſtimo inter bona ipſius teſtatoris.*

*Idem quando ipſemet teſtator conduxiſſet d. fundum ab ipſo poſſeſſore & domino, num. 39.*

40 *Teſtator præſumitur vendidiſſe fundum legatum eſſe ſuum, quando tempore teſtamenti ab ipſo poßidebatur, & poſſeßio erat antiqua.*

41 *Re aliena legata quando valet legatum hæres, tenetur præſtare æſtimationem, ſi rem ipſam redimere & præſtare non poteſt,*

*Quæ æſtimatio boni viri arbitrio conſideranda eſt. nu. 42.*

1 DISSERAMVS nunc † de re aliena à teſtatore legata, an illa, vel eius æſtimatio ob præſumptam teſtatoris mentem & voluntatem præſtanda ſit? Hac de diſputatione ſcripſerunt multa poſt alios Iaſon in l. cum alienam. C. de legatis, & Mantica in commentariis de coniecturis vltimarum voluntatum libr. 9. titulo 9. Ego verò ſequendo Iaſonis veſtigia, diſtinguo atque conſtituo duos caſus, quemadmodum duas conſtituit regulas ipſe Iaſon in d. l. cum alienam. nu. 1. & nu. 4.

2 Primus eſt caſus, quando † teſtator ſciebat rem alienam eſſe. Hoc caſu legatum valet: Cum teſtator potuerit & voluiſſe præſumatur illam legare. l. cum alienam. C. de legatis, & §. non ſolùm in inſtitut. de leg. Hunc caſum paſſim omnes admittunt.

3 Extenditur primò, vt † locum habeat hic caſus etiam ſi teſtator ipſe ſciens rem alienam eſſe dixit, lego fundum illum meum. Hoc caſu etiam valet legatum. Ita glo. in l. nuper in verbo, conditionem de leg. 1. Comen. in l. ſerui electione. §. vlt. de leg. 1. & ibidem Alex. nu. 4. Iaſon. nu. 8. & Ruinus nu. 54. Idem Iaſon in d. l. cum alienam. nu. 2. C. de legatis. Et adducti ſunt omnes eo textu. d. l. nuper.

4 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat hic caſus etiam ſi res hæc aliena erat alteri obligata. Hoc quoque caſu, ſi teſtator ſciebat vtrumque, & eam legauit, adhuc valet legatum, & hæres tenetur eam luere & à domino emere & præſtare. Ita Iaſon in d. l. cum alienam. num. 2. verſ. ſecundò amplia; ex ſententia Bart. in l. ſi ſibi homo in princ. nu. 2. de leg. 1. & ibidem Iaſon. nu. 5. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Comenſem, Ancharanum, & Imolam.

5 Extenditur tertiò, vt † locum habeat etiam in re furtiua. Nam adhuc valet legatum factum à teſtatore ſciente. Ita Iaſon in d. l. cum alienam. nu. 2. verſ. tertiò amplia; ex ſententia Baldi in l. 1. C. de vſucap pro empto. qui dixit, valere: Cum æſtimatio præſtari poſſit, ſi redimi non poterit à vero domino.

6 Extenditur † quartò, vt locum habeat etiam quando res ipſa legata eſt ipſius legatarij, ſed reuocabiliter: quippe qui tenetur eam alteri reſtituere, eueniente aliqua conditione. Ita Iaſon in d. l. cum alienam. nu. 2. verſ. quartò amplia.

Et ſecundum Iaſonem probat. l. non quocunque. §. 1. iuncta glo. 2. de leg. 1.

7 Extenditur quintò, vt † locum habeat hic caſus etiam quando res erat propria teſtatoris: ſed tempore teſtamenti reperitur apud hoſtes, atque ita tanquam aliena cenſetur.

Hoc etiam caſu valet legatum. Et propterea hæres tenetur eam redimere, ſi fieri poteſt, & ſi non poteſt, æſtimationem præſtare. Ita poſt Caſtrenſem ſcripſerunt Iaſon in l. id, quod eſt. num. 3. de leg. 1. & ibidem Socin. nu. 3. & Ruinus. nu. 6. qui latè diſſerunt.

8 Extenditur ſextò, vt † locum habeat etiam quando teſtator tempore conditi teſtamenti erat dominus rei legatæ: ſed conferebat legatũ in tempus, quo res ſua eſſe deſinebat. Hoc etiam caſu legatũ valere ſcripſerunt Alex. in d. l. cum alienam in fine. C. de lega. & ibidem Iaſon. nu. 3. verſic. ſecundò limita: qui reiiciunt contrariam opinionem Angeli.

Et ſecundum eos probant. l. ſtichus ſeruus. ff. de manumiſ. teſta. & text. l. 3. §. ſi quis ita. ff. de adim lega.

9 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quando res eſt legatarij. Hoc ſanè caſu, & ſi quò ad teſtatorem dicitur res aliena: attamen cum non ſit tertij, ſed ipſiuſmet legatarij, legatum ipſum inutile eſt: nec debetur æſtimatio. Ita declarant Iaſon in d. l. cum alienam. num. 3. C. de lega. poſt Baldum in l. proprias. C. eod. Quæ quidem declaratio manifeſte probatur in d. l. proprias & in §. ſed ſi rem in inſtit. de lega.

10 Eſt ratio, quia res † mea amplius mea effici non poteſt. §. ſic itaque in inſtit. de actio.

11 Hæc † tamen declaratio intelligitur, niſi res legatarij ei legetur ſub conditione, ſi ſua eſſe deſierit, l. cætera, §. 1. ff. de leg. 1. Et rurſus, quando teſtator ius aliquod in ea haberet. Nam tunc ius illud legaſſe teſtatorem præſumitur. Idem quando res hæc legatarij eſſet alteri pignorata: Nam & tunc valet legatum; & hæres tenetur eam redimere & legatario præſtare. l. ſi tibi in princip. de leg. 1. Has declarationes commemorauit Iaſ. d. l. proprias. nu. 2. C. de legatis.

12 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat hic caſus in hæreditate aliena, in qua non valeret inſtitutio ſcienter facta à teſtatore. Ita Baldus in l. vlt. num. 17. nu. 18. oppo. C. de hæred. inſtit. quem ſecuti ſunt Iaſon in d. l. cum alienam. num. 3. verſic. tertiò limita. C. de lega. Curtius Iunior in conſil. 39. numer. 9. & de eadem facti ſpecie reſpondens Socinus Iunior in conſil. 74. numer. 25. verſicul. tertiò reſpondeo lib. 1. Baldum ſecutus eſt, & ſubiunxit, habere locum etiam reſpectu rei alienæ repertæ in hæreditate propria à teſtatore relicta: Id quod non admittit Curtius præcitato in loco. Et Socino repugnat reſponſum Ruini in conſil. 45. num. 12. verſic. nec obſtat. libr. 1.

13 Secundus eſt caſus; quando † teſtator legauit rem alienam, quam ignorabat eſſe alterius ſed propriam eſſet credebat. Hoc caſu, res legata, nec eius æſtimatio debetur. Ita probant d. l. cum alienam. C. de lega. & §. non ſolùm verſic. quod autem in inſtit. de lega.

Et ratio quidem eſt, quia ſi teſtator ſciuiſſet rem alienã eſſe



14 eam, fortè non legaſſet: cùm † difficilius teſtatores legent res alienas, grauando hæredes eas emere & legatariis præſtare, quam res proprias. l. vnum ex familia. §. ſi rem de leg. 2. & rationem hanc probarunt Doct. in d. l. cum alienam ibi Iaſ. n. 4.

15 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quando legatum rei alienæ factum fuit coniunctæ perſonæ. Nam tunc valet, & ſi teſtator ignorauit rem alterius eſſe. Ita probat text. d. l. cum alienam ibi, *niſi proximæ perſonæ*. Et ibidem annotarunt omnes, & præſertim Iaſon num. 5. ſic & Pariſ. in conſ. 57. num. 25. lib. 3. Idem quoque ſcripſerunt Alciatus & Tiraquellus, quos commemoraui in conſil. 89. num. 124. quo loci
16 retuli etiam Bellonum, qui † reſpondit hoc in caſu valere legatum rei ſuppoſitæ fideicommiſſo, quod teſtator legans extare ignorabat. Hinc infertur, hæredem teneri de euictione hoc in caſu, ſi res aliena ſic legata legatario euincitur: ſicuti dicemus in præſumpt. 117. in octauo caſu. Hæc tamen decla-
17 ratio † intelligitur, quando teſtator penitus ignorauit & errauit rem eſſe alienam, ſecus verò quando putauit eſſe ſuam aliqua ex cauſa, & tamen non eſſet. Nam tunc legatum huius rei factum etiam coniunctæ perſonæ non valet. Ita declarant Iaſon in d. l. cum alienam. num. 5. poſt Caſtrenſem ibi. & Maynerius in d. l. quod factum eſt. nu. 4. de reg. iuris. Et conferunt quæ dicemus in d. præſumpt. 117. in declaratione octaui caſus.

18 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat, quando teſtator ignorans rem alienam eſſe, eam legauit vxori. Hoc etiam caſu valet legatum. Ita probat tex. d. l. cum alienam, & ibidem annotarunt omnes, præſertim Iaſon. num. 5. & Alex. in conſ. 9. num. 15. verſic. corroborantur hæc lib. 3. Et comprobatur, quia ita fauorabile eſt, & largè interpretandum legatum vxori relictum, ſicuti factum coniunctæ perſonæ. l. vxor. C. de legatis, & diximus ſupra in præſumpt. 108. conferunt etiam quæ ſcripſimus ſupra in præſumpt. 89. num. 61. 62.

19 Declaratur tertiò, vt † non procedat hic caſus in legato, facto valdè familiari & amico, qui diu inſeruiuiſſet ipſi teſtatori. Nam & tunc valet legatum, & ſi teſtator ignorauit rem eſſe alienam. Ita Fulgoſius & Alex. in d. l. cum alienam, & ibidem Iaſon. num. 5. verſic. 3. limita. Et idem ſcripſerunt Alciatus in tract. de præſumptionibus. reg. 1. præſumpt. 28. numer. 1. & Tiraq. in tract. de pœnis legum. cauſa. 22. nu. 27. & in ſpecie idem Tiraq. in tract. de priuilegiis piæ cauſæ priuil. 66. in fin. Et conferunt ſimilia, quæ congeſſi ſuprà in præſumpt. 89. numero 68.

20 Declaratur quartò, vt † locum non habent hic caſus, quando teſtator ignorans rem alienam eſſe: vel etiam credens eſſe ſuam, eam legauit præſente & ſciente domino ipſius rei. Hoc ſanè caſu valet legatum. Ita Baldus & Salicetus in d. l. cum alienam. C. de lega. & ibidem Iaſ. nume. 5. verſicul. 4. vltrà textum, idem Iaſ. in l. cum proponas. la 1. colum. 2. verſicul. nota etiam diligenter. C. de pactis, & in conſ. 13. col. 1. & in conſil. 57. col. 3. verſ. 4. lib. 1. & alios retuli in conſ. 58. num. 24. lib. 1. Quibus accedunt Ruinus in conſ. 2. in fin. lib. 1. & Pariſius in
21 conſ. 2. nu. 21. lib. 3. Eſt ratio, quia † teſtator poteſt legare rem alienam ſciente & volente ipſo rei domino. l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. ſolu. cuius verba hæc ſunt. *Venditionis autem appellationem generaliter accipere debemus: vt, & ſi legare permittit, valeat quod conceßit.* Idem probat text. c. 1. in princ. de prohib. feudi aliena: per Feder.

Cæterùm permiſſio illa cuius meminit. d. §. venditionis, non inducitur ſola præſentia & taciturnitate domini ipſius rei, ſed requiritur expreſſus eius conſenſus. Ita declarat Iaſ. in d. l. cum alienam. num. 5. verſ. nunc limita; qui huius ſententiæ commemorat Alexandr. in conſil. 20. numero 11. libr. 3. & ſi Alexander tex. d. §. venditionis non recenſet. Et ante Alexandrum, ita d. §. venditionis interpretati ſunt Bar. Baldus, & alij, quos congeſſit & ſecutus eſt Gomeſ. in §. item Seruiana. num. 25. in inſtit. de actio.

22 Eſt tamen † aduertendum, conſenſum hunc parere exceptionem tantummodo legatario aduerſus dominum rei legatæ, non autem actionem. Ita Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. nu. 38. & 39. de leg. 1. qui ſic declarat & intelligit Bal. in l. 1. in prima lectura. col. 3. verſ. ſed hic quæro, nunquid. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ſi ipſe Iaſon in d. l. cum alienam. nu. 6. C. de legat. non intelligens Baldi verba dixit, codicem eſſe corruptum. Et ipſe Iaſon præ oculis habuit Bald. in d. l. cum alienam. num. 6. hoc manifeſtiùs affirmantem. Hæc quarta declaratio ſic ab omnibus recepta & probata, apud me dubitatione non caret. Et ſi enim conſenſus ille domini rei legatæ operatur, vt ipſe dominus ſibi præiudicauerit: non tamen infert, quod teſtator ignorãs rem eſſe ſuam, ſi ſciuiſſet eſſe illius
23 cõſentientis, eam legaſſet. Eadem enim manet ratio, qua † diximus, non præſumi teſtatorem neſcientem rem alterius eſſe, velle grauare hæredem eam emere & legatario præſtare, d. l. vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. 2. Nec dici poteſt, dominum rei conſentiendo teſtatori leganti voluiſſe donare etiam pretium rei: Quandoquidem nec in caſu d. l. ſicut. §. venditionis, creditor ille conſentiens alienationi, & legato rei ſibi hypothecatæ, & ſi remittere dicitur ius pignoris & hypothecæ, non tamen dicitur liberare debitorem à reſtitutione ſui crediti: ſicuti probat. l. 3. ff. de pact. & reſpondit Comenſ. in conſ. 19. quem ſecutus eſt Decius in l. creditor. n. 3. de reg. iuris. Et his accedit Bald. in tract. de pactis. num. 51.

24 Declaratur quintò, vt † locum non habeat hic caſus, quando teſtator ignorans rem alterius eſſe eam legauit filio pro eius legitima. Hoc etiam caſu valet legatum. Ita Bald. in l. Scimus. in prin. in tertio notab. & in col. pen. ver. extra quærit. C. de inoffi. teſta. & Iaſon in l. cum alienam. num. 6. ver. 5. limita,
25 C. de legatis. Ea eſt ratio, quia alioqui teſtamentum † præteritione filij redderetur nullum: cùm tamen præſumatur teſtatorem voluiſſe ſuam diſpoſitionem valere. l. 3. ff. de teſta. mil. Nec habenda eſt ratio, quod filius ſit coniuncta perſona patris, & ob id valeat legatum rei alienæ factum, vt perſonæ coniunctæ, ſicuti diximus ſuprà in prima declaratione: quia pater hoc in caſu non beneuolentiæ cauſa legauit filio, ſed ob debitum, quod ei præſtare tenebatur. Et propterea hoc caſu pater conſideratur tanquam extraneus.

26 Declaratur ſexto, vt locum non habeat quando teſtator ignoranter legauit rem alienam, quam præſcribebat: quia finita præſcriptione ipſo teſtatore ſuperſtite, vel tempore hæredis valebit legatum. Ita gloſ. in l. 1. §. vlt. in verbo, lucretur. ff. de eo, per quem factum erit. & ibidem annotarũt Bal. & Ang. & ibidem ſecutus eſt Iaſ. nu. 3. & ſi idem Iaſ. in d. l. cum alienã. num. 6. verſ. 6. notabiliter limita. C. de legatis. obiicit diſpoſitionem regulæ Catonianæ. Quæ quidem nil vrget: Cùm teſtator legare potuerit.

27 Declaratur ſeptimò, vt † locum habeat hic caſus, quando res legata eſſet penitus aliena: ſecus verò ſi teſtator ius aliquod in ea haberet, vt puta ſi illa eſſet ſibi pro aliquo credito obligata. Nam tunc reſpectu illius iuris teſtator præſumitur eam legaſſe, atque ita legatum valet. Ita glo. Bald. & Imola in l. qui ſolidum. §. 1. de leg. 2. & Iaſon. in d. l. cum alienam. num. 6. ver. ſeptimò ſingulariter limita. C. de legatis, & alios refert Didacus in c. filius. nu. 2. ver. hinc etiam. de teſta. qui ſubiũxit, hanc declarationem non procedere, quando teſtator voluit omnia contenta in ipſo teſtamento effectum ſortiri: vel onus aliquod legatario adiecit. Nam tunc res in totum præſtanda eſt legatario. Id quod reſpondiſſe Alex. in conſ. 9. in fi. lib. 2. recenſet ipſe Dida. Idem quando rem ipſam alienam ſolam poſſideret teſtator, in qua ius aliquod haberet, præſumptio eſt in totum & pleno iure legaſſe. Ita Ruinus in conſ. 25. nu. 9. lib. 2.

28 Declaratur † octauò, vt locum nõ habeat, quando res aliena legata iam erat naturali obligatione debita ipſi legatario. Hoc ſanè caſu valet legatum. l. hæres præcepto fundo. ff. ad Treb. vbi gl. & Caſtr. & idem Caſtr. & Alex. in d. l. cum alienam. vbi Iaſ. num. 6. verſ. octauo limita. C. de legatis.

29 Declaratur † nonò, vt non procedat hic caſus fauore libertatis. Nã tunc re aliena legata à teſtatore ignorãte eſſe alienã valet. l. quidam ita. §. ſi quis filiũ. ff. ad Treb. l. Paulus. ff. de fideicom. libert. & reſpondit Roma. in conſ. 235. nu. 5. verſ. ſed caſum habeo, & Tiraq. in tract. de priuilegiis piæ cauſæ priuilegiis. 66.

30 Declaratur † decimò, vt non habeat locum fauore piæ cauſæ, cui factum eſt rei alienæ legatum. Hoc etiam caſu valet,
31 Ita † arguendo à legato libertatis ad legatum piæ cauſæ, reſpondit Roma. in d. conſ. 235. num. 5. verſ. ſecundò, quod & aliorum auctoritatibus comprobauit Tiraquel. in præcitato priuilegio 66.

32 Cæterùm dubitari nunc † contingit, an præſumatur teſtatorem ſciuiſſe, vel ignoraſſe, rem illam à ſe legatam eſſe ſuam,



vel alte

vel alterius? Hac de re ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui dixerunt, preſumi teſtatorem ignoraſſe rem ſuam eſſe, gl. in cap.filius.de teſta.Alex.in conſ.9.nu.15.lib.2.

33 Quorum quidem † opinionem probare videtur text.§.non ſolùm verſ.& verius eſt in inſtit.de legatis, quo loci Iuſtinianus ſtatuit, legatarium aſſerentem teſtatorem ſciuiſſe rem à ſe legatam alienam eſſe, probare id debere. Eſt ergo præſumptio contra legatarium, quod ſcilicet teſtator ignorauerit: quia ſi præſumeretur ſciuiſſe, non grauaretur legatarius one-
34 re probationis: cum præſumptio † reiiciat probandi onus in aduerſarium.l. generaliter.§.ſi petitum.in fin.ff.de fideicom. libert. & ſcripſi ſupra lib.1.q.33. Et manifeſtius Theophilus in ſuis inſtitutionibus.tit.de legatis.§.porrò.verſ.ſi quis mihi rem. Verùm reſponderi poteſt, legatarium ob id probare debere teſtatorem ſciuiſſe rem ſuam eſſe, quia ipſe fundamentum conſtituit in ipſa ſcientia: ob id eam probare debet plenè & perfectè.

Secunda fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, præſumi teſtatorem ignoraſſe rem alienam eſſe. Ita Cynus & Bald. quos ſecutus eſt Iaſ.in d.l.cum alienam.num.7.C.de legatis, qui teſtatur eam eſſe communem opinionem. Et eandem probarunt Barba.in d.c.filius.num.12.de teſta.

35 Et hæc quidem opinio ſatis fulcitur † ea generali regula, qua dicimus, ignorantiam præſumi, vbi ſcientia non probatur.c.ignorantia.de reg.iur.in 6.

Tertia fuit opinio exiſtimantium, hoc totum relinqui iudicis arbitrio, qui pro ſui facultate arbitrari debet, an preſumi debeat teſtatorem ſciuiſſe, vel ignoraſſe. Ita ſanè Imola in l.ſi domus.§.1.nu... de leg.1.& Didacus in c.filius.num.1.in fi. de teſta. Et hæc quidem opinio mihi magis probatur. Nam cum hoc pendeat à coniecturis, dicendum eſt, relinqui iudicis arbitrio, vt ſcripſi in lib.2.de arbitra.iudicum.Caſu.

Prudens autem iudex conſiderabit primùm hic agi non de quantitate, ſed de ſpecie legata, ſicuti non ſolùm ex Doctorum traditionibus, ſed ex ipſis legibus colligitur. Deinde diſtinguet atque conſiderabit duos Caſus.

36 Primus quorum eſt, quando † ſpecies ipſa eſt immobilis vt putà fundus. Et hic quidem non poſſidetur à teſtatore, ſed ab ipſo verò fundi domino. Hoc ſanè caſu præſumptio eſt, teſtatorem ſciuiſſe hunc fundum eſſe alienum. Ita ſenſit Gulielmus Maynerius in l.quod factum.num.2.de reg.iuris. Eſt ra-
37 tio, quia ex poſſeſſione † de præſenti arguatur dominium, quando de ipſo dominio incidenter (vt in caſu noſtro) diſputatur; ſicuti docuit Bart.in l.quidam in ſuo.nu.4.verſ.2.caſu. ff.de cond.inſtit.& dicemus infra lib.6. præſumpt.in ſecundo caſu. Cùm ergo cõſtat aliũ quàm teſtatorẽ poſſidere, credendũ eſt, teſtatorẽ ſciuiſſe ſeu exiſtimaſſe illum eſſe dominum.

Et hic quidem caſus multò magis procedit, quando concurrit alia coniectura, vt ſi in ciuitate extarent cataſtra, ſeu li-
38 bri æſtimi, in quibus deſcripta ſunt † ciuium bona immobilia. Et inter bona teſtatoris fundus iſte non eſt deſcriptus, ſed reperitur inter bona poſſeſſoris. Hæc ſanè coniectura multò magis arguit, teſtatorem ſciuiſſe fundum eſſe illius. Ita reſpondit Alex.in conſ.9.nu.15.lib.3.poſt Bart.in auth.ſed cum
39 teſtator.num.6.C.ad l.Falcid. Eſt & † alia vrgens coniectura, quando ipſemet teſtator conduxiſſet fundum illum ab ipſo poſſeſſore: ſicuti coniecturam hanc conſiderauit Alexander præcitato in loco. Et idem eſt dicendum de re aliqua mobili: ſicuti ſenſit Bart.in d.auth.ſed cum teſtator.num.6. Porrò legatarius, qui ad legatum agit, probare quidem debet, teſtatorem ſciuiſſe fundum hunc eſſe alienum: iuxta.d.§. non ſolùm: Hanc probationem faciet, allegando, teſtatorem non poſſediſſe ſed ipſum rei dominiũ: & in eius cataſtro deſcriptũ eſſe.

40 Secundus eſt caſus, quando † ſpecies hęc immobilis, vt puta fundus poſſidebatur tempore teſtamenti ab ipſo teſtatore, & poſſeſſio iam antiqua erat. Hoc caſu pręſumitur teſtatorem crediſiſſe rem eſſe ſuam propriam. Ita Maynerius in d.l.quod factum.num.2. & tantò magis ſi illa erat deſcripta in eius cataſtro antiquo: ſic ſenſit Bart.in d. auth.ſed cum teſtator.nu. 5.& apertius Iaſ.in d.l.cum alienam.num.8.C.de legatis, poſt Baldum in l.1.col.1.C.ſi de mom.poſſ.fuerit appella. Et ideò diuerſum eſt, quando poſſeſſio eſt recens & titulo caret, vt quia teſtator iſte ſucceſſit in hæreditate alicuius, in qua reperiit hunc fundum. Ita Bald.in d.l.cum alienam.nu.12.in fin.ſi autem ipſemet teſtator acquiſiuiſſet, præſumeretur, eum crediſiſſe eſſe ſuam propriam. Iaſon qui ſupra, Idem dicendum eſt de ſpecie mobili puta, ſeruo, equo & ſimili: ex dictis ſupra.

41 Eſt etiam hac in diſceptatione † obſeruandum, illis in caſibus, in quibus valet legatum rei alienę, hęredem teneri præſtare æſtimationem, ſi rem ipſam redimere & præſtare non poteſt: ſicuti paſſim admittunt omnes in d.l.cum alienam.

42 Porrò æſtimatio hæc † arbitrio viri boni conſideranda eſt. Non enim immenſum illud pretium, quo dominus rei eam vendere voluit, præſtari debet.l.ſi domus.§.in pecunia ibi, *immenſum pretium.* de leg.1.& l.qui concubinam.§. vlt.de leg.3.

## PRÆSVMPT. CXVII.

### Re hæredis à teſtatore legata, an & quando legatario res ipſa debeatur vel ſaltem ipſius rei æſtimatio.

### SVMMARIVM.

*1 Hæres cùm eadem perſona cum teſtatore reputetur, non eſt tamen propriè, nec eius bona ſunt verè ipſius teſtatoris.*
*2 Teſtator nunquid poſſit legare rem ſui hæredis vt propriam.*
*3 Legatum rei propriæ teſtatoris quid differat à legato rei hæredis.*
*4 Legatum rei hæredis ſiue ſcienter ſiue ignorãter ſit factum, valet.*
*Idem de iure canonico.num.5.*
*Idem ſi teſtator in d.re ius aliquod habebat.num.6.*
*Idem quando teſtator legauit rem, quam ex fideicommiſſo maiorum tenebatur reſtituere ipſi ſuo hæredi.num.7.*
*8 Legatum non valet in re hæredis, quando ipſe hæres habebat tantummodo ius pignoris vel ſeruitutis in d.re legata.*
*Idem in re filij hæredis inſtituti in ſola ſua legitima.num.9.*
*Idem quando teſtator legaret bona, quæ certo in loco haberet, & inter ea aliqua extarent bona ſui hæredis.num.10.*

1 EXPLICEMVS nunc, an † & quando res non omninò propria teſtatoris: nec omnino aliena legatur: ſicuti quando teſtator legauit rem ipſius ſui hæredis, qui & ſi eadem perſona cum ipſo teſtatore reputatur, vt in Auth.de iure iuran. à morien. præſtito.in princip. Non tamen eſt propriè eadem perſona: nec eius bona ſunt verè ipſius teſtatoris. Hac in re
2 † conſtituenda eſt regula; teſtatorem ita poſſe legare rem ſui hæredis, vt propriam. Non enim quò ad legati validitatem differentia eſt inter rem hæredis & legatarij.l. vnum ex familia.§.ſi rem.de leg.2. vbi glo.& Bart.ſic & Iaſ.in d.l.cum alienam.nu.10 Didacus in cap.filius.num.3.de teſta.& alij, quos infra commemorabimus.

3 Differt † tamen legatum rei propriæ teſtatoris à legato rei hęredis: quia dominium rei teſtatoris tranſit recta via in legatarium.l.à Titio.ff. de furtis: dominium verò rei hæredis non tranſit: vt ſcripſit glo. in l. Papinia.ff.de feriis, & ſecuti ſunt Iaſ.in d.l.cum alienam.num.10.

4 Extenditur primò hęc † regula, vt locum habeat ſiue ſcienter, ſiue ignoranter teſtator legauit. Nam adhuc valet legatum: cum præſumptio ſit, teſtatorem ipſum voluiſſe omninò legare.d.§.ſi rem, & annotarunt Iaſon in d.l.cum alienam.nu. 10. Didacus in d.cap.filius.num.tertio. Peralla in l.hæredem meum num.26.de leg.2.& Ant.Padilla in l.hæredem.num.1. C.de fideicom.

5 Extenditur ſecundò, vt † habeat locum etiam de iure canonico: Nam & eo iure ſine controuerſia valet legatum rei ipſius hæredis: ſicuti ſcripſit Didac.in d.c.filius.nu.3.poſt Innocentium ibidem, & Iaſonem in l.hæredem.C.de fideicom.

6 Extenditur tertiò, vt † locum habeat etiam quando teſtator legauit rem hæredis, in qua ius aliquod habebat & ipſe teſtator. Nam & hoc in caſu pręſumitur teſtatorem voluiſſe legare non ſolùm ius ſuum, quod in ea habet, ſed etiam ius ipſius ſui hæredis. Ita tradunt Bart. in l. cum filius.§. dominus. de leg. ſecundo. Roma.ſing.633. Ancharanus & Imola in d. cap.filius.de teſta.vbi Didacus.num.3.verſ.quin & ſi teſtator, qui refert Corneum in conſil.84. columna ſecunda, libro ſecundo, refert etiam Ripam in l.ſerui electione.§.vltimo, nu. 13.de leg. primo, atteſtantem eſſe communem opinionem.

Et ibi



Et ibidem Ruinus num.21.ſecutus eſt, & idem in conſilio 74. num.4.libro 2.vbi dixit, ab hac communi non eſſe recedendum conſulendo & iudicando. Hanc etiam probauit Padilla in d.l.hæredem.num.1.in fi.C.de fideicom.

7 Extenditur quartò, vt † locum habeat etiam quando teſtator legauit rem, quam ex fideicommiſſo maiorum tenebatur reſtituere ipſi ſuo hæredi. Nam & eam legare potuit.l.filiuſfamilias.§.cum pater.de leg.1.& reſponderunt Pariſius & Socinus Iunior quos probaui in conſilio 89.numero 62.lib.1. & idem ſcripſit Didacus.in d.c.filius.num.3.

Et confirmatur traditione eorum, qui ſcripſerunt, teſtatorem potuiſſe alienare bona fideicommiſſi alioqui reſtituenda ipſi hæredi: & ob id hæredem ipſum non poſſe alienationem illam reuocare: Ita ſanè ſenſuerunt Romanus Alexan.& Ruinus, quos commemoraui & ſecutus ſum in dicto conſilio 89.num.60 quo loci.num.66.idem eſſe dixit, quando teſtator alienaſſet rem feudalem, quæ ipſo teſtatore mortuo deuoluebatur ad hæredem. Et in ſpecie noſtra de re feudali primogenito reſtituenda ſic ſenſerunt Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus.in 7.amplia.C.de inoffic.teſtam.& Didacus in d.c.filius.num.3.ſubiunxit tamen Didacus, æſtimationem tantùm rei ſuppoſitæ reſtitutioni deberi pro primogenitura ſeu maioratu, ſi res ipſa præſtari non poteſt. Quam traditionem rectius fortè declarauit Melchior Palaez in Tractatu de maioratui quarta parte, quæſt.vlt.num.5.& 6.

Extenditur quintò, vt locum habeat in re hæredis mediati, ita Iaſ.in d.l.hæredem.num.1.C.de fideicom. & ibidem Padilla num.7. Ita dicimus teſtatorem potuiſſe alienare res hæredis ſui hæredis. Ita copioſè diſſerui in conſ.89.nu.126.

8 Declaratur primò, vt locum † non habeat hæc regula, quãdo hæres haberet tantummodò ius pignoris, vel ſeruitutis in ea re legata. Nam tunc eam legare non potuit teſtator. Ita declarat Iaſ.in d.l.cum alienam.nume.10.verſ.item intellige. C.de legatis, ex ſententia Bart, in l.ſi ſeruus Titij.de leg.1.

9 Declaratur ſecundò, vt locum † non habeat in re filij hęredis inſtituti in ſola ſua legitima. Nam tunc legatum non valet: cùm filius ipſe ſic inſtitutus non teneatur obſeruare teſtatoris diſpoſitionem quo ad legata. Ita ſcripſerunt Rodericus Suarez in d.l.quoniam in prioribus.in 7.ampliat.C.de inoffi. teſta.& Dida.in d.c.filius.num.3.ver.nam ſi filius.

10 Declaratur tertiò, vt locum non † habeat, quando teſtator legaret bona, quæ certo in loco haberet, & inter ea aliqua extarent bona hæredis ſui. Hoc ſanè caſu, in hoc legato generali bonorum non comprehenduntur bona hæredis. Ita de ſubſtitutione verba faciens reſpondit Bald.in conſil.239.Lauren. verſ.non tamen credo.lib.2.quem ſecutus eſt & comprobauit Craue.in conſ.144.num.8.

## PRÆSVMPT. CXVIII.

### Legatarius, an & quando re legata euicta, agere poſsit de euictione contra hæredem ex præſumpta teſtatoris voluntate.

### SVMMARIVM.

*1 Hæres an & quando teneatur de re euicta erga legatarium.*
*Quòd non tenetur de euictione, quando teſtator legauit quid vniuerſale, quod euictum ſit.num.2.*
*Secus ſi legauit quid generale, vt putà vnum ex ſeruis ſuis, qui ſi à legatario euincatur, hæres de euictione tenetur.num.3.*
*Intellige, vt num.4.*
*5 Hæres non tenetur de euictione erga legatarium, quando teſtator legauit certam ſpeciem, quæ eſt omninò & in totum ipſius teſtatoris.*
*Secus ſi ipſe hæres occultaſſet iura vel inſtrumenta, quibus legatarius poterat probare ius teſtatoris, qui ſibi legauit, & ſic fuit in cauſa euictionis.num.6.*
*7 Hæres non tenetur de euictione erga legatarium, quando teſtator legauit rem certam, quæ non erat ſua in totum, ſed in ea ius aliquod habebat.*
*8 Teſtator ſi legauit rem, in qua ius tantum pignoris habebat, non rem ipſam, ſed ius pignoris legaſſe dicitur.*
*Idem ſi legauit rem, in qua ius ſolum in ſpe conſiſtens habebat, ipſam ſpem tantum legaſſe præſumitur.num.9.*
*10 Hæres tenetur erga legatarium de euictione, quando teſtator ſciẽs rem alienam omnino eſſe, eam legauit.*
*Secus ſi ius aliquid in ea habet.num.11.*
*Præſumitur enim ius, quod in ea habet, legaſſe.num.12.*
*13 Hæres non tenetur de euictione erga legatarium, quando teſtator ignorans, vel errans rem eſſe alienam, eam legauit extraneo.*
*Secus ſi eam legauit coniunctæ perſonæ.num.14.*
*15 In Prælegato facto vni hæredum, re euicta ab eo, cui fuit prælegata, alter non tenetur de euictione.*
*16 Legatum non valet etiam factum coniunctæ perſonæ, quando teſtator legauit rem alienam, quam ſuam eſſe putabat, aliqua ex cauſa nulla.*
*Idem quando teſtator rem eſſe ſuam putabat ex aliqua cauſa, quæ tamen eius morte finiebatur.num.18.*
*17 Intellectus l.cum alienam rem.C.de lega.*
*19 Res emphyteutica ſi eſt legata, non debetur æſtimatio eius.*
*20 Legatum rei feudalis, quæ mortuo teſtatore reuerſura eſt ad dominum, inutile eſt.*
*21 Teſtator ſi legauit rem, cuius vſumfructum tantummodo habebat, cenſetur reliquiſſe ſolum ius, quod in ea habebat, & hæres non tenetur de euictione.*
*Idem quando legauit rem ſuppoſitam fideicommiſſo à ſe reſtituendo.num.22.*
*Secus ſi ſcienter legauit, quia tenetur hæres de euictione.nu.23.*
*24 Teſtater ſi reliquit rem, ius cuius morte ſua erat reuerſurum ad hæredem à ſe inſtitutum, legatum debetur legatario, & hæres tenetur de euictione.*

1 DISPVTATIO † eſt frequens & vtilis, an & quando hæres teneatur de re euicta erga legatarium. Ego ſoleo diſtinguere per plures caſus ex traditionibus Bart.& ſequacium in l.ſi domus.§.de euictione.nu.3.ff.de leg.1.

2 Primus eſt caſus, quãdo † teſtator legauit quid vniuerſale, vt putà ſi reliquit hæreditatem, vel peculium. Hoc in caſu ſi illa hæreditas, vel peculium euincatur, hæres non tenetur de euictione. Ita Bar.in d.§.de euictione.nu.3.ver.ſecus ſi legaretur vniuerſale. Et idem ſcripſerunt ibidem Caſtren.nu.6.verſ. glo.tamen, & reliqui omnes adducti omnes textu l.1.C.de euictione.

3 Secundus eſt caſus, quando † teſtator legauit quidem generale, nempè rem in genere, vt putà, vnum ex ſuis ſeruis, vel equis. Hoc in caſu hæres tenetur de euictione erga legatariũ, ſi ſeruus ab ipſo hærede præſtitus à legatario euincitur. Ita docuit Bartol.in d.§.de euictione.num.3.verſ.primum membrum, quem ſecuti ſunt ibidem Caſtren.num.6.verſic.primo caſu.& Iaſon.num.25. Et huius quidem ſententiæ manifeſta eſt ratio, quia hæres, qui tenetur ad genus, debet facere rem illam legatam & à ſe traditam legatarij accipientis, nempè efficere, vt ſeruus à ſe deinde traditus tranſeat in dominium ipſius legatarij, iuxtà l.ex empto.in princip.ff.de actio.empt. Et ideò, ſi ſeruus traditus, à legatario euincitur, perinde eſt ac ſi traditus non fuerit: & conſequenter hæres tenetur de ipſa eui-
4 ctione. Hic † tamen caſus intelligitur ſecundum Bart. & Caſtren.præcitatis in locis, quando res legatur in genere ſimpliciter: ſecus ſi legatur res incerta de certis: vt putà ſi teſtator legauit vnum ex ſeruis ſuis. Hoc in caſu (inquit Bart. hæres non tenetur erga legatarium de euictione, ſi is ſeruus traditus euincatur. Et ratio eſt (dicit Bar.) quia hoc legatum æquiparatur legato ſpeciei.l.in ratione.§.diligenter.& §. ſequ.ff.ad l. Falcid.& l.qui decem.§.ſtichum.in fi.ff.de ſolutio.

5 Tertius eſt caſus, † quando teſtator legauit certam ſpeciem ſicque rem certam, quæ eſt omninò & in totum ipſius teſtatoris. Hoc in caſu hæres non tenetur de euictione erga legatarium. Ita Bar.in d.§.de euictione.num.3.verſ.ſecundum membrum: poſt glo.ibi, quam probarunt & reliqui, hoc eſt, Caſtren.ibidem.num.6.ver.2.caſu.& Iaſ.num.26. Nec eſt qui diſſentiat.

Et huius ſententiæ manifeſta ſatis eſt ratio, quia euictio dici non poteſt ſubſecuta defectu iuris teſtatoris: nec culpa hæredis, ſed vel imprudentia, vel iniuſtitia iudicis. Et ob id hæres non tenetur de euictione illa iuxtà l.ſi per imprudentiam

6 tiam.C.de euictio. Et hunc † caſum intellexit Bartol. procedere,niſi hæres ipſe fuiſſet in cauſa euictionis, vt ſi occultauit iura,& inſtrumenta,quibus legatarius poterat probare ius teſtatoris,qui ſibi legauit,Et idem ſcripſit Caſtren.præcitato in loco.

7 Quartus eſt caſus, quando † teſtator legauit ſpeciem ſicq; rem certam, que non erat ſua in totum,ſed habebat in ea ius aliquod,Hoc in caſu,hæres non tenetur de euictione erga legatarium, ſi res ipſa euincitur pro eo iure, quod legatarij aduerſarius habet in ipſa re legata. Ita docuit Bart.in dicta lege ſi domus.§.de euictione.nu.tertio.Et hoc eſt verum?quem ſecuti ſunt ibidem Caſtren.nu.ſexto.verſ.in tertio caſu.& Iaſ. nu.26.verſ.in ſecundo membro.

Et ratio huius caſus & traditionis eſt: quia præſumitur teſtatorem legaſſe non totam ipſam rem, ſed ſolùm ius, quod habebat in ipſa re dicta l. ſi domus.§.de euictione. in fine de leg.primo, & confert.l.ſi à ſubſtituto.§.primo.eodem titulo, de leg. primo. Et egregiè Aretinus in l.prima.§.vltimo, columna penultima propè fin.ff.de vulgari & pupillari ſubſtit. & in conſil.154.in fine qui rationem retulit.

8 Huc etiam pertinet quod † affirmarunt Alex.in conſ.47. nu.4.lib.3.& Abbas in c.filius.nume.4.& ibidem Didacus. nu,3.de teſtam.quod ſi teſtator legauit rem,in qua ius tantum pignoris habebat; non rem ipſam, ſed ius pignoris legaſſe di-
9 citur. Imò † quando teſtator legauit rem, in qua ius ſolùm in ſpe conſiſtens habebat, non rem, ſed ipſam ſpem tantum legaſſe præſumitur: ſicuti ſcripſerunt Baldus in l.cum alienam numero 4.C.de lega. Romanus in conſilio 308.num. 5.Alexand.in conſilio 11.numero 17.lib.3.& Rui.in conſil. 212.num.7.lib.1.

Et hoc quarto in caſu locum non habet l.cum alienam rem. C.de legat.vt mox dicemus.

10 Quintus eſt caſus, † quando teſtator ſciens rem alienã omninò eſſe,eam legauit. Hoc caſu, re ipſa euicta,hæres tenetur erga legatarium de euictione. Ita Barto.in d.l.ſi domus.§.de euictione.nume.3.verſ.tertium membrum eſt poſt gloſſam ibi.Et ſecuti ſunt Caſtren.ibidem numero.6.ver.in tertio caſu & Iaſo.numero 28. ſic prædicti intelligunt tex.l.cum alienam rem.C.de legat.Et ratio eſt, quia ſi hæres rem alienam ſcienter legatam tenetur redimere & legatario præſtare.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.de leg.1.& ſi hæres non tradit, eamq; legatarij non facit, poteſt legatarius agere: multò magis tenetur hæres poſt euictionem,legitimè ſecutam.

11 Sextus eſt caſus, quando † teſtator ſcit quidẽ rem alienam eſſe;ſed tamen ius aliquod & ipſe in eam habet.Hoc ſanè caſu ſecuta euictione pro eo iure alieno; hæres non tenetur legatario de euictione ipſa.Ita Bar.in d.§.de euictione.numero.3. verſ.tertium membrum,&c.ibi.Quod intellige; dum allegat. d.§.de euictione.in fi.& l.ſerui electione.in fi.eo.tit.de leg.1. Et Bart.ſecuti ſunt Caſtren.in dicto §.de euictione.nu.6.verſ. item procedunt prædicta.& Iaſon.numero 28.verſ.limita dupliciter.

12 Eſt ratio, quia † teſtator non dicitur legaſſe totam ipſam rem:ſed ius tantùm quod in ea habebat.d.§.ſi de euictione.in fi.& d.l.ſerui electione.Sufficit ergo,quod legatarius retineat ius illud, quod teſtatoris erat, & ſi reſpectu iuris, quod in ea teſtator non habebat,res fuit euicta, non tenetur hæres: quia teſtator non dicitur ius alienum legaſſe.

13 Septimus eſt caſus, quando † teſtator ignorans vel errans rem eſſe alienam, eam legauit extraneo. Hoc caſu hæres non tenetur de euictione,ſi res à legatario fuit euicta.Ita Bar.in.d. l.ſi domus.§.de euictione.nume.3.verſ.quartum membrum. quem ſecuti ſunt Caſtr.ibidem.nu.6.verſ.quartus caſus.&Iaſ. numero.30.

Huius caſus ea eſt ratio,quia legatum hoc non valet.l.cum alienam rem. verſi. Quod ſi ſuam.C.de legatis, cuius verba mox referam.

14 Octauus eſt caſus, quando † teſtator ignorans, vel errans rem eſſe alienam, eam legauit coniunctæ perſonæ.Hoc caſu ſenſit Bart.in d.§.de euictione.numero.3.verſ.quartum membrum,&c.ibi, ſi legat coniunctæ perſonæ hæredem teneri de euictione. Et manifeſtius hoc affirmarunt Caſtren. ibidem. numero.6.verſ.quartus caſus, & Iaſon numero.30.Idem ſenſit Bartol.in.l.cum pater.§.euictis.nu.3.de leg.2.

Eſt ratio,quia legatum valet.d.l.cum alienam rem.ibi,*Quod ſi ſuam eſſe putauit,non aliter valet relictum, niſi proximæ perſonæ vel vxori,vel alij tali perſonæ datum ſit : cui legaturus eſſet etiam ſi ſciſſet rem alienam eſſe.*

15 Declaratur primò,vt locum non habeat † in prælegato facto vni hæredum.Nam tunc re euicta ab eo cui fuit prælegata, alter non tenetur de euictione.l. cum pater. §. euictis. de leg.2.vbi Bart.num.3.

16 Declaratur ſecundò hic caſus,vt † locum nõ habeat,quando teſtator legauit rem alienam, quam ſuam eſſe putabat,aliqua ex cauſa nulla, vt puta, quando putabat eſſe ſuam ob emptionem à pupillo ſine ſolennitate ſacram.Nam tunc non valet hoc legatum etiam factum coniunctę perſonæ.Ita Bart.in d.§.de euictione.nu.3.in fine.qui numero quarto, poſt gloſſam ibi, quam ſequuntur communiter Doctores, vt teſtatur ibidem Caſtr.num.7.verſ.item fallit. Et conferunt quæ diximus ſupra in præſumpt.115.in ſecundo caſu in prima declaratione poſt Iaſonem in d.l.cum alienam.nu.5.

17 Nec repugnat † text.d. l. cum alienam rem.C. de lega.vbi valet legatum factum coniunctę perſonę,quando teſtator putabat rem eſſe ſuam:& tamen non erat:& ſic errabat.Nam reſpondet Caſtren. ex ſententia Bart.ibidem d. l. cum alienam, loqui,quando teſtator putabat ſimpliciter & generaliter rem ſuam eſſe:ſecus verò quando credebat, eſſe ſuam ex certa aliqua cauſa, quæ tamen nulla eſt: ſecundum gloſſ.in d. §. ſi de euictione. Et Caſtrenſem ſecutus eſt Iaſon in d. l. cum alienam.num.5.

18 Declaratur tertiò † hic caſus, vt locum non habeat,quando teſtator legauit rem alienam,qua ſuam eſſe putabat ex aliqua cauſa, quæ tamen eius morte finiebatur.Hoc etiam caſu, inutile eſt legatum, & ſi coniunctæ perſonæ eſt factum: & conſequenter hæres non tenetur de euictione. Afferri ſolent
19 multa exempla;quorum primum eſt, † quando teſtator legauit rem emphyteuticam. Nam eius æſtimatio non debetur. Ita declarando gloſſ.& Bartol.in d.§. de euictione,manifeſtè ſcripſit ibidem Caſtren. numero quarto, & ſecuti ſunt Alexan.in conſilio 19.numero 14.libro ſexto, Corneus in conſilio 84.numero ſecundo,libro ſecundo,Ruinus in conſilio 45. numero 10. libro primo, & Didacus in cap. filius, numero quarto, de teſta. Secundum exemplum eſt quando teſtator
20 † legauit rem feudalem ſe mortuo reuerſuram ad dominum. Ita Alexand. in d. conſilio 9. numero 14. Socinus Iunior in conſ.74.nu.19.& 20.lib.1. Natta in conſ.502.nu.35.lib.3.& Rolan.in conſ.79.nu.7.lib.2.

21 Tertium exemplum eſt,quando † teſtator legauit rem,cuius vſumfructum tantummodò habebat.

Nam dicitur reliquiſſe ſolum ius, quod in ea habebat.l.ſticho.ff. de vſufructu lega.& l.vxor patrui.C.de lega.& conſequenter hęres non tenetur de euictione ſecuta:ſic ſcripſerunt glo. Bart. Caſtren. & Alex. in l. ſi domus. §. de euictione.de leg.1.idem Alex.in conſ.9.num.15.verſ.non obſtat quod vltimo.lib.2. Corn.in conſ.32.col.1.lib.1.Iaſ.in l.cum alienam. col.2.C.de lega.& Didac.c.filius.nu.4.de teſta.

22 Quartum exemplum eſſe † poteſt,quando teſtator legauit rem ſuppoſitam fideicommiſſo à ſe reſtituendo;vt reſponderunt Bellonus in conſ.9.nu.5.& nu.18.in fin.& Natta in conſ. 502.num.36.lib.3.

23 Cæterùm hæc declaratio eiúſque † exempla ceſſant,quando teſtator ſcienter rem ipſam ſic legauit. Nam tunc hæres tenetur de euictione:cum eam præſtare omninò teneatur:ſicuti in ſpecie reſpondit Alex.in conſ.9.nu.16.lib.2.qui ſic intellexit Imolam in l. vnum ex familia. §. ſed etſi fundum. de leg. 2. qui alioqui ab aliis diſſentire videtur, ſic pariter declarantur Comenſis, & Caſtr.in l. quod in rerum.§.1.de leg. 1.& attigimus ſuprà in præſumpt.

24 Ita pariter ceſſat hæc † declaratio, quando teſtator reliquit rem, cuius ius morte ſua erat reuerſurum ad hæredem à ſe inſtitutum.Nam tunc legatum debetur legatario, & hæres de euictione tenetur, ſicuti in ſpecie reſpondit Corneus in conſ.84.nu.8.lib.2.& diximus in præcedenti præſumpt.

Prætereà intelligit, & declarat Ruinus in conſ.45. nu.12. verſ.nec obſtat, quod lib.1.non habere locum, quando titulo vniuerſali,nempè inſtitutionis hæredis relicta fuit res hęc, puta feudum, quod erat morte teſtatoris periturum. Qua de re non



non parum dubito, & à Ruino diſſentire videtur Soci.Iun.in conſ.74.num.25.verſ.tertiò reſpondetur.lib.1.

## PRÆSVMPT. CXIX.

Æſtimatio rei Eccleſiaſticæ,vel feudalis,quæ præſtari legatario non poſſunt, an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate ſolui debeat.

## SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ non poſſunt à teſtatore legari.*

*Et nunquid ſaltem eorum æſtimatio ſit præſtanda ex præſumpta teſtatoris voluntate num.2.*

3 *Legatum rei Eccleſiæ,quæ eiuſmodi eſt,vt eius alienatio nullo modo permittatur à ſummo Pont, vel cum magna difficultate, non valet,etiam quo ad æſtimationem.*

*Idem in legato rei principis.num.4.*

5 *Legatum rei Eccleſiæ,quæ facile alienari poteſt,& facile impetratur conſenſus Pontificis,valet,& ſi ipſa redimi non poteſt,præſtatur æſtimatio.*

6 *Re feudali legata,quæ præſtari non poteſt,nunquid debeatur æſtimatio ex præſumpta teſtatoris voluntate, qui ſciebat rem eſſe feudalem.*

7 *Feuda aliqua dicuntur hæreditaria, aliqua ex pacto, & prouidentia.*

*Hæreditaria ſunt, quæ ad hæredes bonorum tranſeunt, & ſunt alienabilia quo ad ſucceſſores feudi.*

8 *Feudum ex pacto & prouidentia tranſit ad ſucceſſores ſanguinis, & quare non poſſit legari à teſtatore: & an ſit præſtanda eius æſtimatio quando legatur.num.9.*

1 ECCLESIÆ bona † legari à teſtatore non poſſe certum eſt.cap.filius.de teſta.& ibidem Doct. & ſcribunt Iaſon in l.cum alienam.num.10.C.de legatis,& alij,quos ſtatim referam.

2 Cæterùm dubitari † ſolet, an ſaltem huius rei æſtimatio præſtanda ſit ex præſumpta mente teſtatoris.

Hac de re ſunt Doctorum opiniones. Vna fuit eorum,qui ſcripſerunt,æſtimationem præſtandam eſſe.Ita ſanè Hoſtien. Io.Andreæ,Abbas, & Barba.in cap.filius.de teſta.Caſtrenſis, Aretinus, & Alex.in l.apud Iulianum.§.conſtat.de legat.1.& ibidem Iaſon.nu.44.teſtatur, hanc eſſe communem opinionem.Idem Iaſon in l.cum alienam.num.10.C.de legatis.Corneus in conſ.32.num.8.lib.1.Curtius Iunior in conſ.30.col.2. Didacus in d.capit.filius.numero 5.in fine. & Ferandus Vaſquius in Tract.de ſucceſſionum progreſſu.lib.3.ti.de legatis. §.27.num.7.

Secunda fuit opinio exiſtimãtium,nec æſtimationem quidem præſtari debere. Qua in opinione fuerunt Innocentius, Butrius,Ancharanus, & Imola in d.cap.filius.de teſtam.Bart. & Albericus in d.l.apud Iulianum.§.conſtat.Abbas in conſ. 45.numero 3.& 4.libr.2. Caſtrenſis ſibi parum conſtans, & Corneus in d l.cum alienam.C.de legatis,& Fortunius Garzia in Tract.de vltimo fine.illatione 12.

Tertia eſt opinio eorum, qui viſi ſunt diſtinguere duos caſus,quos ego planiùs explico.

3 Primus † eſt quando res Eccleſię eiuſmodi eſt,vt eius alienatio non permittatur à Summo Pontifice,ſine cuius licentia nec alia quidem immobilia alienari poſſunt: vel ſi permittit Pontifex,magna cum difficultate concedit. Hoc ſanè caſu ſicuti legatum ipſum non valet quò ad rei ipſius præſtationem: ita nec quò ad æſtimationem. Ita manifeſtè Alexan.in conſil.9.num.14.& nume.15.verſ.& per hoc.lib.2.dum affert exemplum in reb.Eccleſiæ Romanæ,quæ alienari nõ poſſunt nec ſolent:ſic defendi hoc in caſu poteſt ſecunda opinio ſupra cõmemorata. Quæ probatur textu d.l.apud Iulianum.§.
4 conſtat.ibi legatũ † rei principis,quæ alienari non poteſt,vel ſi poteſt, magna eſt difficultas eam conſequi, non valet,nec quò ad æſtimationem, vt illo in loco annotarunt omnes, & præter illos Iaſ.in l.illud.nume.9.C.de collat.Socin.Sen.in l. Gallus.§.nunc.de lege.num.19.ff.de lib.& poſth.& alios refert & ſequitur Melchior Palaez.in Tract.de maioratu.q.vlt. num.5. Et hic caſus non habet locum,quando teſtator voluit omninò eam relinquere. Ita Alex.in d.conſi.9.num.14.verſ. prætereà etiam poſito.lib.2.

5 Secundus eſt † caſus, quando res Eccleſiæ eiuſmodi eſt, quæ alienari facilè ſolet & facilè impetratur conſenſus Pontificius.Hoc ſanè caſu valet legatum, & ſi ipſa res redimi non poteſt, quippè quia prælatus Eccleſiæ vendere eam recuſet, vel immodico pretio vult alienare, præſtanda eſt æſtimatio. Ita procedit prima illa opinio communis.Hunc caſum in ſpecie affirmauit Alex.in d.conſ.9.nu.14.& nu.15.ver.& per hoc. lib.2.dum affert exemplum in re Eccleſiæ inferioris.

Et probatur hic caſus,quia ex d.§.conſtat, dicimus, quod quando teſtator legauit rem Principis, quæ alienari conſueuit,vel facilè à principe haberi poteſt, præſtanda eſt æſtimatio,ſi caſu hæres eam habere nequeat. Et tradit Iaſon in d.§. conſtat.num.13.

6 Et prædictis diffiniri † etiam poteſt illa Doctorum grauis diſputatio, an legata re feudali,quæ præſtari non poteſt,debeatur æſtimatio ex præſumpta voluntate teſtatoris, qui ſciebat rem eſſe feudalem. Qua quidem in diſceptatione ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui dixerunt, legatum valere ſaltem quò ad æſtimationem. Ita ſpecul.in tit.de locato.§.nunc aliqua.num.143.Bald.in c.1.nu.3.de ſucceſ.feudi.Io.Fabri in §.non ſolum.Inſti.de legatis.Afflictus in c.1.§.prętereà ducatus.nu.90.de prohib.feudi aliena:per Feder Cur.Iun.in conſ. 30.nu.5.& hos ſecutus eſt Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum.lib.9.tit.11 n.8.Et his accedunt Soc.Iun.in conſ. 72.nu.10.lib.1.Et ij quidem Doctores præſupponunt & rectè teſtatorem ſciuiſſe ( vt attigi ſuprà ) rem eſſe feudalem,& voluiſſe eam relinquere abſolutè & in totum reſpectu etiam iuris alterius. Secunda fuit opinio aſſerentium, æſtimationem non deberi.Ita Oldra.in conſ.237.nu.1.& nu.4.Bald.in c.1.§. donare.num.3.qualiter feudum aliena.poteſt.& ibidem Alua. Idem Bal.in conſ.275.lib.2.Are.in d l.apud Iulianum.§ conſtat.num.13.ver.& pro hoc alibi.de leg.1.& in l.multum intereſt.nu.5.de ver.obl.Alex.in conſ.30.nu.14.lib.1.& in conſ.19. nu.11.lib.6.Rui.in conſ.45.nu.9.lib.1.Afflictus in c.1.in prin. num.78.de prohib.feudi aliena.per Fed.Iacobi.in inueſtitura feudali in verbo,& cum pacto,quod de ipſo feudo nu.6.Cur. Iun.in tract.feudorum.in 4.par.nu.126.Pariſi.in conſ.7.n.13. lib.1.Soci.Iun.in conſ.74.nu.19.lib.1. Natta in conſ.502.nu. 33.libr.3.Rolandus in conſ.41.nu.31.in conſ.71.nu.11.& nu. 20.& in conſ.79.nu.6.lib.2.& latè etiam differendo comprobauit Melchior Palaez in tract.de maioratu.in 4.par.q.vlt.

Tertia eſt opinio, quam nunc colligo ex dictis ſupra, exi-
7 ſtimo itaq; eſſe diſtinguendos duos caſus. Verùm prius † quã caſus ipſos referam, obſeruandum eſt, aliqua feuda eſſe quæ dicuntur hæreditaria aliqua verò ex pacto & prouidentia.Hęreditaria quæ ad hæredes bonorum tranſeunt, & ideò quo ad ſucceſſores feudi ſunt alienabilia. De his feudis non eſt contentio inter Doctores: tum quia quò ad ſucceſſores vaſalli ſi teſtator legans feudum ipſum poſſidebat,nullum ipſis ſucceſſoribus competit ius reuocandi ipſum feudum, ſi vaſallo placuit ea relinquere legatario:quia ſi hæredes ſunt teſtatoris legantis, non poſſunt eius voluntati contradicere: vt ſcripſi in conſ.89.nu.66.poſt.Afflictum in deciſ.112.nu.4.ſi verò hæredes non ſunt,nullum ius ſuccedi in ipſo feudo habent: quia in eis deficit qualitas hęc,quod hæredes ſint.Sicuti egregiè ſcripſit Cur.Iun.in tract.feudorum.in 1.par.q.8.principali.n.20. in fi & ſecuti ſunt Soc.Iunior in conſ.114.in fi.lib.2.Natta in conſ.454.in fi.lib.2.& Rolan.in conſ.2.nu.43.lib.1.qui deciduñt notabilem caſum:ſi verò feudum legatum ab alio quàm à teſtatore poſſidebatur,vt res omnino aliena, vt dicam infrà, conſideratur.

8 Eſt ergo tota † diſputatio de feudo ex pacto & prouidentia,quod tranſit ad ſucceſſores ſanguinis. Hic conſiderantur duo impedimenta,quæ impediunt teſtatorẽ poſſe legare hoc feudum. Vnum eſt impedimẽtum proueniens ex perſona eorum,qui in feudo ſucceſſuri ſunt: ſecundum eſt impedimentum deſcendens ex perſona domini directi, qui feudum conceſſit. Quo ad primum impedimentum, ſic quę quo ad eo, qui ſucceſſuri ſunt in hoc feudo, non aliter eſt diſtinguendum,quàm in ea diſputatione explicata ſuprà in præſumptio. de re aliena legata.Nam & hoc feudum dicitur eſſe res aliena: cùm reſtitui debeat ſucceſſoribus, ſi à teſtatore poſſidetur. Conſide

Conſideratur etiam multò magis vt res aliena, ſi eſt & poſſi-
detur ab alio quàm ab ipſo teſtarore. Non hic repetam quæ
ſcripſi in dicta præſumpt. Quò verò ad ſecundum impedi-
mentum proueniens ex perſona domini directi, diſtinguo (vt
dixi,) duos caſus.

Primus eſt, quando feudũ eiuſmodi eſt, quod Princeps do-
minus directi facilè, quo ad ſe, conceſſurus eſt alienandi &
transferendi licentiam in legatarium. Hoc in caſu, ſi hæres
rem ipſam præſtare non poteſt, ſiue quia impediatur ab his,
qui in feudo ſuccedunt, qui vendere illud recuſent: ſiue impe-
9 diatur à Principe recuſante conſenſum. Hoc † ſanè caſu æſti-
matio præſtanda erit. Ita hoc in caſu locum habet prima opi-
nio, quę probatur arg. text. d. l. apud Iulianum. §. conſtat.
de leg. 1.

Secundus eſt caſus, quando feudum eiuſmodi eſt, vt prin-
ceps non ſit conceſſurus licentiam transferendi hoc feudum
in ipſum legatarium. Hoc caſu legatum non valet etiam quò
ad æſtimationem. Ita procedit ſecunda opinio, quæ probatur
arg. d. §. conſtat, & diximus ſuprà. His etiam diffinitur illa di-
ſputatio Roderici Suarez in l. quoniam in prioribus in ſepti-
ma ampl. C. de inoff. teſta Didaci in d. c. filius. nu. 3. de teſta.
& Melchioris Palaez in tract. de maioratu. in 4. par. q. vlt. an
legata re maioratus ſeu primogenituræ, prę ſteri ſaltẽ debeat
eius æſtimatio.

## PRÆSVMPT. CXX.

### Æſtimatio rei legatæ incapaci, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris præſtanda ſit.

### SVMMARIVM.

1 *Rei legatæ æſtimatio, an & quando ſit legatario incapaci præſtanda ex præſumpta teſtatoris voluntate.*

2 *Legatarius ſi eſt incapax ſua culpa, nec ei debetur æſtimatio rei ſibi legatæ.*

*Secus ſi eſt incapax ſine ſuo delicto. num. 3.*

*Vt ſunt ſerui militiæ incapaces, & religioſi mendicantes immobilium incapaces, quib, debetur æſtimatio. num. 4. & 5.*

6 *Forenſis ſi ex diſpoſitione ſtatuti incapax eſt immobilium ciuitatis, ſibi debetur æſtimatio rei legatæ.*

*Declara, vt num. 7. & 8. & ſeq.*

8 *Rei legatæ æſtimatio nunquid debeatur forenſi, quando ſtatutum diſponit, quòd res ſint omninò inalienabiles in forenſes.*

*Quòd ſi ſtatutum prohibet alienationem fauore publicæ vtilitatis, æſtimatio non debetur. num. 9.*

*Idem quando repugnat coniecturata voluntas teſtatoris, qui noluit legatarium conſequi æſtimationem. num. 10,*

1 HIc locus ſatis † congruus eſt, vt explicemus
diſputationem illam, an & quando ex præſum-
pta teſtatoris voluntate præſtanda ſit æſtima-
tio legatario incapaci ipſius rei legatæ? Hac in
diſputatione diſtinguendi ſunt duo caſus.
2 Primus eſt, quando † legatarius eſt incapax legati ſua cul-
pa & delicto, vt ſi eſſet bannitus, vel ſimili alia de cauſa inca-
pax. Hoc ſanè caſu ſicuti capax non eſt rei immobilis legatæ,
ita nec eius æſtimationis. Ita colligitur ex l. ſed ſi res. de leg. 1.
iunctis gloſſæ & Doctorum, quos ſtatim commemorabo, tra-
ditionibus, dum loquuntur de iudæo prohibito poſſidere mã-
cipium Chriſtianum.
3 Secundus † eſt caſus, quando legatarius ſine ſuo delicto eſt
incapax rei legatæ. Hoc ſanè caſu prę ſtanda eſt æſtimatio. Ita
4 probat manifeſtè tex. d. l. ſed ſi res. de leg. 1. Affertur † primum
exemplum in ſeruo, qui militiæ incapax eſt: attamẽ eius æſti-
mationem conſequi poteſt. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. de leg.
3. & ibidem annotarunt gloſſ. & Docto. & Guielmus May-
nerius in l. quod factum. nu. 8. in fi. de regulis iuris.
5 Sec undum afferri † ſolet exẽplum in religioſis mendican-
tibus, qui incapaces ſunt immobilium, non ſua culpa & deli-
cto, ſed ob regulã religionis, ijs ſi legatus ſit fundus, eius ęſti-
mationem conſequi poſſunt: cùm talis præſumatur voluntas
teſtatoris, vt æſtimationem habeant. Hanc ſententiam pro-
barũt Bar. Caſtr. Zabarella, Petrus Vbal. Abbas, Butrius, Imo-
la, Cor. Calcaneus, Bertran. & Pariſi. quos congeſſit Ant. Ga-
briel in lib. 4. concluſionum. in tit. de legatis, concluſ. 1. nu. 1.
Et prædictis accedunt Comenſ. in conſ. 69. Francus in rub. de
teſta. in 6. Alex. in conſ. 88. num. 5. lib. 2. Rui. in conſ. 9. in fin.
lib. 1. Decius in c. in præſentia. nu. 69. de probatio. & in conſ.
559. nu. 4. & alijs nonnulli commemorati à Ploto in conſ. 19.
num. 31. Et his conſtat, hanc eſſe cõmunem opinionem, & ſi
ab ea diſſentiunt nonnulli relati à Gabriele in d. concl. 1. nu.
2. quibus accedunt Gemi. in conſil. 40. Fulgo. in conſ. 104. &
Cor. in conſ. 207. lib. 4. Non hic refero declarationes illas,
quas enumerauit Gabriel. in d. concl. l. cum non ſint præſen-
tis inſtituti.
6 Tertium eſt exemplum † in forenſi, qui & ſi diſpoſitione
ſtatuti incapax eſt immobilium ciuitatis, attamen ei debetur
ęſtimatio rei immobilis legatę, ſicuti ſcripſerunt Bar. Bald.
Angelus, Imola, Alb. Caſtr. Comenſis & Alex. in l. apud Iulia-
num. §. conſtat & in l. ſeq. ff. de lega. 1. & communem teſtatur
Iaſ. in d. §. conſtat nu. 34. Et his accedunt Albe. in tract. ſtatu-
torum in 2. par. q 2. Fulgo. in conſ. 102. col. vlt. verſ præterea
Barb. in conſ. 43. num. 24. lib. 1. Ruin. in conſi. 130. in fi. lib. 1.
& in conſil. 139. in fi. lib. 5. Afflict. in c. 1. §. præterea Ducatus.
num. 81. de prohib. feu. alie per Fed. Curt. Iun. in conſi. 21. nu.
4. & in conſi. 105. nume. 5. Alc. in reſp 479. num. 36. & Plot. in
conſi. 19. num. 31. qui refert etiam Caſſaneum in comment. ad
conſuet. Burg. in rub. 9. num. 27.
7 Declaratur tamen † hoc tertium exemplum multis modis
ab Alc. in d. reſp. 479. num. 40. & nu. 41. & primò quando ſta-
tutum reſiſteret perſonæ alienantis. Hoc caſu nec quidem æ-
ſtimatio debetur, ſi teſtator rem ipſam immobilẽ legauit huic
forenſi. Ita Alciat. præcitato in loco ex ſententia Bar. in l. quã-
uis. ff. de auro & arg. leg. Et loquitur Alc. quando ſtatutum re-
ſiſtit perſonæ alienantis nempè teſtatoris. Alex. verò in d. §.
conſtat. num. 14. qui aduerſus Alc. ab aliquibus adducitur, lo-
quitur quando ſtatutum reſiſtit ipſi forenſi acquirenti, ſicque
legatario.
8 Declarat ſecundò Alciatus, † vt non procedat, quando ſta-
tutum loqueretur in rem, vt ſi diceret (ſic loquitur ſtatutum
Mantuæ, ſuper quo reſpondit Alciat.) quod res ſint omninò
inalienabiles in forenſes. Verùm dubitabilis eſt hæc declara-
tio: cum & text. d. l. ſed ſi res. de lega. 1. iuncto d. §. conſtat. lo-
quatur de re prohibita alienari, & tamen eius æſtimatio huic
legatario debetur: ſi enim prohiberet præſtari æſtimationem,
vt prohibet ſtatutum Ferrariæ, vt poſt Barba. refert Plot. in d.
conſi. 29. num. 31. res clara eſſet.
9 Declarat † tertiò Alc. quando ſtatutum fauore publicæ vti-
litatis prohiberet alienationem. Nam tũc nec æſtimatio qui-
dem debetur, ſicuti reſpondit Roma. in conſi. 509. num. 13.
Cæterùm Cur. Sen. in conſi. 27. Magnificus vir. col. vlt. in-
telligit & declarat Rom. loqui in contractibus, nempè in do-
natione inter viuos, quæ ſtrictiorem recipit interpretationẽ
quàm ipſa vltima voluntas, vt in caſu noſtro: & præterea ſtatu
tum prohibens alienari in forenſes conditum dicitur ob pu-
blicam vtilitatem, vt tradit Ripa in l. filiusfa. §. diui. nu. 80. de
legat. 1.
10 Declarat quartò † Alciatus, vt locum non habeat hoc exẽ-
plum, quando repugnat coniecturata voluntas teſtatoris, qui
noluit legatarium conſequi ęſtimationem: vt ſi reliquit fundũ
maſculis pro conſeruatione agnationis & familiæ. Hoc ſanè
caſu forenſibus æſtimatio præſtanda non eſſet: quia per æſti-
mationis præſtationem valor bonorum in familia conſeruan-
dorum minueretur aduerſus teſtatoris voluntatem, quæ hoc
modo (vt inquit Alciatus) eluderetur.

## PRÆSVMPT. CXXI.

### Legatum factum dignitati, an & quando præſumatur factum etiam ſucceſſoribus.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum factum dignitati, vt Pontifici, Cæſari, vel Epiſcopo, an tranſeat ad ſucceſſorem, ſi deceßit legatarius antequam cedat dies legati,*

2 *Legatum annuum factum ſacerdoti dicitur perpetuum, nõ autem donec viuet ille ſacerdos.*



3 *Dignitas nunquam moritur, ſed eadem eſt continuans in ſucceſſorem.*

4 *Legatum factum Imperatori non efficitur caducum, eo mortuo exiſtente tempore facti legati.*

5 *Legatum factum obtinenti dignitatem nomine alieno, puta vicario epiſcopi, non tranſit in ſucceſſorem.*

*Idem de legato facto Auguſtæ, quia non habet dignitatem ex ſua perſona, ſex ex perſona mariti ſui Imp. num. 6.*

7 *Dignitas, quæ moritur cum eadem perſona, non dicitur proprie dignitas, vt ſua dignitatis nomine & priuilegijs comprehendantur.*

8 *Pœna impoſita à ſtatuto offendenti officialem, non habet locum aduerſus eum, qui offendit vxorem officialis.*

9 *Statuta ſtrictè interpretari debent.*

10 *Delegatio facta exiſtenti in dignitate licèt tranſeat ad eius ſucceſſorem, non tamen tranſit, quando facta eſt obtinenti dignitatem nomine alieno.*

11 *Legatum factum vxori contemplatione mariti exiſtentis in dignitate tranſit ad ſecundam vxorem, ex quo conſideratur perſona ipſius mariti.*

1 DVBITARI ſolet quando † legatum factum
eſt alicui ſub nomine dignitatis, puta ſi teſta-
tor reliquit, Pontifici max. vel Cæſari Au-
guſto, vel Epiſcopo, an legatum tranſeat
etiam ad ſucceſſorem in ea dignitate, ſi de-
ceſſit legatarius antequam cedat dies legati? Et certum eſt
tranſire: quia præſumitur, teſtatorem voluiſſe relinquere
non illi certæ perſonæ exiſtenti tunc in dignitate, ſed ipſi-
met dignitati. Ita probat. l. quod principi. de leg. 2. quo loci
Bar. Bald. & Caſtr. annotarunt. Idem probat l. annua. in fi.
2 ff. de annuis lega. † vbi annuum legatum factum ſacerdoti,
dicitur perpetuum, non autem donec viuet ille ſacerdos:
3 Eſt ratio, quia † dignitas nunquam moritur, ſed eadem eſt
continuãs in ſucceſſorem, vt inquit glo. in c. quoniam Ab-
bas de officio deleg. & ſcripſi in lib. 1. de arbitrarijs iudicum.
q. 68. num. 20. quo loci nonnulla, quæ ad rem ſatis pertinent,
ſcripſi. Et accedit nunc in ſpecie Baldus in rub. C. de iu-
4 re fiſci. libr. 10. num. 14. qui dixit, † legatum factum Impe-
ratori non effici caducum mortuo eo Imperatore exiſtente
tempore facti legati: quia dignitas Imperialis nunquam
moritur. §. vlt. in Auth. quomo. oper. epiſco.
5 Declaratur † hæc præſumptio, vt locum non habeat, quã-
do legatum fuit obtinenti dignitatem nomine alieno, vt ſi
quis legat Vicario Epiſcopi, qui non ex perſona ſua digni-
tatem habet, ſed ex perſona Epiſcopi. Ita Bar. & Caſtr. in d.
l. quod principi. & Bald. idem ſenſit in rub. C. de iure fiſci.
lib. 10. num. 14. in fi. dũ attulit declarationem, quam infra re-
ferã idẽ ſenſit Dida. in c. requiſiſti. nu. 4. de teſta. & Mantica
de coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 8. tit. 17. Et hæc
quidem ſententia probatur tex. illo. l. ſi Auguſtæ. de leg. 2. qui
immediatè ſequitur. d. l. quod principi. Eo enim loci reſpon-
6 dit Marcianus legatum Auguſtæ, † id eſt vxori Auguſti, ſeu
Imperatoris non tranſit ad eam, quæ ei ſucceſſit. Ea eſt ra-
tio, quia Auguſta dignitatem non obtinet ex ſua perſona,
ſed ex illa Imperatoris mariti ſui. Et huius quidem ſententiæ
ratio eſt ſecundum Baldum in l. hac conſultiſſ. num. 2. C. qui
7 teſta. facer. poſſ. quia hæc. dignitas † oritur cum perſona, &
cum eadem perſona moritur. Imò non dicitur hæc propriè
dignitas, vt ſub dignitatis nomine & priuilegijs comprehen-
datur: ſicuti egregiè cenſuit Are. in conſi. 130. qui reſpondit,
8 † pænam impoſitam à ſtatuto offendenti officialem non ha-
bere locum aduerſus eum, qui offendit vxorem officialis:
9 quia (inquit Aretinus) cùm † ſtatutum, quod ſtrictam & pro-
priam tantùm admittit interpretationem, loquatur in offi-
ciali: debet intelligi de officiali, qui officium & dignitatem
propriè obtinet, non autem de eo, qui obtinet impropriè
nempè ex perſona aliena: ſicuti eſt vxor ipſius officialis. Ita
Aretinus intellexit d. l. ſi Auguſtæ, & Aretinum ſecutus eſt
Decius in conſil. 501. numer. 4. & 5. qui ſimilem facti ſpe-
ciem diffinit. Idem Decius in l. ſolet. num. 4. ff. de iuriſ-
dict. omn. iud.
Et huc pertinet quod ex ſententia Iaſonis, Decij & Beroij
ſcripſi in d. lib. 1. de arbitrarijs iudicum. q. 68. nu. 24. cùm di-
10 xit, quod & ſi † delegatio facta exiſtenti in dignitate tranſit
ad sius ſucceſſorem, non tamen tranſit quando eſt facta ob-
tinenti dignitatem nomine alterius.
Cæterùm declarationem hanc intellexit & declarauit Bal.
in d. rub. C. de iure fiſci. num. 14. in fi. non procedere quando
11 † legatum fuit factum vxori contẽplatione mariti exiſtentis
in dignitate, quia tunc tranſit ad ſecundam vxorem: ex quo
conſideratur perſona ipſius mariti.

## PRÆSVMPT. CXXII.

### Legatum vxori factum an & quando præſumatur relictum etiam ſecundæ vxori ductę mortua prima.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum factum vxori an & quando cenſeatur relictum etiam ſecundæ vxori per tot.*

2 *Teſtator ſi legauit vxori alterius, qui tempore conditi teſtamenti vxorem non habebat, præſumitur factum legatum tam ſecundæ vxori quam primæ, ſi ſecunda extitit tempore, quo dies legati ceßit.*

*Et id multò magis habet locum, quando conſtat ipſum teſtatorem reliquiſſe contemplatione ipſius mariti, num. 3.*

*Quid autem ſi teſtator reliquit vxori illius, qui tũc temporis vxorem habebat, quæ deceßit mortuo teſtatore, & ſecundam is duxit vxorem. num. 4. & ſeq.*

5 *Legatum alimentorum eſt fauorabile & extendendum.*

6 *Teſtator ſi vxori alicuius legauit, quæ tunc temporis viuebat, ſed deceßit, & is duxit ſecundam viuo ipſo teſtatore, an legatum tranſeat ad iſtam ſecundam.*

7 *Teſtamentum recipit vires & perfectionem tempore mortis teſtatoris, & tunc confirmantur.*

8 *Legatum factum vxori ſimpliciter, & ſub nomine appellatiuo propriæ vxoris, quæ tempore conditi teſtamenti extabat, nunquid ea mortua debeatur ſecundæ, quam teſtator duxit, num. ſeq.*

*Et quid ſi dixit, lego vxori meæ. num. 12.*

9 *Legatum factum liberis intelligitur relictum iam natis, quos ſciebat teſtator extare, non autem alijs naſcituris.*

10 *Intellectus l. ſi quid earum. §. vlt. de lega. 3.*

11 *Teſtator cùm legat vxori præſumitur motus affectione.*

13 *Teſtator, qui nondum vxorem duxerat, ſed ſperans ſe ducturum legat ſimpliciter ſub nomine appellatiuo, vxori, nunquid debeatur hoc legatum ſecundæ.*

*Quid ſi expreßi nomen vxoris, num. 14.*

*Et quid ſi expreſſo proprio nomine, ſecunda vxor eodem nomine vocabatur.*

1 EST ſatis proxima † præcedenti hæc diſputa-
tio, de qua iam ſcripſi nonnulla in conſil. 97.
num. 80. & 81. lib. 1. & in conſ. 106. nu. 69. lib. 2.
& multa doctiſ. Mantica in commentariis de
coniecturis vltimarum voluntatũ. lib. 8. tit. 15.
Nunc paulò diligentius explicabo, cum vtilis & frequens
ſit diſputatio, in qua quidem aliquot caſus ſic diſtinguo atq;
conſtituo.
2 Primus eſt, quando † teſtator legauit vxori alterius, puta
Caij, vt ſi dixit, lego vxori Caij: Et is Caius eo tempore con-
diti teſtamenti vxorem non habebat. Hoc in caſu legatum
præſumitur factum tam ſecundæ vxori quàm primæ, ſi ſe-
cunda extitit tempore quo dies legati ceſſit. Ita propriè de
hoc caſu ſic reſpondit Alex. in conſ. 171. nu. 4. & num. 7. verſ.
præterea dato. lib. 2. quẽ ſecuti ſunt Felinus in c. 2. col. 3. verſ.
ſi teſtator reliquit, de tregua & pace, Picus in l. Titia. §. Titia.
num. 108. de leg. 2. Soc. Iun. in conſ. 172. num. 24. lib. 2. & Di-
dacus in c. requiſiſti, num. 3. in fine. de teſta. quos ſic retuli &
probaui in d. conſ. 97. num. 80. & num. 81. in ſine. Et nunc ac-
cedunt Ruinus in conſil. 30. num. 4. lib. 2. Decius in cap. quo-
niam Abbas, nu. 16. de off. de leg. Socinus Iunior in conſ. 172.
numero 25. libro ſecundo, & Syluester Aldobrandinus in
additionibus ad Decium in dict. capitulo quoniam Abbas,
numero primo. Et ij quidem manifeſtè conſtituunt diffe-
rentiam inter legatum factum vxori propriæ, & legatum
factum vxori alterius. Et ratio eſt, quia hoc in caſu cõſiderari
non

non poteſt, teſtatorem habuiſſe affectionem magis ad primam quàm ad ſecundam vxorem.Et hic caſus, à quo neminem video diſſentire,clarus eſt.

3 Et qui quidem † multò magis procedit, quando conſtat aliqua coniectura teſtatorem reliquiſſe vxori dicti Caij cõtemplatione ipſius Caij: vt ſi Caius erat vel ſanguine, vel arcta amicitia coniunctus ipſi teſtatori: vel ſi teſtator reliquit alimenta dictæ vxori, quæ alioqui ab ipſo Caio maritò alenda erat.Hoc ſanè caſu multò magis idem dicendum eſt, nempè quod legatum ita ſecundæ vt primæ vxori dicti Caij præſtandum ſit. Ita conſiderauit idem Alex. in d. conſil.171.num.7.verſi. prætereà dato.lib. 2. quem ſic in ſpecie ſecuti ſunt Ruinus in conſil.123. numer. 9.in fine.lib.1.& in d.conſil.30.num.7.lib.2.& Tiraquellus in l. boues. §. hoc ſermone.limit.3.num.13.de verb.ſign.

Et ſi Picus in d.§.Titia.numer.108.verſic.poſſet fortè, dixit,& malè,conſiderationem de alimentis relictis repugnare menti ipſius Alexandri.

4 Secundus † eſt caſus, quando teſtator legauit vxori Caij, qui temporis vxorem habebat.Et quæ quidem vxor mortuo teſtatore deceſſit, & ſecundam Caius ipſe duxit.Hoc in caſu ſenſit adhuc Alex.in d.conſil.171.numer. 4.& numero.7. libr.2.legatum deberi huic ſecundæ vxori Caij. Et Alexandrum in ſpecie ſecuti ſunt Ruinus in l.placet.num.1.ff.de liberis, & poſth.

5 Et quamquam Alexander † loquatur de legato alimentorum, quod inquit eſſe fauorabile, & ob id extendendum: attamen Ruinus in d.l.placet.num.1.ſenſit idem eſſe,quando legatum non eſt fauorabile,vt in caſu.l.quidem relegatus.in fine.cum l.ſeq.ff.de reb.dub.& l.ſi quis ita,dixerit.ff.de teſta. tutela,quas allegauit Ruinus.ſic etiam ſenſit Picus in d.§.Titia.num.109.ad finem.

Cæterùm opinioni Alexandri repugnat ratio,quàm mox etiam referam in quarto caſu, quod ſcilicèt teſtator potuit habere aliquam affectionem erga perſonam illius vxoris tunc exiſtentis: quæ ſanè affectio non cadit erga ſecundam vxorem ductam à Caio,mortuo ipſo teſtatore.

6 Tertius eſt caſus,quando † teſtator legauit vxori Cai,qui tunc temporis vxorem habebat:ſed deinde deceſſit,& Caius ipſe duxit ſecundam viuo ipſo teſtatore,qui,ſi voluiſſet, potuiſſet mutare teſtamentum. Hic caſus diffinitus non legitur (quod ſciam) ab aliquo ex noſtris. Crediderim tamen legatum hoc deberi etiam ſecundæ vxori. Ita ſanè dicimus, quòd ſi teſtator ſimpliciter legauit cognatis ſuis, & aliqui exiſtant cognati tempore teſtamenti,qui viuo teſtatore moriantur,& alij eodem teſtatore viuo naſcantur, & ſuperſtites ſint tempore mortis teſtatoris; his ſanè legatum debetur. Ita probat.l. ſi cognatis.ff.de reb.dubijs, & ibidem So-
7 cinus numer.5.verſi.& ideò. Et ratio eſt, quia † teſtamentum recipit perfectionem tempore mortis teſtatoris. §. poſteriore. Inſtit. quibus modis teſta. infirm.& Apoſtolus ad Hebræos capit. 9. dixit, teſtamentum in morte teſtatoris confirmari,

8 Quartus eſt caſus, quando † teſtator legauit ſimpliciter, & ſub nomine appellatiuo propriæ vxori, quam eo conditi teſtamenti tempore habebat,& deinde ea mortua,aliam duxit: an huic ſecundæ debeatur prædictum legatum? Hic caſus eſt controuerſus: Nam Baldus in l.vltim. num.7.C.de indicta vid.tollen.ſcriptum reliquit; legatum huic ſecundæ non deberi.Et Baldum ſecuti ſunt Cremenſis,Felinus,Iaſon, Decius, Cotta, Benedictus, Didacus, & Tiraquellus, quos commemoraui in d.conſil.97.numer.81.libr. 1. & in d.conſil. 106.nume.69. lib. 2.& accedit Aldobrandinus in additionibus ad Decium in d. capit. quoniam, Abbas. numer. 16. de offic. delegati, qui poſt Decium ibi manifeſte (vt attigi ſupra) conſtituit differentiam inter legatum factum propriæ vxori, & legatum factum vxori alterius. Et huc facit quod
9 reſpondit Roma.in conſil. 231.numer. 3. Cum dixit, † legatum factũ liberis, intelligi relictum iam natis, quos ſciebat teſtator ſe habere:nõ autẽ alijs naſcituris. Et Romanũ ſecuti ſunt Soc.Iunior,& Pariſius à me cõmemorati in d. conſ. 97.
10 nu.78.in fi.& in d.conſi.106.nu.66.Et motus † eſt Baldus primò eo tex. l. ſi quid earum. §. vlti.mde leg. 3.in illis verbis. *At quæ prioris vxoris cauſa parata ſunt, ita poteſteriori debentur, ſi ei adſignata ſint,quia non eſt ita de poſteriore vxore cogitatũ, cum compararentur.* Verùm reſpondet Alex.in d.conſil.171. num. 7. verſic.nec obſtat text.lib. 2. & in additionibus ad ipſum Baldum,quod eo in caſu conſtabat,illa fuiſſe parata cauſa certæ vxoris, nempè primæ:atque ita Vlpianus ibi loquitur in caſu certo.Nos verò in caſu dubio: Cùm non conſtet teſtatorem ſenſiſſe de vxore tunc exiſtente. Non placet hæc interpretatio:Cùm & in caſu noſtro teſtator ſenſerit de ea vxore,quam tunc habebat:nec cogitauit de ſecunda, ſicuti nec cogitauerat ille teſtator in caſu.d.§.inter emptum. Non enim cogitauit teſtator in caſu noſtro,hanc ſe ſuperſtite morituram,& ſe aliam ducturum.Rectius dici poteſt,d.§.inter emptum, nihil ad rem noſtram pertinere.Nam ibi dicitur quod paratũ cauſa vnius vxoris dici non poteſt paratum cauſa alterius: Cùm paratum tunc dicatur, quando facta eſt ipſi vxori traditio vt rebus illis vtatur:ſi ergo facta eſt traditio vni, atque ita eius cauſa paratum: non poteſt dici paratum cauſa alterius, niſi noua ei traditio ſeu aſſignatio ad vtendum fiat. Eſt enim parare certum,& ſpecialem actum facere,quia in perſonã vnius factus non cenſetur factus cauſa alterius. Secundò opinioni
11 Baldi ſuffragari melius videtur ratio,quod cùm † teſtator legauerit vxori præſumitur motus affectione,iuxta.l. nec adiecit. ff. pro ſocio, Quæ ſanè affectio cadere non poteſt erga ſecundam vxorem eo tempore teſtamenti ab ipſo teſtatore non cognitam. Hac ratione vſus eſt Picus in dict. §. Titia.num.10.

Cæterum facilè reſponderi poteſt, eſſe verum, quòd eo tempore conditi teſtamenti teſtator affectionem non habebat erga ſecundam vxorem,ſed cùm, prima mortua, duxerit ipſam ſecundam,& deceſſerit cum eodem teſtamento, dicitur conuertiſſe ſuam illam affectionem erga ſecundam,quam loco primæ aſſumpſit & dilexit,ſicuti in caſu.l.ſi cognatis,de rebus dubiis, quam & ſupra adduximus, & infra repetemus. Ibi enim legatum factum cognatis debetur non ſolum cognatis, qui extabant tempore conditi teſtamenti: ſed & exiſtentibus tempore mortis ipſius teſtatoris, cùm affectio tam erga hos quàm erga illos conſideretur, & ſi ratione diuerſi temporis. Contrariam itaque opinionem aduerſus Baldum probauit manifeſtè Alex.in d.conſ.171.num.7. verſ. non obſtat etiam,quem ſecuti ſunt Ruinus in d.l.placet.num.1.ff.de lib.& poſthu.Socinus Sen.in conſ.48.nu.6.lib.3.& Grammat. in deciſ.102. num. 114. Et primò probatur eo reſponſo.d.l.ſi cognatis, ſuprà commemorato, cui non repugnat leuis illa conſideratio Decij in c. quoniam Abbas, num. 16. de off. de leg. d. l. ſi cognatis loqui in caſu particulari quod nihil ad rẽ pertinet.ſecundò confert text.l. cum ita. §. in fideicommiſſo de leg.2.quem idem Alexander allegauit. Et duo hæc iura ſimili in caſu ſic conſideraui in d. conſ. 106. num.6.11. 35. & in diſcurſu illius reſponſi.Tertiò cõfert,quod (vt attigi ſuprà) eadem eſt ratio affectionis erga ſecundam hanc vxorem,quę fuit erga primam.

Et certè ſecunda hæc opinio mihi nunc videtur proba-
12 bilior: Quæ quidem procedit † etiam ſi teſtator ita dixit:lego vxori meæ. Non enim hoc pronomen meum reſtringit legatum ad vxorem illam ſolam exiſtentem tempore conditi teſtamenti, ſed etiam comprehendit ſecundam, quæ vxor eſt tempore mortis ipſius teſtatoris. Ita ſimili in caſu reſpõdi in d.conſ.106.num. 283. lib. 2. ex ſententia Tornielli, quem ibi allegaui.

13 Quintus eſt caſus,quando † teſtator vxore tunc carẽs,ſed ſperans ſe eam ducturum, legat ſimpliciter ſub nomine appellatiuo vxori. Hoc in caſu propriè loquuntur Picus in d.§. Titia.num.109 & Felinus in d.cap.2.col.3. de tregua & pace, ſic intelligentes etiam Alex.in d.conſ.171.& ſi loquitur de legato facto vxori alterius.Hoc ſanè in caſu affirmant prædicti Picus & Felinus, legatum deberi etiam ſecundæ vxori. Et hæc quidem opinio à nemine, quantum mihi videre licuit, improbatur. Hoc enim in caſu ceſſant illæ rationes & argumenta, quæ illi opinioni Baldi ſuprà commemoratæ fauent.

14 Sextus eſt caſus, quando † teſtator legauit vxori ſuæ, expreſſo proprio eius nomine,vt ſi dixit,lego Caiæ. Hoc in caſu legatum non debetur ſecundo vxori:ſiue eo tempore conditi teſtamenti teſtator adhuc non duxit Caiam illã in vxorẽ,& ſi ducturus erat:hoc in caſu loquitur Picus in d.§.Titia. num.109



num.109 verſ.iſtud putarem.ſiue eam vxorem habebat.Hæc enim expreſſio proprij nominis reſtringit legatum ad ſolam perſonam ſic nominatim.

15 Declaratur hic † caſus,vt locum non habeat, quando teſtator legauit(vt diximus)Caiæ vxori ſuæ, & deinde ea mortua,duxit aliam, cui impoſuit idem nomen Caiæ. Hoc ſane caſu huic ſecundæ debetur legatum.Ita ſenſit Picus in d.§. Titia.nume.109.in fi.adductus tex.l.filiæ.§.vlt.ff.de condit.& demon.vbi teſtator legauit vxori ſuæ ancillam nomine Agatheam,deinde eam vendidit, & alias ancillas emit, & vni earum impoſuit nomen Agatheæ.Inquit iuriſcon. hanc Agatheam eſſe ſubrogatam loco primæ & ob id eodem modo deberi vt prima.Et cenſeri primam ſcripſerunt ibidem Socinus,Decius in conſ.77.num.3.& Gomenſ.in §.fuerat.nume. 5.in inſtit.de actio.Et cum is tex.§.vlt.loquatur quando legatum factum eſt vxori, vt eius fauore debeatur Agathea illa ſubrogata,ſicuti ſcripſit Roma.in ſing. 430.& in authen. ſimiliter.numero 81.C.ad l.Falcid. conuenit caſui noſtro, qui proprie eſt de legato vxori facto. Et tranſlatio ipſius nominis ſignificat eandem affectionem & animi beneuolentiam eſſe erga hanc quæ fuit erga illam.Id quod multis doctę comprobauit Tiraquellus in commentariis de legibus cõnubial. in l.5.numero 24.

## PRÆSVMPT. CXXIII.

Legatum factum vxori, vel alteri, vt habitet cum filiis,cuius cauſa & fauore factum præſumitur.

### SVMMARIVM

1 *Legatum relictum vxori vel alteri,vt habitet cum filijs, cuius fauore præſumatur factum.*

*Quòd regulariter præſumatur factum fauore ipſius legatarij nu.2.*

3 *Intellectus l.ſed ſit hoc.§.vlt.ff.de cond.& demonſtra.*

4 *Legatarius debet priuari legato,ſi per eum ſtat,quominus habitet cum filiis teſtatoris.*

*Intellige,vt nu.6.*

5 *Inducta ad fauorem non debent odium operari.*

7 *Legatum fauore legatarij præſumitur relictum, quando teſtator multum dilexit ipſum legatarium.*

8 *Legatum factum à marito vxori à ſe valde dilectæ præſumitur factum affectione maritali,non autem vt ſuſciperet onus tutelæ ei iniunctum.*

9 *Legatum præſumitur factum fauore legatarij,nunc teſtator eſſent relicturus etiam ſi non extarent filij vel alij,cum quibus vellet teſtator legatarium commorari debere.*

*Idem quando legata ſunt alimenta.nu.10.*

*Et idem quando eſt factum legatum pro tempore vitæ ipſius legatarij.num.11*

*Et idem quando onus iniunctam excederet valorem & commodum legati.num.12*

*Idem quando apparet,teſtatorem voluiſſe,quòd legatarius habitaret tum hæredib.ſuis,vt commodius legatum conſequi poſſet. numero 13.*

*Et idem quando teſtator dixit,ſi legatarius habitare voluerit. numero 14.*

15 *Legatum factum alicui,vt inhabitet cum hærede teſtatoris, non præſumitur factum eiuſdem legatarij fauore, quando is,cum quo habitare iuſſus eſt,talis eſt,vt requirat operam & induſtriam ipſius legatarij.*

*Quod habet locum,donec opera & induſtria ipſius legatarij eſt neceſſaria.nu.16.*

17 *Teſtator ſi legauit propriæ vxori,donec viuet in viduitate,& habitauerit cum filiis ipſius teſtatoris: præſumitur legaſſe fauore filiorum.*

18 *Legatum factum alicui hoc pacto,vt habitet cum filijs ipſius teſtatoris,fauore filiorum præſumitur relictum.*

19 *Legatarius nunquid perdat legatum, ſi iuſſus habitare cum filijs à teſtatore,cum ipſis non commoratur.*

*Quòd ſi legatum fuit relictum cauſa & fauore filiorum, perdit legatum.num.20.*

*Et hoc etiam ſi legata fuerunt alimenta.nume.21.*

*Si autem legatum fuit relictum cauſa ipſiuſmet legatarij,non extinguitur legatum, ſi ipſe non commoratur,vel cum eis habitare non poteſt,nu.22.*

*Si autem legatum fuit factum cauſa vtriuſque nempe tam cauſa legatarij quam filiorum præponderat fauor legatarij,ne extinguatur legatum.*

1 EST locus hic ſatis † congruus, vt diſſeramus, cuius fauore & cauſa præſumatur factum legatum vxori, vel alteri, vt habitet cum filiis? Qua in re
2 pro † regula in dubio eſt conſtituendum, præſumi legatum fauore ipſius legatarij.Ita ex ſententia Cornei, Cacialupi,& Decij ſcripſi in conſ.146.nu.9.lib.2. Et prædictis accedit nunc Imola in l.illis libertis.in fine.ff.de cõdi.& demonſt.qui hoc manifeſtè affirmauit,adductus eo textu, vbi in dubio legatum debetur legatarijs, etſi habitare non potuerunt cum filio teſtatoris,ſicuti diſpoſuerat teſtator. Et illius reſponſi verba in fine, ſunt ſatis clara, cum ita legantur: *Sed ſi teſtator propter filij vtilitatem alimenta præſtari voluit, contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere,*

Nec repugnat, quod à prædictis diſſenſerint Baldus Ancharanus, & Ruinus & Decius, quos commemorauit in d. conſil.146.num.2.quia nullum ſolidum ab eis affertur fun-
3 damentum, quo eorum opinio defendi poſſit, Nam † tex.l. ſed ſi hoc.§.vlti.ff.de condi.& demon. qui à Baldo omnium primo perpenditur, nil ad rem pertinet:cum qualitas pupillorum, cum quibus legataria mater habitaret vt eorum curam haberet,id ſuaderet:ſicuti infrà dicemus. Non etiam vrget ratio perpenſa ab Ancharano:cum dixit,quod cum lega-
4 tarius † priuetur legato, ſi per eum ſtat, quo minus habitet cum filiis teſtatoris d.l.illis libertis,ſequitur legatum non eſſe relictum ipſius legatarij fauore & cauſa, quia alioqui eo
5 non priuaretur, ne † inducta ad fauorem operentur odium, contra.l.quod fauore.C.de legib.& cap. ab apoſtolicam. de
6 regula:Non inquam vrget ratio hæc, cùm † verum ſit tunc legatarium priuari legato, ſi conſtat teſtatorem voluiſſe legare cauſa & fauore eorum, cum quibus legatarium habitare voluit:ſecus in dubio.

7 Hæc regula † & præſumptio locum habet multò magis, quando teſtator multum dilexit legatarium, & ob dilectionem illam legauit.Ita reſponderunt Io.Baptiſta à ſancto Seuerino,& Decius,quos ſecutus ſum in d.conſi.146.nume.10. quo loci retulit Gratum in conſ.84.num.5.lib.2. qui reſpon-
8 dit,legatum factum à marito † vxori à ſe valdè dilectæ præſumi factum affectione maritali, non autem vt ſuſciperet onus tutelæ ei iniunctum.Qua de re dicemus in ſubſequenti
9 præſumptione.Idem † dicendum eſt, quando teſtator fuiſſet relicturus etiam ſi non extarent filij, vel alij, cum quibus legatariam commemorari voluit teſtator,ſicuti ſcripſi in dicto conſ.146.num.11.verſ.tertio ſuffragatur, quo loci huius ſententiæ commemoraui Socinum, Decium, Ruinum, & Pe-
10 trum Beneintendi. Idem quando † legata ſunt alimenta, vt reſponderunt Decius in conſ.485.num.10.verſ.quia reſpon-
11 detur,&c.Ruinus in conſ.38.num.4.lib.2.Ita pariter † quando teſtator legat pro tempore vitæ ipſius legatarij præſumitur eius cauſa & fauore legaſſe:non autem fauore & cauſa eius,cum quo voluit ipſum legatarium habitare:ſic ſanè ſcripſi in d.conſ.146.num.12.ex ſententia Io.Baptiſtæ à S.Seuerino,quem Cacialupum appellare ſolemus, & Decij, quos il-
12 lo loco commemoraui.Et ibidem nume.13 ſubiunxi, † idem eſſe, quando onus iniunctum excedit valorem & commo-
13 dum legati.Eſt pariter idem dicendum,quando † apparet aliqua coniectura teſtatorem voluiſſe legatarium habitare & commemorari cum hæredibus ſuis, vt commodius legatum conſequi poſſet.Nam tunc ipſius legatarij cauſa & fauore dicitur legaſſe. Ita docuit Imola in d.l.illis libertis. verſ.ſed ſi
14 principaliter.Eſt idem dicendum, † quando teſtator dixit, ſi legatarius habitare voluerit,atque ita contulit onus habitandi in eius voluntatem.Hoc etiam caſu dicitur teſtator feciſſe cauſa & fauore legatarij,qui declarando ſe nolle habitare,dicitur huic conditioni poteſtatiuæ ſatisfeciſſe. Ita in ſpecie reſpondit Io.Bapt.à ſancto Seuerino inter conſ.Soci. Sen.in conſ.69.nu.6.& 7.& ibidem ipſe Socin.Sen.in conſi. ſeq.nu.2.in fine.lib.1.

Recęditur à prædicta regula & præſumptione, quando extant contrariæ coniecturæ, quæ ſuadent teſtatorem voluiſſe relinquere cauſa & fauore eius, cũ quo voluit legatarium habitare.

15 Et prima quidem eſt † coniectura, quando qualitas perſonæ, cum qua habitare debet legatarius, eiuſmodi eſt, vt requirat operam & induſtriam ipſius legatarij, ſicuti quando eſt infans, vel pupillus, vel infirmus, vel ſenio cõfectus, vel mente captus, ſenſit enim teſtator, legatarium curam eius habere debere. Ita probat d.l.ſed ſi hoc.in fine.ff.de cond.& demon.cuius verba hæc ſunt. *Quod ſi ita ſcriptum eſſet, ſi à liberis impuberibus ne nupſerit, legem locum non habere: qui à magis cura liberorum, quàm viduitas iniungeretur.* Et in ſpecie ſic ſcripſérunt Signorolus, Ancharanus, Ruinus, Decius, & Scçinus Iunior, quos retuli in d.conſ.146.num.3.

16 Et ibidem nu.25.declaraui, hoc locum habere donec † vſque opera & induſtria ipſius legatarij eſt neceſſaria: & non vltra, vt ſi cauſa pupilli legatarius habitare cum eo debet, eo adulto facto, non tenetur amplius legatarius cum eo habitare eiuſque curam habere: & tamen legatum conſequi debet. Ita eo loci dixi, declarare Ruinum, & Petrum Beneintendi. addo eundem Ruinum in conſ.42.nu.22.lib.2.qui aliam declarationem adiunxit. Idem Rui.in conſil.46.num.7.eo.lib.2.

17 Secunda eſt coniectura, quando † teſtaror legauit proprię vxori, donec viuet in viduitate, & habitaret cum filiis ipſius teſtatoris.

Hoc etiam caſu præſumitur teſtatorem voluiſſe legare fauore & cauſa filiorum ſuorum, vt ſcilicet vxor ipſa exiſtens vidua tutius & commodius habitare poſſet cum filiis. Ita ſcripſit in d.conſ.146.nume.4.reſpondiſſe Signorolum, Decium et Albanum Cardinalem.

18 Tertia eſt coniectura, quando † teſtator voluit legatarium habitare & commorari cum filiis ſuis, ob id quod fidem & probitatem ipſius legatariis experſus fuerat teſtator. Hoc caſu pariter præſumitur factum legatum fauore & cauſa filiorum. Ita Decius & Socinus Iunior, quos retuli in d.conſ.146. numero quarto, verſiculo quartò accedit.

19 Huius diſputationis † ea eſt ſumma vtilitas vt intelligamus, quando legatarius non habitat & commoratur cum illis, cum quibus voluit teſtator debere habitare, an legatum extinguatur vel non? Et diſtingui hic ſolent tres caſus, ſecundum Decium in conſilio 601.columna prima & ſecunda.

20 Et primus † eſt, quando legatum fuit relictum cauſa & fauore eorum, cum quibus legatarius habitare debet.

Hoc ſanè caſu, ſi legatarius habitare non poteſt, vel habitare deſiit, legatum extinguitur. d.l.illis libertis.in fine.ff.de condi.& demonſtr.& l.Sæio.in princip.ff.de annuis lega.& in ſpecie poſt alios Decius in dicto conſilio 601. columna
21 prima, verſic.primus eſt, Et hic † quidem caſus locum habet vt dixit, eo loci Decius, etiam quando legata fuerunt alimenta.

Hoc idem reſpondit ipſe Decius in conſ.485.numero 10. verſ.ſecundò reſpondetur, & eiuſdem opinionis alios commemorat Tiraquellus in l.ſi vnquam in verbo, ſuſceperit.nu. 163.C.de reuocan. donatio.

22 Secundus eſt caſus, quando † legatum fuit relictum cauſa & fauore ipſiuſmet legatarij. Hoc caſu non extinguitur legatum, & ſi ipſe legatarius vel non poteſt, vel non vult commorari & habitare cum illis, cum quibus morari debebat. Ita poſt glo.Bart.& alios in l.1.C.de legatis, ſcripſerunt Decius in dicto conſilio 601. numero 3. verſiculo ſecundus caſus & alij.

23 Tertius eſt caſus, quando † legatum fuit factum cauſa vtriuſque nempè tam cauſa ipſius legatarij quàm eorum, cum quibus is habitare debebat: ſicuti quando teſtator legauit legatario ob dilectionem, qua eum proſequebatur, & vt habitaret cum filiis ipſius teſtatoris. Hunc enim caſum dixit mixtum Decius, in d.conſ.601.numero 4.verſic.vnde tertius, qui reſpondit, hoc in caſu prępondérare fauorem legatarij, ne extinguatur legatum: & præſertim quando teſtator multum dilexit ipſum legatarium, & ob dilectionem legauit: ſicuti ſupra diximus. Hoc tamen de caſu tertio dubitauit Soci.Iunior in d.conſ.58.in fine.lib.3.

## PRÆSVMPT. CXXIIII.

### Legatum tutori factum præſumi vt tutelam ſuſcipiat

### SVMMARIVM

1 *Teſtator ſi legat tutori, ea mente legaſſe cenſetur, vt tutelæ onus ſuſcipiat.*

*Secus ſi teſtator erat aliquid ei relicturus, etiam ſi eum non reliquiſſet tutorem.num.2*

3 *Teſtator ſi in teſtamento legatum relinquit alicui, deinde in codicillis ipſum legatarium tutorem facit, nunquid ea mente præſumatur legaſſe, vt tutelam ſuſcipiat.numero ſeq.*

4 *Teſtamentum confirmat codicillos.*

5 *Legatum factum coniunctæ perſonæ à teſtatore multum dilectæ, cui etiam teſtator tutelam iniunxit, non præſumitur relictum tanquam tutori, atque ita vt tutelæ onus is ſuſcipiat.*

6 *Maritus ſi legatum reliquit vxori, & eam tutricem conſtituit filiorum, nunquid præſumatur legaſſe, vt niſi onus tutelæ ſuſcipiat, extinguatur legatum.*

*Vxor an dici poſſit coniuncta perſona marito.*

7 *Tutor hodie non poteſt conſequi legatum, niſi onus tutelæ ſuſcipiat, & ſi teſtatori ſit ſanguine coniunctus.*

*Vt tamen perdat legatum, ſi recuſat tutelæ adminiſtrationem, requiritur quòd fuerit monitus & interpellatus ipſe tutor ad ſucipiendum onus tutelæ.num.8.*

*Non priuatur autem legato, ſi recuſat tutelæ adminiſtrationem, ſi d.legatum ſit à ſe alteri reſtituendum, num.9.*

10 *Teſtator ſi legauit alicui, quem tutorem conſtituit, ſenſit tamen aliquo caſu, vel permiſit onus tutelæ ipſum fore omiſſurum non cenſetur reliquiſſe ob onus d. tutelæ, & ideo is non perdit legatum ſi tutelæ onus non ſuſcepit.*

11 *Mulier per tranſitum ad ſecunda vota amitti tutelæ adminiſtrationem*

12 *Teſtator ſi illum conſtituit tutorem, qui tutor eſſe non poteſt, & ei reliquit legatum non præſumitur legaſſe ob onus tutelæ, vnde ſi non adminiſtrat tutelam non perdit legatum.*

*Idem quando teſtator vnà cum re legata, quæ ſui natura admitti poteſt, non ſuſcepta tutelæadminiſtratione, legaſſet alteram, quæ nequit amitti numero 13.*

14 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.*

1 EST ſatis proxima † præcedenti hæc diſputatio, quando ſcilicet teſtator legauit tutori. Nam ea mente & animo legaſſe præſumitur, vt tutelæ onus ſuſcipiat, alioquin legatum non conſequatur. Ita reſpondit Paulus in l.Neſennius.ff.de excuſ.tut.Ibi, *Rectè ergo placuit eum, qui recuſat id, quod teſtator relinquit, ab eo, quod petit, quod idem dedit, repelli debere.*

Hanc eſſe præſumptionem iuris ſcripſit Ioan. Andreæ in additionibus ad Specul.in tit.de præſumptionibus.§.ſpecies. numero quinto in verbo. in prædictis concord.& reſponderunt Baldus in conſilio 357.licèt allegatum.columna ſecunda libro quarto & Angelus in conſilio 166.Licet teſtator.

2 Receditur tamen † ab hac præſumptione contrariis coniecturis & præſumptionibus, quibus conſtare poteſt, quod teſtator erat alioqui relicturus ipſi tutori, etiam ſi eum non reliquiſſet tutorem. Ita probat d.l. Neſennius.verſiculo non ſemper: cuius verba hæc ſunt. *Non ſemper tamen exiſtimo, eum qui onus tutelæ recuſauit, repellendum à legato: ſed ita demum, ſi legatum ei ideo adſcriptum appareat, quod eidem tutelam filiorum iniunxit: non quod alioqui daturus eſſet, etiam ſiue tutela.* Hactenus Paulus cuius ſententiam ſecuti ſic reſponderũt ex noſtris Angelus in d.conſ.166.colum.1.verſ.quartus caſus. Rui.in conſ. 38.num.3.lib.2.& alij, quos infrà refero.

Porrò, quod teſtator eſſet relicturus etiam ſi tutorem illum non conſtituiſſet, ſignis & coniecturis colligitur.

3 Prima itaque coniectura eſt quando in † teſtamento legatum fuit relictum: deinde in codicillis poſtea factis tutorem dedit. In hoc enim legato (inquit Paulus in d.l.Neſennius.in fine.) poteſt dici, non ideo ei relictum, quia & eum tutorem eſſe voluerit teſtator. Cæterum idem Paulus in l.ſubſe-

quent



quenti viſus eſt ſeipſum corrigere, & coniecturam hanc non probare. Ita enim ſubiunxit. *Sed hæc nimium ſcrupuloſa ſunt, nec admittenda: niſi euidenter pater expreſſerit, velle ſe dare etiam ſi tutelam non adminiſtrauit. Semper enim legatum aut antecedit, aut ſequitur tutelam.* His ſenſit Paulus nil referre quod tutela ſit data in codicillis, & legatum ſit factum in teſtamento: Cum
4 † teſtamentum confirmet codicillos, & ideo perinde eſt ac ſi vna ſola diſpoſitio & ſcriptura confecta ſit, & in vna & eadem relictum legatum & data tutela. Et propterea dixit Paulus, ſemper legatum antecedere, aut ſequi tutelam. Voluit dicere nullam eſſe in hoc conſtituendam differentiam, quod præcedat, vel ſequatur tutela legatum, vel econtra, vel quod factum ſit legatum in teſtamento, & data tutela in codicillis.

5 Secunda eſt † coniectura, quod teſtator eſſet relicturus, etiam ſi tutelam non adminiſtraret legatarius, quando ſcilicet teſtator legauit coniunctæ perſonæ à ſe multum dilectæ: cui etiam tutelam dedit: ſicuti quando pater filium adultum tutorem reliquit aliis fratribus ſuis pupillis: & ei legatum reliquit. Nam non præſumitur relictum legatum tanquam tutori, atque ita vt tutelæ onus ſuſcipiat: ſed vt filio: atque ita onus tutelæ non fuit cauſa legati, quod teſtator alioqui erat relicturus. Ita Papinianus in l.tutor.§.quæ tutoribus. ff.de excuſ.tuto. Et in ſpecie Bald. in conſil. 357. Licet allegatum.colum.1.verſic.ſecundo caſu.lib.4. Ita quoque Romanus in conſ.207.num.2.qui reſpondit de auunculo, qui nepotem dederat tutorem, & legatum ei fecerat: ſic & de fratre, qui fratri tutori à ſe relicto legauerat, conſuluit idem Roma. in conſil.235.colum.1. Et de fratre pariter reſpondit Pariſ.in conſil.84.num.27.& in conſil.87.num.21.lib.1. Sic etiam de auo, qui nepotem ex filio tutorem reliquerat, & legatum ei fecerat conſuluit Dec.in conſ.178.colum.2.verſ.ſecundò reſponderi.& colum.4.verſic. Nec obſtat vltimo. Ita etiam de marito, qui vxori legauit, eique tutelę onus iniunxit, reſpondit Ruinus in conſil.38. num.3. & 4.lib.2.& ſi non allegat d.
6 §. quę tutoribus. Verùm † Crottus inter conſilia Gratii in conſ.84.nu.2.lib.2.auſus non eſt affirmare hunc caſum, quando ſcilicet maritus reliquit vxori: cum dubitauerit Crottus, vxorem dici poſſe coniunctam perſonam marito teſtatori, Non erat tamen quò dubitaret Crottus, cùm text.d.§.quæ tutoribus, fundatus ſit in amore & beneuolentia, quibus teſtator proſequebatur legatarium illum ſibi ſanguine coniunctum. Qui ſanè amor eſt maximè conſiderabilis erga vxorem, cui teſtator non ſolùm legauit, ſed etiam tutelæ munus alioqui virile confidit. Et ſententiam hanc probat. l. cum alienam.C.de legatis, qua adductus ita in ſpecie reſpondit Angel.in conſ.166.ſi teſtator.col.1.verſ.in quæſtione ergo.

7 Cæterùm † hæc præſumptio, & coniectura locum hodię habere non poſſe videtur: quando quidem ſancitum iure nouo creditur, tutorem & ſi teſtatori ſanguine coniunctum non poſſe recuſare munus tutelæ & legatum retinere. §. in omnibus.in Auth.de hæredib.& Falcidia.vt illo in loco explicauit Iacobus Beluiſius, quem ſecuti ſunt Bart.Baldus & Alex.in l. pen.C.de legatis, Roma.in d.conſil.207.num.3.& in d.conſil.235.colum.1.verſic.eſt igitur videndum, Decius in conſil. 178.num.2. & in conſ.192. nu.4. & eiuſdem opinionis alios plures retulit Neuiz.in conſ.3.nu.9.qui & diſſentientes commemorauit: & alios etiam addidit Iacobinus in d.l.pen.

8 Requiritur † tamen vt locus ſit huic pœnæ amiſſionis legati ob recuſatam tutelæ adminiſtrationem, quod tutor ipſe fuerit monitus & interpellatus ad ſuſcipiendum onus hoc, iuxta auth.hoc amplius.C.de fideicom. Ita reſpondit Deci.in d.conſ.178.col.4.verſ.Nec obſtat quod dicebatur; poſt Alex. in d. l. pen. in fin. & ibidem Iacobinus à Sancto Georgio in fine, & Neuiza.in d.conſ.3.num.9.in fin.

9 Eſt tamen † hic obſeruandum, quod egregiè docuit Romanus in auth.ſimiliter.nu.96.C.ad legem Falcidiam, tutorem hunc recuſantem adminiſtrare tutelam, non priuari legato, ſeu fideicommiſſo à ſe alteri reſtituendo.

10 Tertia eſt coniectura, quando † teſtator legauit ei, quem aliquo caſu ſenſit & permiſit tutelæ onus omiſſurum, ſicuti quando maritus lęgauit propriæ vxori, quam tutricem filiorum reliquit: & deinde dixit, quod ipſa ſua vxor conſequeretur legatum etiam ſi tranſibit ad ſecundas nuptias.
11 Eſt enim † certum mulierem ſecundo nubentem amittere tutelæ adminiſtrationem, auth.matri & auiæ.vbi Bar.C.quando mulier tutelæ off.fungi poteſt. Si ergo teſtator voluit, vxorem ſuam obtinere legatum etiam ſi tutrix eſſe deſinat, ſequitur dicendum, non reliquiſſe legatum propter onus tutelæ. Ita in ſpecie reſpondit Crottus inter conſilia Grati in d.conſ. 84.num.7.lib.2.

12 Quarta eſt coniectura, quando † teſtator conſtituit tutorem illum, qui tutor eſſe non poteſt, & ei legatum fecit. Hoc ſanè caſu legatum non præſumitur factum ob tutelam: & ideò legatarius ipſe non perdit legatum, & ſi tutelam non adminiſtrat. Ita Bar.in l pen.C.de legatis.Bald.in d.conſ.357. col.1.verſ.1.caſu.lib.1.Ange.in d.conſ.166.col.1.verſ.quartus caſus. Crottus in d.conſ.84.num.9.qui reſpondit, de legato relicto minori 25.annorum, cui teſtator reliquerat etiam tutelæ onus. Et horum ſententiam probat.l.ab adminiſtratione. C.de legatis.

13 Quinta eſt coniectura, quando † teſtator vnà cum re legata, quæ ſui natura amitti poteſt, non ſuſcepta tutelæ adminiſtratione, legaſſe alteram, quæ nequit amitti, vt ſi maritus reliquit vxori dotem, & aliam rem. Ita reſpondit Crottus in di-
14 cto conſilio 84.numero 8. Ea ratione adductus, quod † vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſti.& l.quamuis. C.de impuberum & aliis ſubſti. Quæ ſanè coniectura leuis admodum mihi videtur: cùm regula.d.l.iam hoc iure, ceſſet quando inter vnam & alteram rem extat diuerſa ratio, vt poſt alios declarat Iaſ.in d.l.iam hoc iure.num.12. Porrò in caſu noſtro diuerſam eſſe rationem inter dotem vxoris ei à marito relictam, & rem aliam legatam, nemo eſt qui non videat, cùm dos ipſi mulieri eſſet omninò reſtituenda tanquam eius propria, alia verò res legata nequaquam.

## PRÆSVMPT. CXXV.

### Legatum factum pauperibus, de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum factum pauperibus valet, licèt incertum videatur.*

*Nec poteſt dici captatorium, & ſi pauperum electio conferatur executoribus teſtamenti, vel Epiſcopo.num.2.*

*Electio tamen pauperum cenſetur primùm conceſſa executoribus teſtamenti conſtitutis à teſtatore, & nullis exiſtentibus executoribus Epiſcopus ciuitatis teſtatoris, eligendi facultatem habet.num.3.*

4 *Epiſcopus in eligendo pauperes, quibus legatum eſt relictum, non libero, ſed regulato arbitrio vti debet.*

*Idem de teſtamenti executoribus.ibid.*

5 *Legatum ſi eſt factum pauperibus, executores vel Epiſcopus debent eligere ex pauperibus ciuitatis ipſius teſtatoris.*

6 *Teſtator quando relinquit Eccleſiæ, intelligitur de propria & parochiali eius Eccleſia.*

7 *Legatum quando eſt factum pauperibus debent executores vel Epiſcopus ex pauperibus ciuitatis eligere prius fœminas quàm maſculos.*

*Et fœminas illas pauperes eligere debent, quæ vel in monaſterijs clauſæ ſunt, vel in hoſpitalibus vel carceribus clauduntur, & potius moniales quæ alios religioſos.nu.8.*

*Nam monialium inopia eſt periculoſior illa aliorum religioſorum. num.9.*

*Et ex fœminis, vel monialibus, vel carceratis pauperibus eligere debent.num.10.*

11 *Elemoſynam dare magis indigenti cæteris paribus melius eſt.*

12 *Legatum pauperibus factum tunc inter maſculos diſtribui debet, quando ipſi ſunt magis pauperes, & inopes quàm fœminæ.*

*Et ex magis pauperibus ſunt intelligendi ex his, qui ſunt de familia teſtatoris.num.13.*

*Charitas enim ordinata incipit à ſe & ſuis.num.14.*

*Et non exiſtentibus pauperioribus ex familia teſtatoris, eligantur magis pauperes ex proprijs familijs executorum.num.15.*

16 *Coniunctioribus eſt ſubueniendum quàm alijs: adhibenda eſt tamen diſcretionis ratio, ſecundum differentiam coniunctionis, ſanctitatis, & vtilitatis: nam ſanctiori ac magis indigenti eſt ſubueniendum quàm propinquiori.*

17 *Executores legati ad pias cauſas ſi ſunt valde pauperes, pro ſeipſis vel eorum filijs retinere poſſunt partem aliquam bonorum diſtribuendorum pauperibus.*
*Si autem eorum inopia erat, cognita ipſi teſtatori, ſecus eſt.nu.18.*
*Si tamen deinde ſuperuenit paupertas, vel non erat ipſi teſtatori cognita, poſſunt pro ſe vel eorum filijs retinere.num.19.*
*Et nunquid poſſint vnum tantum pauperem eligere cui omnia bona teſtatoris aſſignent & tradant.num.20.& ſeq.*
21 *Teſtator ſi ſimpliciter diſpoſuit, quòd bona ſua diſtribuantur pro anima ipſius, vnus tantum pauper ab executoribus eligi poteſt.*
*Si autem dixit bona diſtribui vel dari debere pauperi, plures pauperes eligi poſſunt.num.22.*
*Et quid ſi dixit bona ſua diſtribui debere inter pauperes.num.24.*
23 *Numerus ſingularis poteſt reſolui & verificari in numero plurali.*
24 *Teſtator quando iuſſit bona ſua diſtribui debere inter pauperes, tunc vnus ſolus eligi poteſt, quando bona diſtribuenda ſunt modici valoris, & electus habet multos filios & præcipuè fœminas.*
*Secus ſi bona diſtribuenda ſunt opulenta, num.25.*
26 *Eleemoſina non eſt danda, vt is, cui tribuitur, efficiatur, diues.*

HAc de perutili diſputatione multa doctè & accuratè ſcripſerunt inter alios duos ex recentioribus bene eruditis iuris conſultis, nempè Beneincaſſius in Tract.de paupertate. q. 8. in tertio ſpeciali vltimæ voluntatis.num.33.& Mantica in commentariis de coniecturis vltimarum voluntatum. lib.8.tit.5. Et quanquam ab his ſcripta ſufficere ſatis poſſint ad illuſtrandam diſceptationem hanc: Attamen dicam & ego
1 nonnulla, quæ ad rem viſa ſunt pertinere. Et illud † primum obſeruandum eſt, legatum pauperibus factum valere, tametſi incertum videatur.l.id, quod pauperibus.l.nulli.& l.ſi quis ad declinandam.C. de epiſco.& cler. Nam ſpeciali fauore pietatis & religionis hoc permiſſum eſt: ſicuti probant verba.d. l.ſi quis ad declinandam, ibi, pietatis intuitu, iuncto verſic. *Sed & ſi pauperes*. Et annotarunt glo.Bart. & reliqui in l. quidam relegatus.ff.de reb.dubiis: & eſſe communem teſtatur & probat Emanuel Coſta in cap. ſi pater.in prima parte.in verbo, pauperes.num.3.verſic.ego autem.de teſta.in 6.quo loci
2 recenſet & confutat aliorum rationes. Eſt & † ſecundo annotandum, hoc legatum dici non poſſe captatorium, tametſi pauperum electio confertur executoribus teſtamenti, vel Epiſcopo. Ita Bart.in l.1.num.64. C.de ſacroſanct.eccleſ.& in ſpecie legati reſpondit Pariſius in conſil. 83. colum.pen.lib. 2.& alios commemorant & ſequuntur Didacus in cap. cum tibi.numer.12.de teſta.& Emanuel Coſta.in d.cap.ſi pater.in prima parte, in verbo, pauperes.nu.5.qui teſtantur eſſe communem & veram ſententiam.
3 Eſt & tertiò † obſeruandum: electionem pauperum cenſeri conceſſam primum executoribus teſtamenti, ſi conſtituti & relicti à teſtatore ſunt: ſicuti clarum & manifeſtum eſt, & ſentiunt omnes in cap.nos quidem.de teſta. Nullis verò exiſtentibus executoribus, Epiſcopus Ciuitatis teſtatoris eligendi facultatem habet: ſicuti in ſpecie annotauit Benincaſſius in dicto tertio ſpeciali.num 45.qui ſecutus eſt, & rectè, ſententiam Bart.in d.l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.& cler.dicentis, eſſe in arbitrio Epiſcopi eligere hos pauperes, quibus
4 res legatas tradat. Porrò Epiſcopus non libero, ſed † regulato arbitrio vti debet, iuxtà ea, quæ ſcripſi in lib.1.de arbitrariis iudicum.q.9. Hoc idem arbitrium cenſetur datum teſtamenti executoribus. Et in ſpecie hoc eſſe arbitrium regulatum, non autem liberum, & abſolutum reſponderunt Bart.in conſ.194.num.3.in fin.lib.1.& Pariſ.in conſ.45.in fine lib.3.
5 Quocirca primum † eligere debent executores, vel Epiſcopus, ex pauperibus ciuitatis ipſius teſtatoris: cum de aliis eum non ſenſiſſe præſumatur. Ita in ſpecie ſcripſerunt gloſſ.in cap. ſi pater.in verbo, pauperes de teſta.in 6. Bart.in l.2. num.2. C.de anno ciuil.lib.10.Tiraquellus in tract.de priuilegiis piæ cauſæ priuileg.56.colum.2.Didacus in d.cap.cum tibi.num. 14.de teſt.& Coſta.in d.cap.ſi pater.in verbo, pauperes.num. 11.quo loci.nu.12.retulit ſimile, de quo diximus ſuprà in præ-
6 ſump.... quod quãdo teſtator † reliquit eccleſiæ, intelligitur in dubio de propria teſtatoris eccleſia, nẽpè eius parochiali,
7 Secundò debent † executores, vel Epiſcopus ex dictis pauperibus ciuitatis eligere prius fœminas quàm maſculos. (Hęc ſemper intelligimus in dubio, cùm ſcilicet in reliquis datur paritas, vt etiam dicemus in aliis caſibus.)
8 Tertiò ex fœminis † eligere magis debent executores, vel epiſcopus fœminas illas pauperes, quæ vel in monaſteriorum clauſtris clauſæ ſunt: vel in hoſpitalibus, vel carceribus clauduntur. De monialibus magis quàm de aliis etiam quàm de monacis aliisvè religioſis, ſic ſenſerunt Baldus in l.in multis. in fine.ff. de ſtatu hom. Marſilius in ſing.248.ad finem, & in ſpecie magis Ripa in Tracta. de peſte. in tit. de remediis ad conſeruandam vbertatem.num. 158. & Benincaſſius in dicto tertio ſpeciali.num.42.44. & num.49.& 50. vbi de carceratis, & in Hoſpitali exiſtentibus.
9 Eſt ratio, quia † paupertas & inopia in monialibus eſt periculoſior illa aliorum religioſorum.cap.1.de ſtatu mona.lib. 6. Et ideò præſumitur teſtatorem de his ſenſiſſe: cum pręſumptio ſit teſtatorem voluiſſe prouidere in caſu magis neceſſario: ſicuti reſponderunt Bald.in conſ.35.Pater filio.col.2.lib. 1.& Crauet.in conſ.149.num.12.in fin.
10 Quartò ex fœminis † nempè monialibus, vel in carcere poſitis pauperibus, eligi debent pauperiores. Ita Benincaſſius
11 in dicto tertio ſpeciali.nu.50. Nam (vt ille dixit) dare † eleemoſynam magis indigenti melius eſt cæteris paribus, ſecundum Diuum Thomam in 2.2.q.32.art.3.ad finem. Et ob maiorem neceſſitatis cauſam, ſic etiam ſenſit teſtator, vt ex Baldo & Crauetta diximus ſuprà.
12 Quintò, ſi magis pauperes † & inopes ſunt maſculi quàm fœminæ, illi prius, & religioſi quidem ante alios eodem ordine quo ſupra diximus de fœminis eligendi ſunt. Nam in his locum habet ratio ſuprà conſiderata, quod ſcilicet teſtator voluerit prouidere in caſu magis neceſſario, &.facere eleemoſynam omni meliori modo. Ita intelligo & declaro Archid.in cap.ſi pater.num.3.de teſta.in 6.
13 Sextò, ex magis pauperibus † & inopibus maſculis eligendi ſunt ex his, qui ſunt ex familia teſtatoris. Nam his magis quàm extraneis veriſimiliter prouidere voluit teſtator: cùm
14 † charitas ordinata incipiat à ſe & ſuis.l. Præſes.C. de ſerui.& aqua, cum aliis traditis ab Abbate in cap.1.nume.4.de cohabita.cler.& mulierum & à Tiraquello in Tract. de priuilegiis piæ cauſæ, in præfatione.
15 Septimò, non exiſtentibus † pauperibus ex familia teſtatoris eligere poterunt executores, vel epiſcopus magis pauperes ex propriis eorum familiis. Ita Baldus in l. illa inſtitutio, num.2.ff.de hæred.inſtit.& egregiè Ancha.in conſ.437. In his dubiis decidendis.col.1.Pariſ.in conſ.45.nu.15.lib.3.& in conſ.26.nu.31.lib.4.& Tiraquellus in Tract.de priuilegiis piæ cauſæ, in præfatione in verſ.Et facit pro prima parte.

Eſt ratio, quia veriſimiliter de his etiam ſenſit teſtator: ſicuti ſcripſerunt Baldus & reliqui ſuprà commemorati.

Et cõfert, quod in eroganda eleemoſyna habenda eſt ratio ſui ipſius primùm, deinde ſuorum: cum ordinata charitas (vt iam diximus) à ſe & ſuis incipiat. Et egregie ſanctéque ſcri-
16 pſit Diuus Thomas.2.2. q. 32. art.9. magis † ſubueniendum eſſe coniunctioribus, quàm aliis. Inquit tamen ſanctus Doctor, adhibendam eſſe diſcretionis rationem: ſecundum differentiam coniunctionis, ſanctitatis, & vtilitatis. Nam multò ſanctiori, & magis indigenti, ac magis vtili ad commune bonum dandum eſt quàm propinquiori: præſertim ſi non ſunt multum coniuncti. Et Diuum Thomam ſecuti ſunt Angelus Clauaſius in ſumma.in verbo, eleemoſyna.num.1.in fine.& Sylueſter Prierius in ſumma in verbo, eleemoſyna.nu. 4.& Bartholomæus Fumus in Summa Armilla.in verbo, eleemoſyna.num.8.& 14.
17 Quinimò executores † ipſi valdè pauperes, & inopes pro ſeipſis, vel eorum filiis retinere poſſunt partem aliquam bonorum pauperibus diſtribuendorum. Ita Iacobus de Arena in Tract.de executoribus.num. 42. Baldus in l.illud.in prin. ff. quod cuiuſque vniuerſ.nom. Angelus in l.illa inſtitutio.ff. de hæred.inſtit. Calder.in conſil. 39. in tit.de teſta. Capra in conſ.54.nume.18. & alios recenſet Tiraquellus in loco ſupra allegato. Idem ſcripſerunt Angelus Clauaſius in ſumma in verbo, eleemoſyna.num.3.Pariſius in conſ.26.num.23.lib.4.

Crediderim eſſe aduertendum & diſtinguendum, vt viſus eſt diſtin



18 eſt diſtinguere Ancharan.in conſ.84. Quòd aut † neceſſitas & inopia executorum ita extitit tempore conditi teſtamenti, vt cognita fuerit ipſi teſtatori.

Hoc caſu executores nihil pro ſe eorumque filiis retinere poſſunt, quia veriſimile eſt, quòd ſi teſtator voluiſſet eos ali-
19 quid habere, iam eis legaſſet. Aut executores † ij tempore conditi teſtamenti non erant pauperes: ſed deinde ſuperuenit inopia: aut ſi extitit paupertas tempore conditi teſtamenti, non tamen illa fuit cognita teſtatori.

Hoc caſu poſſunt executores pro ſe & filiis retinere: cum veriſimile ſit, quod ſi teſtator ſciuiſſet, vel cogitaſſet hac de inopia & paupertate eis reliquiſſet. Ita ſanè reſpondit Ancharanus in d.conſ.84.nu.3.verſ.Quibus tamen non obſtantibus.

Cæterùm in ea dubitatione, quam noſtri explicare ſolent,
20 an † executores ij teſtamentarij poſſint vnum tantum pauperem eligere, cui bona ipſa omnia teſtatoris aſſignent, & tradant, ſoleo diſtinguere tres caſus.
21 Primus eſt † caſus, quando teſtator ſimpliciter diſpoſuit, bona ſua debere diſtribui pro anima ſua. Hoc caſu vnus tantum pauper elegi poterit. Ita in ſpecie reſpondit Caſtren. in conſ.97. ſuper primo quæſito.num.3.lib.1. quem ſecutus eſt Cagnolus in l.ſingularia.nu.35.ff.ſi cert.pet.
22 Secundus eſt caſus, quando † teſtator diſpoſuit bona diſtribui, vel dari debere pauperi: atque ita teſtator vſus eſt ſermone ſeu nomine ſingulari. Hoc in caſu reſpondit præcitato in loco Caſtrenſis, executores eligere poſſe plures pauperes: cùm
23 † numerus ſingularis poſſit reſolui & verificari in numero plurali. Idem ſcripſit Rom.in ſing.454. Teſtator dicit, & eum ſecutus eſt Felinus in cap.omnes leges.col.2.verſ.declara hic diſtinct.1.
24 Tertius eſt † caſus quando teſtator diſpoſuit, bona ſua diſtribui debere inter pauperes: atque ita teſtator vſus eſt ſermone ſeu numero plurali. Hic caſus controuerſus eſt.

Nam multi in ea opinione fuerunt, executores non poſſe eligere vnum tantùm pauperem & inopem: ſed plures eligere & in eos diſtribuere debere. Ita ſanè Bart.in l. 1. ff. de optio. lega.Bald.in l.1.nume.19.C.de ſacroſanct.eccleſ. Caſtren.in d.conſil.97.num.3. Iaſon in l. Gallus.§. quod ſi is in ſecunda lectura.numer.12.ff.de liber.& poſthu. Felinus in d.cap.omnes columna ſecunda verſic. Declara hic diſtinct.1. Decius in conſil.471.num.9.& Io. Bolognetus in l ſingularia.num. 32.ff.ſi certum peta.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt imò executores poſſe eligere vnum tantùm pauperem & inopem, & ei diſtribuere ſeu tradere omnia bona teſtatoris. Huius opinionis viſus eſt eſſe ſibi parum conſtans Bart. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum.ff. de leg. 2. & manifeſtius ibidem Comenſis & Imola. Ita etiam Alex. in l. qui quartam.§. 1.ff. de leg.1.& in conſ.109.nu.7.lib.7.& communem hanc eſſe opinionem teſtantur Claudius Aquenſis in d.l. qui quartam.§.1.& Cagnolus in d.l.ſingularia.num.17.verſ.ſed contrariam.
25 Tertia conſiderari † & afferri poteſt opinio, qua prædictæ conciliari facilè poſſunt, vt dicamus, quod aut bona teſtatoris ſunt modici valoris, ita quòd is pauper & inops electus nõ efficietur diues: ſed hoc tenui patrimonio ſubleuaretur à tanta inopia & paupertate, præſertim ſi multos filios haberet, & tum maximè ſi fœminæ nubendæ. Hoc ſanè caſu crederem ſequendam eſſe ſecundam opinionem, vt ſcilicet hic ſolus pauper eligi poſſit. Eſt enim veriſimile, quod ſi teſtator, hoc ſciuiſſet, & tantam inopiam præ oculis habuiſſet, ei reliquiſſet: cùm magna ſit hæc eleemoſyna, & animarũ ſaluti valdè pro-
26 ficua. Aut † verò teſtatoris patrimonium & bona diſtribuenda ſunt opulenta, ita quod vnus ſolus quantum vis inops efficeretur diues. Hoc in caſu ſequerer primam illam opinionem, quod ſcilicet multi eligendi ſint pauperes, quibus pro eorum qualitate & conditione diſtribuantur bona non autem vni totum tradere: Cùm eleemoſyna danda non ſit, vt is diues efficiatur, ne ſit occaſio negligentiæ & inertiæ, vt egregiè & ſanctè ſcriptum reliquit D.Thomas in 2.2.q.32.art.9.& ſecutus eſt bene eruditus Bartholomæus Funus Dominicanus in ſumma armilla in verbo eleemoſyna.num.11. Id quod totum arbitrio & conſcientiæ executorum relinqui debet. Porrò examinent illi diligenter quod conuenit viro bono & timenti Deum optimum max.

## PRÆSVMPT. CXXVI.

Legatis bonis exiſtentibus in ciuitate, an & quando præſumantur relicta ea, quæ ſunt in territorio & comitatu.

### SVMMARIVM

1 *Bonis exiſtentibus in ciuitate legatis an & quando præſumantur ea relicta, quæ ſunt in ſuburbijs.*
2 *Teſtator ſi legat totum frumentum, quod habet in ciuitate, non continetur frumentum quod extat in ſuburbijs.*
*Extende, etiamſi ciuitas muris amplietur, & ſuburbia includantur.num.6.*
3 *Ciuitas vel vrbs proprie dicitur, quæ muris cingitur.*
4 *Legatum ſtricte, & propriè debet interpretari.*
5 *Dictio.in, pro intra: & dictio, intra, ſignificat ſolum quæ intus habentur.*
7 *Bonis exiſtentibus in ciuitate legatis, præſumuntur etiam relicta quæ ſunt in ſuburbijs, quando relicta ſunt ſanguine coniunctis, & ſic in legatis quæ admittunt largam interpretationem.*
*Idem quando teſtator non habebat bona in ciuitate, ſed ſolum in ſuburbijs.num.8.*
9 *Chartis legatis, veniunt libri, quando teſtator nihil præter libros habebat.*
10 *In legato generali continentur venalia, quando teſtator nil aliud in domo quam ea habebat.*
11 *Frumentum legato, quod teſtator habebat in ciuitate, cenſetur legatum frumentum exiſtens in ſuburbijs, quando ibi tenebatur cauſa cuſtodiæ donec deferretur in ciuitate.*
12 *Bona, quæ ſunt in domo cuſtodiæ cauſa, perinde ſunt ac ſi tibi non eſſent.*
13 *Teſtator ſi dixit: Lego bona quæ habeo Papiæ, vel Patauij, cenſentur legata etiam ea, quæ ſunt in ſuburbijs.*
*Idem ſi dixit, lego bona mea, quæ habeo in ciuitate Patauij. num.14.*
15 *Nomen proprium declarat appellatiuum.*

1 DVBITARI ſæpe contingit, an † & quando legatis bonis exiſtentibus in ciuitate præſumantur relicta ea, quæ ſunt in ſuburbiis? Qua quidem in re Duos caſus conſtituo, ſicuti diſtinxit in lib.1, de arbitrariis iudicum.queſt.99.num.4.& numero 16. Primus
2 eſt † quando teſtator ita dixit; lego bona puta frumentum, quod habeo in ciuitate, vel in vrbe. Hoc in caſu non continetur frumentum exiſtens in ſuburbiis. Ita poſt Baldum in cap. Rodulphus.num.8.& Felinum ibidem.nume.3.de reſcript.ac Crauet.in conſ.297, colum.1.verſic.videretur prima, ſcripſi in d.lib.1.de arbitrariis iudicum.queſt.99.num.6.quo loci dixi, ſic etiam ſenſiſſe Bart.in l.2.in fine principij.ff.de verb.ſignif. Et his accedunt Socinus in l.2.nume.3.ff.de rebus dubiis, & Rubuffus in d.l.2.col.5.in ver.gloſſa in ſecunda par.
3 Et hæc quidem ſententia ea ratione primùm † probatur, quod vrbs, vel ciuitas propriè dicitur quæ muris cingitur.l. ſecunda.l.vt Alphenus.& l.ædificia.ff.de verbor.ſignific.cùm
4 ergo † legatum ſtrictè & propriè debeat interpretari, dicendum eſt, frumentum exiſtens in ſuburbiis non contineri in hoc legato. Secundò clarè probat tex.l.nam quod liquidè.§. ſi ita legeretur.ff.de penu.lega. Nec ſpeciale eſt in ciuitate Roma, ſicuti dixi poſt alios in d.q 99.
5 Tertiò ſuffragatur, quod † illa dictio, in, idem ſignificat quod dictio, intra. Sed dictio, intra, ſolùm ſignificat, quę intus habentur.l.1.§.cum vrbem.ff.de offic.præfecti vrbis. Excluſa ergo ſunt in ſuburbiis exiſtentia. Ita argumentatus ſum in d. q.99.num.7.& ibidem.num 4.& 5.ſimilibus Doctorum traditionibus caſum hunc comprobaui.
6 Extenditur hic † caſus, vt locum habeat etiam ſi ciuitas deinde muris amplietur, atque ita ſuburbia & continentia includantur. Ita ſcripſi in d.q.99.num.8.poſt Baldum & Felinum, quos ibi commemoraui.
7 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat in legatis, quæ largam admittunt interpretationem: ſicuti ſunt illa re-

licta ſanguine coniunctis, vt ſcripſi ſupra in præſumpt. Hoc ſanè caſu legata etiam præſumuntur ea, quæ ſunt in ſuburbiis. Ita poſt Crauet.in conſ.297.nume.2.ſcripſi in d.q.99.nu.15. quo loci ſimilia adduxi.

8 Declaratur † ſecundò, vt non procedat quando teſtator non habebat bona puta frumentum in ciuitate, ſed ſolum in ſuburbiis. Hoc enim caſu præſumitur legatum frumentum exiſtens in ſuburbiis. Ita declarant Baldus in l.1. §. in initio. col.2.verſ.ſed quid ſi non dicit.ff.de officio præfacti vrbis, & ibidem Albericus.num.4.& Felin.in d.cap.Rodulphus.num. 4. Eſt ratio, quia alioqui legatum eſſet inutile, quod dicendum non eſt. Ita ſimili in caſu habetur in l. librorum.§.quod
9 tamen Caſſius.ff.de leg.3.vbi legatis † chartis, libri veniunt,
10 ſi teſtator nihil præter libros habebat. Huc † facit quod dicimus, legato generali contineri venalia, quando teſtator nil aliud in domo quàm ea habebat: ne legatum inutile ſit. Ita gl.in l.generali.§.vxori.ff. de vſufructu lega. quam ſecuti ſunt multi, quos referam infra in præſumpt... num.9.

11 Declaratur tertiò vt non procedat † hic caſus & præſumptio, quando teſtator habebat quidem bona, putà frumentum in ſuburbiis cauſa cuſtodiæ, vt illo in loco conſeruaret donec deferri faceret in ciuitate. Hoc ſanè caſu præſumitur legatum hoc frumentum. Ita Bald. Albericus & Felinus in locis ſupra allegatis. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia frumentum illud exiſtens cauſa cuſtodiæ in ſuburbiis habetur ac ſi eſſet in ipſamet ciuitate. Cùm vt ad tempus non autem perpetuò repoſitum ſit frumentum in ſuburbio. Ita egregiè probat text.l.ſi fundus.de leg.3.*Si fundus* (inquit Pomponius) *legatus ſit cum his, quæ ibi erunt: quæ ad tempus ibi ſunt, non videntur legata. Et ideò pecuniæ, quæ fœnerādi cauſa ibi fuerunt, nō ſunt legatæ.*

Et dicitur potius caſu ibi repoſitum frumentum quàm deliberatè, vt ibi exiſtat: & ideò perinde eſt ac ſi non extet eo in loco, vt egregiè reſpondit Proculus in l.ſi ita legatum eſt, de
12 leg.1. Et ad rem optime † confert.l.ſi vxori.§.1.de auro & argento legato. vbi ea, quæ ſunt in domo cuſtodiæ cauſa, perinde ſunt ac ſi ibi non eſſent.

13 Secundus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit: Lego bona, quæ habeo Papiæ, Patauij. Hoc ſanè caſu præſumuntur legata etiam bona exiſtentia in ſuburbiis. Ita Baldus & Felinus in dicto cap.Rodulphus quos ſecutus ſum in d.libro primo, de arbitrariis iudicum.q.99.num.16.cum dixi, ſub nomine proprio ciuitatis contineri ſuburbia.

14 Extenditur hic † caſus, vt locum habeat etiam cum teſtator ita dixit. Lego bona mea, quæ habeo in ciuitate Pataui: Hoc etiam caſu comprehenduntur exiſtentia in ſuburbiis;
15 cùm nomen † proprium declaret appellatiuum. Ita Baldus in d.cap.Rodulphus.num.octauo, in fine, & ſecutus ſum in d.q. 99.nu.19.& 20. quo loci dixi, reiectam eſſe contrariam opinionem Azonis & Bart.in l.2.nume.3. in fin.de verborum ſignific. quam etiam reiicit Petrus Rebuffus in d.lege ſecunda, col.5.verſ.glo.in ſecunda parte, qui rationibus & argumentis Azonis & Bart.reſpondet, & communem eſſe opinionem aduerſus eos teſtatur. Nec mihi ſatis probatur illa diſtinctio, quam ad conciliandum opiniones conſiderauit Cæpolla in d.l.2.num.8.verſ.ego autem puto.

## PRÆSVMPT. CXXVII.

### Legata ſolùm ea, quæ teſtator tempore conditi teſtamenti habebat, an & quando præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Teſtator an & quando præſumatur legaſſe ea tantum, quæ habebat tempore conditi teſtamenti, vel etiam deinde acquiſita.*
*2 Verba præteriti temporis an & quando trahantur ad futurum, & numer.ſeq.*
*3 Teſtator ſi legauit credita quandocunque facta, & poſt conditum teſtamentum acquiſiuit alia credita, an hæc noua credita comprehendantur in d.legato.*
*Vbi multis auctoritatibus probatur, quòd non compræhenduntur noua credita.ibid.*
*Idem quando dixit teſtator: lego quæcunque credita contracta & quæ reperientur tempore mortis meæ: quia non veniunt credita poſt teſtamentum contracta.num.4.*
*5 Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.*
*6 Teſtator ſi vſus eſt verbis præſentis temporis, an futura contineantur.cùm.*
*Verba præſentis temporis regulariter futura non comprehendant, num.ſeq.*
*Imò in dubio ſi præſens & futurum ſignificant, non comprehendunt futura.num.7.*
*8 Debitorum liberatio ſi ſit relicta, intelligitur de ijs, qui erant debitores tempore conditi teſtamenti, non autem de debitis deinde contractis.*
*9 Argumentum à contractib.ad vltimas voluntates iure recipitur.*
*10 Verba præſentis temporis in contractib.non comprehendunt futura, ergo idem dicendum in teſtamentis.*
*11 Obligans ſe ad obſeruandum pacem pro ſe, & filijs, intelligitur de filijs natis, non de naſcituris.*
*12 Teſtator legauit hoſpitali quicquid reſtaret de ſuis pecunijs in monte Florentiæ, prius ſolutis omnibus debitis: & tempore conditi teſtamenti reſtabant mille tantum, tempore autem mortis acquiſiuit vſque ad tria millia: deberi tantum mille conſultum fuit.*
*13 Legatum tertiæ partis bonorum quæ teſtator habet in illo loco, comprehendit bona tantum quæ extabant tempore conditi teſtausenti.*
*14 Teſtator ſi ſubſtituit aliquem & eius filios, intelligitur de natis tempore teſtamenti.*
*15 Legatum librorum, quos habebat tunc teſtator, non includit libros deinde emptos.*
*Idem quando confecit aliud teſtamentum, emptis deinde alijs libris, & in eo confirmauit primum teſtamentum quo ad legata.num.16.*
*17 Teſtator ſi legauit in codicillis veſtes vxori quas habebat, & deinde alias ei emit, & confecit poſtmodum teſtamentum confirmatorium ipſorum codicillorum, continentur ſolum illæ exiſtentes tempore codicillorum.*
*18 Legatum factum etiam coniunctæ perſonæ non comprehendit niſi ea quæ exiſtebant tempore conditi teſtamenti.*
*Idem in legato conditionali.num.19.*
*20 Teſtator ſi dixit, Lego Caio, quod dare & relinquere poſſum ex bonis meis, quæ habeo.cenſetur relinquere etiam quæ poſt teſtamentum acquiſiuit.*
*Secus ſi dixit, lego omnes res meas, quæ ſunt & reperiri poſſunt Pataui.num.21.*
*22 Verbum debet declarare illud, ad quod refertur, non aliud.*
*23 Legatum cenſetur comprehendere etiam futura, quando variatio vel augmentum verſatur circa eandem rem legatam, vel quæ habetur loco eiuſdem ex diſpoſitione defuncti.*
*Idem quando res poſtea acquiſita eſt primæ iam legatæ acceſſoria. num.24.*
*25 Legatum monetæ debetur ſecundum tempus ſolutionis, quo auctus eſt eius valor.*
*26 Teſtator ſi vſus eſt oratione vniuerſali in legato ſine adiectione verbi præteriti vel præſentis, vt ſi legauit gregem, peculium, vel quid ſimile, futura etiam acquiſita legaſſe cenſetur acceſſoria vel ad gregem vel peculium.*
*27 Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*
*28 Legatum cenſetur continere etiam futura, quando teſtator dixit, lego omnia bona: vel lego vſumfructum omnium bonorum.*
*29 Teſtator ſi vſus eſt in teſtamento ſermone generali nullo adiecto verbo præſentis vel futuri temporis, futuras res cenſetur etiam legaſſe.*
*Idem quando teſtator corruptis illis rebus quas legauit, alias loco earum fieri curauit: hæ enim renouatæ loco primarum ſubrogatæ cenſentur.num.30.*
*Teſtator ſi vſus eſt ſermone particulari in legato, dicens, lego illum fundum, legaſſe etiam præſumitur futura, quæ ipſi fundo acceſſerunt.*
*Idem quando dixit, lego fundum meum.num.32.*
*Idem quando teſtator legauit partem tantum ipſius fundi.nu.33.*
*34 Teſtator ſi in legato vſus eſt oratione indefinita, nunquid præſumatur futura etiam legaſſe.*
*Et quæ ſint verba indefinita, oſtenditur ibidem.*
*35 Pronomen meum, tempus præſens denotat.*





*Intellectus l.ſi ita.ff.de auro, & argento legato.*
*36 Pronomina, meus, tuus, ſuus, poſſeſſoria ſunt, & ob id tempus præſens demonſtrant.*
*Secus ſi illis adiunctum ſit verbum futuri temporis.nu.37.*

1 EGREGIA admodum † eſt diſputatio, an & quando teſtator præſumatur legaſſe ea tantùm, quæ habebat tempore conditi teſtamenti, vel etiam deinde acquiſita? Hanc diſceptationem longis ſatis diſtinctionibus, & non parum obſcuris explicauit Bart.in l.ſi ita legatum.ff.de auro, & argento leg. Ego in multis eius veſtigia, quantum res noſtra fert, ſecutus, clarius & dilucidius exponam diſtinguendo ſeriatim quam plures caſus.

2 Primus quorum eſt, quando † teſtator vſus eſt verbis præteriti temporis. Hunc caſum attigit Bart.in d.l.ſi ita.num.1.in fine.de auro & arg.leg. dum ita ſcripſit: *Primò quando proferuntur verba præſentis temporis, vel præteriti, an porrigantur ad futura.*

Non declarauit tamen illo in loco Bartol. an tempus hoc præteritum trahatur ad futurum, illudq; comprehendat. Porrò idem Bart.in l.ſi quis legauerit.num.1.ff.de auro & argen. lega.& in l.talis ſcriptura.§.vlti.in ſecunda oppoſi.de legat.1. ſcriptum reliquit, verbum præteriti temporis trahi & comprehendere futurum, quando ſignificat actum, qui pendet à voluntate ipſius teſtatoris. Et Bart.ſecutus eſt Iaſ.ibidem.nu-32.& 34.& ibidem ſenſit Romanus in conſ.333.num.3.

3 Cæterùm alter † explicauit Curtius Iunior in conſil.277. dum reſpondit de hac facti ſpecie, teſtator legauerat credita quomodocumque contracta & facta: Deinde poſt conditum teſtamentum teſtator acquiſiuit alia credita: Dubitatum fuit, an noua hæc credita comprehenderentur ſub illo legato creditorem contractorum & factorum? Reſpondit ſanè Curtius, non contineri: cùm verba illa, contracta, & facta, præteriti temporis non includant futura credita. Ita dixit ibi Curtius. numero 11.verſ.ſecundò principaliter. Cuius quidem opinio confirmari melius poteſt ex his, quæ ſcripſi in conſilio 97. numero 64.& 65.lib.1.vbi de multis demonſtraui, verba præteriti temporis non comprehendere futura. Et numero 68. ſcripſi, quod ſicuti futurum non includit præſens, nec præteritum. Ita è contra præteritum non comprehendit futurum. Nec repugnat illa opinio & traditio Bartol.in d l.talis ſcriptura.§.vltimo.in ſecunda oppoſ.de leg.1.quia illi reſpondet Curtius in d.conſ.277.col.5.eamq́ue latè explicat.

4 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiam quando teſtator ita dixit: Lego quæcumque credita contracta & facta, quæ reperientur tempore mortis meæ. Hoc etiam caſu non comprehenduntur credita, deinde poſt teſtamentum contracta & acquiſita. Ita reſpondit Curtius Iunior in d.conſ.277. numero.12. Ea ratione motus eſt, quia illa verba, quæ repe rientur tempore mortis, ſunt reſtrictiua præcedētium, & ideò
5 operari non debent vt extendatur legatum: ne inducta † ad diminutionem operentur augmentum, contra regulam l.legata inutiliter.ff.de adim.lega.

6 Secundus eſt caſus, quando † teſtator vſus eſt verbis præſentis temporis, an futura contineantur? Bart.in d.l.ſi ita legatum.num.3.ff.de auro & argento leg. diſtinguit multos caſus. Exiſtimo ego conſtituendam eſſe hanc regulam, verba præſentis temporis non comprehendere futura. Quam quidem regulam probarunt in ſpecie permulti Doctores quos commemorabo ſtatim in nono huius caſus argumento. Hæc itaque regula primò probatur l.ſi ita ſcripſiſſet.de leg.ſecundo. quo loci dicitur verba illa teſtatoris: Lego quod mihi Titiū dare & facere oportet, non includere quæ poſt teſtamentum Titius cæpit debere: quia verbū, dare oportet, præſentis temporis non includit futurum. Idem clarius ſecundo loco probat l.Iulianus.§.vltimo.de legat.3. vbi prædiis legatis cum iis incertis, quæ in ea poſſeſſione ſunt, veniunt mancipia, quæ eo tempore ibi ſunt: Imò & quæ poſtea acceſſerunt: ſi modò (inquit Iuriſcon.) hoc teſtator manifeſtè expreſſit. Ecce verba præſentis temporis non includere ſui natura futurum, ſed opus eſſe, quod manifeſtè exprimatur. Tertiò ſuffragatur tex. l.his verbis.de lega.tertio.quem poſt Crauettam conſideraui in dicto conſilio 106.numero 179. Et nunc addo Curtium Iuniorem in conſilio 277.numero 12. verſic.3.principaliter. Quartò manifeſtius probat l.vxorem.§.teſtamento.il primò. de lega.3.quo loci cùm teſtator legaſſet quinque pueros ætatis ſeptem annorum: & vixiſſet is teſtator poſt conditum teſtamentum multos annos, & tempore mortis habuiſſet alios eiuſdem ætatis pueros, & dubitatum eſſet, an ij poſtremi pueri legato illo continerentur, reſpondit Scæuola, deberi ſolùm pueros, qui extabant tempore conditi teſtamenti. Quintò cōfert text.l.vlt.§.primo, de legatis ſecundo, vbi illa verba, *communes ſunt*, præſentis temporis non includunt futura. Et hunc tex.ſatis diligenter conſideraui in conſilio 97.numero 72.& in conſilio 106.numero 178. vbi & Crauettam retuli. Sextò fortius accedit l.ſi ita.ff.de auro & argent.lega.quo loci Pau-
7 lus † reſpondit verba teſtatoris in dubio prolata, quæ tempus præſens & futurum ſignificare poſſunt, non comprehendere futura. Ergò à fortiori, quando prolata ſunt verba, quæ ſui natura ſignificant & comprehendunt ſolummodò tempus præſens. Ita ſum argumentatus in dicto conſilio nonageſimoſeptimo, numero 72. Et de hoc textu diſſeremus infrà in vltimo
8 caſu. Septimò † confert text.l.Aurelius.§.primo.ff.de libera, legat.quo loci reſpondit Paulus, liberationem relictam debitoribus intelligi de iis, qui erant debitores tempore conditi teſtamenti: non autem de debitis deinde contractis. Et eo textu adducti ſic reſponderunt Fulgo.in conſilio 37.& Curtius Iunior in conſilio 277.num.9 & Fulgoſij immemor ita etiam ſimilem facti ſpeciem diffinit. Cagnol.in l.vltima.nu-
9 mero 229.C.de pactis. Octauo facit argumentum † ductum à contractibus ad vltimas voluntates, quod iure recipitur.l. ſeruum filij.§.cum, qui Chirographum.de legat.primo.quo genere argumenti in ſpecie vſus eſt Socinus Iunior in conſil. 99.numero ſeptimo, libro.3.quem ſecutus ſum in conſilio nonageſimoſeptimo, numero ſeptuageſimoprimo. Nunc addo Curtium Iuniorem in conſilio 277.numero 8.& 9. Atqui
10 in contractibus verba præſentis † temporis non comprehendunt futura. Ergo nec verba teſtatorum. Illa minor probatur tex.l.ſi ſtipulatus fuerim §.cum ſtipulamur.l.ſi à colono.& l.
11 cum ſtipulamur.ff.de verb.oblig. Hinc † docuit Bald.in cap. Inquiſitio.columna vltima.de appella.quod ſi quis obligauit ſe ad obſeruandum pacem pro ſe & filiis, intelligitur de filiis natis, non autem de naſcituris. Baldum retulit Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.num.8.de verbo.oblig.& ſecutus ſum in d.conſ. 97.num.74. Nonò & vltimò comprobatur hic caſus auctoritate multorum. Ita ſanè Caſtr.in l cum ſtipulamur.de verbor.
12 oblig.qui dixit, ſe † aliquando reſpondiſſe, quod cum teſtator legaſſet hoſpitali quidquid reſtaret de ſuis pecuniis in monte Florentiæ prius ſolutis omnibus debitis: & cùm compertum eſſet, quòd ipſi teſtatori eo conditi teſtamenti tempore reſtabant mille tantùm: & deinde poſt conditum teſtamentum acquiſierit vſque ad tria millia: Reſpondit Caſtrenſis, præſumi legata illa mille tantùm: atque ita verba præſentis temporis non comprehendere futura. Et teſtatur Caſtrenſis, ita iudicatum fuiſſe. Et eum ſecuti ſunt Alexander, Felinus, & Socinus Iunior, quos commemoraui in d.conſ.97.numero 72.in fine. Et his nunc accedunt Fulgoſius in conſilio 37. Quidam in ſuo teſtamento. Qui (ni fallor) reſpondit de eadem facti ſpecie cum Caſtrenſi. Fulgoſium in ſpecie ſecuti ſunt Herculanus in ſua diſputatione, quæ incipit, Peruſinus columna 10. verſ.decimoſeptimo. Curtius Iunior in conſilio 277.numero 13.& ſi dixit ipſe Curtius periculoſam reddi hanc Caſtrenſis opinionem ex his, quæ ſcripſit Areti.in d.l.cum ſtipulamur,
13 quem ibidem ſecutus eſt Iaſ. Huc pertinet quòd † reſpondit Alex.in conſ.171.nu.1.lib.6.cum dixit, legatum tertiæ partis bonorum ſuorum, quæ ſunt illo in loco, ſolum cōprehendere exiſtentia tempore conditi teſtamenti, non deinde acquiſita. Ita etiam Corneus in conſ.14.nu.5.lib.1.conſuluit, quod ſi teſtator legauit maſſaritias ſuas exiſtentes in domo, intelligitur de his, quæ tempore teſtamēti habebat: non autem de futuris: & idem ſenſerunt Capra in conſ.45.nu.5.Pariſ.in conſ.80.nu. 41.lib.2.& Neuiz.in conſ.71.in fin. Ita pariter reſponderunt Soc.Iun.in conſ.99.lib.3.& Pariſius in conſ.21.num.32.lib.2, ſi teſtator legauit vſumfructum bonorum immobilium, & bona omnia mobilia ad ſe ſpectantia & pertinentia, intelligitur de pertinētibus & ſpectantibus tēpore teſtamenti, nō autē de deinde quęſitis. Et prędictos retuli ac ſecutus ſum in d.cōſ.97

nume.73. & 74. Et ibidem nume.75.adiunxi ex Bart.in conſ.
51. Bonauentura.lib.1.& aliorum quamplurimum ſententia:
14 quòd ſi teſtator † ſubſtituit aliquem & eius filios, intelligitur
de natis tempore teſtamenti: non autem de natis poſtea. Et
accedit quod reſpondit Baldus in conſi.284. Pater diſpo-
15 nentis libro ſecundo, cùm † dixit, legatum librorum, quos ha
bebat tunc teſtator non includere libros deinde emptos. Et
ſimili imo fortiori in caſu idẽ ſcripſit Romanus in ſing.503.
incipit, Textus.l.ſi ita de quo dicemus infrà.
16 Extenditur primò † hic caſus, vt locum habeat etiam, quan-
do teſtator primo in teſtamento reliquit putà libros, quos ha-
bebat: deinde emptis alijs multis, confecit aliud teſtamentum
in quo confirmauit primum quo ad legata. Hoc etiam caſu in
ipſo legato non continentur dicti libri deinde empti. Ita tra-
dit Romanus in d.ſing.503. Tex.l.ſi ita, qui dixit probari tex.
l.Aurelius.§.teſtamento.ff.de libera.lega.
Et Romanum ſecutus eſt Curtius Iun. in conſ.277.nume.
7.comprobatur traditione eiuſdem Romani in l.quædam nu.
... ff.de iure Codicillorum, qui poſt Angelum ibi dixit quod
17 † ſi teſtator in codicillis legauit vxori veſtes, quas habebat: &
deinde alias ei emit: & poſtmodum confecit teſtamentum
confirmatorium ipſorum codicillorum.in eo legato adhuc
cõtinetur ſolùm veſtes illæ exiſtentes tempore codicillorum.
18 Extẽditur ſecundò, vt † locum habeat etiam in legato facto
coniunctæ perſonæ: Nam adhuc futura non comprehendun-
tur. Ita ſenſit Caſtr.in l.ſi cognatis.num... ff.de rebus dubiis,
& apertius Cagnolus in l.vlt.numero 232.C.de pactis reiecta
contraria opinione Socinus in l.1.in quinto notab.ff.de reb.
dubiis quem ſecutus eſt Neui.in conſ.71.num.3.
19 Extenditur tertiò, vt locum † habeat etiam in legato con-
ditionali. Nam adhuc teſtator dicitur legaſſe ſolum quod
ſuum erat, tempore conditi teſtamenti. Ita Socinus Iunior in
conſilio 142.numero ſeptimo libro ſecundo. Nec repugnat.
l.meas res.ff.de conditione & demon. quia eo caſu tempore
teſtamenti res ita legari non potuit purè: cum eſſe legatarij.
Et ideo teſtator reſpexit tempus euenientis conditionis.
20 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quan-
do teſtator ita dixit, lego Caio quod dare & relinquere poſ-
ſum ex bonis meis quæ habeo. Hoc ſanè caſu etiã deinde ac-
quiſita in legato hoc continentur. Ita probat text.l.ſi ita quis
teſtamento.in fine principij.de leg.ſecundo, quem ſic intelle-
xit Bartol.in dicta l.ſi ita.numero 3.ff.de auro & argen.lega.
Et ſecuti ſunt Ruinus in conſilio 160.nume.14.lib.2.Curtius
Iunior in conſilio 109.numero 18.& Bello.in conſilio 5.nu-
mero 11.
21 Cæterùm hæc declaratio † non procedit, quando teſtator
ita dixit. Lego omnes res meas, quæ ſunt & reperiri poſſunt
Patauij. Hoc ſanè caſu legatum non comprehendit futura,
nempe acquiſita poſt ipſum teſtamentum. Ita declarauit Bar.
in d.l.ſi ita.num.5.ff.de auro & argento lega.quem ſecuti ſunt
Fulgoſius in conſil.37.Quidam in ſuo.in fine, Barba.in conſi.
48.col.5.lib.1.Dec.in cõſi,86.col.3.verſ.& maxime.& Curt.
Iun.in conſi.277.in fi.& idem ego ipſe affirmaui in cõſi.330.
nu.21.lib.4. Ea ratione vſus eſt Bar.quia verbum, poſſum hoc
in loco non refertur ad nomen illud, res, vt ſignificet extenſio
nem reſpectu ipſarum rerum: atque ita vt cõprehendat futura
ſed refertur ad verbum illud, reperiri, ſignificãdo poteſtatem
& facultatem inueniendi & reperiendi. Atque ita refertur ad
22 actum reperiendi non autem ad actum habendi. Nam (vt ſub-
iunxit † Bar.) verbũ declarare debet illud, ad quod refertur, &
nõ aliud.l.à filio.§.vlt.& l.ſi quis legauerit.ff.de ali.& cib.leg.
23 Declaratur † ſecundò, vt locũ non habeat hic caſus, quan-
do variatio vel augmentum verſatur circà eandem rem lega-
tam, vel quæ habetur loco eiuſdem ex diſpoſitione defuncti,
vt in caſu.l.Mela.§.ſed & ſi.ff.de alim.& cib.leg.ſed forte me-
lius ſecundum Bart.probat tex.l.vlt.in fine.ff.de libera leg.
vbi variato debito propter factam nouationem adhuc debitũ
illud in ipſo legato continetur: cum id à teſtatoris voluntate
pendeat. Et hæc quidem iura ſic interpretatus eſt Bart.in d.l.
ſi ita nume.3.verſ.ſi verò ff.de auro & arg.lega.quem ſecutus
ſum in conſ.97.nu.133.in fine lib.1.
24 Declaratur tertiò, vt † locum non habeat, quando res po-
ſtea acquiſita eſt primæ iam legatæ acceſſoria. Ita Romanus
in ſing.503. Textus.in fi.quem ſecuti ſunt Alex.in additio.ad
Bart.in d.l.ſi ita in ſecunda additione. & Bero.in quæſtioni-
bus familiaribus.q.30.nu.4.
Et ij quidem ſic intellexerunt.l.creditor.§.Caio.ff.de libe-
ri.lega. & l.nomen debitoris.§.filio.de leg.3. Ita etiam exiſti-
mo intelligi debere text.l.cum certum.ff.de auro & argen.le-
ga.quo adducti ſcripſerũt Romanus.in ſing.519.Quod tem-
pus; & idem in conſi.123.nume.... Ancha.in c.indicante.nu.10.
25 in fi.de teſta.legatum † monetæ deberi ſecundum tempus ſo-
lutionis, quo auctus eſt eius valor. Nam augmentum hoc di-
citur quoddam acceſſoriũ inſeparabile ab ipſa moneta. Non
me latet tamen à Romano diſſentire Oldradum in conſi.31.
quem ſecuti ſunt Iaſ.in l.cum quid.col.vlt.ff.ſi certum peta.
Cagnolus in l.vlt.nume.236.C.de pactis, & Socinus Iun.in
conſ.42.num.5.lib.2.& alij congeſti ab Antonio Gabriele in
lib 3.concluſionum.tit.de ſolutio. concluſ.4.
26 Tertius eſt caſus, quando † teſtator vſus eſt ſermone ſeu
oratione vniuerſali ſine adiectione tamen verbi præſenti, vel
præſentis temporis: vt ſi ita dixit: lego gregem, vel peculium,
vel quid ſimile habens corpus quoddam vniuerſale. Hoc caſu
comprehenduntur etiam futura. Ita Bart.in dicta l.ſi ita.num.
4.de auro & arg.lega.& in l.vlti.§.1.numero 2.de lega.2.& ſe-
cuti ſunt Alexan.in conſi.178.num.10.lib.2. Crottus in l.om
nes populi.num.155.de iuſt.& iure.& Neuiz.in conſi.71.num.
2. Et idem ego ipſe reſpondi in dicto conſilio 97. nume.145.
ad finem.lib.1.commemoraui alios, qui idem affirmarunt. Et
illis nunc accedunt Durans in tract.de arte teſtandi.in tit.de
legatis, cautela decima, Cagnolus in l.vlt.nume.233.C.de pa-
ctis, & Bellonus in conſ.5.nu.7. Et hic quidem caſus probatur
in l.grege.de leg.1.quo loci manifeſtè ſic reſpõdit Vlpianus.
*Grege legato, & quæ poſtea accedunt ad legatarium pertinent.* Pro-
batur & l.peculium de legat.2. Peculium (inquit Papinianus)
*legatum augeri & minui poteſt, ſi res peculij poſtea eſſe incipiant, aut
deſinant.*
27 Er accedit ratio, † quia futura dicuntur eſſe acceſſoria pri-
marum rerum: & ideò ſequuntur ipſum principale. Et quomo-
do dicatur ſermo vniuerſalis, vel generalis in ſpecie noſtra de-
clarat Rui.in conſ.40.nu.10.lib.2.
28 Extẽditur † hic caſus, vt locũ habeat etiã quando teſtator
ita dixit: lego omnia bona, vel lego vſumfructũ omnium bo-
norum, vel lego omnes res meas. Nam adhuc veniunt futura:
cum oratio hæc ſit potius vniuerſalis quàm generalis: ſicuti
manifeſtè docuit Bartol.in dicta l.ſi ita.numero quarto. verſi.
aut in teſtamento.& probat.l.quoties.§.vlti.ff.de vſufruct. Et
cum Bartolo ſenſit Bero.in quæſtione 30.numero 5.quem re-
petam infra.
29 Quartus caſus eſt quando teſtator † vſus eſt ſermone, ſeu
oratione generali, nullo tamẽ adiecto verbo præſentis, vel fu-
turi temporis: vt ſi dixit; lego omnes veſtes meas, vel vniuer-
ſas res meas quæ ſunt illo in loco. Hoc in caſu futuras res non
contineri in legato ſcripſit Bar.in dicta l.ſi ita.numero 4.verſ.
ſi oratio eſt generalis. & in verſi.ſi verò diceret. Idem docuit
Cagnolus in l.vlt.numero 233.C.de pactis.poſt Caſtrenſem,
quem refert. Idem ſenſit Berous in quæſtionibus familiarib.
quæſt.30.numero 5. Qui ſic intellexerunt.l.vlti.§.1.de lega. 2.
quæ, ſi rectè perpendatur, non ſatis probat.
30 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat quando te-
ſtator corruptis illis rebus, puta veſtibus legatis, alias earum
loco fieri curauit. Hoc caſu veſtes hæ renouatæ, & loco pri-
marum ſubrogatæ continentur ſub ipſo legato. Ita docuit
Bartolus in l.ſi ita.num.8.de auro & argento legato, quem ſe-
cuti ſunt Ancharanus & Alciatus, quos commemoraui & pro
baui in dicto conſilio 97.numero 146. & ibidem nume. 147.
retuli Socinum & Gomeſ.qui ſcripſerunt hoc contingere ob
vim ſubrogationis. Et alios huius opinionis Doctores con-
geſſi in conſi.330.in fi.lib.4.
31 Quintus caſus eſt, quando † teſtator vſus eſt oratione &
ſermone particulari, vt ſi dixit, lego fundum illum. Hoc in ca-
ſu legatum comprehendit etiam futura, quæ ipſi fundo acceſ-
ſerunt quæ præuideri potuerunt, non autem reliqua. Ita Bar-
tol.in dicta l.ſi ita.numero quarto.verſi. ſi verò oratio eſt par
ticularis. Et Bartolus ſecuti ſunt Socin. Senior, in l.ſerui ele
ctione.§.vltimo, in quarta concluſione, de lega.primo, & ibid
Ruinus, nu.50.poſt Alexand.ibidem idem Rui.in conſil.184.
in fin.lib.1.& Bellonus in conſ.5.num.7.

Huc



Hunc caſum probat tex.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.de
leg.1.cuius verba hæc ſunt: *Si quis poſt teſtamentum factum, fun-
do Titiano legato partem aliquam adiecerit, quam fundi Titiani de-
ſtinaret: id, quod adiectum eſt, exigi à legatario poteſt.* Hanc quo-
que ſententiam probat tex.l.ſi ex toto.in prin.de leg.1.
32 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando te-
ſtator dixit: lego fundum meum. Nam & hoc caſu, ſi fundus in
totum erat ab initio teſtatoris, & deinde augeatur, augmen-
tum accreſcit legatario. Ita Bart.& Are.in.d.l.ſerui electione.
§.vlt.de leg.1.vbi Rui.eiuſdem opinionis refert Caſtr.& Soc.
33 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando te-
ſtator legauit partem tantùm ipſius fundi. Ita Bart. Bald. Ang.
Imola & Caſtren.in l.ſerui electione.§.vlti.de leg.1.quos re-
tulit & probauit longa habita diſputatione, ibidem Ruinus.
num.51.& 52. Etſi aliter ſenſerint ipſe Bart.ſibi parum con-
ſtans in d.l.ſi ita.nume.4.verſ.ſi verò legatur pars.ff.de auro
& arg.leg.& Iaſ.in conſ.91.col.1.lib.1.
34 Sextus eſt caſus quando † teſtator vſus eſt oratione, ſeu ſer-
mone indefinito.
Hoc in caſu Bart.in d.l.ſi ita.nume.4.verſ.ſi verò eſſet ora-
tio indefinita, nõ ſatis apertè explicat, quid ſentiat, ſed ſolùm
generalem quandam diſtinctionem facit. Nec affert Bartol.
exemplum aliquod, quod declarat hunc caſum. Exiſtimo ad-
duci poſſe exemplum, vt ſi ita dixit teſtator: Lego argentum
meum. Hæc verba eſſe indefinita exiſtimo: ſicuti ſunt, argen-
tum, veſtem, ſeruum.
Hoc in legato contineri aliud argentum quàm illud, quod
erat teſtatoris tempore conditi teſtamenti, atque ita futurum
probant.l.cum aurum.in princ.ff.de auro & argen.leg.& in l.
quidam.ff.de tritico vino oleoque lega.quæ iura perpendi in
conſilio 106.num.174.lib.2.
Cæterùm repugnare non parum videtur reſponſum Pauli.
l.ſi ita.ff.de auro & argento legato. Cuius verba hæc ſunt: *Si
ita legatum eſſet, veſtem meam, argentum meum, damnas eſto dare.
Id legatum videtur quod teſtamenti tempore fuiſſet, Quia præſens
tempus ſemper intelligitur, ſi aliud comprehenſum non ſit. Nam cum
dicit veſtem meam, argentum meum: Hac demonſtratione, meum,
præſens non futurum tempus oſtendit. Idem eſt, & ſi quis ita legaue-
rit, ſeruos meos.* Hactenus Paulus qui viſus eſt ſentire, legatum
oratione indefinita conceptum non comprehendere futura,
ſed ea ſolùm, quæ extabant tempore conditi teſtamenti. Re-
35 ſponderi poteſt, Paulum ita reſpondiſſe, † ob vim illius pro-
nominis, meum, quod ſignificat tempus præſens.
Ita textum hunc ſic interpretati ſunt multi, quos comme-
moraui in d.conſ.106.num.170.& num.192.& nume.194. Et
ratio eſt, quam poſt alios conſideraui in d.conſil.106.num.
36 184.quia hæc pronomina, † meus, tuus, ſuus, poſſeſſiua ſunt:
& ob id demonſtrant tempus præſens. Non hic repeto, quæ
ſcripſi in d.conſ.106.num.267.ad confutandum rationes, &
auctoritates diſſentientium ab hac opinione & interpretatio-
ne: cùm illo in loco copioſè ſcripta legi poſſint.
37 Et hæc quidem traditio & † doctrina locum non habet,
quando huic pronomini, meum, adiunxiſſet verbum futuri
temporis, vt ſi ita dixiſſet: Lego argentum, quod meum erit.
Nam tunc in legato continebitur argentum, quod teſtatoris
erit non ſolùm tempore conditi teſtamenti, ſed etiam mortis
ipſius teſtatoris. Ita Bart.in d.l.ſi ita.in ſecunda, & octaua op-
poſ.ff.de auro & argen.leg. Durans in Tract.de arte teſtandi.
in tit.de legatis.cautela decima. Idem ſenſit Bellonus in conſ.
5.num.16.verſ.non obſtat, quod. Idem ſi teſtator dixit: lego
omne argentum meum. Ita declarat Berous in quæſtionibus
familiaribus, in q.30.num.5.

## PRÆSVMPT. CXXVIII.

### Legatum an & quando duplicatum præſu- matur.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum an & quando præſumatur duplicatum.*
2 *Teſtator ſi reliquit certam domum, ſæpius in eodem teſtamento eius mentio facta eſt, non tamen plus quod ſemel debetur.*
3 *Species multiplicabilis non eſt.*
4 *Teſtator vere ſemel tamen legare cenſetur, licet expreſſè dixiſſet ſe bis ipſam legare, & ſemel tamen debetur.*
5 *Res legata ſemel tamen debetur, etiam ſi in diuerſis ſcripturis, puta teſtamento & codicillis eadem relinqueretur.*
*Idem quando eſſent legata bis præſtanda à diuerſis hæredib.nu.6.*
7 *Res legata bis debetur, quando à duobus teſtatoribus fuit legata: & primum præſtabitur, ipſa res, deinde æſtimatio.*
*Intellige, niſi duo illa teſtamenta haberentur pro vno & eodẽ.n.8.*
9 *Quantitas & ſi pluries in teſtamento ſit legata, ſemel tantum in dubio debetur.*
*Extende, etiam quando pluribus factum eſt legatum generale, & coniunctim ex illis pluribus legatum ſpeciale.num.10.*
11 *Teſtator ſi legauit libertis alimẽta, & Marco centum, Marcus cùm ſit vnus ex liberti conſequetur alimenta & centum.*
*Idem quando legauit cappam fratribus, & Priori Bibliam, Prior conſequetur cappam, & Bibliam.num.12.*
13 *Teſtator quando in diuerſis diſpoſitionibus repetijt legatum eiuſdem quantitatis, toties præſtabitur.*
*Intellige, niſi relinqueretur eadem quantitas ob eandem cauſam. num.14.*
15 *Legatum quantitatis duplicatum præſumitur, quando ſecundum legatum continet diuerſam quantitatem à primo.*
*Idem quando eadem quantitas in eodem teſtamento legatur à diuerſis hæredibus præſtanda.num.16.*
*Et idem dicendum eſt in contractibus.num.17.*
18 *Legatum alimentorum ſui natura non eſt reiterabile, alimenta enim quis pluries conſequi non poteſt.*

1 DVBITARI nunc † contingit, an & quando
legatum præſumatur duplicatum? Exiſtimo di-
ſtinguendos eſſe aliquot caſus ex ſententia &
traditione Bart.in l.cum centum. verſ. Et ideò
pro declaratione.ff.de adimen.lega.& aliorum
præſertim Iaſonis in l.planè.§.ſi eadem.de leg.1.vbi copioſè
Zaſius.num.13.conſtituit tres concluſiones. Ego verò diſtin-
guo tres caſus.
2 Primus eſt, quando † teſtator reliquit ſpeciem aliquam,
puta certam domum. Hoc caſu & ſi ſæpius in eodem teſtamẽ-
to relicta ſeu eius mẽtio facta, eſt non tamen pluſquam ſemel
debetur: quia præſumitur teſtatorem voluiſſe ſemel tantùm
eam præſtari. Ita ſcribunt vno ore interpretes in l.Planè.§.ſi
eadem.de leg.1.ibi Iaſ.num.1.& Zaſius.nu.6.
3 Eſt ratio prima, quę paſſim † ſolet afferri, quia ſpecies mul-
tiplicabilis non eſt.d.l.planè §.1.de leg.1.& l.Lucius.§.impu-
berem.de leg.2. Vel & verius, ſecunda eſt ratio, quia teſtator
non tam Sæpius legare quàm Sæpius loqui videtur.l.Męuius.
§.eum, qui.de leg.2. Et confert text.l.cum quæſtio.in fi.C.de
legatis. Et poſtremam hanc rationem probauit etiam Zaſius
in d.§.ſi eadem.num.6.
Nec aliqua conſtituenda eſt differentia inter repetitionem
legati ſeu multiplicationem, & legatum Sæpius repetitum: ſi-
cuti differentiam ab Aretino conſideratam in d.§.ſi eadem,
reiicit ibi Iaſ.num.7.
4 Extenditur primò hic † caſus, vt locum habeat etiam quan
do teſtator ipſe expreſsè dixiſſet, ſe bis rẽ ipſam legare. Nam
adhuc ſemel tantùm debetur. Ita Dynus, Imola, Salicetus,
Comenſis, Caſtrenſis, Aretinus, & Alexander, quos comme-
morat Iaſon in d.l.planè.§.ſi eadem.num.1.de leg.1.& ibidem
Zaſius.num.6.dixit, veram eſſe opinionem. Et ij quidem ad-
ducti ſunt eo text.d.§.ſi eadem, quo loci Vlpia.differentiam
conſtituit inter ſpeciem & quantitatem. Atqui quando quan-
titas Sæpius legatur, ſemel tantùm debetur, niſi conſtet eui-
denter, teſtatorem voluiſſe bis præſtari. Ergo legata ſæpius
ſpecie, & ſi euidenter conſtet teſtatorem voluiſſe pluries de-
beri, non tamen præſtanda eſt. Et accedit, quod cum impoſſi-
bilis ſit præſtatio eiuſdem ſpeciei duplicata, poſſibilem eam
ſua voluntate & diſpoſitione efficere non poteſt teſtator.
Cæterùm à prædictis diſſentit Iaſon in d.§.ſi eadem.num.
4.& 5.qui nume.8.refert eiuſdem opinionis Baldum in l.ſi ad
magiſtratum. C.de decur.lib.10.qui quidem Baldus in prima
lectura.num.2.hoc ſcripſit, & ſi Zaſius pręcitato in loco dixit,
Baldum ne verbum quidem facere.exiſtimarunt ij bis rem ſic
præſtari poſſe, nempè ſpeciem ipſam, deinde æſtimationem.
Sed cùm aduerſus Baldum & Iaſonem ſit recepta opinio:

Nec

Nec reſponderit Iaſ. illi argumento à Doctoribus conſiderato, non eſt quod à communi ſententia recedamus.

5 Extenditur ſecundò, vt locum † habeat etiam ſi eadem ſpecies in diuerſis ſcripturis, puta teſtamento & Codicillis relinqueretur. Nam adhuc ſemel tantum debetur. Ita Zaſius in d.
6 l.planè.§.ſi eadem.num.17.

Extenditur tertiò, vt locum habeat † etiam quando legata fuit eadem res bis præſtanda à diuerſis hæredibus. Ita tradunt Bar.& Iaſ.in l.ſi tibi bono.§.ſi teſtamento. in primo notab.de legat.1.

7 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat, quando vna ſpecies legata fuit bis à duobus teſtatoribus. Nam tũc bis debetur. Et primum quidem præſtabitur res ipſa deinde æſtimatio. Ita ſcripſerunt Salycet. Iaſon in dicta l.planè.§.ſi eadem. num.9.de lega.1.& ibidem Zaſius.nu...& Vaſquius in d.§.21. num.8.

Et manifeſtè probat text.d. §.ſi eadem.verſ.ſed ſi duorum.

8 Verùm hanc declarationem † intellexerunt præcitati Doctores veram eſſe, niſi duo illa teſtamẽta haberentur pro vno & eodem, vt ſi legaui tibi fundum deinde hæres meus eundem ſuo in teſtamento adhuc tibi legauit, ſemel tantum debetur, atque ita non potes conſequi niſi ſemel fundum, vel æſtimationem.l.huiuſmodi.§.ſi Semptonius.de leg.1.

Habet tamen hæc traditio dubitationem: cùm teſtamentum hæredis & primi teſtatoris non dicatur vnum teſtamentum, ſed duo.l.Mæuius.in princip.de leg.2. Niſi dicamus eſſe quidem duo teſtamenta quò ad ſcripturam, ſed habetur pro vno quò ad diſpoſitionem: cum hæres ſuo teſtamento confirmare non autẽ duplicare voluerit legatũ à teſtatore factũ.d.l. huiuſmodi.§.ſi Sempronius.

9 Secundus eſt caſus, quando † teſtator legauit quãtitatem. Hoc etiam in caſu conſtituenda eſt regula, quod & ſi pluries eam reliquit teſtator, nihilomiuus ſemel tantùm in dubio debetur. Ita omnes in d.l.planè.§.ſi eadem.de legat.primo. ibi Iaſon numero 11.& Zaſius numero 6.& 14. & Fernandus Vaſquius in tract.de ſucceſſionum progreſſu.libro 3.titu.de tacita ſubſtitutione vel iure accreſcendi.§.21.num.8.& 10. Et clarè probat text.dicto §.ſi eadem.ibi:ſed ſi non corpus.

10 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiam quando pluribus factum eſt legatum generale & coniunctim vni ex illis pluribus legatum ſpeciale. Exempli gratia dixit teſtator
11 † libertis meis lego alimenta: & Marco centum: qui quidem Marcus erat & ipſe vnus ex libertis. Hic Marcus duplicatum conſequetur legatum, nempe partem ex alimentis, & illa centum. Ita manifeſtè probat.l. Titia.§.qui Marco.ff.de annuis lega.quod quidem reſponſum dixit Singulare Baldus in ca. cum in iure.de electio. Et Bartol.in d.§.qui Marco.ſcripſit,
12 † quod ſi teſtator, ita dixit: lego Cappam fratribus, & Priori Bibliam. Prior cõſequetur Cappã & Bibliã. Et Bar.ſecuti ſunt alij congeſti à Paris.in conſ.49.in fine.lib.2.& à Didaco lib. 3.varia.reſol.cap.13.num.6.qui ſimilem queſtionem diffinit.

13 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quando teſtator in diuerſis ſcripturis repetijſſet legatum eiuſdem quantitatis vt putà in teſtamento, & codicillis. Nam tunc bis erit preſtandũ. Ita glo.Bart. & reliqui in d.l planè.§.ſi eadem de leg.1.vbi Iaſon.nume.11.teſtatur, communem eſſe opinionem. Et idem eſſe in cõtractibus ſcripſerunt multi à me congeſti in lib.2.de arbitra.iudicum.caſu.213.numero 19. Et ij quidem adducti ſunt text.l.quinquaginta.ff.de probat. quem non probare dixit Zaſius in dicto §.ſi eadem.nume.24.& refert Vaſquius in dicto §.21.nume.13.ab hac declaratione diſſentire multos. Zaſius tamen.numero 15, declarationem hanc ſequitur.

14 Cæterũ † hæc declaratio intelligitur, niſi in diuerſis ſcripturis relinqueretur eadem quantitas ob eandem cauſam: vt ſi cauſa alimentorum centum legata ſint in teſtamento: & ob eandem cauſam centum adhuc relinquantur in codicillis. Hoc ſanè caſu illa centum ſemel tantùm præſtari debent. Ita ſcripſerunt glo.in d.§.ſi eadem, & ibidem poſt Caſtrenſem Comenſem, & alios Iaſon, nume.11.verſ.intellige verũ: qui etiam commemorat Bart.in l.cum centum. ff.de adim.lega. Abbat. in conſ.4.in quinto.dubio lib.2.& Comenſ.in conſ.134.fine diſputatione. His accedunt Cardinalis Zabarella in conſ.60. in fine. Caſtren.in l.Lucius.la 1.col.2. de leg.2.& in conſ.35.

Videtur dicendum, quod vtrumque col.1.verſ. ſecundò ad idem.lib.2. Ruinus in conſ.223.nume. 4.lib.1.& in conſ.60. nume.6.lib.2.& Craue.in conſi.167.nume.10.& in conſ.686. col.2.verſ.inter coniecturas.

15 Declaratur † ſecundo, vt locum non habeat, quando ſecundum legatum continet diuerſam quantitatem à primo: vt ſi in primo legauit centum, & in ſecundo quinquaginta. Hoc ſanè caſu præſumitur ita duplicatum legatũ vt vtraque quantitas præſtanda ſit. Ita Iaſon in d.l.planè.§.ſi eadem.num.11. verſ.ſecundò limita.de leg.1.poſt Speculatoem, & Bartolum, quos commemorat, & ſequitur Zaſius in d.§.ſi eadem nume. 19. Idem de diuerſa quantitate promiſſa in eadem ſcriptura dixerunt multi, quos congeſſi in d.lib.2.de arbitra. iud.caſu. 213.nume.11. Et ij quidem adducti ſunt textu.l.cum centum. ff.de adimen.lega.quem in dicto caſu.213.nume.16.dixi non probare.

16 Declaratur tertiò, vt † non habeat locum hic caſus, quando eadem quantitas in eodem teſtamento legatur à diuerſis hæredibus præſtanda. Hoc quidem caſu legatum præſumitur duplicatum, & ob id vtrumque debetur. Ita Iaſ.in d.l.planè.§.ſi eadem.num.11.verſ.tertiò limita.de leg.1.poſt Bart.in l.ſi pluribus.§.1.de lega.2.& in l.cum centum.ff.de adim.lega.

17 Idem dicimus in † contractibus, vt ſi bis eadem quantitas promiſſa fuit à diuerſis perſonis præſtanda ſeu reſtituẽda: duæ promiſſiones & obligationes præſumuntur. Exemplum ſit: ſi ego vna cum fratre meo hodie centum à te mutuo ſuſcipio: & vtriuſque obligatio in inſtrumento ſcribitur: Deinde aliud ſcribitur inſtrumentum ab eodem notario, in quo ego ſolus ad centum ex mutuo obligor. Hæ præſumuntur diuerſæ obligationes. Ita copioſè ſcripſi in d.caſu 213.num.22.

18 Tertius eſt caſus quando † legatum non eſt ſui natura reiterabile: Exemplum eſt in legato alimentorum: cum enim alimenta pluries conſequi quis non poſſit, ſequitur dicendum, legatum ipſorum alimentorum duplicatum non præſumi. Ita Cynus in l.cum quæſtio.in fine.C.de leg.& Bart. in l.alimenta.§.Baſilicæ.ff.de alim.& ciba.leg. Cæterùm hac in re plures caſus ſunt diſtinguendi, quemadmodum in conſil.231.nu.67. & multis ſubſequentibus diſtinxi quinque caſus, quos non hic repeto ne ex ſcriptis ſcripta conficiam.

## PRÆSVMPT. CXXIX.

### Legatum domus, vel bonorum domus, de qua domo intelligatur, & præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Teſtator plures habens domos, ſi ſimpliciter legat domum, præſumitur illam legaſſe, in qua habitare conſueuit.*

*Intellige de domo, quam habitare conſueuerat ordinariè.nume.2.*

*3 Teſtator ſi legauit eccleſiæ parochiali, & duas habeat eccleſias parochiales, præſumitur illi legaſſe, in qua magis conuerſabatur.*

1 SI teſtator plures † habens domos, ſimpliciter legat domum, & dubitatur de qua ſenſerit, dici ſolet primum, præſumi legaſſe illam in qua habitare conſueuit. Ita Comenſ.in l.ſi domus. ff.de leg.1. & ibidem Iaſ.num.6.& idem Iaſon in repet.l.1.nume.7.C.de ſacroſanct eccleſ. Socinus Iunior in conſil.159.num.8.in fine.lib.2.& Hieron.Gabr.in conſil.98. num.4.lib.1.qui quidem Gabriel reſpondit teſtatorem præſumi legaſſe domum in qua habitabat, & ſupellectilia habebat. Et horum opin.ſecutus ſum in conſi.329.nu.12.lib.4.

2 Declaratur prædicta † opin.vt locum habeat, quando teſtator habitabat domum illam ordinariè: ſecus ſi ex accidenti. Nam de ea intellexiſſe non præſumitur: ſed de illa ordinaria. Ita Bald.in l.1.col.2.verſ.ſed pone.ff.de ſtatu homi. Gramma. in deciſ. 87.nume.5. & hos retuli ac probaui in d. conſil.329. nume.7.

3 Confert quod tradit † Socinus in l.quæ conditio.§.vlti.nu. 4.verſ.ſi in vna.ff.de condit.& demonſt.cùm dixit, quod ſi teſtator legauit eccleſiæ ſuæ parochiali, & duas habet parochiales, præſumitur legaſſe illi, in qua magis conuerſabatur.

PRÆ



## PRÆSVMPT. CXXX.

### Legatum vel fideicommiſſum Caio, & eius hæredibus relictum: vel decedente inſtituto ſine hæredibus Caio reſtituendum: de quibus hæredibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe.

### SVMMARIVM.

*1 In legatis vel fideicommiſsis fit aliquando mentio hæredum diſpoſitiuè, aliquando conditionaliter: vnde ſæpe ambigitur de quibus hæredibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe.*

*2 Legatum vel fideicommiſſum relictum Caio & hæredibus intelligitur de hæredibus quibuſcunque ſiue ſint extranei, ſiue ex ſanguine, modo bonorum hæredes ſint.*

*3 Hæredis nomen etiam extraneum hæredem continet.*

*Extenditur etiam ſi relicta ſit res, quæ ſui natura finitur morte legatarij.num.4.*

*Intellige tamen de primis hæredib. non autem ſucceſſiue.nu.6.*

*5 Vſusfructus bonorum morte fructuarij extinguitur.*

*7 Legata annua ſi ſint facta pro ſe & hæredibus, intelligitur etiã de hæredibus extraneis.*

*8 Teſtator ſi legat rem, quam voluit legatarium poſſe retinere in vita tantum, vt ſi dixit, Caio & ſuo hæredum, d. Caius ipſe viuet, lego fundum: non comprehenditur hæres extraneus poſt mortem ipſius Cai, ſed eius filius tantum.*

*9 Viuens hæredem habere non poteſt.*

*10 Teſtator ſi legauit decem Titio & eius hæredibus filij Titij non poſſunt petere legatum viuo ipſo Titio patre.*

*11 Teſtator ſi legauit Caio & hæredibus eius rem non tranſitoriam ad hæredes extraneos, extranei non poſſunt illam conſequi.*

*12 Feudum dicitur ex pacto & prouidentia acquiſitum, quando pater ſua pecunia acquiſiuit illud pro ſe filijs & deſcendentibus, quod non tranſit ad extraneos hæredes*

*13 Hæredis nomen non comprehendit extraneos, quando teſtator reliquit Caio & eius hæredibus rem quidem ſui natura tranſitoriam ad extraneos, ſed tamen ſi tranſiret aliquod abſurdũ, & contra præſumptam teſtatoris voluntatem.*

*14 Teſtator ſi inſtituit filium in bonis, quæ prohibuit alienari vt conſeruentur in agnatione & fam. deinde dixit. Et ſi filius meus deceſſerit ſine hæredibus reliquit teſtator dicta bona Caio, & eius hæredibus. Non comprehenduntur hæredes extranei. & quare.*

*15 Pater teſtando præſumitur magis dilexiſſe filios quàm extraneos.*

*16 Teſtator ſi ita dixit: Filium meum inſtituo & eius hæredes: & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituat hæreditatem Caio & eius hæredibus, non veniunt extranei.*

*Et quid quando teſtator ipſe dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſine hæredibus reſtituit Caio, & eius hæredibus.num.17.*

*Et quid ſi dixit, Inſtituo filium meum, & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituat Caio & eius hæredibus.num.18.*

*Et quid ſi dixit, Et ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, reſtituantur bona Caio & omnibus eius hæredibus.nu.19.*

*20 Teſtator ſi legauit vxori, & poſt eius mortem reuerti voluit ad filias inſtitutas & earum hæredes: intelligendum eſt de hæredibus ſanguinis, & quare.*

*21 Hæredum appellatione quando ex communi vſu veniunt filij & deſcendentes, extranei cenſentur excluſi.*

*Idem quando teſtator honoraſſet filios inſtituti aliquo legato, & erga eos oſtendiſſet beneuolentiæ ſignum.nu.22.*

*Idem quando nomini, hæredibus adiecta eſſet aliqua qualitas, quæ alteraret propriam hæredis ſignificationem. nu.23.*

*24 Hæredis nomen ſi eſt poſitum in conditione, intelligi debet ſolum de hærede ſanguinis, non autem de extraneo.*

*25 Nemo ſine hærede moritur, ex quo ſaltem poſtremo loco habet fiſcum.*

*26 Filius grauati, ſi alius eius hæres non extat, facit deficere conditionem.*

1 CONTINGIT ſæpiſſime † in legatis, & fideicõmiſſis fieri mentionem hæredum aliquando diſpoſitiuè aliquando etiam conditionaliter, & propterea ambigitur, quibus de hæredibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe. Hac de re interpretes noſtri in leg. Gallus.§.etiam. ff.de liber. & poſth. ſcripſerunt multa, quæ non modò vltimis teſtatorum diſpoſitionibus conueniunt: ſed etiam quæ ad contractus, & conceſſiones viuẽtium pertinent. Et ego ipſe in conſ. 158. num. 10. & multis ſequentibus.lib.2.& in conſ.255.num.17.& aliis ſubſequentibus.li.3. ſed ad rem magis noſtram plura conſiderauit Mantica in Cõmentariis, De coniecturis vltimarum volũtatum.lib.8.tit.14. Ego verò nunc diſtinguo atque conſtituo duo huius diſputationis capita, quorum primum eſt, quando heredes ſunt diſpoſitiuè vocati. Secundum, quando ſunt ſolummodò poſiti in conditione.

2 Primo in capite † pro regula conſtituendum eſt, legatum vel fideicommiſſum relictum Caio, & hæredibus, intelligi de hæredibus quibuſcunque ſiue ſint extranei, ſiue ex ſanguine: modo bonorum heredes ſint. Nam hæc eſt propria ipſius nominis ſignificatio.l.ſciendum.ff.de verb.ſignif. Et manifeſtè probat.l.in annalibus.C.de legatis, de qua dicemus ſuo loco.
3 Cùm enim † res legata ſui natura eſt tranſitoria etiam ad extraneos, & nullum reſultat abſurdum, nullavè iniquitas, hæredis nomen etiam extraneum hæredem continet. Ita poſt Bartolum, & alios multos ſcripſi in d.conſ.158.num. 12. verſ. quartus eſt caſus.

4 Extenditur primò, vt † locum habeat etiam quãdo relicta fuit res, quæ ſui natura finitur morte legatarij, vt in vſufru-
5 ctu bonorum, qui morte † fructuarij extinguitur.§.finitur.in inſtit.de vſufruct. ſi enim teſtatur reliquit vſumfructũ Caio & eius hæredibus: nomẽ, hæredibus, intelligitur etiam de ex-
6 traneis: ſed tamen de primis † tantùm hæredibus, non autem ſucceſſiuè. Ita probat l.ſi quis Titio.ff.de vſufructu accreſcen. quam ſic interpretati ſunt glo.& Bart.ibi, & idem in l.huiuſmodi.§.ſi Titio.de leg.1.

7 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat etiam in legatis annuis factis pro ſe & hæredibus: Nam & hoc caſu, heredum nomẽ intelligitur de extraneis.d.l.in annalibus.C.de legatis, & ibidem declarant Bart.Iaſon & reliqui, & Alciat.in l. Gallus.§.etiam in ſecunda lectura num. 27. & idem in reſp. 491. num.1.ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem.

8 Declaratur primò, vt † locũ non habeat hæc regula, quando teſtator reliquit rem, quam voluit legatarium poſſe retinere in vita tantum: ſicuti quando ita expreſsè dixit: Caio & ſuo hæredi, dum Caius ipſe viuet lego fundum. Hoc in caſu, hæredis, nomen non intelligitur de hærede extraneo poſt mortem ipſius Caio: ſed de eius filio: cùm viuens, hæredem
9 habere † non poſſit, iuxtà l.1.ff.de hæred. vel act. vend. Ita poſt Bart.Socinum & Iaſonem ſcripſi in d.conſ.158. num. 11. verſ.ſecundus eſt caſus. Et prædictis accedit Bal.in l.vlt.nu.9. C.de impub.& aliis ſubſt.qui ob id ſcriptum reliquit, quòd ſi
10 teſtator legauit decem Titio † & eius hæredibus, filij Titij non poſſunt petere legatum viuo ipſo Titio patre cùm Titius viuens hæredem habere non poſſit.

11 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat, quando teſtator legauit Caio & eius hæredibus rem non tranſitoriam ad
12 hæredes extraneos. Exemplum afferri poteſt, quando † pater ſua pecunia acquiſiuit feudum pro ſe, filiis & deſcendẽtibus, quod quidem feudum dicitur ex pacto & prouidentia, & ob id non tranſit ad hæredes extraneos: ſicuti manifeſtum eſt, & tradunt omnes in c.1.de ſucceſſ.feudi, & latè Thomas Marinus in Tract.feudorum.tit.de feudo ex pacto & prouidentia. numero 7. ſi ergo pater vni filiorum prælegaret hoc feudum (prælegare poſſe copioſè affirmaui in conſ.161.num.6.lib.2.) pro ſe & eius hæredibus, Nomen, hæredibus, hoc in caſu nõ continebit extraneos: ſed filios tantùm. Ita Bartol.in d.l.Gallus.§ etiam.num.4.verſ.aliquando illa verba.de lib.& poſth. quem ſecuti ſunt Socinus & alij, quos commemoraui & probaui in d.conſ.158.num.12.verſ.ſeptimus & vltimus, lib.2. Et nunc accedit Caſtr.in conſ.453.Ego Paulus.verſic. ſecundus caſus eſt.lib.2.

13 Declaratur tertiò, vt † locũ non habeat hæc regula, quãdo teſtator reliquit Caio & eius hæredibus rem ſui natura trãſitoriam ad extraneos: ſed tamẽ ſi in caſu huius relicti & legati tranſiret ad extraneos hæredes reſultaret aliquid abſurdi & contra præſumptam teſtatoris voluntatem. Hoc ſanè caſu, nomen, hæredibus, intelligitur de hæredibus ſanguinis.

14 Exemplum afferri † poteſt, quando teſtator inſtituit filiũ, cui inter alia reliquit domum, quã prohibuit alienari quouis

modo:

modo: vt conſeruetur in agnatione & familia, & propterea voluit teſtator, dictam domum tranſire debere de hærede in hæredem filij ſui. Deinde ita dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſine hæredibus; reliquit teſtator dictam domũ Caio & eius hæredibus. Hoc in caſu ij hæredes Cai intelliguntur de hæredibus ſanguinis, ſicque de filijs & deſcendentibus, non autem de extraneis. Ita in ſpecie reſpondit Pariſius in conſil. 31.num.46.lib.2. Eſt ratio, quia ſi diceremus, fuiſſe vocatos hæredes extraneos Caij legatarij, ſequeretur abſurdum &
15 quid contra mentem teſtatoris. Nam † cùm teſtator magis dilexerit filium proprium quàm Caium: & magis hæredes filij quàm hæredes Caij: ex quo filium & eius hæredes prætulit, & intellexerit teſtator ſe vocare hæredes ex ſanguine filij ſui: non autem extraneos: idem eſt dicendum de hæredibus ipſius Caij. Et cùm voluerit teſtator, domum conſeruari in agnatione, & familia filij: ſic credendum eſt, voluiſſe conſeruari in agnatione & familia Caij. His rationibus vſi ſunt multi, quos in ſubſequenti exemplo commemorabo.

16 Secundum eſt exemplum huius † declarationis, quando teſtator, ita dixit: Inſtituo filium meum, & eius hæredes: & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituat bona, vel domum illam Caio & eius hæredibus.

Hoc exemplum ſic propoſuit in ſpecie Alciatus in d.l. Gallus.§.etiam.in ſecunda lectura.num.30.verſi.Ex ſupradictis infert Bart. ff.de lib.& poſth.qui dixit ita dicere voluiſſe Bartolum non autem vt paſſim Doctores intelligunt in tertio exemplo, quod mox referam. In caſu huius exempli dixit Alciatus: quod ſicuti verba præcedentia, & eius hæredes, interpretantur id eſt filijs vt teſtator mox ſubiecit: ita pariter illa poſtrema, Reſtituat domum Caio & eius hæredibus, hoc ſanè verbum, hæredibus, intelligitur id eſt filijs. Sed apertius Baldus in capit.1.num....de natura ſucceſſ.feudi, & Corneus in conſil.272.col. 5.lib.4. Exemplum tertium
17 propoſuerunt quando † teſtator ita dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſine hæredibus, reſtituat Caio, & eius hæredibus. Dixit Corneus manifeſtam differentiam eſſe inter caſum & exemplum propoſitum à Bart.in d.§.etiam, quod ſtatim referam, & caſum hunc noſtrum.

18 Quartum eſt exemplum quando † teſtator ita dixit. Inſtituo filium meum, & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituat Caio & eius hæredibus. Hoc in caſu verba illa: reſtituat Caio & eius hæredibus, intelliguntur de hæredibus ſanguinis. Ita manifeſtè ſcripſit Bart.in d.§.etiam. num. 5. Socinus Senior, Curtius Senior, Decius, & Neuizanus à me relati in conſil.158.num. 12. verſic.quintus eſt caſus. Et illis accedunt nunc Baldus Caſtren. Fulgoſius, Alexander, Crottus, Ruinus, Socinus Iunior, Pariſius, Crauetta, & Sforzia Oddo, quos congeſſit Hieron. Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita. in quarta parte.num.168.ff. ad Trebel.qui communem eſſe opinionem teſtatur; Et ex eis multos iam congeſſerat Ant. Gabriel.in libr.6.concluſionum. tit. de verb.ſignif. concluſ. 2.num. 11.& his accedit Alciatus in reſp. 491.num. 3. verſic. quartus eſt caſus. Et hanc eſſe retinendam in iudicando & conſulendo aſſeruit Ruinus in conſil.188.num.4.lib.2.etſi ab ea diſſentiunt Angelus, Comenſis, Imola, & ſibi parum conſtans Alex.in d.§.etiam. Et eandem ſecuti ſunt Corneus in d. conſil.272.col.5.libr.4.& Decius in conſil.294.num.2. Quorum argumentis poſt alios abundè ſatisfacit Ruinus in d. conſil.188.num.4.lib.2.

19 Et hæc quidẽ exempla † declarationes locum habent etiã ſi teſtator ita dixiſſet: Et ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, vel ſine liberis, reſtituantur bona Caio & omnibus eius hæredibus. Hoc etiam caſu illa verba, omnibus hæredibus, intelliguntur de hæredibus ſanguinis, ne reſultet illud abſurdum, & quid aduerſus præſumptam mentem teſtatoris. Ita in ſpecie reſpondit Ruinus in d.conſil.188.num.10. lib.2.etſi de eadem facti ſpecie interrogatus cõtrarium reſpondit Decius in conſil. 294. numer. 2. quem ſecutus eſt Rolandus in conſi.87.num.14.lib.2. Non hic refero nonnullas declarationes, quas ad rem hanc probauit Decius in d.conſi.294.& refert Zanchus in d.§.cum ita.in quarta parte.nume. 171. cum multis ſubſequentibus.

20 Quintum etiam exemplum abſurditatis † & iniquitatis, quæ reſultaret, ſi diceremus hoc in caſu eſſe vocatos hæredes extraneos, afferri ſolet, quando teſtator legauit vxori, & poſt eius mortem, reuerti voluit ad filias inſtitutas, & earum hæredes.

Hoc caſu, ſi vna ex filiabus inſtitutis ſuperſtes eſt, illa verba, & earum hæredes, intelligi debent de hæredibus ſanguinis, ne alioqui hæres extraneus vnius ex filiabus excludat illam ſuperſtitem: quod eſſet abſurdum & contra præſumptã voluntatem teſtatoris: qui creditur magis dilexiſſe vnam ex filiabus quàm extraneum hæredem alterius prædefunctæ. Ita reſpondit Angelus in conſ.306.chariſſime frater, num. quem ſecuti ſunt poſt alios Iaſon & Socinus Sen.in d.§.etiam, ille. num.34. iſte. num.11. & inquit Iaſon, hanc eſſe communem opinionem. Et ſi rectè perpendatur idem ſenſerunt Bart.in d. §.etiam.num. 4. verſic.maximè. Alexand. in conſil.36.libr.3. & apertius Alciatus in dict.reſp.491.num.3.verſic.tertius eſt, in fine.

21 Declaratur † quartò, vt locum non habeat, quando communi loquendi vſu appellatione hæredum intelligeremus filios & deſcendentes. Ita Bart.in conſ.52.Salimbene.libr.1. & Alciatus in d.reſp.491.num.3.verſic.ſecundus eſt, & Socinus Iun.in conſil.158.colum.2.libr. 2. qui cum Alciato de eadem facti ſpecie reſpondit. ſic etiam Pariſius in conſil.88. num.11. libro ſecundo.

22 Declaratur † quintò, vt locum non habeat, quando teſtator honoraſſet filios inſtituti aliquo legato, & oſtendiſſet erga eos beneuolentiam. Hoc ſanè caſu veriſimile non eſt, quod eos deinde voluerit excludere per hæredes extraneos ſubſtituti.

Et propterea illa verba, reſtituantur bona Caio & eius hæredibus, debent intelligi de hæredibus ſanguinis. Ita ſcripſerunt Alex.Iaſon & Soc.in d.§.etiam, ſecuti Fulgoſium in l. generaliter.C.de inſtit. & ſubſt. & alios retulit Alciatus in d. reſp.491.num.3.verſ.tertius eſt.

23 Declaratur ſextò, vt non procedat † quando huic nomini hæredibus, adiecta fuiſſet aliqua qualitas, quæ alteraret propriam hæredis ſignificationem, vt ſi teſtator dixit, reſtituat, vel lego Caio, & eius hæredibus maſculis. Hoc ſanè caſu nomen, hæredibus, ſumitur pro hæredibus ſanguinis. Ita poſt Rayn. & Baldum Caſtr. in d.§.etiam. & ibid.Iaſon. num.22. Decius in conſ.294.num.1.& Soc.Iun.in conſ.188.nu.7. lib.2. & alios plures refert Antonius Gabriel.in lib.6.cõcluſionum tit.de verb.ſignif.concl.3.num.51.

24 Secundum eſt caput huius † diſputationis, quando. ſ. hoc nomen, hæres, eſt poſitum in conditione, vt ſi teſtator ita dixit: Inſtituo filium meum, etſi filius meus deceſſerit ſine hærede, vel hæredibus, reſtituat bona Caio. Hoc ſanè in capite, conſtitui ab omnibus ſolet regula, vt intelligatur de hærede ſanguinis non autem de extraneo. Ita Caſtrenſ. in conſil. 453. Ego Paulus, verſic.tertius, quando.lib.2.& poſt alios Ripa in l.ex facto.§.vlt.num.1.ff.ad Trebell. Beroïus in conſilio 103. num.10.lib.1.

Et manifeſtè probat text.d.l. ex facto. §. vlt. cuius verba hæc ſunt. *Si quis ita fideicommiſſum reliquerit: Fidei tuæ fili mi committo, vt, ſi ſine hærede moriaris, reſtituas Saiæ hæreditatem, videri eũ de liberis ſenſiſſe Diuus Pius reſcripſit: Et ideo cum quidam ſine liberis decederet, auunculum ab inteſtato bonorum poſſeſſorem habens, extitiſſe conditionem fideicommiſſi reſcripſit.*

Et huius quidem reſponſi & ſententiæ ea eſt ratio, quia
25 eluſoria & inanis eſſet conditionis appoſitio: cùm nemo † ſine hærede moriatur: ex quo ſaltem poſtremo loco habet fiſcum. Nec ſatis mihi probatur illa interpretatio Alciati in d. l.Gallus.§. etiam.in ſecunda lectura.num.30. ff. de liberis & poſthu.cùm dixit.dict.§.vlt.ita intelligi de hærede ſanguinis: quia numero ſingulari de vno hærede loquitur: ſecus ſi numero plurali teſtator vſus fuiſſet.

26 Hæc ſententia magnam habet † vtilitatem: quia cùm hoc nomen, hæredibus, intelligatur de hæredibus ſanguinis, ſatis eſt, quod extet filius, vel alter deſcendens grauati, etſi eius hæres bonorum non exiſtat. Nam ſola eius exiſtentia facit deficere conditionem; ſicuti ſcripſerunt poſt alios Caſtren. in d.l.Gallus.§.etiam.num.6.& ibidem Iaſon. num. 35. ff. de lib.& poſth.Decius in conſ.38.num.4.Ripa in d.l. ex facto. §. vlt.in fine.ff.ad Trebell.& Pariſius in conſ.92.num.45.lib.2.& in conſ.8.num.7.lib.3.





PRÆSVMPT. CXXXI.

Legatum vel fideicommiſſum an & quando ab inſtituto, vel ſubſtituto, vel inſtituti hæredibus relictum præſumatur.

SVMMARIVM

1 *Legatum vel fideicommiſſum à quo relicta præſumantur, an ab hærede vel à ſubſtituto.*
2 *Fideicommiſſum præſumitur relictum ab vltimo ex ſubſtitutis morientibus quando teſtator ſic dixit: Inſtituo Caium: & eo deficiente quandocunque Sempronium, quo decedente quandocunque Sæium. Et primus hæres non cenſetur grauatus.*
3 *Teſtator ſi dixit, Inſtituo, & ſi is deceſſerit ſine filijs, & ipſi filij ſine filijs, bona reſtituantur Sæio.*
*Non præſumitur fideicommiſſum iniunctum illis filijs filiorum inſtituti poſitis in conditione, ſed ſoli Caio inſtituto.*
*Et ſi viuente hærede inſtituto legauit centum Caio, deinde hæredem inſtituit filium, cui ſubſtituit Sempronium.*
*Præſumitur ſolum grauaſſe hæredem præſtare dictum legatum. numero 4.*
5 *Legatum dicitur donatio à defuncto relicta, & ab hærede præſtãda.*
6 *Teſtator ſi grauauit perſonam repræſentantem hæredem, procul dubio dicitur legatum iniunctum hæredi.*
7 *Tutor vel curator repræſentat hæredem non autem ſubſtitutum.*
8 *Hæres cenſetur grauatus non autem ſubſtitutus, quando teſtator ita dixit: Acceptis centum dato fundum Caio.*
9 *Teſtator ſi dixit: lego fundum Mæuio, & poſt eius mortem lego d. fundum Sempronium qui cenſeatur grauatus?*
10 *Legatarius poteſt grauari alteri reſtituere rem legatam, etiam ſi legatum maneret per temporis momentum apud ipſum legatarium*
11 *Teſtator ſi reliquit rem ſemel tantum præſtandam poſt mortem hæredis inſtituti, nunquid præſtari debeat à ſubſtituto, an ab hæredib. inſtituti?*
*Et ſi fecit legatum ſucceſſiuum, quod præſtari poteſt tam à ſubſtituto per fideicommiſſum quam ab ipſo hærede inſtituto, à quo cenſeatur relictum? num.12*
13 *Fideicommiſſi onus quando eſt imperſonaliter iniunctum, præſumitur grauata ipſa hæreditas.*
*Et præſumitur iniunctum omnibus gradibus. numero.14.*

1 DISSERVIMVS † ſuprà in præſumpt.72.cui fideicommiſſi onus iniunctum præſumatur, an pupillo hæredi, vel eius ſubſtituto. Nunc de fideicommiſſo, & legato agendũ eſt, à quo ſcilicet relicta præſumantur, an ſcilicet ab hærede, vel à ſubſtituto per fideicommiſſum. Hac de re multa variis in locis ſcripſerunt Doctores noſtri: ſed omnium copioſius Mantica in commentariis, De coniecturis vltimarum voluntatum. libro octauo tit. 2.columna prima & ſecunda.

Exiſtimo ego ſaltem clarioris explanationis gratia eſſe primùm diſtinguendam duo capita. Quorum vnum eſt de fideicommiſſo vniuerſali: ſecundum de legato, & fideicommiſſo particulari

2 Primo in capite diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus † eſt, quando relictum fuit fideicommiſſum poſt multos gradus hæredum: ſicuti quando teſtator ita dixit. Inſtituo Caium, & eo deficiente quandocunque Sempronio, quo decedente quandocunque Sæium. & his deficientibus, bona mea reſtituantur Titio. Hoc in caſu fideicommiſſum præſumitur relictum ab vltimo ex ſubſtitutis morientibus: atque ita hæres primus inſtitutus non cenſetur hoc onere grauatus. Ita Bart. in l.Codicillis in princ.numero quarto.ff.vſufructu legato, ex illo textu, qui tamen loquitur de fideicommiſſo particulari. Et Bartolus loqui de vniuerſali ſatis conſtat, ſi iungatur eius traditio ibi cum illa, de qua in l.ſed & ſi ſic in princ.numero ſecundo.ff.de leg.3.

Diſſentit ab hac opinione, & ſi Bart. non referat, Ruinus in conſ.177.n.10.li.2.ſed iura & auctoritates, quę aducit Rui. non probant: cum non loquantur hoc in caſu, ſed in aliis, quos referam ſuis locis.

3 Secundus eſt caſus † huius capitis, quando ſcilicet teſtator ita dixit. Inſtituo Caium, & ſi ipſe deceſſerit ſine filiis, & ipſi filij ſine filiis, bona mea reſtituantur Caio. Hoc ſane caſu fideicommiſſum non præſumitur iniunctum vltimis illis filiis filiorum inſtituti poſitis in conditione, ſed ipſi ſoli Caio inſtituto. Ita docuit Bart.in d.l.ſed & ſi ſic.nume.2.ff. de leg.3.qui in d.l.codicillis.in prin.nume.4.ſeipſum declarando dixit rationem eſſe, quia cum filij illi fuerint poſiti in conditione tantùm, atque ita non vocati honoratique non etiam grauari potuerunt.d.l.ſed & ſi ſic in fi. Eſt ergo neceſſe fateri, onus reſtitutionis & fideicommiſſi fuiſſe iniunctum ſoli inſtituto. Et Bart.ſecuti ſunt Ruinus in conſ.116.nume.1. lib.3.Socinus Senior in conſ.140.lib.1.& in conſ.104.numero 3.lib.3.Pariſ. in conſ.18.num.52.lib.2.& in conſ.42.nu.11. lib.3.Rubeus in conſi.157.nume.6.Alciatus in reſp.781. Talis eſt caſus num.4.Bellonus in conſi.81.nume.5.& Cephalus in conſ.419 num.71.lib.3.

Secundus eſt caput, quo legata & fideicommiſſa particularia reſpicit. Quo ſanè in capite diſtinguo atque conſtituo aliquot caſus.

4 Primus eſt, quando † teſtator ſimpliciter hoc eſt, viuente hærede inſtituto legauit rem certam ſemel tantùm, puta centum vel fundum, vt putà ſi ita (vt obſeruari conſueuit) legauit. Lego centum, vel fundum Caio. Deinde hæredem inſtituit filium, cui ſubſtituit Sempronium.

Hoc in caſu præſumitur, teſtatorem grauaſſe ſolùm hæredem præſtare hoc legatum. Ita ſcripſerunt Bartt. & reliqui in l.Marcellus in prin.ff.ad S.C.Trebel.& idem Bar.in l.vlt.nu. ... C.eo & communem eſſe opinionem teſtatur Corneus in
5 conſ.53.num.7.lib.1. Eſt enim † vulgatum, legatum eſſe donationem à defuncto relictam & ab hærede præſtandam.§. legatum.in Inſtitu.de legatis.

6 Hic caſus locum † habet multo magis, quando teſtator grauauit perſonam repræſentantem ipſum hæredem, vt puta tutorem pupilli inſtituti; vel curatorem minoris. Nam tunc ſine controuerſia legatum cenſetur iniunctum hæredi. Ita probant.l.cum etiam.C.de reb.creditis, & iureiuran. & l. etiam à pupillorum.C.de fideicom.Baldus in d.l.cum etiam & Docto. in l.cum filiofam.de leg.1.Ibi Baueria. nu.19.& Socinus Iun.num.10.

7 Non enim poteſt hoc † in caſu intelligi grauatus ſubſtitutus: Cùm tutor, vel curator eum non repræſentet.

8 Extenditur primò hic † caſus, vt locum habeat etiam ſi teſtator ita dixit alicui acceptis centum dato fundum Caio. Nam adhuc intelligitur acceptis centum ab hærede. Ita Bar. & Caſtr.in l. ſi ſeruus legatus.§.qui margaritam.de leg.1.Socinus in l.Paulus.la.2.in fine.ff.de reb.dubiis.

9 Declaratur, † vt locum non habeat hic caſus, quando teſtator legauit alteri rem, quam prius legauerat Caio, vt ſi dixit. Lego fundum Mæuio, & poſt eius mortem, vel eueniente tali conditione, lego dictum fundum Sempronio, vel fundus ille detur Sempronio. Hoc ſanè caſu, Caius ille legatarius dicitur grauatus præſtare dictum fundum Sempronio. Ita Bart.in d.l.codicillis in prin.num.4.in fine.ff.de vſufruct. lega.qui ſic interpretatus eſt d.l.codicillis.in prin.

Et Bart.ſecutus eſt Ruinus in conſ.32.num.1.lib.2. Et du-
10 bitandum non eſt, quin † legatarius grauari poſſit reſtituere alteri rem ſibi legatam, vt ſcripſit Bartol.in l.1.col.2.verſ.procedo vlterius.C.communia de legatis, quem ſecutus eſt Crauc.in l.cum filiofam. in prima parte.num.140.de leg.1.qui dixerunt habere locum etiam ſi legatum per temporis momentum maneret apud ipſum legatarium.

11 Secundus eſt caſus huius † ſecundi capitis, quando ſcilicet teſtator reliquit rem ſemel tantùm præſtandam poſt mortem hæredis inſtituti, cui ſubſtituerat, vt puta ſi ita dixit. Inſtituo Caium mihi hæredem, cui ſine filiis decedenti ſubſtituo Sempronium: & Mæuio præſtentur centum. Hoc in caſu ambigitur, an illa centum præſtari debeant à Sempronio ſubſtituto: vel potius ab hæredibus Cai inſtituti, qui præſumitur grauatus, ſcripſit Bar.in l.qui duos. in fine.ff.de vulg. & pupil.ſubſt.dum ſe remittit ad ea, quæ ſcripſit in d.l. Marcellus.in prin.ff.ad Treb.vbi abſolutè, nulla diſtinctione facta, dixit, præſumi relictum ab hærede inſtituto, quem teſtator grauare voluit. Et Bart.ſic intellexit Corneus in conſi.53. nu.7.li.1.& manifeſtè Dec.in conſ.581.nu.8.qui & Corneum

retulit.Hunc quoque caſum ſic probarunt idem Bart. in d.l.
codicillis,in prin. num.4.de vſufructu lega. dum allegat, &
declarat.d.l.ſi ſeruus legatus.§.qui margaritam.de leg.1.quē
ſic pariter intellexeruut Baldus & Imola ibidem, & idem
Baldus in auth.ſi quando.num.3.C.de conſtit. pecun. Alex.in
l.vlt.§.Labeo & ibidem Iaſon num.3.ff.ſi certum peta. Idem
Alex.in conſ.170.nume.3.lib.2.& Soci.in d.l.Paulus la.2.in fi.
ff.de reb.dubiis.Et ij quidem.adducti ſunt tex.d.§. qui mar-
garitam,& l.peto.in prin de leg.2.
12 Tertius eſt caſus, quando † teſtator fecit legatum ſucceſ-
ſiuum, quod ſcilicet præſtari poteſt tam à ſubſtituto per fi-
deicommiſſum quàm ab ipſo hærede inſtituto: vt ſi teſtator
reliquit vxori ſuæ vſum fructum bonorum ſuorum.Hoc in
caſu,quando ſumus in dubio,nempè quando ignoratur à quo
fuerit relictum,vt ſi verba ſunt impersonaliter concepta: ſi-
cuti quando teſtator dixit, vſumfructum bonorum ſit, vel
perueniat, vel præſtetur vxori meæ. Hoc in caſu legatum
cenſetur relictum tam à ſubſtituto quàm ab inſtituto.Ita ſcri-
pſit omnium primus Benedictus Plumbinus in l.2.ff.de ma-
numiſ.teſt.quem ſecuti ſunt Aret. & Alex.in l.& ſi cōtra.ff.de
vulg.& pup.ſubſt.& Rui.in conſ.44.nu.4.lib.2.cum enim o-
nus † eſt imperſonaliter iniunctum,dicitur grauata ipſa hæ-
reditas.Ita poſt Ruin in conſ.97.col.vlt.lib.2.reſpondit Hier.
Gabr.in conſ.117.nu.34.lib.1.& idem ego ipſe reſpondit &
declarauit in conſ.85.nu.27.& in col.vlt.lib.1.Et ibi dixit,eſſe
onus ſucceſſiuum, quod gradatim continuat in quoſcunque
hæredes. Et prætereà addit Gabr.ex ſententia Baldi in conſ.
14 279.lib.1.onus † imperſonaliter iniunctum præſumi impoſi-
tum omnibus gradibus.Et ſubiunxit Gabr.idem ſenſiſſe Rui.
in conſ.137.nume.36.lib.3. Et dicemus etiam infrà in præ-
ſumptio.vbi explicabimus quando conditio poſita in inſti-
tutione cenſeatur repetita in ſubſtitutione in vltimo caſu.

## PRÆSVMPT. CXXXII.

### Legatum annuum & reiterabile quando præſumatur.

### SVMMARIVM

1 *Legatum an & quando præſumatur reiterabile & annuum:regulariter enim præſumitur vnius præſtationis tantum.*
2 *Teſtator præſumitur velle minus grauare hæredem quam ſit poſſibile.*
3 *Legatum factum pio loco in dubio præſumitur annuum.*
*Idem ſi factum eſt decurionibus ciuitatis.num.4.*
5 *Legatum factum ad Ludos, qui quotannis fieri ſolent in ciuitate, annuum præſumitur.*
6 *Diuiſiones dare quid ſit.*
7 *Legatum factum, quòd in die mortis ipſius teſtatoris fieri debeat vna ſeptima bannita,ſemel tantum fieri debere intelligitur.*
8 *Legatum factum fratribus de vna pittantia in feſto D.Dominici, an ſemel tantum ſit præſtandum,vel quotannis.*
9 *Legatum reddituum puta alicuius montis præſumitur annuum.*
10 *Legatum alimentorum annuum præſumitur: eſt enim fauorabile, & latè interpretandum,& nu.11.*
12 *Legatum factum per quadriennium,non ſemel,ſed ſingulis in quadriennijs debetur.*
13 *Legatum factum his verbis,lego centum Caiæ, donec nubat, annuum præſumitur.*
14 *Legatum annuum non dicitur vnum legatum,ſed plura:tot enim cenſentur legata quot anni.*

1 HÆc diſceptatio † rectè ſatis annectitur præce-
denti, quando ſcilicèt legatum præſumatur
reiterabile & annuum. Qua quidem in re pro
regula conſtituendum eſt, legatum non præ-
ſumi annuum atque ita reitetabile, ſed vnius
præſtationis tantùm.Ita ſenſit Bart. in lege legatum in prima
oppo.ff.de annuis lega.dum dixit,in caſu.d.l.legatum,præſu-
mi annuum fauore dotis.Ita pariter idem Bart.in l.annua.§.
vlt.nu.4.eo.tit.cùm dixit,niſi certis caſibus legatum dici an-
nuum.Idem Bar.in l.cum quidam.nu.3.ff.de annuis lega.dum
allegat.l.eum,qui calendis de verb. obligat.& l.boues.§.hoc
ſermone de verb.ſignif.Et conferr ſecundum Bar.tex.l.cum
pater.§.pater certàm.de leg.2.vbi fauore nuptiarum,dos pręſumitur à patre relicta pro primo ac etiam ſecundo matri-
monio:ſecus ergo (voluit dicere Bart.)quando fauor & ſpe-
cialis cauſa ceſſat.Et accedit in dubio ita eſſe præſumendum,
2 cùm † præſumptio ſit, teſtatorem velle minus grauare hæ-
redem quàm ſit poſſibile.l.vnum ex familia.§.ſi rem.de leg.
2.& diximus ſupra in præſumpt. Et in ſpecie hac ratione v-
ſus eſt Bar.in d.l.legatum in prima oppoſ.ff.de annuis lega.
Receditur ab hac regula coniecturis & præſumptioni-
bus ductis à qualitate verborum, quibus vſus eſt teſtator ac
etiam à qualitate perſonarum, quibus teſtator ipſe legauit.
Ita ſcribunt Bart.& reliqui, quos infrà ſuis locis commemo-
rabimus.
3 Prima itaque eſt coniectura, quæ † ducitur à qualitate
perſonæ, cui factum legatum.Exemplum eſt, quando lega-
tum fuit pio loco. Hoc ſanè caſu in dubio præſumitur an-
nuum.Ita Bar.in l.annua.§.vlt.num.4.ff.de annuis lega.quem
ſecuti ſunt Soci.Sen.in conſ.48.lib.3.Pariſ.in conſi.7.nume.
24.lib.2.
4 Eſt & ſecundum exemplum, quando † legatum fuit De-
curionibus ciuitatis. Nam & tunc legatum præſumitur an-
nuum.Ita Bar.in d.l.cum quidam.num.3.ff.de annuis lega.qui
ita interpretatus eſt tex.d.l.cum quidam. Ego verius exiſti-
mo,in caſu dictæ legis cum quidam, id contigiſſe, non ob
perſonam legatarij,ſed ob cauſam, qua factum fuit legatum:
ſicuti dicemus infrà.
5 Secunda eſt † coniectura,quæ ſumitur à cauſa,ob quam fa-
ctum fuit legatum:ſicuti quando legauit ad ludos,qui à ciui-
bus quotannis celebrari ſolent. Hoc ſanè legatum annuum
præſumitur.l.annuam.ff.de ann.legat.ſic etiam intelligo ca-
ſum.d.l.cum quidam.ff.eod.tit.de annuis legat.quo loci reſ-
pondit Marcianus,Diuus Seuerum & Antonium reſcripſiſſe.
eſſe veriſimile,teſtatorem de vno anno ſenſiſſe,ſed de perpe-
tuo legato,dum legauit Decurionibus, vt diuiſiones darēt in
6 die naralis ſui. Diuiſiones † dare nil aliud eſt quàm (vt re-
ctè Hieron.Magis olim ſummus amicus meus in lib.2.miſcel-
la.c.2.interpretans hoc reſponſum annotauit)pecuniæ, & a-
lia id genus,quæ teſtatores collegiis, ſodalitatibus, militiſq;
negotiatorum & artificum,item Decurionibus populoq; in-
terdum die natalis, quæ viuentibus fueret celeberrima at-
que honorata,parentaliorumq; tēpore ſingulis annis dari te-
ſtamento cauebant.
Teſtator itaque in caſu.d.l.cum quidam reſpiciens cōmu-
nem ipſum vſum eorū, qui annuatim in die natali diuidebāt
& donabant amicis præſumitur & ipſe ſecundum vſum il-
lū diſpoſuiſſe,atq; ita eius legatū ſic ab vſu cōmuni fuit ab Im-
peratoribus interpretatū,iuxta.l.ſi ſeruus pluriū.§.vl.de leg.1.
His diffiniri poteſt illa quæſtio † propoſita à Bart.in d.l.
7 cum quidam.num.2.ff.de annuis lega.teſtator iuſſit, quòd in
die mortis ſuæ fieri debeat vna ſeptima bannita, an quotan-
nis,vel ſemel tantum fieri debeat hæc ſeprima?Dixit Bart.ex
Petri ſententia,ſemel tantum fieri debere: cùm legatum ſit
factum in die non reiterabili,nempè mortis. Eſt enim dies
mortis vna proprie,& non plures, Rectius dici poſſe exiſti-
mo,ob id ſemel tantùm deberi hoc legatum: cùm commu-
nis ipſe vſus ſit,vt vna tantum ſeptima dies à morte teſtato-
ris celebretur.
8 Diffinit & aliam quæſtionem † Bart.in d.l.cum quidam.
nu.3.Teſtator reliquit fratribus in feſto D.Dominici vnam
pittantiam, ambigitur, an vna ſola pittantia ſemel tantùm
præſtanda ſit vel quotannis?Dixit Bar.ſemel tantùm præſta-
ri debere.Et motus eſt Bar.tex.l.eum,qui de verborum oblig.
vbi qui Calendis Ianuarij ſtipulatur,ſi non adiiciat quibus,
de primis intelligendum tanquam id actum fuiſſe videatur.
Cęterùm vt pro bono & æquo faueam Reuerendis Domi-
nicanis,quorum vitę ſanctitas & eruditio ſummoperè elu-
cet,crediderim aduerſus Bartholum,pittantiam hanc ſi à te-
ſtatore relictam quotannis præſtandam eſſe. Eſt enim veriſi-
mile teſtatorem eleemoſinam erogari voluiſſe his patribus,
quippè quos pauperes eſſe ſciebat: quod ſecus exiſtimarē, ſi
opulentis monacis,puta cōgregationis Sanctæ Iuſtinæ, quo-
rum diuitiæ non mediocres ſunt pittantiam legaſſet teſtator.
In Dominicanis itaque eleemoſinam ſicq; legatū fauorabile
dici debet:& cōſequēter annuū, vt reliqua legata fauorabilia
iudicare



iudicare ſolemus, quemadmodum in ſubſequenti coniectura
dicemus.
9 Tertia eſt coniectura † ſumpta à qualitate rei legatæ, quæ
arguit legatum eſſe annuum. Exemplum afferri poteſt in le-
gato redditus alicuius montis,vt ſi legaui tibi ſextam partem
redditus,quem habeo in monte Veneto.Hoc legatum pręſu-
mitur annuum: quia redditus ipſi ſua natura annui ſunt. Ita
Francus Cremen.in ſing. 75. Habebam redditum, qui dixit,
hac de re eſſe textum ſingularem in l.defuncta.in fin.ff.de vſu-
fruct. Verùm in caſu.d.l.defuncta.in fin.non eſſe legatum an-
nuum,ſed vnicum tantum, cuius ſolutio diſtributa eſt in ſin-
gulos annos, ſcripſerunt manifeſte Caſtr. in l. ſi ſtichum aut
Pamphilum.§. ſtipulatio. in fin. de verb.oblig. & ibidem Ia-
ſon in fine. Socinus Senior in conſil.70.numer. 2. libr.1.& in
conſil.81.numer.17.lib.3.Eſt & ſecundum exemplum,quan-
10 do † teſtator legauit alimenta.Nam annuatim non autem ſe-
mel tantùm præſtari voluiſſe teſtatorem præſumitur. Ita So-
cin.Sen.in conſ.48.lib.3.& Tiraquellus in l.boues.§.hoc ſer-
mone.in tertia limit. num.6. adducti auctoritate Bartol.in l.
eum, qui.§.qui ita.de verbor.oblig.qui dixit,in contractibus
promiſſionem alimentorum factam præſumi, vt quot annis
præſtentur, non autem ſemel tantum.Et manifeſtè probat.l.
Mela in princ.ff.de alimen.& ciba.lega.quam ſic in ſpecie in-
tellexit glo.d.l.defuncta.§.vlt.
11 Eſt ſane † hoc legatum fauorabile, & ob id late interpre-
tandum,ſicuti Socinus & Tiraquellus præcitatis in locis ſcri-
pſerunt.Idem dixi in præcedenti coniectura,de legato pittan-
tiæ relictæ Reuerendis Dominicanis.
12 Quarta eſt cōiectura † ducta à qualitate verborum: Exem-
plum ſi dixit teſtator lego per quadriennium.His ſanè verbis
colligitur teſtatorem voluiſſe legare non ſemel tantum: ſed
ſingulis in quadrienniis.Ita probat ſecundum Bart.tex.mira-
bilis.l.pen. ff. de annuis lega. cuius verba hæc ſunt. *Cum erat
certa pecunia, ideſt centum, Reipub.ſardianorum relicta per qua-
driennium certaminis Chryſantiani: Diui Seuerus & Antoninus re-
ſcripſerunt,videri perpetuam penſitationem reliquiſſe teſtatorem per
quadriennium,non in primum quadriennium.* Exiſtimo hoc certa-
men Chryſantianum ſingulo quadriennio celebrari conſue-
uiſſe, ſicuti olympicum ſingulo quinquennio.Ea propter te-
ſtator hominum conſuetudinem & vſum ( vt ſupra diximus)
reſpexit.
13 Rectius † itaque afferri poteſt exemplum,quando teſtator
ita dixit: lego centum Caiæ donec nubat.Hoc etiam caſu le-
gatum præſumitur annuum.l.legatum ita in princip.ff.de an-
nuis lega.& ibi annotarunt glo.& Bart. idem Bart.in l. Titia.
§.Titia.nu.11.in fine de leg.2.Socin.Sen.in conſ.48.colum.1.
lib.3. Picus in d.§.Titia.nu. 45.& Pariſ.in conſ.94.num.44.
& in conſ.95.num. 44.lib.2.
14 Illud prætereà † obſeruandum eſt,legatum annuum non di-
ci vnum legatum, ſed plura. Nam tot cenſentur legata quot
ſunt anni. Ita poſt alios declarat Iaſon in dicta lege ſi ſtichū.
§. ſtipulatio. numero quarto de verborum obligatione,quo
loci numero ſecundo,& tertio,poſt Caſtren.& alios ibi refert
quatuor egregias vtilitates, quod legatum annuum dicatur
continere plura legata. Et colligi aliæ poſſunt ex l.à vobis, l.
in ſingulos,& l.legatum §.vlt.ff.de ann.lega.

## PRÆSVMPT. CXXXIII.

### Proprietas rei, non autem ſolus vſusfructus, quando legata præſumatur, & ſi vſusfructus aliqua mentio fit.

### SVMMARIVM.

1 *Vſufructu rei legato an & quando etiam proprietas ipſius rei legata præſumatur.*
2 *Teſtator ſi legauit vſumfructum domus adiecto onere,ne domus ipſa altius tollatur,præſumitur legaſſe etiam proprietatem.*
3 *Vſufructu prædij legato adiecta hac conditione, ne illud alienari poßit,cenſetur & proprietas legata.*
*Idem ſi teſtator adiecit licentiam & facultatem alienandi. nu.4.*
5 *Verba intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam, vt illi conueniant,*
6 *Prohibitio dicitur quædam priuatio,quæ habitum præſupponit.*
7 *Vſufructu prædijs legato, quod teſtator voluit poſt mortem ipſius legatarij reſtitui,an cenſeatur etiam legata proprietas.*
*Et quid ſi teſtator dedit facultatem ipſi vſufructuario nominandi hæredem poſt mortem ſuam.num.8.*
9 *Hæredem aliquem facere eſt ipſum dominum conſtituere.*
10 *Dare nemo poteſt quod ipſe non habet.*
11 *Teſtator ſi legauit fundum ad vſum & vſumfructum vel ad vtendum & fruendum,cenſetur legaſſe etiam proprietatem.*
*Secus ſi dixit ad vtendum & fruendum tempore vitæ ſuæ.num.12.*
13 *Teſtator ſi ſimpliciter legauit fundum, cenſetur etiam proprietatem legaſſe,etiamſi vſusfructus dicti fundi eſſet hæredis.*
*Idem ſi teſtator legauit plenam & omnimodam poſſeßionem. num.14.*

1 ET ſi 1 † vſufructu alicuius rei legato, ſolus ipſe
vſusfructus formalis à proprietate ſcilicet di-
ſtinctus continetur: attamen aliquando conie-
cturis & præſumptionibus colligi ſolet, etiam
ipſam proprietatem fuiſſe relictam, quemad-
modum colligunt Doctores, quos infrà commemorabo. Et
coniecturas multum hic poſſe manifeſtè reſpondit Alciatus
in reſp.562.num.1. & tradit Caluacanus in tract.de vſufructu
mulieri relicto.num.76.& ſenſit Crauetta in conſ.25.nu.30.
verſ.ex præmiſſis.
Prima eſt coniectura,de qua in caſu.l.Proculus.ff.de vſu-
fructu & quemadmodum quis vtamur, quando ſcilicet teſta-
2 tor † legauit vſumfructum domus, adiecto onere, ſeu modo,
ne domus ipſa altius tollatur. Hic enim coniectura ſumitur
relictę proprietatis domus: ſicuti ſic interpretati ſunt ibi Bar-
tolus Baldus & reliqui.Et idem Bartolus in l.ex hac ſcriptura,
numero tertio ff.de donat.& ibidem Romanus Alexan.in l.ſi
conſtante numero 2.ff.ſoluto matrimonio.Ruinus in conſil.
35.numero 5.libro 2.Iaſon in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.in
prima lectura. numero 10.ff.de legat.primo. Galliaula in l.
Centurio. numero 465 ff.de vulga.& pupill.ſubſtitu.Curtius
Iunior in conſilio 72.numero 9.Alciatus in l.rectè dicimus.
ff.de verbo.ſignif.& Conna.in lib.4.Commenta.iuris.cap.3.
in fine.
Et ij magna ex parte intelligunt id factum eſſe, quia alio-
qui iniunctum onus, altius non tollendi fruſtra adiectum fuiſ-
ſet,quia verificari non poſſet: ne ergo fruſtrà ſit adiectum,
dicendum eſt,relictam fuiſſe proprietatem.
Nec repugnat conſideratio Arij Pineli in l.prima, in tertia
parte, numero quadrageſimoſecundo. C.de bonis maternis.
Cùm dixit,nullum extare verbum,quo Pomponius ſignifica-
re voluerit,legatam fuiſſe proprietatem. Nam reſpondetur,
vnò extare,cùm dixerit Pomponius, inſulam ſic poſſe legari,
dixit inſulam proprietatem ipſam ſignificando, vt vno ore
admittunt pręcitati Doctores,& probatur in l.filios hęredes.
ff.de vſufructu lega.vbi fundo ſimpliciter legato, intelligitur
legata proprietas. Ita ergo in d.l.Proculus.dicitur, quòd le-
gando vſumfructum inſulæ,adiecto modo, ne altius tollatur,
dicitur legata inſula,id eſt, proprietas. Aliter reſponſum hoc
perpendit doctè & acutè.Conna.in d.c.3.in fi. Inquit ille, id
eſſe factum, quia vſusfructus videtur relictus eo ſub modo,
qui perpetuus eſſe poteſt. Cùm enim dixit teſtator, Ædium
illarum,quò ad altius tollantur quàm nunc ſunt ædificatę non
erunt,illi vſumfructum do,lego,perinde eſt ac ſi dixiſſet, Le-
go inſulam hac conditione & lege,ne vnquam altius tollatur.
Hic legatarius dicitur dominus inſulæ donec eam altius tol-
lat. Si enim altius tollet,eam reſtituere tenebitur.Et ſimile eſt
(ait Conna.) ſi teſtator ita legat:Lego tibi vſumfructum præ-
dij mei,donec non alienabitur extra familiam tuam.Eſt enim
( adiungit Connanus ) perinde ac ſi teſtator legaſſet fundum
ea lege, vt in tua familia maneret: & ſi alienatus eſſet,rediret
ad ipſius teſtatoris hæredes.
3 Secunda eſt coniectura † deducta à præcedenti, quando
ſcilicet teſtator relinquit vſumfructum prędij,adiecta condi-
tione ſeu onere,ne alienari illud poſſit. Hoc pariter caſu præ-
ſumitur legata etiam ipſa proprietas, ſicuti affirmarunt Bald.
& Comenſ.in d.l.Proculus.Roma.in conſ.206.nu.4.Fulgo.in
conſ.13.col.vlti.Comenſ.in conſ.120.col.2.Alex.in l.ſi con-
ſtante.in prin.col.1.verſ.facit hoc in ſimili,ff.ſolut.matri.& in
conſ.150.col.1.lib.7.Cor.in conſ.64.nu.2.lib.4.Barb.in conſ.

64.col.vlt.lib.2.Ruin.in conſilio 126.numero 1.lib.1.in conſ. 35.numero 3.in conſilio 39.numero 3. in conſilio 17.numero 13.& in conſilio 133. numero 13.lib.2. & in conſilio 165. numero primo, lib. tertio. Socinus Senior in conſilio 131. numero 15.lib.1.Decius in conſilio 41.numero ſecundo, Picus in l.Titia.§.Titia.numero 171.de leg.2.Afflictus in præludiis feudo.numero 128. Cremen.in ſing.28. Marſi.in ſing. 561. Curtius Iunior in conſilio 14.columna prima, Feratius in cautela 2.columna prima, Pariſius in conſilio 71.numero 3.lib.3. Claudius Mermerius in l.naturaliter.§.nihil commune.numero 48.ff.de acq.poſſeſſ.Albertus Brunus in Tract.de diminut.concluſ.6. numero 15. Gratus in conſil.29.numero 13.lib.2. Bellonus in conſilio 6. numero 8.& numero 11.Ferandus Vaſquius in Tract. de ſucceſſionum creatione.lib.3.§. 21.in tit.de tacita ſubſtitutione.num.52.& Cephalus in conſilio 94.numero 11.lib.1. Hieron. Gabriel in conſil.108.nu. 32.libr.2. Et hos ſum aliquando ſecutus in conſilio 352. numero 16.libr.4. Et idem ſcripſit Riminaldus Iunior in Inſtitutio.de donatio.in princ.numero 357. Ea ratione ij adducti ſunt,quòd fruſtra fuiſſet adiectum onus, ne poſſet fundus ipſe alienari: Cùm ſui natura vſufructuarius alienare non poſſit. Quam ſanè rationem confutauit Crauet.in conſ.25.nu.30.& 31. Quocirca ab hac opinione recte diſſentiunt Roma. in l. donationes.§.ſpecies.ff.de dona. Decius in conſ.278.nu.5.in fi.Craue.in conſ.25.nu.30.verſ.ex præmiſſis. Moder.Pariſ.in additio.ad Alex.in conſ.150.col.1.lib.7.Arius Pinelus in d.l. prima,in tertia parte.num.43.C.de bonis maternis Conna.in d.cap.3.in fin.& Caualca. in Tract. de vſufructu mulieri relicto.nu.77.ver.contrarium autem.Qui quidem recenſet Corneum, Ruinum, & Capellam Toloſanam qui tamen ad rem non loquuntur. Et inquit ipſe Caualcanus, hanc opinionem eſſe veram ſicut euangelium. Ego certè huic opinioni nunc ſubſcriberem,non auſim tamen dicere quòd ſuis in commentariis auſus eſt ſcribere Caualcanus.

4 Tertia eſt coniectura † deſumpta à præcedenti,quando teſtator reliquit vſumfructum prædij, adiecta licentia & facultate alienandi. Hoc etiam caſu præſumitur legata ipſa prædij proprietas.Hæc fuit prima opinio,Comenſ.in conſ.120.col. 2. Barba. in conſilio 64. colum. vltim. libr.2. Curtius Iunior in conſilio 14. colum.prima, Bero.in conſ. 44.numero 11. libro ſecundo,Pariſius in conſilio 71.numero tertio,libro ſecundo,Alciatus reſp.562.numero ſecundo,& tertio,& Arius Pinelus in dicta lege prima,in tertia parte.numero 43.verſic. vrget magis.C.de bonis mater.Ea vſi ſunt ratione,quod cùm alienandi poteſtas non conueniat niſi proprietario, non autem vſufructuario, proprietas ipſa legata præſumitur.Verba
5 enim † intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam,vt illi conueniant.l.ſi vno.ff.locati.

Secunda fuit opinio præcedenti contraria,Socinus Senior in conſilio 131.numero 15.libro primo, qui dixit,Barbatiam paralogizare,cùm multum interſit inter prohibitionem alienationis & ipſam permiſſionem.Nam(inquit Socinus)prohi-
6 bitio † eſt quædam priuatio,quæ habitum præſupponit.l.decem de verborum obligatione,& ideò præſupponit hunc prohibitum habere alienandi facultatem,atque ita dominum eſſe, ſed diuerſum eſt, quando conceditur alienandi facultas. Nam tunc(inquit Socinus)videtur teſtator voluiſſe dare alienandi poteſtatem illi, qui eam non habebat. Hæc acuta minus conſideratio vera non eſt, ſi enim alienandi prohibitio per quoddam antecedens præſupponit poteſtatem aliàs alienandi (ſecundum Socinum) ſicuti priuatio habitum præſupponit, atque ita tacita quædam facultas alienandi videtur ex natura legati conceſſa: & conſequenter præſumitur legata proprietas: quanto magis quando expreſſim hæc alienandi poteſtas conceditur? Imò aduerſus Socinum cum Comenſi, Barbatia & aliis contrarium dicendum eſt: Quod ſcilicet prohibitio non infert permiſſionem neceſſario alias competere: ex quo ſecundum naturam actus, fieri videtur, & quodammodo exprimitur quòd tacitè ineſt, ſicuti contta receptam opinionem dixerunt Romanus & Pinelus in præcedenti coniectura commemorati.Id quod non contingit,quando alienandi facultas, quæ ſe cum vſufructu non compatitur,expreſsè conceditur.

Tertia fuit opinio Cornei in conſ.173. nume.4.& 5.lib.3. quam eadem facti ſpecie reſpondens confirmat in conſil.64. num.3.& 4.lib.4.dum viſus eſt diſtinguere:quod aut data fuit libera alienandi facultas: Et tunc præſumitur relicta proprietas; Cùm alioqui vſufructuarius ſic alienare non poſſit.Et hoc caſu locum habere poteſt illa Comenſis, Barbatiæ & ſequacium opinio. Aut data fuit facultas alienandi arbitrio boni viri. Et tunc dicitur legatus vſusfructus tantùm:cùm ipſe vſufructuarius ex conceſſione teſtatoris alienare poſſit,certis iuſtis de cauſis, vt ad pias cauſas, ob vrgentem neceſſitatem & ſimiles. Et hoc caſu Socini opinio locum habere poteſt, & Corneum eſt ſecutus Boërius in conſ.13.num.3. Verùm iure non probatur, quod vſufructuarius tantùm dicatur, data facultate alienandi arbitrio boni viri. Non enim id ex vſufructuarij natura eſt.

7 Quarta eſt coniectura,quando † teſtator legauit vſumfructum prædij, quod ab ipſo legatario reſtitui deinde voluit poſt mortem ſuam. Ita Romanus in conſil.206. numer.3. in ſing.363. Tu habes. Alciat.in reſp.562. num.1. verſic.idem ſi cui legatum.

Et moti ij ſunt.l.vlt.ff. de vſufructu & earum, rerum quæ vſu conſum.

Cæterùm ab hac opinione diſſentiunt Picus in l. Titia.§. Titia.quæſt.26.nu.79.de leg.2.Boër.in conſ.13.nu.2.in fin. Nicola. Pign.in additio. ad Roma. in d.ſing. 562. Emanuel Soarez in ſuis conluſionibus in verbo,vxor.nm.114.& Caualcanus in Tract. de vſufructu mulieri relicto. num.76. in fin. Et hæc quidem probabilior opinio mihi videtur, ſecundum quam iudicauit conſilium Gratianopolitanum referente Boërio in d.conſ.12.num.2.in fin.

8 Quinta eſt coniectura, quando † teſtator dedit facultatem ipſi vſufructuario nominandi hæredem poſt mortem ſuam. Hoc ſanè caſu ſumitur coniectura, quod voluerit relinquere proprietatem. Ita egregiè reſpondit Alciatus in reſp.562.nu.
9 2.& 3.qui aliquot rationibus mouetur.Et illis addi † hæc poteſt, quod facere aliquem hæredem eſt conſtituere eum dominum.§.vlt.in inſtit.de hęred.qual.& differen.Niſi ergo hic legatarius dominus ipſius rei legatæ eſſet,non poſſet efficere
10 alium dominum: cùm † nemo dare poſſit quod non habet,l. traditio. ff. de acquiren. rerum dom. Et his accedit in ſpecie Comenſ.in conſilio 120.colum.2.qui reſpondit,præſumi legatam proprietatem, quando teſtator dedit ipſi legatario facultatem diſponendi de re illa.

11 Sexta eſt coniectura, quando † teſtator legauit fundum ad vſum & vſumfructum,vel ad vtendum & fruendum,vel in gaudimentum. Hoc etiam caſu præſumitur relicta ipſa proprietas.Ita glo.in l.ſi mulier.C.de iure dotium, & ibidem Cynus in fine,& Baldus numero ſecundo, Bartol.in l.donationes.§. ſpecies.ff.de dona.& in l.libertis.la 1.num.3.ff. de alim.& ciba.lega.Fulgo.in conſil.13.colum.vltima.Guido Papæ ſing. 442.Alex.in conſil.223.ad finem.lib.2. & in conſilio 150.numero primo, libr.7. Iaſon.in l. cum ij.§.ſi vni.ff. de tranſact. Capicius deciſ.188.Franc.de Marchis quæſt.870.num.2.parte prima:Ruinus conſ.21.num.6.lib.primo, l.illud.num.3.C. de lega. Picus in l. Titia.§. Titia.numero 7. de leg. ſecundo, Pariſ.in conſ.21.nume.36.libro ſecundo, Crem.ſing.34.Alciatus in d.reſp.562.numero primo, in fin.Socinus Iunior in conſil.54.num.16. lib.4. Zaſius in l. Centurio.num.57. ff.de vulga.& pupil.ſubſtit. Natta in conſilio 211.nume.17.& Caualcanus in Tract.de vſufructu mulieri relicto.num.78.& hos ſecutus ſum in conſil.352.num.17.lib.4.

12 Hæc tamen † coniectura ceſſat, quando dictum fuit, ad vſum,& vſumfructum, ſeu ad vtendum & fruendum tempore vitæ ſuæ.Hæc ſanè poſtrema verba,tempore vitæ ſuæ,ſignificant ſolum ipſum vſumfructum fuiſſe relictum. Ita in ſpecie ſenſit Baldus in l.1. columna prima, verſic.& quando aliquid conceditur.C.de fructib. & litium expenſ. & apertè Socinus Senior in conſ.102. nu.10.lib.3. Iaſon in præludiis feudo.nu. 103. verſ. ſecundo moueor.Decius in conſ.278.num.4.in fin. Picus in d.§.Titia.num.12. Pariſ.in conſ.21.nu.38.lib.2.Capicius in Deciſ.108.nu.7.Bellonus in conſ.6.num.4. Rubeus in conſil.23.nume.6. Durans in Tract.de arte teſtandi.in tit. de legatis,cautela.23.in fin.Cephalus in conſ.158.num 5.lib. 2.& Caualcanus in d.Tract. de vſufructu mulieri relicto. numero 79. Et fortiori in caſu reſpondit Bellonus in d. conſ.6 num.11.



num.11.quando ſcilicet teſtator dixit, ſe legare vſumfructum durante vita ipſius legatarij, qui tamen omnia poſſet facere, ſicuti poterat ipſe teſtator. Nam intelligitur, quod poſſit facere omnia reſpectu vſusfructus. Et ſcripſi in d.conſ.352.nu. 18.& 19. Diſſentiunt tamen ab hac declaratione Caſtren.in conſil.26. Quod dicta ſubſtitutio.nume.23.lib.3.& alij nonnulli relati à Pico præcitato in loco. Et idem ſenſit Curtius Iunior in conſilio 38.nume.5.Verùm à recepta illa opinione recedendum non eſt. Et rurſus prædicta coniectura videtur ceſſare, quando teſtator inſtituiſſet hæredes proprios filios. Nam tunc huic legatario videtur legaſſe vſumfructum tantùm.Ita ſcribunt Florianus in d.l. Proculus.ff.de vſufructu.& Cæpol.in Tract.de ſeruit.vrba.præd.c.4.num.5.

Cæterùm Doctores ſupra commemorati loquuntur abſolutè nempè tam quando filij quàm quando extranei fuerunt hæredes inſtituti.

13 Septima eſt coniectura,quando † teſtator ſimpliciter legauit fundum. Nam & tunc præſumitur legaſſe ipſam proprietatem.l.filios hæredes.ibi Bart.nu.1.ff.de vſufr.lega. Quæ ſanè coniectura locum habet etiam, quando vſusfructus huius fundi eſſet hæredis.l.cum filius.§.dominus.de leg.2.vbi.

14 Octaua eſt coniectura † quando teſtator legauit plenam & omnimodam poſſeſſionem.Hoc etiam caſu præſumitur legaſſe ipſam proprietatem.Ita reſpondit Alciatus in reſp.486. numer.2.& 3.

Nona coniectura eſt, quando ex alia parte teſtamenti, & aliis diſpoſitionibus in eo factis colligi poteſt teſtatorem voluiſſe legare proprietatem, non autem vſumfructum tantùm. Ita reſpondi in conſ.352. num.22. ex ſententia glo.in l.vlt.ff. de vſufructu & earum rerum, quæ vſu conſumi.Qua de re dicam etiam in ſubſequenti præſumptione.

## PRÆSVMPT. CXXXIIII.

### Vſusfructus tantùm, non autem proprietas quibus coniecturis legatus præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Vſusfructus ſolus an & quando præſumatur legatus, & non ipſa proprietas.*

*Quòd quando teſtator legauit illi,qui ſolum vſusfructus eſt capax, non cenſetur legata proprietas.num.2.*

*3 Legatum præſumitur factum ſecundum legatarij conditionem & qualitatem,ne alioqui ſit inutile.*

*4 Teſtator ſi legauit vſum equorum, intelligitur vt legatarius poſſit eis vti ad vehendum ſub iugo, non autem in ludis Circenſibus niſi legatarius ſit ſolitus eſſe in dictis ludis.*

*5 Maritus ſi legauit lectum vxori ſuæ viduæ, non præſumitur legaſſe lectum ſericum.*

*6 Syluæ vſus ſi ſit legatus, præſumitur legatus vſusfructus.num.14.*

*7 Prædium ſi ſit legatum quoad quis vixerit, præſumitur legatus vſusfructus tantum.*

*8 Teſtator ſi in eodem teſtamento multa ſimilia legata fecit,loquens de vſufructu,præſumitur in omnibus legaſſe vſumfructum,licet non expreſſerit in aliquo ipſorum legatorum.*

*9 Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

*10 Teſtator ſi legauit centum ſingulis annis pro vſufructu,dicitur legatus vſusfructus,non autem proprietas.*

*11 Dictio,pro,tribus modis ſumi poteſt,& quomodo.*

*12 Legatum factum vice, loco, vel cauſa alterius rei, aſſumit naturam illius rei,cuius loco & vice relictum eſt,*

*13 Vſusfructus tantum legatus cenſetur, non proprietas, quando res, quæ legatur,non niſi vſumfructum afferre poteſt.*

*Idem quando teſtator legauit fundi vtilitatem.num.15.*

*Idem quando teſtator legauit fundum, ita tamen, vt legatarius cautionem præſtet de bene vtendo.num.16.*

*17 Maritus ſi legauit prædium vxori, & prohibuit eam à ſuis hæredibus moleſtari,vſumfructum tantum legaſſe cenſetur.*

*18 Vſufructus ſolus legatus cenſetur, quando teſtator reliquit adminiſtrationem vel gubernium.*

1 DVBITARI etiam † perſæpe ſolet,quando ſolus ipſe vſusfructus relictus præſumatur. Et cùm coniecturæ plurimum & hoc in caſu poſſint,aliquot recenſebo.

2 Prima eſt,quando † eſt teſtator legauit illi,qui vſusfructus tantùm capax eſt. Ita Angelus & Iaſon in l.cum ij.§.ſi vni.ff. de tranſact.ille col.1.verſ.ſed tu dic, quod: iſte num.5.verſ. iſtam regulam, & Boer.q.66.num.4. Quocirca reſpondi in conſ.352.num.10.lib.4.quod cùm ſtatutum Nouariæ prohibeat,maritum relinquere vxori,præter vſumfructum,& maritus reliquiſſet fundum ipſi mulieri pro vſufructu, quòd & ſi hæc verba,pro vſufructu,ſint dubia,vt dicemus infra: Nihilominus, ex quo maritus legare non potuit proprietatem, dicitur voluiſſe relinquere ſolum vſumfructum. Nam legatum
3 præſumitur factum † ſecũdum legatarij conditionem & qualitatẽ, ne alioqui ſit inutile.l.plenum.§.equitij.de vſu & hab.
4 ſi teſtator † legat vſum equorum, intelligitur, vt legatarius poſſit eis vti ad vehendum ſub iugo, non autem in ludis circenſibus: Et hoc quidem niſi legatarius ſit huius inſtituti, vt in ludis circenſibus eſſe ſoleat. Si ergo non eſt ſolitus eſſe in his ludis,atque ita ſit legatarius incapax,non cenſetur eam ob
5 cauſam factum legatum. Et hoc reſponſo † adducti annotarunt Baldus & Angelus ibi,quod ſi teſtator legat lectum vxori ſuæ viduæ,non præſumitur legaſſe lectum Sericeum: Cùm id repugnet conditioni & qualitati ipſius mulieris: & ob id præſumitur reliquiſſe lectum viduale.Et Baldum ac Angelum ſecuti ſunt Felinus in cap.cauſam,quę.num.17.de reſcript.Corſetus in ſingulari in verbo, conditio,incipit, aliquis.& Afflictus in cap.1.num.18.ex quibus cauſis feudum amitta. Et accedit quod niſi diceremus legatum eſſe vſumfructum, legatum eſſet inutile,contra.l.ſi quando.in princ.de leg.1. Et ad rem confert text.l.Diuus.ff.de vſu & hab. vbi ſi legatur vſus
6 † Syluæ,cum Syuæ nullus ſit vſus,niſi cædatur, ſit interpretatio,quod teſtator legare voluerit vſumfructum.Qua de re infrà dicemus.

7 Secunda eſt coniectura, quãdo teſtator † legauit prędium, quo ad vixerit. Hoc etiam caſu præſumitur legatus vſusfructus tantùm.Ita ſcripſi in præcedenti præſumptione in declaratione ſextæ coniecturæ.

8 Tertia eſt coniectura, quando † ſimilia legata fecit teſtator, vel paulò antè, vel paulò poſt in eodemmet teſtamento, locus eſt de vſufructu. Nam tunc vicinitas ſcripturæ declarat & hoc legatum eſſe vſusfructus.Ita reſpondit Socinus Senior in conſ.102.nu.10.verſ.nam teſtator.3.quem ſecutus ſum in d.
9 conſ.352.nu.22.lib.4.Ita enim dicimus,quòd † vna pars teſtamenti aliam declarat.l.qui filiabus.de leg.1.vbi latè Iaſ.col.1.

10 Quarta eſt coniectura, quando † teſtator legauit centum ſingulis annis pro vſufructu. Hoc etiam caſu dicitur legatus vſusfructus,non autem proprietas.Ita in ſpecie reſpondi in d.
11 conſ.352.nu.7.lib.4.Nam † dictio,pro, altero de tribus modis ſumi poteſt, vel vt ſignificet idem quod nomine Bart.in l. fideicommiſſa.§.interdum.num.2.de leg.3.dum ſcribit, idem eſſe dicere pro Titio quod nomine Titij. Idem tradunt Butrius & Imola in cap.cum M.Ferrarienſis.col.1. & ibidem Felinus num.1.de conſtitu. Poteſt etiam ſignificare idem quod loco,pro vſufructu, id eſt, loco vſusfructus: ſicuti dicimus de Proconſule,qui locum & vices conſulis obtinet.l.1.ff.de offic. proconſ.vbi Coraſius notat.& manifeſtè Bart.in l.ſi is,qui pro emptore.num.35.ff.de vſucap.& Felinus in d.c.Cum M.num. 3.ſcripſerunt idem eſſe dicere pro ciue, id eſt, qui locum ciuis obtinet.Tertio dictio,pro, ſignificat cauſam ac ſi dixiſſet cauſa vſusfructus.Corneus in conſ.32.num.6.lib.4.& Pariſius in
12 conſ.49.num.21.lib.2.Porrò cùm † aliquid relinquitur loco & vice,vel cauſa alterius rei,legatum illud aſſumit naturam illius rei, cuius loco & vice relictum eſt.l.cum ij.§.ſi in ſingulos.verſ.Cæterùm.ff.de tranſact. vbi ſi relinquitur vſusfructus loco & vice alimentorum, tranſactio debet fieri coram Prætore iuxtà reſcriptum Diui Marci,perinde ac ſi legata fuiſſent ſimpliciter alimenta.Ita etiam in l.ſi habitatio.§.1.ff.de vſu & hab.reſpondit Vlpianus,quod ſi legatur vſusfructus cauſa habitationis,ſola habitatio legata dicitur.Et hoc reſpõſo adductus cenſuit Angelus in conſ.338.Imperitia notariorum,in fine, quod ſi teſtator legauit vſumfructum ad alimenta, id eſt, (vt ille interpretatur) cauſa alimentorum, ſola ipſa alimenta cenſentur legata,& ideò quod ſupereſt, deductis alimentis, remanet hæredis. Et ſimile reſpondit Romanus in conſ.503. num.7.Cùm dixit, legatum vſusfructus factum legatario,ob id quod habet beneficia Eccleſiaſtica, reſtringitur ad vitam

legatarij, ob cauſam ipſam adiectam. Et ibi Roma. egregiè declarat quando legatum reſtringatur in cauſa ei adiecta.

13 Quinta eſt coniectura, quando † requæ legatur non niſi vſumfructum afferre poteſt, vt in caſu l. Diuus. ff. de vſu & hab.
14 quo loci reſpondit Vlp. quod ſi legatur † vſus Syluæ, cùm Syluæ nullus ſit vſus, niſi illa cædatur, ſit interpretatio, quod teſtator legare voluerit vſumfructum. Et textum illum ad rem hanc egregiè annotarunt Iaſon in l. 1. in princ. numer. 1. ff. de eo, quod certo loco. Et in l. quoties. col. 1. verſ. ſecundò adde. de verb. oblig. & Decius in conſil. 77. num. 3. Et in ſpecie ita reſpondi in d. conſ. 352. num. 13.

15 Sexta eſt coniectura, quando † teſtator legauit fundi vtilitatem. Nam dicitur vſumfructum tantummodo reliquiſſe. Romanus in ſing. quinquageſimonono Romæ, & Decius in l. ſemper in obſcuris. num. 6. in fin. ff. de reg. iur.

16 Septima eſt coniectura, quando † teſtator reliquit fundum, ita tamen vt legatarius cautionem præſtet de benè vtendo. Hoc etiam caſu dicitur legaſſe vſumfructum. Ita reſpondit Socin. Sen. in conſil. 131. numer. 16. lib. 1. & idem econtra quando noluit teneri præſtare cautionem. Ruinus in conſil. 165. nume. 1. lib. 3. Idem quando teſtator dixit, quod non teneatur reddere rationem adminiſtrationis: vt reſpondit idem Ruinus in conſ. 17. num. 13. lib. 2.

17 Octaua eſt coniectura, quando † teſtator legauit prædium vxori, & prohibuit eam à ſuis hæredibus moleſtari. Hoc caſu præſumitur vſusfructus tantùm, tum quia ſolent teſtatores ita relinquere vxoribus: tum etiam quia prohibitio hęc ſolet cauſa vſusfructus fieri. Ita reſpondit Decius in conſ. 278. nu. 5. & num. 7. Verum diſſentit Bero. in conſ. 44. nu. 11. lib. 2.

18 Nona eſt coniectura, quando † teſtator reliquit adminiſtrationem & (vt vulgò dici ſolet) gubernium. Nam tunc pręſumitur relictus vſusfructus tantùm: Ita reſpondit Socin. Iun. in conſ. 85. nume. 17. lib. 1. ex ſententia Caſtren. quem recenſet. Idem reſpondit Crau. in conſ. 25. num. 25. & 26.

## PRÆSVMPT. CXXXV.

Vſufructu legato quando ſolus ipſe vſus relictus præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Vſufructu legato, an & quando ſolùm vſus relictus præſumatur.*
*2 Teſtator ſi reliquit vni vſumfructum, deinde illius rei cuſtodiam alteri committit, dicitur reliquiſſe ſolum vſum.*
*Idem quando reliquit vſumfructum pro indigentia ſeu neceſſitate. num. 3.*
*4 Maritus ſi legauit vxori victum & veſtitum, non cenſetur eam reliquiſſe vſufructuariam, ſed vſuariam tantum.*
*5 Teſtator ſi multis relictis filijs, legauit matri vel vxori vſumfructum, cenſetur reliquiſſe ſolùm vſum.*
*Idem quando reliquit legatario vſumfructum, & iam grauauit hæredem annuis legatis. num. 6.*
*Idem quando fecit mentionem vſus, vt ſi dixit, ſe legare vxori ſuæ pro ſuo vſu, victu & veſtitu: & deinde dixit, ſe legare vſumfructum. num. 7.*
*Idem quando legauit vſumfructum domus cauſa habitandi. nu. 8.*
*Idem quando dixit, ſe legare fructus, vt de eis poſſit legatarius diſponere pro vſibus ſuis. num. 9.*

1 CONTIGIT & aliquando, quod † & ſi teſtator verbis relinquere videatur vſumfructum, quod tamen coniecturis dicendum eſt, reliquiſſe ſolum vſum, ſicuti poſt Caſtren. in conſ. 416. ad primum quæſitum videtur, quod videatur relictus. lib. 2. reſpondit Crauet. in conſ. 25. num. 28.

2 Prima eſt coniectura, † quando teſtator reliquit vni vſumfructum, deinde illius rei cuſtodiam alteri committit. Hoc enim caſu dicitur relictus ſolus vſus, quia ſi voluiſſet relinquere vſumfructum, alteri cuſtodiam nó commiſiſſet. Ita reſponderunt Caſtren. & Crauetta prædictis in locis, quos ſecuti ſunt Petrus Pekius in tract. de teſtamentis coniugum. libr. 5. cap. 9. num. 1. & Caualcanus in tract. de vſufruct. mulieri relicto. num. 20. verſ. tertio amplia.

3 Secunda eſt coniectura, † quando teſtator reliquit vſumfructum pro indigentia ſeu neceſſitate. Nam & hoc caſu præſumitur relictus ſolus vſus. ſic reſpondit Caſtren. in conſilio 371. Viſo puncto ſupraſcripto & teſtamento. colum. 1. verſic. ſecunda ratio, lib. 1. quem ſecutus eſt Crau. in d. conſ. 25. num.
4 427. quo † loci dixit, quòd ſi teſtator reliquit vxori victum & veſtitum, non dicitur eam reliquiſſe vſufructuariam, ſed vſuariam tantùm: cùm illud legatum pro neceſſitate fecerit. Et prædictos ſecuti ſunt Caualcanus in dicto Tract. de vſufructu mulieri relicto. nu. 21. & Hieronymus Gabriel in conſ. 108. num. 29. & num. 48. & 49. lib. 2.

5 Tertia eſt coniectura, quando † perſonarum qualitas id ſuadet vt dicatur relictus ſolus vſus: ſicuti quando teſtator multis relictis filiis, legauit vel matri, vel vxori vſumfructum. Nam tunc intelligitur relictus ſolus vſus. Ita Hieronymus Gabriel in d. conſ. 108. num. 21. lib. 2.

6 Quarta coniectura, quando † teſtator reliquit legatario vſumfructum, & iam grauauit hæredem annuis legatis. Hoc etiam caſu coniectura eſt, teſtatorem voluiſſe illi legatario relinquere ſolum vſum. Ita Hieronymus Gabriel in d. conſilio 108. num. 25. lib. 2.

7 Quinta eſt coniectura, quando † iam teſtator fecit mentionem vſus, vt ſi dixit, ſe legare vxori ſuæ pro ſuo vſu, victu & veſtitu, & deinde dixit, ſe legare vſumfructum. Hoc etiam caſu præſumitur legatus ſolus ipſe vſus, vt in ſpecie reſpondit Crauet. in d. conſ. 25. nume. 30. & idem ipſe ſenſit ibidem. nu. 22. & idem Crauetta in conſ. 352. num. 2. qui econtra arguit ad demonſtrandum teſtatorem ſenſiſſe de vſufructu.

8 Sexta eſt coniectura, quæ colligitur ex cauſa adiecta † legato: ſicuti quando teſtator legauit vſumfructum domus, cauſa habitandi. Hoc etiam caſu præſumitur relictus ſolus vſus. Ita Hieronymus Gabriel in d. conſ. 108. nu. 37. lib. 2. qui ſic eſt interpretatus. l. ſi habitatio. §. 1. ff. de vſu & habita.

9 Septima eſt coniectura, quando † teſtator dixit, ſe legare fructus, vt de eis poſſit legatarius diſponere pro vſibus ſuis. Hoc pariter caſu præſumitur legatus ſolus vſus. Ita Hierony. Gabriel in d. conſ. 108. num. 69. lib. 2.

Extant etiam aliquando coniecturæ, quibus colligitur teſtatorem voluiſſe relinquere nó modo vſum, ſed etiam vſumfructum, & nonnullas recenſet Crauet. in d. conſ. 352.

## PRÆSVMPT. CXXXVI.

Fructus tantùm, an ius ipſum vſusfructus quando præſumatur relictum.

### SVMMARIVM.

*1 Fructus tantum an & quando præſumantur relicti, & an & quando ius vſusfructus.*
*Quòd quando verba ſunt clarè directa ad perſonam legatarij, vt ſua manu fructus conſequi poſſit, relictum dicitur ius vſusfructus. num. 2.*
*3 Fructus tantum cenſentur à teſtatore legati, quando teſtator legat fructus alicui, quos ab hærede ei præſtari vult.*
*Quid ſi verba ſunt dubia, vt quia non diriguntur ad legatarium nec ad hæredem, vt ſi teſtator dixit, lego fructus fundi. nume. 4.*
*Et quid ſi verba ſunt dubia, & relicta eſt certa pars fructuum. numer. 5.*
*Et quid ſi relicta eſt certa quantitas fructuum. num. 6.*
*7 Ius vſusfructus præſumitur legatum, quando teſtator legauit fructus, qui percipientur & percipi poterunt ex fundo.*
*8 Hæreditatem relinquere idem eſt, quod & relinquere ipſum ius, quod percipitur ex hæreditate: & idem eſt relinquere vſumfructum, & id quod ex vſufructu percipitur.*
*9 Vſusfructus legatus cenſetur, quando teſtator legauit fructus fundi alicui, & dixit, quòd liberè vti & frui illis poſſit.*

1 DE legato † fructuum diſputari etiam ſolet, quando præſumantur relicti ipſi fructus tantùm vel ius vſusfructus. Bart. in l. fundi Trebatiani. nu. 1. ff. de vſufructu lega. diſtinguit aliquot caſus, nos alios adiiciemus & rem perfectius explicabimus.





2 Primus eſt caſus, quando † teſtator legat hic verbis, lego fructus fundi Trebatiani Sempronio, quos ſua manu & aucto ritate percipiet: vel ſi dicit, lego Sempronio perceptionem fructuum fundi Trebatiani. Hoc caſu, cùm verba ſint clarè directa ad perſonam ipſiuſmet legatarij, vt ſua manu fructus cóſequi poſſit, relictum dicitur ius vſusfructus. Ita docuit Bart. in d. l. fundi Trebatiani. nume. 1. Alex. in conſ. 214. num. 1. lib. 6. Ruinus in conſ. 4. nu. 12. lib. 3. & hoc ſecutus ſum in conſ. 330. num. 8. lib. 4.

Quam ſententiam probant d. l. fundi. & l. patrimonij. de vſufructu lega. & l. ſi quis ita. ff. de vſufructu. vbi Bald. idem ſcripſit.

3 Secundus eſt caſus † è conuerſo, quando teſtator legat fructus Sempronio, quos ei ab hærede præſtari vult: atque ita teſtator clarè dirigit verba ad hæredem. Hoc caſu cenſentur legati ipſi fructus tantùm. Ita Bar. in d. l. fundi. num. 1.

4 Tertius eſt caſus, quando † verba ſunt dubia, vt quia non diriguntur ad legatarium, nec ad hæredem, & teſtator legauit fructus fundi ſimpliciter, vt ſi dixit: Lego fructus fundi. Hoc caſu verba præſumuntur directa ad ipſum legatarium, & conſequenter præſumitur legatum ius vſusfructus. Bar. in d. l. fundi Trebatiani. num. 1. verſi. 1. caſu. ff. de vſufructu lega. & in l. cotem ferro. §. qui maximos. num 10. verſ. ſi verò omnes fructus. ff. de publica. & vectig. & ibidem Caſtren. in verſ. 4. caſus eſt: Rui. in conſ. 4. num. 15. lib. 3. Pariſ. in conſ. 55. num. 45. lib. 3. idem in conſ. 74. nu. 47. eo. lib. 3. qui in eodem caſu cum Ruino reſpondit. Alciat. in reſp. 562. num. 3. & ſecutus ſum in d. conſ. 330. num. 11. ij ſic intellexerunt. l. cum ita. ff. de vſufructu lega. & l. ſi quis ita. ff. de vſufructu. & ibidem Bald. & reliqui.

5 Quartus eſt caſus, quando † verba ſunt dubia, vt ſupra, & relicta eſt certa pars fructuum. Hoc caſu non præſumuntur verba directa ad hæredem, & conſequenter non cenſetur relictum ius vſusfructus, ſed ſolùm fructus ipſi, Bart. in d. l. fundi Trebatiani. num. 1. verſic. ſecundo caſu. Alber. in l. defuncta. §. Sempronio. ff. de vſufructu & communem aſſerit & probat Arius Pinellus in l. 1. in ſecunda parte. nu. 13. C. de bon mater. Et ij adducti ſunt ex l. defuncta. §. vlt. ff. de vſufructu, quę ſecùdum lectionem Florentinam, vt Pinellus aduertit, nil probat. Quare melius probat text. d. l. ſi quis ita. eodem tit. iuncta. d. l. cum ita. ſicuti idem Pinellus perpendit.

6 Quintus eſt caſus, quando † verba ſunt dubia vt ſupra, & teſtator legauit certam quantitatem fructuum, vtputà decem corbes frumenti. Hoc etiam caſu præſumuntur verba directa ad hæredem & conſequenter legati fructus tantùm. Bart. in d. l. fundi. num. 1. verſ. tertio caſu: idem l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contrah. empt. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo. obligatio.

7 Sextus eſt caſus, quando † teſtator legauit Sempronio fructus, qui percipiantur, & percipi poterunt ex fundo. Hoc caſu præſumitur legatum ius vſusfructus. Bar. in d. l. fundi Trebatiani. num. 2. ff. de vſufructu lega. & de emptione loquens, idem tradit ipſe Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 9. ver. nec eum. ff. de publica. & vectigal. Quam ſententiam pro
8 bat Bart. ex l. cogi. §. 1. ff. ad Trebell. vbi idem eſt † relinquere hæreditatem & ipſum ius, quod percipitur ex hæreditate. Atque ita idem erit relinquere vſumfructum, & id quod ex vſufructu percipitur. Et hanc traditionem probauit Alciatus in reſp. 503. num. 1. ver. quod autem: & ego ipſe ſecutus ſum in d. conſ. 330. num. 12.

9 Septimus eſt caſus, quando † teſtator legauit fructus fundi Sępronio, & dixit, quod liberè vti & frui illis poſſet, vel quod illi eſſent in ſua libera poteſtate. Hoc caſu præſumitur teſtator legaſſe ipſum vſumfructum. Ita reſpondit Alexan. in conſ. 214. num. 1. verſ. pro hoc etiam. lib. 6. & idem ſenſerunt Gozadinus in conſil. 21. num. 17. & in conſ. 91. num. 7. & Socinus Iunior in conſ. 72. num. 4. lib. 2. & hos ſecutus ſum in d. conſ. 330. num. 9.

## PRÆSVMPT. CXXXVII.

Res venales an in legato rerum mobilium vel earum vſufructu comprehenſæ à teſtatore præſumantur.

### SVMMARIVM.

*1 Venalia an in legato rerum mobilium vel earum vſusfructu comprehenſa à teſtatore præſumantur.*
*Quòd ſi teſtator legauit certum genus bonorum, non comprehenduntur res venales. num. 2.*
*Idem quando teſtator legauit ſimpliciter bona ſua mobilia non adiecto ſigno vniuerſali. num. 3.*
*4 Legatum omnium bonorum mobilium adiecto ſigno vniuerſali vniuerſitate bonorum continere res mobiles venales, ſeu earum vſusfructus.*
*Idem quando teſtator dixit, lego omnia bona mea mobilia ſiue lanæ, ſiue argenti, vini, vel alterius cuiuſcunque rei. num. 5.*
*Quid ſi teſtator indefinitè locutus eſt dicens: lego res meas mobiles. num. 6.*
*Quid ſi dixit, lego omnia bona mea mobilia, quæ in dono ſunt. n. 7.*
*8 Res venales comprehenduntur in legato rerum mobilium, quando coniecturis & præſumptionibus conſtat, teſtatorem voluiſſe ſub eo legato eas comprehendere: & quibus coniecturis id conſtare poſſit, oſtenditur. num. ſeq.*
*9 Venales res comprehenduntur in legato rerum mobilium, quando teſtator dixit: lego vxori meæ omne frumentum, quod domi habeo: & teſtator nullum aliud frumentum haberet, quam illud venale.*
*Idem ſi teſtator dixit: lego frumentum, quod domi quocunque modo habeo. num. 10.*
*Idem quando res venales ſunt fructus collecti ex fundis & agris teſtatoris, & non negociationis cauſa. num. 11.*
*Idem ſi teſtator legaret omnia quæ domi habet, excepta lana venali: nam omnes aliæ res venales cenſentur cóprehenſæ. nu. 12.*
*Idem ſi pater diuerſis legat filio. num. 13.*

1 DISPVTATIO eſt † frequens & egregia, an in legato rerum mobilium vel ipſarum rerum vſufructu comprehenſæ pręſumantur res venales? Qua de re aliquando reſpondi, & aliquot caſus diſtinxi vnà cum Paulo Pico in l. Titia. §. Titia, nu. 112. de leg. 2. ac etiam Didaco lib. 2. varia. reſolu. c. 5.

2 Primus eſt caſus, quando † teſtator legauit certum genus bonorum mobilium, adiecto etiam vniuerſali ſigno, vt ſi dixit: lego omne argétum, vel lego omnes veſtes. Hoc caſu non continentur res venales. Ita (inquit Picus) intelligitur l. pediculis. §. cum quæreretur. ff. de auro & argento legato: ſic etiam loquuntur Bar. in l. Diuus. ff. de bonis damna. & Bald. in rubr. C. de lega. Idem affirmauit Didacus in d. c. 5. num. 1. verſic. ſecunda concluſio, qui in hanc ſententiam perpendit l. ſeruos §. vlt. de leg. 3.

3 Secundus eſt caſus, quando † teſtator legauit ſimpliciter bona ſua mobilia: atq; ita non adiecit ſignum vniuerſale vniuerſitati bonorum. Hoc etiam caſu non veniunt bona venalia. Ita (ait Picus) loquitur Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufructu lega.

4 Tertius eſt caſus, quando † teſtator appoſuit ſignum vniuerſale vniuerſitati bonorum, vt ſi dixit: lego omnia mea mobilia, vel vſumfructum omnium bonorum meorum mobiliũ. Hoc caſu continentur res mobiles venales, ſed earum rerum vſusfructus. Ita (ait idem Picus) loquitur Bart. in d. §. vxori. nu. 4. verſ. ſed contra. Idem affirmarunt Alex. in l. ſi conſtante. num... in 3. q. Bar. ff. ſoluto matr. Neguſant. in tract. de pigno. in ſecunda parte, in ſecundo membro. num. 16. & Didacus in d. c. 5. nu. 1. adducti text. l. quoties. §. vlt. ff. de vſufructu. Et his accedunt Decius in l. omnia. num. 1. ff. ſi certum peta. in conſ. 75. num. 2. & in conſ. 294 nu. 3. Curt. Iun. in conſ. 45. num. 4. & Bero. in q. 29.

5 Quartus eſt caſu, quando † teſtator appoſuit ſignum vniuerſale vniuerſitati bonorũ, enumerando tamen aliquot ſpecies, nulla tamen facta reſtrictione ad locum, ſicuti quando ita dixit: lego omnia bona mea mobilia, ſiue lanæ, ſiue argenti, vini, frumenti, vel alterius cuiuſcunq; rei. Hoc caſu etiam venalia cóprehenſa dicuntur. Ita docuit Bart. in d. §. vxori. nu. 4. ver. fateor. quę ſecuti ſunt congeſti à Didaco in c. 5. nu. 1. verſ. 3. concluſio. Idé in ſpecie ſcripſerút Rui. in conſ. 32. n. 6. lib. 2.

6 Quintus eſt caſus, quando † teſtator indefinitè locutus eſt, vt ſi dixit: Lego res meas mobiles, lego vſumfructum re-

rum meorum. Hoc in caſu Decius in l.1.nume.18.ff.de regul. iuris, ſenſit non contineri res venales. Et ibidem ſcripſerunt multi congeſti à Pinelo in rub.C.de bonis maternis.in prima parte nume.38. Verũ diſſentit Didacus in d.c.5.nume.3.verſ. ego contrarium iure, qui dixit, ita ſenſiſſe Bart.in d.§.vxori. nu.4. verſ.ſolutio. Et poſteriorem hanc opinionem exiſtimo veriorẽ: cũ indefinita æquipolleat vniuerſali.l.ſi pluribus de leg.2. Et eiuſdem ſententiæ fuit Modernus Pariſius in additio.ad Decium in d.l.1.numero 18.de reg.iuris & Pinelus in d.nu.38.qui alios commemorant.

7 Sextus eſt caſus, quando † teſtator appoſuit ſignum vniuerſale, ſed tamen reſtrinxit ſe ad locum, vt ſi ita legauit, Lego omnia bona mea mobilia, quæ in domo ſunt. Hoc caſu non cenſetur teſtator legaſſe res venales. Ita Bar.in d.§.vxori. nume.4.verſ.ſed hic teſtator, quem ſecuti ſunt Imola in l.ex facto.§.rerum.ff.de hæred.inſt. Decius in l.1.numero 29.de reg.iuris. Afflictus in deciſ.126.numero 5. Neguſantius in Tract.de pignoris in ſecunda parte in ſecundo membro,nu. 14.& Didacus in d.cap.5.nume.3.verſ.quarta concluſio, qui alios refert. Et his accedunt alij multi congeſti ab Ario Pinelo in rub.C.de bonis maternis.in prima parte.nume.39.& in l.2.in ſecunda par.numero 47.in fi.& numero 48.C.eo.tit.de bonis mater. Et prædictis addo Bero.in q.29.& Hier.Gabrielem in conſil.98.numero 13. Et ſatis clarè probatur ſententia hæc l.pediculis.§.item cum quęretur.ff.de auro & argen. leg. ſicuti eum perpendunt Didacus & Pinel.aduerſus Crottum.

8 Declaratur hic † caſus, vt non habeat locum, quando coniecturis & præſumptionibus conſtat, teſtatorem voluiſſe ſub eo legato rerum mobilium reſtricto ad locum comprehendere etiam res venales. Nam tunc comprehenſæ dicuntur. Ita probat text.d.l.pediculis.§.item cum quæretur.in fi. Didacus præcitato in loco.

9 Prima eſt coniectura, quando † teſtator ita dixiſſet. Lego vxori meæ frumentum omne, quod domi habeo. Et teſtator nullum aliud frumentum domi haberet, quàm illud venale. Hoc caſu in legato continetur frumentum venale. Ita glo.in d.§.vxori.Baldus in rub.C.de verb.ſignif.q.4.Caſtren.in l.1. nume...C.eo.& ibidem Iaſon.nume....Gomeſ.in.§.item ſeruiana.nume.19.in inſt.de actio.Cagno.in l.1.numero 29.de reg.iuris. Didacus in d.lib.2.varia.reſolu.c.5.numero 3.verſ. primò ſi quidem. Eſt ſimile quod ſcripſi ſupra in præſumpt. .. cum dixi, legato frumẽto, quod eſt in ciuitate, deberi exiſtens in ſuburbio, ſi teſtator in ciuitate nullum habebat frumẽtum. Et hoc quidem, ne inutile ſit legatum.

10 Secunda eſt coniectura, quando † teſtator vſus eſt his verbis, Lego vxori meæ frumentum, quod domi quocunque modo habeo. Ita Bart.in d.§.vxori, in fi. Alex.in conſil.118.nume. 5 lib.5. Corneus in conſ.14.lib.1. Cagnolus in d.l.1.nume.29. de reg.iuris, quos ſecutus eſt Didacus in d.c.5.nume.3.verſ. ſecundo conſtat. Idem reſponderunt Ruinus in conſil.31.nu. 5.lib.2. Gozad.in conſilio 14.numero 22.prope medium, Rubeus in conſi.135.nu.2. Cur.Iun.in conſ.45.numero 4. Puteus in deciſ.20.nu.3.lib.3.qui declarat. Verùm. Decius in conſil. 92.nu.3.& Hier.Gabriel in conſ.98.nu 16.dubitant.

11 Tertia eſt † coniectura, quando res ſunt quidem venales: erant tamẽ fructus collecti ex fundis, & agris ipſius teſtatoris. Nec eas teſtator negotiationis cauſa venales habebat: ſed quia neceſſario erant vendendæ, venales dicebantur. Hæres cenſentur comprehenſę in legato hoc reſtricto ad locum. Ita ex ſententia Deci in cõſilio 472.in fi.ſcripſit Didac.in d.c.5. nume.3.verſ.3.apparet. Et eſſe opinionem æquiſſimam aſſeruit Arius Pinelus in rub.C.de bon. mater.in prima parte.nu. 44.& ſi ipſe dubitat, ponderãdo.d.§.vxori. Et apertius diſſentit Hiero.Gabriel in conſi.98.nu.36.qui aliquot rationibus & argumentis vſus eſt.

12 Quarta eſt cõiectura, ſi teſtator † his verbis ita legaret. Lego vxori meę omnia, quæ domi habeo, excepta lana venali. Hoc caſu in eo legato continentur res aliæ omnes venales. Ita in ſpecie ſcribunt Decius in l.1.nume.31.de reg.iuris & ibidem Cagnol.num.29.& Dida.in d.c.5.nume.4.qui copiosè diſputat. Et idem ſenſit Rui.in conſ.32.nu.7.verſ.ponderãda.lib.2.

13 Quinta eſt coniectura † ſumpta à qualitate perſonæ legatarij & quantitate patrimonij teſtatoris, vt ſi teſtator diues legauit filios res quæ in domo ſunt, hoc caſu præſumitur legaſſe etiam res venales. Ita Romanus in ſing.649. Regula eſt, qui dixit, eſſe hac de re textum ſingularem in l.quæſitum.§.ſed & ipſe Papinia.ff.de fundo inſtructo, inſtrumentóque lega. Et Romanũ ſecutus eſt Puteus.in deciſ.20.in fin.lib.3.referens ſic Rotam Romanam diffiniuiſſe.

## PRÆSVMPT. CXXXVIII.

### Pecunia an in legato rerum mobilium, vel eorum vſufructu comprehenſa præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Pecunia nunquid veniat nomine rei mobilis, & inter res venales contineatur in legato.*

*2 Pecunia repoſita in arca, vt inde non amoueatur, ſed ſit loco præſidij, in legato rerum mobilium continetur.*

*Et quid ſi pecunia fuit in arca repoſita non loco præſidij, ſed vt impenderetur. nume.3.*

*4 Pecunia repoſita in arca vt vel impenderetur, vel mutuo daretur, & teſtator legauit omnia ſua bona mobilia, cenſetur legata etiam dicta pecunia.*

*5 Sermo vniuerſalis complectitur omnia, & nihil excludit.*

*6 Pecunia mobilium nomine continetur, quando teſtator indefinitè legauit mobilia.*

*Et hoc etiam ſi pecunia eſſet fœnori & cambijs deſtinata. nume.7.*

*8 Pecunia repoſita in arca vt impendatur vel mutuo detur, nõ cenſetur legata, ſi teſtator legat res mobiles exiſtentes in domo.*

*9 Teſtator ſi grauauit hæredem ſoluere omnia & quæcunque debita, quæ ipſe habebat in aliquo loco, non ſe extendit legatum ad exiſtentia in alio loco.*

*10 Teſtator ſi legauit ſupellectilia omnia exiſtentia in arca, reſtringitur legatum ad illa tantum.*

*11 Pecunia ſi fuerat deſtinata à teſtatore, vt reponeretur in arca, ſed non fuit adhuc repoſita, habetur pro non repoſita, nec legata cenſetur ſub nomine mobilium.*

*Idem quando pecunia fuit repoſita in arca, ſed dubitatur, an ibi ſit loco præſidij, vel vt impendatur, vel mutuo detur. num.11.*

*12 Pecunia ſubrogata loco rei mobilis, in legato rerum mobilium contineri cenſetur.*

*13 Pecunia in legato non comprehenditur appellatione rerum mobilium, quando in loco, in quo teſtator teſtatus eſt, communis loquendi vſus eſt, quòd appellatione bonorum mobilium non venit pecunia.*

*14 Debitorum nomina an in legato bonorum comprehendantur.*

1 DISPVTATIO † hæc ſatis diſcuſſa, & abſoluta ex præcedenti videri poteſt. Nam pecunia inter res venales contineri dicitur.l.vxori.§.legauerat de leg.3.l.vlt.C. de compenſ. & ibidem Baldus, & idem in l.Certi.q.6.C.locati. Alex.in additio.ad Bart.in l.generali.§.vxori.ff.de vſufructu lega.quem in ſpecie ſecuti ſunt Picus in l. Titia.§.Titia cum nuberet. numero 112. in fine, de leg.ſecundo. Hieronymus Gabriel in conſilio 98. num.28.& Arius Pinelus in l.1.in ſecũda parte.nume.47.C.de bonis mater.verſicul.quam æquiparationem, qui recenſet & Bartolum in l.Quintus.§.1.ff.de auro, & arg.lega. qui affirmãt pecuniã & res venales à pari procedere. Verùm facilioris traditionis gratia; & cùm aliqua ſint huius diſceptationis propria, quę ita præcedentibus non adaptantur, ea propter de his ſpeciatim diſſerendum eſt. Hac itaque in re conſtituimus aliquot caſus, ſicuti etiam & in præſumptione præcedenti diſtinximus.

2 Primus eſt caſus, quando † pecunia erat ita repoſita in arca à teſtatore, vt inde non amoueretur: ſed eſſet loco præſidij. Hoc in caſu in legato rerum mobilium continetur. Ita probat.l.ſi chorus.§.primo.ff.de legat.3.ibi: *At eos, quos præſidij cauſa repoſitos habet, legato contineri.* Hæc ſanè pecunia ſui natura res mobilis eſt. Nec dicitur venalis: ſicuti illa, quæ conſueuit mutuo dari, vt mox dicemus. Et quamquam vel nullus, vel modicus ſit huius pecuniæ vſus: attamen vſus ipſe conſiderabilis eſt: cùm præſidij cauſa in arca fuerit repoſita, & propterea reſpondi aliquando in conſilio 485.vſufructu rerum omnium mobilium legato, cenſeri legatum etiam



vſumfructum huius pecuniæ ſic in arca repoſitæ, rationes ibi commemoraui.

3 Secundus eſt caſus, quando pecunia † fuit repoſita in arca, non vt ibi eſſet loco præſidij, ſed vt impenderetur: eam tamen teſtator deſtinauit ad emptionem bonorũ immobilium. Hoc in caſu magna eſt dubitatio, an rebus mobilibus legatis comprehendantur hæc pecunia. Nã permulti in ea ſunt opinione, quod hęc pecunia dici potius debeat res immobilis quã mobilis ob deſtinationẽ, & cõſequenter non contineri in legato rerũ mobilium. Ita ſanè ſcripſerunt congeſti à Boerio.q.119. num... & illis accedunt alij. Verùm à prædictis diſſentiunt plures alij commemorati à Tiraquello in tracta.de retractu conſang.§.1.gl.7.nume.106.& 107. & communem teſtantur Ripa l.1.§.fuit quæſitum.num.....ad Treb.Iaſ.in l.cętera. §.ſed ſi parauerit. num.22.de leg.1.& Socin.Iunior in conſil. 120.num.18.lib.1. Et eandem probarunt Pinelus in l.1.in ſecunda parte.nu.44.C.de bonis mater. ij quidem ſcripſerunt, pecuniam hanc adhuc cenſeri rem mobilem, & propterea in legato mobilium contineri.

4 Tertius eſt caſus, quando † pecunia fuit repoſita in arca, non vt ibi eſſet, ſed vel impẽderetur, vel mutuo daretur, & teſtator ſimpliciter legauit omnes res ſuas mobiles, vel omnia bona ſua mobilia: nulla facta reſtrictione ad locum. Hoc caſu cenſetur etiam legata hæc pecunia. Ita in ſpecie reſponderunt Decius in conſ.381.num.4.& in conſ.472.num.8. Curtius Iunior in conſil.183.num.4. Pariſius in conſil.67.num.12.& in conſ.79.num.45.lib.2.& Natta in conſ.117.nu.5. Idem ſcripſerunt Tiraquellus in Tract.de retractu conſang.§.1.glo.7. nu.102. Rebuffus in leg.mouentium.col.2.verſ.ſecundò mobilium.ff.de verb.ſignificatio. Arius Pinelus in d.l.1.in ſecunda parte.num.45.C.de bonis mater.& Caualcanus.in Tract. de vſufructu mulieri relicto.num.82.verſ.veniunt etiam pecuniæ.

5 Ea ratione vſi ſunt, quia † ſermo vniuerſalis complectitur omnia, & nihil excludit.l.Iulianus.de leg.3. Et certum eſt, quod appellatione mobilium continetur pecunia.§.& quia parum.verſ.ſi vero vniuerſa.in Auth.de nuptiis.& ibi annotauit Angelus.

6 Extenditur primò hic caſus, vt procedat † etiam quando teſtator indefinitè legauit mobilia. Nam adhuc & pecunia continentur, vt poſt alios tradit Pinelus in d.l.1.in ſecunda parte, num.45.C.de bonis mater.

7 Extenditur † ſecundò, etiam ſi ſit pecunia hæc fœnori & cambiis deſtinata. Ita Pinelus.d.num.45.verſ.quod amplio.

8 Quartus eſt caſus, quando † pecunia fuit repoſita in arca, vt impẽderetur, vel mutuo daretur, & teſtator legauit res mobiles exiſtentes in domo, & ſic legauit limitatè & reſtrictè mobilia domus. Hoc ſanè caſu non cenſetur legata illa pecunia. Ita affirmarunt Corneus in conſ.49.nume.11.lib.3. Picus in l. Titia.§.Titia.num.112.in fi.de lega.2. Didacus in lib.2.varia reſolutio.cap.5.num.1.verſ.quarta concluſio.& Arius Pinelus in d.l.1.in ſecunda parte.num.46.C.de bonis mater.qui eiuſdem ſententiæ alios commemorant. Idem reſpondit Hieronymus Gabriel in conſ.98.num.28.& num.30. Quam quidem ſententiam ſatis manifeſtè probat.d.l.ſi chorus.§.1.de lega.3.ibi. *Numos ibi repoſitos, vt mutui darentur, non eſſe legatos.* ſic etiam intelligitur.l.quæſitum.§.1.de lega.3.teſtator legauerat filio fundum cum ſuis habitãtibus, id eſt, familia, & quæ ibi erant: Dubitatũ fuit, an nomina debitorum & pecunia ſub eo legato contineretur. Reſpondit Paulus, non videri compræhenſa, niſi clarè probetur. Ea creditur eſſe ratio, quia legatum fuit limitatè factum, nempè ad ea, quæ erant in fundo, inter quæ connumerari non poteſt pecunia hæc, quæ non erat permanſura in loco illo. Cùm ob celerem motum, & vſum continuum non videatur eſſe in loco, & vt ſcribit Baldus in l. certi.q.6.C.locati. Et textum hunc ſic intellexit Bart.ibidem Ita etiam intelligitur.l.ſi mihi Mæuia.§.vlt.de leg.3. Et accedit quod ex d.l.quæſitum.§.1.reſpondit Oldra.in conſi.8.nu.

9 4.ſi teſtator grauauit † hæredem ſoluere omnia & quæcumque debita quæ habebat ipſe teſtator aliquo in loco, legatum eſt reſtrictum, & limitatum: nec ſe extendit ad exiſtentia in

10 alio loco. Et ſimile † cenſuit Gozad.in conſ.82.num.10.quod ſi teſtator legauit ſupellectilia omnia, exiſtentia in arca, reſtringitur ad illa tantùm. Et ſimile reſpondit Hiero. Gabriel in conſ.98.num.3.& num.12.

11 Quintus eſt caſus, quando † pecunia adhuc non fuit repoſita in arca, ſed teſtator deſtinauerat eam ibi reponere. Hoc in caſu habetur pro non repoſita, & propterea legata non cenſetur. Ita ſenſit Pinelus.in d.l.1.in ſecunda parte.num.49.ver. quæſtionis autem. C.de bonis matern.cùm dixit, locum non eſſe.d.l.chorus.§.1.

12 Sextus eſt caſus, quando † pecunia fuit quidem repoſita in arca: ſed dubium eſt, an fuerit ibi repoſita, vt ibi eſſet loco præſidij ſicque perpetuò, vel vt impediretur, vel mutuò daretur: & teſtator ſimpliciter legauit mobilia domus. Hoc ſanè caſu non præſumitur legaſſe hanc pecuniam. Ita in ſpecie reſpondit Hieron.Gabriel.in conſ.98.num.27. Ea ratione adductus, quod in dubio pecunia præſumitur repoſita in arca, vt impenderetur, & mutuo daretur: cum ſui natura (vt diximus ſuprà) ſit alienationi parata.

12 Septimus eſt caſus, quando pecunia † fuit ſubrogata loco rei mobilis, quæ in ipſo legato continebatur vt in caſu l.prædia.§.liberto.ff.de fundo inſtructo inſtrumentoque legato. Teſtator legauerat fundum, & ea, quæ in eo eſſent tempore mortis ſuæ: & cum in eo fundo eo tempore conditi teſtamenti haberet vinum in doliis, partem eius vendidit, & pretium recipit. Reſpondit Scæuola in eo legato contineri etiam numos illos. Ea ratione id factum eſſe intelligo, quia teſtator habuit numos loco vini viditi: quod alioqui in legato continebatur. Et hanc exiſtimo probabiliorem interpretationem ea, quam attulit Hier.Gabriel.in conſ.98.nu.31.& 32.& ibidem num.35.intelligit.d.§.liberto.poſt Odoffredum ibi, loqui de modica pecunia, quam teſtator ſui vſus quotidiani cauſa habebat in arca.

13 Octauus eſt caſus, quando † ea in ciuitate eo loco, in quo teſtator teſtatus eſt, communis loquendi vſus eſt, quod appellatione bonorũ mobilium non intelligitur de pecunia: ſed de aliis mobilibus. Hoc ſanè caſu, non comprehenditur pecunia. Ita Oldr.in conſ.219.num.qui teſtatur, communem hunc loquendi vſum eſſe in Gallia. Idem de commuui vſu loquendi Montisferrati affirmat Natta in conſ.117.nume.6.lib.1.ſic & de communi vſu loquendi aliarum regionum aſſerit Pinelus in d.l.1.in ſecunda parte.numero 50.C.de bonis maternis.

14 Eſt ſimilis propè diſputatio, an † nomina debitorum comprehendantur legatis bonis? Qua de re Alex.conſ.668.num, 5.lib.6.Cor.in conſ.49.lib.3.Pariſ.in conſ.82.in ſecundo dubio lib.2.& Puteus in deciſ.20.lib.3.

## PRÆSVMPT. CXXXIX.

### Vſusfructus vel alimenta tantùm an & quando teſtator reliquiſſe præſumatur vxori, filiis iam hæredibus inſtitutis.

### SVMMARIVM

*1 Teſtator an & quando præſumatur reliquiſſe vxori vſumfructum vel alimenta tantum, filijs iam hæredibus inſtitutis.*

*Quòd ſi ita dixit, iam inſtituto hærede.*

*Vxorem meam relinquo dominam, vel dominam & maſſariam: præſumitur reliquiſſe ipſi vxori non dominium bonorum, ſed præeminentiam, quam vxor habebat in domo viuente marito, num.2.*

*Et ſic alimenta tantum conſequi debet. ibid.*

*Et quare non ſit cenſenda cohæres. num.3.*

*4 Vxore relicta domina, & vſufructuaria: quid denotent illa verba, domina, & vſufructuaria.*

*5 Teſtator filijs hæredibus inſtitutis, non præſumitur velle eos priuare vſufructu omnium bonorum, nuda eis relicta proprietate, etſi dixerit, quòd vxorem reliquit dominam & vſufructuariam,*

*6 Pater cenſetur magis diligere filios quam propriam vxorem.*

*7 Teſtator ſi relinquit vxorem dominam & vſufructuariam donec vixerit, & poſt eius mortem inſtituit filium, conſequitur vſumfructum omnium bonorum.*

*Et quid ſi ſimpliciter dixit: Relinquo vxorem meam vſufructuariam omnium bonorum meorum. num.8.*

*9 Verba quando ſunt clara, non eſt ab ipſa proprietate ſermonis recedendum.*

Reced

Receditur tamen ab ipſa proprietate ob veriſimilem mentem teſtatoris. num.11.

10 In Claris non eſt opus coniecturis.

12 Verba impropriantur, vt conueniant ſubiectæ materiæ.

13 Vxori cenſentur relicta alimenta tantum, quando teſtator dixit ſe relinquere ipſam vſufructuariam bonorum, ſi refertur nomen vſusfructus ad ipſa bona.

Contra, num.14.& bene.

15 Vſusfructus dicitur eſſe in rebus vel in iuribus.

16 Expreßio eius quod tacitè ineſt, nihil operatur.

17 Vxori cenſetur verè relictus vſusfructus, quando dixit teſtator ipſam velle eſſe vſufructuariam talis fundi.

Idem quando ei reliquit vſumfructum plurium rerum particularium. num.18.

Idem quando reliquit vſumfructum alicuius quotæ ipſius hæreditatis. num. 19.

20 Teſtator ſi reliquit vxorem vſufructuariam omnium ſuorum bonorum mobilium & immobilium iam inſtituto hærede, nunquid cenſeatur vere ei legatus vſusfructus, an alimenta tantum.

Et quid ſi dixit: Et vxorem meam relinquo vſufructuariam vnà cum filijs meis inſtitutis. num.21.

22 Dictio, vnà, ſignificat vnitatem, & æqualitatem.

23 Filij hæredes inſtituti non ſola alimenta conſequi debent, ſed vſumfructum quoque obtinere debent.

24 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.

25 Verba, quæ important diminutionem, non debent interpretari, vt augeant effectum ipſorum verborum.

26 Dictiones, vnà cum, quomodo importent diminutionem, & augmentum.

27 Vxor an cenſeatur propriè vſufructuaria vel alimentaria, ſi teſtator reliquit eam vſufructuariam omnium bonorum, & eam liberauit à præſtatione cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.

Et quid ſi eam liberaret teſtator à redditione rationum adminiſtrationis ipſorum bonorum. nume.28.

29 Alimentarius quo caſu teneatur reddere rationem adminiſtrationis, & num.32.

30 Vſufructuarius verus facit fructus ſuos, & nulli tenetur reddere rationem adminiſtrationis.

Contra, num.31.

33 Vxor nunquid vſufructuaria præſumatur an alimentaria, quando teſtator inſtitutis filijs dixit velle ipſam eſſe vſufructuariã omnium bonorum, liberando eam à confectione inuentarij.

Et quid ſi teſtator prohibuit eam moleſtia aliqua affici. nume.34.

Et quid ſi reliquit ei vſumfructum omnium bonorum deductis legatis. num.35.

Et quid ſi poſt eius mortem, vel ſub conditione, puta ſi nupſerit, inſtituit filios hæredes. num.36.

37 Vxor præſumitur verè vſufructuaria, non alimentaria, quando maritus ei legauit plenum & integrum vſumfructum.

Idem quando reliquit ipſi vſumfructum, & eam grauauit ſoluere onera. num.38.

Idem quando ei relicto vſufructu teſtator dedit ei facultatem plenè diſponendi de fructibus omnium bonorum. num.39.

40 Vſufructuarius habet ius vtendi, & fruendi alienis bonis, ſalua rerum ſubſtantia.

41 Vxori præſumitur vere legatus vſusfructus non autẽ alimenta tantum, quando teſtator reliquit ipſi vſum, & vſumfructum omnium, & ſingulorum bonorum.

Idem quando teſtator primò certæ partis bonorum reliquit vſumfructum, deinde legauit omnium bonorum vſumfructum: vbi patet Decium æquiuocaſſe in huiuſmodi caſu. num.42.

Idem quando conſtat, teſtatorem in vna parte teſtamenti reliquiſſe verum vſumfructum, & in alia parte ſimpliciter reliquiſſe vſumfructum. nume.43.

Idem quando teſtator in teſtamento reliquit vxorem alimentariam, deinde mutato teſtamento per codicillos in eis reliquit eam vſufructuariam. nume.44.

Idem quando teſtator dixit, quòd nec hæredes ſui, nec alij poſſent æſtimare vxori bona aliqua mobilia vel ſe mouentia, vel alterius cuiuſque generis, ſed volebat ipſam vxorem teneri reſtituere bona in eo ſtatu, in quo reperientur, cùm extinctus erit vſusfructus. num.45.

Idem quando teſtator dixit, quòd relinquebat vſumfructum omniũ bonorum ipſi vxori liberè. num.46.

Idem quando teſtator legauit vſumfructũ ipſi vxori, excepto victu & veſtitu filiorum. num.47.

Idem quãdo dixit, Relinquo vxorem meam vſufructuariam etiam exiſtentibus filijs meis. num.48.

Idem quando teſtator reliquit ipſam vxorẽ vſufructuariam in omnibus, & per omnia. num.49.

Idem quando dixit, Relinquo vxorem vſufructuariam hæredem. num.50.

Idem quando dixit, Relinquo vxorem vſufructuariam, ita quod non alimenta tantum habeat, ſed plenum & integrum vſumfructum. num.51.

Idem quando in vna parte teſtamenti teſtator dixit, Relinquo vxorem vſufructuariam: & deinde in alia parte dixit, relinquere alimenta. num.52.

Idem quando teſtator reliquit ipſi vſumfructum annuum & conditionalem. num.53.

Idem quando teſtator reliquit ipſam vſufructuariam omnium & ſingulorum: vel omnium & cuiuſlibet generis bonorum ſuorum. num.54.

Idem quando inſtitutis filijs reliquit vxorem dominam & vſufructuariam ſi non nupſerit, & ſi nupſerit habeat vſumfructum talis prædij. num.55.

56 Vxori alimenta tantum debentur, quando teſtator dixit quòd relinquit eam vſuariam.

Idem quando reliquit ipſi habitationem, num.57.

57 Maritus cẽſetur vſufructuarius bonorum mulieris in omnibus illis caſibus in quibus vxor ipſa vſufructuaria dicitur: & in omnibus etiam alimentarius ſicut ipſa vxor.

59 Maritus & vxor ſunt duo correlatiua.

60 Diſpoſitum in vno ex correlatiuis habet locum & in altero.

61 Correlatiua ſimul & eodem tempore naſcuntur, & naturaliter ſimul ſunt.

Et vno ex correlatiuis prohibito cenſetur, & alterum prbibitum. num.62.

63 Maritus & vxor dicuntur eſſe ſocij diuinæ & humanæ domus, & ſunt vna & eadem caro.

64 Teſtator inſtitutis filijs hæredibus ſi aliam perſonam quam vxoris reliquit omnium bonorum vſufructuariam, præſumitur reliquiſſe alimenta tantum, non autem vſumfructum.

65 Princeps ſi filijs inſtitutis reliquit vxorem vſufructuariam, cenſetur ipſa vxor ſolùm alimentaria.

66 Vxor, quæ à viro relicta eſt vſufructuaria inſtitutis filijs, conſequitur alimenta tantum, ſiue filij ſint primi ſiue ſecundi matrimonij.

Et idem dicendum fauore nepotum, qui locum filij obtinent. numero 67.

Idem dicendum quò ad filios adoptiuos. num.68.

Idem quò ad filius legitimatos. num.69.

Idem quò ad filios naturales & ſpurios, quando poſſunt ſuccedere. numero 70.

Idem quando teſtator, exiſtente filia, eam dotauit, & fratrem proprium hæredem inſtituit, & ipſi vxori vſumfructum reliquit. numero 71.

Et idem quando pater inſtituit filium aliàs à ſtatuto excluſum, ſtantib. filijs vel agnatis. nume.72.

73 Vxor ſi eſt relicta vſufructuaria, cenſetur vere vſufructuaria, quando teſtator eos inſtituit, qui non ſunt propriè filij, ſed loco filiorum habentur.

Idem dicendum quo ad fiſcum, qui ſuccedit loco filiorum. numero 78. nam.

79 Fiſcus licet loco filiorum ſuccedat, ſuccedit tamen & habetur tanquam extraneus.

80 Vxor præſumitur verè vſufructuaria, non autem ſolum alimentaria, quando conſtat, teſtatorem multum ipſam dilexiſſe, & odio habuiſſe filios.

Idem ſi poſt mortem filiorum ſuperuiuit ipſa vxor, quia reaſſumit vſumfructnm. num.81.

Et idem quãdo filij hæredes inſtituti deſinunt eſſe domini bonorum patris aliter quam morte. num.82.

Et idem quando poſt mortem filij ſuccedit pia cauſa. num.84.

83 Fiſcus ſuccedit delinquenti tanquam extraneus ſucceſſor.

85 Vxor poſt mortem filiorum non conſequitur vſumfructum bonorum mariti, ſi verba teſtatoris, quæ ſui natura importabant vſumfructum, per conſuetudinem Bulgari reſtricta ſunt ad ſola alimenta.

Idem quando vſusfructus eſt minoris valoris quam ipſa alimenta. num.86.



1 EST frequens † hæc diſputatio tota coniecturalis, de qua plura ex recentioribus ſcripſerunt Antonius Gabriel in libr. 5. concluſionum in tit. de vſufructu, concl. 2. Mantica in lib 9. de coniecturis vlt. volunt. tit.7.& Caualcanus in Tract. de vſufructu mulieri relicto. nu. 17. Ego verò diſtinguo & conſtituo duo capita: ſicuti diſtinxit & Antonius Gabriel. Primum eſt, quando teſtator, inſtitutis filijs, legatum fecit vxori, vel his, qui locum filiorum obtinent. Secundum quando inſtitutis extraneis, reliquit prædictum vſumfructum vxori. De primo capite hic agemus: de ſecundo in ſubſequenti præſumptione. Hic prius præmittendum eſt, totam hanc diſputationem (vt attigi ſupra) eſſe coniecturalem, quemadmodum fatentur omnes à coniecturata voluntate pendere, an vxor relicta ſit vſufructuaria, vel alimentaria tantum. Ita ſanè ſcripſerunt Caſtren. in conſil. 218. Quod vxor quondam. num.1. lib.2. Soci. Senior in conſi. 1. num.8. lib.4. Deci. in conſil.454. col.1.& in conſi.486. num. 12. Picus in d.l. Titia. §. Titia. nu.29. verſ. limita primo. de leg. Pariſius in conſi.94. nu. 36.& in conſi.97. nu.20. lib.2. Gratus in conſ.117. nu.4. lib.2.& Craueta in conſi.32. nu. 2. Hoc præmiſſo, diſtinguo atque conſtituo perplures caſus.

2 Primus eſt quando † teſtator inſtituto hærede, ita dixit. Et vxorem meam relinquo dominam vel dominam & maſſariam. Hoc ſanè caſu præſumitur, teſtatorem voluiſſe relinquere ipſi vxori non quidem bonorum ſuorum dominũ, ſed præeminentiam illam, quam vxor ipſa, viuente marito teſtatore, in domo obtinebat. iuxtà l.1. ff. rerum amota. l. 1. § ſi vir. ff. ad Sylla. & l. ſi cum exhibuiſſent. ff. de public. & propterea ſola alimenta cum illa præeminentia conſequi debet. Hunc caſum ſic affirmarũt Specul. in tit. Qui filij ſint legit. §.1. verſ. quid ſi dico. Bar. in l. Titia. §. Titia cum nuberet. nu. 3. de leg. 2. Bal. in l. vlt. num.6. C. de indict. vid. tollen. & conſi. 119. lib. 3. Roma. in conſi.118. num.1. Ange. in conſi. 144. Reuocatur in dubium. col.1. Capra in conſi.4. num.1.& in conſil. 72. nu. 17. Anna. in conſi.37. num.6. Cor. in conſi. 112. num. 14. lib. 2. Deci. in conſi.278. nu.4. Bello. in conſil.6. nu.12. Iaſ. in conſi. 65. col. vlt. lib.1. Rui. in conſi.17. num. 11. & in conſi.50. num. 4.& 8. lib. 2. vbi quando teſtator dixit, relinquo dominam, non dicitur reliquiſſe etiam alimenta, ſed præeminentiam in domo. Pariſ. in conſi.21. nu.18. lib.2.& Soci. Iun. in conſi. 94. num.3. lib.1. qui idem eſſe dixit, quando inſtituti ſunt hæredes extranei, vt dicemus in ſequenti præſumptione in ſecundo caſu. Ea eſt huius caſus ratio, quòd cum teſtator iam filios hæredes fecerit, id eſt dominos iuxta. §. vlt. in inſtit. de hæredum qual. & differen. non eſt præſumendũ, quod ſtatim mutata voluntate contra tex. l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. voluerit filios ipſos rerũ dominio priuare, & illud vxo-
3 ri relinquere. Nec † etiam (vt præcitato in loco animaduertit Baldus) vxor hæc cohæres erit: Nam & hoc voluntati ipſius teſtatoris repugnat: qui ſi voluiſſet eam cohæredem eſſe, in hæredis inſtitutione cum filijs coniunxiſſet. Et hic quidem caſus apertius procedit, quando teſtator dixit, ſe relinquere vxorem ſuam, dominam, rectricem, gubernatricem & adminiſtratricẽ. Hæc ſanè poſtrema nomina verbalia manifeſtè ſignificant teſtatorem ſenſiſſe; quòd vxor non eſſet domina, ſed haberet præeminentiam & adminiſtrationem bonorum, ſicuti obtinebat viuente ipſo marito. Ita Caſtren. in conſil.160. conſiderandum. col.2. in fi. lib.2. Iaſ. conſi.65. col. vlt. lib.1. Bertrandus in conſi.112. nu.1. lib.5. Pariſ. in conſi. 21. num.18. verſ. quando autem. lib.2.& Soci. Iun. in conſ.97. col. 3. verſ. ad prædicta. lib.1. ſic etiam quando dixit teſtator, ſe relinquere dominã, vſufructuariam, & gubernatricem. Ita Capra in conſi.4. num.1. His declaratur ſtatutum Venetum. lib. 4. c.15. quo ſancitum eſt, quòd ſi teſtator reliquit vxorẽ donnam & dominam in domo, conſequi debeat ſolum neceſſaria ad comeſtionem & potum.

Hoc tamen intelligitur, niſi ipſe teſtator rem aliquã pro ipſis alimentis reliquit. Nã tunc ex aliis bonis non habet alia alimenta, ſed dicitur ei relicta quædam præeminentia in domo. Ita Ruinus in conſ.50. num.5.& num.8. lib.2.

4 Secundus eſt caſus, quando † teſtator dixit. Et vxorem meam relinquo dominam & vſufructuariam omnium bonorum meorum. Hoc caſu illud nomen, dominam ſignificat (vt diximus) præeminentiam. Illud verò nomen, vſufructuariã, ſignificat alimenta tantũ. Ita conſuetudine Bulgari ſtatutum fuiſſe Bononiæ ſcripſit Bart. in d. §. Titiam. nu.7. Quam ſanè conſuetudinem vt æquitati & legibus conſentaneam probarunt, deinde permulti illi Doctores congeſti ab Antonio Gabriele in d. concl.2. num.1. nempè Accurſius, Cynus, Dynus, Bar. Bald. Io. Andreæ, Angelus, Caſtrenſis, Ancha. Imola, Capra, Pract. Papienſis, Roma. Alexander, Corneus, Cæpolla, Angelus Aretinus, Curtius Senior, Iaſon, Bertrandus, Decius, Auffrerius, Picus & Gozadinus. Hic accedunt & alij nõnulli congeſti à Socino Iun. in conſ.94. num.5. lib.1.& in conſ. 97. nu.12. lib.2. à Tiraquello in Tract. de legibus connubialibus. lege 10. num.5. à Rolan. in conſ.74. num. 2. lib.2.

5 Huius caſus ratio † ea eſt, quòd cùm teſtator iam fecerit hæredes filios, non eſt præſumẽdum, quod eos priuare voluerit vſufructu omnium bonorum, nuda eis relicta proprietate, atque ita relinquere eos inopes & fame quodammodo laborantes, contra text. §. prohibemus in Auth. de hęred. & falcid.
6 Et hoc † quidem fauore ipſorum filiorũ, quos pater ipſe præſumitur magis dilexiſſe quàm propriam vxorem, iuxtà l. cum acutiſſimi. C. de fideic. Et accedit, quod præcedens illud nomen, dominam, declarat ſubſequens, vſufructuariam, vt. ſ. quemadmodum illo ſignificauit præeminentiam, ſicq; ſolam adminiſtrationem rerum familiarium cum alimentis, ſic & iſto, voluit ſola alimenta, & non vſumfructum præſtari.

7 Cæterùm hic † caſus & huic ſimiles intelliguntur quãdo teſtator inſtituit hæredem filium proprium viuentẽ etiã ipſa vxore: ſecus ſi reliquit vxorem dominam & vſufructuariam donec vixerit, & poſt eius mortem inſtituit filium. Hoc ſanè caſu mulier conſequitur vſumfructum. Ita in ſpecie declarat Picus in d. §. Titia. num.101. verſ. ſed tenendo opinionem, ex ſententia Caſtr. in conſ.472.

8 Tertius eſt caſus, quando † teſtator ſimpliciter dixit, relinquo vxorem meam vſufructuariam omnium bonorum meorum. Hoc in caſu tres ſunt Doctorũ opiniones. Prima eſt eorum qui dixerunt, vxorem adhuc eſſe alimentariam tantũ: non autem vſufructuariã. Ita Io. Andreæ in addit. ad Specul. in tit. de pigno. §. vlt. col. pen. Bart. in d.l. Titia. §. Titia cũ nuberet, num.8. de leg. 2. Caſtrenſ. in conſ.459. Dubium, de quo quæritur. num.2. lib.2. Roma. in conſ.118 num. 2. Aret. in conſ. 40. col. 2. verſ. in contrarium facit. Iaſ. in l. cum ij. §. ſi in annos. num.3. ff. de tranſact. & in conſ.90. lib.1. Paulus Picus in d. §. Titia. num.32.& num.48. Bertrandus in conſ.44. num. 4. lib.7. Gozad. in conſ. 99. num. 8. ſic & de eadem facti ſpecie interrogatus cum Gozadino reſpondit Bero. in conſ.58. num. 10. lib.3. Idem affirmarunt Soc. Iunior. in conſ.97. num. 21. & in conſ.99. num.13. lib.1. Caualcanus in Tractat. de vſufructu mulieri relicto. num.37.

His conſtat, hanc eſſe receptam (teſte Pico) opinionẽ, quæ ea fulcitur ratione, quam & ſupra attigimus, nempè, conſuetudinem Bulgari fundatam eſſe in veriſimili & præſumpta mente teſtatoris, qui prouidere & conſulere magis voluit propriis filiis quàm vxori. l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. Et ideò præſumitur voluiſſe auferre totum ipſum vſumfructum à filiis inſtitutis, ne alioqui inopia & fame laborarent. d. §. prohibemus. in Auth. de trien. & ſemiſſe. Quæ ratio locũ habet & hoc in caſu, quando. ſ. vxor ſimpliciter relinquitur vſufructuaria. Secunda fuit opinio affirmantium, vxorem hanc eſſe verè & propriè vſufructuariam. Ita Odoſtredus Baldus, & Salicetus in auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſ. mulier. Spec. in tit. Qui filij ſint legitimi. §.1. verſ. quid ſi quis ita dicit, & alios nonnullos refert Picus in d. §. Titia. nu. 48. ſic pariter Riminaldus Sen. in conſ.456. num.11. lib.3. & Rui. in conſ.39. num.1. lib.2.

9 Ea ratione ij vſi ſunt, quòd cùm verba † ſint clara, non eſt ab ipſa ſermonis proprietate recedendum. l. nõ aliter. de leg.
10 3.& in † claris non eſt opus coniecturis. l. ille aut ille. §. cum in verbis, de leg.3.

11 Cæte-

11 Cæterùm † facilè reſpondetur, quòd & ſi verba ſunt clara quò ad ſermonis proprietatem: attamen ab ipſa proprietate receditur ob veriſimilem & præſumptam teſtatoris voluntatem, vt declarat Socinus in l. in ambig. colum. vlt. ff. de reb. dub. & in ſpecie noſtra ſic prædictæ rationi ſatisfacit idē
12 Soci. Sen. in conſi. 1. num. 10. lib. 4. Et rurſus verba † improprientur, vt conueniant ſubiecta materia. Ita in ſpecie reſpondet Rimi. Sene. in conſil. 116. num. 26. lib. 1.

13 Tertia opinio † fuit Nicolai Mattereli & Odoffredi, ac etiam Baldi in auth. hoc locum. colum. 2. verſicu. modo ſequitur. C. ſi ſecundo nupſ. mulier; quos refert Aretinus in conſil. 40. colum. 2. ij diſtinguebant; quod aut teſtator ita dixit relinquo vxorem meam vſufructuariam omnium bonorum meorum referendo verba ad perſonam ipſius vxoris: Et tunc videntur relicta alimenta tantùm. Aut teſtator ita dixit: relinquo vxori meæ vſumfructum omnium bonorum meorum, referendo nomen vſusfructus ab ipſa bona, atque ita ad rem, ſicut ad ſubiectum, in quo. Et tunc dicitur relictus vſusfructus verè & propriè.

14 Hæc opinio † non eſt pariter vera, ſicuti etiam animaduertit Aret. in d. conſi. 40. col. 2. Cū eadem militet ratio præſumptæ voluntatis teſtatoris, qui nec vno nec altero caſu voluit priuare filios integro bonorum vſufructu. Nec vera eſt diſtinctio huius ſermonis: Nam etiam eo caſu, quando teſtator dixit relinquo vxorem meam vſufructuariam &c. referendo verba ad perſonam vxoris, dicitur etiam tacitè ea retuliſſe ad ipſa bona: Cùm vſufructuarius dicatur reſpectu vſusfructus.

15 Et † vſusfructus eſt in rebus, vel in iuribus l. 3. §. dare. ff. de
16 de vſufructu. Et ideo teſtator † ſic loquendo, expreſſit quod tacitè ineſt, quæ expreſſio nil operatur. Ita aduerſus prædictos conſiderabat Aret in loco ſupra citato.

17 Quartus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit; Et vxori meæ relinquo vſumfructum talis fundi. Nam tunc præſumitur relictus vſusfructus, non autem ſola alimenta. Ita Bart. in d. l. Titia. §. Titia. nume. 8. de leg. 2. & ibidem Picus nume. 37. verſic. quartò limitat; qui eiuſdem ſententiæ recenſet Albericum in auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſ. mulier.

18 Idem eſt, quando † reliquit vſumfructum plurium rerum particularium: ſicuti affirmarunt Caſtren. in conſil. 353. Ad primum dicendum; quod cum col. 2. lib. 2. Angelus in conſil. 144. Reuocatur in dubium col. 1. Corneus in conſil. 64. col. 1. lib. 4. Pariſius conſil. 97. numer. 15. lib. 2. Bertrandus in conſil. 11. col. 1. & in conſi. 85. col. 2. verſicul. ſecundum, quod lib. 6. & Craue. in conſil. 352. in fi. lib. 3. Qui quidem intelligunt, niſi relictus eſſet vſusfructus tot rerum particularium, quæ excederent maiorem partem hæreditatis. Item reſpondit. Socin. Sen, in conſil. 210. col. 2. verſicul. ſed in contrarium lib. 2. qui tamen declarat, niſi alijs verbis conijci poſſet voluiſſe relinquere etiam proprietatem. Et ſic loquitur Socin. quando hæres extraneus fuit inſtitutus.

19 Eſt pariter † idem dicendum, quando reliquit vſumfructum alicuius quotæ ipſius hæreditatis, vt ſi dixit, relinquo vſumfructum quartæ, vel tertiæ, vel dimidiæ partis omniū bonorum meorum. Nam & tunc dicitur relictus vſusfructus propriè, non autem ſola alimenta. Ita affirmarunt Antonius Gabriel in lib. 5. concluſionum. in tit. de vſufructu. conclu. 2. num. 31. & Hierony. Gabriel in conſil. 127. numer. 4. verſ. non obſtant. lib. 1. qui adducti ſunt auctoritate Bertrandi in conſi. 57. lib. 1. qui tamen meo in codice nil ad rem ſcripſit. Exiſtimo tamen traditionem hanc veram eſſe, ratione ſupra commemorata.

20 Quintus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit. Et vxorem meam relinquo vſufructuariam omnium bonorum meorum mobilium & immobilium, atque ita teſtator non reliquit vſumfructum iurium & actionum iuxta ea, quæ tradunt Docto. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Et in ſpecie reſpondit Bar, in conſi. 50. Gilius Petri. lib. 1. quem ſecuti ſunt alij, quos referam infra in præſumpt. 141. Hoc ſane caſu præſumi relicta alimenta tantum in ſpecie reſpondit Ruinus in conſil. 41. num. 9. verſ. Non obſtat etiam. lib. 3. idem ſenſit Antonius Gabriel in d. concluſ. 2. num. 32. Ea vſus eſt ratione, quod in bonis mobilibus & immobilibus à communiter contingentibus conſiſtere ſolet totum patrimonium teſtatoris: Et ob id locum habet etiam hoc caſu ratio illa ex præſumpta voluntate teſtatoris, quod noluerit à filiis inſtitutis auferre totum bonorum vſumfructum, ne illi alioqui inopia laborent, iuxta. d. §. prohibemus, in Authen. de triente & ſemiſſe.

Cæterùm contrariam opinionem in ſpecie probauit Bertrandus in conſ. 85. col. 2. verſ. ſecundum, quod videtur. lib. 6 qui eiuſdem ſuæ opinionis recenſet Socinum Sen. in conſil. 210. lib. 2. cùm tamen Socinus verè loquatur quando teſtator inſtituit hæredem extraneum, & vxori reliquit vſumfructum omnium bonorum mobilium & immobilium. De quo caſu dicemus in ſequenti præſumptione.

Ea ratione vſus eſt Bertrandus, quia tanti valoris & æſtimationis vtilitatiſque eſſe poſſent iura & actiones, vt apud filios inſtitutos futurus eſſet maior & opulentior vſusfructus eo, qui ex bonis mobilibus & immobilibus poſſet percipi. Quo circa ſubiungit Bertrandus, ſi iura & actiones eſſent modici valoris, perinde eſt ac ſi teſtator legaſſet vſumfructū omnium bonorum: atque ita locus erit rationi, qua Bulgari conſuetudo introducta & firmata fuit. Iudicis ergo arbitrio relinqui hoc debet, vt is conſideret, an tot & tanti ſuperſint iurium & actionum fructus & redditus certi, vt filij hæredes inſtituti poſſint viuere ſecundum ſui conditionem, & quot etiam ſint redditus bonorum mobilium & immobilium, vt veriſimile ſit, teſtatorem voluiſſe legare vſumfructum, non autem ſola alimenta, & è contra.

21 Sextus eſt caſus, quando † teſtator ita dixit. Et vxorem meam relinquo vſufructuariam vnà cum filiis meis inſtitutis. Hoc ſanè caſu coniectura eſt, voluiſſe relinquere verum & proprium vſumfructum. Ita in ſpecie Corneus in conſ. 5. col, vlt. verſ. oſtenditur etiam. lib. 1. Cùm dixit, præſumi relictum vſumfructum vxori, cui teſtator eum reliquit æquis portionibus cum hærede. & manifeſtius Ruinus in conſ. 39. num. 3, verſ, quod etiam. lib. 2. Decius in conſ. 454. num. 4. Antonius Gabriel. in d. concluſ. 2. num. 44. & Borguinus Caualcanus in Tract. de vſufructu mulieri relicto, num. 54. Et hanc opinionem latè probaui in conſ. 585. lib. 6. Ea ratione, quòd
22 illa † dictio, vnà, ſignificat vnitatem & æqualitatem. l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. cum antiquitas. C. de vſufructu, & reſpondit Pariſius in conſ. 79. num. 21. lib. 3. Porrò
23 † certum eſt, filios hæredes inſtitutos non ſola alimenta, ſed
24 vſumfructum obtinere. Ita & ipſa vxor: Nam vna † determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Nec vrgent rationes & Doctorum auctoritates conſideratæ & allegatæ à Hieronymo Gabriele in conſ. 127. num. 3. & 4. lib. 1. quem ſecutus eſt Mantica in d. lib. 9. de coniecturis vltimarum voluntatum, tit. 7. num, 5. Nam ſuæ opinioni non ſuffragatur reſponſum Baldi in conſ. 30. lib. 5. cùm nil ad rem ſcripſerit. Ita nec Caſtrenſis in d. conſ. 218. Quod vxor quondam. lib. 1. ſenſit: quòd niſi teſtamētum præceſſiſſet, quo legata erant alimenta, præſupponat Caſtrenſis, alimenta ſolùm debita fuiſſe: etſi vxor relicta fuerit vſufructuaria vnà cum filio in codicillis. Hoc ſanè non preſupponit Caſtrenſis, qui ſatis habuit ſuo illo in caſu demonſtrare relictum fuiſſe vſumfructum: ea euidenti coniectura, quia iam teſtator ipſe in teſtamento reliquerat victum & veſtitum, atque ita alimenta ipſi vxori: Et deinde in codicillis mutauerat verba illa, victum & veſtitum, & dixerat, vſumfructum. Quorſum ergo debuit Caſtrenſis ad aliā coniecturam confugere, ſi erat tam clara? Et quam vt manifeſtam probarunt alij multi, quos referam infrà in decimo octauo caſu. Non etiam vrget ratio illa cōſiderata à Gabriele in d. conſ. 127. num. 3. verſ. quæ opinio. Cùm dixit, illa verba, reliquit vſufructuariam, ſignificare alimenta tantummo-
25 dò. Et ob id alia ſic † adiuncta, vnà cum filiis, importare diminutionem. Non ergo debent interpretari, (inquit Gabriel) vt augeant effectum verborum, iuxta. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. atque ita non debent interpretari, vt voluerit legare vſumfructum: ſed alimenta tantùm. Hæc ſanè ratio nil vrget: ſi quidem prædicta verba, vnà cum filiis, ſunt poſita diuerſis reſpectibus ad diminutionem & ad augmentum. Poſita ſunt ad diminutionem reſpectu quantitatis vſusfructus, quem voluit teſtator vxorem habere non in omnibus bonis, ſed in dimidia: atque ita quando dixit: quòd vxor eſſet vſufructuaria



ctuaria vnà cum filiis, voluit dicere: quòd dimidiā vſusfructus omniū bonorū haberet ipſa vxor, & aliā dimidiam ipſi
26 filij. Et ſic dictio, † vnà cum, diminuit quantitatem vſufructus, cuius totū obtinuiſſet ipſa vxor, ſi illa verba, vna cum, adiecta non fuiſſent. Augmentū verò important dicta verba, vna cum reſpectu qualitatis relicti. Nam ſi adiecta non fuiſſent dicta verba, cenſerentur relicta ſola alimenta ſecundum conſuetudinem Bulgari: cùm verò adiecta ſint, ſignificant, relictum eſſe vſumfructum: alioqui non eſſet æqualis cum ipſis filiis, quò ad ipſum vſumfructum: ſicuti dicebant Corneus Ruinus & Decius ſupra commemorati.

27 Septimus eſt caſus, quando † teſtator reliquit vxorem vſufructuariam omnium bonorum: eamque liberauit à præſtatione cautionis, de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. Hoc in caſu ſunt opiniones: Vna eorum, qui dixerunt, vxorem adhuc eſſe alimentariam, non autem propriè vſufructuariam. Ita Aretinus in d. conſ. 40. col. 2. verſ. & ideò ex præmiſſis, iunctis his, quæ dixerat paulò ſupra nume. 2, quem ſecuti ſunt Gozad. in conſ. 99. num. 8. Picus in d. l. Titia. §. Titia cum nuberet. num. 139. de leg. 2. Socinus Iunior in conſ. 99. nume. 18. lib. 1. & Alciatus in reſp. 486. num. 14. Altera fuit opinio affirmantium, imò vxorem eſſe hoc caſu verè vſufructuariam. Ita Socin. Sen. in conſ. 210. ad finem verſic. ſecundò, quia releuat. lib. 2. Gozad. ſibi parum conſtans in conſ. 47. nume. 10. verſic. decimò, Antonius Gabr. in d. concluſ. 2. num. 38. qui refert eiuſdem opinionis Decium & Crauettam, qui nullum hac de re verbum fecerūt. Illa prima opinio mihi magis probatur. Cùm alimentarius hoc in caſu, in quo propria auctoritate & manu capere poteſt alimenta ſecundum Aretinum præcitato in loco, Decium in conſil. 607. col. 2. & Riminald. Sen. in conſ. 116. num. 30. lib. 1. teneatur preſtare cautionem, vt declarauit Picus in loco ſuprà commemorato.

28 Octauus eſt caſus † præcedenti ſatis proximus, quando ſcilicet teſtator reliquit vxorem vſufructuariam, eamque liberauit à redditione rationem adminiſtrationis ipſorum bonorum. Hoc ſanè in caſu exiſtimarunt multi vſumfructum relictum fuiſſe. Ita Corneus in conſ. 3. num. ... lib. 2. Decius in conſ. 554. numero 5. Gozad. in conſi. 47. num. 11. verſi. duodecimo in fortioribus. Pariſius in conſi. 94. nume. 37. & 39. & in conſ. 97. num. 27. lib. 2. Antonius Gabriel in dicta concluſ. 2. num. 49. & Caualcanus in dicto Tract. de vſufructu mulieri relicto. num. 56. Ea ratione ij moti ſunt, quod ſi diceremus relicta fuiſſe alimenta tantùm ſuperflua appareret liberatio ab adminiſtratione bonorum. Cum alimentarius ad id non te-
29 neatur. Quæ ſanè ratio nō ſatis concludit: ex quo † & alimētarius hoc in caſu tenetur reddere rationē, vt ſtatim dicemus.

Contrariam opinionem quod imo adhuc ſit alimentaria, probauit Soci. Iunior in conſilio 74. num. 13. libr. 4. Ea vſus eſt
30 ratione, quod cùm † vſufructuarius verus faciat fructus ſuos, non eſt quod adminiſtrationis rationem reddat: & propterea liberatio à teſtatore facta nil aliud continet, quam id quod legis diſpoſitione tacitè ineſt, iuxta. l. 3. de leg. 1.

31 Quæ ſanè † ratio mihi non probatur, quia cum vſufructuarius teneatur præſtare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri: ſicuti diximus ſupra, ſequitur, quod etiam tenetur reddere rationē ſe ita vſum fuiſſe eo vſufructu, & reſtituere proprietatē illæſam. Rectius † dici poteſt, quod etiā alimē-
32 taria hæc tenetur reddere rationem adminiſtrationis, ſicuti tenetur præſtare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, vt diximus ſupra, ex quo ſua auctoritate & manu capit alimenta ipſa.

Hic caſu ſeu ſecunda hæc opinio locum habet multò magis, quando teſtator nullum verbum fecit de vſufructu, ſed ſolùm dixit, relinquere vxorem dominam & maſſariam bonorum ſuorum. Cùm enim tunc (vt diximus ſupra in primo caſu) vxori cenſeatur relicta illa præeminentia, quam viuo teſtatore ipſo obtinebat in domo, atque ita adminiſtrationem bonorum, & in conſequentiam alimēta, ſequitur dicendum, quod tenetur de adminiſtratis reddere rationem: à qua quidem adminiſtratione dum eam liberauit teſtator, non tamen ſignificare voluit, quod eſſet vſufructuaria ipſorum bonorum. Ita manifeſtè reſponderunt Ange. in conſ. 144. Reuocatur in dubium. col. 1. Riminal. Sen. in conſ. 116. num. 31. lib. 1. & Craue. in conſ. 32. nu. 2. verſ. quinimò ex verbis. Et idem etiā ſenſit Soci. Iun. in d. conſ. 74. nume. 13. lib. 4. dum loquitur de vxore relicta gubernatrice.

33 Nonus eſt † caſus, quando teſtator reliquit vxorem vſufructuariam omnium bonorum, & eam liberauit à confectione inuentarij. Hoc in caſu multi ſcripſerunt, eſſe verè vſufructuariam. Ita ſanè Cor. in conſ. 3. num. 11. verſi. quantum autem libr. 2. Socin. Iun. in conſ. 99. num. 14. lib. 1. Pariſius in conſ. 21. lib, 2, quos retulit Anto. Gabriel in d concluſ. 2. num. 39. Idem ſcripſerunt Ruinus in conſilio 165. in prin. lib. 3. & Petrus Beneintendi in concluſ. 98. columna ſecunda, in fine verſi. quarta dicitur mens, qui eiuſdem opinionis refert Picum in d. §. Titia. Et hæc quidem eſt magis recepta, & ſi diſſentiunt Are. in conſ. 40. col, 2. & Goza. in conſ. 99. num. 8.

34 Decimus eſt caſus, quando † teſtator reliquit vxorem vſufructuariam, & prohibuit eam moleſtia aliqua affici. Hoc in caſu exiſtimarunt per multi hāc eſſe verè vſufructuarium. Ita Pariſ. in conſ. 33. nu. 39. & in conſ. 94. nu. 41. lib. 2. Gozad. in conſ. 47. num. 11. Gratus in conſ, 117. num. 9. lib. 2. Cremenſis inter conſilia Socini Sen. in conſil. 3. libr. 4. Petrus Beneintendi in concl. 98. col. 2. verſ. tertia, quia, Anto. Gabriel in d. concl. 2. num. 48. Caualca. in d. Tract. de vſufructu mulieri relicto. nu. 57. Qui idem eſſe dixerunt, quando teſtator dixit, ſine aliqua contradictione. Ea ratione ij moti ſunt, quod moleſtia affici conuenit vſufructuariis, non autem alimentariis, qui non dicuntur adminiſtrare. Niſi ergo intelligeretur mulier hæc relicta vſufructuaria ſuperflua fuiſſet prohibitio illa moleſtationis.

35 Vndecimus caſus, quando † teſtator reliquit vſumfructum omnium bonorum vxori deductis legatis. Hoc etiam caſu præſumitur relictus vſusfructus verè & propriè, non autem ſola alimenta. Ita reſpondit Rui. in conſ. 39. col. 1. verſ. & in caſu iſto. lib. 2. Et ſequutus eſt Gabriel in d. concluſ. 2. num. 51.

36 Duodecimus eſt caſus, quando † teſtator reliquit vxorem vſufructuariam omnium bonorum & poſt eius mortem, vel ſub conditione, puta ſi illa nupſerit, inſtituit filios hæredes. Hoc ſane caſu vxor dicitur relicta verè vſufructuaria. Ita Caſtren. in conſ. 459. Dubium, de quo quæritur. col. 2. lib. 2. quem lōga ſatis habita diſputatione, & ſi perplexa, ſecutus eſt Picus in d. §. Titia. nu. 100, & 101. de leg. 2. qui ſolidam hanc ſatis coniecturam perpendit, quod ſcilicet teſtator magis dilexerit vxorem, quàm ipſos filios: ex quo eos hæredes eſſe voluit, ea tantum mortua, atq; ita eam antepoſuit. Et Caſtrenſem probauit Anto. Gabriel in d. concl. 2. num. 35.

37 Decimus tertius eſt caſus, quando † teſtator reliquit vxori plenum & integrum vſumfructum. Hoc caſu præſumi relictum verum vſumfructum & non alimenta ſcripſerunt Decius in conſ. 418. num. 1. & 2. Goza. in conſ 47. nume. 8. Gratus in conſ. 117. nu. 8. lib. 2. & Antonius Gabr. in d. concl. 2. nu. 46.

38 Decimus quartus † caſus eſt, quando teſtator reliquit vxori vſumfructum, & eam grauauit ſoluere onera. Hoc etiam caſu præſumitur relictus ipſe vſusfructus, non autem alimenta tantum. Ita Bertrandus in conſ. 36. col. 1. & in conſi. 57. col. 1. lib. 1. quem ſic refert & ſequitur Gabriel in d. concl. 2. nume. 45. Idem affirmarunt Rui. in conſi. 39. nu. 1. in fi. & nu, 2, lib, 2. & Hier. Gabr. in conſ. 108. nu. 28. lib. 2.

39 Decimus quintus eſt † caſus, quando teſtator, relicto vſufructu ipſi vxori, dedit ei facultatē plene diſponēdi de fructibus omnium ipſorum bonorum. Hoc pariter caſu præſumitur relictus vſusfructus propriè: non autem ſola alimenta. Ita Corne in conſ. 3. num. 11. verſ. quantum autem ad relictū. lib. 2. Soci. Sen. in conſ. 1. col. 3. verſ. & quod fortius eſt, & in conſ. 2. col. 1. lib. 4. Goza. in conſ. 47. col. 2 verſ. 9. facit. Hos ſic retulit & ſecutus eſt Gabriel. in d. concl. 2. nu. 47. Quibus accedunt Soc, Sen. in conſ. 210. in fi. lib. 2. & Pariſ. in conſil. 97. col, vlt. lib. 2.

Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia hæc facultas diſponendi de fructibus & eos alienandi non conuenit alimentario, ſed
40 ſolùm vſufructuario, qui habet ius † vtendi & fruendi alienis bonis, ſalua rerum ſubſtantia, lege prima. ff. de vſufructu.

41 Decimus ſextus eſt caſus quando † teſtator reliquit vxori vſum & vſumfructum omnium & ſingulorum bonorū. Hoc etiam caſu præſumi relictum fuiſſe vſumfrctum, non autem alimenta tantùm reſpondit. Soci. Sen. in d. conſ. 1. nu. 11. verſ. ſecundò conſidero. lib. 4. quem ſecutus eſt Anton. Gabriel in

d.concl.2.nu.50.Verùm valdè dubito, tum quia Soc.nec lege,nec ratione ſuam hanc traditionem probauit: tum quia ſi (vt ipſe dixit) vſus confunditur cum vſufructu, & vſusfructus,filiis inſtitutis,ſignificat ſola alimenta:Idem pariter eſt dicendum,relicto vſu & vſufructu.

42 Decimus † ſextus eſt caſus, quando teſtator primò certæ partis bonorum reliquit vſumfructum:Deinde legauit omnium bonorum vſumfructũ.Hoc etiam caſu non ſola alimẽta,ſed vſumfructum propriè præſumi relictum reſpondit Decium in conſ.526.col. pen.verſ.Non obſtat,quod in iſto caſu: quem ſecutus eſt Gabriel in d.concl.2.nu.41.

Cæterùm valdè dubitò:Nam in caſu Decij,teſtator ille habens filios primi & ſecundi matrimonij primùm reliquit vxori vſumfructum portionis filiorum ex ea ſuſceptorum: & ſic ſecũdi matrimonij.Deinde addidit,quòd ſi filij ipſi ſecundi matrimonij vnà ſimul commoraſſent cum filiis primi matrimonij, relinquebat eam vſufructuariam omnium bonorum,atque ita tam portionis contingentis filiis primi quàm ſecundi matrimonij.Hic patet Decium æquiuocaſſe,cùm dixit,vxori fuiſſe relictum vſumfructum certę partis bonorum pectantium filiis ipſius ſecundi matrimonij. Cùm verè teſtator dicatur reliquiſſe vſumfructum omnium bonorum pertinentium ad dictos filios,nempè totius dimidiæ, quæ in diuiſione cum aliis eorum fratribus conſanguineis ſibi contigiſſet: Et ſic totius patrimonij dictorum ſuorum filiorum. Et propterea militabat in caſu Decij ratio,in qua fundata eſt conſuetudo Bulgari,nempè,ne filij inopia & fame laborent. Concederem tamen, quod ſi in caſu Decij teſtator reliquiſſet vſumfructum certæ rei tantum ex portione filiorum ſuorum:& deinde legaſſet vſumfructũ omniũ bonorum portionis aliorum filiorũ,intelligererur(vt dixit Decius) reliquiſſe verum vſumfructum:cùm alioqui fruſtra feciſſet teſtator differentiã inter legatũ vſusfructus certæ rei,& omniũ bonorũ.

43 Decimus ſeptimus eſt caſus, quando † conſtat teſtatorem in vna parte teſtamenti reliquiſſe verum vſumfructum: & in alia parte ſimpliciter reliquiſſe vſumfructum. Hoc etiam caſu præſumi teſtatorem ſemper ſenſiſſe de ipſo vero vſufructu reſpondit Rui.in conſ.39.nu.3.lib.2. Qui quidem de ea facti ſpecie reſpondit:Teſtator hærede inſtituta propria filia, vxorem primùm reliquerat vſufructuariam vnà cum ipſa filia, ſi dicta filia cohabitaſſet cum eius matre:ſi verò non habitaſſet,abſolutè dixerat, quòd eſſet ipſa vxor vſufructuaria omnium bonorum. Dubitatum fuit, an in ſecundo hoc capite eſſet etiam relicta verè vſufructuaria,vel potius alimentaria. Reſpondit Ruinus,præſumi relictam vſufructuariam: ſicuti fuerat relicta in primo capite,quando ſcilicèt filia cum ea habitaſſet.Et ideò inter primum caput & ſecundum eſt differentia,non in qualitate legati vt dicebat Ruinus,ſed in quãtitate: Nam in primo capite voluit teſtator vxorem habere dimidiam vſusfructus,& filiam alteram dimidiam, ſi modo filia ipſa cum matre habitaſſet:ſi verò non habitaſſet, voluit matrem habere totum vſumfructum.Et hoc quidem in pœnam filiæ recuſantis habitare cum matre. ſimili in caſu reſpõdit Dec.in conſ.454.nu.4.in conſ.485.n.11.& in conſ.643. nu.6.& dicemus infra in 28.caſu.

44 Decimus octauus eſt caſus,quando † teſtator in teſtamento reliquit vxorem alimentatiam: Deinde mutato teſtamento per codicillos in eis reliquit eam vſufructuariam. Hoc in caſu dicitur relictus verè & propriè vſusfructus, non autem ſola alimenta.Ita reſpondit omnium primus Paulus Caſtr. in conſ.218. Quod vxor dicti Riſtori.lib.1.quem ſecuti ſunt Alex.in conſ.56.nu.2.lib.3.in conſ.29.lib.4.& in conſ.214.nu. 13.lib.6.Cor.in conſ.5.nu,3.lib.1.Riminal.Sen.in conſ.456.n. 12.lib.3.Dec.in conſ.454.col.1.in conſ.476.nu... Picus in d.l. Titia.§.Titia cum nuberet.nu.35.& nu.36.de leg.2.Anto.Gabriel in d.lib.5.concluſionum.in tit. de vſufructu,concl.2.n 42.Petrus Beneintendi in deciſ.98.nu.1.Craue.in conſ.32.nu 2.verſ.pro hoc facit & Caualca.in d.tract.de vſufructu mulieri relicto.nu.51.Nec ab hac opinione Caſtrenſis & ſequacium diſſentiunt(vt male aliqui opinantur) Io.Anna.in conſ.37.ad finem verſ.circà verò aliud.Soc.Sen.in conſ.279.nu.5.lib.2. & Craue.in conſ.32.nu.6.verſ.& in terminis:Cùm ij loquantur in caſu longè diuerſo, nempè, quando teſtator in eodẽmet teſtamento,& ſub eadem penè verborum ſtructura ita legauit vxori,alimenta,victum, & veſtitum, vel cum dixit primum ſe legare alimenta,deinde ſubiunxit,legare frumẽtum, vinum,habitationem.Hoc ſane caſu(ſcribunt præcitati Doctores) vnicum eſt legatum alimentorum,cùm alimenta ſint idẽ cum habitatione,frumẽto,& vino,vel cũ victu & veſtitu.

Diſſentit quidem à Caſtrenſi & ſequacibus Moder.Pariſien.in additio.ad Alex. in d.conſ.56.

45 Decimus nonus eſt caſus, quando † teſtator dixit, quod neque hæredes ſui,neque alij poſſent exiſtimare vxori aliqua bona mobilia,vel ſe mouentia, vel alterius cuiuſlibet generis,ſed volebat ipſam vxorem teneri reſtituere bona illa, eo in ſtatu in quo tunc reperientur, cum extinctus erit vſusfructus.Hoc ſanè caſu relictum fuiſſe verum vſumfructum non autẽ ſola alimenta reſpondit Gozad.in conſ.47.nu.11.verſ.13.

46 Vigeſimus caſus eſt, quando † teſtator dixit, quod relinquebat vſumfructum omnium bonorum libere vxori. Hoc in caſu præſumi relictum verum vſumfructum & non ſola alimenta reſpondit Pariſius in conſ.94.nu.37.lib.2.quem ſecutus eſt Caualcanus in d.Tract.de vſufructu mulieri relicto. num.50.qui eiuſdem opinionis retulit Iacobum Macheum in patrocinio 6.nu.19.

47 Vigeſimus primus † caſus eſt, quando teſtator legauit vſumfructum vxori,excepto victu & veſtitu filiorum. Hoc ſanè caſu præſumitur relictus vſuſfructus propriè ipſi vxori:filiis verò ſola alimenta.Ita reſpũdit Bertrandus in conſ.269. numero.4.lib.2.partis primæ.Idem quando dixiſſet, ſalua legitima filiorum meorum, ſicuti reſpondit Decius in conſil. 453.col.1.& ſecutus eſt Petrus Peralta Hiſpa.in d.l.Titia.§. Titia.nu.24.de leg.2.

48 Vigeſimus ſecundus † caſus eſt,quando teſtator ita dixit: Relinquo vxorem meam vſufructuariam, etiam exiſtentibus filiis meis.Hoc ſanè caſu præſumi relictum vſumfructum propriè,& non alimenta.Ita Caualcanus in d. Tract.de vſufructu mulieri relicto.num.53.ex ſententia Bald.in l.ſi pater. C.de vſufructu,& Gabrielis Saray.in additio.ad Fran.Cremenſem in ſing.8.qui tamen meo in codice hoc non ſcripſerunt.Non enim verba Saraynæ hunc habent ſenſum, ſi conſideramus Doctores ab eo allegatos.

Ea ratione viſus eſt vti Caualcanus,quia teſtator nominando filios dicitur de eis cogitaſſe, & tamen voluiſſe vxorem habere vſumfructum. Quæ ſane ratio non concludit: cùm conſuetudo Bulgari loquatur,quando extant filij quos teſtator præ oculis habet, & de eis cogitat dum hæredes facit: & tamen relinquendo vxorem vſufructuariam, præſumitur ei reliquiſſe alimenta tantum.

49 Vigeſimus tertius † caſus eſt,quando teſtator reliquit vxorem vſufructuariã in omnibus & per omnia.Hoc in caſu præſumi reliquiſſe verum vſumfructum, non autem alimenta tantum, ſcripſit Caualcanus in d.Tract.de vſufructu mulieri relicto. nu.55.

50 Vigeſimus quartus† eſt,quãdo teſtator dixit relinquo vxorem meam vſufructuariam hæredem. Nam & tũc præſumitur relictus integer vſusfructus non autem ſola alimenta. Ita ſenſit Anto.Gabriel in d.concl. 2.nu.45.& apertius Hierony. Gabriel in conſ.108.nu.28.lib.2.

51 Vigeſimus quintus † caſus eſt,quando teſtator dixit,relinquo vxorem vſufructuariam,ita quod non importet alimenta tantùm,ſed plenum & integrum vſumfructum Hic caſus eſt clarus ſecundum Caualcanum præcitato in loco nu.60.

52 Vigeſimus ſextus † eſt caſus, quando teſtator in vna parte teſtamenti dixit,relinquo vxorem meam vſufructuariam omnium bonorum:Et deinde in alia parte dixit, relinquere alimenta.Hoc caſu præſumitur reliquiſſe vel vſumfructum, vel alimenta, ad vxoris electionem.Ita poſt Caſtrenſem reſponderunt Alex.in conſ.214.num.13.lib.6.& Decius in conſ.453. in fi.& ſecutus eſt Petrus Peralta Hiſpanus in d.l.Titia.§.Titia.nu.24.verſ.declaratur ſecundo.de leg.2. Verùm Gratus in conſ.117. nu.5.& 6.lib.2.reſpondit,imò cenſeri relictum vſumfructum.Rimin.verò Senior in conſ.116.nu.21.lib.1.poſt Baldum in conſ.68.reſpondit cenſeri relicta alimẽta tantum. Eiuſdem opinionis fuit Rota Bononienſis teſte Petro Beneintendi in conclu.98.colum.ſecunda.verſ.prima igitur.

53 Vigeſimus ſeptimus † caſus eſt, quando teſtator reliquit vxori vſumfructum annuum & conditionalem. Hoc caſu non ſola



non ſola alimenta, ſed verus vſusfructus dicitur relictus. Ita poſt Picum in d.§.Titia.num.45.reſpondit Pariſius in conſil. 94.num.44.lib.2.

54 Vigeſimus octauus eſt † caſus, quando teſtator reliquit vxorem vſufructuariam omnium & ſingulorum, vel omnium & cuiuſlibet generis bonorum ſuorum. Hoc ſanè caſu præſumi relictum verum vſumfructum reſponderunt Socin. Sen. in conſ.1.num.11.verſic.vnde primò.lib.4.& Gozad.in conſ. 47.num.5.verſ.tertiò ſumus.

55 Vigeſimus nonus † caſus eſt, quando teſtator,inſtitutis filiis hæredibus, reliquit vxorem dominam & vſufructuariam omnium bonorum ſuorum, vt non nubat,ſed habitet cum filiis ſuis.Et caſu quo nupſerit vel non poſſit cum eis habitare, reliquit ipſi vxori vltra eius dotes vſumfructum vnius prædij. Hoc caſu præſumitur ita relictus vſusfructus omnium bonorum:ſicuti quando reliquit vſumfructum illius prædij, cuius redditus excederent quantitatem alimentorum.Ita reſpondit Decius in conſ.643.num.6. quem ſecutus eſt Petrus Beneintendi.in concluſ. 98. col.2. verſic.ſecunda datur coniectura. Eſt ratio,quia ſi aliter diceremus,ſequentur quòd mulier plus conſequeretur nubendo, & non habitando cum filiis, quàm quando perſeuerat in viduitate.Id quod repugnat præſumptę voluntati teſtatoris.

56 Trigeſimus caſus eſt,quando † teſtator, inſtitutis hæredibus filiis, reliquit vxorem ſuam vſuariam. Hoc caſu ſola alimenta ei debentur.Ita Baldus in l. vlt.col.3.verſ.3. caſu.C.de indicta vid tollen.& Picus in d.§.Titia.num.168.verſ.67.

57 Trigeſimus † primus caſus,quando teſtator reliquit habitationem, adhuc alimenta tantum debentur.Picus in d.§.Titia.num.176.

58 Extenduntur primo † caſus illi omnes,in quibus diximus,
fauore filiorum,præſumi teſtatorem reliquiſſe vxori alimen-
ta tantum, vt locum habeant etiam econtra, quando ſcilicet
vxor, inſtitutis propriis filiis, reliquit maritum omnium bo-
norum ſuorum dominum,maſſarium,& vſufructuarium.Nam
& ipſi marito præſumitur vxor reliquiſſe ſola alimenta. Ita
Bald.in auth. hoc locum.in fine.C. ſi ſecundo nupſe.mul.Ia-
ſon.in l.vlt.C.de indicta viduita.toll.in l.non tantum.num.4.
ff.de re iudi.& in conſil.112.colum.pen.lib.1.Curtius Sen.in
conſ.11.ſtatuto Parmenſi. Picus in d.§. Titia.num.53.verſic.
Quid autem econtra.Io. Nicolaus Arelatas in l. generaliter.
nume.43.C.de ſecun.nupt.Boër.in q.194.num.e5.Rebuffus
in commentariis ad Conſtitutiones Galliæ. tomo primo in
tit.de conſuetudine arti.2 glo.1.num.8.& Crauet.in Tract.de
antiq.temp.in quarta parte principali, in initio.nu.71.Ea eſt
59 huius ſententiæ præcipua ratio: quia † maritus & vxor ſunt
duo correlatiua:vt eſt manifeſtum & tradunt omnes in l.vlti.
60 C.de indicta vid.toll.At qui † diſpoſitum in vno ex correlati-
uis locum habet etiam in altero.d.l. vlt. & ibidem Bartol.Ia-
61 ſon & reliqui. Et ſcripſit † Bald. in rub.C.de rebus cred.cor-
relatiua ſimul & eodem tempore naſci, & naturaliter ſimul
62 eſſe.Et idem Baldus † in l.nemo martyres.in fine.C.de ſacro-
ſanct.dixit,prohibito vno ex correlatiuis cenſeri prohibitum
& alterum. Et plura alia annotauit ad rem hanc Euerardus in
63 centuria legali in loco,à correlatiuis.Et accedit, † quòd ma-
ritus & vxor dicuntur eſſe ſocij diuinæ & humanæ domus.l.
aduerſus.C.de crimine.expil.hæredi.& ſunt vna & eadem Ca.
ro.capi.debitum, de bigam.conuenit ergo iuri & æquitati,vt
quod in vno ſtatutum eſt, & in altero ſancitũ dicatur:ne alio-
qui inæqualis ſit ſocietas, contra.l. ſi non fuerit.§. vltim.& l.
ſeq.ff.pro ſocio.His intelligimus contrariam opinionem ma-
le probaſſe Curtium Iun.in conſil.6.col.9.verſicul.non obſtat
aliud: quem in ſpecie damnauit Crauet. in loco ſuprà citato.

64 Extenduntur † ſecundò prædicti caſus, vt locum habeant etiam quando teſtator inſtitutis ipſis filiis hæredibus, aliam perſonam quàm vxoris reliquit omnium bonorum vſufructuariam:vt puta nouercam,fratrem, agnatum,aliúmve ſimilem.Nam adhuc illis præſumuntur relicta alimenta, non autem vſusfructus.Ita Bald.in d.l. Titia.§. Titia. verſ.idem credo.de lega.2.Angel.in auth.hoc locum,verſ. ſed dubitatur,& idem in conſ.109.col.2.verſ.reſtat igitur videre.Imola in d.§. Titia.verſ. ſed extraneis inſtitutis, & ibidem Comen.in fine, & latè ac manifeſtè ibidem Picus.num.51.Bertrandus in conſil. 36.col. 1. libro 1. Crauet. in Tracta. de antiq. tempor. in quarta parte principali, in initio.nu.75.& Antonius Gabriel in lib.5.concluſion.in tit.de vſufructu.concluſ.3.num.46.Et his accedit Ruin.in conſ.35.lib.2.

Et huius quidem ſententiæ ea eſt ratio, quia conſuetudo Bulgari introducta fuit fauore filiorum, ne ſcilicet pater (vt diximus ſuprà) filios inopes & fame laborantes relinquere voluerit,ſi proprietatem nudam illi cõſequerentur. Quæ ſanè ratio militat & hoc in caſu, quando ſcilicet alij quàm vxor relicti ſunt vſufructuarij. Et propterea conſuetudo hæc Bulgari & ſi à iure communi exorbitans extendi debet: vt ſcribunt omnes in l.ſi conſtante.in prin.ff.ſoluto matrim.ibi inter alios Ripa.nu.85. Plura alia ad huius traditionis explanationem ſcripſit Picus in d.§.Titia.nu.51.ſed ſuperuacaneum duxi ea commemorare.

65 Extenduntur † quartò, vt locum habeat etiam in teſtatore principe,qui reliquit vxorem dominam & vſufructuariam,inſtitutis filiis. Nam & tunc vxor conſequitur alimẽta tantùm. Ita Picus in d.§.Titia.num.78.& num.177.verſ.86.poſt Bal. quem recenſet.Et accedunt Bald.in conſ.376.lib.5.& Modernus Pariſien.in conſuetudine.Parienſibus.tit.1.§.1.gl.1.num. 56.in fine.

66 Extendũtur quartò prædicti † caſus, in quibus diximus,teſtatorem fauore filiorum præſumi reliquiſſe vxori ſola alimenta, vt locum habeat ſiue filij ſint primi ſiue ſecundi matrimonij.Non enim inter hos conſtituenda eſt differentia.Ita ſcripſerunt in ſpecie Capra in conſ.72.nu.11.Franc.de Marchis in q.849.parte prima.Rui.in conſ.34.num.3.lib.2.& in conſ.41.num.9.lib.3.Picus in d.§.Titia.num.40.q.8.num.59. Bertrandus in conſ.91.col.2.lib.3.Bellonus in conſ.31.num. 3.Viuius & Soarez,quos refert & ſequitur Caualcanus in tractatu de vſufructu mulieri relicto.num.32. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia quò ad patrem æquè filij ſunt primi quàm ſecundi matrimonij:& ob id eſt idem amor & eadem affectio, ſicuti ſimili in caſu diximus ſuprà in præſumptio.vbi diximus, in vulgari & fideicommiſſaria ſubſtitutione reciproca facta inter filios duarum vxorum, non conſtitui differentiam inter vtrinque coniũctos:& coniunctos ex latere patris tãtum:cum ſint æquè filij & æquè dilecti à patre,cui ſucceditur.His conſtat,hanc eſſe veram & receptam opinionem: & ſi ab ea diſſentiunt Bald.in l.vlt.C.de indicta viduit.toll.& in auth.quod locum.C.ſi ſecundo nupſe. Decius in conſ.526.nu.8. Franc. Cremenſis in ſing.8.& Ioan.Ancha.Regienſis in q.1.nu.7.in ſecunda parte.

67 Extenduntur quintò dicti † caſus, vt locum habeant etiam fauore nepotum,qui locum filij obtinent.Ita Picus in d.§.Titia.q.9.num.59.

68 Extenduntur ſextò prædicti † caſus, vt locum habeant etiam in filiis adoptiuis. Nam & horum fauore præſumitur, quod vxor relicta domina,maſſaria & vſufructuaria,ſit relicta alimentaria tantùm. Ita affirmarunt Picus in d.§.Titia.q.10. num.60.

Caualcanus in dicto tractatu de vſufructu mulieri relicto. num.37.Nam & hoc in caſu locum habet ratio.d.§.prohibemus.in auth.de triente & ſemiſſe:nempè non pręſumi patrem voluiſſe filium laborare inopia,& fame quodammodo perire. Hunc enim adoptatum prædilexit teſtator tanquàm verum filium.

69 Extenduntur ſeptimò † prædicti caſus, vt procedat etiam in filiis legitimatis. Nam & horum fauore vxor præſumitur relicta alimentaria tantum. Ita Picus in d.§.Titia.quæſt.11. num.65.

70 Extenduntur octauò, vt † locum habeant prædicti caſus etiam in filiis naturalibus & ſpuriis, quando ſcilicet poſſunt ſuccedere.Ita Picus in d.§.Titia.q.12.num.64.qui diſtinguit aliquot caſus.

71 Extenduntur nonò vt † procedant dicti caſus etiam quando teſtator, exiſtente filia,eam dotauit, & fratrem proprium hæredem inſtituit,& vxori vſumfructum reliquit. Hoc etiam caſu vxor conſequitur ſolummodò alimenta. Ita reſpondit Capra in conſ.158.

72 Extenduntur decimò, † vt locum habeant etiam,quando pater inſtituit filiam,aliàs à ſtatuto,ſtantibus filiis,vel agnatis excluſam. Nam & hoc caſu eius marer relicta vſufructuaria conſequi debet ſolummodò alimenta. Ita Caualcanus in

·Tract.de vſufructu mulieri relicto num.54.verſ.mihi,qui.
73 Declarantur nunc † primò prædicti caſus, in quibus diximus, vxorem relictam vſufructuariam, conſequi ſolùm alimenta,vt non habeant locum, in his, qui non ſunt propriè filij,& ſi loco filiorum habentur:ſicuti in filiis ſpiritualibus. Et ſi enim ij à patre ſpirituali hæres inſtituuntur : relicta vxore vſufructuaria, non tamen conſuetudo Bulgari eos comprehendit, vt ſcilicet eorum fauore vxor conſequi debeat alimenta tantùm. Ita poſt longam diſpoſitionem concludit Picus in d.l.Titia.§.Titia cum nuberet.num.72.de leg.2.
74 Declarantur ſecundò † prædicti caſus, vt locum non habeant in fiſco, qui ſuccedit loco filiorum. Ita reſponderunt Curtius Senius in conſilio 14. numero 2. Ruinus in conſilio 26.numero 3.libr.5. & Rolandus in conſilio 74.numero 11. libr.ſecundo.

Et ſecuti ſunt Antonius Gabriel in dicto lib.5.Concluſionum in tit.de vſufructu concluſ.3.numer.8.& Caualcanus in dicto Tract.de vſufructu mulieri relicto. num.40. Ea eſt hu-
75 ius † ſententiæ ratio, quia fiſcus & ſi ſuccedit loco filiorum: attamen habetur tanquam hæres extraneus vt dixi ſupra.
76 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat, quando conſtat teſtatorem multum dilexiſſe vxorem, & odio habuiſſe filios. Ita reſpondit Gratus in conſ.117.in fin.lib.2.
77 Declaratur quartò, vt † locum non habeant prædicti caſus,poſt mortem ipſorum filiorum, ſuperuiuente ipſa eorum matre relicta vſufructuaria. Nam tunc reaſſumit mulier vſumfructum verum.Ita poſt alios Pariſius in conſ.21.num.7.& 8. lib.2. Rolandus in conſ.74.nu.10.lib.2.Io. Ancharanus Regienſis in q.1.num. 2.in ſecunda parte, & alij, quos congeſſerunt, & ſecuti ſunt Antonius Gabriel in d.concluſ.3.num.7. & Caualcanus in dicto Tracta. de vſufructu mulieri relicto. num.41.Et his accedunt Ruinus in conſ.44.num.2.libr.2.& in conſil.26.num.3.lib.5. Socinus Iun.in conſil.85.nu.21.lib. 1.& Natta in conſ.605.num.2.
78 Et hæc quidem declaratio † locum habet etiam quando filij hæredes inſtituti deſinunt eſſe domini bonorum patris aliter quàm morte: ſicuti quando ipſorum filiorum bona ob crimen ab eis perpetratum publicantur. Nam & hoc caſu vxor conſequitur vſumfructum.Ita reſponderunt Curtius Sen. in conſil.14.col.1.& 2. Ruinus in conſ.26.num.3.lib.5.Picus in d.§.Titia.num.36.verſic.ex quibus omnibus, & nume.72. Rolandus in d.conſil.74. nume.11.libr.2. Antonius Gabriel in d.conclu.3.nume.8. & Caualcanus in loco ſupra allegato.
79 nu.40.Ea † eſt huius traditionis ratio,quia fiſcus ſuccedit delinquenti tanquam extraneus ſucceſſor:vt tradunt multi,quos congeſſi in conſ.409.num.1.libr.5. & propterea fiſcus nil ab hærede extraneo quo ad hunc effectum differt. Habet etiam locum hæc declaratio, quando mortuo filio hærede inſtituto ſuccedit ei ſubſtitutus, ſiue vulgaris,ſiue pupillaris ſit ſubſtitutio.Ita de vtroque ſcripſerunt multi congeſti à Gabriele in d.concluſ.3.numer. 10.& 11 & à Caualcano in loco ſuprà citato.numer.42. & 43. & accedunt Baldus in l. voluntatis.nu. 3.verſic.item ponem exemplum.C.de fideicom.qui declarat. Sic & Bart.inter conſilia Bald.in conſ.120. Nicolaus Tuderti.lib.3.& Pariſ.in conſ.94.num.44.lib.2. Et inter alios Roman.in conſ.416.num.3.multis argumentis defendit.
80 Idem eſt quando † poſt mortem filij ſuccedit pia cauſa. Ita Gabriel in d.concluſ.3.nume.17. qui recenſet huius opinionis Bart. Baldum, Imolam, Decium, Picum & Socinum Iuniorem,& ſi diſſentit Corneus in conſil.273. col.1.ver.his tamen non obſtantibus.lib.3.
81 Cæterum hæc declaratio † intelligitur, quando fauore filiorum, verba, quæ ſui natura & ſignificatione importabant vſumfructum, per conſuetudinem Bulgari reſtricta ſunt ad ſola alimenta:ſecus verò quando verba ipſa ſui ſignificatione nec in vita nec in morte filiorum ſignificare poſſunt vſumfructum. Nam tunc etiam poſt mortem filiorum vxor conſequitur ſola alimenta:Cùm hoc caſu mors filiorum nil operetur:ex quo non eorum fauore,& cauſa verba id non ſignificabant:ſed ex propria ipſorum verborum natura.Ita egregiè,& rectè reſpondit Rui.in conſ.17. nu.13.verſ. & ex hoc vltimo. lib.2.Et,ſi rectè perpendatur, idem ſenſit Caſtr.in conſ.160. Conſiderandũ eſt.col.2. in fin.verſ.ſed in cõtrariũ facit lib.2.
82 Declaratur † quintò, vt non habeat locum, quando vſufructus eſt minoris valoris quàm eſſent alimenta : vt quia alimenta eſſent tenuïa reſpectu qualitatis perſonæ ipſius mulieris. Ita declarat Peralta in d.l.Titia.§.Titia.numero 24.verſ. deinde,& tertiò,de leg.2.

## PRÆSVMPT. CXL.

### Vſumfructum, vel alimenta tantum an & quando teſtator vxori reliquiſſe pręſumatur,hærede extraneo inſtituto.

### SVMMARIVM

*1 Teſtator an & quando præſumatur reliquiſſe vſumfructum vel alimenta tantum vxori,hærede extraneo inſtituto.*
*2 Hæredes extranei qui dicantur.*
*3 Pater, auus, & reliqui aſcendentes inter extraneos hæredes numerantur,quib.inſtitutis,vxor relicta vſufructuaria conſequitur ipſum vſumfructum, non autem ſola alimenta. Contra, numero 4.*
*5 Vxor cenſetur vere vſufructuaria,quando teſtator inſtituto hærede extraneo reliquit ipſam vſufructuariam.*
*6 Nomen, Vſufructuaria, ſui proprietate ſignificat ipſum vſumfructum.*
*7 A ſermonis proprietate non eſt recedendum : ſecus ſi coniecturata mens teſtatoris vrget.*
*8 Teſtator ſi vnà cum filio inſtituit extraneum, & vxorem reliquit vſufructuariam, pro ea hæreditatis parte extraneo relicta, ipſa vxor dicitur vſufructuaria, & pro parte filio relicta, alimentaria.*
*9 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinare debet.*
*Secus ſi aliàs ſequeretur correctio iuris communis.*
*10 Vxor cenſetur verè vſufructuaria, quando teſtator inſtituit filios pro dimidia,& pro altera dimidia extraneos,quibus extraneis prælegata reliquit,ipſam verò vſufructuariam,& conſequitur tam vſumfructum illius dimidiæ,quàm prælegatorum.*
*Secus ſi coniecturis conſtat teſtatorem voluiſſe relinquere alimenta tantum.num 11.*
*12 Vxor præſumitur alimentaria tantum quando teſtator dixit ſe velle eam eſſe vſufructuariam omnium bonorum,& deinde dixit,quòd non poßit petere dotem ante tempus matrimonij.*
*Idem quando teſtator dixit,quòd poßit habitare in domo.nu.13.*
*14 Legatum vſusfructus continet etiam habitationem.*
*15 Vxor cenſetur alimentaria tantum, quando teſtator dixit, quòd ipſa poſſet facere eleemoſynas.*
*Idem quando teſtator ſubiunxit, quòd ſi contingeret ipſam vxorem moleſtari ab hærede,ei legabat victum & veſtitum, numero 16.*
*Idem quando dixit, quòd relinquebat vxorem ſuam vſufructuariam in domo,& ſic non dixit omnium bonorum.num.17.*
*18 Vxor nunquid præſumatur vſufructuaria, quando teſtator inſtituto hærede extraneo dixit, Relinquo vxorem meam dominam,an verò dicatur alimentaria tantum.*
*19 Loquendi communis vſus maximè in teſtamentis ſpectari debet.*
*20 Hæres & dominus idem ſunt.*
*21 Teſtator extraneo hærede inſtituto ſi dixit, Relinquo vxorem meam dominam & vſufructuariam,nunquid ipſa vxor conſequatur vſumfructum,an verò alimenta tantum.*
*Et quid ſi dixit : Et vxorem meam relinquo bonorum meorum maſſariam.num.22.*
*Et quid ſi dixit,dominam & maſſariam.num.23.*
*Et quid ſi dixit, vxorem meam relinquo vſufructuariam, vt habeat alimenta.ſicuti hactenus in domo mea habuit.num.24.*
*Et quid ſi dixit, vxorem relinquo adminiſtratricem & gubernatricem.num.25.*
*26 Vxor relicta vſufructuaria, extraneo hærede inſtituto, an concurrat in vſufructu cum hærede,vel potius integrum vſumfructum ipſa ſola conſequatur.*

1 EXplicauimus † in præcedenti præſumptione, quando teſtator,hærede inſtituto filio, reliquit vſumfructum bonorum vxori. Nunc agendum eſt,quando teſtator,hærede inſtituto extraneo, vſumfructum legauit vxori. Quam diſputationem



nem poſt interpretes præſertim Picum in d. l. Titia. §. Titia cum nuberet.de leg.2. pertractauit Antonius Gabriel. in lib. 5.concluſionum.in tit.de vſufructu.concluſ.3.vbi.nu.32.poſt Soc.Sen.in conſ.279.col.pen.lib.2.& Ruin.in conſ.35.num. 3.lib.2.dixit,eſſe coniecturalem.

Ego verò diſtinguam aliquot caſus. Verùm prius præmittendum duxi, qui dicuntur in caſu noſtro hæredes extranei?
2 Et † verè recepta eſt ſententia, extraneos dici omnes exceptis filiis, nepotibus, ac aliis, qui filiorum locum obtinent in ſucceſſione ipſius teſtatoris. Et propterea agnati & cognati omnes ſicq; collaterales extranei hoc noſtro in caſu cenſentur. Ita Bart.in d.§.Titia in fine.& ibidem Picus.numero 44. verſic. ſeptimò & vltimò quærit, & alios refert Gabriel in d. concluſ.3.numero 3.& in concluſ.2.numero 54. Et accedunt Gratus in conſil. 117. numer. 3. libr.2. Rolandus in conſilio 74.numero 7.lib.2. Et verè, ſi rectè perpendatur, diſſentit à prædictis Capra in conſilio 158.numero 1.verſicul. quæ conſuetudo : Viſus eſt quidem diſſentire Comen.in d.§.Titia.in
3 fine : ſed nec iure vel ratione aliqua mouetur. Inter † extraneos etiam hoc in caſu connumerantur aſcendentes tam maſculi quàm fœminæ,vt pater,auus & reliqui : vt mater,auia,& aliæ. Nam & his inſtitutis, vxor relicta vſufructuaria conſequitur ipſum vſumfructum,non autem ſola alimenta:Cùm & ij loco extraneorum habeantur,ſic ſanè ſcripſerunt Angel.in conſil.241.Alexan.in conſil.57. columna prima,verſicul.ſed circa hoc.lib.3.Corneus in conſil.5.verſicul.tamen.lib.1.Angelus Aretinus in Tract.de teſtamentis, in verbo, Item reliquit dictam B. vxorem.columna 2. verſic.quæritur etiam ſecundum Bartolum,Picus in d.§.Titia.numer.56.verſic.ſeptimò & vltimò quærit, & Antonius Gabriel. in d. concluſ. 2. num.55.& in concluſ.3. num.2. & his accedunt Iaſon in conſ. 14.lib.1.& Rolandus in d.conſ.74.num.7.lib.2.
4 Cæterùm non mediocriter aduerſus † receptam hanc ſententiam vrgent rationes & argumenta Ancha. in conſil.237. Quia in primò quæſito.columna 2.verſic.contrarium ſentio. Et mihi certè magis probatur Ancharani ſententia:Cùm verè eadem ratio affectionis & pietatis verſetur circa aſcendentes,à quibus ſumus progeniti, & quibus ob id plurimum debemus.Et propterea conſuetudo Bulgari,quæ loquitur de filiis & liberis ob rationis identitatem comprehendit etiam etiam aſcendentes, ſicuti & ſuo illo in caſu à fortiori reſpondit Capra in d.conſ.158. Et hac ratione tolluntur multæ illæ conſiderationes Pauli Pici in d.§.Titia.num.56.

Hoc ſic præmiſſo,diſtinguo atque conſtituo multos caſus.
5 Primus eſt, quando † teſtator inſtituto (vt diximus) hærede extraneo, ita dixit, relinquo vxorem meam vſufructuariam. Hoc ſanè caſu dicitur verè & propriè hęc mulier,vſufructuaria, non autem ſolummodò alimentaria.Ita Accurſius, Speculator,Bart.Baldus,Angelus,Imola,Caſtrenſis,Capra,Corneus, Iaſon, Curtius Senius & Capella Toloſana, quos omnes recenſet Antonius Gabriel in d. concluſ.3. numero 1.Et quibus accedunt Guilielmus Benedictus in cap. Raynutius. in verbo, cætera.numero 22.de teſtamen.Rolandus in con-
6 ſilio 74. numero 9.lib.2. Et huius quidem ſententiæ † manifeſta eſt ratio, quia nomen hoc, vſufructuaria, ſignificat ſui proprietate ipſum vſumfructum : vt eſt ſatis manifeſtum, & tradunt Bart.in l.fundi Trebatiani.ff. de vſufructu lega.Crottus in l. re coniuncti. numero 77. de leg.3. & in conſil. 162. numero 9.lib.2.& Bellonus in conſilio 6.numero 6. Et à ſer-
7 monis † proprietate recedendum non eſt, l.non aliter.de leg. 3. & l.ſi alij. ff. de vſufructu lega. Et quamquam à ſermonis proprietate recedi interdum ſoleat, quando coniecturata teſtatoris mens & voluntas vrget:attamen in caſu noſtro nullæ extant coniecturæ,& rationes ex illis, quæ in Bulgari conſuetudine,de qua in præcedenti pręſumptione diximus,ſuadent, relicta fuiſſe alimenta tantùm.
8 Extenditur primò, vt † procedat etiam quando extraneus eſt inſtitutus vnà cum filio teſtatoris, qui vſumfructum vxori reliquit. Nam & tunc pro ea hæreditatis parte extraneo relicta vxor dicitur vſufructuaria, pro ea verò parte relicta filio eſt ſolùm alimentaria. Ita Bartol.in d.§.Titia.nume.9.de leg. 2. quem ſecuti ſunt Baldus, Angelus, Ancharanus, Romanus, Corneus, Angelus,Aretinus, Socinus Senior, Ruinus & Picus, quos commemorauit Antonius Gabriel in d.concluſ. 3.num.5. Et prædictis accedunt Capella Toloſana in q.463. verſ.ſi verò extranei.Rubeus in conſ.23.nu.3.Pariſius in conſ. 21.num.38.& in conſ.97.nu.5.lib.2. Socinus Iunior in conſ. 54.num.....lib.4.Rolandus in conſ.74.num.6.lib.2.& Caualcanus in tracta.de vſufructu mulieri relicto.num.42.& Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita.in vltima parte.num.49.ff. ad Trebell.Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia ob diuerſitatem rationis non poteſt eſſe æqualis determinatio tam in vno quàm in altero,vt declarando tex.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. ſcribit ibi Iaſon colum.vltima. Non ergo hic iudicandum idem eſt de portione extraneorum quod de illa filiorum.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Pract.Papienſis in forma libelli,quo mulier agit ad dotem in verbo, donec vitam.verſ. ſed quid dices. Salicetus,in auth.hoc locum.col.3.ver.quæro iuxtà prædictum thema.C.ſi ſecundo nupſerit mulier,Ruinus in conſ.77.col.pen.verſ.non obſtat lib.4. Ea ratione vſus eſt Salicetus:quia hoc vſusfructus legatum eſt vnicum,& ratione formæ indiuiduum. Ergo eodem iure cenſeri debet iuxtà l. eum qui ædes.ff.de vſucap.

Verùm reſpondetur,regulam d.l.eum,qui ædes, locum nō habere quando diuerſi reſpectus conſiderari poſſunt.Ita poſt alios ſcripſi in commentariis de recuperanda poſſeſſione, in primo remedio.num.36. Porrò in caſu noſtro diuerſi ſunt reſpectus : cùm ille fauor à conſuetudine Bulgari tributus filiis
9 non habeat locum in extraneis.Non etiam vrget † illa regula, quod vnica eſſe debet determinatio, quando plura determinabilia comprehenduntur ſub vnico ſermone iuxtà l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Nam reſpondetur regulam illam locum non habere quando aliàs ſequeretur correctio iuris communis.Abbas in capit.cum dilectus.de conſuetudine.& Ruinus in conſ.64.num.7.lib.3.Atqui noſtro in caſu illa conſuetudo Bulgari fauens filiis, quæ eſt iuris communis correctoria, extenderetur etiam ad commodum extraneorum. Ergo &c.
10 Extenditur ſecundò, vt † procedat etiam quando teſtator inſtituit filios pro dimidia, & pro altera dimidia extraneos, quibus quidem extraneis prælegata reliquit,vxorem verò vſufructuariam fecit. Hoc etiam caſu vxor conſequi debet non ſolum integrum vſumfructum illius dimidiæ hæreditatis relictæ vſufructuariis: ſed etiam vſufructum prælegatorum. Ita docuit Picus in d.§.Titia.168.verſic.87.quæro,quem ſecutus eſt Antonius Gabriel in d.concluſ.3.num.6.reiecta contraria opinione Caſtren.in conſ.133.Præfati Vannutius & lib.1. Ea ratione motus eſt Picus,quia & ſi prælegata ſunt præſtanda ab ipſis filiis illis extraneis cohæredibus: attamen non dicuntur eſſe bona filiorum,ſed extraneorum.
11 Declaratur hic caſus,vt † non habeat locum, quando coniecturis conſtat,quod & ſi teſtator dixit ſe relinquere vxorem ſuam vſufructuariam,attamen coniecturis colligitur,voluiſſe relinquere alimenta tantùm. Ita Socin.Sen.in conſ.279.col, pen.num...lib.2.Rui.in conſ.35.num.3.lib.2.& Gabriel in d.concl.3.num.32. Et ij quidem afferunt coniecturam illam, ſi teſtator poſteaquàm reliquit ipſam vxorē vſufructuariam, dixit & legauit etiam ipſi vxori victum & veſtitum. Ex hoc enim apparet,teſtatorem ſub illis verbis relinquo vſufructuariam, voluiſſe comprehendere alimenta tantùm. Eſt ratio, quia ſi illis verbis, relinquo vſufructuariam, intellexiſſet propriè de vſufructu,fruſtra reliquiſſet victum & veſtitum. Ita in ſpecie Soci.Sen.in d.conſ.279.col.pen. & hanc quoque ſententiam probauit Picus in d.§.Titia.num.134.reiecta opinio
12 ne Baldi. Eſt † ſimilis coniectura, quam fecit Capra in conſ. 158.col.2.verſ.colligitur enim, cùm dixit, vxorem relictam dominam, maſſariam & vſufructuariam omnium bonorum, præſumi relictam alimētariam tantùm,propterea quòd teſtator ſubiunxerat & dixerat,quòd nō poſſet petere dotem ſuam antè tempus matrimonij. Hæc ſanè verba eſſent omninò ſuperflua,ſi relicta fuiſſet vſufructuaria, quia certum eſt, quod interim non deducit mulier dotem : cùm omnia apud ſe ha-
13 beat.Simile † etiam reſpondit Ruinus in d.conſ.35.nu.4.lib. 2.quando teſtator,relicta vxore vſufructuaria dixit,quod poſſet habitare in domo,ſi enim fuiſſet relicta vſufructuaria pro-
14 priè,fruſtrà reliquiſſet habitationem:cùm in legato † vſusfructus omnium bonorum contineatur etiam habitatio.l. ſi ha-

bitatio.§.ſi vſus.& l.plenum.§.præter.ff.de vſu & habit.
15 Idem † quando teſtator dixit, quod ipſa vxor poſſet face-
re eleemoſynas. Hæc etiam verba eſſent ſuperflua, ſi relicta
fuiſſet vſufructuaria: cùm certum ſit, vſufructuarium poſſe fa-
cere eleemoſynas ex ipſis fructibus. Ita Ruin.in d. conſil.35.
16 num.7. Eſt & alia † coniectura, quando teſtator poſteaquam
reliquit ipſam vxorem vſufructuariam ſubiunxit, quòd ſi con-
tingeret vxorem moleſtari ab hærede, ei legabat victum &
veſtitum. Hoc enim legatum pœnale declarat præcedens, vt
intelligatur de ſolis alimentis, hoc eſt de ſolo victu & veſtitu:
ſicuti teſtator expreſſit. Ita in ſpecie reſpondit Ruinus in d.
conſil.35.num.8.lib.2. Ea eſt ratio, quia ſi illis primis verbis,
relinquo vxorem meam vſufructuariam, intelligeretur reli-
ctus vſusfructus propriè, hæredes ex proprio delicto nempè
moleſtationis conſequerentur lucrum, quia ad ſui vtilitatem
minueretur vſusfructus in ſola alimenta: Et econtra pœna ad-
iecta fauore ipſius mulieris operaretur odium: quia loco vſuſ-
fructus conſequeretur ſolummodò alimenta. Id quod repu-
gnaret omninò voluntati teſtatoris: Et ideò dicendum eſt, te-
ſtatorem voluiſſe relinquere alimenta tantum.
17 Eſt etiam alia coniectura, quando † teſtator dixit, quod
relinquebat vxorem ſuam vſufructuariam in domo, atque ita
non dixit, omnium bonorum, ſed in domo tantum. Nam hoc
caſu ſola alimenta cum præeminentia in domo præſumuntur
relicta. Ita egregiè reſpondit Caſtren.in conſil. 416. Ad pri-
mum quæſitum.lib.2. Verum viſus eſt diſſentire Cor.in con-
ſilio quinto, numero ſecundo, iunctis his, quæ dixerat ante
numero 1.lib.1.
18 Secundus eſt caſus, quando † teſtator, inſtituto hærede ex-
traneo, dixit, relinquo vxorem meam dominam. Hoc in caſu
ſunt opiniones. Vna fuit eorum, qui ſcripſerunt, vxorem præ-
ſumi relictam alimentariam tantum cum præeminentia in
domo, ſicuti habebat, viuente marito. Ita poſt Bart. Abbatem,
Salicetum, Corneum & Picum reſpondit Soci. Iun.in conſil.
94.num.4.lib. qui dixit, hoc in caſu nullam eſſe differentiam,
quod teſtator hæredes inſtituerit extraneos, vel proprios fi-
lios, vt etiam retuli in præcedenti præſumptione in primo ca-
ſu. His accedunt Bald.in conſil. 459. Quidam inſtituto.lib.1.
Angel.in conſ.144.col.1. Pariſ.in conſ.21.nu.18.lib.2. Anto-
nius Gabriel in d.concl.3.nu.16.
Et huius quidem opinionis ea eſt ratio, quia hęc verba, do-
19 mina, hoc in caſu ſecundum communem † loquendi vſum,
qui in teſtamentis ſpectari debet, iuxta.l. liberorum.§.quod
tamen. de leg.3. ſignificant non dominium, ſed præeminen-
tiam quandam. Altera fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, v-
xorem hoc in caſu præſumi relictam vſufructuariam. Ita
huius opinionis refert Gabriel præcitato in loco fuiſſe Ca-
pellam Toloſanam in q. 463. Angelum Aretinum in Tract.
de teſtamentis.in verbo, item reliquit.in princ.& Decius lo-
quitur, quando filij fuerunt hæredes inſtituti: ſicuti etiam lo-
quitur Caſtren. in reſponſis allegatis à Pariſio in loco ſuprà
commemorato.
Tertiam opinionem ſenſit Crottus in l.re coniuncti.num.
77.de leg.3. & in conſil.162.nu. 8.lib.2. quod hæc mulier ſit
20 proprietaria: cùm † idem ſit dominus quod hæres.§. vlt.inſt.
de hæred. qual. & differen. Illa tamen prima opinio eſt rece-
ptior & probabilior.
21 Tertius eſt caſus, quando † teſtator, hærede inſtituto ex-
traneo, dixit, relinquo vxorem meam dominam & vſufru-
ctuariam. Hoc in caſu duæ ſunt opiniones. Vna antiquorum,
qui dixerunt teſtatorem dediſſe facultatem vxori, vt eligere
poſſit vel proprietatem, vel vſumfructum. Iacobus de Arena,
Cynus & Dynus, quos refert Bart.in d.§.Titia.nu.3. Et idem
Dynus in conſ.3.num.11. Et hæc quidem opinio ante Bartol.
tempora communis erat, teſte Saliceto in l. 1. C. ſi ſecundo
nupſ.mulier. Secunda eſt verior & receptior, quod imò ſolus
vſusfructus ſit relictus. Ita Bart.in d.§.Titia.num.3.verſ.ſecus
ſi extraneis, & ibidem Picus.num.95. Capra in conſ.154.col.
1. Corn.in conſ.112.num.14.lib.2. & in conſ.173.nu.4.verſ.
vbi autem. libro tertio, & communem teſtatur Socinus Se-
nior in conſ.210.col.1.verſ.ſed Bar.lib.2.
Declaratur hic caſus, vt non habebat locum, quando teſta
tor reliquit vxorem dominam & vſufructuariam mobilium &
immobilium, cum alienandi facultate, vel vt non teneatur
præſtare cautionem. Nam tunc dicitur reliquiſſe proprieta-
tem. Ita Socin.in d.conſ.210.col.2.verſ.tertiò, quia.
22 Quartus eſt caſus, quando † teſtator hærede inſtituto ex-
traneo, dixit, & vxorem meam relinquo bonorum meorum
maſſariam. Hoc in caſu præſumitur relicta alimentaria tan-
tum. Ita Baldus in l.legem.col.2. verſ. ſed quid ſi teſtator di-
xit.C. de indicta vid.tollen. Salicetus in auth.hoc locum.col.
3.verſ.& fortius, ſi adiiciat.C.ſi ſecundo nupſ.mul. Picus in d.
§.Titia.q.24.num.95. Pariſ.in conſ.21.num.18.lib.2.& Ga-
briel in d.concl.3.nu.36. Idem quando dixit, donnam & maſ-
ſariam. Corn.in conſil.112.num.14.lib.2.
23 Quintus eſt caſus, quando † teſtator, hærede inſtituto ex-
traneo, ita dixit. Et vxorem meam relinquo dominam & maſ-
ſariam. Hoc in caſu pariter ſunt opiniones. Vna fuit Capellæ
Toloſanæ in q.462. quæ decidit, vxorem hanc præſumi reli-
ctam vſufructuariam.
Altera fuit opinio eorum, qui cenſuerunt, præſumi relicta
ſola alimenta. Ita ſanè poſt Specul.& Odofredum ſcripſerunt
Baldus in d.l.legem.col.2.verſ.idem, ſi dixit.C.de indicta vid.
tollen. Corn.in conſil.112.num.14.lib.1. Picus in d.§.Titia.
num.34. Abbas in conſ.4.col.3. verſ.& ſi quæritur.lib.2. Pa-
riſ.in conſ.21.num.18. lib.2. Socin.Iun in conſ.94. col.1.lib.
1. Gabriel in d.concl.3.num.25.& num.37.
24 Sextus eſt caſus, quando † teſtator, inſtituto hærede extra-
neo ſic dixit. Et vxorem meam relinquo vſufructuariam, vt
habeat alimenta, ſicuti hactenus in domo mea habuit. Hoc in
caſu vxor hæc præſumitur relicta vſufructuaria, non autem
ſolummodò alimentaria. Ita Picus in d.§.Titia.nu.38.verſic.
quid autem, ſi teſtator, & Gabriel in d.concl.3.nu.31.
25 Septimus eſt caſus, quando † teſtator, inſtituto hærede ex-
traneo, dixit. Et vxorem meam relinquo adminiſtratricem &
gubernatricem. Hoc ſanè caſu præſumitur reliquiſſe alimen-
ta tantùm. Ita Baldus in conſ.295. Dicta particula teſtamen-
ti.lib.5. Picus in d.§. Titia.num.177. Pariſius in conſ.18.nu.
21.lib.2.& Gabriel in d.concluſ.3.nume.39. Idem reſpondit
Ruin.in conſ.17.num.13.lib.2. quando teſtator reliquit vxo-
rem tutricem & adminiſtratricem. Ita etiam quando reliquit
gubernatricem, vt reſpondit Caſtren.in conſ.160. Conſide-
randum eſt.col.2.in fin.lib.2.
26 Dubitari hic iure † poteſt, an vxor à marito relicta vſufru-
ctuaria, inſtituto hærede extraneo concurrat in ipſo vſufru-
ctu cum hærede, vel potius integrum vſumfructum ipſa ſola
conſequatur? Hanc diſputationem, quam nunc de induſtria
omitto, explicarunt poſt alios Socinus Sen.in conſ.1.2.&3.
lib.4. Pariſ.in conſ.94.nu.45.& in conſ.97.nu.21.lib.2. Ruin.
in conſ.40.col.2.lib.2.& Picus in d.§.Titia.nume.30.& 31.&
num.82. qui multis modis limitat atque declarat.

## PRÆSVMPT. CXLI.

### Vſufructu vxori relicto, nullo alio hærede penitus inſtituto, vel ſolum poſt ipſius vxoris mortem, quid ei relictum præſumatur.

## SVMMARIVM.

*1 Vxor quid conſequatur, quando maritus nullis penitus hæredibus inſtitutis, vel inſtitutis ſed poſt mortem ipſius vxoris vſumfructum ei reliquit.*

*2 Teſtator ſi inſtituit vxorem donec vixerit, & poſt eius mortem nullum alium inſtituit hæredem, nunquid vſufructuaria præſumatur, vel proprietaria.*

*Et an d.inſtitutio ſit perpetua, vel grauata onere fideicom. poſt mortem ipſius vxoris.num.5.*

*3 Hæres ſcriptus in re certa nullo dato cohærede detracta rei mentione, totam ipſam hæreditatem conſequitur.*

*4 Inſtitutio pura ex die vel ad diem fieri nequit.*

*6 Vxor nunquid præſumitur hæres in omnib.bonis, quando teſtator dicit: Relinquo vxorem dominam & maſſariam bonorum meorum nullo alio hærede inſtituto.*

*7 Verbum, relinquo, nullo alio dato hærede, trahitur ad inſtitutionē.*

*8 Maritus ſi reliquit vxori vel hæreditatem, vel vſumfructum ea viuente, & poſt eius mortē inſtituit filium proprium, filius reiecta conditione præſumitur inſtitutus in ſua legitima, & mulier cenſetur grauata onere fideicommiſſi erga ipſum filium poſt eius mortem inſtitutum. & num.ſeq.*

*10 Teſtator ſi titulo legati reliquit vxori vſumfructum bonorum ſuorum donec viuet, & poſt eius mortem inſtituit filium proprium, nunquid valeat tale legatum, & quomodo cenſeatur grauata ipſa mulier.*

*Et quid ſi reliquit ipſam vxorem huiuſmodi titulo dominam & vſufructuariam.num.11.*

*Et quid conſequi poſſit dicta mulier.num.18.& ſeq.*

*12 Verbum, dominam, ſignificat hæredis inſtitutionem.*

*13 Hæres inſtitutus etiam in re certa poteſt propria auctoritate appræhendere poſſeſſionem rei ſibi relictæ.*

*14 Verbum, relinquo, trahitur ad inſtitutionem hæredis, quando nullus alius inſtitutus eſt hæres, ſecus verò ſi alius hæres extat.*

*Imò quòd trahitur, ex præſumpta mente teſtatoris, ne teſtamentum reddatur nullum.num.15.*

*Et eſt verbū cōmune aptū ſignificare hæredis inſtitutionem.nu.16.*

*17 Verbum, dominam, non ſignificat dominium, ſicq; hæredis inſtitutionem vniuerſalem, quando alius extat hæres, in re autem particulari poteſt ſignificare hæredis inſtitutionem.*

*19 Verba interpretari debent ſecundū conſuetudinem & ſtatuta loci.*

*20 Pater præſumitur plus diligere filium quam vxorem præſertim quando agitur de ſucceſſione.*

*21 Hæreditas dari non poteſt, nec ex tempore, nec ad tempus.*

*22 Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

*23 Teſtator ſi titulo inſtitutionis reliquit vxorem vſufructuariam, & poſt eius mortem inſtituit filium, nunquid cenſeatur ei reliquiſſe vſumfructum, an proprietatem: & an teſtamentum valeat. & num.ſeq.*

*Et quid ſi reliquit vxori vſumfructum donec vixerit, & poſt mortem inſtituit extraneum, num.25.*

*Et an valeat tale teſtamentum, vel ipſa mulier conſequitur ſolum vſumfructum, an verò proprietatem.num.26.& ſeq.*

*27 Hæres qui extitit ſemel, nunquàm deſinit eſſe hæres.*

*28 Vxor, cui reliquit teſtator vſumfructum donec vixerit, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, cenſetur grauata reſtituere illi extraneo per fideicommiſſum, & ſic poteſt ipſa vel eius hæres detrahere trebellianicam.*

*Et id multò magis procedit, quando poſt mortem mulieris fuit ille hæres extraneus vocatus per verba communia.num.29.*

*Et multo magis etiam cenſetur in totum hæres, quādo teſtator ita dixit: Relinquo vxori meæ vſumfructum iure legati, inſtitutionis, & omni mulieri modo.num.30.*

*31 Teſtator ſi reliquit vxorem dominam & vſufructuariam, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, an hæc mulier dicatur hæres in totum, vel ſolum legataria.*

*32 Teſtator ſi voluit matrem ſuam eſſe dominam & vſufructuariam toto tempore vitæ ſuæ, & poſt eius mortem inſtituit fratrem ſuum vterinum, præſumitur voluiſſe ipſam eſſe in totum hæredem, & grauatam onere fideicommiſſi.*

*33 Teſtator ſi titulo legati reliquit vxori vſumfructum, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, an hæc mulier dicatur in totum hæres vel legataria & num.ſeq.*

*Et an tale legatum valeat.num.35.*

*34 Verbum, lego, nunquàm trahitur ad hæredis inſtitutionem, quando rei ſingulari adiectum eſt.*

*36 Dies vſufructus legati non cedit, niſi à die aditæ hæreditatis.*

*37 Conditio incerta impedit hæreditatis aditionem.*

*38 Legatum quandoque cedit etiam ante aditam hæreditatem, ſi ita placet teſtatori.*

*39 Intellectum, leg.qui filio.in princ.ff.de hæred.inſtit.*

*40 Teſtamentum in dubio pronunciari debet, vt valeat.*

*41 Vxor, cui titulo legati relictus eſt vſusfructus, poſt eius mortem inſtituto extraneo, quo remedio conſequatur legatum, ex quo ea viuente nullus extat verè hæres, qui hæreditatem adiuerit. num.ſeq.*

*42 Facere aliquid obligatus, ſi iure impeditur facere, ſufficit ſi de facto faciat.*

*43 Iudex hæredis factum & perſonam ſuſtinet.*

*44 Iudicis offenſum conceditur loco deficientis actionis, ſic ſuadente æquitate.*

*45 Extraneus hæres inſtitutus poſt mortem vxoris legatariæ vſusfructus, an poſſit detrahere vſumfructum falcidiæ.num.ſeq.*

*46 Falcidiæ detractionis commodum eſt à iure conceſſum hæredi, vt adire poſſit hæreditatem, vt præſtentur legata legatarijs.*

*47 Teſtator ſi titulo legati reliquit vxori vſumfructum, cui cohæredem dedit in re particulari, deinde poſt mortem ipſius vxoris inſtituit extraneum hæredem vniuerſalem, an valeat huiuſmodi legatum.*

*Et quid ſi inſtituit vxorem in omnibus bonis ſuis in vita ſua tantùm, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, nunquid cenſeatur ipſa mulier hæres grauata onere fideicommiſſi erga dictum extraneum.num.48.*

*Et quid ſi teſtator ſimpliciter dixit, ſe inſtituere vxorem hæredem vniuerſalem in eius vita, & ſic non dixit, in omnibus bonis, & poſt eius mortem voluit, bona omnia pleno iure peruenire ad extraneum hæredem.num.49.*

*Et quid ſi poſt mortem vxoris inſtituit cauſam piam, vel Eccleſiam.num.50.*

CVM in duabus præcedentibus pręſumptionibus
explicatum à nobis ſit, quid cōſequi debeat vxor,
cui maritus, inſtitutis filiis, vel extraneis, vſumfru-
1 ctum reliquit. Nunc † diſſerendum eſt, quid illa
conſequatur, quando maritus, nullis penitus hæredibus inſti-
tutis, vel inſtitutis, ſed poſt mortem ipſius vxoris, vſumfructū
ei reliquit. Hanc diſputationem diligenter, & accuratè expli-
carunt Paulus Picus in l.Titia.§.Titia cum nuberet.num.97.
& num.137.de lega.2.& doctiſſimus Mantica in Commenta-
riis de coniecturis vltimarum voluntatum.lib.4.tit 5.in noua
editione, qui viginti articulos ſeu caſus diſtinxit atque dili-
genter enumerauit. Et quamquam ego in conſ.273.col.1 &
2.& 3.quatuor tantùm caſus, vt propoſita illa facti ſpecie fere-
bat, explicauerim: attamen non grauabor nunc plures ex cō-
memoratis à Mantica recenſere, ſed hoc ordine, vt diſtinguā
quatuor capita, quorum primum eſt, quando teſtator inſtituit
vxorem in vſufructu, nullis aliis hæredibus inſtitutis etiam
poſt eius mortem.
Secundum eſt caput, quando teſtator reliquit vxori hære-
ditatem vel vſumfructum donec ipſa vixerit, & poſt eius mor-
tem inſtituit filium proprium.
Tertium eſt caput, quando teſtator reliquit vxori vſum-
fructum donec vixerit, & poſt eius mortem hęredem inſtituit
extraneum.
Quartum & vltimum caput eſt, quando teſtator inſtituit
vxorem in omnibus ſuis bonis in vita ſua tantùm: & poſt eius
mortem inſtituit extraneum.
Primum caput propoſitum vt explicemus, diſtinguendi
ſunt duo caſus.
2 Primus eſt, quando † teſtator inſtituit vxorem in vſufructu
dōnec vixerit: Et poſt eius mortē nullū alium inſtituit hęredē.
Hoc in caſu plura ſunt conſideranda. Et primum quidem,
an hæc mulier conſequatur ſolum vſumfructum: ſed etiam
proprietatem? Et dicendum eſt, cenſeri hæredem in totum.
Ita in ſpecie ſcripſit erudiſs. Mantica in d.tit.5.art.1.& prius
Petrus Pekius in tract.de teſtamentis coniugum.lib.5.& cap.
3 4.in fi. Ea eſt † manifeſta ratio, quia hæres ſcriptus in re certa
nullo dato cohærede, detracta rei mentione, totam ipſam hę-
reditatem cōſequitur.l.1.§.ſi ex fundo.& l.ſi quis ita hęres in-
ſtitutus.ff.de hære.inſtit.& l.quoties.C.eo. Ita dicimus, quod
hærede inſtituta vniuerſali ipſa vxore donec vixerit, nullo alio
hærede inſtituto poſt mortem ipſius vxoris, ipſa dicitur hęres
in totum purè: cùm detracta temporis mentione, pura rema-
4 neat inſtitutio: quæ † ex die, vel ad diem fieri nequit.l.hæredi-
tas ex die.ff.de hæred.inſtit. cuius reſponſi rationem conſide-
raui in conſ.105.nu.5 lib.1. quam hic non repeto. Secundum
5 quod † hoc in caſu conſiderandum eſt, illud eſt, an hæc vxoris
inſtitutio perpetua ſit, vel potius grauata onere fideicommiſſi
poſt ipſius vxoris mortem? Et quamquam aliqui, quorum exi-
ſtimationi parco, crediderint, perpetuam manere inſtitutio-
nem: Ego tamen verius eſſe arbitror, grauatā eſſe onere fidei-
commiſſi erga ſuccedentes teſtatori ab inteſtato, ſicuti ſcri-
pſerunt Caſtr.in l.certi iuris.in fi.C.de teſta.mil.& in cōſ.241.
ſuper hoc puncto.cōl.2.lib.2. Dec.in conſ.278.col.1.verſ.ſed
iſte intellectus: Pariſius in conſil.69.nume.8.lib.2. Petrus

Pekius in d.capit.4.in fine.& Cephalus in conſi.716.nu.22. lib.5.Et ſi Bart.in l.quoties.§.ſi duo.verſic.tertio obſtat.ff.de hæred.inſti.viſus ſit intelligere, hoc verum eſſe,quando teſtator adiecit etiam clauſulam,quod ſic inſtitutus donec vixerit, non poſſit quid plus petere. Et Bartolum ſecuti ſunt Corneus in l.extraneum.nume.12.C.de hæred.inſtit.& in conſi.60.nume.6.lib.1. Durans in Tractatu de arte teſtandi. in tit. de hæred.inſtit.cautela.5.nu.4.

Verùm tamen exiſtimo eſſe abſolutè intelligendum etiam non adiecta illa clauſula.

6 Secundus eſt caſus † huius primi capitis, quando teſtator, nullo alio hærede inſtituto, ita dixit coram ſeptem teſtibus, relinquo vxorē meam dominam & maſſariam bonorum meorum.Hoc etiam caſu præſumitur mulier hęc inſtituta hæres in omnibus bonis.Ita Baldus & Imola in l.his verbis.in prin. ff.de hæred.inſtit.quos ſecutus eſt Picus in l.Titia.§.Titia.nu. 26.in fine.& nume.27.de leg.2.qui idem eſſe dixit, quando
7 ſimpliciter reliquit eam maſſariam. Ea ratione † moti ſunt; quia verbum relinquo, nullo alio dato hærede trahitur ad inſtitutionem d.l.his verbis.ff.de hæred.inſt.& ibidem Docto. & tradunt Crottus & alij in rub.ff.de leg.1.&Pariſius in conſ. 3.nume.11.lib.3. Et licet teſtator vſus ſit verbis illis, dominam & maſſariam,quæ non vniuerſam ſucceſſionem dari, ſed præeminentiam quandam conſtitui ſignificant:attamen ſicuti detracta mentione vſusfructus(vt diximus in præcedenti caſu)hæres in totū efficitur;ita & in caſu noſtro dicendū eſt.

8 Secundum eſt caput † huius diſputationis,quando maritus reliquit vxori,vel hæreditatem,vel vſum fructum, ea viuente, & poſt eius mortem inſtituit hæredem filium proprium. Hoc in capite diſtinguo tres caſus.

Primus caſus eſt, quando teſtator hæredem in tota hæreditate inſtituit ipſam vxorem ,donec vixerit: Et poſt eius mortem inſtituit filium proprium.

Hoc in caſu plura ſunt conſideranda.Et primum quidem quò ad validitatem teſtamēti,ob id,quod filius fuit inſtitutus in diem incertum, ſeu ſub conditione, nempè poſt mortem vxoris.Et quò ad hoc dicendum eſt ; eum reiecta conditione, dici purè inſtitutum in ſua legitima.Ita in ſpecie Bal. in conſilio 84.in fine.lib.4.Angelus in l.ſi filius à patre.in princi.ff. de lib.& poſthu.& ibidem Imola.Picus in d.§.Titia.nu.103. in fine.verſ. aliquando & tertiò.Riminald.Iun.in conſ.291. num.51.lib.2.Mantica in d.tit.5.in 8.art.

9 Secundum quod hic conſiderandnm † eſt, illud eſt quò ad ipſam mulierem, quæ detracta temporis mentione, remanet hæres purè;ſed tamē grauata onere fideicommiſſi erga filium poſt mortem ſuam inſtitutum. Ita in ſpecie affirmarunt Bald. Ang.& reliqui ſuprà commemorati. Et hæc quidem traditio comprobatur ex his,quæ dicemus in ſequenti capite,Cùm dicemus à fortiori, mulierem ſic inſtitutam teneri poſt mortem ſuam reſtituere hæredi extraneo inſtituto.

10 Secundus eſt caſus † huius ſecundi capitis, quando teſtator titulo legati ſicque ſingulari reliquit vxori vſumfructum bonorum ſuorum donec viuet, & poſt eius mortem inſtituit filium proprium. Hoc etiam in caſu plura ſunt conſideranda; Et primùm quidem,quo ad ipſum filiū, qui detracta illa temporis dilatione, remanet purè inſtitutus quo ad eius legitimam:ſicuti ſcripſerunt Io.Andreæ in additionibus ad Specul. in titul.de pigno.§.1.Caſtren.in conſi.Dubium, de quo quæritur,n... .lib. . . . Alex.in l.ſi filius à patre col.9.nu. . . . verſ. hanc tamen.ff.de lib.& poſth.& in l.extraneum.nume.8.in fi. ver.quod tamen.C.de hær.inſt.& ibid.Iaſ.col4.verſ.primò limita.Picus in d.§.Titia.n.97.verſi.aliquando & primò. Soc, Iun.in cōſi.85.n.12.li.1. Et hos ſecutus ſum in d.cōſ.273.n.1.

Secundum quod hic conſiderandū eſt, illud eſt quò ad ipſam mulierem, an legatum ei ſic factum valeat? Et dicendum eſt valere : quia filius,qui effectus eſt hæres purè reſpectu legitimę adire poteſt hæreditatem, atque ita confirmare ipſum legatum.Ita ſcribunt Doctores ſuprà commemorati.

Eſt conſiderandum tertiò, mulierem detracta illa temporis mentione cenſeri inſtitutam ſimpliciter & abſolutè : vt diximus in pręcedenti caſu:ſed tamen poſt mortem ſuam teneri iure fideicōmiſſi reſtituere hæc bona prædicto filio inſtituto. Ita in ſpecie ſcripſit Picus in d.§.Titia.num.98.verſ.ſed,quod poſt mortem.

11 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat non ſolùm quando teſtator reliquit ipſi vxori vſumfructum omnium bonorum:ſed etiam ſi reliquit vxorem dominam,& vſufructuariam & poſt eius mortem inſtituit filium hæredem vniuerſalem. Nam & tunc teſtamentum confirmabitur per aditionem hæreditatis à filio factam.Ita Picus in d.§.Titia. num.97.in fin. verſic.hanc concluſionem.

Imo confirmabitur teſtamentum aditione hæreditatis ipſiuſmet mulieris; quæ hoc in caſu dicitur inſtituta hæres in re certa, & ob id nullo dato hærede in vita, dicitur ipſa mulier hæres in totum,& conſequenter ſua auctoritate adire poterit hæreditatem. Ita docuit omnium primus Benedictus Plumbinus in leg.qui duos.§.1.nume.6 ff.de manumiſ.teſta.quem ſecuti ſunt Alexan.in leg.filius à patre.num. 5.verſic.ſecundò limita ff.de lib.& poſth.& eſſe communem opinionem teſtatur Picus in d.§.Titia.num.98.verſic. videtur ergo.& nu.99. verſic.ſed tenendo.Et accedunt Crottus in leg.re coniuncti. num.176.de leg.3.& in conſ.162.num.13.lib.2.& Ruinus in conſ.54.nu.16.& in conſ.vlt.nume.22.lib.2.

12 Ea ratione † vſus eſt Picus:quia verbum,dominam ſignificat hæredis inſtitutionem,leg.his verbis.ff.de hæred.inſtit.&
13 §.vlt.in Inſtit.de hæredum qual.& differen.Porrò hæres † inſtitutus etiam in re certa poteſt ſua auctoritate apprehendere poſſeſſionem rei ſibi relictæ : Bartol.in leg.ex facto.ff.de hæred.inſtit.& in l.quoties.C.eo.& copioſè ſcripſi in commentariis de adipiſcenda poſſeſſione, remedio ſecundo.nume.65. Et conſequenter aditione hæreditatis cōfirmabitur teſtamentum. Et quod hæc mulier præſumatur relicta hæres vniuerſalis,alias rationes,& argumenta conſiderauit Crottus in d.l.re coniuncti.nu.176.& in d.conſil.162.col.2.& 3. non hic ea repetenda duxi,cùm apud eum facile legi poſſint.

Cæterùm Iaſ.in d.l.extraneum.col.4.verſi.ſecundò limita. C.de hæred.inſtit.diſſentit à Plumbino ea prima ratione, quia
14 † verbum,relinquo trahitur ad inſtitutionem hæredis,quando nullus alius inſtitutus eſt hæres:ſecus verò ſi alius extat, Bart. in l.ſi quis ita ſcripſerit.ff.de hæred.inſtit.Quæ ſanè conſide-
15 ratio vera † non eſt. Cùm(vt inquit Picus)verbum relinquo trahatur ad hæredis inſtitutionem ex præſumpta mente teſtatoris,ne teſtamentum reddatur nullum,ſicuti hac ratione trahitur ad inſtitutionem vniuerſalem, quando nullus alius inſtitutus fuit hæres : ne ſcilicet corruat teſtamentum, vt ſcribunt Bald.& Imola in d.l.his verbis.ff.de hæred.inſtit. qui dixerūt,
16 verbum,relinquo,eſſe † commune, & ob id aptum ſignificare hæredis inſtitutionem.Idem reſponderunt Alex.in conſil.50. in fine.lib.7.Corneus in conſ.161.col.1.lib.1.& Decius in l. humanitatis.in 2.notab.C.de impub.& alijs ſubſt.Ne ergo reddatur nulla diſpoſitio teſtatoris,qui vſumfructum reliquit, dicendum eſt, verbum relinquo, trahi ad hæredis inſtitutionem. Rectius dici poteſt, verbum relinquo hic trahi ad hæredis inſtitutionem,cùm ipſa vxore viuente nullus extet hæres. Nam filius inſtitutus tantùm fuit mortua matre.

17 Secundò motus eſt Iaſ. quia verbum,dominā, non † ſignificat dominium:ſed quandam præeminentiam in domo:ſicuti diximus ſuprà in præſumpt.138.Non ergo mulier hæc dicitur hæres inſtituta.Reſpondet Picus,verbum,dominam, non ſignificare dominium, ſicque hæredis inſtitutionem vniuerſalem:quando alius extat hæres:ſed ſignificare quidem poteſt hæredis inſtitutionem in re particulari.Verius dici poteſt,hic nullum extare hæredem viuente ipſa muliere,& propterea verbum,dominam,retinet ſuam ſignificationem, vt dominium, id eſt,hæredis inſtitutionem ſignificet.d.§.vlt.Inſti.de hæred. qual.& differen.

18 Illud porrò eſt maiori † conſideratione,& explicatione dignum.Quid conſequatur vxor iſta,an ſolum vſumfructum,vel ſola alimenta,vel proprietatem cum onere fideicommiſſi?Picus in dicto §.Titia.nume.98.99.& nume.100. modò vnum, modò aliud aſſeruit. Et prima quidem opinio eſſe videtur, quod mulier hæc conſequi debeat vſumfructum tantùm.Hoc ſenſit Picus in dicto §.Titia.nume.98.verſicu. videtur ergo, dum ſic interpretatus eſt traditionem Plumbini in dicta l. qui duos.§.1.ff.de manumiſ.teſta.Et ſubiungit Picus, quod ob id filius obtinebit proprietatem in totum:mulier verè vſumfructum,deducto tamen vſufructu legitimæ ipſius filij.Et ſubiunxit illo in loco & manifeſtius.nu.100.ita reſpondiſſe Caſtr. in conſil.



conſ.472.Dubium de quò quæritur, quod eſt nunc in conſil. 459.lib.2.

Secunda eſt opinio,quod mulier conſequi debeat alimenta tantum,& illud verbum,dominam, ſignificabit præeminētiam quandam.Ita dici poſſe ſcripſit Picus,& manifeſtè idem ſenſit Modernus Pariſien.in additionibus ad Decium in conſ. 478.in annotatione prima, ea ratione prima motus eſt Picus quia ſicuti, fauore filiorum, ſancitum fuit illa conſuetudine Bulgari,quòd vxor relicta domina & vſufructuaria, filio ipſo hærede inſtituto,dicatur relicta ſolummodò alimentaria cum præeminentia in domo,vt diximus ſupra,ita etiam videtur dicendum ( inquit Picus ) à fortiori, quando teſtator inſtituit filios in proprietate,vt in caſu noſtro. Secundò,quia ( ait Pi-
19 cus ) verba interpretari † debent ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta loci.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.At qui ſtatuto & conſuetudine Bulgari ſancitum eſt, vxorem relictam dominam & vſufructuariam,exiſtente filio hærede, conſequi debere alimenta tantùm.Ergò idem dicendum eſt in caſu noſtro. Verùm ipſemet Picus his conſiderationibus ea ratione ſatisfacit,quod conſuetudo Bulgari loquitur,quando vxor relicta eſt domina & vſufructuaria,inſtituto filio hærede viuente etiam vxore.Non autem procedit dicta conſuetudo,quando filius fuit inſtitutus poſt mortem ipſius vxoris. Nam hoc caſu teſtator ſignificauit, ſe magis diligere vxorem quàm filium. Tertiò magis vrgere videtur:quod ita fauor filij conſiderari poſſit hoc in caſu,vt quando fuit & ipſe inſtitutus: cum
20 † præſumptio ſtet pro filio, quod ſcilicèt pater diligat filiū quàm vxorem, præſertim quando agitur de ſucceſſione. Nec repugnat quod teſtator hoc in caſu reliquerit vxorem dominam & maſſariam, & filium poſt eius mortem tantùm inſtituerit:quia fieri poteſt interpretatio,filium viuente matre,eſſe quidem hæredem, ſed ſine adminiſtratione & præeminentia,poſt mortem verò matris totum recipere, hoc eſt, hæreditatem cum adminiſtratione : & ſi rectè perpendatur,ita etiam in ſpecie ſenſit Modernus Pariſien.in additionibus ad Deciū in conſ.478.in annotatione prima.Cæterùm ex his,quæ mox dicemus, conſideratio hæc dilui poterit. Tertia eſt opinio, quod hæc mulier conſequi debeat proprietatem bonorum, quæ deinde poſt mortem teneatur reſtituere filio inſtituto. Hanc opinionem ſenſit idem Picus in d.§.Titia.nume.98. verſ.& ſi tenemus. Et ea quidem ratione fulcitur hæc opinio,
21 quia cùm † hæreditas dari non poſſit,nec ex tempore nec ad
22 tempus.l.hæreditas ex die.ff.de hæredi.inſti.atque ita † teſtator non poteſt decedere pro parte temporis teſtatus & pro parte inteſtatus, ſicuti decederet hoc in caſu, in quo viuente vxore,nullum haberet hæredem : atque ita teſtamentum non conſiſteret,fit hæc interpretatio,quod detracta temporis mētione,mulier maneat hæres ſimpliciter.d.l.hæreditas. Et verbum relinquo, quod commune eſt, ita inſtitutioni vt legato adaptatur,ſicuti dixi ſuprà. Et verbum, domina,idem ſignificat,quod hæres,atque ita ſenſus eſt,quod relinquit,id eſt, inſtituit vxorem dominam,hoc eſt, hæredem, & poſt eius mortem inſtituit,id eſt,ſuſtituit filium:ſicq; per fideicommiſſum, iuxta traditionem illam Imolæ & aliorum in l.filius à patre. ff.de liberis & poſthum.Et hac conſideratione tollitur quod paulò ſuprà conſiderabam: imò filium viuente matre eſſe hæredem, ſed ſine adminiſtratione. Et hæc quidem poſtrema opinio mihi magis probatur.

23 Tertius eſt caſus † huius ſecundi capitis, quando ſcilicet teſtator titulo inſtitutionis reliquit vxorem vſufructuariam, vt ſi dixit:Inſtituo vxorem meam in vſufructu omnium bonorum meorum: & poſt eius mortem inſtituo filium meum. Hoc in caſu plura ſunt conſideranda. Et primùm quidem quo ad ipſius teſtamenti ſeu relicti vſusfructus,validitatem. Quod quidem modicam habere dubitationem ſcripſit Picus in d.§. Titia.nu.101.in fine.verſ.aliquando verò & ſic ſecundo. Nam ( inquit Picus ) ex quo reiicitur dilatio temporis de legitima filij,& poteſt adire hæreditatem, clarum eſt,quod confirmatur legatum. Et caſu quo ( ſubiunxit idem Picus ) filius non adiret,poſſet mulier ipſa (vt diximus in præcedenti caſu) adire,atque ita confirmare teſtamētum. Et his ſatis intelligimus Picum & alios,quos infrà commemorabimus, ſenſiſſe hoc in caſu teſtamētum valere. Cæterùm Roma.in conſ.516.In caſu propoſitæ.num.9.verſ.quò ad ſecundum, iuncta facti ſpecie ab initio reſponſi relata, & Decius in conſ.478.reſponderunt teſtamentum eſſe nullum,ob filij præteritionem : Et ſi enim ( dixerunt ij ) filius fuit vocatus atq; ita ſubſtitutus poſt mortem vxoris attamen dicitur præteritus, & teſtamentum quò ad primam illam partem eſt nullum, & ob id à ſubſtitutione incipit.l.ex facto.§.Lucius ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& l.ſi filiusfam.ſubſtituatur.ff.de hæred.inſtit.& tradit Iaſ.in l.2.in 2. notab.C.de bono.poſſ.ſecundum tab. Verùm reſponderi poteſt ex iam dictis ſecundum Picum, quòd cùm temporis dilatio pro non appoſita habeatur, filium cenſeri purè inſtitutum quo ad eius legitimam : atque ita dici non poteſt præteritus. Prætereà reſpondet Modernus Pariſien. in additionibus ad Decium in d.conſ.478.in prima additione, quod imò filius dicitur inſtitutus.Cùm eius matri cenſeantur relicta alimenta tantùm cum adminiſtratione,donec vixerit. Dixi tamen ſuprà traditionem hanc dubiam eſſe : cùm potius cenſeatur relicta proprietas cum onere fideicommiſſi:qua de re mox dicemus.

24 Secundum,quod † conſiderandum eſt in hoc caſu,illud eſt, an vxor hæc dicatur inſtituta in proprietate vel in ſolo vſufructu,vel vt habeat ſola alimenta cum præeminentia in domo? Hac de re non leuis eſt inter Doctores contentio. Vna enim fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt, hanc mulierem præſumi inſtitutam etiam in proprietate. Ita Angel.in l.filius à patre. ff.de lib.& poſth. Salicetus in l.extraneum.in fi.C.de hæredi. inſtit.& ibidem Iaſon.nu.6.verſ.tertiò principaliter: qui eiuſdem opinionis recenſet Alex.in conſ.162.lib.2.quos ſecutus eſt etiam Riminal. Iunior in conſ.168.nu.6.lib.2. Ea ratione ij vſi ſunt,quod,detracta mentione vſusfructus,remanet hęres in totum, iuxta l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hæredi.inſtit.& ſæpius dictura fuit ſuprà.

Secunda fuit opinio, quod cenſeatur verè vſufructuaria tantùm.Ita Caſtren.in conſ.459. Dubium, de quo quæritur, & in conſ.ſeq.li.2.Imola in d.l.filius à patre.ff.de lib. & poſthum. Picus.in d.§.Titia.nume.102. Et hæc quidem videtur probabilior,& æquitati magis conſentanea. Eſt & tertia opinio, quod hæc mulier conſequi poſſit ſola alimenta vnà cum præeminentia in domo. Ita ſanè ſenſit idem Picus in d.§.Titia.num.103.ver.ſi tenemus & num.137. in fine.

Hæc opinio ſatis manifeſtè confutatur ea ratione, qua vſus eſt Caſtrenſis, quia teſtator inſtituendo filios poſt mortem vxoris,ſignificauit,quò ad ipſum vſumfructum eam magis dilexiſſe quàm proprios filios.Et proptereà ſuprà in præſumpt. 138. in duodecimo caſu ex ſententia Caſtren.in d.conſ.459. diximus, conſuetudinem Bulgari locum non habere hoc in caſu,quādo ſcilicèt maritus relinquit vſumfructum omnium bonorum vxori,& poſt eius mortem inſtituit filios.

25 Tertius eſt caput,huius diſputationis,quando † maritus teſtator reliquit vxori vſumfructum donec vixerit, & poſt eius mortem inſtituit extraneum. Hoc in capite diſtinguit Picus in d §.Titia.num.104.tres alios caſus.

Primus eſt, quando teſtator inſtituit vxorem in vſufructu: atque ita titulo inſtitutionis vniuerſali reliquit vſumfructum, & poſt eius mortem inſtituit extraneum. Hoc in caſu aliqua ſunt conſideranda.

26 Et † primùm quidem an valeat teſtamentum? Et valere ſcripſit Picus in d.§.Titia.num.104.dum dixit, idem eſt hic dicendum, quod dicimus in tertio caſu præcedentis capitis, in quo quidem affirmauimus, ex ſententia ipſius Pici in d.§. Titia.num.101.verſ.aliquando verò,& ſic ſecundò,teſtamentum ipſum valere, quia vxor conſequitur integrum vſumfructum, & poterit adire hæreditatem atque ita cōfirmare teſtamentum. Et hanc quidem opinionem probarunt Alex.in l filius à patre.ff.de liberis & poſthum.idem Alex.in conſil.162. num.2.lib.2.Corneus in d.l.extraneum.num.6.verſicu.ſi verò vxor eſt inſtituta.C.de hæred.inſtit. Berous in conſ.58.num. 6.lib.2.Ruinus conſ.36.num.3.lib.2. Didacus in lib.2.varia. reſolut.cap.2.num.5.verſ.& idem erit, Modernus Pariſien.in additionibus ad Alexan.in conſ.162.lib.2.& ego ipſe in conſ. 273.nu.4.verſ.quartus & vltimus.lib.3.dixi, hanc ſententiam omnes admittere. Ex quo intelligimus, minus rectè reſpondiſſe Riminaldus Iunior in conſilio 244.numer.156.libr.2. Cùm dixit,hāc mulierem dici vocatam ad vſumfructum tantùm, & ob id non poſſe adire hæreditatem : Hoc quidem repugnat aliorum traditionibus.

Secundum quod eſt hic conſiderandum illud eſt, an vxor hęc conſequatur ſolū vſumfructum, vel etiam proprietatem? Qua de re ſunt opiniones. Vna fuit eorum,qui dixerunt,cenſeri inſtitutam tam in proprietate,quàm in vſufructu , donec vixerit.Ita dixi in d.conſ.273.numero.6. ſcripſiſſe Baldum, Angelum,Zabarellum, Salicetum,Alexandrum,Decium,Pariſium, Bertrādum, Beroium, Socinum iuniorem,Bellonum, Siluanum & Nattam,His nunc accedunt Ruinus in conſi.36. nume.3.lib.2.Craue.in conſi.608.nume.3.Cephalus in conſ. 472.nume.58.lib.3. & in conſi.716.nume.17.22.& multis ſequentibus.lib.5.Petrus Pekius in Tract.de teſtam.coniugum. lib.5.c.5.& Riminaldus iunior in conſilio 321.nume.7. Ea eſt ſolida,& efficax ſatis huius ſententiæ ratio , quod & ſi vxor hęc videtur inſtituta in ſolo vſufructu,ſicque in re certa: Attamen ex quo nullus eſt inſtitutus hæres vniuerſalis, detracta mentione vſusfructus ſicque illius rei certæ , remanet hæres in totum.l.1.§.ſi ex fundo.& l.ſi ita quis inſtitutus fuerit ex fundo.ff.de hæred.inſt. Et hinc fit,quod ſi hæc mulier hæres eſt,non poteſt dici extraneus ille hęres à teſtatore inſtitutus poſt mortem dictę vxoris,quod ſit hæres directo , ex quo iam hæres extitit vxor illa. Et qui † ſemel eſt hæres nunquàm
27 deſinit eſſe hæres l.ei,qui ſoluendo in fine.ff.de hæred.inſtitu. & §.1.in Inſtit.de fideicom. liberto.& multis comprobarunt Socin.Sen.in conſi.14.nume.4.& 5.lib.1.& Siluanus in conſi. 23.nume.2.Eſt ergo dicendum,huc extraneum ſuccedere per fideicommiſſum ,mortua illa muliere: quæ grauata cenſetur ipſi extraneo reſtituere : ſicuti Doctores ſuprà commemorati affirmant,qui etiam intellexerunt habere locum quando poſt mortem vxoris vocata eſt pia cauſa. Altera fuit opinio illorum,qui opinati ſūt,hanc vxorem cōſequi poſſe vſumfructum tantum,non autem proprietatem. Illum verò extraneum hæredem eſſe directo ſub conditione tamen, id eſt,mortua muliere. Hac ſanè in opinione fuerunt Imola & Aretinus in l.filius à patre.ff.de libe.& poſthu.& ibidem Alexand. colum.6. verſi.redeundo igitur,Ruinus in conſi.54.nume.7.8.& 9.& in conſil.vlt.num.22.lib.2.Picus in d.§.Titia.num.102.& Bero. in conſil.58.num.6.lib.2. Quos quidem commemoraui in d. conſi.273.nu.9.Hanc opinionem valide conatur tueri Ruin. in dicto conſi.54.num.4.& multis ſequentibus.Quæ ſanè argumenta commemorauit Cephalus in conſil.716.nume.4.vſque ad 15.& ibidem num 36.vſque ad 42.illa computauit:De induſtria nunc diſputationem omitto.

28 Et probata † quidem communi illa opinione, quòd mulier hæc ſit in totum hæres inſtituta, ſed poſt eius mortem per fideicommiſſum grauata reſtituere illi extraneo ,ſequitur hic effectus,vt poſſit ipſa mulier,ſeu eius hæredes detrahere Trebellianicam:ſicuti in ſpecie annotarunt Docto.cōmemorati.

29 Et hic quidem caſus locum habet † multo magis, quando poſt mortem mulieris fuit extraneus ille hæres vocatus per verba communia.Ita Alex.in conſi.162.nu.2.lib.2.& in conſi. 45.nu.1.lib.4.quem ſic declarat Rui.in conſ.54.nu.17.in fin. & in conſ.vlt.num.21.lib.2.ſic etiam Soc.in conſil.54.nu.4.& nu.6.lib.1. Verba enim communia,vt verbum,peruenire, ſuccedat, & ſimilia etiam per fideicommiſſum ſignificant.

30 Extenditur † hic caſus , vt locum habeat etiam quando teſtator ita dixit , relinquo vxori meæ vſumfructum iure legati, inſtitutionis,& omni meliori modo. Hoc etiam caſu mulier dicitur hæres in totum.Ita Decianus in conſi.129.in fi.lib.3.

31 Secundus eſt caſus † huius tertij capitis, quando maritus teſtator reliquit vxorem dominam & vſufructuariam, & poſt eius mortem inſtituit extraneum.Hoc in caſu ſunt pariter aliqua conſideranda. Et primum , an hæc mulier dicatur hæres inſtituta in totum,vt in præcedenti caſu ,vel ſolum legataria? Et hæredem eſſe in totum ſcripſerunt Picus in d.§.Titia.nu. 104.verſi.aliquando verò teſtator,& eo prius Benedictus Plūbinus in l.qui duos.nu.6.ff.de manumi.teſtam.Alex.in l.filius à patre in prin.num.5.ff.de libe.& poſth.in l.extraneum.nu.9. C.de hæredi.inſtitu. & Ruinus in conſi.54.nu.16.lib.2.Crottus in l.re coniuncti.nume.176. de leg.3.& in conſi.162.num. 13.lib.2.Pariſius in conſi.69.nume.11.lib.2.Ioan.Dilectus in Tracta.de arte teſtandi.in tit.de legatis.cautela.39.numero 2. in fine.Et hos ſecutus ſum in conſi.273.numero 4.Et hic quidem caſus in hoc non differt ab eo , quem retulimus ſupra in extenſione ſecundi caſus præcedentis capitis,vbi Plumbinum & alios ſuprà commemoratos retulimus : & eo loci rationem huius ſententię cōſiderauimus.Et his intelligimus,verām non eſſe opinionem contrariam Caſtren.in d. l.filius à patre.in princ.nume.5.ff.de libe.& poſthum.& Iaſonis in d.l.extraneum col.4.verſicu.ſecundò limita:quorum rationibus & argumentis poſt Picum ſatisfecimus in loco ſupra commemorato. Eſt etiam conſiderandum,quod hæc mulier ſuo iure adire poterit hæreditatem,atque ita confirmare teſtamentum.

32 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiam quando teſtator voluit matrem ſuam eſſe dominam & vſufructuariam toto tempore vitę ſuæ,& poſt eius mortem hæredem inſtituit fratrem ſuum vterinum. Ita reſpondit Crottus in d. conſilio 162.col.2.& 3.lib.2.& idem ipſe ſcripſit in l.re coniuncti.nu. 176.de leg.3.

33 Tertius eſt caſus huius † tertij capitis, quando maritus teſtator titulo legati reliquit vſufructū vxori & poſt eius mortē inſtituit extraneum. Hoc in caſu multa ſunt conſideranda. Et primum quidē an hæc mulier dicatur hæres in totum, vel potius legataria? Et eſſe legatariā ſcripſerunt omnes nempè Bal. in l.id , quod pauperibus.q.14.C.de epiſcop.& cler.& in l.extraneum.nu.7.C.de hæred.inſti.

34 Et ratio quidem huius † ſententiæ eſt;quia verbum , lego, nunquàm trahitur ad hæredis inſtitutionem quando rei ſingulari adiectū eſt:ſicuti tradūt recentiores in rub.ff.de leg.1.

35 Eſt & † ſecundum illud conſiderandum; an legatum hoc valeat? Et multi quidē opinati ſunt nō valere:Ita Io.Andreæ, Angelus,Plumbinus, Ancharanus,Alexander, & Iaſon, quos commemoraui in conſilio 273.nume.1.Ea ratione ij vſi ſunt:
36 quòd cùm † dies vſusfructus legati non cedat, niſi à die aditæ hæreditatis.l.1.§.1.ff.quando dies leg.ced. & l.vnica.§.in nouiſſimo .verſic.excepto etiam vſufructu.C.de cad.toll.At qui hæreditas adiri non poteſt ab hærede inſtituto poſt mor-
37 tem mulieris,cum ſit † inſtitutus ſub die incerta , quæ conditionem facit. Quæ ſanè conditio impedit hæreditatis aditionem.l.ſi cum hæres.ff.quādo dies leg.ced. Nec legatū ipſum vſusfructus poteſt cōfirmari,mortua vxore: cùm eo tempore iam extinctus ſit vſusfructus & conſequenter legatum.l.Titio cum moriatur.ff.de vſufructu.& §.finitur.Inſtitu.eo. Verùm huic conſiderationi reſpondetur ex ſententia Roma.in conſi. 71.nu.4.cuius reſponſum eſt etiam relatum inter conſ.Caſtr.
38 in conſilio 281.Viſis dubiis.lib.1.legatum cedere † etiam ante aditam hæreditatem,ſi ita placet teſtatori,qui id facere poteſt.Id quod Roma.probauit egregia traditione:Bart.in l.nemo poteſt.nume.5.de leg.1.& in l.eam quam nume.1.C.de fideicom.Et ſi Corneus in dicta l. extraneum.nu.23. poſt Imolam à Bart.in dicta l.nemo poteſt.diſſentit. Præterea licèt legatum non cedat niſi à die aditæ hæreditatis: attamen hoc in caſu hæc vſufructuaria , vel ſua auctoritate, vel iudicis officio poteſt ingredi poſſeſſionem bonorum, & eorum fructus percipere : ſicuti dicemus infra , id quod idem operatur hoc caſu,
39 ac ſi foret adita ipſa hæreditas. Secundò vrgere † videtur text. l.qui filio.in prin.vbi gloſ.ff.de hæred.inſtit.quo loci teſtator ſeruum legauit Caio,eundémque ſeruum Caio defuncto hæredem inſtituit.Explicat ibi Accurſius, legatum ibi non valere. Nam ante Caij legatarij mortem nemo eſt hæres : Et poſt mortem pariter non valet: quia perſona legata, id eſt,ſeruus, effecta eſt libera. Ita ergo & in caſu noſtro dicēdum eſt:cùm ante mortē nullus exiſtat hæres , à quo legataria hæc recipiat legatum vſusfructus. Et poſt eius mortem extinctus eſt ipſe vſusfructus.

Cæterùm huic conſiderationi tribus modis reſponderi poteſt,vt reſpondent Imola,in d.l.qui filio.num.1.de hæred.inſt. Iaſ.in d.l.extraneum.nume.5.verſic.tu autem aduerte.C.eod. & Picus in dicto §.Titia.nume.104.verſic. ſed tenendo contrariam.Non eſt quod ea hic referam,cùm apud eos facilè legi poſſint. Probabilior cæteris eſt Imolæ interpretatio. Dici etiam poteſt,Iulianum in d.l.qui filio,in princi.non diffinire, an illud legatum valeat , vel non. Et licèt Accurſius ibi quæſtionem propoſuerit & diſſoluerit, probabilis tamen,non autem neceſſaria eſt eius auctoritas.

Contrariam itaque opinionem,quod imò legatum hoc valeat, probarunt Baldus, Angelus, Romanus,Caſtrenſis, Pariſius,& Socin.Iunior.quos commemoraui & ſecutus ſum in d. conſil.273.numero 1.verſicu. Altera fuit opinio. Et prædictis accedunt



accedunt Alexander in conſil.58.colum.1. verſic. & Angelus etiam.lib.3.& Bero.in conſil.35.num.20.lib.2.

40 Eſt enim in dubio † pronuntiandum,valere teſtatoris diſpoſitionem.l.3.ff.de militari teſta.& dicemus infrà lib.6.præſumpt.4.Et ex iam dictis conſtat nullum adeſſe impedimentum,quominus valeat hoc legatum:cùm ipſi mulieri ſuccurſum ſit iuris remedio,vt legatum ipſum conſequatur.

41 Dubitatio itaque tota † in eo verſatur;quo remedio poſſit vxor conſequi legatum, ex quo ea viuente nullus extat verè hæres,qui hæreditatem adire poſſit. Hac de re variæ fuerunt opiniones Doctorum ; qui plura excogitarunt remedia. Et primum quidem eſt quod conſiderauit Bald.in d.l. extraneum.num.4.Cùm dixit;quod etſi hæres inſtitutus adire non poteſt de iure hæreditatem,poterit tamen de facto: atque ita adibit hæreditatem;etſi hæreditatis commoda nō ſentiet. Et Baldum ſecuti ſunt Salicetus in d. l. extraneum.in fine.Roman.in conſilio 71.num.3.lib.1.& Aret.in l.filius à patre.col. quinta.verſic.circa primum.de lib. & poſth.

42 Ea ratione vſus eſt Baldus;quia quando† quis tenetur aliquid facere:ſi iure impeditur facere,ſufficit ſi de facto faciat. Ita probat.l.mulier.§.1. de cond. inſtit. vbi inſtitutus hæres ſub conditione,ſi ſeruū hæreditariū manumiſerit:ſi eum manumiſit poſt aditam hæreditatem , etſi de iure tenebatur manumittere antequam adiret, attamen manumiſſio hæc de facto facta valet:Et ſatisfactum dicitur voluntati teſtatoris. Et quanquam d.l.mulier.§.1.ex ſententia Imolæ, quem ſecutus eſt Alex.in l.hæreditas.nu.3.non ſatis probet. Attamen probant l.pen.§.illo.ff.de neceſſ.ſer.hæred. inſtit. & l. ſi vſusfructus.§.ſi quis ita legauerit.ff.quando dies leg. cedat.quæ iura ad rem noſtram ſic perpendunt Caſtrēſis & Aretinus præcitatis in locis.Et verè hæc,eſt communis Doctorum traditio, nempè ſufficere ſi quid fiat de facto,cùm de iure fieri impeditur. Ita ſanè ſcripſerūt Bar.in l.vbi pactum.in prima lectura in fi.C.de tranſact.Baldus in Rub.C. de inſti.& ſubſt.in fi. & in l.Vnica.num.24.C.de his,quæ pœnæ nomine : Socinus Sen.in cōſi.32.nu.16.lib.1.Iaſ.in d.l.vbi pactum in fi. Gomeſ. in §.ſic itaque.nume.4.Inſtit.de actio. & Tiraq. in l.boues.§. hoc ſermone.limit.1.num.37.de verborum ſignif.

Cæterùm,non ſatis tutum eſt hoc remedium,quandoquidem ita demum de facto ſufficit aliquid facere , quando de iure fieri non poteſt:atque ita quando aliter iure ſuccurſum non eſt,ſicuti loquuntur iura & Doctores ſupra relati. Nam is,qui facere tenetur,cùm à iure permiſſum ei nō eſt eo modo facere,vt iuſſus eſt,excuſatur,ſi de facto facit , ſed diuerſum eſt in caſu noſtro,in quo mulier hæc poteſt habere aliud iuris remedium,vt mox dicemus.Præterea non ſatis ſuccurſum dici poteſt mulieri,ſi hæres ipſe recuſabit de facto adire hæreditatem.Nec eum mulier ad adeundum compellere poterit. Et hoc ſenſit vno verbo Picus in d. §. Titia. numero. 106.circa principium,ibi,vbi autem non vellet.

Secundum remedium cōſiderauit idem Baldus in d. l. extraneum.num.4.cùm dixit,mulierem hanc poſſe ſua manu & auctoritate accipere legatum:cum nullus exiſtat tunc hæres, de cuius manu valeat capere. Non videtur ſatis tutum hoc remedium,quia & ſi nullus extat hæres:attamen poterit adi-
43 re iudicem,qui hæredis † factum & perſonam ſuſtinet, arg. l.ſi ob cauſam.C.de euictio.

Tertium remediū attulit Baldus in l.id, quod pauperibus. q.14.num... C.de epiſcop. & cler. cùm dixit,hæredem poſſe adire hæreditatem hanc viuente ipſa muliere : cùm teſtator hoc permiſiſſe videatur. Non tamen (inquit Baldus) conſequetur hæreditatis commoda. Cum Baldo idem ſenſerunt multi commemorati à Pariſio in conſil.97.num.7.& 8.lib.2. & à Socino Iuniore in conſil.85.num.13.lib.1.

Cæterum & hoc ipſum remedium parum prodeſſe poterit mulieri legatariæ,quæ non valebit cōpellere ipſum hæredē, vt hæreditatem adeat,& legatum vſusfructus ſibi præſtet.

Quartum eſt remedium excogitatum ab Angelo in l.miles ita.ff.de teſta.milit. cùm dixit, hunc hæredem poſſe petere bonorum poſſeſſionem de iure prætorio, & ea conſecuta ab eo præſtabitur legatum ipſum vſusfructus. Et idem ſcripſit Angelus Aretinus in repe.l.ventre.num. 11. ff. de acq. hæred. Imò cum Angelo recepta eſt ſententia in hoc quod agnita bonorum poſſeſſ.ab hærede iſto,mulier ab eo petere,& conſequi poterit legatum vſusfructus. Ita ſanè cum Angelo ſenſerunt Roma.in conſ.71.num.2.quod reſponſum eſt, vt dixi ſupra, relatum inter conſilia Caſtren.in conſil.281.Viſis dubiis.lib.1.Alex.in conſ.162.col.2.lib.2.& Iaſ. in dict.l. extraneum.col.3.verſ.3.fuit opinio.C.de hæred.inſtit.Et hos quidem commemoraui in conſ.105.num.52.lib.1. & nunc accedunt Aret.in l.filius à patre.col.7.verſ.& iſta via.ff.de lib. & poſth.& Picus in d.§.Titia.num.106.verſ.alia fuit opinio Angeli. Quo loci teſtatur Picus communem opinionem eſſe contra Angelum.Et verè Angelo repugnat communis ſentētia in eo,dum voluit, teſtamentum ſtatim agnita bonorum poſſeſſione confirmari : Cum tamen reliqui Doctores exiſtiment,non confirmari ſtatim teſtamentum , ſed expectandū eſſe euentum conditionis,ſicq; mortem mulieris vſufructuariæ : interim tamen hæres ille effectus poſſeſſor bonorum ea adminiſtrabit:ſicuti declaraui multorū auctoritate in d.conſ. 105.num.52.53.& 54. Et hic adminiſtrator perſoluet æs alienum creditoribus hæreditariis : ac etiam præſtebat legatum vſusfructus ipſi mulieri.In hoc itaq; cum Angelo conueniūt alij interpretes , vt hæres iſte effici poſſit bonorum poſſeſſor ſicque adminiſtrator,& legatum præſtet mulieri.In eo verò, de teſtamenti confirmatione diſſentiunt. Angelus voluit cōfirmari ſtatim:Alij autem ſcripſerunt,expectandum eſſe euētum conditionis.Et hos ſum & ego ſecutus in d.cōſ.105.n,52.

Quintum itaque eſt remedium, quod conſiderauit Bal.in d.l.extraneum.nu...C. de hæred. inſtit. vt mulier hæc iudicis officio petat legatum ſibi præſtari. Baldum ſecuti ſunt Aret. in l.filius à patre.in fi.ff.de hæred.inſt.Picus in d.§.Titia. nu. 105.verſ.declaro mentem,& num.106.verſ.retentis igitur.Et idem ego ſenſi in conſ.273.num.2.lib.3.

44 Et hoc quidem remedium eſt ſatis æquitati & legibus cōſentaneum:cum iudicis † officium concedatur loco deficientis actionis,ſic ſuadente æquitate.l.ſi me & Titium.in fi.ff. ſi cer.peta.quod reſponſum eſſe pro mercatoribus aureū dixit poſt Bal.Pariſ.in conſ.131.nu.25.lib.4.& de hoc iudicis officio multa ſcripſerunt interpretes in d.l.ſi me & Titium,Rui. in conſ.19.num.2.lib.4.Rolan.in conſ.1.nu.55.lib.1.

45 Ex prædictis diffiniri † poteſt illa iuris quæſtio, quam propoſuit & indeciſam reliquit Caſtr.in conſ.459. Dubium , de quo quæritur,col.2.verſ.non declarat ipſe.lib.2.an hęres iſte inſtitutus poſt mortem vxoris legatariæ vſusfructus , detrahere poſſit vſumfructum falcidiæ,iuxtà.l.omnium.ff. de vſufructu:Caſtrenſis(vt dixi ) indeciſam reliquit dubitationem hanc,Picus verò in d.§.Titia.n.103.verſ.ſed hic occurrit vna dubitatio,ſcriptum reliquit,hæredem hunc non poſſe deducere hanc Falcidiam,& conſequenter nec eius fructus.Ea eſt
46 ratio(inquit Picus)quia commodum † detractionis Falcidiæ eſt à iure conceſſum hæredi,vt adire poſſit hæreditatem,pręſtentur legata legatariis,vt in Inſtit.ad legē Falcidiā,in principio.At qui hæres iſte non poteſt adire hæreditatem, ex quo eſt hęres ſub conditione,vt diximus ſupra,ſed mulier illa eſt, quæ adit. Ergo hæres falcidiam detrahere non poteſt. Hæc conſideratio Pici,dum inquit mulierem eſſe illam, quæ hæreditatem adit,vera omnino non eſt,non ſolùm in terminis, in quibus loquitur Caſtrenſis , ſed nec in terminis quæſtionis,de qua loquitur ipſe Picus. Et incipiendo ab ipſo Pico, is loquitur in caſu quæſtionis, de qua diſſeruimus ſupra in tertio caſu ſecundi capitis , quando ſcilicet teſtator inſtituit vxorem in vſufructu,& poſt eius mortem inſtituit hæredem omnium bonorum filium proprium.Hoc in caſu falſa eſt cōſideratio Pici , quia ſi hæc teſtatoris vxor vſufructuaria non eſt legataria,ſed hæres etiam quò ad proprietatem, ſecundū aliquorum opinionem,vt retuli in dicto tertio caſu.Cum ergo non ſit legataria,non eſt diſputandum de detractione falcidiæ , vt clarum eſt. Si verò eſt ſolùm alimentaria , vt alij ſcripſerunt,non etiam eſt locus falcidiæ: cùm hæreditas non minuatur vltra dodrantem:nec locus eſſe poteſt diſpoſitioni.d.l.omnium. Non etiam vera eſt conſideratio Pici in terminis quæſtionis,de qua reſpondit Caſtr.in d.conſ.459. quādo.ſ.vxor eſt legataria vſusfructus:quia non poteſt ipſa adire hæreditatem,vt Picus ſenſit. Non etiam verum eſt quod ſcripſit idem Picus in d.§.Titia.nu.106.verſ.aut verò mulier vtitur.cùm dixit, quod ſi extraneus hæres inſtitutus poſt mortē ipſius mulieris adit hæreditatem , detrahere poterit falcidiā.

Hoc

Hoc etiam (vt dixi) verum non eſt: cùm hæres iſte adire non poſſit hæreditatem pendente conditione: & ſi interim poteſt effici poſſeſſor & adminiſtrator bonorum, Non tamen (vt ſupra explicaui) conſequi poteſt aliqua commoda hæreditatis, & conſequenter nec falcidiam ſeu eius fructus deducere poterit.

47 Quartus eſt caſus huius † tertij capitis, quando teſtator titulo legati reliquit vſumfructum vxori, cui cohæredem dedit in re particulari. Deinde poſt mortem ipſius vxoris inſtituit extraneum hæredem vniuerſalem. Hoc in caſu primùm dicimus legatum ipſum vſusfructus ſuſtineri, Cum hæres ille in re certa, nullo alio exiſtente hærede viuēte ipſa muliere, adire poſſit hæreditatem, Bar. l. ex facto proponebatur. ff. de hæred. inſti. quandoquidem nullo exiſtente hærede vniuerſali ille totum conſequitur. l. quoties. C. de hæred. inſti. Et in ſpecie huius caſus ita ſcripſerunt Alex. in additionibus ad Bar. in l. hæredes ex dic. ff. de hæred. inſti. & in conſi. 58. num. 3. lib. 3. Iaſ. in d. l. extraneum. in fin. C. de hæred. inſtit. Rui. in conſi. 54. num. 16. & in conſil. vlt. num. 22. lib. 2. & Picus in d. §. Titia. num. 97. verſ. confirmatur iſta concluſio, & numero 106. in fin. verſ. tenendo tamen. Dicimus & ſecundò, hanc mulierem capere legatum vſusfructus manu ipſius hæredis in re certa, cùm (vt diximus) cenſeatur, ea viuente, effectus hæres in totum. Dicimus & tertio, hunc hæredem in re certa ſic deinde effectum hæredem in totum teneri poſt mortē mulieris per fideicommiſſum reſtituere illi hæredi vniuerſali vocato poſt ipſius mulieris obitum.

48 Quartum eſt caput huius diſputationis quando ſcilicet teſtator inſtituit vxorē in omnibus bonis ſuis in vita ſua tātū, & poſt eius mortem inſtituit extraneum. Hoc in capite dicimus primum, mulierem hanc, detracta illa temporis mentione, eſſe hæredem, ſed tamen grauatam onere fideicommiſſi erga extraneum illum hæredem inſtitutum poſt eius mortem. Ita ſcripſerunt Ange. in conſil. 150. in fi. Imola in l. filius à patre. in prin. num. 4. de lib. & poſth. & in l. hæreditas ex die. verſ. & poteſt dubitari. de hæred. inſti. Caſtre. in l. certi iuris. C. de teſt. milit. Aret. in d. l. filius à patre, in tertio caſu, Corne. in l. extraneum. nume. 12. C. de hæred. inſtitut. Socin. Sen. in conſil. 74. num. 7. lib. 1. Decius in conſil. 278. num. 2. & Picus in d. §. Titia. numer. 106. in fin. verſicul. aliquando & vltimò.

Et hunc quidem caſum intelligunt Imola & reliqui niſi coniecturis conſtet, teſtatorem voluiſſe relinquere vxori ſolam adminiſtrationem dum viueret, & dare ſibi cohæredem.

49 Extenditur primò hic caſus, † vt locum habeat etiam quando teſtator ſimpliciter dixit, ſe inſtituere vxorem ſuam hæredem vniuerſalem in eius vita: atque ita non dixit, in omnibus bonis & poſt eius mortem voluit bona omnia pleno iure & ſine aliqua diminutione alicuius Trebellianicæ peruenire ad hæredem extraneum. Hoc etiam in caſu mulier hæc dicitur hæres tam quò ad proprietatem quàm quò ad vſumfructū. Ita in ſpecie reſpondit Cephalus in conſilio 472. numero 59. nume. 60. Et hoc quidem caret probabili dubitatione: tum quia teſtator iam dixit, ſe eam inſtituere hæredem vniuerſalem, quo nomine appellari non poſſet, ſi in vſufructu tantùm diceretur inſtituta: tum etiam quia voluit ipſe teſtator, mulierem hanc teneri reſtituere totam hæreditatem pleno iure. Et demum, quia voluit, nullam fieri poſſe Trebellianicæ detractionem, id quod ſignificat hæredē eſſe vniuerſalē grauatū per fideicōmiſſum reſtituere, Et quanquā dixit teſtator, ſe inſtituere in eius vita tātùm; attamen non fit, quin cenſeatur hæres in totū & perpetuo, vel quia tēporis dilatio tollitur, & pro non adiecta habetur, vel (& rectius) intelligitur mulier hæc grauata per fideicommiſſum poſt mortem ſuam reſtituere ipſi extraneo, ſicuti etiam prohibitio detractionis Trebellianicæ, & verba ipſa communia, quibus vocatus fuit ille extraneus, ſignificant.

50 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam quando teſtator poſt mortem vxoris inſtituit loca pia, vt hoſpitale, vel eccleſiam aliquam, vel pauperes. Nam & tunc mulier dicitur in totam hæres ſed tamen grauata fideicommiſſo erga ipſa loca pia. Ita Baldus in l. miles ita prin. ff. teſta. milit. in leg. id, quod pauperibus nume. 27. C. de epiſcop. & cler. & in l. extraneum. num. 3. C. de hæred. inſtit. ibidem Corneus num. 6. Caſtr. in l. hæreditatum, num. 7. C. ad legem Falcid. Decius in l. certi iuris in fine de milita. teſta. & in conſ. 278. num. 2.

## PRÆSVMPT. CXLII.

### Vſufructu legato, quibus ex rebus legatus præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus quando eſt legatus, ex quibus rebus præſumatur legatus.*

*Quod quando eſt legatus vſusfructus immobilium, quæ perpetua erant teſtatoris & nulli reſtitutioni ſubiecta, præſumitur legatus vſusfructus ex quibuſcunque bonis ipſius teſtatoris. num. 2.*

3 *Immobilia cenſentur etiam redditus & penſiones annuæ, dummodo perpetuæ ſunt.*

4 *Vſusfructus regulariter non debetur ex bonis feudalibus, eſſet enim quodammodo alienatio. num. 6.*

5 *Vaſallus nihil diſponere poteſt de re feudali in præiudicium domini, vel agnatorum ad quos feudum reuerti debet, ſi feudum eſt ex pacto & prouidentia. num. 9.*

7 *Velle nemo præſumitur, quod iure facere non poteſt.*

8 *Bona feudalia non dicuntur propriè bona vaſalli ſecus in feudis hæreditarijs.*

9 *Feudum ex pacto & prouidentia eſt omnino inalienabile.*

10 *Vſusfructus relinqui & conſtitui non poteſt de bonis emphytheoticis, quæ ſunt ex pacto & prouidentia.*

*Secus emphiteoſi hæreditaria, & ſic alienabili. num. 11.*

12 *Vſusfructus nunquid conſtitui poſſit, & relinqui ex bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

13 *Bona fideicommiſſo ſuppoſita non dicuntur eſſe poſſidentis, ſed aliena, cùm ſint alteri reſtituenda.*

14 *Vſusfructus an poſſit conſtitui in bonis mobilibus.*

15 *Redditus & emolumenta rogationum & prothocollorum notarij continentur in legato vſusfructus omnium bonorum, nam Prothocolla inter mobilia connumerantur. ibid.*

16 *Vſusfructus nunquid conſtitui poſſit in iuribus, & actionibus, quæ nec inter mobilia, nec inter immobilia continentur.*

17 *Vſufructu omnium bonorum legato, cenſeri etiam legatum nominum debitorum vſumfructum.*

*Item & Kalendarium, quod eſt liber rationum, in quo nomina debitorum continentur. num. 18.*

*Intellige ſi ſimpliciter ſit legatus vſusfructus omnium bonorum: ſecus ſi dictum ſit, bonorum mobilium & immobilium. num. 19.*

20 *Nomina debitorum non continentur ſub nomine mobilium vel immobilium.*

21 *Vectigalium redditus continentur inter fructus iurium & actionum, qui continentur in legato vſusfructus omnium bonorum.*

22 *Laudemia continentur inter fructus iurium & actionum, & continentur in legato vſusfructus omnium bonorum.*

1 REQVIRIT † hic locus, vt explicemus, quibus ex rebus præſumatur legatus vſusfructus. Plura hac de re ſcripſerunt poſt alios Picus in l. Titia. §. Titia. num. 110. & multis ſequētibus, de leg. 2. & Mantica in commentariis de coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 9. tit. 6. Ego verò tria capita conſtituo, quorum primum eſt de vſufructu rerum immobilium, ſecundum, rerum mobilium, tertium iurium & actionum. Et quod attinet ad primum caput vſusfructus bonorum immobilium diſtinguo aliquot caſus.

2 Primus eſt caſus, quando † legatus eſt vſusfructus immobilium, quæ perpetua erant teſtatoris, atque ita nulli reſtitutioni ſubiecta. Hoc caſu indiſtinctè vſusfructus quibuſcunque ex bonis illis teſtatoris relictus præſumitur. Ita ſanè controuerſia intelligi poteſt text. l. omnium la. 2. vſufruct. & quemad. quis vta. cuius verba hæc ſunt. *Omnium bonorum vſumfructum poſſe legari, niſi excedat dodrantis æſtimationem, &c.*

3 Et rurſus cum inter † immobilia compræhendantur etiam redditus & penſiones annuæ, dummodo perpetuæ ſint: ſicuti poſt Alex. Caſſaneum & Auffrerium ſcripſit Rebuffus in l. mouentium, de verb. ſignif. ob id, legato vſufructu immobilium continentur & ij reditus & hæ penſiones, vt reſpondit Ancha. in conſ. 3. nu. 1.



Secundus eſt caſus, quando bona, quorum vſumfructum legauit teſtator, ſubiecta ſunt reſtitutioni, ſicuti ſunt bona feudalia emphyteotica, & fideicommiſſaria, de quibus ſingulatim diſſerendum eſt.

4 Ex bonis feudalibus † regulariter non debetur vſusfructus: cùm nec relinqui poſſit. Ita in ſpecie ſcripſerunt gloſ. in c. 1. in verbo alienationis. de capitulis corradi. Alex. in cōſ. 18. nu. 2. lib. 5. Goza. in conſ. 47 nu. 13. Pariſ. in conſ. 98. nu. 3. li. 2. Paulus Picus in l. Titia. §. Titia. nu. 127. de lega. 2. Boe. in q. 199. n. 4. & alios plures congeſſit & probauit Neui. in conſ. 9. nu. 2. Idem ſenſit Bero. in q. 95. & manifeſtius ac in ſpecie magis Pariſ. in conſ. 98. nu. 4. lib. 2.

5 Et huius † quidem ſententiæ & traditioni ratio ea eſt, quia de re feudali nil poſt mortem ſuam diſponere poteſt vaſallus in præiudicium domini, vel agnatorum, ad quos feudum ipſum reuerti & deuolui debet. c. 1. in prin. de ſucceſſ. feudi.
6 Porrò relinquere † atque conſtituere vſumfructum eſt quædam alienatio. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. Ergo non poteſt teſtator legare rei feudalis vſumfructum. Et cōſequenter nec
7 voluiſſe dicitur: cùm nemo † velle præſumatur quod iure facere non poteſt.

8 Et accedit, quod cū † teſtator reliquerit vſumfructū bonorum ſuorum, non intellexit etiam de bonis feudalibus: ex quo eius bona dici non poſſunt, ſicuti ſcripſerunt Alex. in conſi. 11. colum. 1. libr. 4. Iaſ. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 42. de lib. & poſth. Soc. Sen. in conſ. 74. nu. 5. lib. 3. & Decius. in conſ. 139. in fine.

9 Et hos ſecutus † eſt Pariſ. in conſ. 7. num. 4. lib. 1. Cæterùm prædicta locum habent in feudis ex pacto & prouidētia, quę omnino inalienabilia ſunt: ſecus verò in feudis alienabilibus: ſicuti ſunt feuda noua, & hæreditaria, vt in ſpecie declarat Picus in d. §. Titia. nume. 123. verſ. hæc concluſio, & verſ. ſecundò videtur. Et conferunt quæ copioſè ſcripſit in conſi. 161. columna 3. 4. & 5. lib. 2. vbi diſſerui, de quibus feudis diſponere poſſit pater in præiudicium filiorum & agnatorum.

10 De bonis † emphyteoticis idem dicēdum eſt, nempè quod in his, quæ non ſunt alienabilia quippè quæ conceſſa fuerunt pro ſe, filiis & deſcendentibus, atque ita quæ dicuntur ex pacto & prouidentia, in his inquam relinqui & conſtitui non poteſt vſusfructus. Ita in ſpecie Picus in dicto §. Titia. n. 125. verſ. quid autem.

Sic etiam intelligendi ſunt Roma. in ſingula. 606. Tuſcis. Franc. Cremen. ſing. 85. & aliis cōgeſti à Tiraquello in Tract. de retractu conſang. §. 1. glo. 7. num. 42. & in ſpecie magis Pariſius. in conſilio nonageſimooctauo numero ſeptimo, & octauo, libro ſecundo.

11 Si verò † emphyteuſis eſt hæreditaria atque ita alienabilis conſtituit atque relinqui poteſt ex eis vſusfructus. Ita in ſpecie affirmarunt Alex. in conſ. 120. lib. 1. & in l. 3. §. ex contrario, col. pen. ff. de acqui. poſſeſ. & ibidem Iaſ. num. 65. Picus in d. §. Titia. num. 125. & alij multi congeſti à Tiraquello in d glo. 7. nu. 48. qui hoc in caſu ſunt intelligendi.

12 De bonis fideicommiſſo † ſubiectis, dicendum eſt, quod aut fideicommiſſum erat reſtituendum hæredi inſtituto ab hoc teſtatore, qui bonorum ſuorum vſumfructum legauit. Hoc caſu non ſolùm potuit teſtator iſte ſic relinquere, ſed etiam voluit. Ita reſponderunt in ſpecie de eodemmet caſu interrogati Alci. in reſp. 631. Reſoluendæ difficultatis. col. 1. & Soci. Iunior in conſ. 68. num. 12. & 13. lib. 4. ſic quoque Alba. in conſ. 73. nu. 6. & Decianus in conſilio 57. num. 12. lib. 1.

Et huius quidem ſententiæ ſatis manifeſta eſt ratio, quia hæredis bona non differunt à boni ipſiuſmet teſtatoris: cùm æquè de illis ac de his teſtari & diſponere poteſt: quemadmodum ſupra in præſumpt. explicabimus.

Si verò fideicommiſſum eſt alteri quàm hæredi reſtituendum, dicendum eſt teſtatorem in dubio non præſumi voluiſſe relinquere vſumfructum horum bonorum. Ita ſenſuerunt Soci. Iun. in conſ. 68. nu. 22. lib. 4. Pariſi. in con. 98. nu. 14. lib. 2. & apertius Cepha. in conſ. 516. nu. 16. lib. 4. Ea ratione præcipua ij vſi ſunt, quod cùm teſtator reliquerit vſumfructum bonorum ſuorum, inter illa non continentur bona fideicom-
13 miſſo ſuppoſita, ex quo † non dicuntur ipſius teſtatoris propria, ſed aliena, nempe alteri reſtituenda. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de leg. 2. & l. irritum. C. ad legem falcidiam.

14 Secundum eſt diſputationis † noſtræ caput, quod verſatur circa vſumfructum bonorum mobilium. M. Cice. (inquit Alcia. lib. 7. parerg. cap. 2.) libro Topicorum ad Trebatium iuris conſultum ſcripſit. Non debet, inquit, mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare ad ſe id pertinere: vſus enim & nō abuſus legatus eſt. Quæ Ciceronis ſententia (ſubiunxit Alciatus) potuit tempeſtate ſua obſeruari tamquàm vera: ſed deinde cùm ſenatus cōſulto permiſſum deinde fuerit vt earum quoque rerum, quæ vſu conſumuntur, legari vſusfructus poſſit, & cautione proprietario ſuccurratur. l. 1. & 2. ff. de vſufructu. earum rer. quæ vſu cōſum. & §. conſtituitur. Inſtitut. de vſufr. dubium non eſt hodie nos alios iure vti, & propter verborum generalitatem, mentemque teſtatoris etiam vini & olei vſumfructum vxori debere, quod & Cerbinius Scæuola ſenſiſſe videtur. l. vxori meæ. ff. de vſufruct. lega. Hæc Alcia. Qui manifeſtè ſenſit coniecturalem eſſe quæſtionem. Et hic quidem vſusfructus nō propriè, ſed impropriè appellatur à Caio in d. l. 2. ff. de vſufructu earum rerum, & à Iuſtiniano in d. §. conſtituitur. Non enim vſufructu legato proprio agitur de transferendo dominio, ſicuti transfertur in hoc rerum mobilium vſufructu, qui nullus eſſet, niſi res conſumi, vel alteri tradi poſſet.

Legato itaque vſufructu bonorum debetur & vſusfructus pecuniæ. cum & in ea vſusfructus conſiſtat. d. l. 2. & d. §. conſtituitur: & ex noſtris reſponderunt Alex. in conſ. 58. nu. 7. lib. 3. & Soc. Iun. in conſ. 96. num. 3. lib. 1.

15 Sic & redditus emolumentáque rogationum † & protocollorū notarij continentur in legato vſusfructus omnium bonorum. Nam ſicuti protocolla inter mobilia connumerantur: ita redditus, qui ex eis proueniunt fructus nomen & ſi improprium obtinent. Ita in ſpecie ſcripſerunt Baldus in l. 1. nu. 18. C. de fructib. & litium expenſ. & in l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſolu. matr. & ibidem Alex. nu. 5 & Iaſ. nu. 4. qui ſatisfaciunt rationibus & argumentis Bart. Caſtre. & Roma. qui contrariā opinionem conati ſunt tueri, & quos viſus eſt ſequi Boer. in q. 224. num. 4.

16 Tertium eſt huius † diſputationis caput, quod reſpicit vſumfructum iurium & actionum. In his enim & vſusfructus conſtitui poteſt, tametſi nec mobilium nec immobilium bonorum rerumque nomine contineantur, cùm ſit tertia quædam ſpecies, quemadmodum ſtatim dicemus.

17 Legato itaque bonorum † omnium vſufructu debetur etiam vſusfructus nominum debitorum: ſicuti ſcripſerunt Bart. in l. vxori. nu. 1. & in l. vlt. nume. 5. ff. de vſufructu lega. Ancha. in conſ. 3. num. 2. Cor. in conſ. 187. nu. 11. lib. 2. Pariſ. in conſ. 94. nu. 10. lib. 2. Natta in conſ. 297. nu. 4. Petrus Rebuffus in l. mouentium. de verb. ſig. Quam ſententiam manifeſtè probat. d. l. vxori meæ: vbi legato vſufructu omnium
18 bonorum intelligitur † etiam relictum Kalendarium, quod eſt liber rationum, in quo nomina debitorum continentur, l. qui filium, in prin. de leg. 3. & declaraui ſupra in præſumpt. ... ex Hotomano in commentariis verborum iuris in verbo, Kalendarium. Et vſumfructum nominum debitorum legari poſſe prob. l. 3. ff. de vſufructu earum rerum, quę vſu conſum.

Cæterùm hoc intelligitur, quando ſimpliciter relictus fuit
19 vſusfructus omnium bonorum, ſecus verò † ſi bonorum mobilium & immobilium. Nam tunc non contineretur vſusfructus nominum debitorum: ſicuti in ſpecie ſcripſerunt Bar. in conſ. 50. Gilius Pet. lib. 1. relatum etiam inter conſilia Bald. in conſ. 423. lib. 3. Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. in vēditione. ff. de re iud. Pariſ. in conſ. 96. nu. 14. lib. 2 Soc. iun. in conſ. 115. colu. 1. lib. 1. & in conſ. 79. num. 11. lib. 2. Silua. in conſ. 37. num. 1. Craue. in
20 conſ. 300. in fi. & Rubuffus in d. l. mouentium. Et huius † traditionis ea eſt ratio, quia debitorum nomina, vt tertia quædam ſpecies bonorum non continetur ſub nomine mobilium & immobilium. l. quam Tuberonis. §. vlt. ff. peculio, & latè tradit Rubuffus præcitato in loco.

21 Inter fructus † iurium & actionum continētur etiam redditus vectigalium, & ob id legato vſufructu bonorum omnium continentur etiam ij redditus. Ita in ſpecie affirmarunt Baldus & Caſtrenſis in l. 1. C. de vſufruct. Picus in d. §. Titia.

nu... Afflictus in cap.1.§.vectigalia.nu.50.quæ ſint regalia,in vſibus feudor.

22 Sic pariter relicto vſufructu † omnium bonorum continentur laudemia,quæ pro rebus cenſualibus, emphyteoticis & feudalibus alienatis præſtantur:Nam & ij dicuntur fructus iurium & actionum ſicuti reſpondit Oldra. in conſilio 24. Quod dominæ.& ſecuti ſunt Guido Papæ in quæſt.407.Iaſon in lege vltima,nu.45.C.de iure emphy. Franc.Salſona Hiſpanus in Tract.laudemiorum.Cellula ſecunda.num.14.

## PRÆSVMPT. CXLIII.

### Vſufructuarius an & quando ex præſumpta mente teſtatoris teneatur ſoluere æs alienum à teſtatore relictum.

## SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius an & quando teneatur ſoluere æs alienum à teſtatore contractum.*

*Quòd quando teſtator illi reliquit vſumfructum ſuæ hæreditatis, tenetur ſoluere ipſum æs alienum.nu.2.*

*Idem quando relictus eſt vſusfructus vnicus quotæ hæreditatis. numero 3.*

*Et nunquid huiuſmodi vſufructuarius teneatur ſoluere d.æs alienum ex ipſo vſufructu, vel potius ex ſuo proprio.nu.4.*

5 *Vſufructuarius non tenetur ſoluere æs alienum,ſi teſtator reliquit ei vſumfructum certarum rerum.*

*Idem ſi teſtator legauit vſumfructum bonorum mobilium & immobilium,vel partis eorum.numero.6.*

*Et idem ſi teſtator legauit rem certam pleno iure proprietatis & vſusfructus. num.7.*

8 *Vſufructuarius an teneatur ſoluere æs alienum, quando teſtator reliquit vſumfructum omnium bonorum & nu.ſeq.*

9 *Kalendarium,i.liber rationum,in quo nomina debitorum ſcripta ſunt,ſub legato vſusfructus omnium bonorum continetur.*

10 *Vſufructuarius non tenetur ſoluere æs alienum, ſed hæres, quando teſtator legauit ſibi vſumfructum dimidiæ vel tertiæ partis bonorum ſuorum.*

*Idem quando teſtator legauit vſumfructum rerum ſuarum abſolutè,vel partis earum.nu.11.*

*Idem quando concurrunt coniecturæ, quib.coniјcitur, teſtatorem noluiſſe æs alienum ſolui ab ipſo vſufructuario, vt ſi vſusfructus eſſet inutilis,ſi ex eo ſolueretur æs alienum.num.12.*

13 *Hæres quibus ex bonis ſoluet æs alienum,an ex ſuis proprijs vel potius ex hæreditarijs quando teſtator reliquit alteri vſumfructum omnium ſuorum bonorum.*

14 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

15 *Hæres tantum poteſt diſtrahere ex bonis hæreditarijs, quantum ſatisfieri poßit creditoribus,etiam ſi ſit extraneus hæres inſtitutus à marito poſt mortem eius vxoris relictæ vſufructuariæ.*

*Idem quando teſtator reliquit ipſi vſufructuariæ plenum & integrum vſumfructum.num 16.*

*Et extenditur etiam ſi ipſe hæres ex patrimonio proprio ſoluit,quia poterit deducere ex bonis teſtatoris quantum ipſe numerauit. numero 17.*

18 *Vſufructuarius tenetur ſoluere debita teſtatoris annua, & ſic etiã legata annua,alia vero legata hæres tenetur adimplere.*

19 *Hæres in ſolutione æris alieni quid ſeruare debeat in alienandis bonis teſtatoris.*

20 *Hæres tunc non poteſt diſtrahere ex bonis hæreditarijs quicquam pro ſolutione æris alieni, quando coniecturis conſtat teſtatorem noluiſſe bona ipſa hæreditaria hac pro cauſa alienari, ſed hæres tenetur ex proprio patrimonio ſoluere, & quibus coniecturis id conſtare poßit, nume.ſeq.*

21 *Vſufructuarius non eſt moleſtandus ab hærede pro ſolutione æris alieni,quando teſtator voluit ipſum teneri ad aliqua onera, ad quæ aliàs non teneretur.*

*Idem quando teſtator prohibuit detractionem alicuius quartæ, vel portionis ex ipſo vſufructu,& ſubiunxit deinde, vt habeat vſufructuarius totum & integrum vſumfructum.nu.22.*

1 DISPVTARI etiam ſolet † in hac materia & tractatione vſusfructus legati, an & quando vſusfructuarius à teſtatore relictus teneatur ſoluere æs alienum ab eo contractum. Qua in re,vt dicam quod ſentio, diſtinguo atque conſtituo aliquot caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtator reliquit legatario vſumfructum ſuæ hæreditatis. Hoc ſanè caſu certum eſt vſufructuarium teneri ſoluere æs alienum.Ita ſcripſerunt Bart.in l.vlt. numero ſecundo.ff.de vſufructu legat.Mattheſ. in notab.4. Ruinus in conſilio 41.numero tertio,& in conſilio vlt.columna pen.lib.2.Picus in l.Titia.§.Titia. numero.152.de leg. ſecundo. Guielmus Benedictus in cap.Raynutius, in verbo & cætera bona.numero 43.de teſta.& Didacus in lib.2.varia. reſolutio.cap.2.numero quarto verſic.poſſet ſanè.Imò affir-
3 marunt † Bart.& Guielmus Benedictus præcitatis in locis,& Dida.in d.capitulo ſecundo numero 1.verſ.ſecunda concluſio, habere locum etiam quando relictus fuit vſusfructus vnius quotæ hæreditatis,puta vnius tertiæ, vel quartæ partis.

4 Cæterùm † non ſatis clarè explicarunt prædicti interpretes,an hic vſufructuarius teneatur ſoluere æs alienum ex ipſo vſufructu, hoc eſt ex redditibus bonorum, vel potius ex ſuo proprio?ſenſit quidem vno verbo Bar..ſoluere debere ex ſuo proprio,ex quo ſubiunxit, quòd extincto vſufructu vſufructuarius ipſe ſeu eius hæres conſolidationis tempore deducere poterit quod ſoluit.Quæ traditio, & ſi (inquit Didacus)iure non probatur, eſt tamen æquitati conſentanea. Ego exiſtimo ſic eſſe interpretandum, ſi vſufructuarius coactus fuit à creditoribus ſoluere ex proprio, ſoluit: Et deinde ſi non percipit tot fructus, ex quibus tantumdem conſequi non potuerit,reſiduum poterit ex proprietate ſecundum Bar. retinere,ſi verò tot fructus,vel plus percepit, nil amplius deducere & retinere ex proprietate poterit,Et ſi rectè perpẽdatur,ita declarat Ruinus in conſ.41.num.2.lib.2.

5 Secundus † eſt caſus, quando teſtator reliquit vſumfructũ certarum rerum,vt putà illius, & illius fundi. Hoc ſanè caſu clarũ eſt,hunc vſufructuarium non teneri ſoluere æs alienum creditoribus:ſicuti ſcripſerunt Bar.in d l.vlt.numero 1.ff.de vſufructu lega.Areti.in conſilio 116.Caſtren.in conſil.294.In cauſa, quæ vertitur Bononiæ.col.vlt.libr.2 & Dadacus in d. c.2.nu.1.adducti tex.d.l.vlti.de vſufruct.lega.& l.1.§.ſi hæres.
6 ff.ad Trebel.Et hic quidem caſus † locum habet etiam quando teſtator legauit vſumfructum bonorum mobilium & immobilium,vel partis eorum.Nam adhuc vſufructuarius iſte, cum rei particularis legatarius dicatur, non tenetur ſoluere æs alienum.Ita Didacus in d.cap.2.nu.3. qui eiuſdem ſenten-
7 tiæ recenſet Bartolum,Decium,Gualdenſem. Et rurſus † hic caſus procederet multò fortius,quãdo teſtator legaſſet, rem certam pleno iure proprietatis,& vſusfructus.Ita Caſtren.in d.conſ.294.col.vlt.verſ.nam & idem eſſet.

8 Tertius eſt caſus, quando † teſtator reliquit vſumfructum omnium bonorum. Hoc in caſu vna fuit opinio eorum qui dixerunt, hunc vſufructuarium teneri ſoluere æs alienum:ſic ſanè Bart.in d.l.vlt.num.5.ff.de vſufructu lega.& in l.qui filium de leg.3.Bart.in conſ.23.in fi.lib.2.& in conſ.477.lib.3. Pract.Papien. in forma libelli, quo agitur ad dotem in verbo,dedit & legauit.col.2.

Et ij quidem moti ſunt tex.l.vxori meæ.ff.de vſufructu
9 lega.quo † loci iuriſcon.reſpondit ſub legato vſusfructus omnium bonorum contineri kalendarium, quod ſignificat librum rationum, in quo debitores ſcribebantur: ſicuti probant.l.vxorem.§.legauerat. & l.qui filium.de leg.3.& declarat Hotoma.in commentariis verborum iuris in verbo, kalendarium.Cæterùm cùm in kalendario ſolùm ſcriberentur debitores,affirmat quidem Scæuola legatarium hunc vſusfructus bonorum omnium exigere poſſe pecuniam in kalendario ſcriptam,vt ex ea vſumfructum habeat:non tamen reſpondit Scæuola vſufructuarium hunc teneri ſoluere æs alienum.Altera atque ita ſecunda fuit opinio, quod vſufructuarius iſte non tenetur ſoluere æs alienum, ſed illius ſolutionẽ pertinere ad hæredem.Ita Bald.in conſilio 185.circa dubitationem prædictam.lib.2.Caſtren in l.vlt.§.ſin autem.C.de bonis,quæ liberis,& in conſ.294..In cauſa,quæ vertitur Bononiæ,nu.2.lib.2.Alex,in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſoluto matr.& in l. vſufructu.



vſufructu.ff.ad legem Falcid.Barb.in conſ.73.colum.3.libr. 4. Guido Papæ.in q.541. Ruinus in conſil.51. num.14.lib,4. Iaſ.in l.1.colum.2.ff. ad legem Falcid. Decius in conſil.485. num.16.in conſ.536. num.13.& in conſ.590.num.3.Io. Durans in Tract. de arte teſtandi in titul.de legatis, cautela.42. Bello.in conſ.7.num.1. Crauet.in conſ.187.nume.1.& Didacus in d.lib.2.varia.reſolutio.c.2.num.4.Quæ ſanè ſententia probatur text.l.vlt.ff. de vſufr.leg.& l.vſufr.ff.ad legem Falc. vbi æs alienum deducitur ex bonis:cuius vſusfructus legatus eſt.Quæ ſanè deductio ab ipſo hærede fit, vt ſtatim dicemus.

10 Extenditur † primò hic caſus, vt locũ habeat etiam,quando teſtator legauit vſumfructũ dimidiæ, vel tertiæ partis bonorum ſuorum.Nam adhuc idem dicendum eſt,quod ſcilicet non vſufructuarius, ſed hæres teneatur ſoluere æs alienum.Is enim conueniendus eſt. Ita Bart.in d.l.vlt.num.3.ff.de vſufr. lega.& communem eſſe teſtatur Didac.in d.c.2.num.2.qui & huius ſententię recenſet Bart.in l.ſi quis ſeruum.§.vlt.num.4. de leg. 2. qui tamen Bartol.non loquitur de vſufructu partis bonorum,ſed de parte ipſa proprietatis.

11 Extenditur † ſecundò hic caſus, vt locum habeat etiam, quando teſtator legauit vſumfructum rerum ſuarum abſolute,vel partis earum.Nam adhuc idem dicimus,nempè vſufructuarium non teneri ex ſuo vſufructu ſoluere æs alienum,ſed hæredem ipſum præſtare debere. Ita Bart.in d.l.vlt.nu.3.verſ. aut relinquitur.ff.de vſufr.leg. & idem Bar.hoc ſenſit in l.non amplius.§.vlt.col.2.verſ.oppono ſecũdò.de leg.1.ex illo tex.

12 Et prædicta communis † ſententia locum habet multò magis,quando concurrunt coniecturæ, quibus coniicitur,teſtatorem voluiſſe æs alienum ſolui ex ipſo vſufructu. Et vna quidem eſt coniectura,quando vſusfructus redderetur inutilis,ſi ex eo ſolueretur æs alienum, quod forte eſt ingens. Ita Alex.in l.vſufructu.nu.3.ff.ad legem Falcid.Gozad.in conſil. 94.nu.26.& Bellonus in d.conſ.7.nu.2.& nu.8.Eſt & ſecunda coniectura, quando ex aliis teſtamenti partibus conſtaret, teſtatorẽ voluiſſe ſolui alia debita ab ipſo hærede.Ita reſponderunt idem Rui.in conſ.41.col.3.libr.2.Bellonus in d.conſ. 7.nu.3.verſ.ſecundò principaliter,& Craue.in conſ.563.nu.1.

13 Cæterùm dubitari † contingit,quibus ex bonis hæres iſte ſoluet æs alienum,an ex ſuis propriis bonis, vel potius ex hæreditariis : cuius quidẽ diſputationis magna eſt vtilitas.Nam ſi ſoluere poteſt ex bonis hæreditariis, vſufructuarius tanto tenuiores redditus ex legato ipſo conſequetur:ſicuti econtra vberiores percipiet,ſi hęres ex propriis ſuis bonis numerabit. Hac itaq; de dubitatione duę ſunt opiniones,quarum vna fuit Baldi in conſil.237.Titi.in teſtamento.col.2.verſ.2.quæritur. lib.1.& Gozad.in conſ.94.nu.22.qui exiſtimarunt,hęredem ſoluere debere ex propriis ſuis bonis. Quæ quidem opinio nec iure,nec ratione ſolida probatur.

Altera fuit opinio eorum,qui rectius cenſuerunt hæredem poſſe alienare tot ex bonis hæreditariis,quot ſatis erit pro æris alieni ſolutione.Ita ſanè Bald.in conſ.21.lib.2.& in conſil. 87.in fin.lib.5. Caſtr.in conſ. 294. In cauſa quæ vertitur Bononiæ.nu.3.& in conſ.459.Dubium, de quo, col.vlt.lib.2.Alex.in l. vſufruct.ff. ad legem Falc.Soc.Sen.in conſ.131.nu.7. lib.1.Rui.in conſ.41.nu.12.& in conſ.vlt.nu.30.lib.2.Dec.in conſ.485.in fin.in conſ.590.col.vlt. & in conſ.660.in fi.quo loci teſtatur,eſſe communem opinionem, Soc.Iun.in conſil. 109.nu.14.& 16.lib.1. Pariſ.in conſ.60.col.pen.lib.2.Craue. in conſ.187.col.1.& Roland in conſ.8.num.13.lib.2.& verè idem ſenſerunt Picus, Rubeus & Bellonus, quos ſtatim commemorabimus. Et probatur prædicta communis ſententia tex.l.vlt.ff.de vſufruct.lega.vbi iuriſcon. differentiam conſtituit inter legatum vſusfructus certarum rerum:& legatum vſusfructus bonorum. Et inquit æs alienum ex bonis deduci, quando legatus fuit vſusfructus bonorum. Hæres ergo tenetur ſoluere hoc æs alienum : cùm proprietatis bonorum à teſtatore ei relictorum adminiſtratio ad eum pertineat.

Probat & ſecundò text.l.vſufructu.ff.ad legem Falcidiam. cuius verba hæc ſunt. *Vſufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum eſt,&c.*

14 Accedit tertiò ratio, quod † bona dicuntur, deducto ære alieno.l.ſubſignatum.§.bona.de verb.ſignific. Eſt ergo prius deducendum æs alienum : alioqui vſufructuarius perciperet commodum ex bonis alienis.

15 Extenditur primò † prædicta communis ſententia, vt locum habeat etiam eo caſu, quando mulier fuit relicta vſufructuaria à marito, & poſt eius mortem extraneus hæres inſtitutus fuit. Nam adhuc ex bonis ipſis hæreditariis tantum poteſt diſtrahere hæres quantum ſatisfieri poſſit creditoribus. Ita ſcripſerunt Picus in l.Titia.§.Titia.nu.153.de leg.2.Rub. in conſ.163.col.vlt.& Bello.in d.conſ.7.num.4.& 5.

16 Extenditur ſecundò,† communis hæc opinio vt locum habeat etiam quãdo teſtator reliquit ipſi vſufructuario plenum &integrum vſumfructũ.Nam adhuc poterit hęres alienare ex bonis hæreditariis, vt ſatisfaciat creditoribus. Ita reſpondit Rui.in conſ.41.num.12.lib.2.& idem ſenſit Bello.in conſ.7. num.6. Nec repugnat conſideratio Craue.in conſ.563.nume. 2. diſſentientis, cùm dixit, quod ſi teſtator reliquit vſumfructum, & prohibuit ab hærede moleſtiam inferri in fructibus omnium bonorum ipſi vſufructuario relictorum, ipſe vſufructuarius conſequi integrum vſumfructum, ſine aliqua detractione, ſicuti dicimus,grauatum fideicommiſſo detrahere non poſſe trebellianicam,cùm teſtator eum grauauit reſtituere totam & integram hæreditatem, vt infrà ſuo loco dicemus.Hæc ſanè Crauettæ cõſideratio vera non eſt,ſiquidem ſenſit teſtator, ne ex bonis ſuis quidquam deducatur, ſoluto tamen prius ære alieno:cùm bona dicantur eo ſoluto.l.ſubſignatum.§.bona.de verb.ſigni.& l.

Ex bonis itaque verè teſtatoris capere debet fructus hic vſufructuarius, nec in eo moleſtia aliqua affici debet. Quod autem pro æris alieni ſolutione deducitur proprium ipſius te-
17 ſtatoris non erat,ſed creditorum.Extenditur tertiò, † vt locũ habeat etiamſi ipſe hæres ex ſuo proprio patrimonio ſoluit. Nam adhuc poterit deducere ex bonis teſtatoris quantum ipſe numerauit.Ita reſpondit Socin.Iun.in conſ.109.num.15.
18 16.& 17.lib.1.qui multis probat. Declaratur † primo hic caſus,vt locum non habeat quo ad debita teſtatoris annua.Nam hæc vſufructuarius iſte ſoluere debet:ſicuti de legatis annuis, quorum,ſolutio pertinet ad vſufructuarium, & poſt alios tradunt Iaſ.in l.1.col.4.ff.ad Trebel.Rolan.in d.conſ.8.num.27. lib.2.qui alios plures refert: alia verò legata præſtare debet hæres,vt poſt multos ſcripſit eo loci Rolan.num.26.

19 Porrò in alienandis his bonis teſtatoris † pro æris alieni ſolutione obſeruandum eſt,vt prius alienentur fructus, ſi qui extant in horreo teſtatoris reconditi:deinde mobilia,& ſi hęc non ſufficiunt, immobilia minus vtilia. Ita proximè docent Bald.in conſ.87.in fi.lib.5. & Roland.in d.conſ.8.num.13.in fine lib.2.

20 Receditur † tamen à prædicta communi ſententia coniecturis,quibus cõiici poteſt teſtatorem noluiſſe bona ipſa hęreditaria hac pro cauſa alienari, ſed quod hæres ipſe ex ſuo proprio patrimonio ſolueret, & vt conſequenter vſufructuarius vberiores reditus perciperet.Ita Ruin.in d.conſ.41.num. 12.lib.2.Bello.in conſ.7.num.2.Dida.in d.lib.2.varia.reſolu. c.2.num.6.verſ.& id verum.

21 Prima eſt coniectura,quando † teſtator voluit vſufructuarium teneri ad aliqua onera, ad quæ alias non teneretur, vt putà,ad alẽdum filios ſui ipſius teſtatoris.Ex hoc enim quod teſtator impoſuit hoc onus ipſi vſufructuario, coniectura ducitur, voluiſſe ei relinquere vſumfructum ſine aliis oneribus, ſoluendi ſcilicet æs alienum. Ita reſpondit Ruinus in d.conſ. 41.num.7.& 8.lib.2.

22 Secunda eſt coniectura,quando † teſtator prohibuit detractionem alicuius quartæ, vel portionis ex ipſo vſufructũ, & deinde ſubiunxit,vt habeat dictus vſufructuarius totum & integrum vſumfructum.Hæc verba,vt habeat totum & integrũ vſumfructum,nil operãtur reſpectu quartarum prohibitarum deduci.Ergo operari debent reſpectu æris alieni.Ita Ruin.in d.conſ.41.num.10.qui multis ſimilibus comprobauit.

## PRÆSVMPT. CXLIIII.

### Seruitutis legatum quid ex præſumpta teſtatoris voluntate contineat.

## SVMMARIVM.

1 *Prædijs duobus legatis,quorum vnum alteri ſeruitutem præſtabat, & ſingula ſint duobus legata, an præſumatur legata ſeruitus, & quomodo,& cui.*

2 *Prædium ſi ſit legatum expreßè vnà cum ſeruitute ſibi præſtanda ex alio prædio,ſeruitus cenſetur legata,& ſic debetur.*
*Idem ſi dixit teſtator,prædium,vt nunc eſt,lego,num.3.*
*Et quid in dubio.num.4.*
5 *Legatum ſeruitutis non debetur,quando teſtator reliquit prædium liberum & francum ab omni ſeruitute.*
6 *Prædium ſi ſit legatum multis ſeruitutibus obnoxium, & teſtator legauit ipſum liberum & francum ab omni ſeruitute, excepta ſeruitute luminum, vel ſimili, non cenſentur relictæ aliæ ſeruitutes,niſi illæ reſeruatæ.*
7 *Prædio legato ſeruitutib.obnoxio, nunquid in dubio cenſeatur legata ſeruitus.*
8 *Legata ſtrictè interpretanda ſunt.*
9 *Seruitus fundi non cenſetur vendita in contractibus, vendito fundo.*
10 *Argumentum de contractibus ad legata procedit.*
11 *Prædio legato debetur & ſeruitus: quando aliàs legatum prædij eſſet inutile,niſi præſtaretur ſeruitus.*
*Intellige,ſi ſeruitus eſſet omnino neceſſaria: ſecus ſi vtilis tantum. numero 13.*
12 *Aquæ hauſtu conceſſo ex fonte, præſumitur etiam conceſſum iter ad hauriendum,& econtra.*
14 *Prædio legato ſi præſumatur legata ſeruitus, an ipſo iure ſit debita,vel potius peti debeat.*
*Et à quo peti debeat.num.16.*
15 *Dominium rei tacitè legatæ non tranſit ipſo iure & recta via in legatarium.*
17 *Legatum ſeruitutis an præſumatur factum contemplatione perſonæ,vel rei.*

DICENDVM eſt nunc de coniecturis & præ-
ſumptionibus, quæ verſantur circa legatum ſer-
uitutis. Et primum quidem dubitari ſolet, quan-
1 do † teſtator duo habens prædia, quorum vnum
ſeruiebat alteri, & duobus ſingula legauit an præſumatur le-
gaſſe etiam ſeruitutem à fundo qui ſeruitutem præſtare con-
ſueuit? Hic diſtinguendi ſunt tres caſus, ſicuti colligitur ex l.
1.ff.de ſeruit.lega,

2 Primus caſus eſt,quando † teſtator nominatim atq; ita ex-
preſsè legauit prædium vnà cum ſeruitute ſibi præſtanda ex
alio prædio alteri legato. Hic caſus clarus eſt,nempè ſeruitu-
tem dici legatam atque ita deberi. Ita manifeſte reſpondit
Iulianus in d.l.1.de ſeruit. lega.ibi, *ſi aut nominatim hæc ſerui-
tus impoſita eſt.* Et ibidem annotarunt glo.

3 Secundus eſt caſus,quando † teſtator ita dixit,prędium vt
nunc eſt lego. Hoc etiam caſu ſine dubio ſeruitus legata præ-
ſumitur. Ita Iulianus in d.l.1. in fin. ibi, *Aut ita legatum datum
eſt: Tabernam meam,vti nunc eſt,do,lego.*

4 Tertius eſt caſus, quando † ſumus in dubio, & agitur de
ſeruitute continua, vt illæ, oneris ferendi, vel luminum, vel
aquæductus, de quibus in l.ſeruitutes.ff. de ſeruit.vbi glo.&
Docto,& Cæpolla.in Tract.de ſeruit.vrba.præd.c.19.num.2.
& 3. Hoc in caſu,legato ſimpliciter prædio,pręſumitur etiam
legata ipſa ſeruitus. Ita Bart.in d.l.1.nu.3. verſ.tu autem.ff.de
ſeruit.lega.& in l.conclaue.nu.4.ff.de damno infecto, & hoc
in caſu rectè ſenſit vlt.glo.ibidem, cùm dixit, in dubio ſem-
per præſumi legatam ſeruitutem. Et hanc quidem opinio-
nem probat. d.l.1.vbi teſtator, qui duas habebat tabernas
coniunctas,eas ſingulas duobus legauit,ſi ex ſuperiore taber-
na in inferiorem inædificatum eſſet, an inferior oneri feren-
do in ſuperioris tabernæ loco contineretur. Reſpondit Papi-
nianus, ſeruitutem videri impoſitam. Idem cenſuit ipſemet
Papinia.in l. binas.ff. de ſeruit. prædio.vrba.de ſeruitute ha-
bendi tignum immiſſum. Idem probat text.l.quod conclaue.
verſic.ſed & labeo.ff. de damno infecto. ducto argumento à
contractibus ad vltimas voluntates.

5 Declaratur hic caſus † quando coniecturis conſtat, teſta-
torem noluiſſe legare ſeruitutem illam. Et prima quidem eſt
coniectura, quādo teſtator legauit prædium liberum & fran-
cum ab omni ſeruitute: Nam tunc non cenſetur relicta ſerui-
tus,quia alioqui prædium illud nō diceretur liberum & fran-
cum. Ita declarando traditionem Bart.in d.l.1.nu.3.de ſeruit.
leg.ſcripſit Afflictus in Deciſ.298.num.2.& ſi loquitur in ca-
ſu venditionis,

6 Secunda eſt coniectura,† quidem pr obabilior veriórque,
quando prædium ipſum ſeruiens multis ſeruitutibus obno-
xium erat, & teſtator legauit hoc prædium liberum, & Fran-
cum ab omni ſeruitute,excepta ſeruitute luminum,vel ſimili.
Nam tunc alteri prædio legato non dicuntur relictæ ſeruitu-
tes, niſi illæ reſeruatæ. Ita egregiè Afflictus in d.deciſ.298.
nu.3.qui multis rationibus comprobat. Et præter Afflictum
idem ſenſit in ſpecie legati Iaſon in d.l. ſeruum filij.§.ſi ſtatu
liberum in fi.de leg.1.qui ſic declarauit.l.ſi fundum ſub con-
ditione.§.qui fundum.de leg.1. Et ſimile in his prope termi-
nis reſpondit Dec.in conſ.41.col.2.verſ.ſecundò,quia.

7 Quartus eſt caſus, quando † ſumus in dubio, & agitur de
ſeruitute diſcontinua, vt ſunt illæ, viæ, itineris, & ſimiles, vt
declarant glo.& Doctores in d.l.ſeruitutes.ff.de ſeruit.& Cę-
polla in dicto Tract.de ſeruit.vrba.præd.c.19.nu.3. Hoc ſa-
nè in caſu exiſtimo (quidquid dixerit Bartol.) eſſe pro regula
conſtituendum, quod legato prædio non præſumitur legata
ſeruitus hæc: Probatur regula multis iuribus, quæ caſus ſpe-
8 ciales excipiunt vt mox referemus. Et quia † in legatis ſtricta
ſumitur interpretatio.l.nummis.de leg.3.& diximus ſupra ſuo
9 loco. Et præterea † ſic videmus in contractibus,in quibus di-
cimus ſeruitutem non præſumi venditam vendito fundo.l. in
tradendis.§.interpoſitis.in fin.ff. communia prædio: Barto.&
Iaſ.in d.l.ſeruum.filij.§.vlt.col.1.de leg.1.& Cæpoll.in Tract.
de ſeruit.vrba prædio.c. 38.num.2. Idem ergo dicendum eſt
10 in legatis: † cum ita in vno ac in alio caſu ſtricta ſumatur in-
terpretatio: & ab vno ad alterum argumentari liceat.d.l. ſer-
uum filij.§.eum,qui Chyrographum.

11 Declaratur primo † hæc regula, vt locum non habeat,
quando legatum prædij eſſet inutile,niſi prę̨ſtaretur ſeruitus.

Nam tunc etiam ſeruitus legata prę̨ſumitur. Ita Bart.in d.
l.1.numer.3. verſ.1.caſu.ff.de ſeruit.lega. & paſſim admittunt
omnes in d.l.ſi fundum ſub conditione.§.vlt.de leg.1.Cæpol.
in d cap.38. col.pen.verſ.1. caſu & Lucas de Penna.in l.3.in
præſumpt.121.C.de apoch.publ.lib.10. Quæ quidem decla-
ratio manifeſte probatur text.l.damnas.§.1.ff.de vſufruct.leg.
l.ſi fundum ſub conditione.§. qui fundum.in fin.de leg.1.l.1.
§. item ſi vſusfruct.ff. ſi vſusfructus peta.& l.binas.§. non au-
12 tem.ff. de ſeruit. vrb. prædio. confert † etiam.l. 3.§. vlt.ff.de
ſeruit.ruſt.prædio. vbi conceſſo hauſtu aquę ex fonte, pręſu-
mitur etiam conceſſum iter ad hauriendum, & econtra. Eſt
ratio.quia vnum ſine altero inutile eſt.

13 Porrò † hęc declaratio intelligitur, quando ſeruitus illa
eſſet omnio neceſſaria: ſecus ſi vtilis tantum. Ita probat tex.l.
1.§.vlt.ff.ſi vſusfr.peta.& confert.l.tertia.in fi.ff.de penu.leg.

14 Cæterùm dubitari hic cōtingit,an † illis in caſibus,in qui-
bus prędio legato etiā ſeruitus legata prę̨ſumitur, an inquam
ipſo iure debita ſit hęc ſeruitus,vel potius peti debeat? Eſt hęc
controuerſa dubitatio, quandoquidem multi exiſtimarunt,
ſeruitutem ipſo iure deberi. Qua in opinione fuerunt Imola,
Alex.& Arer.in l.1.ff.de leg.1.Comen.in l.eum, qui.§.ſi ſtatu
liberum.ff.eo.& ibidem Iaſ.num.15.teſtatur, hanc eſſe com-
munem opinionem. Contrariam opinionem, quod imò ipſo
iure debita non ſit,ſed peti à legatario debeat, probarunt Ia-
cobus de Arena,Bart.Bald.Angelus, Florianus, Caſtrenſis,&
Socin.Sen.quos recenſet ac ſequitur Ripa in l.1. nume.33.de
leg.1.qui verè hanc eſſe magis receptam affirmauit. Hanc pa-
riter probarunt Ruin.in conſ.51. num.13. & in conſ.55.nu.7.
lib.2. Cępolla in d.c.38. ad finem. Tiraq.in Tract.de legib.
connubial.in glo.5.nu.63. Et hęc quidem verior & probabi-
lior eſt ſententia,quę prę̨cipua illa ratione fulcitur, quod do-
15 minium rei † tacitę legatę non tranſit ipſo iure & recta via in
legatarium: Ita, declarando.l.à Titio.ff.de furtis,ſcripſerunt
Bar.& reliqui in l. ſeruum.filij.§. vlt.de leg.1. Tiraq.in d.glo.
5.nu.53.qui multorum auctoritate comprobauit. Et illis ac-
cedunt Ruin.in conſ.140.num.14.lib.2.& Curt.Iun.in l.cum
quid.num.15.verſ.quintus caſus.ff.ſi cert.pet.

16 Cùm verò ambigitur † à quo peti debeat huius ſeruitutis
prę̨ſtatio,an ſcilicet ab hę̨rede, vel ab alio legatario, cui prę-
dium ſeruiens legatum fuit,diſtinguendum eſt: quòd aut ſer-
uitus fuit expreſſe legata:& tunc quia ipſo iure tranſit domi-
nium rei legatę in ipſum legatarium,dicendum eſt,huius ſer-
uitutis prę̨ſtationem peti poſſe ab ipſomet legatario fundi
ſeruientis. Aut ſeruitus eſt tacitè legata, & tunc quia (vt dixi-
mus ſu-



mus ſuprà) dominium non tranſit ipſo iure,peti debet ab hæ-
rede. Ita declarant Bart & Iaſon in d.l.eum, qui.§.vlt.de leg.
1.ille num.1.iſte.num.3.

17 Dubitari etiam ſolet † de legato ſeruitutis,an præſumatur
factum contemplatione perſonæ,vel rei? Hac de dubitatione
multa egregia ſcripſit Bart.in l.pen.ff.de ſeruit.lega. Et mul-
ta, quæ eſt rem hanc pertinent ſcripſi ſuperiore libro in præ-
ſumpt.103. Non repetam ibi ſcripta.

## PRÆSVMPT. CXLV.

### Dotis prælegatum quid ex præſumpta voluntate teſtatoris comprehendat.

### SVMMARIVM.

1 *Dote prælegata ſimpliciter, cenſetur legatum ius actionis de dote: ſi verò teſtator legauit quicquid peruenit ex dote,præſumitur reliquiſſe quantitatem.*
2 *Maritus ſi legauit vxori centum præter dotem, cenſetur legaſſe etiam ipſam dotem.*
*Idem,ſi dixit,vltra dotem.num.4.vel ſupra dotem.num.5.*
3 *Dictio,præter,includit: idem de dictione amplius ibidem.*
*Idem de dictione,vltra.num.4.*
*Idem de dictione,ſupra.num.5.*
6 *Maritus,qui ab vxore dotis nomine 40.tantum accepit,ſi ita legauit: Vxori meæ quinquaginta, quæ dotis nomine ad me peruenerunt,lego debentur illa quinquaginta.*
7 *Re legata,quæ perijt viuo teſtatore, tranſmittitur actio,quæ æſtimationem conſequi poßit legatarius.*
*Diuerſum autem eſt,quando ſpecies eſt in obligatione.num.8.*
9 *Quantitas ſi reſpectu certæ ſpeciei debetur, ſpecie perempta, debitor à præſtatione quantitatis liberatur.*
10 *Legatum in ſpeciebus æſtimatis & inæſtimatis comprehendis res ipſas,non autem pretium ſeu æſtimationem.*
11 *Intellectus.l.qui dotem.ff.de dote præleg.*
12 *Teſtator non præſumitur velle grauare hæredem duplici legato reſtitutionis dotis.*
*Idem in alijs caſibus.num.13.*
14 *Maritus ſi legauit vxori quicquid ei comparauit, & quod ipſi teſtatori ipſa dedit,præſumitur ei legaſſe etiam dotem ab ea habitam.*
15 *Dictio,quicquid,vniuerſalis eſt,& comprehendit etiam caſus alioqui priuilegiatos.*

DISSERAMVS nunc de prę̨ſumptionibus & con-
iecturis, quæ verſantur circa legatum dotis. Et
1 † primus quidem caſus coniecturalis in dote prę-
legata eſt,cum dicimus,quod ea relicta ſimplici-
ter,præſumitur legatum ius actionis de dote. Si verò teſtator
legauit quidquid peruenit ex dote, præſumitur reliquiſſe
quantitatem. Ita docuit Bart.in l.2. in princ.num.7.& in l.3.
in princ.num.2.ff.de dote præleg.qui hic declarauit prædicta
iura.& l.Mæuio.§.à me de leg.2.

2 Eſt etiam coniecturalis † ille ſecundus caſus dotis præle-
gatæ,quando teſtator dixit,lego vxori centum præter dotem.
Hoc caſu coniectura fit & quidem vrgens,teſtatorem legaſſe
etiam dotem ipſam. Ita Bart.in l.Qui ita,nu.2.ff.de dote præ-
leg.Pariſ.in conſ.95.nu.8.lib.2.text.l. Sæio.§.vxori.ff.de an-
nuis leg.

3 Hæc enim † dictio prę̨ter, includit, vt explicant Oldra.in
conſil.49.num.7.& Albericus in dictionario,in dictione prę-
ter.& Cuiacius libr.8.obſer.cap.36. Idem probat tex.d.l.qui
ita,cuius verba hęc ſunt.

*Qui ita legat vxori ſuæ: Titiæ,amplius quàm dotem,aureos tot hæres meus damnas eſt dare: manifeſtum eſt dotem quoque prælegaſſe.*

Hæc Iulianus. Illa dictio, amplius ita includit, vt dictio
præter: ſicuti declarat Albericus in dictionario, in dictione
amplius,& Cuiacius in d.cap.36.

4 Idem eſt quando † dixit, vltra dotem, Bart.in d.l.qui ita.
in fine.poſt Iacobum de Arena,Pariſius in d.conſil.95.num.
8. Dictio enim vltrà includit ſicuti & prę̨cedentes. l. ſi vltra.
C.de fideiuſſo.& Albericus in dictione, vltrà. Idem quando
5 dixit ſuprà dotem Bart.in d.l.qui ita. Nam & dictio,ſupra in-
cludit,l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſoluto matr.Albericus in
dictione,ſuprà.

6 Tertius eſt caſus,† coniecturalis in prælegato dotis,quan-
do ſcilicet teſtator, qui ab vxore dotis nomine quadraginta
tantùm accepit,ita legauit,vxori meæ quinquaginta,quæ do-
tis nomine ad me peruenerunt,lego. Debentur illa quinqua-
ginta. Nam cum teſtator certam quantitatem expreſſerit,eam
relinquere voluit,& ſi minus accepit. Ita reſpondit Labeo.in
l.cum ſcriptum eſſet.in prin.ff.de dote præleg.& ibidem Bar.
annotauit. Et hoc quidem eſſe ex coniecturata mente teſta-
toris ſcripſit Crau.in conſ.149.nu.17.qui num.16.huius con-
iecturæ rationem eſſe dixit: quia cùm teſtator veriſimiliter
ſciret quantum dotis nomine acceperat, quod ſupra eam le-
gauit, donaſſe præſumitur. Et ſubiunxit ipſe Grauetta hanc
præſumptionem locum habere, quando non præcedit aliud
debitum quàm dotis: ſecus verò ſi teſtator aliam ob cauſam
tenebatur erga vxorem. Nam tunc quod vltra dotem ipſam
reliquit, reliquiſſe præſumitur ob cauſam illam, vt ſcilicet
cum ea cōpenſaret. Qua de re ſcripſi etiam ſuprà in præſump.
vbi explicaui,quādo prę̨ſumatur legatum animo cōpenſandi.

7 Quartus eſt caſus † cōiecturalis in prælegato dotis,de quo
reſpondit Papinianus in l.vir vxori.ff.de dote prælega.cuius
verba adſcripſi.

*Vir vxori,quæ dotem in mancipijs habebat,pecuniam pro dote legauerat viuo viro,mancipijs mortuis,vxor poſt virum deceßit,ad hæredem eius actio legati rectè tranſmittitur: quoniam mariti voluntas ſeruanda eſt.*

Hæc Papinianus, qui ex coniecturata voluntate teſtatoris,
reſpondit, quod etſi res legata periit viuente teſtatore, tranſ-
mittitur actio,quia æſtimationem cōſequi poterit legatarius.
Et huius quidem ſententiæ ac coniecturę ratio eſt: quia certa
ipſa quantitas illa eſt,quæ legata eſt, atque ita quæ in obliga-
tione reperitur,ſicuti annotauit Bar.ibidem,etſi ergo res ipſa
periit,æſtimatio ſeu quantitas illa legata, quæ nunquam peri-
re dicitur.l.in ratione.la 2.§.incertæ. ff.ad l.Falcid. l.incen-
dium.C.ſi certum pet.præſtari debet.

8 Et properea † diuerſum eſt,quando ſpecies eſt in obliga-
tione, licet ratione ſpeciei debeatur quantitas neceſſitate
quadam: ſicuti in caſu l.Titiæ.§.vlt.de leg.1.vbi hæres duobus
in ſolidum Stichum legatū prę̨ſtare tenebatur,ſi poſteaquam
vni legatariorū Stichum ipſum dedit, ſtichus ipſe petiit,libe-
ratur hæres,ne alteri legatario teneatur prę̨ſtare quantitatem:
à cuius præſtatione per Stichi,ſicque ſpeciei interitum eſt li-
beratus. Hoc ſanè contingit,quia ſola ipſa ſpecies,legata fue-
rat duobus: quibus cum eadem præſtari non poſſet,hæres co-
gitur iudicis officio vni legatariorum ſoluere æſtimationem.
l.ſi pluribus.de leg.1.atque ita res quidem petitur, æſtimatio
autem præſtatur. Re ergo perempta, nulla ſupereſt petitio:
quia quantitas non eſt in obligatione: Ita explicando d.§.vlt.
ſenſit Ripa in l.quod te.num.18.ff.ſi certum peta. Etſi abſo-
lutè eo loci Iaſon.num.15.& Decius num.25.ſcripſerint poſt
9 Bart.& alios: quòd quando quantitas † debetur reſpectu cer-
tæ ſpeciei, ea ſpecie perempta, debitor à præſtatione quanti-
tatis liberatur. Id quod annotauit & Iaſon in l.ſi pluribus.nu.
16.de leg.1.

10 Quintus † caſus coniecturalis eſt in prælegato dotis, de
quo reſpōdit idem Papinia.in l.vxori meæ.ff.de dote præleg.
cuius verba hæc ſunt,

*Vxori meæ fundum Cornelianum,& quæ nuptura obtulit æſtimata in ſpeciebus reſtitui volo. Reſpondi,non æſtimatum prædium in dotem datum,exceptum non videri,ſed vniuerſa dote prælegata,rerum æſtimatarum pretium non relictum: verum ipſas res, quales inuenientur.* Hactenus Papinianus,qui manifeſtè ſenſit, (vt eo loci
annotauit Bart.) legatum in ſpeciebus æſtimatis & ineſtima-
tis comprehendere res ipſas ſicque ſpecies, non autem pre-
tium ſeu æſtimationem. Non enim adiectiuum illud, æſtima-
ta,refertur ad omnia præcedentia, ſed ad immediata, nempè
ad alias res, quas dotis nomine tradiderat. Non enim relatio
fieri poteſt ad fundum ipſum Cornelianū: alioqui ipſius fun-
di legatum redderetur inutile vt aduertit Bart. Et ſumma eſt
vtilitas ſcire, an æſtimatio, vel ſpecies ipſa debeatur, ob aug-
mentum & diminutionem valoris.

11 Sextus caſus † coniecturalis eſt in prælegato dotis, de quo
Scæuola reſpondit in l.qui dotem.ff.de dote præleg. Scæuolæ
verba hæc ſunt: *Qui dotem in pecunia numerata & æſtimatis rebus acceperat: vxori ita legauit Saia vxori meæ, ſi omnes res, quæ*

*tabulis dotalibus continentur hæredi meo exhibuerit, & tradiderit, ſummam dotis, quam mihi pro ea pater eius intulit: dari volo hoc amplius denarios decem. Quæſitum eſt, cum res in dotem datæ plures ipſo vſu finitæ eſſent nec moriente marito fuerant, an quaſi ſub impoſſibili conditione legatum datum debeatur. Reſpondi videri, conditioni paritum, ſi, quod ex rebus in dotem datis ſuper erat, in poteſtatem hæredis peruenit.* Hæc Scæuola, qui manifeſtè ſenſit, eam præſumi teſtatoris voluntatem, vt hæres pareat conditioni, ſicque eam impleat eo, quo poterit, modo: cùm teſtator ipſe iam præuiderit eam aliter implere non poſſe, qua de re aliqua dicemus infrà ſuo loco, dum de conditionibus agemus.

12 Septimus eſt caſus † coniecturalis in prælegato dotis, de quo reſpondit Paulus in l. pen. ff. de dote prælega. cùm dixit, non præſumi teſtatorem voluiſſe grauare hæredem duplici legato, reſtitutionis dotis, nempè vnam matri, quæ ſibi dotem reſtitui ſtipulata fuerat: alteram vxori cui maritus teſtator legauit. Ita † dicimus & aliis in caſibus, præſumi teſtatorem

13 nolle grauare hæredem duplici legato. l. Titia. §. qui inuita. de leg. 2. & diximus ſuprà in præſumpt.

14 Octauus coniecturalis † caſus eſt, de quo in l. vlt. ff. de dote prælega. vbi ſi teſtator legauit vxori quidquid ei comparauit, & quod ipſi teſtatori illa dedit, præſumitur ei legaſſe etiam

15 dotem ab ea habitam. Hęc enim dictio, † quidquid, vniuerſalis comprehendit etiam caſus alioqui priuilegiatos. l. plerumque de iure dotium, & tradunt Iaſon & reliqui in l. 1. num. 9. ff. ſoluto matr.

## PRÆSVMPT. CXLVI.

Dotis legatum, quando purum, vel modale, vel conditionale præſumatur: & ob id quando tranſmitti, vel non ad hæredes poſſit, diligenti & accurata diſputatione explicatur.

## SVMMARIVM

1 *Legatum dotis quando purum vel modale vel conditionale præſumatur.*

*Quòd quando verba adiecta legato ſignificant conditionem vel modum, vel purum relictum, dicitur legatum vel conditionale, vel modale, vel purum. num. 2.*

3 *Legatum dotis conditionale quod dicatur. & num. 6.*

4 *Legatum modale quale cenſeatur. & num. ſeq.*

5 *Dictio, vt, modumſignificat.*

7 *Legatum dotis æquiparari donationi dotis.*

8 *Intellectus §. ſed & hoc præſenti. in Auth. de ſanctiſſ. epiſco.*

9 *Intellectus l. Titio centum. §. Titio genero. verſ. ante nuptias. ff. de conditione & demonſtratione, num. ſeq.*

10 *Legatum corruit deficiente modo etiam caſu.*

11 *Intellectus l. promittendo. ff. de iure dotium. Argumentum de contractib. ad vltimas voluntates procedit.*

12 *Intellectus l. à Titio. ff. de verb. oblig. & l. ſi ego. ff. de iure dot.*

13 *Donare nemo præſumitur in dubio.*

14 *Onus per modum inducitur illi, cui ſub modo relinquitur.*

15 *Legatum mulieri, reſpectu certæ perſonæ, vt ſi contraxerit cum Caio: an dicatur oneris vel honoris, & num. ſeq.*

16 *Intellectus l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb.*

17 *Legatum dicitur modale, quando legati cauſa reſpicit fauorem ipſius legatarij.*

18 *Dictiones, ita vt, & ſi, à pari procedere.*

19 *Legatum præſumitur conditionale, ſi teſtator dixit, ſe relinquere in ſubſidium nuptiarum.*

20 *Legatum factum ab extraneo pro dote mulieris reſpectu certæ perſonæ, cum qua iam contracta ſunt ſponſalia, dicitur purum.*

21 *Dos non dicitur niſi ſequuto matrimonio.*

22 *Legatum cenſetur purum, quando præſumpta & coniecturata eſt mens teſtatoris, quòd voluerit præſtari legatum, etiam ſi mulier non nubat, ſi factum fuit reſpectu certæ perſonæ. Extende, vt num. ſeq.*

24 *Legatum pro dote certæ mulieri ab extraneo cauſa contrahendi matrimonium cum perſona incerta, an dicatur conditionale.*

*Et quid ſi extraneus legat pro matrimonio contrahendo mulieri incertæ pro perſona incerta & num. 25.*

26 *Legatum dotis ab extraneo pro muliere maritanda ſimpliciter, an ſit purum.*

*Et quid ſi teſtator extraneus reliquit puellæ legatum ſimpliciter, deinde in parte executiua teſtamenti adiecit clauſulam, quòd legatum cauſa dotis præſtaretur. num. 27.*

*Et quid ſi legat pro dote, & adijcit conditionem, quòd ipſa muliere mortua, dos illa perueniat in alium. nu. 28.*

29 *Legatum filiæ pro dote reſpectu matrimonij dicitur conditionale.*

*Et quid ſi pater ſimpliciter legat filiæ pro dote & ipſi etiam reliquit legitimam. num. 30.*

*Et quid ſi ipſi filiæ legitimam non reliquit, ſed legauit pro dote ſimpliciter. num. 31.*

32 *Legitima ſine onere & conditione relinqui debet. num. 45.*

33 *Legatum filiæ pro dote etiam ſi excedat debitum legitimæ, dicitur purum.*

34 *Res vna non debet diuerſo iure cenſeri.*

35 *Legatum filiæ à patre relictum etiam diuite, & qui erat relicturus omnino dotem ipſi filiæ, cenſetur purum.*

36 *Pater ſi legauit dotem filiæ, & iuſſit eam ſtare tacitam & contentam ea dote, an præſumatur legaſſe purè, vel ſub conditione: vbi quòd purè.*

*Et idem ſi filiæ reliquit dotem & interim alimenta. num. 37.*

*Et idem quando pater haberet plures filias, & omnibus legauit dotem, & earum vna iam nupſit, & dotem fuit conſecuta, namque & ſecunda dotem purè aſſequi debet. nu. 38.*

39 *Legatum filiæ pro dote an ſit purum vel conditionale, quando filia eſt iam ſtatuto excluſa extantib. maſculis.*

40 *Filiæ non debetur legitima, quæ à ſtatuto excluditur propter maſculo. & dicit ſtatutum quòd maritetur.*

*Et an quod ſibi debetur pro dote, debeatur ei purè, vel ſub conditione.*

*Quòd ſub conditione ei debetur non purè.*

*Secus quando pater reliquit ei dotem titulo inſtitutionis. num. 41.*

*Et ſecus quando pater vſus eſt verbo præteriti temporis, vt ſi dixit, quod dotauit. num. 42.*

43 *Pater ſi reliquit dotem filiæ, quæ eſt excluſa à ſtatuto ob maſculos, purè præſumitur legaſſe.*

44 *Actus conditionalis non dicitur actus.*

46 *Statutum ſi excludit filiam dotatam, debet intelligi quòd dos ſit*

47 *Legat ū dotis purū ſtatim peti poteſt ſine aliqua cautione depura. nubendo: ſecus ſi eſt conditionale.*

48 *Legatum dotis quando eſt ſub modo, an ipſo modo deficiente caſu deficiat & legatum.*

1 SV frequentiſſima † eſt & maximè vtilis eſt hęc diſputatio, quando legatum dotis vel purum, vel modale, vel conditionale dicatur atque præſumatur. Hac in diſputatione diſtinguenda ſunt duo capita: ſicuti diſtinguit Caſtren. in l. Titio centum, §. Titio genero. num. 6. ff. de cond. & demonſtra. Primum eſt, quando legatum fit ab extraneo, qui mulierem dotare non tenetur: Secundum eſt, quando legatur à patre, vel ab aliis quibus incumbit onus dotandi filiam, vel neptem.

Quod attinet ad primum caput ſunt diſtinguendi aliquot caſus.

2 Primus † eſt, quando verba certa adiecta legato ſignificant conditionem, vel modum, vel purum relictum. Hic caſus eſt clarus, vt ſcilicet dicatur legatum vel conditionale, vel modale vel purum: ſicuti ſignificatio illorū verborum oſten-

3 dit. Exempli gratia, ſi teſtator dixit, † lego centum Caiæ cauſa ſuæ dotis, ſi nupſerit Caio. Hæc poſtrema verba, ſi nupſerit Caio, manifeſtè ſignificant conditionem: ſicuti in ſpecie probat text. §. ſed hoc præſenti. in Auth. de ſanctiſſ. epiſ. quem ſic interpretati ſunt Ang. in conſ. 392. num. 1. & Bald. Nouell. in Tract. de dote, parte ſexta, priuilegio. 76. col. 2. verſ. ſecundus caſus. Et ibidem in fine ſcribit, quod ſi mulier erat pauper præmortuo Caio alteri poterit nubere: ſecus ſi eſſet diues. Ita quoque ſi teſtator dixit, lego centum Caiæ, cum nupſerit: dicitur legatum conditionale, ſicuti affirmarunt Caſtr. in d. §. Titio genero. nu. 7. in fin. & clarius Alex. in conſ. 55. col. 1. lib. 2. Pariſ. in conſ. 36. num. 5. lib. 3. & in conſ. 110. numer. 3. lib. 4. Idem ſenſit Romanus in conſil. 134. col. 2. in fine. ſic intelligens. l. qui filium. ff. vbi pupil. educari debeat iuncta. l. hæc conditio. ff. de cond. & demonſtr. & l. quod pupillæ. ff. quando dies



dies legati cedat. Et ſimile dixit Bero. in conſ. 28. num. 1. lib. 1. legatum dotis factum puellæ cùm monachabitur eſſe conditionale. Verùm Socin. Sen. in conſ. 92. num. 8. verſic. prædicta

4 opinio. lib. 1. ſcripſit, opinionē hanc eſſe dubiam. Modale † autem erit legatum ſi teſtator dixit, lego centum Caiæ, vt poſſit nubere. Ita tradunt in ſpecie Baldus in conſ. 249. An legatum totis. lib. 4. & Didacus Couar. in cap. nos quidem. nume. 11.

6 verſ. ſecundò apparet. de teſta. Illa enim † dictio, vt, ſignificat modum. l. demonſtratio falſa. §. vlt. ff. de condi. & demon. & l. 1. C. de donat. quæ ſub modo. vbi gl. & Doct.

Eſt etiam modale legatum, quando dixit, vt nubat: vt ſcribit Didacus præcitato in loco. verſ. & priori reiecta contraria opinione Baldi in l. generaliter. nu. 9. C. de Epiſ. & cle. & Baldi Nouelli in tract. de dote, in 6. parte, priuileg. 76. col. 2. verſic. primus eſt: qui dixerunt eſſe legatum purum.

6 Secundus eſt † caſus, quando teſtator iſte extraneus ſimpliciter legat Caiæ cauſa dotis vel pro matrimonio contrahendo cum Caio: ſicque cum perſona certa. Hoc in caſu, qui ſic proponitur à Bar. in d. §. Titio genero. num. 3. in fine. & num. 4. iuncto. num. 1. dicendum eſt ſecundum ipſum Bartolum, legatum eſſe conditionale. Idem affirmarunt in d. §. Titio genero. Baldus num. . . & Caſtren. num. 7. ver. iſtam opinionem. Idem Baldus in l. generaliter. nu. 9. C. de Epiſ. & cler. in l. ſancimus. num. . . . C. de nupt. & in l. legatum. C. de condit. inſer. & in conſil. 249. lib. 4. Angelus in l. ſi Titio. ff. de lega. 1. & in conſ. 249. num. 2. & in conſ. 393. ſi benè. Imola in l. in teſtamento. la 2. num. 2. ff. de cond. & demonſt. Romanus in conſ. 134. num. 3. Alex. in l. 1. nume. 4. & ibidem Iaſon. num. 9. C. de inſti. & ſubſt. idem Alex. in conſ. 42. num. 2. lib. 7. qui teſtatur, hanc eſſe communem opinionem. Corn. in conſ. 229. num. 3. lib. 4. Baldus Nouellus in tract. de dote, in ſexta parte, priuile. 50. & verſ. 3. caſus. Laurus à Palatiis in tract. de ſtatutis excludentibus fœm. col. 39. Brunus in eodem tract. art. 6 q. 3. & 7. & art. 11. q. 3. Craue. in conſ. 101. num. 2. Didacus in c. nos quidem. num. 11. de teſta. & Emanuel Coſta Luſitanus in lib. 2. ſelecta. interpretationum circa conditiones. cap. 22. nume. 5. Et ij quidem adducti ſunt in hanc ſententiam multis iuribus, & argumentis. Et primò textu, quem expreſſum dixit eſſe Bartolus textu inquam §. ſed hoc præſenti, in auth. de ſanct. Epiſ. relatus. in auth. niſi rogatus. C. ad Trebell.

Exiſtimarunt reliqui interpretes Bartolum ſic perpendere voluiſſe contextum illum, ducto argumento à contractibus

7 ad vltimas voluntates, dum ibi æquiparatur † dotis donatio, & legatum dotis, ibi: *ſiue donauerit, ſiue reliquerit*, & æquiparationem hanc etiam facit tex. l. ſi diuortio. in fine. ff. de ver. obl. At qui promiſſum, cauſa dotis pacto, vel ſtipulatione dicitur conditionale. l. talis facta ſtipulatio. l. ſtipulationem. & l. in rebus. ff. de iure dotium. Ergo & legatum dotis erit conditionale. Nec huic inductioni obſtat conſideratio quam fecit Comenſ. in d. §. Titio genero. num. 5. & in conſ. 107. in fine. Cùm dixit, quod licèt in promiſſione inſit conditio: non tamen ineſt in donatione, & traditione. l. ſed hoc. ff. de iure dotium. & l. 1. ff. pro dote. Vnde ita etiam eſt in legato, quod ſcilicet tēpus matrimonij ſit potius adiectum præſtationi, ſicque executioni quàm ſubſtantię legati, atque ita ad ſuſpendendum obligationem. Nam (inquit Comenſis) in legato obligatio non oritur ex relicto: ſed ex quaſi contractu aditionis hæreditatis. Non inquam obſtat hæc conſideratio: quandoquidem tunc conditio, & tempus dicitur adiectum præſtationi, & executioni legati, quando eſt adiectum ſeparatim ab ipſo legato, vt ſi teſtator facto legato, deinde ſubieciſſet, quod legatum præſtari volo tempore nuptiarum, ſed quando ſimpliciter in eadem oratione dixit, lego cētum cauſa dotis, dicitur adiectum ſubſtantiæ obligationis. Ita Bar. in l. ſi cui legetur. in princ. de

8 leg. 1. Alex. in conſ. 134. nu. 22. lib. 6. Non etiam repugnat † altera conſideratio eiuſdem Comen. in. d. §. Titio genero. nu. 5. cùm dixit. d. §. ſed & hoc præſenti, non loqui ſimpliciter ſicq; in caſu dubio: ſed quando expreſsè teſtator legauit ſub conditione nuptiarum, vel liberorum naſciturorum. Non inquam repugnat hæc conſideratio, ſiquidem verba textus, ita ſcripta ſunt: *Sed & hoc præſenti addimus ſanctioni, ſi quis forte ſub conditione nuptiarum ſiue liberorum, ſiue dotis cauſa, ſiue ante nuptialis donationis donauerit, ſiue reliquerit ſuis liberis, ſiue alij cuicunque perſonæ hæreditatem, ſiue legatum: aut ab initio purè relinquens eis,*

*oneret eos ſubſtitutione, aut reſtitutione, aut ſub vna prædictarum conditionem reliquerit, vel donauerit, &c.*

Ecce quod Iuſtinia. appellat illas omnes diſpoſitiones & actus conditionales: atque ita inter conditionales reponit, quando aliquid eſt relictum dotis cauſa. Et non exprimit Iuſtinianus quibus verbis factum eſſet legatum, vel donatio, atque ita non ſumus in claris, vt dicebat Comenſis. Nos itaque ſic interpretamur, quod cùm Iuſtinia dixerit, ſub conditione fuiſſe relictum, præſupponit, quod is teſtator vſus fuerit verbis aptis ad ſignificandum conditionem. Hanc autem conditionem ſignificant illa verba, dotis cauſa.

9 Secundò affertur † text. d. l. Titio centum. §. Titio genero. verſ. ante nuptias. ff. de condi. & demonſt. quem ſic perpendit Bart. ibi aut (inquit Bar.) dicis, quòd legatum ibi fuit ſub modo. Et hoc eſt falſum, quia ibi dicitur, quod moriente vno ex eis, muliere ſcilicet vel viro, legatum non corruit, ſed manet apud hæredes: Et tamen ſi fuiſſet modus, legatum defeciſſet,

10 quia, deficiente modo † etiam caſu, deficit legatum. l. ſi fundū per fideicōmiſſum, de leg. 1. & l. pater. §. Tuſculanus. de leg. 3. 3. Aut (ſubiūgit Bar.) dicis, quod eſt cōditio. Et tūc eſt falſum, quia tex. dicit eſſe purū. Non ergo (voluit dicere Bar.) eſt cōditionale ob verba, ſed ob legati naturam. Et ideò cōditione ipſa deficiente, legatū dotis manet apud hæredem. Cæterùm Imola, Comen. & alij multi ſcripſerunt, quod imò in caſu d. §. Titio genero. ver. ante nuptias. legatū non erat conditionale: ſed vel purum, vel ſub modo. Eſſe purū, oſtendūt clara illa verba: *Sed cū ante nuptias: quia purum legatū eſt, peti poteſt*. Idem ſignificant verſ. ſabinus, vbi ſit mentio cautionis, quæ pro legato conditionali non præſtatur ex quo peti non poteſt. Non ergo legatum poteſt dici conditionale, ſed vel purum, vel ſub modo. Idem demonſtrant verba illa: *ſed Titio legatum petenti exceptio doli mali nocebit*. Si legatum eſſet conditionale, Titius nullam haberet actionem: Et exceptio doli mali eſſet ſuperuacua. Nec repugnat quod ſenſit Comenſis dici poſſe, quod illa ſit exceptio facti, non autem iuris. Nam verius eſt, exceptionem iuris eſſe, ſicuti ſignificat illud verbum, nocebit, iuxta ea, quæ tradit Alex. in l. cum mota. nu. 8. C. de tranſact. Et rurſus quod d. ver. ante nuptias, loquatur, de legato facto ſub modo, colligitur ex principio. d. l. Titio, ac ex ſubſequentibus paragraphis, qui ſemper loquuntur de modo, & de cautione, quæ ſolet interponi pro legato modali. Et rurſus idē oſtendit verſ. quod ſi nolit, in quod manifeſtè legitur, mulierem, per quam ſteterit, quominus Titio nuberet, admittendam ad legatum. Non ergo legatum eſt conditionale, quia ſi eiuſmodi eſſet, non potuiſſet dicere Papinia. mulierem admittendam eſſe ad legatum. Si enim eſſet conditionale, ea ratione eſſet: quia dos non dicitur ſine matrimonio. Quæ ſanè ratio locum haberet etiam ſi per mulierem nō ſteriſſet, quia nec admitteretur mulier eo caſu, quia dos dici non poſſet nullo contracto matrimonio. Eſt ergo dicendum, pecuniam ibi legatam fuiſſe mulieri, vt cōuerteretur in dotem pro eo matrimonio, quod tunc contrahi ſperabatur. Quod cùm ille Titius contrahere recuſauerit, pecunia ſoluitur mulieri, per quam non ſtetit, quominus matrimonium contraheretur, & in eius cauſam pecunia conuerteretur. Præterea dicimus d. §. Titio genero. verſ. ante nuptia, loqui de legato dotis facto à patre genero poſt contracta ſponſalia: ſicuti text. hunc omnium primus intellexit Bald. in l. ſi plures. num. 25. C. de condi. inſertis. Qua de re dicemus infrà in ſubſequenti declaratione.

11 Tertiò adducitur † text. l. præmittendo. ff. de iure dotium, ſumpto argumento de contractib. ad vltimas volūtates. l. ſeruum filij. §. eum, qui Chirographū. de leg. 1. Cùm itaq; in ea. l. promittendo reſponſum ſit, promiſſionē dotis cenſeri conditionalem, nēpè factā, ſi ſequatur matrimoniū. Ergo pariter & idem de legato eſt dicendum. Et idem habetur in l. ſtipulationem. & l. dotis. ff. eo. tit. de iure dotium. Verum exiſtimant aliqui differentiam eſſe hoc in caſu inter promiſſionem & legatum. Eſt enim legatum fauorabilius ipſa promiſſione.

12 Quartò perpenditur † l. à Titio. ff. de verbo. oblig. vbi dos cenſetur promiſſa ob cauſam finalem, nempè futuri matrimonij: ſicuti etiā probat. l. cum his. §. ſi mulier. ff. de condi. indeb. Ergo pariter & legatum dicitur factum ob futuras nuptias. Ergo eſt conditionale: quia nuptiis non ſecutis, deficit cauſa, & conſequenter legatum.

Quintò text.l.ſi ego.in princ.ff.de iure dotium,Nec repugnat quod gloſſa ibi dixerit,id eſſe, quia aliàs donaturus non erat. Nam(inquit Bart.in d.§.Titio genero.nume.3.)hoc di-
13 uinare eſt. Et præterea † in dubio, quis non præſumitur velle donare.l.cum de indebito.in princ.ff.de probatio.

Sextò conſiderat Bar.in d.§.Titio.nume.3.quod verba hęc, pro dote,vel cauſa dotis, non inducunt cauſam legati , prout cauſa ſumitur in hac materia.Nam cauſa eſt de præterito. Iſta verò eſt de futuro, vt declarat ipſemet Bart.in l.demonſtratio falſa.§.quod autem.ff.de cond.& demo.Item non inducit(ait
14 Bar.)modum:Nam † per modum oneratur ille,cui ſub modo relinquitur.l.quibus diebus.§. Termilius.ff.de cond. & de-
15 mon.ſed in † hoc legato non oneratur mulier,cui relinquitur; imò honoratur;quia inuitatur ad nuptias.l.Titio centum.§.1. de cond.& demon.Nec obſtat,quod ibi dicatur quod eſt modus & onus : Nam ibi ea ratione ſic reſponſum eſt, quia grauatur reſpectu certæ perſonæ , nempè,ſi contraxerit cum Caio. ſecus quando perſona eſt incerta: Nam tunc eſt honor,quod patet(inquit Bart.)quia contrariũ eſt turpe.l.cũ ita.de cond. & demon. Et præterea(ſubiungit Bar.)hoc probatur in l.Publius in princ.ff.de condi. & demon.vbi quando aliquid relinquitur in honorem , eſt conditionale, licèt reſpiciat commodum eius,cui relinquitur. Verùm reſponderi poteſt, quod ſi ob id,quod reſpiceret perſonam certam,conditio eſſet turpis,illa reijceretur, & legatũ remaneret purum,& tamen contrarium verius eſt, quia ibi conditio non reijcitur,ſed nuptijs non ſecutis,ſicque defecta condione legatum non debetur.

Septimò quod ſi conditio & non modus vel ex eo colligitur,quòd modus eſt , quando eius implementum ſicque onus imponitur ipſi legatario honorato, conditio verò quæ imponitur grauato,vt declarat Bartol.in l.quibus diebus.§.Termilius.ff.de cond.& demon.At hic onus cenſetur impoſitum hæredi qui grauatus eſt dare pro dote. Ergo eſt conditio.

Contrariam opinionem , quod imo hoc in caſu legatũ dotis eſt purum,vel ſaltem modale,probarunt Dynus , Petrus & Raynerius relati à Bart.in dicto §.Titio genero.numero 1. & ibidem Caſtr.nu.7.teſtatur , hanc fuiſſe communem opinionem antiquorum ante Bart. Idem etiam ſcripſerunt Bald.in l. qui filium.ff.vbi pup. educari debeat.in l.item quia.§.1.ff.de pactis in l.2.§.creditum,ff.ſi certum pet.in l.ſub conditione. ff.de cond.& demonſt.& in l.generaliter.C.de epiſco.& cler. & idem in conſil.249. An legatum dotis.lib.4.Angel.in dicta l.item quia.§.1. & in l.1.C.de inſtit.& ſubſtit.& ibid.Fulg. & idem in l.1.C.de don.quæ ſub modo.Caſtellioneus, Comenſis, Puteus & Beſutius in l.ſi Titio.de legat.1.quos retulit ibi Iaſon.num.11.Chriſtophorus Portius in §.omnis.in inſtit. de verb.obli. Decius in l.in omnibus obligationibus. nu.2.ff.de regu.iuris.Et horum quidem opinio fulciri videtur multis ar-
16 gumentis.Et primò † textu.l.qui filium.ff.vbi pupillus educari debeat,vbi pater reliquit dotem filię,cum in familia nupſiſſet. Et tamen filius hæres grauatus ſoluit ſorori dotem antequam nuberet. Nec ibi dicitur , quod male ſoluerit. Ergo legatum erat purum,alioqui male ſoluiſſet.Reſpondet Caſtr.in dicto §.Titio genero.nume.7.in fine, quod ibi ſoluit ſponte, non autem quod teneretur. Idem apertius ſcripſit Roman.in conſi.134.col.2.cùm dixit, Iulianum Iuriſconſultum ibi narrare tantum modò factum ipſius partis, ſcilicet,hæredis datis. Qua quidem ex narratione non reſultat legis diſpoſitio,vt tradit Ioan.Andr.in cap.dilecto de præbend.& copioſè Iaſ. in l. vnica.num.22.& num....C.quando non peten.partes.Et ideo ibi non dicitur quòd is filius hæres bonè ſoluerit vel malè,ſed ſolùm dicitur ſoluiſſe.Id quod intelligitur ſua ſponte,non autem quod teneretur. Non enim tenebatur,ex quo legatũ fuerat factum,cùm nupſiſſet in familia:quæ verba ſignificãt legatum eſſe conditionale.l.hæc cond.ff.de condi.& demon.& l.quod pupillæ.ff.quando dies legati cedat. & dixi ſuprà in primo caſu. Secundò afferri ſolet ratio, quòd legatum pro dote, vel cauſa dotis reſpicit fauorem & commodum mulieris pro
17 qua ſit.Atqui quando † cauſa legati reſpicit fauorem ipſius legatarij,dicitur inferre modũ.d.l.Titio cẽtum.§.1.ff.de cond. & demon.Et ſic legatum non eſt conditionale:ſed de præſenti debetur.Cæterùm reſpondet Bar.in d.§.Titio genero.nu.5. quod text.ille loquitur quando legatum ſit cauſa matrimonij contrahendi cum certa perſona, Nos verò loquimur, quando legatũ ſit ſimpliciter pro matrimonio contrahendo cum perſona incerta.Replicari poteſt,vt dixi ſuprà in vlti. argumento communis ſententiæ.Rectius itaque reſponderi poteſt , quod in caſu d.l.Titio.§.conditio non colligitur ex eo, quòd legatum reſpiceret fauorem legatarij:ſed ex natura verborum,quibus eſt vſus teſtator,cùm dixit,ſe legare Titio, ita vt Mæuiam ducat in vxorem. Illa enim verba, ita vt ſignificare conditionem oſtendit ſubſequens exemplum,quod eſt cõceptum,his verbis: *ſi Mæuiam vxorem*, Vtroque enim caſu legatũ conditio-
18 nale appellat Papin.ſentiẽs † à pari hæc procedere ita vt, & ſi.

Tertiò perpendunt prædicti , quod iure cautum non reperitur,dictionem,pro,ſignificare conditionem. Ergo legatum erit purum, Verùm reſpondetur Bart.& ſequaces non conſtituere fundamentum in dictione, cauſa:ſed in natura ipſius legati,quod cum factum ſit pro dote,& dos eſſe non poſſit, niſi ſecuto matrimonio,legatum ipſum dotis dicitur cõditionale, hoc eſt,ſi ſequatur matrimonium.Et verè ſenſit Bar.& clarius explicat Caſtren.in d.§.Titio genero.num.7.in fin.verſi.iſtam opinionem,&c.non ſufficere quod hæc mulier,cui factum eſt legatum pro dote , peruenerit ad ætatem nubilem , ſed etiam requiritur,quod re ipſa nubat.

19 Extenditur hic caſus , vt procedat † etiam quando teſtator dixit,ſe relinquere in ſubſidium nuptiarum.Nam adhuc legatum eſt conditionale.Ang.conſi.392.nu.2. in fi.& conſ.393. in fin.

20 Declaratur † tamen hic caſus,vt non procedat,quando extraneus legauit pro dote mulieris reſpectu certę perſonę,cum qua iam cõtracta ſunt ſponſalia.Hoc caſu legatum eſt purum, non autem conditionale.ita egregiè Bald.in l.ſi plures.nume. 25.C.de cond.inſertis.Comenſ.in conſil.107.in fin. & in d.§. Titio genero.nume.5.verſic.ſi autem ſponſalia. & ibid.Imol. num....& Emanuel Coſta lib.2.ſelecta:interpretationum circa conditiones.cap.22.nume.6.ſic intelligentes text. dicto §. Titio genero. Et huius ſententiæ ea eſt ratio , quia contractis ſponſalibus,res habetur pro perfecta:,atque ita legatum & ſi
21 prius conditionale,dicitur purificatum.Et licet † dos non dicatur,niſi contracto matrimonio.l.vlt.C.de donat.ante nupt. attamen contractis ſpõſalibus largò dicitur dos,ſaltem ſecundum communem loquendi vſum,vt ſcribunt Docto.in rub.ff. ſol.matr.vbi Ripa.num.69.

22 Declaratur ſecundo,vt non procedat quando † præſumpta & coniecturata eſt mens teſtatoris , quid voluerit præſtari legatum,etiã ſi mulier nõ nubat illi certæ perſonæ : ſicuti quando legat puellę pauperi. Nam intuitu potius paupertatis ſuæ, quàm fauore illius viri , vt ei nuberet, legaſſe dicitur.Et ideo marito illo viro, poterit alteri nubere & legatũ habere : quod ſecus eſt quando puellæ diuiti ſit legatum. Ita ſcribunt Bald. in l.legatum.C.de cond.inſertis,Baldus Nouellus in Tract.de dote. parte ſexta, priuil.76.in fi.& Didacus in c.nos quidem. nu.11.verſ.5.inde colligitur.de teſta.

23 Declaratur tertiò,vt non procedat† hic caſus quãdo communis extat loquẽdi vſus in ciuitate,vt dos etiã dicatur illud patrimonium , quod habet mulier vt aliquando nubat, & ſic appellatur dos ante matrimonium. Sic tradit Bart.in d.§.Titio genero.n.3.in fi.& in conſ.200.Laurus à Palatjis, in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas.col.39.Dida.in d.cap.nos quidem.nu.11.verſ.4.infertur, idem ego ſcripſi in conſ.251. nu.37.lib.3.

Declaratur quartò , vt non procedat ex alia coniectura vt ſi aliàs erat relicturus.Barto.in d.§.Titio genero.nu.3.in fi.& dicemus infra.

24 Tertius eſt caſus,quãdo † extraneus legat pro dote,vel dotis cauſa certæ mulieri cauſa contrahendi matrimonium cum perſona incerta. Hoc etiam in caſu ( inquit Bartolus in dicto §.Titio genero.numero tertio,verſicu.ſed contrarium puto.) legatum eſt conditionale. Idem affirmarunt Caſtren. ibidem numero octauo, & alij congeſti ſuperiore in caſu. Et vſus eſt Bartol. eiſdem argumentis, quibus firmauit caſum ſuprà explicatum. Et quò ad hoc,quod legatum ſit conditionale, nullam differentiam facit Bartolus, inter hunc caſum & præcedentem : ſolum enim exiſtimauit vnum ab altero differre in eo , quod quando legatum ſit pro matrimonio contrahendo cum certa perſona illa conditio nõ eſt honeſta:ex quo reſtringit liberam nubendi facultatem : quod non contingit alio in caſu , quando ſcilicet legatur pro matrimonio contrahendo cum



cum perſona incerta. Quæ ſanè differẽtia,nil ad rem noſtram pertinet,& de ea ſuo loco dicemus.

25 Quartus eſt caſus,quando † extraneus legat dotem perſonæ incertæ pro matrimonio contrahendo cum perſona etiam incerta ſicuti quando teſtator legat dotem puellis pauperibus cauſa matrimonij contrahendi. Hoc caſu ( inquit Caſtren.in d.§.Titio genere.num.8. ) legatum eſt purum,nõ autem conditionale,ſicuti ſcripſit Bart.in l.quibus diebus.§.vlt.ff.de cõdit.& demon.qui ea ratione vſus eſt, quia nunquam deficiunt puellæ pauperes & inopes maritandæ.

26 Quintus eſt caſus, quando † extraneus legauit dotem pro muliere maritanda. Hoc in caſu ſunt opiniones. Nam Bart.in d.§.Titio genero.num.7.ver.ſed ſi relinquitur,dixit,legatum eſſe purum & ibidem Comenſ.nu.6.Idem affirmarunt Bald. in l.ſancimus.C.de nuptiis. Laurus de Pallatiis in Tract.ſtatuti. Quod ſtantibus maſculis fœminæ excludantur. col.39. num... Brunus in ſimili tractatu quod ſtantibus maſculis.art. 10.num.52.in fin. Craue.in conſ.101.col.1.verſ.ſecundò, quin. Dida.in c.nos quidem.num.11.verſ.ſeptimò illud.de teſta.& Cephalus in conſ.145.nu.7 & in fi.lib.1.Ea ratione ij vſi ſunt, quòd non tantum pro dote dicitur legatum,ſed & pro expenſis faciendis in quærendo marito,& in aliis, quæ præmitti ſolent ad matrimonij contractum.

Cæterùm à prædictis diſſentit Caſtren.in d.§.Titio genero.num.8.verſ.item dicit , qui ſcribit , quòd mens & intentio teſtatoris fuit,ſummam hanc expendi debere in ipſam matrimonij dotem,non in alias nuptiarum expenſas, ſaltem non in eam cauſam , quæ ſolet præcedere matrimonium , quod aliquando etiam non contrahitur.

27 Sextus eſt caſus,quando † teſtator extraneus reliquit puellæ legatum ſimpliciter : deinde in parte executiua teſtamenti adiecit clauſulam,quod legatum cauſa dotis pręſtaretur.Hoc ſanè caſu legatum dicitur purum.Ita reſpondit Craue.in conſil.101.num.1.quem ſecutus eſt Dida.in d.c.nos quidem.nu. 11.verſ.3.inde conſtat.& alios retuli in conſ.251.num.53.lib. 3.& illis accedit Angel.in conſ.392.Pierus olim.num.2.qui egregiè loquitur.Ea ratione vſus eſt Crauetta, quod clauſula executiua non.

28 Septimus eſt caſus,quando † extraneus legat pro dote,vel cauſa dotis, & adiicit cõditionem quod ipſa muliere mortua, dos illa perueniret ad alium. Hoc caſu præſumitur dos purè relicta quò ad matrimonium , quod noluit expectari, præueniente morte. Ita reſpondit Crauet.in conſil.101.col.1.verſ. tertiò.Bar. Verùm dubito, quia intelligi & exponi ſic poteſt, quod muliere nupta decedente dos perueniat ad illum. Pro Crauetta tamen confert ratio perpenſa ſimili in caſu à Socino Sen.in conſ.92.num.9.verſ.quartò probatur.

Secundum eſt caput huius diſputationis, quando legatum ſit à patre, vel ab auo , quibus incumbit onus dotandi filiam, vel neptem. Hoc etiam caput adhuc in duo alia capita diſtinguitur ſecundum Caſtren.in d.l.Titio centum.§.Titio genero.num.6.de cond.& demon. Quorum primum eſt , inſpecto iure communi,quo pater tenetur relinquere legitimam filiæ: alterum verò eſt , conſiderato ſtatuto , quo filia excluditur, exiſtente maſculo. Quod attinet ad primum caput diſtinguo atque conſtituo aliquot caſus.

29 Primus eſt , quando pater † legat filiæ pro dote reſpectu matrimonij contrahendi cum certa perſona. Hoc in caſu legatum eſſe conditionale affirmarunt Bar.in d.§.Titio genero. num.4.& reliqui adducti eo tex.d.§.Titio genero.

30 Secundus eſt caſus , quando † pater ſimpliciter legat pro dote & ipſi filiæ etiam reliquit legitimam. Hoc in caſu idem eſt,quod in extraneo, vt ſcilicet legatũ dicatur conditionale. Non enim pater hoc caſu differt ab extraneo reſpectu dotis: cum iam legitimam filiæ reliquerit.Ita docuit Bar.in d.§.Titio genero.num.4.verſ.ſi verò. Et Bart.ſecuti ſunt Ancha.in conſ.323.Iſta omnia in prin.& Soc.Iun.in conſ.134.num.14. lib.1.Idem ego ipſe aſſerui in conſ.251.num.32.lib.3.Et prędictis addo Bald.in conſ.248. Quidam dicunt.lib.4.cùm reſpondit,legatum hoc vſque ad legitimam eſſe purum : ſentiẽs quod ſuprà legitimam eſt conditionale.

31 Tertius eſt caſus, quando pater † legauit filiæ cauſa dotis ſimpliciter , & ipſi filiæ legitimam non reliquit. Hoc caſu legatum dicitur purum.Ita Bar.in d.§.Titio genero.num.4.ver. ſed ſi aliàs legitimam : quem ſecuti ſunt Bald.in d.conſ.248. Ancha.in conſ.323. Iſta omnia. Alex.in conſ.77.num... lib.5. Socin.Sen.in conſ.92.num.8.lib.1. & alios congeſſi in conſ. 251.num.33.& lib.3.& illis accedit Ruin.in conſ.53.num.12. lib.2. Ea ratione motus eſt Bart.quia pater dicitur reliquiſſe hanc dotem loco legitimæ , quàm erat relicturus ipſi filiæ,
32 ne teſtamentum redderetur nullum. At qui † legitima ſine onere , & conditione relinqui debet.l.quoniam in prioribus. C.de inoff.teſtam.Ergo præſumitur,quòd ab initio ipſe pater purè reliquerit dotem. Nec obſtat quòd pater dixerit, ſe relinquere pro dote , vel cauſa dotis, & reſpectu matrimonij, quia illa dicitur quædam monitio , vt ſcilicet filia inde ſe nubat. l.muto.§. hanc autem.ff.de tutelis. & l. ſi extraneus.in prin.ff.de condi.ob cauſam.Præterea accedit ratio,quòd hoc legatum dicitur in diem incertum nempè in tempus nuptiarum. At dies incerta conditionem non facit fauore filiæ , cui pater legauit.l.Sæius Saturninus.ff.ad l.Falcid.& in ſpecie reſponderunt Soci.Sen.in conſ.92.col.8.verſ.confirmatur hoc. lib.1.& Alba.Cardina.in conſil.19.nu.28.& in conſil.31.nu.4.

33 Extenditur † primò hic caſus , vt procedat etiam quando legatum dotis excedit debitum legitimæ. Nam adhuc reſpectu illius quantitatis ſuprà legitimam legatum dicitur purum. Ita Bart.in d.§.Titio genero.num.4.verſ.& intelligitur hoc,quem ſecuti ſunt Soci.Sen.in conſ.92.num.8.lib.1. Laurus de Palatis in tract.quod ſtantibus maſculis:par.3.nu.22. Ruin.in conſ.53.num.12.& in conſ.74.num.19.lib.2.Pariſ.in conſ.25.num.58.lib.2.Soci.Iun.in conſ.134.num.19.lib.1.& communem teſtatur Dida.in d.cap.nos quidem.num.11.ver. octauò à mente.de teſtam.

34 Ea ratione vſus eſt Bart.quod vna res† non debet diuerſo iure cenſeri.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& l.eum, qui ędes.ff.de vſucap.At qui legitima intelligitur purè legata: Ergo & id quod eſt ſuprà legitimam.

Cæterùm ab his diſſentiunt Bald.in d.conſil.248.& in d. conſ.249.lib.2.& alij relati à Hieron.Gabriele in conſ.116. num.13.lib.1.

35 Extenditur ſecundò,vt procedat etiam quando pater † admodum diues,relicturus erat omninò dotem ipſi filiæ. Nam tunc præſumitur reliquiſſe purè.Ita egregiè reſpondit Socin. Sen.in conſ.92.num.8.verſ.pro hac opinione.lib.2.quem ſecutus ſum in conſ.251.num.36.lib.3.& ſimile reſpondit Crauet.in conſ.101.col.1.verſ.quartò alia:cùm dixit,quod ſi frater legauit ſorori dotem purè:ſic pariter, ob eãdem ſanguinis coniunctionem præſumitur legaſſe filiabus ſororis.

36 Quartus eſt caſus, quando † pater reliquit dotem filiæ,& iuſſit,eam dote ſtare tacitam & contentam. Hoc ſanè caſu præſumitur legaſſe purè.Ita reſponderunt Anch.in conſ.232. col.vlt.Socin.Sen.in conſ.92.col.8.verſ.adducit etiam.lib.1. & Socin.Iun.in conſ.134.num.26.in fi.lib.1.quos ſecutus ſum in conſ.251.nu.39.lib.3. Ea ratione ij vſi ſunt, quod pater videtur reliquiſſe pro legitima atque ita loco legitimæ, quæ conditionem non admittit.

37 Quintus eſt caſus , quando † pater reliquit filiæ dotem,& interim alimenta. Hoc ſanè caſu dicitur ita purè legaſſe dotem,ſicuti & alimenta, vt reſpondit Anch.in d.conſ.323.verſ. ſed vlterius,quem ſecutus ſum in d.conſ.251.num.41.Verùm diſſentiunt Salicetus in l.ſancimus.col.vlt.verſ.3.ad quæſtionem.C.de nuptiis.& Baldus Nouellus in tract.de dote.par.6. priuileg.17.col.4.verſ.& à prædictis ſequitur.

38 Sextus eſt caſus,quãdo † pater haberet plures filias,& omnibus legaſſet dotem , & earũ vna iam nupſiſſet & dotem ſuiſſet conſecuta. Hoc etiam caſu illa ſecunda debet cõſequi dotem purè,ne inæqualitas inſurgat inter ipſas filias.Ita Ancha. in d.conſ.323.verſ.item poſtquam. & Socinus Sen.in conſil. 92.col.7.ver.vltrà adducta adduco.lib.1. Et hos ſecutus ſum in d.conſ.251.num.38.

39 Secundũ eſt caput † huius ſecundi capitis principalis,quando filia iam eſt ſtatuto excluſa,exiſtentibus maſculis,& pater ei reliquit dotẽ,an purè, vel ſub conditione relinquere dicatur.Hoc in capite Caſtren.in d.§.Titio genero.nu.8.ver.ego pluries,diſtinguit duos caſus.

40 Primus eſt,quando † ſtatutum dicit, quod extante maſculo,filia non ſuccedat,ſed quod dotetur. Hoc in caſu fœmina (ait Caſtrẽs)excluditur à maſculo. Et quod ſufficit ſtatuti, quod

quod debeat dotari,intelligitur, ſi maritabitur. Et tũc(inquit Caſtrenſis)filiæ non debetur legitima,& conſequenter cenſetur tanquam extranea. Sicuti rectè hoc in caſu docuit Bartol. in d.§.Titio genero.nume.7.verſ.ad quæſtionem propoſitam, quem ſic intellexit Caſtrenſis. Ea eſt huius ſententiæ ratio(ſubiunxit ipſe Caſtrenſis)quia etiam ſi pater nihil ipſi filiæ relinqueret pro dote, non tamen ſuccederet cum maſculo: quia (inquit Caſtrẽſis) actus iſte dotationis exerceri poterit ab ipſo maſculo fœminam ipſam excludẽte.Cum ergo dotatio fieri poſſit etiam à maſculo, ſicque ab alio quã à patre, aliàs debitore legitimæ,apparet dotem illam non eſſe loco legitimæ: & conſequenter non debetur purè ipſi filiæ: ſicuti debetur quando ipſemet pater tenetur eã præſtare, vt ſtatim dicemus. Hunc caſum probaui & ego ipſe in conſilio 251.num.44. Et eiuſdem ſententiæ adduco nunc eundem Caſtren.in conſi.9. & in conſi.16. lib.1.Pariſ.in conſ.35.nume.5.lib.3.& Cephalum in conſi.145.nu.19.20.lib.1.

41 Declaratur † hic caſus primò vt locum non habeat quando pater reliquit filiæ dotem titulo inſtitutionis.Nam tunc præſumitur, quod & ſi pater non fuerit adſtrictus eam ſic relinquere voluerit tamen purè relinquere. Ita egregiè admodum reſpõdit Alex.in conſi.131.lib.1.quem ſecuti ſunt multi, quos congeſſi in conſ.251.nu.40.lib.3.

42 Declaratur ſecundò, vt † non procedat quando pater vſus eſt verbis præteriti temporis, vt ſi dixit,quod dotauit. Nam tunc dicitur purè legaſſe. Ita reſpondit Corn.in conſi.40.nu. 15.lib.3.qui idem dixit, quando teſtator reliquit dotem filiæ pupillæ. Nam tunc non dicitur conſideraſſe tẽpus nuptiarum.

43 Secundus eſt caſus,quando † ſtatutũ dicit,quod filia dotata non ſuccedat cum maſculo.Hoc in caſu(inquit Caſtrenſis in d.§.Titio genero.nume.8.)ſi pater reliquit dotem, illud legatum dicitur purum. Ea eſt ratio,quia ſi eſſet conditionale, non poſſet dici filia dotata:& ſic non eſſet excluſa à ſtatuto. Nam ſtatutum hoc in caſu incipit ab actu dotationis,propter quam excludit ipſam filiam. Dotatio ergo hic adeſſe debet antequam excludatur, atque ita tempore excluſionis: ſicuti apertius declarat ipſemet Caſtre.in conſ.6.verſ.nam tunc.lib. 2.& in conſi.25.num.11.& nume.30.lib.3. Debet ergo eſſe pu-
44 rè, non autem ſub conditione:quia † actus conditionalis non eſt actus, iuxta.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. Eſſe enim poſſet,quod non eueniret conditio, atque ita filia careret dote:quod dici non debet. Eſt & ratio,quia cum actus dotationis requiratur ante excluſionẽ, is fieri nõ poteſt, niſi a patre, qui dum dotem ipſam conſtituit dicitur eã loco legitimæ dare; vt in ſpecie reſpondit Pariſ.in conſi.53.nume.
45 76.in fine.lib.3.cum autem legitima † purè reliqui debeat.d. l.quoniam in prioribus.C.de ino.teſt.ita pariter & dos purè relicta præſumi debet. Et ſententiam hanc Caſtrenſis aduerſus Bar.probarunt Brunus in Tracta. Quod ſtantibus maſculis.art.11.& q.3.& Didacus in c.nos quidem.col.pen.verſic. decimò ex præmiſſis.de teſta.Idem reſpondit & egregiè declarat Corne.in conſi.40.nu.12.verſi.his tamen non obſtantibus.lib.3.vbi refert alios plures eiuſdem ſententiæ:ſic & Socinus Sen.in conſi.75.num.10.verſi.vnde ſtatutum:& nume. 11.lib.3.qui ſic declarat ſtatutum Ferrariæ ſub rubr, Quod fœmina deſcendens ſit contenta. De cuius quidem ſtatuti interpretatione ad rem hanc ſcripſi in conſi.81.nume.4.lib.1.& copioſius in d.conſi.252.nume.48.& 49.lib.3. Et prædictis accedit Angel.in conſ.349.Conſultatio hæc.nume.2.qui re-
46 ſpondit, ſtatutum † filiam dotatam excludens intelligi quòd dos ſit pura. Et inquit eſſe differentiam inter hæc, mulierem eſſe dotatam,& dotem eſſe. Non enim dos eſt,niſi ſubſit matrimonium.Dotata verò dicitur antequã nubat:cùm ſola aſſignatio dotis ſufficiat. Eandem ſententiam probarunt Iaſ.in l. quoniam in prioribus.in 4.limit.C.de inoffic.teſtam.Pariſ.in conſi.36.nume.5.& 6.lib.3.& Cephalus in conſi.145.nu.19. & 20.lib.1. Et prædictis accedit Soci.Sen.in conſi.288.num. 27.lib.2.qui ſecutus Caſtrenſis diſtinctionem,ſic declarat ſtatutum Florentinum.

Diſſentit tamen à prædicta ſententia Caſtr.Pariſ.in conſ. 110.col.1.lib.4.

Vtilitas, quæ ex prædicta diſputatione oritur eſt non mediocris, ſicuti ſcribunt in ſpecie Barto.in d.l.Titio centum.§. Titio genero.nu.7.in fi.ff.de condi.& demon.& ibidẽ Caſtr. nume.7.verſ.circa primum. Roma. in conſi.134.nũ.2.Alex. in conſ.55.nu.2.lib.2.Pariſ.in conſ.25.nu.58.lib.2.& alij omnes, quos longa ſerie congeſſi ſuprà,& omnium apertius Baldus Nouellus in Tract.de dote,in ſexta parte, priuilegio.76. nu.2.verſ.& iſta inueſtigatio. Scribunt prędicti,quod quando
47 † legatum eſt purum,ſtatim peti poteſt ,ſine aliqua cautione, de iubendo. Si verò legatum eſt conditionale, peti non poteſt antequam nubat, ſicque ante euentum conditionis.l.cedere diem.ff.de cond.& demon. Et ſi mulier interim moreretur legatum deficeret, atque ita remanet apud hæredes teſtatoris,ſicque mulier nõ trãſmitteret ad ſuos proprios hæredes.

Et procedit hæc ſententia eo etiam in caſu, quo fuit relictum puellæ,cum monachabitur:ſi enim decedit ante ingreſſum religionis non tranſmittit. Bero.in conſ.28.nume.5.lib.1. Ita quoque quando legatum dotis factum fuiſſet puellæ pauperi. Nam adhuc ea decedente ante contractum matrimonium, legatũ remanet apud hæredes teſtatoris.Ita tradit Bal. Nouellus in d.ſexta parte.priuileg.77.nu.2.

48 Porrò maius eſt dubium, quando † legatũ hoc eſt ſub modo; an ipſo modo deficiente caſu deficiat legatum? Et dicendum eſt, modum hũc miſtum haberi pro impleto, ſi caſu impleri impediatur: atque ita legatum non deficit.Hanc eſſe communem opinionem aſſeruit Alex.in l.1.nu.5.C.de inſtit. & ſubſt.& alios plures commemoraui in conſ.262.num. 14. vbi.nu.13.iuribus & rationibus comprobaui.Hac tamen de re dubitat Emanuel Coſta.lib.2.ſelecta.interpreta.circa conditiones.c.22.nu.7.& 8.dicemus infra in præſumpt.184. Et ex prædictis ſequitur,quod & ſi modus iſte deficit morte mulieris,antequam nubat,legatum ad eius hæredes tranſmittitur: ſicuti in ſpecie ſcripſerunt Bart.in d.§.Titio genero.num.2.& Baldus Nouellus in d.priuileg.76.nu.7.& ita iudicatũ fuiſſe Vlyſſiponi apud Luſitanos teſtatur Coſta in d.c.22.nu.11.& ſi ipſe diſſentit,qui.num.12.declarat.

## PRÆSVMPT. CXLII.

### Dotis legatum puellæ factum quando erit nupta, vel copulata matrimonio, quo tempore teſtatorem ei præſtari voluiſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Caiæ quando erit nupta deberi ſtatim quo contraxit matrimonium per verba de præſenti:& ſi non ſit ſecuta copula carnalis.*
2 *L.cum fuerit.ff.de cond.& demo.declaratur.*
3 *Statutum excludens mulierẽ nuptam intelligi de nupta nondum matrimonio conſumato.*
4 *Statutum quo maritus lucratur dotem decedente vxore ſibi nupta,intelligitur etiam de muliere nupta nondum matrimonio conſumato decedente.*
5 *L.ſancimus.C.de nuptijs declaratur.*
6 *Cap.Valentino.34.diſtinct.declaratur.*
7 *Mulier ad mariti domum traducta pro carnaliter cognita habetur.*
8 *Mulierem nuptam dici poſtquam fuit carnaliter cognita, ſi ita ſe habet communis loquendi vſus.*
9 *Mulier quando copulata matrimonio dicatur.*
10 *Legatum relictum mulieri cum erit copulata matrimonio quando ei præſtandum ſit.*
11 *Statutum loquens de muliere copulata matrimonio quomodo intelligatur.*
12 *Legatum relictum mulieri poſtquam erit copulata matrimonio non deberi illi,per quam ſtetit, ne conſumaretur matrimonium.*

HÆc diſputatio duos diſtinctos caſus habet,quorum primus eſt, quando teſtator dixit, † lego
1 Caiæ cum nupta erit. Hoc ſanè caſu vera eſt illorum interpretum ſententia,præſumi teſtatorem ſenſiſſe de tempore cõtracti matrimonij, etiam non ſecuta copula, vt tunc,ſcilicet, legatum præſtetur. Ita ſanè Abbas in rub. extra, de ſponſalibus.nume.4.Bart.& Socinus in l.cum fuerit.numero primo.ff.de cond.& demon. Dec. in l.nuptias.nu. 6.ff.de reg.iur.& Philibertus Bruſſelius in Tract.de conditionibus.lib.3.c.1.nu.4. Quæ quidem vera
2 ſententia probatur text. † claro.d.l.cum fuerit. Cuius verba hæc ſunt.

Cum



*Cum fuerit ſub hac conditione legatum,ſi in familia nupſiſſet:videtur impleta conditio ſtatim atque ducta eſt vxor , quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. Nuptias enim non concubitus ſed conſenſus facit.*

Hæc ſententia comprobatur ſimili traditione eorum,qui
3 ſcripſerunt ; † ſtatutum excludens mulierem nuptam, intelligi etiam de nupta nondum matrimonio conſumato:ſic ſanè cẽſuerunt Bald. in conſi.384.ſi qua inquit.& in conſ.399. In cauſa iſta. lib.1.& in conſi.276.Conſuetudo. lib.2.Brunus in Tract. Quod ſtantibus maſculis fœminis non ſuccedant. artic. 6. numero 285. Georgius Natta in Tract. de ſtatutis fœminarum excluſiuis. in ſecunda quæſtione principali. verſic. quinto quæro,& Rolandus à Valle in Tract. de lucro dotis.q.106.num.10.

4 Eſt etiam ſimile in † ſtatuto diſponente,quod vxore præmoriente in matrimonio maritus lucretur dotem. Hoc ſanè ſtatutum locum habet etiam in muliere nupta & ſi nondum conſumatum ſit matrimonium : Sicuti eſt magis recepta Doctorum opinio,vt atteſtantur multi commemorati à Rolando in d. quæſt. 106. numero 18. Nec repugnat in ſpecie noſtri caſus , quod ab ea Bart.Abbatis & ſequacium opinione diſſentiant Gemina.in c.Valentino.34.diſtinct. & Fulgoſius in conſilio 40.columna ſecunda. verſi. Nam nõ illa ſola.
5 Si quidem † tex.l.ſancimus.C.de nuptijs,quo moti ſunt, nil ad rem noſtram pertinet:cùm ſolummodò diffiniat , nuptiarum feſtiuitatem intelligi, quando matrimonium per verba de præſenti fuit contractum:& mulier ad viri domum traducta; & ſi nondum viri cubiculum ingreſſa eſt.Ita Bart.in l.Titio centum.§.Titio genero.numero 7. ff. de cond. & demon.& Duarenus. in Tract. ſoluto matrimonio. c.2. qui ſolennem ipſum morem traductionis mulieris ad domum mariti explicat, & egregie magis Barnabas Briſſonius in commentarij de ritu nuptiarum. Et rurſus Gemina. motus eſt
6 eo † tex. d. c. Valentino, qui quidem loquitur de bigamia, quæ non contrahitur ſolis ipſis nuptijs ſine copula cum ſecunda contractis: ſed requiritur copula, vt dicatur diuiſiſſe carnem ſuam in duas mulieres.
7 Hic caſus locum habet multo magis, quando † mulier iã eſſet traducta ad domum mariti: quia tunc habetur pro carnaliter cognita,ex quo de proximo eſt cognoſcẽda. Ita ſimili in caſu ſtatuti de lucro dotis, de quo ſupra, ſcripſit Socinus in d.lege cum fuerit.columna vlt.verſi.vno tamen caſu.

Declaratur nunc caſus iſte, quando adeſſet communis
8 loquendi vſus,quòd † nupta intelligeretur mulier,poſtquam eſſet carnaliter cognita. Ita ſimili illo in caſu lucri dotalis ſcripſit Socinus in d.l.cum fuerit.in fi.

Secundus eſt caſus,quando teſtator legauit Caiæ poſtquã
9 erit † matrimonio copulata. Hoc ſanè caſu dicendum eſt prius quod ſi Caia fuit non ſolùm verbis & conſenſu iuncta matrimonio: ſed etiam carnaliter cognita à marito, ſtatim debetur legatum : cum verè & propriè dicatur copulata matrimonio. Ita ſine controuerſia ſenſerunt omnes, quos infrà commemorabo.

Si verò mulier adhuc non fuit carnaliter cognita à marito,dubitatio eſt non leuis inter Doctores, an dicatur copulata matrimonio,vt ei debeatur legatum ? Hac dubitatione interrogatus Baldus in conſilio 199. In cauſa iſta conſiderã-
10 dum.columna prima,verſi.pone teſtator.lib.3.reſpondit† legatum non deberi antequam Caia cognita ſit carnaliter à marito. Et Baldum ſecutus eſt Rolandus à Valle in Tract.de lucro dotis quæſt. 108. numero 3. quo loci. numero primo.
11 ſcriptum reliquit,†ſtatutum loquens de muliere matrimonio copulata, vt puta ſi ſtatutum dicit,quod maritus decedente vxore ſibi matrimonio copulata dotem lucretur , non habebit locum ſtatutum niſi conſumatum ſit matrimonium copula carnali.Ita ſanè ſcripſerunt(inquit Rolandus) Baldus in l.non ſine. C. de bonis quæ liberis, & ibidem Caſtrenſis & Corneus: Aretinus in l.ſi ante.columna pen.ff.ſoluto matrimonio. Alex.in conſi.139.col.1.lib.7.Soc.Sen.in conſi.8.col. 1.lib.3.Iaſ. in conſi.58.col.1.& in cõſi. 135. col.2. lib.1. Ripa in rub.ff.ſoluto matrimo.n.69.in fi.Pariſius in cõſ.62 n. 28.li.4.

Ea ratione prima vſus eſt Baldus; quia teſtator & ſtatuentes cogitarunt de effectu matrimonij, qui ex copula carnali ſequitur. Cæterùm facilè reſpondetur, matrimonium re ipſa & cum effectu dici contractum, quando verba de præſenti ſecuta ſunt.l.nuptias.de reg.iuris. Secundò affertur ratio, quia copula in matrimonio communiter accipitur pro ipſa copula carnali.Qui ſanè communis vſus loquẽdi obſeruandus eſt.Sed leuis eſt conſideratio:cum non ſatis cõſtet de hoc loquendi vſu. Imò potius mihi videtur contrarium eſſe hunc vſum:cum quotidie dicamus , aliquam eſſe copulatam matrimonio,quæ verbis de præſenti fuit nupta , vt iam diximus.Non commemoro alia,quæ ſolent conſiderari : cum ex prædictis facilè diſſolui poſſint.

Contrariam itaque opinionem vt veriorẽ ſecuti ſunt alij affirmantes mulierem dici matrimonio copulatam etiã quãdo non eſt adhuc carnaliter cogita.Ita quidem Fulgo. in d.l. non ſine.C.de bonis,quæ liberis,& Brunus in Tracta. Quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.art.6.n.286. verſ. nam verior videtur. Quorum opinio probari ſatis videtur l. in copulandis.C.de nuptiis,quo loci duo hæc, carnaliter cõmiſceri,& matrimonio copulari,ponuntur tanquam duo diuerſa.Non ergo hæc verba,matrimonio copulata, requirunt, copulam ipſam carnalem.Idem probant c.ſponſam alterius, de ſpõſal.& c.vlt.de eo,qui cognouit conſang. vxo.ſuæ, confert & cap.vlt. de conſang. & affinita. quod loquitur de matrimonio contrahendo etiam ſine carnali copula.

12 Declaratur hic caſus,vt locum non habeat, quãdo † ſtetit per ipſam Caiam legatariam quominus carnaliter cognoſceretur à marito.Nam tunc & ſi iam dicitur matrimonio copulata:attamen quia noluit quodammodo nubere,ex quo recuſauit perducere ad effectum ipſum matrimonium,non debetur legatum.Ita ſimili in caſu Baldus in d.l.non ſine.col. 2. C. de bonis,quæ liberis.& Rolandus in d.q.108.in fin. Et ſenſit idem Baldus in d.conſ.199.In cauſa iſta.col.2.verſ. item cum vir.lib.3.

## PRÆSVMPT. CXLVIII.

### Dotis legatum factum puellæ cùm nubet,an & quando præſumatur relictum etiam ſi velit ingredi religionem.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis factum puellæ cùm nubet, an & quando relictum præſumitur etiam ingredienti religionem.*
*Quòd ſi eſt factum puellæ,ſi nupſerit certæ perſonæ,præſumitur teſtator ſenſiſſe de ipſis nuptijs temporalibus.num.2.*
3 *Legatum factum mulieri,ſi Titio nupſerit,non debetur ei,ſi nupſit Caio:nam.*
4 *Conditio impleri debet in forma ſpecifica.*
5 *Intellectus.§.ſed & hoc præſenti,in Auth.de ſanctiſſ.epiſco.*
6 *Legatum factum mulieri,ſi non nupſerit,ſibi debetur,ſi ingreditur religionem:intelligitur enim de matrimonio carnali.*
7 *Legatum factum alicui,ſi Caia nupſerit,nõ debetur, niſi matrimonio temporali ſequuto.*
8 *Legatum factum mulieri affirmatiuè ſi nupſerit,an debeatur,ſi ſpecialiter nupſerit.num.12.*
9 *Mulier ingrediens religionem, dicitur nuptias cum Deo contrahere:&*
10 *Matrimonium celebrari dicitur inter Chriſtum & ingredientem religionem,& appellatur matrimonium ſpirituale.*
11 *Statutum puniens cognoſcentem carnaliter mulierem nuptam, habet etiam locum contra cognoſcentem monialem.*
13 *Nuptiarum nomine ex communi vſu loquendi, veniunt tantum nuptiæ carnales.*
14 *Loquendi communis vſus non facit coniecturam de voluntate teſtatoris,quando alia fortior coniectura repugnat.*
15 *Intellectus auth.cui relictum.C.de indic.viduit.tollen.*
*Conditio legati facta à marito, ſi eius vxor ad alias nuptias non tranſierit,non dicitur defecta , ſi mulier ingreſſa eſt religionem.*
16 *Legatum factum mulieri, ſi nupſerit , ex antecedentibus vel ſubſequentibus interpretari poteſt,an ſcilicet teſtator præſumatur ſenſiſſe de matrimonio carnali & non ſpirituali , & econtra.*

EST

1 ESt etiam egregia illa † diſputatio interpre-
tum, an legatum dotis factum puellæ cùm
nubet, præſumatur relictum etiam ingredie-
ti religionem? Diſtinguere ſoleo hac in re ali-
quot caſus.
2 Primus eſt, quando † teſtator legauit dotẽ puellæ, ſi nup-
ſerit certæ perſonæ, vt putà Titio. Hoc ſanè caſu præſumi-
tur teſtatorem ſenſiſſe de nuptijs temporalibus tantùm. Ita
egregiè ſcripſerunt Baldus Nouellus in Tract. de dote, in
ſexta parte, priuilegio. 72. numer. 3. & Emanuel Coſta in l.
cum tale. in ſexta limitatione. nume. 2. ff. de cond. & demon.
Cùm enim teſtator demonſtrauerit perſonam, cui vult puel-
lam nubere, nempè Titium, cenſetur excluſiſſe ipſam reli-
gionem; cui ſi nuberet non diceretur nupſiſſe Titio: & pro-
3 ptereà non poſſet conſequi legatum: ſicuti habetur † in l.
cum ita legatum. ff. de cond. & demon. vbi legatum factum
mulieri, ſi Titio nupſerit, non debetur, ſi nupſit Caio. Nam
4 conditio † impleri debet in forma ſpecifica. l. Mæuius. & l.
5 qui hæredi. ff. de cond. & demon. Nec repugnat † tex. §. ſed
& hoc præſenti. in Auth. de ſanctiſſ. epiſcop. relatus in auth.
niſi rogati. C. ad Trebel. quia reſpondetur ex ſententia Baldi
Nouelli & Coſtæ præcitatis in locis, loqui quando legatum
eſt ſimpliciter factum mulieri, ſi nupſerit: non autem ſi cer-
tæ perſonæ.
6 Secundus eſt caſus, quando † teſtator negatiuè dixit, lego
centum Caiæ, ſi non nupſerit. Hoc ſanè caſu intelligitur de
matrimonio temporali, non autem de ſpirituali, atque ita de
religionis ingreſſu. Ita glo. in auth. cui relictum. C. de indi-
cta vid. tollen. Comenſis & Socinus in l. mulieri & Titio. ff.
de cond. & demon. ille. numer. 2. iſte nu. 12. Idem ſcripſit
Baldus Nouellus in Tracta. de dote in d. ſexta parte priuil.
72. numero 2. verſic. quia reſpondetur. Et inquit Soci-
nus, hoc eſſe vtile, quia in vidua non reijcitur conditio, ſi
nupſerit, vt non dicatur defecta per matrimonium ſpiritua-
le. Ea eſſe videtur huius ſententiæ ratio, quia hoc caſu non
retrahitur mulier à religione, ſed potius ad eam ingrediendã
inuitatur, præſertim vidua, quæ nubere potius debet in do-
mino, vt inquit Apoſtolus, quem mox referam.
7 Tertius eſt caſus, quando † teſtator reliquit tertio, ſi Caia
nupſerit. Hoc caſu intelligitur de matrimonio tempora-
li. Ita, ni fallor, loquitur Comen. in d. lege mulieri & Titio.
nume. 2. dum propoſita conditione affirmatiua diſtinguit: &
illo in loco Socin. num. 12. verſi. ſi autem in perſona tantùm;
idem ſenſit, & ſi admodum obſcurè. Et credo carere dubi-
tatione quò ad tertium quin intelligi debeat de matrimo-
nio temporali: cum ſic à fortiori intelligatur, quando le-
gatum eſt factum ipſimet mulieri, vt dixi in caſu præce-
denti.
8 Quartus eſt caſus, quando † teſtator ſimpliciter legauit
affirmatiuè mulieri, ſi nupſerit. Hic caſus eſt dubius, an ſci-
licèt teſtator intellexerit de nuptijs temporalibus tantùm,
vel etiam de ſpiritualibus? Et intellexiſſe etiam de ſpiritua-
libus ſcripſerunt Fulgo. in conſi. 53. Quoniam ſuperius. co-
lumna prima, verſ. rurſum & tertiò. Soc. in l. mulieri & Ti-
tio. numero 12. verſ. item in virgine. ff. de cond. & demon. &
manifeſtius Didacus in lib. 1. varia. reſolutio. c. 19. numero 10.
9 verſ. ſed & ſi alicui. Nam & hæ dicuntur † nuptiæ, quas mu-
lier contrahit cum Deo, cuius religionem ingreditur: ſicuti
dixit Apoſtolus ad Timotheum primo. cap. 5. ita ſcripſit: *ado-
leſcentiores autem viduas deuita. Quum enim luxuriatæ fuerint in
Chriſto, nubere volunt: habentes damnationem. &c.* Et in cap. ij
ergo qui 27. quæſtio. 1. ex Concilio Tiburienſi habetur, ma-
10 trimonium dici, quod † celebratur inter Chriſtum & in-
gredientem religionem. ſic & matrimonium hoc ſpiritua-
le appellatur in cap. 2. & in cap. vltim. de tranſla. præl. & in c.
ex publico. de conuerſ. coniug.
Et huc facit quod tradunt Crottus in l. filiusfam. §. Diui.
numer. 62. de leg. 1. Maria. Socinus Sen. in c. qualiter & quan-
do. lib. 2. q. vlt. art. pen. de accuſa. & Rolandus in conſi. 35. nu.
11 20. lib. 3. Cùm dixerunt, ſtatutum † puniens cognoſcentem
carnaliter mulierem nuptam, locum habere etiam contra
cognoſcentem monialem, quæ dicitur contradixiſſe matri-
monium cum Chriſto.
12 Cæterùm † contrariam opinionem, quod ſcilicèt hoc in
caſu teſtator ſenſerit de ſolis nuptiis temporalibus, affirma-
uit Baldus Nouellus in d. Tract. de dote. in d. parte ſexta, pri-
uilegio. 72. num. 2. verſ. ex quo etiam.
13 Et hic quidem ea ratione motus eſt, quia † & ſi hoc ma-
trimonium appellatur matrimonium: attamen ex communi
loquendi vſu, ſecundum quem teſtatores loquũtur. l. Labeo.
ff. de ſupell. lega. nuptiæ intelliguntur de carnalibus.
14 Verùm reſponderi † poteſt, communem ipſum loquendi
vſum non facere coniecturam voluntatis teſtatoris, quando
alia fortior præſumptio repugnat. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt.
de leg. 1.
Porrò hic repugnat fortior coniectura voluntatis teſtato-
ris, qui ſi cogitaſſet de hoc religionis ingreſſu, manifeſtè id
expreſſiſſet, quod ſcilicet haberet legatum. Ita ſanè d. §. ſed &
hoc præſenti, fundatum eſſe in præſumpta voluntate teſtato-
ris, ſcripſerunt permulti, quos retuli in præſumpt. 83. vbi ex-
plicaui, an conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, deficiat per in-
greſſum religionis.
15 Secundò perpendit † Baldus Nouellus text. auth. cui reli-
ctum. C. de indicta vid. tollen. vbi conditio legati facti à ma-
rito, ſi eius vxor ad alias nuptias non tranſierit, non dicitur
defecta, ſi mulier eſt ingreſſa religionem.
Cæterùm reſpondetur vno verbo, Iuſtinianum illo in lo-
co nihil de religionis ingreſſu, nec de eo dubitabatur: ſed
ſolùm erat controuerſia, quo tempore peti & conſequi
poſſet vxor legatum ſibi à marito factum, ne contrahat
nuptias.
16 Declaratur † hic caſus, quando ex antecedentibus, vel
ſubſequentibus aliis legatis colligi poteſt teſtatorem ſenſiſſe
de nuptiis temporalibus, non autem ſpiritualibus: & ecõtra,
vt ſi teſtator vni ex filiabus, vel nepotibus legauit, ſi mo-
naſterium ingrederetur. Nam tunc etiam de alia filia, vel ne-
pte, quibus ſimpliciter in caſu nuptiarum reliquit, intelligi
debet, ne alioqui vna ſit altera deterioris conditionis, & inæ-
qualis. Ita reſpondi in conſ. 556. lib. 6. reddito pro Amorino
Bononienſi.

## PRÆSVMPT. CXLIX.

### Dotis legatum pluribus filiabus factum an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris admittat ius accreſcendi.

### SVMMARIVM.

1 *Iuri accreſcendi an & quando ſit locus inter filias quibus factum eſt dotis legatum.*
*Quòd ſi teſtator dixit: filiabus meis pro dotibus lego mille pro qua-libet earum, decedente vna ex ipſis ante contractum matrimo-nium, eius dotis portio alijs non accreſcit, num. 2.*
*Et redditur ratio, num. 3.*
*Si autem teſtator coniunctim vel re & verbis, vel re tantum le-gauit dotes filiabus inter eas erit locus iuri accreſcendi. nu. 4.*

1 COngrvvs † ſatis hic eſt locus, vt explice-
mus, an & quando ex præſumpta teſtatoris vo-
luntate locus ſit iuri accreſcendi inter filias,
quibus factum eſt dotis legatum? Qua in re di-
ſtinguere ſoleo duos caſus.
2 Primus † quorum eſt, quando teſtator ita dixit, filiabus
meis pro dotibus lego aureos mille pro qualibet earum. Hoc
caſu, decedente vna ex ipſis filiabus ante contractum matri-
monium eius dotis portio non accreſcit aliis. Ita Bart. & re-
liqui in l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. 1. in conſ. 174. Facinus
vendidit. lib. 1. repetitum in conſ. 419. Caſus, in fine ipſius
conſilij lib. 5. Idem Baldus & ibidem Angelus in l. ſi duobus.
de leg. 1. Angelus in conſ. 11. Ser Bitius. Imola in l. qui filiabus.
§. 1. de leg. 1. & ibidem Alex. qui & in conſil. 55. num. 3. lib. 2.
idem reſpondit. Florianus in l. dominus fructuario. §. 1. ff. de
vſufruct. poſt Baldum ibidem Mattheſ. in notab. 154. Ripa in
l. re coniuncti. num. 70. de leg. 3. & ibidem Bologne. num. 239.
Io. Lupus in repet. c. per veſtras. in 1. notab. §. vigeſimoquarto
num. 8. de donatio. inter virum & vxo.





3 Ea † ratione ij vſi ſunt, quod & ſi hæ filiæ ſunt verbis con-
iunctæ: attamen cùm ſint re omninò deſiunctæ locum inter
eas non habet ius accreſcendi.
Nec huic receptæ ſententiæ repugnat conſideratio Iaſo-
nis in d. l. re coniuncti, quia Ripa ibidem. nu. 71. ſatisfacit.
4 Secundus eſt caſus, † quando teſtator coniunctim vel re
& verbis, vel re tantum legauit dotes filiabus, vt ſi dixit. Le-
go mille filiabus meis pro earum dotibus. Hoc ſanè caſu in-
ter eas locus eſt, iuri accreſcendi, vel non decreſcendi. Ita in
ſpecie ſcripſerunt Baldus in d. conſilio 174. Facinus libro 1.
Idem Baldus, Angelus & Florianus in d. l. dominus fructua-
rio. §. 1. ff. de vſufructu, Alex. in l. qui filiabus. §. 1. de leg. 1. Rip.
in d. l. re coniuncti. numero 70. verſ. ex quo ſequitur. de leg. 3.
& Ioan. Lupus in d. §. 24. numero 8. qui poſt Angelum dixit,
hoc prouenire ex præſumpta voluntate teſtatoris. Ea ratione
vſi ſunt Baldus, Angelus, & Florianus, quia dos vt ius vniuer-
ſale recipit augmentum & diminutionem. l. quod dicitur. ff.
de impenſ. in reb. dota. factis, & tradit poſt alios Ripa in rub.
ff. ſoluto matr. numero 43. Et caſus iſte multo magis proce-
dit quando concurrit perſonarum charitas: ſicuti conſiderat
Bald. in d. conſ. 174. in fi.

## PRÆSVMPT. CL.

### Optione legata quid ex præſumpta mente teſtatoris legatum dicatur

### SVMMARIVM.

1 *Optione legata quid præſumatur legaſſe teſtator per totum.*
2 *Teſtator ſi reliquit ſeruorum electionem, & dubitatur, quot lega-tarius eligere poſſit, tres ait Vlpianus poſſe eligere.*
*Poteſt autem legatarius vnum tantum eligere ſi vult pro ſui com-modo. nu. 3.*
*Secus quando pro alterius commodo & vtilitate teſtator optio-nem legauit. num. ſeq.*
4 *Teſtator ſi legauit mille diſtribuenda inter pauperes, non præſu-mitur data facultas eligendi vnum tantum pauperem, cui om-nia diſtribuantur.*
5 *Seruorum optione legata an legatarius valeat duos eligere: & an valeat eligere vltra tres. num. 7.*
6 *Numerus pluralis in duob. verificatur. & numero 8.*
8 *Teſtator præſumitur voluiſſe minus grauare hæredem quam ſit poſſibile.*
9 *Serui electione legata, de quo ſeruo, an de proprio an de alieno ſen-ſiſſe præſumatur teſtator.*
10 *Viriolis duobus ex quatuor legatis, quas elegerit legatarius, quæ debeantur: & quid ſint viriolæ, remiſſ. num. 11.*
12 *Serui optione legata eligi non poteſt is, cui ſub conditione teſtator libertatem legauit.*
13 *Teſtator legauit ſeruo ſuo, deinde reliquit Mæuio ſeruorum optio-nem, qui illum ſeruum optauit, præſumptio eſt: quòd ſeruo illo non manumiſſo ab hærede inutile ſit legatum.*
14 *Mancipiorum optione legata filiæ, cùm in familia nupſerit, partus & fructus mancipiorum nati & acquiſiti ante contractas nu-ptias ad filiam non pertinent.*
15 *Maritus ſi legauit vxori ſuæ prædia per fideicommiſſum: item lan-ces, quis elegerit, quatuor, an debeantur tantum quæ erant tem-pore conditi teſtamenti, an & quæ mortis tempore extabant.*

1 DE legato † optionis electioniſque aliqua nunc
dicamus. Et multæ quidem coniecturæ & præ-
ſumptiones circa illud interdum verſantur. Quo
autem facilius eas explicemus, aliquot caſus ex
ordine conſtituemus.
2 Primus eſt, quando † teſtator reliquit rerum electionem
plurali numero, vt puta, ſeruorum, & dubitatur, quot legata-
rius iſte præſumpta ex mente teſtatoris eligere poſſit? Vlpia-
nus in l. 1. ff. de optio. lega. reſpondit, tres poſſe eligere.
Cæterum cum Vlpianus ſenſerit hanc eſſe facultatem le-
gatario conceſſam, vt tres poſſit eligere, nec explicet, an vltra
tres, vel minus quàm tres valeat optare, de ſingulis dicen-
3 dum eſt. Et primum † quidem dicimus: legatarium poſſe v-
num tantum ſeruum, ſicque rem vnam tantum optare atque
eligere. Cùm enim legatum factum ſit pro legatarij commo-
do & vtilitate, poteſt is vno ſeruo eſſe contentus, & alios hæ-
redi relinquere.
4 Porrò diuerſum eſſe † exiſtimo, quando pro alterius com-
modo & vtilitate teſtator optionem legauit: vt ſi legauit
mille inter pauperes diſtribuenda. Non equidem data præſu-
metur facultas eligendi vnum tantùm pauperem, cui omnia
diſtribuantur. Ita Bart. in d. l. 1. in fi. ff. de optio. lega. & reliqui
quos commemoraui ſupra in præſum. 125. numero 24. quo
loci num. 25. conſiderauit tertiam opinionem, qua duæ pu-
gnantes conciliari poſſunt. Non repeto iam dicta. Dubita-
5 tur † etiam hoc in caſu, an legata ſeruorum optione duos e-
6 ligere valeat legatarius? Et poſſe exiſtimo: cùm † numerus
pluralis in duobus verificetur. l. vbi numerus. ff. de teſtib. Et ſi
poteſt legatarius iſte tres pro ſui commodo eligere: multò
7 magis poteſt eligere duos. Vltrà tres non poſſe † credo, cum
8 præſumptio ſit † teſtatorem voluiſſe minus grauare hære-
dem quàm ſit poſſibile l. vnum ex familia. §. ſi rem de leg. 2.
Quare cum pluralis numerus in duobus, vel tribus verifica-
ri poſſit, ſequitur dicendum noluiſſe numerum illum in hæ-
redis damnum excedere.
9 Secundus eſt caſus † coniecturalis in optionis legato,
quando ſcilicet teſtator legauit electionem ſerui, de quo ſer-
uo de proprio ſcilicet vel etiam de alieno ſenſiſſe præſuma-
tur? Vlpianus in l. 2. §. data. ff. de optio. lega. ſenſit, teſtatorem
legaſſe ex propriis ſeruis optionem, non vt & alienum eli-
gere poſſit legatarius. Dixit Vlpianus: *data optione, ſi quis opta-
uerit alienum ſeruum, vel hominem liberum: videndum eſt, an con-
ſumpſerit optionem? Et puto non conſumi.*
Non eſſe conſumptam electionem reſpondit Vlpianus
propterea quod legatarius elegit eum de quo non ſenſit te-
ſtator, ſicuti ſimile ſubiunxit Vlpianus, quando legata eſt e-
lectio vini, & legatarius elegit acetum, electio conſumpta
non eſt: cùm de aceto non ſenſerit teſtator.
10 Tertius eſt caſus † coniecturalis in hoc optionis legato,
cuius meminit Pomponius in l. ſi tibi electio. §. 1. ff. de opt. le-
ga. *ſi ex quatuor (inquit Pomponius) viriolis duæ quas elegiſſem, mi-
hi legatæ ſint: ſiue duæ ſolæ relictæ ſint: ſiue ab initio duæ ſolæ fuerint:
valet legatum.*
Eſt ſanè hic coniectura, teſtatorem ſenſiſſe de duabus il-
lis viriolis, quas habebat: Nec falſa demonſtratio hoc caſu vi-
ciat legatum: ſicuti illo in loco annotarunt Bar. & reliqui.
Et dicitur hoc legatum purum: cum neceſſaria non ſit, nec
fieri poſſit optio pluribus quam duobus viriolis relictis exi-
ſtentibus.
Et ſimile (inquit Bar.) eſt quod habetur in l. ſi optio. eo tit.
11 Viriolæ † autem quarum meminit Pomponius, qui ſint ex-
plicant Alciatus in lib. 4. parerg. c. 18. & Lazarus Bayſius in
libello, de vaſculis in fine.
12 Quartus eſt caſus † coniecturalis in hoc legato optionis.
de quo apud Iulianum in l. cum ita. §. primo. ff. de optio lega.
cùm reſpondit, legata optione ſerui, eligi non poſſe eum, cui
ſub conditione teſtator libertatem legauit. Non enim in op-
tionis legato de eo teſtatorem ſenſiſſe præſumitur: quia alio-
qui inutilis eſſet vel legata libertas eueniente conditione:
vel nullius momẽti legata optio, ſeruo ipſo liberato poſt cõ-
ditionis euentum: & ſi Bart. illo in loco exiſtimauit, id liber-
tatis fauore factum eſſe.
13 Quintus eſt caſus † coniecturalis in legato optionis, cu-
ius meminit Iauolenus in l. ſeruo ſine libertate. ff. de optio.
lega. cuius verba adſcripſi.
*Seruo ſine libertate legaui, deinde optionem ſeruorum Mæuio de-
di. Is eundem ſeruum optauit. Quæro, an id quoque, quod legatum eſt,
ei deberetur. Reſpondit: Non puto legatum huius ſerui nomine ad do-
minum pertinere.*
Eſt hic coniectura, teſtatorem legaſſe ſeruo, ſi ab hærede
fuiſſet manumiſſus: Non autem legauit, vt Mæuio eligente
hunc ſeruum etiam legatum haberet. Eo igitur ſeruo non ma-
numiſſo, inutile eſt legatum ei factum. l. ſeruis. C. de legatis,
& propterea ad Mæuium optionis legatarium non pertinet:
ſed apud hæredem remanet.
14 Sextus eſt caſus † coniecturalis in hoc optionis legato, de
quo reſpondit Scæuola in l. pen. ff. de optio. lega. cum dixit,
optione mancipiorum legata filiæ. cum in familia nupſerit,

partus & fructus mancipiarum nati,& acquiſiti ante contra-
ctas nuptias ad filiam non pertinere. Eſt enim coniectura,
teſtatorem reliquiſſe ſub conditione, nempè cum nupſerit,
ſicuti conditionale legatum hoc eſſe ſcripſi ſuprà in præ-
ſump.146.numero tertio. Et propterea augmentum legato
factum pendente conditione non pertinet ad legatarium:
Cum interim legati nomen non mereatur. lege ſi quis ſub
conditione. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. ſed apud hæredem
remanet. Sicuti & fructus ex re fideicommiſſaria, aut aliàs
ſubiecta reſtitutioni ſub aliqua conditione, pendente ipſa
conditione percepti, ad ipſum grauatum pertinent.l.mulier.
§.1.& l.in fideicommiſſaria.ff.ad Trebell.& dicemus infrà in
præſumpt.

15 Septimus eſt caſus † coniecturalis de quo idem Scæuola
reſpondit in lege vlt.ff.de optio.leg. *Maritus* (inquit Scæuola)
*vxori ſuæ codicillis per fideicommiſſum dedit prædita: item lances,
quas elegerit, quatuor. Quæſitum eſt, an ex his lancibus, quæ mortis
tempore ſint, eligere poſſit. Reſpondit, poſſe.* Hic coniecturam facit
Scæuola, teſtatorem legare voluiſſe ex his lancibus, quæ eſ-
ſent non ſolùm tempore conditi teſtamenti, ſed etiam mor-
tis teſtatoris.Hoc ea ratione factum ſcripſit Bar.in dicta l.vlt.
quia teſtator vſus eſt verbis futuri temporis quas elegerit.Sed
verè verba illa ad actum optionis, non autem ad lances le-
gatas referuntur. Rectius dici poſſe exiſtimo, ideo eligi poſ-
ſe ex lancibus,quæ mortis teſtatoris tempote exiſtunt, quia
ſermone indefinito legauit teſtator ſicuti declarauimus ſu-
pra in pæſump.127.nume.34.

## PRÆSVMPT. CLI

### Frumento legato quid ex præſumpta mente teſtatoris debeantur.

### SVMMARIVM.

1 *Frumento legato, quid præſumatur legaſſe teſtator.*
2 *Frumentum aliquando in genere capitur, aliquando in ſpecie: & quomodo.*
3 *Triticum ſumitur aliquando in genere aliquando in ſpecie.*
4 *Frumento legato ipſum frumentum in ſpecie deberi oſtenditur.*
*Idem dicendum in contractib. in quibus frumenti vel tritici ſit mentio, vt intelligatur ſecundum communem vſum loquendi. ibid.*
5 *Frumenti nomine an contineatur farina.*
6 *Lanæ appell. venit etiam lana filata, antequam tamen ſit cõtexta.*
7 *Statutum puniens extrahentem frumentum, puniet etiam extrahentem farinam.*
8 *Farinam non contineri in legato frumenti, cùm repugnet communis vſus loquendi.*
9 *Frumenti nomine panem non contineri.*
10 *Frumento legato non contineri frumentum, quod teſtator vænale habebat.*

1 DISPVTARI † non ſemel ſolet:quid ex præ-
ſumpta mente teſtatoris in legato frumenti
2 contineatur?Eſt hic prius † ſciendum, frumen
tum aliquando nomen generis habere: aliquã-
do ſpeciei. Cùm in genere ſumitur, ſignificat
far,hordeum,ſiliginem & his ſimilia, quæ ariſta cõtinentur.
Ita Accurſius in l.1.§.de eo opere.ff.de aqua pluuia.arcen. in
l.non debere.ff.ad municip.& in l.1.C. de cond.in pub. hor-
reis,& ibidem Lucas ad Penna, Alciatus & Petrus Rebuffus
in l.frugem.ff.de verbo ſignif.Forcatulus in penu iuris.c.6.&
probat.d.l.frugem.ibi.*frumentum autem id eſſe, quod ariſta ſe te-
neat, rectè Gallum definiſſe: Lupinum vero, & fabas fruges potius di-
ci quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur.*
3 Triticum † pariter in genere & in ſpecie ſumitur. In ge-
nere ſumpto latioris eſt ſignificationis frumento, ſi quidem
ſignificat quidquid in area teritur, & propterea continet nõ
ſolùm hordeum,fur,& ſiliginem: ſed etiam milium.Rebuf-
fus in d.l.frugem in fi.auctoritate Columellæ, qui in lib.2.de
re ruſt.cap.6.ita ſcriptum reliquit.

*Tritici autem genera complura cognouimus, verùm ex his maxi-
mè ſerendum eſt, quod robus dicitur: ſecundum eſt ſiliginis: tertium eſt
trimeſtre, quod & genus eſt ſiliginis, reliqua ſpecie ſuperuacua.*

Hic conſtat Columellam tritici nomine comprehendere
etiam alias ſpecies,quæ in area teruntur:ſicuti milium, quod
tritici nomine contineri docuit Abbas in c. ex multiplici.de
decimis.In ſpecie autem frumentum & triticum(ſicuti com-
munis ipſe loquendi vſus accipit) diſtat ab aliis ſpeciebus,
etiam ſi ariſta contineantur:vt ab hordeo, ſiligine & ſimili-
bus:ſicuti ſumitur in l.ſi quis vinum.§.1.ff.de trit. vino & o-
leo leg. vbi frumentum ab hordeo ſeparatur, & in l.triticum
de verb.oblig.ibi,ſi de aliquo tritico cogitauerit,ideſt, certi
generis.Dixit certi generis vt Aphricum,Italicum, Syrium,
vt in l.ſi is,qui.§.ſiue.ff.mand.& explicat Forcatulus in penu
iuris cap.12.& ſi c.6.aliter viſus eſt ſcribere. Legato itaque
4 † frumento vel tritico, non hordeum, non ſiligo, non alia,
quæ ariſta continentur,ſed frumentum ſeu triticum ipſum in
ſpecie: vt communis ipſe loquendi vſus ſignificat continetur,
vt aduertit Forcatulus in d.c.6.ſic in ſtipulationibus &
contractibus,in quibus frumenti & tritici mentio fit,intelli-
gi debet ſecundum communem loquendi vſum, de frumen-
to & tritico in ſpecie Bar.in l.frugem. de verb.ſignif. & ibi-
dem Rebuffus,Iaſon & reliqui in dicta l.triticum. de verbo-
rum oblig.

5 Cæterum dubitari † contingit, an frumenti nomine con-
tineatur farina Bar.in l.quæſitum.§.illud.de leg.3.docuit,ap-
pellatione frumenti farinam contineri: quia materia donec
peruenerit (inquit Bar.) iuxta finem proximũ retinet nomen
6 ſuum:ſicuti † lana retinet lanæ nomen.& ſi(ait Bar.)filata eſt,
atque ita antequam ſit contexta. Frumentum itaque retinet
7 nomen donec confectus ſit panis. Quocircà † ſi ſtatuto(in-
quit Bart.)cauetur,quod extrahens frumentum è ciuitate pu-
niatur,pœna dignus erit qui farinam extraxit.Et Bar. ſecuti
ſunt Guido Papæ.q.373.Ripa in Tract.de peſte,in titulo, de
remediis ad conſeruandam vbertatem.nume.43.Boer.q.177.
Benuenutus Stracha in Tract. de mercatura in ſecũda parte.
nu.29.& Rebuffus in l.frugem.de verb.ſignif.qui dixit,ean-
dem eſſe rationem prohibitionis in farina,quę & in frumen-
to,nę ſcilicet ciuitas laboret penuria. ſed qui tenetur(inquit
8 ille)præſtare frumentum: non tenetur farinam. Sic † etiam
exiſtimo legato frumento non contineri farinam, cum &
communis ipſe loquendi vſus repugnet.
9 Quod verò † ſenſit Bar.in d.§.quæſitum appellatione fru-
menti panem non contineri, probauit & Petrus Pekius in
Tracta.de teſtamentis coniugum.lib.5.c.13.numero 1.in fine.
Eapropter ſine cõtrouerſia,legato fruměto panis nõ debetur.
10 Frumento † legato non deberi frumentum, quod teſta-
tor vænale habebat,docuit poſt alios Pekius in d.c.13.num.1.
& ſcripſimus ſuprà in præſump.137.

Legato frumento quo tempore & loco ſolui & præſtari
debeat explicabimus infra in præſumptione.

## PRÆSVMPT. CLII.

### Vino legato quid ex præſumpta teſtatoris voluntate contineatur.

### SVMMARIVM.

1 *Vino ſuauius vtuntur Itali, Germani & Poloni quam frumento.*
2 *Vino legato omne continetur, quod ex vinea natum vinum permanet.*
3 *Vini appell. mulſum non continetur: Mulſum quid ſit, & quomodo conficiatur. ibid.*
4 *Vini appell. non continetur Zithum.*
*Zithum quomodo conficiatur. ibid.*
*Et quid ſit. nu.5.*
6 *Vini appell. camum non venit.*
*Camum quid ſit, & quomodo conficiatur ibid.*
7 *Defructum quid ſit & vnde dicatur. & quod non veniat vini appell. num.14.*
8 *Carænum quid ſit.*
9 *Sapa quid ſit.*
10 *Ceruesĳ appell. vini non venit, cùm conficiatur ex hordeo & aliĳs rebus calidis.*
*Et quare Itali ea non vtantur, ſed eam capitali odio proſequuntur. numero 11.*

12 Conditum



12 *Conditum non venit appell. vini, & conficitur vino pipere admiſt.*
13 *Hydromeli non venit appell. vini, & quid ſit, & quomodo conficiatur.*
15 *Cydoneum nomine vini non continetur: & quid ſit.*
16 *Acetum vini appell. non venit.*
17 *Oenomeli venit nomine vini, & quid ſit.*
18 *Acinaticium vel acinaceum venit nomine vini: & quid ſit.*
19 *Paſſum contineri appell. vini, & quid ſit.*
20 *Embamma nomine aceti continetur, & quid ſit.*
21 *Vino legato, nũquid & vaſa, quib. illud cõtinetur legata cẽſeãtur.*
22 *Amphora quid ſit.*
23 *Vino legato non contineri dolia, nec cuppulos. num.25.*
24 *Dolium quid ſit, & cuius menſuræ.*
26 *Vino legato non contineri vtres & culleos.*
27 *Cullei quid ſint, & cuius menſuræ.*

DE vino legato nunc diſſeramus,& copioſius qui-
1 dem, cùm † & copioſius & ſuauius nos Itali &
Germani & Poloni hoc quàm frumento,de quo
2 diximus, vtamur, legato † vino(vt hoc primum
explicemus) omne contineri quod ex vinea natum vinum
permanet,Vlpianus reſpondit in l. ſi quis vinum. in princ. ff.
3 de tritico, vino oleóque lega.Qui ob id ſubiunxit, vini † ap-
pellatione mulſum non contineri. Non enim vinum perma-
net:ſed ſpecies efficitur, & appellatur mulſum, hoc eſt ex vi-
no & melle confectum.l. adeo.§.cum ex aliena.ff. de acquir.
4 rerum dom.Non etiam vini † nomine continetur(inquit Vl-
pianus)Zythum, quod Vlpianus ipſe ex tritico, vel hordeo,
vel pane fit.Et explicant Alciatus in lib.1.pręteriniſſo.in ver-
bo,camum,& in lib.10.parerg.c.15.Stephanus Forcatulus in
penu iuris.c.8. Hotomanus in commentariis verborum iuris
in verbo.Zythum, & Cuiacius in lib.24.obſerua.cap.39.His
accedit doctiſſ. Hermolaus Barbarus lib.2.Corollar.311.qui
5 ita ſcriptum reliquit. *Zythus & Zythum dicitur, † & Græcè vul-
gò phocadion in Ægypto fit: ideóque à poëtis quandoque Peluſiacus
potus vocatur. Madeſcunt aqua fruges, donec reſoluantur in liquorem
vino ſimilem: inebriat hoc & acre guſtu eſt.*
6 Non † pariter vini appellatione continetur(ſubiunxit Vl-
pianus) camum. Legunt aliqui codices, curmi, quod genus
potionis eſt, & conficitur ex ſucco radicum, ſicuti annotauit
pręcitato in loco Hermolaus,cuius verba hęc ſunt.

*In Mediæ montanis ſeptentrionali ſitu gentes vini loco ſuccum è
radicibus quibuſdam ebibunt: Curmi porrò fortaſſe hoc ſit, quod cer-
uiſiam in Gallia vocant, & Curmi Curmithos inflectitur. Poſsidonius
homo ſtoicus non curmi, ſed Corma appellat.*

Hactenus Hermolaus.Non ſine ratione legi etiam poteſt,
Cammarum,cuius meminit Cælius Apitius in lib.2.de re cu-
linaria.c.2.qui à defruto,de quo dicemus,parum differre ſen-
ſit.Vel etiam legi poteſt, Carænum de quo apud eundem A-
pitium in d.lib.2.c.3. atque ita legendum eſſe cenſet doctè &
eruditè vt reliqua omnia Melchior Ghilandinus artis medi-
cæ peritiſſimus arcta mihi amicitia, deuinctus, dum hoc de
nomine in eius Muſæo diſſereremus, auctoritatéque Palladij
in lib.2.de re ruſtica.tit.18.comprobabat, cuius egregia ver-
ba hęc ſunt.

*Nunc defrutum, Carænum, Sapam conficies. Cum omnia vno gene-
re conficiantur ex muſto: modus his & virtutem mutabit, & nomi-
7 na. Nam defrutum à deferuendo † dictum, vbi ad ſpiſsitudinem fortè
8 deſpumauerit, effectum eſt. Carænum, cum † tertia perdita, duæ par-
9 tes remanſerint Sapa vbi † ad tertias redacta deſcenderit, quã tamen
meliorẽ facient Cydonia ſimul cocta, & igni ſuppoſita ligna ficulnea.*

Hęc Palladius.Qui ſanè locus oſtendit,verum minimè eſ-
ſe quod ſcripſerunt Alciatus in lib.1.prętermiſſ.in verbo,Ca-
mum, & Cuiacius in lib.24.obſernat.cap.39. ambo adducti
auctoritate Simeonis Genuenſis: cùm dixerunt, eſſe legen-
dum Camum,quod ex hordeo & aliis frugibus conficitur: &
apud aliquos Ceruiſia appellatur.Et cum his ſenſit eruditiſſi-
mus amicus meus,quem honoris cauſa nominare ſoleo,Hie-
ronymus Mercurialis in lib.5. varia.lectio.c.1.qui etſi à Cu-
iacio diſſentire voluit: cum eo tamen (ſi rectè perpendatur)
ſenſit. Et Camum Ceruiſiam non eſſe, vt prędicti opinati
ſunt:ſed ab ea maximè differre indicat locus ipſe Vlpiani in
d.l.ſi quis vinum, qui ita ſe habet, *ſimili modo nec Camum, nec
Ceruiſia continebitur.*

Non ergo legẽdum eſt Camum, ſed Carænum:cùm à Cer-
ueſia differat, & ſimile propè defruto ſit. Quod ſi hæc ſtu-
dioſis non placerent,probent forcatuli in penu iuris cap.8.&
Hotomani in commentariis verborum iuris,in verbo,Camũ,
ſententiam:qui ingenuè faſſi ſunt, ſe neſcire,quid ſit Camum.
10 Non † etiam inter vina enumeratur (vt attigimus cum Vl-
piano) Cerueſia, quæ conficitur ex hordeo & aliis rebus ca-
lidis,auctore Simeone Genuenſi, ab Alciato & Cuiacio pro-
bati.Apud Germanos notiſſimũ eſt hoc potionis genus:Nos
11 Itali Ceruiſia † non vtimur:quin eam capitali odio ſic proſe-
mur, vt è noſtris doliis & Cellis vinariis, graui indicta pæna
12 proſcripſerimus. Non pariter vini † nomine (inquit Vlpia-
nus) venit cõditum,quod (Cuiacio interprete) vino pipere
13 admiſto conficitur. Ita nec † vini appellatione continetur
hydromeli:vt idem Vlpianus reſpondit.

Eſt hydromeli aqua mulſa,quæ vetuſtate vini ſaporem ad-
ſequitur: ſicuti explicant Cuiacius & Forcatulus, quos ſuprà
commemoraui. Hoc idem prius ſcripſerat doctiſſimus Her-
molaus Barbarus in libro quinto.Corollar.848.cuius verba
adſcripſi.

*Hydromeli ſecundum aquæ mulſæ genus eſt, quæ ſaporem vini ve-
tuſtate aſſequitur, nuſquam magis laudatus quàm in Phrigia, ex im-
bre quidem puro & melle: damnatum multis annis iiſdem vitiis, qui-
bus vinum: nec iiſdem vtilitatibus.*

14 Hæc Barbarus. ſic & Defrutum non † venire vini appella-
tione ob id reſpondit idem Vlpianus:quod potius conditurae
loco ſit.Eſt enim Defrutum,muſtum, quod ex duabus parti-
bus ad tertiam,deferuefaciẽdo,redigitur. Forcatulus in penu
iuris.cap.8. Hotomanus in commentariis verborum iuris.in
verbo,Defrutum,& Cuiacius in d.cap.39.obſeruaui ego ali-
quando Cælium Apicium in lib.2.de re culinaria.c.2.ita ſcri-
pſiſſe:*cui defrutum admiſceas, quod ſit de cotoneis, quod ſole torren-
te in ſubſtantiam mellis cogitur.* Palladius verò lib.2.de re ruſtica
tit.18.ſcriptum reliquit.defrutum à deferuendo dictum,& ex
muſto confici.Et conſentit Hermolaus corollar.825.
15 Cydoneum † quoq; vini nomine non contineri reſpondit
idem Vlpianus in d.l.ſi quis vinũ,cum ex vinea nõ proueniat.
Eſt Cydoneum,quod ex pomis cydoneis conficitur,ſicuti an-
notauit Cuiacius in d.c.39.artem conficiendi cydonium do-
cuit Palladius in lib.2.de re ruſtica.tit.20.cuius verba indi-
cant, cydonitem idem eſſe quod nos vulgò cotognatam ap-
16 pellamus. Non demum vini † nomine venire acetum cenſuit
idem Vlpianus:niſi (ait ille) vini loco eum habuit teſtator.Et
idem Vlpianus in l.1.ff.eo.tit.de tritico,vino,& oleo lega.Et
(ſubiunxit idem Vlpianus in d.l.ſi quis vinum.§.item ſi quis)
niſi quod teſtamenti tempore vinum erat, coacuit, ſufficit
enim eo tempore fuiſſe vinum.
17 Nunc quæ vini appellatione veniant cum eodem Vlpiano
in d.l.ſi quis vinum,percurramus.Oenomeli id eſt † dulciſſi-
mum vinum (inquit Vlpianus) vini nomine continetur. Oe-
nomeli eſſe vinum mellitum ſcripſerunt Alciatus in lib.2.pa-
rerg.iuris.c.2. Hotomanus in commentariis verborum iuris.
in verbo œnomeli: & Forcatulus in penu iuris.c.8.qui tamen
mulſum non eſſe aduerſus Alciatum & Hotomanum conten-
dit:Cuiacius verò in lib.24.obſeruat.c.1.obſeruauit,œnome-
li eſſe vinum ſolũ ex vuis certo modo ita expreſſam,vt ad mel-
lis dulcedinem proximè accedat: Idque Palladij auctoritate:
qui in lib.11.de re ruſtica.tit.17.œnomeli conficiendi artem
docuit.Hermolaus verò Barbarus in coroll.846.de œnomeli
ita ſcriptum reliquit:*Oenomeli, hoc eſt vinum mulſum: quanquam
noſtri ſine vini mentione hoc intelligunt mulſum dicentes. Vinum
hoc facillimè cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam
euenit.*

Hæc ille.

18 Acinaticium, vel † acinaceum vini nomine contineri re-
ſpondit Vlpianus in d.l.ſi quis vinum.etſi eruditiſſimus Mer-
curialis in li.5.varia.lect.c.1.non ſatis rectè Vlpiani verba ac-
cepit. Eſt acinaticium vini genus aromaticum, teſte Alciato
in lib.1.prætermiſſ.in verbo,Camum. Forcatulus verò in d.c.
8.exiſtimauit acinaticium eſſe loram, quæ fit dilutis & aqua
maceratis acinorum folliculis, quæ vinacea appellamus.l.ſi
quis vxori.§.ſi quis maſſam.ff.de furtis.ſed toto (quod aiunt)
cœlo errauit.Rectius eruditiſſimus Cuiacius in d.c.39.ex Caſ
ſiodori ſententia ſcripſit,acinaticium dici vinum,quod longè

poſt vindemiam hiemali tempore ex vuis diu ſuſpenſis &
rugoſis conficitur. Comprobat doctiſſimus Mercurialis in d.
c.1.qui ſi integrum illud.c. 39. Cuiacij perlegiſſet non ab eo
exoptaſſet ſibi exponi:quid acinaticium hoc ſit: propriiſque
vidiſſet oculis Caſſiodori locum, quem vt nouum comme-
morauit,à Cuiacio præuiſum. His autem prius aduertit Her-
molaus Barbarus in coroll. 819. dum de nucleis acinorum
agit. Hermolai verba hæc ſunt.

*Nuclei acinorum vuæ à Græcis Gigarta dicuntur. Palladius ex-
crementa, & ſemina, & grana vuæ interiora nominauit, ab acinis
acinaticum dici vinum exiſtimo Veronenſis agri, vt ſcribit Caßiodo-
rus alumnum, odoris, ſaporisq́ſuauißimi, colore purpureo, ineffabili-
que dulcedine, tactu quoque denſum atque pingue vt carneus liquor,
aut potio eſculenta videri poßit.*

Hæc Hermolaus. opinor acinaceum hoc nos vulgò nunc
19 appellare *ſapor d'vua.* Nomine † vini continetur etiam, Paſ-
ſum, vt idem Vlpianus cenſuit. Eſt paſſum, interprete Cuiacio
in d.cap. 39. vinum, quod ex vuis paſſis ſole ſiccatis ante vin-
demiam certa quadam ratione exprimitur. Hanc interpreta-
tionem probauit & Forcatulus in d.cap 8. Cornelij Celci au-
ctoritate. Et his accedit Palladius in libr. 11. de re ruſtica. in
Septembri.ti.19. qui egregiè docuit artẽ conficiendi Paſſum.
De paſſo etiã Hermolaus Corollario. 825. ita ſcriptũ reliquit.

*Paſſum hoc eſt Glycij genera habet laudata pſythium, & à colo-
re appellatum nigro melampſythium: quæ ſuum ſaporem non vini
præferant. Nam in quod additum eſt deſrutum Glixis appellatur
Athæneo.*

Hæc Hermolaus. Ex cuius ſententia & aliorum, quos com-
memorauimus, conſtat, Paſſum, non eſſe vinum, quod hodie
maluaticum ex Creta ad nos aduectum appellamus, vt opina-
ti ſunt aliqui, quibus conſentit Cælius Rhodiginus in lib. 13.
lectio. antiq. cap. 11. Paſſum bibiſſe mulieres Romanas, qui-
bus vini vſus interdictus erat, ex Varrone, Polybio & Gellio
ſcripſit Mercurialis in lib. 1. lectio. varia. cap. 17. Idem Var-
ronis auctoritate prius memoriȩ prodidere Hermolaus in di-
cto Corollario. 825. & Cælius Rhodiginus in lib. 18. lectio.
antiq. cap. 38. qui &, Murrinam, à Plauto appellari ſcripſe-
runt. De his plus ſatis.

20 Aceto † autem legato contineri etiam Embamma, quod
aceti loco eſt, reſpondit idem Vlpianus in d.l. ſi quis vinum.
§. ſi acetum. ff. de tritico vino & oleo lega. Eſt embamma
condimentum ex aceto intingendis obſoniis paratum. Ita
Hotomanus in commentariis verborum iuris, in verbo, Em-
bamma. Et confirmauit Mercurialis in lib. 1. varia. lectio. cap.
14. auctoritate Columellæ. Et à ſalſa ſeu ſalſamento differre
reliquit Forcatulus in penu iuris. cap. 20.

21 Diſputatio alia † eſt, an legato vino etiam vaſa, quibus il-
lud continetur, legata præſumantur? Vlpianus in l.3.§.1.ff. de
tritico, vino oleóque lega. reſpondit, vino legato, vaſa legata
videri: quia credibile eſt (inquit Vlpianus) mentem teſtantis
eam eſſe, vt voluerit acceſſioni eſſe vino, amphoras. Vaſa, &
amphoras idem eſſe ſenſit Vlpianus. & admittit Proculus in
l. cum vinum. eo. tit. ſic & Iulianus in l. vinaria ff. de verb. ſign.
22 † amphoram eſſe vas cuiuſuis materiæ, duarum vrnarum ca-
pax, figura cubi ſcripſit Hotomanus in commentariis verbo-
rum iuris in verbo, amphora. Catelia. verò Cotta in memora-
bil. in verbo, vino legato, ſcriptum reliquit, amphoram con-
tinere heminas nonaginta ſex. & heminam eſſe duodecim
vnciarum.

23 Doliaverò † non contineri, vino legato, reſpondit idem
Vlpianus in d.l.3.§ primo. verſic. in doliis. Dolium eſt (inquit
24 Hotomanus † præcitato in loco in verbo dolium) vas cuiuſ-
uis materiæ & menſuræ, rei præterea cuiuſuis capax. Petrus
verò Rebuffus in l. vinaria. ff. de verb. ſignific. ex Columella
ſcriptum reliquit, Dolium eſſe triginta amphorarum: Non
tamen diffinitam eſſe eius menſuram.

Et ſubiunxit Vlpianus, dolia non contineri maximè ſi de-
preſſa in cella vinaria fuerint: aut ea ſint, quæ per magnitudi-
nem difficile moueantur. Exiſtimo vnà cum Cuiaceo libr. 2.
obſerua. c. 36. rationem eſſe, quoniam ad perpetuum vſum in
cella defodiuntur, & deprimuntur: nec vt cadi & amphoræ
ideò habentur vt exportentur: ſunt enim quædam agri inſtru-
menta, ſicuti de cuppis mox dicemus. Quare vino legato non
comprehenduntur.

25 Cuppulos † autem (adiunxit Vlpianus) contineri, niſi pari
modo immobiles in agro, vel inſtrumentum agri, erant, ſunt
cuppi vaſa modica, & non certæ menſuræ eſſe, ſcribit Alcia-
tus in l. vinaria. num. 3. de verb. ſign. Cæterùm eo loci Rebuf-
fus dixit, cuppos eſſe vaſa magna lignea, quæ vulgo, tinæ, vel
tinaci, appellant? cuppulos verò cuius meminit Vlpianus in d.
26 l.3. eſſe vaſa modica. Vtres † & culleos, vino legato, non de-
beri, adiunxit idem Vlpia. in d.l.3. in fin. Non enim hæc ſunt
vaſa vinaria: ſed (vt rectè aduertit Cuiacius in d.c.36.) defe-
27 rendo vino parati ſunt. Culleos quadraginta vrnas † contine-
re ſcripſit Hotomanus in commentariis verborum iuris, in
verbo, Culleus. Vel vicenas amphoras vt ex Budæo annota-
uit Rebuffus in d.l. vinaria, qui dixit, eſſe vaſa quædam coria-
cea, quorum duo, vel tres vino plenæ æquum onerant. Nos
vulgo bagas, appellamus, frequens eſt earum vſus apud Pa-
pienſes.

## PRÆSVMPT. CLIII.

Oleo legato quid ex teſtatoris præſumpta volun-
tate debeatur.

### SVMMARIVM.

1 *Olei legato quid præſumitur legaſſe teſtator.*
2 *Olei plura genera.*
3 *Vinum diuerſi generis.*
4 *Oleo legato, cibarium cenſetur legatum, non autem quod delicia-
rum & voluptatis cauſa ſeruatur, vel valetudinis cauſa ha-
betur.*
5 *Oleum factum ex nucibus dicitur impropriè oleum & ſic non con-
tinetur in legato olei, niſi aliter ſe habeat teſtatoris vel regio-
nis vſus.*

1 DE legato oleo pauca † dicenda ſunt. Paulus enim
in l. 4. ff. de tritico, vino, oleóque lega. ita re-
ſpondit.

*Cum certum pondus olei, non adiecta qualitate, le-
gatur: non ſolet quæri, cuius generis oleo vti ſolitus fuerit teſtator,
aut cuius generis oleũ iſtius regionis homines in vſu habeant.* Et ideò
*liberum eſt hæredi, cuius vellet generis, oleum legatario ſoluere.*

2 Hæc Paulus, qui plura † olei genera facit, ab agri, vel loci
nomine, vt Cretẽſe, Picænum, Genuenſe, Hiſpanicum, quem-
admodum rectè aduertit Stephanus Forcatulus in penu iuris.
3 capi.12. qui ſimile commemorat de vino, † quod certi generis
dicitur, vt Surrentinum Campanum, Cretenſe. Cùm itaque
teſtator oleum legauit, conſideranda eſt primum ipſius teſta-
toris conſuetudo: iuxta. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. de leg. 1. ſi-
cuti de vino legato reſpondit Vlpia. in l.1.ff. de tritico, vino,
oleóque leg. Nam de qualitate ipſa extrinſeca agitur, ob id
ad vſum & conſuetudinem teſtatoris recurrimus: etiam in ca-
ſu l. cum alimenta. ff. de alim. & ciba. leg. & l. dominus Sticho.
§. pen. ff. de peculio lega. & declarat Bart. in d.l. cum certum.
num. 1. verſic. quædam eſt qualitas extrinſeca. Idem eſſe dixit
Bart. quando eſt dubium circa ſubſtantiam, vt in caſu. l.1. eod.
tit. de tritico, vino, oleóque lega. Nam & tunc ad teſtatoris
vſum confugimus: ſi verò de conſuetudine & vſu teſtatoris
non apparet, vſum regionis conſiderabimus. d.l. ſi ſeruus plu-
rium. §. vlt. & ibidem annotarunt omnes, vt Angelus, Alex. Ia-
ſon & reliqui.

4 Legato oleo, † cibarium intelligitur, non autem quod vo-
luptatis & deliciarum cauſa ſeruatur. l. ſi cui lana. §. lanæ. de
leg. 3. nec etiam quod valetudinis gratia habetur. l. non omne.
ff. de penu. leg. Non enim oleum hoc ex olea eſt: & propterea
5 impropriè oleum dicitur, ſic & quod † ex nucibus ſit, impro-
priè oleum dicitur: & ideò in legato olei non continetur, niſi
aliter ſe habeat teſtatoris, vel regionis vſus & conſuetudo: ſi-
cuti annotauit Forcatulus in d.cap.12.

## PRÆSVMPT. CLIIII.

Fundo inſtructo legato quæ ex præſumpta volun-
tate teſtatoris legata dicuntur.

SVM-



### SVMMARIVM

1 *Fundo inſtructo legato, qui fundus debeatur ex coniecturata mente
teſtatoris.*
*Quòd ſi teſtator ſimpliciter legauit fundum, præſumitur legaſſe
ea, quæ ita fundo cohærent, vt amoueri inde nequeant. nu.2.*
3 *Fundi nomine continentur dolia, molæ oliuariæ, & prælum, cùm
fundo ſint infixa.*
4 *Domo legata continentur & ea, quæ ſunt ei affixa, quæ amoueri
non poſſunt.*
5 *Fundo legato non continentur ea, quæ ſunt diuiſa & ſeparata
ab eo.*
6 *Fundo cum inſtrumentis legato, cenſentur comprehenſa à teſtato-
re etiam inſtrumenta quæ non ſunt infixa, nec ædificata in
fundo.*
*Et dicitur duplex legatum. ibid.*
7 *Fundo legato cum inſtrumentis: & fundo legato & inſtrumenta:
in quib. differat hæc legati formula: & quid, lego fundum in-
ſtructum.*
*Et reuocato legato fundi an cenſeatur etiam reuocatum legatum
inſtrumentorum. num.8.*
9 *Perſona perſonæ acceſſoria eſſe non poteſt.*
10 *Inſtrumenta non infixa fundo fructus acquirendi cauſa quæ ſint.*
*Et quæ ſint inſtrumenta quærendorum fructuum cauſa. num.11.*
*Et quæ colligendorum fructuum cauſa. num.12.*
*Et quæ conſeruandi fructus cauſa. num.13.*
14 *Fundo inſtructo legato, velut inſtructus eſt, quidnam debeatur, &
quid differat hoc legatum à legato fundi & inſtrumentorum:
Et quæ contineantur in hoc legato.*
15 *Prædijs relictis vt inſtructa ſunt cum dotibus & reliquis colono-
rum non deberi reliquatum iam debitum à colonis, qui ex
agro diſceſſerunt: & qua de cauſa, num. ſeq.*
16 *Reliquatus eſt debiti reſiduum.*
17 *Fundo legato vt optimus maximusq́ eſt, non ſolum omnia inſtru-
menta debentur fundo neceſſaria, ſed & quæ voluptatis cauſa
in fundo habuit teſtator.*
18 *Domo cum inſtrumentis legata: vel domo & inſtrumentis, cenſen-
tur comprehenſa omnia neceſſaria ad vſum domus: ſecus quæ
voluptatis gratia ibi ſunt.*
19 *Romani ad euitandum radios ſolares æſtiuo tempore vti ſolebant
velis quibuſdam, ſicut mos eſt etiam hodierna die apud nos.*
20 *Prothyrum quid ſit, & an veniat nomine inſtrumẽtorum domus.*
21 *Caſtro legato cum inſtrumentis, quid in dicto legato præſumatur
comprehenſum.*
22 *Inſtrumentis artificij legatis, continentur ea quæ illi artificio con-
ueniunt.*
23 *Inſtrumento pictoris legato, quid comprehendatur.*
*Et quid inſtrumento piſcatorio legato. num.24.*
*Quid inſtrumento balneatorio legato. 25.*
26 *Saltuarij dicuntur ſyluarum ſeu ſaltuum fructuumq́ cuſtodes.*
27 *Topiarij ſunt artifices fruticum & herbarum in varias figuras
conformandarum.*
28 *Inſtrumento Lanionis legato quid contineatur.*

1 DE legato † fundi, & fundi inſtructi, in quo plu-
rimum coniecturata teſtatoris voluntas conſi-
deratur, nunc agendum eſt. Hic ego diſtinguo
atque conſtituo plures caſus.
2 Primus eſt, quando † teſtator ſimpliciter le-
gauit fundum. Hoc caſu dicendum eſt, præſumi legaſſe ea,
quæ ita fundo cohærent, vt amoueri inde nequeant. Nam &
hæc fundi partem conſtituunt. Ita Pomponius in l. cum fun-
3 dus. ff. de fundo inſtructo inſtrumentóque lega. cùm † re-
ſpondit, dolia, molas oliuarias, & prælum, nomine fundi ob id
contineri, cùm fundo infixa inædificatáque ſint: ſicuti de do-
liis attigimus ſupra in præſumpt. 152. ex ſententia Alciati &
4 Rebuffi in l. fruges. ff. de verbor. ſignific. Ita dicimus, † legata
domo contineri affixa, quæ amoueri non poſſunt. l. Cætera. §.
hoc. S.C. l.2. de leg. 1. vbi Docto. & reſpondit Caſſa. in conſ.
7. num. 46.
5 Ea verò quæ à fundo † ſunt diuiſa & ſeparata legato fun-
do, non continentur. Sicuti ſunt dotes, hoc eſt, erotici, l.2. in
fin. ff. eod. de fundo inſtr. interpretatur Alciatus in lib. 2. præ-
termiſſ. impoſitiones. Non etiã continentur boues aratorij, &
ſimilia, quæ affixa non ſunt: vt ſcripſit Modernus Pariſien. in
commentariis ad conſuetud. Pariſienſes. titul. 1. §. 1. gloſ. 5.
num. 13.

6 Secundus eſt † caſus, quando teſtator legauit fundum &
inſtrumenta: vel fundum cum inſtrumentis. Hoc ſanè caſu
præſumitur teſtatorem relinquere voluiſſe etiam inſtrumenta
non infixa, nec inædificata in fundo. l. ſi cui fundo, iuncta d.l.
cum fundus. ff. de fundo inſtructo inſtrumentóque lega. Et di-
cuntur hæc duo legata, hoc eſt, fundi, & inſtrumentorum. d.l.
ſicuti fundo, iuncta. l.1. eo. tit.

7 Illa tamen † legati formula, lego fundum cum inſtrumen-
tis, differt ab illa, lego fundum & inſtrumẽta, ac etiam ab illa,
lego fundum (de qua dicemus in ſequenti caſu) inſtructum.
Nam duæ hæ, lego fundum & inſtrumẽta, & lego fundum in-
ſtructum ſignificant adeò æquè principaliter duo eſſe legata,
vt vno reuocato, alterum debeatur. Diuerſum eſt in tertia illa,
lego fundum cum inſtrumẽtis, in qua quidem inſtrumenta ac-
ceſſoriè legatata ad fundum dicuntur. Et propterea alienatio-
8 ne fundi † reuocato legato fundi, cenſetur etiam reuocatum
inſtrumentorũ legatum. Ita ſanè manifeſtè bis reſpondit Pau-
lus, nempè in l.1. in fi. & in d.l. ſi cui. in fi. ff. de fundo inſtr. ſic
idem Paulus in l.1. ff. de pecul. leg. ita reſpondit. *Seruo legato
cũ peculio: & alienato, vel manumiſſo, vel mortuo, legatũ etiã peculij
extinguitur.* Rationem ſtatim in l.2. adiunxit Caius his verbis:

*Nam quæ acceßionum locum obtinent, extinguuntur, cùm princi-
pales res peremptæ fuerint.*

Porrò diuerſum eſt, quando vnum non poteſt eſſe alterius
9 acceſſorium: ſicuti † perſona perſonæ acceſſoria eſſe non po-
teſt. l. iuſtiſſimæ. ff. de ædil. edicto. Nam tunc duo ſunt legata
adeo æquè principaliter relicta, vt vno reuocato alterum de-
beatur: ſicuti idem Paulus in l.3. ff. de peculio lega. manifeſtè
reſpondit. Et explicauit Bar. in d.l. ſi cui fundum. nu. 2.

Cæterùm quȩ fundi inſtrumenta hoc in caſu dicantur, egre-
giè enarrat Vlpia. in l. in inſtrumento. & in l. quæſitum. ff. de
fundo inſtructo: hoc eſt, quæ fructus quȩrendi, cogendi, id eſt.
colligendi, & conſeruandi gratia parata ſunt. Acquirendi fru-
10 ctus, † cauſa ſunt inſtrumenta hæc, Coloni, villici, monitores,
Vinitores rectius legit Catelia. Cotta in memorab. in verbo,
Vinitor, quo loci explicat qui ſint ij vinitores. Sunt etiã fundi
inſtrumenta, boues, pecora ſtercorandi cauſa, aratra, ligones,
ſarculi, falces putatoriæ, bidentes, & ſimilia. d.l. in inſtrumen-
to. in prin. Continentur etiam topiarij, qui ij ſint dicemus in-
frà in ſeptimo caſu.

His etiam accedit frumentum ſerendi cauſa. d.l. quæſitum.
in prin. verſ. item nonnullis. De frumento verò cibario culto-
rum, & ſi dubitatum magis fuit: Attamen Vlpianus in d.l. quȩ-
ſitum, ex ſeruij ſententia, inter inſtrumenta fundi contineri re-
11 ſpondit. Sunt etiam fundi inſtrumenta † quærendorum fru-
ctuum cauſa, retia venatoria, ſi quæſtus fundi ex maxima parte
12 cõſiſtat. l. fundo. ff. eo. Cogendi † ſiue colligendi fructus cau-
ſa dicuntur fundi hæc inſtrumenta (ſubiunxit Vlpia.) torcu-
laria, corbes, falceſque meſſoriæ, falces fœnariæ, quali vinde-
miatorij, exceptoriique in quibus vuæ comportantur.

13 Conſeruandi † fructus cauſa ſunt (inquit idem Vlpia. in
d.l. quæſitum. §. conſeruandi.) grauaria, vrcei, capſellæ, iu-
menta, vehicula, cupæ, culei. Enumerat alia plura Vlpianus in
d.l. quæſitum, inſtrumẽta, quȩ pertinent ad fundum tam quæ-
rendorum quàm colligendorum & conſeruandorum fructuũ
cauſa. Et inter inſtrumenta conſeruandorum fructuum cauſa
recenſet ſaltuarios, de quibus dicemus infrà in 7. caſu.

14 Tertius eſt † caſus, quando teſtator legauit fundum inſtru-
ctum, vel vt inſtructus eſt. Hic caſus differt à præcedenti
reſpectu inſtrumentorum. Nam plura & maiora continentur
in hoc inſtrumenta quàm in præcedenti. In hoc enim præter
ea, quæ in prȩcedenti enumerauimus, & alia accedunt. Ita Vl-
pianus ex Sabini & Caſſij ſententia in d.l. quæſitũ. §. ſed ſi fun-
dus. ff. de fun. inſtr. inſtrumentoq; leg. Hoc enim legato (in-
quit Vlpianus) nõ agri inſtrumentũ ſed propriũ ſuum inſtru-
mentum, reliquiſſe videtur teſtator. Et propterea cõtinentur
ſupellex, ſtragula, vitrea, aurũ, argentũ, vina quoq;, & vtenſilia,
quæ eo in fundo habuit teſtator ſui vſus cauſa. Quæ verò alia
de cauſa (ſubiũgit Vlpia. ibi habuit, nõ cõtinẽtur, vt vinũ væna-
le, fructus ibi repoſiti vt vænirẽt, vel in alios vſus conuerteret.
Nõ proſequor alia plura, quȩ Vlpia. ipſe recẽſet. Hoc vnũ etiã

annotandum eſſe cenſeo,quod reſpondit Scæuola in l. Sæiæ.
15 §.prædia.ff.eod.relictis prædiis † vt inſtructa ſunt,cum dotibus & reliquis colonorum, non deberi reliquatum iam debitum à colonis,qui ex agro diſceſſerant,idem propè reſpondit
16 ipſe Papinia.in dicta l.Sæiæ.§.liberto. Eſt reliquatus † debiti reſiduum. Explicant Cuiacius,in libro primo obſerua. capitulo 27. & Hotomanus in commentariis verborum iuris in verbo, reliqua.Qua autẽ ratione reliquatus,ideſt nomina debitorũ non contineantur inter fundi inſtrumenta copioſe explicauit Alex.in conſilio 68.libr.6. qui ex facto interrogatus reſpondit.

17 Quartus eſt caſus, quando † teſtator legauit fundum, vt optimus maximusq; eſt.Hoc caſu nõ ſolùm inſtrumenta omnia præcedentibus duobus in caſibus enumerata præſumuntur relicta:ſed etiam quæ voluptatis cauſa in fundo habuit teſtator, vt retia apraria, & cætera venationis inſtrumenta.Ita reſpondit Paulus in l.fundo legato.in prin.ff.de fundo inſtructo,inſtr.quæ lega.

18 Quintus eſt caſus, quando † teſtator legauit domum cum inſtrumentis, vel domum & inſtrumenta.Hoc caſu inter ipſius domus inſtrumenta (inquit Vlpianus in d.l.quæſitum.§. ſi domus ſit.ff.de fundo inſtructo,&c.)enumerantur neceſſaria ad vſum domus, vt quæ parata ſunt cauſa arcendæ pluuiæ, vel incendij, quæ qualia ſint, recenſet ipſe Vlpianus.Illa verò quæ voluptatis cauſa ibi ſunt, non continentur, vt ſpecularia frigoris arcendi cauſa, vt etiam vela vmbræ gratia: Romani.
19 enim illi veteres † vti ſolebant velis, quibus extenſis euitabant ſolis ardores.Iuuenalis in ſatyra ſexta.

*Ornatas paulò ante fores pendentia linquit Vela domus.*

His velis vti videmus quotidie æſtiuo tempore Venetiis, ac etiam hic Patauij.

Non etiam (ſubiungit Vlpianus ex Papiniani ſententia) inſtrumentorum nomine continentur ſigilla, & ſtatuæ. Sunt ſigilla(auctore Alex. ab Alexandro in lib.3. dierum genial.c. 4.in fine) imagines & ſtatuæ quædam paruæ: & diligentius explicarunt Nebriſſ.in lexicon iuris,in verbo,ſigillum,& Rebuffus in l. ſubſignatum.de verbor. ſignific. Prothyrum verò
20 † (adiungit Vlpianus)domus,ſi velamen eſt,inſtrumento domus continetur. Eſt prothyrum (interprete Hotomano in commentariis verborum iuris,in verbo,prothyrum)tegillum quoddam ſimile illis, quibus mercatores vti in tabernis ſolent.Alex.verò ab Alexandro in lib.5.dierum genil.c.24.in fi. explicans hoc Vlpiani reſponſum,dixit,prothyrum eſſe inſtar veſtibuli, plerumque opertum, quod ante ædes & oſtium fit. Eodem etiam in loco explicuit quid ſint apud ipſum Vlpianum,Siphones,harpagones,& pegmata.

21 Sextus eſt caſus,quando † teſtator legauit caſtrum cum inſtrumentis.Hoc ſanè cõtinentur arma bellica, tormenta,annona & his ſimilia.Ita ex ſententia Baldi,Decij & aliorum reſpondi in conſ.401.num.149.lib.5.cùm dixi, hæc eſſe ex Caſtri pertinentiis proximis. Alia verò, vt molendina & paſcua eſſe ex pertinentiis remotis.

22 Septimus eſt caſus, quando † teſtator certi artificij inſtrumenta legauit.Hoc caſu ea cõtinentur,quæ illi artificio conueniunt:ſicuti Marcianus in l. pictoris.ff.de fundo inſtructo,
23 &c.reſpondit, pictoris † inſtrumento legato, cenſeri legata ceras,colores, peniculos, cauteria, & conchæ: cauteria quid ſit doctè explicauit Cælius Rhodiginus in libr.7. antiqua le-
24 ctio.c.vlt.ſic etiam(adiungit Marcianus)legato † inſtrumento piſcatorio,nauiellę,quæ piſcium capiendorum cauſa comparatæ ſunt, continentur: ſed & piſcatores contineri, verius
25 eſt.Ita inſtrumẽto balneatorio † legato(inquit idem Marcianus) cõtinetur balneator:ſicuti inſtrumẽto fundi cõprehẽditur ſaltuarius & topiarius,vt attigimus ſupra in ſecundo caſu.

26 Sunt ſaltuarij † Syluarum,ſeu ſaltuum cuſtodes,fructuúmque Syluæ aut finium conſeruandorum gratia,vt rectè declarat Coraſius in libr.5.miſcella.iuris.c.21.nu.4. Hodie etiam vulgò multis in locis retinẽt ij ſaltuarij nomen:apud Papien-
27 ſes,camparij,appellantur.Topiarij † dicti ſunt artifices fruticum & herbarum in varias figuras conformandarum. Sicuti declarat Hotomanus in commẽtariis verborum iuris, in verbo, Topiarij, & melius ac copioſius Coraſius in d.c.21.Nos hodie vulgò appellamus, *Giardineri.* Et apud Papienſes & alios plures vulgò appellant,topie, quæ extenſis vitibus & in vicem fornicis aptatis,conſtruuntur.Legato verò inſtrumen-
28 to † Lanionis contineri menſas, pondera & ferramenta, quæ laniandæ carnis cauſa præparata ſunt, reſpondit Paulus in l. cum de Lanionis.in princip.ff.de fundo inſtructo,&c.qui adiunxit, comprehendi trutinas, & dolabra.De reliquis artificum inſtrumentis plura proſequitur Paulus,quæ hic commemorare nunc non expedit.

## PRÆSVMPT. CLV.

Peculium an & quando legatum præſumatur: & quid ex præſumpta teſtatoris voluntate legato peculio contineatur: ac quid ex eo deducatur & quando extinguatur.

## SVMMARIVM.

*1 Peculio legato,quid præſumatur legaſſe teſtator.*
*2 Peculium à domino relictum ſi dubitatur an fuerit relictum ſeruo manumiſſo vel alteri, cui ſeruum ipſum legauit, nunquid debeatur,& cui.num.ſeq.*
*3 Facti quæ ſunt non præſumuntur,niſi appareant.*
*4 Teſtator non cenſetur in dubio voluiſſe grauare hæredem.*
*5 Peculium præſumitur relictum ſeruo, ſi coniecturis apparet,teſtatorem voluiſſe legare peculium, vt ſi ex ipſo peculio grauauit ſeruum præſtare quantitatem,quam aliàs non haberet.*
*6 Intellectus.l.3.§.vlt.ff.de condict.cau.data.*
*7 Peculio legato continentur nomina debitorum: non autem comprehenditur id,quod ipſe dominus debet ſeruo.*
*8 Actiones nemo præſumitur velle cedere contra ſeipſum.*
*9 Peculij legati nomine continetur etiam id, quod ſeruus dederat domino cuſtodiæ & depoſiti cauſa, donec ab ipſo manumitteretur.*
*10 Peculij legatum ex quibus minuatur.*
*Et quando non minuatur.num.11.*
*12 Ex Peculio legato non deducitur æs alienum,ſeu quod ipſimet teſtatori debetur, quando ipſe teſtator ſpecialiter reliquit res peculij.*
*13 Statutum ſi obligat ad debita eum, ad quem peruenerunt omnia bona debitoris,non habet locum, ſi ſeparatim atque ita ſpecialiter bona ipſa ad aliquem peruenerunt.*
*14 Peculio legato,cuius temporis peculium debeatur.*
*15 Peculij legatum reuocatione extinguitur,& quomodo reuocetur, remiſsiuè.*

1 CONIECTVRALIS eſt etiam † de legato peculij diſputatio, quam vt facilius explicem aliquot ex ordine caſus diſtinguo atque conſtituo.

2 Primus eſt, cùm † ambigitur,an peculium præſumatur à domino relictum ſeruo manumiſſo, vel alteri, cui ſeruum ipſum legauit? Et non præſumi,dicendum eſt.Ita Vlpianus in l.denique.§.interdum.ff.de peculio, ibi.*peculium quidem non niſi legatum deberi*, & apertius idem in l. ſi legatus fuerit.ff.eo.cuius verba hæc ſunt.

*Si legatus fuerit ſeruus, peculium excipere non eſt neceſſe: quia non ſequitur,niſi legetur.*

Hanc quoque ſententiam manifeſtius probat l.vnica.C.de peculio eius,qui liber.meruit.Et huius ſententię ratio duplex
3 afferri poteſt:quarum prima eſt,quod ea quæ † facti ſunt non præſumuntur, niſi appareant.l.in bello.§. factæ.ff. de capt.& poſtlim.reuerſ.& dicemus infrà lib.6.in præſumpt.Altera eſt,
4 quòd † in dubio non pręſumitur teſtatorem velle grauare hęredem.l. vnum ex familia. §. ſi rem.de leg. 2. & multis comprobauimus ſupra in præſumpt.

5 Declaratur † hic caſus,vt locum non habeat,quando coniecturis conſtat,teſtatorem voluiſſe legare peculium.Et coniectra quidem egregia eſt in caſu. l. denique.§. interdum.ff. de peculio lega.quo loci idem Vlpianus,ita reſpondit.

*Interdum, & ſi non ſit legatum peculium velut legatum, ſic accipitur,ideſt,in huiuſmodi ſpecie.Quidam ſeruo libertatem, ſi rationes reddidiſſet,dederat,& ſi hæredibus centum intuliſſet. Imperator igitur noſter cum patre reſcripſit, peculium quidem non niſi legatum deberi.Verùm(inquit) ſi conditionibus præſcriptis paruit ſeruus: teſtatorem voluiſſe eum retinere peculium interpretamur,videlicet ex eo,quod ex peculio eum iuſſerat centum inferre.*



Hic cõiecturam facit Vlpianus, teſtatorem voluiſſe relinquere peculium ſeruo,quem grauauit ex ipſo peculio præſtare quantitatem:quam non haberet, niſi in antecedens præſumatur dicaturq; ei relictum peculiũ, alioqui ex peculio nihil dare poſſit ſeruus inuito hærede,iuxtà l.3.§.vlt.ff.de condict. ob cauſam. & annotauit Bart.in d.§.interdum.quam quidem interpretationem probarunt Iaſon in l.Centurio.num.57.& ibidem Galliaula.nu.468.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& Aretinus
6 ibidem,Soci.Sen.in l.cum filiofam.nu.4.de leg.1. Nec † obſtat text.l.3.§.vlt.ff.de condict.cauſa data, vbi ſtatu liberum. cui permiſſum eſt dare ex peculio implendæ conditionis cauſa,impedire poteſt ne det.Non ergo præſumitur ipſi ſtatu libero in antecedens relictum peculium,alioqui eum impedire non poſſet hæres.Reſponderi poteſt,præter Bar.in d.§.interdum.in caſu.d.§.vlt.teſtatorem non iuſſiſſe ſtatu libero præſtare aliquid ex peculio: ſed ſimpliciter iuſſit dare. Et dare quidem poteſt ex peculio,niſi prohibeat hæres:& idem habetur in l.3.poſt principium.ver.& parui.ff.de ſtatu libe. Ita declarat Ruinus in conſ.111.num.11.verſ.& ſimiliter.lib.2.

Eſt etiam ſecunda coniectura legati peculij, de qua reſpõdit idem Vlpianus in l.ſi peculium.§.vicario.ff.de pecul.leg. cuius verba hæc ſunt.

*Vicario autem meo mihi legato, an & vicarij mei peculium ad me pertineat, quæritur. Et putamus,contineri legato vicarij, & eius peculium:niſi aduerſa ſit voluntas teſtatoris.*

Exiſtimo rationem eſſe, quia ſerui vicarius peculij pars eſt quædam, ea propter legando ipſum vicarium præſumitur legaſſe & reſiduum peculij ipſius vicarij.

7 Secundus eſt caſus, quando † dubitatur quid legato ipſo peculio,eius nomine contineatur? Et primùm quidem dicimus,contineri debitorum nomina: quemadmodum egregiè reſpondit Paulus in l.3.ff.de peculio lega.

Hoc autem non intelligitur,quando dominus debet ſeruo: Non enim tunc legato peculio comprehenditur debitum à domino.l.ſi peculium.§.ſicut.eo.tit. Niſi (inquit Vlpianus) conſtet de voluntate domini: quia tunc compẽſari debet hoc cum eo,quod domino debetur. Eſt ratio, quia nulla prodita eſt actio ſeruo contra dominum, vt ab eo petat ſibi debitum. Compenſari autem poteſt: quoniam ius compenſandi quæſitum eſt ad id quod dominus debet in peculio.Ita Bart.in d.§. ſicut.Cæterùm Bald.in l.ſi certis annis.in fi.C.de pact.docuit hoc contingere:quia non præſumitur teſtatorem voluiſſe augere hæredi debitum, & efficere efficax quod inefficax erat. Idem verò Bald.in l.2.C.an ſeruus ex ſuo facto, ſcripſit, id eſ-
8 ſe: quia † nemo præſumitur velle cedere actiones contra ſeipſum.Et idem eſt (ſubiungit Vlpia.in d.l.ſi peculium.in fi.) quando quid à ſeruo debetur hæredi ipſius domini. Eadẽ hic militat ratio:cùm hæres idem ſit quod ipſe teſtator.Cæterùm ſi vni ex ſeruis dominus debet, & peculium duobus illis leget dominus,augetur peculium eius, cui dominus nihil debebat. Nam creditum conſerui ei accreſcit. Ita reſpondit idem Vlpia.in l.Denique Pegaſus.§.qui Stichum.ff.de peculio.Conti-
9 netur † etiam in legato peculij quod ſeruus dederat domino cuſtodiæ & depoſiti cauſa, donec ab ipſo manumitteretur.d. l.Denique.§.his conſequenter.

10 Tertius eſt caſus,quando † hæſitatur,quę ſint ea,quę legatum peculij minuunt? Et dicimus primùm,ęs alienum minuere.l.ſi peculium.in prin.ff.de peculio leg. Quo loci ſubiungit Vlpia.in §.1.idem eſſe etiam quando teſtator legauit peculium,non deducto ære alieno. Nam (inquit Vlpianus) id videri contra naturam legati:cum non ſit peculij pars quod alienum eſt. Continetur etiam ſub peculij nomine, quod ſeruus debet domino, ſi dominus legato remittit debitum,d.l.ſi peculium.§.1.verſ.ſed etſi. Peculium etiam minuit æs alienum hæredis.d.l.ſi peculium.§.vlt.& l.denique.in prin.eo.tit. Minuitur etiam peculij legatum ſi teſtator quid ſoluit cauſa vicarij ipſius ſerui.l.Stichus.in prin.ff.de pecul.leg.Non minuitur
11 † peculium in caſu.l.id,quod ſeruo.ff.eo.quando ſcilicet ali-
12 quid debetur vicario ipſius ſerui. Non etiam ex peculio † deducitur æs alienum,ſeu quod ipſimet teſtatori debetur:quando teſtator ſpecialiter reliquit res peculij,vt hanc,& illam ipſi ſeruo.Non enim tunc peculium, quod eſt quid vniuerſale,dicitur relictum: ſed res ipſæ particulares legatæ ſunt.l.ſi peculium ſeruo.ff.de pecul. leg.quo loci Bar.annotauit,ſtatutum,
13 quo obligatur † ad debita is, ad quem peruenerũt omnia bona debitoris non habere locum,ſi ſeparatim atque ita ſpecialiter bona ipſa ad aliquem peruenerunt. Et hoc eſſe ſingulare ſcripſit Roma.in ſing.564. De hoc hodie. Verùm à Bart.& Romano diſſentiunt Comenſ.in §.item,ſi quis in fraudem.nu. 21.Inſtit.de actio.& Alcia.in l.poſt contractum.nu.40.ff.de donatio.& hoc mihi magis probatur.

14 Quartus eſt caſus,quando † dubitatur, cuius temporis peculium legaatum debeatur? Et dicimus,deberi illud,quod reperitur tempore mortis teſtatoris, Ita reſpondit Vlpianus in d.l.denique.§.vtrum.ff.de pecul.lega. Ita dicimus in legato fundi inſtructi, vt debeantur inſtrumenta,quæ extant tempore mortis teſtatoris.l.pen.ff.de fundo inſtructo,&c.

15 Quintus & vltimus † eſt caſus,quando ambigitur:quomodo legatum peculij tollatur atque extinguatur? Et reuocatione extingui certum eſt.l.1.l.2.l.3.& l.4.ff.de peculio lega.Reuocatio autem multis modis fit, vt illis in locis, & dicemus infrà in præſump.165.& aliis ſubſequentibus.

## PRÆSVMPT. CLVI.

Penu legata quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris præſtanda veniant.

## SVMMARIVM

*1 Penoris legati nomine quid contineatur per tot.*
*2 Garus ſit ex piſcium inteſtinis, & eſt condimentum ciborum, non autem cibus.*
*Dicitur aliàs ſalamora, quæ ex piſcibus vel carnibus ſale conſperſis prouenit.3.*
*Alias dicitur geladia.num.4.*
*5 Muria quid ſit.*
*6 Lacerta quid ſit.*
*7 Liguſticum quid ſit,& vnde naſcatur.*
*8 Laſer quid ſit.*
*9 Penoris nomine non venit acetum,quod paratum fuit cauſa extinguendi ignem.*
*10 Romani cõſueuerunt reſeruare acetum cauſa extinguendi ignem.*
*11 Penoris nomine non continentur frumenti & leguminum thecæ: & quid ſint d.thecæ vel argulæ,vel ſportæ.*
*Nec continentur antidota ſeu medicamenta.num.12.*
*Nec inſtrumenta priſtini,& vaſa coquinaria.num.13.*
*Nec demum quæ promercij cauſa habebat teſtator.num.14.*
*15 Promercalia quæ dicantur.*
*16 Penoris nomine non contineri dolia.*
*17 Penoris in legato nunquid contineantur omnia recondita in penu cauſa cuiuſcunque vſus*
*18 Teſtator ſi legauit aliquid penoris in ſingulos annos, & ſi hæres id non dediſſet, nummos eum dare damnaſſet,nunquid penus legata peti poſſit,an verò ſit in præſtatione:& an hæres ſoluendo ſemel pœnam liberetur ab annua præſtatione.*
*19 Penu legata, quæ Romæ ſit, nunquid debeatur etiam exiſtens in ſuburbijs.*
*20 Romani in hortis aliquando habitare conſueuerunt.*
*21 Penu legata præter vinum,quod Romæ erit,quænam penus legata præſumatur.*
*22 Exceptio declarat & confirmat regulam.*

CONIECTVRALES multi ſunt caſus in penus legato.Nonnullos hic paucis commemorabo.

1 Primus eſt ſanè † caſus,quid nomine penus in legato contineatur,vel non contineatur.Et multa contineri reſpondit Vlpianus in l.3.ff.de penu lega. & primum quidem ex Mucij Scæuolæ ſententia, dixit contineri quæ eſui,potuique ſunt.Et ſubiungit Vlpianus Sabinum ſcripſiſſe,contineri omnia parata cauſa patris famil.vxoris, & liberorum ſeu familiæ:ac etiam cauſa iumentorum,quibus ipſe paterfam.vti conſueuit.

Hanc Scæuolæ & Sabini interpretationem probauit Phauorinus philoſophus apud Gellium lib.4.noct.attica.c.1. Et

addit Vlpianus in d.l.3.§.1.nomine penus contineri etiam o-
2 leum,garum , muriam & mel.Garũ eſſe quod † fit ex piſcium
inteſtinis ſcripſit Forcatulus in penu iuris.cap.1.& eſſe con-
dimentum ciborum,non autẽ cibum.Ego verò didici ex Dio-
ſcoride libro 2.cap.31.& ex Cælio Rhodigino.lib.30.lectio
3 antiqua: cap.vigeſimoquinto,in fine,garum † eſſe,quam vul-
gus appellat Salamoram, hoc eſt aquam ſale admiſtam , quæ
ex piſcibus vel carnibus ſale conſperſis prouenit. Quod ſi ita
eſt nihil garus differt à Muria , quam ipſe Forcatulus prædi-
cto in loco dixit, eſſe aquam ſale confuſſam. Porrò.Plinius in
lib.35.naturalis hiſtoriæ.c.8.viſus eſt ſcribere , garũ ita ex pi-
ſce ſcombro præſertim confici , vt ſimilis ſit mulſo veteri &
4 tantæ ſuauitatis , vt bibi poſſit. Exiſtimo garum † forte eſſe,
5 quam geladiam vulgò dicimus. Muriam † verò ipſam Sala-
moiam.

Lacertas quoque cũ ipſa muria contineri legata penu reſ-
6 pondit Vlpia.in dicta l.3.§.exculenta. Eſt † lacerta vaſis ge-
nus:ſicuti locum hunc recenſere voluiſſe puto Cęlium Rho-
diginum libro 27.lect.antiq.c.27.Non ſolùm ergo legata pe-
nu continetur muria:ſed & vas, in qua muria ipſa eſt condita
ſicuti vino legato debentur & vaſa,in quo illud repoſitum eſt.
Continentur in legato penoris vinum, acetum , frumentum,
hordeum,& his ſimilia, quæ teſtator ipſe habebat in cella pe-
nuaria.dicta.l.tertia.§.poculenta,& in §.ligna.dicitur, conti-
neri etiam ligna & carbones. Imò thus , ceras , vnguentum &
chartas epiſtolares.Continentur etiam vaſa , non tamen do-
lia.dicta l.tertia.§.vaſa quoque. Dolia enim pertinẽt ad fun-
dum inſtructum : cum eius ſint inſtrumenta,vt diximus ſupra.
Vaſa autem acceſſionis loco ſunt.l.4.in princ.ff.de pen.leg.

Et hæc quidem vaſa , vt amphoræ & ſimilia continentur:
tametſi illa non in ipſa penu , vel cænaculo eſſe reperiuntur:
ſed in horreis. Ita reſpondit Cerbidius Scæuola in lege vlti-
ma.ff.de penu.lega.ſufficit enim quod penoris cauſa ſint pa-
rata vaſa illa & amphoræ.

Et demum penoris nomine contineri piper , liguſticum,
cæreum , & laſer reſpondit Paulus in l.non omne.§.vlti.ff.de
pen.leg.& Gellius in d.lib.4.noct.att.c.1.in fine.

7 Eſt liguſticum † ( auctore Forcatulo in penu iur. cap.22.)
oleris genus,quod naſcitur in Apennino monte, à quo nomẽ
accepit : radice & caule panaci ſimile. Et(inquit Forcatulus)
ob id accolæ appellant panacem, quo pro pipere obſonia per
funduntur. Hoc de liguſtico plura Dioſcorides ,libro tertio,
cap.quinquageſimotertio, & ibidem eius interpres Matthio-
lus. Carẹum verò eſt (inquit idem Forcatulus in dicto cap.vi-
geſimoſecundo.) olus in Caria naſcens. Rectius forte eſt le-
gendum, Carenum,de quo diſſeruimus ſuprà in pręſum.152.
8 Laſer † verò (ſcribit præcitato in cap.22.Forcatulus) eſt ole-
rum præſtantiſſimum,de quo apud Iuriſconſultum in l.vlti.§.
diui.ff.de publica.& vectigal.Rectius ſenſit Hotoma. in com
mentariis verborum iuris in verbo, Laſer,qui dixit, eſſe ſuccũ
virgulti eius,quod laſerpitium appellant. Idque comprobat
auctoritate Plinij lib.19.naturalis hiſtor.cap.3. Et accedunt
Dioſcorides lib.3.cap.88. & ibidem eius interpres eruditiſs.
Petrus Andreas Matthiolus.

Nunc enumeremus quæ ex iuriſconſultorum ſententia pe-
noris nomine non continentur.

9 Et primùm quidem † non venit acetum , quod paratũ fuit
cauſa extinguendi ignem.dicta l.tertia.§.penori.ff. de penu.
leg. Hoc enim magis pertinet ad inſtrumenta fundi.l.quæſi-
tum.§.acetum.ff.de fundo inſtructo. Quibus ex reſponſis col
ligit Cælius Rhodiginus in lib.30.lectio.antiq,cap.25.conſue
10 uiſſe Romanos † reſeruare acetum cauſa extinguendi ignem.
Id quod comprobatur auctoritate Macro.lib.7.Saturnalium.
Cuius verba adſcripſi. Quid aceto frigidius,quod culpatum
vinum eſt ? Solùm enim hoc ex omnibus humoribus creſcen-
tibus flammam violenter extinguit : dum per frigus ſuum, ca-
lorem vincit elementi.

11 Non etiam continentur † frumenti & legaminum thecæ,
ſeu argulæ,vel ſportæ,cum ad penum inſtruẽdam paratæ ſint.
d.l.3.§.vlti.ſunt thecæ,vel argulæ,vel ſportæ, in quibus aliqua
ad vſum penoris coniiciebantur:atque ita ex penoris vtenſili-
bus erant.Alciatus lib.3.diſpunct.cap.17.aliquando etiam ſu-
mitur pro capſa, in qua pecunia reponebatur, Hotomanus in
commentarijs verborum iuris.in verbo, ſportæ.

12 Non pariter † penu legata continentur antidota & medi-
camenta. Paulus.l.non omne.ff.de penu lega. Et in l.ſequenti
13 ſubiunxit idem Paulus † non contineri inſtrumenta piſtrini &
vaſa coquinaria. Hæc enim pertinent ad fundum inſtructum,
l.cum delanionis.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo inſtrumen-
toque legato.

14 Et demum legata † penu non veniunt quæ pro mercij cau-
ſa habebat teſtator,vt idem Paulus reſpondit in l.4.§.item ſi.
15 de penu.lega.Dixit,† promercij cauſa ſignificant res promer-
cales,quæ dicuntur res præter vſum proprium venditioni de-
ſtinatæ : atque ita venales:ſicuti ſcripſerunt Alciatus in libro
primo prætermiſſo : In verbo promercale,in explanatione.
Budæus in annotatio.Pandecta ad l.in fundo.ff.de rei vendi-
ca.& Cælius Rhodiginus in lib.28.antiqua.lectio.c.10.in fi.

Cæterùm & mihi ſatis probatur interpretatio Forcatuli in
penu iuris.capitulo primo,ad finem cùm dixi etiam pro mer-
calia dici ea , quæ ſeparata non ſunt ab vſu domeſtico. Non
16 etiam penu legata † continentur dolia , d.l.tertia.§.vlt. Et de
doliis diximus ſupra in præſumpt.152.nu.23.

17 Secundus eſt caſus † coniecturalis , quando dubitatur, an
recondita in penu cauſa cuiuſcumque vſus contineantur in
legato penus? Et dicimus primùm contineri parata gratia v-
ſus animorum, clientium , & vniuerſorum.quæ circa ſe ipſum
teſtatorem habebat. Non autem parata cauſa familię & alio-
rum,qui erant in villis deputati.Ita reſpondit Vlpianus in di-
cta lege tertia,§.ſed quod diximus.ff.de penu lega.qui ſubiun-
xit,contineri etiam cibaria iumentorum, quæ viſus teſtatoris
& amicorum deſeruiebant. Non autem iumentorum , quæ a-
gris deſeruiebant , vel locabantur.Idem ferè ſcripſit Gellius
in d.lib.4.noct.actica.cap.1.in fine.

18 Tertius eſt caſus,in quo † cõiecturæ verſantur, quando ſci-
licet teſtator legauit penoris aliquid in ſingulos annos : & ſi
hęres id non dediſſet , numos eum dare damnaſſet, dubitatur
an penus legata peti poſſit: an verò ſit in pręſtatione:& ſi non
pręſtetur , tunc quantitas petatur? Vlpianus in lege prima.ff.
de penu lega.reſpondit,diſtinguendo tres caſus. Quorum pri-
mus eſt, quando legata eſt penus ſemel tantùm: tunc in præ-
ſtatione eſt ſola penus:& ob id hæres habet facultatem vſque
ad litis conteſtationem offerendi eam: quam ſi non affert, le-
gatarius pœnam conſequi poteſt.Secundus eſt caſus, quando
penus in ſingulos annos legata eſt. Hoc etiam caſu hęres ſin-
gulis annis penum ipſam pręſtare poterit,vt ſuperiore in caſu.
Tertius eſt caſus , quando penus in ſingulos annos legata eſt,
& ſi hæres eam non præſtiterit , damnatus eſt dare quantita-
tem puta centum, Et dubitatur , an hęres ſoluendo ſemel illa
centum liberetur ab annua præſtatione penus:vel potius pręſ-
ſumatur damnatus à teſtatore ſingulis annis pręſtare centum
ſi penum non pręſtabit? Vlpian.in d.l.prima,verſic.quid ergo,
reſpondit , ſingulis annis quantitatem illam pręſtare debere:
cùm credatur teſtatorem voluiſſe pœnam adijcere ad coer-
cendum hæredem præſtare ſingulis annis legatam ipſam pe-
num.Hoc totum reſponſum pluribus propoſitis quæſtionibus
explicauit hoc in loco Bart.de his aliàs dicemus.

19 Quartus eſt caſus † coniecturalis , quando legata fuit pe-
nus,quæ Romæ ſit , vtrum debeatur etiam exiſtens in ſubur-
biis ? reſpondit Paulus in l.nam quod liquide.§.ſi ita legetur.
ff.de pen.leg.nõ contineri. Si verè legata eſt penus Romana,
vel exiſtens in verbo Roma,deberi & illam, quæ eſt in conti-
nentibus ſubiunxit idem Paulus.

Cæterùm cùm hoc de caſu dixerim ſupra in præſumpt...nõ
eſt quod hic pluribus agam. Idem Paulus adiunxit,legata pe-
nu vrbana,deberi & exiſtentem in villa, vel in hortis vrbi iun-
20 ctis. Poſtrema hæc verba indicant , Romanos † in hortis ali-
quando habitare conſueuiſſe : ſicuti doctè colligit , & multis
comprobat Briſſonius in lib.3.antiq.cap.13.

21 Quintus eſt caſus † coniecturalis,quando teſtator omnem
penum legauit,præter vinum,quod Romę erit.Hoc caſu pręſ-
ſumitur legata penus ſola Romæ exiſtens.Ita Paul.in d.l.nam
22 quid liquide.§.vlti.Eſt ratio,quia † exceptio declarat & con-
firmat regulam,ſeu de regula eſſe debet. Hunc locum poſt a-
lios late explicat Didacus in lib. ſecundo,varia.reſolut.cap.5.
num.5.

PRÆ



PRÆSVMPT. CLVII.

## Alimenta quando, & quæ & quantum alimentorum nomine præſumantur legata.

SVMMARIVM

*1 Alimenta relinquuntur aliquando tacitè , aliquando expreſſè : & quomodo vtroque modo.num.ſeq.*

*2 Teſtator ſi iuſſit filios ſuos ali apud eorum matrem:vel ipſam matrem habitare debere cum filijs ſuis,præſumitur reliquiſſe alimenta.*

*Idem ſi dixit : Relinquo vxori meæ habitationem cum filijs meis. num.3.*

*Idem ſi dixit : Relinquo gubernium ſeu curam & adminiſtrationem domus vxori meæ.num,4.*

*Idem quando dixit : Relinquo filiæ, vt in caſu viduitatis reuertatur in domo mea vel filiorum hæredúmque meorum.nu.5.*

*Idem quando grauauit hæredem , vt aliquem tractet tanquam filium.num.6.*

*Idem ſi dixit:Relinquo Caio ſuum viuere,vel victum.num.7.*

*Idem ſi dixit:Relinquo Caio,vt poſſit ſibi facere expenſas.nu.8.*

*Idem ſi dixit:Relinquo Caio,vt poſſit ſe ſuſtentare.num.9.*

*Idem ſi dixit : Relinquo Caio pro neceſſitatibus ſuis ad congruam ſuſtentationem.num.10.*

*Idem ſi dixit : Commendo Caium hæredibus meis in omnibus eius neceſſitatibus.num.11.*

*Idem quãdo reliquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariam, inſtitutis hæredibus proprijs filijs.num.12.*

*13 Alimentorum nomine quid legatum continere dicatur.*

*14 Alimentorum legatum nil differre à legato educationis.*

*15 Victus, verbum, continet omnia,quæ eſui,potui, cultuiq; corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt,*

*16 Cibi nomen comprehendit panẽ,carnes,& reliqua edulia pro qualitate & conditione perſonæ:differunt enim cibi nobilium à cibis ruſticorum.*

*17 Potus cibariorum nomine continetur: & comprehenditur vinum, ceruiſia,& alia potionis genera:necnon,vaſa quibus ad potandum vtimur.*

*18 Veſtitus nomine veniunt veſtes laneæ,lineæ,ſericæ, & huiuſmodi, pro qualitate & conditione perſonæ.*

*Continentur etiam calciamenta.num.19.*

*20 Habitatione legata cenſetur legaſſe teſtator , vt liberè legatarius ibi eſſe & habitare poſſit,& ſic ire & redire.*

*Et cenſetur relicta habitatio pro ſe & eius familia.num.21.*

*22 Mulier dicitur ſocia domus mariti.*

*23 Habitationis nomine continentur etiam ſupellectilia,ſcamna,cathedræ,menſæ,& huiuſmodi.*

*24 Alimentis legatis præſtanda ſunt etiam ligna non ſolum pro coquendis cibis, ſed etiam calefaciendi cauſa hyemali tempore.*

*Comprehenditur etiam aqua , quando in ea regione vendi ſolet. num.25.*

*26 Alimenta quo tempore ſint præſtanda: & an pretio poſſit compenſari.*

*27 Lectum inter neceſſaria alimenta continetur.*

*28 Alimentorum nomine venit etiam equus , ſi alimentarij dignitas id fert.*

*Et pariter ſeruitores præſtari debent num.29.*

*Et pro ipſis ſeruis danda ſunt ſalaria.ibid.*

*30 Alimentis legatis etiam medicinæ continentur.*

*Continetur etiam impenſa ſtudiorum.num.31.*

*32 Alimentis legatis quantum pro ipſis ſit præſtandum,ſi ſimpliciter ſint legata,non adiecta quantitate.*

*33 Alimenta quando veniunt præſtanda ex pecuniarum quantitate, pecunia ipſa non eſt impendenda , ſed reponenda ad honeſtum lucrum,& ex eo redditu præſtanda erunt alimenta.*

*Et quid ſit inſpiciendum in præſtandis alimentis num.34.*

*35 Teſtator ſi reliquit alimenta, & exceſſit valorem redditus bonorum ſuorum, & hæres non confecto inuentario adiuit hæreditatem,totum relictum præſtare tenetur.*

*36 Alimentis legatis,quouſque ea debeantur,ſi ſimpliciter ſint legata,nec conſtat de teſtatoris voluntate.*

*Si autem legauit teſtator alimenta vſque ad pubertatem, pueris debetur vſque ad annum decimumoctauum , puellis vſque ad decimumquartum.num.73.*

*38 Pubertas in maſculis cenſetur vſque ad decimumquartum,in fœminis vſque ad duodecimum.*

*39 Alimentis legatis , nunquid debeantur etiam vxori & filijs legatarij,ſi non conſtat de teſtatoris voluntate.nu.ſeq.*

*40 Legatum alimentorum eſt quid perſonale , & ſic perſonam non egreditur.*

*41 Pater tenetur præſtare alimenta de iure communi filio & eius vxori.*

*42 Alimenta legata à quibus præſtari debeant.num.ſeq.*

*43 Hæres in dubio cenſetur grauatus à teſtatore præſtare legata, & eo defuncto adita hæreditate,ipſius hæres.*

*Si verò hæres non adiuit,vel adiuit,& factus eſt locus ſubſtitutioni,ſubſtitutus ille præſumitur grauatus præſtare legata.nu.44.*

*45 Hæredes quando plures ſunt inſtituti vel ſubſtituti, quinam teneantur ad legata.*

*46 Alimenta præſtantur quandoque ab vno ex legatarijs , quem teſtator grauauit d.onere.*

*Et legatarijs ipſis vita functis præſtantur ab eorum hæredib.nu.47.*

*48 Alimenta præſtantur quandoque ab executoribus teſtamenti.*

*Aliquando etiam ab vſufructuario , cui teſtator hoc onus impoſuit.num.49.*

*Et alijs deficientibus tenetur præſtare alimenta ille,ad quem peruenerunt teſtatoris bona , etiamſi fiſcus is ſit , qui ea obtinuit. num.50.*

*51 Alimenta quo tempore ſint præſtanda,ſi non apparet in eorum legato quando præſtari debeant:remiſſ.*

*Et in quo loco erunt præſtanda.num.52.*

*53 Alimenta ſi ſunt præſtanda mulieri,quæ ſaluo eius honore non poteſt habitare cum hærede , ſunt ei præſtanda extra propriam domum hæredis.*

*Idem quando alimentarius ob immodicam hæredis ſæuitiam cum hærede habitare non poteſt.num.54.*

*55 Alimenta ſunt præſtanda ab hærede extra propriam domum,quãdo inter ipſum & alimentarium orta eſſet lis & inimicitia.*

*Idem quando plures hæredes,quæ præſtare tenentur alimenta,diuiſerunt bona ipſa teſtatoris,& ſeparatim habitare cœperunt. num.16.*

*Idem quando caſu aliquo fortuito euenit , vt alimenta præſtari nequeant in domo hæredis.num.57.*

*Idem quãdo coniectura aliqua colligitur , teſtatorem voluiſſe alimenta præſtari debere in domo ipſius alimentarij.nu.58.*

CVM de penu legata,quæ ad alimẽta multum per-
tinet, & de alimẽtis nonnulla dicta ſint ſuperiore
præſumptione, requirit atque poſtulat locus iſte,
vt nunc paulò fuſiùs de ipſis alimentis diſſera-
mus. Eſt enim & hæc diſputatio tota coniecturalis. Et de qua
quidem omnium diligentius multa ſcripſit ex recentioribus,
bene eruditus iuriſconſultis Simon Petrus in tract.de inter-
pretatione vltimarum voluntatum.lib.5.dubitatione 11.& ali
qua etiam explicauit Io.Baptiſta Pontanus in tract.de alimẽ-
tis c.17. Ego verò diſtinctis aliquot caſibus paucula quædam
eorum ſcriptis adiungum.

Primus itaque † eſt caſus dum dubitatur,quando alimenta
1 dicantur legata? Et dicendum eſt,aliquando expreſsè,aliquã-
do tacitè relinqui alimenta,vt rectè aduertit Pontanus in d.c.
17.num.2. Expreſſe dicuntur relicta , quando teſtator verbis
claris & manifeſtis alimenta ipſa relinquit. Tacitè quando ex
coniecturata mente teſtatoris colligitur , voluiſſe relinquere
alimenta. Et multa quidem exempla commemorat Prætus.
2 Quorum primum eſt , quando † teſtator voluit filios ſuos ali
apud eorum matrem:vel ipſam matrem habitare debere cum
filiis ſuis,eos educando.Nam & ipſi matri præſumuntur reli-
cta alimenta. Ita Prætus in dicta dubitatione 11.nu.4.& Pon-
tanus in d.c.17.num.2.ex ſententia Baldi in l.ſi mulieri.in fi.
ff.de vſufruct.accreſ.Cremen.in ſing.66.

Idem ſi teſtator † dixit:relinquo vxori meæ habitationem
3 cum filiis meis. Baldus in l.vlt.num.8.C.de edicto diui Adr.
tollen.Natta in conſ.379.num.9.Prætus qui ſuprà: ſic etiam
reſpondit Bero.in conſ.24.nu.12.lib.2.& ſingulare annotauit
Cremen.in d.ſing.66.in fine.

Idem † ſi dixit:Relinquo gubernium , ſeu curam & admi-
4 niſtrationem domus vxori meæ. Nam intelligitur ei reliquiſ-
ſe etiam alimenta,ſicuti reſpondit Cor.in conſ.3.col.pen.li.2.
quem

quem ſecutus eſt Prætus vbi ſupra.numero quinto, idem ſenſit Caſtrenſis, quem commemoraui ſupra in præſumpt.140. numero 25.in fin.

5 Idem eſt,ſi † dixit relinquo filiæ,vt in caſu viduitatis reuerti poſſit in domo mea, vel filiorum hæredũque meorum. Hoc etiam caſu præſumitur,teſtatorẽ voluiſſe relinquere alimenta. Ita reſpondit idem Corne. in conſil.93.col.prima, libro 3.& ſequitur Prætus pręcitato loco.numero ſexto.qui in hãc ſententiam adduxit.l.Caio.§.vlt.ff.de alim.& ciba.lega.ibi,*Vt & tecum ſint ſemper volo.*

6 Idem ſi teſtator grauauit † hæredem,vt aliquem tractet tanquam filium.Hoc etiam caſu alimenta illi reliquiſſe præſumitur, vt in ſpecie reſpondit Ruinus in conſi.45.numero 5. libro 2.quem ſecutus eſt Prætus prædicto in loco nume.7.

7 Idem ſi teſtator † dixit,relinquo Caio ſuum viuere : vel relinquo victum. Ita Prætus qui ſupra.numero ſeptimo,ex ſententia Angeli Aretini in Tract.de teſtamentis.in glo.45.nu. nono.& Decij in l.de alimẽtis.numero quarto.C.de tranſac. Et manifeſtè probat tex.l. verbo victus.ff.de verb.ſignif.quo loci Petrus Rebuffus columna ſecunda, verſi.ex his ſumite; ſcripſit poſt Roma.in conſilio 146.& Bertrandum in conſil. 159.in fi.lib.primo,ſecundum nouam editionem,appellatione victus contineri neceſſaria ad viuendum:ſicuti etiam continentur ſub verbo,viuere.

8 Idem eſt,† ſi teſtator dixit,relinquo Caio, vt poſſit ſibi facere expenſas. Nam & tunc præſumitur legaſſe alimenta. Ita Prætus in loco ſupra commemorato, ex ſententia Angeli in authen.contra rogatus.C.ad Trebell. His accedit Rebuffus in l.verbo victus.columna ſecunda, verſi ſecundò, ſi quis.de verbo.ſignif.cùm dixit, nomine expenſarum, quas quis promiſit facere, contineri acceſſoria ad victum:atque ita alimenta.l.diuortio.§.impendia.ff.ſoluto matr.l.de bonis.§.non ſolùm ff.de carb.edict.& c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcript.in 6.

9 Idem † ſi teſtator dixit,relinquo Caio, vt poſſit ſe ſubſtentare. Nam & tunc alimenta reliquiſſe præſumitur. Ita Prætus vbi ſupra auctoritate Hierony.Gignantis in Tract.de penſionibus.q.51.nume.20.Et accedit Rebuffus in d.l.verbo victus. col.2.verſ.3.appellatione,qui multis iuribus probat.

10 Idem ſi teſtator dixit, † relinquo Caio pro neceſſitatibus ſuis, ad congruam ſuſtentationem.Hoc etiam caſu præſumitur legaſſe alimẽta.Ita Prætus in ſæpius citato loco.nu.9.poſt Craue.in conſ.199.nu.4.

11 Idem † ſi teſtator dixit, commendo Caiũ hæredibus meis in omnibus eius neceſſitatibus. Hoc etiam caſu præſumitur legaſſe alimenta. Ita reſpondit Alex.in conſilio 158.numero ſexto,libro ſeptimo,qui numero octauo,&nono,dixit,hoc intelligi,ex quadã ęquitate, & quando Caius erat pauper.Alex. ſecutus eſt Prætus qui ſupra numero decimo, qui numero 11. ſubiungit, quod ſi teſtator reliquit aliquid pauperi, intelligitur pro alimentis. Quæ ſanè traditio ad rem noſtram non pertinet:cùm aliud ſit relinquere alimenta,vt noſtra eſt diſputatio : aliud relinquere aliquid pro alimentis : ſicuti quando pauperi relinquitur.

12 Idem † quando teſtator reliquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariã,inſtitutis hæredibus proprijs filijs.Hoc etiam caſu præſumitur legaſſe alimenta. Ita in ſpecie noſtra ſcripſerunt Prętus pręcitato in loco.nume.12.& Pontanus in dicto Tract de alimentis.c.17.nume.3.Qua de re diſſeruimus ſupra copioſè in præſum 139.

13 Secundus eſt caſus, quando † ambigitur,quid nomine alimentorum à teſtatore relictorũ contineatur?Et primùm quidem dicimus contineri cibaria,veſtitum & habitationem Ita Iauolenus in l. legatis.ff.de alim.& cibar.legat.cuius verba hæc ſunt.

*Legatis alimentis cibaria & veſtitus & habitatio debebitur : quia ſine his ali corpus non poteſt.*

Et Paulus in l.vlt.eod.tit.ita reſpondit.

*Rogatus es, vt quendam educes, ad victum neceſſaria ei præſtare cogendus es.Paulus.Cur plenius eſt alimentorum legatum,vbi dictum eſt, & veſtitarium & habitationem continere? imò ambo exæquanda ſunt.*

14 Et his colligitur † nullam eſſe differentiam inter legatum alimẽtorum & educationis cùm idem ſit educare quod alere. l.3.§.item ſi quis.ff.de lib.hom.exhib.& l.ſemper.§.& ſi nõ. ff.de iure immun.ſicuti idem eſt legare victum quod alimẽta.

15 Cum † victus verbum contineat,quæ eſui,potui,cultuiq; corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt.l.verbo victus.ff.de verb.ſignif. legatum itaque alimentorum vel victus,vel educationis continet cibum, potum,veſtitum,habitionem,& alia neceſſaria,id quod etiam ex noſtris ſcripſerunt Bar.in l.ſi cum dotem.§.ſin autem.ff.ſoluto matr.& in Tract. de alimentis.num.6.Socin.Sen.in conſ.10.num.15.lib.1.Rui. in conſ.139.num.2.lib.4.& alios refert Pontanus in d.c.17. nu.20.Et cibaria contineri ſub nomine alimentorum,multorum auctoritatibus comprobauit (& ſi neceſſe minimè fuit) Antonius Corduba in l.ſi quis ex liberis.§.non tantum.num.

16 2.ff.de liber.agno.Porrò cibi nomen † comprehẽdit panem, carnes,& reliqua edulia pro qualitate & conditione perſonæ. Alij enim ſunt cibi nobilium,alij ruſticorum.Ita in ſpecie annotauit Petrus Rebuffus in l.verbo victus.columna quinta. verſi.intellige victum.ff.de verb.ſigni. Et non ſolum habetur ratio cibi ipſiuſmet legatarij atque ita hominis:ſed etiam animalium, puta equorum,vel mulorum,ſi id fert ipſius legatarij perſona:aliàs non.Ita declarando reſponſum Baldi in conſilio 192.Quidam nomine.libr.quinto.ſcripſit præcitato in loco Rebuffus.columna quarta, verſi.notandum eſt, qui idem eſſe dixit, quando coniecturis conſtat, præſtandũ eſſe cibum pro ipſis animalibus.

17 Cibariorum nomine continetur † & potus: ſicuti multis probat Corduba in dicto §.non tantum.numero quarto.reiecta Oldradi opinione.

Potus autem nomine continetur vinum, ceruiſia & alia potionis genera.Rebuffus in d.l verbo victus.in principio.Continentur etiam aqua illis in locis,in quibus emitur, vt Romæ, & Venetijs multoties,vt dicemus infra.

Continetur etiam ſub hoc nomine potus vaſa, quibus ad potandum vtimur.l.3.ff.de penu.lega.& annotauit Rebuffus qui ſupra.col.1.verſi.potoria.

18 Veſtiti verò nomen † continet veſtes laneas,lineas,ſericas, & ſimiles.l.veſtis.§.1.ff.de auro & arg.leg.

Cæterùm hoc intelligitur pro qualitate & conditione perſonæ.l.pen in princi.ff.de alim. & ciba.leg.& tradunt Alex.in rub.ff.ſoluto matr.nume.26.vbi Ripa.nu.56.Antonius Corduba in l.ſi quis à liberis.§.non tantum.nume.16.ff.de liberis agnoſcendis. & Simon Prætus in Tracta. de interpretatione vltimarum voluntatum.lib.4.dubitatio.11.nu.58.

19 Continentur etiam calciamenta:† cùm hæc ſint pedum veſtes quædam. Ita reſpondit Rolandus in conſilio vigeſimoſecundo,numero quinto,libro primo,& ſecutus eſt Corduba in dicto §.non tantum.nu.39.Idem ſenſit Io.Baptiſta Pontanus in Tract.de alimentis.cap.17.nu.20.

20 Habitationis † verò nomen continet, vt liberè ibi eſſe & habitare poſſit, atque ita ire & redire.Ita in ſpecie reſpondit Bero.in conſilio 48.numero primo.libro 2.Et ibidem.nume. 11.dixit,habitationem eſſe partem & ſpeciem alimentorum

21 Et intelligitur † relicta habitatio pro ſe & eius familia, nempè vxore & alijs.l.cæterum.§.mulieri.ff.de vſu & habita.

22 Ne vir ipſe vxore & familia careat:cùm ſit † mulier ſocia domus mariti.l.aduerſus.C.de crimin.expil.hæred.continentur

23 † etiam ſupellectilia,quas maſſaritias vulgò appelãt, vt ſcamna, cathedras, menſas & ſimilia.Simon Prætus in d.dubitat. 11,numero quadrageſimo ſecundo.

24 Alimentorum etiam † nomine diximus contineri alia homini neceſſaria:& propterea præſtanda ſunt ligna non ſolùm pro coquendis cibis:ſed etiã calefaciendi cauſa hyemali tempore : ſicuti in ſpecie tradit Simon Prætus in d. dubitatione. 11.nume.41.

25 Continetur † etiam aqua, quando in ea regione & loco vendi illa ſolet, vt Romæ, Venetijs & alibi lege prima.ff.de alim. & ciba.lega. Horatius libr.1.ſermonum Satyra quinta commemorat aquam certis in locis fuiſſe vænalem. Quo circa dubitat in d.l.1.Bar.num.2.non aquam ipſam præſtandam eſſe,ſed pretium.Et cum Bart.ſenſerunt alij.

26 Ea † ratione vſus eſt Bar.quia alimenta pręſtari debent vel in initio anni,vel ſingulo quadrimeſtri,vel ſingulo menſe : vt dicemus infra in pręſumptione.... Sed cùm alimenta quędam corrumperentur,ſi integro menſe adſeruarentur,vt aqua piſces,carnes, & ſimilia,ob id eorum pretium præſtari debet. Cæterùm



Cæterùm à prædictis diſſentit Antonius Corduba in l. ſi quis à liberis. §. non tantum. num.11. ff. de liberis agno.qui opinatur tex.l.Mela. §. cum quidam. ff. de alim. & ciba. leg. non probare:cùm illo in reſponſo idem ſcripſerit Vlpianus; quod in l.1.eo.tit.aquam ſcilicet contineri legatis alimentis. Si in ea regione aqua emi ſolet. Et non ſolùm de aqua potus cauſa:ſed & ad alium alimentorũ vſum ſenſit Vlpianus,alioqui nullũ,vel modicum afferret emolumentum aquæ legatũ.

27 Lectum quoque inter † neceſſaria alimenta continetur.l. quos nos:§.verbum viuere.ff.de verb.ſignif.& tradũt Bar. in Tract.de alimentis.num.3.Angelus Aretinus in Tract.de teſtamentis.in glo.45.num. 7. Alciatus in l. verbo victus. ff.de verb.ſignif. Rolandus in conſi. 22. num.6.lib.1.Corduba in d.§.non tantùm.num.25.

28 Continetur † etiam equus, ſi alimentarij dignitas id fert; ſicuti rectè explicant Corduba in d.§.non tantùm.nume.26.

29 & Bertran.conſi.52.in fi.lib.4.& pariter præſtari debent † ſeruitores, qui inſeruiant alimentario, ſi talis eſt eius ſtatus & dignitas:& pro ſeruis ipſis præſtanda ſunt ſalaria.l.cum plures.§.ſi tutor.ff.de adm.tuto.l.habitatio. ff. de ventre in poſſ. mitten.& l.vxori.ff.de auro & arg.lega.& in ſpecie ſcripſerunt Bald.in rub. extra de vita & hon. cler. Grat. in conſ.67. num.16.lib. 2. & Simon Prætus in Tract. de interpretatione vltima.volunta.lib.4.dubitat.11.num.59.

30 Medicinæ † quoque inter alimentorum legatorum neceſſaria comprehenduntur:ſicuti ſcripſerunt Bar. in l.liberis. la 2.§.1.num... ff.de alim. & ciba.lega. & in Tract. de alimentis. numer.4.Corneus in conſ.286.num.9.lib.3.Angelus Aretinus in Tract.de teſtamentis.in glo.45.nume.7. Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſſimo.num. 3. ff. ſoluto matr. Decius in l.de alimentis.num. 3. C. de tranſact.Paulus Picus in l.Titia.§.Titia cum nuberet.num. 161.de leg.2. Petrus Rebuffus in l.verbo victus.de verb.ſignif.Rolandus in conſ.22. num.3.lib.1. Simon Prætus in Tract.de interpretatione vltimarum voluntatum.lib.4.dubitatione.11.num.37 & 38.

31 Impenſa ſtudiorum cauſa † regulariter alimentorum nomine non continetur. l.legatis.in fi.ff.de aliment. & ciba.lega.*Cætera*(inquit Iauolenus)*quæ ad diſciplinam pertinent, legato non continentur*.Et in l.ſeq.ita ſubiungit Paulus. *Niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur.*

Porrò ſatis creditur teſtatorem voluiſſe præſtari ſtudij & diſciplinæ impenſam,quando ſanguinis charitas, & affectio id ſuaderet:vt ſi teſtator legauit alimenta filio ſuo naturali, vel ſimili, cui alias iudicis officio tenetur præſtare alimenta, & hanc ſtudij & diſciplinæ impenſam.iuxta traditionẽ Bar. in l.legatis.num.1.ff.de alim.& ciba. lega. & in Tract. de alimentis.num. 2. & latè explicat Corduba in d. §. non tantùm num,31.& 35.qui ſcriptum reliquit,impenſam ſtudiorum cauſa contineri nomine alimentorum,quando quis tenetur alere ratione pietatis,vt pater filium etiam ſpurium. Idem poſt alios reſponderunt Craue.in conſi.336.num.47.& Decianus in conſil.14.num.14.lib.1.& in conſi.30. num. 6. lib. 2. Idem ſcripſit Pontanus in Tract. de alimentis.c.17.num.21.

32 Tertius eſt caſus,quando † ambigitur ; quantum pro ipſis legatis alimentis præſtandum ſit. Hac de re plura ſcripſi in lib.2.de arbitrarijs iudicum. caſu. 169. quo loci dixi, in hoc verſari iudicis arbitrium;Idem nouè ſcripſit.Io. Baptiſta Põtanus in Tract.de alimenti.c.7.num.1.

Porrò iuſtus & prudens iudex(vt pauca aliqua addam iam ſcriptis) ſuum hoc arbitrium regulare debet iuxta ordinem Valentis in l. pen. in prin. ff. de alimen. & ciba. lega. cuius verba hæc ſunt.

*Cum alimenta per fideicommiſſum relicta ſunt non adiecta quantitate:ante omnia inſpiciendum eſt,quæ defunctus ſolitus fuerat ei præſtare : deinde quid cæteris eiuſdem ordinis reliquerit.Si neutrum apparuerit : tum ex facultatibus defuncti,& caritate eius, cui fideicommiſſum datum erit, modus ſtatui debebit.*

Hactenus iuriſcon. qui requirit eſſe prius inſpiciendum, quæ alimenta ſolitus erat teſtator præſtare ipſi legatario. Simile reſpondit Vlpianus in l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.de leg.2. cùm dixit,inſpiciendam eſſe ante omnia teſtatoris cõſuetudinem in interpretando legato numorum;de quibus ſcilicet ille ſenſerit.Hinc ſcripſerunt Picus & Pariſius,quos probaui in d,caſu.169.nu.3.in conſtituendis alimentis conſiderãdum eſſe vſum,& conſuetudinẽ familiæ ipſius teſtatoris. Et vſum atque conſuetudinem teſtatoris eſſe conſiderandum reſponderunt etiam Bero.in conſ.48.num.11. lib.2. & Decianus in conſ.9.in fin.lib. 1. & idem tradit Pontanus in Tract. de alimentis.c.17.num.27.qui ex Bart.& aliorum ſententia vltimũ ſolitum eſſe ſpectandum.Deinde & ſecundò(inquit Valens) inſpiciendum eſt,quid cæteris legatariis, quibus reliquit alimenta,legauerit.Tertiò,(ſi prædicta deficiunt, ) conſiderare debet facultates,& charitatem eius,cui relicta ſunt alimenta:atque ita quantitas patrimonij teſtatoris,& qualitas perſonæ legatarij inſpicienda eſt. Eſt ſimile quod habetur in l. 2. ff.vbi pup.educa.debet.Quo loci reſpondit Iuriſconſ.Prętorem in ſtatuendo modo alimentorum pro pupilli educatione, quantitatem patrimonij & qualitatem perſonæ pupilli conſiderare debere. Eſt ſanè inſpicienda quantitas patrimonij,ex cuius redditibus, non autem alienando proprietatem præſtanda ſunt alimenta.Quemadmodum ex ſententia Bart. Decij,Cra.& aliorum quamplurimum ſcripſi in d.caſu.169. num.3.Et præter à me commemoratos idem affirmarũt Bertrandus in conſ. 19.num.1.vol.1.par. 2.& in conſ. 268.num.1. vol.2.par.1.Natta in conſ.48.num.6.lib.1. Pontanus in d. c. 7.num.1.& Simon Prętus in ſæpius citato Tract.de interpretatione vltimarum voluntatum lib.4.dubitatione.11. nu. 62.

33 & num.63.Qui.num.71.ſubiunxit,quod ſi alimenta † præſtãda ſunt ex pecuniarum quantitate,pecunia ipſa impendenda non eſt in præſtandis alimentis:ſed reponenda & collocãda eſt ad honeſtum lucrum, & ex eo lucro & reddito præſtanda erunt alimenta:vt probat.l.Diui.ff.ad legem Falcid.vbi Bart. Caſtr.Imola & Alex.annotarunt.Et idem reſponderunt Alex. in conſ.100.in fin.lib.1.Alciatus in reſp.243.Quantum. nu.4. ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem.

Et quantitas ipſa patrimonij bonorumq; teſtatoris conſiderari debet,deductis prius alimentis filiorum teſtatoris,deinde extranei alimentarij. Sicuti ſcripſerunt Baldus in l. 1. §. officio.in fin.ff.de tuto.& ratio:diſtrah.Picus in l.Titia.§.Titia.num.61.de leg.2.Soc.Iun.in conſ.97.num.24.lib.1. Natta in conſ.387.num.8.& Crau.in conſi.917.in fin. lib.5.

Reſpondit demum Valens in d. l. pen. inſpiciendam eſſe caritatem,ſeu qualitatẽ legatarij, cui relicta fuerunt alimẽta. Nam alia ſunt alimenta, quæ præſtari debent maſculo, alia quæ fœminę:alia nobili,alia ruſtico & ignobili:ſicuti ſcripſerunt Angel.& Imola in l. Neſennius.§.vlt.ff.de re iud. Tiraq. in Tract.de nobilitate.q.20.nu.142.& nu.153. & nouè Ponta. in d.Tract.de alimentis.c.7.num.3. Alia etiam ſunt alimenta præſtanda puero, alia viro & adulto.l.cum vnus.§. vlt. ff. de alimen.& ciba.lega.quo loci reſpondit Papinianus, alimẽta præſtanda eſſe pro incrementis ætatis.

34 Cæterùm † qualitas ipſa legatarij alimentandi conſiderari debet ex præſenti ſtatu, cum eget, non autem ex præterito, quando ex diuitiis affluebat.Ita Bald.in l.ſi maritus.la 2.ff.ſoluto matr.Iaſ.in l.cum ij.§.vult igitur.n.1.ff.de tranſact.& Antonius Corduba in l.ſi quis à liberis.§.non tantum.n.17.& 18. ff.de liberis agno.qui egregiè comprobat & declarat.

Erit etiam conſideranda atq; inſpicienda regionis cõſuetudo & vſus.Ita ſcripſi in d.caſu.169.nu.3.verſ.erit etiam,quo loci huius ſententiæ commemoraui Ancharanũ,Franciſcum Marcium & Crauettam. Et idem nouè ſcripſerunt Decianus in conſ.9.in fi.lib.1.& Prætus in dicta dubitatione 11.num.58. Hoc iudicis arbitriũ ceſſat quando teſtator expreſsè legauit,

35 & ſi exceſſit † valorem redditus bonorum ſuorum : & hæres non confecto inuentario adiuit hæreditatem.Nam tunc totũ relictum præſtare debet. Ita Iaſon in l.vlt.§.& ſi præfatam. col,2.C.de iure delib.& Bertr.in cõſ.268.n.5.& 6.vol.2.par.1.

36 Quartus eſt caſus,quando † dubitatur,quouſque præſtãda ſunt legata hæc alimenta? Vlpianus in l.Mela.in pr.ff.de alim. & ciba.lega.ita reſpondit.

*Mela ait:ſi puero, vel puellæ alimenta relinquantur vſque ad pubertatem deberi.Sed hoc verum non eſt. Tamdiu enim debebitur,donec teſtator voluit:aut,ſi non apparet,quid ſentiat:per totum tempus vitæ debebuntur.*

Hactenus Vlpianus,qui primùm voluit,eſſe inſpiciendum quid voluit teſtator.Si verò non conſtat de teſtatoris voluntate, præſumitur reliquiſſe alimenta per totum tempus vitæ ipſius legatarij.Et illo in loco annotarunt gloſſ.& Bart. idem ſcripſe-

ſcripſerunt Corneus in conſil.311.in fin.li.3.Ruinus in conſi. 38.numer.4.lib.2,Gramma.in deciſi. 101.num.56.& in deciſ. 102.numer.112.Decia.in conſil.30.in fi.lib. 2. Marchabrunus in conſil.71. nume.5.Cephalus in conſil.485.numer.83.lib. 4. Prætus in dicta dubitatione vndecima. num.87.Pontanus in d.c.7.num.4.& Antonius Corduba in l.ſi quis à liberis.§. non tantum.numer.62.ff.de liberis agno.qui alijs iuris locis hanc receptam ſententiam probauit.

37 Porrò † ſi teſtator alimenta reliquit vſque ad pubertatem; pueri vſque ad decimum octauum; puellæ vſque ad decimum quartum annum alimenta conſequentur.Ita fauore alimentorum Hadrianum conſtituiſſe teſtatur Papinianus in d. l. Mela. §. 1. cùm tamen † in reliquis pubertas in

38 maſculis ſit in decimo quarto anno; in fœminis verò in duodecimo, ſicuti notiſſimum eſt & Papiniam reſponſum ſingulare eſſe dixit Franc. Cremenſ. in ſing. 77. Et in alimentis illa ætas à legiſlatoribus ob id conſiderata ſic fuit: quia ante ætatem illam apti non ſunt pueri vt ſua induſtria & arte valeant victum ſibi comparare. Huius etiam reſponſi Papiniani meminit & Photion in Nomocanone tit.4.cap. 13.& ibidem Balſamon in annotationibus.

39 Quintus eſt caſus, quando † ambigitur, an alimenta legatario relicta præſtanda ſint pro eius vxore & filijs? Et præſtanda non eſſe ſenſit Calderinus in conſilio tertio, tit. de teſta. quem ſecutus eſt Prætus in dicta dubitatione vndecima. numero 22.

40 Ea ratione vſus eſt Calderinus; quia legatum alimentorum † eſt quid perſonale, ob id perſonam non egreditur. l.4.ff.de alim.& ciba.lega.

Exiſtimo alimenta deberi etiam pro vxore legatarij,ſi eo teſtamenti tempore legatarius eam habebat. Si quidem præſumitur legaſſe alimenta ſecundum qualitatem perſonæ, cui ea reliquit vt attigimus ſupra, & confert text. l.plenum. §.equitis.ff.de vſu & habita.

Et hæc quidem ſententia locum habet ſine magna controuerſia, quando teſtator legauit alimenta filio ſuo, etiam ſi ſpurius is ſit.Nam tunc debentur alimenta etiam pro vxo-

41 re ipſius filij:cum † iure ipſo communi teneatur pater ſic alimenta præſtare filio & eius vxori: ſicuti ſcripſerunt glo. Bar.& Albericus in l.ſi quis à liberis.§. nõ tãtùm.ff.de liberis agno.& ibidem Anto.Corduba.nu:42.qui eiuſdem ſententię recenſet Didacũ Couar. in epitome de ſpõſalibus, in ſecũda parte.c.8.§.6.nu.5. Idem ſcripſit doctiſſ.Palæotus de nothis ſpurijſque filijs.cap.47.num.7.

42 Sextus eſt caſus, quando † dubitatur à quo præſtari debẽt alimenta legata. Et primò dicendum eſt præſtanda eſſe ab hærede; cui in dubio præſumitur iniunctum hoc onus. l. 3.

43 ff.de alim.& ciba.leg.ſic † & in dubio hæres cenſetur grauatus præſtare legata à teſtatore.l. legatum. vbi glo.ff.de leg. 2.& §.legatum.Inſtit.eo.tit.& ſcripſi ſupra in præſump.131. numer.11.Hærede ipſo vita functo, adita ſcilicet hæreditate ipſius hæredis,hæres tenetur alimenta hæc præſtare. l.alimẽta.in prin.ff.de alim.& ciba.lega.vbi Bar.num. . . & Rimina. Senior in conſi.250.num.4.

44 Si verò hæres † hæreditatem non adiuit, vel adiuit, & factus eſt locus ſubſtitutioni vel vulgari, vel fideicõmiſſariæ, ſubſtitutus ille præſumitur grauatus præſtare ipſa alimenta. l.4.§.vltim.ff.de alim.& ciba.lega.& tradunt Bar. in l. Mela. in prin.numer.6.ff.eo.Riminal.Sen.in conſi.250.num.14.lib. 2.Iaſon in conſi.95.col.1 lib.1.Simon Prætus in Tract. de interpretatione vlt.volunt.lib.4.dubit.11..nu. 29. qui idem eſſe ſcripſit in alijs legatis, quæ ſi ab hærede perſoluta non ſunt, præſtari debẽt à ſubſtituto. Et de legatis ſucceſſiuis ita ſcripſi ſupra in d.præſump.131.num.12.

45 Porrò quando † plures eſſent inſtituti, vel ſubſtituti hæredes, qui ſinguli pro contingenti eorum portione tenerentur alimenta ipſa præſtare, alimentarius ipſe compellere poterit hæres ipſos,vt eorum vnus eligatur, qui pro omnibus alimenta ipſa præſtet, ne cogatur alimentarius oſtiatim, modò ab vno modò ab altero petere. Ita reſpondit Vlpia.in l.3.ff.de alim.& ciba.lega.vbi Bart.nume.1.& idem in Tract. de alimentis. colum.2.qui copioſè explicat, & ſecuti ſunt Ruinus.in conſil. 80.num.1.conſil.81.nume.4.lib.2. Rolandus in conſil.27. numer. 16. lib. 1. & Prætus in dicta dubitatione vndecima.numero 26.

46 Interdum etiam alimenta † præſtantur ab vno ex legatariis, quem teſtator grauauit hoc onere.l. pecuniæ.l. cum vnus.in princ.l. Caio.in princ.& l.à filio.in princ.ff.de alim. & ciba.legat.Et his in locis gloſſ.Bart. & reliqui, & Rolandus qui ſupra.

Legatarij etiam tenerentur præſtare relicta alimenta,quãdo hæres ea præſtare non poſſet,vt reſpondit Roma.in conſ. 189.in fin.

47 Legatariis ipſis † vita functis tenetur eorum hæredes. d. l. cum vnus,in prin.& d.l.à filio.§.idem quæſiit.

48 Interdum præſtari † debent alimenta ab executoribus teſtamenti. l. alio. ff. de alim. & ciba. legat. vbi latiſſimè Bart. diſſerit.

49 Aliquando † etiam præſtantur ab vſufructuario,cui teſtator hoc onus mandauit.l.hactenus.ff.de vſufructu,vbi gloſſ. & Docto.

50 His deficientibus † tenetur præſtare alimenta ille,ad quẽ peruenerunt teſtatoris bona,etiam ſi fiſcus is ſit,qui ea obtinuit. Ita reſpondit Marcianus in l.2.in fin.ff.de alim.& ciba, lega.cuius verba hæc ſunt.

*Et licèt ad fiſcum bona fuerint deuoluta, ex quibus alimenta debeantur:præſtanda ſunt:ſicuti ſi ad quemlibet ſucceſſorem tranſiſſent.*

Et illo in loco explicant gloſſ.& Docto.Boſſius in Tract. cauſarum criminalium.in tit. De alimentis præſtandis vxori.num.3.Prætus in dicta dubitatione vndecima. num.35.& nouè M. Antonius Peregrinus in Tractat.de iure fiſci. lib. 5. numero 75.

51 Septimus eſt † caſus, quando dubitatur,quo tempore præſtari debeãt alimẽta.Hac de re diſſeremus infra in præſum.... vbi explicabimus quo tempore præſtanda ſunt legata.

52 Octauus & nunc vltimus † eſt caſus,quãdo ambigitur quo in loco præſtanda ſint alimenta.Hanc diſputationem copioſè explicaui in commentariis de arbitrariis iudicum lib.2.caſu.170.quo loci.num.8.ſcripſi, hæredem grauatum præſtare alimenta poſſe ea in proprio domicilio perſoluere. Ita dixi ſcripſiſſe Bart. in Tract. de alimentis. num. 24. & Ioſephum Ludouicum in deciſ.46.num.9.

His accedunt idem Bartol.in l.1.num.4.ff.de alim.& ciba. lega.Ang.& Fulg.in l.cũ ij.§. vult igitur.ff.de tranſact.& Prętus,quem mox referam.num.104. Dixi etiam in d.caſu.170. num.9.hæredem pręſtare debere hæc alimenta in domo propria.Et huius ſententiæ commemoraui Bart. Baldum, Alex. Socinum Seniorem,Iaſonem,Ruinum,& Picũ, quibus addo nunc Riminaldum Seniorem in conſ.250.n.7.& in conſ.589. Iacobum Æmilianum in conſi.145.num.15.Rolan.in conſ.22. num.9.lib.1.& in conſ.89.num.14.lib.3.Decianus in cõſ.49. num.19.lib.1.Io.Baptiſta Põtanus in Tract.de alimentis.c.7. in fi.& c.17.num.8.& num.15.

Eſt hæc quidem recepta ſententia: Et ſi ab ea diſſentiunt Baldus in l in annalibus,num.4.C. de lega.Bero.in conſ. 24. num.14.lib.2. & Simon Prætus in Tract. de interpretatione vltimarum voluntatum.lib.4.dubitatione.11. num. 100. qui num.102.teſtatur,& malè, hanc poſtremam opinionem eſſe communẽ. Et illa quidem prima opinio multo magis locum habet, quando teſtator dixit quod alimentarius deberet habitare cum ipſo hærede.Senſit enim teſtator, quod in eadem hæredis domo præſtentur alimenta. Ita poſt alios Alexand. in conſil.178.num.5.lib.6.Riminal.Sen.in dict. conſilio 170. num.8.Bero.in dict.conſ.24.num.14.lib.2.Gratus in conſ.69. num.7.lib.2.& Prætus qui ſupra.num. 110.

Cæterùm multæ conſiderari ſolent cauſæ quibus hæres ipſe non in domo propria, ſed alibi pro alimentarij commodo præſtare debent alimenta.Ita ſcripſi in d. caſu.170. nu. 12.

53 Et prima quidem eſt cauſa, † vt illo in loco ſcripſi, quando præſtanda ſunt alimenta mulieri,quæ ſalua honeſtate nõ poteſt habitare cum hærede. Hoc ſanè caſu tenetur hæres præſtare alimẽta extrà propriam domum.Ita dixi affirmaſſe Baldum, Iaſonem,Picum,& Rolandum. His accedũt Riminal. Sen.in conſ.280.num.12.lib.2.& Bero.in conſ.185.num.2.li.1. & in conſ.24.num.10.in conſ.52.num.15. lib. 2. & Prætus vbi ſupra num. ..

54 Eſt & ſecunda cauſa, † quando alimentarius ob immodicam hæredis ſæuitiam cum eo habitare non poteſt. Ita præcitato



citato in loco dixi ſcripſiſſe Baldum & Caſtrenſem. Nunc addo Riminaldum Sen. in conſ.250.nu.7.Bero in d.conſ.185. num.2.lib.1.& Prætum.in d.num.113.& inquit Bero.alimentarium probare debere prædictas cauſas.Id quod & ego ipſe ſcripſi in d.caſu.170.nume.12.& idem tradit Pontanus in Tract.de alimentis.c.17.nu.8.

55 Tertia cauſa eſt,quando † inter hæredem & alimentarium orta eſſet lis & inimicitia. Hanc enim iuſtam eſſe cauſam, ne ſimul habitent,ſcripſi in d.caſu.170.nu. 16. ex ſententia Iaſonis,Rolandi,& Ioſephi Ludouici.Idem affirmarunt Rimin. Senior in dicto conſilio 280.numero decimo, & Prætus vbi ſupra.

56 Quarta cauſa † eſt quando plures hæredes, qui præſtare tenebantur alimenta in domo, diuiſerunt bona ipſa teſtatoris,& ſeparatim habitare cæperunt.Ita pręcitato in loco ſcripſi ex ſententia Ruini & Rolandi. Ita etiam tradit Prętus in d.dubitatione vndecima.num.113.

57 Quinta eſt cauſa † præſtandi alimenta extrà domum hæredis:quando caſu aliquo fortuito euenit, vt alimenta præſtari nequeant in domo hæredis:Ita ſcripſi in d.caſu.170.nu. 17.poſt Picum,quem retuli:& Prætus qui ſupra.

58 Sexta eſt cauſa,quãdo † coniectura aliqua colligitur, teſtatorem voluiſſe alimẽta præſtari debere in domo ipſius alimẽtarij,ſicuti dixit in d.caſu.170.nu.18.vbi declaraui. Non diſſentit Prætus in d.dubitatione vndecima.nu.113.

## PRÆSVMPT. CLVIII.

Alimentis duobus vel pluribus coniunctim legatis an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris locum habeat ius accreſcendi.

### SVMMARIVM.

*1 Iuri accreſcendi an & quando ſit locus inter alimentorum collegatarios,ex præſumpta mente teſtatoris.*

*2 Alimenta ſi duob. coniunctim ſint legata, nec teſtator expreſſè diſpoſuit, quòd altero eorum decedente vel repudiante ſuperſtes totum haberet, portio præmorientis vel repudiantis alteri non accreſcit.*

*3 Alimentorum legatum non reiteratur.*

*4 Alimentorum in legato facto pauperibus,ſicque ad pias cauſas non habet locum ius accreſcendi.*

*Idem in legato alimentorum tacito.num.5.*

*6 Iuri accreſcendi tunc eſt locus in legato alimentorum, quando teſtator duobus coniunctim legauit alimenta, & diſpoſuit,quòd vno eorum decedente alter haberet deficientis portionem.Et ſimiliter in caſu,vt num.8.*

*Declara,vt nu.7.*

1 Convenit huic loco † vt diſſeramus, an & quando inter alimentorum collegatarios locus ſit,vel non ſit iuri accreſcendi ex præſumpta mente teſtatoris:Hanc diſputationem paucis abſoluam,cùm de ea copioſè reſponderim in conſ.231.num.67. & ſubſequentibus lib.3.quo ſane loci & ſi diſtinxi quinque caſus: attamen tres tantùm ad rem noſtrã pertinent.

2 Primus quorum † eſt, quando teſtator duobus coniunctim legauit alimenta, & expreſſe non diſpoſuit, quod altero eorum decedente, vel repudiante, ſuperſtes totum haberet. Hoc in caſu portio præmorientis, vel repudiantis non accreſcit alteri. Ita Bar.Crottus,Iaſon,Ripa, Alciatus,& Pancirolus,quos commemoraui in d.conſ.231.nume.70.& accedit Marchabrun.in conſ. 1.nume.63. Ita etiam intelligo Albericum in l.1.nu.5.in fi.ff.de vſufructu accreſcen. Baldum & Fulgoſium in l.ſub cõditione.in fi.ff.de vſufructu & quemad. quis vta. Idem ſcripſerunt Florianus in l.dominus fructuario. ff.eo de vſufructu,Rui.in conſ.86.num.4.lib.1. Alciatus & Io. Bolognetus in d.l.re coniuncti,ille num.48.iſte nu.305. His accedunt Io.Lupus in c.per veſtras in primo notab.§.24.nu. 7.de dona. inter virum & vxo.& Duarenus in lib.2.de iure accreſcendi,c.14.

Quarum quidem ſententiã probatur text.l.dominus fructuario.§.1.ff.de vſufructu:quo loci,legatis alimentis pluribus libertis,vna portione deficiente reuertitur ad dominum , non autẽ accreſcit aliis colibertis ſuperſtitibus:ſicuti etiã glo.ibi declarat.Hac quoq; ſentẽtiã approbat.l.pen.§.1.ff.ad l.Falcid.

3 Et accedit ratio,quia † legatum alimentorum non reiteratur,ſeu duplicatur:cum (vt ita dicam) vnus pro duobus edere & bibere nõ poſſit.l.alimenta.§.Baſilicæ.ff.de alimen.& cib. lega.quem infrà exponam.Et propterea Baldus,Fulgoſius ac Florianus,quos ſuprà commemoraui , appellant legatum taxatum.Habet enim pro qualitate perſonæ taxationem quandam: Quæ ſanè taxatio impedit ius accreſcendi.l.Lucius.§. quæ habebat.ff.ad Trebell.

4 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiam in legato alimentorum facto pauperibus:ſicque ad pias cauſas, Ita Ripa in d.l.re coniuncti.nu.141.in fi.poſt Bal.in l.1.col.17.C.de ſacroſanct.eccleſ.

5 Extenditur † ſecundò,vt procedat etiam in legato alimentorũ tacito.Ita Ripa in d.l.re cõiũcti.nu. 142.& eo prius Crottus ibidem.nu.73.ſicuti eſt illud annuum relictum pauperib. quod pro alimentis intelligitur: vt tradunt glo.Bart.& reliqui in l.cum ij.§.ſi in annos,ff.de tranſactio.

6 Secundus eſt caſus,quando † eſt teſtator duobus coniunctim legauit alimenta & diſpoſuit, quod vno eorum decedente , vel repudiante,alter haberet deficientis portionem. Hoc ſanè caſu locum eſſe iuri accreſcendi ſcripſi in d.conſ. 231.nu. 70.verſ.quartus eſt caſus:& nunc accedit Marcabrunus in d.conſ.1.nu.64.Et dixi in d.conſ.231.nu.70.caſum hunc probari illo tex.d.l.alimenta.§.Baſilicæ.ff.de alim.& cib.leg. vbi admittitur reiteratio legati alimentorum , ſi apparet teſtatorem ita voluiſſe. Sicuti ſignificant illa verba Scæuolæ ita ſcripta.

*Reſpondit ſecundum ea,quæ proponerentur,non deberi , niſi hoc quoque ei datum probaretur.*

Etſi enim duplicata alimenta quis ſumere nequeat: pinguiora tamen,vt nobilius viuat,habere poteſt.

7 Declaratur hic caſus,vt † locum nõ habeat quando teſtator ob incapacitatem legatariorum non poſſet diſponere, quod ſit locus iuri accreſcendi inter eos,ſicuti quando legaſſet alimenta filiis ſpuriis:qui vltra certum modum capere nõ poſſunt.Ita in ſpecie declarat Marchabrunus in d.conſ.1.nu. 66.& 67.

8 Tertius eſt caſus, quando † teſtator duobus vel pluribus legauit quantitatem pro alimentis ſeparatim tamen,vt puta, ſingulis eorum centum pro alimentis:& eos inuicem expreſſe ſubſtituit,vt ſcilicet altero eorum præmoriente, vel repudiante alter ſuccederet.Hoc in caſu nulla eſſe poteſt dubitatio,quin locus ſit ſucceſſioni.Ita hoc de caſu reſpõdit in d. conſ.231.nu.71.verſ.5.eſt caſus.Eſt manifeſta ratio , quia ſi teſtator potuit ſtatuere locum eſſe iuri accreſcendi.d.§.Baſilicæ,ſic & ſubſtituere:cùm, quò ad rẽ hanc,nulla ſit differẽtia.

## PRÆSVMPT. CLIX.

Ius accreſcendi an & quando locum habeat in legato vſusfructus,

### SVMMARIVM.

*1 Legatum vſusfructus eſt proximum legato alimentorum.*

*2 Ius accreſcendi vel non accreſcendi an & quando habeat locum in legato vſusfructus.*

*Quòd quando legatarij ſunt coniuncti re & verbis eſt locus iuri non decreſcendi.num.3.*

*Intellige,vt num.4.*

*5 Ius non decreſcendi habet locum in legato vſusfructus , quando legatarij ſunt coniuncti re tantum,ſi ante acceptatum legatum vnius portio deficit.*

*Si autem poſt acceptatum legatum deficit portio vnius , locus eſt iuri accreſcendi.num 6.*

*7 Iuri accreſcendi an ſit locus in legato vſusfructus , quando legatarij ſunt coniuncti verbis tantum,ante acceptatum legatum,& nu.ſeq.*

*8 In legato vſusfructus ita numerantur inter coniunctos verbis coniuncti,ſicuti coniuncti re & verbis,& re tantum.*

*Maior autem eſt vis & effectus coniunctionis verbalis quam rea lis tantum. num.9.*

*10 Ius accreſcendi habet facilius locũ in vſufructu quã in proprietate.*
*Et in proprietatis legato habet locum inter verbis coniunctos.n.11.*
*12 Ius accreſcendi quòd non habeat locum in legato vſusfructus inter verbis coniunctos, antiquorum auctoritate oſtenditur.*
*Contraria tamen opinio verior defenditur ibidem per diſcurſum, & nu.ſeq.*
*13 Intellectus l.in prin.ff.de vſufructu.*
*14 Intellectus l.inde Neratius.in prin ff.de vſufru.accreſcen.*
*15 Intellectus l.pe.ff.de vſufru.accreſc.*
*16 Vſusfructus cohæret perſonæ,& ab ea ſeparari non poteſt: & dicitur quid perſonale.*
*17 In legato vſusfructus coniunctio verbalis efficit, coniunctos ipſos cenſeri vnam & eandem perſonam & vnum corpus.*
*18 Ius accreſcendi habet locum in legato vſusfructus inter coniunctos re & verbis etiam poſt acceptatum ipſum legatum.*
*19 Vſusfructus quomodo naturam alimentorum aſſumere poßit, & ſic videatur relictum perſonæ alimentorum nomine & ſic dicatur annuum legatum,*
*20 Legati purè relicti licèt dies cedat ſtatim à die mortis teſtatoris, legatum tamen vſusfructus purè relictum non cedit, niſi poſt aditam hæreditatem.*
*21 Intellectus l.vnicæ.in prin.ff.quando dies leg.a cedat.*

ET ſi forte hac de diſputatione agendum erat ſuprà dum explicauimus præſumptiones & conjecturas, quæ verſantur circ a legata vſus fructus: Verùm tamen præcedens diſceptatio efficit vt huic loco reſeruauerim: legatum e-
1 nim † vſusfructus ſatis proximum eſt legato alimentorum.
2 Eſt itaque † egregia hæc noſtra diſputatio, de rei vſufructu legato duobus vel pluribus: an ſcilicèt & quando inter eos locum habeat ius accreſcendi.

Hac de re diſtinguendi ſunt tres caſus, quemadmodum & tres ſunt coniunctionis ſpecies.

3 Primus † caſus, quando legatarij ſunt coniuncti re & verbis: vt ſi teſtator dixit. Caio & Sépronio lego vſumfru.fundi.

Hoc ſanè caſus, locus eſt iuri non decreſcendi. Ita Albericus in l.1.nu.2.ff.de vſufruct.accreſcend.Angel.in conſ.153. Ruſticus nu.2.Crottus in l.re coniuncti.num.45.verſ.non obſtat tex.ff.de leg.3.Vaſquius in Tract.de ſucceſſionum creatione.lib.1.§.10.dum repetit.l.qui quartam de leg.1.num.128. & Cephalus in conſ.126.nu.7.lib.1. Et ij quidem ſic intellexerunt.l.1.§.interdum.ff.de vſufructu accreſcen.& l.ſi mulieri & l.ſicut.§.1.ff.de quib.mod.vſufruct.amitta. Et hic quidem caſus locum habet non ſolùm antequam legatarij acceptauerint legatum: ſed etiam poſt, ſicuti affirmarunt ex prædictis Albericus, Ange. & Vaſquius & comprobabimus infrà in tertio caſu.

4 Cæterùm † hie caſus & alij ſubſequentes locum habent, quando vſusfructus fuit relictus legatariis ad certum & determinatum vſum. Nam tunc ceſſat omnino ius accreſcendi. Ita reſpondit Angel. in d conſ.153.in fi.verſ. quod autem dixi, qui ſic interpretatus eſt tex.l.dominus fructuario.§.vlt.ff. de vſufructu.

5 Secundus eſt caſus, quando † legatarij ſunt coniuncti re tantum, vt ſi teſtator ita dixit, lego Caio vſumfructum fundi: & eiuſdem fundi vſumfructum lego pariter Sempronio. Hoc etiam caſu locus eſt iuri non decreſcendi, ſi ante acceptatum legatum vnius portio deficit. Ita Bar.in l.re coniuncti.n. 21.de leg.3.idem ipſe ſenſit in l.1.§.interdum.ff.de vſufructu accreſcen.& ibidem Alber.nu.4.Caſtren.in conſ.262.Dico, quod Epiſcopus.nu.2lib.2.Crottus in l.re coniuncti.nu.29.de leg.3.& ibidem Politus nu.47.Vaſquius in loco præallegato.
6 num.128.Si verò † poſt acceptatum legatum deſſicit portio vnius locus eſt iuri accreſcendi ſecundum Bar.in d.l.re coniuncti.nu.21.& Caſtren in d.conſ.262.nu.2.

Diſſentit à prædictis aliquot rationibus Vaſquius.d.num. 127.qui dixit, adhuc locum non eſſe iuri accreſcendi.

7 Tertius eſt caſus, quando † legatarij ſunt coniuncti verbis tantum: vt ſi teſtatot ita dixit. Caio & Sempronio relinquo vſumfructum fundi, æquis portionibus, vel ſingulis pro dimidia. Hoc in caſu, an locus ſit iuri accreſcendi ante acceptatum legatum? ſunt Doctorum opiniones. Recepta tamen eſt illa, locum eſſe iuri accreſcendi. Hanc eſſe communem teſtantur Ripa in d.l.re coniuncti.nu.69. & ibidem Politus.nu. 46.de leg.3.& Vaſquius qui ſuprà (& ſi ipſe poſt Politum & Beſutium, quos ſtatim referam) diſſentiunt. Eandem quoque probarunt Albericus in d.l.1.nu.1.verſ.ibi, ſeparatim.ff.de vſufructu accreſ.Bolognetus in d.l.re coniuncti.nume.238.& Cephalus in d.conſ.126.col.2.dum negat ſolùm ius accreſcendi hoc in caſu locum habere poſt acceptatum legatum. ſenſit itaque ante acceptationem accreſcere. Et hæc quidem opinio probatur tex.l.1.in prin.ff.de vſufruct.accreſ.ibi. *ſi coniunctim ſit vſusfructus relictus: ſecus ſi ſeparatim.* Sic & in d.l.1.§.idẽ, & §.interdum. dum ſimpliciter & abſolutè reſpondit Vlpianus, inter coniunctos in legato vſusfructus locum eſſe iuri
8 accreſcendi. Inter coniunctos † ita connumerantur cõiuncti verbis, ſicuti cõiuncti re & verbis, & re tãtũ: vt eſt manifeſtũ. Et nõ ſolùm eſt diuinare, ſed etiã coanguſtare Vlpiani verba, ſi ad coniunctos re & verbis, vel re tantùm referre volumus.

9 Et accedit, quod maior † eſt vis & effectus coniunctionis verbalis quàm realis tantùm: ſicuti multorum auctoritate & ratione docuit Ripa in d.l.re coniuncti.nu.116.de leg.3.

Porrò inter re coniunctos locum eſſe iuri accreſcendi diximus præcedenti in caſu. Ergo & inter verbis coniunctos
10 locus eſſe debet. Et rurſus, facilius † admittitur ius accreſcendi in vſufructu quàm in proprietate, vt colligitur ex d.l.1.§. pen.ff.de vſufruct.accreſ.& ſcripſit Alciatus in l.ſi mihi & Titio.nu.16.in fi.de verb.oblig.

11 Atqui † certum eſt in proprietati legato locũ eſſe iuri accreſcendis inter verbis coniunctos.d.l.re coniuncti.de leg.3. & l.& cum triplici.de verb.ſignif.

Ergo & in legato vſusfructus inter verbis coniunctos locus eſſe debet iuri accreſcendi. Et argumentationem hanc ſenſit & Bologne in d.l.re coniuncti.nu.238.verſiculo quinto facit ratio.

12 Contrariam opinionem, quod † imò in legato vſusfructus non habeat locum ius accreſcendi inter verbis coniunctos, probarunt antiqui commemorati à gloſſ.in l.1.§.interdum.in gloſ.ſecunda, ibi. Quidam.ff.de vſufructu accreſcen. & manifeſtius Petrus Beſutius in d.l.re coniuncti numero.33. quem ſecuti ſunt ibidem Crottus num.44.Politus.numero 46.qui dixit, eſſe opinionem veriſſimam, & Ripa.nume.69. Hãc quoque ſecutus eſt Vaſquius in dicto Tract.de ſucceſſionum creatione.lib.1.§.10.dum repetit.l.qui quartam.nume. 128. Quæ quidem opinio iure defendi non poteſt, etſi multis fulciri videatur argumẽtis. Et primò quidem tex.l.in prin. ff.de vſufructu accreſcen.vbi Vlpia.ponit regulam, quod ita demum locus eſt iuri accreſcendi in legato vſusfructus, quando legatarij ſunt coniuncti. Quæ ſanè coniunctio intelligenda videtur, de re & verbis: vel re tantùm. Verùm reſpondetur
13 † ſecundum Bar.in d.l.re coniuncti.num.21. quod ibi erant omninò diſiuncti: cùm eſſent factæ partes pro diuiſo. Vel ſecundum Ripam ibid. nu.68.quod non erant coniuncti nec re, nec verbis. Non verbis quia vſusfructus fuerat ſeparatim relictus: Non etiam re, quia factæ fuerant partes à principio. Et propterea inquit Vlpianus ſine dubio ius accreſcendi ceſſat: quaſi dixerit: cùm non ſint aliqua coniunctione coniuncti non habet locum ius accreſcendi. Hunc ſenſum comprobat Ripa tex.d.l.1.§.interdum. Et verè ſi aliqua extitiſſet coniũctio verbalis, nõ ita dixiſſet Vlpia.ſine dubio ceſſare ius accreſcẽdi. Extitiſſet quidẽ ob cõiũctionẽ ipſã, aliqua dubitatio.

Secundo adduci ſolet tex. † l.inde Neratius.in prin.ff.eo.
14 de vſufructu accreſcendo ducto argumento à ſenſu contrario, ſed reſpondet Ripa qui ſupra, non admitti hoc argumentum, vt alia iura reſtringantur. Rectius dici poteſt.d.l.inde Neratius illatiuam eſſe eorum, quæ dicta fuerant ſupra, nempè in l.2.quo loci Iulia.reſpondit, ius accreſcendi locum non habere inter duos hæredes, à quib. legata fuit proprietas, deducto vſufructu. Non enim illa vſusfructus deductio efficit, vt dicatur teſtator ipſos hæredes coniunxiſſe re, vel verbis in ipſo vſufructu, vt partes æquales habeant, ſed videtur cõſtitutus vſusfructus ꝓportionib.hæreditariis: ſicuti rectè declarãt Cuiacius in commentarijs ad Africanum Tract.5.& Ripa, quem mox referam. Et propterea duæ illationes, quæ ad d.l. 2.ex Africano & Vlpiano ſubſequuntur, ſic intelligendæ & explanandæ ſunt.

15 Tertiò † perpenditur tex.l penu.ff.eo de vſufructu accreſ. cuius verba hæc ſunt.

Cum ſin-



*Cum ſingulis, ab hæredibus ſingulis, eiuſdem rei fructus legatur: fructuarij ſeparati videntur non minus, quàm ſi æquis portionibus duobus eiuſdem rei fructus legatus fuiſſet. Vnde fit, vt inter eos ius accreſcendi non ſit.*

His ſignificaſſe videtur Papinianus, inter eos, quibus ęquis partibus legatus eſt vſusfructus: qui verbis coniuncti dicuntur, non eſſe locum iuri accreſcendi.

Cæterùm reſpondet Ripa in d. l. re coniuncti.num.68.ibi nullo modo fuiſſe coniunctos. Non verbis: quia erant ſeparatim vocati. Non etiam re, quia partes cenſentur ab initio factæ proportionibus ipſis hęreditariis ipſorum hæredum, à quibus erat relictum.iuxta.l.cui fundus.ff.de cond.& demon. & diximus paulò ſupra ſic & Cuiacium explicaſſe.d.l.2.

Et hęc quidem interpretatio probabilior eſt illa Baldi, Alberici, & Floriani, qui dixerunt, ob id locum non eſſe iuri accreſcendi eo in caſu, quia ſeparatim omninò relictum fuerat, nempè à diuerſis hæredibus, diuerſis legatariis.

Hæc enim interpretatio adaptari quidem poteſt primo caſui illius reſponſi, ibi, *cùm ſingulis, ab hæredibus ſingulis eiuſdem rei fructus legatur.*

Non tamen conuenit interpretatio ſecundo caſui ita ſcripto: *quàm ſi æquis portionibus duobus eiuſdem rei fructus legatus fuiſſet, vt inter eos ius accreſcendi non ſit.*

Quartò ea ratione vſus eſt Ripa in d.l.re coniuncti.nu.69. & eo prius ibidem Politus. nu. 47. quam probauit & Duarenus in commentariis, De iure accreſcendi.lib. 1.cap.10.in fi. Vt locus ſit iuri accreſcendi (inquit Ripa) neceſſe eſt, quod
16 ius alienum accreſcat. Vſusfructus autem cohæret † perſonæ, & ab ea ſeparari non poteſt. l. non vtitur. ff. de vſufruct. & §. vlt.Inſt.eo. Et dicitur quid perſonale.l.ſi quis Titio.ff.de vſufruct. accreſ. Porrò quando ab initio diuiſæ ſunt partes vſusfructus, vnus quiſque habet ſuo iure: vnde vno mortuo non poteſt eius portio accreſcere alteri, cùm ab eius perſona ſeparari non poſſit. Nec obſtat ſi dicatur, vt ſenſit Ripa, quod ſecundum hanc rationem nunquam in vſufructu locus eſſet iuri accreſcendi: quia reſponderi poteſt ſecundum Politum præcitato in loco, quod inter coniunctos re locus eſt iuri accreſcendi: quia poſſunt ſinguli dicere, perſonæ meæ relictus eſt ſolidus vſusfructus. Quæ ratio ceſſat in coniunctione verbali: in qua vnuſquiſque habuit portionem ſuam. Verum re-
17 ſpondetur; quod † cùm verbalis coniunctio efficiat coniunctos cenſeri vnam & eandem perſonam & vnum corpus.l. vnica.§.vbi autem.C.de caduc.tollend. & in vnam portionem coniungit.l. ſi liber.§. Titius.ff. de hæred.inſtit.& l.planè.in princ.de leg.1.& tradit Ripa in d.l.re coniuncti.num.116.de leg.3.ſequitur dicendum, portionem vſusfructus deficientem morte, vel repudiatione vnius remanere ſeu accreſcere alteri, cùm ob verbalem coniunctionem non ſit diuerſa, ſed eadem perſona cum defuncto, vel repudiante. Rurſus, & ſi inter coniunctos verbis datæ videntur partes ab initio, intelligitur, habita ratione verborum teſtatoris: ſed ſi eius voluntatem & mentem reſpicimus, totum videtur legatum eſſe.l.Inde Neratius.ff. de vſufructu accreſ. & declarat Duarenus in d.lib.1. cap.11. Præterea, ſi illa portionum diuiſio ab initio facta à teſtatore in verbali coniunctione ita induceret diuiſionem perſonarum, vt non poſſit eſſe locus iuri accreſcendi idem eſſet dicendum in coniunctis re & verbis poſt acceptatum à ſingulis eorum legatum vſusfructus, & eius diuiſione facta. Et tamen hoc falſum eſt, quia (vt diximus ſupra:) etiam poſt acceptatum legatum vſusfructus locus eſt iuri accreſcendi inter re & verbis coniunctos. Et ſtatim comprobabimus.

Eſt itaq; retinenda recepta illa prima opinio, a qua in conſulendo & iudicando non eſſe recedendum ſcripſit Beſutius in d.l.re coniuncti.num.33.

18 Extenduntur † prædicti caſus, vt procedant etiam poſt acceptatum ipſum legatum vſusfructus. Nam adhuc locus eſt iuri accreſcendi inter hos coniunctos. Ita Alber.in l.1.nu.4.in fin. & in l. ſi tibi proprietas.ff. de vſusfruct. accreſ. Angel.in conſ.153.Ruſticus.num.2. Fulgoſius in l.1.§.interdum.nu.1. ff.de vſufruct.accreſ.Alex.in l.1.num.40.ff.de vulga.& pupil. ſubſt.Ruin.in conſ.60.nu.14.& in conſ.91.num.14.lib.2. Politus in d.l. re coniuncti.nu.46. Antonius Gomeſius in commentariis variarum reſolutionum.parte prima.cap.10.de iure accreſcendi.numer.41.Alciatus in l.ſi mihi & Titio.num.16. de verb.oblig. Duarenus in commentariis de iure accreſcẽdi lib.1.c.10. Cuiacius in commentariis ad Africanum in tract. 5.dum exponit.l.2.ff.de vſufru.accreſc.Goueanus in tract.De iure accreſcendi.col.pen. Robertus Aurelianus in lib.2.ſent. iuris.c.26. & Caualcanus in tract.de vſufructu mulieri relicto.num.64. Quibus intelligimus, hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, etſi ab ea diſſentit ſolus Cæphalus in conſil.126. num.6.& 7.lib.1. Et quæ quidem communis opinio manifeſtè probatur reſponſo Vlpiani in l.1.§.1.ibi. Et vtrique domino acquiſitus, & apertiùs.in §.interdum.verſ.ſed in vſufructu. ff.de vſufr.accreſc.cuius verba hæc ſunt.

*Sed in vſufructu hoc plus eſt: quia & conſtitutus, & poſteà amiſſus, nihilominus ius accreſcendi admittit, omnes enim auctores apud Plautium de hoc conſenſerunt. Et (vt Celſus & Iulianus eleganter aiunt) vſufructus quotidie conſtituitur & legatur: non vt proprietas, eo ſolo tempore, quo vindicatur. Cùm primum itaque non inueniet, alter eum, qui ſibi concurrat, ſolus vtetur in totum. Nec refert, coniunctim, an ſeparatim relinquatur.*

Hactenus Vlpianus: qui manifeſtiùs dicere non potuit, ius accreſcendi locum habere etiam in vſufructu iam acquiſito, & poſteà amiſſo. Et rationem reddit Vlpianus: quia vſusfructus quotidie conſtituitur & legatur, hoc eſt, (exponunt. Accurſius ibi poſt Azonem, & ibidem Albericus.nu.4.in fine.) quia vſusfructus eſt ſemper in fieri: cum per patientiam conſtituatur: & hodie patiar, & cras patiar. Vnde non habet traditionem perfectam, nec actum conſummatum. Diuerſum eſt (inquit Albericus) in proprietate, cuius traditione ſemel facta actus ipſe conſumatur: & propterea in ea poſt acquiſitionem locus non eſt iuri accreſcendi. Hæc Accurſij & Alberici explanatio quam & Fulgoſius in d.l.1.§.interdum.nu.1. probauit, reiicitur à Roberto Aureliano in lib.2.ſentent.iuris.cap.26.& mihi quoque ea ratione, præter Robertum, non probatur: quia verba illa Vlpiani. *Vſusfructus quotidie conſtituitur & legatur,* non perſonam hæredis & proprietarij præſtantis patientiam: ſed teſtatoris oſtendunt atque demonſtrant. Altera eſt eiuſdem Roberti præcitato in loco explanatio atq;
19 interpretatio, cùm dixit vſumfructum † cenſeri relictum ratione perſonæ alimentorum nomine, atque ita naturam alimentorum aſſumere, & propterea dici debere annuum legatum, vt illud alimentorum iuxtà l.ſicut cum præfinitione.ff. quando dies leg.ced. Quò fit, vt eadem ratione, qua primi anni legatum purum eſſe intelligimus, ſequentium conditionale, quaſi inſit hæc conditio, ſi viuat. Atque ita iuxtà plures annos plura dicantur eſſe legata.l.4.ff.de ann.lega.& l. cum in annos.ff.quando dies leg.ced.ſic & in vſufructu, cùm id ratione perſonæ, & quodammodo pro alimentis legatum pręſumatur, non vltrà id tempus, quo perſona ipſa viuit legatum ipſum extenditur. Et propterea cõditio hæc ſi viuat, ſingulis diebus adeo ineſt, vt quouis die videatur cedere dies vſusfructus: atque ita quotidie conſtitui & legari.

20 Quo † etiam fit (inquit Robertus) quod licèt aliorum legatorum purè relictorum dies ſtatim à die mortis teſtatoris cedat: attamen legatum vſusfructus purè relictum non cedit, niſi poſt aditam hæreditatem: quaſi quod cuique diei, quo quis vſusfructu vti debet, inſit hæc conditio, ſi viuet.l.2.ff. quando dies leg.ced.& d.l.4.ff.de annuis lega. Et manifeſtiùs differentiam hanc probat text.l.vnicæ.§.dies.ff.quando dies vſusfr.leg.ced. Cęterùm huic interpretationi repugnare vide-
21 tur eiuſdem Vlpiani † reſponſum in l.vnica.in prin.ff.quando dies vſusfructus lega.ced.cùm diſtinxit legatum vſusfructus relictum ſemel à legato vſusfructus per dies ſingulos, vel mẽſes, vel annos. Quando ſemel vſusfructus legatus eſt, ſemel cedit, & vnum dicitur legatum, relictus verò per dies ſingulos, vel menſes, vel annos, cedit ſingulis diebus, mẽſibus & annis, & plura legata dicuntur. Et rurſus verum mihi non videtur quod dixit Robertus, vſumfructum relinqui ob alimenta. Nã repugnat.l.dominus fructuario.§.vlti.ff.de vſufr.quo loci Papinia.differentiã conſtituit, quod relictus ſit vſusfructus ſimpliciter, vel alimentorum cauſa. Tertia eſt & probabilior quidem explanatio Iacobi Cuiacij in commentariis ad Africanum.tract.5.dum explicat.l.2.ff de vſufructu accreſc. Vſusfructus (inquit Cuiacius) quotidie cõſtituitur & legatur, id eſt, ſi legatus ſit, quotidie iure legati conſtituitur & quot dies quotvè momenta, tot propemodum ſunt legata: propterea



quod

quod in præceptione quotidiana conſiſtit.l.prima in princip.
ff.quando dies vſusfr.leg.ced. Niſi igitur quotidie(ſubiungit
Cuiacius) concurrat collegatarius, alteri partem non facit,
etiam ſi aliquo tempore initio concurrerit. Hic conſiderat,
(ni fallor)Cuiacius,& rectè, non diem cedētis legati,vt con-
ſiderabat Robertus: ſed poſteaquam ceſſit, & legatarius fa-
cultatem habet percipiendi vſumfructum,donec inquam hic
legatarius eo vſufructu vti poteſt atque ita dietim, ſic credi-
tur legatus à teſtatore, qui ſenſit nolle tunc legare: cum vel
morte,vel alia cauſa frui amplius non poteſt:videtur ergo te-
ſtator dietim quodammodo legaſſe:cùm dietim euenire poſ-
ſit,vt vti & frui nequeat. Et propterea ſtatim quo non poteſt
frui ipſo vſufructu alteri collegatario accreſcit.

## PRÆSVMPT. CLX.

Supellectile legata quæ debeantur ex præſumpta teſtatoris voluntate.

### SVMMARIVM

1 *Supellectilis nomine quid veniat in legato ex præſumpta mente teſtatoris,*

2 *Maſſaritiæ domus ex communi vſu loquendi in aliquib. locis veniunt nomine ſupellectilis.*

*Et aliquando mobilia domus.num.3.*

*Et quandoque vtenſilia domus.num.4.*

5 *Loquendi communis vſus debet ab eo probari, qui eum allegat: & quomodo probetur,remiſſiue.*

6 *Supellectilis appell.quænam contineantur.*

7 *Vaſa delphica quæ dicantur.*

8 *Delphi habuerunt vaſa elaboratæ artis, ita vt poculorum vicem præſtarent,& clypeorum loco vſui eſſent.*

9 *Trapezophoræ erant menſæ magno ornatu, quæ effictis imaginib. ſuſtinebantur.*

10 *Toralia,quid ſint,remiſſiuè.*

11 *Trulla quid ſit.*

12 *Supellectilis nomine veniunt etiam capſæ & armaria, niſi ſint veſtium vel librorum.*

13 *Peluis quid ſit.*

14 *Aquiminaria,vel aquimanalia,quid ſint,remiſſ.*

15 *Supellectilis appell.veniunt etiam vaſa criſtalina & murrhina.*

*Et veniunt etiam rhedæ & ſedularia.num.16.*

*Et quid ſint ſedularia ibid.*

*Veniunt quoque nomine ſupellectilis tapeta ſtragulæ & toralia. num.17.*

18 *Stragula dicitur veſtis genus.*

19 *Supellectilis nomine veniunt etiam aulea.*

20 *Supellectilis nomine non veniunt animalia, & ſi nomine mobilium aliquando contineantur.*

*Nec veniunt veſtes.num.21.nec libri.*

*Nec capſæ aut armaria, in quib.reponuntur veſtes,aut libri.n.22.*

*Non etiam continentur tapeta & lintea, quibus inſternuntur vehicula,ſicuti nec pelles, quib.inuoluuntur veſtimenta.num.23.*

*Nec pugillares,& codices.num.24.*

25 *Pugillares erant tabellæ quædam, in quib.ſcribebant antiqui.*

26 *Supellectilis nomine non venit eſcarium,penulæ.& logæ.*

*Nec venit argentum potorium.27.*

*Nec baltheum argenteum,nec argentum infectum.num.28.*

*Nec vaſa ænea ſalientis aquæ poſita.num.29.*

*Nec venit eius nomine habitatio,in qua ipſa ſupellex eſt.num.30.*

31 *Domo publicata,non cenſentur publicata ſupellectilia domus.*

*Cæterùm domo legata continentur etiam ea, quæ cauſa ipſius domus parata ſunt.num.32.*

33 *Supellectilis nomine regulariter non veniunt ea,quæ & ſi ſui natura inter ſuppellectilia reponi poſſunt, attamen loco ſupellectilis teſtator non habuit,ſed artificij cauſa eis vſus eſt.*

34 *Teſtator ſi legauit ſupellectilem ſuam,non præſumitur legaſſe argentum ſibi pignori datum, niſi ita ſit oppignoratum,vt eo vti poſſet.*

*Intellige,vt num.35.*

36 *Teſtator ſi legauit ſuppellectilem in genere,& deinde aliquas ſpecies enumerauit,non ex hoc reſtringitur legatum generis.*

1 DISSERAMVS † nūc de ſupellectile legata,quid
eius nomine contineatur ex præſumpta mente
teſtatoris.
2 Hic primùm † obſeruandum eſt, ſupellectilem
communi loquendi vſu aliquibus in locis appellari maſſari-
cias domus:ſicuti hoc nomine nominari ſcribunt Bart.in l.1.
ff.de ſupellect.lega.Abbas in conſ.88.num.2.libr.2. Angelus
Aretinus in Tract.de teſtamentis.glo.39.nu.1.& Durans.de
arte teſtandi in tit.de legatis.cautela.53.in fin.
3 Aliquando † appellantur mobilia domus:vt apud Oldra.
in conſ.219.in fin. Nattam in conſil.117.numer.6. Decius in
conſ.472.nu.9. Petrus Pekius in Tract. de teſtamentis con-
iugum.lib.5.cap.15 num.1.& Arius Pinelus in l.1.in ſecunda
part.num.50.C.de bonis mater.
4 Aliquando † etiam appellantur vtenſilia domus:ſicuti hoc
nomine appellantur Papiæ & alibi, vt ſenſit Natta in d.conſ.
117.num.6.
5 Et hic † quidem communis loquendi vſus probari debet
ab eo,qui illum allegat:vt tradunt in ſpecie Decius in d.con-
ſil.472.numer.12.& 13.& quomodo vſus iſte loquendi pro-
bari debeat copioſè diſſerui in libro ſecundo, de arbitrariis
iudicum.caſu.489.
6 His præmiſſis, dicimus † nunc appellatione & nomine ſu-
pellectilis contineri multa,vt reſpondit Paulus in l.3.ff.de ſu-
pellect.lega.continentur ſanè menſæ, trapezophora,Delphi-
cæ,ſubſellica,ſcamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, tora-
lià,impelia,vaſa aquaria, pelues, candelabra, lucernæ, trulla.
Hæc ſupellectilis nomina magna ex parte nota ſatis ſunt pe-
7 nè omnibus, ignota ſunt aliqua, vt vaſa † Delphica, quæ(au-
ctore Alex.ab Alex.in lib.1.dierum genial.c.19.in fine) dice-
bantur,forma quorum non erat mutata,& varius ac multiplex
eorum erat vſus.Namque ita erant fabrefacta, vt duplici fa-
8 cie diuerſis vſibus inſeruirent:ſi quidem Delphi vaſa † elabo-
ratæ artis habuere, ita vt poculorum vicem præſtarent,& cly-
9 peorum loco vſui eſſent.Trapezophoras † verò(inquit idem
Alexander)erant menſæ magno ornatu,quæ effictis imagini-
bus ſuſtinebantur. Idem quoque ſcripſit Cælius Rhodiginus
lib.7.lectio. antiq. cap. 12. locum hunc explicans, & multis
10 confirmans.Toria,quid † eſſent explicat Hotomanus in com-
11 mentariis verborum iuris.in verbo,Toralia.Trulla † quid eſ-
ſet nō explicauit Alexander ille:ſed Alciatus in lib.7.parerg.
cap.3.& in lib.1.prætermiſſo:in verbo,trulla,qui ſcripſit,trul-
lam fuiſſe vaſis genus,quo aqua,ac etiam vinum traiiciebatur
ex vno vaſe in aliud.Lazarus verò Bayſius in libello de vaſcu-
lis ſcriptum reliquit,fuiſſe vas vinarium,ſic dictum,quod vſu
teratur:vel,vt alij putauere,à tranſuolando dicta.Et fuiſſe vas
vinarium,Horatij & Ciceronis auctoritate confirmauit.Præ-
12 tereà capſę,& † armaria,niſi ſint veſtium vel librorum,ſupel-
lectilis nomine continentur.d.l.3.§.1.ff.de ſupellect.lega. Et
ſubiunxit idem Paulus,vitrea eſcaria & potoria in ſupellectili
eſſe: ſicuti fictilia, vt pelues argenteæ & aquaminaria. Erat
13 peluis † vas,in quo aqua infundebatur ad lauandum pedes:ſi-
cuti explicauit Lazarus Bayſius in libello de vaſculis: ex ſen-
tentia Varronis & Iulij Pollucis. Et ſacris in literis legimus
apud Euangeliſtam Ioannem cap.13.Saluatorem noſtrum mi-
ſiſſe aquam in peluim, vt lauaret pedes Diſcipulorum.Aqui-
14 minaria, † alij legunt, aquimanalia, & rectius forte.Quæ illa
ſint explicarunt Alciat.libr.8.parerg.iuris.cap.4.& Cuiacius
lib.10.obſerua.cap.17. Hæc nomine ſupellectilis contineri
15 cenſuit etiam Alex.in conſ.216.in fin.lib.7. Vaſa † murrhina
& criſtallina nomine ſupellectilis contineri reſpondit idem
Paulus in dicta l.3.§.de murrhinis, & l.vaſa.ff.de ſupellect.
leg. De his vaſis murrhinis & criſtallinis multa apud Laza-
16 rum Bayſium in libello de vaſculis. Supellectilis † etiam ap-
pellatione veniunt rhedæ & ſedularia.l.4.ff.de ſuppellect.le-
ga. quod reſponſum ſic reſtituit Antonius Auguſtinus lib.1.
emandat:iuris cap.4.

Idem libro ſingulari, *de inſtrumenti ſignificatione*. Hæc eſt inſcriptio:deinde contextus ſic legitur. *Rhedæ & ſudularia ſupellectili adnumerari ſolent.* Sunt ſedularia quæ in rheda ſedenti ſubiiciebantur: vt idem Antonius Auguſtinus interpretatur. Hotomanus verò in commentariis verborum iuris,in verbo, ſedularia, intellexit, ſedularia eſſe ſedes,in quibus geſtamur. Hæc fortè ſunt ſedularia, quibus fœminæ nobiles Neapoli-

tanæ



tanæ & Genuenſes vtuntur, & à duobus ſeruis portantur,
17 continentur † etiam nomine ſupellectilis tapeta,ſtragulę,to-
18 ralia. l. de tapetis. ff. de ſupellect. lega. Eſt ſtragula † veſtis
genus.l.in ſtratum,de verb.ſignif.vbi Alciatus & Bræcheus,&
19 Alex.ab Alex.in libr.3.dierum genial.cap.19. Aulea † etiam
nomine ſupellectilis contineri exiſtimo: cùm & hæc ſint do-
mus fulcimenta & ornamenta Alciatus in lib.12.parerg.cap.
10.ſicuti ſcamna,cathedræ, tapeta, capſæ & ſimilia.Imò & li-
gna illa, quibus appenduntur ipſæ auleæ vulgò appellata, *le
Cornise*, nomine ſupellectilis continentur, vt reſpondit Ce-
phalus in conſ.92.

Nunc enumeremus quæ nomine ſupellectilis non continentur.

20 Et primùm † quidem non continentur animalia.l.2.ff.de
ſupellect. lega. & ſi nomine mobilium aliquando continen-
tur. Pariſ.in conſ.67.nu.1.lib.2.
21 Non pariter † veniunt veſtes.l.1.& l.3.§.1.& l.qui veſtem.
ff.eod.Idem probat.l.ſi quis in fundi vocabulo.ff. de leg.1.&
ibidem annotarunt poſt alios Alex.nu.7.Iaſon.nu.27.& Rip.
nu.14.Idem reſpondit Alex.in conſ.216.in fi.lib.7.qui dixit,
non etiam contineri libros. Et rurſus in d.l.3.§.1.legitur, ca-
22 pſas † & armaria, in quibus libri & veſtes reponuntur, non
23 contineri nomine ſupellectilis. Sic pariter † non compre-
henduntur tapeta & lintea, quibus inſternuntur vehicula, ſi-
cuti nec pelles, quibus inuoluuntur veſtimenta:cùm hæc ſint
potius inſtrumenti viatorij.l.de tapetis.§.1.ff.de ſupellect.le-
24 ga. Non etiam pugillares † & codices ſupellectilis nomine
25 continentur.l.ſupellectilis.in fin.eo.tit.Pugillares erant † ta-
bellæ quędam,in quibus ſcribebant,vt declarant Hotomanus
in commentariis verborum iuris, in verbo, pugillares.& Al-
ciat.in l.non eſt ſine liberis.nu.2.ff.de verb.ſignif.
26 Non etiam † nomine ſupellectilis veniunt argentum eſca-
rium,penulæ,& togę: ſicuti ex Seruij ſententia reſpondit Cel-
ſus in l. Labeo.§.ſeruus.ff. de ſupellect.lega. qui adeo verum
hoc eſſe exiſtimarunt, quod & ſi teſtator hæc loco ſupellecti-
lis habuerit, non tamen legando ſupellectilem, hæc legare
voluiſſe præſumitur: cum non vſus & conſuetudo vnius, ſed
communis hominum in imponendis nominibus,& rebus de-
nominandis ſpectandus ſit.
27 Nomine quoque † ſupellectilis non continetur argentum
potorium: ſicuti reſpondit Modeſtinus in l. cum quidam.ff.
de ſupellect.lega.qui & de eſcali argento idem cum Celſo in
d.l.Labeo cenſuit.
28 Hinc etiam reſpondit † Natta in conſ.117.nume.5.in fin.
nomine ſupellectilis,ſeu mobilium domus non contineri bal-
theum argenteum,nec argentum infectum.
29 Non pariter † continentur vaſa ænea ſalientis aquæ poſi-
ta.l.vaſa.ff.de ſupellect. lega. Has fiſtulas appellari exiſtimo.
l.quæſitū.§.ſi domus.ff. de fundo inſtructo.De his Vitruuius
lib.8.cap.7.
30 Non etiam † ſupellectilis nomine venit habitatio, in qua
ſupellex ipſa eſt.l. pen. ff. de ſupellect. lega. ſicuti à fortiori,
legata domo non contineri ſupellectilem reſpondit Calli-
ſtratus in l.vlt.eod.tit. quo loci annotauit Bart. quod publi-
31 cata † domo non dicuntur publicata domus ſupellectilia. Et
Bartolum ſecutus eſt Angelus Aretinus in tract.de teſtamen-
32 tis.in gl.39.in fi.Cæterùm, legata † domo continentur etiam
ea,quæ cauſa ipſius domus parata ſunt. Ita declarādo.d.l.vlt.
reſpondit Rubeus conſ.61.nu.4.vbi paulò poſt in verſic.circa
aliud,ſcripſit hoc multo magis procedere, quādo teſtator le-
gauit domū cum omnibus ad eam pertinentibus.Illud etiam
33 obſeruandum † eſt in hac tractatione, ea quoq; ſupellectilis
nomine non contineri, quæ etſi ſui natura inter ſupellectilia
reponi poſſunt: attamen loco ſupellectilis teſtator non ha-
buit:ſed artificij cauſa eis vſus eſt.l. ſupellectilis.ff.de ſupell.
lega.& reſponderunt Oldra.in conſ.219.ad finem,& Natta.in
conſ.117.num.6.in fin.
34 Eſt etiam annotandum † ex l.legata.§. vlti.ff.de ſupellect.
lega. quod ſi teſtator legauit ſupellectilem ſuam, non præ-
ſumitur legaſſe argentum ſibi pignori datum: niſi ita ſit op-
pignoratum,vt eo vti poſſet.Eſt ratio,quia res pignorata non
eſt creditoris,ſed debitoris:& ob id non præſumitur teſtato-
rem eam inter res ſuas comprehendere voluiſſe.Et hæc † qui-
35 dem ſententia non habet locum quando res pignori data fuit
pro tam ingenti ſumma,vt præſumatur debitorem nolle am-
plius eam redimere. Nam tunc pręſumitur eam abſolutè alie-
naſſe.Ita declarat Barto.in d.§.vlt.& probat l.qui habebat.de
leg.3.vbi glo.& Doct.
36 Eſt etiam † obſeruandum quod ſi teſtator legauit ſupelle-
ctilem in genere, & deinde aliquas ſpecies enumerauit, vt ſi
dixit:lego ſupellectilem,& lectos,culcitras,ſcamna,tapeta &
ſimilia: hæc ſpecierum enumeratio non reſtringit legatum
generis.Ita reſpondit Papinia.in l.legata.in princ.ff.de ſupel-
lect.lega.qui ſimile commemorat, quando teſtator legauit in
genere fundum cum inſtrumentis, deinde aliquas ſpecies in-
ſtrumentorum enumerauit. Et poſtremam hanc Papiniani
ſententiam probauit Vlpianus in l.quæſitum.§.pen.ff.de fun-
do inſtructo.&c.Et huius ſententiæ ea eſt ratio ſecundum ip-
ſum Papinianum: quia illa ſpecierum enumeratio ex abun-
danti,& per imperitiam facta dicitur. Hinc ſcripſit Afflictus
in deciſ.106.nu.1.2.3.& 4.generale legatum omnium & quo-
rumcunque bonorum mobilium & ſupellectilium non re-
ſtringi ab illo nomine ſpeciali ſupellectilium.

Cæterùm cum hac de diſputatione, an ſpecierum enumeratio reſtringat genus præcedens plura dicturi ſumus infrà lib6.in præſumpt.38.hic dicere superſedeo.

## PRÆSVMPT. CLXI.

Veſtibus legatis quæ ex præſumpta voluntate teſtatorsi præſtanda ſint.

### SVMMARIVM.

1 *Veſtimentorum alia ſunt virilia,alia puerilia,alia mulicbria,alia communia,alia familiaria.*

2 *Veſtimenta virilia quæ dicantur.*

3 *Toga olim erat, quæ tunicis ſuperimponebatur, erat propria ciuium Romanorum.*

4 *Tunica erat veſtis,cui toga ſuperimponebatur.*

5 *Palliola quid eſſent, & ſtragula quid remiſſiue.*

6 *Amphitapa quid olim eſſet.*

7 *Saga erant veſtimenta militum tempore belli.*

8 *Veſtimenta puerilia olim erant togæ prætextæ,caligulæ,clamides, & pallia,& quænam eſſent d.veſtimenta,nu.ſeq.remiſſiue.*

*Toga prætexta quid olim eſſet,remiſſiue.ibid.*

9 *Caligulæ erant paruæ caligæ.*

10 *Veſtimenta muliebria quænam olim eſſent.*

11 *Veſtimenta communia quæ dicantur.*

12 *Veſtimenta familiaria quæ ſint.*

13 *Teſtator ſi legauit vxori veſtes ſuas, quas veſtes præſumatur legaſſe.*

14 *Coactilia dicuntur ſeltri,quas ita appellat vulgus.*

15 *Veſtium nomine veniunt etiam tapeta, faſciæ crurales, impiliæ, & ceruicalia.*

16 *Impiliæ quid ſint.*

17 *Veſtium appellat,veniunt quoque culcitræ,& veſtes quæ ornatus gratia potius deferuntur, quam quod corpus tegant: non veniunt autem vdones.*

*Vdones ſunt veſtes vndulatæ.*

19 *Biretrum veſtium nomine comprehenditur.*

20 *Teſtator ſi legauit veſtes ſuas vxori, nunquid cenſeatur legaſſe etiam eas,quæ adhuc non ſunt conſutæ,*

21 *Pannis,qui in domo erant,legatis,non cenſentur legatæ veſtes.*

22 *Veſtium nomine venit etiam tela,quæ in pectine adhuc eſt,ſi modò prætexta eſt.*

23 *Veſtibus legatis præſumantur legatæ tam ſericæ quàm aureæ, & laneeæ & lineæ,& ſic deinceps.*

*Secus ſi ſtatuto cautum eſſet,ne mulieres ferrent veſtes aureas & holoſericas,quia hæ non præſumerentur legatæ.num.24.*

25 *Teſtator præſumitur voluiſſe ſuam voluntatem eſſe iuri communi conformem,& diſpoſitioni legis & ſtatuti.*

26 *Delicti præſumptio eſt omnino euitanda.*

27 *Teſtator ſi mandauit hæredibus ſuis,vt veſtirent vxorem ſuam viduam, de quibus veſtibus præſumatur teſtator ſenſiſſe.nu.ſeq.*

*Et ſi legauit vxori veſtes lugubres eas poſt annum luctus petere amplius non poteſt.num.28.*

*Teſtator ſi legauit vxori veſtes ſuas, nunquid præſumatur legaſſe etiam veſtes,quorum vſus erat communis.*

H Et nunquid

*Et nunquid præſumatur legaſſe etiam veſtes feſtiuas.nu.31.*
*Et quid ſi legauit vxori annua veſtimenta æſtiualia & hiemalia, quibus temporib.præſtari debeant.num.32.*
*Et quid ſi mandauit hæredi vt veſtiat vxorem, nunquid ſemel tantum,vel ſingulis annis veſtire debebit.num.33.*

DE legato veſtium nunc diſſeramus. Et primùm
dicimus vnà cum Vlpiano in l.veſtis.§.veſtimen-
1 ta.ff. de auro & argento lega. Veſtimenta † om-
nia eſſe aut virilia,aut puerilia,aut muliebria,aut
2 communia,aut familiaria, Virilia † veſtimenta ſecundum Vl-
pia. olim erant togæ,tunicæ, palliola, veſtimenta, ſtragula,
3 amphitapa,& Saga. Toga erat † quæ tunicis ſuperimponeba-
tur: ſicuti multorum auctoritatibus probat Lazarus Bayſius
in libello de re veſtiaria.c.nono. Erat propria ciuium Roma-
norum:quare peregrinis ea vti non licebat,vt tradit Hotoma.
in commentariis verborum iuris in verbo,toga,qui ex Quin-
tiliano libr.11.inſtitut.orato.c.3. oſtendit eius formam & fi-
4 guram. Tunica erat † veſtis breuior & interior, cui(vt dixi)
toga ſuperimponebatur:ſicuti declarant Bayſius de re veſtia-
ria.c.12.& Hotomanus vbi ſupra, in verbo, tunica.Palliola,
5 † quid eſſent exponit Bayſius præcitato in loco. c. 13. qui. c.
14.declarat,quid ſit ſtragula veſtis, de qua etiam Alciat libr.
2.parerg.c.21. Et idem Bayſius in d.c.14 explicat quid eſſet
6 † amphitapa,quas dixit fuiſſe veſtes vtrinque vlloſas. Id quod
admittunt Alciatus in libro primo, parerg.cap.40.& Hoto-
7 ma.in verbo, amphitapa. Saga † autem erant veſtimenta mi-
litum,quib.armis etiam hodie ſuperindui à catafractis cerni-
mus. Bayſius præallegato in loco.cap.15. Puerilia verò veſti-
8 menta † erant(inquit idem Vlpia.in d.l. veſtis §.veſtimenta.
verſ.puerilia)togæ prætextæ, aliculæ, vel(vt alij legunt)cali-
gulæ,chlamides,pallia. De toga prætexta multa Bayſius.cap.
vndecimo, & Hotoma. in verbo, toga prætexta. Caligulæ
9 † paruæ caligæ, ſicuti caligæ ipſæ virorum erant, militum
gregariorum, qui dicti ſunt caligati milites à caligis. Hoto-
ma.in præcitatis commentariis verborum iuris in verbo, ca-
ligati.Chlamides quæ eſſent exponunt Coraſius in libro pri-
mo.epiſtolicarum quæſtio.cap.24. & Bayſius.d.cap.vndeci-
10 mo, & quid Pallium.cap.13. Muliebria † veſtimenta erant(vt
ſubiungit idem Vlpianus in d. §. veſtimenta. verſ.muliebria)
ſtolæ,pallia,tunicæ,capitia,zonæ,mitræ, plagulæ,penulæ. De
ſtola,zona,mitra,plagula & penula, multa tradunt idem Bay-
ſius in præcitato libello,de re veſtiaria.cap.17.18.19.& 20.&
11 Alciatus in libro ſexto, parerg.cap.25. Veſtimenta † autem
communia ſunt,quibus promiſcuè vtitur mulier cum viro:ſi-
12 cuti olim vtebantur penulis, & palliis. Familiaria † autem
(addit idem Vlpia.) ſunt, quæ ad familiam veſtiendam pa-
rata ſunt: ſicuti ſaga, tunicæ, penulæ, lintea, & veſtimenta
ſtragula.

His paucis prænarratis, diſtinguendi atque conſtituendi hic ſunt aliquot caſus coniecturales.

13 Primus eſt, quando teſtator † legauit vxori veſtes ſuas, &
dubitatur quæ veſtium nomine comprehendantur ex mente
præſumpta teſtatoris? Et dicendum eſt prius præſumi legaſſe
tam lineas, bombicinas, & ſericas quàm laneas: cùm omnes
nomine veſtium ſeu veſtimentorum contineantur: ſicuti re-
ſpondit Vlpian.in l.veſtis.§.1.ff. de auro & arg.lega.& dicam
infra. Imò(inquit idem Vlpianus)continentur ea,quæ his ac-
ceſſoria ſunt, ſicuti picturæ, & claui, qui veſtibus inſuuntur,
quod intelligo etiam ſi acceſſoria ipſa ſunt maioris valoris.
Romanus in ſing.628.lego mulieri, & Pekius de teſtamentis
coniugum.libro quinto, cap.14.columna pen. De clauis ve-
ſtibus inſutis aliqua Bayſius de re veſtiaria. capit. 12. cedunt
etiam veſti coactilia.l.argumento.§.primo.ff. de auro & arg.
14 leg. ſunt coactilia, quos † feltros vulgus appellat Bayſius in
libello de re veſtiaria.cap.21. Hotoma.in commentariis ver-
borum iuris.in verbo.coactilia & Cuiacius in libro 5. obſer-
ua.cap.11.

15 Nomine etiam veſtium † continentur tapeta,faſciæ crura-
les,impilia,& ceruicalia.d.l.argumento.§.tapeta.

16 Impilia † eſſe faſciolas, quibus mulierum crines alligan-
tur,ſcripſit Hotoma,in commentariis verborum iuris in ver-
bo,Impia.

17 Veſtium quoque † appellatione veniunt culcitræ. d.l. ar-
gumento.§.culcitræ.Continentur & veſtes, quæ magis defe-
runtur ornatus gratia quam quod corpus tegant. l. quamuis.
ff.de auro & arg.lega.

Nomine veſtium non continentur odones, vel (vt alij le-
18 gunt) vdones.d.l.argumento. §. faſciæ.ſunt,Vdones † veſtes
vndulatę,quos zembellotos hodie vulgo appellant:ſicuti ex-
plicat doctiſſimus Catelia. Cotta in memorab.in verbo, Vn-
19 dones,Biretum † quoque nomine veſtium contineri reſpon-
dit Alex.in conſ.5.col.vlt.libr.1.quem ſecutus eſt Ripa in l.ſi
quis in fundi vocabulo num.15.de leg.1.

20 Secundus eſt caſus, quando † teſtator legauit veſtes ſuas
vxori, & dubitatur an præſumatur legaſſe etiam veſtes quæ
adhuc non ſunt conſutæ,& confectæ? De his Vlpia.in l.veſti-
mentum.ff.de auro & argen.lega.ita reſpondit.

*Veſtimentum.ideſt,quod detextum eſt,& ſi defectum non ſit:ideſt, ſi ſit conſumatum. Quod in tela eſt, nondum pertextum, vel detextum: contextum appellatur. Quiſquis igitur veſtem legauerit:neque ſtamen,neque ſubtegmen legato continebitur.* Hæc Vlpianus.

Ex cuius verbis colligunt Doctores veſtem ſciſſam & nondum conſutam exiſtentem adhuc apud ſartorem præſumi legatam à teſtatore,qui veſtes legauit. Ita ſenſit Bart.ibidem,& & idem Bart.in l.ex facto.§.rerum.ff. de hæred. inſtit. Franc. Cremen.in ſing.64.Teſtator legauit Felin.in c.cum adeo.nu. 5. de reſcript. & ſic deciſum fuiſſe à Capel. Toloſa. teſtatur Aufrerius in deciſionibus Toloſanis.quæſt.387. & ſecutus eſt Petrus Pekius in Tract.de teſtamentis coniugum.libr.5.cap. 14.numero primo. Veſtis enim cæpta confici pro facta habetur. Ita Bartol.in l.cætera.§.ſed ſi ſeparauit.de leg.1.& declarando.d.l.veſtimentum,ſic poſt alios ſcribit Tiraq.in Tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus.limitat.12.num.20.

Hoc tamen intelligit Bart.in d.l.veſtimentum,quando veſtis ſciſſa eſt apud ſartorem eo animo, vt confecta domi reportetur, non autem vt vendatur: quia tunc,legatis veſtibus non comprehenderetur.

Deſtinatio enim patris famil.teſtatoris attenditur.l.Cætera.§.vlt.de leg.1.& ibidem Bart.

21 Econtra autem, ſi teſtator † legauit pannos, qui in domo
erant,non præſumitur legaſſe veſtes:ſed ipſos pannos,vt ſunt
in rudi materia panni. Ita ex ſententia Baldi, & Io. Berberij
ſcripſit Pekius in d.cap.14.num.2.

22 Veſtis etiam nomine † continetur tela,quæ in pectine(ſic
vulgus appellat textoris inſtrumentum, quo telam conficit)
adhuc eſt,ſi modo prætexta eſt,nempè ſi telæ formam habet:
ſecus verò ſi adhuc non eſt prætexta: cùm tunc dicatur ſta-
men,non autem tela. Ita d.l.veſtimentum,intelligo atque de-
claro vnà cum doctiſſ. Antonio Auguſtino Hiſpano in libro
tertio, emendatio.iuris.c.ſeptimo. Et fortius intellexit Bart.
in d. l. veſtimentum, etiam ſi tela ipſa adhuc tota prætexta
non eſt:ſed cæpta tantùm.

Eſt etiam obſeruandum quod annotauit Goueanus in libro ſecundo, lectio.varia.capit.9. cùm dixit, telam pro ipſo inſtrumento textorio accipi, vt ſit ſenſus.d. l. veſtimentum, quod eſt in tela, hoc eſt in inſtrumento textorio, ſi nondum prætextum eſt, non continetur nomine veſtis: ſecus ſi prætextum.

Qui ſanè ſenſus quò ad effectum & rem, de qua agimus, non differt à communi.

23 Tertius eſt caſus, quando † dubitatur, an legatis veſtibus
pręſumantur legatæ tam ſericæ,& aureę quam laneæ & lineę?
Et dicendum eſt, præſumi legatas etiam ſericas & aureas: ſi
eiuſmodi teſtator habebat: Cùm tam hæ quàm illæ veſtium
nomine contineantur.l.veſtis.§.1.ff.de auro & arg.lega.

24 Declaratur hic caſus, † vt non habeat locum, quando ſta-
tuto prohibitum eſſet,ne mulieres ferant veſtes aureas,& ho-
loſericas. Nam tunc teſtator legando vxori ſuæ omnes veſtes
non præſumitur legaſſe etiam aureas & holoſericas: Ita Bal-
dus in l. cum te. ad finem. verſic. pone ſtatutum.C.de dona-
tio.ante nupt.Bart.in l.quamuis.ff.de auro & arg.lega.Socin.
Sen.in conſilio 10.columna ſecunda,libro primo.Cremen.in
ſing.65.Petrus Pekius in Tract.de teſtamentis coniugum.lib.
5.c.14.num.3.in fin.num.7.

25 Eſt ratio,quia † præſumitur, teſtatorem voluiſſe ſuam vo-
luntatem conformem eſſe diſpoſitioni legis,& ſtatuti.l.hęre-
des



des mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.vbi latè Ripa num.74.& dicemus infrà in præſumpt.

26 Et omnis delicti † præſumptio euitanda eſt.l.merito.ff.
pro ſocio. Præſumeretur autem teſtator delinquere voluiſſe,
ſi legando has veſtes occaſionem daret vxori faciendi aduer-
ſus ſtatutum. Cæterùm Baldus & Cremenſis præcitatis in lo-
cis ſcripſerunt,huic mulieri deberi æſtimationem illarum ve-
ſtium, quas ferre prohibetur. Huc pertinent quæ ſcripſimus
ſuprà in præſump.vbi declarauimus quando debeatur ęſtima-
tio incapaci rei legatæ.

27 Quartus eſt caſus † coniecturalis,quando teſtator manda-
uit hæredibus ſuis,vt veſtirent vxorem ſuam viduam:& dubi-
tatur de quibus veſtibus intellexerit teſtator, an ſcilicet de
veſtibus vidualibus vel etiam de his, quæ nuptæ ferre ſolent?
Hoc caſu dicendum eſt, præſumi legatas veſtes conuenientes
viduis. Ita Bald.in l.1.num... C.de lega. Salicetus in l.vlt.C.
de indict.viduit.tol. Iaſon in l.ſtipulatio iſta habere.§.ij, qui.
num.8.ff.de verb.oblig.& Bertrandus in conſilio 81.libro 1.
28 parte prima, qui etiam reſpondit, quod ſi maritus † legauit
vxori veſtes lugubres, eas poſt annum luctus petere amplius
non poterit vxor:quia hoc legatum ex præſumpta mente te-
ſtatoris reſtrictum eſt ad annum ipſum luctus, quo illis veſti-
bus vti deberet. Et cum cauſa legati fuerit, vt vxor lugeret
maritum: ceſſante ipſa cauſa ceſſare debet legatum.l. Titia.§.
vſuras.de leg.2. Et quia per eam ſtetit quominus peteret ve-
29 ſtes debito tẽpore,ob id amplius petere nõ poteſt:cum † cõ-
ditio poteſtatiua non retrotrahatur.l.1.§.ſerui.ff.ad S.C.Syl-
la.& reſpondit Baldus in conſilio 207.Bartholomæus lib.1.
Hanc Bertrandi opinionem ſecutus eſt Pekius in d.tract.de
teſtamentis coniugum.lib.5.c.14.num.4.

30 Quintus eſt caſus † coniecturalis, quando teſtator legauit
vxori veſtes ſuas:& dubitatur,an pręſumatur legaſſe etiam ve-
ſtes quorum vſus communis erat? Et nõ præſumi legatas pro-
bat.l.argumento.§.ſi quis addiderit.ff.de auro & arg.lega.&
reſpondit Capra in conſ.128.& ſecutus eſt Pekius in d.c.14.
num.6.verſ.adde, & confert.l.Quintus Mucius.la 1.in prin.&
ibi Bar.ff.eo.de auro & arg.lega.

31 Sextus eſt caſus,quãdo † teſtator legauit vxori veſtes ſuas,
& dubitatur,an dicatur legaſſe etiam veſtes feſtiuas? Et præ-
ſumi legaſſe, ſi dignitas mariti & mos regionis id poſtulat,
aliàs non. Ita Bart.in l.liberorum.§.vlt.de leg.3.& in l.vlt.§.
vxori,ff.de auro & arg.leg.Bald.in l.in legatis.nu.2.C.de leg.
Ang.Aret.in tract.de teſtamentis.in glo.49.& Pekius in d.c.
14.num.6.verſ.& ſi maritus.

32 Septimus eſt caſus, quando † teſtator legauit vxori annua
veſtimenta æſtiualia & hyemalia:& dubitatur quibus tempo-
ribus præſtari debent hæ veſtes? Et Calendis Aprilis pręſtan-
dæ ſunt æſtiuales,Calend.Septembris hyemales Ita Bart.Io.à
Platea & Rebuffus in l.1.C.de milita.veſte.lib.12.quos ſecu-
tus eſt Pekius in d.c.14.num.6. His accedunt Roma.in ſing.
601.Aliud non ſcimus:& Antonius Corſetus in ſing.in verbo,
veſtis,incipit,pro ſalario. Et dicemus infrà in præſumpt.vbi
explicabimus,quo tempore præſtari debeat res legata.

33 Octauus & vltimus † eſt caſus coniecturalis,quando teſta-
tor mandauit hæredi,vt veſtiat vxorem: & dubitatur an ſemel
tantùm,vel ſingulis annis veſtire debeat? Recepta eſt ſenten-
tia,quod ſingulis annis veſtire eam debeat, ſi mos regionis &
teſtatoris hoc expoſtulat. Ita tradunt congeſti à Tiraquello
in l.boues.§.hoc ſermone.in 2.limitat.ff.de verb.ſignific.& à
Petro Pekio in d.c.14.num.6.ver.ruſum.

## PRÆSVMPT. CLXII.

### Auro vel & argento legato quid præſtandum ſit ex præſumpta voluntate teſtatoris.

### SVMMARIVM.

1 *Auro aut argento legato,quod auri vel argenti genus præſumatur legaſſe teſtator.*
*Quòd ſi legauit omne aurum & argentum ſuum, præſumatur legaſſe aurum & argentum tam factum quàm infectum, id eſt, tam vaſa quàm maſſam.num.2.*
*Extende etiam hoc ad gemmas & huiuſmodi auro vel argento incluſas.nu.3.*
*Secus ſi qualitas aliqua adijcitur, quæ non ſpeciei auri vel argenti conuenit.num.4.*
5 *Nummi dicuntur potius aurum,vel argentum factum quam maſſa:& dicuntur argentum vel aurum ſignificatum.nu.ſeq.*
6 *Auro legato,vel argento omni,non tamen cenſetur legata pecunia numerata.*
7 *Auri vel argenti certo pondere legato, pro hæredis commodo permiſſum eſt, vt poßit hæres pecuniam eiuſdem tamen æſtimationis præſtare.*
8 *Argenti nomine in legato non venit applumbatura, qua argenti maſſæ ſimul coniunguntur.*
*Nec etiam venit aurum vel argentum, quibus res alterius materiæ ornata eſt.num.9.*
10 *Auro vel argento facto legato,cenſetur legata omnia vaſa auri & argenti.*
11 *Vaſorum nomine quæ contineantur.*
12 *Vaſa promulſidaria quæ dicantur.*
13 *Auri vel argenti facti nomine in legato veniunt etiam vaſa, quæ cæpta ſunt fabricari ſed nondum perfecta.*
*Venit etiam materia auro argentove iniecta.num.14.*
*Necnon pediculi argenti.num.15.*
*Et veniunt gemmæ auro incluſæ.num.16.*
*Vaſa autem fracta & colliſa non veniunt nomine argenti facti. num.17.*
*Non etiam veniunt ſcaphia.num.18.*
*Scaphia non veniunt in legato argenti facti: & quid ſint ſcaphia.*
19 *Teſtator ſi legauit argentum eſcarium, cenſetur comprehendiſſe vaſa parata ad eſum & potum.*
20 *Aquiminarium dicitur potius vas eſcarium quam potorium.*
21 *Colum niuarium eſt vas, in quo reponuntur niues ad refrigerandum vinum.*
22 *Argenti eſcarij appellatione non veniunt cacabi argentei, miliarium argenteum,vel ſartago.*
23 *Miliarium dicitus vas ad aquæ calidæ opus præparatum.*
24 *Auri vel argenti,quod ſui vſus cauſa habebat teſtator,quid contineatur in legato.num.ſeq.*
25 *Libros ſuos qui legauit, non cenſetur illos legaſſe, quos alijs conſueuerat commodare.*
26 *Teſtator ſi legauit vxori aurum vel argentum,quod ipſius vxoris cauſa paratum erat,intelligitur de argento,quo ipſa ſola vxor vtebatur.*
27 *Vſus non recipit diuiſionem.*
28 *Teſtator legando aurum vel argentum ſuum, præſumitur legatum illud tantum,cuius ipſe dominium habebat,non autem illud,quod ſibi debebatur.*
29 *Pronomina, meum, tuum, ſuum, ſignificant dominium in diſpoſitione particulari:ſecus in vniuerſali.*

1 DVBITARI perſæpe † contingit, quod auri
vel argenti genus legaſſe præſumatur teſtator
qui aurum,vel argentum legauit. Hic ego faci-
lioris explanationis gratia diſtinguo atq; con-
ſtituo plures caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtator reliquit omne aurum & ar-
gentum ſuum. Hoc caſu præſumitur legaſſe aurum & argen-
tum tam factum quàm infectum:hoc eſt,tam vaſa quàm maſ-
ſam. Ita Vlpianus in l.cum aurum.in prin.ff.de auro & ar.leg.

Extenditur, † vt procedat etiam quo ad gemmas, & huiuſ-
3 modi auro vel argento incluſas. Nam & hæc nomine auri vel
argenti continentur.l.& ſi nõ ſunt.§.perueniamus.ff.de auro
& arg.leg.& dicemus infrà in præſumpt.162.

4 Declaratur † primò hic caſus,vt non habeat locum, quan-
do qualitas aliqua adiicitur, quæ vni ſpeciei auri, vel argenti
conuenit,vt ſi teſtator dixit:lego decem pondo argenti. Hæc
enim ponderis qualitas,quæ maſſæ tantum conuenit, conie-
cturam facit, teſtatorem legaſſe tantummodo aurum, vel ar-
gentum,quod habebat in maſſa,non autem vaſa:ſicuti Vlpia-
nus ipſe ſubiunxit in dicta l.cum aurum.§.1.qui è contra dixit
in §.2. præſumi legata vaſa, quando dixit teſtator, ſe decem
pondo auri vel argenti facti legare. Hinc malè ſcripſit Cur-
tius Iunior in l.2.§.mutui.num.15.ff.ſi certum petat legato
certo auri vel argenti pondere contineri etiam nummos. Ve-
5 ra non eſt hæc traditio:cùm nummi † dicantur potius aurum
vel argentum factum quàm maſſa.

6 Declaratur ſecundò, vt † non habeat locum quo ad pecuniam numeratam. Illa enim non præſumitur legata, & ſi legatum eſt omne aurum, & argentum: vt reſpondit idem Vlpianus in dicta lege cum aurum. in prin. & in lege. Quintus Mucius. la prima. §. primo. ff. de auro & argen. lega. quo poſtremo in loco dixit, pecuniam non contineri etiam ſi aurum, vel argentum factum legauit teſtator. Non enim (inquit Vlpianus) quiſquam argenti numero nummos comprobat. & eodem in reſponſo Vlp. in. §. cui legatum. in fine, appellat nummos argentum vel aurum ſignatum. Et in ſpecie ita etiam ex noſtris reſpondit Decius in conſ. 381. numero primo, quem ſecuti ſunt Alciatus in l. ſingularia. numero 15. ff. ſi certum peta. & Tiraquellus in tract. de retractu conſang. §. primo, glo. 20. numero primo, qui numero ſecundo, 5. & numero. 6. & 7. ſubiunxit aliud eſſe dicendum, quando communi vſu loquendi nomine auri, vel argenti intelligeretur etiam de pecunia & nummis. Imò nec pecuniam contineri legato, pondere auri &
7 argenti: ſicuti aduerſus Curtium iuniorem ſcripſi ſupra.

Cæterùm † pro hæredis commodo & vtilitate permiſſum eſt, vt legato certo auri vel argenti pondere, poſſit hæres ipſe pecuniam eiuſdem tamen æſtimationis pręſtare. l. 1. §. vlt. ff. de
8 auro & arg. lega.

Declaratur tertiò, vt † nec etiam ſub hoc legato argenti contineatur applumbatura, qua argenti maſſæ ſimul coniunguntur. Ita Vlpianus in dicta lege. Cum aurum. §. idem Celſus. ff. de auro & argento lega. Et applũbare eſſe argenti maſſam maſſę plumbo ita iungere, vt iunctura plumbea cohæreat, explicando d. §. idem Celſus, ſcriptum reliquit Lazarus Bayſius in libello de vaſculis, ex ſentẽtia Plinij ſecundi in lib. 34 naturalis hiſto. cap. 5.

9 Declaratur quartò, vt † non habeat locum in auro, vel argento, quibus res alterius materiæ ornata eſt: ſicuti ſunt lecti argentei, vel ſimilis ſupellex argentea: quæ. vulgò argentata appellatur. Hęc enim non continentur auri, vel argenti nomine, atque ita legata non præſumitur. l. & ſi non ſunt. §. lectum. ff. de auro, & argento lega.

10 Secundus eſt caſus, quando † teſtator legauit aurum, vel argentum factum (quid ſit argentum factum declarat Vlpia. in l. Quintus. la. 1. §. vlt. ff. de auro & arg. leg.) Hoc caſu præſumitur legaſſe vaſa omnia, vt paropſidas, acetabula, trullas, pelues, & his ſimilia. Ita reſpondit Pomponius in l. & ſi non ſint. §. argento. ff. de auro & argen. lega.

Acetabula verò ſunt vaſa quædam in quibus acetum reponitur intingendi panis gratia. Hermolaus Corollario. 400.

De peluibus & trullis diximus ſupra in præſum.

11 Porrò † vaſorum nomine continentur non ſolùm, quæ aliquid in ſe recipiant edendi, bibendíque cauſa paratum, ſed &
12 quę aliquid ſubſtineant. Et ideo ſcutellæ, vel promulſidaria continentur. d. l. & ſi non ſunt. §. ſed cui. Promulſidaria † vaſa ſunt, in quibus condimentum ex mulſo confectum reponitur: vt declarat Hotoma. in commentarijs verborum iuris, in ver-
13 bo, promulſidaria.

Nomine etiam † argenti facti veniunt vaſa, quæ cæpta ſunt fabricari: ſed nondum perfecta, vt ſi cęlabantur. d. l. & ſi non
14 ſunt. §. infecti autem. Ea eſt ratio, quia vaſis formã recuperũt, & non amplius eſt argenti maſſa. Argenti auríque facti † appellatione venit & materia auro argentovè intecta. l. ſi quan-
15 do. ff. de auro & arg. lega. Et rurſus † continentur pediculi argentei. l. pediculis. ff. eo. Quid ſint pediculi declarat Hoto. in commentarijs verborum iuris, in verbo, pediculis. Et eadem
16 in l. pediculis. §. 1. Paulus reſpondit, † contineri etiã gemmas auro incluſas, emblemata aurea, & ſimilia. Quod reſponſum explicauit Cuiacius in lib. 6. obſeruat. c. 31.

17 Cæterùm vaſa † fracta & colliſa non continentur nomine argenti facti: ſed infecti: cùm eis tanquam vaſis vti non poſſimus. l. Quintus. la. 1. §. cui aurum. ff. eod. de auro & arg. lega.

18 Et ibidem in §. argento legato, † reſpondit idem Vlp. argenti facti nomine non venire ſcaphia: quæ dicuntur vaſa, in quibus ſordes & excremẽta corporis demittimus: vt declarat Alciatus in lib. 6. parerg. c. 26.

19 Tertius eſt caſus, quando † teſtator legauit argentum eſcarium. Hoc nomine continetur etiam argentum potorium, atque ita comprehenduntur vaſa parata ad eſcam & potum. d. l. & ſi nõ ſunt. §. ſed cui eſcarium. ff. de auro & argento lega. quo loci Pomponius reſpondit contineri etiam aquiminariũ, hoc eſt, vas ad abluendum manus: de quo diximus ſuprà in præ-
20 ſumpt. 160. num. 14. Aquiminarium tamen † magis eſcarium quàm potorium vas dici reſpondit idem Pomponius in l. in argento. §. vlti. ff. eo. de auro & argento lega. Continetur etiam hoc nomine colum niuarium. d. l. in argento. in princ. Eſt co-
21 lum niuarium † vas in quo reponuntur niues ad refrigerandũ vinum: ſicuti explicant ex noſtris Alcia. in lib. 8. parerg. iuris. cap. 4. Catelianus Cotta in memoralib. in verbo, colum niuarium, & Hotomanus in comment. verb. iuris, in verbó, colum.

22 Cæterùm argenti † eſcarij appellatione non veniunt cacabi argentei, miliarium argenteum, vel ſartago: cũ hæc ſint potius inſtrumenta coquinaria, dicta l. & ſi non ſunt. §. ſi cui eſca-
23 rium. Miliarium eſt vas † ad aquæ calidæ opus præparatum: vt Athenæus lib. 3. cap. 10. & ex noſtris Hotoman. in comment. verb. iuris. in verbo miliarium, & Cuiacius in lib. 2. obſeruat. c. 6. memoriæ prodiderunt.

24 Quartus eſt caſus, quando † teſtator legauit aurum, vel argentum, quod ſui vſus cauſa habebat. Hoc caſu continetur argentum, quo ipſe teſtator quotidie vtebatur: non autem quod commodare ad ludos & cæteras apparationes conſueuerat. l. cum in teſtamento. ff. de auro & argen. lega. Vſus enim immediatus propriæ perſonæ teſtatoris conſideratur. l. in lege cenſoria. verſ. quod autem. ff. de verb. ſignifi.

25 Hinc † annotauit Bertol. in d. l. cum in teſtamento, quod ſi Doctor, qui habebat libros aliquos, quos conſueuerat commodare ſcholaribus, legauit libros ſuos, non præſumitur legaſſe illos vſui ſcholarium paratos. Illud etiam obſeruat Bart. ibidem, quod ſi notarius conſcribendo teſtamentum pro teſtatore in tertia (vt dici ſolet) perſona, dixit. Et præfatus teſtator inſtituit Caium aduocatum, quem rogauit poſt mortem reſtituere libros ſuos Mæuio, intelligitur de libris ipſiuſmet teſtatoris, non autem de illis Cai hæredis. Et Bar. ſecuti ſunt Barb. in conſil. 36. lib. 1. Socin. Sen. in conſil. 249. num. 11. lib. 2. Ruinus in conſi. 131. num. 3. lib. 1. Decius in conſil. 371. numero 4. Marſilius in ſingul. 22. Ripa in l. Centurio. num. 40. ff. de vulg. & in l. ex facto. in prin. num. 5. ff. ad Trebel. & Alciatus in reſp. 523. & conferunt quæ ſcripſi ſupra in præſumpt.

26 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiam quando teſtator legauit vxori ſuæ aurum, vel argentum, quod ipſius vxoris cauſa paratum erat. Nam adhuc intelligitur de auro, vel argento, quo ipſa ſola vxor vtebatur: non autem de communi, quo, ſcilicet, teſtator ipſe & filij vtebantur. l. Quintus. verſ. ſed hoc verum. ff. de auro & argen. lega. quo loci Bartol. dixit, hu-
27 ius ſententiæ eam eſſe rationem: quia vſus † non recipit diuiſionem. l. vſus pars. ff. de vſu & habitat. ea propter non conueniunt ei verba hæc, quæ eius cauſa parata ſunt: cùm non habeat vſum inſolidum: nec pro parte: ex quo diuiſionem non recipit.

28 Quintus & vltimus † eſt caſus, quando teſtator legauit aurum vel, argentum ſuum. Hoc caſu præſumitur legatum illud tantùm, cuius dominium habebat teſtator: atque ita quod ab eo vindicari poterat: Non autem præſumitur legatum illud, quod teſtatori debebatur: ſicque ad quod actionem habebat. l. Quintus. la 2. §. argento, & l. ſcribit, in princip. ff. de auro &
29 argen. leg. Hæc enim † pronomina, meum, tuum, ſuum, ſignificant dominium in diſpoſitione particulari: ſicuti in legato rei ſingularis, vt in caſu noſtro: ſecus verò in vniuerſali: quemadmodum quando teſtator dixit, lego omnia bona mea. Nam tunc etiam res ipſi teſtatori debita continetur in legato. Ita declarant Bart. in d. §. argento, in ſecũda oppo. & nume. 4. Bal. in lege prima in verſ. vltimo nota. ff. de ſtatu hom. & in rub. C. de verb. ſignifi. Angelus & Imola in l. ſi conſtante. §. vlt. ff. ſol. matrim. late Barb. in conſil. 36. colum. 1. & 2. lib. 1. & Natta in conſil. 159. num. 27.

## PRÆSVMPT. CLXIII.

### Ornamentis legati mulieri quid ex præſumpta voluntate teſtatoris debeatur.

### SVMMARIVM.

1 *Ornamentis mulieri legatis, quid præſumatur legaſſe teſtator.*



2 *Ornamentum & mundus quid differant apud Iuriſconſultos.*

3 *Mundo nomine in legato mulieri facto quid contineatur.*

4 *Matula quid ſit.*

5 *Ornamentorũ nomine quid cõprehendatur in legato mulieri facto.*

6 *Anademata eſt vox Græca, ſignificátque apud nos redimiculum.*

7 *Crocophantia quæ dicantur.*

8 *Viriolæ dicuntur anuli minores.*

9 *Ornamentorum nomine non veniunt in legato lapilli, margaritæ, & gemmæ, niſi alia appareat teſtatoris voluntas.*

10 *Carruca dormitoria continetur nomine mundi vel ornamentorum, ſi vxor, cui maritus eum legauit, ea vtebatur: & quid olim eſſent carrucæ.*

1 REQVIRIT nunc † hic locus, vt explicemus, quid legatis ornamentis mulieribus legatum præſumatur? Qua in enarratione prius dicendum eſt, apud Iuriſconſultus differentiam con-
2 ſtitui † inter duo hæc nomina, ornamentum, & mundum. Ita ſanè Vlpianus in l. argumento. §. ornamenta. ff. de auro & arg. lega.

*Ornamenta* (inquit Vlpianus) *muliebria ſunt, quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, &c.* Deinde ita ſubiunxit.

*Mundus mulieris eſt, quo mulier mundior ſit. Continentur ea ſpecie matulæ, vnguenta, vaſa vnguentaria, &c.*

Sic & Paulus in l. pediculis. §. Titia. ff. eo. tit. ita reſpondit.

*Titia mundum muliebrem ſepticiæ legauit, ea putabat ſibi legata & ornamenta, &c.*

Idem Paulus in lib. 3. ſenten. c. 6. ita ſcriptum reliquit.

*Mundo muliebri legato, ea cedunt per quæ mundior mulier, lautiórque efficitur, velut ſpeculum, conchæ, ſituli, item buxides, vnguẽta, & vaſa, in quibus ea ſunt. Ornamentis legatis ea cedunt, per quæ ornator ſit mulier: veluti annuli, catenæ, reticuli, & cætera, quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur.*

Et in huius loci explanatione Iacobus Cuiacius auctoritate Tertulliani in lib. de habi. muliebri, comprobauit, id quod fecit & Hotoma. in commentariis verborum iuris, in verbo, Mundus.

Hodie teſtatores, & notarij vt plurimum imperiti, differentiam hanc ignorant: quin & paucis iuriſconſultis cognita: eſt nec ſanè mirum, cùm, & probatiſſimi auctores Liuius, Polybius, Gellius & alij quamplurimi, quos eruditiſſ. Ferandus Abdua Mediolanenſis in lib. 1. explicationum. c. 35. commemorauit: nullam inter mundum muliebrem & ornamenta differentiam conſtituerint. Et idem comprobauit Catelia. Cotta in memorabilibus, in verbo. Vndones. Quocirca vix eſt, vt aliquo in noſtræ ætatis teſtamento legatur, teſtatorem mundum, & ornamenta vxori legaſſe. Cæterùm nos ſecuti differentiam hanc duos conſtituimus caſus.

3 Primus eſt, quando † teſtator reliquit mũdum muliebrem vxori ſuæ: & dubitatur quæ hoc mundi nomine comprehendantur? Et dicimus vnà cum Vlpiano in d. l. argumento. §. mundus. & cum Paulo prædictis in locis, contineri, ſpecula, matulas, vnguenta, vaſa vnguentaria, lauationem, riſcum, conchas, ſitulos, buxides.

4 Matulam † explicarunt Alciatus in lib. 6. parerg. ca. 26. & Cotelianus Ctta in memorabilibus, in verbo, matula: eſſe genus vaſis ad excipiendam vrinam & alia corporis excremẽta: & alio nomine ſcaphiam dici: ſicuti ſcripſit idem Cotta in verbo, ſcaphia. Huius etiam nominis ſcaphiæ ſignificationes commemorauit Ferandus Abdua in præcitato libro primo, explicationum. cap. 37.

5 Secundus eſt caſus, quando † teſtator legauit vxori eius ornamenta: & dubitatur, quid eo nomine contineatur? Et cum eiſdem Vlpiano in d. l. argumento. §. ornamenta. & Paulo in lib. 3. ſentent. tit. 6. dicendum eſt, venire, inaures, armillas, viriolas, anulos non ſignatarios, & veniunt etiam gemmę, lapilli, vittæ, mitræ, ſemimitræ, calantica, acus cum margarita, reticula, crocofantia. Inter ornamenta reponit etiam Paulus in l. quamuis. in fi. ff. de auro & ar. leg. anademata vel anadeſmata, vt legunt Alciatus in lib. 2. Cotta in memoralibus, in verbo, Vndones. Hotomanus verò in commentariis verborum iuris, in verbo, anademata, & Ferandus Abdua in lib. 1. expli-
6 cationum. cap. 36. contendunt retinendum eſſe nomen, † anademata, inquitque Abdua vocem græcam eſſe, & apud nos
7 ſignificare redimiculum. Crocophantia, quorum † meminit Vlpia. exponit Alciatus in lib. 6. parerg. cap. 25. qui vult legendum eſſe, Crocophali, ſunt inquam diſcriminalia rubra, quæ capitis ornandi cauſa gerunt mulieres. Crocota legendum eſſe exiſtimauit Catelia. Cotta in memoralibus, in verbo, Vndones, qui dixit, eſſe veſtes croceocolore infectas. Et eo loci declarat etiam quid ſit calantica. Conumerantur etiam inter mulierum ornamenta, margaritæ, elenchi, ſmaragdi, clindri, & timpani. Ita ſanè Paulus in l. pediculis. §. pen. & vlt. ff. de auro & argen. leg. Quid elenchi, clindri, & timpani ſint, exponit Ferandus Abdua in ſępius citato libro primo, explicationum. cap. 38. ex Plinio libro 9. cap. 35. & libro 3. cap. 7. & 8. Virio-
8 las † eſſe minores anulos ſcriptum reliquit Cotta in memoralibus, in verbo, Viriole.

9 Nomine † ornamentorum non continentur lapilli, margaritæ, & gẽmæ adhuc rudes: niſi alia appareat teſtatoris voluntas. l. argumento. §. pen. ff. de auro & arg. leg.

10 Carruca † dormitoria continetur nomine mundi, vel ornamentorum, ſi vxor, cui maritus eam legauit, vtebatur ea. l. vxori. la 2. ff. de auro & argento legato. Carrucæ erant parui carri, quas veteres illi Romani in deliciis habebant: ſicuti explicant Coraſius in lib. 3. miſcella. c. 20. nu. 6.

## PRÆSVMPT. CLXIII.

### Liberatione legata quid legatum atque relictum præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Liberatione tutori ſimpliciter legata, ne teneatur reddere rationem futuræ adminiſtrationis, quid ſibi relictum præſumitur, nunquid cenſeatur liberatus ab omnimoda redditione rationum.*

2 *Diſpoſitio & mens teſtatoris eſt ita interpretanda, ne delinquendi occaſionem præbeat.*

3 *Liberatione legata etiam matri tutrici filiorum à marito ne teneatur reddere rationem ſimpliciter, tenetur reddere de his quæ doloſe geſſit.*

*Et id etiam, ſi verbis generalibus relicta eſt liberatio. nu. 4.*

*Et extende, etiamſi expreſſe legata ſit liberatio ab adminiſtratione doloſa. num 5.*

*Et hoc habet locum etiam in lata culpa. num. 6.*

*Et procedit etiam ſi teſtator legauit ipſi tutori & adminiſtratori quicquid apparebit eum debere ob tutelam, quam adminiſtrabit. num. 7.*

*Contra. num. 8.*

9 *Liberatione legata tutori ne teneatur reddere rationem futuræ adminiſtrationis, cenſetur liberatus tutor à dolo præſumpto qui ſibi remiſſus cenſetur.*

*Et ſi ipſi tutori vel adminiſtratori relicta eſt liberatio pro adminiſtratione præterita & iam facta, in dubio non præſumitur liberatus tutor à doloſa adminiſtratione. num. 10.*

*Secus ſi relictu eſt liberatio verbis amplis & generalibus. nu. 11.*

12 *Liberatione ipſi tutori legata, nunquid præſumatur tutor liberatus à reſtitutione rei, quæ à teſtatore iure dominij poterat vendicari.*

*Quòd non cenſeatur liberatus, & liberationem reſtringi debere ſolum ad cauſam adminiſtrationis multis rationibus comprobatur. ibid.*

*Et id etiam ſi liberatio relicta fuit præſtito iuramento. nu. 13.*

14 *Iuramentum non auget obligationem extrinſecus, ſed ei intra ſuos limites manenti addit religionis vinculum & robur.*

15 *Liberatio tutori tunc cenſetur relicta etiam de his quæ vindicari poterant à teſtatore, quando ipſe teſtator vſus eſt verbis amplis & generalibus.*

*Idem ſi teſtator legauit liberationem ab adminiſtratione, à lucris perceptis & percipiendis, & reliquorum ſolutione & reſtitutione. num. 16.*

17 *Liberatio ſi eſt relicta tutori à teſtatoris rerum ſuarum, nunquid præſumatur liberatus à reſtitutione reliquatus.*

*Et quid in legato liberationis facto à filio patri. num. 18.*

*Et quid ſi matri tutrici liberationem legauit filius. nu. 19.*

*Et quid*

*Et quid in genero, qui legauit liberationem ſocero.num.20.*

21 *Liberatione legata tutori tunc præſumitur etiam liberatus à reliquatu, quando teſtator vſus eſt verbis amplis & generalib.*

22 *Liberatione relicta fideiuſſori, non præſumitur relicta reo principali, relicta verò reo principali præſumitur relicta etiam fideiuſſori.*

23 *Debito principalis ſublato dicitur & illud fideiuſſoris extinctum.*

24 *Liberatione legata reo principali, liberandus eſt ab hærede per acceptilationem: ſi verò eſt relicta fideiuſſori, pacto ab hærede liberabitur.*

25 *Teſtator ſi reliquit debitori ſuo chirographum debiti, præſumitur ei reliquiſſe liberationem.*

26 *Teſtator ſi reliquit aliquid creditori alicuius, præſumitur reliquiſſe potius contemplatione ipſius debitoris quam creditoris, & ſic vt debitor liberationem conſequatur.*

*Et ſi iam ſtipulatus fuerat ſibi dari à Caio Stichum aut decem, & mandauit hæredi, ne à Caio Stichum peteret, præſumitur liberaſſe Caium etiam ab illis decem.num.27.*

28 *Liberatione ſimpliciter relicta debitori, præſumitur facta liberatio in rem tantum, non in perſonam.*

29 *Liberatione conductori fundi his verbis relicta: Lego quicquid Caius conductor prædij mei mihi debet & debebit, vt ſinat hæres meus eum habere, cenſetur conductor in totum liberatus, vt poßit toto tempore locationis ſibi factæ vti frui illo fundo.*

30 *Liberatione legata à debito principali, cenſetur legata liberatio etiam debiti acceſſorij.*

Coniecturales multi incurrunt caſus in legato liberationis. De his nonnulla attingemus: & ſi copioſè & diligenter de his multa ſcripſit eruditiſs. Didacus Couar.in lib.2.var.reſolu.c.14.

1 Primus eſt quando † teſtator ſimpliciter legauit liberationem tutori, & adminiſtratori, ne teneatur reddere rationes futuræ adminiſtrationis.

Hoc caſu præſumitur liberatus tantummodo ab exacta & diligenti ac (vt ita dicam) rigoroſa redditione rationũ, quam reddere tenentur adminiſtratores rerum & bonorum alicuius: Non autem præſumitur liberatus ab omnimoda redditione rationum: ob id reddere eam debet, quia ſemper tenetur tutor & adminiſtrator ſi quid dolo egit & adminiſtrauit. Ita Bart.in l.Aurelius.§.Caio.numero octauo.ff.de libera.lega. Angelus in conſilio 185.Caſtren.in conſilio ſexageſimotertio.Ad primum quæſitum, numero primo, & in conſilio 445. circa primum quæſitum.numero tertio, libro ſecundo, Signorolus in conſilio 110.numero octauo.Salicetus in lege cum neceſſitatem.C.de fideicom.Socin.Sen.in conſilio 201.colu. ſecunda, libro ſecundo, Iaſon in l.ſub prætextu.2.numero.3. C.de tranſact.Ruin.in conſi.ſexageſimonono.numero tertio. libro ſecundo. Decius in conſi.178.nume.3.& in conſi.192. nu.4.Craue.in conſi.193.num.9.Didacus in d.c.14.nume.2. & alios eiuſdem ſententię commemoraui in.conſi.22.num.1. lib.1.Et accedunt nouè Antonius Padilla in d.l.cum neceſſitatem.num.7.Pariſ.in conſi.89.nu.34.lib.1.Bero.in conſ.37. in fi.lib.2. Quæ quidem ſententia probatur.tex.l.quidam decedens.ff.de adm.tuto.quo loci Iulianus reſpõdit, quod ſi teſtator voluit tutores, quos filijs ſuis dederat, eſſe anologiſtos, hoc eſt, ne teneantur reddere rationem adminiſtrationis: attamen non dicuntur liberati, ſi quid mala fide egerint.

Et à fortiori probant tex.l.non ſolum.la.2.§.pen.l.ſi quis rationes.in princ.l.Aurelio.in fi.ff.de libera.lega.vbi à Pomponio, Vlpiano & Modeſtino reſponſum eſt, liberationem relictam tutori & adminiſtratori de iam geſtis & adminiſtratis, quorum ſcientiam teſtator habere facilè potuit, non comprehendere dolo geſta: Qua de re dicemus in ſequẽti caſu. Com-

2 probatur hæc ſententia † ea ratione, ita eſſe interpretandã teſtatoris diſpoſitionem, ne delinquendi anſam & occaſionem præbeat.arg.l.conuenire.ff.dé pactis dotal.cum bono & iuri publico repugnet. Et hoc quidem eſt quod dicere voluit Iulianus in d.l.quidam decedens.in prin.ff.de adm.tut.illis verbis.

*Nemo enim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus: nec mutare formam antiquitus conſtitutam.*

Et manifeſtius habetur in l.ſi vnus.§.illud.ff.de pactis, nec pacto quidem dolum futurum remitti poſſe.

3 Extenditur † primò, vt locum habeat etiam in matre filiorum tutrice relicta à marito. Ita reſpondit Caſtren.in conſil. 445.Circa primum.num.3.& in fi.lib.2.ſed viſus eſt diſſentire Crottus in l.nemo poteſt.nu.55.de leg.1.

4 Extenditur ſecundò hic † caſus, vt locum habeat etiam ſi verbis multũ amplis & generalibus legata eſt liberatio. Nam adhuc non præſumitur liberatus à doloſa futura adminiſtratione. Ita tradunt à fortiori Doctores, quos ſtatim referam, & præſertim, Bolog.in conſi.13.col.2.verſ.ſed ne ſtemus iuncto caſu ab eo propoſito

5 Extenditur tertiò, vt locum † habeat etiam ſi expreſſim legauit liberationem ab adminiſtratione doloſa. Ita ſenſit Bar. in d.l.Aurelio.§.Caius.nume.8.ff.de libera.lega.quem ſecuti ſunt Crottus in l.nemo poteſt.nume.54.verſ.hæc concluſio. ff.de leg.1.Alex.in conſi.62.lib.4.& Didacus in d.c.14.num. 3.in fi.& nu.4.verſ.quartum licet, & verſ.8.deducitur.

6 Extenditur † quartò, vt procedat etiam in lata culpa. Ita Bologninus in d.conſi.13.colum.2.verſ.& idem dico: qui dixit à culpa leui & leuiſſima præſumi liberatum.

7 Extenditur quintò, † vt procedat etiam ſi teſtator legauit ipſi tutori & adminiſtratori quidquid apparebit eum debere ob tutelam quam adminiſtrabit. Adhuc enim non præſumitur legatum id, quod conſtabit eum debere ex doloſa ipſa adminiſtratione. Ita glo.in d.l quidam decedens.in prin.in verbo, ſenſerit.ff.de adm.tuto.Angelus in conſi.175.Signorolus. in conſil.110.nu.7.&.8.qui late comprobauit.Anch.in conſ. 118.nume.2.dubio, Fulg.in conſi.103.nume.2.Salicetus in l. cum neceſſitatem.C.de fideicom.& ibidem Corne.Alex.in conſi.74.nu.5.lib.7.Cremenſis inter conſilia eiuſdem Alex. in conſ.62.num.3.lib.4.Io.Annania in conſilio.80.&ibidem Bologninus in additionibus.Barba.in conſi.4.columna 5.lib. 4.Socinus Sen.in conſi.201.col.2.verſ.quibus tamen non obſtantibus.lib.2.& in conſi.72.num.8.lib.3.Ruinum in conſ. 69.numero.5.& 6.lib.2.Iaſon conſi.15.col.2.verſ.quinimo. lib.3.Cur.Sen.in conſilio 66.in ſecundo dubio.Felinus in c. ſi diligenti.numero 26.de foro compet.Decius in conſ.349. in fi.& in conſi.418.col pen.& in l.actione.nu.11.C.de tranſact.ibidem Cur.Iun.numero 28.Bero.in conſi.37.nume.10. lib.2.Didacus in dicto lib.2.varia.reſolu.cap.14.numero 2. verſ.idem erit.& Antonius Padilla.in d.l.cum neceſſitatem. nu.2.& 3.C.de fideico.

Ea ratione fulcitur hæc ſententia, quia (vt iam diximus) præſtaretur anſa & occaſio delinquendi ipſi adminiſtratori, quod nulla ratione dicendum eſt.alijs comprobauit Signorolus in.d.conſi.110.num.7.& 8.& ibidem num.16.alia ratione, quam dixit inconuincibilem, probauit opinionem hanc.

8 Cæterum quod imò præſumatur † & cenſeatur relicta liberatio à doloſè geſtis, ſi teſtator remiſit ipſi tutori & adminiſtratori, omne id.in quo damnabitur ratione & cauſa adminiſtrationis quam faciet, probarunt Dynus & Raynerius in l. ſi quis rationes.ff.de libera.lega.Angelus ſibi parum conſtans in conſil.102.& in conſi.185.in fi.Alexand.in conſil.54.nu.1. lib.2.Corneus in conſilio 313.lib.1.Crottus in l.nemo poteſt. num.56.de legat.1.Franc.Pepus inter conſilia Socini Sen. in conſilio 282.numero 9.libro ſecundo. Decius in conſil. 178. columna ſecunda, verſic.ſed tamen prædictis. Gozad. in conſilio 47.numero 15.& in conſilio 94. numero 10. Et ij quidem adducti ſunt tex.dicta l.ſi quis rationes qui tamen loquitur de adminiſtratione præterita: ſicuti declarabimus in ſubſequenti caſu. Rectius probari mihi videtur eo reſponſo Iuliani in dicta l.quidam decedens.in princip.ff.de adminiſtra. tut.qui poſtquam dixit tutori relinqui nõ poſſe liberationem à doloſa futura adminiſtratione, ſubiunxit hæc verba.

*Damnum verò quodcumque ex tutela quis ſenſerit, & legari & per fideicommiſſum ei relinqui poteſt.*

Hæc verba referuntur ad præcedentia, quibus aduerſantur, vt ſignificat dictio, verò, aduerſatiua, & propterea Iulianus ſenſit, teſtatorem poſſe remittere tutori, quod conſtabit eum debere ex futura adminiſtratione mala fide facta. Nec recipienda eſt interpretatio gloſſæ ibi, quam latè confirmauit Signorolus in d.conſil.110.num.12.verſ. venia ad tertium. Iulianum loqui de leui culpa. Eſt enim verius loqui de ipſo dolo, cùm aduerſetur præcedentibus, vbi de mala fide, quæ à dolo prouenit, loquitur. Non etiam vera eſt interpretatio Salicet. in dicta l.cum neceſſitatem: & ante eum Petri, quem retulit & probauit



probauit Signorolus in d.conſi.110.num.12. verſ.alius eſt intellectus. Cùm dixit, Iuliani reſponſum intelligi, de damno, quod eſt diminutio patrimonij. l.3. ff. de dam. infecto: putà (inquit Salicetus) quia propter tutelam auocatur à negotijs ſuis. Hæc ſanè interpretatio etiam probata eſt à Padilla. nu. 3.non eſt vera: cùm non conueniat verbis Iuliani qui loquitur de damno ſibi à tutore dato: non autem de eo, quod tutor ipſe paſſus eſt, de quo nulla dubitatio apud Iulianũ fuiſſet. Quis enim dubitare poteſt, quin tutori & adminiſtratori legari poſſit pro damno ab eo paſſo in adminiſtratione? Non hic cõmemoro aliam interpretationem Signoroli in d. conſil.110.num.12.verſ.ex his igitur: cum ſit ſatis remota. In iudicijs non erit recedendum à cõmuni: tum præſertim, quia pro ea vrget multum ratio illa, ne detur delinquẽdi occaſio.

9 Declaratur primò hic † caſus, vt non procedat quo ad dolum præſumptum futurum, ſicuti eſt dolus ille, qui omittẽdo, atque ita per negligentiam cauſatur. Nam is remitti poteſt: & remiſſus præſumitur, ſi teſtator vſus eſt verbis amplis, vel ſi legauit ipſi tutori & adminiſtratori, quod conſtabit, eum dare oportere. Ita tradunt glo.in d.l.quidam decedens. in prin.ff.de adm.tuto.Baldus in l.1. in fi. C. de vſufructu. Iaſon in l.ſi vnus.§.illud.num.5.ff.de pactis.Felinus in c.ſi diligenti.nu.31.de foro compe.Decius in conſi.178.nume.3.& in conſi.192.num.4.verſ.ex quibus.Craue.in conſi. 193. nu.9.& Didacus in lib.2.varia.reſolu.c.14.nu.4.verſ. quintum dolus, & hos ſecutus ſum in conſi.22.num.5.lib.1.Idem ſcripſit Antonius Padilla in d.l.cum neceſſitatem.nu.4. C. de fideicom.

10 Secundus eſt † caſus, quando teſtator legauit liberationem tutori & adminiſtratori pro adminiſtratione præterita & iam facta. Hoc etiam caſu in dubio non præſumitur relicta liberatio pro adminiſtratione vero dolo facta. Ita glo.in l.cum neceſſitatẽ.C.de fideico.& ibidẽ Docto præſertim Padilla.nu.6.Caſtren.in conſi.86.Dubitatio vertitur. in fi. lib.1. & in conſi.63.Ad primum quæſitum.nu.1.lib.2. Signorolus in conſil.110.num.13. Soc.Sen.in conſi.72. num. 4. lib.3.Pariſ.in conſi.84.nu.32.lib.1.& ſenſit à fortiori Didacus, quem mox referam, & manifeſte probat l.Aurelio.in fi.ff.de libera. lega.Et accedit ratio, quia teſtator legãdo liberationem ſimpliciter non præſumitur cogitaſſe de dolo.l.tres fratres. & l. qui cum tutore.§.qui per familiam.ff.de tranſact.

11 Declaratur primò † hic caſus, vt locum non habeat, quãdo teſtator verbis amplis & generalibus liberationem ipſam reliquiſſet. Nam tunc præſumitur relicta liberatio ab adminiſtratis dolo etiam verò. Ita glo.in l.actione. C.de tranſact. & ibidem Bar.in d.l.Aurelio.§.Caius.nu.6. ff. de libera.lega. Signorolus in d.conſi.110.nu.13.Socin.Sen.in conſil. 73. col. 1.lib. 3.ſenſit & Crottus in l.nemo poteſt.num.55.verſi.ſecundò fallit. de leg. 1.

Diſſentit tamen à prædictis Didacus in d.c.14.nu. 4.verſ. ſecundum etiam; qui ſolùm admittit, præſumi remiſſum dolum præſumptum. Idem viſus eſt ſentire Pariſius in d.cõſ. 84.num.32.& 33.lib.1.

12 Tertius eſt caſus † coniecturalis in hac liberatione legata; an ſcilicet tutor, & adminiſtrator ſimiliſvè præſumatur liberatus à reſtitutione rei, quæ à teſtatore iure dominij poterat vendicari, vt ſi tutor iniuſtè poſſidet rem maiorum meorũ, quam rei vendicatione poſſum cõſequi, & ipſi tutori reliqui liberationem, an præſumatur me, eum liberaſſe, ne rem illam hæredibus mei reſtituat? Recepta & vera eſt ſententia, non præſumi liberaſſe à reſtitutione illius rei: ſed ſolùm à debita ratione adminiſtrationis. Ita glo.in l. Aurélius.§. Mæuia.ff.de libera.lega.& ibidem Bart.Baldus in l.cum neceſſitatẽ.nu... C.de fideicom.Angelus in conſi.174.& in conſil. 185. Socin. Sen.in conſi.72.col.1.verſ.nam ſi penes.lib. 3. Iaſon in Inſtitutio.de actio.in prin.numer.101.& in d.l.cum neceſſitatem. num... & ibidem Antonius Padilla.nu.6.Pariſ.in conſi. 84. nu.22.lib.1.& Didacus in lib.2.varia.reſolu.c.14.nu. 1. Et horum quidem ſententiam probat Scæuolæ reſponſum in l. Aurelius.§.Mæuia.ff.de libera.lega.cuius verba hæc ſunt.

*Mæuia teſtamento ſuo alterum ex hæredibus ſuis actione tutelæ voluit liberari his verbis. Rationem tutelæ, quam egit Iulianus Paulus cum Antiſtio Cicerone, poſci ab eo nolo: eóque nomine cauſa omni liberatum eſſe volo. Quæro, an ſi qua pecunia ex tutela apud eum remanſit, peti ab eo poßit: Reſpondit, nihil proponi, cur pecunia, quæ pupilla eſt, & apud tutorem poſita maneret, legata videretur.*

Et idem Scæuola eiſdem propè verbis in l. vlt. §. Titia. eo. tit. Idem quoque reſpondit Modeſtin.in l.Aurelio.in fi.ff.eo. vbi teſtator his verbis legauit liberationem curatoribus.

*Quæſtionem curatoribus meis nemo faciet, rem enim ipſe tractaui.*

Reſpondit Modeſt.his verbis.

*Si quid dolo curatores fecerunt, aut ſi quæ res teſtatoris penes eos ſunt: eo nomine conueniri eos poſſe.*

Confert & ratio, quia liberatio legata tutori & adminiſtratori reſtringitur ad ipſam cauſam, nẽpè adminiſtrationis, cui adſcribi non poteſt res poſſeſſa & occupata ab ipſo tutore & adminiſtratore. Ita ſimili in caſu tradit Bart.in l.non ſolum.la 2.§.vlt.ff.de libera.lega.cùm dixit, quod ſi teſtator legauit liberationem depoſitario, vel commodatario, non pręſumitur eum liberaſſe à reſtitutione rei, quæ à teſtatore vendicari poterat. Nam (inquit Bart.) ea actione in rem ſicque rei vendicatione poterat conueniri tanquam extraneus, non autem tanquam commodatarius, vel depoſitarius, cui legata eſt liberatio. Et Bart.ſecuti ſunt Alex.in conſil.46.nu.4.lib.1.& in conſ.170.num.2.lib.2.Iaſon in conſ.171.col.3. lib. 1. & Didacus in d.c.14.num.1.verſ.primò deducitur. Et liberationẽ generalem reſtringi ad cauſam, de qua agebatur, reſpondit poſt alios Bero.in conſ.159.num.41.lib.2.

13 Extenditur primò hic † caſus, vt locum habeat etiam ſi liberatio relicta fuit, præſtito iuramento. Nam adhuc nõ præſumitur ille liberatus à reſtitutione rei, quæ à teſtatore vendicari poterat. Ita in ſpecie tradit Didacus in d.cap.14.num.1.

14 verſ.5.idem eſſe. Ea vſus eſt ratione Didacus, quod † iuramẽtum non augeat obligationem extrinſecus: ſed ei intra ſuos limites manenti addit religionis vinculum & robur. argu. l. Titius.in fi.ff.ad Treb.& tradit Baldus in l.ſi procurator, col. 3.ff.de condict.indeb.

15 Declaratur hic † caſus, vt locum non habeat, quando teſtator vſus eſt verbis amplis & generalibus, vt ſi dixit, lego liberationẽ ab omni & toto eo, quod hæres meus petere poſſet, quacumque ex cauſa. Hoc ſanè caſu cenſetur legata liberatio etiam de his, quæ vendicari poterunt. Ita reſpondit Corneus in conſ.29.num.2.lib.1.

16 Idem † ſi teſtator legauit liberationem, ab adminiſtratione, à lucris perceptis & percipiendis, & reliquorum ſolutione, & reſtitutione: ſic conſuluit Alex.in conſ.47.num.9.lib.1. Et ſecutus eſt Didacus in d.c.14.num.1.verſ.6.illud.

17 Quartus eſt caſus, quando † teſtator legauit liberationem tutori, & adminiſtratori rerum ſuarum, an præſumatur eum liberaſſe ne teneatur reſtituere reliquatum, hoc eſt, id cuius clarè conſtat eum eſſe debitorem cauſa ipſius adminiſtrationis? Et liberatum non præſumi affirmarunt Bar.in l.Aurelio. §.Caius.ff.de lib.lega.& ibid.Alber.Caſtr.in conſ.86. Dubitatio.in fi.lib.1.& in conſ.63.Ad primum quæſitum.n.1.lib.2. Alex.in conſ.45.col.1.lib.1.Soc.Sen.in conſ.72.col.2.verſ. ſecundus caſus.lib.3.Ruin.in conſ.69.nu.3.lib.2.& in conſ. 97. nu.6.lib.5.& Pariſ.in conſ.84.nu.35.lib.1.Didac.in lib.2. varia.reſolutio.c.14.num.1.verſ.poſtremò opportunè, & ſecutus ſum in conſ.22.n.2.lib.1.Et manifeſtè probant.l.ſi quis rationes.in pr.l.Aurelio.in fi.& d.l.Aureli⁹.§.Męuia.ff.de libe.lega.

18 Declaratur primò hic caſus, vt † locum non habeat in legato liberationis facto à filio patri. Nam tunc præſumitur liberatus pater etiam à reliquatu. Ita Scæuola in l.Aurelius.§.Titius.ff.de lib.lega.quod reſpõſum dixit ſingulare Franc. Cremen.in ſing.111.Ea ratione vſus eſt Scæuola quia pręſumptio eſt, ob naturalem affectum omnia videri conceſſa à filio patri.

19 Idem eſt quando † matri tutrici liberationem legauit filius, vt reſpondit Gozadi.in conſ.94. num. 14. & ſecutus ſum in d.conſ.22.num.4.in fine, quo loci retuli Deciũ, Pariſium, Alciatum & Didacum idem affirmantes, quando nepos ex fratre legauit liberationem patruo tutori & adminiſtratori. Idem ego ipſe reſpondi in d.conſ.22.num.3. & 4. dicendum eſſe, quando gener † legauit liberationem Socero ſuo. Nam naturalis affectionis ratio militat etiam erga hos, ſicuti erga patrem: etſi fortè non tanta.

20 Declaratur ſecundò, vt † non procedat quando liberatio fuit concepta verbis multũ amplis & generalibus, vt ſi dixit, quod

quod tutor & adminiſtrator non teneatur reddere rationes, etſi conſtabit eum eſſe debitorem pro ipſa adminiſtratione quod id toum ei legat. l.ſi quis rationes. in fin. ff. de libera. lega. Id quod procedit ſiue teſtator ipſe liberauit tutorem & adminiſtratorem, ſiue mandauit hæredi ſuo, vt eum liberaret. Non enim adhibenda eſt diſtinctio hæc: ſicuti ea reiecta aduerſus Bartolum & ſequaces, ſcripſerunt Angel. in conſil.185. Crottus in l.nemo poteſt. numer.55.de leg.1. Socin. Sen. in conſi. 73. num. 5.lib.3. Curtius Iunior in l. actione. colum.vltim.C.de tranſact.& Didacus in d.lib. 2. varia. reſolutio. cap. 14.num. 1.verſic. hoc ipſum verum; qui quidem Didacus permultis rationibus, & argumentis, quæ non commemoro, oſtendit, reijciendam eſſe Bart. diſtinctionem. Illo tamen in loco tandem iudicis arbitrio relinquendum eſſe dixit, vt iudicet pro ſui arbitrio, an teſtator voluerit liberare adminiſtrationem a reliquatu. Cæterùm, quod verbis generalibus & amplis non cenſeatur remiſſus reliquatus reſponderunt Ancha.in conſil. 118. & Barb.in conſi.4.col.5. lib.4.

22 Quintus eſt caſus † coniecturalis, quando teſtator reliquit liberationem fideiuſſori; non præſumitur reliquiſſe reo principali: è contra verò relicta libeatione reo principali præſumitur reliquiſſe etiam ipſi fideiuſſori. Ita Pomponius in l.2.& Iulianus in l.ſi debitor. ff. de lib.leg.reſponderunt.

23 Eſt ratio, quia debito † principalis ſublato dicitur extinctum & illud fideiuſſoris, quod eſt acceſſorium. l.generaliter. §. illud.ff.de fideiuſſo. Non autem è contra ſublato acceſſorio dicitur extinctum principale. Hinc Vlpianus in l.
24 ſi quis reum. ff. de liber. lega. reſpondit, liberatione † legata reo principali, liberandus eſt ab hærede per acceptilationem: atque ita perinde ac ſi ei ſoluiſſet debitum. l. non ſolum. §. 1. eo. tit. de libera. leg. & conſequenter liberatur etiam fideiuſſor. Liberatio verò relicta fideiuſſori, pacto ab hærede liberabitur: atque ita non liberatur ac ſi ei facta eſſet ſolutio.

25 Sextus eſt caſus, quando † teſtator debitori ſuo reliquit Chyrographum debiti; præſumitur ei reliquiſſe liberationem, vt reſpondit Vlpian. in l. 3. in prin. ff. de libera. lega. confert quod ſcripſi in præcedenti libro, in præſumpt 140. dum explicaui, quando reſtituto Chyrographo debita a creditore debitori præſumatur remiſſum & ſolutum debitum.

26 Septimus eſt caſus † coniecturalis, quando teſtator reliquit aliquid creditori alicuius, præſumitur reliquiſſe contéplatione & fauore potius ipſius debitoris quàm creditoris: atque ita vt debitor liberationem conſequatur. Ita Bart. in l.3. §.vlt.nume.1.ff.de libera.lega.quem probauit Ruinus in cõſ. 30.num. 5.& in conſi.148.num.9.lib. 2.

Et propterea ille debitor, cui teſtator prodeſſe voluit, legatarius cenſetur; etſi eius nomen non legitur ſcriptum in teſtamento. d.l.3.§.vlt.

27 Octauus eſt caſus, quando † teſtator, qui iam ſtipulatus fuerat ſibi dari à Caio ſtichum, aut decem; mandauit hæredi, ne à Caio ſtichum peteret. Hoc caſu præſumitur teſtatorem liberaſſe Caium etiam ab illis decem. Ita reſpondit Vlpianus in l.non ſolùm la.1.§.1.de libera.lega.& ibidem annotauit Bart.preſumi teſtatorem voluiſſe à toto liberare Caium illum debitorem. Et rationem exiſtimo; quia Stichus fuit principaliter promiſſus, & acceſſoriè illa decem, quaſi loco pœnæ: remiſſo ergo principali debito cenſetur etiam remiſſa pœna acceſſoria.

28 Nonus eſt caſus, † quando teſtator ſimpliciter legauit debitori liberationem, præſumitur facta liberatio in rem, non in perſonam: & propterea non ſolùm ipſe debitor liberatus dicitur: ſed etiam eius hæres. Ita reſpondit Vlpia.in l. ſi quis teſtamento. ff. de libera. lega. & ibidem annotauit Bartol.

29 Decimus eſt caſus † coniecturalis, quando teſtator ita legauit conductori fundi. lego quidquid Caius conductor prædij mei mihi debet, & debebit, vt ſinat hæres meus, eum habere.

Hoc ſanè caſu reſpondit Paulus in l. ei, cui. ff. de libera. lega. teſtatorem voluiſſe conductorem illum in totum liberare, vt. ſ. poſſet vti & frui fundo toto illo locationis ſibi factæ tẽpore. Et annotauit illo in loco Bart. liberationem præſumi in totum relictam.

30 Vndecimus eſt caſus, quando † teſtator legauit liberationem à debito principali, præſumitur etiam legaſſe ab acceſſorio, nempè ab vſuris: vt reſpondit Scæuola in l.vlt.§. Caio. ff.de libera.leg.& ibid.gloſſ.& Bart.

## PRÆSVMPT. CLXV.

### Teſtator an & quando ſuam reuocaſſe atque mutaſſe diſpoſitionem præſumatur?

### SVMMARIVM.

*1 Teſtator quando præſumatur voluntatem mutaſſe atque reuocaſſe, cùm regulariter non præſumatur mutaſſe iam à ſe diſpoſita.*

*2 Voluntatem fuiſſe mutatam aſſerens probare debet.*

*3 Mutatio eſt accidens, quod per ſe non præſumitur.*

*4 Voluntatis mutatio minimè cenſetur, quando nullum extat interuallum inter vnam & alteram diſpoſitionem.*

*5 Teſtator legans alicui fundum, & in eo eundem inſtituens hæredem, erit electio legatarij an velit illum titulo legati vel inſtitutionis.*

*Et ſi accipit illũ titulo legati, accipere debet de manu hæredis vniuerſalis: ſi verò capit titulo inſtitutionis, ſua ipſa manu accipere poteſt. num.6.*

*7 Argumentum à contrario ſenſu ſumi non poteſt in diſpoſitione teſtatoris, quando correctio ſtatim & incontinenti facta appareret.*

*8 Legatum vſusfructus omnium bonorum non præſumitur reuocatum ex alijs legatis ſtatim & incontinenti factis in eodem teſtamento, etiam ſi alia legata videntur incompatibilia cũ ipſo legato vſusfructus.*

*9 Teſtator non præſumitur mutaſſe diſpoſitionem, etiam ſi duas diuerſæ formæ diſpoſitiones confeciſſet, vt putà teſtamentum, deinde codicillos.*

*Idem dicendum ſi teſtator fecit aliquem actum, quo alioqui voluntatis mutatio argui poſſe videretur, num.10.*

*Idem & quando ceſſauit cauſa impulſiua, ob qua teſtator ipſe ſic diſpoſuit. num.11.*

*Secus ſi conditionem appoſuit teſtator. num.12.*

*13 Teſtator non præſumitur diſpoſitionem mutaſſe, etiam quãdo mutatione tolleretur diſpoſitio odioſa.*

*Et potius error quàm voluntatis mutatio in teſtatore præſumitur. num. 14.*

*15 Teſtator non cenſetur voluntatem mutaſſe etiam longo temporis interuallo.*

*Idem quando perſonæ, quibus reliquit teſtator, mutarentur. nu.16.*

*17 Teſtatoris præſumitur voluntas mutata, quando cauſa finalis diſpoſitionis mutata eſt.*

*18 Teſtator ſi hæredem inſtituit in fundo, & ei mandauit, quòd plus petere non poſſet, intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

*Et ſi diſpoſuit filium ſuum poſſe legitimari, ſe mortuo, præſumitur mutaſſe voluntatem, ſi noua cauſa ſuperuenit, puta ingratitudinis. num.19.*

*20 Maritus ſi vxorem hæredem inſtituit ex eo, quia ab ipſa is fuerat hæres inſtitutus, ſi vxor reuocauit teſtamentum, præſumitur etiam ipſe ſuum reuocaſſe.*

*21 Teſtator mutaſſe voluntatem præſumitur, ſi inſtituit primò hæredes partibus inæqualibus, deinde in eodem teſtamento dixit, æquè hæredes ſunto.*

*22 Mulier ſui natura mutabilis eſt, & ſic facilè præſumitur eam mutaſſe ſuam diſpoſitionem & voluntatem.*

*23 Teſtator ſi poſt primum teſtamentum cœpit conficere aliud, & impeditus perficere non potuit, præſumitur ipſum voluiſſe à prima diſpoſitione recedere.*

*Idem quando ipſe teſtator cancellauit nomen hæredis ex teſtamento. num.24.*

*Secus ſi caſu & inopinatè cancellauit. num.25.*

*26 Teſtator præſumitur voluntatem mutaſſe, quãdo concurrunt duæ diſpoſitiones, vna tacita & altera expreſſa, & expreſſa tollitur & mutatur: præſumitur enim etiam tacita mutata. num. ſeq.*

*27 Prohibitum ad tempus dicitur poſt tempus conceſſum.*

*23 Teſtamentmu ſecund uuprimum ipſo iure tollit,*



1 EST quod nunc † diſſeramus an & quando præſumatur teſtatorem ſuæ diſpoſitionis pænituiſſe atque ita eam mutaſſe, vel totam reuocaſſe? Et pro regula conſtituendum eſt, teſtatorem non præſumi mutaſſe iam à ſe diſpoſita. Ita probant. l.3.ff.de probat.l.Lucius Titius in fi.de leg.3.l.Paulo.§.1.de leg.3.l.Mæuia. §.vlt.ff.de annuis lega.l.rem legatam.ff.de adimen.lega.l.1.§. pen.ff.ſi tab.teſta.nullæ extab.l.ſancimus.in fi.& l.omnium teſtamentorum.C.de teſta. Et confert generalis illa ſenten-
2 tia Vlpiani in l.eum, qui.ff.de probatio.cùm dixit eum, † qui mutatam voluntatem dicit, probare debere. Et latiſſimè comprobabimus infrà in lib.6.præſump.34.vbi explicabimus, quando aliis in diſpoſitionibus præſumatur mutata volun-
3 tas. Et huius † regulæ ea eſt ratio, quia mutatio eſt accidens, quod non præſumitur.l.1.§.qui pro rei qualitate.vbi glo.ff. qui ſatiſd.cog.& reſpondit in conſilio primo, numero 121.

Et hæc quidem regula & iuris ſententia locum habet mul-
4 to magis, quando † nullum extat interuallum inter vnam & alteram diſpoſitionem.

Nam tunc multo minus præſumitur mutata prima voluntas atque ita ab ea receſſum.l.non ab ea.ff.de cond.& demon. vbi glo.& ſcribunt commemorati ab Alciato in Tract.de præſumptio.reg.2.præſump. 28.num.1.quos referam & compro-
5 babo in d. præſump.34. Hoc † non omitto tunc, quod ad rem noſtram pertinet, quod ſi teſtator ita dixit, lego Titio fundũ, & in eo illum hæredem inſtituo: & ſi hæredis inſtitutio differt à legato, non tamen præſumitur teſtatorem ſe ipſum corrigere voluiſſe: ſed potius erit electio legatarij, an velit habere titulo legati, vel titulo inſtitutionis in re certa. Ita ſenſuit Alciatus in d.præſump.28.numero quarto, verſ.& inferuntur. Et latè explicaui ſuprà in præſumpt.20.num.7. Et præcitato in loco Alciatus ſubiunxit, non mediocrem eſſe huius inſpectionis vtilitatem quod ſcilicèt, quis capiat titulo legati, vel
6 inſtitutionis. Nam † ſi accipit titulo legati, accipere debet de manu hæredis vniuerſalis: ſi verò capit titulo inſtitutionis, ſua ipſa manu accipere poteſt, vt ſcripſerunt Bar.& reliqui in l.ex facto.la 2.ff.de hæred.inſtit. & alios congeſſi ac ſecutus ſum in commentariis de adipiſcenda poſſeſſione. remedio tertio.nu.64. Et in dubio præſumitur hunc acceptaſſe diſpoſitionem teſtatoris titulo inſtitutionis, vt pleniore arg.l.ſi ita ſcriptum.vbi Baldus.ff.de hæred.inſtit.

7 Huc etiam facit † quod dicimus, ſumi non poſſe argumentum à ſenſu contrario in diſpoſitione teſtatoris, quando correctio ſtatim & incontinenti facta appareret, vt reſpõdit idẽ Alciatus in reſp.537. Nobilis viri.num.3.ſecundam impreſſionem antiquam Lugdunenſem.

8 Hinc etiam egregiè † reſpondit Corne.in.conſ.308.col.1. & 2.lib.4.legatum vſusfructus omnium bonorum non præſumi reuocatum & ademptum ex aliis legatis ſtatim & incõtinenti factis in eodem teſtamento, etiam ſi alia legata videntur incompatibilia cum legato vſusfructus.

Cæterùm Corneus ipſe in d.conſ.308.num.3.multis modis declarat d.legem nam ad ea.ff.de cond.& demon.

9 Extenditur primò hæc † regula & præſumptio, vt locum habeat etiam quando teſtator duas diuerſæ formæ diſpoſitiones confeciſſet, vt putà teſtamentum, deinde codicillos.

Non enim præſumitur teſtatorem in codicillis mutaſſe ea, quæ in teſtamento diſpoſuit. Ita Abbas in conſ.4.num.7.verſ. nec obſtat, ſi dicatur.lib.2.quem ſecuti ſunt Decius in conſ. 190.nu.8.verſic.quintò, quod teſtator, & Crauc.in reſponſo pro genero.nu.105.ver.appoſitè. His accedit Bal.in l.vlt.§.vlt. de leg.2.qui ſcripſit, quod ſi teſtator Florentiæ confecit teſtamentum, in quo reliquit legata, & deinde in Anglia conſcripſit codicillos, ſi legatarij petant legata: obiici eis non poteſt, quod exhibeant codicillos, in quibus fortè legata fuerunt reuocata. Non enim præſumitur hæc voluntatis mutatio ſicque legatorum reuocatio. Cuius traditionem probat tex.l.alumnæ.§.qui filias.ff.de adim.lega.quem ſic intellexerunt Bar.ibi, Pariſius in conſ.61.nu.48.lib.2.& in conſ.108.n. 40.lib.3.& Rolandus in conſ.31.num.23.lib.4.

10 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat etiam ſi actum aliquem fecit teſtator, quo alioqui voluntatis mutatio argui poſſe videtur, vt ſi mandauit ſuis in ædibus conſtrui hoſpitale: & deinde ædes illas alienauit, aliaſque comparauit, præſumitur teſtatorem non mutaſſe voluntatem: ſed voluiſſe hoſpitale in emptis ædibus eſtrui: ſicuti ſcripſerunt Bar.in l. placet, in fi.ff.de lib.& poſth.& ibidem Bald. Cùm enim teſtator ædes nouè emptas loco venditarum ſubrogauerit, voluntatem non mutaſſe creditur. Sic Baldus in l.3.num.12.C. de leg.Roma.in conſ.229.nu.3.& alij, quos commemorabimus infrà in præſump.167.vbi de reuocatione legati re alienata diſſeremus.

11 Extenditur tertiò, vt † locum habeat etiam quando ceſſauit cauſa impulſiua, ob quam teſtator ipſe ſic diſpoſuit, vt ſi in extremis labotans confecit teſtamentum, deinde conualuit. Nam adhuc non præſumitur mutaſſe voluntatem ſicq; ab eo teſtamẽto receſſiſſe. Ita probat.l.vlt.C.de poſth.hęred.inſt.

Et annotarunt ibidem Bal. Caſtren.nu.4.& Fernandus Bereng.& Iaſ.in l.ſancimus.nu.2.C.de teſta.

12 Id quod declarauit Caſtren.in d.l.vlt.in fi.niſi teſtator † dixiſſet, ita diſpono, ſi decedam ex hac infirmitate, tunc enim ſi conualuerit, cenſetur illud teſtamentum reuocatum. Eſt ratio, quia diſpoſitio fuit conditionalis, qua conditione deficiente corruit.

13 Extenditur quarto, vt † procedat etiam quando mutatione voluntatis tolleretur diſpoſitio odioſa, vt putà, ſi teſtator reliquit bona ſub fideicomiſſo, quod & ſi onus atque ita odium continet: attamen in dubio non præſumitur mutatum atque ita reuocatum.l.3.§.ſi duobus & l.alumnæ.§. quis filias in fi.ff.de adim.leg.reſponderunt Rolan.in conſ.31.num.4.5. & num.23.lib.4.poſt Cephalum in conſ.67.num.4.& 5.libro 1.& alios,

14 Extenditur, † quintò, vt potius error quàm mutatio voluntatis in teſtatore præſumatur. Ita probat l.quoties.§.1.vbi Bal.& Imol.nu.5.ff.de hæred.inſt.Socin.Sen.in conſi.27. num.16.& 20.lib.4.Iaſon.in l.ſi quis in fundi vocabulo.col. 5.verſ.3.notab.de leg.1.& ſecuti ſunt Cephalus in conſ.272. num.95.lib.2.Rolandus in conſ.31.num.9.lib.4. Et his accedit Alciatus in Tractat.de præſumpt.reg.2.præſmpt.28.nu.1. ver.pro hoc. Et attingemus etiam infra lib.6.in præſum.34.

15 Extenditur ſextò, vt † procedat etiam longo temporis interuallo. Nam adhuc non præſumitur teſtatorem mutaſſe voluntatem. Ita probat.l.ſancimus.C.de teſtamen.& ibidem Iaſon.in tertio notab & ſequitur Petrus Pekius in commentariis de teſtamentis coniugum, lib.1.cap.19.num.2. in fin. Cephalus in conſ.4.in fine.lib.1.& in conſilio 272.num.90.lib. 1.poſt Pariſ.in conſ.67.num.25.lib.3.Rolan.in conſ.31.nu.7. lib.4.& alij, quos commemorabo infrà lib.6.præſumpt.34. vbi explicabo, quando in cæteris diſpoſitionibus præſumatur voluntatis mutatio.

16 Extenditur ſeptimò, vt † locum habeat hæc præſumptio etiam quando perſonæ, quibus teſtator reliquit mutarentur. Hoc etiam caſu non præſumitur mutata teſtatoris voluntas. Bar.in l.Caio.in prin.ff.de alimen.& cib.lega.& alij, quos referam in d.præſumpt.34. Receditur tamen ab hac regula & præſumptione contrariis coniecturis & præſumptionibus: ſicuti ſcripſerunt Baldus in l.in ipſius.C.famil.ercif.Corne. in conſ.92.nu.8.lib.1.& Socin.Iun. in conſ.148.nu.21.lib.2.

17 Prima eſt coniectura, quando † cauſa finalis diſpoſitionis mutata eſt, nam tunc etiam voluntas ipſius teſtatoris mutata præſumitur. Ita in ſpecie reſpondit Hieronymus Gabriel. in conſil.97 in fine.lib.1.adductus ſola illa regula generali.l.ſi hominem ff.mand. Exiſtimo coniecturam hanc ſatis manifeſte probari tex.l.Paulo Calimacho.§.1.ff de leg.3.

18 Et huc etiam pertinet quod † docuit Bar.in l.quoties.§.ſi duo.num.1 ff.de hæred.inſt.cùm ſcripſit, quod ſi teſtator hæredem inſtituit in fundo, & ei mandauit, ne quid plus petere poſſet: attamen hoc intelligitur (inquit Bar) rebus ſic ſtantibus, & ob id vno cohæredum repudiante, vel decedente, nõ dicitur impeditus, quominus iure accreſcendi reſiduum conſequatur. Confert etiam quod ſcripſit Iaſon in l.quod ſeruius.nu 8.ff.de cond.cauſa data, vbi multa ſimilia cõgerit.

19 Huc etiam ſpectat quod † tradit Crau.in Tractat de antitq.tempo.in prima particula primæ partis principalis.n.60. cum dixit, quod ſi teſtator diſpoſuit, filium ſuum poſſe legi-

timari,ſe mortuo præſumitur mutaſſe voluntatem, ſi noua cauſa ſuperuenit, vt ſi filius deinde effectus eſt ingratus. Ita econtra quando teſtator calore iracundiæ aliquid diſpoſuit deinde ſecuta eſt reconciliatio.l.3.& l.4.ff.de adi.leg.& dicemus infrà in præſump.170.in fine.His ſimilia in aliis hominũ diſpoſitionibus cõmemorabimus infra lib.6.in d.præſum.34.

20 Huc etiam pertinet † quod egregiè ſcripſit Petrus Pekius in commentariis,de teſtamentis coniugum.lib.1.cap.19.nu.5.verſ.nihilominus: cùm dixit, quod ſi euidenter conſtat maritum inſtituiſſe vxorem hæredem: quia è conuerſo ab ea & ipſe fuerat hæres inſtitutus:ſi vxor reuocauit ſuum teſtamẽtum,præſumitur,quod & ipſe maritus ſuum reuocauit.Ita declarat Pekius traditionem Alciati in l.licet.nu.6.C.de pactis.

21 Secunda eſt coniectura, quæ † ſumitur ab actu contrario præcedenti diſpoſitioni:vt in caſu.l.ſi in æqualibus.ff.de hæred.inſtit.vbi ſi teſtator inſtituit primò hæredes partibus inæqualibus: deinde eodẽ in teſtameoto dixit,æquè hæredes ſunto,præſumitur mutaſſe voluntatem.Simile eſt in l.ſi ita ſcriptum.ff.eo.Et Dec.in conſ.317.nu.4.& in conſ.653.nu.7.ac Cephalus in conſ.52.nu.17.ſimilia congeſſerunt.Hùc faciunt quæ diſſeremus infra in d.libro 6.in d.præſumpt.34.in ſecunda declaratione.

22 Tertia eſt coniectura, quæ † à qualitate perſonæ teſtatoris ducitur:ſicuti eſt in muliere,quæ ſui natura mutabilis eſt. Ita ſcripſi in d.præſumpt.34.in tertia declaratione.

23 Quarta eſt coniectura, quæ † colligitur ab aliquo actu, qui voluntatis mutationem arguit:ſicuti quando teſtator cæpit conficere aliud teſtamentum, & impeditus perficere non potuit.Nam tunc præſumitur voluiſſe mutare voluntatem, & ab ea prima diſpoſitione recedere.l.ſi ſcriptis.ff.de his, quibus,vt indig.

24 Ita pariter quando † teſtator cancellauit nomen hæredis ex teſtamento,præſumitur mutaſſe voluntatem,atque ita nolle illum eſſe hæredem,l.cum tabulis.§.vlt.ff.eo.de his,quibus vt indig.& l.cancellauerat.ff.de his,quæ in teſta.delen.

25 Et hoc quidem † intelligitur,quando teſtator ipſe data opera nomen illud cancellauit, vel tabulas teſtamentarias incidit:ſecus ſi caſu & inopinantè. Nam tunc non præſumitur mutaſſe voluntatem.Ita probat l.pen.C.de teſta.& ibidem Docto.& ſcripſerunt Zaſius in conſilio ſecundo numero 31. libro primo,& Didacus in rubr.de teſta.in tertia par. numero decimonono in fine.

26 Et ſi teſtamentum reperitur apud teſtatorem deletum & cancellatum, prẹſumitur id ab eo factum.Ita glo.in l.2.ff.de pactis:ſi verè reperitur apud alium ab eo factum, non autem à teſtatore creditur.l.ſi chirographum.ff.de probatio. Ita in ſpecie docuit Petrus Loriotus,in tit.de his, quẹ in teſtamento delentur.axio.2.in fine,& axion.3.& conferunt quẹ ſcripſi ſupra libro tertio,prẹſumpt.141.

Quinta eſt coniectura,quando † concurrunt duẹ diſpoſitiones, vna ſcilicet,tacita, altera verò expreſſa, & expreſſa hæc à teſtatore tollitur & mutatur.Nam tunc etiam præſumitur mutata illa tacita.Exẽplum eſt egregium & vſufrequens, teſtator inſtituit filium hæredem,cui ſine filiis decedenti ſubſtituit Caium. Et expreſſim prohibuit ne filius hæres poſſet alienare bona ipſa hæreditaria vſque quo ipſe filius perueniſſet ad ætatem vigintiquinque annorum. Hic conſtat duas eſſe alienandi prohibitiones, vna eſt, quæ ex legis diſpoſitione,ex tacita tamẽ voluntate teſtatoris prouenit: nempè illa, quẹ oritur ex ſubſtitutione fideicommiſſaria.l.vlt.§.ſin autem ſub conditione.C.commu.de lega.& fideicom. Et hæc quidẽ(vt attigi) dicitur tacita prohibitio.Altera verò dicitur expreſſa. Porrò cùm filius peruenit ad vigeſimumquintum annum,mutata atque ita ſublata cenſetur expreſſa ipſa pro-

27 hibitio: quia † prohibitum ad tempus dicitur poſt tempus permiſſum, l.Imperator.ff.de poſtulan.& multis comprobaui in conſ.151.nu.46.& 47.lib.2. Et quemadmodum mutata eſt teſtatoris voluntas quò ad expreſſam ipſam prohibitionem:ſic etiam præſumitur mutata quò ad illam tacitam. Ita reſponderunt in ſpecie Iaſon,Ruinus, Crottus,Pariſius, Socinus Iun. & Alciatus,quos congeſſi & ſecutus ſum in d.conſ.151.num.45.verſ.ſeptimò & vltimò.lib.2.quo in reſponſo argumentis permultis ſententiam hanc comprobaui, reiecta contraria opinione Caſtrenſis,Decij & ſequacium. Et idem reſpondit in conſ.327.nu.108.lib.4.

28 Sexta eſt † coniectura,quando teſtator confecit duo teſtamenta contraria.Nam tunc poſterius præſumptionem facit teſtatorem reuocare voluiſſe primum.Ita Bart.in l.ſi iure.nu.1.ff.de leg.3.& ſecutus ſum in conſ.176.nu.3,verſ.eſt enim præſumptio.lib.2. Et in hac prẹſumpta teſtatoris voluntate fundata eſt diſpoſitio.§.poſteriore.in Inſtit.Quibus mod.teſta.infirm. Et ſi aliẹ multẹ rationes illius conſtitutionis à Doctoribus conſiderentur ibi, & in l.ſi quis in principio teſtamenti.de leg.3.quo loci inter alios nouè Petrus Peralta Hiſpanus.num.3. & multis ſequentibus ſeptem rationes commemorat. Et ibidem Peralta proſequitur duas & viginti extenſiones ad regulam hanc, quod ſecundum teſtamentum ipſo iure tollat primum. Recenſet etiam quindecim limitationes,quas hic referre ſuperuacaneum eſt. Et illis accedit declaratio,de qua reſpondit in d.conſ.176.quando teſtator confecit ſecundum teſtamentum reuocatorium primi:deinde annullauit ipſum ſecundum,puta illud cancellando,vt primum reconualidaretur.

## PRÆSVMPT. CLXVI.

### Teſtamentum cum clauſula derogatoria ad futura confectum,quando per ſecundum teſtamentum reuocatum præſumatur.

### SVMMARIVM

1 *Teſtamentum ſecundum an & quando præſumatur reuocare primum, cui inſerta fuerat à teſtatore clauſula derogatoria ad futura teſtamenta.*

2 *Clauſula derogatoria ad futura teſtamenta circa quæ verſetur, & quot.*

*Quando verſatur circa poteſtatem teſtatoris,quomodo concipiatur.num.3.*

*Et quid operetur.ibid.*

4 *Teſtandi facultatem nemo ſibi auferre poteſt.*

5 *Clauſula derogatoria teſtamenti, quæ verſatur circa ſolemnitatem quomodo conficiatur:& quid operetur.*

6 *Teſtatori non licet nouas ſolemnitates in teſtamento conficiendo introducere, vel à iure inuentas non obſeruare.*

7 *Clauſula derogatoria teſtamenti,quæ verſatur circa teſtatoris voluntatem quæ ſit.*

*Vbi quod aliquando eſt expreſſa à teſtatore aliquando tacita:& tacita interdum à lege ſubintelligitur, interdum ab homine. num.8,*

9 *Teſtamentum ſecundum an tollat primum habentem clauſulam derogatoriam expreſſam, conceptam verbis generalibus.*

*Quòd neceſſario in ſecundo teſtamento debet fieri mentio primi. num.10.*

*Quid ſi primum teſtamentum habet clauſulam derogatoriam verbis ſpecialib.conceptam nu.11.& ſeq.*

12 *Diſpoſitioni primæ ſpeciali non cenſetur derogatum, niſi ſecunda diſpoſitio ſit pariter ſpeciali.*

13 *Intellectus l.ſi quis in principio teſtamenti de lega.3.*

14 *Verbum,ſpecialiter, pro expreſſe,& male à Ruino interpretatum in §.in legatis.num.22.l ſi mihi & tibi de leg.1.num ſeq.*

15 *Teſtamentum ſecundum regulariter tollit primum etiam ſi expreſſè non reuocetur.*

16 *Specialiter ſi quid fieri debet, non ſufficit verbis generalib.fieri.*

17 *Subintellectum tacitum non poteſt appellari dictum.*

18 *Derogatio ſpecialis prioris teſtamenti quæ dicatur.& nu.19.20.21. & 22.*

23 *Derogatio generalis prioris teſtamenti quæ dicatur,& nu.24.*

25 *Teſtamentum ſecundum,vt tollat primum habens clauſulam derogatoriam ad futura etiam ſi ſit vnicum,debet continere ſpecialem derogationem.*

*Et confutatur opinio Bart.facientis differentiam inter vnicum teſtamentum & plura.num.26.*

*Confutatur etiam conſideratio Socini in §.in legatis.l.ſi mihi & tibi. de leg.1.num.27.*

28 *Teſtamentum ſecundum habens clauſulam codicillarem non derogat præcedenti habenti clauſulam derogatoriam ad futura teſtamenta.*





29 *Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum habentem clauſulam derogatoriam, etiam quando vltra eam in primo adiecta eſſet clauſula derogatoria derogatoriæ.*

30 *Codicillij habentes clauſulam derogatoriam ſpecialem non tolluntur per ſecundos codicillos,niſi prioris derogationis mentio in eis fiat à teſtatore.*

31 *Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam non tollitur per ſecundum,etiam ſi teſtator ſcit & memoriæ tenet tenorem primi, niſi fiat ſpecialis derogatio: non eſt autem neceſſaria ſingularis & indiuidua.*

32 *Teſtamentum ſecundum reuocat primum habens clauſulam derogatoriam, quando illa fuit appoſita præter teſtatoris conſenſum.*

*Idem quando clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamento eſſet impoſſibilis.num.33.*

*Idem quando conſtat alio modo teſtatorem voluiſſe mutare teſtamentum,& præcedentis pœnituiſſe.num.34.*

35 *Teſtator ſi in ſecundo teſtamento adiecit iuramentum, præſumitur prioris voluntatis pœnituiſſe, atque ita omnino voluiſſe tollere præcedens teſtamentum,etiam nulla ſpeciali mentione eius facta.*

*Et id etiam ſi primum teſtamentum fuiſſet pariter iuramento roboratum, quia ſecundum iuramentum eſt ſeruandum, numero 36.*

37 *Teſtamentum ſecundum reuocat primum habens clauſulam derogatoriam ſpecialem ad futurum, ſi ſuperuenit aliqua noua cauſa,quæ veriſimiliter teſtator præſumitur mutaſſe voluntatem,etiam ſi non ſit facta ſpecialis nominatio.*

38 *Inimicitia ſuperueniens eſt valida coniectura, teſtatorem poſſe mutare voluntatem.*

39 *Teſtamentum ſecundum confectum inter liberos vim habet clauſulæ ſpecialis derogatoriæ ad tollendum præcedens primumq; teſtamentum continens clauſulam derogatoriam ad futurum.*

40 *Teſtamentum ſecundum conditum ad pias cauſas reuocat primum habentem clauſulam derogatoriam ad futurum etiam ſine clauſula expreſſæ derogatoria.*

41 *Teſtamentum ad pias cauſas procedit à pari cum teſtamento inter liberos.*

42 *Teſtamentum ſecundum primo derogare cenſetur habenti clauſulam derogatoriam, quando in eo eſt inſtitutus hæres aliquis valdè dilectus à teſtatore etiam nulla in eo mentione facta clauſulæ derogatoriæ.*

43 *Amicus procedit à pari cum venientibus ab inteſtato, & ita capit ex teſtamento minus ſolemni ſicut capiunt venientes ab inteſtato.*

44 *Teſtamentum ſecundum conditum poſt decennium à primo iam condito habente clauſulam derogatoriam ad futurum, & ſi non contineat clauſulam ſpecialem derogatoriam ad præcedens,illud tantum tollit.*

*Idem quando in ſecundo teſtamento dixit teſtator, ſe velle ipſum ſecundum teſtamentum præcisè valere, abſque enim alia clauſula derogatoria præſumitur ſublatum præcedens habens clauſulam ſpecialem derogatoriam ad teſtamenta ſubſequentia. num.45.*

46 *Dictio,præcisè, habet vim ſpecialis derogationis, & poſita in ſtatuto habet vim clauſulæ derogatoriæ ad futura ſtatuta.*

47 *Teſtamentum ſecũdum continens clauſulam, Caſſum & irritum decernens quodcunque aliud teſtamentum à me conditum, quo non obſtante volo hoc teſtamentum omninò valere: tollit omninò primum habens clauſulam derogatoriam ad futurum.*

*Idem quando teſtator voluit, ſecundum teſtamentum valere omnimodo & forma,quib.melius valere poteſt.num.48.*

49 *Dictio,omnino,eſt præciſa:idem de dictione penitus.num.51.*

50 *Teſtamentum ſecundum primum tollit habens clauſulam derogatoriam ad futurum,quando in ipſo appoſita eſt clauſula,volo iſtud teſtamentum penitus valere non obſt. alio teſtamento quoquo modo per me facto:& imprecor mala cuicunque hanc meam voluntatem impugnanti.*

*Idem quando in ſecundo teſtamento appoſita eſt pœna ei contrafacienti.num.51.*

*Idem quando teſtator poſt primum teſtamentum habens clauſulam ſpecialem derogatoriam confecit codicillos, in quibus clauſulam illam derogatoriam expreſſe reuocauit, deinde ſecundum teſtamentum condidit,in quo nullam fecit mentionem illius clauſulæ derogatoriæ.num.52.*

*Idem quando teſtator coram principe, vel apud acta confecit ſecundum teſtamentum.num.53.*

*Idem quando in ſecundo teſtamento dixit teſtator, & hanc eſſe volo meam vltimam voluntatem,&c num.54.*

*Idem quando in ſecundo teſtamento adiecta fuit huiuſmodi clauſula, & prædictus teſtator voluit hoc ſuum teſtamentum extendi debere ad conſilium ſapientis.nu.55.vbi latè diſputatur, & conciliantur opiniones.nu.56.*

*Idem quando teſtator dixit, ſe caſſare primum teſtamentum ex certa ſcientia.nu 57.*

*Idem quando teſtator leuari feciſſet ex protocollo notarij exemplum ſeu authenticum ſecundi teſtamenti, & illud in propria arca recondidiſſet.58.*

59 *Teſtamentum ſi continet clauſulam derogatoriam non ſolum conceptam verbis ſpecialibus,ſed etiam alijs amplioribus corroboratam, vt tollatur per ſecundum poſt confectum requiritur derogatio ſpecialis amplioribus & efficacioribus verbis concepta.*

60 *Teſtamentum ſi non habet clauſulam derogatoriam expreſsè,ſed in eo à lege tacite ſubintelligitur,quomodo tollatur per ſecundum.nu.ſeq.*

61 *Teſtamentum conditum à patre inter liberos tacitè cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad aliud ſequens teſtamentum inter extraneos confectum.*

*Si pater conficit ſecundum teſtamentum, nunquid adijcere debet clauſulam ſpecialem derogatoriam ad primum inter liberos confectum.nu.62.vbi latè conſideratur.*

63 *Teſtator ſi iurauerit,ſi non reuocaturum teſtamentum, nunquid ſi aliud conficit teſtamentum poſt illud valeat, & tollat primum, an verò in dicto ſecundo requiratur ſpecialis derogatio.*

64 *Teſtamentum ſi non habet clauſulam derogatoriam expreſſe,ſed tacitam tantum & ſubintellectam non quidem à lege, ſed ab homine, vt tollatur per ſecundum,nunquid requiratur ſpecialis derogatio.*

65 *Argumentum ſumptum à ſenſu contrario procedit à coniecturis, & ideò contrarijs coniecturis facile tollitur.*

1 RECTE præcedenti † diſputationi hæc annectitur,quando per ſecundum teſtamentum prẹſumatur reuocatum primum,cui inſerta à teſtatore fuerat clauſula derogatoria ad futura teſtamenta. Hac de diſputatione ex recentioribus multa ſcripſerunt Didacus in rub.extra de teſtamentis,in ſecunda parte.num.19.& Mantica in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum.lib.12.tit.8.& fortè diligentius M.Antonius Natta in authen. hoc inter liberos num.25.C.de teſta. qui ſex propoſitis quẹſtionibus diſputationem hanc explicauit. Dicam & ego nonnulla, quæ poſt tot doctiſſimorum iureconſultorum ſcripta in mentem venerunt.

2 Præmitto † autem primum, clauſulam derogatoriam aliquando verſari circa poteſtatem teſtatoris, aliquando circa teſtamenti & diſpoſitionis ſolennitatem,aliquando & tertio, circa teſtatoris voluntatem. Ita hæc tria diſtinguit & ſeparat poſt alios Socinus in l.ſi mihi &tibi.§.in legatis.num.2.3.& 4.de leg.1.

3 Prima illa clauſula † derogatoria poteſtatis concipit ita ſolet. Et prædictus teſtator vult hoc eſſe ſuum vltimum teſtamẽtum,quod dicit velle præualere & vult non poſſe pœnitere nec aliud facere.Hæc clauſula nil operatur:cùm nemo † ſi-

4 bi auferre poſſit teſtandi facultatem. Ita in ſpecie ſcripſerunt Cynus & Fulgo.in l.ſancimus.C.de teſtam.Bart.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis, & ibidem Socinus nu.2.& Ruinus num.16. de leg.1.teſtantur eſſe communem opinionem, & rationibus comprobant.Ita etiam Didacus in rub.extrà de teſtam.in ſecunda parte.num.19.verſ.ſecunda concluſio.

Et propterea ſcribunt prædicti, non reperiri modum,quo teſtamentum irreuocabile fieri poſſit. Et inter alios Natta in d.auth.hoc inter liberos.num.61.recenſet ſex modos excogitatos à Doctoribus ad conficiendum teſtamentum irreuocabile,quos diligenter confutauit. De hac clauſula noſtra non eſt diſputatio.

5 Secunda eſt † clauſula derogatoria ſolennitatis, quæ ſolet ita concipi. Et prædictus teſtator vult ſuum hoc teſtamentum præualere alteri, niſi aliud conficiat ſine teſtibus, vel niſi citentur hæredes ſcripti in hoc teſtamento, ſicuti de hac poſtrema forma reſpondit Corn. in conſ. 31. lib. 4.

6 Hæc etiam clauſula in l. operatur. Cùm † non ſit permiſſum teſtatori nouas ſolennitates in teſtamento conficiendo introducere: vel à iure inuentas non obſeruare. l. nemo poteſt. de leg. 1. Ita in ſpecie huius clauſulæ ſcripſerunt Oldra. Andreas de Piſis & Iacobus de Arena in l. Diuus. §. licet. de leg. 2. qui ſic interpretati ſunt tex. illum & Bartol. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 4. verſ. ſecundo caſu de leg. 3. Soc. & Ruin. in d. §. in legatis. ille. num. 3. iſte. num. 17. qui diligenter explicant. Idem ſenſit Natta in d. authen. hoc inter liberos. num. 28. C. de teſta.

Hac etiam de clauſula noſtra non eſt diſputatio: Non enim in his verſantur coniecturæ, quæ circa poteſtatem, quæ iuris diſpoſitione iam certa eſt, ſed circa voluntatem, quæ perſæpe dubia eſt, verſantur.

7 Tertia † eſt (vt diximus) clauſula derogatoria voluntatis, qua quidem proteſtatur teſtator velle obſeruari ipſum teſtamentum, & non aliud conficiendum. Hac de clauſula pręſens
8 eſt diſceptatio. Præmitto etiam ſecundò, hanc † clauſulam derogatoriam aliquando eſſe expreſſam à teſtatore: aliquando tacitam. Et hæc quidem tacita interdum à lege ſubintelligitur, & præſumitur: interdum ab homine.

His ſic præmiſſis, tria nunc huius diſputationis capita conſtituo.

Primum eſt caput, quod verſatur circa clauſulam derogatoriam à teſtatore expreſſam. Hoc in capite diſtinguendi ſunt tres caſus.

9 Primus eſt caſus, quando † clauſula derogatoria in primo teſtamento appoſita concepta eſt verbis generalibus, vt ſi teſtator ita dixit. Quod ſi aliud teſtamentum fecero, nolo illud
10 valere. Hoc in caſu, vt ſecundum teſtamentum † tollat illud primum fieri debet mentio ipſius primi: quia alioqui propter clauſulam derogatoriam poſitã in primo lex præſumit abeſſe conſenſum à ſecundo, niſi primi fiat mentio. Ita gl. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis, vbi Docto. & tradunt poſt alios Neuiz. in conſilio ſexageſimotertio, numero decimonono. Natta. in d. auth. hoc inter liberos. numero vigeſimoſexto. C. de teſta. Requiritur ergo ſpecialis mentio primi teſtamenti, vt ſi teſtator dicit: Non obſtante priori teſtamento, quod pręſente Sempronio notario condidit. Ita Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 8. verſ. ſi enim ſunt concepta. de leg. 3. Corn. in conſil. 86. columna pen. lib. 3 qui eiuſdem opinionis recenſet Cynum, & teſtatur eſſe communem opinionem. Sic & Iaſon in d. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. in ſecunda lectura. columna pen. num. 13. de leg. 1. & Didacus in dicta rub. extra, de teſta. parte ſecunda numero decimonono, verſ. prima concluſio. Qui quidem ſubiunxit, ſufficere hoc in caſu clauſulam his conceptam verbis. Non obſtante quocunque alio teſtamento ſub quacunque verborum forma concepto. Ita ſanè (inquit Didacus) hæc clauſula generalis & amplis his verbis concepta ſufficit in derogatione legum & canonum: vt affirmarunt Aretinus in cap. 1. columna ſexta, de reſcript. & Felinus in cap. nonnulli. columna 7. verſic. ſecundò fallit. eod. titul. de reſcript. Et alios commemoraui infra libr. 6. in præſumpt. 38.

11 Secundus eſt caſus, quando † clauſula derogatoria in primo teſtamento appoſita verbis ſpecialibus eſt concepta, vt ſi teſtator ita dixit.

Quod ſi aliud teſtamentum fecero, illi per hoc præſens derogatum eſſe volo. Hoc ſanè in caſu variæ ſunt Doctorum opiniones. Prima eſt eorum, qui ſcripſerunt, non eſſe neceſſarium, quod in ſecundo teſtamento fiat mentio in ſpecie, vel ſaltem in genere clauſulæ derogatoriæ præcedẽtis teſtamenti: ſed ſufficit teſtatorem in ipſo ſecundo teſtamento ſcribere verbo illa: Caſſum & irritum faciens quodcunque aliud teſtamentum. Hac in opinione fuerunt Iacobus de Arena in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg. 3. & ibidem Alber. numero ſeptimo, & decimoſexto, Baldus in l. humanum. columna penult. C. de legib. Alex. in conſilio 134. columna ſecunda, libro primo, Floria. Geminia. & alij nonnulli, quos referunt & probant Bero. in conſilio 3. numero ſeptimo, libro ſecundo, & Socin. Iun. in conſ. 124. num. 37. libro primo, qui de eadem facti ſpecie interrogati reſponderunt.

Ea ratione ij vſi ſunt, quia ſi generalis derogatio non ſufficeret, ſed requireretur ſpecialis, vel ſingularis, facile tolleretur libera teſtandi facultas: cum facilè teſtator obliuiſci poſſit illius clauſulæ ſpecialis poſitæ in primo teſtamento.

12 Verùm † reſpondetur, ſpeciali diſpoſitioni primæ non cenſeri derogatum, niſi ſecunda diſpoſitio ſit pariter ſpecialis, vt dicemus infra, & probat dicta lex, ſi quis in principio teſtamenti, quam mox explicabimus. nec hoc in caſu præſumitur obliuio, ſaltem intra decennium, vt tradit glo. in l. 1. C. de ſeruis fug. Nam ſi memor eſt teſtamenti veriſimile eſt etiam memorem eſſe clauſulæ huius ſpecialis. Et præterea, ſi generalis hæc derogatio ſufficeret, facilè teſtator poſſet decipi à ſanguine coniunctis, à quibus ne vexaretur & perſuaderetur condere nouum teſtamentum, appoſuit in primo clauſulam derogatoriam ſpecialem, facile inquam deciperetur: quia generali hac clauſula tolleret à ſe factum.

Secunda eſt opinio exiſtimantium, requiri in ſecundo ipſo teſtamento ſingularem atque ita indiuidualem mentionem clauſulæ derogatoriæ præcedentis teſtamenti, ita vt ad verbum referatur qualitas ipſius derogationis. Ita ſanè glo. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 1. Dynus in c. quod ſemel. de reg. iuris in 6. Salicetus in l. ſancimus. in q. 6. C. de teſta. Barb. in c. cum eſſes. col. pen. de teſta.

13 Hac pro † opinione Iaſon in d. §. in legatis in ſecunda lect. nume. 12. perpendit text. d. l. ſi quis in principio teſtamenti, quo loci teſtator in initio teſtamenti dixerat, ſi cui bis legauero, ſemel deberi volo: Deinde in eodem teſtamento, vel codicillis, ſciens ſæpe eidem legauerat: reſpondit Hermogenianus, quod vltima voluntas valebit, modò teſtator ſpecialiter dixerit, prioris voluntatis pœnituiſſe: & voluiſſe legatarium plura legata accipere. Atq; ita duo requirit Hermogenianus, quod fiat ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ: deinde quod fiat in indiuiduo: & diſponat contrarium eius, quod diſponebat clauſula illa derogatoria. Cæterùm facilè reſpondetur, vt conſiderat Natta. in d. auth. hoc inter liberos. numero 33. Hermogenianum requirere ſpecialem derogationem reſpectu clauſulæ derogatoriæ: Deinde voluit Hermog. aliud fieri in indiuiduo non reſpectu clauſulæ derogatoriæ, ſed illius ſecundi actus, quem facit, hoc eſt, vt declararet & dicat: velle illum alteri iam facto præualere. Et ideo in caſu. d. l. ſi quis in principio ſatis fuiſſet, ſi teſtator ita dixiſſet. Non obſtante quacunque clauſula derogatoria, ſuperius appoſita: qua volo hunc ſecundum actum plurium legatorum pręualere.

Vel & rectius fortè, illud ſecundum, quod requiritur in indiuiduo eſt, quod teſtator diſponat contrarium eius, quod prius diſpoſuerat. Ita conſiderat Ruin. in d. §. in legatis. num. 22. in fin. Non ergo hoc reſponſo probatur hęc opinio.

Quinimo hac ratione confutatur: quia ſi opinionem hanc admitteremus ſequeretur inconueniens, & abſurdum, quod ſi teſtator habens omninò animum reuocandi primum teſtamentum, ſi non recordaretur illorum verborum clauſulæ derogatoriæ, ſua ipſa diſpoſitio non valeret, & conſequenter impediretur ſibi libera teſtandi facultas contra. d. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3.

Tertia eſt opinio eorum, qui rectè cenſuerunt, ſatis ſupérque eſſe, quod ſecundum teſtamentum contineat clauſulam, qua fiat mentio primi teſtamenti, & clauſulæ derogatorię in eo deſcriptę: tametſi non referantur ſingula verba ipſius clauſulæ, vt ſi teſtator ita dixit, Non obſtante teſtamento iam à me facto, & clauſula derogatoria in ea deſcripta. Eſt enim hęc ſpecialis, non autem generalis, vel ſingularis ipſius clauſulæ mentio.

Hanc ſententiam probarunt Bartol. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, nume. 8. verſ. ſed ſi ponimus, & num. 9. verſic. ſed ego dico. ff. de leg. tertio, Ang. in conſil. 314. in fine. Caſtren. in conſilio 206. In facto pręſenti. numero primo, libr. primo, & in conſilio 408. Dubitatur, an per. libro ſecundo, Cardinalis Zabarella in conſil. 102. Geminia. in conſil. 115. colum. 1. Alex. in conſil. 134. nume. ſecundo, & 3. libro primo, Corneus in conſ. octuageſimoſexto, numer. tertio, & num. 9. libro



libro tertio. Barbat. in conſilio ſeptuageſimoſecundo, columna.. libr. tertio, Socinus in dicta l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. numer. 9. de leg. primo, qui teſtatur eſſe communem opinionem, & ibidem Ruinus. numero decimooctauo, & idem Rui. in conſilio quinto, numero ſecundo, & in conſilio decimo, numero tertio libro ſecundo, Iaſon numero 12. Idem Iaſon in l. ſancimus. numero decimoquinto. C. de teſta. Rubeus in conſilio vigeſimoquarto, Gomeſ. in capit. 1. numero 155. de conſtit. in 6. Natta. in auth. hoc inter liberos. numero 31. C. de teſta. & in conſilio 639. numero octauo. Neuiz. in conſilio ſexageſimotertio, numero vigeſimotertio. verſic. tertiò modo. & numero vigeſimoquinto. Durans in Tract. de arte teſtandi. tit. decimo, de mutatione teſtamenti cautela prima, numero tertio, Socinus Iunior in l. ſi quis in principio teſtamenti numero quinquageſimoquarto, de leg. tertio, & Didacus in dicta rub. extra de teſtam. in ſecunda parte. numer. decimonono, verſ. tertia concluſio.

Et hæc quidem ſententia ea ratione prima fulcitur, quia ſicuti clauſula illa derogatoria poſita in primo teſtamento ſpecialis eſt, ita etiam hæc clauſula, Non obſtante, &c. eſt ſpecialis, vt probat Bart. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 9. verſic. ſed ego dico. de leg. 3. At ſecunda ſpecialis diſpoſitio derogat & tollit primam, vt tradunt omnes in c. 1. de conſt. in 6. vbi Anch. & Gome. nume. 150. & dicemus infra li. 6. in præſumpt. Et in ſpecie probat text. d. l. ſi quis in principio teſtamenti. ibi.

*Sed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit, prioris voluntatis ſe pœnituiſſe.*

Hæc ergo ſecunda clauſula ſpecialis tollit primam. Et lex requirit hoc caſu ſpecialem mentionem clauſulæ pręcedentis teſtamenti, vt conſtet de expreſſa & ſpeciali pœnitentia, alioqui lex non præſumit eum pœnituiſſe. d. l. ſi quis in principio teſtamenti.

14 Nec † recipienda eſt acuta interpretatio Ruini in d. §. in legatis. nu. 22. cùm dixit, in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, verbum illud, ſpecialiter, eſſe exponendum, ideſt, expreſsè. Sicuti etiam exponit Albericus in dictionario, in verbo, ſpecialiter. Et ponitur hoc verbum ſpecialiter, ideſt expreſſe (inquit Ruinus) non ad differentiam verbi generaliter: ſed ad
15 differentiam tacitæ pœnitentiæ. Nam † regulariter per ſecundum teſtamentum, & aliam vltimam voluntatem tollitur primum teſtamentum, & alia præcedens contraria voluntas, etiamſi expreſsè non reuocetur. l. ſancimus. C. de teſta. & §. poſteriore. Inſtit. quib. modis teſta. infirm. Sed quãdo in præcedenti teſtamento, aliáve diſpoſitione appoſita eſt clauſula derogatoria, neceſſe eſt (inquit Ruinus) quod ſpecialiter ideſt expreſſe pœniteat prioris voluntatis, ideſt, quod præcedẽs teſtamentum reuocetur expreſsè. Non inquam recipienda eſt hæc interpretatio: quia & ſi verbum, ſpecialiter, exponi poteſt, ideſt, expreſſe: ſicuti etiam exponi poteſt ideſt, expreſſe: ſicuti etiam exponit Albericus in dictionario in verbo, ſpecialiter, qui allegat. d. l. ſi quis in principio teſtamenti: & exponunt alibi ſæpè Doctores, vt glo. & alij in l. 1. in princ. ff. de officio eius, in verbo, ſpecialiter. Angel. in §. ſoluto, in Auth. de nuptiis, Comenſis in conſil. 188. col. 2. & Barba. in conſil. 19. col. vlt. lib. 1. Attamen hæc expreſſio debet eſſe non generalis, ſed ſpecialis.

16 Nam quando † aliquid fieri debet ſpecialiter, non ſufficit verbis generalibus fieri. Ita Bart. & Bald. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, idem Bart. in l. legitimos. in fine principij. ff. de legit. tuto. latè Bal. in l. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. & poſt alios Ripa in l. 1. n. 68. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Dum ergo Hermogenianus in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, requirit, ꝙ teſtator ſpecialiter dixerit prioris voluntatis pœnituiſſe, intelligi debet, quòd expreſſio ipſa ſit non generalis, ſed ſpecialis. Id quod comprobatur, quia ſi Hermogenia. exiſtimaſſet ſufficere expreſſam reuocationem, non autem tacitam, non dixiſſet, ſi ſpecialiter dixerit, ſed ſolum, *Si dixerit*. Cùm ver-
17 bum hoc ſignificet expreſſam voluntatem: Non enim † quod tacitè ſubintelligitur, appellari poteſt dictum. l. cum auus. ff. de cond. & demon. Dixit ergo Hermogenianus, ſi ſpecialiter dixerit, vt ſignificaret, requiri ſpecialem expreſſionem & derogationem prioris diſpoſitionis.

Eſt itaque retinenda hæc vera & communis ſententia, ſufficere hoc in caſu, ſpecialem derogationem pręcedentis clauſulæ derogatoriæ.

18 Et dicitur † quidem ſpecialis derogatio, quando teſtator ita dixit: Non obſtante teſtamento recepto & ſcripto manu Sempronij notarij ſub tali die. Ita Baldus in l. humanum. num. 5. C. de legib. & in conſ. 280. Quæſtio mouetur. verſic. & idem diſputando. lib. 4. Capra in conſ. 30. num. 9. & in conſilio 31. nume. 11. & 15. Caſtrenſis in authen. hoc inter liberos. C. de teſtam. Corneus in conſ. 174. num. 10. lib. 2. Alex. in conſ. 134. num. 3. lib. 1. lib. 2. Natta in d. auth. hoc inter liberos. num. 36. C. de teſtamen. & Iulius Clarus in §. teſtamentum. quæſt. 99. verſ. hæc tamen opinio. Et hoc maximè procedit quando teſtator dixiſſet: Non obſtante teſtamento manu talis notarij conſcripto. Ita Caſtren. in conſ. 408. Dubitatur. num. 2. verſ. & tunc eſſent ſpecialia. lib. 2. & Natta in conſilio 639. num. 9. lib. 4.

Cæterùm Socinus in dicta l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. nu. 9. de leg. 1. negat, hanc eſſe ſpecialem derogationem: ſed generalem habentem tamen vim ſpecialis: cùm ſatis manifeſtè ſignificet teſtatorem voluiſſe ab eo primo teſtamento recedere, & aliud conficere. Diſſentiunt etiam Didacus in rub. extrà de teſtam. in ſecunda parte. numero 19. verſic. quartum, ex his. & Socinus Iunior in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 59. de leg. 3.

19 Eſt etiam ſpecialis derogatio, quando † teſtator ita dixit: Non obſtante alio teſtamento per me cõdito & clauſulis derogatoriis in eo appoſitis Bartol. in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 10. de leg. 3. & in conſilio 21. Dixit & eſſeruit lib. 1. Angelus in conſ. 365. Quædam D. Nana. Iaſon in l. ſancimus. colum. 4. verſic. decimo fallit. C. de teſtam. Durans in tractatu de arte teſtandi. titul. 10. de mutatione teſtamenti, cautela 1. num. 3. Socinus Iunior in l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 53. de leg. 3. & Natta. in dicta auth. hoc inter liberos. num. 36. ver. ſunt etiam.

20 Eſt quoque ſpecialis † derogatio, quando teſtator ita dixit: Non obſtantibus quibuſcumque verbis in primo teſtamento appoſitis, etiam ſi de talibus verbis oporteret ſpecialem fieri mentionem, quorum tenorem voluit hic haberi pro expreſſo. Ita Federic. de Senis in conſilio 47. Baldus & Angelus in l. omnes. C. de præſumpt. 30. annor. Alexand. in conſilio 134. numero tertio. in fine. libro primo, & in conſilio 7. numero ſexto, libro quarto. Socinus in dicta l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, in fine. de legat. primo. Natta in dicta authen. hoc inter liberos. numero 36. verſiculo, item ſi diceretur. C. de teſtamen. & idem in conſilio 639. numero nono, latè Didacus in dicta rubr. de teſtam. in ſecunda parte, numero 19. verſiculo ſecundo infertur ibi. Cæterùm ſi in ſecundo, & Sarmientus in libro 3. ſelecta. interpret. cap. 14. in fine.

21 Ita etiam † ſpecialis eſt derogatio, ſi dixit, Caſſans omne aliud teſtamentum per me factum volo hoc vltimum valere: ſic docuit Natta in dicta auth. hoc inter liberos. numero 36, verſ. item ſi teſtator. idem ſenſerunt Decius in conſ. 475. num. 12. & Bero. in conſ. 3. num. 9. lib. 2.

Cæterùm hanc non eſſe ſpecialem derogationem, ſed eius vim habere dicemus infrà in octaua coniectura.

22 Eſt etiam † ſpecialis derogatio quando dixit. Et hoc quia pœnituit feciſſe ipſum teſtamentum in qualibet ſui parte. Ita Corn. in d. conſ. 174. num. 10. lib. 2.

23 Et ex prædictis ſatis † intelligimus è contra quæ dicatur eſſe derogatio generalis: ſicuti eſt illa, quando teſtator dixit: Non obſtante quocunque teſtamento & diſpoſitione prius facta: Ita Baldus in l. humanum. numero quinto. C. de legib. Caſtrenſis in conſilio 408. Dubitatur an per. libro ſecundo, & Socinus Iunior in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 24. verſ. hoc amplia. de leg. 3.

24 Imò generalis † eſt etiam, ſi dixit: Non obſtante teſtamento rogato à quocunque notario, & quacunque verborum forma conſcripto. Caſtrenſis in conſilio 206. In facto præſenti. libro primo. Socinus in dicta l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. numero ſeptimo. de legatis primo. Ruinus in conſilio quinto, numero nono, libro ſecundo, & in conſilio ſexageſimoſecundo numero nono, libro tertio, Iaſon in conſilio

quinquageſimoſexto, columna vltima, libro primo, Curtius Iunior in conſilio vigeſimoſexto, numero quinto, Neuiz.in conſilio ſexageſimotertio, numero 25.Natt.in d.authen.hoc inter liberos.num.35.C.de teſta.& in conſ.639.num.9.

25 Extenditur † primò hic caſus, vt locum habeat etiam ſi vnicum tantùm pręcedit teſtamentum habens clauſulam illam derogatoriam ad futura. Nam adhuc in ſecundo teſtamento requiritur ſpecialis derogatoria.Ita Baldus in dicta auth. hoc inter liberos.C.de teſtamen.Angelus,Caſtrenſis,Imola & Alexandr.in l.ſecunda.ff.de lib.& poſthum.Caſtren.in conſilio 285. In facto præſenti.columna tertia.verſ.ſecundò ad idem. libro primo, Alex. in conſilio vigeſimoquinto, numero tertio,libro tertio,Iaſon in l.ſancimus.columna tertia.verſiculo vltrà Baldum. C. de teſta. Curtius Iunius in conſilio vigeſimoſexto, Guilielmus Benedictus in cap. Raynutius, in verbo, teſtamentum, il ſecundo, numero vigeſimoſecundo. de teſta. Rubeus in conſilio vigeſimoquarto, numero ſeptimo. Hos recenſet & ſequitur Didacus in dicta rub. extrà, de teſtamen. in ſecunda parte. numero decimonono. verſiculo tertium.

His accedunt Ruinus in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. numero30. de lega.1. Neuiz.in conſilio ſexageſimotertio, numero vigeſimoquinto, verſicul. non obſtat tertium, Socinus Iunior in dicta l.ſi quis in principio.numero quinquageſimoſexto, de leg.tertio, qui copioſè differit. Natta.in d.authen. hoc inter liberos. numero trigeſimoquinto, & in conſilio 639.numero nono,libro tertio, Iulius Clarus in §.teſtamentum.quæſt. 99.verſicul. & hæc quidem Petrus Peralta in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti. numero 220. & 221. & 222.de lega.3.& Franciſcus Sarmientus in lib.3.ſelecta.interpretatio.cap.14.num.17.

His intelligimus, hanc eſſe receptam opinionem aduerſus Bartol.in dicta l.ſi quis in principio, numero decimo, verſicul.dic ergo, & Socinus in dicta l.ſi mihi & tibi.§.in legatis. numero 8.

26 Non enim † vera eſt differentia quam facit Bart.inter vnicum teſtamentum, & plura:Quandoquidem conſiderari non poſſunt plura teſtamenta eodem tempore. Cùm poſtremum tollat pręcedentia.§.poſteriore.Inſtitut.Quibus modis teſta. infirm.

27 Nec vera † eſt conſideratio Socini in dicto §. in legatis. Cùm dixit, Bartol. loqui quando plura teſtamenta præceſſiſſent de facto,ob quorum pluralitatem conſtare non poſſe videtur,ad quod illorum ſe retulerit teſtator:cum potuerit probabiliter ignorare vel dubitare, ob clauſulas derogatorias in eis fortè adſcriptas, quod eorum præualere deberet.Non inquam vera eſt hæc conſideratio,quia & ſi præceſſit teſtamentum qualecumque ſit,cum quauis clauſula derogatoria ad futura: attamen ſi poſtremum hoc cum clauſula ſpeciali derogatoria tollit pręcedens:dicitur etiam tollere illud,quod aliis præualeret.

28 Extenditur † ſecundò hic caſus, vt locum habeat etiam ſi in ſecundo teſtamento adiecta eſſet clauſula codicillaris. Non enim hæc operatur,vt cenſeatur derogatum præcedenti teſtamento habenti clauſulam derogatoriam ad futura teſtamenta.Ita tradunt Socinus in l. ſi mihi & tibi.§.in legatis.numero decimo,verſiculo & ad illud.de leg.primo, & in conſilio 163.columna vltima, libro ſecundo, & Didacus in rubr. extra.de teſtamentis.in ſecunda parte.numero decimonono, verſ.duodecimo. Ea ratione ij vſi ſunt, quod teſtator apponendo clauſulam codicillarem voluit teſtamentum ratione deficientis ſolennitatis minime perire: Non tamen ex hoc ſenſit,illud deficere non poſſe defectu voluntatis,qui eo ipſo præſumitur,quod prioris derogationis non meminit.

29 Extenditur tertiò, vt † locum habeat etiam quando vltra clauſulam derogatoriam ſequentis teſtamenti adiecta fuiſſet clauſula derogatoria derogatoriæ. Hoc etiam caſu ſufficit ſi in ſecundo teſtamento apponatur ſola clauſula ſpecialis derogatoria. Ita Bartol.in dicta l.ſi quis in principio teſtamenti quæſt.2.de leg.tertio,quem alij ſequuntur:& ſi diſſentiunt ibidem Comenſ. & Socinus Iunior numero 55. verſic. ampliatur.

30 Extenditur quartò, vt † locum habeat etiam in codicillis, vt ſi teſtator in primis codicillis dixit, Nolo ſecundos codicillos aliàs valere,quàm ſi mea manu ſignati & ſubſcripti ſint: ſicuti dixerat ille teſtator, de quo apud Marcianum in l. Diuus.§.licet.ff.de iure cod.qui reſpōdit per ſecundos codicillos etiam non ſignatos, nec propria manu ſubſcriptos tolli primos: quia ea (inquit Marcianus) quæ poſtea geruntur, prioribus derogant.

Hoc autem intelligitur dummodò in ſecundis codicillis prioris derogationis mentionem faciat teſtator:atque ita dicto.§.licet,ſuppletur à l.ſi quis in principio teſtamenti.de lega.tertio, vbi in ſpecie Bart.numero tertio, ſic intellexit, & eum ſecuti ſunt Alber. in dicta l. Diuus.§. licet, & dixit eſſe communem Iaſon in d. l. ſi mihi & tibi.§. in legatis. de lega. primo,& ſi ipſe(vt mox referam)diſſentit. Decius in l.prima. numero 55.ff.de officio eius, & Didacus in dicta rubr.extra, de teſtamentis,in ſecunda parte.numero decimonono,verſic. decimoſeptimo.

31 Extenditur quintò,vt † locum habeat etiam,quando teſtator tempore quo conficit ſecundum teſtamentum,ſcit & memoriæ tenet tenorem primi teſtamenti.

Nam adhuc ſufficit ſpecialis derogatio, atque ita neceſſaria, non eſt ſingularis & indiuidua.Ita Alex.in conſ.134.col. penult.lib.1. & Natta.in d.auth.hoc inter liberos.num.34.in fine.C. de teſta. reiecta contraria opinione Saliceti in l. ſancimus.q.6.C eod.

Declaratur nunc primò hic caſus, vt locum † non habeat, quando clauſula illa derogatoria ſpecialis appoſita in primo
32 teſtamento fuit adiecta præter ipſius teſtatoris conſenſum.

Nam tunc ſecundum teſtamentum ſine clauſula ſpeciali derogatoria tollit illud primum. Ita Salicetus in l.ſancimus.C. de teſtam.Alex.in conſilio 134. numero tertio, libro primo. Barba. in conſilio ſeptuageſimoſecundo, libro tertio, Guilielmus Benedictus in cap.Raynutius in verbo,teſtamentum, il ſecundo,numero decimoſexto, de teſtam.Pariſ.in conſilio decimo,numero 10.& vndecimo, libro tertio, & Didacus in dicta rub. de teſtamentis. in ſecunda parte. numero decimonono, verſic.decimotertiò.Et ſcribunt Alexan.& Pariſius in locis ſupra citatis præſumi clauſulam derogatoriam fuiſſe appoſitam ex ſtylo & conſuetudine notarij, non autem voluntate ipſius teſtatoris, ſi eſt teſtator ipſe idiota & literarum ignarus.

Declaratur ſecundò, vt locum non † habeat,quando clauſula derogatoria poſita in primo teſtamento eſſet impoſſibi-
33 lis.Ita Natta.in authen. hoc inter liberos. numero vigeſimooctauo.C.de teſta.

Declaratur tertiò, † hic caſus, vt locum non habeat quando conſtat alio modo teſtatorem voluiſſe mutare teſtamen-
34 tum: atque ita præcedentis pœnituiſſe. Sicuti quando conſtat coniecturis & præſumptionibus voluiſſe ſecundum teſtamentum valere,& primum eſſe ſublatum, Ita tradunt Baldus in lege ſançimus.numero ſexto.C.de teſtamen.& in conſilio 226.Reperitur.libro primo,& in conſilio 280.Quæſtio. libro quarto, Angelus in conſilio 365. Quædam. D. Vanna numero ſexto,Comen.in l.ſi quis in principio teſtamenti.numero ſeptimo. de leg. tertio. Geminianus in conſilio 115. columna, ſecunda, verſicul. mihi videtur. Capra in conſilio 30.numero 14.& in conſilio trigeſimoprimo, numero 14.& 16.Corn.in conſilio 174.numero decimo, verſicul.eſt itaque apud omnes.libro ſecundo,Craue.in conſilio vigeſimoquarto,numero vndecimo,& in conſilio 126.numero quinto.Socinus in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.numero nono, & numero decimoquinto, de leg.primo, & in conſilio ſecundo, numero vndecimo, libro tertio, Ruinus in conſilio vndecimo, numero 14.libro ſecundo,Pariſ.in conſilio trigeſimoquarto, numero 57.libro ſecundo, & in conſilio decimo, numero vigeſimoprimo, libro tertio, Socinus Iunius in conſilio 116. numero decimoſexto, & in conſilio 124. numero 22. libro primo. Durans in Tracta. de arteteſtandi. in titul.decimo, de mutatione teſtamenti, numero tertio, verſiculo & ſufficit. Natta.in authen. hoc inter liberos.numero 37. C.de teſtam. Bero. in conſilio tertio, numero vigeſimo, & vigeſimopri- libro ſecundo, & Didacus in dicta rubr. extra, de teſtamentis, in ſecunda parte. numero 19. verſiculo quarta concluſio, qui dixit, hoc procedere etiam ſi clauſula derogatoria eſt admodum ſpecialis. Hanc quoqoe declarationem probauit Franciſcus Sarmientus in libro 3.ſelect.interpreta.cap.14. numero 7.



35 Prima eſt † coniectura, quando teſtator in ſecundo teſtamento adiecit iuramentum.Ita enim iurando præſumitur pænituiſſe prioris voluntatis, atque ita voluiſſe omninò tollere præcedens teſtamentum: etiam nulla ſpeciali mentione eius facta. Ita Baldus in l.ſancimus.numero ſexto.C.de teſtamen. Alexan.numero quinto,& ibidem Iaſon numero octauo.Caſtrenſis in conſilio 284. Guido papæ numero ſecundo, libro primo,quæſt.128.Socinus Senior in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.numero vndecimo,de legatis primo. & in conſilio 163. columna vltima, libro ſecundo. Corſetus in rubrica de iureiurando,in priuileg.24.& vigeſimoſexto. Ruinus in conſilio vndecimo,numero decimoquinto,libro ſecundo. Decius in conſilio 345.numero quarto.Tiraquellus in tract.de legibus connub.in gloſ.quinta,num.149.Socinus Iunior in conſilio 44.numero 23.libro 2. Pariſ.in conſilio vigeſimo quarto, numero 66.libro ſecundo.Durans in tractatu de arte teſtandi, titulo 10.De mutatione teſtamenti cautela 1.in fine.Didacus in dicta rubrica de teſtamentis, in ſecunda parte, numero decimonono,verſiculo primo,teſtamentum.qui dixit,hanc eſſe maximam coniecturam. Hanc quoque probarunt Natta in authen.hoc inter liberos.numero 41.C.de teſtam.Iulius Clarus in §.teſtamentum.quæſt.99.verſiculo item ſcias. & benè eruditus mihique non vulgari amicicia coniunctus Pax Scala Patauinus in tractatu de contractuum & vltimarum voluntatum compoſitione ad conſilium ſapientis,cap.decimotertio, in fine.

His intelligimus hanc eſſe communem ſententiam,& ſi ab ea diſſentiunt. Iaſon in dicta l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.numero .. de leg.1. Ruinus in conſilio ſexto, numero 9.libro ſecundo.Rubeus in conſilio 24.numero nono Guielmus Benedictus in cap.Raynutius.in verbo teſtamentum.il ſecundo, numero 19.de teſtam.& Franc.Sarmientus in libro tertio, ſelecta.interpreta.cap.14.numero 19. Quorum opinio fortè verior eſt.

36 Et hæc quidem coniectura † locum habet etiam ſi primum teſtamentum fuiſſet pariter iuramento corroboratum: quia ſecundum iuramentum ſeruandum eſt: Ita in ſpecie docuit Natta in dicta authen.hoc inter liberos.numero 44. Diſtinguit tamen & rectè Iaſon in dicta l.ſancimus.numero 14. C.de teſtam.

37 Secunda coniectura † mutatæ voluntatis eſt, quando poſt primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam ſpecialem ad futurum, ſuperuenit noua aliqua cauſa, qua veriſimiliter teſtator præſumitur mutaſſe voluntatem.

Eſt exemplum, vt ſi poſt conditum primum teſtamentum exorta eſt inimicitia inter hæredem ſcriptum in ipſo teſtamēto & teſtatorem, qui deinde fecit ſecundum teſtamentum,in quo fecit tantummodò prioris teſtamenti generalem quandam mentionem.Ita in ſpecie Baldus in dicta l.ſancimus.numero 5.C.de teſtam.& ibidem Iaſon columna 2.verſiculo ſecundo limitat. Corneus in conſilio ſeptuageſimoquarto, columna3.libro 3.Socinus in dicta l.ſi mihi & tibi.§.in legatis. columna vltima.de leg.1.in conſilio 163.columna 2.libro 2. & in conſilio 2.libro 3. Natta in auth.hoc inter liberos.num. 50.C.de teſtam. Guielmus Benedictus in cap. Raynutius.in verbo,teſtamentum.il ſecundo.numero 20.de teſta. Socinus Iunior in l.ſi quis in principio teſtamenti.numero 30.de lega. tertio.Didacus in dicta rubr.extra de teſtam.in ſecūda parte. numero 19.verſic.quarto ex præmiſſis, & Scala in præcitato capitulo 23.in fine.

38 Eſt ratio,quia † ſuperueniens inimicitia pręſumi facit mutatam eſſe teſtatoris voluntatem.l.3.§.non ſolum.& l.ex parte.ff.de adim.lega.

Et Didacus præcitato in loco annotauit idem eſſe, quando ipſemet teſtator fuit in cauſa ſuperuenientis inimicitiæ.

Qua de re diximus ſuperiore libro in præſumpt.37.& dicemus infrà hoc libro in præſumpt.171. Poteſt etiam afferri aliud exemplum,vt ſi poſt primum teſtamentum deceſſit filius hæres in eo inſtitutus, cuius contemplatione fecerat primum illud teſtamentum. Ita Socinus Iunior in conſilio 124. numero 54.libro 1.& ſi in eodem caſu contrarium reſpondit Curtius Iunior in conſilio 169.columna vltima. Idem Socinus in dicta l.ſi quis in principio teſtamenti.num.30.

39 Tertia eſt coniectura, quando † ſecundum teſtamentum eſt inter liberos confectum. Hoc enim vim habet clauſulæ ſpecialis derogatoriæ ad tollendum præcedens primumque teſtamentum inter liberos & extraneos confectum,continēs clauſulam derogatoriam ad futurum. Ita gl.in §.& ſi quidem in verbo,perfecta.in fine.in auth.de teſtam.imperfectis. Baldus in auth.hoc inter liberos. C.de teſtam. Iaſon in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.in prima lectura.in fine.de lega.primo.& in l.ſancimus.columna tertia,in ſeptima,verſic.ex hac fallentia.C.de teſtam. & idem in conſilio 223.columna ſecunda, verſ.quinta ratio.libro ſecundo.Ruinus in dicto §.in legatis, numero vigeſimoſeptimo,& vigeſimooctauo, qui longa habita diſputatione;tandem cum hac opinione reſidet. Pariſ.in conſilio trigeſimoquarto,numero quinquageſimoſexto.libro ſecundo,Bero.in conſilio tertio,numero octauo, libro ſecundo, & cum Beroïo de eadem facti ſpecie interrogatus idem reſpondit Socinus Iunior in conſilio 124. numero 31. & 33. lib.1.Hanc opinionem affirmarunt etiam Guielmus Benedictus in dicto cap. Raynutius.in verbo, teſtamentum.il ſecundo,numero 20.de teſtam. Natta in dicta auth.hoc inter liberos.num. . . & Didacus in dicta rub.extrà de teſtam.in ſecunda parte.num.19.verſ.ſextò deducitur.

Ea ratione ij moti ſunt, quod ſicuti teſtamentum inter liberos confectum continere dicitur clauſulam derogatoriam ad ſubſequentia teſtamenta, dicta auth.hoc inter liberos & dicemus infra, ita etiam dicitur habere ſpecialem derogationem ad præcedens.Nec repugnant conſiderationes Alexand. in conſilio 146. numero octauo, libro ſecundo. Corneus in conſilio 86.libro tertio. Socini in dicta l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.columna penultima,de legat.primo.& in conſilio 163. columna penultima,libro ſecundo. Rubei in conſilio vigeſimoquarto.Natta in dicta auth.hoc inter liberos.numero vigeſimo,& Socini Iunioris in l.ſi quis in principio teſtamenti. numero vigeſimooctauo,in fine.de leg.tertio.qui à prædicta opinione gloſſæ & ſequacium diſſentiunt. Et primò quidem ij moti ſunt,qui non ſequitur, teſtamentum inter liberos derogationem habet ad futura teſtamenta,diſpoſitionem legis, dictę auth.hoc inter liberos.Ergo etiam habet derogationem ad teſtamentum procedens. Reſpondetur, imò valere conſequentiam, cùm eadem ſit ratio voluntatis teſtatoris, qui derogare voluit.

Secundò adducuntur ea ratione, quod derogatio, quæ fauore filiorum conceditur à lege dicta auth.hoc inter liberos, non eſt ita efficax,vt illa,quæ ex clauſula ſpeciali derogatoria inſurgit.Cùm hęc ſit expreſſa:illa verò tacita.l.vltima.in principio.de legat.ſecundo. In tacita enim (vt dicemus infrà in quinto caſu) ſatis eſt ad eam tollendam, quod dicatur, Non obſtante quocunque teſtamento. Et tamen in derogatione expreſſæ clauſulæ derogatorię,requiritur expreſſa mentio ipſius derogatoriæ, vt diximus ſuprà in principio huius caſus. Verùm reſpondetur, ſecundum Didacum, dicta l.vltima.in principio.de lega.2.non loqui in clauſula derogatoria legis, qualis eſt iſta,& illa proueniens à iuramento:quæ dicuntur à lege conſtitutę & approbatæ:ſed loquitur de alia dicta lex vltima.de clauſula derogatoria tacita proueniente, vt dicemus infrà in quinto caſu,vbi explicabimus,quid dicendum quando præcedit teſtamentum conditum inter liberos, & ſubſequitur ſecundum inter extraneos & liberos confectum.

40 Quarta eſt coniectura, † quando ſecundum teſtamentum eſt conditum ad pias cauſas. Hoc enim & ſi ſine clauſula expreſſa derogatoria confectum: attamen tollit præcedens,cui adſcripta erat clauſula derogatoria ad futura.

Item reſponderunt Oldradus in conſilio 129. Alexander in conſilio 105.numero ſexto, libro quarto, Socinus Senior in conſilio 229.numero vndecimo,libro ſecundo, idem ſcripſerunt Iaſon in dicta authentica hoc inter liberos.C.de teſtamentis. Bero. in conſilio tertio, numero octauo, libro ſecundo, & Didacus in dicta Rubrica extrà, de teſtamentis. in ſecunda parte, numero decimonono, verſiculo ſeptimo eodem.

41 Ea eſt huius † ſententiæ ratio, quia teſtamentum ad pias

cauſas à pari procedit cum teſtamento inter liberos.cap.relatum.de teſta.iuncta.lege hac conſultiſſima.§.eximperfecto. C.eo.de teſtamen. & manifeſtè tradunt omnes in dicto cap. relatum.& Tiraq. in Tract.de priuilegijs piæ cauſæ in priuilegio ſeptimo.

Quemadmodum ergo ſecundum teſtamentum confectum inter liberos derogat & tollit præcedens factum inter extraneos, & ſi habet expreſſam clauſulam derogatoriam,vt diximus in præcedenti coniectura: Ita etiam hoc confectum ad pias cauſas: Cum & hoc fauore religionis ſignificet, teſtatorem habuiſſe animum mutandi primum teſtamentum ſicuti illud fauore filiorum.

42 Quinta eſt † coniectura, quando in ſecundo teſtamento inſtitutus eſt hæres aliquis valdè dilectus à teſtatore. Hoc ſanè teſtamentum & ſi nullam habet expreſſam & ſpecialem clauſulam derogatoriam ad præcedens confectum cum ipſa clauſula:attamen illud tollit.Ita reſpondit Romanus in conſ.179. quem ſicuti ſunt Iaſon in lege ſancimus.columna tertia,verſi. ſextò fallit.C.de teſtamen. Gramma.in deciſ.ſexageſima ſecunda,numero vigeſimo octauo, Caſſane.in conſuetud.Burgundię.§.quinto, numero decimoquinto. Natta in.auth.hoc inter liberos.numero quadrageſimonono.C.de teſta. Didacus in dicta Rub.extra de teſtamen.in ſecunda parte numero decimonono,verſ.octauò idem erit,& Decianus in conſi.46. nu.56.lib.2.

43 Comprobatur eo ſimili, quo diximus amicū † à pari procedere cum venientibus ab inteſtato,ita glo.in l.in teſtamento.ff.de fideicom.libert. quæ dixit, quod amicus ita capit ex teſtamento minus ſolenni ſicuti capiunt venientes ab inteſtato,iuxta.lege hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.C.de teſta.& idem tradunt Matheſ.in notab.quadrageſimoprimo,& Iaſon in l.cum alienam.nu.5.C.de legatis.

Cæterùm coniecturam hanc non admittunt, Iaſon in lege non dubium.in fine.C.de teſtamen.Guielmus Benedictus in dicto cap.Raynutius,in verbo, teſtamentum.il ſecundo, nu. vigeſimo.de teſtamen.& Socinus Iunior in l.ſi quis in principio teſtamenti.nume. vigeſimoſexto.de legat.tertio,qui multa aduerſus receptam opinionem conſiderat. Recedendū non eſt à Romani ſententia: cùm arctum amicitiæ vinculum coniecturam faciat, teſtatorem voluiſſe noue teſtari ad eius commodum,atque ita recedere à primo teſtamento.

44 Sexta eſt † coniectura,quando ſecundum teſtamentum fuit conſecutum poſt decennium à primo iam condito. Hoc caſu & ſi hoc ſecundum non continet clauſulam ſpecialem derogatoriam ad præcedens:attamen tollitur illud primum.

Ita tradunt Baldus in dicta lege ſancimus.numero ſexto, in fine.C.de teſtam.& ibidem Fulgoſius numero ſecundo. Caſtren.numero quinto.Corneus,numero tertio, Rom.in conſilio 379. numero vigeſimoprimo. Capra in conſilio trigeſimo.numero decimoſexto,& in conſilio trigeſimoprimo, numero decimonono,Alexand.in conſilio 103. numero quinto, libro quarto, Socin. in dicta lege ſi mihi & tibi. §.in legatis. numero decimoquinto,in fine.de lega.primo.Ruinus in conſilio vndecimo, numero decimo, lib.ſecundo,Iaſon in dicta lege ſancimus, columna quarta, verſic.quartò fallit. C.de teſtam. Pariſ.in conſilio trigeſimoquarto,numero quinquageſimooctauo,libro ſecundo,& in conſilio decimo,numero decimoſeptimo,libro tertio,Pariſius in conſilio decimo,numero decimoſeptimo, libro tertio. Iulius Clarus in §. teſtamentum. quæſtione nonageſimanona.Scias etiam & Natta in authent. hoc inter liberos.numero quinquageſimoquinto.C.de teſtam.Alciatus in reſpon.570.numero tertio,ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem, & Sarmientus in libro tertio, ſelecta.interpreta.cap.decimoquarto,numer.decimooctauo.

Et ij quidem moti ſunt eo text.l.ſancimus,vbi primum teſtamentum ſolenne tollitur per ſecundum minus ſolenne factum poſt decennium à primo teſtamento.

Nec vrget conſideratio Didaci, quem mox referam, cùm dixit, in caſu d.l.ſancimus, euidenter conſtare teſtatoris voluntatem fuiſſe mutandi teſtamentum iam conditum.

Nam reſpondetur & in caſu noſtro ſatis manifeſtè apparere, teſtatorem voluiſſe reuocare primum illud teſtamentum, & nouum conficere, ex quo poſt tāti temporis curſum, atque ita poſt longam forte deliberationem teſtatus eſt.Et prętere a accedit,quod licet teſtator in ſecundo teſtamento non appoſuerit clauſulam ſpecialem derogatoriam ad præcedens teſtamentum:attamen id contigit non defectu voluntatis:ſed memoriæ.Nam ſi illius clauſulę memor fuiſſet,ſicuti mutauit illius primi teſtamenti ſubſtantia, ita etiam mutaſſet atque reuocaſſet qualitates nempe clauſulam derogatoriam.Hinc intelligimus veram non eſſe conſiderationem Didaci, cùm dixit,quod ſi teſtator memor fuiſſet clauſulę derogatoriæ appoſitæ in primo teſtamento, forte ſecundum non feciſſet. Non eſt inquam vera hæc conſideratio:quia ſi( vt dixi)teſtator voluit tollere ſubſtantiam,multo magis & qualitatem.

Cæterùm à prædicta opinione Baldi & aliorū diſſentiunt Iaſ.in d.l.ſancimus.nume.14.verſ.quartò fallit.C.de teſt.Rui. in conſi.10.nu.5.lib.2,Guilelmus Benedictus in d.cap. Raynutius,in verbo, teſtamentum.il.2.nume.20.de teſta.Rubeus in conſ.24.nu.... Alciatus in reſp.613.incipit Baldi.dictum. ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem, Socin.Iunior in l.ſi quis in principio teſtamenti.nu.57.de leg.3.& Didacus in dicta rub.extrà.de teſta.in ſecunda parte.nume.19. verſ.9.non erit.

Horum opinio fulcitur eodem tex.d.l.ſancimus, quem in in eo perpendunt, quod ſolo curſu decennij non præſumitur mutatum teſtamentum iam confectum.Sed verè nil ad rem noſtram pertinet: cùm in caſu noſtro non ſolus ipſe temporis curſus intercedat, ſed etiam nouum teſtamentum, quod præſumitur factum à teſtatore eo animo,vt à primo recederet: ſicuti declarauimus. Adduci etiam ſolet d.l.ſi quis in principio teſtamenti.de leg.3.ibi, *Sciens ſepè legauerit, ſuprema voluntas potior habetur*.

Ergo ſecus ſi ignoranter. Verùm reſpondetur, ſcientiā referri ad teſtatorem bis legantem, vt dicatur multiplicaſſe legatum ſi ſcienter bis reliquit.Non autem refertur ad primam diſpoſitionem & voluntatem.

45 Septima eſt † coniectura, quando in ſecundo teſtamento dixit teſtator, ſe velle ipſum ſecundum teſtamentum præciſè valere.Nam & hoc caſu abſque alia clauſula derogatoria prę-ſumitur ſublatum præcedens teſtamentum habens clauſulam ſpecialem derogatoriam ad teſtamenta ſubſequentia. Ita tradunt Iacobus de Arena in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure, Cacialupus in l.ſancimus.C.de teſta. & ibidem Iaſon col. 4.verſ.nemò fallit.& idem Iaſon in l.omnes populi numero 51.de iuſt.& iure.poſt Crottum, ibidem Ruinus in conſil.11. nume.14.lib.2.Socinus in d.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.num. 18.de leg.1.Guilelmus Benedictus in d.c.Raynutius.in verbo, teſtamentum.il 2.num.22.de teſta.Pariſius in conſi.10.nu.25. & in conſi.49.nume.9.lib.3.& Didacus in dicta rub.de teſta. parte ſecunda.nu.19.verſi.decimò ſunt.Ea ratione ij vſi ſunt,
46 quod † dictio, præciſè, habet vim ſpecialis derogationis: vt ſcribunt Abbas, Felinus & Decius in c.2.in vltimo notab.de reſcrip.Barb.in conſ.6.colum.12.lib.4.& Iaſon in d.l.omnes populi.nume. 50.ff.de iuſt.& iure,ſcripſit,dictionem,præciſè poſitam in ſtatuto habere vim clauſulæ derogatoriæ ad futura ſtatuta. Diſſentit tamen à prædicta opinione Natta in d. authen.hoc inter liberos.numero 40.C.de teſta.ſed ſolus eſt: & ſi eius rationes contemnendę non ſunt.

Octaua eſt † coniectura, quando in ſecundo teſtamento
47 adiecta eſt hæc clauſula. Caſſum & irritum decernens quodcunque aliud teſtamentum à me conditum, quo non obſtante, hoc teſtamentum volo omninò valere. Hæc ſanè clauſula idē operatur quod clauſula expreſſa & ſpecialis derogatoria. Ita Socin.in d.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.nume.17.de leg.1. qui eiuſdem opinionis recenſet Baldum in conſi.196.lib.5. duplicatum in conſi.226. Reperitur lib.1.qui idem eſſe re-
48 ſpondit, quando † teſtator voluit ſecundum teſtamentum valere omni modo, & forma,quibus melius valere poteſt.Hanc quoque coniecturam probarunt idem Socin.Sen.in conſi.173. nume.4.lib.2.& in conſi.2.nume.12.lib.3. Ruin.in conſ.11. nu.13.lib.2. Decius in conſi.475.nume.12. Pariſius in conſ. 24.num.31.lib.2.& in conſi.34.nume.21.lib.3.& eſſe ſpecialem derogatonē dixit Natta in d.auth.hoc inter liberos.nu. 36.in fi.& attigi ſupra & Durans In Tract.de arte teſtandi tit. 10.de mutatione teſtamenti cautela.1.nu.3.in fi.Soc.Iun.in l. ſi quis in princ.teſtamenti.nu.25.de leg.3.qui tamen multum dubitat



dubitat.Et Baldus in d.conſ.226.loquitur,(vt etiam aduertit Didacus,quem mox referam)quādo in primo ipſo teſtamento adiecta eſt clauſula ſimplex,non autem ſpecialis.

Cæterùm ab hac opinione Socini diſſentiunt Iaſon in d.l. ſancimus.col.3.verſ octauo fallit Guilelmus Benedictus in d. c.Raynutius.in verbo,teſtamentum.il 2.num.22.de teſtam. Rubeus in conſ.24.num.14.Neuiza.in conſ.63.num.26. Didacus in dicta rubr.de teſtamentis.num.19.verſ.11.quando & latius:Natta in d.auth.hoc inter liberos.num.39. Retinenda tamen eſt Cacialupi ſententia,quandoquidem teſtator, vtendo illis verbis,volo omninò valere,oſtendit efficacem & prę-ciſam voluntatem mutandi primum teſtamentum. Illa enim
49 dictio, † omninò, eſt præciſa.l.omnimodò.C.de inof.teſtam. Dec.in conſil 356.nume.3.& Ruinus in conſil.20.nume.4. libro primo.

Et propterea perinde eſt ac ſi dixiſſet, volo præciſè valere hoc ſecundum, quo caſu diximus in præcedenti coniectura præſumi ſatis derogatum primo teſtamento. Et comprobatur hæc coniectura alia ſimili,quam nunc ſubijcio

50 Nona eſt coniectura,quando † in ſecundo teſtamento appoſita eſt hæc clauſula. Volo iſtud teſtamentum penitus valere, non obſtante alio teſtamento quoquo modo, vel quouis modo per me facto,& imprecor mala cuicunque hanc meam voluntatem impugnanti. Hęc ſanè clauſula vim habet ſpecialis derogationis ad præcedens teſtamentum continens ſpecialem derogationem ad futura. Ita reſpondit Geminia.in conſ.115.quem ſecuti ſunt Socinus Iunior in l.ſi quis in principio teſtamenti.num.29.de leg.3. & Didacus in d rub extrà de teſtamentis,parte ſecunda.num.19.verſ.decimoquartò.Illa enim imprecatio ſignificat enixam teſtatoris mentem, quod voluerit eſſe derogatum primo teſtamento per ſecundum.Et
51 ſimile eſt,quando † in ſecundo teſtamento appoſita eſt pœna ei contrafacienti vt reſpondit Barba.in conſ.pen.lib.4. à quo non diſſentit Natta in authen.hoc inter liberos.num.46.C.de teſtam.Et præterea in caſu Geminiani perpēdenda eſt dictio, penitus,poſita in illa clauſula, quæ præciſam habet naturam, vt ſcribunt Decius in conſ.401.num.9.Ruin.in conſ.180.nu. 8.lib.1.& Boerius in q.23.num.23.& propterea idem eſt hoc in caſu dicendum, quod in duabus præcedentibus coniecturis.Et rurſus (inquit Geminia.) illa verba: Non obſtante alio teſtamento quocunque modo, vel quouis modo facto, ſunt verba vniuerſalia,vt tradunt glo.in clemen.ne in agro.§.1.de regula. Decius in conſ.360.num.5.Ruin.in conſ.18.nu.6.lib. 1.& in conſ.123.num.10.lib.2.

Et ideò includunt quemcumque modum & quamcumque formam teſtamenti,ſicque habentem clauſulā derogatoriam. Et demum illa enixa imprecatio(ait Geminia.)oſtēdit etiam magis præſumptam ipſam teſtatoris voluntatem, quod primum teſtamentum mutare voluerit.

52 Decima † eſt coniectura, quando teſtator poſt primum teſtamentum habens clauſulam ſpecialem derogatoriam confecit codicillos, in quibus clauſulam illam derogatoriam expreſsè reuocauit,deinde ſecundum teſtamentum condidit,in quo nullam fecit mētionem illius clauſulæ derogatoriæ.Hoc etiam caſu ſatis dicitur ſublatum illud primum teſtamentum: cùm clauſula illa derogatoria iam per codicillos ſublata nil operetur. Ita Salicetus in l.2.C.de condi.& ibidem Alex.nu. 4.& Corn.in fine. Angel. Aret.in §.Codicillis.num.5.Inſtit.de cod.Iaſon in l.ſi ita ſcriptum.num.24.de leg.1.& in l.ſancimus.col.4.verſ.vltra has fallentias.C.de teſtam.Pariſ.in conſ. 10.num.28.lib.3.Didacus in d.rubr.de teſtam.in 2.parte.nu. 19.verſ.15.& Natta in authen.hoc inter liberos.num.52.C.de teſtam.

53 Vndecima † eſt coniectura,quando teſtator coram principe,vel apud acta confecit ſecundum teſtamentum.

Hoc etiam caſu ſublatum dicitur illud primum habēs clauſulam derogatoriam.Ita Baldus in d l.ſancimus.num.6.verſi. item puto.C.de teſtam. & ibidem Fulgoſius.num.2.& Caſtr. num.5.Corn.num.3.in fine.& Iaſon num.14.verſ.tertiò limita.Roma.in conſ.379.num.21.Socinus in d.l.ſi mihi & tibi.§. in legatis.num.13.& ibi Ruin.in fine.de leg.1.Natta in auth. hoc inter liberos.num.47.C.de teſtam.Didacus in dicta rub. extra.de teſtam.parte ſecunda.num.19.verſ.decimoſextò. Iulius Clarus in §.teſtamentum.q.99.ver.vlterius ſcias.&Scala Patauinus in præcitato tracta.de contractuum & vltimarum voluntatum compoſitione ad conſilium ſapientis.capite 13. in fine.

Ea ratione ij vſi ſunt, quod cùm coràm ipſo principe, vel apud acta teſtatus ſit, ita firmiter diſponere voluit,vt præſumatur omninò receſſiſſe à primo teſtamento:ne alioqui principem, vel iudicis auctoritatem deluſiſſe & actum eluſorium facere voluiſſe videatur.

Et hæc quidem opinio retinenda eſt: etſi diſſentiunt Alex. in d.l.ſancimus. Iaſon.in l.omnium.nume.12.C.de teſtam. & Guielmus Benedictus in d.c.Raynutius.in verbo, teſtamentum.il.2.num.20.de teſtam.

54 Duodecima † coniectura eſt, quādo in ſecundo teſtamento ita dictum eſt. Et hanc eſſe voluit ſuam vltimam voluntatem,&c.Hoc etiam caſu præcedens teſtamentum habēs clauſulam derogatoriam ſpecialem ſublatum prę-ſumitur:cùm illa dictio,& cætera,contineat clauſulam derogatoriam ex mente coniecturata teſtatoris, quia aliter non poſſet ſecundum hoc teſtamentum valere. Ita Bald. in l.Gallus.§.idem credēdum. in ſecunda lectura.verſ.ex hoc arguo.ff.de lib.& poſthu.Alex. in conſ.163.col.vlt.verſ.non obſtat etiam.lib.7.

Et de eadem ſpecie interrogati idem latè reſponderunt. Bero. in conſ.3.num.13 lib.2.& Socinus Iunior in conſ.124. num.40.num.42.& 43.lib.1.

Cæterùm ab opinione Baldi diſſentiūt Imola in d.§.idem credendum,& Socinus Sen.num.3.

Ea ratione ij vſi ſunt,quod cum (vt diximus ſuprà) clauſula derogatoria apponi ſoleat in teſtamento ob id,quod timēt teſtatores ſuggeſtionibus conſanguineorum poſſe induci aliter quàm vellent teſtari & de rebus ſuis diſponere. Quare ſi hæc dictio, & cætera, includeret ſpecialem derogationem prioris teſtamenti facilè hoc ſub inuolucro verborum deciperentur teſtatores ipſi.

55 Decimatertia † coniectura eſt, quando in ſecundo teſtamento adiecta fuit hæc clauſula. Et prædictus teſtator voluit hoc ſuum teſtamentum extendi debere ad conſilium ſapientis.His ſanè verbis ſignificauit teſtator,ſe velle recedere à primo teſtamento habente clauſulam derogatoriam ſpecialem. Ita gl.& Iacobus de Arena in l.illa inſtitutio.ff.de hæredi.inſtit.& ibidem Imola num.11. Comenſ.nu.10.idem in l.ſi quis in principio teſtamenti.num.7.de leg.3.Socinus Senior in l ſi mihi & tibi.num.14.de leg.1.& Socinus Iunior in conſ.114. num.49.lib.1.

Diſſentiunt tamen ab hac opinione Bart.& Ang.in d.l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſtit.latè Albericus in auth.nouiſſima. col.3.C.de inoffic.teſta. qui multis hinc inde adductis argumentis, tandem concludit, quòd ſapiens non poteſt ſupplere clauſulam hanc derogatoriam, & alios refert & ſequitur Neuiz.in conſ.64.num.14. In illo enim reſponſo permulta Neuizanus ipſe pro vna ac altera opinione conſiderauit. Hanc quoque probarunt Rubeus in conſ.24.nu.3.& num.12.verſi. non obſtat.Bero.in conſ.3.num.14.lib.2.& Soc.Iun.in conſ. 124.num.48.lib.1.qui ambo de eadem facti ſpecie reſponderunt. Hanc quoque opinionem probauit benè eruditus Pax Scala Patauinus in dicto tract.de contractibus & vltimis voluntatibus ad conſilium ſapientis componendis.cap.13.

56 Conciliando opiniones † Baldus & Salicetus in l.captatorias.C.de teſta.mili.ille in quinta oppo.iſte in fine.ita diſtingunt & rectè.Aut teſtator omninò omiſit facere mentionem pœnitentiæ prioris teſtamenti. Et tunc ſapiens non poterit ſupplere.Ita procedit opinio Bart.& ſequacium. Aut teſtator declarauit pœnitentiam prioris teſtamenti, ſed verbis & minimè ſufficientibus ad derogationem primi: & tunc ſapiens poterit ſupplere. Ita procedit prima opinio. Hanc conciliationem probat etiā Natta in d.auth.hoc inter liberos.nu.45.

57 Decimaquarta † coniectura eſt, quando teſtator dixit,ſe caſſare primum teſtamentum ex certa ſcientia.Ita Comen.in d.l.ſi quis in principio teſtamenti.de lega.3.quem ſecutus eſt Natta in d.auth.hoc inter liberos.num.46.C.de teſtamen.qui dixit,eſſe pulchrum verbum,& alibi non legiſſe.

58 Decimaquinta † coniectura eſt, quando teſtator leuari feciſſet ex protocollo notarij exemplum ſeu authenticum ſecundi teſtamenti, & illud in propria arca recondidiſſet Barb. in conſ.pen.lib.4.& Natta vbi ſuprà.num.48.

59 Tertius eſt caſus, quando † clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamento eſt non ſolùm cōcepta verbis ſpecialibus: ſed etiam alijs verbis amplioribus corroborata: vt ſi teſtator ita dixit. Quod ſi contigerit me aliud teſtamētum conficere, nolo illud valere, ſed illi per hoc præſens eſſe derogatum, niſi in eo ad verbum ſcripta ſit tota Salutatio Angelica, etiā ſi nominatim huius teſtamenti meminero. Hoc in caſu, quem ſic conſiderarunt Doctores mox allegandi, dicendum eſt, in ſecundo teſtamento illius derogatorio requiri derogationem ſpecialem amplioribus efficacioribúſque verbis conceptam. Ita in ſpecie reſpondit Caſtren. in d. conſi. 279. Paſſus iſte, columna vlt. lib. 1. reſpondit, requiri derogatoriam ſpecialem: amplis verbis conceptam, atque ita dicere. Non obſtante quocumque alio teſtamento per me facto, quæcumque derogatoria habente, quacumque forma verborum concepta. Et Caſtrenſem ſecuti ſunt Rubeus & Didacus ſuprà commemorati & Ruinus in conſi. 228. num. 1. in fi. lib. 1. Idem ſenſit Dec. in conſi. 475. nu. 11. verſ. quarto reſpondetur. His accedunt. Gem. in conſi. 115. col. 1. verſ. & quia in ſecundò. & Natta in authenti. hoc inter liberos. nu. 60. C. de teſta.

60 Secundum eſt huius † noſtræ diſputationis caput, quando clauſula derogatoria non eſt expreſſè appoſita à teſtatore in teſtamento: ſed in eo à leg. ſubintelligitur: atque ita eſt derogatoria tacita & à lege pręſumpta. Sicuti inter alios manifeſtè dixit Didacus in rub. extra de teſtamentis. num 19. verſ. 6. deducitur. Ibi, Nam ex ea Docto.

61 Primum exemplum eſt in teſtamenti à patre condito † inter liberos. Hoc ſanè in teſtamento lex ſubintelligit clauſulam derogatoriam ad aliud ſequens teſtamentum inter extraneos confectum. auth. hoc inter liberos. C. de teſta. & ibidem poſt alios Natta nume. 15. & idem ſcripſerunt in terminis noſtris Socin. & Ruinus in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. ille. nume. 17. iſte nume. 25. Didacus in rub. extra de teſtam. in ſecunda parte. nu. 19. verſ. ſextò deducitur. Hoc in exemplo
62 & † caſu dubitari ſolet, an ſi pater ſecūdum cōficiat teſtamentum adijcere debeat clauſulam ſpecialem derogatoriam ad prædictum primum teſtamentū inter liberos confectum? Hic ſunt diſtinguendi duo caſus, quorū primus eſt, quando ſecundum teſtamentum eſt confectū inter extraneos. Hoc ſanè caſu requiritur ſpecialis derogatoria ad præcedens illud teſtamentum inter liberos factum. Ita tradunt Socinus in dicta l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. num. 17. de leg. 1. & ibidem Ruin. nu. 25. poſt Caſtrenſem & Aretinum in dicta auth. hoc inter liberos. Et hic caſus locum habet multo magis quādo in ipſo primo teſtamento confecto inter liberos adiecta fuerat expreſſa clauſula derogatoria ad futura. Nam tūc etiam ipſius expreſſæ derogatoriæ facienda eſt mentio. Ita Caſtr. in dicta auth hoc inter liberos. C. de teſtam. Ruinus in conſil. 228. num. 1. lib. 1. & in conſil. 10. num. 4. lib. 2. & Cur. Iunior in conſi. 169. nu. 8. & 9. Diſſentiunt tamen ab his Bero. in conſilio 3. num. 8. verſ. & ideo. lib. 2. qui de eadem facti ſpecie reſpōdit aduerſus Curtium Iuniorem. Secundus caſus eſt, quando ſecundum teſtamentum eſt etiam inter liberos confectum. Hic caſus eſt magis dubius, Nam tres ſunt hac de re opiniones, quarum prima eſt gloſ. in §. ſi quidem. § perfecta. in Auth. de teſtam. imperfectis. Roma. in conſi. 179. num. 20. & latè in conſi. 385. num. 2. ij abſolutè ſcripſerunt, ſecundum teſtamentum inter eoſdem liberos confectum, etiamſi non cōtinet clauſulam derogatoriam ſpecialē, valere atque ita derogare illi primo. Nam (dixerunt ij) quælibet imperfecta voluntas ſeruari debet inter liberos, abſque ſolennitatibus requiſitis à dicta auth. hoc inter liberos. Et accedit ratio, quia cum in vtroque teſtamento inſtituti ſint filij, æqualitas fauoris mutuo ſe cōfundit: & iuri communi locus eſt. l. ſed & milites. ff. de excuſat. tut. & l. aſſiduis. §. exceptis. C. qui potio. in pign. hab. Verùm hæc opinio non eſt retinenda: cum conſiderandum ſit quod teſtamentum ſit filiis fauorabilius.

Secūda eſt opinio Cyni, Iacobi de Arena, & Alberici in d. auth. hoc inter liberos, quam ibidem probauit Natta. num. 3. in fine. ij abſolute dixerunt, ſecundum hoc teſtamentum non valere, atque ita non derogare illi primo. Et ij quidem adducti ſunt eo tex. dicta auth. hoc inter liberos, qui indiſtinctè loquitur.

Et rurſus ratio (inquit Natta) dicta auth. hoc. inter liberos, non eſt fundata in fauore filiorum, ſed ob falſitates euitandas.

Cæterùm facile reſpondetur, rationem hanc Nattæ veram non eſſe: cùm receptum ſit ab omnibus rationem d. auth. hoc inter liberos. eſſe fundatam in fauore filiorum: ſicuti eſſe communem teſtator ipſe Natta ibidem. nume. 1. verſic. tertiò premitto. Et quamquam dicta auth. hoc inter liberos indiſtinctè loquatur: attamen alijs iuribus & rationibus adhibenda eſt diſtinctio. nempè quando teſtamentum eſt fauorabile filijs, vt mox dicemus.

Tertia eſt opinio Baldi in d. auth. hoc inter liberos, qui ita diſtinguit, Aut poſt primum teſtamentum ſuperuenit noua & iuſta cauſa mutandi dictum teſtamentum: & tunc non requiritur, quod in ſecundo ipſo teſtamēto adhibeatur aliqua clauſula ſpecialis derogatoria ad præcedens: cum ſatis illi derogatum præſumatur. l. 3. C. de inof. teſt. Aus non ſuperuenit cauſa, & tunc (inquit Baldus) aut ſecundum teſtamentum eſt liberis fauorabilius: & tunc valet hoc ſecundum, & non primum: quippe quod ſecundum eſt excluſiuum odij. Aut verò (ſubiungit Baldus) primum eſt fauorabilius filijs: & tunc valet ipſum primum, & non ſecundum. Hanc Baldi diſtinctionem æquitati conſentaneam ſecuti ſunt Angelus Caſtren. & Salicetus in d. auth. hoc inter liberos. Ang. in d. §. ſi quidē, in Auth. de teſt. imperfectis, Roma. in d. conſi. 179. nume. 20. & in conſi. 385. nume. 2. verſi. quam quidem. Alex in conſi. 134. nume. 5. lib. 1. & in conſi. 146. nume. 7. lib. 2. Corne. in conſi, 31. nume. 3. lib. 2. Socin. Sen. in conſi. 163. numero 13. lib. 2. & in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. nume. 10. de leg. 1. & ibidem Ruin. nume. 26. & ibidem Ruin. in conſil. 9. numero 3. lib. 3. Decius in conſi. 475. nume. 11. verſ. tertio reſponderi. Soc. Iun. in conſilio. 124. nu. 31. lib. 1.

63 Secundum eſt exemplum, † quando teſtator iurauit ſe non reuocaturū ipſum teſtamentum. Habet enim iuramentum vim ſpecialis expreſſionis: atque ita dicitur hæc ſpecialis derogatio ad futura. Ita Bar. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. nu. 15. de leg. 3. Bald. in conſi. 161. Proponitur, quod per commune. in fine. lib. 3. Salicetus in l. Sancimus. queſt. 8. C. de teſtam. Abb. in conſil. 41. lib. 2. Caſtr. in conſi. 206. In puncto præſenti in fi. lib. 1. Ruin. in d. §, in legatis. nume. 27. & 28. & ibid. Iaſ. num. 12. Idem Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. num. 14. Inſtit. de actio. Didacus in dicta rub. de teſtam. in 2. parte. num. 19. verſic. ſecundò infertur, & Natta in auth. hoc inter liberos. nu. 56. C. de teſtam. qui teſtatur eſſe communem opinionem.

Hoc itaque in exemplo & caſu ſolet dubitari: an ſecundum teſtamentum continere debeat ſpecialem clauſulam derogatoriam ad pręcedens iuratum? Recepta & vera ſententia eſt, requiri expreſſam ſpecialémque clauſulam derogatoriam. Ita Io. Andreę in cap. quod ſemel. in fi. de reg. iur. in 6. Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. nu. 15. de leg. 3. Caſtr. in d. conſi. 206. In facto præſenti. in fi. lib. 1. Fulg. in cōſ. 39. Ad primum. & in conſil. 156. Viſis themate. Natta in d. auth. hoc inter liberos. num. 58. Durans in tract. de arte teſtandi. tit. 10. De mutatione teſtamenti, caut. 1. nu. 4. & Didac. in rub. extra de teſtam, parte 2. num. 19. verſi. 3. ex principali.

Ea eſt huius receptæ opinionis ratio: quia hæc reuocatio non facta ſpeciali mentione iuramenti non valet, tanquam facta ab errante & oblito: cum præſumendum non ſit, quod ſi ſciuiſſet, noluiſſet periurium in animæ ſuæ detrimentum committere: præſertim in hoc teſtandi actu, qui propè mortem fit. cap. literas. vbi gloſ. de præſumpt. Nec repugnat conſideratio Angeli in conſilio 383. ſtatuto Piſtorienſi. Abba. in conſilio 41. numero ſecundo, libro ſecundo, & Petri Pekij in Tractatu de teſtamentis coniugum. lib. 1. cap. 4. nu. 5. qui à Bart. & ſequacibus diſſentiunt ea ratione: quod cùm derogatio hæc, quæ ex iuramento ſumitur, ſit tacita quędam derogatio, ſufficit ſequens contraria voluntas abſque alia ſpeciali derogatione, vt probat ſecundum ipſum Abbatē. text. ſingularis. in l. vlt. in princ. ff. de leg. 2.

Nam reſpondetur d. l. vlti. loqui in derogatoria tacita à lege non probata: ſed quæ ſumitur ſolum argumento à ſenſu contrario: vt dicemus in ſequenti capite.

64 Tertium eſt caput † huius diſputationis, quando clauſula derogatoria non eſt expreſſa à teſtatore in primo teſtamēto: ſed eſt tacita & ſubintellecta non quidē à lege, ſed ab homine, ſicuti



ſicuti illa, quæ ſumitur per argumentum à ſenſus contrario: vt ſi teſtator ita in primo teſtamento dixit: Et ſi quod aliud teſtamentum fecero inſerta in eo ſalutatione Angelica, illud volo valere & huic meo teſtamento præferri.

Hæc enim verba ſenſu contrario hoc ſonant. Et ſi aliud teſtamentum fecero non inſerta in eo ſalutatione Angelica, nolo illud valere, & huic meo teſtamento præferri,

Atque ita dicitur hæc clauſula derogatoria tacita à ſenſu contrario dèſumpta.

Hoc in caſu recepta eſt Doctorum opinio, nō requiri expreſſam ſpecialemque clauſulam derogatoriam in ſecundo teſtamento, vt illud primum cenſeatur ſublatū: ſed ſufficere confectum eſſe ſecundum teſtamentum, & clauſulam derogatoriam generalem ad præcedens. Ita Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 2. de leg. 3. Bald. in l. humanum. C. de legibus. Aretinus in l. 1. col. 6. ff. de teſt. Crottus in c. 1. col. 6. de conſtit. in 6. Socin. Sen. in conſil. 163. col. pen. lib. 2. Iaſon in l. filio. col. 2. ff. de liberis & poſth. in l. ſeruum filij. §. ſi idem. col. vlt. de leg. 1. & in l. 1. nu. 54. ff. de officio eius, & ibidem Iacobus Niger. num. 52. Gomeſ. in c. 1. num. 155. de conſt. in 6. qui ſeptem ſenſus & interpretationes ad d. l. vlt. recēſet. Natta in auth. hoc inter liberos. nu. 59. in fi. C. de teſta. Socin. Iunior in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. nume. 17. de leg. 3. & Didacus in dicta rub. extra de teſtam. in ſecunda parte. nume. 19. verſ. decimo octauò ex his. Ita ſane ij intellexerunt tex. l. vlt. in prin. ff. de leg. 2. quo loci etiam annotauit Bar. voluntatem tacitam à ſenſu contrario ſumptam alia tacita voluntate contraria tolli.

65 Nam † argumentum ductum à ſenſu contrario procedit à coniecturis. Bar. in l. omnes populi. num. 61. de iuſt. & iure & in l. 1. num. 16. ff. de officio eius. Baldus in l. cum apud antiquos. C. de furtis. & in l. 2. num. 3. C. de condit. inter. Iacobus Niger in d. l. 1. num. 32. ff. de officio eius. & Hier. Gabriel in conſil. 154. num. 18. lib. 1. Et propterea contrarijs coniecturis facilè tollitur, iuxta l. Diuus. ff. de in integr. reſtit. & ſcripſi ſuprà lib. 1. q. 29.

## PRÆSVMPT. CLXVII.

### Legatum quando alienatione rei legatæ ademptum atque reuocatum præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum à teſtatore factum non præſumitur in dubio ademptum & reuocatum: eſt enim ademptio odioſa. numero. 3. contra nume. 4.*
2 *Teſtator non præſumitur mutaſſe voluntatem.*
5 *Legatum iam factum à teſtatore præſumitur ademptum, quando coniecturis apparet ipſum teſtatorem mutaſſe voluntatem, & ſic reuocare voluiſſe legatum.*
6 *Legatum præſumitur tacitè ademptum & reuocatum, quando teſtator rem ipſam legatam alienauit nulla vrgente neceſſitate.*
*Secus ſi vrgente neceſſitate. num. 7.*
8 *Legatum præſumitur reuocatum, quando teſtator rem legatam alienauit etiam titulo oneroſo, modò nulla alienandi neceſſitas extiterit.*
9 *Alienatio titulo lucratiuo facta quid differat ab alienatione titulo oneroſa facta.*
10 *Legatum præſumitur ademptum ob alienationem rei legatæ, etiam ſi res non alienetur in totum, ſed aliqua in parte, & intelligitur reuocatum quò ad partem alienatam.*
*Idem etiam ſi alienatio ſit inutilis. num. 11.*
*Et idem tam in legato expreſſim facto quā in tacite relicto. nu. 13.*
12 *Voluntas declaratur etiam ex actu nullo & inualido.*
14 *Legatum libertatis ſeruo relictæ præſumitur ademptum ipſo ſeruo alienato. & num. 18.*
*Idem ſi libertas ſit purè ipſi ſeruo relicta, qui alienatione vel voluntaria vel neceſſaria ſerui adempta præſumitur libertas. numer. 15.*
*Intellige, niſi alienatio ſerui ſit inutilis. num. 16.*
17 *Legatum etiam factum piæ cauſæ præſumitur reuocatum alienatione voluntaria rei ſequuta.*
18 *Legatum libertatis dicitur pium.*
19 *Legatum cenſesur ademptum per alienationem generalem bonorum, ſub quibus res ipſa legata continebatur.*
20 *Alienatio generalis bonorum ita transfert dominium in acquirentem ſicuti ſpecialis.*
21 *Legatum acceſſorium alterius, puta fundi cum inſtrumento præſumitur reuocatum alienato tantum fundo.*
22 *Legatum vſusfructus ademptum cenſetur ipſo vſufructu deinde alienato.*
23 *Legatum præſumitur ademptum tam alienatione voluntaria quā neceſſaria, quando teſtator legatum ſub conditione fecit huiuſmodi, ſi res mea erit cùm moriar.*
*Idem quando facta alienatione teſtator ipſam reuocauit. nu. 24.*
*Secus in legato facto piæ cauſæ, vel ſanguine coniunctis. num. 25.*
26 *Legatum alienatione rei legatæ non præſumitur ademptum, quando coniecturis apparet teſtatorem noluiſſe ipſum legatum reuocare, vt ſi in codicillis teſtator declarauit ſe confirmare legata in teſtamento facta.*
27 *Mutatio non præſumitur.*
28 *Legatum alienatione non præſumitur ademptum, quando teſtator ſolum mandauit hæredi, vt rem illam à ſe legatam alienaret.*
*Idem quando teſtator ſine neceſſitate rem ipſam vendidit, tradidit & precium accepit. num. 29.*
*Idem quando teſtator legauit rem vel æſtimationem. num. 30.*
*Idem quādo res legata fuit alteri donata in remuneratione. n. 31.*
32 *Donatio remuneratoria dicitur quædā alienatio titulo oneroſo.*
33 *Remuneratio ſupponit obligationem quandam, non tamen cōpellit neceſſario.*
34 *Legatum non præſumitur ademptum alienatione rei legatæ, quādo alienatio eſt facta à patre, vt dotem daret filiæ, quam dotare lex iubet. & num. ſeq.*
35 *Filiam dotare eſt neceſſitas legalis, quæ naturali æquiparatur.*
36 *Intellectus l. filia legatorum. C. de lega.*
37 *Legatum non cenſetur reuocatum rei legatæ alienatione, quando mulier legauit fundum, & deinde bona omnia in dotem dedit. num. ſeq.*
38 *Dotis titulus eſt oneroſus ex parte mariti, ex parte autem mulieris eſt lucratiuus.*
39 *Legatum non præſumitur alienatione rei reuocatum, quando re ipſa alienata, eius loco altera comparatur & ſubrogatur.*
*Idem dicendum quando teſtator legauit totum fundum, & deinde dimidiam alienauit, illa enim dimidia non alienata ex legato debetur. num. 40.*
*Idem dicendum in alienatione impropria. num. 41.*
*Et quæ dicatur alien. impropria.*
*Idem dicendum in obligatione generali omnium bonorum, qua legatum non præſumitur reuocatum. num. 42.*
*Idem dicendum in locatione ad longum tempus, num. 43.*
44 *Rei proprietas non cenſetur alienata per locationem ad longum tempus.*
45 *Legatum non præſumitur ademptum ob promiſſionem, quam fecit teſtator de alienando rem legatam.*
*Idem in alienatione facta ex teſtamento, in quo teſtator hæredem fecit aliquem in omnibus bonis: non enim dicitur reuocaſſe rem legatam in codicillis, vel iam antea donatam. num. 46.*
*Idem in donatione cauſa mortis. num. 47.*
*Idem quando teſtator præſtari voluit legatum ex aliqua re poſita in diuerſa oratione à legato. num. 48.*
*Idem quando alioqui teſtamentum redderetur nullum, vel ſubiaceret querelæ inofficioſi. num. 49.*

1 EST pro regula † traditum, legatum à teſtatore factum non præſumi in dubio ademptum atq; reuocatum. leg. 3. §. ſi duobus. ff. de adimen. leg. & ſcribunt Baldus in l. ſi pluribus. numer. 1. de leg. 1. Corn. in conſ. 26. num. 7. lib. 2. Alexand. in conſ. 169. num. 4. lib. 5. quiquidem Alex. reſpondit quod vbi poteſt ſumi alia coniectura non præſumitur ademptio. Et idē ſenſit ipſe Alex. in conſ. 157. num. 2. lib. 7. Et accedunt Aret. in l. planè. §. ſi coniunctim. num. 9. & ibidem Iaſon. num. 8. de leg. 1. Natta in conſ. 476. nu. 15. & in conſ. 483. nu. 14. Cephalus in conſ. 67. num. 4. lib. 1. & Rolan. in conſ. 31. num. 3. lib. 4. quos ſecutus ſum in cōſ. 254. n. 5. lib. 3. quo loci. nu. 6. dixi eſſe
2 rationem, quia † nō præſumitur teſtatorem mutaſſe volūtatē.

lege

lege qui teſtamentum. ff. de probat. Quæ ſanè ratio probabilior eſt illa, qua aliqui opinati ſunt, ob id non præſumi
3 ademptum legatum, † quod ademptio odioſa ſit, ex reſponſo Baldi in conſi.28.ſuper eo,quod verſ.item ſi legatum. lib.3.cui accedit Alex.in conſ.169.num.8.lib.5.
4 Eſt enim † verius legati ademptionem fauorabilem eſſe: ſicuti poſt Caſtren. Socinum & alios in l.ſi ita fuerit. ff. de condi. & demon.reſpondit Alcia.in reſp. 492. num. 6.in fi. in reſp.494.num.3. & in reſp.585.num.5.& idem in rub.ff.de acquire. poſſeſſ. num.9.
5 Cæterùm à regula hac † receditur quando coniecturis & præſumptionibus apparet teſtatorem mutaſſe voluntatem, atque ita reuocare voluiſſe legatum, l. ſi iure. ff. de leg.3. & l. 3. §. vltim. ff. de adim. lega. vbi nuda voluntate legatum adimi reſponſum eſt. & ibi annotauit Bart. & coniecturas ſufficere ad ſignificandam mutationem voluntatis & reuocationis legati affirmarunt permulti, quos infra referam,& in ſpecie Curtius Iun. in conſil,103.num.2.& Hiero.Gabriel in conſil,103.num.8.ad finem.lib.1.
6 Inter multas † coniecturas, de quibus diſſeremus infra, vna hæc eſt egregia; quando teſtator rem ipſam legatã alienauit nulla vrgente neceſſitate. Nam tunc præſumitur mutaſſe voluntatem,& ob id reuocaſſe legatum.l.ſcribit.§.item ſcribit.ff.de auro & arg.lega.& apertè etiam probat.l.rem legatam.ff.de adim. lega.quo loci Modeſtinus eo vtitur exẽplo,quando teſtator donauit alteri rem ipſam legatam. Non enim vrgente neceſſitate id fecit: Et à ſenſu contrario idem probat tex.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3.vbi alienatio vr-
7 gente † neceſſitate facta non arguit reuocationem legati & confert.l.cum ſeruus. ff. de adim. leg. quam de alienatione omnino voluntaria intelligo. Et coniecturam ham paſſim admittunt Imola,Alexa.& Iaſon in l.ſeruum filij.§. & idem ſeruus. ff. de leg. 1. & alij congeſti à Socino Iun. in conſil. 162. numero primo, libro ſecundo: à Natta in conſil. 613. num.1.& idem ſcripſit Bero.in q.9. qui declarat quæ dicatur cauſa neceſſaria & quæ voluntaria. Et de quibus diximus etiam ſupra in præſumpt.109.num.2.& 3.
8 Extenditur primò † hæc coniectura,vt locum habeat etiã ſi alienatio facta fuit titulo oneroſo; modò nulla alienandi neceſſitas extiterit.Non enim adhibetur differẽtia inter alienationem titulo oneroſo; quando in nulla earum affuit neceſſitas. Ita probant d.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3.& d. l.rem legatam.ff.de adimen. lega. quæ in ſola neceſſite alienandi fundamentum conſtituunt.Et in ſpecie,quod ob alienationem ſpontaneam titulo oneroſo factam cenſeatur reuocatum affirmarunt Baldus in l. vnum ex familia. §. ſi rem de leg.2. Berous in q.9.num. 1. & Hiero. Gabriel in conſilio 102.num.5.& num.6.lib.1.
9 Eſt tamen † hæc differentia inter alienationem titulo oneroſo factam,& factam titulo lucratiuo. Nam alienatio tituto lucratiuo facta ſine controuerſia arguit teſtatorem mutaſſe voluntatem. d.l.rem legatam. Et propterea hæredis fundata eſt intentio, quod teſtator reuocare voluerit ipſum legatum. Alienatio verò titulo oneroſo facta in dubio præſumitur facta vrgente neceſſitate: & ob id teſtatorem noluiſſe reuocare ipſum legatum: atque ita hæres probare debet teſtatorem mutaſſe voluntatem & voluiſſe reuocare legatum. d.l.fideicommiſſa.§.ſi rem. delega. 3. in illis verbis. *probationem autem mutatæ voluntatis ab hæredibus exigendam.*

Et manifeſtè ſcribunt Alex.in additio.ad Bart. in d. l. rem legatam.ff.de adim.lega.in additio.in conſ.31.num.9.lib.3.& in cõſi. 168.num.4.lib.6.& in conſi.157.num.2.lib.7. qui egregiè declarat:Soc. Iun. in conſil.162.num.25.lib. 2.Hier.Gabriel. in d.conſi.103.num.1.lib.1.
10 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat etiam ſi res legata non alienetur in totum: ſed aliqua in parte. Ita probat. l.ſcribit. §. item ſcribit.ff.de auro, & argento lega.Bart.in l. rem legatam. numer.8.ff.de adim.lega.& Iaſon in l.3.in fine. C.de leg.& d.§.item, qui corruptè legitur, emendat Cuiacius lib.2.obſerua. cap.39. Hanc extenſionem probat etiam l.falſa.§.vltim. ff.de cond. & demon. Et intelligitur reuocatum legatum quo ad partem alienatam. Et textum hunc declarat Emanuel Coſta libro, 1, ſelecta, interpretatio: circa conditiones.capit.ſexto.
11 Extenditur † tertiò,vt procedat etiam ſi alienatio inutilis ſit.Nam adhuc mutata præſumitur voluntas:& conſequẽter legatum præſumitur ademptum.Ita ſcribunt Imola.Aret.& Alex.in l.ſeruum filij.§.idem ſeruus.de leg.1. Roma. in ſing. 133.Iaſon in l.certi conditio.§.quoniam.num.8. ff. ſi certum peta.& in l.re coniuncti.in ſecunda lectura.num.166.de leg. 3.Socin.Sen.in conſ. 104. num. 11. lib. 3. Ruinus in conſ.75. num.7.verſic.etſi dicatur.lib.2.Curtius Iun.in conſ.112.nu.2. in fine.Alciatus in reſpon.651.in fine. Didacus in rub. extrà de teſta.in ſecunda parte.num.21.&in tertia parte.num.19.& Hier.Gabriel.in d.conſ.103.num.10.lib.1. Quam ſententiam probant.l.legatum.§.1.& l.etſi transferam.ff.de adim.lega.Ea
12 eſt ratio,quia etiam ex † actu nullo & inualido voluntas declaratur.l.vlt.ff.de rebus eorum. Et ob id ſi teſtator in alium transferre voluit rem legatam,ſignificauit, adimere voluiſſe legatum.Idem quoque eſſe ſcripſit Didacus, quando poſſeſſio non fuit translata,ex d.l.legatum.§.1.
13 Et hæc quidem † extenſio locum habet tam in legato expreſſim facto quàm in tacitè relicto, ſicuti præcitati interpretes ſentiunt,& apertius Imola,Alex.& Aretinus in d. l. ſeruũ filij.§.ſi idem ſeruus.ff.de leg.1.quorum ſententiam probat.l. ſcribit.§.item ſcribit.ff.de auro & argen.lega. Diſſentiunt ab his Caſtr.in d.§.ſi idem ſeruus. num. 4.& Iaſon.num.9.quorum rationes & argumenta facilè diſſolui poſſunt, ſi rectè perpendantur.
14 Extenditur tertiò,vt † locum etiam habeat in legato libertatis ſeruo relictæ. Nam ſeruo ipſo alienato cenſetur etiam ademptum legatum libertatis.l. verum eſt. ff. de manumiſſ. teſta.Et in ſpecie tradunt Soc. in Tract.fallent.in verbo,legatum,regula prima.fallen.7.Didacus in rub. extra de teſtamẽtis,in tertia parte.num.19.verſ.quinimò & in cauſa,&c. qui ſubiũgit ex ſentẽtia gloſſæ,Iacobi de Arena,Oldradi, Alber. & Plumbini in l.qui duos.§.vlt.ff.de manumiſſ.teſt. ꝙ etiam ſi data eſt libertas ſeruo verbis directis,hoc addito, quod ille ſeruus manumiſſus ab illo die conditi teſtamenti ſit liber,adhuc libertas ita effectum non habebit in vita teſtatoris, donec ipſe teſtator mortem obierit.Et ob id non modo expreſſè,ſed & tacitè reuocari poterit.
15 Præterea,libertas † purè ſeruo relicta,alienatione vel volũtaria,vel neceſſaria ipſius ſerui,adempta præſumitur, quod in aliis rebus legatis non contingit.Ita declarando.d.l. fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3.docuit Socin.in lege ſi in diem.§. ſeruo,num.3.ff.de cond.& demo.
16 Et hoc † intelligitur,niſi alienatio ſerui ſit inutilis. Ita Iaſon in d.l.ſeruum filij.§.idem ſi ſeruus.in fi.de leg.1.
17 Extenditur quartò,vt locum † etiam habeat in legato facto piæ cauſæ.Nam & illud cenſetur ademptum atque reuocatum, alienatione voluntaria ipſius rei. Ita in ſpecie affirmarunt.Socinus Iunior in conſ.162.num.11.lib.2.& Natta in conſ.623.num.3.verſ.non obſtat aliud. Hanc ipſam ſententiam abundè explicaui atque defendi in conſ.429.lib.5.

Et illis accedit Vaſquius in Tractat.de ſucceſſionum progreſſu.lib.3.in tit.de legatis.§.28.num.10.
18 Et inter multa † ſcripſi, legatum libertatis eſſe pium. l. in teſtamento.ff.de fideicom.libert.& l.1.§.vlt. C. de communi ſeruo manumiſſ.vbi Bal. & latè ſcribit Tiraquellus in Tract. de priuilegiis piæ cauſæ,in præfatione.verſ.item legatum libertatis.Et nihilominus legatum libertatis, alienatione ſerui,reuocatum præſumitur,vt iam ſuprà expoſuimus. Et prædicto in reſponſo confutaui rationes & argumenta Bart. in conſ.26.lib.1.& ſequacium,qui diſſentire viſi ſunt.
19 Extenditur quintò,vt † procedat etiam in alienatione generali bonorum, ſub quibus & res ipſa legata continebatur. Nam & tunc præſumitur mutata voluntas, & conſequenter reuocatum legatum.Ita reſpondit Natta in conſ.613.nu.1. & 2.ex ſententia Alex.in conſ.169.lib.6.
20 Ita enim † generalis bonorum alienatio dominium in acquirentem transfert, ſicuti ſpecialis. Et illo in loco reiicit, & rectè quidem, Natta contrariam opinionem Iaſonis in l. 3.col.pen,C.de lega. cum quo ſenſerunt Rubeus in conſ.95. in fin.& Io.Lupus in Rub.extrà de donat.inter virum & vxo. §.69.num.4.
21 Extenditur ſextò,vt † locum habeat etiam in legato acceſſorio alterius, ſicuti in legato fundi cum inſtrumento. Nam alienato fundo cenſetur reuocatum legatum fundi ac etiam inſtrumentorum l.1.&l.ſi cui fundum.in fi.ff.de fundo inſtructo inſtrumentóque lega.Et ſcripſit ſupra in præſump. 154.in ſecundo caſu.



22 Extenditur † ſeptimò, vt procedat etiam in legato vſuſfructus: qui deinde alienetur.Nam & tunc reuocatum præſumitur legatum.Ita Bar.in l.rem legatã.nu.7.ff.de adim.leg. Caſtr.in l.3.nu.6.C.de legat.&ibidem Iaſon in fine declarat.
23 Extenditur octauò, vt † hæc regula indiſtinctè procedat tam in alienatione voluntaria quam in neceſſaria, quando teſtator legatum ita ſub conditione fecit,ſi res mea erit, cum moriar. Nam hoc caſu indiſtinctè reuocatum cenſetur legatum,ſi res alienata reperitur tempore mortis ipſius teſtatoris.Ita Baldus in l.3.num. 6.& ibidem Caſtren.numero 3.verſ. quartus caſus.& Iaſon col.2.verſ. quartò limita. C.de legat. Imola in l.falſa demõſtratio.§.vlt.ff.de cond.& demon. & ibidem Socin.nu.1. Et ij moti ſunt ex d.d.l.falſa demonſtratio. §.vlt.&ex l.ſcribit Q.Mutius.§.item ſcribit.ff.de auro & argen.leg.
24 Extenditur nonò,vt † locum habeat etiam quando ,facta ipſa alienatione, teſtator eam reuocauit.Nam adhuc ademptum præſumitur legatum: atque ita non reconualeſcit.l.ſi ſeruus.ff.de adim.leg.& ibidem annotauit Bart. & ſecuti ſunt Bald.in l.3.nu.5.& Caſtren.nu.4.C.de legatis.Imola in l.quoties §.ſeruus.ff.de hæred.inſtit.Roma in auth.ſimiliter.nu. 81.C.ad l.Falcid.Rui.in l.filiæ.§.Titia.num .3.ff.de cond.& demonſtr.& alios refert Tiraquellus in Tract.de priuilegis piæ cauſæ priui.40.quo loci poſt multos ſcribit , non habere
25 locum † extenſionem hanc in legato facto piæ cauſæ,vel ſanguine coniunctis. Eandem traditionem probarunt Natta in conſ.613.& Hier. Gabriel.in conſ.103.num.13.lib.1.

Huc etiam pertinet quod reſpondit Soci.Sen.in conſ.104. num.10.lib.3.cùm dixit, quod & ſi teſtator,qui rem legauit, & eam alteri deinde donauit donationem, ipſam reuocet, legatum non reintegratur.

Et prædictæ extenſionis atque traditionis ea eſt ratio ſecundum Ruinum præcitato in loco, quia per redemptionem illam non declaratur, quod teſtator,alienando non habuerit animum adimendi:Cùm nec tempore alienationis cogitauerit de redemptione:quia ex quo ſemel illam noluit,non præſumitur mutatio voluntatis: Et quod iterum velit rem illam recuperare .Quam quidẽ acutam rationem probaui in conſ. 254.num.9.lib.3.
26 Declaratur † nunc primo prædicta regula , vt locum non habeat, quando contraria extat coniectura voluntatis teſtatoris.Ita Alexa.in conſ.168.num.4.lib.6.qui affert exemplum quando ipſe teſtator in codicillis declarauit,ſe confirmare legata in teſtamento facta.

Idem cenſuit Hier.Gabriel.in conſ.103.num.3.lib.1.qui in hanc ſententiam citat tex.l.fideicommiſſa.§.ſi rem ſuam.de leg.3.qui quò ad alienationem voluntariè factam nil probat. Rectius itaque ratione probatur:quia ſicuti coniecturis mutata præſumitur teſtatoris voluntas atque ita ademptũ legatum, ita pariter fortius coniecturis voluntaris perſeuerantia probari poteſt.Cùm mutatio † non præſumatur.l.nam ad
27 ea.ff.de cond.& demon.& diximus ſupra in præſump.165.

Coniecturæ autem continuatæ voluntatis hoc in caſu ſunt ſecundum Alex.& Gabrielem. vt ſi teſtator in alienationis inſtrumento conuenit cum emptore , vt pretium legatario ſolueret:vel ſi pecuniam apud mercatorem depoſuit, vel rem aliquam emit.Qua de re ſcripſi plura in d.conſilio 254.lib.3.
28 Declaratur ſecundò , vt † non habeat locum hæc regula, quando teſtator ſolum mandauit hæredi,vt rem illam à ſe legatam alienaret.Nam tunc legatum non præſumitur reuocatum.Ita Baldus in l.3.num. 3.C.de legatis,& ibidem Caſtren. num.2.Iaſon.col.2.verſ.limita tamen: & ibidem Iacobinus. numero 3.

Idem reſpondit Alex.in conſ.168.in fine.li.6.Idem ſcripſit Soc.in Tract.fallent.in verbo legatum.regula prima,fallen 9. Et adducti ſunt tex.l.poſt quã.§.vlt.ff.vt lega.nomine cauea.
29 Declaratur † tertio,vt non procedat quando teſtator ſine neceſſitate rem ipſam vendidit, tradidit & pretium accepit. Hæc enim tria concurrere debent,alioqui legatum reuocatum præſumitur Baldus in d.l.3.nume.3.C.de legatis.& ibidem Caſtren.num.3.Iaſon.num.2. verſi.ſecundò notabiliter & ibidem Iacobinus.nu.3.Soc in Tract.fallent.in verbo legatum.regula primã,fallent.4.ſenſit Alciatus in reſp.429.num. 3.Et ij moti ſunt tex.l.prædia.§.liberto.ff.de fundo inſtr.Diſſentiunt tamen Angelus Aretinus in §.ſi rem.Inſt.de lega.& Hier.Gabriel.in d.conſ.103.num.7.& nu.9.lib.1.qui aliter eſt interpretatus.d.§.liberto.
30 Declaratur quartò,vt † non procedat quando teſtator legauit rem,vel æſtimationem.Nam tunc re ipſa alienata,non cenſetur reuocatum legatum: ſed æſtimatio ipſa debetur. Baldus in d.l.3.num.4.C.de lega.& ibidem Caſtren.nu.3.verſ. tertius caſus,Corne.Alex.& Iaſ.nu.2.verſ.3. notabiliter limita.Idem reſpondit,Alex.in conſ.169.nume.4.verſ.ſucceſſiuè. lib.6.Ita quoque ſcribit Socin. in Tract.fallen.in verbo , legatum fallen.ſexta.Et moti ſunt tex.l.Lucius la.2.ff.de leg.2.
31 Declaratur quintò † non habere locum quando res legata fuit alteri donata in remunerationem. Nam tunc non præſumitur reuocatum legatum.Ita Bart.in d.l. rem legatam.nu. 2.& 3.ff.de adim. legatis,&reſpondit Rubeus in conſ.95.numero 14 & 15. Ea ratione motus eſt Bartolus, quia donatio
32 † remuneratoria cenſetur quædam alienatio titulo oneroſo. l.Acquilius.ff.de dona.neceſſitate quadam facta,iuxta.l.1.§ 1.ff de tutelis & ratio.diſtrah.& l.cum plures.§.tutor.ff.de adm.tuto. Neceſſitas enim(inquit Bar.in d.l.rem legatam. num.5.)hic ſumitur pro titulo non lucratiuo ſed oneroſo.

Et propterea non præſumitur legati reuocatio. Nec repu-
33 gnat,ſi dicatur,quod tametſi remuneratio† ſupponat obligationem quandam,attamen non compellit neceſſariò.l.3.§.ſi quis quaſi in fi.ff.de cõd. ob cauſam.Nam reſpondetur,quod licet neceſſario non compellat obligatio illa ad donandum: attamen cùm ipſe teſtator donat, ſignificat non omnino voluntariam eſſe alienationem:ſed quodammodo neceſſariam: ſicuti exiſtimatur illa,quæ fit accepto pretio, cuius ſanè pretij loco ſunt ipſa donatarij merita. Atque ita non differt alienatio hæc ab alia titulo oneroſo facta.Et propterea ſicuti illa facta titulo oneroſo arguit non eſſe reuocatum legatum, ita & iſta.

Non obſtat pariter ſi dicatur quod teſtator iſte potuit rem aliam quàm hanc legatam cauſa remunerationis dare:Et ideò dando hanc videtur ſua ſponte receſſiſſe à priori voluntate: atque ita legatum reuocaſſe. Nam reſpondetur , Bar.Rubeũ, & Doctores negantes reuocatum legatum ex neceſſaria rei legatæ alienatione,vel ex eius donatione ,ſumere neceſſitatem pro titulo non lucratiuo:ſed oneroſo, vt dixi ſupra. Et ideò qui titulo oneroſo alienat,oſtendit ſe non ſua ipſa ſponte alienare,ſed neceſſitate quadam:& ideò hæres(vt dicebam ſupra)qui vult,aſſerere quod imò ſponte,ideſt volũtariè,alienauit probare id debet.
34 Declaratur † ſextò, non procedere in alienatione facta à patre,vt dotem daret filiæ,quam dotare lex iubet.l.quis liberos.ff.de ritu nupt. Hoc etiam caſu non cenſetur reuocatum legatum.Ita Ripa in l.Lucius num.27.in fi.ff.de vulg.& pup. ſubſt.& ibidem Alciatus nu.34.& Bero.q.9.& Cephal.in cõſ. 84.num.7.8.lib.1.Ex enim hęc alienatio titulo oneroſo facta.
35 Et dicitur † neceſſitas legalis,quæ naturali æquiparatur, vt ſcribunt omnes in auth.res quæ.C.communia de legatis. & dicemus infra in præſumpt.vbi explicabimus. d.authen res,quæ.
36 Nec obſtat † quod Albericus in leg.filia legatorum.C.de lega.adductus illo textu diſſentiat:quia altero de duobus modis videtur poſſe reſponderi.Et primo ex ſententia Ripæ præcitato in loco cùm dixit,quod d.lex. filia legatorum non probat Nam etſi pater cogitur dotare filiam,d.l.qui liberos attamen : non magis cogitur vnam quam aliam rem in dotem dare. Verùm retinenda non eſt hæc interpretatio , quando quidem vt diximus ſuprà,præſuppoſita legali neceſſitate:pro conſtanti habendum eſt, patrem rem aliam in dotem dare non poſſe,alioqui non eſſet neceſſitas.Ita in caſu d.auth.res quæ præſupponit ſemper,quod nulla alia res libera extet, quæ poſſit alienari , & ideò cauſa dotis alienari poteſt illa, quæ fideicommiſſo ſuppoſita eſt. Rectius itaque reſpondit Iaſon in d.l.filia legatorum numero primo,dum ab Alberico diſſentit

K Inquit

Inquit Iaſon d.l.filia legatorum, loqui quando alienatio facta eſt in ipſiuſmet legatarium:quo caſu præſumitur facta animo compenſandi. Idem Iaſon in §.item ſi in fraudem.nu. 30.Inſtit de actio.Baldus Nouellus in Tract.de dote, in ſexta parte.priuil.22.& Cephalus in d.conſ.84.

37 Declaratur ſeptimò,vt † non procedat, quando mulier legauit fundum, & deinde bona omnia in dotem dedit. Hoc etiam caſu non præſumitur mutaſſe priorem voluntatem, atque ita voluiſſe reuocare legatum. Ita reſpondit Alex.in conſil.31.nume 1.lib.3.quem ſecuti ſunt.Iaſon in dict.leg.3. num.C.de legatis:Io.Lupus in Rub extrà de donatio inter virum & vxo.§.69.nume.5.& Craue.in conſ.144.nume.1.& in conſ.234 num.1.in fine &.

38 Ea ratione motus eſt Alex. quod titulus † dotis oneroſus eſt leg.ex promiſſione.ff.de act.& obliga lega.pro oneribus. C.de iure dotium,cum ſimilibus cum autem alienatio titulo oneroſo fit, non præſumitur reuocatio legati, vt diximus ſupra.

Verùm facile reſpondetur,titulum dotis eſſe quidem oneroſum ex parte mariti, qui matrimonij onera debet ſubſtinere:non tamen ex parte mulieris, quia tunc titulus dicitur lucratiuus. Ita declarant Bar.in l.vlt.§.ſi à ſocero.ff.de his, quæ in fraudem cred.Iaſon in l.ſi donatarius.§.1 nu.11.ff.de condict.cauſa data.& latè Tiraquellus in l.ſi vnquam, in verbo, donatione.nu.217. C.de reuocan.dona. Cum autem in caſu noſtro conſideretur titulus ex perſona teſtatoris, vt ex eo, cognoſcamus,an neceſſitate,vel ſua ſponte alienaſſe dicatur, ſequitur dicendum alienationem hanc à muliere factam ex titulo lucratiuo.

Probabilior itaque eſt altera eiuſdem Alexandri ratio, quod ideò reuocatum non præſumitur legatum, quia mulier dando in dotem bona ſua, non dicitur tranſtuliſſe perpetuò dominium in ipſum maritum,ſed conſtante matrimonio tantum.l poſt dotem.ff ſol.matr.& l.dos à patre.C.ſoluto matr. At quando alienatur res legata ad tempus, non præſumitur reuocatum legatum,ſicuti de pignore ſtatim dicemus. Ergo nec hac dotis conſtitutione. Tertia etiam ratione adductus eſt Iaſon in d.l 3.nu.3.quod ſcilicet id factum eſt,quia hæc datio in dotem eſt quædam alienatio generalis,quæ non arguit reuocatum eſſe legatum Quæ ſanè ratio vera non eſt: Imò etiam ſpeciali conſtitutione dotis legatum non præſumi reuocatum annotauit Io.Lupus in d.§ 69.nume.6.qui eſt Alex. in d.conſ 31.hoc colligit.

39 Declaratur octauo † vt non procedat prædicta coniectura,quando re ipſa alienata eius loco altera comparatur atque ſubrogatur.Ita ſenſit Baldus in dict leg 3.num.12.C.de legatis quem ſecutus eſt Roma.in conſi.229 nu.3.ſing.430.Quæritur verſ.aut poſuit in eadem, & c. Idem manifeſte ſcripſerunt Alex.in conſ.169.nu.4.lib.6.Socinus & Ruinus in leg. filiæ & Titia.ff.de cond.& demon.Iacobinus à Sancto Georgio in dict.leg.3.num.4.C.de legatis.& Socin.Iunior in conſ. 162.nu.10.lib.2. Quam ſententiam ſatis manifeſtè probat tex.d.l.filiæ.§.Titia,quam declaraui in conſ.254.nume.13.lib. 3.quo loci nu.19.dixi cum Ruino rationem eſſe, quia teſtator ſubrogando aliam rem loco legatæ iam alienatæ dicitur declaraſſe ſuam voluntatem ab initio tempore alienationis fuiſſe,quòd ſubrogare voluerit rem nouè acquiſitam, vt loco legatæ eſſet.Id quod non contingit in caſu alienationis & eiuſdem rei recuperationis,vt in l.cum ſeruus.ff.de adim.lega.de qua diximus ſupra in vltima extenſione.

40 Declaratur † nonò,vt locum habeat prædicta coniectura quatenus facta eſt alienatio,non autem vltrà. Si enim teſtator legauit totum, fundum & deinde dimidiam alienauit, illa dimidia non alienata ex legato debetur.Ita Bar.in l.rem legatam.numero 8.ff.de adim.lega.& reſponderunt Roma. in conſ.229.nu.2.verſ.ſecundo,Alex. in conſ.168.nu.3.in fi.& in conſ.169.num.2. lib.6. Quorum ſententiam probant.l.huiuſmodi.§.ſi Titio il.2.& l.ſi ex toto in prin.de leg.1.l.ſcribit. ff.de auro & arg.lega.l.legatum.§ 1.ff.de adim.leg.& §.ſi rem. in Inſt.de legatis.

Et huc facit quod docuit Bar.in l.rem legatam.num.7.ff.de adim.lega.& poſt Cynum Caſtrenſis in l.3.nu.6.C.de legatis, cum dixit,quod ſi teſtator legauit fundum,quo nomine cenſetur legatus etiam vſusfructus.l.ſi alij.ff.de vſufructu legato, & diximus ſupra iu præſumpt.ſi deinde ipſe teſtator alienat vſumfructum, attamen legatum proprietatis non cenſetur reuocatum.idem reſpondit Alex.in d.conſ.168.nume.3.lib.6. Confert etiam text l.alumnæ.§.qui filias.ff.de adim·leg. quo loci annotauit Barto.quod ademptione vnius rei non dicitur alia adempta.Et idem ſcripſerunt Aret.in conſ.21.col.2.Natta in conſ.483.num.13.& in conſ.527.nu.7.lib.3.& Rolan.in conſ.31.num.23.& 24.lib.4.

41 Declaratur† decimò, vt locum non habeat in alienatione impropria. Exemplum primum affertur in pignore & hypotheca quæ alienatio impropria eſt. Hoc ſanè caſu legatum non cenſetur reuocatum.Ita ſcribunt Cynus, Fulgoſius,Caſtren.& Alex.in l.3.C.de legatis,& ibidem Iaſon.num.1.in fi. Idem affirmarunt Bar.in l.rem legatam.nu.9.ff.de adim.leg. Alex.in conſ.169.in fin.lib.6.Et probat d.l.3.C.de legatis vbi & tex.in §.ſi rem ſuam.verſ idem reſcripſerunt,in Inſt.de legatis.vbi.

42 Idem eſt in † obligatione generali omniũ bonorum, qua legatũ reuocatũ non præſumitur.Ita Bart.in d.l.rem legatam. num.10.Baldus in l.ſi non virum.in fi.C.de dona inter virum. & vxo.Socin.in Tract.fallent.in verbo legatum.reg.prima. fallen.2.Iaſon.in l.3.num.3.C.de legatis. Rubeus in conſ.95. in fi.à quibus in hoc non diſſentit Natta in conſ.613.nu.1.

Hoc tamẽ intelligitur,niſi teſtator vel tanti vel pluris pignoris tradiderit rem ipſam legatam. Nam tunc præſumitur, quod amplius eam recuperare noluerit, iuxta.l.qui habebat. de leg 3.vbi glo.& Bar.& late Tiraq.in Tract.de retractu conſang.in præfat.num.36.

Et in ſpecie ita declarant Bart.in d.l.rem legatam.in fi.ff. de adim. lega.Caſtren.& alij in d.l.3.Io.Lupus in Rub.extra de donatio.inter virum & vxorem.§.69.nu.10.Ripa in l.1.nu. 12.ff.de pigno.& in l.filiusfam.§.Diui.nu.3.de leg.1.vbi Plotus inter conſilia criminalia diuerſorum.in conſ.108.nu.20. qui Bar.in d.l.rem legatam.ſecutus eſt.

43 Eſt & † ſecundum exemplum in locatione ad longum tẽpus.Nam & per hanc non cenſetur reuocatum legatum.Ita in
44 ſpecie reſpondit Alex.in conſ.168.nu.3.lib.6.qui † ea ratione vſus eſt,quod per locationem ad longum tempus non cenſetur alienata rei proprietas.lege prima, in fine.& l.2.ff.ſi ager vectig.vel emph.peta.

45 Eſt & tertium † exemplum, quando teſtator promiſit rem illam alienare. Nam cum promiſſio de alienando nõ ſit propriè alienatio:ob ipſam promiſſionem nõ præſumitur reuocatum legatum. Ita reſpondit Alex.in conſilio 168.ad finem lib.6.

46 Declaratur † vndecimò,vt locum non habeat in alienatione facta ex teſtamento,in quo teſtator hæredem fecit aliquẽ in omnibus bonis.Nam tunc nõ dicitur reuocaſſe rem legatã in codicillis,vel iam antra donatã.l.quoties.C.famil.erciſc.& declarat Io.Lupus.in Rub.de donat.inter virum & vxo.§.69.
47 num.10.verſ.ex quibus.Idem in † donatione cauſa mortis.Ita Aret.in conſ.74.num.11.& Craue.in conſ.144.nu.10.& dixi ſuperiore libro in præſumpt 34.

48 Declaratur duodecimò,† vt non procedat hæc coniectura, quando teſtator præſtari voluit legatum ex aliqua re poſita in diuerſa oratione à legato,vt putà dixit teſtator, lego centum Sempronio:& deinde ita dixit quam ſummam præſtari volo ex pecunia, quæ eſt in arca. Hoc caſu & diſtracta eſt à teſtatore pecunia illa, nihilominus non cenſetur reuocatum gatum.Quandoquidem adiectio loci, è quo pecuniam ſolui voluit teſtator, demonſtrationis gratia fuit adiecta, & ob id non infert legati reuocationem,& ſi ex illo pecunia extracta & conſumpta fuit.Ita probat tex.l.quidam teſtamento.ff.de leg.1.& ibi Bar.Alex.& Iaſon.

Idem probat .l.Paulo.Callimacho.§.vlt.de leg.3.& in ſpecie ita cenſuit Roma.in ſing.430.Quæritur.& c.Qui quidem ſubiungit è contra,quod ſi in eadem oratione poſuit rem, ex qua voluit præſtari legatum, quod re illa alienata,cenſetur reuocatum legatum,ex l.ſic legatum.§.ſi mihi, quod Titius.& l.ſeruus.§.quicunque de leg.primo.& ex lege Lucius.§.ciuibus.de lega.ſecundo.

Et hoc quidem intelligit Roma.niſi loco illius rei aliam ſubrogauit, qua de re diximus ſupra in declarat.8.Et Romanum in ſpecie ſecutus eſt Ruinus.in l.filiæ.§.Titia.in fine

de con.d



de cond.& demonſt. Eſt & alia declaratio ſecundum Romanum, quando legatum fuit factum piæ cauſæ. Nam tunc & ſi teſtator in eadem oratione poſuit rem, equa legatum voluit præſtari:attamen,re ipſa alienata,non cenſetur reuocatum legatum.Ita glo.in l.Caius.ff. de annuis legatis, in l.Lucius.ff. de adim.lega.& in l.vlt.ff.de contrah.empt.quas Roma.ſecutus eſt,& cum eo Tiraquell. in Tract.de priuilegiis piæ cauſæ,priuilegio.63.in fin.Quibus addo Ripam in libr.3.reſponſor.cap.vndecimo.num.4.in fin.

49 Declaratur decimotertiò, † vt locum non habeat, quando alioqui teſtamentum redderetur nullum, vel ſubiaceret querelæ inofficioſo. vt ſi teſtator legauit filio. Nam tunc alienatione ipſius rei legatum non præſumitur ademptum. Ita in ſpecie declarant Socinus Sen.in Tract.fallen.in verbo, legatum,regula prima fallen.prima,poſt Doct.in l.ſcimus in prin. C.de inoff.teſta. vbi poſt alios Iaſon nume.3.& 4.Cùm dixerunt, inſtitutionem filio factam in re aliena valere, etiam ea euicta,ne alioqui filius dicatur præteritus.

## PRÆSVMPT. CLXVIII.

Legatum nominis debitorum factum quando ipſius crediti exactione ademptum atque reuocatum præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Legatum nominis debitorum an & quando exactione ipſius crediti reuocatum præſumatur.*

*Quod exactis ipſis debitorib. reuocatum atque ademptum præſumatur.ibid.*

*Secus ſi teſtator pecuniam exactam depoſuit vel eam vtiliter impendit.num.2.*

*3 Legatum nominis debitorum non cenſetur reuocatum, ſi teſtator demonſtrationis gratia nominauit debitorem, vt ex illius credito legatum præſtaretur.*

*Idem quando teſtator aliqua iuſta cauſa exegit,num.4.*

*5 Legatum nominis debitorum extingui pro ea parte,pro qua teſtator exegit.*

1 NON longe diſſimilis † à ſuperiore eſt hæc diſputatio, quando ſcilicet legatum nominis debitorum,exactione ipſius crediti,extinctum atque reuocatum credatur. Qua in re eſt pro regula conſtituendum,legatum hoc nominis debitorum, exactis ipſis debitoribus ademptum atque reuocatum præſumi. Ita apertè reſpondit Vlpia.in l.fideicommiſſa. §.ſi rem.de leg.3. Idem probat text.in l.ſi ſic legatum,§.1.de leg.1.legati enim ſubſtantia ( ait Vlpia.in d.§.ſi rem ) exacto ipſo credito legato,quodammodo extinguitur.

Extenditur hæc regula,vt locum habeat etiam quando teſtator ſuo debitori liberationem legauit,deinde ab eo exegit creditum.Nam & hoc caſu extinguitur legatum.l.non ſolum. la.1.§.liberatio.ff.de lib.leg.

2 Declaratur † primò prædicta præſumptio, vt locum non habeat, quando teſtator pecuniam illam exactam depoſuit, vel eam vtiliter impendit,vt puta emendo prædia.Ita reſpondit Vlpia.in d.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.Cuius verba hęc ſunt,

*Cum tamen quidam nomen debitoris exegiſſet:& pro depoſito pecuniam habuiſſet:putaui, fideicommiſſi petitionem ſupereſſe, maximè, quia non ipſe exegerat, ſed vltro debitor pecuniam obtulerat, quam offerente ipſo non potuit non accipere.*Paulatim igitur *admittemus, & ſi ex hac parte pecuniæ rem comparauerit, quam non hoc animo exegit,vt fideicommiſſarium priuaret fideicommiſſo,poſſe adhuc fideicommiſſi petitionem ſupereſſe.*

Hactenus Vlpianus. Et hoc reſponſo adducti ita in ſpecie ſcripſerunt Baldus in l.3.num.10.C.de legatis, & ibidem Iacobinus à Sancto Georgio.nu.4.Iaſon in additio.ad Portium in §.ſi rem.in inſt.de legatis.& Hier.Gabriel in conſ.103.nu. 13.lib.1.& egregiè reſpondit Alex.in conſ.157.num.2.libr.7. quod cùm mater quædam legaſſet filio redditus, quos habebat ſuper montem Florentiæ, & deinde redditus illos vendidiſſet, & pecuniam depoſuiſſet apud quoddam Hoſpitale, legatum non dicebatur ademptum. Et Alexandrum ſecutus ſum in conſ.254.num.8.lib.3. vbi de ſimili egregia facti ſpecie reſpondi, & comprobaui ex l.pater inter filios.ff.de adimen.legatis,ac etiam aliorum auctoritatibus,quas breuitatis ſtudio non repeto.

3 Declaratur ſecundo, vt † hæc coniectura locum non habeat quando teſtator demonſtrationis gratia nominauit debitorem, vt ex illius credito legatum præſtaretur, vt ſi dixit: lego centum Caio, quam ſummam præſtari volo ex credito, quod mihi eſt cum Sempronio. Hoc caſu exacto ipſo Sempronio, nihilominus legatum non cenſetur ademptum. Ita probant l.quidam teſtamento.in prin.de leg.1.& l.Paulo Callimacho.§.vlti.de legat.3.& ibidem annotauit Bart.& idem cenſuit Roma.in ſing.430.Quæritur.&c.in primo caſu.Soci. in tract.fallentiarum,in verbo, legatum.regula prima fallent. tertia.

4 Declaratur tertiò,vt† non procedat hęc coniectura,quando teſtator aliqua iuſta cauſa exegit, vt putà, ſi debitor obtulit,& teſtator neceſſe habuit recipere,vt probat tex.d.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.verſ.cum tamen.Et ibi in ſpecie annotauit Comenſis,qui aliud exemplum ſubiungit,vt quando debitor erat ſuſpectus, & ob id teſtator exegit creditum, ne alioqui aliud amitteret.

5 Declaratur tertiò,vt locum habeat hæc regula & præſumtio † quo ad partem crediti exactam: non autem quo ad reſiduum.Ita probat tex.l.vlt.in prin.ff.de libera.lega.quem tex. dixit ſingularem Cremenſ.in ſing.104.ego habebam. Et ad declarationem ſcribit multa Emanuel Coſta.lib.1.ſelect. interpretationũ circa cõditiones.c.5.Simile eſt quod ſcripſi in præcedenti præſumptione in ſecunda extenſione. Confert etiam text.notab.in l.cum hi ſtatus.§.qui quaſdam.ff.de don. inter virum & vxor. Et ad rem etiam pertinet quod dicemus infrà in præſumpt.170.in prima extenſione.

## PRÆSVMPT. CLXIX.

Legatum, vel fideicommiſſum an & quando reuocatum & ademptum præſumatur, adempta & reuocata conditione vel modo,eis appoſitis & adiectis.

### SVMMARIVM.

*1 Legatum vel fideicommiſſum an & quando præſumatur ademptum & reuocatum, adempta aut reuocata conditione vel modo per tot.*

*2 Legatum ſimplex ſi fuit relictum ſub conditione, vt putà ſi legatarius rationes reddiderit: adempta per codicillos d.conditione non præſumitur reuocatum legatum.*

*Si autem fuit relictum ſub modo,adempto modo, præſumitur eſſe reuocatum legatum.num.3,*

*4 Legatum ſub modo relictum præſumitur datum in recompenſationem oneris,*

*5 Fideicommiſſum ſub conditione relictum an & quando reuocata conditione etiam ipſum reuocatum dicatur.nu.ſeq.vbi diſtinctio datur:*

*7 Intellectus l.1.C.de pactis.*

*8 Synecdoche eſt figurata locutio,qua à parte totum, vel à tota pars intelligitur.*

*9 Conditio ſui natura eſt incerta.*

*10 Diſpoſitio interpretari ita debet,vt euitentur circuitus.*

*Atque ita etiam interpretari debet, ne fruſtra ac inutiliter ita actum ſit.num.11,*

*12 Teſtator præſumitur potius voluiſſe fideicõmiſſum adimere, quam actum inutilem facere,& circuitus permittere.*

*13 Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit:dicitur eſſe quid connexum cum ipſa morte, vnde liberorum conditione adempta, cenſetur etiam adempta conditio mortis.*

*Quod imò cenſeantur duæ conditiones.num.15.*

*14 Conditio vna ad vnum relata no npoteſt diuidi, ſicut etiam vnicum capitulum nequit ſeparari & diuidi: fallit, quando diuiſio ſit voluntate diſponentis.num.17.*

*16 Præceptum dandi intra Calendas: licet vnicum tantum videatur, inſpectis verbis ipſis, virtualiter tamen dicuntur duo, vnum dandi,alterum dandi intra Calendas.*

*18 Inducta ad fauorem non debent odium operari.*
*19 Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit:reſpicit fauorem hæredis inſtituti & grauati reſtituere,quia ea pendente, commodum conſequitur & emolumentum ipſe hæres.& num.32.*
*20 Teſtator quando in codicillis adimit conditionem fideicommiſſo olim adiectam, conſiderandum eſt quib. verbis ipſe vtatur, vt adimatur fideicommiſſum.*
*Et altero de trib.modis loqui poteſt, vt ibid.per diſcurſum, & numero ſeq.*
*21 Fideicommiſſum ademptum extinctúmque præſumitur conditione adempta, quando dixit teſtator:Conditionem,quam appoſui,adimo.*
*Idem ſi dixit, Adimo conditionem,ſi deceſſerit.num.23.*
*Idem ſi dixit, Adimo conditionem,ſi deceſſerit ſine liberis.nu.24.*
*22 Relatiuum,quam, vel quod, ſui natura operatur, vt præcedentia cenſeantur relata cum omnibus ſuis qualitatib.*
*25 Filij quando ſunt inæqualiter inſtituti, conditione adempta, non præſumitur ademptum fideicommiſſum.*
*26 Conditio aliud eſt, aliud conditionatum, & ſublata conditione non dicitur ſublatum conditionatum.num.29.*
*27 Teſtator non præſumitur voluiſſe filium ſuum liberos habentem grauare de reſtituendo fratri ſuperſtiti.*
*28 Fideicommiſſum nunquid cenſeatur ademptum conditione ſublata,quando ſunt inſtituti æqualiter hæredes extranei.*
*30 Teſtator remouens conditionem cenſetur etiam remouere conditionatum,quando conſtat de eius mente.*
*31 Conditio ſi deceſſerit ſine liberis,duplex dicitur eſſe.*
*33 Fideicommiſſum non præſumitur ademptum ſublata conditione, quando inſtituti fuerunt hæredes extranei inæqualiter.*

1 POSTQVAM de præſumptionibus † & coniecturis, quæ verſantur circa reuocationes legatorum & fideicommiſſorum, verba facere cœpimus, placet adiungere & hanc diſputationem, in qua quidem duo capita conſtituere atque diſtinguere ſoleo.

Primum quidem eſt caput, quando agitur de legato ſimplici.Hoc ſanè in capite diſtinguendi ſunt duo caſus,quorum
2 primus eſt, quando † legatum fuit relictum ſub conditione,
vt ſi teſtator dixit lego centum Caio, ſi rationes reddiderit,
vel ſi Sæius factus erit conſul.

Hoc quidem in caſu, ſi teſtator in codicillis adimit conditionem non præſumitur ademiſſe & reuocaſſe legatum. Ita tradunt Bart.Caſtrenſis, Imola & reliqui in l. ſi quis ſeruum. ff.de condit. & demonſtr. adducti omnes eo reſponſo, cuius verba hæc ſunt.

*Si quis ſeruum liberum eſſe iuſſerit, ſi hæredi rationes reddiderit, poſteaq; rationes reddere eum vetuerit, quaſi puram facturus libertatem:competit ei ex teſtamento libertas,*

3 Secundus eſt caſus, quando † legatum fuit relictum ſub
modo,& ſi teſtator dixit.Lego centum Caio,vt ædificet mihi
ſepulchrum.Hoc ſanè caſu adempto modo præſumitur etiam
ademptum & reuocatum legatum. Ita Bartol.in l.alumnæ.§.
Sæiæ.ff.de adim.lega.& in d.l. ſi quis ſeruum.vbi etiam Caſt.
ff.de cond.& demonſt.Socin.in l.in teſtamento.la 2.num.13.
verſic.ſed in hac conditione.ff. eod.de condit.& demonſtr.&
Decius in l.1.nume.4.C.de pactis. Et hæc quidem ſententia
4 probatur illo reſponſo.d.§.Sæię.Et accedit † ratio ſecundum
Bart.& Caſtren.in d.l.ſi quis ſeruum.quia legatum ſub modo
relictum, præſumitur datum in recompenſationem oneris,
vnde remoto modo, reuocatum cenſetur & ipſum legatum.
Eſt enim quædam connexitas oneris & commodi, vt vno ſublato,dicatur ſublatum & alterum:ſicuti ex d.§.Sæię reſpondit Signorolus in conſ.2.num.4.

5 Secundum eſt huius † diſputationis caput, quod circa fideicommiſſa ſub conditione relicta verſatur: vt ſi teſtator duos hæredes inſtituit, & eos grauauit, quod ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis,alteri ſuperſtiti reſtitueret:Deinde ipſe teſtator in codicillis poſt ipſum teſtamentum confectis ademit conditionem illam,an præſumatur etiam ademiſſe atque ita reuocaſſe fideicommiſſum? Hoc in capite ſoleo diſtinguere tres caſus.

6 Primus quorum eſt, quando † teſtator inſtituit filios ſuos æqualiter, atque ita æqualiter adiecit conditionem reſtitutionis, ſi eorum alter ſine liberis deceſſiſſet.Hoc ſanè in caſu adempta conditione,præſumitur etiam ademptum atque extinctum fideicommiſſum.Ita Bartol.in dicta l.ſi quis ſeruum, num.2.ff.de cond.& demonſt. & ibidem Caſtr. Idem Bart.in l.1.num.2. C.de pactis, & ibidem alij multi.& Socin.Iun.in conſil.126.num.12.lib.1. & melius in conſ.100.nu.46.& 47. lib.3.qui alios recenſet.

7 Et horum quidem opinio † fulcitur illo reſponſo.d.l.1.C.
de pactis: cui tamen reſponderi ex aliorum ſententia facilè
poteſt, id fuiſſe ex mente illius Philini fratris, qui Frontoni
fratri ſextantem dedit,vt ſibi remitteret onus reſtitutionis fideicommiſſi. Nam exprimendo cõditionem, ſenſit de fideicommiſſo, alioqui detrimentum ſibi attuliſſet: quia conditione ſublata pure obligatus fuiſſet reſtituere. Præterea & ſecundò reſpondetur, verba illa conditionis incertum, quibus vſi ſunt Imperatores in d.l.1.ſignificant non ſolam conditionem, ſed ipſum totum fideicommiſſum:ſicuti rectè interpretatus eſt Barto.in d.l. ſi quis ſeruum, & in d.l.1. vbi Alciatus idem ſcriptum reliquit. Et confert.l.in plurium. ad finem.ff. de acquir. hæred. quo loci ponitur conditio propſa inſtitutione conditionali.

8 Et dicitur † quędam figurata locutio,quam Synecdochen
Grammatici vocant,ideſt, pars pro toto. Et accedit quod ſi
Imperatores ij ſenſiſſent de ſola ipſa conditione, fruſtrà adiecíſſent verbum illud,incertum,cum ſatis fuiſſet dicere,con-
9 ditionis,ex quo † conditio ſuì natura incerta eſt l.ex facto.ff.
de cond.& demonſtr. & ſcribunt Bart. & reliqui in l. cum ad
præſens.ff.ſi cert.pet. Secundò hac pro opinione conſiderari
10 ſolet hæc ratio.Diſpoſitio ita † debet interpretari, vt euitentur circuitus.l.dominus teſtamento.ff.de cond.indeb.& ſcribit Decius in l. cum fundus.§. ſeruum tuum.col.1. ff. ſi cert.
11 pet.Et præterea diſpoſitio † ſic debet interpretari, ne fruſtra
& inutiliter actum ita ſit.l.quoties.ff.de reb.dubiis. At qui ſi
hoc in caſu diceremus, ſublatam eſſe conditionem tantummodò, & reſtitutionis grauamen permanere, inutilis & fruſtratoria eſſet diſpoſitio,& darentur circuitus inutiles.Si quidem fideicõmiſſi reſtitutio remaneret pura,atq; ita vnus teneretur reſtituere alteri,cõtra.l.ab omnibus.§.ſi Titio.de leg.1.

12 Eſt ergo † dicẽdum, teſtatorem voluiſſe potius fideicommiſſum adimere,quàm actum inutilem facere: & hos circuitus permittere.

Cæterum huic argumento & conſiderationi reſpondent Fulgoſius, Comenſis & alij à prædicta opinione diſſentientes,hoc in caſu conſiderari poſſe duas conditiones, quarum vna eſt,ſi deceſſerit, quæ quidem conditio eſt,l.ſi cùm hæres. ff.quando dies lega.ceda. Altera,ſi deceſſerit ſine liberis.Et ſi ergo(inquiunt Fulgoſius & ſequaces)ſublata eſt conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: attamen adhuc ſupereſt altera, ſi deceſſerit.

Nec obſtat conſideratio Decij in d.l. 1. C.de pactis: cùm
dixit,quod imò vnica eſt conditio: ex quo verba hæc, ſi de-
13 ceſſerit ſine liberis, vnum totum cõſtituant.Et dicitur † conditio liberorum eſſe quid connexum cum ipſa morte.Et proptereà ſi adimitur conditio liberorum, etiam in conſequentiam dicitur adempta cõditio mortis.l.cui fundus.ff. de con-
4 dit.& demonſt. vbi † vna conditio ad vnum relata diuidi non
poteſt.Sicuti vnicum capitulum nequit ſeparari & diuidi: vt
tradunt Bart.in l.Aurelius.§. idem quæſiit.ff. de liber.lega.&
alij, quos congeſſi in libro ſecundo, de arbitrariis iudicum.
15 Caſu.95.num.14. Nam † reſpondetur, imò duas eſſe conditiones,vt dixerunt Fulgoſius & alij:ſicuti dicimus in ſimili in
caſu.l. Celſus.in prin.iuncto. §. 1. ff. de receptis arbitris, vbi
16 præceptum dandi intra † Calendas, & licèt vnum tantùm videatur inſpectis verbis ipſis:attamẽ virtualiter & re ipſa conſiderata dicuntur duo,nempè vnum dandi:alterum,dandi intra calendas.Similes ſunt text.in l.2.vbi glo.in verbo, duplici.ff. de hæred.inſtitut.& in cap.cum dilecti.§.penult.de dolo & contuma. & egregiè tradunt Abbas in capii. licèt cauſam.in nono notab.de probatio. & Felin.in cap.1.num.28.de iureiurando.

17 Et quod † dictum eſt, vnicum capitulum diuidi non poſſe ex ſententia Bart.in d.l.Aurelius.§. idem quæſiit non procedit, quando diuiſio fit voluntate diſponentis.l.3.§. cum Titio.ff.de adim.lega. vbi centum legata ſunt, & ſi hoc eſt vni-



cum capitulum:attamen teſtator ipſe poteſt in codicillis adimere quinquaginta tantùm.

Tertiò motus eſt Decius & conſiderauit,ademptionem factam eſſe fauore filiorum inſtitutorum.

18 Atqui † inducta ad fauorem non debent operari odium.
l. quod fauore.C.de legib. ſicuti operaretur in caſu.d.l.1.C.
de pactis, vbi ſublata conditione, ſi deceſſerit ſine liberis,
onus reſtitutionis remaneret magis certum apud ipſum inſtitutum. Ergo,&c.

19 Verùm † retorqueri poteſt hoc argumentum:quia conditio mortis,vel liberorum adiicitur fauore hæredis inſtituti & grauati reſtituere: cùm per eam differatur rei relictæ reſtitutio: & ea pendente emolumentum & commodum conſequitur.Ita declarant Bart.in l.illis libertis.col.1.ff.de cond.& demonſt.& in l.1.col.1.C.de legatis,& Aret. in conſil.1.col. 1.verſ.præmitto pro declaratione.Ex quo fit,vt conditio hęc reſpiciat commodum grauati præcedentis, cui reſtitui debet hæreditas.Cùm ergo teſtator adimit conditionem,fauere dicitur ipſi ſuperſtiti,& grauare magis præmorientem.Id quod manifeſtè ſatis euenit: ſi ex duabus conditionibus vna remanet,nempè illa, ſi deceſſerit.Cuius contrarium ſequeretur, ſi vtraque adempta diceretur. Nam ſuperſtiti nihil acquireretur: quandoquidem præmoriens grauatus non eſſet, quia fideicommiſſum effectum fuiſſet purum reciprocè, vt ſcripſit Bartol.in dicta l.ſi quis ſeruum, & in dicta l.1. Atque ita inducta ad fauorem ſuperſtitis odium operarentur, contra.d.l. quod fauore.

20 Crediderim † ego hac in re conſiderandum eſſe, quibus verbis vtatur teſtator quando adimit conditionem. Altero enim de tribus modis loqui poteſt.

21 Et primo † modo,ſi dicit conditionem quam appoſui adimo.Hoc de modo loquitur Bart.in d.l.ſi quis ſeruum,& in d. l.1.Et hoc quidem in caſu exiſtimo eſſe ſatis clarum, præſumi ademptum extinctúmque fideicommiſſum:ſicuti in d.l.1.indiſtinctè fuerant ſublatæ illæ conditiones: ſiue vna, ſiue duæ extiterint. Cum enim teſtator ſe refert ad illud totum à ſe diſpoſitum in teſtamento, vt ſignificat illud relatiuum, quam,
22 quod † ſui natura operatur, vt præcedentia cenſeantur relata
cum omnibus ſuis qualitatibus, Bar.in l.ſi quis ſeruum.§.vlt.
de leg.2.ſequitur dicendum, præſumi ademptam non ſolum
23 ipſam conditionem:ſed etiam fideicõmiſſum.Secundo † modo ita loqui poteſt teſtator.Adimo conditionem, ſi deceſſerit.Hoc ſanè caſu præſumitur ſublata & conditio, ſi deceſſerit ſine liberis.Cum poſterior hæc,ſine liberis, ſtare non poſſit ſine illa prima, ſi deceſſerit:vt rectè aduertit Ripa in d.l.1.
24 num.2.C.de pactis.Tertio etiam modo † loqui poteſt teſtator,vt ſi dicit.Adimo conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. Hoc in caſu præſumitur ſublata etiam conditio ſimplex, ſi deceſſerit. Nam & ſi facilè concedimus vnà cum Doctoribus, duas eſſe conditiones: ſicuti duo ſunt præcepta illa, de quibus in d.l.Celſus.§.1.ff.de recept.arbitr.Attamen ſicuti in poſitione atque affirmatione duæ ſunt conditiones:Ita etiam duæ ſunt in ademptione & negatione:quia illa verba, quæ in appoſitione & adſcriptione duas oſtendunt conditiones: Ita illa verba duas in ademptione ſignificant.

25 Secundus eſt caſus, quando † inſtituti ſunt filij inæqualiter.Hoc ſanè caſu adẽpta conditione,non præſumitur ademptum fideicommiſſum.Ita ſcripſerunt Caſtren.& Fulgo.in d. l.1.C.de pactis qui affirmarunt ita ſenſiſſe Barto.in d.l.ſi quis ſeruum.de condit.& demonſt.à ſenſu contrario.Hoc enim in caſu ceſſat illa præcipua ratio,qua dixit Bart.quod vbi adempta eſt conditio, fideicommiſſum efficitur purum atque ita inutile. Hæc ſanè ratio ceſſat hic vbi dicimus, aliud eſt eſſe
26 conditionem, & aliud conditionatum: & ſublata † conditione non dici ſublatum conditionatum.l.3 §.conditio.ff.de adimen.lega.Contrariam tamen opinionem probarunt Alex. in d.l.1.num.2.Iaſ.num.1.in fin.Soc.in primo,notab.Decius. numer.3.Curtius Iunior.numer.4.Ripa.numero ſecundo, & Alciat. numer. 3. C. de pactis. Primò ea ratione credendum
27 † non eſt teſtatorem voluiſſe filium ſuum liberos habentem grauare de reſtituendo fratri ſuperſtiti.arg. l. cum auus.ff. de cond.&demon.Verùm reſpondetur,d.l. cum auus,procedere ſolum in fideic.conditionali, non autem in puro.vt in ſpecie conſiderat Rimi.in d.l.1.nu.2.verſ.nec placet,quod,&c.poſt Bart.& Doct.in d.l.cum auus.& ibi ſcribit Socinus.num 28. Niſi dicamus cum Socino,in dubio eſſe præſumendum teſtatorem noluiſſe fideic.purum,ne adhoc deueniatur,vt filius liberos habens alteri reſtituat, vt apud eum. Vel etiam dicere poſſumus cum Decio in d.l.1.C.de pactis.d.l.cum auus.loqui in conditione tacita: nos verò in expreſſe adiecta,& expreſſe remota. Et ideò ceſſet diſpoſitio.d.l.cum auus, cui quidem aliter reſpondet Bologne.in d.l.1.num.27.verſi.vnde clarius.

28 Tertius eſt † caſus, quando hæredes extranei ſunt æqualiter inſtituti.Hoc caſu idem eſſe ac in caſu, quo inſtituti fuerunt æqualiter filij,ſcripſerunt Ripa in d.l.1.num.2. & Alcia. num.4.C.de pactis ex mente Bart.& Alex. Nam & illa ratio qua vſus eſt Bart.illo in caſu,militat & in iſto, quod ſcilicet ſublata conditione pręſumatur atque cenſeatur fideic.inutile. d.l.ab omnibus.§.ſi Titio.de leg.2.

Contrariam tamen opinionem hoc in caſu probarunt Riminal.Sen. & Iaſon in d.l.1.C.de pact.poſt Caſtr.& Comenſ. in l.ſi quis ſeruum.de condi.& demon.

29 Primò ea ratione,quia † aliud eſt conditio aliud conditionatum.l.3.§.conditio.ff.de adimen.leg.& l.ſi quis ſeruum.de
condi.& demon. Ergo teſtator remouens conditionem viſus
eſt velle firmum ſtare cõditionatum.argumento l.ſancimus.
in princ.infrà de teſta.cum ſimilibus.Verùm reſponderi faci-
30 lè poteſt, quod imò † remouens conditionem dicitur remouere & conditionatum, quando conſtat de mente diſponẽtis. Ita declarant d.l.3.§.conditio.Aret.in conſ.93.in fi.& Craue. in conſ.80.num.2.De mente autem coniecturata huius teſtatoris,vel ex eo conſtat,quòd præſumptio eſt,eum noluiſſe facere actum inutilem,nempè adimendo conditionem efficere fideicommiſſi reſtitutionem puram,contra d.l.ab omnibus.§. ſi Titio.de leg.2.

31 Secundò & melius mouentur † hi interpretes ea ratione, quòd duplex ſit ita conditio, nempè, ſi deceſſerit,& ſi deceſſerit ſine liberis,ſicuti in ſimili in l.Celſus.in prin.& §.1.ff.de arbitriis.Ergò ſublata cõditione,ſi deceſſerit ſine liberis,ſupereſt altera,ſi deceſſerit.Verùm reſpõdetur, vt declaraui ſuprà.

32 Tertiò accedit † illa ratio, quam attigi ſuprà, quòd conditio mortis, vel liberorum, adiecta fuit ad fauorem hæredis grauati ex ſententia Bart.in d.l.illis libertis.col.1.ff.de cond. & demon.cum aliis ſuprà allegatis.ex quo fit,quod hæc conditio reſpicit commodum grauati præmorientis: & incommodum ſuperſtitis,cui reſtitui debet hęreditas.Cùm ergo teſtator adimit conditionem, fauere voluit ipſi ſuperuenienti, & grauare magis præmorientem:id quod optimè (vt dixi ſuprà) contingit,ſi ex duabus conditionibus vna ſola remanet, nempè ſi deceſſerit ſine liberis,cuius contrarium ſequeretur, ſi vtraque adempta cenſeretur. Nam ſuperſtiti nihil acquiretur,ex quo prętmoriens non eſſet grauatus,vt demonſtraui ſuprà.Ergò non omnis conditio dicitur ſublata. Reſpondetur, quod pręcipua intentio teſtatoris fuit relinquendo fideicom. fauere hæredi,cui debet fieri reſtitutio, & grauare hæredem inſtitutum. Ergo adimendo voluit fauere huic grauato. Niſi ergo diceremus, ſublatam eſſe vtramque conditionem, ſequeretur, quod hic hæres eſſet magis grauatus contra teſtatoris mentem.

33 Quartus eſt & vltimus † caſus, quando inſtituti fuerunt hæredes extranei inæqualiter.Hoc ſanè in caſu dicitur ſolùm adempta conditio,& remanet fideic. Ita Alex.in d.l.1.num. 2.Iaſ.num.1.in fine. Curtius Iunior & Ripa num.2.C.de pactis.Ea eſt ratio, quia teſtator voluit.adimendo hanc conditionem,fauere ei ſoli,cui minorem partem reliquit, & grauare eum,qui maiorem conſecutus eſt.Qui ſanè effectus ſequitur ſublata vtraque conditione. Nam is,qui maiorem partem habuit in teſtamento ex codicillorum diſpoſitione reſtituit ei,qui in ipſo teſtamento minorem habuit: atque ita iſte, qui habuit minorem partem,mutata teſtatoris voluntate, maiorem recipit. Qua ex re conſtat ceſſare hoc in caſu rationem illam Bar.&ſequacium ex d.l.ab omnibus.§.ſi Titio.de leg.2.

## PRÆSVMPT. CLXX.

### Legatum propter ſuperuenientem inimicitiam inter teſtatorem & legatarium quando ademptum atque extinctum præſumatur.

## SVMMARIVM.

*1 Legatum propter ſuperuenientem inimicitiam inter teſtatorem & legatarium an & quando extinctum & ademptum præſumatur.*

*Eſt enim probabilis coniectura mutatæ voluntatis & ademptionis legati ſuperueniens inimicitia. ibid.*

*Et id multò magis, quando teſtator poſt conceptum odium dixiſſet, ſe nolle illum aliquid ex ſuo habere. num. 2.*

*3 Inimicitia ſuperueniens operatur, vt multa iam conceſſa reuocata cenſeantur.*

*4 Legatum præſumitur reuocatum ex ſuperuenienti inimicitia, etiam ſi teſtator in codicillis non ademit legatum expreſſè in teſtamento factum.*

*Secus ſi teſtator in ipſis codicillis expreſſè reuocaſſet aliqua ex legatis iam tacitè reuocatis. num. 5.*

*Præſumitur etiam ademptum legatum tacitè, quando teſtator fuit in cauſa ſuperuenientis inimicitiæ. num. 6.*

*Intellige, vt num. 8.*

*7 Donatio cauſa mortis cenſetur tacitè reuocata ex ſuperuenienti inimicitia inter donantem & donatarium, etiam quando ipſe donans fuit in cauſa inimicitiæ.*

*9 Legatum præſumitur reuocatum ex ſuperuenienti inimicitia etiam eo caſu, quando res legata iam per errorem fuiſſet ſoluta, ob tacitam enim ademptionem repeti poteſt.*

*Idem quando teſtator dixit, ſe legare ob benemerita ipſius legatarij. num. 10.*

*11 Legatum non præſumitur ademptum ob ſuperuenientem inimicitiam leuem.*

*Idem quando dubitatur, an ex actu aliquo, qui odio, & bona gratia fieri ſolet, orta eſſet inimicitia. num. 12.*

*Idem quando ſubſecuta deinde fuit inimicitiæ reconciliatio. n. 13.*

*14 Homicida ex diſpoſitione ſtatuti Bononien. non ſolum non poteſt ſuccedere occiſo, nec alicui ex eius aſcendentib. vel deſcendentibus, niſi ex teſtamento poſtea confecto, & quare.*

1 EST & vera † & probabilis coniectura mutatæ voluntatis teſtatoris atque ita ademptionis legati, quando inter ipſum teſtatorem & legatarium ſuperuenit inimicitia, vt reſpondit Vlpia. in l. 3. §. vlt. ff. de adim. lega. & in l. ſi inimicitiæ. ff. de his, quib. vt indig. & vtroque in loco glo. Bartol. & reliqui. Pekius de teſtam. coniugum. lib. 1. cap. decimonono, in fin. & Maſcardus in concluſ. 900. num. 1.

2 Et hæc † quidem coniectura locum habet multo magis quando teſtator poſt conceptum odium dixiſſet ſe nolle illum aliquid ex ſuo habere. Ita aduerſus Marchabrunum in conſ. 78. dicendum eſſe exiſtimo.

3 Ita inimicitia † ſuperueniens efficit, vt multa iam conceſſa reuocata cenſeantur latè Roma. in conſ. 459. num. 3. Et ſimile ſcripſi ſupra in præſumpt. 166. in ſecunda coniectura.

4 Extenditur primò, vt locum habeat hæc † cōiectura etiam ſi contracta ipſa inimicitia, teſtator confecit codicillos, quibus legatum in teſtamento factum expreſsè nō ademit. Nam adhuc tacita illa ademptio locum habet. Ita ſcribunt Bart. in l. filio. §. Sæia. ff. de adim. lega. Aret. in conſ. 93. numero quinto. verſic. hæc concluſio. Alex. in additionibus ad Bart. in d. §. vlt. in verbo, reuocatur. Idem ſcripſerunt Crottus in conſ. 66. num. 10. lib. 1. Rubeus in conſ. 125. num. 5. Ripa in l. vlt. num. 151. C. de reuocan. donat. Catelianus Cotta in memoralibus, in verbo, Inimicitiæ, Riminaldus Iunior in inſtit. de donationibus. in princ. num. 1076. & Petraſancta in ſing. 5. in principio. Et illo in loco Petraſancta declarat hanc extenſionem, vt
5 non procedat, quando † teſtator in ipſis codicillis expreſſe reuocaſſet aliqua ex legatis iam tacitè reuocatis. Nam tunc illa, quæ expreſſe non reuocauit, cenſentur potius confirmaſſe, & ideò præſtanda eſſe. Cùm enim reuocauit aliqua, & aliqua non reuocauit, ſatis manifeſtè apparere dicitur de mente ipſius teſtatoris, quod noluerit reuocare quæ expreſſim non reuocauit, iuxta regulam. l. cum prætor. in prin. ff. de iud. conferunt quæ ſcripſi ſupra in præſumpt. 168. in fin.

6 Extenditur ſecundò, vt † procedat hæc coniectura etiam eo in caſu, quando teſtator fuit in cauſa ſuperuenientis inimicitiæ. Nam & tunc præſumitur ademptum atque reuocatum legatum. Ita in ſpecie ſcripſerunt Iaſ. in l. filiam. num. 2. C. de inoff. teſtam. Petraſancta in ſing. 5. verſic. adde, quod Bart. Io. Lupus in rub. extra de donatio. inter virum & vxo. §. 78. num. 28. Ripa in l. vlt. nume. 151. verſ. ſed dubitarur. C. de reuocan. donatio. & in c. 1. num. 14. extra. de iud. & Didacus in rub. extra de teſtam. in ſecunda parte. numer. 19. verſ. quintò ex præ-
7 miſſis. Idem † eſt in reuocatione donationis cauſa mortis: Sicuti copioſè diſſerui ſuperiore libro in præſumpt. 37. numer. 22. verſic. Cæterùm & ſi. Hanc tamen traditionem intellexit Petraſancta in dicto ſing. 5. verſ. tamen, ſi vellemus, &c. non
8 procedere, quando teſtator † inſultaſſet legatarium ob id, quod ab eo impediebatur, ne adulterium cum eius vxore committeret. Nam id (inquit Petraſancta) ſine culpa legatarij contigiſſet.

Quæ ſanè declaratio repugnat aliorum traditionibus, & his, quæ ſcripſi in dicta præſumpt. 37. num. 22.

9 Extenditur † tertiò, vt locum habeat etiā eo in caſu, quando res legata iam per errorem fuiſſet ſoluta. Nam adhuc ob tacitam præcedentem ipſius legati ademptionem, ſolutio repeti poterit. Ita in ſpecie docuit Ripa in l. vlt. num. 152. C. de reuo. donatio. & ſcripſi ſuperiore libro in præſump. 37. nu. 19.

10 Extenditur † quartò, vt procedat etiam quando teſtator dixit, ſe legare ob benemerita ipſius legatarij. Nam adhuc ſuperueniente inimicitia dicitur reuocatum atque ademptum legatum: ſicuti donatione cauſa mortis ſcripſi in d. præſumpt. 37. num. 20.

11 Declaratur † primò, vt locum habeat hæc præſumptio, quando ſuperueniens inimicitia eſt grauis: ſecus ſi leuis. Ita ſcripſi in d. præſumpt. 37. num. 25. quo loci declaraui, quando dicatur grauis inimicitia. Et illis accedit nunc Marchabrunus in conſ. 78. num. 14. qui copioſè declarat.

12 Declaratur ſecundò, vt † procedat preſumptio, quando ſuperuenit certa inimicitia grauis: ſecus ſi eſſet dubium, an ex actu aliquo, qui odio & bona gratia fieri ſolet, orta eſſet inimicitia. Exemplum eſt in caſu. l. 3. ff. de auro. & arg. lega. quo loci Celſus ita reſpondit.

*Vxori legauit, quæ eius cauſa parata ſunt: & ante mortem diuertit. Non deberi, quia adempta videantur, Proculus ait. Nimirum facti quæſtio eſt. Nam poteſt, nec repudiatæ adimere voluiſſe, &c.*

Hactenus Celſus, qui aduerſus Proculum ſenſit, ex ſecuto diuortio inter maritum teſtatorem & vxorem legatariam, dici non poſſe ademptum atque reuocatum legatum. Nam fieri poteſt (voluit dicere Celſus) quod vxor ipſa non ira, ſed bona gratia à marito diuerterit, vt Vlpianus reſpondit in lege cum hic ſtatus. §. ſi diuortium. ff. de donatio. inter virum & vxo. & probat glo. in d. l. 3.

13 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando ſubſecuta deinde fuit inimicitiæ reconciliatio. Nam tunc pręſumitur remiſſum odium & inimicitia, & conſequenter reconualidatum legatum l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de adim. lega. & ſcripſi in libro præcedenti in d. præſumpt. 37. nu. 38. Et inter alia reconciliationis ſigna conſiderari facile poteſt illud egregiū, quando teſtator ipſe poſt teſtamentum feciſſet & codicillos, in quibus aliquid aliud ipſi inimico reconciliato reliquiſſet. Hoc enim eſſet euidens ſignum remiſſi odij. Ita ſimili omnino in caſu egregiè docuit Baldus in l. Athletæ. §. dat remiſſionem. verſ. extra nota. ff. de excuſa. tuto. dum hanc facti quæſtionem diffinit. Titius vulnerauit Mæuium, qui eo vulnere deceſſit, filio Titij hærede inſtituto. Dubitatum eſt, an filius iſte Titij accuſare debeat patrem ſuum homicidam, ne alioqui non accuſando, tanquam indignus ſucceſſione Mæuij, ea priuari debeat? Dixit Baldus, filium hunc non teneri accuſare patrem, nec ob id amittere ſucceſſionem: quia Mæuius ipſe inſtituendo filium ipſius Titij dicitur remiſiſſe odium & iniuriam ipſi Titio. Et Bald. ſecutus eſt Boër. in quæſt. 25. nu. 13.

14 Et hæc † quidem eſt ratio ſtatuti Bononienſis libr. 4. rubr. De ſucceſſionibus ab inteſtato aſcend. & collater. §. inſuper ſtatuimus, quo ſancitum eſt homicidam ſuccedere non poſſe non ſolùm occiſo, ſed nec alicui ex eius aſcendētibus, vel deſcendentibus, niſi ex teſtamento poſtea confecto. Eſt ſanè ratio, quare homicida ſuccedere poſſit ex teſtamento, quia pręſumitur remiſſa ei iniuria à teſtatore. Sicuti hāc rationē conſiderauit, & rectè Monterētius in annotationibus ad prędictū ſtatutum in verbo, poſtea. Et ſi Baldi & Boërij immemor fuit.

PRÆ-



## PRÆSVMPT. CLXXI.

### Legatum ademptum & reuocatum an & quando rei legatæ deſtructione, vel refectione præſumatur.

## SVMMARIVM.

*1 Legatum præſumitur ademptum rei legatæ deſtructione à teſtatore facta.*

*Secus rei refectione. num. 2.*

*3 Domus vel nauis ſi reficitur, eadem manet forma, & dicitur eadem domus vel nauis, & ideò ſi fuit legata, ex refectione non adimitur legatum, ſicut quando deſtruitur, & noua conficitur. num. 4.*

*5 Intellectus l. ſeruum filij. § pocula. ff. de leg. 1. vbi conciliatur à Bar. ſed non ſatis probabiliter cum l. lana. §. pen. ff. de leg 3.*

*6 Lana legata debetur veſtimentum ex ea confectum. Contrarium in l. lana. §. pen. de leg. 3.*

*7 Legatum tignorum vel columnarum, quas deinde teſtator ædibus iniunxit, præſumitur ademptum & reuocatum, & ſic non debetur.*

*Idem quando teſtator legauit aliquid ex fundo, deinde illud detraxit, & alteri adiecit. num. 8.*

1 REVOCATI ademptiq́ue † legati certam ſatis coniecturam facit, rei legatæ deſtructio à teſtatore facta. Ita ſanè iurecon. Caius in l. ſi ita legatum ſit. §. vlt. de lega. 1. cuius verba hæc ſunt.

*Si domus fuerit legata: licet particulatim ita refecta ſit, vt nihil ex priſtina materia ſuperſit: tamen dicemus vtile manere legatum. At ſi ea domo deſtructa, aliam eodem loco teſtator ædificauerit: dicemus, interire legatum, niſi aliud teſtatorē ſenſiſſe fuerit approbatum.*

Deſtructa itaque in totum domo, & ſi alia eodem in loco ſit ædificata, ademptum tamen præſumitur legatum.

Diuerſum verò eſt, quando † domus legata fuit refecta.
2 Nam tunc non dicitur reuocatum legatum. id quod & de naue refecta, Pomponius in l. quod in rerum. §. vlti. de lega. 1. reſpondit his verbis.

*Si nauem legauerò, & ſpecialiter meam adſcripſero, eámque totam per partes refecero carina eadem manente, nihilominus rectè à legatario vindicaretur..*

Differentiæ ratio † ea eſſe videtur: quia quando domus,
3 vel nauis reficitur, eadem manet forma, quam materiam appellat Caius, & alij alibi, & propterea eadem domus, & nauis dicitur, vt ſcribit Alex. ab Alex. in lib. 3. dierum genial. c. 1. Ex-
4 tat etiam pars veræ materiæ. At verò quando † domus vel nauis tota deſtruitur, & noua conficitur, non amplius eadem, ſed diuerſa eſt: ſtatim enim atque diſſoluta eſt nauis, & domus, non amplius domus vel nauis appellatur, & conſequenter in legato non continetur. l. lana. §. pen. ff. de leg. 3.

Cæterùm repugnare † videtur reſponſum Vlpiani in l. ſer-
5 uum filij. §. ſi pocula. de leg. 1. cuius verba hæc ſunt.

*Si pocula quis legauit, & maſſa facta eſt, vel e contra: item ſi lana legetur, & veſtimentum ex ea fiat: Iulianus libro trigeſimoſecundo, Digeſtorum ſcripſit, legatum in omnibus ſupraſcriptis conſiſtere & deberi, quod exiſtat, quam ſententiam puto veram: ſi modò non mutauerit teſtator voluntatem.*

His ſenſit Vlpianus, non præſumi reuocatum legatum, & ſi rei legatæ forma mutata eſt. Conciliat Bar. in d. §. ſi pocula. in fine, quod aut forma eſt ad materiam reducabilis: Et tunc legatum adhuc conſiſtit. Ita loquitur. d. §. ſi pocula: aut non eſt reducibilis, & tunc reuocatum dicitur legatum. d. l. lana. Hanc diſtinctionem probat (inquit Bart.) tex. l. quæſitum. §. illud fortaſſe. de leg. 3. Et Barto. ſecutus eſt Iaſon in d. §. ſi pocula. num. 5.

Non ſatis mihi probatur hæc conciliatio, quam nec admittit Comenſ. in d. §. ſi pocula. Conuenit quidem quo ad legatum poculi, quod debetur, & ſi ex eo conflata deinde ſit maſſa: cùm ad priſtinā ſpeciem & formam reduci adhuc poſſit maſſa illa vt è contra. Et hunc caſum optimè probat. d. §. illud fortaſſe: ſed quò ad legatum lanæ non ſatis video, quomodo ſi ex ea confecta ſit veſtis, poſſit veſtis ipſa ad priſtinam materiam & formam reduci. Non etiam video quàm benè conciliari
6 poſſint Vlpianus & Paulus. Reſpondit Vlpia. ex Iuliani † ſententia, legata lana deberi veſtimentum ex ea factum. d. §. ſi pocula. Paulus verò in d. l. lana. dixit, lana legata veſtimentum ex ea confectum non deberi.

Nec illa verba Vlpiani, ſi modò nō mutauerit teſtator voluntatem, conciliant (vt malè opinantur aliqui) Vlpianum Paulo: cùm (vt rectè aduertit Comenſis in d. §. ſi pocula) nil aliud ſignificare voluerit Vlpianus, quàm quod legata lana debeatur veſtimentum ex ea confectum, niſi probet hæres teſtatorem voluiſſe mutare volūtatem, dum curauit ex lana cōfici veſtimentum. Quam quidem voluntatem aliūdè probare debet hæres quàm ex actu illo confectionis veſtimenti, qui mutationem voluntatis non arguit. Eſt itaque dicendum, ab Vlpiano diſſentire Paulum quo ad lanæ legatum: Et hoc quidem ea ratione, qua vſus eſt idem Paulus in d. l. quæſitum. §. illud. de leg. 3. quod ſcilicet veſtimentum non ſit ad priſtinam formam & materiam reducibile.

7 Eſt etiam obſeruandum, præſumi † ademptum reuocatumq́ue legatum, quādo teſtator, qui legauit tigna, vel columnas, illas deinde ædibus iniunxit. Cùm enim euelli inde nequeant, tigna & columnæ extare quodammodo deſierunt. l. cætera. §. vlt. ff. de leg. 1. vbi poſt alios Iaſ. num. 13. comprobat.

8 Eſt alia propè † ſimilis coniectura adempti reuocatiq; legati, quando ſcilicet teſtator legauit aliquid ex fundo, deinde illud detraxit, & alteri adiecit. Nam & tunc præſumitur mutaſſe voluntatem, atq; ita reuocaſſe legatum. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. verſ. quod ſi. ff. de leg. 1. Et ibidem Iaſon num. 4. annotauit, illud, quod conceditur vni ex legato alterius ab eo ademptum videri. Et idem ſcripſit Albertus Brunus in tract. de diminutione & deterioratione in concl. 19. col. 1.

## PRÆSVMPT. CLXXII.

### Legatum ademptum atque reuocatum præſumi vel mutata, vel ceſſante cauſa ipſa ob quam teſtator legauit.

## SVMMARIVM.

*1 Legatum præſumitur ademptum ceſſante cauſa, ob quam teſtator legauit.*

*2 Legati onere adempto, cuius cauſa legauerat, præſumitur etiam ademptum legatum.*

*3 Teſtator filijs carens, vel habere ignorans ſi fecit legata, quæ non feciſſet ſi filios habuiſſet, vel habere ſciuiſſet aut ſperaſſet ſuſcipere. ſi deinde ſuſcepit filios præſumitur reuocaſſe legata.*

*4 Maritus ſi legauit vxori ob id, quòd & ipſa vxor ſibi reliquit, ſi ipſe reuocat legatum, præſumitur quòd etiam vxor reuocare voluerit à ſe relictum.*

*5 Hæredis inſtitutio difficilius reuocatur, quàm legata.*

1 NON eſt exhitandum quin † & reuocatū ademptumq́ue præſumatur legatum, ſi vel mutata eſt vel ceſſauit legati cauſa. Ita ſanè ſumitur ex reſponſo Papiniani in l. alteri. ff. de adimen. leg. quando teſtator cauſa adæquationis ſeruandæq́ue æqualitatis duobus hæredibus prælegauit, ſi deinde ab vno eorum reuocauit prælegatum, præſumitur etiam reuocaſſe ab altero: cùm cauſa illa ſeruandæ æqualitatis ceſſet. Et reſponſum hoc ſic annotarunt Bar. ibidem, Baldus in l. in teſtamento. col. vlt. C. de teſta. milit. Et eſſe ſingulare ſcripſit Rom. in ſing. 320. Habeo conſulere. Eſt tamen illi ſimile in l. Pamphilo. § vlt. de leg. 3. Et cauſam illam ſeruandæ æqualitatis eſſe finalem in caſu. d. l. alteri, dixit Decius in d. l. in teſtamento. nu. 18. C. de teſta. milit. poſt Bald. ibi, & admittunt Ripa in l. Lucius. num. 26. verſ. ſecundò ad illum tex. ff. de vulga. & pup. ſubſti. Craue. in rub. de leg. 1 nu. 81 & Cephalus conſ. 67. num. 26. lib. 1.

Cæterùm Ripa præcitato in loco adiunxit ex ſententia Bart. in d l. Pamphilo. § vlti. quod ſi coniecturari poſſet, teſtatorem non prælegaſſe vni reſpectu alterius, ſed alia de cauſa, adempto atque reuocato legato ab vno, non præſumi ademptum ab altero.

2 Eſt quoque ſimilis † coniectura, quando teſtator adimit

onus,cuius cauſa legauerat, præſumitur etiam ademiſſe legatum.l.filio.§.matri.ff.de adim.lega.quo loci Bart.in fine, declarando tex.l.ſi adimendo.ff.eo. de adim.lega.dixit, diuerſum eſſe,quādo adimitur legatum: quia tunc non præſumitur ademptum atque reuocatum fideicommiſſi onus iniunctum hæredi. Et reddit Bartol.rationem differentiæ:quia fideicommiſſum eſt cauſa finalis, quare legatum fuit relictum.l.Titio. ff.de cond.& demon. Vnde adempto fideicommiſſo videtur ademptum legatum:quia ceſſante cauſa finali legati,ceſſat ipſum legatum. Diuerſum eſt in legato, quod non eſt cauſa finalis(inquit Bart.)fideicommiſſi:ſed eſt magis cauſa impulſiua: Vnde adempto legato non videtur ademptum fideicommiſſum:Et Bar.ſecutus.eſt Ruinus in conſi.23.nume.19.& in conſ.46.colu.vlt.verſ.nec obſtat.lib.2.Idem ego ipſe ſcripſi in conſi.62.nume.8.in fine.lib.1.& in conſ.146.nu.26.lib.2.

3 Eſt etiam ſimilis † illa coniectura,quando teſtator filijs carens vel habere ignorans fecit legata,quæ non feciſſet,ſi filios habuiſſet, & habere ſciuiſſet,vel ſperaſſet ſuſcipere: ſi deinde ſuſcepit filios, præſumitur reuocaſſe atque ademiſſe legata. Ita ſcripſerunt Bart.& alij multi in auth.ex cauſa.C.de liberis præter,cùm dixerunt, legata non conſeruari diſpoſitione illius auth.ex cauſa quando poſthumi fuerunt ignoranter præteriti.Et hanc eſſe communem ſententiam poſt multos teſtatur Ripa in l.ſi vnquam.q.19.C.de reuoc.donation.& ibidem Tiraqnellus in verbo, donatione largitus. nume.263. & latè etiam Cagnolus in d.auth.ex cauſa.nume.23.qui diligenter diſputationem abſoluit. Et illo in loco.numero.33.vſque ad 38.recenſet ſeptem declarationes, quæ & ſi ſtatus coniecturalis ſunt,attamen nunc de induſtria omitto.

4 Eſt ſimilis † coniectura, quando maritus legauit vxori ob id,quod & ipſa vxor reliquit marito, ſi maritus reuocat legatum præſumitur,quod etiam vxor reuocare voluerit à ſe reli-
5 ctum.Ita fortiori in caſu, nempè † in inſtitutione hæredis, quæ difficilius reuocatur quàm legata, ſcripſit Alex.in l.cum donationis. C.de tranſact. & copioſè explicauit Petrus Pekius in Tract.de teſtamentis coniugum.lib.1.cap.19.qui declarationes recenſet.

## PRÆSVMPT. CLXXIII.

### Legatum factum ſecundo ſub commemoratione primi, an ab ipſo primo ademptum, & in ſecundum translatum præſumatur.

## SVMMARIVM.

1 *Legatum factum ſecundo ſub commemoratione primi an præſumatur ab ipſo primo ademptum,& in ſecundum translatum.*

*Quòd quando teſtator rem,quam vni legauit,legat alteri ſimpliciter,nulla facta primi legatarij mentione, non cenſeatur in totum ademptum legatum à primo,ſed concurrunt, & ſinguli dimidiam habent.nu.2.*

3 *Domini eiuſdem rei nō poſſunt eſſe duo inſolidum.*

4 *Legatum ſi ſit factum ſecundo ſub commemoratione aduerſatiua prima legati,cēſetur à primo ademptum,& in ſecundū translatum.*

*Idem quando teſtator in codicillis legat alteri quod legauit primo,ſub commemoratione ipſius primi legatarij.nu.5.*

*Idem quando teſtator legat eidem id, quod prius ipſi legauit,ſub commemoratione primi legati.nu.6.*

*Et idem quādo teſtator ex interuallo rem, quam prius legauit vni, legat alteri, ſub commemoratione primi legatarij.nume.7.*

8 *Teſtator, ſi rem, quam vni legauit,legat alteri, demonſtratiuè & repetitiuè,ſinguli habent dimidiam.*

*Et quid ſi teſtator in eadem voluntate rem legatam,vni alteri legat demonſtratiue tantum, & ſic ſub commemoratione primi nume.9.& ſeq.vſque.*

10 *Intellectus l.ſicut.ff.de adimen.lega.*

11 *Relatiuum iunctum pronomini ſignificat omne illud, quod antecedit.*

*Indefinita æquipollet vniuerſali.*

12 *Intellectus §.transferri.in inſt. & adempt.legat.& §. præcedent.*

13 *Intellectus l.tranſlatio.ff.de adim.lega.*

15 *Verba in qualibet diſpoſitione ita ſunt interpretanda,vt aliquid operentur.*

16 *Coniuncti re illi dicuntur, quibus teſtator ſuis ipſis verbis ſolidum ſigillatim reliquit*

17 *Intellectus leg.ſi plurib.verſ.quod ſi de lega.1.*

18 *Intellectus leg.quod ſi alij.ff.de adim.lega.*

19 *Intellectus §.eadem in Inſt.de lega.*

20 *Dictio,eadem,eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*

21 *Intellectus l.Iulianus.ff.de hæred.inſtit.& leg.triplici.§.vlt.de verſigni.& num.30.*

22 *Hæreditas difficilius tollitur legatum.*

23 *Legatum tolli & adimi poteſt per inimicitiam ſuperuenientem, hæreditas autem non.*

24 *Teſtamentum primum in dubio non reuocatur per ſecūdum minus ſolenne & inualidum.*

25 *Legatum primum per ſecundum reuocatum cenſetur etiam ſi ſit factum incapaci.*

26 *Legatum & hæreditas in quibus æquiparentur.*

27 *Legatum quare facilius tollatur quàm hæreditas.*

28 *Hæredis inſtitutio dicitur caput & fundamentum teſtamenti.*

29 *Legatum dicitur quid acceſſorium ad teſtamentum.*

1 CVm diſputatur, an † legatum factum ſecundo ſub commemoratione primi præſumatur à primo ipſo ademptum & in ſecundum trāſlatum, caſus aliquot ſolent diſtingui.

2 Primus eſt, quando † teſtator rem,quam legauit vni, legat alteri ſimpliciter, nulla facta primi legatarij commemoratione.Hoc in caſu à primo non cēſetur in totum ademptum legatum:ſed concurrunt,atque ita ſinguli dimidiam habent.l.ſi pluribus.de leg.1.& §.coniunctim.in Inſt.de legatis.Ita hunc caſum admittunt paſſim omnes, vt Aretinus in d.l.ſi pluribus.col.1.verſ.nos poſſumus,& ibidem Iaſon nu.3.in fine.Crottus in l.re coniuncti.nume.7.verſ.primus caſus. & Zazius in d.l.ſi pluribus.nu.9.

Ea ratio,quia alioqui legatum eſſet inane, ſi vtrique in ſolidum competeret: cum † eiuſdem rei duo inſolidum domi-
3 ni eſſe non poſſint.l.ſicut certo.§.duobus.ff.de commod.cum ſimilib.

Secundus eſt caſus, quando † legatum fit ſecūdò ſub com-
4 memoratione aduerſatiua primi legati, vt ſi teſtator dixit,Titio autem lego fundum,quem legaui Sæio.

Hoc caſu legatum cenſetur ademptum in totum à Titio, & translatum in Sæium. Ita tradunt Baldus & Salicetus in l. ſi Fortidianum.num.1.C.de legatis:& ibidem Alex.& Iaſon. Crottus in d.l.re coniuncti.nume.7.verſ.ſecundus caſus, qui ſic intelligit opinionem Dyni ibi procedere poſſe. Et probat tex.l.non ad ea.§.1.verſi.tunc enim ff.de cond.& demon.

Tertius eſt caſus, quando † teſtator in diuerſa voluntate,
5 putà in codicillis legat alteri quod legauit primo ſub cōmememoratione ipſius primi legatarij.

Hoc caſu legatum cenſetur in totum ademptū à primo.Ita Caſtr.in d.l ſi Fortidianum.C.de legat. & ibidem Alex.Crottus in d.l.re coniuncti.nume.8. verſi.tertius caſus. & ibidem Ripa nume.23.verſic.tertio intellige. Nec repugnat text.§. transferri.in Inſtit.de legatis, quo adductus diſſentit Alex.in d.l.ſi Fortidianum:quia reſpondetur ſecundum Crottum, loqui,quando translatio fit in Codicillis, qui incontinenti fiunt poſt teſtamentum: Non autem in his,qui fiunt ex interuallo. Cùm enim incontinenti fiunt non cenſetur teſtator mutaſſe voluntatem.l.non ad ea.ff.de cond. & demon.& dicemus ſtatim.

6 Quartus eſt caſus,quando † teſtator legat eidem quòd prius ipſi legauit ſub commemoratione primi legati.

Hoc caſu, primum legatum cenſetur ademptum & tranſlatum in ſecundum.Ita Bart.in d.l.re coniuncti.nume.2.oppo. de leg.3.& ibidem Crottus.num.8.verſ.quartus,qui ait, neminem diſſentire,Ita & Ripa ibidem.nume.24. & Iaſon in l.ſi pluribus.nume.4.de leg.1.ex l.non ad ea.§.vlt.de cond.& demon.vbi Bart.& reliqui. Et Ripa in d.num.24.reſpondet aliquot contrarijs argumentis,& ibidem Alciatus.nume.9.verſ. quæ ſententia.





Ita etiam quando teſtator eidem legauit aliam rem in Codicillis, & dixit, quod eadem contentus eſſet:vel quod eam duntaxat haberet. Nam & hoc in caſu præſumitur ademiſſe legatum factum in teſtamento: vt tradit Bart.in l.ſi deicommiſſa.§.ſi quis ita.& in l.Paulo Callimacho.§.1.de leg.3.

7 Quintus eſt caſus, quando † teſtator ex interuallo rem, quam prius legauit vni, legat alteri, ſub commemoratione primi legatarij.Hoc caſu,concurrentibus his duobus,nempè temporis interuallo,& primi legatarij commemoratione,totum legatum à primo cenſetur ademptum, quaſi interuallo videatur teſtator reuocaſſe primam voluntatem & diſpoſitionem.Ita Comenſ.in l.quod traditum.ff.de cond.& demonſt. Aretinus in l.ſi plurib.col.1.verſ.ſecundò caſu.de leg.1.Crottus in d.l.re coniuncti.num.9.verſ.quintus caſus.

Verùm repugnare videtur text.l.non ad ea.ff.de condit.& demon.§.transferri.in Inſti.de adēp.leg.intelligendo indiſtinctè, quibus adductus ab hac opinione diſſentit Zaſius in d.l. ſi pluribus.num.11.ſed verè nil obſtant,ſi rectè perpendantur.

8 Sextus eſt caſus,quando † teſtator rem, quam vni legauit, legat alteri demonſtratiuè & repetitiuè, ſeu continuatiuè,vt putà,ſi dicit.Item quod legaui Caio,lego Sempronio.

Hoc caſu non dicitur legatm ademptum in totum à Caio: ſed pro dimidia tantùm.Nam Caius & Sempronius dicuntur coniuncti re,etſi non verbis. Ita intelligo Baldum in l.ſi Fortidianum.nu.1.verſ.ſecus.C.de lega. & Ripam in d.l.re coniuncti.num.23.verſ.limita & declara.de leg.3.Et caſum hunc probat tex.l.Iulianus quoque.ff.de hæred.inſti.ſecundum intellectum Butrigarij & Beſutij, quem in ſequenti caſu referam.

9 Septimus eſt † caſus,quando teſtator in eadem voluntate, & ſic incontinenti rem legatam vni, alteri legat demonſtratiuè tantùm ſicque ſub commemoratione primi:vt ſi teſtator dicit. Lego Sempronio quod legaui Caio. Vel quod legaui Caio,relinquo Sempronio.

Hoc in caſu ſunt opiniones. Vna fuit, quòd legatum cenſeatur à primo ademptum in totum & in ſecundum tranſlatum.Ita ſanè Dynus & antiqui in d.l.re coniuncti,vt ibi refert Bart.in 2.oppo.quàm probarunt Cynus in l.ſi Fortidianum. C.de legatis Butrig.Beſutius & Sallicetus in d.l.re coniuncti. vt ibi eos refert Iaſon num.26.qui dixit, quòd fortè hæc eſt verior,& magis amica legibus. Eādem probarunt Raynerius de Forliuio in d.l.Iulianus.de hære.inſti.Fulgoſius in l.ſi Fortidianum.C.de lega. Iaſon in l.ſi pluribus.num.5.& 6.de leg. 1.Crottus in d.l.re coniuncti.num.10.verſ.contrariam. Ripa. num.23.& Alciatus.num.9. eandem probauit Zaſius in d.l.ſi pluribus.num.11.12.de leg.1.& Didacus in rub.extrà de teſta. in 2.parte.num.21.

10 Primò adducitur † tex.l.ſicut.ff.de adim legat. Caius verba hæc ſunt.

*Sicut adimi legatum poteſt: ita & ad alium transferri: veluti hoc modo. Quod Titio legaui, id Sæio do lego. Quæ res in perſonam Titij tacitam ademptionem continet.*

Hic patet,quod legatum factum ſecundo ſub commemoratione primi à primo in totum adimitur, & in ſecundum transfertur.

Quod autem in totum adimatur & transferatur vel ex eo apparet,quia d.l.ſicut. venit continuatiuè ad præcedentes, & ideò ab illis declarationem recipit:ſed in præcedentibus agitur de totali ademptione & tranſlatione: Ergo & in hac. Verùm leuis eſt hæc conſideratio, vt animaduertit Iaſon in d.l. re coniuncti.num.25.ad finem, quandoquidem in l.3.§.pen. illius tituli de adim.lega.agitur de ademptione partis:vt ſi teſtator legat centum:& deinde iterum leget quinquaginta tātummodò.Rectius itaque ſecundo perpenditur, quod in d.l. ſicut,vſus eſt iuriſcon. illo relatiuo,quod, nempè,quod Titio legaui,id Sæio do lego.Illud relatiuum,quod,refert totum.l.
11 Stichum,qui meus erit.de lega.1.Et accedit,† relatiuum iunctum pronomini, vt id,quod ſignificat omne illud, quod antecedit, vt ſenſit Bart.in l.ſi quis ſeruum.§.vlt.nume.5.de lega.2.

Nec repugnat conſideratio Iaſonis in d.l.re coniuncti.nu. 25.ad finem.cum dixit, quod etiam in caſu.l.Iulianus.de hæred.inſti.& in l.Triplici.de verb.ſignif.adeſt relatiuum:& tamen non fit tranſlatio in totum.Nam reſpondetur,vt dicemus infrà,quod illud non eſt relatiuum: & id contingit alia ratione,vt demonſtrabimus. Et hæc quidem conſideratio confirmatur illa,quam facit & Iaſon in præcitata l.re coniuncti.nu. 26.quod in dicta l.ſicut.ſimpliciter dicitur: ſicut adimi lega-
12 tum poteſt.Illa † indefinita legatum, æquipollet vniuerſali.l. ſi pluribus.de lega.2.& l.ſi plures.de leg.3.quemadmodū etiā in l.etſi transferatur.de adim.lega.& alijs pluribus in locis indefinitè ponitur legatum, ſignificando totum ipſum legatum.

Quocircà intelligimus,minus rectè ſenſiſſe Bartolum dum intellexit hanc l.ſicut, loqui de ademptione & tranſlatione partis ipſius legati.

13 Secundò affertur † tex.§.transferri.in Inſt.de ademp.lega. iuncto.§.præcedenti,in quo dicitur:quod legati ademptio fit his verbis.*Titio non do,neque lego*: quo caſu in totum adimitur legatum: Deinde in §.transferri.ſubiungit Iuſtinia.*transferri quoque legatum*. Illa implicatiua, quoque, ſignificat,quod ſicuti in §.præcedenti.per illa verba: *Titio neque do, neque lego*, legatum in totum admittitur: Ita per hæc verba: *Stichum, quem Sæio legaui, lego Sempronio*, cenſetur legatum in totum ademptum.

14 Tertiò † perpenditur tex.l.tranſlatio.ff.de adim.lega.quo loci dicitur,quod ſi id,quod à Titio legaui,legem à Mæuio: hoc onus legati à Titio videtur ademptum, & in Mæuium tranſlatum. Et ſic mihi à Titio peti poteſt. Quemadmodum ergo illis verbis, onus iniunctum vni cenſetur in totum in alterum tranſlatum, nec diuerſitatis ratio reddi poteſt: idem dici debet in legato, vt eiſdem verbis à primo ademptum in totum,& in ſecundum tranſlatum præſumatur.

15 Quartò accedit,quòd † verba in qualibet diſpoſitione ita ſunt interpretanda,vt aliquid operentur.l.ſi quando.in princ. de leg.1.& ſcribunt copioſè poſt alios Felinus in cap.1.num. 4.de reſcript. Alciatus in reſp.563.num.4.& latius Craue.in conſ.135.num.24.& in conſil.294.col.12. verſ.quinto loco. Atqui, ſi diceremus, quod primus & ſecundus concurrerent in re legata, cōmemoratio legati primo facti, nullum effectū operaretur:quia ſine ea commemoratione ambo admitterentur ad rem legatam.l.ſi pluribus.de leg.1.& §.ſi eadem.in Inſtit.eo.tit.Ergo dicēdum eſt,quod operari debeat ademptionem à primo,& tranſlationem in ſecundum.

Quintò ſuffragatur,quod ſi volumus dicere à primo legatario non eſſe in totum, ademptum legatum, ſed pro parte tantùm,vt dicunt Bart.& ſequaces,quos ſtatim referam,opus eſſet concedere vnum quod falsò præſupponit ipſe Bart.nempè, quod prædictis verbis ambo ij legatarij efficiantur coniuncti re,& verbis,id quod eſt omninò falſum.

16 Nam illi dicuntur † coniuncti re,quibus teſtator ſuis ipſis verbis ſolidum ſigillatim reliquit.l.re coniuncti ibi ipſe Bart. num.... de leg.3.hoc ſcribit & ibidem Ripa.num.28.

Hic autem non faciunt ſibi partes per concurſum: cùm ab initio partes habuerint.l coniunctim.de lega.1.& d.l.re coniuncti.de lega.3.cùm enim pars adimitur ab vno & in alium transfertur, partes ipſæ conſtitutæ atque diſtinctæ dicuntur ab ipſomet teſtatore ab initio ſuæ diſpoſitionis.

Ex quo & illud ſequitur,quod nec etiam dici poſſunt coniuncti verbis: quandoquidem prædictis verbis teſtator eos ſeparauit,aſſignando diſtinctim partem vni,& alteram alteri.

Sextò mouet me ſumma auctoritas Theophili in Inſtitutio.tit.de ademptione lega.ad finem,cuius verba adſcripſi.

*Poſſumus autem & ab alio in alium transferre. verbi gratia:ſeruum meum Sticho reliqui: Poſſum ita dicere, Stichum, quem Titio legaui,Sæio lego. Dicere autem id poſſum,vel in eodem teſtamento, vel in codicillis. Porrò tranſlatio tacitam in ſe habet ademptionem. Nam legatum quod à Titio ad Sæium transfero tacitè Titio adimo.*

His oſtendit Theophilus legatum Titio factum adimi in totum verbis illis, quem Titio legaui, Sæio lego. Quæ ſanè verba non differunt à verbis.d.l.ſicut.

Secunda fuit opinio, quòd imò prædictum legatum non præſumitur in totum ademptum à primo,& tranſlatum in ſecundum: ſed pro parte tantùm.Ita Bart.in dicta l.re coniuncti.in ſecunda oppoſi.de legat.3.quo loci Iaſon.numero 24. Crottus num.9.& Ripa nume.22.teſtantur eſſe communem: etſi ipſi Crottus & Ripa diſſentiant:vt ſuprà admonui.

Hanc quoque probarunt Alex. in conſil. 169. lib. 1. Hier. Gabriel. in conſil. 110. colum. 1. lib. 1. & communem teſtatur etiam Alciatus in d.l.re coniuncti.num.9. etſi ipſe (vt retuli) diſſentiat.

17 Primò adducitur † tex.l.ſi pluribus verſic. quod ſi de leg.1. quo loci reſpondit Paulus: quòd ſi teſtator duobus ſeparatim rem legauit, non dicitur ademptum à primo, & tranſlatum in ſecundum, niſi euidentiſſimè hoc appareat. At qui noſtro in caſu non conſtat euidentiſſimè hac commemoratione facta, his verbis, quod Caio legaui, id Sempronio do, lego, teſtatorem voluiſſe in totum adimere à Caio & transferre in Sempronium. Ergo, &c.

Verùm reſpondetur primò, quod imò euidentiſſimè apparet, cum extet clara legis diſpoſitio in d.l.ſicut.ff.de adimen. lega. Reſpondetur & ſecundò, eadem ratione dicendum eſſe contra Bartolum & ſequaces, quòd nec his verbis eſſet ademptum legatum pro parte à primo, & tranſlatum in ſecundum: Et tamen Bart. & alij admittunt, eſſe pro parte tranſlatum.

Ea ergo ratione qua volunt illi eſſe tranſlatum pro parte, atque ita euidentiſſimè conſtare de voluntate teſtatoris: eadem ratione & nos dicere poſſumus, euidentiſſimè conſtare reſpectu totius. Non enim reddi poteſt probabilis ratio differentiæ, quod ſi prędictis verbis conſtat euidenter de voluntate adimendi partem: quin etiam conſtet de eadem voluntate adimendi totum.

Secundò adducitur † text.l.quod ſi alij.ff.de adimen.legat. vbi ſi teſtator vni legauit purè, deinde alteri leget ſub condi-
18 tione: Non dicitur à primo ademiſſe, & in ſecundum tranſtuliſſe, niſi appareat teſtatorem voluiſſe omninò à primo recedere. Si ergo in caſu illo, in quo vltrà commemorationem primi legatarij, fuit mutata forma legati, cum vni purè, alteri ſub conditione legauit, non cenſetur à primo ademptum, & tranſlatum in ſecundum: multò minus ademptum dici debet noſtro in caſu, in quo legati forma mutata non fuit. Reſpondetur diuerſum admodum eſſe caſum dicta l.quod alij, à caſu noſtro. Nam in caſu dicta l.quod alij. vtrumque legatum ſtare eodem tempore poterat, primum purè, ſecundum ſub conditione. Ante conditionis euentum legatarius primus eſt legati dominus: conditione verò eueniente legatum transfertur in ſecũdum. Sed noſtro in caſu diuerſum eſt, cùm vel primus, vel ſecundus totum conſequi debeat.

19 Tertiò perpendi ſolet † text.§.eadem in iuſtitu.de legatis. vbi ſi teſtator legat eundem Stichum vni, quem prius legauit alteri, non cenſetur in totum ademptum legatum à primo: ſed ambo concurrunt.

Verùm reſpõdetur: quòd aliud eſt dicere, eundẽ Stichum do, lego, vt in dicto.§.eadem: aliud eſt dicere Stichum, quem Sæio legaui, lego Sempronio, vt in caſu noſtro ex d.l.ſicut. Illo enim primo caſu ob id concurrunt, quia prædicta verba ſui natura inſolidum tribuũt ſingulis rem ipſam legatam, ex quo (vt infrà dicemus) habent incluſam repetitionem, vt in caſu. l.Iulianus.de hæred.inſtit.quam mox declarabimus. Nec ob-
20 ſtat, quod inquit Alexand. in † l.ſi Fortidianum. ad finem propé. C.de legat. dictionem illam, eadem, eſſe relatiuam præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, vt inquit Bart. in l.ſi quis ſeruum.§.vlt.de leg.2.

Nam reſpondetur, quòd etſi repetit præcedentia, non tamẽ ſequitur, quin legatarij faciant partes per concurſum, vt dicitur in d.l.Iulianus.de hæred.inſtit.

21 Quartò adducitur † text.l.Iulianus.ff.de hæred.inſtit. vbi teſtator inſtituit Titium ex parte dimidia, & Sæium ex alia dimidia. Deinde ita dixit: Ex qua parte Sæium hæredem inſtitui, ex eadem parte Sempronius hæres eſto. Hic patet, quod ex ea parte iam relicta Sæio hæres fuit inſtitutus Sempronius: Et nihilominus ambo ipſi, hoc eſt Sæius & Sempronius hęredes manent ſimul coniuncti: atque ita tota illa dimidia nõ cenſetur adempta à Sæio, nec in Sempronium tranſlata. Et idem haberur in l.triplici.§.vlt.ff.de verb.ſignific.

Verùm reſpondetur primò ſecundum ſenſum & intellectũ conſideratum à Iacobo Butrigario, & receptũ à Beſutio, quòd ideo in d.l.Iulianus, non cenſetur adempta tota illa dimidia à Sæio primo vocato, & tranſlata in Sempronium ſecundo loco inſtitutum: quia ibi facta fuit commemoratio præcedentis inſtitutionis repetitiuè, non autem aduerſatiuè. Dixerat enim teſtator, ex qua parte Sæium inſtitui, ex eadem inſtituo Sempronium. Dicendo ex eadem, videtur repetere & non aduerſari. Et ob id non videtur ex huiuſmodi commemoratione receſſum à prima inſtitutione: ſed ſecũdò inſtitutus videtur realiter coniunctus cum primo.

Quod autem illa verba, ex eadem parte, ſint repetitiua, non autem aduerſatiua, probatur ex l.Mæuio. in prin.de leg.2. vbi dicitur, quod ſi lego dimidiam fundi Mæuio, & Sæio partem dimidiam: Deinde dicam: Eundem fundum Titio lego. Illa dictio, eundem, inducit repetitionem, vt Titius cenſeatur re coniunctus cum Mæuio & Sæio. Idem dicitur in §.eadem. inſtit.de lega. quem ſuprà allegaui: & ibi annotauit Io.Fabri. & idem in Inſtit.de legat.in fine. Ita etiam intelligit.d.l.triplici.in fine.de verb.ſignif. Nam illa verba, ex qua parte, ibi poſita idem ſignificant, quod illa verba, ex eadem parte, vt explicat Comenſ.in l.re coniuncti.nu. . . .de leg.3. Comprobatur hæc ſententia ſecundum Alciatum in d.l.re coniuncti.nume. 10. & in lib. 7. parerg.iuris.cap.8. quia pronomen, idem incluſam habet copulam, & vt inquit Valla lib. 2. elegan.cap.42. quæ ad genus, non autem ad ſpeciem refertur. Et propterea in caſu.d.l.Iulianus. ſenſus eſt: Et eandem dimidiã lego Sempronio: atque ita vtrique inſolidum, Sæio ſcilicèt & Sempronio relicta dicitur illa dimidia. Diuerſum autẽ eſt in caſu noſtro, & d.l.ſicut.ff.de adimen.lega. quia illa verba, quod Titio legaui id lego Sempronio, non habent vim repetitionis ſeu relationis.

Reſpondetur ſecundo iuxta intellectum traditum à Dyno ad d.l.Iulianus, & ad l.triplici.§.vlt.vt loquantur in hæredita-
22 te: Nos verò in legatis, inter † quæ hæc extat differentia, vt difficilius tollatur hæreditas quàm legatum. Et propterea mirum non eſt, ſi ſecundum legatum factum ſub commemoratione primi etiam demonſtratiuè tantùm tollit primum in totum: Et tamen ſecunda hæredis inſtitutio eodem modo facta non tollit primam, niſi pro parte. Quod autem difficilius tollatur hæreditas quàm legatũ multis iuribus probatur. Et primò. l.ex parte.ff.de adim.lega.quo loci dicitur, legatum tolli ſuperueniente inimicitia inter teſtatorem & legatarium: ſicuti etiam probat l.3.§.vlti.eo.tit. & tamen non tollitur hæreditas. Nec repugnat conſideratio Bart.dicentis.d.l.ex parte. loqui de reuocatione facta ex voluntate imperfecta, qua non ita facilè tollitur præcedens diſpoſitio: ſicuti fit voluntate perfecta.l.2.ff.de iniuſto rupto & irrito teſta. Nam, omiſſa reſponſione Iaſonis in d.l.re coniuncti.nume.24.in fine, dicimus, in d.l.ex parte, non fieri fundamentum in ademptione facta vo-
23 luntate imperfecta: ſed in ſola † coniectura mutatæ voluntatis propter inimicitia, quæ ſuperuenit. Quæ quidem potens eſt ad tollendum legatum. iuxtà d.l.3.§.vlt. Et tamen potens non eſt ad tollendam hæreditatem. Et prætera alia iura, quæ adducuntur à Iaſone præcitato in loco ad probandum aſſer-
24 tionem hanc, accedit tex.l.ſi iure.ff.de lega.3. vbi primũ † teſtamentum in dubio non reuocatur per ſecundum minus ſolenne, & inualidum. Et ibidem Bart. ipſe ſententiã hanc probat, quam ſecuti ſunt & Caſtren. Alex. & Iaſon in l.planè.col.
25 2.de leg.1. Et tamen † legatum primum cenſetur reuocatum per ſecundum inualidum, hoc eſt factum incapaci. l.planè in prin.de leg.1. & l.& ſi transferam.de adimen.lega.

26 Nec obſtat, quod imò † æquiparantur legatum hæreditas, vt ita facile adimatur hæreditas, ſicuti legatũ, vt ſcripſit Bart. in d.l.re coniuncti, vt ibi refert Iaſon nume.27. & idem Bart. in leg.quod traditum.ff.de cond & demon. Adductus primò. l.Titius & Sæius, & l.ſeq.& ſeq.ff.de hæred.inſtitu. Nam reſpondetur, hãc Bar. opinionẽ illis iuribus, non probari. Quando quidem, vt rectè aduertit Iaſon in d.l.re coniuncti.nume. 25. propè principium, d.l.Titius, & ſequentes, loquuntur in admiſſione, atque ita in tacita ſubſtitutione, quæ cùm fauorabilis ſit, efficit, vt legata & hæreditas æquiparentur. Nã quemadmodum legata tacita præſumptaq; voluntate relinqui poſſunt. l.nutu.de leg.3. Ita etiã & hæreditas directè & per fideicommiſſum relinqui poteſt. Quod per fideicommiſſum relinqui poſſit eſt clarum ex l.cum proponebatur.de lega.2. & tradunt Caſtr. Salic.& reliqui in l.pen.C.de impub.& aliis ſubſt. Decins in conſ.465.num.2.& alibi ſæpe. Quod etiam directè poſſit relinqui tacita præſumptáque voluntate, probat dicta l. Titius, cum l.ſeq. vbi vulgaris erat ſubſtitutio, & tamen dicitur tacitè ſicque præſumptè ineſſe ipſi inſtitutioni. Et apertè etiam probatur in l.iam hoc iure. ff.de vulga.& p up.ſubſt.& ſcribunt poſt alios Iaſon in.l.poteſt.de vulg.& in l.pen.nu.9. C.de impub.& alijs ſubſt. & ibi Dec.in. 4. nota. Socin.in l. qui duos in 4. notab. de reb. dub. Crauet.in conſi.62. nu.5.& Alciatus in.l.vel ſingulis, col.2.de vulg. alios ſciens omitto.

tur tacitè



27 Quibus intelligimus, † minus rectè ſenſiſſe eos, qui aſſignando differentiam inter legatum & hæreditatem, dixerunt; ob id legatum facilius tolli quam hæreditatem in caſu. d.l.ex parte, ac d.l.ſicut de adim.lega. quia facilius etiam datur, nempè tacita voluntate: hæreditatem verò tacite dari nõ poſſe, quod probari opinantur. l. hæredes palam. in prin. ff. de teſta.l. 1.ff.ſi tab.teſta.ex tab.& l.Iubemus.C.de teſta. Quæ ſanè iura procedunt, quando ex verbis teſtamenti colligi nõ poteſt ſubſtitutio. Non enim ſufficiunt coniecturæ extrinſecus ſumptæ. Ita conciliando opiniones diſtinguunt Aret. in l.poteſt.col.1.de vulg. Socin.Iunior in conſil.102.col.3. lib.1. Alciatus lib.3.de verb.ſignif.num. 25. & Zanchus in l.hæres mei.§.cum ita.in 3.parte.num.75.ad Trebell.

Non etiam repugnat.l.hæc ſcriptura.§.1.ff.de cond. & demon.& l.cum quæſtio.C.de legatis: quibus probari videtur æquiparatio inter legata & inſtitutiones hæredum. quia ad d.l.hæc ſcriptura.§.1.reſpondet Iaſon in d l.re coniuncti. nu. 27.in fine. & ad d. l. cum quæſtio: reſpondet Ripa in d. l. re coniuncti. num. 22.

Non hic recipienda eſt differentia illa, quam conſiderat Zaſius in l.ſi pluribus.num.12.de leg.1.& ſenſit Alex. in l.ſi Fordianum. in fine. C. de legatis. inter legata & inſtitutiones, quod ſcilicèt de hæredis inſtitutione reſponſum ita eſt
28 à Paulo in d.l.Iulianus, quia hæredis inſtitutio † eſt caput & fundamentum teſtamenti. §. antè hæredis. in Inſt. de legatis, ob id non debet intelligi inanis, ne corruat teſtamen-
29 tum. Diuerſum † in legato, quod non eſt caput teſtamenti: ſed quid acceſſorium. Non inquam recipienda eſt hæc differentia. Quandoquidem ex hoc non corruit teſtamentum: cùm duo hæredes ſinguli pro dimidia efficiantur. Nec inanis redditur primi vocati inſtitutio, cùm portionem, quam ei veriſimiliter aſſignauit teſtator, retineat. Et ſufficit, quod cõmemoratio primi legatarij operetur, quod hic ſecundus cõcurrat cum primo, vt ſcribit ad rem noſtram Alex.in l. ſi Fordianum.col.2.verſ.vel ſecundò poteſt. C.de legatis.

Reſpondetur tertiò ex interpretatione Franc. Duareni in l.ſi pluribus.col.2.verſi.verum exoritur de leg.1.dum inquit
30 caſum † d.l.Iulianus, multum differre à caſu d. l. ſicut. Nam in l.ſicut, verba referuntur ad rem ipſam legatam: quæ ſecundum vſum loquendi ſignificant ademptionem, vt in Inſtit.de adempt.lega.& titulus ipſe, ſub quo ſita eſt lex illa, id oſtendit. In l.Iulianus verba referuntur ad hæreditatem, ſiuè ius hæreditarium: ſed ad partem duo facit teſtator in tali inſtitutione. Vnum: vult Sæium & Sempronium hæredes eſſe: Alterum partes aſſignat eis. Et dum teſtator ait; Ex qua parte Sæium inſtitui: verba referuntur ad ſecundum, id eſt ad partis aſſignationem. Vult enim ambos eſſe hæredes, vt ſcilicèt concurrant ſinguli pro dimidia. Et idem eſſet dicendũ, (inquit Duare.) in caſu d.l.ſicut, quando teſtator vſus fuiſſet his verbis, Titio dimidiam lego, quam partem Sæio legaui. Hic enim concurrerent: vt & in caſu d.l.Iulianus: cùm verba referantur ad partis aſſignationem.

## PRÆSVMPT. CLXXIIII.

### Legatum quando cum eiſdem conditionibus tranſlatum præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legati tranſlatio an & quando præſumatur facta cum eiſdem conditionibus.*

2 *Legatum quando à teſtatore eſt tranſlatum de vna perſona in alteram, præſumitur facta tranſlatio cum eadem conditione & onere illi primo a teſtatore impoſitis.*

*Declaratur, vt id non habeat locum, quando conditio iniũcta primo legatario ita eius perſona cohæret, vt à ſecundo legatario impleri minimè poſſit.*

4 *Legatum ſi transfertur in alio adiecto alio onere vel conditione ſpeciali, nõ præſumitur facta d. tranſlatio cum onere impoſito illi primo, & ſic repetita non cenſetur conditio.*

*Idem quando legatum tranſlatum in aliam perſonam redderetur inutile, ſi conditio eſſet repetita in ſecundum, num.5.*

6 *Legatum ſi transfertur à teſtatore ipſo de eadem perſona in eandem perſonam non dicitur transferri cum eadem conditione & onere.*

*Et id multò magis, quando legatum fuit alijs verbis tranſlatum quàm prius relictum.num.7.*

*Si autem conditio adiecta eſt tacitè, tranſlatio in eandem perſonam præſumitur cum eodem onere facta.num.8.*

*Et idem ſi poteſt colligi ex verbis teſtatoris ipſum voluiſſe in legati tranſlatione transferre etiam conditionem & onus.num.9.*

10 *Legatum ſi transfertur de vna perſona in alteram non à teſtatore ſed à lege, non dicitur tranſlatum legatum cum eodem onere & conditione.*

1 DISSERVIMVS † ſuperiore præſumptione, quãdo trãſlatio legati operetur ademptionem & reuocationem: Nunc agendum eſt, quando ipſa legati tranſlatio præſumatur facta cum eiſdẽ conditionibus. Hac de re ſcripſit Mantica in lib. 12. de coniecturis vltimarum voluntatum.tit.3. crediderim ego diſtinguẽdos
2 eſſe tres caſus, quorum primus eſt, quando † legatum tranſlatum eſt à teſtatore de vna perſona in alteram. Hoc caſu dicendum eſt, tranſlationem ipſam præſumi factam cum eadẽ conditione & onere illi primo à teſtatore impoſito. Ita Bart. in l.Caio.in prin.ff.de alim.& ciba.lega.& in l. ſi adimendo. ff.de adimen.lega. Caſtr.in conſ.327. De primo quæſito.nu.2. lib.1. Roma.in ſing.668. Quæſtio talis. Alex. in conſil.204. num.12.lib.6.. Ruinus in conſ.53.num.8.lib.2. Socin.Sen.in conſ.236.col.2.verſ.nec obſtat, quod lib.2. Decius in conſil. 190.num.6.verſ.ſecundò videtur, Curtius Iunior in auth. ex cauſa.num.55.& ibidem Cagnolus nu.106.C. dè liberis præter. Natta in conſ.476.num.15.lib.2. Hier. Gabriel. in conſil. 110.num.4.lib.1.& Cephalus in conſ.67.num.11.lib.1. Et manifeſto iure probatur, nempe in l.Caio.in prin. ff. de alim. & cib.leg.in l. ſi adimendo.& in l. legatum ſub conditione. ff. de adim. lega.& in l.legatum ſub conditione.ff.de conditio. & demon.

3 Declaratur † primo hic caſus, vt locum non habeat, quãdo conditio iniuncta primo legatario ita eius perſonæ cohęret, vt à ſecundo legatario impleri minimè poſſit. Ita in ſpecie declarãt Roma.in d.ſing.688.in fine. Curtius Iunior in d. auth.ex cauſa.num.55.& 56. & ibidem Cagnolus. num. 107. Alciatus in reſp.575.num.1.verſic.confirmo hanc. Et manifeſtè probant d.l.legatum ſub conditione.ff.de adimen.lega. & d.l.legatum ſub conditione. ff.de cond.& demon.

4 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat quando legatum transfertur in alium, adiecto alio onere & conditione ſpeciali. Nam tunc non præſumitur facta tranſlatio cũ onere impoſito illi prmo. Ita Bart. in l.alumnæ, in princ. ff. de adim. lega. Angelus in conſ.294. Quoniam in vltimis voluntatibus num. 6. & in fine. Caſtren.in conſ. 140. Viſa reformatione. col.1.in fine.& in d.conſ.326.num. 2.lib. 1. Alex. in conſ. 66. num.4.lib.3. Decius in conſ.190.num.6.verſ.tertiò hoc. Ruinus in conſ.53.num.7.lib.2. Crau.in rub.ff.de leg.1. & Cephalus in conſ.67.nu.13.& num.23.& lib.1.

Et declarationem hanc probat tex.d.l.alumnæ, in prin.

5 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando legatum tranſlatum in aliam perſonam inutile redderetur, ſi conditio adiecta primo legatario eſſet repetita in ſecundum. Hoc ſanè caſu repetita non præſumitur. Ita reſponderũt Angelus in d. conſ.294.in fi. Caſtr.in d.conſ.327.nu.2. Decius in d.cõſ.190. num.8.verſ.non obſtant, & Cepha.in conſ. 68.nu.6.lib.1.

6 Secundus eſt caſus, quando † legatum à teſtatore ipſo trãsfertur idẽ eadem in eandem perſonam. Hoc ſanè caſu non dicitur transferri cum eadem conditione & onere. Ita Bar. in d.l.Caio.in princ. ff. de alim.& ciba.lega. Roma.in d.ſingul. 668. Quæſtio talis. Ruinus in conſ.53.num.7.lib.2.

7 Et hic caſus † locum habet multò magis quãdo legatũ fuit aliis tranſlatum quã prius relictũ. Ita reſp. Alex.in conſ.204. num.13.lib.6. qui ſic declarat l.3.ff.de fundo inſtr. leg.

8 Decla-

8 Declaratur primò † hic caſus, vt locum non habeat, quando illi legato fuerat adiecta conditio, vel onus tacitè.

Hoc ſanè caſu tranſlatio legati facta in eandem perſonam præſumitur cum eodem onere facta. Ita declarat Roma. in dicto ſingul. 668. qui ſic intellexit. l. cum tacitum. in prin. ff. de iure fiſci.

9 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat, quando colligi poſſet ex verbis teſtatoris voluiſſe in legati tranſlatione transferre etiam conditionem & onus, vt reſpondit Alex. in d.conſilio 204.num.9.lib.6.

10 Tertius eſt caſus, quando † legatum transfertur de vna perſona in alteram non à teſtatore, ſed à lege: ſicuti contingit, quando legato conſeruantur diſpoſitione auth. ex cauſa. C. de liberis præter. illa enim cenſentur tranſlata à perſona hæredis ſcripti in teſtamento ad venientes ab inteſtato.

Hoc caſu non dicitur tranſlatum legatum cum eodem onere & conditione. Ita declarant Curtius Iunior in d. auth. ex cauſa. num. 55. C. de liberis præter. & ibidem Cagnolus. num. 108. qui ſic interpretati ſunt l. peculium. §. vltim. de leg. 2. Prædicto tamen in loco Curtius num. 56. ſcripſit, quòd licèt in tranſlatione legis conditio cohærens perſonæ non intelligatur tranſlata: nihilominus purificari debet in perſonam primi.

## PRÆSVMPT. CLXXV.

### Conditionalis diſpoſitio, vel potius pura, vel modalis, vel in diem, vel pænalis, an & quando præſumatur.

### SVMMARIVM

1 *Diſpoſitio & quando præſumatur conditionalis, pura modalis, in diem, vel pœnalis.*

*Et an potius præſumatur conditionalis, vel pura. num. 2.*

3 *Conditio dicitur eſſe quid facti, & ſic non præſumitur.*

4 *Conditionis implendæ poteſtas & eligendi non eſt ius ſed facultas.*

5 *Diſpoſitio præſumitur conditionalis, quæ licèt quò ad ſonum verborum ſit pura, ex natura tamen rei legatæ eſt conditionalis.*

*Idem quando lex ſubintelligit conditionem in actu & diſpoſitione. num. 6.*

*Idem quando aliquibus verbis & mente teſtatoris colligitur conditio. num. 7.*

8 *Diſpoſitioni ſi adiectum ſit aliquid, quòd ſignificare videtur conditionem, vel diem, nunquid potius præſumatur conditio vel dies.*

*Et quid ſi in ea eſt aliquid adiectum, quod ſignificare videtur cõditionem vel modum, nunquid præſumatur conditio vel potius modus nume. 9. & ſeq.*

10 *Conditio & modus differunt, nam conditio impleri debet antequàm actus perficiatur, modus autem poteſt impleri poſt diſpoſitionem & actum perfectum.*

*Idem modus non impedit acquiſitionem fieri ab initio, licèt reſoluatur eo deinde non impleto: at conditio impedit acquiſitionem ab initio, ex quo nihil ponit in eſſe, donec ei fuerit ſatiſfactum num. 11. vnde.*

12 *Contractus ſub conditione celebratus dicitur reſolutus, ipſa conditione non eueniente.*

13 *Conditio & modus iterum differunt, quia vbi agitur de modo implendo, neceſſaria eſt partis interpellatio: at diuiſum eſt cùm agitur de conditione.*

*Item differunt, quia ſi modus caſu deficit, legatum tantum & diſpoſitio non corruit: conditio autem ſi caſu deficit, etiam diſpoſitio corruit. num. 14.*

15 *Diſpoſitio, cui aliquid eſt adiectum, quod ſignificet conditionem & modum, præſumitur potius modalis quàm conditionalis.*

*Secus quando ex aliquibus verbis colligitur, teſtatorem voluiſſe relinquere ſub conditione, non autem ſub modo. nu. 16.*

17 *Verba ſignificantia modum vel conditionem quæ ſint, remiſſiuè.*

18 *Diſpoſitioni ſi adiectum eſt aliquid, quòd ſignificet conditionem vel pœnam, an conditio vel pœna præſumatur.*

1 CVM non ſolùm † in hæredum inſtitutionibus, ſed & in legatis aliiſque diſpoſitionibus, de quibus hactenus diſſeruimus, adiici ſoleat aliquando conditio, aliquando modus, aliquando dies, & aliquãdo pœna: & de his multa dicturi ſimus in ſubſequentibus præſumptionibus, ea propter verè viſum eſt, prius explicare, an & quando diſpoſitio præſumatur conditionalis, vel pura, vel modalis, vel in diem, vel pœnalis. Hic itaque quatuor explicabimus dubitationes.

2 Prima quarum eſt, an † diſpoſitio præſumatur cõditionalis, vel potius pura? Qua in re dicendum eſt ſine cõtrouerſia, præſumi puram, non autem conditionalem. Ita Oldradus in conſ.114.num.3. Baldus in conſ.58. In reſtitutione dotis Ruinus in l.3.num. 12. & in l. ſtichum, qui meus erit. nu. 11. in fin. de leg.1. & in l. auria. num.3. ff. de condit. & demon. colum.3. verſic. & quia in teſtamentis. lib. 2. & Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verbo. libertis. num.19. verſic. ſimiliter ſtatuit. C. de reuocan. donatio. & probat text. l. ſi Titius mihi. §. vlt. ff. de leg.1. vbi legatum præſumitur purè relictum, confert etiam text. l. omnia. de leg.3. Et ratio huius ſententiæ illa eſt, quod
3 conditio † dicitur eſſe quid facti. l. qui hæredi. ff. de cond. &
4 demon. & ideo † Papinia. in l. cum pater. §. hæreditatem. il.1. de leg.2. dixit, poteſtatem implendæ conditionis, & eligẽdi, non eſſe ius, ſed facultatem. Porrò cum ea, quæ facti ſunt, nõ præſumantur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & dicemus copioſè infra lib.6. in præſumpt.14. ſic dicendum eſt, conditionem non præſumi.

5 Declaratur primò, vt locum † non habeat hæc ſententia, quando natura ipſius rei ſignificat cõditionem, vt ſi teſtator legat fructus naſcituros. Hæc diſpoſitio quò ad ſonum verborum eſt pura, ſed ex natura rei legatæ eſt conditionalis: quia intelligitur, ſi fructus naſcentur. Ita probat. l.1. in fine. ff. de cond. & demon. & ſcribunt Docto. in l. interdum, ex illo textu. ff. de verb. oblig. vbi Bart. Et hæc quidem conditio appellari ſolet extrinſeca, Bar. in l. conditiones extrinſecus. n.1. ff. de cond. & demon. & ob id (inquit Bart.) tranſmiſſionem non impedit, id quod & in ſpecie ſcripſit Baldus in rub. C. de inſtit. ſubſt. num.1. Qua de re dicimus infra in preſumpt. .... vbi de tranſmiſſione agemus.

6 Declaratur ſecundò, † vt locum non habeat, quando lex ſubintelligit conditionem in actu & diſpoſitione. Nam tũc illa omninò præſumitur. l. ſi Titio. §. quædam. ff. quando dies legati cedat. Bart. in l. multum intereſt. num.1. ff. de condit. & demon. & ibidem Socinus. num.1. Iaſon in l. 3. num. 10. ff. de leg. 1. & ibi alij interpretes.

Et hæc etiam appellatur tacita conditio à Baldo in d. Rub. C. de inſtit. & ſubſt. qui dixit, & hanc non impedire tranſmiſſionem. Qua de re dicemus in d. præſumpt.

7 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando aliquibus ex verbis & mente teſtatoris colligitur conditio. Ita Baldus in dict. rub. C. de inſtitut. & ſubſtit. numer.1. adductus textu l. ſtichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. & ibidem Bartol. Ruinus, Iaſon & Ripa recenſent multa verba, quæ conditionem ſignificant.

8 Secunda eſt dubitatio, † quando diſpoſitioni adiectum eſt aliquid, quod ſignificare videtur conditionem, vel diem, an præſumatur conditio, vel potius dies? Et præſumi potius diẽ quàm conditionem ſcripſerunt Nicolaus de Neapoli & Caſtren. quos ſecuti ſunt Ruinus in l. 3. num.12. de leg. 1. & ibidem & Alciatus, nu.3. de leg 1. Et hanc traditionem probat. l. ſi Titio. §. quædam. ff. quando dies legati cedat. ibi, *Nam hoc legatum in die erit, non ſub conditione.*

9 Tertia eſt dubitatio, quando † diſpoſitioni adiectum eſt aliquid, quod ſignificare videtur conditionem, vel modum, an præſumatur conditio, vel potius modus? Hæc diſputatio eſt ſummè vtilis, cùm magna ſit differentia inter conditionem & modum. Hic nonnullas differentias commemorabo, reliquas obſeruabit diligens lector. Prima eſt differentia,
10 quod conditio † impleri debet antequam actus perficiatur. l. filiofam. ff. de cond. & demon. Modus verò impleri poteſt poſt diſpoſitionem & actum perfectum. l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſta. & l. demonſtratio. §. vlt. & l. quibus diebus. §. Termilius vbi Bart. num. 1. verſ. die ergo ſic. ff. de condit. & demon. & auctoritate multorum comprobaui in conſil. 131. num.2.



nu.2. & nu.10 & nu.11. retuli egregium exemplum ex Baldo. Et eandem opinionem probarunt Pariſius Alciatus, & alij, quos in ſubſequenti differentia referam.

11 Secunda eſt differentia † inter modum & conditionem: Modus non impedit acquiſitionem fieri ab initio: licet reſoluatur eo deinde non impleto l. libertas. §. hæc ſcriptura. ff. de manumiſſ. teſta. & clarè ſcripſerunt Bart. in d. l. quibus diebus. §. Termilius. num.13. & ibidem Socinus. nu.8. ff. de cond. & demon. & alij, quos commemoraui in d. conſ.131. nu.4. & his accedunt Decius in l. cum mota. nu.6. C. de tranſact. moderni Pariſienſes in commentariis ad cõſuetud. Pariſienſes. tit.1. §. 13. gloſſ.7. nu.1. Alciatus in reſp.165. In cauſa vertente. nu.15. & Pariſ. in conſ.19. nu.255. lib.2 Conditio verò impedit acquiſitionẽ ab initio, ex quo nihil ponit ineſſe, donec ei fuerit ſatiſfactum. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi quis
12 omiſſa cauſa teſta. Et ideò † contractus ſub conditione celebratus dicitur reſolutus, ipſa conditione non eueniente. l. neceſſario. §.1. ff. de periculo & commo. rei vend. & l. pecuniam, quam, vbi Alex. nu.4. ff. ſi certum peta. & declaraui in d. conſ. 131. numero 4. vbi ſimile de gratia conditionali commemoraui, & alia ſcripſi in conſilio 262. numero ſexto, ſeptimo, & octauo.

13 Tertia eſt differentia: † quod vbi agitur de modo implendo neceſſaria eſt partis interpellatio: ſed diuerſum eſt, cùm agitur de ipſa conditione. Ita ſcripſi in d. conſ.131. nu.4. verſ. & hinc deſcendit: & nume.6. quo loci huius opinionis retuli Ruinum, & alios plures.

14 Quarta eſt differentia, quod † ſi modus caſu deficit, legatum tamen & diſpoſitio non corruit. Ita poſt Corneum & alios reſpondit in conſ.146. num.22. lib.2. Diuerſum eſt in conditione, quæ vt præcitato in loco dixi, ſi caſu deficit, etiã diſpoſitio corruit. Et prædicto in loco rationem differentiæ vnà cum Corneo conſideraui.

15 His explicatis ad † diſputationem noſtram reuertimur: Et dicimus, veram & receptam eſſe eorum opinionem, qui cenſuerunt, in dubio præſumi potius modum quàm conditionem. Ita Bart. & Baldus in l. cum mota. C. de tranſact idem Bal. in l. & ſi poſt tres nume.7. ff. ſi quis cautio: Imola in l. à teſtatore. ff. de cond. & demon. Aret. in conſ.149. in fine. Alex. in conſ.102. nu.4. lib.1. in conſ.113. nu.26. & in conſi.150. num.2. lib.6. Iaſon in d. l. cum mota nu.6. & in l. huiuſmodi in prin. n. 15. de leg.1. Ruinus in l. ſtichum, qui meus erit nu.11. in fine de leg.1. & in l. auia. nume.3. ff. de cond. & demonſtrat. Idem in conſ.215. num.10. lib.1. & in conſ.60. nu.5. lib.2. Socin. Sen. in l.1. in ſecundo notab. ff. de cond. & demon Craue. in conſ.59. nume.1. Moderni Pariſienſes in commentariis ad conſuetud. Pariſien. tit.1. §.13. glo.7. in fine, Alba in conſ.4. nu.34. & Maſcardus in concluſ.343. num.1. & idem ego ipſe ſcripſi in lib. 2. de arbitrariis iudicum, caſu .494. num.12. & conſi.262. nu. 6. lib.3.

Hic intelligimus, hanc eſſe receptam opinionem, etſi ab ea diſſenſerint gl. in l.2. ff. de in diem adiect. Bar. in l. à teſtatore. ff. de condit. & demonſt. quem ſic intellexerunt Alex. in conſ.150. num.2. lib.6. & Pariſius in conſi.19. nume.253. lib.2. eandem opinionem probauit Alciatus in reſp.165. In cauſa vertente inter mag. num.15. ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem.

16 Declaratur † primò, vt locum non habeat, quando ex aliquibus verbis colligitur, teſtatorem voluiſſe relinquere ſub conditione, non autem ſub modo. Ita declarat Pariſius in d.
17 conſ.19. num.252. lib.2. quod ſatis clarum eſt. Quæ † autem ſint verba ſignificatiua conditionis, & quæ modi tradunt Bart. & reliqui in l.1. & in d l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demon.

18 Quarta eſt dubitatio, quando † diſpoſitioni adiectum fuit aliquid, quod ſignificare videtur conditionem, vel pænam, an conditio, vel pæna præſumatur. Et dicendum eſt præſumi potius conditionem quàm pænam. Ita ſcripſit Emanuel Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. in quinta limitatione. num.6. ff. de cond. & demon. arg. eorum, quæ habentur in l.2 ff. de his, quæ pænæ nom. in l. meritò. ff. pro Socio, & in l. quoties. ff. de reb. dubiis. Et quæ dicatur pæna, explicant Bar. & Soc. in d. l. 2. ff. de his, quæ pænæ nomine.

## PRÆSVMPT. CLXXVI.

### Conditio & qualitas poſita in primo teſtamento an & quando repetita præſumatur in ſecundo.

### SVMMARIVM

1 *Conditio & qualitas poſita in primo teſtamento an præſumatur repetita in 2.*

*Quòd non præſumatur repetita oſtenditur; num.2.*

3 *Teſtator ſi primò in teſtamento legauit fundum, & diſpoſuit, quòd non poſſet alienari extra familiam, ſi deinde in ſecundo teſtamento ſimpliciter reliquit ipſum conditio non præſumitur repetita.*

4 *Pater ſi in primo teſtamento reliquit iure inſtitutionis & in ſecundo ſimpliciter, qualitas iure inſtitutionis non cenſetur repetita.*

5 *Teſtator reuocando primum teſtamentum dicitur reuocaſſe & mutaſſe omnes clauſulas in eo ſcriptas.*

6 *Maſculinitatis qualitas poſita in primo teſtamento an cenſeatur repetita in ſecundo.*

7 *Voluntatis mutatio non præſumitur: ſecus ſi res non permanet in eodem ſtatu, ſed aliquid ſuperuenit.*

8 *Conditio & qualitas poſita in primo teſtamento in ſecundo cenſetur repetita quando coniecturis colligi poteſt teſtatorem voluiſſe eandem qualitatem & conditionem eſſe repetitam in ſecundo teſtamento.*

*Vt ſi teſtator in ſecundo teſtamento diſpoſuit in omnib. quò ad ſubſtantiam, vt diſpoſuerat in primo, etſi in ſecundo omiſit aliquã qualitatem, quæ potius vitio ſcriptoris quàm voluntate teſtatoris apparet omiſſa. nu.9.*

1 CONTENTIO eſt non mediocris † inter doctores, an conditio & qualitas poſita in primo teſtamento repetita præſumatur in ſecundo? Sunt enim hac de re opiniones.

2 Prima fuit † opinio nõ præſumi repetitam. Ita Bar. poſt [illegible]ynum in l. ſtatius Florus in prin. ff. de iure fiſci,
3 Scripſit Barto. quod † ſi teſtator primo in teſtamento legauit fundum, & diſpoſuit, quod nõ poſſet alienari extra familiam Et deinde in ſecundo teſtamento ſimpliciter reliquit ipſum fundum, non præſumitur voluiſſe repetere qualitatẽ & conditionem illam, quod extra familiam nõ alienetur. Ita quo-
4 que Alex. in conſ.70. lib. 2. reſpondit quod † ſi pater in primo teſtamento reliquit iure inſtitutionis: & in ſecundo ſimpliciter, hæc qualitas, iure inſtitutionis, non præſumitur repetita in ſecundo teſtamento. Ita pariter Barba. in conſi.39. num. 12. lib.1. qui reſpondit quantitatem relictam in primo teſtamento non præſumi repetitam in ſecundo. Et Barbatiam ſecutus eſt Decius in cap.1. in prima lectura. nume.9. verſi. item adde. de conſt. ſic & Ruinus in conſ.144. num.17. lib.2. & Curtius Iunior in conſ.163. nu.19. de eadem facti ſpecie interrogati reſponderunt, quòd ſi teſtator in primo teſtamento expreſſit qualitatẽ maſculinitatis: & in ſecundo ſimpliciter mẽtionem filiorum fecit, non præſumitur in ſecundo ipſo teſtamento repetita illa qualitas maſculinitatis. Hanc quoque opinionem ſecutus eſt Hieron. Gabriel. in conſ.97. numero 27. libro primo.

5 Ea ratione ij † vſi ſunt: quòd teſtator reuocando primum teſtamentum dicitur reuocaſſe & mutaſſe omnes clauſulas in eo ſcriptas. iuxta gloſ. l. ſi patronus. §. patronum. ff. ſi quid in fraudem patro. Non ergo illæ qualitates poſitæ in primo teſtamento præſumuntur repetitæ in ſecundo: cùm alia hęc, alia illa voluntas dicatur.

6 Secunda fuit † opinio eorum, qui affirmarunt, imò conditionem & qualitatem poſitam in primo teſtamento præſumi repetitam in ſecundo. Ita Corneus in conſ.275. num.5. lib4. qui reſpondit, qualitatem maſculinitatis poſitam in primo teſtamento præſumi repetitam in ſecundo. ſic & Iaſon in conſ. 141. col. 2. lib.2. Decius in conſil.515. nume.2. in fine. Pariſius in conſil.79. numero 16. libro ſecundo Craue. in conſilio 113. nume.6. & in conſil.856. num.20. verſ. cauſa eadem, ſic etiam reſpondit Decianus in conſilio 3. numero 36. & in conſil.37. nu.30. & in conſi.41. nu. 42. lib.1. & in conſ.34. nu.92. lib.3.

7 Ea ratione ij † vſi ſunt, quod voluntatis mutatio non præſumitur. l. 3. & l. eum, qui. ff. de probatio. & l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. 3. & diximus ſuprà in præſumpt. 265. Nec repugnat conſideratio Bart. in d. l. ſtatius Florus. in prin. cùm dixit. d. l. 3. de probatio. procedere odio hæredis, quia reſpondetur tex. l. eum, qui eo. tit. de probatio. loqui abſolutè: cùm dicit, eum, qui aſſerit mutatam fuiſſe voluntatem, probare debere. Cæterum facilè reſpondetur huic rationi: quòd ſatis cõſtat mutatam fuiſſe voluntatem in caſu noſtro, ex quo apparet ſecundum hoc teſtamentum eſſe ab illo primo diuerſum, & mutatio præſumitur, quando res non permanet in eodem ſtatu: ſed aliquid ſuperuenit: ſicuti diximus in d. præſump. 165. Nec obſtat text. d. l. 3. ff. de probatio: quia reſpondetur quod eo in caſu teſtator ſecundo in teſtamento reliquerat maiorem portionem ipſi hæredi grauato quàm reliquerat in primo: & propterea veriſimile eſt, quod voluerit conditionem illam reſtitutionis ipſorum bonorum adiecta in primo teſtamento eſſe repetitam in ſecundo. Eſt itaque retinenda prima
8 illa opinio. Quæ quidem declaratur, quando † aliqua extat
coniectura, qua colligi poteſt, teſtatorem voluiſſe eandem qualitatem & conditionem eſſe repetitam in ſecundo teſtamento.

Prima eſt coniectura ſumpta ex d. l. 3. ff. de probatio. quam ſupra expoſui.

9 Secunda eſt coniectura, quando † teſtator in ſecundo teſtamento diſpoſuit in omnibus quò ad ſubſtantiam, vt diſpoſuerat in primo, etſi in ſecundo omiſit aliquam qualitatem: quæ potius vitio ſcriptoris quàm voluntate teſtatoris credi poteſt omiſſa. Hoc caſu defendi poteſt opinio Cornei in d. conſ. 275. nu. 5. in fin. lib. 4. Idem etiam ſentit Cra. in conſi. 113. in fine. cùm dixit, præſumi repetitam qualitatem in ſecundo teſtamento, quod ob poſthumi ſuperuenientiá fuit cõditum.

## PRÆSVMPT. CLXXVII.

### Conditio appoſita in teſtamento quando repetita in codicillis præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in teſtamento regulariter præſumitur repetita in codicillis.*
2 *Dilatio adiecta legato relicto in teſtamento cenſetur repetita in legato ſimpliciter facto in codicillis.*
3 *Codicilli trahuntur ad mentem teſtamenti & econtrà.*
4 *Teſtator in codicillis non videtur receſſiſſe à voluntate & diſpoſitione facta in eeſtamento.*
5 *Conditio poſita in teſtamento repetita præſumitur in codicillis, etiam quando in codicillis fuit variata perſona.*
*Declaratur vt non cenſeatur repetita dicta conditio in codicillis, quando alia conditio diuerſa apponitur in eis. num. 6.*
*Idem quando legatum & diſpoſitio facta in codicillis nihil operaretur, ſi conditio adiecta in teſtamento diceretur in eis repetita numero 7.*

1 DISSERAMVS nunc † de conditione appoſita in
teſtamento quæ regulariter repetita præſumitur
in codicillis: ſicuti in l. talis ſcriptura. §. vlt. cum
2 l. ſeq. de leg. 1. vbi dilatio † adiecta legato relicto
in teſtamento cenſetur repetita in legato ſimpliciter facto in codicillis. & melius probãt tex. l. Caio. in prin. ff. de alim. & ciba. lega. l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adim. lega. & l. auia. in prin. ff. de cond. & demon. & reſponderunt Angel. in conſil. 201. Viſo themate. in fine, Decius in conſ. 190. nu. 6. Natta in conſ. 476. num. 2. & idem ego ipſe. Idem ſenſuerunt Rolandus in conſ. 31. num. 23. lib. 4. Idem ego ipſe reſpõdit in conſi. 452. nu. 1. lib. 5.

3 Et ratio † eſt, quia codicilli trahuntur ad mentem teſta-
menti & econtrà, vt docuit Baldus in l. Neſennius. ff. de ex-
cuſa. tuto. quem ſecutus eſt Natta in conſ. 483. in fine. lib. 3. Eſt
4 etiam ratio, quia † teſtator in codicillis non videtur receſſiſ-
ſe à voluntate & diſpoſitione facta in teſtamento. Ita Decius in d. conſ. 190. nu.. 8. poſt Abba in conſ. 4. nu. 3. lib. 2. Natta in conſ. 476. num. 7. & Rolan. in d. conſ. 31. nu. 23. & probat,
5 d. §. qui filias. & idem ego ipſe reſpondit in d. conſi. 452. nu. 2.

Extenditur primo, vt † procedat etiam quando in codicillis fuit variata perſona, vt putà ſi in teſtamento legatum factum ſit Caio ſub conditione: deinde illud legatum transferatur in codicillis ad Mæuium, intelligitur ſub eadem conditione translatum. l. Caio. in prin. ff. de adimen. & ciba. lega. & illo in loco tradit Bar. & ſcripſi ſup. in præſumpt. 173. Huc etiã facit text. l. 3. ff. de fundo inſtructo inſtr. legato, vbi ſi teſtator in teſtamento dixit, lego libertis meis fundum inſtructum: deinde in codicillis diſpoſuit, quòd liberti, qui præmorientur, ſuperſtitibus reſtituerent fundi partem, intelligitur de fundi parte inſtructa, atque ita illa qualitas poſita in teſtamento cenſetur repetita in codicillis, etſi variata fuerit perſona reſpectu ſubſtitutionis factæ legato.

6 Declaratur primò, vt † non habeat locum, quando alia conditio diuerſa apponitur in codicillis. Nam tunc illa appoſita in teſtamento non cenſetur repetita in ipſis codicillis. Ita reſpondit Angelus in conſ. 294. Quoniam in vltimis voluntatibus num. 6. & in fine & Angelum ſecutus eſt Decius in conſ. 190. nume. 6. verſ. tertiò hoc: alios commemoraui ſupra in præſumpt. 174. in ſecunda declaratione primi caſus.

7 Declaratur † ſecundo non procedere quando legatum & diſpoſitio facta in codicillis nihil operaretur, ſi conditio adiecta in teſtamento diceretur repetita in eis. Ita reſponderunt Ang. in d. conſ. 294. in fine. Caſtren. in d. conſ. 321. nu. 2. & dixi ſupra in d. prẹſumpt. 174. in tertia declaratione primi caſus.

## PRÆSVMPT. CLXXVII.

### Conditio appoſita in teſtamento quando repetita in codicillis præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Conditio adiecta inſtitutioni an præſumatur repetita in ſubſtitutione.*
*Quòd repetita cenſeatur afferuntur exempla. nu. 2. & ſeq.*
3 *Verba debent intelligi propriè.*
4 *Subſtitutus dicitur etiam propriè hæres.*
5 *Sermonis proprietas eſt attendenda, & ab ea non eſt recedendum.*
6 *L. mulieri & Titio. ff. de condit. & demon. conciliatur cum l. quæ conditio. eo. tit.*
7 *Clauſula quando non poteſt ſtare per ſe, tunc in fine poſita refertur ad caſum & diſputationem immediatè præcedentem: ſi verò ſtare poteſt de per ſe, tunc ad omnia præcedentia refertur.*
8 *Conditio adiecta inſtitutioni & ſubſtitutioni ante tamen gradus & perſonas nominatas, præſumitur reſpicere tam inſtitutos quàm ſubſtitutos.*
*Contra, nu. 10. & ſeq.*
9 *Actus præcedens potentior eſt ad ſequentes vt influat in omnes, quàm econtra.*
11 *Intellectus l. qui fundum. ff. de contrah. empt.*
12 *Orationes quando ſunt perfectæ, qualitas poſita in vna non cenſetur in altera repetita: econtra quando ſunt imperfectæ.*
13 *Conditio adiecta inſtitutioni, quæ conuenit vtrique perſonæ, vt ſi dixit teſtator, Titio ſi nauis ex Aſia venerit, & Seio lego fundũ, cenſetur repetita à perſona vnius in perſonam alterius.*
*Et vbi adiungitur vni perſonæ appoſitæ in vna oratione, cenſetur repetita in alia perſona poſita in alia oratione, ſi teſtator vtitur etiam dictione, Item. nu. 14.*
*Secus ſi ſunt poſitæ in eadem oratione.*
15 *Conditio quando cum dictione, item, eſt adiecta inter duas perſonas vocatas in duab. orationib. perfectis, vt lego Titio fundum, ſi nauis ex Aſia veneris. Item eundem fundum lego Caio, non cenſetur repetita in perſonam Cai.*
*Quando autem dictio, item, ponitur inter duas perſonas in duabus orationibus quarum vna eſt imperfecta, niſi ab alia ſuppleatur, tunc cenſetur repetita. num. 16.*
16 *Conditio caſualis ſi fuit adiecta in inſtitutione vni gradui vel perſonæ iam nominatæ, non præſumitur repetita in ſubſtitutione, vbi refellitur declaratio Caſtren. in l. quæ conditio. num. 4. ver. hoc tamen. ff. de cond. & demon.*
18 *Conditio caſualis ſi fuit adiecta inſtitutioni nominatim & ſic reſtrictiuè & perſonaliter inſtituto, non cenſetur repetita in ſubſtitutione.*





19 *Pronomen, ipſe, perſonalitatem oſtendit.*
20 *Dictio, dicti, eſt reſtrictiua.*
21 *Teſtator ſi grauauit hæredem inſtitutum reſtituere hæreditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, non præſumitur voluiſſe eam conditionem eſſe repetitam in ſubſtitutum.*
22 *Legatum relictum ab inſtituto licèt cenſeatur repetitum & à ſubſtituto, ſi tamen teſtator reſtrictiue eum grauauit, non dicitur grauatus ſubſtitutus.*
23 *Conditio adiecta certæ perſonæ non dicitur in aliam repetita.*
24 *Conditio caſualis quando fuit adiecta hæredi inſtituto, cui alter per fideicommiſſum fuit ſubſtitutus, an cenſeatur repetita in vltimum etiam ſubſtitutum per fideicommiſſum.*
25 *Subſtitutio directa & fideicommiſſaria valde differunt: ſubſtitutio enim vulgaris non ſe compatitur cum hæredis inſtitutione, fideicommiſſ. verò ſe compatitur.*
26 *Conditio caſualis quando fuit adiecta eidem, qui fuit ſubſtitutus per fideicommiſſum, & deinde vulgariter, an cenſeatur repetita in ſubſtitutione vulgari poſtea facta eidem perſonæ.*
27 *Conditio poteſtatiua perſonæ cohærens ſi fuit adiecta inſtituto, non præſumitur repetita in ſubſtituto.*
*Et quid ſi conditio poteſtatiua non cohæret perſonæ. num. 28.*
29 *Conditio in inſtitutione adiecta poſt omnes gradus inſtitutionis & ſubſtitutionis præſumitur iniuncta & relata ad quoſcũque.*
30 *Cõditio poſita in vna ſubſtitutione, in altera præſumitur repetita.*
31 *Conditionem hanc, ſi deceſſerit ſine liberis, ab vna in alteram ſubſtitutionem præſumi repetitam.*
32 *Conditionem non cenſeri repetitam ab vna ſubſtitutione in alteram diuerſam & ſeparatam. & num. 33. quando qualitates & conditiones diuerſæ ſunt.*
34 *Subſtitutio à ſubſtitutione interpretationem recipit.*

1 EST percecelebris † & egregia hẹc diſputatio, an conditio adiecta in inſtitutione præſumatur repetita in ſubſtitutione? Hac de re ſcripſit poſt alios Mantica in Tract. de coniecturis vltimarum voluntatum. libr. 10. tit. 6. nu. 2. & 3. Exiſtimo diſtinguendos eſſe aliquot caſus.

2 Primus quorum eſt, quando † conditio caſualis fuit adiecta ẹqualiter omnibus ipſis gradibus, hoc eſt tam ſubſtitutioni quàm ipſi inſtitutioni. Exempla multa afferunt gl. & Caſt. in l. quæ conditio. nu. 4. ff. de condit. & demonſt. explicando text. illum. d. l. quæ conditio in princ. Et primò ſi teſtator ita dixit, omnes hæredes meos ita inſtituo & ſubſtituo, ſi nauis ex Aſia venerit. Quo exemplo vtitur d. glo. & quod eſſe indubitabile ſcripſit Caſtrenſis, & probat text. l. ſi plures de leg. 3. Verum Soc. in d. l. quæ cond. in prin. nu. 7. verſ. & ideò clarè, probat hoc exemplum, & inquit non eſſe de indubitabili.
3 Erat enim ratio dubitandi, quia † verba debent intelligi pro-
priè. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Et vide-
batur intelligendum de hærede inſtituto, nõ autem de ſubſt.
4 Ratio autem decidendi fuit: quia etiam ſubſtitutus † dicitur
5 propriè hæres. l. 1. ff. de vulg. Et à ſermonis proprietate † non
eſt recedendum. l. non aliter. de leg. 3. Secundum exemplum attulit Caſtrenſis, vt puta, Titium inſtituo, Sempronium ſubſtituo, vulgariter, ſi nauis ex Aſia venerit. Inquit Caſtren. tam inſtitutio quam ſubſtitutio cenſetur facta ſub illa conditione. Et illius defectus faceret ambas deficere: quia ſic videmus in pluribus perſonis eiuſdem gradus, vt Titium & Sæium hẹredes inſtituo: vel eis lego, ſi Titia non nupſerit. Hẹc enim conditio (ſubiungit Caſtr. reddit conditionalem non ſolùm inſtitutionem, vel legatum Titij cui cohæret, ſed etiam inſtitutionem & legatum Sæij. l. mulieri & Titio. ff. de cond. & de-
6 monſt. Verùm d. l. mulieri & Titio † non probat ſecundum
Socinum in d. l. quæ conditio. num. 7. verſ. nec obſtat ſimilitudo: quia ibi id euenit, quando plures perſonæ vnica oratione comprehenduntur. Hic vero in diuerſis orationibus. Quocirca à Caſtrenſi diſſentiunt Soc. ipſe, & Ruin. ibidem. Primò ea ratione eſt vſus Soc. in d. l. quæ conditio. nume. 6. in fine verſ. primò, quia, &c. hoc exemplum non conuenit verbis. d. l. quæ conditio, vbi fit differentia an conditio reſpiciat genus perſonarum, an verò certas & notas perſonas. Verùm reſpondetur Caſtrenſem attuliſſe exemplũ reſpectu primæ partis text. quando cõditio apponitur generi perſonarum, ideſt abſolutè omnibus, in teſtamento vocatis. Quiquidẽ non dicũtur certẹ & notæ perſonæ. Et propterea ad omnes conditio ipſa refertur.

7 Secundò motus eſt Socinus, quando † clauſula non poteſt ſtare per ſe: tunc in fine poſita refertur ad caſum & diſpoſitionem immediatè præcedentem: ſi verò poteſt ſtare de per ſe, tunc ad omnia præcedentia refertur. Ita declarat Bart. in l. vlt. nu. 1. verſi. ſi enim. ff. de rebus dubiis. vbi ad rem ſcribit, quod ſi clauſula eſt poſita ad qualificandum actum, ſicuti quando conditionalis modus (ait Bartol.) infertur legato vltimo loco appoſito: tunc ad aliud non refertur, niſi ad illud vltimũ: & Bartolum ſecuti ſunt ibi Socin. Alex. in conſ. 158. num. 7. lib. 6. Decius in conſ. 92. num. 1. & Socin. Iun. in conſ. 3. nu. 41. lib. 1. & in conſ. 26. nu. 5. lib. 3. At qui noſtro in caſu hæc clauſula conditionis, ſi nauis ex Aſia venerit, non poteſt ſtare de per ſe, vt clarè patet. Ergo refertur ad ſolam ſubſtitutionem immediatè præcedentem. Cæterùm reſponderi poteſt, Bart. in d. l. vlt. loqui quando conditio eſt appoſita vltimo legato: ſecus eſt, quando fuit appoſita omnibus iam nominatis, vt declarat idem Bar. in l. mulieri & Titio. in oppo. ff. de cond. & demon. & Bart. ſecuti ſunt alij, vt dicemus infrà in præſump. cùm ergo noſtro in caſu ſit conditio hæc adiecta poſt nominationem inſtituti & ſubſtituti ad vtrumque videtur referenda.

8 Tertium exemplum attulit † Caſtren. in d. l. quæ conditio. num. 4. ver. item puto, ſi conditio: vt ſi conditio procedat omnes gradus, vel perſonas, vt putà, ſi nauis ex Aſia venerit Titium & Sempronium inſtituo: & Caium ſubſtituo. Hoc enim caſu illa conditio reſpicit tam ſubſtitutos, quàm inſtitutos.
9 Nam potentior eſt caſus † procedens ad ſequentes, vt influat
in omnes quam è contra. l. quiſquis. de leg. 3. & conferunt. l. 1. C. de lib. præter. & l. 3. §. ante hæredis. de lib. & poſth.

10 Hoc exemplum reiiciunt † etiam Soc. & Ruin. in d. l. quæ
conditio. Et primò motus eſt Soci. nu. 7. verſ. præterea & tertiò, tex. l. qui fundum. ff. de contrah. emp. & traditione Bart. in l. Sẹiæ. §. Caio. num. 2. ver. ſecundo caſu. ff. de fundo inſtructo inſtrumentoque leg. Verùm reſpondetur in d. l. qui fundum, non admitti repetitionem temporis in his, quæ ſe habent per prius & poſterius: quia ſic reſtringeretur præcedens dilatio: Nec poſſet in fine termini metiri: cum deberet nunciare poſt menſuram. Ita in ſpecie declarat Comenſ. in l. auia. ff. de cond.
11 & demon. Et rurſus † dicimus d. l. qui fundum, loqui quando
copula, & poſita eſt inter diuerſas orationes. Ita intellexit Bar. in d. §. Caio. n. 2. verſ. 2. caſu. Et ipſemet Bar. pugnat aduerſus Socinum. Illo enim in loco diſtinguit Bar. inter orationẽ
12 perfectam & imperfectam. Et inquit † quod quando ambæ
orationes ſunt perfectæ: qualitas poſita in vna non cenſetur repetita in altera. d. l. qui fundum. Hic caſus noſtro conuenit. Quando verò orationes ſunt imperfectæ, qualitas poſita in vna dicitur repetita in altera vna cum verbo, quo oratio illa imperfecta perficitur, ſicuti in caſu noſtro. Præterea Bart. loquitur quando qualitas eſt poſita reſpẹctu rei, atque ita inter res diuerſas, nos verò, quando reſpectu eiuſdem rei poſita eſt inter diuerſas perſonas: quo ſanè in caſu loquitur & diſtinguit Bartolus in d. §. Caio. num. 3. verſic. quandoque copula. Et in-
13 quit Barto. nume. 5. quod † quando qualitas conuenit vtrique
perſonẹ, illa cenſetur repetita à perſona vnius in perſonam alterius, vt ſi teſtator ita dixit, Titio, ſi nauis ex Aſia venerit, & Sæio lego fundum. Illa conditio, ſi nauis ex Aſia venerit, dicitur (inquit Bart.) repetita à perſona Titij, in perſonam Sæij. Ita ergo & noſtro in caſu dicendum eſt.

14 Secundò mouetur † Ruinus in d. l. quæ conditio. nu. 1. verſ. primo, ex doctrina. Bart. in l. in repetendis. col. 2. verſic. quandoque eſt identitas rerum, ſed diuerſitas perſonarum. de leg. 3. cum dixit, quod ſi lego Titio fundum ſub conditione, item eundem fundum Sempronio, quod aut in perſona vltimi legatarij repeto verbum, lego: & tunc non dicitur repetita conditio, aut non repeto illud verbum, & tunc cenſetur repetita. Vult ergo Bar. quod vbi conditio adiungitur vni perſonæ appoſitæ in vna oratione, non cenſetur repetita in alteram perſonam poſitam in alia oratione, quamuis teſtator vtatur dictione, item, quæ eſt repetitiua: ſecus autem ſi ſunt poſitæ in eadem oratione. Ita hic dicendum eſt, quod conditio appoſita inſtituto, non cenſetur repetita in ſubſtitutum.

Cæterùm reſpõdetur, imò traditiónem Bart. ſuffragari opi-

pioni Caſtrenſis.Nam diſtinguit Bartol.duos caſus, quorum
15 primus eſt,quando † dictio, item, ponitur inter duas perſonas vocatas in duabus orationibus perfectis, vt ſi teſtator ita dixit:lego Titio fundum, ſi nauis ex Aſia venerit : Item eundem fundum lego Caio.Hoc caſu, qui noſtro non conuenit, illa conditio, ſi nauis ex Aſia venerit, non cenſetur repetita
16 in perſonam Caio.Secundus eſt caſus,† quando dictio,item, ponitur inter duas perſonas in duab.orationibus quarum vna eſſet imperfecta, niſi ab alia ſuppleretur : vt ſi teſtator ita dixit, lego Titio fundum, ſi nauis ex Aſia venerit. Item eundem fundum Caio.Hoc caſu ( inquit Bartolus ) illa conditio cēſetur repetita vna cum verbo,lego,vi perſonam Caij.Nam ſecunda oratio recipit perfectionem à prima vnà cum qualitatibus ei appoſitis. Ita ergo noſtro in caſu dicendum eſt à fortiori:cùm hic ſit vnica oratio, cuius pars eſſet imperfecta, niſi ab eodem verbo cum ſuis qualitatibus regularetur, atq; perficeretur.

17 Secundus eſt caſus,quando † conditio caſualis fuit adiecta vni gradui, vel perſonæ iam nominatæ vt ſi teſtator ita dixit, Inſtituo Caium, ſi nauis ex Aſia venerit.Et ipſi Caio ſubſtituo Sempronium.

Hoc caſu non cenſetur repetita illa cōditio à perſona Caij in perſonam Sempronij ſubſtituti. Ita glo.in l.ſub conditione.ff.de inſtit. Dyn.in cap.rationi congruit de regul.iur.in 6. Bart.in d.l.quæ conditio.nu.4.& ibidem Caſtr.nu.3.& nu.4. idem reſpondit Dec.in conſil. in fin. Et ſatis probatur in d.l. ſub conditione.ff.de hęred.inſt.in l. vlt.§.Sæio de leg.2.& in l.quæ conditio.ff.de cond.& demonſtr.Et hæc quidem communis eſt opinio teſte Socino in d.l.quæ conditio.nu.18.etſi ipſe poſt Cynum & Comenſem diſſentit.

Hanc receptam opinionem declarat Caſt.in d.l.quæ conditio.nu.4.verſ.hoc tamen Bart.non habere locum, in perſonis coniunctis per dictionem,cum,vt ſi dixit teſtator,Titium ſi nauis ex Aſia venerit cum Sæio inſtituo. Verùm neſcio videre, quomodo hæc declaratio ad rem noſtram benè poſſit adaptari ex quo inſtitutio,& ſubſtit.eodem tempore concurrere non poſſunt,vt æqualitatem ſignificat:dictio,cum.

18 Tertius eſt caſus, quando † conditio caſualis adiecta fuit nominatim ſicq; reſtrictiuè perſonaliter inſtituto, vt puta, ſi teſtator ita dixit. Inſtituo Caiū & ei ſubſtituo Sempronium. Et ipſum Caium hæredem eſſe volo, ſi nauis ex Aſia venerit. Hoc caſu ſine controuerſia, conditio adiecta ipſi Caio non cēſetur repetita in Sempronium ſubſtitutum.Et hoc quidem admitterent glo.Bart.Caſtrenſis & reliqui, qui fortius in caſu præcedenti ſcripſerunt, non cenſeri repetitam. Admitterent etiā Cynus,Comenſis & Socinus qui in caſu præcedenti à glo.Bart. & aliis diſſentiunt. Nam hic verbis reſtrictiuis ſignificauit teſtator ſolùm velle adiicere conditionem hæredi primo non autem ſecundo, ſunt enim reſtrictiua illa verba:
19 Et ipſum Caium:cùm † pronomen ipſum,perſonalitatem oſtendat,vt tradunt poſt alios Ripa in l.filiusfam.§.Diui.num. 111.de leg.1. Soc.Iun.in conſ.144.num.14.lib.3. Alciatus in reſp.33.num.3.& in reſp.424.nu.3.& Natta in conſ.164.nu. 21.lib.1.Idem quando teſtator dixiſſet.Et dictum Caium in-
20 ſtituo,ſi nauis ex Aſia venerit.Nam illa dictio, † dictum, reſtringit.l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulg.& pup.ſubſt.& l. vlt. C. de hæred.inſtit. Quibus adducti ad rem reſponderunt Decius in conſ.218.nu.9.verſ.cum ergo factæ.Ruin.in conſ. 39.nu.11.verſ.non obſtat.lib.1.in conſ.29.nu.5.& in conſil. 117.nu.5.& in conſ.181.nu.2.lib.2. & apertius idem in conſ. 130.nu.4.lib.2. Pariſ.in conſ.86.nu.2.lib.2.& Crauet.conſ.
21 98.nu.8. quod ſi teſtator † grauauit hæredem inſtitutum reſtituere hæreditatem ſi deceſſerit ſine liberis, non præſumitur voluiſſe eam conditionem eſſe repetitam in ſubſtitutum, ſi illis verbis reſtrictiuis illi inſtituto conditionem adiecit.
22 Huc etiam facit,quod † licèt alias legatum relictum ab inſtituto cenſeatur repetitum & à ſubſtituto:nihilominus ſi teſtator reſtrictiuè, vt quia expreſſo proprio nomine inſtituti, eū grauauit, non dicitur repetitum legatum, vt ſubſtitutus illud pręſtet:ſicuti dixi ſuperiore pręſumptione in tertio caſu,prę-
23 ſertim ex l. ſi plures.de leg.3. Et ſatis † manifeſtè probatur in d.l. quæ conditio, vbi dicitur, quod conditio adiecta certæ perſonæ non dicitur repetita in alteram. Et ibi annotarunt Imola.numer.2.Socinus numero ſecundo, Hic enim eſt certa perſona hæredis deſignata ex verbis illis reſtrictiuis.
24 Quartus eſt caſus quando conditio † caſualis fuit adiecta hæredi inſtituto, cui alter per fideicommiſſum fuit ſubſtitutus:vt ſi teſtator dixit.Inſtituo Caium : &,ſi deceſſerit ſine filiis maſculis,ei ſubſtituo Sempronium,& Sempronio ſubſtituo Mæuium:in hoc caſu illa conditio,ſi deceſſerit ſine filiis, adiecta ipſi Caio inſtituto, cenſeatur repetita primò in ipſos filios maſculos inſtituti,qui etſi poſiti ſunt in conditione,dicuntur tamen vocati ſecundum opinionem multorum, præſertim Guido : Papæ in q.184.vt ſcilicet ſi ipſi filij naſcantur & patri ſuccedant, & deinde moriantur, an & ipſi cenſeantur grauati reſtituere Sempronio ſub eadem conditione,ſi deceſſerint ſine filiis.Et rurſus,eueniente caſu, quod facta ſit reſtitutio Sempronio,an dicta conditio cenſeatur in eum repetita, vt ſcilicet teneatur ipſe Sempronius reſtituere Mæuio, ſi ſine filiis contingat decedere?Et videbatur dicendum cenſeri repetitam : Quandoquidem Caſtren.in d. l. quæ conditio. nu.3.de cond.& demon. ſcribit.d.l. ſub conditione.ff. de hæred.inſtit.loqui de vulgari ſubſtitutione:atque ita ſenſit quodammodo in ſubſtitutum per fideicommiſſum cenſeri repe-
25 titam conditionem.Et certè magna † videtur eſſe differentia inter ſubſtitutionem directam & fideicommiſſariam. Nam vulgaris ſubſtitutio non ſe compatitur cum hæredis inſtitutione.l.poſt aditam.C. de impub.& aliis ſubſtit. Et ideò non recipit illam conditionem & qualitatem. Fideicommiſſaria verò,ſe compatitur.Et prætereà,in vulgari ſubſtitutione agitur de viribus totius teſtamenti : cùm poſſit teſtamentum incipere à ſecundo gradu.l.3.ff.de liber.& poſth.Non autem in fideicommiſſaria. Et ideò ratio illa conſiderata à glo.Bartol. Caſtr.& reliquis in d. l. quæ conditio, reſpectu vulgaris ſubſtitutionis locum habere non videtur in fideicommiſſaria. His rationibus legi aliquando à præſtantiſſimis Bononienſibus reſponſum.

Cæterùm crediderim ego in propoſita facti ſpecie idē dicendum eſſe,quod in caſu præcedenti.Eſt enim hic conſiderandum, quod illa ſubſtitutio, qua filij poſiti in conditione dicuntur vocati ex multorum ſententia,eſt ſubſtitutio vulgaris:ſicut reſpondi in conſ.325.num.41.lib.4.& attigi ſupra in præſumpt.76.num.94.

Ita etiam vulgaris eſt illa ſubſtitutio, qua vocatus eſt ille Mæuius vltimo loco ſubſtitutus, vt reſponderunt Corne. in conſ.29.in fin.lib.2.Ruin.in conſ.92.nu.5.& in conſ. 102.nu. 10.lib.2. & Soc.Iun.in conſ.100.nu.16.libr.3.ij enim dicuntur vulgariter ſubſtituti in fin.fideicommiſſo, iuxta text.l. vt hæredibus.de leg.2.& apertius probat text.l. vnicæ.§.quod ſi in medio. C.de cad. tollen. Et alio nomine ij dicuntur actiuè vocati,nō autem paſſiuè.Id quod planius ita explicari poteſt. Teſtator ita dixit, Inſtituo Caium, etſi deceſſerit ſine filiis maſculis, ſubſtituo Sempronium, & Sempronio ſubſtituo Mæuium.Hæc formula verborum ita extenditur atque reſoluitur. Inſtituo Caium : & ſi deceſſerit relictis filiis, reſtituat ipſis filiis, ſi verò deceſſerit ſine filiis reſtituat Sempronio. Hic diſtincta fuit illa perſona Cai inſtituti à perſona eius filiorum ſubſtitutorum.Et propterea noſtram hanc ſententiam probat text.l. Latinus largus.vbi Bartol.Bald.& reliqui.ff.de leg.2.de quo ſtatim dicemus.

26 Quintus eſt caſus quando † conditio caſualis fuit adiecta eidem,qui fuit ſubſtitutus per fideicommiſſum,& deinde vulgariter,vt in caſu.l.Latinus Largus.de leg.2.vbi,Libertus hęredem fecit patronum pro dimidia, & pro altera dimidia filiam propriam, quam quidem filiam grauauit reſtituere ancillis ipſius patroni, ſub conditione, cùm hæ ancillæ manumiſſæ eſſent. Et ſi eadem filia hæres non eſſet ei ſubſtituit eaſdem ancillas.Contigit quod filia noluit eſſe hæres : atque ita factus fuit locus ſubſtitutioni vulgari ad commodum ancillarum,quæ iuſſu domini adiuerunt hæreditatem:& cōſequenter eam acquiſiuerunt patrono. Deinde patronus manumiſit has ancillas,dubitatum fuit,an ipſe patronus, qui iam ex perſona ipſarum ancillarum ſucceſſerat ex vulgari ſubſtitutione, teneretur ex fideicommiſſaria reſtituere dimidiam hanc ancillis à ſe manumiſſis ? Reſpondit Paulus, ea ratione teneri, quia fideicommiſſum cenſetur repetitum : hoc eſt illa conditio, cùm manumiſſæ eſſent, adiecta ſubſtitutioni fideicommiſſariæ præſumitur repetita in ſubſtitutione vulgari poſtea
facta



facta eidem perſonæ. Pauli verba ſunt manifeſta. Cum enim ſeruo alieno fideicommiſſum ab vno ex hæredibus ſub conditione libertatis fuerit datum, idemq; ſeruus ei hæredi ſubſtituatur, licet purè ſubſtitutio facta ſit:tamē ſub eadem conditione ſubſtitui videtur,ſub qua fideicommiſſum meruit.Et text.hunc in hanc ſententiam ibi annotarunt Bart.Bald.Caſt. & Imola:quod conditio adiecta in fideicommiſſo vniuerſali pręſumitur repetita in ſubſtitutione vulgari de eadem perſona facta.Et ideò(vt ſupra admonui)à ſenſu contrario,quando ſubſtitutio vulgaris facta de fideicommiſſo, facta eſt de alia perſona,conditio adiecta illi fideicommiſſario non cenſetur repetita in ſubſtituto vulgari.

27 Sextus eſt caſus, quando † conditio poteſtatiua perſonæ cohærens fuit adiecta inſtituto, illa non præſumitur repetita in ſubſtituto,vt puta,ſi dixit teſtator, inſtituo Caium ſi duxerit Caiam in vxorem,vel ſi capitolium aſcenderit:& ipſi Caio ſubſtituo Sempronium. Ita docuit Imola in d. l. quo conditio.nu.4.verſic....& Caſtr.num.6. Et eiuſdem ſententiæ fuerint alij multi,quos congeſſi in conſ.117.num.40.lib.2.

28 Septimus eſt † caſus, quando conditio poteſtatiua, quæ perſonæ non cohæret, vt illa quæ in dando conſiſtit, adiecta fuit inſtituto,vt ſi teſtator dixit, inſtituo Caium,ſi decem dederit Mæuio, & ipſi Caio ſubſtituo Sempronium. Hoc caſu conditio illa adiecta Caio inſtituto præſumitur repetita in Sempronium ſubſtitutum. Ita tradunt gloſſ.& Petrus Perticen.in l.vnica.§.pro ſecundo.C.de cad.tollen.& glo.in l.quæ conditio.in glo.2.ff.de cond.& demon.& ibidem Bart.nu.4. & Soc.nu.9. Idem ſcripſerunt Bart.in l.licet Imperator in 4. oppo.de leg.1.Bald.in l.1.in fin.ff. eo.de condit.& demon.& ſenſit idem Bald.in conſ.279.factum tale eſt.lib.1.Iaſon in d. l.licèt Imperator.nu.43.& nu.48.& Hier.Gabriel.conſ.117. num.36.lib.1.His conſtat hanc eſſe receptam ſententiam,etſi diſſentit Imola in d.l.quæ conditio.num.4.

29 Octauus & vltimus † caſus eſt, quando conditio & onus fuit impoſitum poſt omnes gradus inſtitutionis & ſubſtitutionis. Nam tunc præſumitur iniunctum & relatum in quoſcunque. Ita Baldus in d.conſil.279.& Hier.Gabriel.in dicto conſil.117.num.35.

Quæ de conditione repetita ab inſtitutione in ſubſtitutio-
30 ne diximus, idem dicendum eſt de conditione † adiecta in ſubſtitutione, vt & hæc præſumatur repetita in alteram ſubſtitutionem:quēadmodum reſponderunt Anch.in conſ.137. nu.2.Pariſ.in conſ.18.num.28.lib.2.& in conſ.71.nu.41.lib. 4.& Crauet.in conſ.208.nu.5. & ſecutus ſum in conſ.106.nu. 292.lib.2. Hinc egregiè reſpondit Aretin.in conſ.1.num.12.
31 † conditionem hanc:ſi deceſſerit ſine liberis, appoſitam primæ ſubſtitutioni, cenſeri repetitam in ſecundam. Et Aretin. probauit Soc.Iun.in conſ.71.num.14.lib.3. qui eiuſdem ſententię alios commemorauit. Et ij quidem intellexerūt,quando ſubſtitutiones ipſæ copulatæ & coniunctæ ſunt:ſecus verò
32 ſi omninò † diuiſæ & ſeparatæ. Id quod manifeſtius reſpondit Pariſ.in conſ.87.num.46.lib.2. ſic pariter quando diuer-
33 ſæ ſunt † qualitates & conditiones. Nam & tunc adiecta vni ſubſtitutioni nō cenſetur repetita in alteram ſubſtitutionem, vt docuit Decius in l.1.in fi.C.de impub. & aliis ſubſt.quem ſecutus ſum in d.conſ.106.num.319.lib.2.

34 Ita etiam dicimus, vnam † ſubſtitutionem alteram declarare,niſi diuerſa ſit ratio, vt latè reſpōdi in d.conſ.406.n.319. Et ibidem ſcripſi, vnam ſubſtitutionem alteram declarare & interpretari magis quàm inſtitutio declaret ſubſtitutionem.

## PRÆSVMPT. CLXXIX.

### Conditio inſtitutioni adiecta,quando repetita pręſumatur in prælegato,& econtra

### SVMMARIVM

1 *Conditio inſtitutioni adiecta an & quando repetita præſumatur in prælegato,& econtra.*
*Quòd in dubio præſumitur repetita in prælegato eidem hæredi relicto in eodem teſtamento.num.2.*
3 *Conditionis nomen pro re ipſa conditionata ſeu ſub conditione relicta ſumitur.*
4 *Conditio adiecta inſtitutioni non cenſetur repetita in ſubſtitutione,quæ fit in defectum inſtitutionis.*
5 *Conditio inſtitutioni adiecta præſumitur repetita in legato,etiam ſi in diuerſis orationibus & omninò ſeparatis facta ſit inſtitutio & legatum.*
6 *Legata & prælegata quid differant.*
7 *Conditio emancipationis adiecta inſtitutioni præſumitur repetita in legato.*
8 *Conditio adiecta inſtitutioni non præſumitur repetita in prælegato,quando eiuſmodi eſſet conditio,quæ vitiaret legatum.*
*Idem quando legatum factum eſt ab eodem gradu,ſecus ſi à diuerſis.num.9.*
*Idem quando prælegatam ſimpliciter factum procedit & inſtitutio conditionalis ſequitur,ſecus è contra.num.10.*
*Idem quando inſtitutio conditionalis facta eſt in teſtamento, legatum verò ſimplex in codicillis.num.11.*
12 *Verba, Hoc amplius, repetitiua ſunt præcedentis qualitatis & conditionis.*
13 *Conditio appoſita in prælegato particulari nunquid præſumatur repetita in ſubſtitutione in eadem perſona facta.*
*Vbi quòd non præſumatur repetita rationibus,patet ibid.*
*Secus quando patet de coniecturata mente teſtatoris, ipſum voluiſſe repetere conditionem.num.14.*
15 *Cōditio adiecta legato ſeu fideicommiſſo vniuerſali an cenſeatur repetita in ſubſtitutione directa.*

1 REQVIRIT † etiam hic locus, vt explicemus, quando coditio adiecta inſtitutioni repetita præſumatur in prælegato, eidem hæredi facto, & è contra : ſunt hic diſtinguendi tres caſus.

2 Primus † eſt,quando dubitatur an conditio appoſita inſtitutioni præſumatur repetita in prælegato eidem hæredi relicto in eodem teſtamento. Hoc ſanè caſu repetitam præſumi ſcripſerunt Bart.in l.auia.in prin.nu.1.ff.de condi.& demon. & ibidem Caſtr.nu.1.& nu.3.verſ.item hanc.

Et manifeſtè ſatis probatur hic caſus reſponſo Papiniani in d.l.auiæ.in prin.cuius verba hæc ſunt:

*Auia,quæ nepotem ſub conditione emancipationis pro parte hæredem inſtituerat, ita poſteà in codicillis ſcripſit. Hoc amplius nepoti meo,quàm quod eum hæredem inſtitui,lego prædia illa. Conditionem emancipationis repetitam videri placet: quamuis auia nullam in legatis, vt in hæreditate,ſubſtitutionem feciſſet. Nam & cum ſeruus purè quidem liber hæres autem ſub conditione ſcriptus,etſi hæres non extiterit,legatum accipere iuſſus eſt,in legato repetitam videri libertatem,Diuus pius reſcripſit.*

Hanc Papiniani ſententiam & Diui Pij reſcriptum commemorauit & comprobauit Marcianus in l.cum ſeruus.ff.de condit.inſtit.his verbis.

*Cùm ſeruus purè liber & hæres ſcriptus ſub conditione ſit, & ſi hæres non extiterit, legatum acceperit : in legato repetitam videri conditionem, Diuus Pius reſcripſit. Hac ratione & Papinia.ſcribit: cum auia nepotem ſub conditione emancipationis pro parte hæredem inſtituit, & poſteà codicillis ſcriptis hoc amplius ei legauit, quam quod hæredem eum inſtituit,repetitam videri conditionem emancipationis etiam in legato,quamuis in legato nullam, vt in hæreditate,ſubſtitutionem feciſſet.*

Hæc Marcianus, qui nil plus ſcripſit quàm quod à Diuo Pio reſcriptum & à Papiniano reſponſum eſt: Eorum verba ad literam penè retulit. In eo tantum diſſident Papinia. & Marcianus dum verba reſcripti Diui Pij referunt.Dixit Papinianus,Diuum Pium reſcripſiſſe, repetitā videri libertatem: Marcianus verò ſcripſit,repetitam videri conditionē,ſed verè nulla eſt differentia inter duo hæc libertatem & conditionē.

3 Nam conditionis † nomen pro re ipſa conditionata, ſeu ſub conditione relicta ſumitur.l.1.C.de pact.vbi Bar.& comprobauimus ſuprà in præſumpt.169.nu.3.

Et propterà idem eſt ac ſi dixiſſet Marcianus, repetitam videri libertatem,vel conditionem libertatis:ſicuti Papinianianus in d.l.auia.dixit, conditionem emancipationis. Et rectè quidem ſenſit Comenſ.in d.l.cum ſeruus.num.2.cùm dixit nomen illud,conditionem,eſſe exponendum,id eſt,libertatem.Et Comenſem ſecutus eſt Socin.Iun.in conſ.85.nu.13. lib.3.Imò idē ſcripſit,& ſi ſubdubius & Comenſis immemor

Ruinus in d.l auia.nu.3.Male tamen ſenſerunt prædicti, dum opinati ſunt duo hæc conditionem, & libertatem, differre. Non probo etiam Comenſis, & Ruini traditionem, cùm
4 dixerunt,quod ſicuti † conditio adiecta inſtitutioni non cenſetur repetita in ſubſtitutione,quę fit in defectum inſtitutionis.l.ſub conditione.ff.de hæred.inſtit.Ita etiam(inquit Comenſis,& probat Ruinus)conditio poſita in inſtitutione non cenſetur repetita in legato, quod eſt factum in defectum ipſius inſtitutionis. Hæc ſanè traditio vera non eſt : cùm repugnet verbis manifeſtis Papiniani in d.l. auia in princ.dum refert facti ſpeciem de auia, quæ legatũ reliquerat in defectum inſtitutionis & in eo voluit eſſe repetitam conditionẽ emancipationis.Nec repugnat text.ille.l.ſub conditione, quia loquitur in ſubſtitutione facta de alterius perſona:Nos verò de legato facto eidem inſtituto.

5 Extenditur primò hic † caſus, vt locum habeat etiam ſi in diuerſis & omninò ſeparatis orationibus facta eſt inſtitutio, & legatum. Nam adhuc conditio poſita in inſtitutione præſumitur repetita in legato.Ita Caſtren.in d.l.auia.num.3.verſ.
6 nec eſt curandum,qui ſcripſit, differentiam † eſſe inter legata, & prælegata, cum in legatis obſeruetur, vt conditio adiecta in vno, non pręſumatur repetita in altero ſeparato, etiam ſi adeſt dictio,item,repetitiua: vel copula, &, ſicuti diximus ſupra in præſumpt. . . in caſu.Diuerſum eſt in pręlegato,hoc eſt in legato facto in defectum inſtitutionis,vt in caſu noſtro.

7 Extenditur ſecundò, vt procedat † etiam in conditione emancipationis,de qua loquuntur.d.l.auia, & d.l.cum ſeruus, & etiam in alia quauis conditione.Ita Caſtr.in d.l.auia.nu.3. verſ.item habet locum, qui dixit, probari textu.l.vlt.§.vlt.ff. de doli mali & metus except.

8 Declaratur † primò,vt locum non habeat hęc præſumptio & regula,quando eiuſmodi eſſet conditio,quæ vitiaret legatum.Ita Caſtren.in d.l.auia.numer.3.& Natta.in conſil.459. num.4.lib.2.

Et ij quidem adducti ſunt text.l. ſi quis à filio.de leg.1.& l. cum ſeruus. ff. de cond. inſtit. de cuius tamen poſtremi reſponſi ſenſu ſcripſi ſupra.

9 Declaratur † ſecundò, vt non procedat quando legatum factum eſt ab eodem gradu:ſecus ſi à diuerſis.Nam tunc conditio non cenſetur repetita in ipſo prælegato. Ita Caſtren.in d.l.auia.nu.3.verſ alia limitatio, qui ſic interpretatus eſt.l.ab omnibus.§.cum quidam.de leg.1.Et Caſtrenſem ſecutus eſt Ruin.in conſ.176.num.13.lib.2.

10 Declaratur † tertiò, vt locũ habeat hæc pręſumptio,quando inſtitutio ipſa conditionalis pręcedit, & prælegatum ſubſequitur: ſecus verò ſi pręlegatum ſimpliciter factum pręcedit: & inſtitutio conditionalis ſequitur.Ita glo.in l.filium.ff. quando dies leg.ced.Caſtren.in d.l. auia.nume.3.verſ.alia limitatio eſt.Rom.in ſing.672.ſcis,quod:Ruinus in conſ.176. num.13.lib.2.Natta in conſil.459.nu.3.lib.2.Et hac pro declaratione perpendi ſolet.d.l.filium.

Verum pręcitato in loco Caſtrenſis ſcripſit, in d.l. filium, præceſſiſſe inſtitutionem, & deinde legatum ſimpliciter factum, poſtmodum conditionem fuiſſe ipſi inſtitutioni adiectam. Et ideò non cenſetur adiecta legato:cum ſatis manifeſtè conſtet de mente defuncti,quod voluerit adiicere conditionem inſtitutioni tantummodò:non autem prælegato.

Rectius declaratio hęc probari videtur ea ratione, qua vſus eſt Caſtren.in d.l.auia:cùm dixit, maioris virtutis eſſe aliquid eſſe reſpectu ſequentium, vt influat in illa, quàm econtra, vt ad præcedentia referatur.l.quiſquis. de leg.3.vbi Bart.

11 Declaratur quartò,vt locum † non habeat quando inſtitutio conditionalis facta eſt in teſtamento : legatum verò ſimplex in codicillis. Hoc ſanè caſu conditio illa poſita in inſtitutione non cenſetur repetita in legato. Ita tradunt Caſtr.in d.l.auia.num.3.verſ.item hanc legem.

Et ij quidem ſic intelligunt,d.l.auia.in princ.vbi conditio repetita dicitur in codicillis : quia teſtator vſus fuerat verbis illis.

12 Hoc amplius, quæ † repetitiua ſunt præcedentis qualitatis & conditionis, ſicuti multorum ſententia probaui ſupra in pręſumptio. . . Si ergo in codicillis nulla extant verba repetitiua,locus non eſt ipſi repetitioni.

Cæterùm hac de declaratione non parum dubito:cùm Papinianus in d.l.auia.in princ.duos hos caſus æquiparet, quod ſcilicet inſtitutio conditionalis facta ſit in teſtamento : legatum verò ſimplex in codicillis:Et caſum illum,quod in teſtamento inſtitutio ſit ſub conditione,ſi ſeruum manumiſerit,vt cenſeatur repetita illa conditio in legato facto in eodem teſtamento.

13 Secundus eſt caſus, è † contra, quando conditio appoſita fuit in pręlegato particulari, an repetita pręſumatur in ſubſtitutione de eadem perſona facta? Hoc ſanè caſu non pręſumi factam repetitionem ſcripſit Caſtren.in d.l. auia.in princ. numero ſecundo.ff. de cond.& demonſtr. Non enim(inquit ille)conſiderari poteſt ratio,qua dicẽdum ſit, repetitam magis cenſeri conditionem à legato particulari in inſtitutione quàm ab vno legato in altero,in quo,vt diximus ſupra in pręſumptione,in primo caſu,non admittitur repetitio.Idem reſpondit Pariſ.in conſil.87.numer.40.libro ſecundo,& ſi Caſtrenſis immemor fuit. Ab his tamen diſſentit Ruinus in d.l. auia.num.3.

14 Declaratur † hic caſus,vt locum non habeat ex pręſumpta voluntate teſtatoris,ſicuti in caſu, de quo reſpondit Caſtren. in conſil.11.ſuper primo quęſito.num.3.lib.2. Teſtator legauit vxori vſumfructum,ſi vitam vidualem egiſſet:deinde eam in omnibus bonis hæredi inſtituto ſimpliciter ſubſtituit.Reſpondit Caſtrenſis conditionem viduitatis legato adiectam pręſumi repetitam in ſubſtitutione : quia pręſumendum eſt, quod ſicuti teſtator odio habuit ſecundas vxoris nuptias in legato:multò magis eas ſit deteſtatus in ſubſtitutione bonorum & proprietatis, alioqui ad ſecundas nuptias maiori præmio inuitata fuiſſet mulier.Caſtrenſem ſecuti ſunt Ruinus in conſil.84.num.9.lib.2.& Crauet.in conſil.608.num.decimo, lib.4. Et ſi diſſentit Natta.in conſil.459.nu.6.verſ. Non obſtat,ſi adducatur.lib.2.

15 Tertius eſt caſus,quando † conditio adiecta fuit in legato ſeu fideicommiſſo vniuerſali, an cenſeatur repetita in ſubſtitutione directa? Hoc caſu repetitam pręſumi ſcripſit Caſtr. in d.l.auia.in prin.nu.2.qui ſic intellexit.text.l. Latinus Largus.de leg.2. vbi Bart. Comenſis tamen ibidem aliter interpretatus eſt.

## PRÆSVMPT. CLXXX.

Conditio & qualitas adiecta vni legato an & quando in altero repetita præſumatur.

### SVMMARIVM.


1 *Conditio adiecta in vno legato an & quando cenſeatur repetita in altero.*

2 *Conditionis & qualitatis repetitio non ita facile admittitur in legatis ſicut in ſubſtitutione.*

*Coniecturis autem idem poteſt, quæ vel deſumantur à verbis ſeu dictionib. copulatiuis, vel ab vno verbo, quo orationes perficiuntur:vel à rationis identitate.num.3.& 4.*

*Dictio,Item, eſt repetitiua præcedentis verbi ſui natura, non autem qualitatum.*

*At quandoque eſt repetitiua qualitatum : & aliquando ſolum continuatiua.num.6.*

7 *Conditio nunquid cenſeatur repetita in legatis, quando identitas rei extat, quæ legatum, & perſonarum à quib.& quib.ſit legatum,ſed verba diriguntur ad diuerſas perſonas,*

*Quid ſi in huiuſmodi caſu verba diriguntur ad eandem perſonam. num.8.*

*Quid ſi adeſt identitas rei quæ legatum, & perſonæ cui ſit legatum, & oratio eſt perfecta, ſed eſt diuerſitas perſonarum, à quibus relinquitur.num.9.*

*Conditio adiecta in vno legato an cenſeatur repetita, quando ſecunda oratio qua ſit legatum à ſecũda perſona,eſt imperfecta.*

*Quid ſi adeſt identitas rei quæ legatum, & perſonæ,à quib.legatum,ſed eſt diuerſitas perſonarum,quib.ſit legatum.num.11.*

*Et quid quando ſecunda oratio eſt imperfecta.num.12.*

13 *Conditio non cenſetur repetita in legatis, quando adeſt identitas perſonarum,ſed diuerſitas rerum, & orationes ſunt perfecta.*

*Idem & multo magis, quando inter vnam & alteram orationem perfectam factum eſſet legatum alteri diuerſæ perſonæ.nu.14.*

*Si autem ſecunda oratio eſt imperfecta, ſuppletur oratio ex præcedenti.nu.15.*

16 *Conditio non cenſetur repetita in legato,quando adeſt rei identitas,ſed diuerſitas perſonarum,quibus legatur.*

*Quid ſi ſecunda oratio eſt imperfecta.nu.17.*

19 *Conditionis repetitio in legato non eſt neceſſaria,quando repetitio non congruit ſequenti legato,& ſi reliqua omnia, quæ repetitionem ſolent inducere concurrant.*

20 *Conditio appoſita in ſecundo legato an referatur ad præcedens: & num.21.*

22 *Dictionum,quod ſi,ſin autem,ſi verò,natura.*

23 *Conditio adiecta legato hoc modo,lego Titio fundum : quòd ſi deceſſerit ſine liberis, deueniat in Sæium : Item lego Sempronio fundum,an cenſeatur repetita in legato Sempronij.*

24 *Dictio,&,ſui natura eſt copulatiua, & non multum differt à dictione,item : & nunquid inducat repetitionem præcedentis cõditionis & qualitatis.*

25 *Conditio cenſetur repetita in ſequenti legato, quando dictio,&, ponitur inter duas res eidem legatas in vna oratione & conditio vtrique rei congruit.*

*Et id procedit,ſiue inducatur diminutio,ſiue augmentum legati. num.26.*

*Secus ſi conditio non conuenit vtrique rei.nu.27.*

28 *Conditio adiecta legato facto vxori, donec caſtè vixerit, & cum filijs teſtatoris habitauerit,non cenſetur repetita in legato facto eidem,mortuis filijs teſtatoris.*

29 *Conditio non cenſetur repetita in ſequenti legato, quando dictio, &,ponitur inter res diuerſas eidem legatas in diuerſis perfectis orationibus.*

30 *Dictio,&,quando ponitur inter duas orationes perfectas, non ſtat copulatiuè,ſed continuatiuè.*

31 *Conditio,minimè,cenſetur repetita in ſequenti legato, quando in ſecunda oratione perfecta teſtator aliam diuerſam conditionem à prima appoſuiſſet.*

32 *Conditionis repetitio in ſecundo legato ſubintelligitur, quando coniecturis & ex præſumpta mente teſtatoris inducitur repetitio.*

*Vt ſi aliàs diſpoſitio redderetur inutilis.nu.33.& 35.*

34 *Conditio adiecta legato libertatis cenſetur repetita in ſubſequẽti legato,ne alioqui pereat.*

36 *Clauſula,quæ alioqui ad omnia præcedentia non refertur,referri tamen debet, ne diſpoſitio reddatur inutilis : vel ſi aliquod ſequeretur abſurdum.*

37 *Conditio in ſequenti legato cenſetur repetita, quando dictio, &, ponitur inter res diuerſas eidem legatas in diuerſis orationibus,quarum vna eſt imperfecta.*

*Idem quando dictio, &, reſpectu vnius rei ponitur inter diuerſas perſonas in vna oratione,& conditio vniformiter vtrique conuenit.num.38.*

39 *Conditio in legato cenſetur repetita, quando dictio,&, reſpectu vnius rei ponitur inter diuerſas perſonas in vna oratione,ſed conditio vniformiter non conuenit vtrique.*

*Idem quando dictio,&,ponitur reſpectu eiuſdem rei inter diuerſas perſonas in vna oratione,& ponitur poſt ipſas perſonas nominatas,& conditio vtrique conuenit.num.40.*

*Idem quando dictio,&, ponitur inter duas res & inter duas perſonas in vna oratione, & conditio vtrique conuenit.nu.41.*

*Idem quando dictio, &, ponitur inter duas orationes perfectas. num.42.*

*Idem quando cum dictio, &, coniungitur dictio, etiam, nu.43.*

*Idem quando diuerſæ res à diuerſis grauatis præſtandæ relictæ ſunt eidem perſonæ in oratione imperfecta.nu.44.*

45 *Dictio,cum,ſui natura repetitionem inducit ſecus,vt infrà num. 46.& 47.*

*Conditio adiecta legato cum dictione, cum, cenſetur repetita in ſecundo legato.ibid.*

*Secus eſt fauore libertatis.nu.46.*

*Et Secus,quando dictio, cum, ponitur inter duas perſonas affines, & ſanguine coniunctas.num.47.*

48 *Dictio, eo amplius,repetitionem antecedentis qualitatis & conditionis legato adiecta in ſequenti legato inducit.*

*Extende,etiam quando qualitas & conditio adiecta fuit ſequenti,non autem præcedenti legato.nu.49.*

*Et idem quando dicta dictio eſt appoſita in codicillis, vt referatur etiam ad legatum, in teſtamento eidem perſonæ factum, ſi modo in codicillis nil extat, ad quod dictio hæc referri poſſit. num.50.*

51 *Dictio,ſed,verò,autem,& his ſimiles,quæ ſui natura ſunt aduerſatiuæ,repetunt qualitates & conditiones præcedentis legati & diſpoſitionis in ſubſequentem.*

*Idem de dictione,etiam,implicatiua.nu.52.*

*Idem de dictione,vltra num.53.*

54 *Relatiuum, quod, eſt repetitiuum conditionis & qualitatis præcedentis legati in ſubſequens.*




1 DISSERAMVS nunc † opportuno hoc in loco, an & quando conditio & qualitas aliqua vni legato adiecta præſumatur atque cenſeatur repetita in altero? Hac de diſputatione ſcripſit poſt alios multa Mantica in lib.10. de coniecturis vltimarum voluntatum.tit.6.num.12.His ſcriptis & ego committam quæ aliquando obſeruaui.Et primum quidem dicimus totam hãc
2 non ita facilè admitti † repetitionem qualitatis & conditionis in legatis, vt in ſubſtitutione: ſicuti ſenſit Caſtren.& in conſ.88. Viſo legato.col.2.verſ.reſtat nunc.lib.1. Dicimus
3 etiam totam hanc † diſputationem coniecturalem eſſe,ſicuti & præcedentes,vt ſcripſerunt Bart.in l.Sæiæ.§.Caio.nu.2.ff. de fundo inſtr.inſtrumentoque leg.Decius in conſ.190.col. 4.ver.ſeptimo,quod,& alij,quos congeſſi in conſ.117.nu.60. lib.2.& in ſpecie noſtra egregiè reſponderunt Caſtr.in conſ. 153.ſuper primo quæſito. libro 1. Crottus in conſilio 353. numero tertio.& alios plures recenſet Craue.in conſilio.608. num.9.

4 Porrò † coniecturæ repetitionis qualitatis & conditionis deſumuntur vel à verbis ſeu dictionibus copulatiuis : vel ab vno verbo,quo orationes perficiuntur : vel à rationis identitate:Sicuti reſpondit Baldus in conſil.153.Quidam teſtator. libro 5.quem ſecutus eſt Bero.in conſil.32.num.8.libro 2.& ſi corruptè Baldi reſponſum allegauit.

Vnicum tantum caput de verbis ſeu dictionibus conſtituam,cui annectam quæ de orationibus perfectis & imperfectis,& de identitate rationis dici poſſunt : ſicuti viſus eſt totam hanc diſputationem explicare Bart.in l.in repetendis.de leg.3.& in d.l.Sæiæ.§.Caio,cuius ordinem ſequar.

5 Et primò quidem agendum † eſt de dictione illa.Item,quę ſui natura eſt repetitiua præcedentis verbi, non autem qualitatum.d.l.in repetẽdis.de leg.3.& ibidem Bar.nu.2.ver.quæ-
6 ro vidimus. Eſt tamen aliquando † repetitiua etiam qualitatum, aliquando verò ſolùm continuatiua. Quod vt faciliùs explicetur atque intelligatur, vnà cum ipſo Bart.in d.l.in repẽtendis,diſtinguo atque conſtituo plures caſus.

7 Primus quorum eſt, † quando extat identitas rei quæ legatur,& perſonarum, à quibus & quibus ſit legatum, ſed verba diriguntur ad diuerſas perſonas, vt ſi teſtator dicit : Lego Titio fundum Sæianum, ſi nauis ex Aſia venerit. Itẽ fundum Sæianum Titio hæres dare damnas eſto.

Hic enim verba diriguntur ad diuerſas perſonas. Illa enim prima verba,lego Titio fundum Sæianum referũtur ad ipſum Titium, Illa verò ſecunda, Item fundum Sæianum Titio hæres dare damnas eſto,referuntur ad perſonam hæredis. Hoc itaque in caſu inquit Bart.in d.l.in repetendis.col.1.verſ.primo enim caſu cenſetur repetita conditio & qualitas, qui ita intelligit.d.l.in repetendis.& ait,eſſe verum ſenſum.

8 Secundus eſt caſus,quando † eſt identitas rei quæ legatur, & perſonarum à quibus, & quibus ſit legatum, & verba diriguntur ad eandem perſonam,vt putà teſtator ita dixit : Lego Titio fundum Sæianum, ſi nauis ex Aſia venerit. Item lego Titio fundum Sæianum.Hoc in caſu non eſt quærendum, an ſit inducta repetitio : ſed potius, an teſtator voluerit ſeipſum corrigere.Et ideò inquit Bart.in d.l.in repetendis.col.1.verſ. & ad declarationem, eſt diſtinguendum ſecundum tex.l.nam ad ea.ff.de condit.& demonſtr. quod aut incontinenti idem dictum fuit:Et tunc non inducitur correctio,ſed dicitur quodãmodo geminatè locutus teſtator. Si verò ex interuallo idẽ

 legatum

legatum eſt,vt puta ſi teſtator dixit:Lego Titio fundum Sæ-
ianum,ſi nauis ex Aſia venerit.Item lego Sæio domum. Item
lego Titio fundum Sæianum. Hoc caſu nulla inducitur repe-
titio quò ad conditionem,ſed correctio : Nam teſtator quod
legauerat ſub conditione,legaſſe deinde dicitur purè.Ita Bar.
intelligit.d.l.nam ad ea.Et ſecutus eſt Soci.Sen.in conſ.92.nu.
8.lib.1.

9 Tertia eſt caſus,quando † eſt identitas rei quæ legatur , &
perſonæ cui fit legatum & oratio eſt perfecta : ſed eſt diuerſi-
tas perſonarum à quibus relinquitur , vt putà , teſtator inſti-
tuit duos hæredes,Caium & Sempronium , deinde ita Sæio
legauit.Lego Sæio fundum Tuſculanum , quem ſi nauis ex
Aſia venerit,à Caio præſtari volo,deinde ita ſubiuuxit : Item
Sempronius damnas eſto dare fundum Tuſculanum Sæio:
Hoc in caſu,illa conditio , ſi nauis ex Aſia venerit , non cen-
ſetur repetita in hoc ſecundo legato à Sempronio præſtan-
do.Ita docuit Bar.in d.l.in repetendis columna 1.verſ.quan-
doque eſt identitas ex parte perſonæ,& columna 2.verſ.ſecũ-
do caſu:& idem reſpondit Aretinus in conſ.1.nu.9.Ea ratio-
ne vſus eſt Bar.quia hic videtur quodammodo in duobus te-
ſtamentis factum legatum,vt in l.quid ergo.§.ſi quis duos.de
leg.1.Eſt & alia ratio,quia cum ſecunda oratio & clauſula ſit
perfecta non admittitur repetitio , vt dicemus infra in ſexto
caſu.

10 Quartus eſt caſus, quando † ſecunda oratio , qua fit lega-
tum à ſecunda perſona,eſt imperfecta,vt ſi teſtator ita dixit.
Lego Sæio fundum Tuſculanum à Caio præſtandum , ſi na-
uis ex Aſia venerit.Item Sempronius damnas eſto dare. Hoc
caſu intelligitur repetita conditio in Sempronio , ac ſi dixiſ-
ſet.Item Sempronius damnas eſto dare fundum Tuſcula-
num Sæio,ſi nauis ex Aſia venerit.Sic declarauit Bar.in d.l.
in repetendis.columna 2.verſ.ſecundo caſu.Nam cùm ſecun-
da oratio adiecta per dictionem,item ſit defectiua & imper-
fecta,ſuppleri debet ex præcedenti cum ſuis qualitatibus.l.1.
in princ.ff.de publica.& vectigal.vbi idem Bar.& Imola.nu.
2.& l.3.ff.ad l. Iul.de vi publ.Et hoc in caſu ait Bart.ſic etiam
poteſt intelligi.d.l.in repetendis.& Bar.ſecuti ſunt.Soc.Iun.
in conſilio 139.numero octauo,verſ.& quod relatio libro pri
mo.Rui.in conſ.37.numero quarto,& in conſi.84.numero 8.
libro ſecundo. Verum repugnare videtur quod ſcribit Bal-
dus in l.ſi Fortidianum.num.2.verſic.ſecus ſi imperfectum.
C.de lega.cùm dixit,hanc dictionem, item repetere quidem
verbum principale,ſed non qualitates præcedẽtis orationis.

11 Quintus eſt caſus,quando † eſt identitas rei,quæ legatur,
& perſonæ à qua legatur,ſed eſt diuerſitas perſonarum , qui-
bus fit legatum,vt ſi teſtator ita dixit:lego Sæio fundum Tuſ
culanum,ſi nauis ex Aſia venerit. Item lego Caio fundum
Tuſculanum.Hoc in caſu non inducitur repetitio , ſic Bar.in
d.l.in repetendis.colu.2.verſic.3.caſu.Et Bar.ſecuti ſunt alij,
quos congeſi in conſilio 152.num.44.lib.2.

12 Declaratur hic † caſus,vt locum non habeat , quando ſe-
cunda oratio eſt imperfecta,vt ſi teſtator ita dixit.Lego Sæio
fundum Tuſculanum,ſi nauis ex Aſia venerit.Item Caio fun
dum Tuſculanum.Hoc caſu cum oratio imperfecta ſit ratio-
ne verbi , ſuppletur verbum cum qualitatibus ſequentibus,
ac ſi dixiſſet.Item Caio fundum Tuſculanum lego,ſi nauis ex
Aſia venerit.Ita declarat Bar.vbi ſupra quem ſecutus eſt A-
ret.in conſ.1.num.10.

13 Sextus eſt caſus, quando † eſt identitas perſonarum:ſed di
uerſitas rerum,& orationes ſunt perfectæ,vt ſi teſtator ita di-
xit.Lego Titio fundum,ſi nauis ex Aſia venerit. Item eidem
lego domum.Hoc caſu non inducitur repetitio conditionis.
Ita Bart.in d.l.in repetendis.col.2.verſ. quandoque eſt iden
titas perſonarum,& in conſ.39.Cola reliquit.lib.1.Comenſ.
in conſ.22.Teſtator legauit.col.1.verſ. item additur, & idem
in conſ.47.Teſtator. Ruin.in conſ.84.num.9.libr.2.Pariſ.in
conſ.87.num.45.lib.2.Curtius Iunior in conſ.102.nu.4.Cra-
ue.in conſ.216.num.14.verſ.ſecundò,& in conſ.289.nume.4.
qui eiuſdem ſententiæ alios recenſet & Natta in conſ.379.
num.12.& in conſ.459.num.8.lib.2.

Et ij quidem moti ſunt tex. l. qui fundum. ff.de contrah.
14 emp.& tex.l.2.§.1.ff.vi bono.rapt.Et hic quidem caſus † mul-
to magis procedit,quando inter vnam & alteram orationem
perfectã factũ eſſet legatũ alteri diuerſę perſonę ſicuti reſpon
derunt Bar.in d.conſ.39.col.lib.1.& Ruin.in d.conſi.84.nu.
9.verſ.& potiſſime.lib.2.Præterea multo magis procedit in
conditione tacita à lege ſubintellecta, quæ nunquam repeti-
ta cenſetur.Ita Roma.in ſing.237.Dico tibi.

15 Septimus † eſt caſus,quando ſecunda oratio eſt imperfe-
cta,vt ſi teſtator dixit.Lego Titio fundum,ſi nauis ex Aſia ve
nerit,item eidem domum. Hoc caſu (inquit Bar vbi ſupra)
ſuppletur oratio ex præcedenti,& ideò fit repetitio verbi, le-
go,cum ſuis qualitatibus,vt diximus etiam ſupra.Et affertur
tex.l.Sæiæ.§.Caio.ff.de fundo inſtr.inſtrumentoque lega.v-
bi Comenſis Natta & Crane.vbi ſupra.

16 Octauus eſt † caſus,quando eſt identitas rei,ſed diuerſitas
perſonarum,quibus legatur , vt ſi teſtator dixit : lego Titio
fundum,ſi nauis ex Aſia venerit.Item eundem fundum lego
Caio.Hoc caſu non intelligitur repetita illa conditio in lega-
to facto Caio.Ita Bar.in d.l.in repetendis. columna 2.verſic.
quandoque eſt identitas rerum,ſed diuerſitas perſonarum.Et
Bar. ſecuti ſunt Baldus in conſi.58.In reſtitutione dotis.col.
2.verſ.ſuper primo puncto.lib.2.Imola in l.1.in prin.nume-
ro 2.& ibidem Roma.ff.de publica.& vectigal.Capra in cõſ.
60.num.2.& 9.Rui.in l.quæ conditio. nume.2.verſ.primò.ff.
de cond.& demon.Et ratio eſt,quia vtraque oratio eſt per-
fecta,ob id vna nil mutuatur ab altera.

17 Nonus eſt caſus quando † ſecunda oratio eſt imperfecta,
vt ſi teſtator dixit.Lego Titio fundum,ſi nauis ex Aſia vene-
rit.Item eundem fundum Caio.

Hoc ſane caſu cum ſuppleri debeat verbum,lego,in ſecun
da hac oratione,illud ſupplebitur cum ſuis qualitatibus , at-
que ita cum conditione illa.Sic declarant Bar.& Baldus vbi
ſupra.Et hæc quidem locum habent,niſi conſtet coniecturis
aliam fuiſſe mentem teſtatotis.Ita Capra in d.conſi.60.nu.9.

18 Decimus eſt caſus,quando † repetitio conditioni non con
gruit ſequenti legato , & ſi reliqua omnia quæ repetitionem
ſolent inducere,concurrunt.vt ſi teſtator ita dixit. Lego vxo-
ri meæ redditus annuos fundi Tuſculani,donec caſtè & ho-
neſtè vixerit. Item eidem domum.Hoc caſu illa conditio,vel
qualitas, donec caſtè vixerit , non præſumitur repetita in le-
gato domus.Ita docuit Bar.in d.l.repetendis.columna ſecun-
da,verſ.item aduerte.de leg.3.Idem Bar.in conſ.39.Teſtator
reliquit vxori.lib.1.quem quidem ſecuti ſunt Caſtrẽ.in conſ.
88.Viſo legato col. 2.verſ.tertiò facit.lib.1.Soci.Sen.in conſi.
10.num.26.lib.1.Crottus in conſ.353.num.6.æque.nu.19.verſ.
non obſtat.in Inſt.de actio.Pariſ.in conſ.95.num.31.lib.2.Be-
ro in conſi.32.nume.6.libr.2.& Natta in conſilio 459.numero
ſexto libro ſecundo.

Ea ratione vſi ſunt,quod prædicta conditio adiecta primo
legato non eſt extinctiua alicuius legati : ſed impedit origi-
nem pro ſubſequentibus annis.l.qui concubinam.§.vxori.
19 de leg.3.Quod ſanè impedimentum † ceſſat in legato de do-
mo quod vnicum tantum.eſt : vnde hæc repetitio pro ſubſe-
quentibus annis eodem modo non conuenit , l.cum pater.§.
cum imperfecta.de lega.2. Quo textu adductus ſimile in di-
ctione,& ſcripſit Bart.in l.Sæiæ.§.Caio.nume.2.ff.de fundo
inſtr.inſtrumentoque lega.de quo dicemus infra in dictione,
& in ſecundo caſu. His intelligimus , hanc eſſe receptam &
veram ſententiam,& ſi ab ea diſſentiunt Caſtren.in conſ.11.
ſuper primo quæſito in ſecundo dubio.lib.2.Rui.in conſ.84.
col.2.circa medium.lib.2.& Craue.in conſ.608.nume. 10.&
col.pen.verſ.tertium item.Horum argumenta vt fragilia cõ-
futauit Natta in d.conſ.459.numero 6.

20 Vndecimus eſt caſus , †.quando conditio eſt appoſita ſe-
quenti legato an referatur ad præcedens, vt ſi teſtator ita di-
xit:lego fundum Caio,item eidem Caio lego domum , ſi na-
ius ex Aſia venerit.Hoc in caſu conditio appoſita legato do-
mus non refertur ad legatum fundi.Ita docuit Barto.in d.l.in
repetendis.col.2.verſ.quæro vidimus.de leg.3. Et ſimile tra-
dit Roma in ſing.672.ſcis , quod conditio.de quo dicemus
infra in præſump.180.

Ea ratione motus eſt Barto.quia dictio item non repetit
rem,ſed ſolùm actum verbi , & ideo ipſa qualitates non re-
petit.d.l.in repetendis.

21 Duodecimus eſt caſus,quando † teſtator fecit plura legata
hoc modo, inſtituo Caium hæredem quod ſi , vel,ſin autem
Caius deceſſerit ſine filiis relinquo Titio cẽtũ.Item relinquo
Sæio



Sæio fundum. Item Sempronio domum , an in ſequentibus
legatis poſt primum præſumatur repetita illa conditio, ſi Ca-
ius deceſſerit ſine filiis? Bar.in d.l.in repetendis.col.2.verſic.
quæro pone.de lega.3.docuit,dici repetitam. Et Barr.ſecuti
ſunt Capra in conſil.60.nu.3.& Pariſ.in conſ.87.nu.42.lib.2.

22 Ea ratione † vſus eſt Bar.quia aduerſatiua,ſi,vel ſin autem,
ſi verò,& ſimiles aduerſantur præcedentibus : atque ita ſigni-
ſicant quandam orationem , ac ſi dixiſſet teſtator , hæredem
non grauo plus ſi vixerit quam ſi deceſſerit.l.ſi ita ſcriptum.
in princ.ff.de lib.& poſth. vbi illa verba , ſi verò filia mea na-
ſcetur,hoc ſignificant,ſcilicet,ita quod nõ filius.Ita ergo iſto
in caſu,illa oratio ſubintellecta , hæredem non grauo,&c.re-
fertur ad omnia ſubſequentia legata.d.l.ſi ita ſcriptum,& l.ta-
lis ſcriptura.§.vlt.de leg.1.

23 Decimus tertius eſt † caſus,quando illa aduerſatiua appo-
neretur ad aliud legatum,vt ſi teſtator dixiſſet,lego Titio fun
dum,quod ſi deceſſerit ſine liberis,deueniat in Sæium. Item
lego Sempronio fundum. Hoc enim caſu illa conditio quali-
ficat tantummodò legatum factum Titio reſpectu perſonæ
Sæij,non autem ſubſequens factum Sempronio. Ita Bar.in d.
l.in repetendis.in fi.& in l.ſi ita ſcriptum.in fi.princ.ff.de lib.
& poſth.Ruin.in conſ.176.num.8.lib.2.& Gerardus Mazol-
lus inter conſilia Socini Iunioris in conſ.144.num.39.& 41.
lib.3.Et alia ad rem dicemus infrà , vbi diſſeremus de aduer-
ſatiua,ſed,&,verò.

24 Dictio,&,quæ ſui † natura eſt copulatiua,nõ multum diſ-
fert à dictione , item , de qua iam diximus. Porrò an inducat
repetitionem antecedentis conditionis & qualitatis diſtin-
guit Bart.in l.Sæiæ.§.Caio.ff.de fundo inſtructo inſtrumen-
toque legato,duo capita,quorum primum eſt,quando dictio,
&,ponitur inter res , ſecundum quando ponitur inter perſo-
nas.Ego aliquot caſus ita magis diſtinctè conſtituo.

25 Primus eſt , quando † dictio, &, ponitur inter duas res ei-
dem legatas in vna oratione , & cõditio vtrique rei congruit,
vt ſi teſtator dicit : Lego Titio fundum, ſi nauis ex Aſia vene-
rit,& domum. Hoc caſu conditio adiecta legato fundi cenſe-
tur repetita in legato domus.Ita Bar.in d.l.Sæię.§.Caio.nu.1.
verſ.ſed ſi eſſet aliqua:quem ſecuti ſunt Are.in conſ.1.num.12.
Iaſ.in conſ.vlt.col.1.lib.4.Ruin.in conſ.15.num.8.lib.1.& in
conſ.64.num.8.lib.2.& in conſ.115.nume.6.lib.3.Gozad.in
conſ.82.num.9.& Soci.Iun.in conſ.71.num.4.lib.3.& Bero.
in cõſ.120.nu.66.lib.2. Et ij adducti ſunt ex d.§.Caio.& arg.
l.in repetendis.de leg.3.& diximus ſuprà.

26 Extẽditur hic caſus,vt † procedat ſiue repetitio ipſa indu-
cat diminutionem,ſiue augmentum legati. Ita Barto.in d.§.
Caio.num.1.

27 Secundus eſt caſus,quando † dictio,&,ponitur inter duas
res, eidem legatas in vna oratione:ſed conditio , vel qualitas
non conuenit vtrique rei,vt ſi teſtator ita dicit : Lego Titio
fundum inſtructum,& centum. Illa qualitas,inſtructum,non
congruit,legato pecuniarum, & ideò non cenſetur repetita.l.
cum pater.§.cum imperfecta.leg.2.Ita Bar.in d.§.Caio.nu.2.
Afferri poteſt melius exemplum , de quo diximus ſuprà in ſe-
ptimo caſu dictionis,item, vt ſi teſtator ita dicit : Lego vxori
meæ redditus annuos fundi Tuſculani , donec caſtè & hone-
ſtè vixerit,& eidem domum.Hoc enim caſu,illa conditio,do-
nec caſtè vixerit,non cenſetur repetita in legato domus,cum
ei non congruat,vt declarauimus in dicto ſeptimo caſu.Hunc
28 caſum probauit † etiam Baldus in conſ.153.Quidam teſtator.
col.vlt.verſ.modo in caſu noſtro.lib.5.cùm reſpondit, con-
ditionem adiectam legato facto vxori, donec caſtè vixerit,&
cum filiis teſtatoris habitauerit , non cenſeri repetitam in le-
gato facto eidem mortuis filiis teſtatoris.Idem cenſuit Bero.
in conſ.32.nu.6.& 8.lib.2.

29 Tertius eſt caſus, quando † dictio,&, ponitur inter res di-
uerſas eidem legatas in diuerſis perfectis orationibus , vt ſi
teſtator ita dicit: lego Titio fundum ſi nauis ex Aſia venerit.
& eidem relinquo domum.Hic duæ ſunt orationes perfectæ.
Hoc caſu conditio illa appoſita legato fundi non cenſetur re-
petita in legato domus.Ita Bar.in d.l.Sæiæ.§.Caio.nu.2.ver.
ſecundo caſu,quem ſecuti ſunt Alex.in conſ.66.num.6.lib.3.
Soc. Senior in conſ 10.num.26.conſ.92.nu.9.ver.tertio con-
firmatur.lib.1.& in conſ.22.col.2.verſ.confirmatur iſta.lib.3.
Pariſ.in conſ.87.nu.48.lib.2. & Craue.in conſ.608.nu.5.lib.
4.ex l.qui fundum.ff.de contrah.empt.& ex l.Iulius Paulus.
30 & l.cum ſeruus,ff.de condi.& demon.Eſt & ratio,qoia † quã-
do dictio,&,ponitur inter duas orationes perfectas , non ſtat
copulatiuè , ſed continuatiuè.l.is, qui ducenta.§.vtrum ff.de
reb.dubiis. Diſſentit tamen à Bar.Caſtren.in conſ.88. Viſo
legato.col.2.verſ.ſecundo facit contra.lib.1. Et hic quidem
31 caſus multo magis procedit & locum habet , quando † in ſe-
cunda oratione perfecta teſtator aliam diuerſam conditio-
nem à prima appoſuiſſet,ſicuti quando teſtator ita dixit : Re-
linquo vxori meæ vſumfructum bonorum donec caſtè & vi-
dualiter vixerit. Et caſu quo non poſſit dicta vxor habitare
cum hæredibus meis,ei relinquo centum.Hoc in ſecundo le-
gato centum non præſumitur repetita illa conditio viduita-
tis : ex quo appoſita eſt conditio illa,ſi habitare nõ potuerit.
Ita in ſpecie reſpondit Alexan.in conſ.66.nu.3.lib.3.adductus
tex.l.alumnæ.in prin.ff.de adim.leg.de quo dixi ſuprà in præ-
ſumpt.174. vbi explicaui , quando legatum præſumatur cum
eodem onere tranſlatum.Idẽ in ſpecie reſponderunt Comẽſ.
in conſ.22.colum.1.verſic.tum etiam quia , & in conſil.111.
col.2.ver.eo magis.Io.Anna.in conſ.8.num.5.ver.ſed his non
obſtantibus.Crottus in conſ.353.n.1.in fi.Natta in conſ.459.
nu.4.lib.2.& Cepha.in conſ.599.nu.16.lib.4.

32 Declaratur hic caſus , vt † locum non habeat , quando ex
præſumpta mente teſtatoris induceretur repetitio. Ita decla-
rant Bart.in d.§.Caio.nume.2.verſ.ſed ex præſumpta.Alex.in
conſ.47.num.3.lib.5.Ruin.in conſ.15.num.8.lib.1.& alij,quos
33 ſtatim referam.Afferri ſolet † exemplum,quando aliàs diſpo-
ſitio redderetur inutilis,vt in caſibus.l.Iulius Paulus.& l.cum
ſeruus.& l.Iulianus noſter.ff.de cond.& demon.vbi conditio
34 adiecta legato † libertatis cenſetur repetita in ſubſequenti
legato,ne alioqui pereat,& huius ſententiæ plures refert Cra-
ue.in conſ.70.num.4. Soci.Iun.conſ.98.num.41.lib.1. Alcia.
reſp.96.num.20.& clarè Alex.conſ.47.num.3.lib.5.Soc.Sen.
conſ.277.num.10.lib.2.& Neuiz.conſi.72.nu.18. & eiuſdem
ſententiæ alios retuli in conſ.111.num.8. & in conſ.117.num.
57.lib.2.Idem dicimus è contra non dari repetitionẽ,† quan-
35 do diſpoſitio redderetur inutilis & vitiaretur, vt reſponderũt
Baldus in conſ.153.col.vlti.verſ.item quia tacita.lib.5.& Io.
de Anna.in conſ.8.in fi.Eſt ſimile quod poſt Bar. & alios do-
36 cuit Iaſon in l.talis ſcriptura.num.40.de leg.1. vbi † clauſula,
quæ alioqui ad omnia præcedentia nõ refertur,referri tamen
debet,ne diſpoſitio reddatur inutilis. Qua de re dicemus in-
frà in ſubſequenti præſumpt. Poteſt conſiderari exemplum,
quando alioqui ſequeretur aliquod abſurdum. Ita in relatio-
ne qualitatis facienda ad præcedentem diſpoſitionem ſcribit
Iaſon in d.l.talis ſcriptura.num.40. verſic.quintò notabiliter
quem probauit in conſ.111.num.12. Et in ſpecie repetitionis
qualitatis & conditionis idem reſpondit Craue.in conſ.608.
num.11.qui alios commemorat.

37 Quartus † eſt caſus,quando dictio,&,ponitur inter res di-
uerſas eidem legatas in diuerſis orationibus , quarum vna eſt
imperfecta,vt ſi teſtator dixit:Lego Titio fundum,ſi nauis ex
Aſia venerit , & eidem domum. Hoc caſu cenſetur repetita
conditio in ſequenti legato domus.Ita Bar.in d.§.Caio.num.
2.verſ.ſed hoc verum.& Bar.ſecuti ſunt Soci.Sen.in conſ.22.
col.2.verſ.confirmantur iſta.lib.3.& Ruin.in conſ.37.num.4.
lib.2.& in conſ.115.num.6.lib.3.

38 Quintus eſt caſus , quando † dictio, &, reſpectu vnius rei
ponitur inter diuerſas perſonas in vna oratione & conditio
vniformiter vtrique conuenit,vt ſi teſtator dixit: Caio,ſi na-
uis ex Aſia venerit,& Sempronio fundum lego. Hoc in caſu
cenſetur repetita conditio in perſonam Sempronij. Ita Bart.
in d.l.Sæiæ.§.Caio.num.5.verſ.primo caſu. quem probarunt
multi à me congeſti in conſilio 117.num.61.lib.2.Et illis ac-
cedunt Are.in conſ.1.num.13.Riminal.Sen.in conſ.179.num.
4.lib.1.Curt.Iun.in conſ.164.nu.3. & in conſ.321.nu.24.Lud.
Molina in lib.3.de Hiſpanorum primog.115.nu.59. Ita etiam
qualitatem maſculinitatis cenſeri repetitam in ſubſtit.facta
filiis maſculis & nepotibus,vel deſcendentibus Ruin.in conſ.
116.nu.6.lib.3.& in conſ.15.nu.8.lib.1.Rationem huius caſus
retuli in conſ.116.nu.56.lib.2.

39 Sextus eſt caſus,quando dictio,† &,reſpectu vnius rei po-
nitur inter diuerſas perſonas in vna oratione : ſed conditio
vniformiter nõ conuenit vtriq;,vt ſi teſtator ita dixit:inſtituo
Caium

Caium hæredem,& ſi hęres non erit,ei,& vxori meæ fundum lego.Hoc in caſu illa conditio,ſi hæres non erit, non cenſetur repetita in legato facto vxori.Ita Bart.in d.§.Caio.nume.5. verſ.ſi verò non poteſt etiam cum eo ſenſerunt Aret.in conſil. 1.num.6. Lud.Bolog.in conſi.74.columna 7.verſi. quandoque: Curtius Iun.in d.conſi.321.nume.20.& 24.& Alciatus in reſp.96.nu.30.

Et ij quidem adducti ſunt tex.l.vlt. §. Sæio.de leg.2.vbi illa conditio eſt poteſtatiua in perſonam ipſius Cai, quò verò ad perſonam vxoris eſt caſualis: atque ita difformis.Ruinus tamen in l.auia nume.2.ff.de cond.& demon.exiſtimauit aliter eſſe interpretandum.d.§.Sæio.vt apud eum. Et ſimile exemplum afferri poteſt ex Baldo in conſi.153. Quidam teſtator columna vlt.verſ.modo in caſu.lib.5.& de quo dixi ſupra in ſecundo caſu.

40 Septimus eſt caſus, quando † dictiò, &, ponitur reſpectu eiuſdem rei inter diuerſas perſonas in vna ratione, & ponitur poſt ipſas perſonas nominatas & conditio vtrique conuenit, vt ſi teſtator dixit.Lego Caio fundum,& Sæio,ſi nauis ex Aſia venerit.Hoc in caſu conditio refertur,atque ita complectitur vtriuſque perſonam. Ita Bart.in d.§.Caio.nume.5.verſi.ſed ſi conditio.& in l.mulier & Titio in prima oppo.ff.de cond.& demon.Ruinus in conſilio 45.numero 14.lib.1.& in conſ. 33.nume.3.lib.2.& Cur.Iun.in conſilio decimoquarto,num. tertio,qui ambo de eadem facti ſpecie interrogati idem reſponderunt.

41 Octauus eſt † caſus quando dictio, &,ponitur inter duas res & inter duas perſonas in vna oratione,& conditio vtrique conuenit,vt ſi teſtator dixit,lego Sempronio domum ſi nauis ex Aſia venerit,& Caio,fundum.Hic caſus à Bart.non diffinitur in d.§.Caio ſed diffiniri poteſt,vt dicamus, ex dictis ſupra quod conditio cenſetur repetita in legato fundi facto Caio.

42 Nonus eſt caſus,quando † dictio, &, ponitur inter duas orationes perfectas,vt ſi dixit,lego fundum Caio,ſi nauis ex Aſia venerit,& Sempronio lego domum.Hoc in caſu Bart.in d. §.Caio.numero quinto,in fi.inquit eſſe dicendũ vt ſupra:credo Bart.voluiſſe ſe referre ad ea, quæ ſcripſerat ſupra quando dictio, &, poſita ęſt inter diuerſas res in duabus orationibus perfectis,vel imperfectis,vt ſcilicet hic caſus perſonarum diffiniatur ſecundum caſum rerum.

43 Decimus eſt caſus,quando † cum dictione,&,coniungitur dictio,etiam,vt ſi teſtator dixit,lego Titio fundum,ſi nauis ex Aſia venerit, & etiam lego eidem domum.Hunc caſum propoſuit Bartol.in dicto §.Caio.in fine: ſed nos cogitantes reliquit.

Cæterùm Are.in l.impoſſibilis.ff. de verbo.obliga. & in conſilio ſexageſimoſeptimo,columna ſecunda,in fine,& Ruinus in conſil.quinquageſimotertio.numero 2.lib.2.affirmarunt repetitionem facilius induci quàm per ſola dictionẽ, &.

44 Vndecimus eſt caſus, quando † diuerſæ res à diuerſis grauatis præſtandæ relictæ ſunt eidem perſonę.Hoc in caſu,qui à Bar.non eſt diffinitus in d.§.Caio,dicendum eſt,repetitionem qualitatis induci, ſi oratio erat imperfecta, iuxta ſupradicta. Ita Aret.in conſ.1.nu.10.

45 Dictio,cum,ſui natura † repetitionem inducit, vt ſi teſtator ita dixit. Titio, ſi nauis ex Aſia venerit,cum Sæio lego centum.Illa conditio,cenſetur etiam repetita in legato facto Sęio.Ita Bart.in d.l.Sæię.§.Caio.nume.4.ff.de fundo inſtructo inſtrumentóque legato,& in l.auia.ff.de cond.& demon. & ibidem Ruinus.nume.1.& nume.4.& accedit Aret.in conſ. 1.nume.12.

46 Declaratur primò vt non procedat † fauore libertatis. Ita Bart.vbi ſupra per text.l.Iulius Paulus, & l.cum ſeruus.ff.de cond.& demon.& l.cum ſeruo.ff.de ſtatu liberis.Diſſentit tamen Ruin.in d.l.auia.nu.2.verſ.ſimiliter.

47 Declaratur ſecundò, quando † dictio, cum, ponitur intęr duas perſonas affines & ſanguine coniunctas. Nam tunc ſunt copulatę potius ad oſtendendam neceſſitudinem quam ad repetitionem conditionis. Ita declarat Ruin.in d.l.auia.nume. 4.qui ſic interpretatus eſt.l.vlt.§.Sæio.de leg.2.

48 Dictio,eo,amplius repetitionem † antecedentis qualitatis & conditionis legato adiectæ in ſequenti inducit.Ita Bar.in l. ſi tibi purè.verſ.ſed quæro, & in l.in repetendis.col.2.verſic. quæro vidimus.de leg.3.& in l.Sęiæ.§.Caio.in prima oppo.ff. de fundo inſtructo inſtrumentóquę lega.Caſtren.in conſ. 88. Viſo legato.col.primà.lib.primo. Socin.Iunior in conſi. 71. num.5.lib.3.& Natta in conſ.475. num. nono, lib.2.

49 Extenditur † primò,vt locum habeat etiam quando qualitas & conditio adiecta fuit ſequenti, non autem præcedenti legato,vt ſi teſtator ita dixit: Lego Titio fundum,& eo amplius domum, ſi nauis ex Aſia venerit,hęc conditio refertur etiam ad præcedens legatum fundi.Sic extendit Bart.præcitatis in locis.

50 Extenditur † ſecũdò, vt procedat etiã quando hæc dictio, eo,amplius,eſt appoſita in codicillis,vt ſcilicèt referatur ad legatum in teſtamento eidem perſonę factum,ſi modò in codicillis nil extat, ad quod dictio hæc referri poſſit. Ita Bart.in d.l.ſi ſibi purè.verſ.ſed quæro.Decius in conſil.190.nume.7. & Natta in conſi.476.nume.9.libro 2. Quam ſentẽtiam probant.l.legata inutiliter.de leg.2. & l.Aure.§.teſtamento.il 2. ff.de libera.lega.

51 Dictio,ſed,† verò.autẽ & aliæ his ſimiles,quæ aduerſatiuę ſui natura ſunt, repetunt qualitates & conditiones pręcedentis legati & diſpoſitionis in ſubſequentem.Ita Ruin.in conſ. 176.nume.8.lib.2.Soci.Iun.in conſi.83.nume.9.lib.1.Gerardus Mazolus inter conſilia eiuſdem Socini Iunioris in conſi. 144.nu.39.& 41.lib.3.& Craue.in conſ.208.nume.5.& ſecutus ſum in conſi.76.nume.6.lib.1.

52 Dictio etiam,quæ † ſui natura eſt implicatiua,repetit conditionem & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſequentem.Ita Ruin.in conſi.53.nu. 2. lib. 2. & Nata in conſ.476. num.8.lib.2.

53 Dictio, vltra, eſt pariter † repetitiua eiuſdẽ conditionis & qualitatis: ſicuti reſponderunt Angelus in conſi.294.nume.6. Caſtren.in conſi.88. Viſo legato.col.1.lib.1.Decius in conſi. 190.nume.7.& Socin.Iun.in.conſ.71.nume.5.lib.3.

54 Dictio,quod,ſeu † relatiuum eſt quoque repetitiuum conditionis & qualitatis.Decianus in conſ.56.nume.18.lib.3.

## PRÆSVMPT. CLXXXI.

Conditio, vel qualitas poſita in clauſula ſeparata à præcedentibus & ſequentibus, an & quando ex præſumpta mente teſtatoris referatur ad omnia, vel ad vnum tantum ex præcedentibus, vel ex ſequentibus.

### SVMMARIVM.

1 *Conditio vel qualitas poſitas in vltima clauſula à præcedentibus ſeparata an & quando referatur ad omnia,vel ad vnum tantum ex præſumpta mente diſponentis.*

*Quòd regulariter quando eſt poſita in clauſula generali ſeparata à præcedentibus & ſequentibus refertur ad omnia, ſi nulla extat ratio,quare magis referri debeat ad vnum quàm ad alterum.nu.2.*

*Et idem multo magis, quando omnes conditiones poſitæ eſſent ſub vnica diſpoſitione,& ab eodem verbo regerentur.nu.3.*

*Et id habet locum etiam in diſpoſitiene & materia odioſa.nu.4.*

5 *Legis vel ſtatuti finis ſi determinat aliquam pœnam, & præcedũt plura capitula,illa pœna ad omnia refertur.*

6 *Conditio poſita in vltima clauſula generali à præcedentibus ſeparata non refertur ad ſuperiora, quando ex præcedentibus vni eſt ſpecialiter prouiſum.*

7 *Clauſula in fine poſita non refertur ad demonſtrationem præcedentem,quæ clauſulam ſpecialem & propriam habebat.*

8 *Maſculinum non concipit fœmininum,quando diſtinctè & ſeparatim habita eſt ratio fœminarum & maſculorum.*

9 *Conditio in vlt.clauſula poſita non refertur ad præcedentia,quando præcedentia repugnarent contrariáque eſſent ſequentibus.*

*Idem quando ex relatione ſequeretur legum correctio.nu.10.*

*Idem quando ex relatione huiuſmodi diſpoſitio, ad quam fieret relatio,efficeretur inutilis.nu.11.*

*Idem quando tali relationi repugnat ſermonis proprietas.nu.12.*

*Idem quando ex relatione reſultaret abſurdum, nu. 13.*

*Idem quando ex tali relatio.diſpoſitio,quæ vt fauorabilis eſſet extendenda. reſtringeretur.nu.14.*

*Idem dicendum quo ad poſita acceſſoriè & cauſa demonſtrationis, ad quæ non fit relatio.num.15.*

*Idem*



*Idem quando ratio ſuadet, quod ad immediatè præcedentia tantum referatur.num.26.*

*Idem quando ratio eſt diuerſa: relatio enim fit ſolum ad id, cui ratio adaptatur.num.17.*

*Idem quando maior adeſſet ratio in vno quàm in alterę.num. 18.*

*Idem in caſib. priuilegiatis num.19.*

*Idem quando repugnaret præſumpta teſtatoris voluntas.num. 20.*

*Idem quando qualitas & clauſula tacitè ſubintelligitur.num.21.*

*Idem quando clauſula eſt appoſita ad qualificãdum diſpoſitionem aliquam. num. 22.*

*Idem quando aliquo interuallo diſtarent præcedentia à ſequentibus. num. 23.*

24 *Seqnentia præcedentia declarant,etiam ſi longe diſtant.*

1 EST etiam coniecturalis † hæc diſceptatió, quando conditio vel qualitas poſita in clauſula vltima à præcedentibus ſeparata referatur ad omnia, vel ad vnum tantum.Sicuti rem hãc à coniecturata & præſumpta voluntate teſtatoris & diſponentis pendere reſponderunt Aretinus, Ruinus, Decius, Socinus Iunior, Alciatus & Bero. quos commemoraui & probaui in conſil.111.numer.8.& alios retuli in conſil.117.num.60.lib.2.& ſenſit Boërius in quæſt. 146.num. 10.verſ.tum ex mente.

2 Pro regula † tamen conſtituendum eſt qualitatem vel cõditionem poſitam in clauſula generali ſeparata à præcedentibus & ſequentibus referri ad omnia quando nulla extat ratio, quare magis referri debeat ad vnum præcedens quàm ad alteram. Ita Bar.in l.vlt.num.2. ff. de libera. lega. Roma. in conſil.480.nu.7.Alex.in conſil.48.num.1.lib.2.& in conſi. 158.nu.7.lib.6.Iaſon in l.talis ſcriptura.in prin.nu.36.de leg. 1.Lud.Bolog.in conſi. 40. col. 5. verſi. præterea clauſula,Decius in conſi.11.nu.13.in conſil.92.nu.1.& in conſi.673.in fi.& in c.ſecundò requiris.col.2.de appella.Capicius in deciſ.108. nu.11.Soc. Iun.in conſi.3.nu.41.in cõſi.128.nu.98. & in conſi. 139.num.5.lib.1.in conſi.26.num.2.lib.3.& Alcia.in reſp. 558.

Et ij quidem adducti ſunt tex.l.3.§.filius inter medias.ff.de libe.& poſth.& ex l.vlt.ff.de reb.dubijs.Et hæc quidẽ regula
3 † multo magis locum habet,quando omnes conditiones & qualitates poſitę eſſent ſub vnica diſpoſitione,& ab eodẽ verbo regerẽtur: ſicuti reſpõdit Soci.Iun.in conſ.26.nu.3.lib.3.

4 Extenditur primò † regula,vt locum etiam habeat in diſpoſitione & materia odioſa.d.l.3.§.filius.de lib. & poſth. & l.1.C.de liber.præter.Ita Iaſ.in d.l.talis ſcriptura.in prin. nu. 36.verſ.amplia,poſt Alex.in conſi.102. lib.3. qui meo in codice nil ad rem hanc ſcripſit. confert quod egregiè docuit Baldus in l. quiſquis. in prin. C. ſi certũ peta. dum ſcripſit,
5 quod quando † finis legis,vel ſtatuti determinat aliquã pœnam, & præcedunt plura capitula,illa pœna ad omnia refertur.Et ita pariter in exhæredatione, quæ odioſa eſt admittitur relatio.Alex.cõſ.102.lib.2.& Capicius in deciſ.108.nu.18.

6 Declaratur primò † hæc regula,vt non habeat locũ, quãdo ex præcedentibus vni eſt ſpecialiter prouiſum,tunc ad illud non refertur generalis clauſula ſubſequens. Ita declarat Iaſ.in d.l.talis ſcriptura.in prin.nu.37. de leg. 1.poſt Baldum, Caſtrenſem, Imolam, Salicetum, Cardinalem,& Alexandrũ, quos commemorat. Idem reſponderunt Soci. Sen. in conſil. 22.col.2.verſ,prætereà in ſequenti.lib.3.Cur.Sen.in conſi.43. col.vlt.verſ.& facit,quia Lud. Bolog.in conſi.40.col.3.verſ. iſtis ſic:Deci.in conſi.213.num.5.Gozad.in conſi.2.num.30.& Socin.Iun.in conſi.98.num.32.lib.1.& idem ſcripſit Boer.in q.146.num.4.Et hanc quidem declarationem probat tex.in
7 c.Cum dilecti de donat.vbi † clauſula in fine poſita non refertur ad donationem præcedentem,quæ clauſulam ſpecialem & propriam habebat.Hanc docuit Baldus in l.in multis.
8 ff.de ſtatu hom. quod † maſculinum non concipit fœmininum,quando diſtinctè & ſeparatim habita eſt ratio fœminarum & maſculorum. Et Baldum ſecuti ſunt Iaſon in l. ſi quis id quod.nu.13.ff.de iuriſd.om.iud.& alij, quos congeſſi in conſi.110.num.vigeſimoquarto,libro ſecundo.

9 Declaratur ſecundò,vt locum † non habeat,quando præcedentia repugnarent contrariaque eſſent ſequentibus. Nã tunc ad ea non fieret relatio.Ita declarat Iaſ.in d.l.talis ſcriptura.in prin. numero. 39. poſt gloſ. & Bar.in l. ſi idem cum eodem.§.vlt.ff.de iuriſd. om. iud. Idem reſponderunt Baldus in conſ.357.Clauſula.lib.4.Alex.in conſ.48. num. 6. libro 1. Iaſon in l.talis ſcriprura.num.40.ff.de lega.1.& in conſil.97. col.2.lib.1.Decius in conſ.195.col.pen. verſ. quartò hoc idẽ, Gozad.in conſ.6.num.30.Craue.in conſ.70. num.3. & conſ. 296.columna 3.verſ.quartò niſi, & Socinus Iunior in conſ. 81.nu.20.lib.3.

10 Declaratur tertiò, vt † non habeat locum quando, ſi ad omnia fieret relatio,ſequeretur legum correctio.Nam ad ea, ob quæ induceretur correctio, non refertur.Ita Iaſ.in d. l. talis ſcriptura.in prin.num.39.de lega.1. poſt Abb. in c. eccleſia noſtra.de electio. Idem reſpondit Soc.Sen.in conſil. 150. num.37.verſi.octaua ratio.lib.1.Cur.Iun.in conſ.ſeptimo.nu. 12.13.& conſ.156.num.3.& Craue.in conſ.70. num.3. Cæterùm,ſi rectè perpendamus, hæc declaratio non differt à pręcedenti.

11 Declaratur † quartò,vt non procedat,quando ex tali relatione diſpoſitio,ad quam fieret relatio ipſa,efficeretur inutilis.Nam tunc ad illam relatio non fit. Ita declarat Baldus in conſ.153.Quidam teſtator.col.vlt.verſ.item, quia tacita repetitio.lib.5.Rom.in conſ.112.num.3.Iaſon in d.l.talis ſcriptura.num.39 verſ.tertiò ſecundũ,&c.ex ſententia Bart. quẽ commemorat. Idem reſponderunt ipſe Iaſon in conſ. 142. num.6.lib.2.Decius in conſ.11.num.13.& in conſ.14.num.5. verſ.confirmatur.Soc.Iun,in conſ.98.num.41.lib.1.& Crau. in conſ 70.num.4.qui aliorum auctoritatibus confirmat.

12 Declaratur quintò, vt † non habeat locum quando tali relationi repugnat ſermonis proprietas.Ita declarat Iaſon in d. l.talis ſcriptura.nu.40.verſ.quartò vltra, poſt Oldra. in conſ. 152.num.2.in fi.arg.l.Plautius.ff.de auro & argento lega.

13 Declaratur ſextò,vt † non procedat, quando ex tali relatione reſultaret abſurdum.Nõ enim tunc ad illa, ob quæ abſurdum ſequeretur,refertur.Ita declarat idẽ Iaſon in d. l. talis ſcriptura. num.40.verſ.quintò notab.poſt Oldra.in d.cõſ. 152.num.2.& Abb. in c.eccleſia veſtra,de elect.& in c.pen.ad finem.de iure patro.Idem reſponderunt Decius in conſ.213. num.8.Gozad. in conſ.58.num.18.Socin.Iun.in conſ.1.nu.30. lib.1.& in conſ.160.num.61.lib.2.& Craue.in conſ. 296.col. 3.verſ.tertiò. Et ob id ſi inducta ad augmentum operarentur diminutionem,non admitteretur relatio:Decius in c.ſecundò requiris.in fine.de appella.

14 Declaratur † ſeptimò,vt non procedat, quando ex tali relatione diſpoſitio quæ vt fauorabilis eſſet extẽdenda,reſtringeretur.Ita Iaſon in d.l.talis ſcriptura.nu.40. verſ. 6. limita, poſt Alex.in conſ.48.num.14.lib.1.Idem reſponderũt Decius in conſ.76.num.1.in fi.& Gozad.in conſ.88.num.5. & 13.

15 Declaratur † octauò,vt locum non habeat quò ad poſita acceſſoriè & cauſa demonſtrationis, ad quæ non fit relatio: ſolùm enim ad principaliter poſita fieri debet.Ita Iaſon in d. l.talis ſcriptura.num.40.verſ.ſeptimò intellige,poſt Bart.in l. vlt.§.Titia.ff.de libera.lega.

16 Declaratur nonò,vt † non habeat locũ quando ratio ſuadet quod ad immediatè præcedentia tantum referatur. Ita Alex.in conſ.138.in 3.dubio.lib. 1. Felinus in c. cauſam, quæ col.4.verſ.limita. 2.de reſcrip.Soc.Sen. in conſ.156. num. 6. lib.& Boërius in q.146.num.5.

17 Et idem † dicendum, quando ratio eſſet diuerſa, nam tunc fit relatio ad id, cui ratio adaptatur: non ad aliud. Ita Gozad.in conſ.2.num.30.Socinus Iunior in conſ. 1. numero 28.lib.primo,in conſil.158.num.49.lib.2.& in conſ.68.num. 117.lib.3.

18 Idem quando maior † adeſſet ratio in vno quàm in altero.Sic reſpondit Rubeus in conſ.49.num.4.

19 Declaratur vndecimò,vt † non procedat,in caſibus priuilegiatis. Ita Aret.in l.ſi ſeruum. in prin.col.1. de verb. oblig. Gomeſ.in §.fuerat.num.37.in Inſtit.de actio.poſt Paulum Picum in l.Titia.§.Titia cum nuberet.de leg.2.

20 Declaratur duodecimò, † vt non habeat locum, quando repugnaret præſumpta teſtatoris voluntas.Ita Socin. Iun. in conſ. 81. num. 19. 20. lib. 3. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Oldra.in conſ.152.num.2.in fi.Abba.in conſ.75.in fi.lib.2 & Craue.in conſ.70.num.9.

21 Declaratur † decimotertiò,vt locum non habeat, quando qualitas & clauſula tacitè ſubintelligitur. Sic declarat Bald. in l.1.

in l.1.in prin.ff.quod quiſque iuris, & ibi Alex. columna 4. verſic.nota ex glo.Decius in cap. ſecundò requiris. in fi. de appel.& Socin.Iun.in conſil.1.num. 31.lib.1. Decius in conſi. 353. num. 4.& ſcripſi ſupra lib.2.in præſumpt.7.in quarto caſu.Et accedit ſimile,cum dicimus,conditionem tacitam non cenſeri repetitam ab vno legato in alterum. Ita Roma. in ſingul. 237. Dico tibi. & dixi ſupra in præcedenti præſumptione.

22 Declaratur decimoquartò,† vt non procedat quando clauſula eſt appoſita ad qualificandam aliquam diſpoſitionem, vt putà ſi conditionalis modus infertur legato vltimo loco facto, tunc clauſula refertur ad illud tantum, non autem ad omnia præcedentia. Ita declarat Bart. in l. vlt. verſ.ſi enim illa.ff.de reb.dubijs,& ibidem Socin. numero ...

9 Idem reſponderunt Alex.in conſil. 48. nume.8. lib.1.& in conſi.158. num. 7.lib.6. Lud. Bologn.in conſil. 40.col.5.Afflict.in deciſ.248.num.12.Anto.Capicius in deciſ. 108.num. 11.& 12.Socin.Iun.in conſil.3.num.41.lib.1.

23 Declaratur decimoquintò,vt † non procedat quando aliquo interuallo diſtarent præcedentia, vt quia inter generalem clauſulam,& præcedentia fuiſſent plura inſerta in medio.Nam tunc ad illa præcedentia diſtantia non admitteretur relatio,ſic explicauit Bart.in d.l.vlt. in fi. ff. de rebus dubijs,& in conſil.39. Cola.in fi.lib.1. Socin. Sen.in conſil. 63. num.19. verſi. præterea.lib.3.& in d.l.vlt.de reb.dubijs. Ruinus in conſi.121.num.3.lib.2.& in conſil. 111.num.12.lib.5.

24 Id quod intelligit † idem Ruin. in conſil. 113. numero.11. lib. 1. non procedere quò ad declarationem. Nam ſequentia etiam ſi à præcedentibus longè diſtant, illa tamen declarant.

## PRÆSVMPT. CLXXXII.

### Conditionem eueniſſe impletámque fuiſſe, an quando præſumatur.

### SVMMARIVM

*1 Conditio an & quando præſumatur eueniſſe, impletaq́; eſſe.*
*Quòd regulariter id non præſumitur, ſed is probare debet, qui aſſerit eam eueniſſe impletamq; eſſe.num.2.*
*Eſt enim quid facti.num.3.*
*4 Pater ſi filio ſuo impuberi ſubſtituit, ſi in pupillari ætate deceſſerit: an is filius præſumatur deceßiſſe impubes.*
*5 Conditio, ſi deceßerit ſine liberis: nunquid præſumatur eueniſſe.*
*6 Conditio legalis, quæ tacita dicitur, non præſumitur eueniſſe,ſed qui aſſerit impletam, probare debet.*
*7 Reſcripto vtens probare debet impletam eſſe conditionem à lege ſubintellectam in reſcripto, quæ eſt,ſi preces veritate nitantur.*
*8 Conditio negatiua non præſumitur impleta, ſed aſſerens eam eueniſſe,probare debet.*
*9 Conditio præſumitur impleta, quando aliqua extat præſumptio contraria,quòd euenerit,& fuerit impleta, nec eſt neceſſaria alia probatio.*
*10 Maritus ſi reliquit vxori legatum annum ſi electionem quandam fecerit: præſumitur hæc conditio impleta à muliere, ſi hæredes paßi ſunt diù eam percipere annuum ipſum legatum.*
*11 Titulus acquiritur & præſumitur ex longa præſtatione.*

1 DVbitari † ſæpe contingit,an conditio præſuma-
2 tur eueniſſe?Et pro regula † traditũ eſt,non præſumi:ſed eam probare debere, qui eueniſſe impletámque fuiſſe aſſerit. Ita Baldus in l. cum te minorem. nu. 1. verſi. interdum allegatur.C. de probat.Decius in conſil.177. numer. primo, & in conſil. 405. columm. 2. verſ. ſecunda conditio. Socinus Iun. in conſil. 145. numero 3. libro 3. & in conſil.67.nume. 1. & 2. lib. 4. Alciatus in reſp.372.Motiuorum. nume. 9. in fine,& in reſp. 485. Teſtamenti ſunt verba. numer. 10. ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem. Craue. in reſponſo pro genero. numero. 142. Herculanus in Tract. Quis teneatur probare negatiuam. numer. 26.verſi. vigeſimoprimò infertur., & Maſcardus in concluſ. 343. numero ſecundo, qui Bar. & alios nonnullos ne verbum quidem hac de re facientes allegat. Et ſententiam hanc probant. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius.ff.de vſuris,& l.ex facto.§. ſi quis autem. ff. ad Trebell.
3 Et accedit † ratio, quia eueniſſe conditionem impletamque fuiſſe,eſt quid facti,& facta non præſumuntur. l. in bello. §. factæ.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.

4 His diffinitur † illa dubitatio, quando pater filio ſuo impuberi ſubſtituit, ſi in pupillari ætate deceſſerit, an is filius præſumatur deceſſiſſe impubes?Eſt enim ex prædictis dicendum,non præſumi in ea ætate pupillari vita functum: cùm hoc ſit quid facti,quod(vt dixi)non præſumitur.Ita in ſpecie reſponderunt Bart.in conſ.56.Bartholomæus fecit teſtamentum,numer.5.lib. 1. Baldus in conſ.451.Intelligo.lib.4. & in conſ.145.In cauſa vertente.lib.5.Idem ſcripſerunt Socinus in l.qui duos.§.cum in bello.num.6.ff.de rebus dubiis,Curtius Iunior in l.precibus.num.10.C. de impuberum & aliis ſubſt. Ripa in l.ex facto.§.ſi quis autem,num.11.ff. ad Trebell. Pariſius in conſ.36.in fine.lib.2.Natta in conſ.395.num.6.lib.2. qui alios eiuſdem opinionis recenſet. Idem ſcripſit Didacus in lib.2.varia.reſolutio.c.7.num.1.& num. 6. Et hæc quidem opinio verior & receptior eſt,& ſi ab ea diſſentiunt Cacialupus in l.precibns,nu.58.C.de impuberum, Soc. Sen. in conſ. 89.num.8.lib. 1. & Decius in cap. in præſentia.num. 50.de probatio.

5 Ita pariter diffinitur † illa diſputatio :an conditio, ſi deceſſerit ſine liberis præſumatur eueniſſe, vel non? Eſt enim dicendum, illum, qui dicit, inſtitutum deceſſiſſe, relictis liberis probare id debere: cùm non præſumatur,quòd liberos reliquerit.

Hanc probarunt Ang.in l.ex facto. §. ſi quis autem.ff. ad Trebell.Caſtren.in conſ.388.Pro declaratione primi dubij. num.4.lib.1.Alex.in conſ.20.num.12.& in conſ. 39. num. 2. lib.1.Corn.in conſ.97.num.3.lib.4. Et communem eſſe aſſeruit Decius in conſ.578.colum.1.& in cõſ.652.num.7.& eam probarũt Alcia.in Tract.de præſumptionibus,reg.1.præſum. 49.num.3.& in reſp.636.Matèr cum.num.1.Boë. in q.38. nu. 30.Soc.Iun.in conſ.64.num.3.lib.4.Bero.in c.in præſentia,n. 348.de probatio. & Decianus in conſ. 50. num. 28. lib. 1. & alios nonnullos commemorat Maſcardus in concl.343.nu.8. qui num.10.recenſet alios diſſentientes.Non hic referam diſtinctionem illam Didaci in d.lib. 2.varia.reſolut.c. 7. nu.6. verſ.primus:cum ſubſequentibus.Nam apud eum facilè legi poteſt.Et illi addo Caſtr.in d.conſ.388.numer.4. qui duos ex dictis caſibus recenſet.

6 Extenditur † primò, vt locum etiam habeat in conditione legali,quæ tacita appellatur. Nam adhuc non præſumitur eueniſſe:ſed qui aſſerit impletam,probare debet. Ita Crauet. in dicto reſponſo pro genero.num.142.qui ob id dixit,vten-
7 tem † reſcripto probare debere impletam eſſe conditionem à lege ſubintellectam in reſcripto,quæ eſt, ſi preces veritate nitantur.Poteſt etiam afferri exemplum in conditione ſubintellecta à lege in vltimis voluntatibus,vt in caſu l.ſi Titio. §.quædam.ff. quando dies lega.cedat, vbi lex ſuperuacuam credit illam conditionem à teſtatore adiectam hæredi,ſi hæreditatem adiuerit,centum dato : quia ſatis à lege ſubintelligitur hæc conditio,ſi adierit hæreditatem,quod tunc det.

Quod verò conditio hæc fuerit impleta,nempè quod hæres adiuerit ipſam hæreditatem,probari debet ab eo,qui aditam fuiſſe aſſerit:cùm aditio nõ præſumatur, ex quo eſt quid facti:ſicuti dicimus ſupra in præſumpt...vbi de aditione hæ-
8 reditatis diſſeruimus.

Extenditur † ſecundò,vt locum habeat hæc ſententia etiã in conditione negatiua,vt ſi teſtator dixit,lego centũ Caio,ſi Neapolim non iuerit. Hoc etiam caſu Caius probare debet eueniſſe hanc conditionem negatiuam, nempè ſe Neapolim non iuiſſe.Ita Corn.in conſ.105.col.pen.verſic.nec etiam eſt neceſſe,lib.2.Decius in conſ.177.num. 1. in fine, Soc. Iunior in conſ.67.num.1.lib.4. & Craue.in d. reſponſo pro genero,
9 num. 142.verſ.ſed & in conditione.

Declaratur primò,vt locum † non habeat quando aliqua extat præſumptio cõtraria, quod ſcilicet euenerit impletave
10 fuerit conditio. Nam tunc neceſſaria non eſt alia probare, Exemplum aſſerri † poteſt in caſu, de quo reſpondit Caſtr. in conſ.108.Vltra ſupradicta quatuor.num.1.verſic. nam niſi impleta.



electionem quandam feciſſet, conditio hæc præſumitur impleta à muliere, ſi hæredes paſſi ſunt diù eam percipere an-
11 nuum ipſum legatum.Nam ſicuti † ex lõga præſtatione præſumitur titulus.l.cum de in reuerſo.ff.de vſuris, & ſcripſi ſuperiore libro in præſumpt. Ita ergo præſumitur implementum conditionis: cum nulla ſit differentia inter vnum & aliud: vt reſpondit Caſtren.in d.conſil.108. in fi.

## PRÆSVMPT. CLXXXIII.

### Conditio quando ex præſumpta teſtatoris voluntate pro impleta habenda ſit.

### SVMMARIVM.

*1 Conditio an & quando habeatur pro impleta ex præſumpta mẽte teſtatoris.*
*2 Conditionis ſpecies tres,caſualis,poteſtatiua,& mixta.*
*3 Conditio caſualis dicitur, quæ à caſu & fortuna pendet.*
*4 Conditio poteſtatiua dicitur, quæ in arbitrio & poteſtate eius eſt,cui adſcribitur, & quam citra corporis aut animæ periculum implere poteſt.*
*5 Poſſe ea dicimur, quæ poſſumus honeſtè.*
*6 Conditionis poteſtatiuæ tres ſunt ſpecies.*
*7 Conditio poteſtatiua non deſinit eſſe poteſtatiua, & ſi caſu aliquo impleri non poßit.*
*8 Conditio poteſtatiua quo caſu habeat effectum mixtæ.*
*9 Conditio mixta dicitur illa,quæ pendet partim à perſona eius, cui eſt adſcripta, & partim à fortuna: & à multis appellatur caſualis.*
*Et dicitur etiam mixta conditio illa, quæ pendet partim à proprio,& partim ab alterius arbitrio.num.10.*
*11 Nuptiæ non contrahuntur, niſi adſit vtriuſque conſenſus.*
*12 Homines ſunt ad diſſentiendum faciles.*
*13 In conditione caſuali inſpicitur ſolum euentus,& ob id quomodocumque deficiat, impeditur diſpoſitio.*
*Secus quando conditio deficit facto eius, cuius intereſt eam non impleri.num.14.*
*Et ſecus quando teſtator reliquiſſet etiam deficiente huiuſmodi conditione. num.15.*
*Et ſecus in caſu.l.vlt. C.de neceß.ſeru.hæred.inſti.num.16.*
*17 Conditio poteſtatiua non habetur pro impleta, quando ſtetit per ipſum honoratum & conditione grauatum, quominus impleret conditionem ipſam.*
*Habetur verò pro impleta,ſi honoratus & cõditione grauatus ſine aliqua ſui culpa fuit impeditus ab eo, in cuius perſonam conditio erat implenda.num.18.*
*Quid autẽ ſi iſte honoratus & grauatus caſu fuit impeditus.nu.19.*
*20 Conditio poteſtatiua non habetur pro impleta,quando legatarij culpa præceßit,vt ſi fuit in mora dandi,& interim is, in cuius perſonam erat implenda conditio,deceßit.*
*Idem quando is,cui numeranda erat pecunia,fuit à tertio occiſus. num.21.*
*22 Conditio mixta non habetur pro impleta, quando non fuit impleta facto ipſius legatarij.*
*Et procedit hoc etiam in legato libertatis.num.23.*
*Idem, etiam, ſi ſemel defecta conditione, legatarius vult adhuc eam implere.num.24.*
*25 Conditio mixta habetur pro impleta, quando deficit ex parte eius,cui impleri debuit.num.ſeq.*
*Idem,quando is, cui implenda erat conditio, poſt recuſationem vult & requirit, quòd impleatur. numero 27. & numer. 28. conciliantur opiniones diſſentientium.*
*29 Conditio vt dicatur & habeatur pro impleta, ſufficit quod per temporis momentum fuerit impleta.*
*30 Hæres factus ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres.*
*31 Conditio mixta nunquid habeat locum in legato annuo.*
*Et nunquid habeatur pro impleta, quando teſtator conditionem contulit non quidem directò in perſonam ipſius hæredis vel legatarij,ſed in perſonam alterius.num.32.& 34.*
*33 Conditio in totum collata in perſonam tertij, & tota ab eo pendens dicitur potius caſualis quam mixta.*
*34 In contractibus vltro citroq; obligatorijs reſultat correlatio, ita quod impoſitum vni cenſetur iniunctum & alteri.*
*35 Matrimonium eſt contractus vltrò citroque obligatorius.*
*36 Conditio mixta non habetur pro impleta, quando teſtator ſpecialiter prouidit caſu, quo impeditum fuiſſet conditionis implementum facto eius in cuius perſonam implenda erat, & ſic fuit impeditum.*
*Idem quando ex qualitate rei legatæ teſtator ſenſit, quòd conditio re ipſa impleretur,& non fuit impleta.num.37.*
*38 Conditio mixta pro impleta habetur, quando pendet à voluntate duorum, eius ſcilicet qui implere, & eius cui impleri debet, & impeditur iuſto facto tertij.*
*Secus ſi impeditur facto iniuſto tertij.num.39.*
*Vel à fortuna ipſa impeditur.num.40.*
*41 Legata annua debentur etiam ſi conditio caſu deficit.*
*42 Alimenta debentur etiam ſi conditio mixta caſu deficiat.*
*43 Libertas relicta debetur, etiam ſi conditio mixta caſu deficiat.*
*44 Legatum ad pias cauſas debetur, etiam ſi conditio mixta caſu deficiat: & æquiparantur legato libertatis.*
*45 Conditio mixta habetur pro impleta, quando partim caſu deficit,& pro parte impleta fuit.*
*46 Conditio mixta,ſi deficit caſu teſtatoris, habetur pro impleta. num. ſeq.*
*47 Iuris impedimentum ab eo cauſatum, qui vult excuſari ex eo, nihil operatur.*
*48 Excommunicatus de iure ſepeliri non poteſt in eccleſia.*
*49 Conditio turpis & impoßibilis eſt reijcienda.*
*50 Teſtator ſi remouet onus adiectum legato, cenſetur remouere ipſum legatum.*
*Vt ſi onus eſt adiectum per viam modi, remoto ipſo modo, dicitur reuocatum legatum.num.51.*
*At ſi apponitur onus per modum conditionis, remota conditione, non dicitur reuocatum legatum.num. 52.*
*53 Dictio,ſi,conditionem ſignificat.*
*54 Legatum præſumitur reuocatum,adempta conditione.*
*55 Legatum cenſetur reuocatũ ex contracta cũ legatario inimicitia.*
*56 Fœneratores multi in ſuis teſtamentis ſolent relinquere pijs locis, vt ſignificent ſe malos non fuiſſe.*
*57 Intellectus l.cum tale.§.pen.ff.de conditio.& demon.*
*58 Legatum fortius reuocatur facto teſtatoris,quã caſu & fortuna.*
*59 Conditio deficiens teſtatoris facto quo caſu pro impleta habeatur.*

1 DIſſeramus† nunc,quãdo conditio habeatur pro impleta ex præſumpta teſtatoris voluntate. Hanc diſputationem explicauit doctiſſ. Mantica olim collega meus, in commẽtarijs,de cõiecturis vltimarum, voluntatum lib. 11. tit. 16. num. 14. deſumptis penè omnibus ex Socino in l.in teſtamento.la 2.ff.de cond.& demon. Nonnulla & ego, quæ ſtudio obſeruaui,adiungam.

Et † cum tres ſint conditionis ſpecies, ſicuti & ipſe Man-
2 tica rectè admonuit caſualis ſcilicet, poteſtatiua & mixta l. vlt. C.de neceſſ.ſer.hæred.inſtit.& l.vnica.§.ſinautem. C. de cad.tollen. ita pariter tria diſputationis capita conſtituam. Prius tamen vna cum Philiberto Bruſſelio in commentarijs, de conditionibus.lib.1.tit.2.exponam,quæ dicantur hæ conditiones.Et primùm dicimus caſualem eſſe illam,quæ † à ca-
3 ſu & fortuna pendet,veluti, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Caius conſul factus fuerit.

Poteſtatiua † verò dicitur illa,quæ in arbitrio & poteſtate
4 eius eſt,cui adſcribitur, hoc eſt quam citra corporis aut animæ periculum implere poteſt, veluti, ſi quis hoc modo inſtituatur hæres.Titius hæres eſto,ſi Stichum manumiſerit, ſi in capitolium aſcenderit, ſi Sæio decem dederit. lege ſi quis inſtituatur.§.1.ff.de hæred.inſtit. Dixit Bruſſelius, citra corporis & animæ periculum: quia licèt quid facere poſſim, ſi tamen graui me periculo ſummittere debeam, in poteſtate mea eſſe non dicetur. Rectè quidem. Nam vt Proculus
5 reſpondit in lege nepos Proculo. ff. de verborum ſignif.† ea poſſe dicimur,quæ poſſumus honeſtè.

6 Huius poteſtatiuæ † conditionis tres ſpecies ſunt(inquit Bruſſelius)ex ſententia Pauli in lege in facto.ff. de conditione & demonſtratione,vna,quæ in dando, altera, quæ in faciendo conſiſtit, hoc eſt,ſi quid datum fuerit,ſi quid factum fuerit, quæ rurſus etiam negatiuè concipi poſſunt: ſi datum non fuerit,ſi factum non fuerit.

Eſt & tertia, quæ mixta appellatur à Caliſtrato in l. cum ſeruus.ff. de conditio.& demon. nempè, quæ in faciendo & dando conſiſtit, vt ſi rationes reddiderit. Nam requirit hæc non ſolum quod rationes reddat, atque ita faciat: ſed etiam vt det, hoc eſt, vt reliquatum ſoluat.

7 Et hæc quidem poteſtatiua † conditio non deſinit eſſe poteſtatiua, tametſi caſu aliquo impleri non poteſt, vt ſi ſeruus manumittendus moriatur: aut Capitolium chaſmate perierit: vel is, cui pecunia danda erat, oblatam recuſauerit. In his enim ſpectamus, quod vt plurimum euenire ſolet: extranei verò caſus (inquit idem Bruſſelius) in cōſideratione non ſunt. Et ſi enim is, cui dare iuſſus ſum, accipere recuſat: non tamen fit, quin in mea fuerit poteſtate dare, vel non. Et proptereà etſi ille recuſat accipere, nihilominus non deſinit hęc eſſe poteſtatiua. Sicuti etiam rectè ſcripſerunt glo. in l. 1. C. de inſtit.& ſubſt. Bald. num. 12.& Caſtren. nu. 7.& latius Decius. num, 12. qui diligenter ſatisfacit argumentis diſſentientium, ſic & Comenſis, Imola & Soci. in l. cum ita datur. ff. de cond.& demon. qui dixerunt, eſſe poteſtatiuam, quo ad hunc effectum, vt ſub illa filius inſtitui poſſit hæres. l. ſuus quoque
8 §.1.ff. de hæred. inſtit. Aliquo † tamen caſu habet effectum mixtæ, ſicuti vt non habeatur pro impleta, ſi is, cui dandum eſt, antequam detur, moriatur, vel recuſet recipere. d. l. cum ita datur. Qua de re infra ſuo loco dicemus.

9 Conditio † mixta propriè dicitur, quæ pendet partim à perſona eius, cui adſcripta eſt: & partim à fortuna, l. ſuus quoque. §. puto. ff. de hæred. inſtit.& declarant omnes in l. 1. C. de inſt.& ſubſt ibi Corneus num. 22. Soc. Sen. in conſ. 44. nu. 6. lib. 1.& Bruſſelius in d. tit. 2. num. 4.

Multi tamen appellarunt hanc conditionem proprie caſualem. Ita Cynus, Dynus & Bartol. quos commemoraui in conſ. 146. nume. 30. lib. 2. Exemplum ſolet afferri in caſu. l. ſi pater. C. de inſtit & ſubſt. vbi ſi teſtator eum, qui in remota admodum regione, puta in Mauritania agit, hæredem inſtituat, ſi Patauium redierit, conditio mixta eſt: cùm difficilis ſit, ex quo non eſt ob multa, quæ veriſimiliter euenire poſſunt, ſua in poteſtate redire. Dicitur etiā mixta illa conditio, quæ difficilem admodum dationē cōtinet: vt ſi teſtator grauat inopem dare ingentem pecuniarum ſummam. Ita Imola in l. vlt. ff. de condit. inſtit.& Bruſſelius in d. tit. 2. nu. 4. verſ. ſed & ſi tanta.

10 Eſt & conditio mixta † illa, quæ pendet partim à proprio, & partim ab alterius arbitrio, vt ſi legatū eſt Caio, ſi Caiam vxorem duxerit. Sic ſanè ſcribunt penè omnes in d. l. 1. C. de inſtit.& ſubſt. vbi inter alios Corneus. num. 22.& Bruſſelius in d. tit. 2, num. 4.

11 Cùm enim † nuptiæ non niſi vtriuſque conſenſu contrahantur, l. nuptias. ff. de reg. iuris, dicendum eſt, mixtam eſſe conditionem: ex quo pendet quodammodo à fortuna, quod
12 vir & mulier conueniant. Sunt † enim homines ad diſſentiendum faciles. l. quia poterat. ff. ad Trebell.

His præmiſſis, tria nunc capita diſtinguimus, atque conſtituimus.

13 Primum eſt de † conditione caſuali, in quo dicimus, inſpici ſolum euentum: & ob id quomodocunque deficiat, impeditur diſpoſitio. Ita Bart. in l. 1. in prima oppoſ. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi Baldus. num. 19. Salicetus. colum. 1. Alex. num. 7. Iaſon num. 9.

Idem ſcripſerunt Caſtren. in conſ. 136. Viſis & conſideratis. num. 2. lib. 1. Socinus in l. in teſtamento. la 2. num. 4. ff. de cond.& demonſtr. & Bruſſelius in Tract. de conditionibus. lib. 3. tit. 4. num. 1.

Et iure manifeſto probatur in l. vnica. §. ſinautem aliquid ſub conditione. C. de cad. tollen. Et Socinus in d. l. in teſtamento. num. 8. recenſet rationem differentiæ inter hanc caſualem & poteſtatiuam.

14 Declaratur † primò hæc ſententia, vt non habeat locum, quando conditio deficit facto eius, cuius intereſt eam non impleri. Nam tunc habetur perinde ac ſi fuiſſet impleta. Ita in ſpecie Soc. in l. in teſtamento. la. 2. num. 4. verſ. ſecundò limita. ff. de condit.& demonſt. qui docuit, etiam hoc in caſu locum habere regulam. l. iure ciuili. ff. eod. de condit.& demonſt. de qua dicemus infra.

15 Declaratur ſecundò † non procedere, quando teſtator reliquiſſet etiā deficiente hac conditione caſuali: vt poſt glo. & Caſtren. in l. 1. C. de inſtit.& ſubſt. ſcripſit Socin. in d. l. in teſtamento. la ſecunda, num. 4. verſi. tertiò & vltimò limita.

16 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat in caſu. l. vltim. C. de neceſſ. ſeruis hæred. inſtit. vbi ſeruus purè hæres inſtitutus, & ſub conditione caſuali libertate donatus, liber omninò efficitur, & ſi non euenit conditio. Et hoc quidem fauore libertatis ſancitum eſt: ſicuti affirmant Bart. ibi & Socinus in d. l. in teſtamento. la 2. numer. 4. verſ. quam concluſionem. ff. de cond & demon.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando conditio eſt poteſtatiua. Hoc in capite diſtinguo aliquot caſus.

17 Primus eſt, quando † ſtetit per ipſum honoratum & cōditione grauatum quominus impleret conditionem ipſam. Hoc ſanè caſu non habetur pro impleta. Si quidem teſtator conditionem adiecit, vt grauatus eam impleret, non autem, vt negligeret. l. quæ ſub conditione. §. 1. in fi. ff. de cond. inſtit. & tradunt Bar.& Soc. in l. teſtamento. la 2. ff. de cond. & demon. ille num. 2. iſte nu. 8. verſ. in poteſtatiua. Quo quidem loci Socinus reddit rationem differentiæ inter hanc poteſtatiuam & caſualem & mixtam.

Et hic quidem caſus probabilem non habet dubitationē.

18 Secundus eſt caſus, quando † honoratus grauatuſque iſte ſine aliqua ſui culpa fuit impeditus ab eo, in cuius perſonam conditio erat implenda: vt ſi hæres inſtitutus ſub conditione, ſi decem Caio dediſſet, & Caius ipſe recuſaſſet accipere, conditio ipſa pro impleta habetur. Ita Bar. in l. in teſtamento. la 1. ff. de cond.& demon.& Baldus in l. 1. num. 8. C. de inſtitu.& ſubſt. & Bruſſelius in lib. 3. de conditio. tit. 4. numero quarto.

Et hoc in caſu locum habet regula. l. iure ciuili. ff. de cōd. & demon. Et ſi Iaſ. in l. centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. nu. 4. ff. de verb. oblig. & Puteus in deciſ. 22. nu. 3. par. 1. Scripſerūt d. l. iure ciuili, non habere locum in conditione poteſtatiua.

Et hic caſus habet locum multo magis in legato libertatis, l. 3. §. non ſolum. de ſtatu lib. Bruſſelius in d. titul. 4. num. 3. in fi.

19 Tertius eſt caſus, quando † honoratus grauatúſque iſte caſu fuit impeditus, vt ſi hæres ipſe inſtitutus & grauatus dare decē Caio: & Caius deceſſit. Hoc ſanè caſu cōditio habetur pro impleta, ad commodum ipſius grauati. Ita Bar. in d. l. 1. num. 1. verſ. ſi caſu fortuito. C. de inſtit. & ſubſt. & ibidem Baldus. num. 8. verſ. niſi culpa.& Decius. num. 7. verſ. in eadem glo. Quæ ſanè ſententia probatur illo tex. d. l. 1. C. de inſtitu.& ſubſt.& l. turpia. §. 1.& pen. de leg. 1. Et idem ſi viro teſtatore deceſſit. l. Stichum. § pen. de cond.& demon.

20 Declaratur primò † hic caſus, vt non procedat, quando legatarij culpa præceſſit, vt ſi fuit in mora dandi & interim ille Caius deceſſit. Ita Bar. Baldus & Decius vbi ſupra qui tradunt, moram purgari non poſſe. l. Thais. §. 1. ff. de fideicom. libert. Niſi id fiat intra modicum tempus. Qua de re copioſè diſſerit præcitato in loco Decius.

21 Declaratur ſecundò, quando † Caius ille, cui numeranda erat pecunia fuit à tertio occiſus. Nam tunc conditio non habetur pro impleta, ex quo agi poteſt contra homicidam. Ita poſt Imolam & Alex. latè tradit Decius in d. l. 1. num. 10. C. de inſtit.& ſubſt.

Tertium eſt caput, quando conditio eſt mixta Hoc etiam in capite diſtinguo atque conſtituo plures caſus, ſicuti diſtinxi in conſil. 146. num. 30. lib. 2. poſt Cynum in l. 1. col. 4. verſ. ſecundo caſu C. de inſt. & ſubſt.

22 Primus eſt, quando † conditio non fuit impleta atque ita defecit facto ipſius legatarij. Hoc ſabè caſu clarum eſt, cōditionem non haberi pro impleta: ſed defeciſſe, atque ita hæreditatem, vel legatum non deberi honorato, cum non parendo conditioni, eam repudiare viſus ſit. Ita ſcripſi in d. conſi. 146. num. 30. verſ. primus caſus; ex ſententia. Cyni in d. l. 1. col. 4. verſ. 2. caſu. C. de inſtit.& ſubſt.& Soc. in l. in teſtamēto. nu. 6. verſ. 1. eſt. ff. de cond.& demon. Et manifeſtè probat tex. l. in teſtamento. la 2. in fi ff. de cond.& demon. ibi.

*Si quidem ipſe nolit vxorem ducere, quia ipſius facto conditio deficit, nihil eſt legato conſequitur.*

23 Extenditur hic caſus, vt † procedat etiam in legato libertatis. l. ſi filius. §. 1. ff. de fideico. libert. & tradit Bruſſelius in Tract.



in Tract. de conditionibus. libro tertio, titulo 4. numero 2.

24 Extenditur † ſecundo, vt procedat etiam ſi ſemel defecta conditione, legatarius eam adhuc vult implere: vt ſi ei eſt legatum, ſi Caiam vxorem duxiſſet: Et antequam Caiam requireret, vt ſibi nuberet, aliam duxit, & ea mortua denuò vult ducere Caiam. Non enim legatum debetur: cum ſemel ipſius legatarij facto defecerit conditio. Ita Bald. in l. prima in fin. C. de inſtit. & ſubſt. Caſtren. in l. 2. C. eod. Verùm Coſta in l. cum tale. in ſexta fallentia. num. 4. ff. de cond.& demonſt. aliter & diligenter declarat.

25 Secundus eſt † caſus, quando conditio deficit, ex parte eius, cui impleri debuit. Hic etiam caſus eſt clarus, hæreditatem, vel legatum deberi, quia hic non ſtat per honoratum: ſed per eum, cui honoratus implere debuit. Ita poſt Socin. in d. l. in teſtamento. la 2. numero ſecundo, & numero ſeptimo, verſ. tertius caſus eſt, & alios, quos retuli in d. conſilio 146. nume. trigeſimoprimo, verſic. ſecundus eſt caſus, quo loci dixi, caſum hunc probari text. l. in teſtamento. la ſecunda. ff. de conditione & demonſtratione, quo loci reſpondit Africanus quòd ſi teſtator ita legauit. Titio ſi Sæiam vxorem duxerit, hæres meus centum dato: ſi Sæia recuſat ei nubere, legatum debetur Titio: cùm per eum non ſteterit, quominus nuberet. Et illo in reſponſo alia afferuntur exempla. Idem probat. l. iure ciuili. ff. eod. vbi ita ſcriptum eſt.

*Iure ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt conditionem impleri, fit quominus impleatur, vt perinde habeatur, ac ſi impleta conditio fuiſſet.*

Et hanc quidem ſententiam relatam etiam in l. iure ciuili. ff. de reg. iuris, intelligunt pariter Doctores de hac conditione mixta. Ita ſanè Socin. in d. l. in teſtamento. la. 2. nume. 2. ff. de condit.& demonſt.

26 Et rurſus probat † caſum hunc. l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3. vbi legatum factum vxori, ſi vel donec cum filio habitaſſet, debetur vxori, ſi filius cum ea habitare noluit. Et in ſpecie ita etiam ex noſtris reſponderunt, Comen. in conſilio trigeſimooctauo. Maritus.& Socinus Iunior in conſilio 110. numero decimo, libr. primo, quos ſecutus ſum in conſil. 146. numero trigeſimoprimo, verſic. ſecundus caſus. in fine. libro ſecundo. Præterea probatur hæc ſententia text. l. Mæuia. in princ. ff. de annuis lega. quo loci reſpondit Scæuola, legatum relictum Titio, ſi Mæuij negotia adminiſtraſſet, deberi ipſi Titio, ſi Mæuius fuit in cauſa, ne Titius adminiſtraret. Probant pariter. l. Titius. ff. de cond.& demon. l. ſi poſt diem. §. 1. ff. quando dies leg. ced.& l. 1. C. de inſtit. ſub cond. factis.

27 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiam quando is, cui implenda erat conditio, poſt recuſationem vult & requirit, quod impleatur: vt ſi teſtator legauit centum Caio, ſi nuptias contraxiſſet cum Pamphila, & requiſita Pamphila contrahere recuſaſſet: deinde vellet, & Caius nollet. Hoc etiam caſu cōditio habetur pro impleta, vt legatum debeatur Caio. Ita Baldus & Salicetus in d. l. 1. C. de inſtit.& ſubſt. ille. nume. 7. iſte col. 2. verſi. quæro in caſu. Et ibidem Alex. num. 1. Corne. num. 3. Riminaldus num. 2. Iaſ. nu. 7.& Coſta. in l. cum tale. in ſexta fallentia. nu. 24.& nu. 25. ff. de cond.& demonſt. Et ij quidem moti ſunt text. l. cum quidam. C. de cond. inſertis. ibi, *niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur.*

28 Cæterùm † à prædictis diſſentiunt Cynus in d. l. 1. C. de cond. inſtit & ibidem Fulgo. Primò text. d. l. 1. vbi ita demum conditio habetur pro impleta per contradictionem, ſi matrimonium impediatur: ſicq; in contradictione perſeuerauerit. Verùm reſpondetur ſecundum Alex. ibidem, quod & ſi hæc conſideratio conuenit caſui. d. l. 1. non tamen adaptatur huic noſtro, in quo ſufficit, ſemel noluiſſe.

Conciliando has opiniones, melius & diſtinctius quàm Imola, & Decius in d. l. 1. nu 13. C. de inſt.& ſubſt. ſic aliquot caſus diſtinguit Socinus in d. l. in teſtamento. la. 2. numer. 11. verſicul. ſed pro veritate. Et primus eſt, quando non ſtetit per Caium legatarium quominus contraheret nuptias cum Pamphila, poſt cuius recuſationem alteram duxit ipſe Caius. Hoc caſu, qui clarus eſt, conditio habetur pro impleta atque ita legatum debetur. Nam per ipſum Caium non ſtetit: ex quo fecit quod potuit, vt illam duceret.

29 Et ſufficit † quod per temporis momentum fuerit impleta conditio. l. ſi quis hæredē. C. de conditio. inſtit. Nec poteſt dicere Pamphila, velle purgare moram: cùm res amplius integra non ſit, iuxta l. illud. ff. de pericul.& commo. rei ven. Nòn enim Caius eo in ſtatu reperitur, vt cum eo contrahere valeat Pamphila.

Secundus eſt caſus, quando Caius legatarius conſecutus eſt ipſo iure legatum: iuxta l. cum quidam. C. de condit. inſertis. vel res legata ei ab hærede tradita fuit: & adhuc non contraxit cum altera. Hoc caſu nulla datur hæredi exceptio contra ipſum Caium. Nec admittitur aliqua moræ purgatio, quæ non datur ad conſequendum actionem. l. ſi ita quis. §. Sæia. ff. de verb. oblig. Hoc caſu (inquit Socinus in d. l. in teſtamento. la 2. nu. 11. ver. aliquando & ſecundo.) procedit opinio Baldi, Saliceti, & ſequacium.

Tertius eſt caſus, quando Caius adhuc conſecutus non eſt legatum: nec adhuc vxorem duxit. Hoc caſu conditio non habetur pro impleta, atque ita Caius legatarius conſequi non poteſt legatum, ſi Pamphila vult ei nubere. Ita (inquit Socinus in d. l. in teſtamento. nu. 11. verſ. aliquando & tertiò.) procedit opinio Imolæ. Nam admittitur moræ purgatio ad parandum exceptionem. l. cui fundus. vbi Bar. ff. de condi.& demonſtr. Hoc tamen intelligit Socinus procedere in legato quantitatis: non autem ſpeciei, cuius dominium dicitur ſtatim, conditione impleta, tranſlatum. l. ſi is cui. ff. de lega. 2.& tradit Bar. in l. ſi inſulam. q. 4 ff. de verb. oblig.

Quartus eſt caſus, quando agitur de hæreditate nondum adita à Caio hærede inſtituto, qui poſt recuſationem Pamphilæ ei nubendi, alteram adhuc non duxit. Hoc ſanè caſu, ſi Pamphila vult cum ipſo Caio contrahere matrimonium. Caius non conſequitur hæreditatem: cum conditio pro impleta non habeatur. Ita Socinus in d. l. in teſtamento. num. 11. verſi. aliquando & quarto, qui huius ſententiæ recenſet Alex. in d. l. 1. C. de cond. inſtitut. Nam moræ purgatio quandocunque hoc caſu admittitur. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtit.& l. hæc conditio. ff. de cond.& demon. Diuerſum verò eſt, quādo Caius iam adiuit hæreditatem. Non enim tunc eam retinet: nec amplius eſt locus purgationi moræ. Nam poſtquam
30 † Caius ſemel factus eſt hæres non poteſt deſinere eſſe hæres. l. in ſubſtitutione. ff. de vulga.& pup. ſubſti.& §. 1. Inſtit. de fideicom. hæredit. Ita declarat præcitato in loco Socinus, qui exemplo legatæ libertatis confirmat.

31 Cæterùm † extenſio hæc non procedit in legato annuo: vt ſi teſtator legauit centum annua Caio, quandiu geſſiſſet negotia hæredis. Et ſi enim hæres prohibuit aliquo tempore Caium adminiſtrare: attamen pœnitere poteſt, & efficere, vt Caius adminiſtret: alioqui legatum non erit pręſtandum. l. 3. § pen. ff. de ſtatu lib.& tradit Bruſelius in d. lib. 3. de conditionibus. titul. 4. nume. 4. verſic. planè ſi legatum. Et rurſus non procedit hæc extenſio, quando conditio ipſa ex poſt fuit impleta, vt ſi Caia, quæ noluit nubere Sæio legatario, deinde ei nupſit. Iaſon in l. 2. num. 6. C. de inſtit.& ſubſtit. poſt Caſtren. ibi, & diligenter declarat Emanuel Coſta in l. cum tale. in 6. fallentia. num. 6. ff. de cond.& demonſt.

32 Declaratur primò † hic principalis caſus, vt locum non habeat quando teſtator conditionem contulit non quidem directè in perſonam ipſius hæredis, vel legatarij, ſicque honorati: ſed in perſonam alterius, vt ſi dixit: Lego centum Sæio, ſi Caia ei nupſerit. Hoc caſu, etiam ſi non ſtat per ipſum Sæium quin ducat in vxorem Caiam non tamen conſequi debet legatum. Ita ſcripſerunt Iacobus de Raue. Petrus, Cynus, Angelus, Ioan. Fabri & Alber. in l. 1. C. de inſtit.& ſubſtit.& ibidem Alexan. num. 9.& Iacobinus num. 10. Comenſis & Imola in l. in teſtamento. la 2. ff. de condi.& demonſtrat.& eſſe communem opinionem aſſeruit & probat Emanuel Coſta in l. cum tale. in ſexta limitatione. num. 27. ff. de condi.& demonſt. Et ij quidem adducti ſunt text. l. Labeo ſcribit, ſi bibliothecam. ff. de contrah. empt. ducto argumento à ſenſu contrario.

*Labeo ſcribit* (inquit Vlpianus) *ſi bibliothecam ita vendideris, ſi decuriones Campani locum mihi vendidiſſent, in quo eam ponerem: & per me ſtet, quominus id à Campanis impetrem: non eſſe dubitandum, quin præſcriptis verbis agi poßit. Ego, etiam ex vendito agi poſſe, puto: quaſi impleta conditione: cum per emptorem ſtet, quominus impleatur.*

Hactenus Vlpianus, qui manifeſtè reſpondit, cōditionem

hanc,quæ collata eſt in perſona tertij, vt erant illi campani,ſi ſtat per me emptorem,qui teneor implere cõditionem,nempe requirere campanos,vt locum vendant,haberi pro impleta ad detrimentum meum , & ad commodum tui venditoris, vt tibi detur actio contra me,cùm per me ſteterit, quominus impleretur conditio. Ergo à ſenſu contrario , ſi ſtat per tertium illum, nempè Campanos, qui à me requiſiti , vt venderent locum , recuſarunt vendere , conditio non habetur pro impleta ad tui commodum vt detur tibi actio contra me.

Ita à ſenſu contrario argumentari voluiſſe opinor Doctores , quos minus rectè intellexiſſe viſus eſt Socinus in d. l. in teſtamento la.2.nu.9.in fine,qui exiſtimauit d.l. Labeo,probare potius contrariam opinionem.

33 Præterea & ſecundò ea ratione † fulcitur recepta hæc ſententia,quod hæc dicitur potius conditio caſualis quàm mixta,ex quo tota collata eſt in perſonam tertij,& tota ab eo pendet. Non autem conſiderabilis eſt perſona grauati & implere debentis , an is ex parte ſua impleuerit , vel non. Et ob id dubius eſt euentus,an is volet,vel non,vt docuit glo.in l.inde Neratius.§.1.ff.ad legem Aquil.Quemadmodum ergo conditio propriè caſualis deficit,ſi caſus non eueniat : nec ſpectatur factum & perſona grauati,ita & hæc conditio collata in perſonam tertij.

34 Contrariam itaque † opinionem, quod ſcilicet hoc caſu habeatur conditio pro impleta probarunt Accurſ.in d.l.inde Neratius.§.1.quam viſi ſunt ſequi Fulgoſius in dicta l.1.C.de inſt.& ſubſtit. & Socinus in d.l.in teſtamento.la.2. nu.9.ff.de cond.& demon.etſi dixit, cogitandum eſſe. Et apertius idem Socinus in conſil.44.lib.1.Et perpendi ſolet.d.l.in teſtamento.la.2.quo loci teſtator ita ſcripſerat.

*Stichus & Pamphila liberi ſunto.Et ſi in matrimonium coiërint, hæres meus his centum dare damnas eſto.*

Reſpondit Africanus, quod ſi Stichus nollet ducere Pamphilam, conditio pro impleta habetur quo ad Pamphilam.vt legatum ei pro ſui portione debeatur. Et tamen conditionis verba relata ſunt ad vtrumque.

Cæterùm nil ad rem pertinere hoc reſponſum ſcripſerunt Alex. & Socinus ſuprà commemorati:pluralitatem ibi reſolui in ſingularitates,hoc modo.Lego Sticho ſi nuptias contraxerit cum Pamphila : & lego Pamphilæ , ſi contraxerit cum Sticho.l.falſa.in fin.ff.de cond & demonſt. Secundò ſic argumentatur Socinus in d.l.in teſtamento la.2.num.9.verſic.ſed
34 pro opinione. In † contractibus vltrò citroque obligatoriis reſultat correlatio, ita quod impoſitum vni , cenſetur iniunctum & alteri.

35 Atqui matrimonium eſt † contractus vltro citroque obligatorius.

Ergo ſi teſtator dixit:ſi Stichus contraxerit matrimonium cum Pamphila,cenſetur etiam dixiſſe,ſi Pamphila contraxerit cum Sticho.Exiſtimo poſſe reſponderi, quod quando teſtator ita ſimpliciter dixit:lego centum Sticho , ſi Pamphila ei nupſerit : licet quo ad actum nubendi teſtator ita de vno quàm de altero dixiſſe cenſeatur : Attamen quo ad deliberationem & conditionis effectum voluit totum pendere à voluntate Pamphilæ:nec in hoc conſiderari debere voluntatem & factum Stichi,an ſcilicet per eum ſteterit,vel non, quominus contrahat nuptias cum Pamphila.

36 Declaratur † ſecundò hic caſus,vt locum nõ habeat,quando teſtator ſpecialiter prouidiſſet caſu quo impeditum fuiſſet conditionis implementum facto eius, in cuius perſonam implenda erat : vt ſi teſtator legauit vxori ſuæ vſumfructum puta bonorum ſuorum, ſi habitaret cum filiis ipſius teſtatoris : & caſu quo non poſſet habitare reliquit mille. Si mulier facto ipſorum filiorum non poteſt cum eis habitare conditio non habetur pro impleta ad commodum ipſius mulieris , vt conſequatur legatum vſusfructus : ſed conſequi ſolum debet illa mille ei relicta in defectum conditionis. Ita egregiè reſpondit Comenſ. in conſil.38. Maritus.colum.1. quem ſecutus eſt Dec.in l.1.numero 6.verſic.& notandum eſt.C.de inſtit. & ſubſtit.& idem ego ſcripſi & declaraui in conſil. 262. num.15.lib.3.

Et accedit Emanuel Coſta in l. cum tale in ſexta fallentia. num.23.ff.de cond.& demonſt.Quæ ſententia probatur text. l.vter ex fratribus.ff.de cond.inſt.

37 Declaratur tertiò, vt non procedat, quando † ex qualitate rei legatæ,teſtator ſenſit,quod conditio re ipſa impleretur,vt ſi legauit centum dotis nomine Caiæ, ſi Seio nupſiſſet. Etſi enim Caia fuit parata nubere & Seius recuſauit, cõditio non habetur pro impleta : atque ita legatum Caiæ non debetur. Ita in ſpecie declarat & rationibus comprobat Coſta in dicta ſexta fallentia.num.28.

38 Tertius eſt caſus, quando † conditio hæc mixta pendens à voluntate & facto duorum, nempè eius, qui implere, & eius, cui impleri debet,impeditur iuſto facto tertij.

Hoc ſanè caſu conditio habetur pro impleta, & ob id honoratus grauatúſque implere conſequitur hæreditatem vel legatum.Ita Bart.in l. Mæuia.§.vxore.ff. de annuis lega.dum quærit, ſi legatum ſit Caio , ſi cum Titio commorabitur, & Caij vxor nolit ipſum Caium virum ſuum cum Titio habitare,an Caius ipſe conſequi debeat legatum? Et ſcribit Bartol. Doctores eſſe in ea opinione,Caium legatarium poſſe noctis tempore habitare cum eius vxore,vt ei debitum maritale perſoluat : diei verò tempore habitare cum ipſo Titio. Si verò Caius impeditur ob vxoris infirmitatem habitare cum Titio,excuſabitur:atque ita conditio pro impleta habebitur,& conſequenter obtinebit legatum. Hoc idem ſcripſit Bart.in l. 1.num.8.C.de inſtit.& ſubſtit.quem ſecuti ſunt Alexander, Ruinus, Socinus & Decius, quos commemoraui & probaui in d.conſ.146.num.31.verſ.tertius eſt caſus.Hac diſtinctione & doctorum traditione poterat facilius reſpondere Cephalus in conſ.80.lib.1. dum horum immemor reſpondit, legatum ſeruo,ſi in domo habitaſſet, deberi, etſi vxoris facto non poterat continuò in ipſa teſtatoris domo habitare. Et aliud exemplum attulit Decius in d.l.1.num.11.verſ.ex quo infert. C.de inſtit.& ſubſtit.poſt Baldum ibi,& Roma.in conſ.499. in vltimo dubio.

39 Quartus caſus eſt, quando † conditio hæc mixta pendens à voluntate & facto duorum, vt ſupra , impeditur facto iniuſto tertij. Hoc in caſu ſcripſerunt Bart. in d.l.Mæuia.§.vxore, & in d.l.1.num.8.& alij, quos retuli in præcedenti caſu & ſecutus ſum in d.conſ.146.col.vlt.verſ.ſi verò factum , ſcripſerunt inquam prædicti , conditionem non haberi pro impleta atque ita legatarium conſequi non poſſe ipſum legatum, ex quo poteſt petere & habere ſuum intereſſe à tertio illo impediente:ſi modò is ſoluendo eſt:ſecus verò ſi non eſt ſoluendo: quia tunc legatum conſequetur. Nec hoc in caſu requiritur, quod factum tertij ſit directò impeditiuum : ſicuti opinati ſunt Bart. Ruinus & Socinus Iunior , quos retuli in d. conſil. 146.col.vlt.verſic.Nec hic obſtat:quia vt illo in loco ſcripſi, diſſentiunt Socin. Sen. & Ruinus ſibi contrarius à me vbi ſuprà commemorati. Et declarat Corne.in conſil.323.num.1. & libr.1.

40 Quintus eſt caſus , quando † conditio mixta pendens à facto duorum vt ſuprà à fortuna ipſa fuit impedita. Hoc ſanè caſu non habetur pro impleta,& propterea legatarius,vel hæres conſequi non debet emolumentum legati , vel hæreditatis.Ita probat. l. legatum. C. de condit.inſertis : cuius verba adſcripſi.

*Legatum ſiue fideicommiſſum à patruo tuo relictum tibi ſub conditione,ſi filio eius nupſiſſet : cum mortuo filio,priuſquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit:nulla ratione deberi tibi exiſtimas.*

Et in ſpecie caſum hunc probarunt Cynus in l.1.colum.4. verſ.aut impedior.C. de inſt.& ſubſtit. & ibidem Bart. in ſecunda oppoſ.& Baldus.nu.6. Socinus in l.in teſtamento.la. 2. num.6.verſ.ſecundus caſus.ff.de cond & demonſt. Et ſecutus ſum in d.conſ.146.colum.vlt.verſ.quartus eſt caſus.Eandem probarunt Angelus in conſ.150.Donatus Floriani, Abbas in conſ.78. Punctus talis eſt.col.vlt.libr.2.Ruinus in conſil.42. num.3.lib.2.Et cum Ruino de eadem facti ſpecie interrogatus reſpondit Soc.Iunior in conſ.108 & 109.lib.1.

41 Extenditur hic caſus , vt † locum habeat etiam in legatis annuis & ſucceſſiuis,quæ debentur, etſi conditio caſu deficit. Ita glo.in l. Sæio.ff.de ann.lega.& Bruſſelius in Tract.de conditionibus.libr.3.tit.4.nu.5.verſ.ſed etſi morte. Et probant.l. annua.ff. de ann.lega.l. qui concubinam.§. vxori, de leg.3.l. Stichos.§.vlt.ff.de alim.lega.l. illis libertis.ff.de cond.& demonſt.& l.3.C.de cond.inſertis.





Et hanc ſententiam viſus eſt probare Corn.in conſil. 323. num.1.verſ.& multò fortius.lib.1.

42 Declaratur primò † hic caſus,vt locum non habeat fauore alimentorum. Nam hæc debentur etſi conditio mixta caſu defecit.Ita Soc.in d.l.in teſtamẽto.la.2.nu.6.ver.primo enim fallit.ff.de cond.& demonſt.poſt Bart.ibi, adducti textu.leg. anna.ff.de annuis lega.Hanc declarationem probarunt etiam Abb.in d.conſ.78.col.vlt.lib.2.Corn.in conſ.323.nu.2.verſ. & prout lib.1.& Ruin.in conſ.42.num.4.lib.2.

43 Declaratur † ſecundò , vt non procedat fauore libertatis. Ita Socinus in d.l.in teſtamento.num.6.verſic.ſecundò fallit. Corn.in conſil.323.num.2.verſ.ſed fortè.lib.1.& Philibertus Bruſſelius lib.3.de conditionibus.tit.4.num.2.

Et probant.l. cum ita datur.ff.de cond.& demon.l. Thais. §.ſpeudoforus.ff.de fideicom.libert.& l.3.§.non ſolum.ff.de ſtatu liberis & aliæ multæ allegatæ à Bruſſelio.

44 Hinc † infertur,idem eſſe dicendum in legato ad pias cauſas:cum valeat argumentũ à cauſa libertatis ad cauſam piam, vt docuit Barto.in l.proximè.ff.de his,quæ in teſta.delen. Ita illationem hanc facit Soc.in d.l.in teſtamento.num.7.

45 Declaratur † tertiò, quando conditio hæc pro parte defecit caſu, & pro parte impleta fuit.Ita Soci.in d.l.in teſtamento.num.7.verſ.tertiò fallit,qui ſic intellexit.text.l.pen.§.1.ff. de cond.& demonſt.

46 Sextus eſt caſus, quando † conditio hæc mixta deficit facto teſtatoris : putà, ſi teſtator legauit Dominicanis, ſi apud eos ſepeliretur : & deinde ipſe teſtator deceſſit excommunicatus. Hoc caſu conditio habetur pro impleta : & propterea Dominicani conſequi debent legatum. Ita Dynus & Bart.in l.miles.§.vlt.ff.ad l. Iuliam de adult.Bald. Salic.& Caſtr.in d. l.1.C.de inſt.& ſubſt.& ibidem Alex.nu.7.Iaſon.nu.9.Calderinus in diſputatione quæ incipit.Rector eccleſiæ, Ancha. & Imola in cap.filius. extra.de teſta. Socinus in d. l. in teſtamento.la.2.numer.13.ff.de cond.& demonſt. Et hæc quidem ſententia probatur in d.l. miles.§. vltim.ff. ad legem Iuliam:
47 de adulter. vbi iuris impedimentum † cauſatum ab eo, qui vult excuſari ex ipſo impedimento nil operatur.

48 Præterea & † ſecũdò afferri ſolet ratio:quia quod excommunicatus ſepeliatur in eccleſia eſt impoſſibile de iure.Ergo reiici debet conditio hæc.l.obtinuit.ff. de cond.& demonſt.

Non obſtant nunc rationes & argumenta Comenſis in d. l.in teſtamento,qui contrariam opinionem probauit : diſtinguendo duos caſus:quorum primus eſt,quando teſtator tempore conditi teſtamenti iam erat excommunicatus.

Hoc ſanè caſu admittit Comenſis communẽ opinionem.

49 Quandoquidem conditio † illa tanquam turpis & de iure impoſſibilis reiicitur. dicta l.obtinuit,quæ hoc in caſu locum habet.

Secundus eſt caſus, quando teſtator condito teſtamento excommunicatus fuit, & in ea excommunicatione deceſſit. Hoc in caſu aduerſus communem ſententiam ſcripſit Comenſis,conditionem non haberi pro impleta,atque ita legatum non deberi Dominicanis. Primò ea ratione vſus eſt Co-
50 menſis:quia quando teſtator remouet † onus adiectum legatum.l. alumnæ.§. Sæia. & l. filio.§. matri.ff. de adimen.lega. Atqui teſtator moriens excommunicatus remouet onus ſepulturæ Dominicanis impoſitum:Ergo & commodum legati remouere atque reuocare dicitur. Cæterùm Socinus in d.l. in teſtamento.num.13.verſ.ſed in hac ratione : ſcripſit , Co-
51 menſem falli, quia † aliquãdo onus adiicitur legato per viam modi : Et tunc remoto ipſo modo dicitur etiam reuocatum legatum.Ita loquuntur(inquit Socinus)d.§.Sæia,& d.§.ma-
52 tri. Et hic non eſt caſus noſter. Aliquando verò onus † apponitur legato per modum conditionis. Et tunc remota conditione ab ipſo teſtatore non dicitur reuocatum legatum. l. ſi quis ſeruum,vbi glo.ſic diſtinguit.ff.de cond.& demonſt.Et in caſu noſtro, onus fuiſſe adiectum per modum conditionis eſt certum : cum locutus ſit teſtator per dictionem , ſi , quæ
53 † conditionem ſignificat.l.1.vbi Bart.& reliqui.ff.de cond.& demonſt. Hæc conſideratio Socini facilè euitari poteſt:quia
54 ex coniecturata † voluntate teſtatoris conditione adempta & reuocata ademptum & reuocatum etiam cenſetur legatum.l. tertia §. conditio.ff. de adimen. lega. quem ſic declarant Aretinus in conſilio nonageſimotertio in fi & Crauet.in conſil.80.num.2. & diximus ſupra in præſump.169.num.18. Porrò hoc in caſu extat coniecturata teſtatoris voluntas , qui ſuo facto,contemnendo Eccleſiæ præcepta, ſicque decedendo in excommunicatione ademit atque reuocauit conditionem ſepulturæ, dicitur ademiſſe & legatum : quia ſi contempſit Eccleſiam,non eſt præſumẽdum, quod ei fauere & com-
55 modum afferre voluerit. Et ſicuti † teſtator contracta cum legatario inimicitia præſumitur mutaſſe voluntatem atque ita reuocaſſe legatum,vt diximus ſuprà in præſumpt. . . Ita & teſtator iſte,qui per excommunicationem contraxit inimicitiam cum ipſa Eccleſia. Rectius dici poteſt,teſtatorem hunc excommunicatum non cenſeri reuocaſſe legatum: ſed potius confirmaſſe , vt magis tegeret peccatum, quo fuerat excom-
56 municatus.Sicuti facere conſueuerunt † fœneratores, qui ſuis in teſtamentis multa relinquunt piis locis, vt ſignificent ſe malos nõ fuiſſe. Et ſi hic teſtator voluiſſet reuocare legatum, facilè ei fuiſſet codicillis id facere.

57 Secundò † motus eſt Comenſis textu.l.cum tale.§.pen.ff. de cond.& demon.quo loci teſtator legauit libertatem Pamphilo ſeruo ſuo , ſi voluiſſet quod ipſe teſtator Titio debebat: Deinde ipſe teſtator viuens ſoluit Titio debitum : atque ita ſuo ipſo facto teſtator ademit conditionem , & proinde legatum libertatis dicitur pariter reuocatum. Verùm reſponderi poteſt,vt mox dicemus. Tertiò ita arguit Comenſis le-
58 gatum † fortius reuocatur facto teſtatoris quàm caſu & fortuna.d.§.pen.iuncta l.cum ita datur.ff.eo.de cond.& demon.
59 At qui † quando conditio caſu & fortuna deficit, legatum etiam deficere dicitur , vt diximus in præcedenti caſu. Ergo etiam legatum deficit, deficiente conditione facto ipſiuſmet teſtatoris.

Cæterùm reſpondet Socinus in d.l.in teſtamento.la 2.nu. 13.ver.conſidera,quod.Aliquando & primò (inquit Socinus) conditio deficit facto teſtatoris, vt quia teſtator remouet ſolam conditionem : & tunc legatum non dicitur reuocatum. Ita loquitur d.l.ſi quis ſeruum.ff.de condi.& demon.Aliquãdo & ſecundò conditio facto voluntario teſtatoris impleri non poteſt. Et tunc ex quo impedit ipſum conditionis implementum,etſi conditionem non remouet, videtur adimere legatum.Ita procedit d.l.cum tale.§.pen.ff.de condi.& demõ. Aliquando & tertiò ac vltimò deficit conditio facto teſtatoris neceſſario, ſeu impeditur: Et tunc non dicitur impediri animo adimendi legatum.argu.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3.vbi alienatione neceſſaria non præſumitur ademptum legatum.Qua de re diximus ſuprà in præſump.167.

## PRÆSVMPT. CLXXXIIII.

### Modus quando ex præſumpta teſtatoris voluntate & mente pro impleto habeatur.

### SVMMARIVM.

*1 Modus mixtus quando deficit caſu aut fortuna, non autem facto alicuius,habetur pro impleto.*

*Secus ſi conſtat, teſtatorem voluiſſe, modum omninò impleri debere.num.2.*

*3 Modus mixtus habetur pro impleto , quando deficit facto & culpa eius,in cuius perſonam implendus erat.*

*Secus ſi defecit culpa legatarij.num.4.*

1 DIximus in præcedenti præſumptione de cõditione,quando ſcilicet pro impleto habeatur: Nunc diſſeramus de modo. Hic diſtinguendi ſunt tres caſus.

2 Primus eſt quando † modus mixtus deficit caſu & fortuna: non autem facto alicuius, tunc modus habetur pro impleto. Ita Accurtius,Bart.Signorolus,Alber.Caſtrenſis,Alexander, Corneus,Iaſon,& Socinus ,quos commemoraui, & ſecutus ſum in conſ.262.num.14.lib.3.quo loci.num.15.dixi , ſententiam hanc probari tex.l.quæ ſub conditiones.§.quoties.verſ. idem eſt & ſi ff.de condi.inſtit.l.ſi Titio.de leg.1.& l.pater.§. Tuſculanus.de leg.3.

Et hæc quidem eſt communis ſententia , vt teſtatur Emanuel Coſta in lib.2.ſelectarum interpretationum circa cõdi-

tiones.c.22.num.7.& ſi ab ea ipſe poſt Comenſem, quem recenſet, & præcitatis iuribus reſpondet, legata illa relicta fuiſſe purè, non autem ſub modo. Et ibidem.nu.10.in fin.dixit, non eſſe pariter retinendam diſtinctionem Cornei in l.1.nu. 5.C.de his, quæ ſub modo, & in conſ.221.Quoniam.nu.14.
2 lib.1.Hic caſus † declaratur, vt non procedat quando conſtat teſtatorem voluiſſe modum omninò impleri debere. Ita ſcripſi in d.conſ.262.num.15.

3 Secundus eſt caſus, quando † modus mixtus defecit facto & culpa eius, in cuius perſonam implendus erat.

Hoc etiam caſu modus habetur pro impleto. Ita manifeſtè probat.l.1.C.de his, quæ ſub modo. & ibidem annotarunt omnes, præſertim Corneus.num.3.& idem in l.1.nu.31.C.de inſti.& ſubſt.dum declarauit.l.pater.§.Tuſculanus.de leg.3.

4 Tertius eſt caſus, quando † modus mixtus deficit culpa legatarij, qui implere debet. Hoc ſanè caſu non habetur pro impleto, & ob id legatum non debetur.d.l.1.C.de his, quæ ſub modo, à contrario ſenſu, vt ibi in ſpecie annotauit Corn. numero tertio.

## PRÆSVMPT. CLXXXV.

Conditio an & quando ex præſumpta mente & voluntate teſtatoris in forma ſpecifica vel per æquipollens impleri poſſit.

### SVMMARIVM

*1 Conditio an & quando ex præſumpta mente teſtatoris in forma ſpecifica vel per æquipollens impleri poſſit.*

*2 Teſtatoris præſumpta voluntas totum facit.*

*3 Conditionis duæ ſunt ſpecies, neceſſaria ſcilicet, & voluntaria.*

*4 Conditio neceſſaria dicitur, quæ rei natura ineſt.*

*5 Conditio voluntaria dicitur, quam teſtator ſua voluntate adijcit & apponit.*

*6 Conditio quando eſt neceſſaria ad actum, vel ad effectum actus, permiſſa eſt extenſio ad alium caſum, & ſic impleri poteſt per æquipollens.*

*7 Fideicommiſſum relictum à matre filio poſt mortem patris debetur, ſi filius fuit à patre emancipatus.*

*8 Filius ſi à matre ſit inſtitutus ſub neceſſaria conditione, ſi à patre emancipatus erit, conditio impleta dicitur, ſi patre ipſo vel morte naturali vel ciuili ſublato, filius ſui iuris efficitur.*

*9 Donatio facta à matre filiæ, ſi intra biennium fuerit emancipata, extenditur ad caſum, ſi morte patris efficiatur ſui iuris.*

*10 Subſtitutio facta, ſi filius non naſcatur, comprehendit etiam caſum vulgaris, ſi moriatur ante aditam hæreditatem, vel eam repudiet.*

*11 Conditio neceſſaria adiecta pupillari ſubſtitutioni, ſi impubes deceſſerit, extenditur atque impleta dicitur pupillo ipſo ea in ætate ingredienti religionem bonorum incapacem.*

*12 Conditio neceſſaria certi temporis impleri non poteſt alio tempore.*

*13 Conditio voluntaria ſi non poteſt ſpecificè in caſu expreſſo impleri, ſufficit quòd impleatur per æquipollens.*

*14 Hæres, verbum prolatum in conditione voluntariæ verificatur in bonorum poſſeſſione, qui impropriè & fictè eſt hæres.*

*15 Libertas relicta ſeruo, ſub conditione, ſi decem promiſerit, debetur, ſi ſeruus ſimpliciter promiſit, & ſi efficaciter ſe non obligauit. Seruus efficaci obligatione ligari non poteſt.*

*16 Conditio de dando pupillo vel furioſo extenditur atque ita impletur dando eorum tutori vel curatori.*

*17 Conditio voluntaria quando poteſt ſpecificè impleri reſpectiuè ad grauamen, poteſt etiam impleri in caſu ſimili ipſi expreſſo à teſtatore. Secus quando euenit caſus præter vel contra voluntatem teſtatoris.num.18.*

*19 Conditio voluntaria quando ſtat de per ſe, non autem reſpectiuè ad grauamen, & eſt negatiua, agiturq́ de iure quæſito conſeruando, impleri poteſt in alio caſu.*

*20 Fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi grauatus decederet ſine filijs, expirat per ſuperexiſtentiam filiorum naturalium tantum, qui verè & propriè filij non ſunt.*

*21 Conditio voluntaria non extenditur ad alium caſum, quando eſſet in poteſtate grauati ſub conditione eam defici facere.*

*22 Filij adoptiui largè dicuntur filij.*

*23 Conditio voluntaria extendi poteſt ad alium caſum, quando ſtat de per ſe, non autem reſpectiue ad grauamen, & eſt affirmatiua, & agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus eſt idem fictè cum expreſſo introductus nempè iure ordinario ad eundem effectum. Secus ſi agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus eſt idem fictè cum expreſſo, ſed non habet eundem effectum, vel eſt introductus iure ſpeciali & extraordinario.num.24. Et ſecus quando agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus non eſt idem fictè cum expreſſo.num.25.*

*26 Conditio voluntaria extenditur ad caſum ſimilem, quando conſtat de coniecturata mente teſtatoris, & ſic impleri poteſt in caſu omiſſo. Idem dicendum fauore teſtamenti conſeruandi.num.27. Idem quando qualitas perſonæ vel rei ſuadet, conditionem extendi debere ad alium caſum, atque ita in eo per æquipollens impleri.num.28.*

*29 Verbum, inteſtatus, prolatum conditionaliter verificatur in eo, qui teſtari non poteſt, qui dicitur impropriè mori inteſtatus.*

*30 Verbum, probatio, conditionaliter prolatum in materia filiationis extenditur ad probationem præſumptam.*

*31 Teſtator ſi legauit vxori centum fruenda toto tempore vitæ, donec caſtè & honeſtè vixerit, & poſt eius mortem ſubſtituit Titium, an vxore tranſeunte ad ſecundas nuptias, ſtatim admittatur ſubſtitutus, vel expectari debeat mors naturalis ipſius vxoris.*

*32 Teſtator ſi inſtituit filium in legitima tantum, vxorem verò in reliquis omnib.bonis, donec vixiſſet & vidua foret, & poſt eius mortem, vel ea nubente, ſubſtituit filium, & ſi d.filius decederet ante eius matrem, vel poſtea quandocunque inteſtatus & ſine liberis, legauit fundum Caio: ſi filius viuente matre in viduitate, deceſſit ſine filijs condito teſtamento, in quo d.matrem inſtituit, nunquid legatum Caio expiret.*

*33 Teſtator inſtituit filium, quem grauauit reſtituere ſub conditione, ſi clericus efficeretur: ſi filius non eſt effectus clericus, deceſſit tamen ſine filijs, nunquid locus ſit reſtitutioni.*

*34 Teſtator ſi inſtituit filios naſcituros, & caſu quo naſcerentur, & ſine filijs decederent, vxorem ſubſtituit vulg.pupill.& per fideicom.ſi nulli ſunt nati filij, an vxor admittatur.*

1 EST etiam tota coniecturalis † frequens hęc &
2 perutilis diſputatio. Nam tota pendet † à pręſumpta teſtatoris voluntate, quæ totum facit. l.in conditionibus primum locum.ff.de cond.& demonſtr. & egregiè ſcripſerunt Barb.in c. Raynutius.num.9.de teſta. Socin. Senior in l.1.nume.8.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. Politus in Tract.de ſubſtitutionibus.in tit.De vulgari.in ſexta particula.num.7. Alciatus in libr.3.de verb.ſignific.nume.24. & apertius Emanuel Coſta in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.in quinta parte.numer.4.ff.de libe.& poſth.Cæterùm quo facilius explicetur diſceptatio hæc, duo
3 diſtinguo capita, ſicuti † duæ ſunt conditionis ſpecies, neceſſaria ſcilicet & voluntaria: vt aduertunt Bart.in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm.num.2.ff.de lib.&.poſth. & ibidem Socin. Sen.num.6.Ruinus.num.25.& nu.60.Ferrandus Berengarius in l.vlt.nu.58.& nu.66.C.de poſth.hęred.inſtit.qui hanc magiſtralem duarum conditionum diſtinctionem retinendam
4 eſſe ſcriptum reliquit. Et quidem † conditio neceſſaria eſſe dicitur quæ rei natura ineſt: vt ſi teſtator ſubſtituendo vulgariter dixit, ſi Caius à me inſtitutus hæres non erit, ſubſtituo Sempronium.

Hæc conditio, ſi Caius hæres non erit, eſt conditio neceſſaria in vulgari ſubſtitutione: cùm ei ſui natura inſit. Idem in pupillari, vt ſi dixit, ſi in pupillari ætate deceſſerit.

5 Conditio autem voluntaria † dicitur quam teſtator ſua voluntate adiicit & apponit: vt ſi dixit. Relinquo fundum Caio, ſi decem dederit hæredi meo, vel ex Caia filius naſcetur: vel ſi Titius efficiatur clericus.

His præmiſſis conſtitutio atque diſtinguo duo ipſa capita, neceſſariæ ſcilicet & voluntariæ conditionis.

Primum eſt caput, quod verſatur circa conditionem neceſſariam: in quo quidem diſtinguo aliquot caſus.





6 Primus eſt, quando † conditio eſt neceſſaria ad actum vel ad effectum actus. Hoc ſanè caſu permiſſa eſt extenſio ad aliū caſum: ſicque poteſt impleri per æquipollens. Ita inter alios docuit Ruinus in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.in prima lectura.num.25.& num.60.verſic.aut conditio eſt neceſſaria.ff. de lib.& poſth. Ferandus Berengarius in d.l.vlt.num.62.verſ. 4.hanc.C.de poſth.hęred.inſti. Emanuel Coſta in d.§.& quid ſi tantùm.in quinta parte.num.37.num.98.& 99. Et hic quidem caſus probatur.tex.l.mulier.in princip.ff.ad Trebell.vbi
7 † fideicommiſſum relictum à matre filio poſt mortem patris, debetur, ſi filius fuit à matre emancipatus: atque ita conditio, ſi factus erit ſui iuris per mortem patris: extenditur ad caſum
8 emancipationis. Et rurſus probatur † text.l.ſi mater.C.de inſtit.& ſubſtit.vbi filius à matre hæres inſtitutus ſub neceſſaria illa conditione, ſi à patre emancipatus erit. (Non enim aliter hæres eſſe poteſt, viuente patre) conditio impleri dicitur, ſi patre ipſo vel morte naturali, vel ciuili ſublato, filius ſui iuris
9 efficitur. Facit.& † l.vltima.C.de donationibus, quæ ſub modo, vbi donatio facta à matre filiæ ſub conditione, ſi intra biennium fuerit emancipata, extenditur ad caſum, ſi morte patris efficiatur ſui iuris, & confert l.Gallus. §.& quid ſi tantùm.& §.vlt.ff.de lib.& poſth.vbi poſteriores poſthumi, qui vocati ſunt ſub conditione mortis præcedentium liberorum, admittuntur non ſolum eueniente caſu expreſſo: ſed & altero eiuſdem effectus. Ita in l.vlt.C.de inſtit.
10 ſub condi.factis, vbi † ſubſtitutione vulgaris facta, ſi filius nō naſcatur, comprehendit alium caſum vulgaris, ſi moriatur ante aditam hæreditatem vel eam repudiet: ſic etiam l.ſi ita liberis.ff.quando dies lega.cedat, intelligit Ruinus: quam tamen latius aliter explicauit Coſta in d.§.& quid ſi tātùm.in 5. parte.num.84.

11 Hinc docuit Bar.in † l.in pupillari.nu.7.ff.de vulg.& pup. ſubſt.conditionem illam neceſſariam, quæ pupillari ſubſtitutioni ineſt, ſi impubes deceſſerit extendi atque impleri pupillo ipſo eam in ætate ingrediente religionem bonorum incapacem: cum idem ſit effectus. Et Bart.ſecuti ſunt ibidem Imola & Comenſis & Iaſ.num.8.

12 Declaratur † vt non habeat locum quò ad tempus. Non enim cōditio neceſſaria certi temporis adimpleri poteſt alio tempore: atque ita ad illud non extenditur. Ita Ruinus in d.l. Gallus.§.& quid ſi tantum.in prima lect.num.25.verſic.vnde tertia colligitur.ff.de lib.& poſth.qui ſic declarat.l.commodiſſimè.quàm aliter declarat Coſta qui ſupra.num.94.& alia nos ſcripſimus ſupra in præſumpt.26.num.13.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando conditio eſt voluntaria. Hoc in capite diſtinguit Ruinus in d.l.Gallus. §.& quid ſi tantum.in prima lectura.nu.60.verſ.ſi verò conditio eſt voluntaria.ff.de lib.& poſth. Ego Ruini traditionem ſecutus ſic plures caſus diſtinguo.

13 Primus eſt, quando † conditio hæc voluntaria non poteſt ſpecificè eo in caſu expreſſo impleri. Hoc ſanè caſu ſufficit quod impleatur per æquipollens. Ita præcitato in loco Ruinus, & num.30. quo loci recenſet eiuſdem ſententiæ Imolam & Comenſem. Idem ſenſit Emanuel Coſta in d.§.& quid ſi tantum.in 5.parte.num.22.& 24.& num.37.

14 Et probatur † horum traditio text.l.in conditionibus.§.ſi patronus.ff.de condi.& demon. vbi verbum, hæres, prolatum in conditione voluntaria, verificatur in bonorum poſſeſſore, qui impropriè & fictè eſt hæres.l.2.ff.de bono.poſſeſſ. Et hoc quidem ea ratione factum eſt, quia patronus alio iure quàm prætorio ſuccedere non poterat. Et propterea ex qualitate perſonæ illud verbum, hæres, conditionaliter prolatum impropriatur.l.quibus diebus.§.dominus. & l.pater ſeuerinam. §.conditionum.ff.de cond.& demon.

15 Probat † & hunc caſum Ruinus text.l.Stichus, qui hęredi. ff.de ſtatu lib.vbi libertas relicta ſeruo ſub conditione, ſi decem promiſerit, debetur, ſi ſeruus ſimpliciter promiſit, & ſi efficaciter ſe non obligauit: ex quo efficaci obligatione ligari non poteſt.

16 Idem etiam probat † l.ſi fundus.ff.de condi.& demon.vbi conditio de dando pupillo, vel furioſo extenditur atque ita impletur dando eorum tutori, vel curatori: quia alioqui in perſonam pupilli, vel furioſi, ſolui nihil, atque ita impleri non poteſt. Ita d.l.ſi fundus, rectè eſt interpretatus Coſta præcitato in loco. Et ſi Ruinus in d.§.& quid ſi tantùm.in 1.lectura. nu.60.verſ.ſi verò conditio eſt affirmatiua, & manifeſtius Alciatus in lib.3.de verb.ſignifi.num.22.ver.ſic conditioni, intellexerint d.l.ſi fundus, loqui eo in caſu, in quo diſpoſitione legis exæquati ſunt duo ij actus, dādi ſcilicet pupillo, vel eius tutori. Et d.l.ſi fundus, aliter declarat idem Ruinus qui ſuprà. num.56.& Coſta.d.num.22.

17 Secundus eſt caſus, quando † conditio voluntaria poteſt ſpecificè impleri reſpectiuè ad grauamen. Hoc ſanè caſu poteſt etiam impleri in caſu ſimili ipſi expreſſo à teſtatore. Ita Ruinus in d.§.& quid ſi tantum.in 1.lectura.nu.34.& nu.60. verſ.aut impleri poteſt, ſpecificè qui ſic interpretatus eſt text. l.qui hæredi.§.cum hæreditas.ff.ad Treb.cuius ſenſum diligēter explicauit ipſe Ruinus prædicto in loco.nu.32.33.& 34.

18 Et hunc quidem † caſum declarauit Ruin.d.num.6.verſ.ad caſum autem, non procedere quando euenit caſus præter, vel contra voluntatem teſtatoris. Nam tunc ad illum non extenditur caſus expreſſus. Ita Ruinus intellexit.l.4.in princ.l.ſub diuerſis.§.vlt.& l.cum ita datur.ff.de condit.& demon. quam ſic explicauit ipſe Rui.in d.§.& quid ſi tantum.nu.31.& nu.55.

19 Tertius eſt caſus, quando † conditio voluntaria ſtat de per ſe, non autem reſpectiuè ad grauamen, & eſt negatiua, agiturq́ue de iure quæſito conſeruando. Hoc etiam caſu locum habet extenſio, atque ita conditio impleri poteſt in alio caſu. Ita Ruinus in d.§.& quid ſi tantùm.in prima lectura.nu.60. verſ.ſi verò implementum.& idem ibi.nu.40.& 42.

Qui poſt Ang.in l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti. Sic eſt interpretatus textum.l.ex facto.§.ſi quis roga-
20 tus.il 1.ff.ad Trebel.vbi † fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi grauatus decederet ſine filiis, expirat per ſuperexiſtentiam filiorum naturalium tantùm: qui verè & propriè filij non ſunt ſui vel alieni iuris. Et hoc quidem contingit (inquit Angelus in d.§.cum autem.) quia ibi agitur de lucro iam quæſito conſeruando. Et cōditio illa eſt (inquit Ruinus) negatiua. Hoc etiam reſponſum latius declarat Emanuel Coſta in d.§.& quid ſi tantum.in 5.par.nu.57.

21 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat quando alioqui eſſet in poteſtate grauati ſub conditione eam defici facere: vt in caſu.l.ſi ita quis.§.1.de leg.2.& l.fideicommiſſum.ff. de condi.& demon. vbi conditio illa, ſi deceſſerit ſine filiis, non extenditur atque ita impleri non poteſt in filiis adopti-
22 uis: cum tamen † largè dicantur filij.l.filio, quem pater.vbi glo.ff.de liber.& poſthum. Et ratio quidem eſt: quia eſſet in poteſtate grauati adoptando aliquem, defici facere conditionē. Ita in ſpecie declarat Rui.in d.§.& quid ſi tantū.nu.60. ver.fallit in caſu. Et latius ac apertius ibidem.num.44.& ibidem copioſè etiam Coſta in 5.parte.num.52. Et diximus ſuprà in præſumpt.82.

23 Quartus eſt caſus, quando † conditio voluntaria ſtat de per ſe, non autem reſpectiuè ad grauamen, & eſt affirmatiua: & agitur de lucro quærendo. Et caſus omiſſus eſt idem fictè cum expreſſo, introductus nempè iure ordinario ad eundem effectum. Hoc ſanè caſu permiſſa eſt huius conditionis extenſio ad caſum illum.

Ita Ruin.in d.§.& quid ſi tantùm.in 1.lectura.nu.60.verſ.ſi verò conditio eſt affirmatiua.& nu.56.

Ita Ruinus intellexit.l.ſi fundus.ff.de condit.& demon.de qua diximus ſuprà in primo caſu. Sic etiam interpretatus eſt l.Arethuſa.ff.de ſtatu hom.& l.vlt.ff.de condi.inſtit.

24 Quintus eſt caſus, quando † conditio voluntaria eſt affirmatiua & agitur de lucro quærēdo. Et caſus omiſſus eſt idem fictè cum expreſſo: ſed non habet eundem effectum: vel eſt introductus iure ſpeciali & extraordinario. Hoc ſanè caſu cōditio non extenditur, atque ita non impletur in eo caſu non expreſſo. Ita Ruinus in d.§.& quid ſi tantum.in 1.lectura.nu. 60.verſ.ſi autem non ſit eiuſdem effectus.

Ita l.vlt.C.de iis, qui veniam ætatis impetra.explicat & intelligit Ruinus.d.nu.60.& apertius.nu.57. Et alias interpretationes commemorat Coſta.in d.§.& quid ſi tantùm.nu.46.

25 Sextus eſt caſus, quando † conditio voluntaria eſt affirmatiua: & agitur de lucro quærendo: Et caſus omiſſus non eſt idem fictè cum expreſſo. Hoc etiam caſu conditionem non extenditur ad caſum illum omiſſum. Ita Ruinus in loco ſuprà allegato.num.60.verſ.ſi verò caſus omiſſus.

Ita intellexit Ruin.tex.l.qui hæredi.in princ.ff.de condi.& demon.quem ipſemet Ruinus præcitato in loco. num.34.verſ. quartò immediatè declarauit. & nu. 58. Et diligentius Emanuel.Coſta in d.§.& quid ſi tantùm.in quinta parte.nu.5.& numero 13.

26 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat quando conſtat de coniecturata mente teſtatoris contraria. Nam tunc conditio extenditur & impleri poteſt in caſu hoc omiſſa. Ita Rui.in d.§.& quid ſi tantùm.nume. 60.verſ.fallit,ſi de mente.

Hanc declarationem probat Rui.textu.l.mulier.§.vlt.ff.de cond.inſtit.quem explicat ipſe Ruinus præcitato in loco.nu. 55.Idem etiam probat.l.Mæuius.ff.de cond.& demon.quam declarant Ruinus præcitato in loco.nu.39.& ibidem Coſta in 5.parte.nu.14.Et apertius exẽplum afferri ſolet,quando teſtator conſiderauit ſolum ipſum effectum, qui implemento ſequitur:ſicuti poſt Bart.& Caſtrenſem ſenſerunt Soc.Sen.in d.§.& quid ſi tantùm in vltimo notab.Ruin.in conſ.74.nu.5.lib.5.Decius in conſ.427.nu.11.communem dixit Pariſ.in conſi.20.nu.41.lib.3.Socin.Iun.in conſilio 181.num.30.& num.51. lib.2.qui dixit eſſe veriſſimam opinionem: idem in conſilio 145.nume.32.lib.3.Cephalus in conſi.166.nume.49.lib.2.& idem ego ipſe reſpondit in conſilio 131.num.15.lib.2.

27 Declaratur † ſecundò,vt non procedat fauore teſtamenti conſeruandi.Ita Ruinus vbi ſuprà numero 60.verſiculo ſecundò fallit.qui probat textu dicto.§.& quòd ſi tantum, vbi inſtitutio poſthumi facta ſub conditione, ſi filius viuo ipſo patre teſtatore decederet,extenditur atque ita impletur in caſu, in quo filius ipſe non deceſſit,ſed hæreditatem repudiauit. Id quod contingit,ne alioqui teſtamentum reddatur nullum.

Cæterum Bartolus & alij permulti interpretati ſunt dicto §.& quid ſi tantum,vt loquatur de conditione neceſſaria:ſicuti diximus ſupra in primo capite. Non repeto iam dicta.Quocirca declaratio hæc melius probari videtur texus.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt.à Ruino ipſo adductus.vbi fauore teſtamenti ne ſcilicet teſtator,vel pupillus decedat inteſtatus, expreſſa vulgaris ſubſtitutio extenditur ad pupillarem tacitam: ſicuti declarant Caſtrenſis ibidem,& Ruinus in dicto §.& quid ſi tantùm,numero vigeſimoſeptimo in fine.

28 Declaratur † tertiò hic caſus,vt locum non habeat, quando qualitas perſonæ, vel rei ſuadet conditionem extendi debere ad alium caſum: atque ita in eo per æquipollens impleri poſſe.Ita Ruinus in dicto §.& quid ſi tantùm in prima lectura.numero ſexageſimò in fine.verſiculo tertiò fallit.

29 Et hanc quidem declarationem † probauit Ruinus tex.l.ſi verò.§.credendum.ff.qui petant tuto. vbi verbum inteſtatus, prolatum conditionaliter verificatur in eo, qui teſtari non poeſt:qui dicitur impropriè mori inteſtatus.l.prima §.primo.ff. de ſuis & legit. Et hoc quidem ob conditionem perſonæ pupilli, ad quem verba conditionalia fuerant directa. Ita declarant Alexand.in l.generaliter in princip.C.de inſtitu. & ſubſti. Ruinus in dicto §.& quid ſi tantùm.nu.52.Et rurſus perpenditur textu.l.Lucius.ff.de condit.& demonſtr.vbi verbum pro-
30 batio † conditionaliter prolatum in materia filiationis extenditur ad probationem præſumptam. Et tex.hunc latè declarant idem Ruinus in dicto §.& quid ſi tantùm.nu.53.& Coſta. numero quadrageſimo primo.Et demũ affertur.l.pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de condit.& demonſt.vbi conditio adiecta tutoribus datis puberi iam effecto extenditur atque ita impletur in perſonam curatorum:cum qualitas perſonæ puberis, cui dati illi fuerant,id ſuaderet.

31 Ex prædictis multæ † quæſtiones & diſputationes à noſtris diffiniuntur.Et prima quidem,ſi teſtator legauit vxori centum fruenda toto tempore vitæ ſuæ donec caſtè & honeſtè vixerit.Et poſt eius mortem ſubſtituit Titium:An vxore illa trãſeunte ad ſecundas nuptias, ſtatim admittatur ſubſtitutus: vel expectari debeat mors naturalis ipſius vxoris?Recepta eſt ſententia:ſtatim ſubſtitutum eſſe admittendum. Hanc eſſe communem ſententiam aſſeruit Ruinus in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm in prima lectura,num.61.ff.de lib.& poſt.Io.Andreæ, Barto.Caſtrenſem,Salicetum & Alexandrum retulit,& longa habita diſputatione,cum eis ſenſit.Idem probarunt Albericus in auth.quod locum.C.de ſecund.nupt.& alij multi,quos commemoraui ſupra in præſump.65.num.10. Ea præcipua ratione ij moti ſunt; quia conditio hæc voluntaria expreſſa dicitur per æquipollens impleta.

32 Eſt & ſecunda diſputatio † & quæſtio. Teſtator inſtituit filium in legitima tantùm:vxorem verò in reliquis omnibus bonis:donec vixiſſet,& vidua foret: Et poſt eius mortem, vel ea nubente ſubſtituit ipſum filium. Et ſi dictus filius decederet ante eius matrem,vel poſtea quandocumque inteſtatus,& ſine liberis altero ex dictis caſibus eueniẽte legauit fundum Caio. Euenit quod filius viuente matre in viduitate, deceſſit ſine filiis,conditio teſtamento, in quo dictam matrem inſtituit hæredem: Dubitatum eſt, an legatum Caio relictum expirauerit defectu conditionis:Cùm filius ille non deceſſerit inteſtatus:ſed teſtatus?Ruin.in d.§.& quid ſi tantùm.in prima lectura.nu.66.& 67.commemoratis hinc inde aliquot argumentis, tandem concludit conditionem ipſam non fuiſſe impleetam, & propterea legatarium conſequi non potuiſſet legatum. Nã (inquit Ruin.)conditio, ſi inteſtatus deceſſerit, & caſus ipſe qui ſuperuenit,nempè conditi teſtamenti, non ſolùm forma, ſed etiam effectu valdè differunt.Si enim filius deceſſiſſet,nullo condito teſtamento, Caius legatarius non fuiſſet aliquo modo priuatus legato: quia non defeciſſet conditio. Diuerſum verò eſt,conditio teſtamento, viuente matre in viduitate,quia fieri poterat,quod bona venirent in inſtitutione,vt puta, matre poſt conditum teſtamentum & viuente filio ipſo, tranſeunte ad ſecundas nuptias.

Quo quidem in caſu mater fuerat grauata reſtituere hæreditatem ipſi filio,à quo cum eſſet inſtituta, dicto caſu eueniente,priuata fuiſſet dictis bonis ex diſpoſitione mariti:& illa retineret ex diſpoſitione filij. Atque ita attenta dicta poſſibilitate,quę conſiderabilis eſt,ſecundum Bar.in l.ſi defunctus. in prin.C.de ſuis & legit.non dicitur impleta dicta conditio per æquipollens. Non refero alia à Ruino acutè conſiderata,

33 Diffiniri † etiam poteſt tertia dubitatio. Teſtator inſtituit filium,quem grauauit reſtituere ſub conditione, ſi clericus efficeretur. Contigit, quod filius non eſt effectus clericus, ſed tamen deceſſit ſine filiis.Eſt dubitatum, an locus adhuc eſſet reſtitutioni? Et locum eſſe reſpondit Alex.in conſi.100.lib.4. quem ſecuti ſunt Decius in conſ.227.nu,12.& in conſil.259. nu.5.Gratus in conſ.5.n.21.lib.2.Boer.in q.354.col pen.verſ. ſecundò,quod ſi teſtator,Craue.in conſ.59.nume.5.Cepha.in conſ.166.nu.49.& Decia.in conſ.1.nu.91.lib.1. Ea ratione vſus eſt Alex.quia conditio illa expreſſa fuit per æquipollens impleta. Nam teſtator conditionem illam adiecit, conſiderans effectum reſultantem ex clericatu, qui eſt defectus filiorum.Qui quidẽ effectus ſatis ſecutus dicitur ob id, quod nullos ſuſcepit filios,& ſi clericus factus non eſt.

Cæterùm Alexandri opinionem probarunt Iaſon & Alciatus,quos commemoraui & ſecutus ſum ſupra in præſumpt.73. num.4.in fi.Et illis accedunt Rui.in d.§.& quid ſi tantum.in prima lectura.num.68.& ibidem Alcia.in ſecunda lectura.nu. 43.Et ſi Ripa in l.1.nu.97.ff.de vulga.& pup.ſubſt.dubitat & cogitandum relinquat.Galliaula verò in d.§.& quòd ſi tantùm.num.29.iudicis arbitrio tribuit. Eſt enim hæc quædam conditio voluntaria,quæ ſpecificè & in forma impleri debet.

34 Quarta etiam eſt dubitatio,† quæ diffiniri poteſt:Teſtator inſtituit filios naſcituros:& caſu quo naſcerentur & ſine filiis decederent vxorem ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum.Nulli nati ſunt filij,an vxor admittatur? Et nõ admitti reſpondit Ancha.in conſ.356.Ex ſerie teſtamenti.quẽ ſecuti ſunt multi,quos congeſſi ſupra in præſump.65.num.21. quo loci dixit hanc eſſe opinionem Oldradi in conſ.177.Ea ratione inter alias vſus eſt Ancha.quia conditio hæc filios naſcituros,eſt conditio voluntaria, debet ergo ſpecificè impleri.Verùm ab Ancharano in ſpecie diſſentit Rui.in d.§.& quid ſi tantum.nu.69.Non hic refero quatuor alias dubitationes relatas à Ruino ibidem.nu.70.71.74.& 78.& quæ etiam attigi ſupra in præſumpt.65.

## PRÆSVMPT. CLXXXVI

**Conditio hæc,ſi deceſſerit ſine liberis, adiecta ſubſtitutioni duobus vel pluribus facta,quando verificetur altero inſtitutorum decedente ſine prole.**

SVM



### SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis:adiecta ſubſtitutioni pluribus facta,an & quando verificetur altero inſtitutorum decedente ſine prole.*

*Quòd ſi teſtator ſubſtituit ſingulariter, admittitur alter inſtitutus, in caſu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, eueniente conditione in perſonam vnius.num.2.*

*Idem etiam ſi ſit conditio negatiua.num.3.*

*Idem ſi teſtator dixit:Caio ſubſtituo Mæuium,& Sempronio ſubſtituo Titium,ſi vterque, vel ambo decedant ſine liberis.nu.4.*

*Idem quando extraneus fuit ſubſtitutus pluribus filijs.nu.5.*

6 *Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit, verificatur in perſonam alterius plurium inſtitutorum, quando teſtator particulariter ſubſtituit,eueniente conditione in perſonam vnius, & locus eſt ſubſtitutioni.*

7 *Propoſitio particularis verificatur in vno ſolo.*

8 *Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit: habet locum in perſonã alterius pluriũ inſtitutorum,etiam ſi poſt purificatam conditionem in perſonam vnius & admiſſo ipſo ſubſtituto ad illius portionem, admittatur etiam ad portionem alterius,qui deinde & ipſe ſine liberis deceſſit.*

9 *Verba,ſi quis, & quiſquis, licèt ſint ſingularis numeri, ad plures tamen referuntur.*

10 *Conditione,ſi ſine liberis deceſſerit: eueniente in perſonam vnius plurium inſtitutorum, habet locum in perſonam alterius, & admittitur ſubſtitutus,quàndo teſtator ſubſtituit pluribus alternatiuè vel alternatim.*

11 *Alternatiua vt verificetur, ſufficit at alteram partem eſſe veram.*

12 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, habet locum in perſonam alterius ex pluribus inſtitutis, etiam quando teſtator ſubſtituit pluribus ſimpliciter ſeu indefinitè.*

*Idem quando ſubſtitutio facta eſt in vſufructu tantum.nu.13.*

*Idem ſi extat mater, cuius fauore aliàs pluralitas non reſoluitur in ſingularitates.nu.14.*

*Idem ſi teſtator dicit, & ſi Caius & eius hæredes vſque in infinitũ deceſſerint ſine filijs,ſubſtituo Mæuium.num.15.*

16 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: non habet locum in perſonam alterius plurium inſtitutorum, quando ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris præferenda eſt ſubſtituto.*

17 *Teſtator non præſumitur voluiſſe anteponere alienam ſobolem ſuæ propriæ.*

18 *Intellectus.l.vlti.§.filium.de legat.2.& l.Lucius.§.Caio.ff.ad Treb.*

19 *Subſtitutum quiſnam poßit excludere ex præſumpta mente teſtatoris.num.ſeq.*

20 *Pater teſtando præſumitur magis diligere ſuos deſcendentes quàm ſubſtitutum extraneum.*

21 *Subſtitutus ad hoc vt excludatur à deſcendentibus teſtatoris ex præſumpta eius voluntate neceſſe eſt,vt ij ſint inſtituti in teſtamento.*

*Et an ſufficiat,quòd ſint in conditione poſiti.num.22.*

23 *Filij poſiti in conditione dicũtur prædilecti ſubſtituto quò ad portionem patris,ab inteſtato,non autem ex teſtamento.*

24 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: non habet locum in perſonam alterius plurium inſtitutorum, quando ſubſtitutio fuit facta in tota hæreditate,vel in toto relicto.*

*Idem quando teſtator iußit conſtrui Eccleſiam,ſi filij hæredes inſtituti deceſſerint ſine filijs.num.25.*

*Idem quando teſtator dicit:Inſtituo Caium, & eius filios & ſi ipſe vel eius filij deceſſerint ſine filijs,ſubſtituo, Mæuium.nu.26.*

*Idem quando reſultaret inæqualitas inter deſcendentes teſtatoris.num.27.*

*Idem quando procedit reciprocum fideicommiſſum.nu.28.*

29 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: nunquid verificetur in vno ex pluribus inſtitutis, quando ſubſtitutio facta ex pluribus copulatiuè vel collectiuè vel diſtributiuè.num.ſeq.*

30 *Subſtitutio copulatiuè facta, nil differt ab ea facta collectiuè, vel diſtributiuè.*

31 *Subſtitutio copulatiuè facta quæ dicatur.*

*Et quæ collectiuè.num.32.*

*Et quæ diſtributiuè.num.33.*

34 *Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit: non habet locum, in vno ex duobus inſtitutis,quando ij duo inſtituti ſunt ex liberis teſtatoris & ſubſtitutus eſt extraneus.*

*Idem quando teſtator vſus eſt nomine collectiuo, ſimpliciter.num.37.*

*Secus quando filius inſtitutus & ſuperſtes non eſt ſucceßibilis ab inteſtato.num.39.*

35 *Pater præſumitur magis diligere filium, quàm extraneam ſobolem.*

*Et præſumitur ſemper voluiſſe conſeruare ius legitimæ ſucceßionis inter ſuos ipſos filios.nu.36.*

38 *Nomina,maſculi,deſcendẽtes,linea, & huiuſmodi ſunt collectiua.*

40 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: nunquid verificetur in vno ex pluribus inſtitutis,quando teſtator duobus filijs inſtitutis,ſubſtituit eis tertium filium,vel nepotem ipſius teſtatoris.*

*Et quid ſi ex duobus filijs inſtitutis, Caio ſcilicet & Sempronio, deceßit primum Caius ſine filijs, deinde deceßit etiam Semp. ſine prole.num.41.*

*Et quid ſi teſtator ita dixit: Inſtituo Caium & Semp.filios meos, & ſi omnes ipſi & eorum filijs deceſſerint ſine filijs ſubſtituo Mæuium.num.42.*

*Et quid ſi duo inſtituti erant extranei.num.43.& 44.*

1 DE fideicommiſſaria † hac ſubſtitutione duobus, vel pluribus ſic facta, ſcripſerunt multa tres ex recentioribus, nempè Ripa in l.hæredes mei.§. cum ita.num.129. & ibidem copioſius & ſi perplexius Hierony.Zanchus in octaua parte.num.192.ff.ad S.C.Trebell.& Mantica in commentariis,De coniecturis vltimarum voluntatum.lib.11.tit.5.num.17. His & ego ſcriptis aliqua committam, quæ aliquando obſeruaui. Soleo itaque hac in re, ſequendo in multis Ripæ traditiones, diſtinguere quinque principales caſus.

2 Primus eſt, quando teſtator † multis inſtitutis ſubſtituit ſingulariter,vt ſi ita dixit:Inſtituo Caium & Sempronium.Et ſi Caius deceſſerit ſine liberis ſubſtituo Mæuiũ: ſi verò Sempronius deceſſerit ſine liberis ſubſtituo Sæium,vel etiam eundem Mæuium. Hoc ſanè in caſu fideicommiſſariæ Subſtitutionis eueniente conditione in perſonam vnius,puta,Caij decedentis ſine liberis,admittitur Mæuius ſubſtitutus. Ita Bart. in d.§.cum ita.num.5.& ibidem Ripa num.82. Idem ſenſerunt Socin.Iunior in conſ.150.num.12.lib.2.& Bero in conſ. 110.num.31.lib.2.& manifeſtius Bolognetus in d.§.cum ita. num.254. Quam quidem ſententiam probarunt tex.l.pen.ff. de iniuſto rupto & irrito teſta.& leg.ſi poſthumus.verſ.nam cum duobus.ff.de lib.& poſth.

3 Extenditur † primò,vt locum habeat,etiam ſi ſit conditio negatiua.Ita Bolognetus in d.§.cum ita.nu.255.

4 Extenditur ſecundò, vt procedat † etiam ſi teſtator dixit: Caio ſubſtituo Mæuium, & Sempronio ſubſtituo Titium, ſi vterque vel ambo decedant ſine liberis,quia ſubſtitutio dicitur vtrique ſeparatim facta, & dicitur in vnoquoque ſingularis.Ita Bologne. in d.§.cum ita.num.255.verſ.tertiò ampliatur reiecta oppinione Tornielli ibidem.num.234.

5 Extenditur tertiò, vt † locum habeat etiam quando extraneus fuit ſubſtitutus pluribus filiis. Nam adhuc ſingulariter facta ſubſtitutione fideicommiſſaria,ſi deceſſerit ſine liberis, idem dicendum eſt. Ita Ripa in d.§.cum ita.num.82.verſ.ſed dubitatur qui dixit:ſic ſenſiſſe Bart.ibidem.Idem viſus eſt dicere Bolognetus.num.255 verſ.item ampliatur. Et ſi aliter ſenſit Caſtre.in l.Lucius.§.Caio.ff.ad Trebell.

6 Secundus eſt caſus, quando † teſtator ſubſtituit particulariter: vt ſi teſtator ita dixit:Inſtituo Cæium & Sempronium, & ſi quis eorum deceſſerit ſine filiis ſubſtituo Mæuium. Hoc etiam caſu, eueniente conditione in perſonam vnius, locus eſt ſubſtitutioni. Ita Caſtr.in d.§.cum ita.num... & ibidem Ripa num.83.& Bolognetus.num.256.Et ij adducti ſunt tex. d.§.cum ita.

7 Et ratione,quia propoſitio † particularis in vno ſolo verificatur.l.ſi neceſſaria.§.ſi annua.ff.de pigno.actio.& l.ſi is,qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dubiis.

8 Extenditur hic caſus,vt locum † habeat etiam, vt poſt purificatam conditionem in perſonam vnius, & admiſſo ipſo ſubſtituto ad illius portionem, admittatur etiam ad portionem alterius,qui deinde & ipſe ſine liberis deceſſit. Ita Ripa in d.§.cum ita.num.86.verſic.ſed quid, poſt Barba.in conſ. pen.lib.4.

Ea eſt

Ea eſt ratio,quia † natura horum verborum, ſi quis, quiſ-
9 quis,licèt ſint ſingularis numeri,attamẽ ad omnes referuntur. l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& l.qui filiabus.ff.de leg.1.& tradunt Bar.in l.hoc articulo.ff.de hæredit. inſtit.& Ripa in d.§.cum ita numero ſecundo,& 3.

Nec repugnant conſiderationes diſſentiunt, vt Bartol.in l. eum,qui.ff.ad Trebell.quia illis rectè ſatisfacit Ripa in d.§. cum ita.nu.86.verſ.non obſtat.

Tertius eſt caſus, quando † teſtator ſubſtituit pluribus al-
10 ternatiuè vel alternatim ſeu disiunctiuè vt ſi dixit. Inſtituo Caium & Sempronium,& ſi Caius,aut vel Sempronius deceſſerit ſine liberis ſubſtituo Mæuium.Hoc etiam caſu, eueniente conditione in perſonam vnius, admittitur ſubſtitutus. Ita Ripa in d.§.cum ita.numero 87.& 88.qui teſtatur communem eſſe opinionem : idem reſpondit Soc.Iunior in conſilio 145.numero vigeſimotertio.libr.3.cuius reſponſum explicabimus in fine huius diſputationis.

Ea † ratione vſi ſunt,quia ad veritatem alternatiuè ſufficit
11 alteram partem eſſe veram.d.vlt.is, qui ducenta.§.vtrum, & cap.in alternatiuis de reg.iuris in 6.

Quartus eſt caſus, quando † teſtator ſubſtituit pluribus
12 ſimpliciter ſeu indefinite:vt ſi dixit. Inſtituo Caium & Sempronium,quibus decedentibus ſine liberis ſubſtituo Mæuium. Hoc etiam in caſu eueniente conditione in perſonam vnius, locus ſit ſubſtitutioni quò ad portionem illius,qui deceſſit.Ita Bar.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.numero 5.verſi.in fideicommiſſaria.ff.ad Trebell.& ibidem Alex.num.19.Socin.Sen.nu. 26.Ripa,num.129.qui teſtatur communem eſſe ſententiam, & refert hanc affirmaſſe Ancha.in conſilio 31. & conſilio 390. Quia Elizabet,Alex.in conſilio 38. libro primo & Socinum Senio.in conſ.94.lib.4. Et accedunt Alciatus in reſp.487.cõſultationibus nu.4.& nu.14.& nu.19.ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem:Coraſius in l.pen.nu.18.C.de impuberum & aliis ſubſtit.& Marzarius in conſ.14.num.6.& 8. qui alios plures recenſet.

Et hic quidem caſus probatur in l.vlti.§.filium.ff.de leg.2. cuius verba hæc ſunt.

*Filium & filiam hæredes inſtituit, & libertis legata dedit eorúmque fideicommiſit in hæc verba.A vobis peto, vt quidquid vobis legaui,contenti ſitis viuentes, vt poſt vos filiis meis reſtituatis. Defuncta teſtatricis filia Mæuia, libertus deceſſit, hærede inſtituto patronæ filio ex parte debita,ex altera extraneo. Quæſitum eſt,an adita hæreditate patronæ filius à cohærede ſuo partem eorum,quæ ex teſtamento matris ad Mæuium libertum peruenerant,petere poteſt. Reſpondit eius,quod ei deberetur,ſi hæreditatem non adiſſet, patrem à cohærede petere poſſe.*

Hactenus Scæuola, qui apertius idem reſpondit in l.Lucius.§.Caio.ff.ad Trebell.cuius verba adſcripſi.

*Caio Saio ex ſemiſſe,Titia ex quadrante,& alijs ex reliquis portionibus hæredibus inſtitutis,ita cauit.Fidei autem veſtræ mando,Cai Sai.& Lucia Titia, vti poſt obitum veſtrum reddatis,reſtituatis Titio & Sempronio ſemiſſem patrimonij & portionis eius, quam vobis dedi. Quæſitum eſt,cum vtrique adierint hæreditatem; & poſtea Caius Saius defunctus ſit,Lucia Titia hærede inſtituta, an hæc Lucia Titia partem dimidiam ſemiſſis,quam rogatus erat Caius Saius reſtituere, protinus debeat,an verò poſt ſuam demum mortem, vniuerſum fideicommiſſum tam ex ſua perſona quàm ex Caij Saij datum reſtituere debeat? Reſpondit,Luciam Titiam ſtatim teneri,vt partem dimidiam ſemiſſis ex perſona Saij reſtituat.*

Extenditur hic caſus,† vt locum habeat etiam quando ſub-
13 ſtitutio facta eſt in vſufructu tantùm.Ita Angelus,Imola, & Alexand.in d.§.cum ita.& ibidem Socin.Sen.num.27.verſ.ſecunda limitatio eſt.Ripa.nu.135.Alciatus in reſp.487.& 488, & Marzarius in conſ.14.num.14.nu.& 11.

Et ij quidem reſpondent argumentis Bart.in d.§.cum ita.in fine,qui aliter ſcripſerat:& quem ſecuti ſunt Iaſ.in l.pen.num. nono .Curtius Iun.numero 12.& Coraſius in fi.C.de impuberum & aliis ſubſtitu,& Zanchus in dicto §.cum ita.in octaua par. num. 272.in fine.& Socinus Iun. num.92.

14 Extenditur † ſecundò,vt locum habeat,etiam ſi extat mater cuius fauore aliàs pluralitas non reſoluitur in ſingularitates. Nã in hac fideicommiſ. non reſoluitur.Ita Ruin.in conſ.157. col.4.lib 2.Gozad. conſ.67.col.pen.& Zanchus vbi ſupra.nu, 286.qui ſic declarat reſponſum .Oldra.in conſ.142.

15 Extenditur † tertiò,etiam ſi dixit. Et ſi Caius & eius hæredes vſque in infinitum deceſſerint in ſine filiis, ſubſtituo Mæuium.Hoc etiam caſu ſi deceſſit Caius ſine filiis, admittitur ſubſtitutus:nec hic requiritur,quod Caius ſuſceperit filios,& quod illi deinde deceſſerint ſine filiis.Ita Zanchus vbi ſupra. num.289.& nu.290.poſt Corneum in conſ. 226.num.8.9.lib. 4.& Socin.Iun.in conſ.145.nume.23.lib.3.reiecta opinione Ruini in conſ.96.col.pen.& in conſi..172.numero 5.6.libro ſecundò.

16 Declaratur primò,vt † locum non habeat hic caſus, quando ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris præferenda eſt ſubſtituto. Nam tunc locus non ſit ſubſtitutioni.Ita Bart.in d.§.cum ita.num.5.verſ.item fallit, & ibidem Angelus in fi.Alex.nu.19.Soc Sen.num.29.& Ripa.num.130.qui eiuſdem ſententiæ recenſet Roma. in conſil.131.in fine.Alex. in l.pe.C.de impub.& aliis ſubſt.Barb.in conſ.55.col.8.lib.2. & Socinum Sen.in conſil.94.libr.1. Et his accedunt Bero.in conſ.68 nu.5.& num.18.& in conſ.119.nu.16.libr.2.Soc.Iun. in d.§.cum ita nu.88.verſ.ſed contrarium.& ibidem Bologne. num.268.Coraſius in d.l.pen.num.18.verſ.nam primum.Emanuel Coſta in cap.ſi pater.in verbo,ſi vtrumque num.4.de teſta.in 6.& Marzarius in conſ.14.nume.6.Et ij idem eſſe dixerunt quando ſubſtitutio eſt collectiue facta.Et ab hac opinione vti fundata in æquitate non eſſe recedendum aſſeruit Caſtren.in conſ.447.Intentio Bar.in fine.lib.2.Et ij quidem moti ſunt tex.d.l pen.illis verbis.*Cogitaſſe enim patrem primo filio decedente,fratrem ſuum in eius portionem ſuccedere.* Hæc ſanè ratio etſi conſiderata fuit à Iuſtiniano in ſubſtitutione pupillari,de qua ipſe reſpondit in d.l.pen.attamen locũ habet etiã in fideicommiſſaria. Nam & patris cogitatio contingit ita in fideicommiſſaria vt in pupillari:cùm eadem ſit cauſa dilectionis erga filios.Hinc intelligimus,Ripam in d.§.cum ita.num.
17 30.malè perpendiſſe.d.l.pe.Secundò probatur † ratione illa deſumpta ex l.cum auus.ff.de cond.& demon.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.& generaliter §.cum autem.C.de Inſtit.& ſubſtit.quod ſcilicèt veriſimile non ſit teſtatorem voluiſſe anteponere alienam ſobolem propriæ.

Cæterùm,omiſſis his,quæ ſcripſit Ripa in d.§.cum ita.numero 130.verſiculo ſecundò mouetur,aduertendum eſt,rationem hanc ſolùm couenire fideicommiſſariæ factæ à patre filiis,& deſcendentibus,in quibus conſiderari ſolet pietas & affectio paterna : Non autem in teſtatore extraneo etiam ſi frater eſſet,ſicuti ſenſit Caſtrenſis in dicto §.cum,ita male reprehenſus ab Alexandro ibidem. Non enim in his locum habet ratio.dicta l.cum auus.ſicuti expoſui ſuprà in præſump.89. nume.55.& 68.

Eſt itaque retinenda hæc declaratio,etſi ab ea malè diſſentiunt Caſtren. & Imola in d.§.cum ita, idem Caſtren. in conſ. 449.De iure communi.lib.2.Alex.in d.§.cum ita.nume.24.& in l.pen.C.de impube.& aliis ſubſtit.Alciatus in d.§.cum ita. num.5.

18 Et ij quidem moti ſunt † generalitate d.l.vlt.§.filium.de lega.2.& l.Lucius.§.Caio.ff.ad Trebell.Verùm facilè reſpondetur ſecundum Alexandrum & Ripam præcitatis in locis, prædicta iura loqui de ſubſtitutione facta extraneis,in quibus non cadit ratio pietatis & amoris, de qua in d.l.cum auus. Et propterea dicta iura ob rationem hanc debent reſtringi.Secundò motus eſt Imola, quia ſi admittimus, fratrem ſuperſtitem præferri ſubſtituto in portione fratris, ſequeretur abſurdum, quod ſcilicèt eueniente poſtea conditione in perſonam vtriuſque,ſubſtitutus non cõſequeretur portionẽ primi: quia in reſtitutione facienda ab vltimo non venit portio cohæredis quam vltimus habuit ex expreſſo,vel tacito iudicio alterius fratris prædefuncti:& non ex iudicio teſtatoris: Id quod admittendum non eſt: cùm quilibet cenſeatur grauatus reſtituere ſuam portionem.l.ab eo.C.de fideicom. Ergo neceſſe eſt dicere,ſubſtitutum admitti ad ſucceſſionem primi prædefuncti, excluſo fratre.

Cæterùm reſpondetur, quod ſi contingat fratrem admitti excluſo ſubſtituto,& poſtea eueniat conditio etiam in perſonam huius vltimi,hic ipſe vltimus, ſeu eius hæredes reſtituent totum,hoc eſt dimidiã ex perſona cohæredis, à quo habuit:&

& alteram



alteram dimidiam ex propria perſona. Atque ita ceſſat abſurdum.Ita ſanè hanc Imolæ conſiderationem confutarunt Alex.in d.l.pen.col.C.de impub.& alijs ſubſt. Socin. Sen.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.num.30. verſi. mouetur etiam, & ibidem Fabius.num.48.Ripa numer. 130. verſ.ad iſtud ſuper quo,& Zanchus in octaua parte.nu.222. qui & alia nonnulla Imolæ argumenta diſſoluit.

19 Porrò dubitatio hic † verſatur, quæ dicatur perſona,quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſtitutum?Recepta & vera eſt ſententia, illam tantùm perſonam dici ex mente præſumpta defuncti excludere ſubſtitutum, quæ ex liberis ipſius teſtatoris.Ita Bar.in d.§.cum ita.num. 5. & ibidem Alex.& Soc.Sen.nu. 26. & communem teſtatur ibidem Ripa.num.132.& Zanchus in octaua par.num. 230.qui eiuſdem ſententiæ recenſent Bar.Baldum,Salicetum & Alexandrum in l.pen.C.de impub.& alijs ſubſt.Alex.in conſi.38.col.1.lib. 1.Socinum Sen.in conſ. 94.num.11.lib.4. & Pariſium in cõſ. 42.num.28.& in conſi.44.col.pen.in fi.lib.2.Et his accedunt Ruinus in conſi.125.num.6.lib.3.Moder.Pariſien.in additio. ad Alex.in conſi.175.lib.2.Bero. in conſi.129. num. 16.lib.2. Alciatus in reſp.487.nu.15.verſ.& cogitans, & in reſp. 489. num.15.Craue.in conſi.109.num. 3. & Marzarius in conſilio 14.nu.7.Idem de perſonis aſcendentium reſpondit Bero. in d.conſ.119.num.16. Et de nepotibus & alijs Coſta in c.ſi pater.in verbo,ſi vtrumque.num. 4. de teſt.in 6.& Alba in cõſ.
20 86.num.7.Ea eſt huius ſententiæ ratio;quia præſumitur † patrem teſtatorem magis diligere ſuos deſcendentes quàm ſubſtitutum extraneum, & conſequenter voluiſſe eos præferre,arg.d.l.cum auus.ff.de cond.& demon.& d.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom. Quæ quidem locum non habent in extraneis,nec etiam in tranſuerſalibus,qui ſubſtitutum non excludunt:ſicuti ſcripſi ſupra in præſumpt.89. nu. 55. His intelligimus,malè ſenſiſſe eos,qui ſcripſerunt in ſpecie noſtra, perſonam excludentem ſubſtitutum ex præſumpta mente teſtatoris dici illam, quæ tanquam quouis modo ſanguine coniuncta ſucceſſura eſt ab inteſtato ipſi teſtatori. Qua quidem in opinione fuerunt Imola in d. §. cum ita.Corneus in conſi.283.num.3.& in conſil.230 col. 1. lib. 1.in conſi. 22. in conſi.138.lib.2.in conſ.93.num.9.lib.3.in conſ.159.col.pen.& in conſi.298.lib.4.Barb.in conſi.55.lib.2.Decius in l.pen.nu. 9.C.de impuberum,& alijs ſubſt.& ibidem Curtius Iun. nu. 11.qui dixit,opinionem Imolæ ſibi ſemper placuiſſe.& Torniellus in d.§.cum ita.num.142.

21 Cæterùm eſt † obſeruandum,quod ij teſtatoris deſcendẽtes ad hoc vt ex præſumpta voluntate teſtatoris excludant ſubſtitutum,debent eſſe inſtituti in teſtamento, Caſtren. in d.§.cum ita. & ibidem Ripa.nume.133. qui eiuſdem opinionis recenſet Baldum in conſil. 435. Factum tale eſt. Quidam nomine.lib.3.Et accedunt idem Baldus in conſi. 270. ſubſtitutio fideicommiſſaria.lib.3.Corneus in conſil.276. lib. 3.& in conſil.20.lib.4.Curtius Iun.in d.l.pen.num.7. C.de impuberum & alijs ſubſt.& Zanch.in d.l.§. cum ita.in octaua par. num.232.qui obiectiones aliquas diſſoluit.

Et ſatis non erit, quod ij filij ſint inſtituti in re certa: ſicuti ſcripſerunt Caſtren.in conſil.113. Viſo teſtamento Michaëlis.libro primo.Corneus in conſ.146.colu.3. lib. 2.& in conſil.276.lib.3.Barbat.in conſil.35 col.6.libr.2. Socin.Sen. in d.§.cum ita. numero.30. & ibidem Fabius. columna pen. verſ.quintus & vltimus.& Torniellus.num. 124. verſi. & ex hoc.Quibus conſtat hanc eſſe receptam opinionem, & ſi ab ea diſſentiunt Ripa in d.§ cum ita num.126.& Zanchus ibidem in octaua par.num. 234.qui aliquot argumentis vtitur.

22 Verùm ſolet dubitari,an † ſufficiat,quod ij filij ſint in cõditione poſiti?Et non ſufficere dixerunt Baldus in conſil.97. ſuper primo.libr.2.Caſtren.in d.§.cum ita.in conſil. 449.De iure communi.lib.2.& Craue.in conſi.109.num.2. qui ea ra-
23 tione † vſus eſt : quia filij poſiti in conditione dicuntur prædilecti quò ad portionem patris ſui ab inteſtato non autem ex teſtamento,iuxta opinionem glo.in l.Lucius la 2.ff.de hæred.inſti.& aliorum quamplurium, quos congeſſi ſupra in præſump.77.numer. 86. Quæ ſanè ratio non ſatis concludit: tum quia aduerſus gloſſam d.l.Lucius, & ſequaces recepta magis videtur opinio,vt dixi in d.præſumpt. 77.num.2. tum etiam,quia & ſi ij filij dici non poſſunt vocati ex teſtamẽto: attamen teſtator eos prædilexiſſe ſignificauit, ex quo eis reſeruauit ſucceſſionem ab inteſtato, eos ponendo in conditione ad excluſionem ſubſtituti Et propterea quod hoc caſu noſtro ſatis ſit,hos filios eſſe poſitos in conditione affirmarunt ſibi parum conſtans Bald.in conſ.270.ſubſtitutio fideicommiſſaria.lib.3.Rui.in conſi.52.col.vlt.& in cõſ.126. col. 2.lib.4.& communem teſtatur Zanchus in d. § cũ ita. in 8. parte.nu.233. in fine. Præterea obſeruandum eſt, quod etiã ſi extraneus vnà cum filijs ſit inſtitutus, adhuc ſubſtitutus in totum excluditur ex perſona vnius ex filijs ſuperſtitis.Ita Ripa in d.l.hæredes mei.§. cum ita. numero 134. verſi. ego amplector.reiecta opinione Socini Senioris ibidem.

Hanc declarationem multis modis extendit Zanchus in d.§.cum ita.in octaua parte.nume. 243.244.250. 251.256. & 268. quos non proſequor.

24 Declaratur, † ſecundò, vt locum non habeat, quando ſubſtitutio fuit facta in tota hæreditate, vel in toto relicto. Nam tunc non admittitur ſubſtitutus ad portionem deficientis : ſed expectari debet mors omnium : atque ita pluraralitas non reſoluitur in ſuas ſingularitates. Ita Bartol. in l. quidam teſtamento Proculum. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Baldus, Ange. Aretinus, Alexander & Iaſon : Angelus in conſilio 80. Ioannes ſuum condidit teſtamentum, Ancha. in conſilio 191. Elizabet. Caſtren. in conſilio 279. Præſuppoſito ſtatuto. columna prima, & in conſilio 319.Viſis & conſideratis.columna prima, libro 2.Comenſ.in conſilio 34.Pater vxori.Et ijdem Caſtren. & Comenſ. in l. Lucius.§.Caio. ff.ad Trebell. Anna.in conſilio 22. Corneus in conſilio 226.numero 9.lib.4. cum his ſenſerunt etiam Ruinus in conſil.121.num.4.lib.3.Ripa in d.§.cum ita.num. 136. verſi.quid igitur.& ibi Bolog. num.273.verſ.4. fallit. Bero.in conſi.68.num.17.& 19.& in conſi. 69.num.2.verſ.tertio cõſidero,& in conſi.120.num.15.lib.2.

Cæterùm à prædicta opinione diſſentiunt ſibi parum cõſtantes Angelus,Imola,Comenſis & Caſtren.in d.§. Caio.& in d.l.quidam teſtamento.Fulgo.in d.l.pen.C. de impube. & alijs ſubſtit.Butrius in conſ.3.Mattheſ.notab.169. Alex.in d. l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell. & in conſil.81.lib.1.& in conſi.92.lib. 3. quo loci dixit, hanc opinionem aduerſus Bar.& ſequaces.Riminal.Sen.in conſi.255. col.pen. lib.1.Iaſ. in conſi.41.lib.1.& in l.quidam teſtamento.ff.de vulg.& pup. ſubſt.qui dixit eſſe communem opinionẽ. Bellanus in conſ. 82.num.12.Soc.Iun.in conſi.145.nume.19.lib.3. Et hanc eſſe magis communem aſſeruit Zanchus in d.§.cum ita. in octaua.par.nume.202.verſ.prædictis tamen non obſtantibus, qui longa habita diſputatione eam tuetur.

25 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat quando teſtator iuſſit conſtrui eccleſiam, ſi filij hæredes inſtituti deceſſerint ſine filijs.Hoc ſanè caſu nõ ſufficit, quod vnus inſtitutorum decedat ſine filijs,vt eccleſia conſequatur relictum.Ita Ripa in d.§.cum ita.num.137.auctoritate Calderini in conſil.4.& in conſil.42.in tit.de teſta. & alijs comprobarunt Zanchus in d.§.cum ita.in octaua par.num.291.292.& 293.& ibidem Alcia.num.13.& Bologne.nume.273.verſ. quintò limitatur.

26 Declaratur quartò;vt non † procedat,quando teſtator ita dixit. Inſtituo Caium & eius filios. Et ſi ipſe,vel eius filij deceſſerint ſine filijs, ſubſtituo Mæuium:ſi contingat vnum ex filijs decedere ſine filijs,non tamen admittitur Mæuius ſubſtitutus ad portionem illius defuncti.Ita Oldra.in conſi. 231. in ſecundo dubio,Socin.Iun.in conſil.150.col.vlt.lib.2.quos ſecutus eſt Zanchus in d.§.cum ita in octaua par. num. 287.

27 Declaratur quintò,vt † locum non habeat,quando reſultaret inæqualitas inter deſcendentes teſtatoris.Ita Alex.in cõſ. 167.num.18.& 19.lib.7.& Zanchus qui ſupra num.295. in fi.

28 Declaratur ſextò,vt † non procedat,quando præcedit reciprocum fideicõmiſſum vt ſi teſtator ita dixit.Inſtituo Caiũ & Semproniũ, quos inuicem & reciprocè ſubſtituo.Quibus decedentibus ſine liberis ſubſtituo Mæuium.Si cõtingat decedere vnũ ex dictis inſtitutis, puta Caium, non admittitur Mæuius ſubſtitutus:ſed Sẽpronius alter inſtitutus ex ipſa reciproca,atque ita hoc caſu pluralitas non reſoluitur in ſingularitates.Ita ſcripſerunt Caſtren.in conſi.433.Præſuppoſito,quod ſorores col.1.lib.2.Areti.in conſ.1.col.1. Ale.in cõſ. 91.nu.7.li.1.Rui.in cõſ.129.in fi.lib.3.Gozad.in cõſ.67.col.2.

Ripa

Ripa in d.§.cum ita. numer.148.& in reſp.2.columm.1. in tit.
de ſubſtitutionibus. Pariſ. in conſil. 43.colum. pen.lib.2.Al-
cia. in l. vel ſingulis. numer. 6. ff. de vulga. & pup. ſubſtit.&
Zanchus in d.§. cum ita. in octaua par.numer. 297. & Bolo-
gne. numer. 273. verſ. fallit vbicumque. Et ij quidem moti
ſunt eo.tex.d.§.cum ita,ducto argumento à ſenſu contrario.
Et hæc quidem declaratio procedit etiam ſi reciproca eſt ta-
cita vt reſpondit Caſtren.in d. conſil.433.colum.1.& ſequi-
tur Zanchus qui ſupra. numer.298.in fin.qui ſubiunxit,idem
eſſe etiam quando reciproca ipſa non valeret, ex ſententia
Ruini in conſil. 76. ad finem. libr. 3. Et prædictis accedunt
Bald.in conſil.316. ſuper præmiſſo.lib.3. Angelus in l.ita ta-
men. §.qui ſuſpectam.numer.3. ff. ad Trebell. & Socin. in l.
Marcellus.num. 12.ff.ad Trebell. cùm dixerunt, quod ſi te-
ſtator inſtituit plures filios,& ipſius omnibus decedentibus
ſubſtituit pauperes; cenſeri factas ſubſtitutiones omnibus
ipſis filijs & poſt omnes:Et ideo pauperes non admitti, niſi
omnes deceſſiſſent impuberes. Hanc tamen opinionem im-
probauit Emanuel Coſta in c.ſi pater.in tertia par.in verbo.
Et de illis.col.vlt.de teſta.in 6.

29 Quintus & vltimus eſt † caſus principalis quando teſtator
ſubſtituit pluribus copulatiuè,vel collectiuè,vel diſtributi-
30 uè.(Hęc inter † ſe nõ differre docuit Ripa in d.l.hęredes.mei.
§.cum ita.numer.3.& num.138.ff.ad Trebell.& ibidem Zan-
chus in octaua par. num.296.reiecta opinione Socin. Iunio-
ris in conſil.158.colum.11.libr.2.aliter ſentientis) copulatiuè
31 ſubſtituiſſe dicitur,ſi ita dixit. Inſtituo † Caium & Sempro-
nium;& ſi Caius & Sempronius deceſſerint ſine liberis ſub-
32 ſtituo Mæuium.Collectiuè, † hoc modo. Inſtituo Caium &
Sempronium,& ſi vterque eorum deceſſerit ſine liberis,ſub-
33 ſtituo Mæuium. Diſtributiuè, ſi ita † dixit. Inſtituo Caium
& Sempronium, & ſi quilibet eorum deceſſerit ſine liberis,
ſubſtituo Mæuium. Hoc in caſu ſubdiſtinguo (clarioris ex-
planationis gratia) alios ſex caſus. Quorũ primus eſt,quan-
34 do † duo illi inſtituti, nempè Caius & Sempronius ſunt ex
liberis teſtatoris, & ille ſubſtitutus eſt extraneus, vt ſi teſta-
tor ita dixit.Inſtituo Caium & Sempronium filios meos, &
ſi Caius & Sẽpronius vel ſi vterque, vel omnes, deceſſerint
ſine liberis ſubſtituo Mæuium fratrẽ meũ. Hoc ſanè caſu ſi
cõtingat decedere primò Caiũ ſine liberis,ſuperſtite Sẽpro-
nio,Mæuius ſubſtitutus nõ admittitur ad portionẽ prædicti
Caij:ſed ſuccedit Sempronius. Ita Bar.in d. §. cum ita. in fi-
ne.verſ.aut ſecundum interpretationem,& ibidem Angelus
column.vltim.verſ.cum autem ſubſtitutio. Caſtren. in l. qui
duos.ff.de vulg.& pup.ſubſt.in l.vlt. §. filium. ff. de leg. 2. in
conſilio decimoquarto. Si conttngat.column. 2. verſ. ſecun-
dò videtur.lib.1.& in conſil.86. Dubitatio vertitur.column.
pen.lib.2.Alex.in conſil.91.num.9.verſ.ſed ad hoc reſponde-
ri.lib.1.Ruinus in conſil.180.col. pen. lib. 2. Socinus Senior
in d.§.cum ita.nu.28.&ibidem Ripa.nu.139.& 143.& Fabius.
col.pen.Bero.in cõſi.119 nu.2.& in cõſ.119.nu.22. lib. 2. Soc.
Iunior in conſil.180.col.3.nume... lib.2.Et hæc quidem ſen-
tentia, quæ & mihi probatur, ea efficaci ratione fulcitur,
quod hic non ſolum:adeſt copulatiua, cuius natura & pro-
prietas eſt,vt concurrere debeant omnia copulata. l. ſi hæ-
redi plures.ff. de cond. inſtit. ſed etiam adeſt præſumpta vo-
luntas teſtatoris pro ipſo Sempronio filio ſuperſtite. Nam
35 † præſumitur patrem ipſum magis dilexiſſe Sempronium
filium quàm Mæuium ſubſtitutum.arg.l.cum auus.ff.de cõd.
& demon.& l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Et rurſus, præ-
36 ſumendum eſt,patrem ipſum voluiſſe † conſeruare ius legi-
timæ ſucceſſionis inter ſuos ipſos filios. l. vel ſingulis. ff. de
vulg.& pup. ſubſt.

Et hic quidem caſus multo magis procedit,quando teſta-
tor dixit,ſi omnes penitus defecerint.Ita Anch.in conſil.391.
& Alex.in conſi.91.num.8.lib.1.

37 Extenditur † primò hic caſus, vt locum habeat etiam
quando teſtator eſt vſus nomine collectiuo ſimpliciter, vt ſi
ita dixit.Inſtituo Caium & Sempronium, & eorum maſcu-
los,vel deſcendentes,vel lineam maſculinam.Et ſi maſculi,
vel deſcendentes deceſſerint,ſubſtituo Mæuiũ.Hoc etiã ca-
ſu & ſi aliqui ex maſculis,& deſcendentibus deceſſerint, nõ
tamen ſubſtitutus admittitur,ſed requiritur mors omnium.
Ita reſpondit Socin.Iun.in conſil.150. num.12.verſ.vel etiam
lib.2.& ſi de eadem facti ſpecie interrogatus aduerſus Soci-
num reſpondit Alcia.in reſp.487.num.12.verſi.4. ſubijcit.Et
Socinum ſecutus eſt Zanchus in d.§. cum ita. in octaua par.
num.300.Et præter ipſum Socinum ratio eſt: quia hæc no-
38 mina, maſculos, † deſcendentes, linea, ſunt collectiua, vt
ſcripſi ſupra in præſumpt. 71. numer.28.Porrò ſubſtitutioni
collectiuè factæ locum non eſſe diximus, niſi decedant om-
nes.Idem ergo & hoc caſu Socini.

39 Declaratur primò hic caſus, vt † locum non habeat,
quando Sempronius ille filius inſtitutus & ſuperſtes non eſt
ſucceſſibilis ab inteſtato. Nam tunc ſubſtitutus admittitur
ad portionem dicti Caij primo defuncti ſine liberis: cum
nulla extet perſona, quæ ex præſumpta teſtatoris voluntate
eum impediat.Ita Bald.in d.l. pen. C.de impuberum & alijs
ſubſt.& in conſil. 271. ſubſtitutio fideicommiſſaria. verſ. &
hoc verum:Caſtren.in d.l.pen. Alex.in conſil.91.num.8.lib.1.
Socin.Sen.in conſil.249.num... lib. 2. & in conſil.94.num.
5. lib.4. Soc.Iun. in conſil.150. col. vltim. verſi. vel ſecundo
dico.lib.2.Coſta in cap.ſi pater in verbo ſi vtrumque nume.
5.de teſta.in 6.Craue. in conſil.328. numer.30. Ripa in d.§.
cum ita.numero 140.qui idem eſſe dixit, quando Sempro-
nius ipſe ſuperſtes repudiaret hæreditatem Caij fratris præ-
defuncti.

40 Secundus eſt caſus, quando † duobus illis filijs inſtitutis
ſubſtitutus fuit tertius filius, vel nepos ipſiuſmet teſtatoris,
vt ſi dixit. Inſtituo Caium & Sempronium filios meos, &
ſi Caius & Sẽpronius deceſſerint ſine filijs, ſubſtituo Męuiũ
filium,vel nepotem meum. Hoc ſanè caſu decedente primo
nempè Caio ſine filijs, admittitur Mæuius ſubſtitutus. Ita
Socin.Sen.in d.§.cum ita. numer.28.& idem reſpondit Gui-
do Papæ in conſil.218. num. 5. Verùm diſſentit Ripa.in d.
§.cum ita. numer.141.& rectius quidem. Nam & hoc in ca-
ſu militat ratio ex proprietate ſermonis: ac etiam ratio præ-
ſumpta voluntatis teſtatoris, qui videtur magis dilexiſſe
Sempronium inſtitutum quàm Mæuium ſubſtitutum.Hanc
tamen poſtremum rationem conſiderat Guido Papæ pro
ipſo ſubſtituto, vt apud eum.

41 Tertius eſt caſus, quando † ex inſtitutis duobus ipſis fi-
lijs Caio ſcilicet & Sempronio,deceſſit primùm Caius ſine
filijs, deinde etiam deceſſit ipſe Sempronius ſine prole.Hoc
ſanè caſu Mæuius extraneus ſubſtitutus, admittitur non ſo-
lùm ad portionem huius Sempronij ſecundo loco defuncti,
ſed etiam ad portionem Caij iam prædefuncti: cum hæc
Caij portio ſteterit in ſuſpenſo apud ipſum Sempronium.
donec eueniret caſus ex ſua perſona. Ita Ange.in d. §. cum
ita.col.vlt.verſ.cum autem ſubſtitutio,& prius Bald. in cõſi.
403.In ſubſtitu.fideicommiſſaria.colum.1. verſ. & eſt ratio.
lib.2.& in conſil.82.In quæſtione.colum.1.lib.5. Caſtren.in
conſil.321.Viſis & conſideratis. colum. 1. lib. 2. & idem Ca-
ſtren.in l.qui duos.ff.de vulga.& pup.ſubſt.qui (vt infra re-
feram)dixit, idem eſſe,quando inſtituti ſunt extranei.Bero.
in conſil.129. numer.22.lib.2.Coſta in c. ſi pater.in verbo.ſi
vtrumque.num.3.de teſta.in 6.& Zanchus in d. §. cum ita.in
octaua par. numer.215.quo loci ſatisfacit argumentis Socini
Senioris diſſentientis.Et hic caſus locũ habet etiam quando
Caius ille primus deceſſit relictis liberis: deinde deceſſit
Sempronius, ſine filijs. Nam ad portionem ipſius Sempro-
nij admittitur Mæuius ſubſtitutus. Ita Bald.in d.conſil.403.
column.1.verſi.& eſt ratio. lib.2. Caſtren. in d.conſil. 321.
colum.1.lib.2.& Coſta vbi ſupra. Et ſi Ripa in d.§.cum ita.
num.149.verſ.ſecundo caſu,diſſentire videatur.

42 Quartus † eſt caſus, quando teſtator ita dixit. Inſtituo
Caium & Sempronium filios meos, & ſi omnes ipſi & eo-
rum filij deceſſerint ſine filijs ſubſtituo Mæuium. Hoc ſanè
caſu non ſufficit,vt locus ſit ſubſtitutioni, quod moriantur
omnes filij ipſi inſtituti:ſed etiam quod decedant omnes
ipſi nepotes ſine filijs:atque ita hoc caſu collectiua non re-
ſoluitur in ſuas ſingularitates. Ita reſpondit Iaſ. in conſil.
132.in ſecundo dubio.lib.2.quem ſecutus eſt Zanchus in d.
§.cum ita,in octaua par. num. 299.

43 Quintus eſt caſus, quando † duo illi inſtituti, nempè
Caius & Sempro. erant extranei, vt ſi teſtator ita dixit. In-
ſtituo Caium & Sempronium fratres, vel amicos meos, &
ſi Caius & Sempronius deceſſerint ſine filiis, ſubſtituo
Mæuium.



Mæuium.Hoc caſu ſi contingat decedere primò Caium ſine
liberis,ſuperſtite Sempronio,Mæuius ſubſtitutus admittitur
ad ipſius Caij portionẽ.Ita Bar.in d.§.cum ita. in fi.verſi. aut
ſecundum interpretationem, Baldus in conſilio 403.In ſub-
ſtitutione,lib.2.& in conſi.271. ſubſtitutio fideicommiſſaria
libro 3. Angelus in conſilio 265. numer... verſ... Ancha.
in conſil. 391. Caſtren. in conſil. 280. Præſuppoſito ſtatu-
to.colum.2.verſi.nec obſtat. l. Lucius libro ſecundo. Salice-
tus in l.pen.in fi. C. de impuberum & alijs ſubſt. & ibidem
Alex.colum. penult. verſi. item adde. Ruin. in conſilio 125.
numero 4. & 5. qui expreſſe dixit, Angelum, de quo infrà
malè ſenſiſſe. Alciatus in l.vel ſingulis. columna tertia verſ.
nec refert. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & in reſp. 567. Gnaui-
ter. in fi.ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem.
Socin.Iun.in conſil.145.num.18.& 19. lib. 3. & Torniellus in
d.§.cum ita. nu.136.Ea ratione vſus eſt Bart.quia hoc in caſu
non ſupereſt perſona,quæ ſubſtitutum excludat ex præſum-
pta voluntate teſtatoris.Nec repugnat proprietas copulati-
uæ,vel collectiuæ,quæ concurſum copulatorum requirit. d.
l.ſi hæredi plures.ff.de cond.inſtit. quia reſpondent Bart. &
reliqui,numerum pluralem reſolui in ſuos caſus ſingulares.
l.falſa.§.vlt.ff.de cond.& demonſtr.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt multi affirmantes, ſub-
ſtitutum excludi: cùm portio illa vacans per mortem Caij
ſtet apud Sempronium ſuperſtitem donec eueniat condi-
tio in eius perſonam, qua eueniente, ſicque eo etiam dece-
dente ſine filijs, in omnibus ſuccedit Mæuius ſubſtitutus;
qui alioqui nihil conſequitur decedente ipſo Sempronio
relictis filijs. Ita ſanè Caſtren. in l.qui duos. ff. de vulga. &
pup.ſubſtit.& in d.l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.
& ibidem Alex. numer. 25. & idem Alex. in l.pen. in vltim.
notab. C. de impub. & alijs ſubſt.& in conſilio 175.nume-
ro nono. libro quinto. Ruinus in conſi. 121.numer. 4.lib.3.
& in conſi.148.in fi.lib.2.Socin.Sen.in d. §. cum ita.num...
verſi.& Ripa num. 144.Idem reſpondit Bero.in conſilio 69.
num.1.lib.2. Et hæc quidem opinio probabilior mihi vide-
tur; Nam pro ea ſtat proprietas copulatiuæ,quæ requirit cõ-
curſum copulatorũ:Nec adeſt ratio aliqua,qua præſumi poſ-
ſit,teſtatorem voluiſſe pluralitatem reſolui in ſuas ſingula-
ritates,ſicuti d.l.falſa.§.vlt.ff.de cond.& demonſtr. interpre-
tati ſunt Doctores ibi,& in d.l.penult. C. de impub. & alijs
ſubſt.Non etiam obſtat tex.d.§.cum ita,perpẽſus à Bar. quia
reſpondet ibidem Ripa,nume.143.ibi, conſtare de mente ex
verbis, & eueniſſe conditionem in perſonam vltimi,cui ſoli
facta fuerat ſubſtitutio: Et ex cuius perſona teſtator voluit
totum pertinere ad ſubſtitutum.Diuerſum verò eſſe in caſu
noſtro,in quo non conſtat de mente teſtatoris ex eius verbis:
nec ſubſtitutio fuit facta vni ſoli: ſed cuilibet poſt mortem
omnium:Nec voluit teſtator ex perſona vltimi totum perue-
nire ad ſubſtitutum,ſed ex cuiuſlibet perſona.

44 Sextus eſt caſus huius † quinti caſus principalis, quando
teſtator inſtituit duos extraneos,& ita dixit. Inſtituo Caiũ &
Semproniũ fratres,vel patruos,vel amicos meos: Et ipſis &
eorum filijs decedentibus ſine filijs ſubſtituo Mæuium.Hoc
in caſu reſpondit Socin.Iun.in conſi. 145. num.23.lib.3.quem
viſus eſt ſequi Zanchus in d.§.cum ita.in octaua par.nu.301.
Dixit ſanè Socinus,illa verba; Et ipſis & eorum liberis, non
poſſe ſtare copulatiuè, vt ſcilicèt requiratur concurſus om-
nium:ſed potius diſiunctiuè:quia impoſſibile eſſet talem co-
pulã verificari.Nam ſi(inquit Socinus)inſtituti ſtatim deceſ-
ſiſſent ſine filijs,non poterat conſiderari, quod eorũ filij de-
cederent ſine filijs:cum in rerum natura nõ eſſent.Et ſi dare-
tur eos ſuperfuiſſe:&,poſtea ſine talibus liberis decedere iã
conſtaret inſtitutos nõ deceſſiſſe ſine liberis. Data ergo im-
poſſibilitate copulatiuæ,copulatiua ſtabit pro diſiũctiua,vel,
ratione incõpoſſibilitatis. Quemadmodum ergo(inquit So-
cinus)dicta verba,Et ipſis & eorum liberis,ſtãt diſiũctiuè:ita
etiam & illa ſubſequẽtia,& eorũ filijs decedentibus,hoc eſt,
quod & ipſis filijs decedentibus,ſtent diſiunctiuè, putà,vno,
vel pluribus decedentibus admittatur ſubſtitutus ad portio-
nem vacantem.Hæc Socini conſideratio & ſi acuta eſt, mi-
hi tamen non probatur. Quandoquidem illa copula,&,po-
ſita inter Caium Semproniumque & eorum filios,ſtat qui-
dem diſiunctiuè ratione conſiderata à Socino: Non tamen
inde ſequitur, quod ſubſtitutio facta de Mæuio filijs di-
ctorum Caij & Sempronij, facta ſit diſiunctiuè. Nam ſicu-
ti Mæuius ſubſtitutus Caio & Sempronio dicitur eſſe non
diſiunctiuè,ſed copulatiuè ſubſtitutus:ita etiã dicitur ſubſti-
tutus copulatiuè ſeu collectiuè(quod idẽ eſſe ſupra diximus)
dictis filijs: Et ſenſus eſt.Decedentibus Caio & Sempronio
ſine filijs ſubſtituo Męuiũ.Si verò Caius & Sẽpronius relin-
quent filios, ſi ij filij decedent ſine filijs adhuc ſubſtituo
Mæuium.Secuti ergo Mæuius non admittitur, niſi deceſſe-
rint ambo illi Caius & Sempronius ſine filijs: Ita nec etiam
ipſe Mæuius poterit admitti ad ſucceſſionem filiorum Cai
& Sempronij,niſi omnes deceſſerint.

## PRÆSVMPT. CLXXXVII.

### Legatum factum mulieri, ſi, vel cum erit, vel donec erit, vel permanebit vidua, an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris debeatur, ea deinde nubente.

*SVMMARIVM.*

*1 Verbum tres ſunt ſpecies:ſignificant aliqua actum momentaneum, aliqua ſucceßiuum,& quædam vtrumque demonſtrare ſolent.*
*Et quæ ſint quæ ſignificent actum momentaneum. num.ſeq.*
*3 Teſtator ſi legauit centum filiæ.ſi erit, vel cùm erit vidua, conſequitur filia legatum ſtatim quod effecta erit vidua.& ſi in viduitate non perſeuerauit.*
*Et idem dicendum in legato ſucceßionis temporibus præſtando, quòd ſingulo anno, quo filia vidua erit, capiat legatum.nu.4.*
*Quid autem ſi reliquit mulieri extraneæ legatum, ſi erit, vel cùm erit vidua. num. 5.*
*6 Maritus ſi legauit vxori ſuæ his verbis, ſi vidua erit, vel cùm vidua erit, nunquid præſumatur voluiſſe quòd permaneat & perſeueret in viduitate,aliàs non conſequatur legatum.*
*7 Verba, quæ ſignificant actum ſucceßiuum huiuſmodi ſunt, donec,quouſque,& ſimilia.*
*Teſtator ſi legauit centum annua filiæ, ſiue extraneæ, donec, vel quouſque vidua erit, præſumitur voluiſſe quod perſeueret in viduitate. num. eo.*
*Idem ſi dixit,ſi prædicta mulier vidua permanſerit.num.8.*
*Idem ſi dixit,ſtante ipſa muliere in vita viduali.num.9.*
*Idem quando dixit, ſeruando vitam vidualem.num.10.*
*Et in omnibus ſupradictis caſibus ipſa muliere nubente adeo extinguitur legatum,vt mortuo etiam nouo hoc marito, non reintegratur amplius. num. 11.*
*12 Teſtator ſi legauit mulieri,ſi caſtè & honeſtè vixerit,ea ſemel inhoneſtè agens priuatur legato, quod non recuperat, etiam ſi deinde honeſtè viuat.*
*13 Verba ſignificantia tam actum momentaneum quod ſucceßiuum quæ dicantur.*
*14 Teſtator ſi legauit mulieri centum iam exiſtenti in viduitate,ſi vidua remanebit, intelligitur ſi ipſa perſeuerabit in viduitate:& redditur ratio.num.15.*
*Idẽ ſi legauit vxori propriæ iiſdẽ verbis.ſi vidua remanebit. nu.16.*
*17 Teſtator ſi reliquit mulieri nuptæ,donec remanebit vidua, ſtatim quod effecta eſt vidua,& ſi nõ perſeueret,cõſequi debet legatũ.*
*18 Mulier nupta dicitur vidua remanere ſtatim quod maritus deceßit.*
*19 Viduitatem ſeruare & in viduitate viuere quid ſit,remißiuè.*

HAc de diſputatione multa ſcripſit Mantica
in Tract. de coniecturis vltimarum volunta-
tum lib.11.tit.19. numero 17.& multis ſubſe-
quentibus; qui commemorauit ferè omnia
congeſta à Iaſone in l.vlt.col.pen.C. de indi-
cta vid.tollen.Ego verò nõnulla diligenti accuratoque ſcri-
ptori adiũgã.Et quo clarior tota hæc diſceptatio explicetur,
1 diſtinguo tria capita;quemadmodum etiam tres † ſunt ver-
borum ſpecies; nempe aliqua ſignificant actum momen-
taneum, aliqua ſucceſſiuum, & aliqua demum quæ vtrum-
que demonſtrare ſolent.

2 Primum itaque eſt caput, quando † verba ſignificant
**actum momentaneum, vt ſi teſtator dixit: lego centum, ſi**

erit,vel cum erit vidua,vel ſi ad viduitatem peruenerit.Hęc
ſanè verba ſignificare actum momentaneum tantùm mox
dicemus.Hoc in capite diſtinguo aliquot caſus.
3 Primus eſt,quando † teſtator legauit filiæ ſuę iam nuptę,
vt ſi dixit,lego centum filiæ meæ, ſi erit, vel cum erit vidua.
Hoc caſu præſumitur teſtatorem legaſſe ipſi filiæ, vt habeat
legatum ſtatim quod effecta erit vidua, & ſi in ea viduitate
non perſeuerauit. Ita ſcripſerunt Baldus in l.vlt.in ſecundo
notab.C.de indicta vid.tollen.& ibidem Caſtren.in §. 1. nu-
mero primo, qui teſtatur ita deciſum fuiſſe aliquando Ve-
netiis ex ſuo reſpõſo,quod hodie impreſſum legitur in con-
ſilio 185.ſupraſcriptus egregius Conſultor.lib.2. Idem affir-
marunt Angelus in conſ.34. Conſtantinus.numer.11.Imola
& Alex.in l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ille nu-
mero nono,iſte.numero 11.Iaſon in l.ſi quis hæredem,num.
primo.C.de inſtit.& ſubſt.& in d.l. vltima.num.31. C.de in-
dicta vid.tollen. Durans in Tract.de arte teſtandi.in tit.de-
legatis.cautela 39.in fine, Pariſ.in conſilio 95.numero 54.li-
bro ſecundo.Et hos quidem ſecutus ſum in conſil.278.num.
38.libr.3.

Et hæc quidem traditio manifeſte probatur textu.d.l. vlt.
§.1.C.de indicta viduitate tollen.cuius verba hæc ſunt.

*Sancimus, cùm huiuſmodi verbis,ſi vidua erit, vel quoties vidua
erit,vel cum vidua erit:vel econtrario maribus, ſi amiſerint vxores,
vel quando ad Cælibatum peruenerint, non vetari ea vindicare, vel
legitimo modo ſumere, quæ eis relicta ſunt. Neque enim vt perma-
neant vel fœminæ in viduitate, vel maſculi in cælibatu, videtur eſſe
relictum: vt locum ante noſtram legem habeat lex Iulia Miſcella,
quæ iam perempta eſt: ſed cum primum hoc euenerit,ilico competat
talibus perſonis eius quod relictum eſt,perſecutio:quia ſub conditio-
ne relictum eſſe videtur,ſiue ſemel ſiue in annos ſingulos hæc libera-
litas fuerit concepta,quaſi pro ſolatio ſuæ triſtitiæ.*

Hactenus Iuſtinia.qui manifeſtè ſtatuit verba illa,ſi vidua
erit, ſignificare actum momentaneum, non autem ſucceſſi-
uum:Sicuti etiam dixit ſignificare illud verbum,peruenerit.
Et ea quidem ratione comprobatur caſus iſte:quia non con-
gruit voto & deſiderio patris,quod filia perſeueret in vidui-
tate:ſed quod nubat:vt reſpondit Ang.in d.conſil.34. nu.10.
adductus text.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad S.C.Treb.
4 Et hic quidem caſus locum † habet etiam in legato ſuc-
ceſſiuis temporibus præſtando,vt ſi teſtator legauit ſingulis
annis filiæ,ſi vidua erit.Ita manifeſtè ſtatuit Iuſtinianus in d.
l.vlt.in fin.ibi. *Siue ſemel, ſiue in annos ſingulos hæc liberalitas
fuerit conſcripta.*

Quæ ſane verba accipienda ſunt,quòd ſingulo anno,quo
filia hæc vidua erit,capiat legatum:non autem quod abſolu-
tè & ſemper illud habeat, etiam poſt contractas nuptias.Ita
ſenſerunt Cynus in d.l.vlt.& Alber.num.1.
5 Secundus eſt caſus,quando † teſtator reliquit mulieri ex-
traneæ legatum,ſi erit,vel cum erit vidua.Hoc caſu idem di-
cendum eſt quod in præcedenti. Et ſi enim ceſſat hic ratio
illa voti & deſiderij aliarum nuptiarum,quę(vt diximus poſt
Angelum) conſideratur in patre: Attamen non ceſſat ratio
illa,quod in ſolatium triſtitiæ legaſſe videatur teſtator:ſicu-
ti dixit Iuſtinia. in d.l. vlt. in fin. Cuius quidem conſtitutio
abſolutè loquitur de muliere,ita ergo de extranea,vt de pro-
pria filia debet intelligi.
6 Tertius eſt caſus,quando † maritus legauit vxori ſuæ his
verbis, ſi vidua erit, vel cum vidua erit. Hoc quidem caſu
præſumitur teſtatorem ſenſiſſe,quod vxor ipſa perſeueret in
viduitate.Ita Angelus in d.conſ.34.nu.10.& in d.l.in ſubſti-
tutione.num.2.ff. de vulg & pup.ſubſt. & ibidem Gomenſis.
& Alex.num.5.& num.11.

Eſt ratio,quia hæc verba,ſi vidua erit,vel cum vidua erit,
à marito prolata non poſſunt aliter intelligi.Non enim ipſo
viuo mulier dici poteſt vidua, ſignificauit ergo teſtator per-
ſeuerantiam.
7 Secundum eſt caput, quando † verba ſignificant actum
ſucceſſiuum,vt ſi teſtator dixit,lego centum donec,vel quo-
uſque erit vidua.Hæc enim verba,donec,quouſque,& ſimi-
lia ſignificare tractum ſucceſſiuum certum eſt, & tradunt
omnes in d.l. vlt.C.de indict.vid. tollen.& Bald.in l. pen.in
prin.ff.de excuſatio.tuto.& Boërius in q.44.num.38.
8 Idē eſt † ſi teſtator dixit,ſi prędicta mulier vidua perman-
ſerit.Nam & hoc verbum,permanſerit,ſignificat perſeuerā-
tiam:ſicuti in ſpecie ſcripſerunt Baldus & Caſtren.in d.l.vlt.
9 num.3.ſic etiam ſi teſtator dixit,† ſtante ipſa muliere vidua-
li. Nam & tunc requiritur perſeuerantia vt docuit Alcia.in l.
Stichum, qui meus erit. nu. 12. verſ. exiſtimauerim.de leg.1.
10 Eſt † idem quando teſtator dixit, ſeruando vitam vidua-
lem. Hæc ſanè verba ſic exponuntur, ideſt donec, vel quan-
diu ſeruabit vitam vidualem: ſicuti poſt Baldum reſpondit
Ruin.in conſi.170.num.6.lib.3.

Hoc itaque in capite dicendum eſt abſolutè ſiue legatum
factum ſit à patre,ſiue ab extraneo,ſiue à marito,legatum ip-
ſum deberi mulieri perſeueranti in viduitate,ea verò nubē-
te ceſſare.Ita Albericus in d.l.vlt.nu.2.Caſtren.num.3. ſic &
Imola & Alex in d.l.in ſubſtitutione.ille num... iſte. nu.11.
Idem affirmarunt Bald.in conſ.42. Præmittendum eſt lib. 5.
Caſtren.in d.conſi.185. ſupraſcriptus egregius conſultor.lib.
2.Iaſon in l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi paterfamil. nu.6.
de leg.1.Craue.in conſ.300.nu.5.& Natta in conſi.459.nu.17.

Et ratio huius ſentētiæ eſt ſatis manifeſta:quia legatū hoc
dicitur annuum,cum quantitas multiplicabilis ſit. l. legatū.
ff.de annuis.lega.& ſcripſi ſupra in præſumpt.132. & reſpon-
dit Rui.in conſ.190.num.2.lib.2.

Et propterea primo anno dicitur purum,ſequentibus ve-
rò conditionale, & conſequenter non eſt præſtandum, niſi
impleatur conditio.Quamdiù ergo permanebit vidua,cōſe-
quetur legatum:ſtatim verò quod contraxit nuptias, deſinit
( vt diximus ) capere.
11 Et adeò ipſa † muliere nubente extinguitur legatum, vt
mortuo etiam nouo hoc marito non reintegretur:vt in ſpe-
cie reſpondit in conſ.278.nu.17.auctoritate Caſtrenſis, Ber-
tachini, Martini de Fano,& Ioannis de Garronibus.Et illis
accedit Socin.Iun.in conſ.110.nu.9.lib. 1.Sic & Bero. in cōſ.
30.num.2 lib.2.poſt Baldum in l.Titius. ff. de excuſ. tuto.re-
12 ſpondit,quod † ſi teſtator legauit mulieri,ſi caſtè & honeſtè
vixerit,ea ſemel inhoneſte agens priuatur legato, quod non
recuperat,etiam ſi deinde honeſtè viuat.
13 Tertium eſt caput, quando † verba ſignificare poſſunt tā
actum momentaneum quàm ſucceſſiuum,vt ſi teſtator dixit.
Lego centum ſi remanebit vidua.Hoc enim verbum, rema-
nebit,poteſt ſignificare tractum temporis ſucceſſiuum:ſicuti
poſt Curtium iuniorem, Caſſaneum, & Alciatum ſcripſi in
conſi.376.num.18.lib.4.Poteſt etiam ſignificare actum mo-
mentaneum,nēpè cum effecta erit vidua:vt in ſpecie ſcripſe-
runt Baldus in conſi.42.Præmittendum eſt ad euidentiam.in
fi.lib. 5. Caſtren.in d. l. vlt.§.1.nu.3.C.de indict. vid. tollen.
14 Hoc in capite diſtinguo tres caſus, Primus eſt, † quando
teſtator legauit mulieri iam exiſtenti in viduitate. Hoc ſanè
caſu verbum,remanebit,ſignificat tractum temporis ſucceſ-
ſiuum,nēpè,ſi mulier ipſa perſeuerabit in viduitate. Ita Ca-
ſtren.in d.l.vlt.§.1.num.3.
15 Eſt ratio,quia † verbum hoc, remanebit, aliam ſignifica-
tionem hoc in caſu habere non poteſt. Non enim poteſt ſi-
gnificare actum momentaneum, nempè ſi efficietur vidua;
ex quo iam vidua eſt.
16 Secundus eſt caſus,quando † teſtator propriæ vxori lega-
uit,ſi vidua remanebit. Hoc etiam caſu verbum hoc, rema-
nebit,ſignificat tractum temporis ſucceſſiuum;ex quo aliam
ſignificationem habere non poteſt. Nam dum teſtator præ-
ſupponit pro conſtanti ſe moriturum,& vxorem ſuam eſſe
debere viduam,vt manifeſtum eſt, eam ob cauſam facit le-
gatum,quod ſua morte confirmatur. Non ergo diſpoſuit te-
ſtator cōditionaliter reſpectu mortis ſuæ:ſed reſpectu ſtatus
ſuæ vxoris poſtquam effecta erit vidua.
17 Tertius eſt caſus,quādo † teſtator reliquit mulieri nuptæ,
ſi remanebit vidua.Hoc in caſu legatum deberi huic mulieri
ſtatim quod effecta erit vidua, & ſi nō perſeuerabit in vidui-
tate, ſcripſerunt Baldus in d.cōſ.42. Præmittendū eſt ad eui-
dentiam.in fi.lib.5.Caſtren.in d.l.vlt.§.1.num.3. C.de indicta
18 vid. tollen. qui quidem ea ratione vſi ſunt: quia † communi
loquendi vſu dicimus,mulierem nuptam dici remanere vi-
duam ſtatim quod maritus deceſſit.

Et rectè quidem etſi diſſenſerint Alex. in l. in ſubſtitutiō-
ne.nu.11.verſ.& adde.ff.de vulg.& pup.ſubſt. & Iaſon in d.l.
vlti.num.31.verſ.& iuxtà hoc.C.de indicta vid. tollen.

Cæte



19 Cæterùm quid ſit † in viduitate viuere & quomodo expli-
cant Bal.in l.decreto.C.ex quibus cauſis irroga. infam. Alex.
in l.mulier.§.cum proponeretur.num.12.& 13.ff.ad Trebell.
Cremenſ.in ſing.142.Iaſon in l.vlt.num.33.C.de indicta vid.
tollen.Tiraquellus in l.boues.§.hoc ſermone.num.150.ff.de
verb.ſignif.Crauet.in conſ.719.num.13.& Petrus Rebuffus
in l.malum.§.viduam.ff.de verb.ſignif.

## PRÆSVMPT. CLXXXVIII.

Fideicommiſſi onere ſimpliciter grauatus, vel vt
reſtituat quod ei ſupererit, quid & quantum alienare
hodie poſſit: & quando in fraudem fideicommiſſi
alienaſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtator quando ſimpliciter grauat hæredem onere fideicommiſ-
ſi,ipſe nihil alienare poteſt: præſumitur enim teſtatorem no-
luiſſe facere actum ſuperuacaneum.*
*Idem dicendum in fideicommiſſo conditionali, quod alienari non
poteſt irreuocabiliter,ſed ſolum pendente conditione.num.2.*
3 *Fideicommiſſo grauatus poteſt alienare quartas legitimæ, & Tre-
bellianicæ ſi filius eſt,ſi autem eſt hæres extraneus,ſolam dedu-
cit Trebellianicam.*
4 *Dotes facere poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta.*
5 *Fideicommiſſo grauatus libere poteſt alienare omnia bona, nil pe-
nitus reſeruato ei,cui teſtator voluit bona reſtitui,quando ip-
ſe teſtator expreſſam licentiam alienandi conceſſit ipſi graua
to,& num.8.*
6 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator,& arbiter.*
7 *Teſtator ſi reliquit aliquem vſufructuarium cum poteſtate alie-
nandi, illa poteſtas reſtringitur ad poteſtatem moderatam ad
arbitrium boni viri.*
9 *Teſtator ſi prohibuit alienationem bonorum hæredi vſque ad vi-
geſimum quintum annum,poſt illam ætatem hæres liberè alie-
nare poterit,etiam teſtando,vel donando.& num.10.*
11 *Hæres nunquid bona alienare poſſit, ſi teſtator ei relinquendo fi-
deicommiſſum ipſum rogauit,reſtituere quod poſt mortem ſua
ſuperfuerit.& num.ſeq.*
12 *Rei dominus poteſt,ſi vult,re ſua abuti.*
13 *Verbum,volo,ſignificat liberum & abſolutum arbitrium.*
14 *Verba,poteſtas & licentia,arbitrium regulatum ſignificant:ad-
iuncta autem verbo,volo,naturam mutant.*
15 *Dolus non præſumitur in eo,qui ſuo iure vtitur.*
16 *Dolis,& fraudibus quantum fieri poteſt eſt occurrendum.*
17 *Hæres grauatus reſtituere quod tempore mortis ſuæ ſupererit,po-
teſt libere alienare vſque ad dodrantem, quando inter viuos
alienat,ſecus in vltima voluntate.*
18 *Donatio eſt propriè actus inter viuos.*
19 *Moriens inteſtatus dicitur tacitè diſponere.*
20 *Hæres grauatus reſtituere quod ſupererit tempore mortis ſuæ te-
netur omninò reſtituere quartam omnium bonorum, quæ te-
ſtator ipſe reliquit, quam alienare quoquomodo non poteſt,
niſi quatuor de cauſis.*
*Et primo cauſa dotis.num.21.& tam pro conſtituenda dote,quam
pro reſtituenda etiam extraneæ.ibid.*
*Item ob ſponſalitiam largitatem.num.22.*
*Item tertiò ob redemptionem captiuorum.num.23.*
*Et demum pro alimentis.num.24.*
25 *Hærede grauato reſtituere quod ſupererit tempore mortis ſuæ,
nunquid & fructus ex bonis hæreditarijs percepti & extan-
tes tempore eius mortis ſint reſtituendi vnà cum bonis non
alienatis.nu.ſeq.*
*Hæreditas adita per hæredem amittit nomen hæreditatis.*
*Fructus ex hæreditate adita percepti non dicuntur hæreditarij.*

HAc in diſputatione,vt paucioribus,quàm fie-
ri poſſit,rem perſtringam,tres caſus diſtinguo
atque conſtituo.
1 Primus eſt, quādo † teſtator ſimpliciter gra-
uauit hæredem onere fideicommiſſi. Hoc ſa-
nè caſu, hæres ipſe nil alienare poteſt.l.ſi quando.l.filiusfam.
§.diui de leg.1.l.qui ſolidum.de leg.2.& l.pater.§.1.de leg.3.
Eſt enim præſumptio, teſtatorem relinquendo fideicom-
miſſum noluiſſe facere actum ſuperuacaneum,& fruſtratoriū:
ſed validum & efficax: & propterea prohibuiſſe alienationem
ipſorum bonorum, alioqui inane & eluſorium redderetur ip-
ſum fideicom.
2 Et † hic quidem caſus locum habet etiam in fideicommiſ-
ſo conditionali:quod alienari non poteſt irreuocabiliter: ſed
ſolùm pendente conditione.l.vlti.§.ſed quia.C.commun.de
legatis.
3 Declaratur † primò hic caſus, vt non procedat in aliena-
tione quartarum, legitimæ, & trebellianicæ, quas detrahere
poteſt grauatus fideicommiſſo,ſi hæres inſtitutus & grauatus
eſt extraneus ſolam trebellianicam deducit:ſicuti manifeſtum
eſt.Si verò eſt filius deducit etiam legitimam: vt communis
eſt Doctorum ſententia in l.filium,quem.l.famil.erciſc. Has
igitur quartas alienare poteſt ſic grauatus.l.3.§.res. ff. ad
Trebel. *Res* (inquit Vlpianus) *quæ ab hærede alienatæ ſunt, in
quartam imputantur hæredi.*

Et ea ratione in quartam illi imputantur, quia præſumitur
elegiſſe illa alienata pro ipſa quarta: vt tradunt omnes in l.
Marcellus.§.res, quæ.ff.ad Trebell.& in l.in quartam.ff.ad l.
Falcid.ibi poſt alios Ripa.nu.105.& 120.& Soci.Sen.in conſ.
16.num.19 lib.3.
4 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat hic caſus fa-
uore dotis,pro qua conſtituenda, alienari poſſunt bona fidei-
commiſſi.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.qua de
re copioſè diſſeremus in ſubſequenti præſumpt.

Non hic commemoro alios caſus, in quibus permiſſa eſt
alienatio bonorum fideicommiſſi: de quibus apud omnes in
l.filiusfam.§.Diui.de lega.1.& nouè diſſerit Petra in Tracta.
de fideicom.prohib.alienare.q.8.
5 Secundus eſt caſus,quando † teſtator, qui bona fideicom-
miſſo ſubiecit, expreſſam licentiam alienandi conceſſit gra-
uato.Hoc ſanè caſu liberè poteſt grauatus alienare bona om-
nia,nil penitus reſeruato ei, cui teſtator voluit bona reſtitui.
Ita ſcripſerunt Socin.Senior in conſ.123.lib.3. Rui.in conſ.
76.num.13.in conſ.112.num.10.in conſ.120.in fi. & in conſ.
153.col.vlti.lib.2. Petrus Ioannes Anchar.in q.12.nu.5.lib 1.
& Hierony. Gabriel in conſ.99.num.25.lib.5.ij ſanè ſcripſe-
runt, hoc in caſu locum non eſſe diſpoſitioni authen.contra
rogatus.C.ad Trebel.cum illa procedat in tacita permiſſione
alienandi, quæ ab expreſſa multum differt. Non enim tacita
eam habet vim,quā habet expreſſa. Sicuti multis differentiis
inter vnam & alteram commemoratis, copioſè tradit Petrus
Antonius Petra,in tract.de prohib.aliena.fideicom.q.6.num.
30. Hanc alienandi facultatem teſtatore dare poſſe dubi-
6 tandum non eſt.Cùm † quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbi-
ter.l.in re mandata.C.mand. Et ſicuti potuit teſtator non re-
linquere fideicommiſſum. Ita etiam potuit illud relinquere
ea ſub conditione, ſi bona non erunt tempore mortis ipſius
hæredis ab eo alienata,vt Socinus & Ruinus præcitatis in lo-
cis ſcripſerunt, qui hoc eſſe quidem fideicommiſſum, ſed li-
mitatum dixerunt:quemadmodum etiam hoc nomine appel-
lat Hiero.Gabriel in d.conſ.99.nu.10.lib.2. Nec in grauato
alienāte etiam omnia ipſa bona conſiderari poteſt aliquis do-
lus,ex quo teſtatore & conſequenter lege ſic permittēte alie-
nauit.arg.l.Gracchus.C.ad l.Iuliam de adulter. Quibus con-
ſtat malè probaſſe contrariam opinionem Corneum in conſ.
140.nu.8.lib.2.Socinum.Sen.ſibi parum conſtantem in conſ.
31.col.pen.lib.4 & Pariſium in conſ.25.lib.2.affirmantes di-
ſpoſitionem.d.auth.contra rogatus, locum habere etiam hoc
caſu,quando ſcilicet teſtator dedit grauato expreſſam alienā-
di facultatem.Et ij quidem ea prima ratione moti ſunt,quòd
nulla ſit ratio differentiæ inter expreſſam & tacitam alienan-
di facultatem à teſtatore conceſſam. Quæ ſanè ratio ex iam
dictis falſa detegitur. Et accedit, quod quando tacitè dedit
alienandi poteſtatem, dicitur ſe retuliſſe ad arbitrium boni
viri.d.l.Titius.ff.ad Trebell. Diuerſum eſt, quando expreſſe
conceſſit alienari poſſe bona. Nam tunc præſumitur teſtato-
rem dediſſe abſolutam facultatem.
7 Nec † repugnat, quod quando teſtator relinquit aliquem
vſufructuarium cum poteſtate alienandi,illa poteſtas intelli-
gitur de poteſtate moderata ad viri boni arbitrium:vt reſpon-
derunt Alexand.in conſilio 58. colum.penult.libro 2.& Pa-



riſius

riſius in cōnſilio 95.numero 73.libro ſecundo, quia reſpondetur ex ſententia Hieronymi Gabrielis in dicto conſil. 99. numero 28.libro 2.in vſufructuario diuerſam eſſe rationem: quia eo tempore iam proprietas eſt alterius.Et ob id æquitas ſuadet alienandi facultatem reſtringi ad moderatam alienationem.In grauato fideicommiſſi onere aliter eſt : cùm interim is ſit dominus proprietatis & fructuum. Et prætereà (inquit Gabriel) Alexander & Pariſius loquuntur eo in caſu , in quo teſtator dedit facultatem alienandi moderatè , non autem abſolutè alioqui & is vſufructuarius poſſet omnia alienare: Sicuti affirmarunt idem Alex.in d.conſil.58. num.11.& Corne.in d.conſ.173.col.3.lib.2.

8 Hic caſus † locum habet multò magis quando teſtator vſus eſt verbis ſignificantibus liberam & abſolutam alienandi facultatem : vt ſi dixit, quod liberè alienare poſſet.Ita in ſpecie reſpondit Hieronym. Gabriel in d. conſilio 99. numero 33.libro 2.

Et hoc in caſu alienatio cenſetur permiſſa etiam per vltimam voluntatem.Ita Socin.Sen.in d. conſilio 123.libro tertio. Ruin.in d.conſilio 76.numero 11.& 12.& in conſilio 115. numero 3.libr.2. & in conſilio 121.numero 12.libr.3.& Gabriel in d. conſil.99.numer.25. Reſpondit etiam Ruin.in d. conſilio 121.numero 12.& 13.lib.3. habere pariter locum in
9 licentia alienandi † tacitè conceſſa poſt certam ætatem:ſicuti quando teſtator dixit, & prohibeo hæredem meum poſſe alienare vſque ad 25. annum. Nam tunc poſt ætatem illam alienare poteſt etiam teſtando.

10 Eſt etiam † in caſu, de quo agimus, permiſſa alienatio inter viuos, nempè donatio.Ita Gabriel in d.conſilio 99.num. 35.libro 2.

11 Tertius eſt † caſus,quando teſtator, qui fideicommiſſum reliquit, hæredem grauatum rogauit reſtituere, quod poſt mortem ſuam ſuperfuerit. Hoc caſu dicendum eſt , quod olim poterat hæres iſte grauatus alienare omnia bona non quidem animo interuertendi fideicommiſſum:ſed bona fide. Sicuti reſpondit Papinianus in l. Titius. ff. ad S. C. Trebell. cuius verba hæc ſunt.

*Titius rogatus eſt, quod ex hæreditate ſuperfuiſſet , Mæuio reſtituere.Quod medio tempore alienatum,vel deminutum eſt:ita quandoque peti non poterit,ſi non interuertendi fideicommiſſi gratia tale aliquid factum probetur. Verbis enim fideicommiſſi bonam fidem in eſſe conſtat. Diuus autem Marcus cum de fideicommiſſaria hæreditate cognoſceret,his verbis, Quidquid ex hæreditate mea ſuperfuerit,rogo reſtituas,& viri boni arbitrium ineſſe iudicauit,&c.*

Hodie verò aliter Sancitum eſt Iuſtiniani conſtitutione in Auth. de reſtitutionibus. §.nobis ergo , Iuſtinianus enim in initio illius conſtitutionis & Nouellæ , propoſuit facti ſpeciem illius teſtatoris , qui fideicommiſſum conſtituens iuſſit hæredi grauato reſtituere quidquid inueniretur in tempore mortis apud eum:commemorauit etiam Iuſtinianus quod ex ſententia Diui Marci reſpondit Papinia.in d.l. Titius. Deinde in d.§.nobis ergo,ita ſtatuit Iuſtinia.

*Nobis ergo rectè viſum eſt , hanc ita diſponere legiſlationem, vt ſi quidem vniuerſaliter aliquis dicat reſtitutionem fideicommiſſi : hæc tenere, quæ in talibus decreta ſunt , & à nobis iam ſancita.Sin verò tale ſit fideicommiſſum quale ſubiacet : & ea, quæ inueniuntur, aut remanent in tempore mortis,teſtator ſubmittat ſola in fideicommiſſum:tunc indefinitè dictum prioribus,ſub quadam legitima deducere diuiſione & ordine. ſi quis enim hæc aut etiam aliquid aliud tale dixerit:Sancimus vſque ad falcidiam ſolùm ſuæ inſtitutionis neceſſitatem habere ſeruare eum , qui oneratus eſt fideicommiſſi reſtitutione:& non poſſe aliquid penitus ex illa minuere ſufficiens exiſtens,ſed hæredi quidem ſuperſint tres partes illi autem quartæ ſolius relinquatur ratio.Non enim concedimus ei,qui grauatus eſt, etiam donationibus vti aliquibus,& forſan ex ſtudio( quod Papinianus dicebat ) interuertendi fideicommiſſi cauſa , vt etiam quarta minuatur inſtitutionis eius:ſed hoc omninò relinquere fideicommiſſum : alijs omnibus in eius poſitis poteſtate:& licentiam habere eum his ſicut voluerit vti:quemadmodum perfectis dominis competit. Si verò & ipſam quartam is qui grauatus eſt , contingat : neceſſarium eſt perſcrutari cauſam ſecundum quam hoc egit : Et ſi quidem aut dotem voluerit dare , aut ſponſalitiam largitatem , aliam non habens ſubſtantiam: oportet hoc ei permitti agere , Hoc videlicet quod noſtra continetur iam lege : in qua ei omninò non negauimus talem deminutionem, Si verò & in captiuorum redemptionem ( hanc enim excipimus & dicamus Deo cauſam) & hoc licentiam eum habere facere & minuere etiam quartam pietatis ratione:quod omnium nobis pretioſius videtur.Si verò contigerit neque ipſum habere ex aliquibus cauſis vnde faciat expenſas, ex tali reſtitutione etiam has facere damus ei licentiam, ( hoc quod & teſtator permiſit )quod relinquetur, omninò hoc volens ad reſtitutionem trahi,& quaſi aliquis dicat,ex hoc quod remaneret, ei reſtitutionem fieri.Si autem nulla talis ſubiacet occaſio, neceſſitatem habere omninò quartam partem propriæ inſtitutionis ſeruare , & tali & alijs reſtitutionem donare. Si tamen aliquid expenderit,habens vnde ſupplementum faciat:ex illo ſuppleri quartam,& per nullam cauſam hanc minui.Si verò contigerit quartam, & non habeat ad ſupplementum aliam ſubſtantiam:tunc damus ei, & contra emptores, aut aliter accipientes res in rem & hypothecas & auctoritate huius legis,&c.*

Hactenus Iuſtinianus , cuius conſtitutio compendio verborum relata fuit in auct. contra rogatus.C.ad S.C.Trebell. Duo principaliter ſtatuit Iuſtinianus , quorum primum eſt, hæredem ipſum grauatum reſtituere quod ex fideicommiſſo ſibi ſupererit tempore mortis ſuæ poſſe liberè alienare dodrantem omnium bonorum : atque ita teneri tantummodò reſeruare quartam partem fideicommiſſario reſtituendam.

Secundum eſt , hæredem ipſum grauatum reſtituere quod ei ſupererit , poſſe ex certis cauſis alienare etiam quartam illam alioqui reſeruandam & fideicommiſſario reſtituendam.

De primo illo, quod ſtatuit Iuſtinia.eſt dubium , an hæres ille grauatus pro ſui libito , quocunque modo alienare poſſit dodrantem illum : ſunt enim hac de re tres Doctorum opiniones.Prima eſt grauatum poſſe ſic alienare.Ita ſanè Accurſius & Cynus in d. auth.contra rogatus.C.ad Trebell & ibidem Odofredus,Baldus numero 7.Caſtrenſis & Salicetus ſic etiam gloſſ.& Bartol.in l.Imperator.§. vlt.de leg.2. Iacobus Beluiſius & Angelus in dicto §.nobis ergo in Auth. de reſtitutio:Bartol.Angelus & Albericus in l.penult.ff. ad Trebell. Alexan.in l. Titius.num.verſic.tamen hodie puto Corneus in conſilio 242.in fine libr.4.Pariſius in conſilio 72.in fine lib. 2. Petrus Ioannes Anchara.in quæſt.12.numero 2.& 12.lib. 1.& Hieronym. Gabriel in conſilio 99.numero 20.lib.2.qui aſſeruit,hanc eſſe veram & communem ſententiam, etſi eiuſdem opinionis refert Socinum Sen.qui hoc non ſcripſit:Quæ quidem manifeſtè probatur verbis. d. §.nobis ergo ibi. *Alijs omnibus in eius poſitis poteſtate : & licentiam habere cum hic ſicut voluerit vti,quemadmodum perfectis dominis competit.*

His ſanè verbis ſignificauit Iuſtinia. hæredem hunc poſſe eo dodrante etiam abuti.Nam Iuſtinianus eam alienandi poteſtatem huic tribuit , quam habet perfectus rei dominus.
12 Porrò verè rei dominus re illa ſua abuti etiam poteſt.l. ſed & lege §.conſuluit.ff.de petitio.hæred.& egregiè declarat Coraſius in libro epiſtolicarum quæſtionum.cap.20.

Hic ergo hæres poteſt pro ſui arbitrio alienare.Et accedit, quod Iuſtinia. conceſſit huic hæredi poteſtatem & licentiam
13 vtendi his rebus vt voluerit.Quod ſanè † verbum,volo,ſignificare liberum & abſolutum arbitrium certum eſt : ſicuti de verbo, volo , ſcripſi in libr.1.de arbitrariis iudicum.quæſt.7. numero 2.

14 Et licet illa † verba,poteſtas & licentia,quæ arbitrium regulatum ſignificant , vt dixi in d.lib.1.de arbitrariis,quæſt.8. numero 45.& 47.adiuncta verbo,volo,eius naturam mutent, vt declaraui in d.quæſt.7. numero 14.attamen in caſu noſtro non mutant ob id,quod hæc facultas eſt conceſſa vt domino perfecto:qui liberum habet arbitrium de re ſua (vt diximus) diſponendi. Et prætereà comprobatur , quod dum Iuſtinianus conceſſit huic hæredi facultatem alienandi etiam quartam reſeruatam fideicommiſſario,quando iuſta extat(vt mox dicemus)alienandi cauſa:ſequitur dicendum, quod etiam ſine aliqua cauſa iuſta poſſit hæres ipſe alienare ſolum dodrantem, alioqui nulla eſſet differentia inter ipſum dodrantem & quartam. Cum tamen ( vt videmus ) magna ſit. Secunda eſt opinio eorum,qui dixerunt, grauatum non poſſe alienare totum dodrantem ſine iuſta cauſa animo interuertendi fideicommiſſum. Ita Caſtr.Comenſ.Corn.Ruin.& Pariſius, quos commemoraui & ſequendos dixi in conſilio 334. numer.60. libro 4. Non etiam vera eſt opinio hæc : cum nullus dolus
15 præſumatur † in eo , qui ſuo iure vtitur. Imò nec dolus præſumi



poteſt , etſi hæres cui placet , donat ipſum dodrantem : cum credatur ,vel coniunctis ſanguine , vel amicis, ob affectionem : non autem doloſè donaſſe. Tertia eſt opinio , quam retuli & non improbaui in conſilio 334. numero 61.diſtinguendo:aut alienatio non eſt facta principaliter cauſa interuertendi fideicom.& ſic non apparet de dolo.Hoc caſu procedit illa prima opinio Bartol.& ſequacium. Aut conſtat de dolo & malo animo inuertendi fideicom. Et hoc caſu procedit , ſecunda opinio Caſtrenſis , Comenſis & ſequacium. Et hæc quidem opinio maiorem habet æquitatem.

16 Eſt enim † dolis & fraudibus, quantum fieri poteſt,occurrendum.l.in fundo.in fine.ff.de rei vend.

17 Cæterùm † quod diximus , hæredem grauatum reſtituere, quod tempore mortis ſuæ ſupererit, poſſe liberè alienare vſque ad dodrantem intelligitur & procedit , quando inter viuos alienauit : ſecus verò ſi in vltima voluntate, vt putà inſtituendo aliquem hæredem,vel alicui legando ipſum dodrantem. Ita ſcripſerunt Comenſis in d.l. Titius.ff.ad Trebell.& ibidem Alex. numero 9. Corne.in d. authen.contra rogatus. in fine.C.eod.& in conſilio 242. numero 12. libr.4. Ruin.in conſilio 182.numero 16.verſic.& primo.libro 1. Socin.Sen. in conſilio 31.numero 13. & in conſilio 99.numero 11.lib.4. Alciatus in l.pater.§. fundum.numero 2. de leg.2. & Hieronym. Gabriel. in d. conſilio 99.numer.21.lib.2. Et ſatis manifeſtè probatur ſententia hæc verbis.d.§.nobis ergo.ibi. *Et licentiam habere eum his ſicut voluerit , vti.* Illud verbum, *vti*, ſignificat actum ipſum inter viuos,non autem in vltima voluntate. Cum moriens non vtatur , ſed relinquit , vt alij vtantur. Hoc idem ſignificauit Iuſtinian. dum dixit , hunc hæredem poſſe donare.

18 Eſt enim † donatio propriè actus inter viuos : cum donatio cauſa mortis ſit potius actus vltimæ voluntatis quàm inter viuos geſtus. Et demum accedit quòd fruſtrà dixiſſet teſtator : debere reſtitui quod ſupererit tempore mortis grauati:Non enim aliquid vnquam ſupereſſet,ſi in vltima volunta-
19 te poſſet diſponere. Imò etiam moriens † inteſtatus dicitur tacitè diſponere.l. conficiuntur. ff. de iure Cod. & ſcripſi ſuprà in præſumpt. 27. His conſtat malè ſenſiſſe Baldum in d. auth.contra rogatus.num.10.cùm dixit, hunc hæredem poſſe teſtamento condito alienare.

Non poteſt etiam hæres ſuccedens ab inteſtato ipſi grauato pro ſe retinere dodrantem hunc,ſi nulla facta eſt alienatio ab ipſo grauato, totum enim eſt reſtituendum.Ita Baldus in d.auth. contra rogatus.num.6. & ibidem Salicetus.verſic. quæro, ſi nihil.Corn.in conſ.242.nu.12.lib.4. & Alciatus in reſp.521.In caſu ad nos.nu.10.Secundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem. Et ſecutus ſum in conſ.334.nu.37.lib. 4 Intelligit tamen Salicetus in d. auth contra rogatus.in fin. niſi hæres grauatus in vita reſtituiſſet quadrantem fideicommiſſario,retento ſibi dodrante,ſic volente ipſo fideicommiſſario.

20 Secundum quod ſtatuit † Iuſtinia.in d.§.nobis ergo, illud eſt, (vt diximus : )hæredem grauatum reſtituere quod ſupererit tempore mortis ſuæ , teneri omninò reſtituere quartam omnium bonorum, quæ teſtator ipſe reliquit.Non enim hãc quartam alienare aliquo modo poteſt,niſi quatuor de cauſis, quas iuſtas eſſe iudicauit Iuſtinianus ipſe.

21 Et prima † quidem eſt cauſa dotis,quam quidem hæres ipſe grauatus conſtituere poteſt filiæ, nepti & ſimilibus , ſicuti verba dicti.§.nobis ergo verſ.& ſi quidem aut dotem, eſt interpretatus Bart. ibi. Cæterùm Caſtren.in d.auth. contra rogatus. in fine intellexit , dotem conſtitui poſſe etiam extraneæ. Idem reſpondit Corn.in conſ.242.nu.10.lib.4.qui nu. 11.intelligit quando dotauit pauperem aliàs non. Et intelligitur non ſolùm pro dote conſtituenda , ſed etiam pro reſtituenda & ſoluenda:vt poſt glo.declarat Bart.in dicta auth de reſtitutionibus.num.6.

Et propterea annotauit Angelus in d. Auth. de reſtitutionibus.col.1.verſ. ſed tunc quæro : quod etſi ſoluto matrimonio dos reuerſa ſit ad hunc grauatum , non tamen is tenetur reſtituere fideicommiſſario ; qua de re dicemus infrà in ſequenti præſumpt.num....

22 Secunda cauſa eſt , ob † ſponſalitiam largitatem , quæ ex hac quarta poteſt conſtitui. Hæc enim à pari procedit cum ipſa conſtitutione dotis.auth.dos data.C.de nuptiis , & auth.æqualitas.C.de pactis conuen.& tradunt Bart.& reliqui in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſol.matr.

23 Tertia eſt cauſa † redemptionis captiuorum.d.§ nobis ergo.verſ.ſi verò &:quo loci Bart.ex ſententia Beluiſij & Perguſcenſis intellexit,de captiuis ſanguine coniunctis.arg.l.mutus. §.manente.ff de iure dotium.& l.quamuis.ff.ſolu.matr. Et ſi Baldus in d.auth.contra rogatus.num.4.in fine.vbi Fulgoſius & Salicetus ſecuti ſunt:& Cor.in conſ.242.num.10.lib.4.debere intelligi de omnibus captiuis miſeratione dignis. Qua de re diſſeremus infrà in præſump.193.Hæc cauſa non extenditur, vt permiſſum ſit huic grauato donare hãc quartam Eccleſiæ amore Dei:ſicuti annotauit Angelus in d.auth.de reſtitutionibus.verſ.ſubſequenter quæro.

24 Quarta eſt cauſa † alimentorum d.§.nobis ergo.verſ.ſi verò contigerit. Quo loci glo.& Bart.intellexerunt non ſolùm pro alimentis perſonæ grauati,ſed etiam filiorum,ac ſobolis. Qua de re dicemus etiam infrà in præſump.192.

Cæterùm glo.Baldus in d.auth.contra rogatus.nume.7.& ibidem Salicetus in verſic. Quæro,quid ſi:ſcripſerunt,grauatum non poſſe prædictis iuſtis de cauſis alienare quartam, quando malè conſumpſit dodrantem. Et inquit Baldus ſic dicendum eſſe in caſu auth.res, quæ.C.commu.de leg.vt ſuo loco infrà explicabimus.

25 Dubitari etiam hic ſolet,an † & fructus ex bonis hæreditariis percepti,& extantes tempore mortis grauati reſtituendi ſint vna cum bonis ipſis non alienatis? Bar.in l.Titius.ff ad Trebell.& cum eo Alexan.num.6.diſtinguit duos caſus:quorum primus eſt,quando teſtator ita dixit: Volo reſtitui quidquid ſupererit ex hæreditate mea. Hoc caſu fructus non reſtituuntur.Ita Bar.& Alex.prædicto in loco:nec diſſentiunt Imola & alij , quos in ſequenti caſu referam. Eſt ratio , quia
26 † hæreditas adita per hæredem amittit nomen hæreditatis.l. ſed & ſi plures.§.filio.ff.de vulg.& pup.ſubſti.gloſ.in l.1.§.veteres. vbi latè Iaſon.num.14.ff.de acq.poſſeſſ. Et propterea
27 fructus † deinde ex adita ipſa hæreditate percepti non dicuntur hæreditarij.l.in fideicommiſſaria.§.1.ff.ad Trebell.& dicemus infrà in præſumpt.

Secundus eſt caſus,quando teſtator ita dixit:reſtitui quidquid ſupererit ex bonis. Hoc caſu perceptos fructus ex adita hæreditate eſſe reſtituendos ſcripſerunt Bart. & Angelus in d. l.Titius.& ibidem Alex.num.7.ver.paſſus eſt dubius.qui Bar. declarat. Eſt ratio , quia adita hæreditate,non deſinunt eſſe bona teſtatoris. Diſſentit tamen à Bart.& ſequacibus Imola in d.l.Titius,cuius argumentis ſatisfacit ibidem Alexander.

## PRÆSVMPT. CLXXXIX.

### Fideicommiſſi bona quando ex præſumpta teſtatoris mente alienari poſſint cauſa dotis conſtituendæ.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona an & quando poſſint alienari pro dote conſtituenda.*

2 *Liberorum appellatione comprehenduntur omnes deſcendentes. & num.14.*

3 *Fideicommiſſi bona poſſe alienari cauſa donationis propter nuptias.*

4 *Conſtitutio,quòd fideicommiſſi bona poſſint alienari cauſa conſtituendi dotem , non eſt iuris communis correctoria , ſed præter ius commune, & cauſa publicæ vtilitatis introducta.*

*Et eſt fundata d.conſtitutio in præſumpta voluntate & mente teſtatoris.num.5.*

*Et dicitur remedium ſubſidiarium.num.8.*

6 *Pater iure tenetur filiam dotare.num.23.*

7 *Teſtator præſumitur voluiſſe id ab hæredibus fieri quod ipſe facturus erat viuus.*

9 *Bona feudalia non niſi in ſubſidium alienari poſſunt cauſa dotis conſtituendæ.*

10 *Dos quanã congrua dicatur,vt ex bonis fideicõmiſſi cõſtitui poſſit.*

11 *Neptis fideicommiſſi onere grauata ab eius auo paterno nunquid poſſit ſibi conſtituere dotem ex bonis fideicommiſſi ſicuti filia poteſt.num.ſeq.*

12 *Auus tenetur nepti conſtituere dotem, quando pater ipſius non habet bona, è quib. dotem filiæ conſtituat.*

13 *Progeniei appellatione non modo filij, ſed & nepotes & pronepotes continentur.*

15 *Legitima non debetur nepotib.*

16 *Extenſio cõceditur etiã in exorbitantib. quãdo eadem viget ratio.*

*Dos quid differat à legitima.*

18 *Neptis poteſt ſibi dotem conſtituere ex bonis fideicommiſſi, quando eſt grauata ab auo etiam ſi ſit nata poſt mortem aui.*

19 *Nepotes concepti poſt mortem aui non dicuntur verè nepotes aui ſed extranei, iure autem repræſentationis ad aui ſucceſſionem admittuntur.*

20 *Filiorum appellatione quando non veniant nepotes.*

21 *Fideicommiſſum per indirectum euerti non debet.*

22 *Neptis non poteſt alienare bona fideicommiſſi ab auo conſtituti cauſa dotis ſibi conſtituendæ, quando extant bona patris eius, è quibus dos ſibi poteſt conſtitui.*

23 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari à patre, vt dotem filiæ conſtituat.*

24 *Pater tenetur pro filio dotem recipere, & poteſt ad hoc cogi.*

25 *Filia naturalis vel ſpuria ſi non habet vnde dotem ſibi conſtituat, poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta à patre ipſius, vt dos ſibi aſſignetur.*

*Secus ſi habet vnde dotem conſequatur. ibid.*

26 *Fideicommiſſi bona à matre conſtituti nunquid poſſint alienari pro dotanda filia.*

27 *Mater regulariter non tenetur dotare filiam.*

*Secus ſi ipſa eſt diues, & pater eſt inops & pauper. num. 28.*

29 *Argumentum de alimentis ad dotem procedit. num. ſeq.*

30 *Mater diues tenetur alere filiam, ſi pater ſit pauper.*

*Et poteſt alienare bona fideicommiſſi, vt ſibi dotem cõſtituat. n. 31.*

32 *Bona & diuitiæ patris dicuntur eſſe filij.*

33 *Mater Iudæa an teneatur filiæ Chriſtianæ dotem conſtituere, & poſſint pro d. conſtitutione dotis alienari bona ſubiecta fideicommiſſo.*

34 *Fideicommiſſa an poſſint conſtitui inter Iudæos. num. ſeq.*

35 *Iudæus conficiens teſtamentum ſeruare debet formam & diſpoſitionem iuris communis.*

36 *Neptis non poteſt regulariter alienare bona ſuppoſita fideicommiſſo ab auo materno vt dotem ſibi conſtituat.*

*Secus in ſubſidium, ſi ipſa ſcilicet neptis nil habet aliunde. nu. 37.*

38 *Frater nunquid poſſit alienare bona fideicommiſſi vt dotem conſtituat ſorori, quando grauatus fuit à patre.*

*Et nunquid poſſit alienare bona ſubiecta fideicommiſſo à patre ſuo defuncto pro dotanda ſorore. num. 39.*

40 *Frater regulariter non tenetur ſororem dotare, præcipuè quando ſoror habet bona, è quibus poſſit ſibi dotem conſtituere.*

*Secus ſi non habet vnde dotem ſibi conſtituat, & adeo eſt inops, vt nil habeat in bonis, num. 41.*

*Intellige de ſorore vtrinque coniuncta. num. 43.*

42 *Frater tenetur ſororem dotare, quando extat ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

*Secus ſi ſoror eſt vterina. num. 43.*

44 *Pater ſi non dotauit filiam dum viueret, ſed dotem conſtituit in teſtamento, an id facere potuerit de reb. quæ ſubiacent reſtitutioni fideicommiſſi.*

45 *Fideicommiſſo id non dicitur ſubiectum, quod debitum eſt pro dotis conſtitutione.*

46 *Alienare is dicitur, qui in teſtamento hæredem inſtituit, vel legatario relinquit.*

47 *Tutor poteſt ducere pupillam in vxorem, quam aliàs ducere non poteſt, ſi pater in teſtamento eam facultatem dedit.*

48 *Dos dicitur eſſe quid acceſſorium ad matrimonium, & à matrimonio pendet.*

49 *Pater quando aliquid ſimpliciter relinquit filiæ, præſumitur dotis nomine reliquiſſe.*

50 *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari inter viuos pro dotis conſtitutione.*

51 *Alienatio facta in vltimis voluntatibus fauorabilior eſt ea, quæ fit inter viuos.*

52 *Pater nunquid poſſit alienare bona fideicommiſſi pro dotanda filiæ, quæ iam eſt matrimonio copulata, cum non teneatur dotare filiam iam nuptam.*

53 *Filius vel filia non poſſunt contrahere matrimonium ſine patris conſenſu, & ſi contrahunt, nuptiæ iuſtæ non ſunt: ſecus de iure canonico. num. 55.*

54 *Pater poteſt filiam exhæredare, quæ ſe inuito nupſit, niſi ipſam iam ætate annorum. 25. effectam neglexerit matrimonio copulare.*

56 *Pater tenetur filiæ dotem dare, quæ nupſit ipſo patre conſentiente, ſiue dos ſibi fuerit promiſſa ſiue non.*

57 *Iniuria non infertur volenti & ſcienti.*

58 *Pater tenetur dotem conſtituere filiæ, etiam ſi ipſo inconſulto nupſit viro indigno, ſi vigeſimumquintum exceſſit annum.*

*Et id fortius procedit, ſi nupſit viro digno. num. 59.*

*Quid autem ſi ante 25. annum patre inſcio nupſit viro digno, & tam ipſi dos promiſſa fuerat. num 60.*

*Et quid ſi in dicto caſu nulla dos fuerat promiſſa. num. 61.*

*Et nunquid bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari pro conſtituenda dote in ſupradictis caſib. ibid.*

62 *Pater tenetur dotare filiã non iure obligationis, ſed iudicis officio.*

*Contra, quòd imo iure actionis teneatur. num. 64.*

63 *Iudicis officium eſt in æquitate fundatum,*

65 *Filia quantumcunque nupta neſcio patre, non debet indotata permanere, ne alioqui à marito male tractetur.*

66 *Argumentum de alimentis ad dotem iure ſuſtinetur.*

67 *Filia iure non poteſt petere à patre alimenta, quando aliunde illa ſuſcepit.*

*Idem de muliere vidua, cui ab hæredibus viri erant præſtanda alimenta, ſi enim aliunde conſecuta eſt alimenta, non poteſt amplius ab ipſis hæredibus ea petere. ibid.*

68 *Pater tenetur dotare filiam etiam diuitem, ad alimenta verò non tenetur.*

69 *Intellectus. l pater filiæ. ff. de euictio.*

70 *Filia nubendo inſcio patre dicitur ipſi iniuriam facere.*

71 *Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro dotis augmento. numero 74.*

72 *Pater tenetur dotare filiam iam nuptam, & ob id poteſt alienare bona fideicommiſſi pro dotis conſtitutione.*

*Tenetur enim pater filiæ dotem conſtituere, & ipſam matrimonio collocare. num. 73.*

74 *Intellectus. §. Sancimus in Auth. de reſt. & ea quæ parit in vndecimo menſe, & quando d. conſtitutionis ratio procedat.*

75 *Dos, quam pater conſtituit filiæ, loco legitimæ ſibi datur. nu. 77,*

76 *Pater nunquid teneatur dotem conſtituere filiæ ex bonis fideicommiſſi, ſi ipſa ante vigeſimumquintum annum ipſo patre inſcio nupſit indigno, & ipſi dos non fuit promiſſa. num. ſeq.*

78 *Statutum, quòd non poſſit filia nubere indigno ſine conſenſu patris, non valet.*

79 *Ius canonicum vult, matrimonia eſſe omninò libera.*

80 *Pœnam non meretur, qui aliquid agit lege permittente.*

81 *Maritus poteſt interficere vxorem in adulterio deprehenſam inſpecto iure ciuili, ſecus in foro diuino.*

82 *Prohibitum directo dicitur etiam prohibitum per indirectum.*

83 *Inſtrumenta dotalia licèt non requirantur ad matrimonij validitatem, requiruntur tamen, vt filij iam nati legitimi reddantur quò ad ſucceſſionem.*

84 *Affinitatis gradus licèt conſiderentur de iure canon. quò ad contrahendum matrimonium, quò ad ſucceſſiones tamen conſiderantur ſecundum ius ciuile.*

85 *Perſona quænam dicatur indigna, cui filia nubere non debeat.*

86 *Doctor nobilis cenſetur, nec poteſt dici perſona indigna, cui comitiſſa non poſſit nubere.*

87 *Nuptiæ debent eſſe conuenientes de iure & de facto.*

88 *Venetorum lege ſancitum eſt, mulierem cenſeri indignam ex patre vili & mecanico natam, quæ ſi viro nobili Veneto copuletur matrimonio, ſuſcepti inde maſculi nobiles eſſe non poſſunt.*

89 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari pro conſtituenda dote filiæ vel nepti, quæ vult ingredi religionem, & monialis effici.*

90 *de Matrimonio ſpirituali idem iudicamus quod de temporali.*

91 *Pater ita tenetur dotem conſtituere filiæ pro matrimonio ſpirituali ſicuti & pro temporali.*

92 *Pater ſi relinquit centum filiæ, ſi nubet & quinquaginta ſolum, ſi monaſterium ingrediatur, non valet hæc diſpoſitio.*

93 *Vita contemplatiua eſt melior actiua, & ab ea mulier non debet retrahi vllo pacto.*





94 *Filia ingreſſa religionem, accepta dote, ſatis dicitur dotata, & nupta, ſtante ſtatuto, quòd filia nupta & dotata excludatur à ſucceſſione.*

95 *Matrimonium ſpirituale eſt dignius carnali: ſpirituali enim matrimonio liberatur filius à patria poteſtate.*

96 *Fideicommiſſi bona ſicuti alienari poſſunt pro conſtituenda dote in caſibus conceſſis, nunquid etiam alienari valeant, quando ipſi fideicommiſſo adiecta fuit à teſtatore expreſſa prohibitio generalis ne alienari poſſint. nu. ſeq.*

97 *Argumentum de diſpoſitione tacita ad expreſſam valet, quando eadem eſt ratio.*

98 *Intellectus §. cum proponeretur in l. mulier. ff. ad Trebell.*

99 *Dos dicitur æs alienum, quod prius eſt deducendum, quàm bona reſtituantur.*

100 *Ea, quæ communiter omnibus proſunt, præferuntur his, quæ priuatim fauent.*

101 *Legis diſpoſitio generaliter concepta non includit caſum dotis, nec cauſam piam.*

102 *Dotis cauſa dicitur cauſa pia.*

102 *Teſtator præſumitur voluiſſe præſtari à ſuis hæredibus quod ipſe, ſi viueret, præſtari cogeretur.*

104 *Pater tenetur filiæ vltra legitimam aliquid dare, quando legitima eſt adeo tenuis, vt viro copulari non poſſit, niſi dos excedat legitimam.*

105 *Auus tenetur dotare neptem & proneptem, quæ aliunde dotari non poſſunt.*

106 *Alienatione expreſſe prohibita, non cenſetur illa prohibita, quæ fit ex cauſa neceſſaria.*

107 *Alienatio, quæ fit ex cauſa dotis, dicitur fieri ex cauſa neceſſaria.*

108 *Extenſio in exorbitantibus non conceditur.*

109 *Prohibitio de non alienandis bonis fideicommiſſi fortior eſt prohibitione facta à contrahentibus: inter vnam verò & alteram eſt maxima differentia. nu. 110.*

111 *Prohibitiones duæ quando concurrunt de non alienando, tunc prohibita cenſetur etiam alienatio in eum caſum, in quem poterat alienari exiſtente vna ſola prohibitione.*

112 *Fideicommiſſi alienatio licet regulariter valeat, ſi eſt facta ab ignorante ignoranti, non tamen valet, quando adeſt duplex prohibitio.*

113 *Feudi dominus ſi promittit expreſſè feudatario non alienare proprietatem feudi, alienatio fieri non poteſt etiam in caſu permiſſo.*

114 *Intellectus §. ſanctiſſimas. in auth. de aliena. & emph.*

115 *Prohibitio expreſſa facit ceſſare tacitam.*

116 *Fideicommiſſi bona nunquid alienari poſſint pro conſtitutione dotis, quando teſtator ſpecificè prohibuit alienari bona fideicommiſſi etiam ex cauſa dotis. nu. ſeq.*

117 *Pater ſi reliquit filiæ legitimam, quæ ſufficit pro dotis conſtitutione, non poteſt alienare ipſa bona fideicommiſſi pro conſtituenda ſibi dote.*

*Et quid ſi reliquit legitimam filio, qui habuit etiam trebellianicam, & omnia is conſumpſit, nunquid dotanda filia poſſit alienare bona fideicommiſſi, quæ tamen ſuperſunt. nu. 118.*

*Et quid ſi ipſe teſtator grauauit filios reſtituere omnia bona, & prohibuit alienationem etiam ex cauſa dotis, nulla dote relicta filiæ quæ à fratribus excluditur ex diſpoſitione ſtatuti. num. 119.*

120 *Diſpoſitio auth. res, quæ. C. communia de legat. quòd bona fideicommiſſi non poſſint alienari ex cauſa dotis nunquid habeat locum, quando fideicommiſſum à teſtatore relictum venit reſtituendum Eccleſiæ, alijve pio loco. nu. ſeq.*

121 *Pietatis paternæ præſumptio fortior eſt erga filios, quæ erga cauſam piam.*

122 *Filius non eſt exhæredandus vt Eccleſia inſtituatur intellige quò ad legitimam, non quò ad reliqua, ſed malè, quia de tota ſucceſſione loquitur B Auguſtinus.*

123 *Pater relinquendo filijs dicitur exercere pietatem paternam.*

*Pietas eſt relinquere piæ cauſæ. ibid.*

124 *Priuilegiati duo quando concurrunt, is præfertur, qui tractat de damno euitando.*

125 *Eccleſia loco liberorum habetur: ſecus ſi concurrunt cum liberis.*

126 *Præteritio facta à patre ignorante ſe habere filium extinguit legata etiam relicta ad pias cauſas.*

127 *Deſcendentes à teſtatore iuſſi hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam ita demum cenſentur in eam rem grauati, ſi ſine liberis deceſſerint, etiam ſi ſint grauati reſtituere Eccleſiæ, vel aliæ piæ cauſæ.*

128 *Pater ſi relinquit filio legitimam, & Eccleſiam in reſiduum hæredem inſtituit, non valet teſtamentum fauore Eccleſiæ.*

*Si autem inſtituit filium, & eum grauauit Eccleſiæ reſtituere, demonſtrauit, ſe velle priore loco prouidere filijs, deinde Eccleſiæ num. 129.*

130 *Leges magis fauent filijs, vt ſuccedant eorum parentibus etiam vltra legitimam, quam Eccleſiæ.*

131 *Mulierem poſſe nubere publicè intereſt.*

132 *Priuatus poteſt ſi vult præferre ſuam vtilitatem priuatam vtilitati publicæ, quando in publica non continetur ſua propria: nam,*

*Charitas ordinata à ſeipſo incipit.*

133 *Leges quo caſu plus faueant Eccleſiæ & piæ cauſæ quam filijs, excepta legitima debita. nu. ſeq.*

134 *Cauſa animæ cæteris eſt præferenda.*

135 *Teſtamentum nutu factum non valet quò ad liberos, ad pias cauſas tamen valet.*

136 *Donatio facta ab eo, qui de filijs non cogitauit, ſi fuit facta pro ſalute animæ, non reuocatur etiam ad ſuperueniẽtiam filiorum.*

137 *Eccleſiæ ſimpliciter relictum dicitur relictum pro anima.*

138 *Teſtator quos priore loco vocauit, magis dilexiſſe præſumitur.*

139 *Eccleſiæ relictum pro malè ablatis non licet alienare pro conſtitutione dotis.*

140 *Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro impenſis nuptialibus, quæ vltra dotem fiunt.*

141 *Priuilegium alienandi bona fideicommiſſi pro conſtituenda vel reſtituenda dote nunquid poſſit cedi. nu. ſeq.*

142 *Creditor poſterior ab anteriori conuentus ſe tueri non poteſt, niſi ſoluat, aut rem exactam anteriori reſtituat.*

143 *Fiſcus, cui ſoluitur tanquam creditori, tenetur cedere ius ſuum ſoluenti pro debitore ſicuti quilibet alius creditor.*

144 *Prælationis ius non eſt ceſſibile.*

145 *Intellectus l. vlt. C. de priuileg. fiſci.*

146 *Priuilegium competens fiſco ſui natura eſt perpetuum, quia fiſcus nunquam moritur.*

147 *Beneficiũ reſtitutionis in integrum eſt perſonale, & cedi poteſt.*

148 *Prædium, quod aliàs ob perſonalem prohibitionem alienari non poteſt, ex cauſa neceſſaria poteſt alienari.*

140 *Nomen creditoris quando loco ſolutionis pecuniæ veniant.*

150 *Pupillus ſi tutori ſibi ſolidum ſoluenti cedit actionem aduerſus contutorem, priuilegio pupillis conceſſo amplius non gaudebit.*

151 *Priuilegium fori competens hæredi inſtituto non tranſit in fideicommiſſarium.*

152 *Priuilegium perſonale, quod habet patronus, ne à liberto onere fideicommiſſi grauetur in legitima, nõ tranſit in eum, in quem ex neceſſitate memoriæ repudiantis ius patroni transfertur.*

153 *Priuilegium dotis cõpetens mulieri tunc tranſit in ceſſionarium, quando mulier ad ſui commodum cedit iura, quæ habet contra hæredes mariti.*

*Secus ſi ceſſio fuit facta principaliter ad commodum & vtilitatem ceſſionarij. num. 154.*

155 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari, vt mulier ſibi augeat dotem.*

*Quod ſi pater dotem tenuem filiæ reliquit, & ipſa filia non poſſit nubere ob eam tenuitatem, poſſunt alienari. nu. 156.*

157 *Augmentum regulatur ſecundum naturam ſui principalis, cui æquiparari dicitur.*

158 *Extenſio quando agitur de publica vtilitate, ſit etiam in materia odioſa & pœnali.*

159 *Fideicommiſſi bona non licet filiæ alienare vt ſibi dotem augeat, quando pater reliquit dotem ſatis congruam ipſi filiæ.*

*Idem quando pater viuens matrimonio collocauit filiam, & dotem tenuem verò ita conſentiente conſtituit. nu. 160.*

161 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari pro conſtituenda dote, quando filia percepit tot fructus ex ipſi bonis, quæ ſufficerent pro ipſa dote. nu. ſeq.*

162 *Hæres fideicommiſſo grauatus pendente conditione reſtitutionis fructus ſuos facit.*

163 *Bona emphyteutica nunquid alienari poſſint pro dotis conſtitutione etiam ſine conſenſu domini. nu. ſeq.*

*164 Emphyteuta an poßit rem emphiteuticam onere fideicommißi non grauatam dare in dotem ſine conſenſu domini directi.*
*Et quid ſi res emphiteutica ſubiecta eſt fideicommiſſo.num.165.*
*166 Feudum nunquid inconſulto domino directi poßit alienari pro dotis conſtitutione,vel in dotem dari. Quòd pro dote conſtitui poteſt,quando ipſamet mulier, quæ feudum poßidet,ſibijpſi illud in dotem conſtituit,aßignatione ſic marito facta, ſine aliqua ipſius feudi æſtimatione, & nullo adhibito pacto de ipſo feudo lucrando.num.167.*
*168 Mulier retinet vtile dominium feudi iure quod naturali.*
*169 Bonorum dotalium dominium dicitur remanere apud mulierem, non autem ad maritum tranſire.*
*170 Pater non poteſt aßignare filiæ pro dote feudum, quando habet alia bona libera,ex quib.poßit eam dotare.*
*171 Feudum non poteſt alienari inconſulto domino etiam cauſa neceßitatis.*
*172 Feudum poteſt aßignari in dotem filiæ à patre, quæ alia bona libera habet nulla æſtimatione facta, vt donec ipſe pater viuet maritus filiæ d.feudo fruatur.*
*173 Feudum poteſt dari in dotem inconſulto domino à patre filiæ, quando ipſe pater caret bonis, & feudum dedit marito nulla facta æſtimatione.*
*Et quis teneatur probare,quòd nulla extent bona, ex quibus poßit filia dotari.num 174.*
*165 Bona primogenituræ nunquid poßint alienari pro conſtitutione dotis,vel ipſamet valeant in dotem aßignari.*
*176 Dos ſucedit loco legitimæ.*
*177 Primogenituræ in conſtitutione reſeruari debet legitima alijs filijs.*
*Et aliis filijs reſeruari etiam debent alimenta.nu.178.nam.*
*179 Primogenitus tenetur alere alios fratres.*
*180 Bona primogenituræ poteſt alienari pro conſtitutione dotis filiæ, etiam ſi ipſi filia conſtitutioni primogenituræ conſenſiſſet.*
*Idem etiam ſi princeps confirmauit ipſam primogenituram.numero 181.*
*182 Princeps dicitur confirmare diſpoſitionem teſtatoris quatenus iure eſt valida: voluntas enim principis præſumitur legi conformis & conſentanea.*
*183 Reſcripta principū debent intelligi ſecundum iuſtitiā fori & poli.*
*184 Bona primogenituræ nō poſſunt alienari pro cōſtitutione dotis filiæ quādo primogenitura fuit cōſtituta & ordinata à trāſuerſali.*
*185 Primogenituræ bona alienari non poſſe cauſa dotis, quando primogenitura ipſa fuit ordinata & facta ex contractu.*
*186 Auth.res,quæ.C communia de legatis,non habere locum in bonis prohibitis alienari per contractum.*
*187 Dos data ex bonis fideicōmißi ſi ſoluto matrimonio recuperetur, nunquid veniat in reſtitutione fideicommißi*
*Quòd ſi dos ipſa eſt recuperata à patre vel à filia, & filia ipſa viuit, non venit in reſtitutione fideicommißi.num.188.*
*Si autem fuit recuperata à patre,filia mortua venit reſtituenda. nu.189.& ſeq.*
*190 Argumentum à ceßante ratione procedit.*
*191 Fdeicommißi bona qua ratione alienari poßint pro conſtituenda dote filiæ.*
*192 Res ſuppoſita fideicommiſſo ſi ſemel fuit alienata, perpetuò durat alienabilis.*
*Et id quando procedat.ibid.*
*193 Mulier ſi dotem dedit ex bonis fideicommißi,& moritur maritus,deinde ipſa mulier,nunquid dos reſtitui, debeat fideicommiſſario,an verò tranſeat ab hæredes extraneos.nu.ſeq.*
*194 Dotem conſtituere,eſt vendere,& ſic alienare, & pro donatione habetur.*
*195 Emphiteuſis ſi eſt data nomine dotis,mortua muliere illa non reuertitur ad priorem dominum, ſed tranſit ad hæredes ipſius mulieris,*
*196 Cauſa ceſſante,ceſſare debet effectus:ſecus ſi effectus eſt iam conſumatus.197.*
*Et ſecus etiam in iure iam quæſito.numero 198.*

1 ATTIGIMVS in præcedenti † præſumptione
num.4.permiſſum eſſe grauato ſimplici fidei-
commiſſo alienare bona ipſa fideicōmiſſi cau-
ſa conſtituendi dotem:& cum polliciti ſumus
hoc in loco diſputationē hanc alioqui in foro&
iudiciis frequētiſſimā explicare, ea propter de ea differemus.
Eſt autem prius ſciendum Vlpianum in l.Mulier.§.cum
proponerentur.ff.ad S.C.Trebell.de quadam facti ſpecie ſic
reſpondiſſe.
*Cum proponeretur,quendam filiam ſuam hæredem inſtituiſſe, &
rogaſſe eam,vt ſi ſine liberis deceßiſſet,hæreditatem Titio reſtitueret,
eaque dotem marito dediſſet certæ quantitatis,mox decedens ſine liberis,hæredem inſtituiſſet maritum ſuum,& quæreretur, an dos detrahi poßit:Dixi,non poſſe dici in euerſionem fideicommißi factum.
quod & mulieris pudicitiæ & patris voto congruebat. Quare dicendum eſt,dotem decedere,ac ſi,quod ſuperfuiſſet,rogata eſſet reſtituere: Quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier percepit, vt inde potuerit doti ſatisfieri dicendum eſt potius fructibus hoc expenſum ferendum quam fideicommiſſo.* Hactenus Vlpia.
Cuius reſponſo(vt facilè eſt credere) permotus Iuſtinianus de dote ex fideicommiſſi bonis conſtituenda ſtatuit in
Auth.de reſtitutionibus & ea, quæ parit in vndecimo menſe
(Eſt Nouella.39.ex qua deſumpta eſt auth.res quæ.C communia de legatis & fideicom.cuius verba hæc ſunt.
*Res,quæ ſubiacent reſtitutioni prohibentur alienari quidem, vel
obligari:ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem permittitur res prædictas in eam
cauſam alienare,vel obligare pro modo honeſtati congruo. Ea enim
quæ communiter omnibus proſunt,his,quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.*
Hæc Iuſtinianus, qui(ſi rectè conſideramus) Vlpiani reſponſum auxit & extendit. Reſpondit ſolummodò Vlpianus
de teſtatoris filia:Iuſtinia.verè adiūxit, vt pro alijs deſcenden
tibus permiſſum etiam ſit alienari bona fideicommiſſi cauſa
conſtituendi dotem:Sicuti ſignificat dictio illa,liberis,qua v-
2 ſus eſt Iuſtinianus. Nomen † enim liberorum idem ſignificat
quod nomen deſcendentium,vt ſcripſi in conſi.1.nu.194.lib.
1.Et rurſus adidit Iuſtinia.ſolùm permitti alienationem hanc
quando non ſufficit legitima filiorum grauatorum, qua dos
3 conſtituatur.Et præterea tertio adiunxit † Iuſtinia. hoc concedi etiam cauſa donationis propter nuptias.Quartò demum
addidit, vt liceat alienare fideicommiſſi bona pro dotis reſtitutione,de qua tamen non hic, ſed in ſubſequenti præſumptione differemus.
4 Præſciendum eſt etiam ſecundo † loco conſtitutionem
diſpoſitionémque hanc Iuſtiniani non eſſe iuris communis
correctoriam:ſed exorbitantem(vt noſtri loquuntur)hoc eſt
præter ipſum ius commune.Ita ſanè ſcripſerunt Alex.in l.filiusfam.§.Diui nu.10.de leg.1.& in conſ.56.num.3.lib.1.Corne.in conſ.3.num.4.lib.3.Ferdinandus Loazes in d.§.diui.nu.
140.Craue.in conſ.236.nu.5.& in conſ.291.num.4. Et cum
cauſa publicæ vtilitatis ſi principaliter introducta,ſicuti ipſemet Iuſtinia,teſtatur in d.auth.res,quæ.in fine ſequitur dicendum eſſe fauorabilem, non autem odioſam:vt in ſpecie affirmarunt Alex.in d.§.Diui.num.10.Io.Lupus in rub.extra.de
donationibus inter virum & vxo.§.16.numero 9.Craue. in
conſilio 291.numero tertio,& Petrus Antonius Petra in Tracta.de fideicommiſſis.quæſt.8.numero 349.
5 Præmitto tertiò, † conſtitutionem hanc,quòd bona fideicommiſſi poſſint alienari cauſa conſtituendi dotem eſſe fundatam in præſumpta voluntate & mente teſtatoris.Ita Caſtrē.
in d.l.mulier.§.cum proponeretur,num. 2.ff.ad Trebell.& in
conſ.80.Quia per ſupraſcriptum eximium.col.7.verſ.ſed hoc
non obſtante.lib.1.Barba,in rub.de rebus eccleſię non aliena.
col.. Crotus in l.filiusfam.§.diui.num.54.de leg.1.& ibidem Opizonus.num.137.& Ferdinandus Loazes.nume.140.
Soci.Sen.in conſ.23.lib.3.Iaſon in conſilio 231.num.3.lib.2.
Ruinus in conſ.199.num.. .lib.2.Decius in conſ.376.num.
2.& in conſ.519.num.3.Cur.Iun.in d.auth.res.quæ.nume.12.
& Petrus Antonius Petra in dicto Tract.de fideicommiſſis.
q.8.num.338.Horum ſententia probatur manifeſtis verbis.
d.l.mulier.§.cum proponeretur.ibi, *Et patris voto congruebat.*
Et hæc quidem præſumpta teſtatoris voluntas à neceſſitate quadam deſcendit. Nàm præſumitur teſtatorem voluiſſe
reſtitui fideicommiſſum, excepta tamen cauſa dotis, quam
ipſemet,ſi vixiſſet,ipſi filiæ dare coactus fuiſſet.d.§.cum pro-
6 poneretur, vbi glo. Eſt enim vera † & ab omnibus recepta
ſententia,patrem teneri conſtituere dotē filię.l. qui liberos.
ff.de ritu nupt,l.dedit dotē. ff.de collatio.bono.& l.vlt.C.de
dotis



7 dotis promiſſio. Quocircà † teſtator ipſe cenſetur voluiſſe id
ab hæredibus fieri, quod ipſe facturus erat viuus.l.cum ſeruus.§.penult.ff.de condi.& demon.
8 Præmitto etiam quartò † & vltimò hoc remedium alienationis bonorum fideicommiſſi cauſa conſtituendi dotem eſſe remedium ſubſidiarum, hoc eſt, quod tunc demum alienari poſſunt bona fideicommiſſi, quando nulla alia extant libera.Ita ſcripſerunt Corne.in d.auh.res,quæ.num.9.C.communia de legatis & fideicom. & ibidem Curtius Iun.num.15.
Socin.Sen.in conſ.75.num.1.lib.1.Curt.Sen.in conſ.63.num.
20.verſ.ſextò.& Rolandus in conſ.85.num.9.lib.1.& in conſ.
20.num.12.lib.4 & in tract.de lucro dotis.in q.58.Marzarius
in epitome de fideicommiſſis.q.48.& in conſ.1.num.41.&
Federicus Scottus in reſp.17.nu.3.lib.4.tomo primo. Ludouicus Molina in libro quarto, de Hiſpanorum primogeniis.
cap.7.numero primo, & ſecundo. Petrus Antonius Petra in
tract.de fideicommiſſis.q.8.numero 459.& ſecutus ſum in
conſilio 95.numero 133.& in conſilio 378.numero 31.libro
9 quarto,vbi ſimile dixi de bonis † feudalibus, quæ non niſi in
ſubſidium alienari poſſunt cauſa dotis conſtituendæ. Et de
his dicemus ſuis locis.
His pręmiſſis,explicandæ nunc ſunt ſingulę dubitationes,
quæ paſſim à noſtris hoc in loco & alibi pertractantur.
10 Prima dubitatio eſt, quæ dos † congrua dicitur,vt ex bonis fideicommiſſo ſubiectis conſtitui poſſit? Bart.in d.auth.
res,quæ.q.1.C.communia de legatis & fideicom.poſt Accurſium ibidem rem paucis abſoluit:Cùm dixit,dotem cōgruam
cenſeri ſecundum perſonarum qualitatem, ſentiens, hoc non
eſſe à lege diffinitum: ſed iudicis arbitrio relinqui, quemadmodum apertius explicauit ibidem Curt.Iunior.numero 10.
Et copiosè ac diligenter:cum & ego explicauerim in lib.2.de
arbitrariis iudicum. Caſu.149.plura hic ſcribenda non eſſe
exiſtimaui. Et nonnulla ſcripſit etiam Petra in d.tract de fideicommiſſis q.8.num.465.
11 Secunda dubitatio eſt, † an ſicuti filia fideicommiſſi onere grauata conſtituere ſibi poteſt dotem ex bonis ipſis fideicommiſſi,vt reſpondit Vlpianus in dicta l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebell.& Iuſtinianus in dicto §.1.in auth.de
reſtit.& ea, quæ parit in vnd.menſe.an inquam idem permiſſum ſit nepti ex bonis fideicommiſſi ab auo eius paterno relicti?Et poſſe affirmarunt Bald.in d.auth.res,quę.nu.12.Curtius Iunior num.13.in fine.Rubeus in conſilio 124.numero 3.
communem eſſe opinionem dixerunt Socinus Iunior in l.filiusfam.§.diui.num.155.de leg.1.Alciatus in reſp.640.num.
1.& ſecuti ſunt Ludouicus Molina in libro 4.de Hiſpanorum
primogeniis.capit.6.numero 4. & Petrus Antonius Petra in
tract.de fideicommiſſis.q.8.num.394. Verùm huius dubitationis explanatio pendet à ratione dictæ conſtitutionis auth.
res,quæ.fundata vt diximus, in mente præſumpta conſtituentis fideicommiſſum, qui ſi in humanis eſſet, dotem ex bonis
illis conſtitueret. dicta l.mulier.§. cum proponeretur. ff.ad
Trebell. Eſt ergo ſolùm videndum, an auus, ſi viueret hoc
tempore, teneretur dotem huic nepti ex propriis bonis aſſignare. Qua ſanè in re duos caſus ita diſtingui cum noſtris
poſſunt.
12 Primus eſt, quando † pater non habet bona,è quibus dotem filiæ conſtituat: Hoc caſu auus tenetur dotem ipſi nepti
dare.Ita ſcribunt Baldus in dicta auth.res,quæ.num.12. idem
Baldus & Salicetus in l.vlti.ſuprà de dotis promiſſ. Cacialupus in l.frater à fratre.nu.128.de condi.indeb. & egregiè reſpondit Decius in conſ.66.in fine,& alij plures,quos referam
infrà in ſecundo caſu.Et ideò vera eſt hęc opinio,vt ab ea diſſentiat nemo:ſicuti docuit Socinus Iunior in l.1.nu.190.ver.
& ex iſta.ff.ſol.mat.Hanc ſententiam probant.l.& ideò.§.vlt.
ff.de in rem verſo.l.profectitia.§.ſi filiusfamil.ff.de iure dot l.
cognouimus. §. vlti.ſuprà de hæret. & clarius probat l.vlt.§.
vtranque.ſuprà de dot.promiſ.cum ait,officium paternum eſ-
13 ſe dotare progeniem. Progeniei † autem appellatione non
modò filij, ſed & nepotes & pronepotes continentur.l.vlti.
infrà de emancip.lib.Ita etiam probat.l.qui liberos.ff.de ritu
nupt.cùm ait Iuriſcon.Qui liberos habent eos cogi in matri-
14 monium collocare & dotare. Liberorum verò † nomine veniunt nepotes & cæteri deſcendentes.l.ſed ſi hac.§.vlt.ff.de
in ius voc.& l.liberorum.ff.de verb.ſignif.Hoc itaque in caſu
poteſt neptis alienare bona ſubiecta fideicommiſſo ab auo,
vt dotem ſibi conſtituat.Et rectè hoc in caſu procedit Baldi,
Socini,Alciati,& aliorum opinio,& pręſertim Rubei d.conſ.
124.num.3.qui ita in ſpecie reſpondit. Quibus conſtat malè
ſenſiſſe nonnullos commemoratos à Curtio Iun.in d.authen.
res,quæ.num.13.& à Molina in d.lib.4.de Hiſpanorum primogen.cap.6.nu.4.qui opinati ſunt neptem hanc ob id non
poſſe ex hoc fideic. dotem ſibi conſtituere, quòd Iuſtiniani
cōſtitutio,in d.auth.res,quæ.exorbitās eſt: & propteteà extra
ſuū caſum non trahitur.auth.quas actiones.C.de ſacroſ.Eccl.
Porrò caſus d.auth.res,quæ.de ſolis filiis eſt:cùm loquatur
15 de liberis, quibus legitima debetur. Nepotibus † enim non
debetur.Bart.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.8 ff de lib.&
poſth.Iaſ. & Fabianus in auth.nouiſſima.C.de inof.teſta.ille.
num.50.iſte.num.24.& Dec.in conſ.86.num.2. Hæc Curtij
& ſequacium conſideratio non eſt vera.
16 Siquidem † etiam in exorbitantibus conceditur extenſionem:cum eadem adeſt ratio,vt ſcribunt omnes in l.ſi conſtante vbi Ripa.num.80.ff.ſol.matr.& maximè cùm materia
eſt fauorabilis. Quod autem eadem ſit ratio in auo quæ in patre,iam conſtat:cùm hoc caſu,ob patris inopiam,auus omninò neptem dotare teneatur. Reſpondet ſecundò Curtius Iunior in d.auth.res,quæ.num.13.in fine. dictam auth.res,quæ.
loqui de filia ratione frequentioris vſus,& ideò non excludere alias deſcendentes. Præterea & tertio reſpondetur.d.auth.
res, quæ. loqui de liberis, quorum appellatione continentur
etiam neptes & proneptes.l.liberorum.ff.de ver.ſignif.Et has
auus viuens tenetur dotare ex quo eas habet in poteſtate.d.l.
17 qui liberos.ff.de ritu nupt. Et in hoc differt † dos à legitima,
quia legitima ſolùm debetur filiis primi gradus, vt præcitati
Doct.ſcripſerunt. Dos verò etiam neptibus & proneptibus,
quando ſcilicet adhuc viuit ipſe auus,qui eas in poteſtate habere dicitur, non autem earum pater inſtit.de patria poteſtate.§.primo.
18 Extenditur † hic caſus, vt non ſolùm procedat in nepte,
quæ nata,vel ſaltem concepta eſt viuēte auo:ſed etiam locum
habeat in concepta & nata poſt mortem aui.Ita in ſpecie ſenſit Curtius Iun.in d.auth.res quæ.num.13.verſ.Retenta tamen
&c.& Petra in tract.de fideicommiſſis.q.8.num.400. Ea ratione motus Cur.quia & hoc caſu militat illa ratio, quòd ſcilicet ſi auus viueret teneretur eam neptem dotare.Non enim
conſideramus( ait ille ) an de præſenti teneatur,ſed ſolùm ſi
is grauans & fideicommiſſum conſtituens teneretur.Pręterea
accedit quod dicta auth.res, quæ. & illa vnde hæc eſt deſumpta ſimpliciter de liberis faciunt mentionem: & ideò reſtringere ad liberos natos, vel cōceptos ſaltem tempore quo auus
viuit,maxima eſſet reſtrictio:& aduerſus ea quæ communiter
eueniunt: Nam à communiter contingentibus pronepotes,
(qui & ipſi ſub liberorum appellatione veniunt,concipiuntur
& naſcuntur mortuo ab auo.Quocircà dicendum eſt,licere &
huic nepti alienare hæc bona fideicommiſſi.
Et his conſtat malè ſenſiſſe Baldum in d.auth.res, quæ.in
antiquis lecturis, quem refert & probat ibidem Cor.num.4.
& ſecuti ſunt Pariſius,& in conſilio 52.num.34.libro 2.& Alciatus reſp.640.& Marz.in epitome de fideicommiſſis.q.48.
in fine.& in conſilio 1.numero 41.verſic.& hoc tanto.Et hanc
opinionem non ſatis probaui in conſilio 95.numero 132.lib.
1.dum alio fundamento magis inhæſi. Nec ſex conſideratæ
argumentationes ab Alciato vrgent.
19 Primò enim † ait, quod concepti poſt mortem aui non dicuntur nepotes,vel neptes aui, ſed extranei.l.Titius ff.de ſuis
& legit.l.1.§.ſi quis proximior. ff. vnde cogna. Ex quo duo
alia deducit argumēta Alciatut: nempè quod tanquam extraneæ dos non ſit debita:alterum,quod debita non ſit legitima.
Vno igitur hoc primo diſſoluto argumento duo alia corruūt.
Diſſoluitur inquam hæc argumentatio primò ea ratione
qua vſus eſt Curtius, quod ſcilicet hic non conſideretur an
de præſenti teneatur auus dotare: ſed an teneretur ſi viueret.
Et verè teneretur, vt diximus. Rurſus & ſecundò reſpondetur, quod licet neptis concepta & nata poſt mortem aui
non ſuccedat ex ſua perſona auo, & ob id extranea iudicetur. Attamen verè ſuccedit ipſi auo inſpecta perſona patris ſui: Nam iure repræſentationis ad aui ſucceſſionem
admittitur

admittitur: & tanquam ſua iudicatur. Ita ſcribunt Bald. & cæteri omnes in lege prima. C. de his qui ante aper. tab. idem Bar. & Iaſon in l. quod dicitur. ad finem. ff. de verbo. obligatio. Plures alios recenſet Tiraq. in Tract. de retractu conſang. §. 1. gloſſa. 9. num. 93. Quemadmodum ergo legitima ſucceſſio ex perſona patris huic nepti defertur, ita & facultas hæc alienandi bona fideicommiſſi pro ſuæ dotis conſtitutione. Qua ex reſponſione (vt admonui) corruit ſecunda & tertia Alciati argumentatio. Quartò itaque argumentatur Alciatus ex tex. in §. rurſus autem. in Auth. de reſtit. & ea quæ parit in vndecimo menſe, qui ſolùm tribuit hanc facultatem filiis, quorum ap-
20 pellatione † non continentur nepotes. Cæterùm iam ſupra diximus intelligi & de neptibus.

21 Quintò argumentatur † Alciatus, quòd aliàs per indirectum euerteretur fideicommiſſum quod dicendum non eſt. Reſponſio eſt facilis, non euerti fideicommiſſum quod fideicommiſſum dici non poteſt ſecũdum teſtatoris voluntatem. Eſt enim (vt diximus) præſumptio quod ſi teſtator viueret, dotem conſtitueret, nec bona hæc oneri reſtitutioni ſubiiceret. Et ideò quod alienatur, ex mente teſtatoris alienatur, adhibita legis præſumptione, & diſpoſitione.

Sexta autem argumentatio qua vſus eſt Alciatus à multorum autoritate ducitur. Verùm facilè diſſoluitur, tum quod Baldus hac de re quod viderim verbum non faciat, nec alij, vno excepto Corneo: tum quod nulla eſt vel lex vel ratio, quę Corneo & aliis faueat.

22 Secundus eſt caſus huius † dubitationis quando ſcilicet pater habet bona, è quibus dotem conſtituere poteſt filiæ. Et tunc clarum eſt bona fidei. aui alienari non poſſe pro huius dotis conſtitutione. Ita Bar. in d. auth. res, quæ. num. 12. Cur. Iun. nu. 16. & Iaſon. col. vlt. in 2. limit. & Feder. Scottus in reſp. 17. num. 6. lib. 4. tomo. 1. Non enim auus tenebatur ad eius dotis conſtitutionem: cùm hoc ſit officium paternum, vt ſcribunt Baldus & Salicetus in l. vlt. C. de dotis promiſſ. Aret. conſ. 17. columna pen. Butrius conſ. 56. Barba. conſil. 43. colum. 3. verſ. capio quartam. lib. 3. omnes in l. 1. ff. ſoluto matr. ibi Iaſon. n. 26. & Ripa. nu. 74. & ibidem Socinus Iunior. nu. 192. ſcribit, ab hac opinione non eſſe in iudiciis recedendum: & ſi ipſe diſputationis gratia diſſentit. Eandem probarunt alij plures, quos recenſet idem Socinus Iunior conſ. 79. num. 135. lib. 13. Idem placuit Coraſio in l. qui liberos. numero 104. ff. de ritu nuptia. Et iure probatur tex. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. & tex. l. profectitia. §. ſi filiusfam. ff. de iure dotium. & ſi iura hæc ſuis falſis interpretationibus conturbare conentur Socinus Senior ac etiam Iunior, qui præcitatis in locis diſſentiunt, poſt Baldum & Cacialupum: qui & ipſi à recepta magis opinione receſſerunt. Sed hic non eſt locus huic diſputationi. Probata itaque communi hac aſſertione ſequitur dicendum, neptem hanc non poſſe alienare bona fideicommiſſi aui, vt dotem ſibi conſtituat. Et hoc maximè procederet, quando adhuc pater ipſe viueret. quod in ſpecie ſenſit Soc. Iunior d. conſ. 79. nu. 41. lib. 3. qui rationc adfert & dicemus infra.

Tertia dubitatio † eſt, an bona ſubiecta fideicommiſſo a-
23 lienari poſſint à patre, vt dotem conſtituat filiæ? Et alienari poſſe ſcribunt vno ore omnes in d. auth res, quæ. C. communia de leg. & fideicom. ibi Bar. q. 3. Et communem eſſe aſſerit ibidem Cur. Iun. num. 13.

Ea ratione mouetur Barto. quia pater tenetur dotem conſtituere filiæ. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. & l. vlt. C. de dotis promiſſ. Præterea (ſubiungit Bart) pater pro filio † tenetur dotem recipere: & poſſet ad
24 hoc cogi, vt ſcribit Dynus in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matr. Ex quo fit conſequens (voluit dicere Bart.) quod hoc caſu eſt patri permiſſum alienare bona fideicommiſſi: quod ait probari in d. authen. res, quæ. & in l. mulier. §. cum proponeretur, & in l. à filia. in prin. ff. ad Trebell. Verùm hæc iuris loca hanc ſententiam minimè probare videntur. Nam verè loquuntur de patre ipſo, qui fideicommiſſum conſtituit: qui quidem non prius ſubiicere poteſt bona ſua reſtitutioni, quam deducat legitimam pro filio, & dotem pro filia. Hæc autem quæſtio reſpicit perſonam patris non conſtituentis fideicommiſſum: ſed potius grauati illud reſtituere. Quocircà deberemus potius conſiderare vtrum grauans teneretur dotem conſtituere, ſi viueret. Nam diſpoſitio hæc noſtra eſt (vt diximus ſupra. quæſt. 2.) tota fundata in mente præſumpta conſtituentis fideicommiſſum, qui vbi vixiſſet cogi poterat dotem filiæ conſtituere. Et ideò præſumitur, quod fieri voluerit ab hæredibus & ſucceſſoribus. quod ipſe feciſſet. iuxta. dicta lege cum ſeruus. §. vltimo de condit & demonſtr. Ita etiam conſiderat Caſtrenſis in dicto §. cum proponeretur.

Cæterùm Curtius Iunior in dicta auth. res quæ. nu. 13. ſcribit, duo copulatiuè conſiderari. Quod ſcilicet grauans teneretur dotare, ſi viueret, & quod etiam grauatus teneatur. Nam (ait ille) data obligatione grauati datur etiam obligatio grauantis, ſi viueret. Sicut enim pater tenetur dotare filiam: ita auus paternus teneretur, ſi viueret, dotare neptem. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. Atque ita (ait Curtius) defendũtur Bartoli & Caſtrenſis conſiderationes. Hæc Curtij conſideratio vera non eſt. Non enim eſt verum, quod data obligatione grauati ſequatur obligatio grauantis, nec è contra. Hoc vel ea ratione ſatis manifeſtè conſtat: quia licèt pater teneatur regulariter dotare filiam: vt iam diximus: Non tamen ita tenetur auus erga neptem: ſed ita demum ſi neptis illa inopem patrẽ habet: ſicuti ſupra explicauimus. Eſt enim ſolùm modò conſiderãda perſona teſtatoris grauantis, an ſcilicet is fuerit obligatus dotare, vel non, vt in ſpecie annotarunt Æmilius Ferretus in l. filiusfam. §. diui. num. 77. de leg. 1. & Federicus Scottus in reſp. 17. numero 5. lib. quarto, tomo primo. Quocircà rectius noſtro in caſu ita diſtinguendum exiſtimo. Si pater habet bona propria, ex quibus valet conſtituere dotem filiæ, non poterit alienare ſuppoſita fideicommiſſo ab auo: quia hoc caſu (vt diximus) ſi viueret auus non teneretur neptem hanc dotare: ſi verò pater non habet bona propria, tunc poteſt dare ex his fideicommiſſo ſuppoſita. Nam hoc in caſu auus, ſi in humanis eſſet, teneretur huic nepti dotem conſtituere. Atque ita hoc in caſu rectè ſequitur quod dicebat Curtius, quod data obligatione grauati ſequitur obligatio grauantis.

Extenditur prædicta ſententia, vt procedat etiam in filia
25 † naturali & ſpuria, quæ nil habet vnde dotem ſibi conſtituat. Nam & hoc caſu bona ab eius patre fideicommiſſo ſuppoſita hodie alienari poſſunt, vt dotetur. Eſt ratio, quia iure põtificio inſpecto, quod & in foro ciuili ſeruatur, pater tenetur dotare filiam naturalem & ſpuriam: Sicuti hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Ripa in l. 1. nu. 66. ff. ſoluto matr. & accedunt Ruinus in conſi. 103. in fi. libr. 3. Decius in conſ. 312. nu. 4. & Rolan. in conſ. 74. num. 49. lib. 1. & in ſpecie nõſtra tradit Ludouicus Molina in libr. 4. de Hiſpano primogen. c. 6. nu. 19. Quocircà non eſt contendendum, quòd iure ciuili pater non teneatur dotare filiam naturalem & minus ſpuriam, iuxtà l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. & in ſpecie poſt Angelum in d. auth. res quæ. num. 3. annotarunt ibidem Iaſon in ſeptima limit. & Padilla: numero 63. & Petra in Tract. de fideicommiſſis. q. 8. nume. 463. ſatis enim eſt teneri ſecundum ius pontificium, quod (vt diximus) ſeruatur & in foro ciuili, ex quos dos eſt alimentorum, quæ eo iure canonico etiam in foro ciuili obſeruando debentur. Sicuti poſt alios reſponderunt Rui. in conſ. 124. num. 12. lib. 1. Decius in d. conſ. 312. num. 4. & Rolan. in Tracta. de lucro dotis. q. 94. & in conſ. 74. nu. 47. lib. 1. ſi vero filia habet vnde ſe dotet, pater non tenetur. Ita in his terminis Molina præcitato in loco: ſicuti nec tenetur pater præſtare huic filiæ naturali alimẽta, ſi habet aliundè quod ſe alat, vt reſpondit Alcia. in reſp. pen. nu. 10. ſecundum impreſſionem antiquã Lugdunenſem.

26 Quarta dubitatio eſt, an bona ſuppoſita fideicommiſſo à † matre alienari poſſint à filia, vt dotem ſibi conſtituat? Et regulariter non poſſe ſcripſerunt Accurſius in l. à filia. ff. ad Trebell. Bart. in d. auth. res, quæ. nume. 3. verſi. quandoque conſtituit, & ibidem Bald. nu. 9. Iaſ. nu. 6. & Cur. Iun. num. 15. qui teſtatur, eſſe communem opinionem.

27 Ea eſt huius † ſententiæ ratio, quia regulariter ad matrem non pertinet dotare filiam, vt probat. l. neque mater. C. de iure dotium. Et ſcribunt omnes in l. 1. ff. ſol. matr. ibi Bar. Ripa. nu. 77. Calca. conſ. 11. nu. 16. Coraſius in l. qui liberos. nu. 54. ff. de ritu nupt.

28 Declaratur



28 Declaratur † hæc iuris ſententia, vt non procedat, quando mater eſt diues, pater verò inops & pauper. Nam tunc mater tenetur dotare filiam, & per conſequens poteſt alienare bona fideicommiſſi. Quod inquam mater diues teneatur dotare filiam probant Cynus, Bar. Bald. & Alber. & Curtius Iun. num. 15. in d. auth. res, quæ. Ripa in d. l. 1. num. 79. ff. ſol. matr. & ibidem Soc. Iunior. num. 197. verſ. ſecundò limitatur. Boer. q. 129. num. 4. Idem tradit Campegius in Tract. de dote. par. 1. q. 22. & comprobaui in lib. 2. de arbitrarijs iudicum. Caſu. 460. num. 3.

29 Ea ratione † & argumento mouentur quod argumentari licet ab alimentis ad dotem. Euerard. in centuria, legali. arg.
30 29. At qui vbi mater † eſt diues & pater inops, tenetur mater alere filiam. l. ſi quis à liberis. §. 1. & §. pen. ff. de lib. agno. §. illud. in Auth. vt liceat matri & auiæ. & ſcribunt Bar. in Tract. de alimentis. num. 13. & in d. auth res, quæ num. 3. Ergo mater diues tenetur dotare filiam. Verùm hanc argumentationem confutauit Ang. in l. à filia. ff. ad Trebel. Rom. & Alex. in l. 1. ff. ſol. matr. vt refert Iaſon in d. auth. res, quæ. num. 6. & num. 8. qui eos ſecutus eſt. Scribunt ij non licere argumentari affirmatiuè ab alimentis ad dotẽ. Cùm plus vrgeat cauſa alimentorum quàm dotis. Sicuti plura exempla, quas inſtantias appellant, adfert Iaſon. Reſponderi poteſt huic obiectioni, quod imò regulariter licet argumentari ab alimẽtis ad dotem etiam affirmatiuè: cùm à pari procedant regulariter, vt multis probat Euerardus in centuria legali. Loco 29. ab alimentis ad dotem. Et idem docuit Ripa in l. 1. nume. 79. ff. ſol. matr.

Illud autem ſecundũ, quòd ſcilicèt hoc caſu mater poſſit alienare bona fideicõmiſſi, vt dotem filiæ conſtituat, probãt Bar. Baldus, Alber. & cæteri ferè omnes, vt communem aſſerit eſſe ſententiam Curtius Iunior in d. auth. res, quæ. nu. 15. & ibidem Ant. Padilla. num. 61. Euerardus in d. loco. 29. verſ. tertiò iſtud. & ſcripſi in d. caſu. 460. num. 7.

Et idem affirmat Petra in dicto Tract. de fideicommiſſis. quæſt. 8. num. 387. Et ibidem. nume. 392. idem eſſe dixit, quãdo filia vellet ingredi monaſterium. Et rectè quidem ſenſit Petra, reiecta contraria opinione Angeli.

31 Cæterùm dubitationem mouet † Salicetus in d. authen. res, quæ. quæſt. 4. aduerſus Bartolum. Ait Bar. quòd, quando mater eſt diues, poteſt alienare bona fideicommiſſi, vt dotem conſtituat filiæ. Hoc repugnat huic conſtitutioni, quæ ſolum permittit alienari bona fideicommiſſi, cùm grauatus reſtituere fideicommiſſum non poteſt de legitima, vel alio ſuo patrimonio dotem conſtituere. Huic conſiderationi atque obiectioni rectè ſatisfacit Curtius Iunior in d. auth. res, quæ. numero 15. verſ. Ego autem. &c. cùm ait, Bartolum eſſe intelligendum vt loquatur, quando mater eſt diues, ex hac hæreditate fideicommiſſo ſubiecta. Quod ſi dixeris, qui fieri poteſt, vt mater dicatur diues res illas, quæ propriæ non ſunt, ſed alijs reſtituendæ. Reſponderi poteſt, inſpecta perſona patris ſui hanc matrem dici diuitem, iuxta ea, quæ ſcribit Iaſon in l. ſciendum in prin. numer. 25. in fine. & num. 27. ff. qui ſatiſd. cog. cum ex Alberici ſententia in l. in ſuis. de liber. &
32 poſthu. ait, quod bona † & diuitiæ patris dicuntur eſſe filij & ei proſunt. Idem Alber. in Tract. ſtatuto. parte prima. q. 71. & q. 109. copioſè Tiraq. in lege ſi vnquam. in præfatione. nu. 23. C. de reuo. dona. Cum itaque hæc bona ab auo materno ſubiecta fideicommiſſo hoc caſu, ſi is auus viueret, in dotem dari ſine controuerſia poſſent, imò & deberent, vt mox ſubijciam, dicendum eſt, & hanc mulierem poſſe filiæ ſuæ ex his dotem conſtituere. Nam & hoc caſu militat ratio illa d. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. quod ſcilicet præſumptio ſit, patrem, auumque noluiſſe hoc caſu bona prius alteri reſtitui quàm ſua proles, cui dotem cõſtituere tenetur, eam ex bonis illis conſequatur. Secundam dubitationem mouet Curtius Iunior in d. auth. res, quæ. nu. 15. verſ. ſed aliud eſt. &c. Quam quidem dubitationem ex his, quæ in ſubſequenti quæſtione ſubijciam diſſolutam eſſe credimus.

33 Declaratur ſecundò hæc † ſententia, vt locum non habeat in matre iudæa, quæ filiam habet chriſtianam. Nam illi filiæ tenetur dotem conſtituere: & ob id poterit bona ſubiecta fideicommiſſo à ſe reſtituenda pro ipſius dotis conſtitutione alienare. Ita in ſpecie ſenſit Iaſon in d. auth. res, quæ. num. 7. verſ. fatentur tamen. Hæc declaratio dubitationes habet non leues. Plura enim ſunt pro eius veritate explicanda. Illud primum: an mater iudæa teneatur cõſtituere dotem filiæ chriſtianæ. Et ſentiunt omnes ferè, eam teneri ex ratione l. cognouimus. C. de hæret. Quæ & ſi de hæreticis & eorum filijs catholicis loquitur: attamen eius ratio conuenit iudeis & eorum filijs. Verba legis hæc ſunt.

*Neceſſitatem imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos ſecundum vim patrimonij alere: & omnia eis præſtare, quæ ad quotidianæ vitæ conuerſationem ſufficiant: ſed & dotes pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes pro filijs, vel nepotibus præſcribere, in omni caſu ſecundum vires patrimonij huiuſmodi libertatibus æſtimandis.*

Hactanus Anaſtaſius qui rationẽ in hæc verba ſubiungit.

*Ne propter diuini amoris electionem paterna, vel materna ſint liberi prouiſione defraudati.*

Quæ ſanè ratio matrem includit & ſignificat quod iam paulò ante Anaſtaſius dixerat de ſolo patre, debere intelligi & de matre ipſa. Et in ſpecie matrem iudæam teneri conſtituere dotem filiæ effectæ chriſtianæ ſcripſerunt gloſſa & cæteri interpretes in l. neque mater. C. de iure dotium. Campegius in Tract. de dote. par. 1. q. 47. Iaſ. in §. fuerat. num. 114. inſt. de actio. Marquardus in Tracta. de iudæis. par. 3. c. 4. num. 2. & ſecutus ſum in d. caſu. 460. num. 6. Ripa in l. 1. nu. 77. ff. ſol. matr. qui intelligit in ſubſidium, cùm ſcilicet bona patris non extant, è quibus dos conſtitui poſſit. Nec diſſentit ibidem Soc. Iun. num. 197.

34 Eſt etiam dicendum † ſecundo loco, an fideicommiſſa inter iudæos conſtitui poſſint? Et dicendum eſt poſſe, vt hoc loco præſupponunt omnes & clarius vnus omnium Bald. in
35 d. auth. res, quæ ad finem. Cum. n. † iudæus teſtamentum cõficit ſeruare debet formam & diſpoſitionem iuris communis. ita Bald. in l. fideicommiſſa. in prin. ff. de leg. 3. Caſtren. conſi. 377. Ad primum videtur dicendum. col. 1. libr. 2. Et in ſpecie quod ſubſtituere poſſit iudæus per fideicommiſſum, quemadmodum etiam poſſunt Chriſtiani reſpõdit Bertran. cõſ. 145. Ponitur in facto. lib. 3. quem ſecutus eſt Marquardus in Tract. de iudæis. par. 2. c. 1. nu. 2. quo loci multa congerit ad demonſtrandum, iudæos regulariter obſeruare debere iuris ciuilis diſpoſitionem. Eſt etiam tertiò loco dicẽdum, diſpoſitionem auth. res, quæ, locum habere inter iudæos, vt ſcribit Baldus ibi ad finem. Et infra ſuo loco dicemus. Quid autem dicendum ſit de filia hæretici infra explicabimus.

36 Ex prædictis † infertur, neptem non poſſe regulariter alienare cauſa dotis bona fideicommiſſo ſuppoſita ab auo materno: Nam ad hunc auum duplici ratione non pertinet onus conſtituendi dotem huic nepti. Primà eſt, quia nec auus ipſe paternus tenetur cùm extat pater, qui dotare poteſt. Secundò, quia ſi mater non tenetur dotare filiam, vt in ſuperiore diximus: multò minus tenetur auus ipſe maternus. Sicuti ita in ſpecie argumentantur omnes in l. vlt. C. de dotis promiſſ. & in l. 1. ff. ſoluto matr. ibidem. Ripa. num. 81.

37 Declaratur hæc ſententia, vt † non procedat in ſubſidium, cùm ſcilicet neptis iſta nil aliunde habet. Nam hoc caſu ex bonis aui materni dotari debet. ita declarat Ripa in d. l. 1. nu. 81. ſoluto matr. poſt Baldum Nouellum in Tract. de dote. par. 6. priuilegio. 16.

38 QVINTA dubitatio eſt an † frater poſſit alienare bona ſubiecta fideicommiſſo, vt dotem conſtituat ſorori? Bar. in d. auth. res, quæ. num. 4. verſ. Et eodem modo, docuit, hunc fratrem poſſe tunc hæc bona alienare, quando tenetur dotare ipſam ſororem. Non tamen explicat Bar. qui ſint illi caſus, in quibus frater tenetur huic ſorori dotem conſtituere. Ego in hac dubitatione diſtinguendum putarem duos caſus.

Primus eſt, cùm dubitatur, an frater poſſit alienare bona fideicõmiſſo ſubiecta à patre ſuo vel ab auo, vt dotem huic ſorori conſtituat. Et hoc in caſu, res eſt clara, quod ſcilicet poſſit. Ratio eſt manifeſta, quia ſi viueret pater, qui ſuo teſtamẽto conſtituit fideic. teneretur omninò filiã hãc ſuã dotare, vt diximus ſup. Et propterea moriẽs & fideic. cõſtituens, præſumitur noluiſſe cõſtitutionẽ hãc dotis impedire vt probat. d. l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb. & hic caſus eſt ille. §. adierũt. in Auth. de reſt. & ea, quæ parit. & in ſpecie ita docuit

docuit Baldus in d. auth. res. quæ.num.17.& cum eo Corne.
num.3.ac Cur.Iun.num.17.qui aſſerit hanc eſſe communem
opinionem. Et idem ſenſit Lud. Molina in lib. 4. de Hiſpa.
primogenijs,cap.4.numero tertio.& 6.Et hoc in caſu fruſtra
diſputatur, an pater teneatur dotare, vel non ſororem ex
quo onus eſt paternum, & bona extant paterna, è quibus,
ſublato ſcilicet fideicommiſſo, dos dari poteſt. Nec huic
ſententiæ repugnat illa conſideratio, qua vſus eſt Angelus
in l.à filia in prin.ff.ad Trebell.qua dicebat hanc opinionem
veram non eſſe: & refert eum Iaſon in d. auth.res, quæ nu-
mer. 11. Ita enim argumentatur Angelus à partibus enume-
ratis.Aut ſoror hæc fuit à patre præterita in eo teſtamento,
in quo fideicommiſſum conſtituit. Et tunc teſtamentum eſt
nullum:& per conſequens fideicommiſſum.Quinimò dato
quod fideicommiſſum ſuſtineatur, habet filia conſequi le-
gitimam,è qua dotem ſibi poteſt conſtituere.Aut(inquit An-
gelus)hæc filia fuit à patre in hoc ſuo teſtamento inſtituta in
ſua legitima ſaltem: & tunc eam legitimam habet vt poſſit
ſibi dotem conſtituere. Aut iuſtè fuit hæc filia à patre exhæ-
redata. Et tunc teſtamentum valet: nec quidquam illa con-
ſequi poteſt:atque ita ſi iuſtè perdidit legitimam, iuſtè etiam
carere debet dote, quæ legitimæ loco eſt. Si verò iniuſtè ex-
hæredata fuit: & tunc querela inofficioſi rumpit teſtamen-
tum & ſuccedit.

Huic obiectioni malè ſatisfacit Iaſon, vt eum reprehen-
dit Curtius Iunior in d.auth. res, quæ numero 17. Qui qui-
dem Curtius rectè reſpondet, dictam conſtitutionem pro-
cedere,quando legitima non ſufficit pro dotis conſtitutio-
ne. Vel(ait Curtius)fieri poteſt, quod dos ipſa ſit deperdita.
Poterat vno verbo ſatisfacere Curtius dicendo, hanc con-
ſtitutionem locum habere quando filia non habet aliunde
bona quæ ſibi ſufficiant pro ſuæ dotis cōſtitutione,vt idem-
met Currius Iunior ibidem numer. 16.declarat poſt Salice-
tum eo in loco, & Caſtren. in l. mulier.§.cū proponeretur.
ff. ad Trebell.& Romanum conſil.232. Quatuor ſunt. num.
1.Idem ſcripſerunt Salicetus in l. voluntas. in fi. C. de fidei-
com.& Soc.in Tract.fallen.reg.12.fallen.1.

39 Secundus eſt caſus, cùm † dubitatur,an frater poſſit alie-
nare bona fideicommiſſo ſubiecta à patre ſuo defuncto, vt
ſorori dotem conſtituat.Hoc in caſu viſus eſt ſentire Bart.in
d.auth.res,quæ numer.4.verſ.Illud tamen.&c. hunc fratrem
non poſſe alienare.Ita enim ſcribit Bartolus.

*Illud tamen,quod hic dicitur,quod poſſunt alienari res, quæ ſub-
iacent reſtitutioni in iſtis caſibus, non habet locum, niſi in liberis,
qui ſunt grauati à parentibus:non enim permittitur alijs,vt vidiſtis
in hoc textu & in corpore vnde ſumitur.* Hæc Bar. qui apertè ſi-
gnificat bona fideicommiſſi conſtituti à tranſuerſali ob hanc
dotis conſtitutionem alienari non poſſe.

40 Cæterùm rectius hic caſus † declarari poteſt conſtituen-
do regulam, quod ſcilicet regulariter frater non tenetur
dotare ſororem, & per conſequens hæc bona à fratre ſuo fi-
deicommiſſo ſuppoſita alienari non poſſunt,ita rectè loqui-
tur Bar.præcitato loco. & alij congeſti à Federico Scotto
in reſp.17.in fi.4.tomo primo.Ea eſt ratio,quia vbi ſoror ha-
bet bona è quibus dotum conſtituere ſibi poſſit, non tene-
tur frater eam ex proprijs bonis dotare. Ita ſcribunt omnes
in l. 1.ff.ſol.matr.vbi Ripa.numer. 83. Bar.in l.cum plures.§.
cum tutor.ff.de adm.tuto.& in l.non omni.C.eo.de adm.tu-
to.Et alij permulti,quos nunc referam.

41 Declaratur primò † vt non procedat hic caſus, quando
ſoror eſt inops atque ita nil habet vnde dotem ſibi conſti-
tuat: tunc frater tenetur eam dotare. Ita Bar.& Ripa præci-
tatis in locis. Et ait Ripa poſt Fulgoſium conſil. 234. Anto-
nius de Morando. hanc eſſe receptam opinionem. Quam
præter hos probarunt Calcane. conſil. 11. numer. 16. Socin.
Sen.conſil.17.numer.10.lib.1.& conſil.57.numer.4.lib.4.co-
pioſè Boer.q.129.numer.7.& Tiraq.in Tract. de iure primi-
gen.q.62.numer.1.Coraſius in l.qui liberos.num.117.ff.de ri-
tu nup.& Petra in Tract.de fideicom.q.8.num.412.

42 Ita etiam frater † tenetur dotare ſororem quando ſtat
ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant
vt in ſpecie reſpondit Socin. Sen. in d. conſil. 57. numer. 5.
lib.4.cùm ergo frater tenetur dotare ſororem bona fideicō-
miſſi ab eo relicti poſſunt per communem fratrem grauatū
alienari, vt dos ſorori conſtituatur.Ita in ſpecie docuit Cur-
tius Iunior in d.auth.res, quæ nume. 13. qui huius opinionis
recenſet & Corneum ibidem, tametſi Corneus loquatur in
primo caſu,quem retuli ſupra.

Quam ſanè declarationem ego intelligo etiam quando
frater iſte ſuperſtes & à defuncto fratre grauatus fideicom.
bona propria haberet,è quibus poſſet dotare ſororem.Nam
adhuc opinor poſſe alienare partem bonorum fideicommiſ-
ſi à fratre relicti pro dotanda ſorore communi. Illa eſt ra-
tio,quia onus hoc dotandi ſororem eſt commune horum
fratrum. Non ergo is defunctus vel potuit,vel voluiſſe præ-
ſumitur ſubijcere bona ſua fideicommiſſo atque ita recuſa-
re dotem dare ſorori pro ſua portione, iuxtà rationem d.l.
mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebell.

43 Quæ hactenus † de ſorore diximus, intelligenda ſunt de
ea, quæ eſt vel vtrinque coniuncta, vel ſaltem conſangui-
nea.De vterina enim aliter dicendum eſt. Nam eam & ſi in-
opem non tenetur frater dotare.ita probat tex.l.cum plures.
§.cum tutor. ff. de adm. tuto. & ſcribunt poſt multo Iaſon
in d.auth. res, quæ. numer. 11. Baldus Nouellus in Tract.
de dote,parte ſexta priuil.16.& Campegius, Tract. de dote,
parte prima. q. 23. alios recenſet Boer. q.129. numer.8.Co-
raſius in l.qui liberos. numer. 116. ff.de ritu nupt. Et ex hoc
fit conſequens, bona fideicommiſſi à fratre conſtituti non
poſſe hoc in caſu alienari: quod in ſpecie annotarunt Iaſon
in d.auth.res.quæ.num.11.Alex.& Ang.in l.à filia.ff. ad Tre-
bell.& Boer.d.q.129.num.8.9.

44 SEXTA dubitatio eſt, quid ſi pater † non dotauit filiā
dum viueret, dotem in teſtamento conſtituit; an hoc face-
re potuerit de rebus, quæ ſubiacent reſtitutioni fideicom-
miſſi?Hanc iuris quæſtionem mouet Bart.in d.auth.res,quæ.
numer.5.qui ait ſe de facto reſpondiſſe, patrem hunc facere
hoc poſſe. Cum Bartolo ſenſerunt Iaſon ibidem numer. 13.
poſt Angelum & cæteri omnes, vt teſtator. Curtius ibi Iu-
nior.num.19.idem Bar.in l. à filia in princ.nume.3.ff.ad Tre-
bell.Decius conſil.519.nume.5. Crotus in l. filiusfam.§.diui.
nume. 56. de leg. 1.Iaſon conſil.130.col.4. verſ.ad idem pro
confirmatione.lib.3.

45 Primò motus eſt Bart. ea ratione, quòd † nunquam vi-
detur eſſe in fideicommiſſo id quod ipſe habet dare pro do-
tis conſtitutione.d. l. mulier. §.cum proponeretur.ad S.C.
Trebell.Vnde licèt pater dotem non conſtituerit filiæ, ſibi
ipſi filia conſtituere poteſt,atque ita fideicōmiſſum alienare.

Secundò mouetur Bart.tex.l.ſi quis prioris. §. certum eſ-
ſe.C.de ſecund. nupt.quo loci ſcriptum eſt,alienationem di-
ci illam aſſignationem,quæ fit in teſtamenro.

46 Et eo † loci in hanc ſententiam annotant omnes textum
illum,quod alienare is dicitur, qui in teſtamento hæredem
inſtituit, vel legatario relinquit. Ita enim ibi Bart. Baldus,
Alber.& cæteri.Quibus accedunt Soc.Sen. conſil. 44.num.
2.lib.4. Ruinus conſil.116.nume.15.lib.2.qui declarat,& Pa-
riſius conſil.46.num.20.lib.4.

47 Tertiò adfertur tex. † l. non eſt matrimonium ff. de ritu
nupt. quo loci ait iuriſcon.tutorem poſſe ducere pupillam
in vxorem, quam aliàs ducere non poteſt: ſi pater in teſta-
mento eam facultatem dedit. Simile text. in l.qui pupillam.
ff.ad l. Iul. de adulter. ſi ergo teſtamento patris matrimo-
48 nium contrahit filia: ergo & dos ei aſſignari poteſt: cum
dos ſit quid † acceſſorium ad matrimonium, cum pro illius
oneribus detur.l.pro oneribus.ff. de iure dotium, dos enim
à matrimonio pendet l.3. C.de iure dot.& l. dote. ff. de ritu
nup.Et d.l.non eſt matrimonium & d.l.qui pupillam in hāc,
de qua agimus,ſententiam citauit Curtius Iunior in d.auth.
res,quæ. nume.20. qui ſubiungit, his iuribus fuiſſe diffini-
tum à Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero. numer. 5. in fi.
de cond.& demon.quod ſi ſtatutum excludit fæminas dota-
49 tas propter maſculos, illa ſatis dotata dicitur,cui à patre dos
eſt in teſtamento conſtituta.Et ſubiungit † etiam Cur.quod
ſi pater ſimpliciter aliquid relinquit filiæ: intelligitur &
præſumitur dotis nomine reliquiſſe, vt ſcribit Bartol. in l.
autem de iure dotiū. dicit ſingulare Cremen.ſing. 3. & alios
refert Tiraq.De retractu conuentio.ad finem, numero tri-
geſimonono & num. 58.

Cæterùm hæc iura parum ad rem hanc mihi conferre vi-
dentur.



Nam nil de alienatione bonorum fideicommiſſo
ſuppoſitorum in eis agitur.Si enim concedimus fideic.bona
poſſe alienari pro dote;dicendum eſt,non differre,quod fiat
inter viuos, vel in teſtamento.

50 Quarto accedit ratio,qua † vſus eſt Bar.in d.l.à filia.in prin.
nu.3.in fi.ff.ad Trebell.Bona fideicommiſſo ſubiecta aliena-
ri poſſunt inter viuos pro dotis conſtitutione, vt probatur
51 in d.auth.res, quæ. At qui alienatio † quæ fit in vltimis vo-
luntatibus eſt fauorabilior hac ipſa,quæ fit inter viuos Ergo
& teſtamento poteſt pater dare atque ita alienare bona fi-
deicommiſſi pro dotis conſtitutione. Illa minor propoſitio
probatur in lege quidam ita.§.ſi quis filium. ff. ad Trebell.
Et accedit,quod data facultate alienandi illa, dicitur tam in
vltima voluntate,quàm inter viuos, vt declarat Bar.in l.pe-
to.§.fratre.num.2.de leg. 2.qui aſſerit magis permitti in vlti-
mis voluntatibus,quàm inter viuos.

52 SEPTIMA dubitatio eſt quid † ſi filia iam eſt matrimo-
nio collocata,an pater poſſit eam dotare ex bonis his fidei-
commiſſo ſuppoſitis? Bar.in d.auth.res. quæ. num.6.docuit
non poſſe. Et cum eo ſenſerunt ibidem Salicetus & Fulgo-
ſius.vbi & alios recenſet Iaſon hic. num. 14.Ea ratione vſus
eſt Bar. quod pater non tenetur dotare filiam iam nuptam.
Ergo nec poterit alienare bona ſuppoſita fideicommiſſo pro
dotis huius conſtitutione.Contrariam verè ſententiā, quod
imò & hoc caſu liceat patri dotem ex his bonis filiæ conſti-
tuere,probarūt in d.auth res,quæ.Bald Ang & Caſtren.quos
ſecutus eſt Iaſon ibidem.nu.14.& Curtius Iunior. nu.25.qui
ambo communem eſſe opinionem dixerunt, & ſecutus eſt
Petra in Tract de fideicommiſſis.q 8.nu.454.Ea ratione mo-
uentur,quòd verius eſt,patrem teneri dotem dare filiæ iam
nuptæ.Qua obligatione ſtante dicitur, patrem poſſe aliena-
re bona hæc fideic.pro ipſius dotis cōſtitutione.Verſatur er-
go tota dubitatio in eo, an pater teneatur dare dotem filiæ
iam nuptæ.Qua quidē in dubitatione aliquot caſus diſtin-
guam vnà cum Ripa in l.1.nu.55.56.ff.ſol. matr. Illud tamen
53 prius † ſciendum eſt,iure ciuili eſſe,conſtitutum,quod filius
filiavè non poſſit contrahere matrimonium ſine patris con-
ſenſu,l.2.ff.de ritu nupt.l.nec filium.& l.in coniunctione.C.
de nupt.Et ideò illæ nuptiæ inconſultò patre factæ iuſtæ nō
ſunt.§.1.inſtit.de nupt.l.ſint proponis.C.eo.& inde procreati
illegitimi ſunt.l.Paul.ff.de ſtatu ho. Quinimò ſancitum fuit
54 à Iuſtiniano † in §.aliud quoque cap. in Auth. vt cum de ap-
pell.cog.eſt. Nouella 115. quod pater poteſt exhæredare fi-
liā,quæ ſe inuito nupſit.Quod in ea auth.in §. ſi verò vſque
ad vigeſimumquintum annum, relata in auth. ſed ſi poſt.C.
de inoff.teſta.temperauit Iuſtinia.niſi pater filiam ipſam iam
effectam ætate annorum 25.neglexit matrimonio copulare.
Nam tunc exhæredari non poteſt. Qua de re infra ſuis in
55 locis dicemus.Iure verò Canonico † conſtitutum eſt, filiam
poſſe virum ducere ſine conſenſu patris,quia voluit lex pō-
tificia matrimonia eſſe omninò libera.vt ſcribunt Decius in
l.nuptias.num.11.de reg. iuris.& Theologi omnes in 4. ſen-
tent.diſtinct.28.q.1.art.1.vbi egregiè Dom. Soto. Quorum
vera aſſertio probatur in cap.ſufficiat.27.q.2.quo loci ita ait
Nicolaus Papa.

*Sufficiat ſolus ſecundū leges conſenſus eorum,de quorū cōiunctione
agitur:qui ſolus ſi defuerit,cætera etiā cum ipſo celebrata fruſtātur.*

Quæ ſanè taxatiua ſolus excludit conſenſum aliorum. Et
clarius probat tex.cap cum cauſa de rapto, & hodie ex Cō-
cilio Tridentino.ſeſſio.24.cap.1.hoc diffinitum eſt.Quocir-
ca ceſſat diſputatio Duare.Tract.ſoluto matr.tit. Quomodo
nuptiæ contrah.Coraſij lib.1.miſcella. cap.17. Herueti Gen-
tiani in oratione habita de clandeſtinis matrimonijs. His
præmiſſis:in re hac noſtra diſtinguo aliquot caſus.

56 Primus eſt caſus, † quando filia nupſit patre conſentien-
te.Hoc caſu,ſiue dos fuerit promiſſa filiæ, ſiue non,pater te-
netur eam dotem dare.Ita docuit Ripa in d. l. 1. nume.56.ff.
ſoluto matr.qui ait,ita omnes ſentire:& caſum hunc dubita-
tione carere.Et ſi enim filia nupta eſt, attamen æquitas ſua-
det,vt dos ei detur, ne à marito contemnatur, iuxta.l.vlt.C.
ad Velleia.& dicemus infra. Nec hoc in caſu eſt quod pater
quidquam ipſi filiæ objiciat: quandoquidem nullam intulit
patri † iniuriā:cum volenti & ſcienti iniuria nō inferatur c.
57 ſciēti.de reg.iuris.l.1.§.vſque ad eo.ff.de iniurjs,cū ſimilibus.

58 Secundus eſt caſus,cum † filia quæ iam exegit vigeſimū
quintum annum nupſit patre inconſulto, viro indigno nulla
dote promiſſa.Hoc etiam in caſu pater tenetur huic filiæ do-
tem dare.Ita ſcribit Ripa in d.l.1.nu.57. ff. ſoluto matr.Nam
hic militat & illa ratio,quam in præcedenti caſu retuli:quod
ſcilicet pater tenetur filiæ iam nuptæ dotem dare, ne à ma-
rito cōtemnatur.in d.l.vlt.C.ad Velleia. Nec hic quidquam
filiæ poteſt imputari, quod ſcilicet virum indignum patre
inuito duxerit.Si quidem argui potius debet patris negligē-
tia,qui tandiu diſtulit eam matrimonio collocare.Et filia ip-
ſa excuſatur.d.auth.ſed ſi poſt.C.de inoff.teſta.vbi Iaſon.

59 Et iſte caſus † multò fortius procedit quando hæc filia,
quæ iam exceſſit vigeſimumquintum annum nupſit patre
inuito,vel inſcio, viro digno.

60 Tertius eſt caſus,quando filia,quæ † adhuc non attigit vi-
geſimumquintum annū, patre inſcio nupſit viro digno, cui
dotem promiſit.Hoc caſu tenetur dotem ipſam dare.Ita cē-
ſuit Ripa in d.l.1.num.57.verſ.aut nupſit ante.ff.ſoluto matr.
qui aſſerit ita omnes ſentire cū Bart. Quibus addit ille Ab-
ba.in conſ.12.col.2.lib.1.& in cap.1.de deſponſa. impuber.&
in cap.1. de adulter.

Ea ratione hi vtuntur, quia filia nil mali admiſit:& quod
pater facere tenebatur ipſa vtiliter fecit, iuxta.l. vlt.ff.de in
rem verſo.Hæc iuris ſententia procedit ſine dubitatione iu-
re Canonico inſpecto:cū eo iure patre inſcio filia poſſit nu-
bere:ſed dubiū verſatur quò ad ius ciuile.Qua de re dicā infr.

61 Quartus eſt caſus, quando filia,quæ † adhuc non exceſſit
vigeſimumquintum annū, patre inſcio nupſit digno, cui ta-
men nullam dotem promiſit. Hoc in caſu duæ ſunt Docto-
rū opiniones.Vna eſt,patrem non teneri dotem hāc præſta-
re:& per conſequens non poſſe,hanc ob cauſam alienari bo-
na fideicommiſſi. Hanc probauit Bartolus in d. auth. res,
quæ.num.6.Et cum eo ſenſerunt ibidem Salicetus & Fulgo.
& alios recenſet Iaſon num.14.Matheſ. notab.106. & Ripa
in l.1.num.55.ff.ſol. matr.

62 Primò ea ratione, † quod pater tenetur dotare filiam non
iure obligationis, ſed iudicis officio. l. qui liberos.ff.de ritu
63 nuptia. At qui iudicis † officium eſt in æquitate fundatum.l.
planè.& l.vl.ff.de petitio.hæred.Quę ſanè ęquitas ceſſat hoc
in caſu,poſteaquā filia nupta eſt.Ergo pater non poteſt alie-
nare bona fideicommiſſi pro huius dotis conſtitutione: ad
quam conſtituendam non tenebatur:atque ita ceſſat ratio l.
mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebell.

64 Cæterùm † reſpondetur, non eſſe veram illam maiorem
propoſitionem,quod ſcilicet pater ſolo iudicis officio tenea-
tur dotem filiæ conſtituere, cum verius ſit iure actionis te-
neri,vt ſcribunt glo.in l.obligamur.§.1.ff.de actio. & oblig.
& eſſe communem opinionem in ſpecie aſſeruit Curtius Iu-
nior qui ſupra num.25.

Reſpondetur ſecundò,admiſſo,patrem teneri ſolo iudicis
officio,quòd hic non ceſſat æquitas:& per conſequens nec
65 iudicis officium. Nam † & ſi nupta ſit filia: attamen dotem
conſequi debet:ne alioqui indotata à marito malè tractetur,
iuxta.l.vlt.C.ad S.C.Velleia.ita reſpondet Ripa in l.1.nu.56.
ff.ſol.matr.Et accedūt tex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.ſi tibi nupſe-
ro.de verbo. obli. & in §. ſi quis enim. in Auth. de nupt.qui
probāt,mulierem dotari debere,ne à marito malè tractetur,
vel è domo expellatur.id quod tradūt glo.in §. illud quoque
in verbo. onera. in Auth. de non eligen.ſecun. nuben.Alex.
conſ.7.num.35.lib.2.Soc.in Tract.fallen.reg.258.

66 Secundò mouetur † Barto.argumento ducto ab alimentis
ad dotem;quod iure probatur,vt copioſè diſſerit Eucrardus
67 in Centuria legali in argumento.29.Atqui,quando filia † iam
aliunde ſuſcepit alimenta,atque ita educata fuit,illa amplius
à patre petere non poteſt. l. ſi quis à liberis. §. 2. ff.de liber.
agnoſ.in ſpecie Alex.conſ.48.col.1.lib.3.& conſ.27. num. 2.
lib 4.Et ſcribit Alex.poſt Caſtren.in l.diuortio. numer.29.ff.
ſol.matr.quod ſi vidua aliunde conſecuta eſt alimenta, quæ
alioqui ab hæredibus viri erant præſtāda, nō poteſt amplius
ab ipſis hæredibus hęc petere.Idem reſpondit Soc.Sen.conſ.
56.col.2.lib.3.& Craue.conſil. 189 nu. 6. Ergo idem de dote
dicendum eſt.Verùm reſpondet Iaſon in d.auth.res,quæ.nu.
15 non licere ita argumentari de alimentis ad dotem. Nam
68 (vt ait idem Iaſon numer. 11.videmus, quod pater † tenetur

dotare filiam diuitem, vt ſcribunt omnes propè in l. 1. ff.ſol.
matr.ibi Ripa.num.54.& Crottus.num.73. alios retuli conſi.
8.num.19. ad fin. & probat clare l.vlt.C. de dotis promiſſ. Et
tamen pater non tenetur præſtare alimenta filiæ diuiti.l. ſi
quis à liberis.§.ſed ſi filius.ff.de liber agno. Præterea reſpō-
detur ſecundò, illam minorem propoſitionem, non eſſe ab-
ſolutè veram, quod ſcilicet filia, quæ aliunde eſt conſecuta
alimenta, non poſſit quicquam amplius petere illorum cau-
ſa à patre. Nam ita eſt diſtinguendum, vt plenè diſtinxi conſ.
8.num.21.22. Qua de re dicemus infra ſuo loco.

69 Tertiò Bulgarinus † in l.1.nume.42.ff.ſol.matr.pro Barto-
li opinione perpēdit tex.l.pater.ff.de euictio.quo loci ambi-
gitur, an pater, qui emerat fundum, & illum dederat filiæ do-
tis nomine, agere poſſit de euictione, ſi is fundus euincatur:
attento quòd patris non intereſt niſi in caſu ſoluti matrimo-
nij. Reſpondet iuriſconſ. agere poſſe etiam ante ſolutum
matrimonium: attenta affectione paterna. At qui ſi filia poſ-
ſet compellere patrem ad dotandum, certè intereſſet patris
agere de euictione: non ſolum attēta affectione paterna, ſed
etiam ad damnum euitandum. Ergo ſequitur patrem com-
pelli non poſſe ad dotandum.

Cæterùm reſpondetur, d.l.pater filiæ.loqui quādo iam ſe-
mel pater dotauit filiam. Non enim tunc intereſt patris pro
damno euitando agere, ex quo iam eo onere exoneratus eſt.

70 Quartò mouetur † Ripa in l.1.num.55.verſ.4.adducitur.ff.
ſol.matr.filia nubendo patre inſcio dicitur ei iniuriam face-
re, cum non conueniat filiæ id facere, cap.honorant.32.q.2.
Ergo tamquàm ingratæ dos à patre dari non debet. Verùm
reſpondetur, vt infra in declarationibus.

71 Quintò affertur tex. in §.† ſancimus.in Auth.de reſtit. &
ea quæ parit vnde. menſe. cum ſtatuit Iuſtiniani. quod pro
dotis augmento non poſſit alienari bona ſuppoſita fideicō-
miſſo. ſi ergo iā nupta prohibetur conſequi augmentū dotis:
Ergo multò magis prohibita videtur iam nupta ſine dote.

Cæterùm reſpondet Curtius in d.auth.res, quæ. 25. maiorē
eſſe rationem, vt filia iam nupta, ſed nullo modo dotata do-
tem conſequatur ex bonis fideicom. quàm quod dotata dote
tenui augmentum conſequatur ex bonis illis, ſi quidem quæ
tenuem dotem viro dedit, viri conſenſu dediſſe præſumitur.
Diuerſum eſt cùm nullam dotem dedit, quia potuit maritus
probabiliter credere, quod à patre dotaretur iuxta gl. d. l.
obligamur.§.1. de act. & oblig. & diximus ſupra. Quocircà
ſcribit Curtius vbi ſupra hanc conſtitutionem contrariam
ſententiam probare. Qua de re mox dicemus.

72 Contrariam itaque † ſententiam, quod ſcilicet pater te-
neatur dotem conſtituere filiæ iam nuptæ: & per conſequēs
poterit alienare bona fideicommiſſi pro illius dotis conſti-
tutione. Ita ſcribunt Baldus, Ang. & Caſtren.in d.auth. res,
quæ. quos ſecuti ſunt ibidem Iaſon. num. 14. & Curtius Iu-
nior.num.25.qui ambo atteſtantur, hanc eſſe receptam ma-
gis opinionem. Idem ſcripſit Ripa in l.1. num.55.ff. ſol.matr.
vbi Baldus Nouellus ff. 152.vt Pariſ.nu.121.Boerius q.130.nu.
8.qui alios plures recenſet. Pariſ.conſi.29.nu.62.lib.3.Dida-
cus in Epitome de ſponſa.parte 2.cap.3.§.8.nu.7.Glo.in cap.
vlt.32.q.2.Abba.cap.eccleſia.num.20.de conſtit.

73 Primò affertur † hæc argumentatio. Pater tenetur ad
duo erga filiam: tenetur inquam eam matrimonio collocare:
item & dotem conſtituere.l. qui liberos. ff. de ritu nupt. At
qui quando filia nupta eſt, pater ab vna oneris parte leuatus
eſt: non autem ab altera, id eſt, à dotandi onere. Ergo dotem
dare tenetur: & per conſequens eam ob cauſam bona fidei-
commiſſi alienare poterit.

74 Secundò Curtius † Iunior in d.auth.res, quæ.num.25.citat
in hāc ſententiam tex.§.Sancimus.in Authen.de reſtit. & ea
quæ parit in vndecimo menſe. Quo loci ſtatuit Iuſtinia. pa-
trem non poſſe alienare bona fideicommiſſi cauſa augendi
dotem filiæ iam nuptę. Ergo à ſenſu contrario vult poſſe, pro
dote conſtituenda filiæ iam nuptæ. Et ratio diuerſitatis eſt,
quam ſuprà retuli.

75 Tertiò ità argumentor: † dos, quæ à patre filiæ datur, loco
legitimæ datur. ſicuti ſcribunt Bar.in l. Titio centū. §. Titio
genero.nu.6.de cond.& demon.& eum multi ſecuti ſunt, vt
recenſet Tiraq.in repe. l. ſi vnquàm in verbo, ſuſceperit li-
beros.numer.112. C.de reuo. donatio. At qui pater moriens
filiæ legitimam relinquere debet, ex quo iure canonico in-
ſpecto, ea priuari non poteſt filia, vt diximus ſupra. Ergo etiā
tenetur conſtituere dotem.

Hæc ſententia quò ad iuris pontificij diſpoſitionem eſt
clara: cùm nil mali egerit filia; nec indigna dote iudicatur:
ſed dubitatio eſt inſpecto iure Cæſareo: qua de re dicam in
ſubſequenti caſu.

76 Quintus & vltimus eſt † caſu quando filia, quæ non ex-
ceſſit vigeſimumquintum annum, patre inſcio nupſit indi-
gno, cui dotem non promiſit. Hoc in caſu ſunt opiniones, an
pater teneatur dotem dare. Vna eſt opinio, quod pater nō te-
neatur dotem dare, non ea quidem ratione, quod nupta ſit,
de qua in præcedenti caſu: ſed ea ratione potius, quòd nupſit
indigno, vt nunc ſubijciam. Hanc probarunt gloſſa in cap.
de raptoribus.33.q.5.vbi Archid. Ita etiam Io.And.& Butrius
in cap.accedens. de procur. Baldus in l. 1. ff. ſoluto matr. &
ibidem Ripa.num 59.qui refert eiuſdem opiniones Abba.in
d.conſil.12.col.2. num.... libr.1. Idem ſcripſerunt Fulgo.in
auth.ſed ſi poſt.C.de inoff.teſta.Pariſius conſil. nume.40. &
num.64. cum multis ſubſequentibus.lib.3.Alc.reſp.153.num.
6.& Io.Lupus in cap.per veſtras, in notabilibus.§.7.de dona.
inter virum & vxo.

77 Primò affertur hæc † argumentatio. dos loco legitimæ
datur.ita Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.numer.6.de
cond.& demon. At qui filia, hanc ob cauſam, quod nupſit in-
conſulto patre, etiam ſi digno nupſit exhæredari poteſt. Er-
go à fortiori ſi nupſit indigno. Illa minor probatur in auth.
ſed ſi poſt.C.de inoff.teſta.argumento ducto à ſenſu contra-
rio, vt ibi collegit Caſtr.& manifeſte probat.l. 3.§.ſi emanci-
patus.il 1.ff.de bono.poſſ. contratab.& accedit tex. §. ſi ve-
ro.in auth.vt cum de appella. cogno. ex quo deſumpta eſt d.
auth.ſed ſi poſt; vbi filia luxurioſè viuens poteſt exhæredari.
Atqui illa, quæ duxit virum indignum ſine conſenſu patris
dicitur viuere luxurioſè: ex quo illud non eſt matrimonium
ſecundum ius ciuile vt diximus ſupra. Ergo &c. à fortiori ar-
gumento ita ducto, illud prius præſuppoſito, quod filia con-
trahens matrimonium ſine conſenſu patris, non dicitur ma-
trimonium inſtitutum, vt dixit ſuo loco § 1. Inſtit.de nupt. Et
ideò dicitur hæc filia luxurioſè viuere: ob quam quidem vi-
tam luxurioſam quam cum viro etiam digno ducit, exhæ-
redari poteſt, vt in d.§.ſi verò, conſtitutum eſt.

Altera fuit opinio, quod filia hæc poſſit petere dotem.
Hanc probarunt Imola in cap.accedens.de procura. Alex.in
l.1.ff.ſol.matr.num.25.& ibi Ripa.num.59. Iaſon in auth.ſed
ſi poſt.in fine.C.de inoff.teſt. Decius in l.nuptias. num.14.de
reg.iuris.conſi.231.num.4.& Soc.Tractat.fall reg. 281.com-
munem teſtatur Didacus in Epitome de ſponſa.parte 2.c.3.§.
8.num.5.cum ait communē eſſe opinionē, quod nullam facit
78 iniuriā filia ipſi patri. Et ideò † Crotus in rep.l.omnes populi.
nu.69.de iuſt.& iure, ait, non valere ſtat. quod filia non poſſit
nubere indigno ſine conſenſu patris. Ita & Felinus in cap.
1.num.13.de ſponſa.

79 Primò affertur hæc † argumentatio: lex pontificia vult
matrimonia eſſe omninò libera. cap. cum locum. cap. gem-
ma de ſponſa.cum ſimilibus, ſicque non requirit conſenſum
parentum: id quod hodie deciſum eſt à ſacroſancto Conci-
lio Tridentino. Seſſione.24.cap.1.

Et recepta eſt ſententia, quod, iure canonico inſpecto, nō
ſit neceſſarius conſenſus patris in matrimonio contracto à
filio: etſi ex recentioribus diſſentiunt Duare. tit. De ſponſa.
Coraſius lib. 1. miſcella.cap.17.& lib. 1. epiſtol. quæſt. c.29.
Gentianus Heruetus in oratione de Clandeſtinis matrimo-
80 nijs, quos etiam ſuprà retuli. Atqui ille, qui † aliquid agit le-
ge permittente, pœnam non meretur. Ergo hæc filia nō me-
retur exhæredari; & per conſequens dotem habere, ob quam
permiſſa eſt alienatio fideicomm. Illa minor probatur in l.
Graccus C.ad l.Iul.de adulter. Qua adductus ſcripſit Dec.
in l.bonafides.in fine.de reg. iuris. non etiam minui digni-
tatem ita facientis. Et non eſſe delictum reſpondit Craue.
conſil.319.nume.14.alia ad declarationem recenſent Tiraq.
De pœnis legum &c.cauſa. 1.numer.4. 6.7.8. & Placa lib.1.
epitome delicto, cap.36.num.12.18. Verùm reſpondetur, ma-
iorem illam propoſitionem procedere quantum ad validita-
tem matrimonij. Nam illius validitas nullo pacto impeditur
ob de-



ob defectum cōſenſus patris. Non tamen hinc ſequitur, quod
quò ad ea, quæ ſpectant ad ius ciuile, matrimonium hoc dica-
tur eſſe legitimum: ne ſcilicet illata cenſeatur patri iniuria,
qua poſſit filiam exhæredare. Qua de re mox dicemus.

Præterea & ſecundò reſpondetur: quod ſicuti illa regula.l.
Graccus.C. ad l. Iul. de adulter. locum habere poteſt in ſuo
81 foro tantum: Nam † & ſi permiſſum ſit viro interficere vxo-
rem in adulterio deprehenſam iure ipſo ciuili vt illa conſtitu-
tione permiſſum eſt: non tamen eſt permiſſum in foro diui-
no. vt ait glo. in cap.inter hæc.33.q.2. copioſè Tiraquell.de
legib.connub.l.9.num.4.

Ita etiam econtra dicendum eſt, permiſſionem quam facit
lex pontificia, vt filius ſine patris conſenſu nubere poſſit, lo-
cum habere ſolùm in ſuo foro. Poteſt etiam reſponderi, vt
mox dicemus.

82 Secundò ſuffragari videtur † huic opinioni: quod directò
fieri prohibetur, etiam dicitur prohibitum per indirectum.l.
Sæius & Augerius.vbi Barto.ff.ad l.falcid.alios recenſet De-
cius in l.nuptias.num.12.de reg.iuris.addo Barba.conſilio 1.
colum.8.lib.1.& Crauet.conſil.233.numer.4. At qui ſi poſſet
hanc ob cauſam filia priuari dote & ita exhæredari per indi-
rectum, libertas matrimonij impediretur: Ergo id dicendum
non eſt. Illa minor probatur ex l.Titia.in prin.ff.de verb.obli.
vbi pœna conuentionalis prohibetur in matrimonio, ne in-
directè impediatur. Ita etiā probat.l. cum tale.§.reſcriptum.
de condit.& demonſt. cùm ait iuriſconſ. non valere conditio-
nem, ſi nubat arbitratu Sempronij: quia eo modo indirectè
matrimonij libertas impeditur. Verùm reſpondetur primò,
lege ciuili filiam hanc priuari legitima & dote: vt diximus
ſuprà. Quæ ſanè lex ciuilis ſpectanda obſeruandáque eſt: cum
non ſit contra matrimonij ſubſtantiam: ſed contra accidens
quoddam, nempè ad tollendam clandeſtinitatem & malos
mores, vt in ſpecie ſcripſerunt Baldus in rub.extrà.de conſti-
tutio.numer.33.& in l.omnem.in fine.C.ad S.C. Tertullia.&
Felinus in c.1.nu.13.de ſponſal. Non equidem matrimonium
impeditur: quia ſi vni nubere non poteſt, alteri poteſt: & ſta-
tim dicemus. Prætereà & ſecundò reſpondetur ex ſententia
Baldi in l.& ſi contra.num.4.C.de nuptiis, quem ſecutus ſum
in conſ.16.col.vlt.lib.1.cùm dixit, ius canonicum attendi ob-
ſeruaríque ne impediantur matrimonia: ſed quò ad ſucceſſio-
nem obſeruandum eſſe ius ciuile: idem in ſpecie noſtra ſcri-
pſit Caſtren.in l. ſi filia.num.2. C.de inoff.teſta.qui compro-
bat exemplo ſecūdarum nuptiarum, quas mulier poteſt con-
trahere intra annum luctus iure canonico permittente, quod
operatur, vt euitet infamiam, non quo ad ea, quę pertinent ad
ſucceſſionem, ſicque ad filiorum vtilitatem. Et prædicto in
conſ.16.nu.13. poſt Baldum in l.cum.multæ.nu.4. C.de do-
83 natio.ante nuptias, ſcripſi, quod licèt † dotalia inſtrumenta
non requirantur ad matrimonij validitatem: attamen requi-
runtur, vt filij iam nati legitimi reddantur quo ad ſucceſſio-
nem, iuxtà glo. §.vlt.Inſtit.de nuptiis, & Baldum in l.qui con-
tra.num.11.C.de inceſtis nuptiis. Ita etiam videmus, quod li-
84 cèt gradus † affinitatis conſiderentur de iure canonico quo
ad contrahendum matrimonium: attamen quò ad ſucceſſio-
nes conſiderantur ſecundum ius ciuile: vt poſt alios tradunt
Decius in l.1.num.20. C.de ſecund.nuptiis, & Socinus Iun.
in conſ.94.nu.16.lib.1. Eſt ergo idem dicendum in caſu no-
ſtro. Rurſus & tertiò reſpondetur, quod licèt lex ciuilis impo-
nat hanc pœnam amiſſionis dotis nubenti indigno, non ta-
men impedit matrimonij libertatem: quia & ſi nubere prohi-
betur illi indigne, poteſt tamen nubere digno. iuxta.l.cum ta-
le.§.ſi arbitratu.& l.cum ita legatum.ff. de cond.& demonſt.
Eſt tamen dubia hæc reſponſio ex his, quæ ſcripſit Calcaneus
in conſ.3.nu.18. Reſpondetur & quartò, quod licet hæc cauſa
quo ad exhæredationem ſit correcta de iure canonico: non
tamen eſt ſublata, quo ad hoc quin pater præter legitimam
nil filiæ relinquat: ſicuti in ſpecie ſenſit Ruinus in l.1.nu.181.
ff.ſol.matr. Diſtingui etiam hic poteſt, quod in terris imperij
ſeruabitur ius ciuile: in terris verò Pontificis ius canonicum:
vt Baldus præcitato in loco docuit.

85 Porrò dubitari † ſolet, quæ dicatur perſona indigna, cui
filia nubere non debet? Et primum quidem indigna iudica-
tur ex bonis animi, vt ſi eſt malis imbuta moribus.l.ſed ea.ff.
de ſponſal.ibi. *Indignum moribus & turpem ſponſum.* l.nuptiæ.
C.de nuptiis.ibi: *Et ſi pares ſint genere & moribus.* & l. 3.§.ſi
emancipatis.ff.de bono.poſſeſſ.contra tab. Quare Angelus in
Auth.Quibus modis efficiantur legit & Bald.in l.nec filium.
C.de nuptiis.dixerunt meretricem eſſe perſonam indignam.
Idem credo dicendum de viro qui meretricatur, vel leno eſt.

Indigna etiam iudicatur perſona ex bonis fortunæ.d.l.vi-
duæ.ibi: *Sint genere.* & l.tam dementis.C.de Epiſc.audien.ibi:
*qui ex genere eorum nobiliores.*

Ea propter ducere famulum, vel famulam, vel eorum filios
eſt ducere indignam. Bar.in l.ſi rogatus.ff.de manumiſſ.vindi-
cta.& in l.3.C.de nuptiis.& Alex.in l.ſi cum dotem.§.tranſ-
grediamur.nu.6.ff.ſol.matr.& ſecutus ſum in conſ.225.num.
35.lib.3. Idem de ruſtica reſpondit Iaſ.in conſ.234.lib.2.&
ſcripſi in d.conſ.225.num.44.quo loci dixi poſt Alexandrum,
ruſticam non dici, & ſi pater ruſticus fuit. Indigna etiam iu-
dicatur perſona ſecundum mores ciuitatis. Ita Bart.in l.cum
ita.la 1.ff.de cond.& demon. Alex.in conſil.209.num.2 lib.6.
& Pariſius in conſ.29.num.16.& 17.lib.3. Quocircà cum Do-
86 ctor † nobilis cenſeatur, non poteſt dici perſona indigna, cui
Comitiſſa non poſſit nubere, vt tradunt Salicetus in l.proui-
dendum.C.de poſtulan.Campegius in tract.de iure dotium.
parte 1.q.13.& Io.Lupus quem ... referam in d.§.7.in fine.
Indigna etiam iudicatur perſona ſecundum legis diſpoſitio-
nem, quæ prohibet inter eos nuptias: ſicuti docuit Baldus in
l.pen.C.de ſponſal.cum dixit, indignam dici perſona affinis,
cui iure permiſſum non eſt nubere, & idem ſcripſerunt Fran-
cus in c.1.§.porrò.de deſponſa.impub.lib.6.& Io.Lupus in c.
per veſtras.in tertio notab.§.7.nume.4. de donatio.inter vi-
87 rum & vxor. Nuptiæ † enim debent eſſe conuenientes de iure
& de facto, vt inquit gloſ.ſing.in l.ſi rogatus.§.matrimonij.
in verbo, matrimonij.ff.de manumiſſ vindicta. Quocirca lege
88 & moribus Venetis † ſancitum eſt, indignam cenſeri mulie-
rem ex patre vili & mecanico natam, cui nubat nobilis Vene-
tus, vt inde ſuſcepti maſculi dicantur nobiles Veneti.

89 OCTAVA Dubitatio † eſt, an alienari poſſint bona
fideicommiſſi pro dote conſtituenda filiæ, vel nepti, quæ vult
ingredi religionem & monialis effici? Et poſſe ſcripſerunt
Bart.in d.auth.res, quæ.nume.7.C.communia de legatis & fi
deicom & ibidem Bald.num.13.Iaſon.num.18. Curtius Iun.
num.26.qui communem eſſe opinionem dixit, & Antonius
Padilla.num.54.qui alios nonnullos recenſet. Et illis acce-
dunt Crottus Loazes in l.filiusfamil.§.diui.de legat.1. ille.
num.62.iſte.nu.133.in fi.& Petra in tract.de fideicommiſſis.
q.8.num.418.

90 Et primò quidem ea vſus eſt ratione Bart. quòd † idem iu-
dicamus de matrimonio ſpirituali quod de temporali.§.ſed
& hoc præſenti.in Auth.de Sanctiſ.Epiſco.& in auth.niſi ro-
gati.C.ad Trebel. Quibus apertè probatur, quod rogatus re-
ſtituere datum cauſa dotis, ſi matrimonium non contraxerit,
ſi monaſterium ingreditur nō habet neceſſe id reſtituere: quia
ſatis dicitur nupta: & id habere pro dote. Quocirca ſicuti pa-
91 ter † tenetur dotem dare pro matrimonio temporali, ita etiā
pro ſpirituali, vt ait Baldus in d.l.vlt.col.2.C.de dotis promiſ.
& in auth.niſi rogati.in prin.C.ad Treb. Anch.cōſ.108.nu.4.
Felinus in c.Eccleſię Sanctę Mariæ.nu.79.verſi.cæterum via.
de conſti. Euerardus in Cēturia legali.loco.52. à matrimonio
carnali ad ſpitituale.pag.2.ver. Et primo.vltra. Comprobatur
ſecundo doctrina Io.Andr.in addit.ad Specu.tit.qui filij ſint
legitimi.ad finem, cum dixit: quod ſi pater dotē dat filiæ, viro
nuptæ: & illa vidua efficitur, & velit deinde ingredi monaſte-
rium, quod eandem dotem pater ei dare tenetur. Io.Andreæ
doctrinā vt ſingularem annotauit Roma.ſing.781.Auth. Sed
quamuis, &c.qui tamen ſcribit, rationem, qua vſus eſt Io.An-
dreæ eſſe leuem. Hanc aſſertionem probarunt & Curt.iunior
hic.nu.26.ad finem. Ripa in l.1.nu.61.ff.ſol.matr. Euerard.vbi
ſupra.verſ.tertiò illud.

92 Tertiò confirmatur ex doctrina † eorū, qui dixerunt, quod
ſi pater relinquat cētum filiæ ſi nubat, & quinquaginta ſolùm
ſi monaſterium ingrediatur: quod non valet. Ita ſcripſerunt
Bar.in l.2.nu.5.ff.de his, qui pœnæ nom. Felinus in c.in præ-
ſentia.nu.20.de proba.& ibidem Deci.num.59.qui eiuſdem
opinionis alios recenſet. Quibus accedunt Soc.in l.2.nu.2.ff.
de his qui pœnæ nom. Iaſ.in auth.ſi qua mulier.nu.9.C.de Sa-
croſan.Eccl.Dec.conſ.674. Hanc communem eſſe teſtantur

Ripa in l.1.nu.63.ff.ſol.matr.Ferrarius cautela 9. Boër.q.3.
nu.14.Ruin.conſ.68.in fin.lib.4. Pariſ.conſ.65.num.14.lib.
2.Euerard.arg.32.pag.2.verſ.4.iſtud.Ea ratione vſi ſunt om-
93 nes ducta à d.auth.niſi rogati,ne ſcilicet † mulier hæc retra-
hatur à vita contemplatiua, quæ melior actiua eſſe creditur.
cap.nuptiæ.32.q.1.& Clem.exiui,de verbo.ſignif.Non igno-
ro tamen ab hac aſſertione diſſentire Baldum in l.Deo nobis.
C.de epiſc.& cler.Caſtrenſem & alios, quos refert Decius in
d.c.in præſentia.num.59. de prob.quibus addo eundem De-
cium conſ.419. Iaſonem conſil.43.lib.3. Crotum in l.nemo
poteſt.num... de leg.1. Ruin.conſ.98. num.21.lib.2. & Di-
dacum lib.1.varia.reſol.cap.19.nu.9.in fin.
94 Quartò accedit eorum traditio, qui † dixerunt ſtante ſta-
tuto,quod filia nupta & dotata excludatur à ſucceſſione,ſatis
dici dotatam & nuptam, quæ religionem, accepta dote, eſt
ingreſſa. Ita Felinus in cap.eccleſiæ Sanctæ Mariæ.nu.79. de
conſtit.Curtius Iunior in d.auth.res, quæ.num.26.poſt Bart.
in l.1.§.ſi parens.ff.ſi quis à paren.fue.manumiſſ. cùm dixit,
datum à patre filiæ ingredienti monaſterium ſuccedere lo-
co dotis & legitimæ. Et Bartol. ſecutus idem reſpondit Rui-
nus in conſilio 121.numero 4.libr.5.Quintò & vltimò ſuffra-
95 gatur,† quod matrimonium ſpirituale eſt dignius carnali,leg.
ſi vxorem.C.de condit.inſertis,iuncta glo.l.ſi ex cauſa.§.pen.
ff.de mino.25.annis: qua probatur,ſpirituali matrimonio fi-
lium liberari à patria poteſtate:cùm tamen non liberetur car-
nali:Et confert text.in Auth.de monachis, in princ.& tradit
Angelus Aret.in §.filiusfamil.num.5.inſtit.Quibus modis ius
patr.poteſta.ſoluitur. Sicuti ergo permiſſum eſt alienare bo-
na cauſa dotis matrimonij carnalis: multo magis conceſſum
dicitur ob dotem matrimonij ſpiritualis. Ita in terminis hoc
argumenti genere vſus eſt Crottus in d.§.Diui.num.62.Qui-
bus conſtat male ſenſiſſe Baldum in d.auth.niſi rogati.nu.11.
C.ad Trebell. dum ſcripſit, executores deputatos ad dotem
dandum puellis nubentibus non cenſeri conſtitutos ad do-
tandum ingredientes monaſterium. Eſt etiam hic obſeruan-
dum quod docuit idem Baldus in d.auth.res,quæ.num.13.C.
communia delega. cùm dixit, dotem non appellari, ſed ali-
menta quod datum eſt ingredienti monaſterium. Id quod
ego intelligerem,quando monaſterium eſt inops,vt declarat
glo.in c.non ſatis,de Simo.
96 NONA dubitatio eſt,† an ſicuti bona ſimpliciter fidei-
commiſſo ſuppoſita alienari poſſunt pro conſtitutione dotis
in caſibus ſupra enumeratis: alienari etiam valeant, quando
ipſi fideicommiſſo adiecta fuit à teſtatore expreſſa prohibi-
tio generalis, ne alienari poſſint? Recepta magis Doctorum
ſententia eſt, alienari poſſe. Ita Baldus in d.auth.res, quæ.nu.
15.Iaſon.nu.24.C.communia de lega.& fideicom.& ibidem
Curt.Iun.num.35.teſtatur,communem eſſe opinionem.Sali-
cetus in l. voluntas.C.de fideicom.& in lege vltima.C.de re-
bus alienis non aliena.Alex.conſil.56. num.3.lib.1.& copio-
ſius conſ.23.lib.2.Curt.Sen.conſ.27.magnificus.D.Vgutio.
in ſecundo dubio.Decius conſ.519.Ruin.conſ.118.nu.6.lib.
1.qui communem eſſe aſſerit.Ita etiam Iaſ.conſ.157 num.2.
lib.2. communem teſtatur Ripa in l.filiusfam.§.diui.nu.70.
verſ.& iſta opinio.de leg.1. & ibidem Crotus.nu.44.Loazes.
nu.341.Io. Lupus in Rub.de donatio.inter virum & vxor.§.
16.& Didacus lib.3. varia.reſolu.cap.6.num.10. verſi.ſecun-
dò,hoc,&c.Rolan.in conſ.85.num.7.lib.1. Padilla in d.auth.
res, quæ.numer.52. Ludouicus Molina.libr.4.de Hiſpa.pri-
mogeniis cap.6.num.10.& Petra in tract.de fideicommiſſis.
q.8.num.423.
Primò adferrur text. l. mulier.§. cum proponeretur. ff. ad
Treb.argumento ducto à ratione illa generali,ibi, *& pudici-
citiæ & parantis voto congruebat*.Quæ ſanè ratio efficit, vt in ea
probatione tacita de non alienandis bonis fideicommiſſo
ſuppoſitis non includatur alienatio ex cauſa conſtitutionis
dotis. Ergo idem eſt dicendum in hac probatione expreſſa,
97 cum à diſpoſitione † tacita ad expreſſam valeat argumẽtum,
cum eadem adeſt ratio.l.cum quid, vbi omnes.ff ſi cert.peta.
98 Reſpondet Ripa in d.§.diui.† nu.70.verſ. ſed ad iſta.d.§.cum
proponeretur, loqui in filia ipſiuſmet teſtatoris, qui fideicõ-
miſſum conſtituit.Hæc verò quæſtio eſt, quando alter quàm
teſtator, qui fideicommiſit, vult alienare bona fideicom.pro
conſtitutione dotis ſuæ filiæ.

Cæterum animaduertendum eſt, diſputationem noſtram
verſari circa omnes illos caſus, in qubus conceditur aliena-
tio fideicommiſſi tacitè alienari prohibiti, an ſcilicet quem-
admodum alienatio conceditur illis caſibus tacitæ prohibi-
tionis, ita etiam concedatur quando adeſt expreſſa.Reſpon-
det.2.Crotus in d.§.diui.num.54.verſ. Non obſtat tex.quod
ratio.d.§.cum proponeretur,non habet locum in hac expreſ-
ſa prohibitione cùm non congruat voto teſtatoris,vt pro do-
te neptis hæc bona alienentur,ſed ſit contra eius voluntatem:
qui ſi id voluiſſet facilè ei fuiſſet hoc dicere iux.l. Vnicam.§.
ſinautem ad deficientis.C.de cad.toll.
99 Secundò adfertur † tex.l.à filia in princ.ff.ad Trebell.cùm
ait, dotem eſſe æs alienum, quod quidem prius deducendum
eſt, quam vt bona reſtituantur. Qui ſanè text.declaratur vt
præcedens.Eſt text.ſimilis in l.vlt.§.filiæ.de leg.2.
100 Tertiò text. dictæ auth.† res quæ. Quiquidem probat in
ea generali ratione quòd ſcilicet ea, quæ communiter omni-
bus proſunt, præferuntur his, quæ priuatis fauent.Quæ ſanè
ratio locum habet etiam noſtro in caſu. Nec repugnat quod
ait Ripa in d.§.diui nu.70.verſ.ſed aduerte. Conſtitutionem
illam loqui in filiis teſtatoris volentibus dotare neptes.Quæ-
ſtio verò iſta poteſt intelligi in extraneo prohibito alienare,
in quo ceſſat votum teſtatoris prohibentis. Non inquam re-
pugnat ex his,quæ dixi ſupra ad primum.
101 Quartò † mouetur Iaſon in d.authen.res, quæ.num.25.in
fin.& eius ſuppreſſo nomine.Ripa in d.§.diui.num.70.verſ.
& vltrà diſpoſitio legis generaliter concepta non includit ca-
ſum dotis.l. vlt.vbi Salicetus.C. de iure dotium. Et ſcribunt
multi relati à Iaſone in l.1.num.9.ff.ſol.matr.Accedit ſecun-
dum Ripam, quod generalis diſpoſitio non includit cauſam
piam.l.libertis. §.poſthumis.ff.de alimen.lega. Cauſa autem
102 dotis † eſt pia.l. cum is.§. ſi in ea optione.ff. de cond.indeb.
Ergo nec etiam erit comprehenſa in hac generali prohibitio-
ne teſtatoris. Nec repugnat cõſideratio Ripæ:cùm dixit pri-
mum illud dictum procedere illis in caſibus, in quibus dos
reperitur à iure priuilegiata. Ita Decius in c.ſedes.num.7.de
reſcript.& conſ.5. nu... idem in l.1. nu.6.C.de eden.& in l.2.
num.5.C.vnde liber.latiſſ.Tiraq.de retract.conſang.§.1.glo.
14.num.92.Nam leuis eſt hæc Ripę conſideratio.Si quidem
dos reperitur expreſsè priuilegiata in iſto caſu,vt ex hac auth.
& in d.l.mulier.§.cum proponeretur.ad Trebell.Ita ſenſit in
ſpecie Iaſon in d.auth.res,quæ.num.25.verſ.2.& fortius,&c.
103 Quintò † accedit ratio vera & propria dictæ authenticæ
res,quæ,& in corpore vnde ſumitur,nempè,in Auth.de reſti.
& ea, quæ parit in vndecimo menſe, ac etiam.d.l. mulier.§.
cum proponeretur.ad Trebell.Quæ ſanè ratio eſt,quia pręſu-
mitur,teſtatorem voluiſſe præſtari à ſuis hæredibus,quod ip-
ſe,ſi viueret, præſtare cogeretur, iuxtà.l.cum ſeruus.§.vlt.de
cond.& demonſt. Si enim teſtator conſtituens fideicommiſſi
viueret,cogi poſſet præſtare dotem filiæ ſuæ,vel nepti,aliiſq;
deſcendentibus iuxta ea,quę iam explicauimus.Eſt ergo fun-
data hæc diſpoſitio in impotentia cõſtituentis fideicommiſ-
ſum:qui quidem(vt dixi)conſtituere illud non poteſt in præ-
iudicium dotis pręſtandæ ex ſuis bonis filiæ.Qua ſanè impo-
tentia data,nulla conſiderari poteſt differentia, quod expreſ-
ſè is teſtator prohibuerit alienationem hanc,vel prohibuerit
tacitè.Hac ratione vſus eſt Caſtrenſ.conſ.80.Quia per ſupra-
ſcriptum eximium col.2.lib.1.& Barba.in Rub. de reb.alie.
non aliena.col.12.
103 Nec repugnat conſideratio Curtij Iunioris in d. auth. res,
quæ.num.36.cùm dixit, quod hæc diſpoſitio non eſt fundata
in impotentia diſponentis, ſed potius in pręſumpta eius vo-
lũtate. Hoc patet(inquit Curtius)quia cõſtitutio dictæ auth.
res, quæ loquitur quando legitima non ſufficit. Et tamen cla-
rum eſt,quod pater non tenetur aliquid dare filiæ vltrà legi-
timam, atque ita poteſt pater ad libitum diſponere de bonis
vltra legitimam filiorum. Ex quo conſtare videtur, dictam
authenticam eſſe fundatam in præſumpta voluntate teſtato-
ris fideicommittentis. Et hanc conſiderationem ſenſit Ca-
ſtren.relatus à Croto in d.§.diui.num.54. Non inquam hoc
repugnat.Nam quod dicimus fideicommiſſum poſſe alienari
etiam quando filia habet legitimam,quæ non ſufficit pro do-
te: intelligitur poſt mortem teſtatoris id fieri poſſe à filia.Et
hoc fundatum eſt etiam in impotentia patris vel alterius fi-
deicom-



deicommittentis, qui eſſet obligatus dotare.Quod vel ex eo
demonſtratur, quia pater, vel auus tenentur filiam nubere.l.
qui liberos. de ritu.nupt.& dixi ſupra. At quomodo nubere
poteſt,ſi ob dotem tenuem, quæ legitimam non excedit,ma-
104 ritum non inuenit? Quemadmodum ergo † pater viuens te-
neretur & cogi poſſet vltrà legitimam aliquid dare filiæ,quæ
alias virum nõ reperit, ita hoc caſu poteſt filia alienare fidei-
commiſſum vt vltra legitimam aliquid habeat vnde ſe dotet.
Et ideò quod dicitur, patrem non teneri vltra legitimam ali-
quid relinquere filio,nõ habet locũ iſto in caſu.Ratio eſt,quia
pater tenetur primo loco & principaliter matrimonio collo-
care filiam,& ſecundariò dotare,dotatio ergo regulari debet
iuxta matrimonium cui locus ſi eſſe non poteſt,niſi dos exce-
dat legitimam, cogi poteſt pater in conſequentiam augere.
105 Non etiam repugnat quod † ſcribit idem Curtius Iunior
in d.auth.res,quæ.nu.36.in fin.quod licet pater teneatur præ-
ſtare legitimam filiæ, non tamen tenetur cæteris deſcenden-
tibus,& ita nepti & pronepti.Et tamen fideicommiſſum po-
teſt alienari cauſa conſtituendi eis dotem. Ex quo apparet
hanc diſpoſitionem non eſſe fundatam in impotentia,ſed po-
tius in pręſumpta voluntate teſtatoris.Reſpondeo,quod imò
auus tenetur dotare neptem & proneptem, quæ aliunde do-
tari non poſſunt.
106 Sexto accedit,quòd prohibita † etiam expreſsè alienatio-
ne, non cenſetur prohibita illa, quæ ex cauſa neceſſaria fit.l.
alienationis.§.famil ercis.& l.1.in fin.ff.de fundo dotal.egre-
giè ſcribit Alber.in Tract.ſtat.parte prima.q.88.At qui alie-
107 natio † ex cauſa dotis eſt cauſa neceſſaria.l.qui liberos de ri-
tu nup.& latè ſcripſi.lib.2.de arbitr.caſu.182.nu.66.Ergo ex-
preſſa prohibitio non impedit hanc alienationem. Ita arguit
Crotus d.§.diui.num.45.
Contrariam itaque opinionem & male probarunt Baldus
in cap.1.§.donare qualiter olim feud.pote.aliena. Curt.Sen.
conſ.46.ad finem Ruin.conſ.123.nu.11.libr.2. & alios non-
nullos refert Petra in dicto Tract.de fideicommiſſis q.8.nu.
427.& copioſius Federicus Scottus in reſp.17.num.6.verſic.
præterea.Nouella.lib.4.tomo primo.
Primò ea ratione vſus eſt Baldus, quod hæc diſpoſitio eſt
108 exorbitans vt iam diximus ſuprà. Atqui in † exorbitantibus
non conceditur extenſio, auth. quas actiones. C. de Sacroſ.
eccl.& in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr. Non ergo hęc diſpoſitio,
quæ tacita eſt, ad expreſſam prohibitionem extendi debet.
Verùm reſpondet Alex. in d.l. filiusfam.§. diui.nu.10.verſic
ſed reſponde. de leg.1. quod imò hęc diſpoſitio à iure com-
muni exorbitans admittit extenſionem, ex quo eſt fauorabi-
lis,vt aliàs dixi ſupra in præmiſſis.
109 Secundò mouetur † Iaſon hic.num.25. prohibitio de non
alienando bona fideicommiſſi fortior eſt prohibitione facta
à contrahentibus.Nam teſtatoris prohibitio impedit domi-
nij tranſlationem, quod tamen non facit prohibitio contra-
hentium.l.ea lege.C.de cond.ob cauſam:&hanc aſſertionem
probant relati à Curtio Iuniore hic.num.2. omnes in.l. ſi ita
quis.§.ea lege.de verbor.obliga. At qui expreſſa prohibitio
facta à contrahentibus impedit etiam dotis conſtitutionem.
Ita gl.in l.Nulla.C.de iure dotium, quam ſecuti ſunt ibi Cy.
& Bal.Alex.in d.§.diui.nu.10.in fi. & Ergo à fortiori impedi-
tur dotis cõſtitutio per expreſſam teſtatoris prohibitionem.
110 Cæterùm ſatisfacit Ripa in † d.§.diui.numero 70.in fine,
cum dixit, non licere argumentari hoc in caſu à prohibitio-
ne facta inter cõtrahentes ad hanc factam à teſtatore, ex quo
inter vnam & alteram eſt maxima differentia.Nam in vltima
voluntate tota diſpoſitio pendet ab vno teſtatore tantum,
qui ob obligationem, quam habet de nubendo & dotando
filiam, præſumitur noluiſſe ſubiicere bona fideicom. quin
prius, dos filiæ conſtitueretur. Quod non contingit in pro-
hibitione facta in contractu, in quo non conſideratur præ-
ſumpta hæc voluntas contrahentium,maximè ex parte illius,
ad quem non pertinet dotare mulierem. Et ideò Caſtrenſis
in d. auth. res, quæ, & cum eo alij plures, quos, infra ſuo
loco,referam,ſcribit, hanc diſpoſitionem non habere locum
in prohibitione de non alienando facta in contractu.Id quod
ad rem noſtram annotauit Crotus in d.§.diui.num.50.qui di-
xit, huc pertinere.& l. ſi dotis exactio. vbi Cynus & Baldus.
C. de iure dotium. & l. Socius. ff. ſi certum peta. vbi Angel.

Prætereà & ſecundo loco reſpondet Crotus in d.§.diui.num,
49.gloſſam in d.l.nulla. C.de iure dotium.non aſſerere id,ad
quod allegatur,ſi referatur ad textum ipſum.Nam ibi dicitur.
quod mulier non prohibetur dare vniuerſa bona in dotem.Et
gloſſa ibi ſubiicit, niſi ſui natura res eſſet alienari prohibita:
vel niſi eſſet data ea lege, ne alienetur: quia tunc (ex mente
gloſſæ) res illa non comprehenditur. in numero earum, quæ
in dotem dari poſſunt.
Tertiò Crotus in d.§.diui.nu.51. & Ruin.conſ.123.nu.12.
lib.2.hoc vſi ſunt argumento. duæ prohibitiones de non alie-
nando concurrunt. Vna tacita,altera expreſſa. Tacita eſt illa,
quando ſimpliciter fideicom.eſt à teſtatore cõſtitutum. Nam
vt locus ſit reſtitutioni, alienari bona non poſſunt.l.peto.§.
fratre.de leg.2.& l.pater filium.§.duobus.de lega.3 l.vlt.§.ſin
autem ſub condi.ſuprà.hoc titul. Expreſſa etiam huc accedit
prohibitio,quam verbis expreſſis fecit teſtator. Atqui,quan-
111 do duæ prohibitiones † concurrunt, tunc prohibita etiam
cẽſetur alienatio in eum caſum,in quem poterat alienari, exi-
ſtente vna ſola prohibitione,ita probat tex.in §.Sanctiſſimas.
in auth.de aliena.& emph.quo loci conſtitutum eſt, quod res
alioqui prohibita alienari poteſt alienari pro redemptione
captiuorum, modo expreſſe non prohibeatur alienatio, quia
nec tunc eam ob cauſam conceditur. Hanc aſſertionem aliis
auctoritatibus gloſſarum & aliorum comprobauit Alex.in d.
§.diui.num.1.in fine.
Ergo ob duplicatam hanc prohibitionem locus non eſt
112 huic alienationi,confirmatur † ex doctr.Alex.in l.quidam te-
ſtamento.§.vlt.num.2.ad Trebell.cum ait, quod licet regula-
riter valeat alienatio fideicommiſſi facta ab ignorante igno-
ranti iuxta l.vlt.§.vlt.de leg.2. Attamen,tunc,non valet,cum
adeſt duplex prohibitio. Et Alex.inſecuti ſunt Soc.Sen.conſ.
49.in fi.& conſ.75.in fi.lib.1.Cor.95.294.num...lib.3.ſimi-
113 lis † doctrina Baldi.in l.ſi creditor.§.vlt.ff.de diſtract.pigno.
cùm ait,quòd ſi dominus feudi promittit expreſsè feudatario
non alienare proprietatem feudi: alienatio fieri non poteſt
etiam in caſu permiſſo,illum eſt ſecutus Ripa.lib.2.reſp.cap.
25.nu.21.qui alia refert,ſimile Craue.conſ.241.col.pen.ver.
iſta ratio,& ibidem col.11.verſ.4.& vltimo. poſt Bald.95.49.
lib.3.idem ait quod Ripa vbi ſuprà ſimile ſcribit Socin.Iun.
conſ.48.nu.9.lib.1.& conſ.31.nu.72.lib.2. Goza.conſ.25.nu.
3.verſ.4.non ſolùm conſ.90.nu.6
114 Verùm reſpondetur primo † d.§.Sanctiſſimas. Loqui in
prohibitione facta in contractu.Nam loquitur,quando dona-
tio fuit facta Eccleſiæ: & res donata tranſlata fuit in eam ex
contractu inter viuos, pacto adiecto, quod nullo modo alie-
nari poſſit. Quod ſanè pactum cum inter contrahentes ſer-
uandum ſit.l.vlt.C.de pactis inter emp.& vend.efficit,vt alie-
nari res illa non poſſit etiã pro redẽptione captiuorum.Cùm
& hic caſus redemptionis captiuorum incluſus ſit ſub ea ge-
nerali prohibitione.iuxta.l.obligari.in princ.ff.de auct.tuto.
Item,quia hoc pactum eſſet ſuperfluum,ſi in caſibus permiſ-
ſis à iure poſſet res illa alienari. Et ideò ne videatur ſuperflua
generalis prohibitio, intelligitur prohibita etiam in caſibus
iſtis aliàs permiſſis.arg.l.ſi quando.in prin.de leg.1.cum ſimi-
libus & tradit Crotus in d.§.diui.num.5.Hoc non contingit
in prohibitione facta à teſtatore,qui non præſumitur in pro-
hibitione generali voluiſſe includere caſum cõſtitutionis do-
tis,ad quam conſtituendam compelli poterat.d.§. Cum pro-
poneretur.Ita ſenſit Alex.in d.§.diui.nu.1.in fi.dum declarat.
d.§.ſanctiſſimas.ad rem penè noſtram. poſt Card.in c.verùm.
de cond.appoſ.Hęc reſponſio non eſt vera cum ille tex.§.ſan-
ctiſſimas loquatur etiam eo in caſu, quando bona fuerunt in
teſtamento Eccleſiæ relicta.
Reſpondet ſecundo, Ruinus conſ.118.num.6.lib.2.hic nõ
adeſſe duplicem alienandi prohibitionem. Non enim (ait
Ruinus) eo ipſo quod relictum eſt fideicommiſſum,prohibi-
ta eſt rerum fideic. ſuppoſitarum alienatio, quinimò interim
valet.Ita (ait ille)probatur in l.cum pater.§.libertis.de leg.2.
& ſcribit Bart.in l.ſeruo legato.§.1.de lega.1. & ibi ſcribunt
omnes ad terminos huius auth.
Cæterùm nec reſponſio hæc mihi ſatis probatur, quando-
quidem relicto fideicommiſſo,dicitur verè prohibita aliena-
tio.Et tex.d.l.cum pater.§.libertatis.de leg.2.procedit reuo-
cabiliter, vt ad rem noſtram manifeſtè interpretatur eſt. Iaſ.

in d.l.ſeruo legato.§.1.num.4.de leg.1.qui ita tex.dictæ auth. res quæ.declarauit.

Quare reſpondet tertio loco Ruinus in d.conſ. 118. nu.7. libr.2. d.§ ſanctiſſimas, loqui quando adeſt duplex expreſſa prohibitio alienandi, idem Ruin.conſ.109.nu.22.libr.2.qui ait, quod quando ſolum concurrit tacita prohibitio & expreſſa,non impeditur alienatio,quia non dicitur duplex prohibitio, ſed vna tantùm, & eo loci adfert exemplum in caſu hoc noſtro.

Studying Prætereà & quartò reſpondet Ruin.in d.conſ.118. num.7.
115 verſic.aut & tertiò lib.2.quod illa expreſſa † prohibitio, quæ ſuperuenit,facit ceſſare tacitam.iuxta.l.cum ex filio.§.1.ff.de vulga.& pup.Et ita remanet vna ſola expreſſa.Cum enim expreſſa diſpoſitio & tacita tendunt ad eundem finem:expreſſa ſilere facit tacitam.Ita Decius conſil.386.num.6.ex d.l.cum ex filio.§.1.& Soc.Iun.conſ.130.nu.12.lib.1.

Quartò mouetur Crotus in d.§.diui.num.52.ante diſpoſitionem.§. quamobrem. in Auth. de reſt. & ea, quæ parit in vnd.menſe. Atque ita ante conſtitutionem auth.res,quæ, bona fideic.ſuppoſita dari non poterant in dotem. Quod vel ex eo patet (ait Crotus) quia hoc nouè fuit à Iuſtiniano ſtatutum,ex quo ait,ſancimus, & innouamus, quæ verba ſunt noui iuris promulgatoria.glo.in c.1.de cler.non reſid.in 6.Dec.in l.ne quidam.nu.3.C.de teſta.mil.At cum hæc conſtitutio nihil de expreſſa prohibitione dicat, antiqua iura incorrecta, quo ad eam, remanent. Et per conſequens eo caſu alienari hæc bona non poſſunt.

Cæterùm reſpondetur vno verbo, eſſe eſſe falſam, illam maiorem propoſitionem, cum & ante hanc conſtitutionem fuerit permiſſum alienare bona fideicommiſſi pro cõſtitutione dotis,vt probat.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb.

Declaratur prædicta communis ſententia, vt locum non habeat, quando teſtator verbis multum amplis & generalibus prohibuiſſet alienationem ipſam bonorum,puta ſi dixiſſet,quauis ex cauſa,quouis modo,&c.Ita Petra in d.Tract.de fideicommiſſis.q.8.nu.430. Verùm cum veritas huius declarationis pendeat ab his, quæ dicemus ſequenti dubitatione: ea propter non eſt quod hic plura ſcribamus.

115 DECIMA dubitatio eſt, quid † ſi teſtator ſpecificè prohibuit alienari bona hæc fideicommiſſi etiam ex cauſa dotis? Recepta magis opinio eſt,non poſſe alienari.Ita Alex. conſil.56.num.3.lib.1. Opizonius in repe.l.filiusfam.§.diui. nu.95.de leg.1.& ibidem Crotus.nu.59.Loazes.nu.360.Cur. Iun.in d.auth.res,quæ.num.36.C.communia.de lega.Didac. lib.3.varia.reſol.c.6.nu.10.verſ.tertiò,vt quibuſdam,&c.qui eiuſdem opinionis recenſet Rodericum Suares & Lupum, addo Iaſonem ſibi contrarium conſ.157.col.2.verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus.lib.2. Soc.Sen.conſ.75. num.6.lib.2. Pariſ.conſ.52.nu.37.lib.2.Curt.Sen.conſ.64.col.pen.verſic. 6.dubitari.Rolan.conſ.85.nu.23.lib.1.Tiraq.de iure primig. q.61.num.7.8.& Ludouicum Molinam in lib.4. de Hiſpano. primogen.c.6.nu.11.Ea ratione vſi ſunt, quod hæc conſtitutio eſt fundata in præſumpta & coniecturata voluntate teſtatoris.d.l.mulier.§.cum proponeretur.ff. ad Treb.At qui noſtro in caſu ceſſat cõiectura & præſumptio hæc, cùm de mẽte cõtraria teſtatoris clarè appareat. Ergo,&c. Cęterùm hęc ratio vera nõ eſt, vt dixi in pręcedati quęſtione,& mox repetã.

Contrariam opinionem probarunt Caſtren. conſilio 80. Quia per ſupraſcriptum eximium conſultorem.libro primo. Iaſon in d.authen.res,quæ.columna vltima, verſ.decimotertio limita.Guido.Pape.q.96.Ripa in d.§.diui.num.73. Boër. quæſt. 129. numero quinto. Bero. in quæſt. 110. vbi numero quinto,dixit,hanc eſſe magis communem Lupus in rub.extra de donatio.inter virum & vxorem §. 16. numero 11. Marzar. in epitome.de fideicommiſſis.q.48. verſ.contrarium tamen. Padilla in d.auth.res,quæ.nu.117.& Petra in Tract.de fideicommiſſis.q.8.num.436.Ea ratione motus eſt Caſtren.quòd hæc conſtitutio fundata eſt in impotentia teſtatoris, qui non poteſt ſubiicere bona fideicommiſſo in præiudicium earum, quibus habet conſtituere dotem: ad quam quidem conſtituendam compelli is teſtator poſſet, ſi in humanis eſſet, vt iam diximus ſupra. Quam ſanè rationem defendi ſupra. Et veriſſimam eſſe opinor. Nam aut loquimur in illis caſibus & in illis perſonis, quibus non tenetur pater, vel auus aliquo modo dotem conſtituere. Et tunc vana eſt hæc doctorum diſputatio,an liceat vel non alienare bona fideic.contra ſpecificam teſtatoris prohibitionem. Cum his caſibus non liceat alienare quando ſimplex fideic. conſtitutum eſt, vt dixi ſupra ſuis locis. Aut loquimur de illis caſibus & perſonis, quibus teſtator tenetur dotem conſtituere. Et tunc eſt clarum, teſtatorem non potuiſſe impedire huius fideic. alienationem. Cum prius,vt æs alienum è bonis ſit detrahendum.l.à filia.ff. ad Trebell.

Quo tamen hæc Doctorum diſceptatio concilietur diſtinguo aliquot caſus.

117 Primus eſt quãdo pater † iam reliquit legitimam filiæ ſuæ quæ ſufficit pro dotis conſtitut. & ab illamet filia fideicommiſſum reliquit. Hoc caſu filia hæc non poteſt contra ſpecificam teſtatoris prohibitionem alienare bona fideic. vt dotem ſibi conſtituat. Hoc caſu rectè procedit opinio illa communis ex Alexandro & ſequacibus. Ea eſt aperta ratio, quod pater, ſi viueret nõ poſſet compelli quid plus vltra legitimam huic filiæ dare. Et ideò rei ſuæ legem apponere potuit.

118 Secundus eſt caſus, cùm pater † reliquit legitimam filio ſuo & etiam is habuit Trebellianicam:& is filius omnia conſumpſit ita vt ſuperſint ſolùm bona fideic. deinde hic filius habet filiam,quam nubere non poteſt,niſi bona ſuppoſita fideic.alienet & dotem conſtituat. Vel ſi hęc filia,mortuo eius patre dilapidatore, vult ſibi dotem conſtituere. Hoc caſu poteſt id facere. Et tunc rectè procedit opinio Caſtren.d.conſ. 80.col.2.verſ.breuiter.lib.1. Ea eſt ratio, quod culpa patris dilapidatoris nocere non poteſt filiæ:cui quidem filiæ teſtator auus hoc caſu, ſi viueret, dotem teneretur conſtituere, vt diximus ſupra.

119 Tertius eſt caſus, quãdo † pater teſtator grauauit filios reſtituere communia bona, nec voluit alienari ex cauſa dotis, nulla dote relicta filiæ, quæ à fratribus excluditur ex diſpoſitione ſtatuti. Hoc in caſu duo dicenda ſunt. Primum valere teſtamentum,& ſi filiæ nil relictum ſit ob ſuam legitimam: quia nulla ei ei ab inteſtato debebatur. Secundum dicimus, quod, non obſtante prohibitione teſtatoris patris poſſunt alienari bona fideic. pro huius dotis conſtitutione. Ita procedere poteſt opinio Caſtren.d.conſ.80.in primo dubio. Ea eſt ratio, quia ſi pater viueret, cogi poſſet eam filiam nubere & dotare. Et in hac ratione fund.facit Caſtrenſis, qui propriè loquitur hoc in caſu, quando ſcilicet nil à patre dotis cauſa relictum fuit.

120 VNDECIMA Dubitatio † eſt an diſpoſitio dictæ auth.res,quæ.C.communia de legat.bona fideicommiſſi non poſſe alienari cauſa dotis locum habeat, quando fideicommiſſum à teſtatore relictum venit reſtituendum eccleſię aliíve pio loco? Et habere locum docuit Iaſon in dicta auth.res, quæ.num.32.verſ.duodecimò extende.ex ſententia Baldi ibidem.col.1.qui meo in codice hoc non ſcribit.& Roma.conſ. 267. Quibus accedunt Corneus in d.auth.res,quæ.nu.7.in fi. & ibidem Padilla.nu.94. Tiraq.in Tract. De priuilegiis pię cauſæ.priuileg.102.& Petra in Tract.de fideicommiſſis.q.8. nu.445. Qua ratione vel iure hoc ſcripſerint, interpretes hi non explicant. Ego opinor horum opinionem multis rationibus fulciri poſſe. Sed illud prius ſciendum eſt, hanc diſpoſitionem eſſe fundatam in pręſumpta voluntate teſtatoris, quæ tamen à neceſſitate quadam originem habet, vt iam ſępius admonui. Eſt ergo hic diſcutiendum, an hęc voluntas teſtatoris pręſumpta magis faueat filię dotandę quàm eccleſię,cui facienda eſt reſtitutio. Et quod magis filię faueat probatur.

121 Primò, quia fortior † eſt pręſumptio pietatis paternę erga filios, quàm erga cauſam piam. Ita probat.text.c.vlt.17.q.4. quo loci ait Diuus Auguſtinus,nõ eſſe exhęredandum filium,
122 † vt eccleſia inſtituatur. Verùm ſcribit gloſſa in l. ſi quis ad declinanda.C.de epiſc. & cler.& l. Pap.§.1. ff. de inoffic.teſt. Auguſtinum loqui reſpectu legitimę tantum, non autem quò ad reliqua.

Quæ ſanè interpretatio vera non eſt,ait Barb.in l.cum acutiſſimi.nu.74.ver.Quid autem.C.de fideicom. Cum verius ſit Auguſtinum loqui de tota ipſa ſucceſſione. Et eo loci exhęredatio ſumitur pro exhęredatione totius ſucceſſionis, iuxta decl.Barto.& aliorum in auth.ex cauſa.C.de lib.pręter. Non



enim loquitur Auguſt.de exhæred.facta ob cauſam ingratitudinis, cùm illa à Iuſtiniano centum poſt annos ab Auguſt.introducta fuerit & ſi aliter ſentiunt præcitato loco Barbat. Voluit ergò dicere Aug.quod pater non debet priuare filium ſua ſucceſſ.vt Eccleſiam inſtituat, quippè ſuam ipſam malitiam malumque animum non debet hoc colore tegere, alia ad interpretationem.d.c.vlti. vide per Ripam.l.ſi vnquam.q. 49.C.de reuo.dona.

123 Secundò,confert † hæc ratio,quod pater relinquat filiis eſt pietas.l.nam & ſi parentibus.ff.de inof.teſta. Et pietas etiam eſt quod teſtator relinquat piæ cauſæ.l.ſi quis Titio.de leg.2. & §.ſin autem in auth.de Eccleſiaſt.tit.& ibi Ang. Atque ita
124 vtraque cauſa eſt priuilegiata. Atqui cùm duo † priuilegiati concurrunt, is præfertur, qui tractat de damno euitando.ita ſcribũt Bar.in auth.quas actiones.nu.3.verſ.ſiquidem vnus.C. de ſacroſ.Eccle.Dec.in l.non debet actori.§.in re obſcura.de reg.iuris.Marſil.ſing.99.cæteros prætereo. Filius autem agit de damno euitando ex quo ſibi debita eſt dos.l.qui liberos. de ritu nup.& dixi ſupra. Ergo eius cauſa præfertur cauſæ pię, cui teſtator nil tenetur relinquere. Et confirmatur, quia pro filiis concurrit votum parentum, & ratio naturalis, atque ita duę cauſæ,pro Eccleſia verò vna tantum,nempè votum teſtatoris, iuxta c.defunctorum.13.q.2. Et proptereà cauſa filiorum duplici ratione ſuffulta præualere debet.auth.itaque.C. com.de ſucceſſio. Et hanc conſiderationem faciunt Barba.in d.l.cum acutiſſimi.num.71.C.de fideicom.& Soc.in d.l.cum auus.num.42.de cond.& demon.Idem ſenſit Deci.in l.licet. num.5.in fine. C.de pact. cùm dixit regulariter & vltra legitimam leges magis fauere filiis quàm piæ cauſæ.

125 Tertiò accedit, quod † licet Eccleſia habeatur loco liberorum.§.ſed & hoc præſenti.in auth.de Sanctiſ.Epiſ.auth.niſi rogati.C.ad Trebel.& c.in præſentia.de proba.Attamen vbicunque Eccleſia concurrit cum liberis,Eccleſia non habetur loco liberorum. Ita Barba.in l.cum acutiſſimi.num.71.verſi. 7.faciat.C.de fideicom.poſt Baldum ibi, qui tamen hoc non dicit, & gloſſam ac Salicetum in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.Eccl.& glo.in c.in præſentia. Conſtat ergò cauſam filiorum præferri piæ cauſæ.

126 Quartò vrget non parum doctrina † eorum, qui dixerunt, quod præteritio facta à patre ignorante ſe habere filium extinguit legata,etiam relicta ad pias cauſas.Ea ratione mouentur,quia ſi pater de filiis cogitaſſet,illa nõ reliquiſſet.Ita ſcribunt Bar.in repet.l.1.nu.59.C.de ſacroſ.Eccl.& ibidem Bald. num.5.declarat, & clarius in repet.num.58.& in l.filio præterito.nu.8.verſ. prætereà hoc perſuadet.ff.de iniuſto rupto & irrito teſta.Barba.in d.l.cum acutiſſimi.num.72. Conſtat ergo potiorem eſſe cauſam filiorum apud patrem teſtatorem, quàm cauſam religionis.

127 Quintò accedit † quod illa diſpoſitio.l.cum auus.de cond. & demõ. & l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.quibus ſancitum eſt,quod deſcendẽtes à teſtatore iuſſi hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere,ita demum cenſetur in eam rem grauari, ſi ſine liberis deceſſerint, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones ſuis anteponere. Hæc inquam diſpoſitio locum habet etiam eo in caſu, cũ is hęres inſtitutus fuit grauatus reſtituere Eccleſiæ aliivè piæ cauſæ: Ita ſcripſerunt permulti,quos longa ſerie congeſſi ſupra in præſumpt.89.nu.124.

128 Sextò confert doctrina † Baldi in repet.l.1.nu.58.C.de ſacroſ.Eccl.cum ſcripſit,quod ſi pater titulo legati relinquat filio legitimam & Eccleſiam in reſiduum hæredem inſtituat, non valet teſtamentum fauore Eccleſiæ: cum verius ſit (ait Bald.) cauſam filij eſſe fauorabiliorẽ. Et Bald.ſecuti ſunt Salicetus & Mattheſ.quos recenſet Soc.in l.cum auus.num.42. verſ.nam quidquid.de condi.& demonſtr. Verùm diſſentiunt Bart.in repet.l.1.num.62.C.de ſacroſ.eccl.Iaſ.in auth.nouiſſ. nu.20.C.inof.teſta.Mattheſ.notab.116.

129 Septimò accedit ratio hæc. Cùm † teſtator hæredem inſtituit filium & eum grauauit reſtituere Eccleſię,eueniente caſu, demonſtrauit,ſe velle priore loco prouidere filiis ſuis,& poſt eos Eccleſiæ. Et ideò filij Eccleſiæ præferuntur. Sicuti ergo filij præferuntur, ita & cæteri deſcendentes, iuxta gloſſam l. cum acutiſſimi.C.de fideicom. cum ait, quod ſicuti teſtator prædilexit filium, ita etiam prædilexiſſe dicitur omnem eius poſteritatem. Et gloſſam illam ſecuti ſunt ibi Baldus & Soci. in d.l.cum auus.num.42.verſ.adducit etiam,&c.quo loci hac ratione vſus eſt in eam ſententiam, quam ſuprà in quinto argumento deduxi.

130 Octauò accedit quod magis † accepta eſt opinio,quod leges magis fauet filiis, vt ſuccedant eorum parentibus etiam vltra leg.quàm Eccleſiæ.Ita multos recenſet Soc.Iun.conſil. pen.num.76.lib.2.

Habet tamen conſideratio hæc multum dubitationis:cum contrarium verius & receptius videatur,vt tradunt Neuiz.lib. 6.Syluæ.nupt.num.47.verſ.item limita,vt procedat.Iaſ.conſ. 140.col.8.verſ.prætereà poſito.lib.2.Soc.l.pactum quod dotali.nu.4.C.de pact.& Craue.in conſ.296.col.pen.in prin.

Contrariam opinionem viſus eſt in ſpecie tueri Cur.Iun.in dicta auth.res,quæ.num.37.ſenſit Cur.Sen.conſ.46.ad finem. Ferd. Loazes in repet.l.filiusfam.§.diui.num.98.de leg.1.& Ludouicus Molina in lib.4.de Hiſpanorum primogeniis.c.6. num.23.Et inquit Loazes præcitato in loco,idem eſſe,quando pupillo fieri debet reſtitutio.

131 Primò † diſpoſitio huius authenticæ eſt fundata ſuper publica vtilitate,vt ſcilicet mulier poſſit nubere,id quod publicè intereſt.l.1.ff.ſoluto matr. At qui illa publica vtilitas,quæ reſpicit fauorem Eccleſiæ, præfertur vtilitati publicæ, quæ verſatur circa dotem mulieris, vt docuit Bart.in l.1.num.26. ff.ſol.matr.& cum eo ſenſerunt ibi Ripa.nu.110.cum ſequentibus. Ergo fauor Eccleſiæ facit ceſſare fauorem dotis.

Cæterùm reſpondetur ex declaratione Ripæ in d.l.prima. num.120.ff.ſol.matr.quod tunc publica vtilitas,quæ verſatur circa Eccleſiæ fauorem,conſideratur & procedit in iudice:ſe-
132 cus in priuato, qui poteſt, ſi † vult præferre ſuam vtilitatem priuatam, vtilitati publicæ, quando in publica non continetur ſua propria. Cùm ordinata charitas à ſeipſo incipiat.l.præſes.C.de ſeruit.& aqua. Noſtro in caſu conſideratur priuatæ perſonæ nempè teſtatoris vtilitas, vt ſcilicet filiæ propriæ conſulat,ei dotem relinquendo,vt dixi ſuprà.

133 Secundò mouetur Curtius † ea ratione, quod excepta legitima filiis debita plus leges fauent Eccleſiæ piæque cauſæ, quàm ipſis filiis, ſicuti ſcribunt Bart.in repe.l.1.num.58.C.de ſacroſ.Eccl. Alex.in l.pactum quod dotali.num.7.C.de pact. conſ.66.nu.6.lib.2.Dec.l.licet.nu.5.C.de pact.& l.precibus. nu.15.C.de impub.& aliis ſubſt.

Et ideò donata Eccleſiæ ſolùm reuocantur quò ad legitimam propter filiorum ſuperuenientiam.c.vlt.17.q.4.de quo dixi ſuprà, & ſcribit Bart.in l.Titia.§.Imperator.de leg.2. At qui noſtro in caſu non agitur de legitima,cum iam filius eam ſit conſecutus. Ergo cum ſimus extra legitimam magis fauendum eſt Eccleſiæ quàm filiis & ab eo deſcendentibus.

Verùm reſpondetur, ex iam dictis ac etiam ex ſententia Decij locis iam citatis,quod imò, iura etiam vltra legitimam magis fauent filiis,quàm pię cauſæ,vt declaraui ſupra ex c.vlt. 14.q.vlt.Et noſtro in caſu hoc omninò eſt dicendum,ex quo ipſa legitima non eſt conſiderabilis, cùm non ſufficiat ad ſatisfaciendum voto patris, nempè, vt dotetur filia,quam pater dotare cogeretur, ſi viueret, iuxta d.l.mulier.§.cum proponeretur.

Tertiò accedit quòd † cauſa Eccleſiæ eſt fauorabilior,ſi-
134 quidem domini eſt terra & plenitudo eius. Et cauſa animæ cæteris pręferenda eſt.l.Sancimus.C.de Sacroſ.Eccl.

Reſpondeo quod quò ad recognitionem, omnia Deo accepta ferre debemus. Quò verò ad diſpoſitionem res huius ſæculi ſunt in arbitrio hominis,qui earum eſt dominus. Cum ea quæ ſunt Cæſaris Cæſari,quæ verò ſunt Dei,Deo tribuenda ſint. Simile ſcripſi lib.2.de arbitr.iudi.caſu.210.nu.11.12.

135 Quartò confert † doctrina eorum,qui dixerunt,quod & ſi teſtamentum nutu factum non valet inter liberos,vt ſcribunt. Ange.in l.diſcretis.C.qui teſtam.face.poſſ. & l.vbi vna voce. de reg.iuris.Attamen valet ad pias cauſas, vt ſcribunt Baldus in l.1.C.de ſacroſ.Eccl.Io. Calder.conſ.40.tit.de teſta.Iaſ.in l.licet inter priuatos.col.1.verſ.3.confirmo.C.de pactis.& in auth.ſi qua mulier.col.2.C.de Sacroſ.Eccleſ.alios plures recenſet Tiraq.in tracta.de priuileg.piæ.cauſæ.priuileg.8. vbi communem eſſe aſſerit.

Reſpondet Soc.in d.l.cum auus.nu.45.in fi.ver.ſed poſito, quod licet lex magis diſpenſet in ſolennitatibus obſeruandis quò ad pias cauſas,quàm quò ad filios: Attamẽ in pręſumenda

voluntate ipſius teſtatoris magis præſumunt leges. teſtatoris voluntatem eſſe pro filio quàm pro pia cauſa. id quod ſupra probatum & experientia quotidiana hoc demonſtrat. Et quo ad ſolennitates hoc factum multis in caſibus videmus. in qui bus leges multos minores ſolennitates requirunt in diſpoſitione, quæ fit pro eccleſia, quàm in ea, quæ conficitur pro filiis. Id quod nunc non refero.

Conciliari forte poſſunt opiniones hæ ex reſponſo Baldi conſ. 215. Punctus. Quidam donanit. libr. 5. quem ſecutus eſt Ripa. in l. ſi vnquam. numero 116. C. de reuocan. douatio.

Aut teſtator quando ſubſtituit eccleſiam dixit, ſe id facere pro ſalute animæ ſuæ. Et hoc in caſu, cùm dicatur magis dilexiſſe animam ſuam quàm filios, dicendum eſt procedere opinionem Curtij Sen. & Iunioris ac etiam Loazes, quod ſci licet alienari non poſſit pro dotis conſtitutione, ſed eccleſiæ in totum reſtitui debeat.

136 Ita præcitato in loco ſcribit Bald. quod † quando bona donata ſunt ab eo, qui de filiis, non cogitauit, ſi donatio fuit facta pro ſalute animæ non reuocatur donatio etiam ob filiorum ſuperuenientiam, cum hoc caſu magis dilexiſſe credatur eccleſiam quàm filios. Aut teſtator ſubſtituit ſimpliciter eccleſiam. Et tunc, quia magis dilexiſſe præſumitur filios quàm eccleſiam dicendum eſt dotem prius debere conſtitui filiæ: atque ita hoc caſu procedit opinio Baldi, Cornei, Iaſonis & aliorum, ſicuti etiam diſtinguit Baldus. d. conſi. 215. in caſu illius donationis.

Cæterùm hæc conciliatio non videtur vera. Nam nulla videtur conſtituenda differentia, quod ſimpliciter eccleſię piævè cauſæ relinquatur, vel relinquatur adiectis his verbis, pro ſa
137 lute animæ ſuæ. Si quidem † & ſimpliciter eccleſiæ relictum dicitur relictum pro anima. Ita glo. & Bart. in l. ſi quis Titio. in prin. nu. 4. de leg. 2. Caſtren. in l. 1. nume. 6. C. de ſacr. eccl.

Eſt itaque retinenda illa magis recepta opinio contra Curtium Iuniorem. Quæ fortius procedit eo in caſu, quando teſtator prius ſubſtituit alios agnatos vel cognatos, & deinde vltimo loco eccleſiam: Nam tunc vrgens eſt præſumptio, quod teſtator voluerit prius filiam dotari, & deinde reſiduum
138 eccleſiæ reſtitui. Ratio † eſt, quia teſtator iam prætulit agnatos vel cognatos eccleſiæ, atque ita eos, dum priore loco vocauit, magis dilexit, iuxta. l. Publius. §. 1. de condi. & demon. ſi ergo voluit teſtator iuxta hanc conſtitutionem noſtram bona fideicommiſſi poſſe alienari pro conſtitutione dotis in præiudicium agnatorum vel cognatorum, ergo fortius voluit poſſe alienari in præiudicium eccleſiæ.

139 Declaratur nunc primo, vt † non procedat relata communis opinio eo in caſu quando teſtator reliquiſſet eccleſiæ pro malè ablatis. Nam hoc caſu non liceret alienare hæc bona pro conſtitutione dotis. ex quo eccleſia præfertur hoc in caſu etiam filiis in ſua legitima. ſicuti ſcribũt Angel. in l. precibus. vbi Dec. numero 14. C. de impuber. & aliis ſubſt. idem Dec. in l. licet. num. 5. ad finem. C. de pactis. ſequitur Soc. Iun. conſ. pen. nu. 83. lib. 2. Neuiz. libr. 6. Syluæ nupt. nu. 47. verſ. item limita. Quod enim male ablatum fuerat à teſtatore, dici non poterat ſuum, ſed eorum, quibus reſtituendum erat.

140 Declaratur. 2. ex ſententia † Cur. Iun. in d. auth. res, quæ. n. 37. in fine poſt Baldum, quem recenſet, vt non procedat, quò ad impenſas nuptiales, quæ vltra dotem fieri ſolent. Nõ enim earũ cauſa alienari poſſunt bona ſuppoſita fideicommiſſo. Id quod mea quidem opinione, ſine cõtrouerſia procedit. Cum hæ impenſæ neceſſariæ non ſint, vti neceſſaria dos eſt: Et ad faciendum illas impenſas cogi non poſſet pater teſtator, ſi viueret.

141 DVODECIMA dubitatio † eſt, an priuilegiũ alienãdi bona cauſa conſtituendi vel reſtituẽdi dotẽ poſſit cedi? Et poſſe cenſuit Caſtren. in conſ. 15. circa ea, quæ ſuperius pleniſſimè tacta. col. vlti. verſi. 3. principaliter libr. 1. quem ſecuti ſunt Iaſon in d. auth. res, quæ. num. 32. in 14. extenſione. & ibidem Cur. Iun. num. 38. Boer. q. 130. num. 11. Hæc iuris quæſtio ab ea pendet, an priuilegia doti conceſſa poſſint cedi. Qua in re variæ ſunt opiniones. Magis communis eſt cum Bar. in l. poſt dotem. nume. 34. ff. ſol. matr. qui duos caſus diſtinguit.

Primus eſt cum ſit ex voluntate. Et tunc fieri non poteſt. ita Bar. vbi ſupra ratio, quia perſonale eſt. Et probat. l. 2. §. vlt. de religio.

Secundus eſt, quãdo ius competens eſt in eſſe deductum & formatum, & ceſſio facta fuit ex neceſſitate. Exemplum ſit in caſu, de quo reſpondit Caſtr. in d. conſ. 15. col. vlt. Mulier nupſit viro, cuius bona erant ſuppoſita fideic. Is vir dedit fideiuſſorem dotis reſtituendæ, euenit caſus reſtitutionis: dotis: & eõ pulſus fuit fideiuſſor eam dotem reſtituere. Deinde mulier, dote ſibi reſtituta ceſſit ſua iura ipſi fideiuſſori. Eſt hic dubiũ, an ſicuti mulier poterat cogere fideicommiſſarios alienare bona fideicommiſſi, vt ſibi dotem reſtituit curaret iuxta hanc conſtit. ita is fideiuſſor, ceſſione ei facta, poſſit vti hoc priuilegio. Reſpondit Caſtrenſis cedi poſſe. Nam quando ius perſonale eſt in eſſe deductum, cedi illud poteſt ex cauſa neceſſaria. Ita Bar. in d. l. poſt dotem. num. 34. cuius ſententiã ſecuti ſunt Afflict. deciſ. 306. num. 7. Caſtren. Iaſ. & Cur. Iun. quos ſupra retuli, communem teſtatur Bologne. in d. l. poſt dotem. num. 259. ſed verè errat, quia aduerſus Bar. ſentiunt cæteri ferè omnes, vt mos ſubijciam.

Primò ex l. vl. C. de priuilegio fiſci. quam exiſtimat Alex. in d. l. poſt dotem. nu. 33. ff. ſol. matr. poſſe induci exemplificando eam in caſu. l. vlt. C. ſi antiquior. cred. quo loci poſterior
142 † creditor ab anteriori conuentus ſe tueri non poteſt, niſi ſoluat: aut rem exactam anteriori reſtituat, & ſic neceſſitate ſaltem cauſatiua reſtituere cogitur, quo caſu tranſeunt priuilegia per. d. l. vlt. C. de priuil. fiſci. Verùm aduertẽdum eſt, quod & ſi hodie caſus. d. l. vlti. C. de priuil. fiſci. poſſit exemplificari in caſu. d. l. vlt. C. ſi antiq. cred. Attamen illa conſtitutio non fuit edita iuxta exemplum huius poſterioris. Si quidem illa. l. vlt. C. de priuil. fiſci edita fuit à Valeriano & Gallieno Impp. qui imperarunt anno. 262. noſtræ ſalutis. Illa verò. l. vlt. C. antiquior cred. fuit edita à Diocletia. & Max. impp. qui imperarunt anno 287. Quocircà aliter induci poteſt d. l. vlt. C. de priuil. fiſci, vt eam conſiderat Baldus Nouellus in Tract. de priuil. dotis. par. 12. q. 4. verſ. ſed aduertendum. Quod ſcilicet ibi, fideiuſſor principali debitoris ſoluit, qui ad hoc tenebatur, & ideò fiſcus ibi cogitur cedere fideiuſſori ius ſuum, ſicuti alius creditor facere cogitur. iuxta. l. 2. ff. de diſtract. pigno.

Cæterum nec hæc interpretatio vera eſt: Nam (vt idem Bald. Nouellus ait) diuinat ad dicta l. vltima, quod ſcilicet ex neceſſitate ille nomine debitoris ſoluerit. Præterea repugnat. l. 3. eo tit. vbi mulier, quæ mariti nomine fiſco ſoluit voluntariè & ſine mandato ceſſit. Et ob id habet cõtra maritum actionem negotiorum geſtorum: vt ibi ait gloſſa: & tamen ſi fuiſſet cauſa potuiſſet ibi impetrare, vt ſibi cederetur actio hypothecaria, quæ fiſco competebat contra maritum. Rurſus, licèt
143 fiſcus, † cui ſoluitur tanquam creditori, teneatur cedere ius ſuum ſoluenti pro debitore, ſicuti quilibet creditor cedere tenetur iuxta. l. 2. ff. de diſt. pigno. l. mulier. ff. qui potio. in pigno habeant. & l. ſi res obligata in fi. de leg. 1. Attamen hoc locum habere videtur quando ius eſt ceſſibile. At ius prælatio-
144 nis † non eſt ceſſibile: cum ſit quid perſonale. Ergo ille tex.
145 nil probat. Præterea † reſponderi etiam poteſt ex decl. Alex. in d. l. poſt dotem. nu. 34. & fuit conſideratio Roma. ibidem. num. 49. in fi. quod d. l. vlt. C. de priuileg. fiſci. loquitur in pri-
146 uilegio competente fiſco, quod ſui † natura eſt perpetuum: cum fiſcus nunquam moriatur, arg. cap. ſi gratioſæ, de reſcrip. in 6. Nimirum ſi illud priuilegium facilius tranſiret, ad alium: Id quod non contingit in aliorum priuilegiis.

Et demũ reſpondetur ex ſententia Baldi Nouelli in Tract. de dote parte 12. numero decimonono in fine, dum dixit, dicta l. vltima loqui de tacita hypotheca fiſci, quam is ſuo iure habet, & cedere omninò poteſt, vt apud eum, qui latius explicauit.

147 Secundo adfertur † tex. l. quod ſi minor in princ. ff. de minor. vbi beneficium reſtitutionis integrum, quod eſt perſonale, quippè quod fauore perſonæ minoris introductum eſt, cedi poteſt maiori.

Verùm reſpondet Ale. in d. l. poſt dotem. num. 34. verſ. nec obſtat, d. l. quod ſi minor, quia illa loquitur in beneficio reſtitutionis in integr. quod tranſit ad hæredes etiam ſi expreſsè nõ agatur. l. nõ ſolùm. ff. de in integ. reſti. & l. hæredes. C. ad Velle. Et ratio eſt, quia in caſu reſtitutionis in integrum cauſa immediata priuilegij eſt ipſa læſio, quæ efficit, ne priuilegium cenſeatur merè perſonale. In caſu verò dotis priuilegium eſt perſonale merè, quia cauſa immediata eſt mulier. Ita declarat

Dy. in c.



Dyn. in c. priuilegium. de reg. iur. in 6.

Tertiò citatur text. l. peto. §. prædium. de leg. 2. quo loci ait
148 † Papinia. prædium, quod alias ob perſonalẽ prohibitionem alienari non poteſt ob cauſam neceſſariam alienari poſſe. Cęterùm ſatisfacit Alex. in d. l. poſt dotem. nu. 34. ver. nec obſtat, ſi, &c. poſt Imolam quod loquitur in legato relicto adiecta conditione, ne in extraneum alienari poſſet: Non autẽ loquitur de priuilegio perſonali.

His conſtat hanc Bar. doctrinam iure nõ probari. Et ideò ab eo diſſentiũt omnes ferè in d. l. poſt dotem. ibi Roma. nu. 49. verſ. ſed certè opinio. Alex. nu. 34. ver. non video qualiter. Bald. Nouellus in tract. de dote. par. 12. q. 4. & Campegius eodem tract. par. 1.

Conrra hanc Bar. aſſertionem obiiciuntur multa.

Primò tex. in auth. vt exactio inſtan. dotis. in prin. ibi: *Non enim alijs dedimus dudum & damus hoc priuilegium, aut hæredibus, aut creditoribus, ſed ſolis filijs.* Ecce hoc Iuſtinia. abſolutè negat, hoc priuilegium eſſe conceſſum creditoribus ipſius mulieris.
149 Et † eſt hic intelligendum, quod mulier ceſſerit iura ſua his creditoribus etiam ex neceſſitate. Siquidem eſt dare caſum, in quo mulier ex neceſſitate cedit iura creditoribus. Sicuti eſt quando mulier conuenitur à creditore, cui, cùm ſatisfacere non poſſit mandante iudice, cedit iura ſua, vt probat. l. à diuo Pio. §. in venditione. & §. ſic quoque. ff. de re iud. Et hoc caſu creditor inuitus cogitur ſuſcipere has actiones loco ſolutionis ſui crediti: atque ita nomen creditoris loco ſolutionis pecuniæ eſt. auth. hoc niſi. C. de ſolutio. Qua conſideratione cõfutatur interpretatio Bart. in d. l. poſt dotem. num. 35 verſ. neſcio quid dicam. dum dixit, d. auth. vt exact. inſtan. dotis, &c. loqui, cùm ceſſio fit ex voluntate creditori.

150 Secundò aduerſus † Barto. adfertur text. l. ex pluribus. ff. de admi. tutor. quo loci ait iuriſconſ. quod ſi pupillus tutori ſibi ſolidum ſoluenti cedat actionem aduerſus cõtutorem, is ceſſionarius priuilegio conceſſo pupillo non gaudebit: quod ſanè priuilegium eſt vt actio ſua cæteris perſonalibus anteferatur. l. dabimus. §. 1. ff. de priuileg. credito. Et tamen pupillus actionem illam neceſſitate quadam coactus cedit. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tuto. & ratio diſtrahen. & l. ſi plures. ff. de adminiſtra. tutor.

151 Tertiò citatur † aduerſus Bart. tex. l. ſed ſi reſtituatur. verſ. cõtra ſi legatus. ff. de iud. ibi expreſſum eſt, quod priuilegium fori legato competens hæredi inſtituto non tranſit in fideicommiſſarium: Et tamen ibi ceſſio ſeu tranſlatio hæreditatis fit ex neceſſitate ex parte vtriuſque. Nam ex parte legati fit ad petitionem fideicommiſſarij petentis ſeum compelli adire & reſtituere. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Ex parte verò fideicommiſſarij ex neceſſitate fit, quia ex quo ipſe legatum hæredem compulit adire, compelli & ipſe poteſt acceptare hæreditatem à ſe aditam. l. poſtulante. ff. ad Trebell.

152 Quartò adducitur contra † Bart. tex. in ſimili. in l. cum patronus. ff. de leg. 2. quo loci ait iuriſcon. priuilegium perſonale, quod habet patronus, ne à liberto onere fideicõmiſſi grauetur in legitima, non tranſire in eum, in quem ex neceſſitate memoriæ repudiantis ius patroni transfertur. Et ſimiles iuris quæſtiones ex hoc textu diffiniunt Dec. conſ. 128. col. 1. & Gome. Inſti. de actio. in princ. nu. 62.

Placet tamen mihi doctrina Caſtr. in d. conſil. 15. in fi. quod ſcilicet in eo caſu cedi potuerit beneficium huius conſtitutionis. Et hac in re vtor ea diſtinctione, qua vſus eſt Baldus Nouellus in tract. de dote. par. 12. q. 4. verſ. Ego autem in tanta. &c. qui noua hac vtitur diſtinct. ad demonſtrandum, quando priuilegia doti competentia cedi poſſint.

153 Aut (inquit Bald.) mulier ad ſui † commodum & vtilitatem cedit iura, quæ habet contra hæredes mariti. Et tunc priuilegium ipſi mulieri ex cauſa dotis competens tranſit in ceſſionarium. Ea eſt ratio, quia hoc eſt factum ad prouidentiam mulieris, iuxta §. fuerat. Inſtit. de actio. ob id tranſit etiam in ſimplici ceſſione. l. emptori nominis. ff. de hæred. vel act ven. & l. ſi ſolutum. C. de actio. & oblig. Et in hunc ceſſionarium tranſit quidquid tranſibile eſt, concernens ipſum ius ceſſum. l. venditor actioni. ff. de hæred. vel actio. vend. Exemplum, quod rei noſtræ conuenit, Baldus Nouellus adfert, ſi quis promiſit dotem ſecundo marito nomine ipſius mulieris, quæ aliàs nubere non poterat, ex quo dotem reſtituere negabant hæredes primi mariti: & is promiſſor dotem ſoluit animo repetendi ab ipſa muliere: & ipſa mulier ceſſit iura ſua contra hęredes mariti. Certè videntur ceſſa omnia iura mulieri competentia: cùm hoc totum reſpiciat vtilitatem mulieris. Et hic verè conuenit caſus Pauli Caſtrenſis confert. la 2. ff. de diſtractio. pignor. vt declarant Moder. Pariſien. Tracta. de vſuris. num. 341.

154 Aut (inquit † Baldus Nouellus) ceſſio fit principaliter ad commodum & vtilitatem ceſſionarij: Et tunc non tranſit hoc priuilegium in ceſſionarium. Ea eſt ratio, quod ipſi ſoli mulieri priuilegium hoc competit. §. fuerat. Inſtit. de actio. §. 1. in auth. vt exact. inſtan. dotis, &c. & §. vlti. in auth. vt immob. ante nupt. Exemplum adfert Baldus Nouellus, vt ſi mulier donaret atque ita cederet nulla vrgente cauſa hæc priuilegia extraneo. Et hic caſus conuenit huic noſtro. Nam hæc Iuſtiniani conſtitutio concedit facultatem mulieri, vt poſſit alienare bona fideicommiſſi patris, & aliorum, de quibus ſuprà vt poſſit nubere, & ad Reipub. commodum liberos procreare. Quæ quidem ratio locum habere non poteſt in ceſſionario, cui mulier, quæ non nupſit, & conſequenter dotem non deduxit, hanc facultatem ceſſit. Hinc etiam dicẽdum eſt, mulierem non nuptã non tranſmittere ad ſuos hæredes facultatem hanc detrahendi hanc dotem, & conſequenter alienandi bona fideicommiſſi cauſa ipſius dotis: cum nulla hic dos, ſicq; nullum ius formatum conſiderari poſſit, quod valeat tranſmitti: ſicuti reiecta opinione Baldi & Caſtr. in d. auth. res, quæ. ſenſerunt ibidẽ Cur. nu. 6. in fi. & Cur. Iun. nu. 22. & Petra in tracta. de fideic. q. 8. nu. 447. qui pariter ſcripſit male reſpõdiſſe Ruin. in cõſ. 199. nu. 7. lib. 2. & Cephalũ in cõſ. 177. n. 18. lib. 2.

155 DECIMATERTIA dubitatio † eſt, an mulier poſſit alienare bona fideicommiſſi, vt ſibi augeat dotem? Et cum hac re varia ſcripſerint Doctores, ego ita aliquot caſus diſtinguo.

156 Primus eſt † caſus, quando pater dotem tenuem filiæ reliquit: & ipſa filia non poteſt nubere ob eam dotis tenuitatem. Hoc caſu dicerem, mulierem hanc poſſe alienare bona fideicõmiſſi. Et hoc in caſu procedere poteſt opinio Baldi & Caſtren. in d. auth. res, quę. vbi Cur. Iun. nu. 45. & apertius Craue. in conſ. 291. col. 1. & Petra in Tract. de fideicom q. 8. nu. 456. Ita etiam intelligi poteſt Bald. Nouellus in l. 1. nu. 153. in fine. ff. ſol. matr. cùm dixit, filiam poſſe ſibi augere dotem tenuem à patre relictam, intelligitur inquam ſi nondum nupſit filia, & non poteſt commodè nubere.

Primò ea ratione, quia clarum eſt, quod ſi pater nullam dotem reliquiſſet: & legitima ac Trebellianica ſufficiens non extitiſſet, pro dotis conſtitutione, quod bona fideic. poſſent alienari. d. auth. res, quæ. Ergo à fortiori iam conſtituta dos tenuis augeri poteſt. Cum plus ſit quid facere de nouo, quàm iam factum. c. cui licet. de reg. iuris. gl. in clem. ne Romani. de elect. & Feli. in c. quod ſuper his. col. 2. de maio. & obed.

157 Secundò, augmentum regulatur † ſecundum naturam ſui principalis, cui æquiparari dicitur. l. etiam. C. de iure dotium. & l. vlt. C. de dona. ante nup. At qui dos principalis è bonis fideicommiſſi conſtitui poteſt, cum alia bona non ſufficiunt. Ergo & dos augeri poteſt.

158 Tertiò hęc conſtitutio eſt fauorabilis, ob communem vtilitatem. Atqui † cùm agitur de publica vtilitate, extenſio fit etiam in materia odioſa & pœnali. Ita Bart. in l. 2. §. exercitiũ. ff. de his qui nota. infam. & in l. quemadmodum. num. 11. C. de agricol. & cenſ libro. 11. Ergo fit extenſio in caſu noſtro à re principali ad augmentum.

Quartò accedit preter Crauettam hæc ratio vera, & excludens. Hæc diſpoſitio eſt fundata in præſumpta voluntate teſtatoris conſtituentis fideicommiſſum, vt iam ſuprà diximus. Atqui dubium non eſt, quin, ſi pater eo tempore viueret, quo filia nubenda eſt, & non inueniret virum ob dotis tenuitatem, alienaret bona & eam dotem conſtitueret vt ſuæ obligationi ſatisfaceret. iuxta. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. Ergo & nunc filia alienare poteſt bona fideicommiſſi, vt congruam dotem ſibi conſtituat. Et accedit, quod talis conijcitur voluntas patris, qui dotem filiæ reliquit, ea ratio & cauſa reliquit, vt poſſit nubere. Et ita patris voluntas ex eo facto declaratur. iuxta l. Paulus. ff. rem ratam hab. Si ergo non poteſt filia nubere ob dotem tenuem, patris eſt coniecturata volũtas,

quod

quod augeatur.Cæteras rationes à Crauetta illatas non refero nec enim multum vrgent.

159 Secundus eſt † caſus,quando pater reliquit dotē ſatis congruam ipſi filiæ,quæ commodè nubere poteſt. Hoc caſu non licet filiæ alienare bona fideicommiſſi, vt ſibi dotem augeat: Nam tunc videtur fieri alienatio in fraudem & euerſionem fideic.ita procedit text.§.hæc igitur.in Auth.de reſtit.& ea, quæ parit in vnd.menſ.Et ſenſit Cur.Iun.in d.auth.res,quæ. nu.45.Ruinus conſil.199.nu.8.lib.2.& Petra in d.Tract.de fideicommiſſis.q.8.nu.456.

160 Tertius eſt caſus, † quando pater viuens nupſit filiam, & dotem tenuem viro ita conſentiente conſtituit.Hoc caſu non etiam poteſt filia mortuo patre alienare bona fideic.vt ſibi augeat dotem.Cùm & tunc fieri hoc dicatur in fideicommiſſi euerſionem.d.§.hæc igitur. Nam & hic ceſſat iuſta cauſa alienationis.

161 Decimaquarta Dubitatio † eſt,an bona ſuppoſita fideicōmiſſo alienari poſſint pro conſtitutione dotis, quando filia percepit tot fructus ex ipſis bonis,qui ſufficerent pro dote ipſa?Et alienari minimè poſſe ſcripſerunt Angel.& Comenſis in d.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebell.& ibidem Caſtren.numero 6.& 7.& Alex.numero tertio. Idem ſenſit Caſtren.in conſili.15.columna prima.in fi.li. 1.ſic cenſuerunt Roma.in conſ.332.in fi.Iaſon in d. auth.res,quæ.col.vlt.verſ. duodecimò limita.C. communia de leg.& fideicom.Io.Lupus in rub.extrà de donatio.inter virum & vxo.§.14.& Ludouicus Molina in lib.4.de Hiſpanorum primogenijs.c.6. num.15.Quæ quidem ſententia manifeſtè probatur eo reſpōſo Vlpiani in d.§.cum proponeretur.ibi. *Potius fructibus hoc ex penſum ferendum,quàm fideicommiſſo.*

Cæterùm hæc iuris & Doctorum ſententia intelligitur, quando tempore conſtituendæ dotis vel donationis propter nuptias fructus ipſi extant,non autem ſi iam fuerunt ab ipſo hærede grauato conſumpti. Ita declaraut præcitati doctores præſertim Angelus Comenſis,Lupus & Molina. Cùm enim fructus iam ſunt conſumpti,conqueri nulla ratione poteſt fi-
162 deicommiſſarius,cui fieri debet reſtitutio:ex quo † hæres ipſe grauatus, pendente ipſa conditione reſtitutionis, fructus ſuos facit.l.in fideicommiſſariam.ff.ad Trebell.& ſcripſi in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu.256.nume.8.& præter illo in loco congeſtos idem ſcripſerunt alij commemorati à Tiraquello in l.ſi vnquam.in verbo reuertatur.nume.284.C.de reuoca.donatio.iure ergo ſuo potuit eos conſumere.Quando verò adhuc extant ipſi fructus,ij dicuntur conſtituere ipſi hæredi quoddam patrimonium, ex quo filiam dotare poteſt, ſi ad eam dotandam ſufficiunt: & propterea alienari non poſſunt bona fideicommiſſi:cùm horum bonorum alienatio(vt diximus ſupra)permiſſa non ſit,niſi in ſuſidium,hoc eſt,quando nulla alia bona libera reperiuntur.

163 Decimaquinta † Dubitatio eſt,an bona emphyteutica pro dotis conſtitutione alienari poſſint etiam ſine conſenſu domini?Et poſſe docuit Iaſon in d.authen.res, quæ.numero 32. verſ.decimo ſeptimò extende,qui alios,quos ſtatim referam, recenſet.Hæc dubitatio noſtros penè terminos egreditur: Cùm hic non agatur de alienatione iuris alterius perſonæ,ſed ſolùm de tranſlatione vtilis dominij,quod eſt penes ipſum emphiteotam dotantem: Et dubitatio eſt ſolummodo reſpectu conſenſus directi domini, à quo tamen nullum ius aufertur: quod non contingit in ſpecie noſtræ conſtitutionis, quo ad ipſum fideicommiſſarium. Quocircà vt res hæc ad hanc tractationem pertineat,diſtingui atque declarari,ita poteſt,duos caſus conſtituendo.

164 Primus eſt caſus, quando † dubitatur an ipſemet emphiteuta poſſit rem emphiteuticam, alio onere fideicommiſſi non grauatam,dare in dotem ſine conſenſu domini directi?Et dicendum eſt,poſſe.Ita Iaſ.loco iam citato, poſt Specu.tit.de locato,ſed verius eſt in tit. De emphiteuſi.§.nunc aliqua.nu. 133.Io.Andreæ & Imolam in c.potuit.de locato.Salicetum & Alber.in l.vlt.C.de iure emphit.& ibidem ipſemet Iaſ.nu. 107.Caſtren.in l. vſufructu.ff. ſoluto matr. idem reſpondit Socinus Sen.in conſ. 25.nu.10.lib.1.& in Tract.fall.reg.12. ampl.vlt.& alios multos recenſet Aurel. Corbulus in Tract. de iure emphiteotico.limit.20.nu.1. Et illis accedunt Tiraq. Tract.de iure primigen.q.61.num.5.& Pariſius in l.1.numero 164.ff.ſoluto matr.& Petra in Tract.de fideicommiſſis.q.8. num.479.

Quorum ſententia probari aſſeruitur in §.emphiteuſim,in Auth.de non alienan.aut permutan. reb.eccle.quo loci ſtatuit Iuſtinia. emphiteuſim eccleſiaſticam tranſire ad vxorem & filiam.Ergo dos in illa conſtitui poſſe videtur. Cæterum is tex.loquitur,cum expreſsè ita ab eccleſia eſt actum.

Ita etiam (ſcripſerunt prædicti Doctores) videmus alienari poſſe bona fideicommiſſi aliàs inalienabilia pro dotis conſtitutione,vt in d. auth.res, quæ probatur. Verùm tex.ille illiuſque permiſſio diuerſam admodum rationem habet à caſu emphiteuſis inſpecto iure domini directi. Nam in dicta cōſtitutione,ſola præſumpta voluntas vnius nempè teſtatoris domini fideicommiſſum relinquentis,conſideratur:& ab eo vno totum pendet.At diuerſum eſt in caſu emphiteuſis. Et ideò tex.d.auth.res,quæ,in hanc ſententiam allegari non poteſt.

Præterea adfertur ſimile ex.l.vlt.in fi.C.de litigio.quo probatur vitium litigioſi non impedire conſtitutionem dotis. Et hoc ſimile ad rem hanc ſatis confert. Exiſtimo tamen probabiliorem eſſe rationem eorum,qui dixerunt,ob id emphyteuſim dari poſſe in dotem ſine domini licentia: quia non poteſt hoc in caſu dominus interpellari an velit rem pro eodem pretio,iuxta l.vlt.C.de iure emph.quia pretium non interuenit:& eſt quædam donatio,vt inter alios dixit Iaſ.in d.l.vlt.numero 108.

165 Secundus eſt caſus,quando † emphiteuta ſubiecit fideicōmiſſo etiam bono ipſa emphiteutica(quod intelligo illis in caſibus à iure permiſſis)an liceat hæc alienare pro dotis conſtitutione?Hic caſus,qui ad rem noſtram ſatis pertinet, facilè diffiniri poteſt, vt ſcilicet dicamus, quò ad ipſum emphiteutam nullam eſſe differentiam inter hunc caſum & illum, quando teſtator reliquit fideicommiſſum ex bonis ſuis liberis & allodialibus. Ita enim illa emphyteotica ſunt in teſtatoris diſpoſitione ratione vtilis dominij ſicuti reliqua bona libera.

Et hæc quidem bona emphyteotica ſic in dotē data,mortua ipſa muliere non reuertuntur ad eos,ad quos,ſi mulier innupta deceſſiſſet,reuerſa eſſent: ſed tranſeunt ad hæredes ipſius mulieris,vel mariti,ſi dotem is lucratus eſt. Ita in ſpecie reſpondit Capra inter conſilia Cornei in conſi.51.nu.5.lib.3. cui ibidem.nume.6.& nu.11.ſubſcripſerunt Ioan. Sperellus & Corneus ipſe.Et hos ſecutus eſt Corbulus in dicto Tract. de iure emphyteotico.in limit.20.numero quinto.Et illis addo Felinum in capitulo quæ in eccleſiarum.numero 75.de conſtitutio.

166 Decimaſexta † Dubitatio eſt, an feudum inconſulto domino directi in dotem dari, vel alienari poſſit pro ipſius dotis conſtitutione?Et regulariter non poſſe ſcripſit Iaſon in d. auth.res.quæ.nu.33.verſ.ſextò limita.C.com.de lega.& fideicom.poſt Baldum & Aluarotum in c.1.§.donare.in tit. Qualiter olim feudum poterat aliena.Quo quidem in loco in ſpecie ſcripſit Baldus,conſtitutionem dictæ auth.res, quæ.non habere locum in bonis feudalibus, quæ cauſa dotis alienari non poſſunt.idem Baldus in conſ.346.lib.2.Burſatus in conſ. 132.num.42.lib.2.& Petra in Tract.de fideicommiſſis.q.8.n. 466.Crediderim hac in re diſtinguendos eſſe caſus: & ſi Pariſius in l.1.nu.164.ff.ſoluto matri.quinque conſtituit.Hic tamen obſeruandum eſt prius,diuerſos eſſe caſus conſtitutionis dotis in re feudali: & alienationis bonorum feudalium cauſa conſtituendi dotem:vt ex his,quæ mox dicemus apparebit.

167 Primus itaque eſt caſus,quando † ipſametmulier,quæ feudum poſſidet, ſibi ipſi illud in dotem conſtituit aſſignatione ſic marito facta,ſine aliqua ipſius feudi æſtimatione, & nullo adhibito pacto de feudo ipſo lucrando. Hoc in caſu dotem ſic conſtitui poſſe ſcripſerunt in ſpecie Baldus in dicta authentica res, quæ.& ibidē Iaſon numero vigeſimoſexto,verſiculo limita iſtam, qui eiuſdem opinionis recenſet Iſerniam & Aluarotum in dicto capitulo primo.§.donare.qualiter olim feudum aliena.poterat.& in capitulo primo.an maritus ſucced. vxo.in benef.His accedunt Iacobus Ardizonus in ſumma feudorum.capitulo 130.Boerius in q.130.numero decimo,Pariſius in d.l.1.num.165.ff.ſoluto matr.& Camerarius in cap. Imperialē.pag.664.verſ.ſecunda concluſio.de prohib.feudi alie. per Feder.



na per Feder. Quæ quidem ſententia manifeſte probatur in c.1.de inueſtitura, quam Titius accepit à Sempronio,in c.1. de eo,qui ſibi & hæred.ſuis maſcul.& in c.1.an maritus ſuccedat vxori in benef. Et ſuffragatur ratio, quia hæc alienatio eſt ſincere facta,hoc eſt, ſine aliqua fraude.Nam mulier
168 † vtile dominium feudi iure quodam naturali retinet. l. in rebus.C.de iure dotium. Et feudum ipſum non abdicauit à ſe,ſed illud habet,& eius fructibus fruitur ad ſui ſuſtentationem, iuxta.l.vbi adhuc.C.de iure dotium. Qua ratione intelligimus,diuerſum eſſe in ſubſequenti caſu, quando ſcilicet pater ipſius mulieris dat feudum in dotem pro ipſa filia: quia tūc in alium transfert:ex quo dare in dotem eſt vendere,vel donare:Et ſi Cur.Iun.in Tract.feudorū in 4.par.nu.93. ver.ego autē,exiſtimat,hūc caſum nō differre à ſubſequenti.

Non obſtat nunc quid à prædicta Baldi & ſequacium opinione diſſentiant glo.in c.1. §.præterea.de capitulis Corradi.& Camerarius in c.Imperialem.pag.666.verſ.mihi tamen nunquam,ſecundum paruam impreſſionem Baſileæ,de prohibita feudi aliena.per Feder.ea ratione moti,quod per hanc dotis conſtitutionem dominium tranſlatum eſſe dicitur in maritum.l.doce ancillam.C.de rei vend.

169 Nam huic † rationi reſpondetur, verius eſſe, bonorum dotalium dominium remanere apud mulierem, non autem ad maritum tranſire.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ibi. *Si maritus ſæuus in ſeruos dotales fuit*.ff.ſoluto matr.& l.1.§.ſi vir vxori.ff. ad S. C.Syllania.vbi ſerui in dotem dati vxoris, non autem viri eſſe dicuntur & manifeſtius probat.l. in rebus.C.de iure dotium. Et in ſpecie opinionem hanc aduerſus alios probarunt latè Io. Igneus in d.§.ſi vir.num.6.22.& 50. Coraſius in lib.5.miſcella.iuris.c.14.& Zaſius in lib.2. ſingula.intellect. c.5.ad finem, qui interpretati ſunt dictam.l. doce ancillam. C.de rei vendica.vt maritus dominus eſſe dicatur rerum dotalium,ob adminiſtrationem & fructus, quos inde percipit. & propterea ei datur ipſarum rerum vendicatio:Non autem quod in eum tranſeat dominium verè & propriè.

170 Secundus eſt caſus, quando † feudum dotis nomine & cauſa aſſignatur filiæ à patre, qui habet alia bona libera ex quibus poſſet dotare filiam: Et feudum ipſum, æſtimatione facta,traditur.Hoc ſane caſu dari ita feudum non poteſt.Sic ſcripſerunt Innocentius, Speculator, Cynus, Baldus & Romanus, quos commemorat & ſequitur Iaſ in dicta auth.res, quæ.nu.26.& nu.33.verſ.ſextò limita.C.communia de legatis & fideicom.His accedunt Roma.in conſ.457.num.4. Abbas in c.ex parte.de feudis. Ruinus in conſ.165. nu.6.libr.1.& in conſ.74. num.14.lib.5. Socin.Sen.in conſ.19.col.5. lib.1.Iaſon in conſ.66.& in conſ.89.nu.4.lib.1.Io.Iacobus Leonardus inter conſilia Bruni in conſ. 114. num.56. & in conſ.115. nu.23.Zaſius in epitome feudorum parte nona.num.40.qui communem eſſe opinionem aſſeruit. Pariſius in l.1. nu.164. verſ.primò poſſumus.ff.ſoluto matr.qui hunc caſum ita manifeſtè propoſuit. Idem Pariſius in conſilio 4.in fin.in conſ. 14.nu... in conſ.16.num...& in conſil.8. num... libr.1. Alciatus in reſp.183.in fin.Iulius Clarus in §.feudum.q.56.Camerarius in c. Imperialem.pag.557.verſ. & primò ponamus, & manifeſtè pag.673. verſ. & pro complemento de prohib. feudi aliena.per Feder. Crauet.in conſ.236.nume.4.in fin.& Rolandus in Tract.de lucro dotis.q.54 nu.6.Et hęc quidem ſententia probatur.tex.c.1.§.donare. Qualiter olim feudum aliena.ibi,*vel in dotem pro filia dare*.

171 Et accedit, quod ſi † feudum alienari non poteſt inconſulto domino etiam cauſa neceſſitatis.d.c.1.§.neceſſitate. Et auctoritate multorum comprobaui in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu.182.col.1.quo loci,quare ſic conſtitutum,rationem reddidi.Non etiam in dotem dari poteſt feudum.

172 Tertius eſt caſus, quando † pater habens alia bona libera dedit feudum in dotem, nulla æſtimatione facta, vt gener atque ita maritus filiæ eo feudo fruatur donec pater ipſe, qui dedit, vixerit. Hoc ſanè caſu dari ſic feudum potuit.Ita Innocentius, Speculator,Cynus,Baldus & Romanus, quos commemorauit ac ſecutus eſt Iaſ.in d. auth res, quæ.nu.26. verſ.ſecundò limita, & in conſ 123. col. 3.verſ.confirmatur. lib.4. Idem ſcripſerunt Felinus in cap. quæ in eccleſiarum. nu.75.de conſtit.Curt.Iun.in Tract.feudorum.in 4.par.num. 93.verſ.ego autem,qui communem eſſe ſententiam teſtatur.

Et horum traditio probatur tex.c.nuper. de donatio.inter virum & vxo.Et ea ratione,quia ſola feudi cōmoditas tranſlata dicitur, id quod permiſſum eſt & alijs de rebus inalienabilibus,affirmarunt,Imola in l.ſi domus,§.1.de leg.1.& in l.codicicillis.§.inſtituto.de leg. 2. Ruinus in conſil. 17. num. 5.lib.1.& Rolandus in conſil.80.num.35.lib.primo.

173 Quartus eſt † caſus,quando pater carens bonis liberis inconſulto domino feudum dedit in dotem marito nulla æſtimatione facta. Hoc caſu feudum ita dari potuiſſe in dotem docuit omnium primus Iacobus Ardizonus in ſumma feudorum.c.130.Sic etiam Iſernia in d.c. Imperialem. num.3.in fi.& nu.13.verſ.ſed & tunc feudi aliena.per Fed. Capicius in inueſtitura feudali.in verbo, feuda pro dote.Iaſon in conſil. 66.lib.1.Afflictus in c.1.§.donare.num.8.Qualiter olim feudum aliena.poterat:qui dixit.dari poſſe in perpetuum,modò non adſit pactum,quod maritus dotem lucretur. & Oſaſcus in deciſ.174.numero 4.& ſecutus ſum in conſil.378.num.31. libro quarto.

Et traditionem hanc probarunt prædicti interpretes arg. l.1.§.ſed ſi libertus.ff.de his, quæ in fraudem patro. & l.ſiue generalis.ff.de iure dotium,ac etiam l. lex, quæ tutores.§. 1. C.de adm. tuto. ducto argumento à ſenſu contrario. Et hæc quidem ſententia retinenda eſt, reiecta contraria opinione Baldi in d.cap. Imperialem, & Pariſij in l.1.nume. 164.verſi. tertius caſus.Non etiam recipiendum eſt, quod ſcripſit Camerarius in d.c.Imperialem pag.669. verſ. tertia concluſio, cùm dixit hoc in caſu feudum permanere ſolùm poſſe apud filiam dotatā ſeu eius maritum,viuente patre dotante.Huic enim traditioni repugnant reliqui interpretes ſuprà commemorati,præſertim Afflictus, qui manifeſtè dixit, feudum ita in dotem dari poſſe,vt perpetuo ſit apud mulierem, quādo pater dotans non habet alia bona.

174 Cæterùm dubitari † hic contingit, quis teneatur probare nulla extare,vel extare bona libera,vt dotari ex eis poſſit filia, an dotans ipſe vel is,qui aſſerit, alia extare libera; & ob feudalia,vel fideicommiſſo ſuppoſita alienari & in dotem dari nō poſſe?Oſaſcus in dicta deciſ.174.num.5. de feudalis verba faciens dixit,hoc onus probandi adeſſe, vel adfuiſſe alia bona libera,pertinere ad dominum directi,vel ad agnatum, qui feudum vendicant. Idem de fideicommiſſario petente ſibi reſtitui bona fideicommiſſi; vt & ipſe teneatur probare affirmatiuam hanc,ſcilicet extare bona libera:& ob id fideicommiſſo ſuppoſita alienari non poſſe cauſa conſtituendæ dotis:ſcripſerunt Curtius Senior in conſi.27. num.17.Socinus Senior in conſil. 104.in fine lib.3. Decius in conſil. 519 in fine.Curtius Iunior dicta auth.res, quæ. num. 50. C.communia de legatis & fideicom.Cagnolus in l.vlt.nu.273. verſ. & mulier dicens.C. de pactis. & Petra in tract. de fideicommiſſi q.8.num.460.in fi.

Verùm ab his diſſentiunt Corneus, Bertrandus, Pariſius & Bellonus, quos recenſet & ſequitur Marzarius in epitome,de fideicommiſſis,q.48. verſ. ſed quod imò. Et his addo Ferdinandum Loazes in l.filiusfam.§.diui.numer.138.verſic. vnum tamen.

Exiſtimo hac iure diſtinguendos eſſe tres caſus, quemadmodū diſtinxi & diligēter cōprobaui infrà li.6. in præſumpt. 26.Ex ibi ſcriptis colligitur manifeſtè ſatis: quid hoc noſtro in caſu obſeruandum ſit.

175 DECIMASEPTIMA † Dubitatio eſt, an bona primogenituræ alienari poſſint pro cōſtitutione dotis, vel ipſamet in dotem valeant aſſignari? Et poſſe ſcripſerunt Oldradus in conſti.95.numer.7. Albericus in Tract.ſtatutorum in prima parte q.144.Opizonus in l.filiusfam.§.Diui.num.140. de leg. 1. Io.Lupus in rub. extra de donatio. inter virum & vxo.§.16.Tiraquellus in Tract.de iure primigen.q. 61.& 62. Didacus in lib.3.varia.reſolutio.cap.6.numer. 10. Padilla in auth.res, quæ.nu.53.& 78. C. comm.de legatis, & fideicom. Melchior Palaez Hiſpanus in tract. de maioratu in 4. part. q.1.limit.2.Plotus in conſil.87.in fine, & Petra in Tract. de fideicommiſſis q.8.num.500.

Et hæc quidē ſententia,quæ & mihi placet,vel ex eo probatur:quod rationes illæ omnes,quibus ſtatuit Iuſtinianus in §. Sancimus in Auth. de reſtit. & ea, quæ parit in vndecimo menſe:bona fideicommiſſi poſſe alienari pro conſtitutione dotis,

dotis, locum habent etiam reſpectu bonorum primogenituræ:ſunt ſanè rationes & præſumptæ voluntatis teſtatoris, & publicæ vtilitatis: Non enim eſt dubitandum, quin ſi teſtator,qui primogenituram ordinauit,ſciuiſſet non extare alia bona,quibus dos filiæ,vel nepti ac alijs conſtitui poſſit, detuliſſet facultatem alienandi ex his bonis primogenituræ. Publica etiam & hic verſatur vtilitas:ſicuti pluries diximus ſu-
176 prà. Et accedit quod dos † ſuccedit loco legitimæ. l.quoniã nouella.C.de inoff.teſta.Bart.in l.Titio centum.§. Titio genere.num.9.ff.de condit.& demon.& ſcripſi in lib.2.de arbitrarijs iudicum caſu 149. num. 9.

177 Porrò in † conſtitutione primogenituræ reſeruari debet legitima alijs filijs. Abbas in cap.licet de voto,Ripa in l. in quartam nu.133.ff.ad legem Falcid.Tiraquellus in Tract. de iure primigen.q.5.& Molina in libr. 2. de Hiſpanorum primogenijs cap.15.nume.4. & 5. qui idem eſſe dixit in auo & proauo:ſic ergo & dos prius deduci debet.

Et præterea agumentari licet ab alimentis ad dotem:ſicu-
178 ti dixit ſuprà. Atqui in ordinatione † primogenituræ reſeruari debent alimenta alijs filijs: vt tradunt Tiraquellus in dicto Tract.de iure primigen. cap.4.nume.33.& Molina in
179 d.c.15.nu.4.& 5.qui nu.58.ſubiũxit,primogenitũ † teneri alere alios fratres.Et idẽ ſcripſerunt alij , quos cõmemoraui in conſ.411.nu.5.Ergo & dos filiarum reſeruata cenſetur.

Et hæc quidem ſententia retinenda eſt , & ſi Ludouicus Molina in lib.4.de Hiſpanorum primogenijs cap.6.nume.21. diſſentit aliquot rationibus, quibus non admodum difficile eſt reſpondere.

180 Extenditur primò hæc † recepta ſententia , vt locum habeat etiam ſi filia conſenſit conſtitutioni primogenituræ. Nam adhuc ex bonis illis primogenituræ conſtitui dos poteſt. Ita Lupus in dicta rub. extrà de donatio. inter virum & vxo.§.16.numer.16.Eſt ratio,quia in generali renuntiatione non continetur legitima,& conſequenter dos l.ſi quando.§. & generaliter.C.de inoff.teſta. vbi copioſè Iaſon num, 5. & fuſius diſſerui in conſi.71.lib.1.

181 Extenditur † ſecundò , vt locum habeat etiam quando princeps confirmauit ipſam primogenituram. Nam adhuc cauſa dotis illius bona poſſunt alienari. Ita ſenſerunt Didacus in d.lib.3.varia.reſolutio.c.6.in fine,& Ludouicus Molina in d.lib.4.de Hiſpano.primogenijs.c.6.numer.17.in fine. Quorum ſententia,quæ & mihi placet,ſatis ea ratione pro-
182 batur, quod princeps † dicitur comprobaſſe diſpoſitionem teſtatoris,quatenus iure valida eſt. Cum voluntas principis præſumatur legi conformis & conſentanea,glo.in c.paratus. 33.q.1.Abbas in c.cauſam,quæ.num.1.& ibidem Felinus. nu.
183 5.de reſcriptis. Et reſcripta † principum debent intelligi ſecundum iuſtitiam fori & poli,vt docuit Baldus in l.1.nu.6.ff. de conſtit.princip. & in l.ex facto. in prin. ff.de vulg.& pup. ſubſt. Eſt ergo credendum , principem ſic primogenituram confirmaſſe,vt ſalua ſit filiabus dos , ſeu legitima. Cum permiſſum non ſit principi concedere tam amplam teſtandi facultatem patri , vt poſſit in totum priuare filium debita legitima:Sicuti ſcripſit idem Baldus in l. vlt. col. 2.C.de fructib, & litium expenſ.

184 Declaratur primò † prædicta ſententia,vt locum non habeat in primogenitura conſtituta & ordinata à tranſuerſali, vt à fratre,& ſimilibus.Ita Lupus in d.§.16. num.14.verſ.hoc tamẽ.Verùm pendet declaratio hæc à traditis ſupra in quinta dubitatione , vbi explicauimus , an alienari poſſint bona fideicommiſſi relicti à fratre pro dote ſororis.

185 Declaratur ſecundò,vt non habeat † locum in primogenitura ordinata & facta per contractum. Nam illa cauſa dotis alienari non poteſt.Ita in ſpecie Tiraquellus in Tract. de iure primigen.q.61.nu.9 qui ea ratione probat,quod conſti-
186 tutio † Iuſtiniani in d.Auth.res, quæ. C. cõmunia de legatis & fideicom. non habet locum in bonis prohibitis alienari ex contractu.Idque multorum auctoritatibus comprobauit. Et idem ſcripſit Petrus Antonius Petra in Tract.de fideicõmiſſis.q.8.num.440.Non immoror,cum tractationis noſtræ materiam excedat.

187 DECIMAOCTAVA † dubitatio eſt , an ſi dos data ex bonis fideicommiſſi,ſoluto matrimonio recuperetur,veniat in reſtitutione fideicommiſſi. Duos caſus ita ex mente Bart.in d.auth.res,quæ.nume.7. & clarius ex Curtio Iuniore.num.27.diſtinguo.

188 Primus eſt caſus , cùm dos † eſt recuperata à patre , vel à filia,& filia ipſa viuit.Hoc caſu dos non venit in reſtitutione fideicommiſſi.Ita ſcribunt Bar.& Curtius iam relati. Et cum eis Iaſon ibidem.nu. 30.

Ea ratione vſi ſunt , quod dos hæc ſit reſeruanda filiæ , vt iterum poſſit nubere.auth.ſed quamuis.C. de rei vxo. actio. vbi pater non poteſt minuere dotem filiæ ſecundo nubenti. qua de re Iaſ.l.filia legatorum. C. de leg. & Curt. Iun. auth. præterea.num.15.C.vnde vir.& vxo.

Et hoc in caſu procedit.l.pater filiam.in prin. ff. ad l.Fal. Ita etiam l.à filia in prin. ff. ad Trebell. & d. l. vnica. §. cum proponeretur.

189 Secundus eſt caſus,quando dos † fuit recuperata à patre, & filia eſt mortua.Hoc in caſu hæc venit in reſtitutione fideicommiſſi.Ita Bar.in d.auth,res,quæ.num.8. quem ita declarat Cur.Iun.ibidem.num.27.verſ.ſecunda eſt.qui ait hanc eſſe communem opinionem.id quod facit & Iaſon.num.30.

190 Primò adſertur † argumentatio ducta à ceſſante ratione, quæ à iure permiſſa eſt. l. adigere. §. quamuis de iure patro. cum ſimilibus. At qui noſtro in caſu ceſſant rationes omnes,quibus hæc reſtitutio impediri ſolet. Ergo etiã dos hæc cum fideicommiſſo debet reſtitui. Illa minor probatur. Ra-
191 tio enim , qua † permiſſum eſt alienare bona fideicommiſſi pro dotis conſtitutione eſt , quia is teſtator cogi aliàs poterat ad dotis conſtitutionem.d.l.mulier.§.cum proponeretur. ff.ad Trebell. Quæ quidem obligatio ceſſat mortua filia. Ex quo fit,vt etiam ceſſet cauſa illa reſeruationis ex d. auth.ſed quamuis.C.de rei vxo.actio.de qua dixi ſupra.

Cæterùm aduerſus hanc aſſertionem ita arguit idem Cur-
192 tius in d.auth.res, quæ. num. 29. Res ſuppoſita † fideicommiſſo ſi ſemel alienata fuit, perpetuò durat alienabilis.l. pater.§.quindecim.de leg. 3 At qui iam videmus hæc bona fideicommiſſi alienata fuiſſe ob cauſam dotis.Ergo perpetuò durat alienatio:atque ita nunquam venit in reſt.fideic.

Verùm reſpondet ipſemet Cur. Iunior.tex.d.l. §. quindecim , ſolum loqui quando prohibitio fuit perſonalis.ex quo vnuſquiſque perſonaliter fuit prohibitus alienare portionem ſuam.Et ideò ſi vnus acquiſiuit partem alterius,eam ipſe liberè alienare poteſt.Diuerſum eſt,cùm prohibitio realis eſt:quia tunc etiam ſi ſemel & pluries alienetur, non liberatur ab onere reſtitutionis. Ita declarat Bar. in d. §. quindecim.& clarius in l.peto.§.fratre.numer.3.de leg. 2. quem cæteri ſequuntur vt multos retuli lib.1.de arbitrarijs iudicum. q.54.nu.25.Noſtro in caſu prohibitio alienationis eſt realis: & ideò perpetua eſt.

Diſtinguit Fulgo. & Caſtren.in d.auth. res, quæ. aut filia erat ſimul inſtituta cum filijs. Et tunc ſi alij filij lucrati ſunt tantundem ex ſimili cauſa, dos non venit in reſtitutione fideicommiſſi:aut nil lucrati ſunt,& tunc non venit.Ita probat ſecundum eos. lege vltima. C. com. vtriuſque iud. Verùm aduertit Cur.Iun. numer.27.ad finem.d.l.vlt.loqui non de bonis ſubiectis fideicommiſſo , ſed de immediatè prouenientibus à patre. Cæterùm dubitatio eſt in dote conſtituta filiæ naturali,& ſpuriæ,an reſtitui illa debeat fideicommiſſario. Alba in conſil.44. & Petra in Tract. de fideicommiſſis.q.8.num. 464. ſcripſerunt , debere reſtitui fideicommiſſario , ex quo pro alimentis data fuit. Crederem contrarium verius: quia non eſt data pro tempore ſucceſſiue , ſed pro ſemel tantum, atque ita iam in totum effecta fuit ipſius filiæ.

193 Eſt etiam egregia dubitatio, † ſi mulier dotem ex bonis fideicommiſſi cõſtituit,& moritur maritus , deinde ipſa mulier , an talis dos reuertatur ad fideicommiſſarium , an verò trãſeat ad hæredes extraneos. Et ad extraneos hæredes mulieris tranſmitti,non autem reſtitui fideicommiſſario ſcripſerunt glo.& Angelus in Auth.de reſtitutionibus, col.1.verſ. ſed tunc quæro.Caſtren.in d.auth.res , quæ.nume. 12.vbi Iaſon.nu.32.verſ. decimoſextò,extende & Curtius Iunior nu. 48.& Molina in lib.2.de Hiſpanorum primogen. cap. 15.nu. 10.in fi.Quam ſanè aſſertionem ſcribunt probari in d.l.mulier.§.cum proponeretur. Trebell. quo loci inquit iuriſcon. bona hæc, quæ dotis conſtituendæ cauſa alienãtur,cenſeri à teſtato



teſtatore extra fideicommiſſum poſita. Si ergo non dicuntur ex bonis fideicommiſſi , dicendum eſt, non eſſe fideicõmiſſario reſtituenda.

194 Et accedit quod dare † in dotem eſt vendere atque ita alienare.l.ſicut.§.ſin permiſerit. ff. quib.mo. pig. vel hypo. ſol.l.1.§.in alienatione.ff.quando actio de pecul.eſt annal.& l.ſi iuſſum.§.1.ff.de lib.cauſa.Præterea pro donatione habetur.l.vlt.§.1.C.de dona.ante nupt.& l. ſi fraudatur. §. ſi à So-
195 cero in fin.ff.quæ in fraud.cred.His accedit † doct. Felini in cap.quæ in eccleſiarũ nu.75.de conſt.cùm dixit,quod ſi data eſt emphiteuſis nomine dotis,mortua muliere,illa nõ reuertitur ad priorem dominum,ſed tranſit ad hęredes ipſius mulieris:& idem affirmarunt alij,quos retuli ſupra in fine deci-
196 mæ ſextæ dubitationis.Non obſtat nunc quod ceſſante † cauſa ceſſare debet effectus. l. adigere. §. quamuis de iure patr. cum ſimilibus.Atqui hic ceſſat cauſa dotis conſtituendæ & conſeruandæ , ex quo vir & vxor deceſſerunt. Ergo bona hæc non ſunt amplius conſeruanda ob cauſam dotis ſed reſtituenda fideicommiſſario.Nam ſatisfacit Curtius Iunior in d.auth.res,quæ.num. 48. illam regulam quod ceſſante cauſa
197 ceſſet effectus,declarans,vt † non procedat quando iam effectus eſt conſumatus.l.vlt.ff.vnde liberi,Bart.in l.2.§.vlt.ad finem.ff.de dona.Iaſon in l.inter ſtipulantem.§.Sacram.in 4 notab.de verbo.obliga.Decius in l.1.in prin.num.79. ff. de off.eius,cui mãd.eſt iuriſd.& latiſſimè Tiraquellus in Tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus parte 2.lim. 12. Hic equidem effectus eſt cõſumatus,ex quo mulier nupſit,& bona fideicommiſſi iam data ſunt nomine dotis , atque ita ſuam naturam quodammodo mutarunt.

198 Præterea & ſecundo † ad fortè melius reſpondetur, quod ceſſante cauſa non ceſſat effectus in iure iam quæſito. Ita probat,l.ſi poſt mortem.§.1.& l.nõ putauit.§ ſed ſi poſt mortem.ff.de bon.poſſeſ.contratab.& ſcribunt Baldus in l. filiã. p.lect. ff. de ſenat. & alij , quos recenſet Tiraq. in d. Tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus part.2.limit.11.Cũ ergo hic iã fuerit quæſitũ ius mulieri,quæ alienatis bonis fideicõmiſſi dotem conſecuta eſt, dicendum eſt, quod ea mortua dos non reuertitur ad fideicommiſſarium , ſed ad mulieris hæredes tranſmittitur.

Secũda excitatur dubitatio ex his quæ ſcripſi paulò ſuprà poſt.Bart.in d.auth.res,quæ.nu.8.& Curtium Iuniorem nu. 27.verſ.2.eſt concluſio:receptam eſſe opinionem,quod ſi pater recuperauit mortua filia dotem ei ex bonis ſibi fideicõmiſſis conſtitutam, eam venire in reſtitutione fideicõmiſſi. Ergo idem dicendum videtur hoc noſtro in caſu.

Verùm reſponderi poteſt , diuerſum eſſe hunc caſum ab illo.Nam quando pater dedit dotem,& mortua filia dos ad patrem reuertitur ſuum priſtinum ſtatũ recipit.At diuerſum eſt quando ipſamet filia dotem dedit,quia quando ipſa filia moritur , dos adhuc remanet in eo eſſe , ex quo non reaſſumit priſtinam naturam.

## PRÆSVMPT. CXC.

### Fideicõmiſſi bona an & quando ex præſumpta mẽte teſtatoris alienari poſſint pro dotis reſtitutione.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona an & quando alienari poſſint pro reſtitutione dotis ex præſumpta teſtatoris voluntate.*
2 *Interpretatio.§.1.verſicul. adierunt.in Authen. de reſtit. & ea quæ parit in vnd.men.num.ſeq.*
3 *Reſponſio ei determinatio à præcedenti interrogatione declarari ſolet.*
4 *Reſcriptum declaratur à precibus præcedentibus.*
5 *Præfationes declarant diſpoſitionem dubiam,& ſignificant caſum contineri in diſpoſitione ex mente diſponentis.*
6 *Interpretatio.§.ſancimus.in Authen. de reſtit. & ea quæ parit in vnd. men.*
7 *Verba præteriti temporis non adaptantur ad futurum.*
8 *Dos qua de caſu poſſit detrahi ex bonis fideicommiſſi.*
9 *Fauor publicus in omnibus caſibus præfertur priuato.*
10 *Fideicommiſſi bona facilius, & maiori ratione debent poſſe alienari pro reſtitutione dotis quàm pro ea conſtituenda.*
11 *Bona ſoceri intelliguntur tacitè hypothecata pro dote à nuru recepta.*
12 *Pater cogitur conſentire filio recipienti dotem ab vxore, & ſe obligare, & num. 14.*
13 *Aes alienum de fideicommiſſo eſt prius detrahendum.*
14 *Teſtator præſumitur voluiſſe, quòd hæres faciat, quod ipſe,ſi vixiſſet, erat facturus.*
15 *Filius ducens vxorem poſt mortem patris poteſt obligare bona fideicommiſſo ſubiecta pro reſtitutione dotis , & redditur ratio.*
16 *Fideicommiſſi bona non poſſe alienari pro dotis reſtitutione pluribus comprobatur.*
17 *Intellectus.§.hæc igitur. in Auth. de reſtitut. & ea quæ parit in vnd. menſe.*
18 *Damno , & periculo nemo præſumitur velle ſe exponere.*
19 *Dos data ante fideicommiſſum, & data poſt, valde differunt.*
20 *Fideicommiſſa facilè euerti non debent.*
21 *Fraudibus quò ad fieri poteſt eſt obuiandum.*
22 *Succedere alteri eſt potius lucrum quàm onus & damnum.*
23 *Lex non fauet illi, qui ſua culpa ſe poſuit in neceſſitate nu. 49. Fallit in muliere, num. 24.*
25 *Argumentum à ceſſante ratione iure permiſſum eſt.*
26 *Legiſlator quando duas quæſtiones & dubitationes diffiniendas proponit , ſi vnam affirmatiuè determinat , alteram negatiuè determinare dicitur.*
27 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio: ceſſat autem huiuſmodi argumentum quando conſtat, mentem diſponentis eandem fuiſſe de caſu excluſio quæ de incluſo.*
28 *Fideicommiſſi bona abſque dubio alienari poſſunt pro reſtitutione dotis , quando teſtator ipſe qui fideicommiſſum conſtituit,iam dotem accepit.*
*Idem etiam ſi maritus fideiuſſores dedit de ipſa dote reſtituenda. num. 29. & ſeq.*
30 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
31 *Cautela abundans non nocet.*
32 *Ius commune non lædunt ea , quæ dubitationis tollendæ cauſa adhibentur.*
33 *Remedia plura quando ſunt vni à iure conceſſa , poteſt is vno remedio vti,& tamen ex eo alteri non præiudicatur.*
34 *Fideicommiſſi bona non poſſe alienari pro reſtitutione dotis, quando maritus dedit fideiuſſores de ipſa reſtituenda,pluribus comprobatur.nume. ſeq.*
35 *Remedium ſubſidiarium ceſſare dicitur , quando ceſſat cauſa & ratio,qua ipſum remedium fuit introductum.*
36 *Damnum non debet quis ſentire ex ſua liberalitate.*
37 *Remedium ordinarium quando extat , debet ceſſare extraordinarium.*
*Bona ſuppoſita fideicommiſſo regulariter alienari nequeunt. ibid.*
38 *Remedium ordinarium tunc facit ceſſare extraordinarium,quãdo extraordinarium eſt contra ius commune.*
39 *Prouiſio hominis plus operatur quàm prouiſio legis,& ſic facit ipſam prouiſionem legis ceſſare.*
*Quod procedit , quando facta eſt ſuper eodem facto, & ad idem ambæ tendunt. num. 40.*
*Secus ſi ad diuerſa. num. 41.*
*Et ſecus ſi legis prouiſio pinguius prouidet. num. 42.*
43 *Fideiuſſor an poſſit dari aut debeat à marito pro dote reſtituenda,*
44 *Fideicommiſſi bona alienari poſſunt pro dotis reſtitutione etiam quando tempore dotis datæ aderant bona libera , quæ deinde tempore reſtitutionis dotis reperiuntur conſumpta.*
*Diſtingue,vt num.ſeq.*
46 *Actio ſuccedit loco rei.*
47 *Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro dotis reſtitutione, quando mulier ſciuit bona omnia mariti eſſe ſuppoſita fideicommiſſo.*
48 *Contrahens ſcienter non habet euictionem.*
50 *Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro reſtitutione dotis, quando dos eſt tantum confeſſata.*
51 *Dos confeſſata non dicitur propriè dos.*
52 *Dotem nõ reſtitui ex fideicommiſſo,quando culpæ mulieris exacta non fuit ex bonis liberis prius quam illa à marito diſſiparentur.*

P Expli

1 Explicauimus † in præcedenti præſumptione quando ex præſumpta mente teſtatoris pro conſtitutione dotis alienari poſſint bona fideicommiſſi: Nunc diſſerendum eſt, quando ea diſtrahere liceat pro reſtitutione. Recepta interpretum ſententia eſt, alienari poſſe. Ita ſanè ſcripſerunt Accurſius in auth.res,quæ.& ibidem Bart. q. 2. Corneus nu. 12.& Curtius Iunior num.11.C.com.de legatis & fideicom. Ripa in l.filiusfam.§.diui num.76. ff. de leg. 1.& alios plures commemoraui ac ſecutus ſum in lib. 2. de arbitrarijs caſu. 182.num.69 & in conſil.23.num.27.lib.1. Et illis nunc accedunt Cagnolus in l.vlt.nu.273.C.de pactis.Padilla in d.auth. res,quæ. numer.119.Pariſius in l.1.numer.163.ff.ſoluto matr. Marzarius in epitome de fideicommiſſi.q.48. verſ.contrariã. Rolandus in conſil.20.col.1.lib. 4. Ludouicus Molina in lib. 4.de Hiſpanorum primogen.cap.6.num. 7.& Petra in tract. de fideicommiſſis q.8.num. 349.&.

2 Primò perpendebam in eo † conſi. 33. nume.12.tex. §. 1. verb.adierunt in Authen. de reſtit. & ea, quæ parit in vndecimo menſe. Eo loci Iuſtinianus recenſet controuerſiam, quæ fuit inter mulierem & fratrem viri defuncti,hiſque verbis vtitur.

*Moriente namque viro vxor quidem & dotem exigebat & donationis antè nuptias facta partem, ſeu propter nuptias, quam viri mors dabat. Defuncti verò frater aliunde vindicabat res, & patris proferebat voluntatem, &c.*

Ita legitur in vulgatis codicibus:Et melius & clarius fortè in Codice Holoandri.

*Si quidem in controuerſia quadam, defuncto marito,mota,Cum vxor dotem & donationis antè nuptias ſiuè propter nuptias partem,quam mariti mors illi tribuerat, exigeret pertinaciter res ipſa ex altera parte defuncti frater prætextu paternæ voluntatis retinere,eaſq; mulieri eripere conabatur.&c.*

Hæc ergo querela mulieris erat de dotis reſtitutione,querela verò fratris de fideicommiſſo ſibi ex fratris diſpoſitione reſtituendo. Iuſtinianus ergo auditis hinc inde querelis totã controuerſiam diffinit: ſtatuit dotis cauſam eſſe fideicommiſſo præferendã.Licèt ergo Iuſtiniani diffinitio ſolùm eſſe videatur de dotis conſtitutione: attamen & caſum reſti-
3 tutionis continet. tum quia † reſponſio atque ita determinatio à præcedenti interrogatione declarari ſolet.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interroga. actio. & §. præterea. Inſtit.de inutil.ſtipula.

4 Ita etiam dicimus † reſcriptum declarari à precibus præcedentibus.c.inter dilectos.vbi Felinus.num.14.de fide inſtr. & Pariſius conſil.3.num.56.lib.4.tum etiam,quia ſi aliter diceremus,non diffiniuiſſet Iuſtinianus propoſitam querelam: quod dicendum non eſt.

5 Præterea † accedit quod præfationes declarant diſpoſitionem dubiam.l. vlt. ff. de hæred.inſtit.& egregiè ſcribunt Zucchardus in l.vlt.num.330.C.de edicto diui Adria. tollen. & Decius conſil.600.col.1.Quinimò præfatio ſignificat caſum contineri in diſpoſitione ex mente diſponentis.l. libertum.§.Senatus.ff.de ritu nuptia.& reſpondit in notabili caſu Cur.Senior conſil.50.Memoriæ recolendæ.col.19.in prin.Et ſi ergo dubiam eſſe diceremus hanc Iuſtiniani conſtitutionem, an ſcilicet comprehendat caſum reſtitutionis dotis, à præfatione argumento ſumpto atque ita ab ea declarando, dicendum eſt, & de reſtitutione in ea agi.

6 Secundò accedit † tex. §.ſancimus in d. Auth. de reſtitut. & ea quæ parit in vndecimo menſe, ita ait. *Sancimus* ( inquit Iuſtinianus)*ſecundum hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionem nuptialia documenta, & ſuper his ſactas alienationes hypothecas*.Vel(vt in codice Holoandri) ita. *Sancimus enim, vt prorſus ea ratione coniugalia inſtrumenta, & eo nomine celebratæ alienationes,ſeu hypothecæ à reſtitutione examinantur.*

Duo hic facit Iuſtinianus. Primùm vult à reſtitutione fideicommiſſi eximi dotem,dum ergo excipit dotem,præſupponit præceſſiſſe fideicommiſſum. Secundum præſupponit Iuſtinianus,hic agi de reſtitutione dotis:cùm ait, inſtrumẽta coniugalia eximi.Si de dotis conſtitutione ageretur,non cõ-
7 uenirent illa verba,inſtrumenta coniugalia,quæ † cum præteriti temporis ſint ( iam enim contractum matrimonium ſignificant) ad futurum non adaptantur.

8 Tertiò conſidero rationem, qua † motus eſt Iuſtinianus ad conſtituendum quod ex bonis fideicommiſſi dos poſſit detrahi:ratio eſt inquam illa, quam his & verbis exprimit: *Ea enim quæ communiter omnibus proſunt,his,quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.&c.*Et paulò ſupra dixerat, *Maximè in nuptijs, quibus nihil eſt in hominum vitæ vtilius,vt quæ ſolæ homines procreare & producere poßint.*

Hæc ratio ita locum obtinet, cùm agitur de ipſius dotis reſtitutione quàm quando agitur de conſtitutione.Et ita locum habet, cùm agitur de reſtitutione dotis datæ tam poſt
9 fideicommiſſum iniunctum quàm antè. Si quidem † omnibus in caſibus ſemper fauor publicus eiuſque vtilitas priuato præfertur. Cùm contingat mulieres & ſecundò & tertiò nubere:quæ ſanè nuptiæ impedirentur,ſi ab hæredibus præmortui viri dotem exigere non poſſent. Et niſi intelligeremus,dotem reſtitui ex bonis fideicommiſſi iam conſtituti, verè nullum priuilegium eſſet doti tributum.

10 Quarto vrget plurimum, quod † omnium eſt ſententia, quam ſupra probauimus manifeſta conſtitutione Iuſtiniani, dotem poſſe ex bonis fideicommiſſi conſtitui. Atqui maior ratio eſt, quod fideicommiſſum iam iniunctum pro reſtitutione dotis alienetur,quàm pro conſtitutione. Hoc vel ex eo demonſtratur, quia quando agitur de dotis conſtitutione quodammodo agit mulier de lucro captando cum iactura ſuccedere debentium in fideicommiſſo; quibus cum obnoxia ſint bona hæc, dos vti ex re aliena non videtur poſſe à muliere conſtitui. Cùm verò agitur de dote reſtituenda,de damno euitando agit mulier, cùm ſolùm quærat, vt ſibi reſtituatur,quod ſuum erat, & iam ex re propria dedit. Si ergo permiſit Iuſtinianus alienare bona iam fideicommiſſo ſuppoſita pro dotis conſtitutione;ergo fortius pro reſtitutione.

Quintò accedit,quod niſi illa conſtitutio Iuſtiniani in d. Auth.de reſtitut. & ea, quæ parit in vndecimo menſe,intelligatur diffinire hanc controuerſiam de dotis reſtitutione datæ poſt onus fideicommiſſi, eſſet de indubitali:quod quidem dicendum non eſt vulgatis iuribus. Hoc demonſtratur duobus prius præſuppoſitis.

11 Primò,quod bona † ſoceri intelliguntur tacitè hypothecata pro dote à nuru recepta.Ita cenſuit gloſſa in l.aſſiduis.in gloſſa magna.C.qui potio.in pigno.habe. quam omes ibi ſequuntur.

12 Secundò,quod pater † cogitur conſentire filio recipienti dotem ab vxore& ſe obligare.Ita Bar.in l.ſi cũ dotẽ.§.tranſgrediamur.num.7.ff.ſolu.matr.His præmiſſis,dicimus nunc, quòd ſi illa conſtitutio de dote data viuente patre non loqueretur,nullam probabilem dubitationem contineret.Nã, cùm bona ſoceri cũ ipſa dote ſint hypothecata, non potuit teſtator fideicõmittendo ius hypothecæ auferre,qua mulieri datur facultas agendi hypothecaria cõtra bona ſoceri,l. creditoris.ff.de diſtract.pigno. Vt ergo illa conſtitutio contineat dubitationem & aliquid noui inducat, intelligenda eſt hoc in caſu,in quo mulier agit ad reſtitutionem dotis datæ poſt fideicommiſſum iam iniunctum. Ita argumentatur in ſpecie Crotus in l.filiusfam. §. diui. num. 167.de leg. 1.& eum ſecutus eſt Natta conſi.61.col.3.lib.1.

Cæterùm(vt dixi conſi.33.num.21.)hæc argumentatio nõ multum concludit:Nam illa præſuppoſita facta à Croto non videntur vera, vt mox ſubijciam. Et ideò melius hæc argumentatio confirmatur:quod Iuſtinia. tribuit priuilegiũ doti hoc caſu,ob communem vtilitatem.Quod ſi verũ eſſet dotẽ fuiſſe datam ante fideicommiſſi conſtitutionem,non ex priuilegio,ſed iure communi ordinario poſſet mulier dotẽ re-
13 petere:cum eo caſu cenſeatur æs alienum,quod de † fideicõmiſſo venit prius detrahendum:vt clari iuris eſt.Vt ergo priuilegiatam dotem cum Iuſtianiano dicamus,erit concedendum,dotem poteſt fideicommiſſum datam fuiſſe.

14 Sextò ſuffragatur hæc † argumentatio : Iuris præſumptio eſt,teſtatorem velle hæredem ſuum facere debere quod ipſe teſtator, ſi vixiſſet, erat facturus. l. cum ſeruus. verſ. Nam,
15 quod.ff.de cond.& demon. At qui,† ſi pater ideſt teſtator,fideicõmittens viueret,conſentiret filio nubenti & recipienti dotem,vt bona ſua eſſent obligata pro dotis reſtitutione ſuæ nurus: Cùm, ſi ſpontè conſentire nollet compelli poſſet,vt ſcribit Bar,in l.ſi cum dotem,§,tranſgrediamur.nu. 7. ſoluto matr.



matr.quem alij plures ſecuti ſunt.Ergo filius, mortuo patre, ducendo vxorem & recipiendo dotem, poterit obligare bona ſuppoſita fideicommiſſo,pro ipſius dotis reſtitutione.

Quam quidem argumentationem multi probarunt quos retuli conſ.33.num.23. Quo loci admonui non eſſe ſatis veram. Nam illa minor propoſitio abſolutè vera non eſt: cùm Bartolo in d.§.tranſgrediamur,aduerſentur Alber.& Comen. Et iuribus à Bartolo citatis reſpondi.d.conſ.33.num.24.Prętereà hęc argumentatio ſolùm cõcluderet, quãdo fideicommiſſum fuiſſet conſtitutum à patre,cuius filius vxorem duxit, non autem concludit,cùm eſt conſtitutum à tranſuerſalibus, quorum tamen fideicommiſſum in cauſa eſſe non debet, vt mulier dotem amittat.

16 Contrariam ſententiam,quod † ſcilicet,bona ſuppoſita fideicommiſſo alienari non poſſint pro dotis reſtitutione probarunt Iaſon in d.auth.res,quę.nu.29.poſt Angelum,Alcia.in l.1.num.65.ff.ſol.matr.& alij plures,quos retuli conſ.33.nu.1. Et illis addo Federicum Scottum in reſp.17.num.8. lib.4.tomo primo & in reſp.4.nu.29.lib.1.tomo 2.

Primò mouentur text.§.hęc igitur.in Auth.de reſtit.& ea, quę parit in vnd.menſe,quo loci Iuſtinia.prohibet alienationem fideicom. vt augmentum dotis, vel donationis propter nuptias conſtituatur.Ea ratione vtitur,quia aliàs hęc circumuentio eſſet ad ſubuertendum fideicommiſſum.Quæ ſanè ratio locum habere videtur & in hoc caſu.

17 Verùm reſpondetur,vt dixi † d.conſ.33.num.28.verſ.2.reſpondetur.d.§.hęc igitur, loqui de dotis augmento, quando ſcilicet dos competens fuit data: ac etiam de augmento donationis propter nuptias, quæ quidẽ augmenta cùm ad euerſionem fideicommiſſi per fraudem facta pręſumantur, non merentur hoc priuilegium, vt ex bonis fideicommiſſi reſtituantur.Ita hunc textum interpretati ſunt Soc.Sen.Decius & Rolan. quos retuli loco iã citato. Et infra ſuo loco dicemus. Nos verò loquimur in muliere, quæ dotem dedit viro grauato, quæ ob fideicommiſſi ignorantiam excuſatur:& quæ verè fraudem committere non poteſt.Cùm plus nõ repetat quàm quod iam dedit,imò fatua diceretur,ſi ſciẽs adeſſe fideicom-
18 miſſum,dotem ſub tanto periculo daret.Non enim † præſumitur, quod quis damno & periculo ſe velit exponere.arg.l. cum de indebito.ff.de proba.

19 Secundò mouetur † hac ratione Alciatus & cum eo alij nonnulli, quod magna eſt differentia inter dotem datam ante conſtitutionem fideicommiſſi, & datam poſt.Nam,quando datur ante, iam pater eſt obligatus reſtituere.l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſol.matr.quod non eſt, quando datur poſt fideicommiſſum.

Reſponderi poteſt,( præter Caſtrenſem & alios,quos recenſet Rolan.conſ.85.nu.36.lib.1.)iure communi & regulari inſpecto, dos data poſt fideicommiſſum iam conſtitutum ex illis bonis iam alteri obnoxiis reſtitui non debet:at inſpecto priuilegio ſpeciali mulieri conceſſo, accedente præſertim cauſa iuſta ignorantiæ fideicommiſſi,reſtitui debet.

20 Tertiò ea ratione † mouetur Alciatus, quod ſi vera eſſet communis opinio, facilè fideicommiſſa euerterentur.Quod fieri non concedit Iuſtinia.in d.§.hęc igitur.in Authen.de reſtit.& ea quæ parit,&c.

Reſpondeo primò vnà cum Curtio Iuniore conſ.39.nu.7. in fin.quod non ſequitur euerſio fideicommiſſi:cùm permiſſum ſit ſucceſſoribus huius fideicommiſſi recuperare alia bona alienata,hoc eſt legitimam vel Trebellianicam è manibus emptorum. Quam quidem conſiderationem, & ſi non animaduertat Curtius,probat.text.§.ſi verò contigerit quartam, in Authen.de reſtitutio.

Reſpondeo ſecundò,& rationem hanc retorqueo, quod ſi concederemus hanc Angeli opinionem eſſe veram, ſequere-
21 tur, quod inuenta eſſet via, qua mulieres dotem † amitterent & fraude aliorum læderentur. Nam euenire facilè poteſt, quod vir ſciens ſe fideicommiſſo grauatum, dotem ab vxore acciperet & illã conſumeret:cùm pręſertim ſoleat dos numerata pecunia conſtitui, atq; ita mulier ſine ſua culpa iure ſuo fraudaretur.Et maior quidem ratio eſt pro muliere quàm pro ſuccedente in fideicommiſſo.Nam ſuccedens in fideicõmiſ-
22 ſo tractat de lucro captando, cùm ſuccedere alteri † lucrum potius ſit quàm onus & damnũ.l.ſi hęreditatẽ.in prin.ff.mãd. & dixi ſuprà in prima quæſtione ad finem primi caſus, quod fideicommiſſum fauorabile dicitur ex parte eius,cui reſtitutio fieri debet.Mulier verò agit de damno euitando,cùm (vt dixi)ſolùm quærat recuperare quæ iam dedit.

Quocircà iure ſua cauſa fuit antepoſita illi fideicommiſſo: & ob id etiam quod fideic.reſpicit priuatam vtilitatem, dos verò publicam.d.§.Sancimus.verſ.ea verò, quæ in auth.de reſtit.& quæ parit in vnde.menſe.

Quartò mouentur relati interpretes hac argumentatione
23 lex † non fauet illi, qui ſua culpa ſe poſuit in neceſſitatem.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.coga.Atqui mulier hęc ſua culpa ſe poſuit in neceſſitate, quæ præuidere debuit cum quo contraheret.l.qui cum alio de reg.iuris.Ergo ipſi mulieri eſt imputandum,ſi dedit dotem ei,qui onere fideicommiſſi grauatus fuit.

24 Reſpondet † Curtius Iunior d.conſ.59.in fine.& ante eum Crotus in l.filiusfa.§.diui.nu.170.de lega.1. quos ſecutus eſt Cagnolus in dicta l.qui cum alio.num.18.de reg.iuris.quod regula d.l.qui cum alio:non procedit in muliere, cuius officium non eſt explorare conditionem viri & illius facultates perquirere & æſtimare.iuxtà l.vlt.in fine.ff.qui petan.tuto.Et ideò non poteſt adſcribi aliqua culpa mulieri non exploranti conditionem mariti.

Accedit, quod vix cognoſci poteſt, an bona ſubſint fideicõmiſſo,vt aduertit Curtius,qui ſuprà.Quocircà,iuſta ignorantia à Iuſtiniano appellatur. Quam quidem iuſtam non dixiſſet,vbi neceſſaria fuiſſet exploratio atque perquiſitio conditionis mariti, vt ſcribit Decius in d.l.qui cum alio.num.3. verſ.& iſta.

25 Quintò ita viſus eſt † argumentari Alciatus reſp.555.in fine,argumento ducto à ceſſante ratione,quod iure permiſſum eſt.cap.cum ceſſante de app.in 6.l.adigere.§.quamuis.de iure patro. Atqui ratio, qua Iuſtinian.ſuam illam conſtitutionem edidit, vt ſcilicet bona fideicõmiſſi poſſint alienari pro dotis conſtitutione:eſt ob mentẽ præſumptam patris fideic.conſtituentis, qui voluit fideicommiſſum reſtitui, prius tamen deducta dote filiæ, iuxtà d.l.mulier.§.cũ proponeretur ad Trebell.Quæ ſanè ratio ceſſat,vbi agitur de dotis reſtitutione,ſiquidem non eſt mens teſtatoris,quod filius, qui propriam legitimam & Trebellianicam comſumpſit, habeat alienare hotum bonorum reſidium.Ergo ceſſat diſpoſitio.

Reſponderi poteſt quod in caſu cõſtitutionis dotis ſolùm conſideratur mens præſumpta teſtatoris fideicommiſſum conſtituentis.d.l.mulier.§.cum proponeretur ad Trebel.

Cùm verò agitur de reſtitutione dotis, conſideratur altera ratio, quæ fundata eſt in æquitate ob iuſtam ignorãtiam mulieris,vt ſuprà declarauimus.Nec diſputãdum eſt hoc in loco, vt diſputat & contendit Petra in tract.de fideicommiſſis.q.8. num3.68. an bona fideicommiſſi ſint pro reſtitutione dotis obligata ipſo iure, vel obligari debeant ſiquidem lex non obligationem, actionemque, ſed æquitatem, quæ iudicis officium parit,conſiderat: ſuccurrit enim mulieri deceptæ, ne dotem,qua iterum valeat nubere,amittat.

26 Sextò & vltimò † aliquando ſic argumentabor. Quando legiſlator duas quæſtiones & dubitationes diffiniendas proponit: & vnam affirmatiuè determinat: alteram negatiuè determinare dicitur.l.& ſi ſine.§.ſed,quod Papinianus.ff.de minor.25.annis.& l.bona fides.ff.depoſiti. Quibus adductus ita propoſitionem hanc formauit Soc.Sen. in conſ.150.num.32. lib.2.At qui in eo.§.1.auth.de reſtitutionibus.& ea,quæ parit in vndecimo menſe,duas dubitationes propoſuit Iuſtinianus, vnam de dotis conſtitutione, alteram de dotis reſtitutione. Illam de conſtitutione affirmatiuè decidit:quod ſcilicet bona fideicommiſſi eam ob cauſam poſſint alienari.Ergo negatiuè alteram de reſtitutione determinare dicitur,vt ſcilicet alienari nequeant.

Verùm reſpondetur, hanc argumentationem eſſe illam,
27 qua dicimus,quod † vnius incluſio eſt alterius excluſio.l.cum Prætor.in princ.ff.de iudiciis.

Quod ſanè argumentum ceſſat, quando conſtat mentem diſponentis eandem fuiſſe de caſu excluſo, quod de incluſo, ſicuti declarant Iaſon in d.l.1.§.adipiſcimur.nume.4.ff.de acquiren.poſſeſſ.& Gratus in conſil.5.num.83.lib.2.ſed noſtro in caſu eadem fuit Iuſtiniani mens & voluntas decidendi tam

caſum reſtitutionis quàm conſtitutionis dotis: ſicuti ſuprà
demonſtrauimus.
28 His intelligimus, hanc † eſſe veram & receptam ſenten-
tiam, quæ ſine controuerſia locum habet, quando teſtator ip-
ſe, qui fideicommiſſum conſtituit, iam dotem accepit. Ita in
ſpecie annotauit Ludouicus Molina in lib. 4. de Hiſpan. pri-
mogen. cap. 6. num. 14.
29 Extenditur primò, hæc traditio, † vt procedat etiam quan-
do maritus dedit fideiuſſores de dote ipſa reſtituenda. Hoc
etiam caſu mulier poteſt retinere, vel diſtrahere bona fidei-
commiſſi pro dote ipſa ſicuti reſpondit Caſtr. d. conſilio 15.
circa ea, quæ ſuperius pleniſſimè facta. numero 2. libro 1. id
quod confirmat ipſe Caſtren. conſilio 80. Quia per ſupra-
ſcriptum eximium in fin. libr. primo. Idem ſcribunt Iaſon in
d. auth. res, quæ. numero 32. verſiculo decimoquintò exten-
de. & Curt. Iunior numero 38. Idem affirmarunt Ruinus con-
ſil. 199. nume. 11. lib. 2. Ant. Padilla in d. auth. res, quæ. numer.
49. & 50. Rolandus in conſil. 20. num. 3. lib. 4. Et ij quidem
moti ſunt primò ex text. l. cauſam. §. puellam. ff. de manumiſſ.
vbi ſi puella eſt ea, adiecta conditione, vendita, vt ab empto-
re manumittatur: & adiiciatur pœna, quod ſi non manumiſe-
rit, decem præſtaret. Illa pœnæ adiectio, quæ eſt appoſita ad
hoc vt facilius ſequeretur manumiſſio, non impedit legis di-
ſpoſitionem, quæ venditori concedit manumiſſione non fa-
cta, vendicationem puellæ, ideſt manus iniectionem.
Secundò fideiuſſores recepti fuerunt à muliere, non vt ali-
quid de iure ſuo minueret, ſed vt augeret, arg. l. ea tantum adie
ctio. de leg. 3.
30 Atqui inducta † ad augmentũ non debent operari diminu-
tionẽ. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. cum tale. §. vlt. ff. de
cond. & demon. & ſcribũt Soc. Sen. conſ. 38. col. 2. lib. 1. Dec.
conſ. 364. nu. 2. & Brun. conſ. 117. nu. 274. Ergo hæc fideiuſſo-
ris receptio non aufert ius à muliere, quin cogere poſſit hæ-
redes mariti, ſeu fideicommiſſarios alienare bona pro dotis
reſtitutione: ſimili argumento vtitur Dec. in cap. in pręſentia.
col. vlt. verſ. Nam illa expreſſa. de proba.
Tertiò accedit, quod receptio hæc fideiuſſoris eſt facta ad
31 abundantem cautelam. Atqui abundans † cautela non nocet.
l. teſtamentum. C. de teſta. & ſcribunt ibi Docto. & Soc. Sen.
conſ. 37. col. 1. lib. 1. Ergo datio hæc fideiuſſoris non impedit
fideicommiſſi alienationem.
32 Quartò adfertur hæc † ratio. Ea, quæ dubitationis tollen-
dæ cauſa adhibentur, ius commune nõ lædunt. l. qui mutuam.
ff. mand. & l. quæ dubitationes. de reg. iuris. At qui hæc rece-
ptio fideiuſſionis adhibita eſt ad tollendam omnem dubita-
tionem, qua dotis reſtitutio poterat impediri. Ergo non lędit
ius commune, quo permiſſum eſt, ex bonis fideicommiſſi do-
tem reſtitui poſſe.
33 Quintò cùm plura † remedia ſunt alicui à iure conceſſa,
poteſt is vno remedio vti, & tamen ex eo alteri non præiudi-
catur, vt probat. l. ſi fratres. §. idem reſpõdit. il 2. ff. pro ſocio.
& l. 1. §. quid ergo. verſic. ſed finge. ff. de ventre inſp. l. non eſt
nouum. ff. de act. empt. At hic mulieri duo hæc remedia ſunt
conceſſa, receptio ſcilicet fideiuſſoris, & alienatio bonorum
ſuppoſitorum fideicõmiſſo. Ergo mulier vtendo altero ex his
duobus remediis, nẽpè recipiendo fideiuſſorẽ, ſibi non pręiu-
dicat in altero, nempè in alienatione bonorum fideicõmiſſi.
Sextò accedit, quod hic fideiuſſor intercedit fortè ſciens
tam eſſe à iure poteſtatem, quod bona ſuppoſita fideicõmiſſo
poſſint alienari pro reſtitutione ipſius dotis. Et ob id eo re-
ſpectu interceſſit. Non ergo impedienda eſt alienatio horum
bonorum. Ne fideiuſſori damnũ hoc adferatur, vt probat tex.
in ſimili in l. ſi ſtipul. §. 1. ff. de fideiuſſ.
Nec huic ſententiæ aduerſantur aliquot rationes quæ in
contrarium conſiderari ſolent.
34 Primò adfertur † hæc argumentatio. Huius auth. res quæ,
diſpoſitio fuit introducta in ſubſidium, ne ſcilicet mulieres
ſuas dotes amitterent atq; fraudarẽtur, vt ſcriptũ eſt in Auth.
35 de reſt. & ea quæ parit in vndec. men. §. 1. At qui quãdo † ceſ-
ſat ratio & cauſa, qua remediũ ſubſidiarium eſt introductũ, &
ipſum remedium ceſſat. l. vlt. in princ. & §. planè. ff. de eo per
quem factũ erit. Hic verò ceſſat iſta ratio & cauſa, cum adſit
fideiuſſor. Ergo alienari bona non poſſunt. Et tunc ſolum lo-
cum habet, quando aliunde non poſſet eſſe conſultũ ipſi mu-
lieri. l. planè. la 2. §. 1. de leg. 1. Verùm ſatisfacit Caſtr. d. conſ.
15. col. 2. verſ. Nec obſtant. Licèt enim (ait Caſtr.) prouiſio
huius authẽticæ dici poſſit facta in ſubſidium & defectũ alia-
rum prouiſionum legalium: quod patet, quia non cõpetit niſi
in defectum legitimæ & Trebellianicæ, ac etiã fructuum. At-
tamen non reperitur, quod fuerit edita in defectum prouiſio-
nis propriæ ipſius mulieris. Nec ſubeſt eadẽ ratio. Nã quan-
do ſufficit legitima & Trebellianica, ęquum eſt, quod de illis
dos reſtituatur, & nõ de aliis bonis fideicõmiſſario reſtituen-
dis. Sed quando legitima & Trebellianica non ſufficiunt, non
eſſet æquum quod ſatisfieret de bonis fideiuſſoris, & fideiuſ-
ſori poſtea non daretur regreſſus contra aliquẽ. Vnde poſitis
his duobus, iuſtius eſt, quod fideicommiſſarius patiatur hoc
damnum, cùm ſemel illa bona fuerunt mariti grauati, & pa-
tris eius, quàm quod patiatur ipſe fideiuſſor, ad quem nil per-
tinet de negotio: & qui intercedendo liberalitate eſt vſus.
36 Vnde † non eſt æquum eum ex ſua liberalitate damnum ſen-
tire, & confert. l. tutori. C. de nego. geſt.
Secundò argumentum ita deducitur. Huius auth. prouiſio
extraordinaria eſt. Quod ex eo patet, quia regulariter atq; ita
ordinariè bona ſuppoſita fideic. non poſſunt alienari. At qui
37 † quando remedium extat ordinarium, vt hic mediante fide-
iuſſione, ceſſat extraordinarium. l. in prouinciali. §. 1. ff. de
ope. noui nuntia. & ibidem ſcribunt omnes Ergo alienatio fi-
deicommiſſi ceſſare hic debet.
Cæterùm reſpondet Caſtr. in d. conſ. 15. col. 2. verſ. itẽ non
obſtat, &c. quod & ſi dicamus prouiſionẽ huius authẽticæ eſ-
ſe extraordinariã: attamen poteſt illa cõcurrere cũ ordinaria,
ex quo contra diuerſas perſonas cõpetunt. l. etiam. C. ſi tutor,
vel cura. interue. Iaſ. in l. in prouinciali. §. 1. in fin. de ope. noui
38 nun. Rurſus ordinarium remediũ † tunc facit ceſſare extraor-
dinarium, quando extraordinarium eſt contra ius commune.
Ita Iaſ. in d. l. in prouinciali. §. 1. col. vlt. verſic. limita. 1. At hic
extraordinarium remedium alienationis bonorum non eſt
contra ius commune, ſed præter. Ergo, &c. Præterea cùm ex-
traordinarium pinguius prouidet non ceſſat propter ordina-
rium. Iaſ. vbi ſupra verſ. 4. limita. Et infra cum Decio dicam.
39 Tertiò accedit, quod prouiſio † huius authenticæ eſt pro-
uiſio legis. Hæc verò prouiſio, qua receptus eſt fideiuſſor, eſt
prouiſio hominis. At qui quãdo adeſt prouiſio hominis, ceſ-
ſat legis prouiſio. l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. & l. vlt. C. de
pactis conuen. Ergo illa alienatio permiſſa ab hac authenti-
40 ca ceſſare debet. Reſpondetur vnà cum Caſtren. † in d. conſ.
15. col. 2. in fi. verſ. item non obſtat. 3. Nam tunc prouiſio ho-
minis facit ceſſare prouiſionẽ legis quando facta eſt ſuper eo-
dem facto, & ad idem ambæ tendunt. Ita loquuntur relata iu-
ra. Et ita ſcribũt Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa. col. vlt. de verb. obl.
Soc. Iun. conſ. 128. nu. 200. & conſ. 130 nu. 12. lib. 1. Soc. Sen.
41 in l. 1 col. 70. verſ. 5. & vlt. ff. de vulga. At diuerſum eſt † quan-
do vna prouiſio ad vnum tendit & altera ad aliud, vt in caſu. l.
cauſam. §. puellã. ff. de manumiſ. Et in caſu noſtro, in quo pro-
uiſio legis, ideſt huius authenticæ tẽdit ad obligationem rea-
lem, nempè cõtra bona fideicommiſſi, vt alienari illa poſſint.
Prouiſio verò hominis tendit quò ad obligationem perſona-
lem, & quò ad fideiuſſorem ipſum & ſua bona. Atque ita ſu-
perfluæ non ſunt, ſicuti ſunt ſuperfluæ quando ambæ ipſæ
prouiſiones tendunt ad idem, ſicuti eſſet eo caſu, quando ip-
ſemet fideicommiſſarius promiſiſſet nomine ipſius mulieris.
Nam tunc (vt Caſtrenſis ait) ceſſat prouiſio legis, ideſt hu-
ius authenticæ, ex quo ipſe fideicommiſſarius ex proprio te-
netur. Et ad confirmationem huius doctrinæ Caſtrenſis ad-
fero doctrinam ſimilem Bald. in l. certi iuris. nu. 13. C. locati.
cùm ſcribit Bald. & ſpecialẽ hypothecam ex pacto locatoris
bonorum in locata domo inuectorum non impedire hy-
pothecam generalem ex diſpoſitione legis: cum (ait Baldus)
ex diuerſo fonte proueniant & effectum diuerſum pariant.
Præterea tunc prouiſio hominis tollit prouiſionem legis,
quãdo illa prouiſio legis eſt ſpecialis, ſeu à iure ſpeciali & ex-
traordinario. ita Dec. in c. in pręſentia. col. vlt. verſ. Nõ obſtat
quod in cõtrariũ de proba. & Rui. conſ. 74. nu. 18. lib. 1. At hic
nõ eſt iure ſpeciali hoc cõſtitutũ, ſed cõmuni, vt conſtat, quia.
42 Rurſus à prouiſione † legis non recedimus per prouiſionẽ
hominis, quando illa legis prouiſio pinguius prouidet. Ita in
ſpecie declarat Decius in d. c. in præſentia. col. vlt. verſ. 3. dici
poteſt,



poteſt. de proba. At noſtro in caſu lex pinguius prouidet quã
homo, ex quo lex concedit alienationẽ bonorum, homo verò
adhibet ſolum fideiuſſoris cautionem, quæ quidẽ cautio fra-
gilis eſt. l. plus cautionis. de reg. iur. & plus ac pinguius proui-
det diſpoſitio realis quàm perſonalis. l. ſi neceſſarias. §. de
vendendo. ff. de pigno. actio. Dec. in d. l. plus cautionis. nu. 2.
43 Quartò dubitabilis reddi † videtur hæc doctrina ſecũdum
Cur. Iuniorem hic. nu. 38. quod præſupponit Caſtrenſis, fide-
iuſſorem dotis cauſa datum fuiſſe, cum tamen dari nõ potue-
rit, ex quo repugnat. l. 2. C. ne fideiuſſo. dotium dentur. Et re-
cepta eſt opinio, fideiuſſorem dari non poſſe vel debere à vi-
ro pro dote reſtituenda. Ita Bart. in l. ſi conſtante. §. quoties.
nu. 3. verſ. In contrarium. ff. ſol. matr. dum probat opinionem
Azonis & Inno. Et communem teſtatur ibidem Alex. num. 5.
Rationem adfert Alciat. lib. 4. parerg. cap. 26.
Verùm reſpondetur primò in eo caſu ſuper quo reſpondit
Caſtrenſis ceſſare omnem dubitationem: Si quidẽ in ea ſpe-
cie extabat ſtatutum Florentiæ, quo permiſſum erat dari fi-
deiuſſores pro dote conſeruanda & reſtituẽda. Sicuti ipſemet
Caſtrenſis conſ. 80. Quia per ſuprafcriptũ eximium. D. Con-
ſultorem. in fi. lib. 1. confirmando illud conſ. 15. ſcriptum re-
liquit. Et dubium nõ eſt quin hoc ſtatutum valeat, vt ſenſit &
Bald. Nouellus in Tract. de dote. par. 6. priuil. 21. nu. quo loci
ſcribit, valere etiam conſuetudinem, vt fideiuſſores hi dẽtur.
Reſpondetur etiam ex ſententia Curt. Iun. hic. nu. 39. hanc
quęſtionem intelligi debere illis in caſibus, in quibus fideiuſ-
ſor pro dote conſeruanda & etiam augenda dari poteſt. Caſus
autem ſunt per multi. Extat enim is caſus, quãdo maritus ſua
ipſa ſponte fideiuſſorem dedit. Inuitus enim cogi non poteſt
dare hunc fideiuſſorem, ſponte autẽ dare non prohibetur. Ita
ſcribunt Iac. de Raue. Cynus, Io. Andr. & Roma. quos recen-
ſet Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 3. verſ. 3. limita ff. ſol.
matr. Et quorum opinionẽ ſecuti ſunt Bald. Nouel. in Tract.
de dote. par. 6. priuilegio. 21. n. 5. & Duare. in Tract. ſol. matr.
c. 4. Cæteros caſus non refero, legi facile illi poſſunt apud A-
lexandrum & Baldum Nouellum præcitatis in locis.
44 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat prædicta commu-
nis Doctorum ſententia, etiam quando tempore dotis datæ
aderant bona libera, quæ deinde tẽpore reſtituẽdi dotẽ repe-
riuntur conſumpta. Nã adhuc bona fideicõmiſſi capi poſſunt
pro dotis reſtitutione. Ita Caſtr. in d. auth. res, quæ. nu. 11. C.
commu. de lega. & fideic. qui dixit, caſum hunc ex facto eue-
niſſe Florentiæ, & reſponſum ita fuiſſe. Idem reſpondit ipſe-
met Caſtr. in conſ. 15. circa ea, quæ ſuperius, in conſ. 80. Quia
per ſuprafcriptum eximium conſultorem. col. 2. & in conſil.
219. Viſis. lib. 1. & ſecuti ſunt Iaſ. in d. auth. res, quæ. col. vlt.
verſ. 14. limita. Cagno. in l. vlt. nu. 273. C. de pactis, Crauet. in
conſil. 291. in fine, Rolandus in conſil. 85. nume. 44. lib. 1. Fe-
der. Scottus in reſp. 4. nu. 30. lib. 1. tomo 2. & Petra in Tract.
de fideicom. q. 8. num. 457. verſ. 2. caſu.
45 Exiſtimo † diſtinguendos eſſe duos caſus, quorum primus
eſt, quãdo tempore reſtitutionis dotis nullo modo reperiun-
tur bona aliqua libera, vt quia etiam bona exiſtẽtia tempore
datæ dotis fuerunt conſumpta. Hoc ſanè caſu locũ habet pręe-
dicta Caſtrenſis & ſequaciũ traditio. Secũdus eſt caſus, quan-
do bona libera, quæ tẽpore datæ dotis erant apud maritum,
fuerunt alienata & in alium ita tranſlata, vt etiam nunc extare
appareat. Hoc caſu exiſtimo mulierem non poſſe retinere &
conſequi bona fideicommiſſi pro reſtitutione dotis: ſed age-
re debere cõtra tertios illos poſſeſſores bonorum liberorum
ab eis acquiſitorum. Ea me mouet ratio, quod remedium di-
ctæ auth. res, quæ. eſt (vt diximus) ſubſidiarium, vt ſcilicet
permittat in ſubſidium alienari bona fideicommiſſi cauſa do-
tis, quando deſunt alia bona libera.
46 Porrò hic extant allodialia, nempè actio, quæ † eſt loco
rei. l. qui actionem. ff. de reg. iuris. Non ergo retineri vel alie-
nari poſſunt bona fideicommiſſi: ſed agendum eſt contra ter-
tios illos poſſeſſores. Et accedit quod maritus habẽs bona li-
bera recipiendo dotẽ dicitur ea obligaſſe mulieri. Ergo actio
ad ipſam pertinet, non autem ad fideicommiſſariũ, qui tene-
tur ſolùm in ſubſidium, & ſi ageret, non ſuo nomine, ſed mu-
lieris nomine agere diceretur. Atque ita hoc in caſu non pro-
cedit Caſtrenſis & aliorum opinio. Et tunc magis locum ha-
bet hæc ſententia, quando mulier conſenſit expreſſè, vel ta-
cite marito dilapidanti & conſumenti bona fideicommiſſi,
vt ſenſit Iaſ. in d. auth. res, quæ. in fi. & ſequitur Petra in tract.
de fideicommiſſis. q. 8. nu. 458. verſ. & pro hoc facit.
47 Declaratur primò hæc † ſententia, vt locum non habeat in
muliere, quæ ſciuit bona omnia mariti eſſe ſuppoſita fidei-
commiſſo. Non enim hoc in caſu poteſt mulier retinere, vel
alienari facere bona fideicommiſſi pro dotis ſuę reſtitutione.
Nam ceſſat hic ratio & cauſa illa iuſta, qua Iuſtinianus in §. 1.
in auth. de reſtitutionibus. & ea, quæ parit in vndecimo men-
ſe, nempè ignorantia fideicommiſſi, qua mulier ipſa fuit de-
cepta. Cùm enim mulier ſciens vinculum fideicommiſſi de-
derit dotem marito dici non poteſt decepta. arg. c. ſcienti. de
reg. iuris. in 6. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iuris. Et ſcien-
48 ter contrahens † non habet euictionem. l. ſi fundum. C. de
euictio. & confert. l. quæritur. §. ſi vendita. ff. de edilitio edi-
49 cto. Et accedit quod ei non eſt † ſuccurrendum, qui ſua ipſa
ſpontè in neceſſitate ſe poſuit. l. ſi fideiuſſor. §. qui neceſſaria.
ff. qui ſatiſd. cog. His conſtat minus rectè ſenſiſſe Ripam in l.
filiusfam. §. Diui. num. 77. in fi. ff. de leg. 1. & Didacum in lib.
3. varia. reſolu. c. 6. num. 10. verſ. 4. non tantum: à quibus aliàs
non diſſenſi in d. conſ. 33. nu. 35. lib. 1. ij ſanè ſcripſerunt, ſuc-
curri mulieri ſiue ſciuit, ſiue ignorauit omnia bona mariti eſ-
ſe fideicommiſſo ſuppoſita.
50 Declaratur ſecundò, vt † non habeat locum prædicta ſen-
tentia in dote confeſſata. Non enim eius cauſa alienari poſ-
ſunt bona fideicommiſſi, vt illa reſtituatur. Ita in ſpecie ſcri-
pſerunt Ang. in auth. de reſtitutionibus & ea, quæ parit. nu. 3.
Ripa in d. l. filiusfam. §. diui. nu. 77. verſ ego in facti. de leg. 1.
Anto. Padilla in d. auth. res, quę. num. 119. C. communia de le-
gatis & fideico. qui alios recenſet. Et illis accedunt Soci. Sen.
in l. 1. num. 87. ff. ſol. matr. & ibidem Pariſ. num. 163. & idem
Pariſ. in conſ. 52. num. 40. lib. 2. Ruin. in conſ. 132. in fin. lib. 4.
Rubeus in conſ. 78. nu. 2. 3. Rolan. in conſ. 85. nu. 37. lib. 1. & in
conſ. 20. num. 8. lib. 4. & Petra in tract. de fideicommiſſis. q. 8.
num. 380.
51 Eſt ratio, quia hoc priuilegium † conceſſum fuit doti veræ
& propriæ. Porrò dos confeſſata non eſt verè & propriè dos,
vt probant Bald. in l. aſſiduis. nu. 9. C. qui potio. in pigno. ha-
beantur. Soci. Sen. in d. l. 1. num. 87. ff. ſolu. matr. & alios com-
memorat Padilla in d. auth. res, quæ. num. 120. vbi in fine ad-
monuit, quod illis in caſibus, in quibus confeſſio dotis rece-
ptæ facta à marito præiudicat creditoribus, alienari poſſunt
bona fideicommiſſi pro ipſius dotis reſtitutione, ſicuti con-
tingit præſertim, quando lapſum eſt tempus opponendi ex-
ceptionem dotis non numeratæ vt poſt alios ſcripſerunt Af-
flictus in deciſ. 402. num. 11. & 12. Rubeus in d. conſ. 78. nu. 3.
& 9. Et in ſpecie ita ſcripſerunt Opizonius in l. filiusfam. §.
diui. nu. 146. Rolan. in d. conſ. 20. nu. 13. verſ. ſed pręmiſſis. lib.
4. & Petra in d. q. 8. nu. 380. verſ ſecundus eſt.
Declaratur tertiò, vt locum non habeat, quando culpa ali-
52 qua † adſcribi poteſt mulieri, quæ potuit exigere & conſequi
dotem à marito, quem videbat in dies rem ſuam malè agere,
& ad inopiam vergere, & tamen exigere neglexit. Hoc ſanè
caſu non poterit deinde conſequi dotem ex bonis fideicom-
miſſi. Ita Iaſ. in d. auth. res, quæ. col. vlt. in fin. 14. limitationis.
verſ. quod intellige. C. commu. de legatis & fideic. & Federi-
cus Scottus in reſp. 4. nu. 31. lib. 1. tomo 2.
Declaratur quartò, vt non procedat in fideic. relicto à ma-
tre, cuius bona alienari non poſſe pro dotis reſtitutione ſcri-
pſerunt Soci. Iun. in conſ. 119. nu. 12. lib. 2. & Petra in tract. de
fideicom. q. 8. nu. 393. Qua de re nunc non diſputo. Nam diſ-
ſentit Marzarius in epitome de fideicommiſſis. q. 48. in fi.

## PRÆSVMPT. CXCI.

Fideicommiſſi bona an & quando ex præſumpta vo-
luntate teſtatoris alienari poſſint pro alimentis,
aliiſque impenſis.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona nunquid alienari poßint ex præſumpta teſta-toris voluntate pro alimentis & alijs impenſis.*
2 *Arg. de dote ad alimenta procedit.*
3 *Ratio eadem vbi militat, idem ius militare dicitur.*
4 *Pater tenetur filiæ conſtituere dotem, & ſic etiam ipſam alere.*

*Et eius ſucceſſor ita tenetur præſtare alimenta filio ſicut tenebatur ipſe pater.num.5.*

6 *Verbum,expenſas,interpretatur,ideſt alimenta,in §.nobis ergo in Auth.de reſtit.& ea quæ parit in vnd.men.*

7 *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro alimentis non ſolum filiorum,ſed nurus & aliorum ex familia.*

*Secus ſi filius fideicommiſſo grauatus iam habuit legitimam & Trebellianicam,quas malè vtendo conſumpſit.num.8.*

9 *Pater licèt iure naturæ teneatur filium alere,non tamen tunc tenetur, cùm ipſe filius ſua lata culpa aſſignatam pro alimentis portionem malè conſumpſit & dilapidauit.*

10 *Filius ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis legitimam detrahere non poteſt, quando pater ſibi in teſtamento legitimam aſſignauit, quam deinde is male conſumpſit.*

11 *Pater non tenetur filiam dotare,quæ dotem ſibi ſemel aſſignatum malè conſumpſit.*

12 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari ob impenſam ſtudij.*

13 *Pater non ſolum tenetur alere filium de præſenti,ſed etiam ea facere,quib.in futurum ſeipſum alere & tueri poſſit.*

14 *Studia præcipuè ſunt de his,quib.homo ſe alere & tueri poteſt.*

15 *Leges non permittunt quemquam mori in paupertate.*

16 *Pater ſi filios non aluerit,& neceſſaria ei non præſtiterit,anathema cenſetur.*

17 *Filium erudire in optimis diſciplinis eſt pietatis officium.*

18 *Pater non ſolum tenetur filio ad alimenta,ſed etiam ad alia onera,quæ patri incumbunt.*

19 *Studij impenſam non ſolum pater tenetur facere, ſed & frater, auus paternus, & alij propinqui enumerati in l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agnoſc.*

20 *Pater naturalis tenetur ad impenſam ſtudiorum pro filio naturali:tenetur enim ad pietatis officia erga filium.*

21 *Fideicommiſſi bona non debent alienari ob impenſam ſtudiorum à filio grauato,quando is alia bona haberet,quæ poſſet alienare,& impenſam in ſtudijs ſibi facere.*

22 *Fideicommiſſi bona nunquid alienari poſſint ob cauſam militiæ, ſeu vt filio grauato ematur dignitas aliqua.*

1 DVBITARI nunc † contingit, an ſicuti iure permiſſum eſt (vt diximus) filiæ & aliis nonnullis alienare bona fideicommiſſi cauſa conſtituendi & reſtituendi dotem, ſit etiam conceſſum cauſa præſtandi, vel conſequendi alimenta? Et permiſſum eſſe affirmarunt omnes,nempè Bart.in d.auth.res,quæ.nu.9.C.communia de lega.& fideic.vbi Caſt. nu.13.Iaſ.nu.31.& dixit,eſſe communem ſentẽtiam Cur.Iun. ibidem.nu.30.Et his accedunt Soc.in l.Marcellus.§.res,quæ. num.3.ff.ad Treb.Antonius Padilla in d.auth.res,quæ.nu.78. Ludouicus Molina in libr.4. de Hiſpanorum primogen.c.6. nu.8.Federicus Scottus in reſp.4.nu.32.lib.1.tomo.2.Petrus Antonius Petra in Tract.de fideicommiſſis.q.8.num.480.& Io.Baptiſta Pontanus in Tract.de alimentis.q.17.nu.32.

2 Et ij quidem † adducti ſunt primò argumento ducto à dote ad alimenta, ob rationis identitatem, ſi quidem vbi mili-
3 tat † eadem ratio ibi militat idem ius. l. illud. ff. ad legem Aquil.& l.à Titio.in prin.ff.de verb.oblig.cum vulgatis ſimilibus. At qui hoc in caſu præſtationis alimentorum militat eadem ratio quæ in cauſa dotis.Ergo idem ius eſt ſtatuendum.
4 Illa minor probatur: quia † ſicuti pater tenetur conſtituere dotem filiæ.l. qui liberos.ff. de ritu nuptia. & diximus ſupra. Ita etiam tenetur eam alere.l.ſi quis à liberis.§. 1. ff. de libe. agno.vbi Bar.& reliqui.Et propterea hoc etiam in caſu militat ratio.d.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb.nempè, conuenire voto patris,qui alioqui compelli poterat præſtare alimẽta.Præterea verſatur & hoc in caſu fauor publicus,iuxta.l.necare.ff.de lib.agno.Præterea & ſecundò accedit,quod
5 † ſucceſſor patris tenetur præſtare alimenta filio, vt tenebatur ipſe pater.l.ſi quis à liberis.§. item reſcriptum.ff. de libe. agno.& egregiè tradit Ripa in l.ex facto.§.ex facto.nume.9. ff.ad Trebel.qui ſcripſit, hoc alendi & dotandi onus tranſire ad fiſcum patris ſucceſſorem.Hic ergo hęres & fideicommiſſarius,qui dicitur ſucceſſor patris,hanc ob cauſam pati debet alienari bona hæc fideicommiſſi. Ruſus & tertio melius (ni fallor) probatur ſententia hæc conſtitutione Iuſtiniani in §. nobis ergo.in Auth.de reſtitutionibus, eſt Nouella.108,his verbis. *Si verò contigerit neque ipſum habere ex aliquibus cauſis vnde faciat expenſas, ex tali reſtitutione etiam has facere damus ei licentiam,&c.*

6 Verbũ illud † expenſas,rectè ibi interpretatur Angelus,& reliqui ſequuntur,ideſt alimenta:Iuſtinianus itaque interpretando diſpoſitionem teſtatoris, qui hæredem grauauit reſtituere quod ſuperfuerit tempore eius mortis,ſtatuit,hęredem poſſe liberè alienare vſq; ad dodrantem:ipſum verè dodrantem vult omninò eſſe ſub fideicommiſſo,atque ita debere reſtitui. Excipit tamen cauſam dotis, ac etiam cauſam alimentorum. Conſtat itaque dodrantem, qui omninò ſubiacet fideicommiſſo, poſſe alienari cauſa alimentorum:Et Iuſtinianum ipſum æquiparare alimenta doti.

7 Extenditur hic caſus, vt † locum habeat etiã pro alimẽtis filiorũ,nurus, & aliorũ ex familia,ſine qua pater ipſe familias ſtare non poteſt.Ita docuit Padilla in d.auth.res, quæ.nu.86.

8 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat,quãdo filius fideicommiſſo grauatus iam habuit legitimam & Trebellianicam,quas male vtendo conſumpſit.Nam hoc caſu alienare non poterit bona fideicommiſſi,vt alimenta conſequatur.Ita Caſtr.in d.auth.res,quæ.& ibidem Cur.Iun.nu.31.poſt Soc. in l.Marcel.§.res,quæ.n.3.ff.ad Treb. Et accedit Bal.in auth. contra rogatus.nu.7.C.ad Trebel.Et idem ego ipſe ſcripſi in lib.2. de arbitrariis iudicum. Caſu.182.nu.54. Simile tradit Iaſ.in d.auth.res,quæ.col.vlt.verſ.14.limita.Idem eſſe in caſu d.auth.contra rogatus.dixi ſupra in præſumpt.189.nu.24.
9 Et hæc quidem declaratio probatur primò ea ratione,qua vſi ſunt Soci.& Cur.Iun.quod licèt pater iure naturæ † teneatur filium alere.l. ſi quis à liberis.§.1.ff. de liber.agno. Attamen tunc non amplius tenetur, cùm filius ſua lata culpa aſſignatam pro ipſis alimentis portionem malè conſumpſit atq; dilapidauit. Ita Bald.in auth. contra rogatus.C.ad Treb.nu.8. Alex.in l.ſi cum dotem.§.1.ff.ſolut.matr.& Iaſ.in l.ſcimus.in prin.nume.6.C.de inoff.teſta. Ex quo (inquit Curt.Iun.in d. auth.res,quæ.nu.31.) ſequitur,quod ceſſante obligatione alimentandi,ceſſat etiam ratio huius diſpoſitionis,atque ita ipſa diſpoſitio, qua permiſſum eſt filio alienare bona ſuppoſita fideicommiſſo ex cauſa hac alimentorum. Et accedit ſecun-
10 dum Socinum,quod ſi pater † in teſtamento legitimam filio aſſignauit, & eam deinde is malè conſumpſit, alteram legitimam pater aſſignare non tenetur:nec,mortuo patre,is aliam legitimam ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis detrahere poteſt,vt probat.l.ſi patronum ex debita.§.1.ff.de bon.liber.Ita Bald.in l.ſcimus.in prin.nu.11.& ibidem Iaſ.nu.6.C.de inoff. teſta.& Cur.in d.auth.res,quæ.nu.31. Ergo idem in caſu no-
11 ſtro.Ita etiam affirmant relati † interpretes idem eſſe in dote, quam ſi filia ſemel male conſumpſit,amplius non tenetur pater eam dotare.Ita Bar.in l.ſi cum dotem.§.1.nu.2.ff.ſol.mat. Caſtr.in ſpecie conſ.80. Quia per ſupraſcriptum eximium.n. 2.lib.1.Boër.q.131.nu.5.& Tiraq.in l.boues.§.hoc demon.limit.14.nu.14.de verb.ſign.Id quod etiam ſcripſerũt alij plures,quos retuli.lib.2.de arbitra.iudicum.caſu.182.nu.57.

12 Cæterùm dubitari contingit, quid † de impenſis ſtudij,an ſcilicet hanc ob cauſam permiſſum ſit alienare bona fideicommiſſi.

Et alienari non poſſe affirmat Iaſ. in d. authen. res, quæ. col.vlt.verſic.decimò limita.qui eiuſdem opinionis alios recenſet. Verùm diſſentit ibidem Curt.Iun.num.43.Ego verò ita aliquot caſus conſidero.

Primus eſt quando pater, qui fideicommiſſum ſuis in bonis conſtituit, iam filium ſtudiis deſtinauit, & ſua voluntate ſtudia ipſa ingreſſus eſt: Et deinde pater ipſe mortuus eſt. Hoc in caſu credo à filio alienari poſſe hæc bona, vt poſſit ſtudiis incumbere.Ea me mouet ratio prima,quia præſumendum eſt, quod ſi pater eſſet ſuperſtes bona hæc alienaret & filio ſuccurreret. Ex quo filium ſtudiis deſtinauit, vt clarè probat.l. Macedoniani.C. ad Macedo. Quocirca locum habet diſpoſitio.l. mulier. §. cum proponeretur.ff. ad Trebell. quam eſſe fundatam in præſumpta voluntate teſtatoris diximus ſupra in præſumpt.189.

Altera etiam adferri poteſt ratio, ꝙ ſi pater viueret compelli inuitus poſſet erogare impenſam hanc, qua filiis ſtudiis operam daret:ex quo iam ſua voluntate illa inchoauit,vt ſcribunt glo.in l.Macedo.C.ad S. C.Macedo.& ibi Bal.& Caſtr. Ita &



Ita & Sali.in l.filiæ.nu.13.C.de colla.Barba.in procem.clem. in verbo,ſalutem.lect.2.num.9.& conſ.37.num.12.lib.2.& in tract.de præſtan. Cardinal.par.1.q.10.num.9. Peruſ.in c.2.ne cler.vel mona.in 6.Fel.in rub.de magiſtr.in prin. & in c.2.eo. Et hæc recepta magis & verior videtur ſententia, & ſi ab ea diſſentiant.Bart.in l.1.§.nec Caſtrenſe.ad finem.ff.de collat. bono.in l.Lucius.§.1.ff.ad municip.& in d.l.Macedoniani. C.ad S.C.Macedo.in tract. de duob.fratrib.num.17.Bald.in l.omnimodo.§.imputari.num.7.C.de inoff.teſta.Butr.conſil. 38.num.5.Alex.conſ.50.in fine.lib.6.Crauet.conſ.125.nu.8.

Secundus eſt caſus,quando pater,qui conſtituit fideicommiſſum adhuc filium ſtudiis non deſtinauit: quippè quod illum in cunabulis reliquit.Hoc in caſu,maius eſt dubiũ,quàm in caſu præcedenti.Iaſon enim in d.auth.res,quæ.col.vlt.ver. decimò limita poſt Ang. & alios nonnullos, ſcripſit alienari non poſſe.Et idem ſenſerunt Padilla ibidem num.89.& Petra in tract.de fideicõmiſſis.q.8.nu.488.Ego verò exiſtimo,alienari poſſe.Nam præſumptio eſt, quod ſi vixiſſet pater & filiũ ipſum ſtudiis addictum vidiſſet, certè omnem impenſam feciſſet, qua is filius ſtudiis potuiſſet incumbere & in eis proficere. Et ideò etiam hoc in caſu locũ habet ratio.d.l.mulier.§. cum proponebatur,fundata in præſumpta volũtate teſtatoris.

Secundò ſuffragatur & alia ratio fundata in neceſſitate,qua ipſe pater,ſi viueret, compelli poſſet erogare impenſam, qua filius ſtudiis operam dare valeret. Hæc aſſertio probatur à Baldo in auth.ex teſtamento.num.5.C.de collatio.Caſtr.in l. Iulianus.§.quanquam.num.3.ff.ad Macedo. Imola in l.quidam cum filium.in fi.ff.de verbo.oblig.& à Ludouico Bolognino.in auth.habita.num.334.in fi.C.ne filius pro patre. Et horum traditio confirmatur multiplici iure ratione.

Et primò textu.l.de bonis.§.non ſolùm.ff.de carbo.edict. quo loci ait Iuriſcon.tutorem teneri impendere in cauſam ſtudiorum vt pupillus erudiatur. Similis eſt tex.in l.vlt.C.de alim.pup.præſtan.ibi. *Et ad miniſteria ſtudiáque.* Similis etiam in l.cum plures.§.cum tutor.ibi, *in primis mercedes præceptoribus.*ff.de adm.tuto. Et clarius in l.qui filium.ff.vbi pup.educ. debeat.Si tutor id facere debet. Ergo & pater.Bald.auth.ex teſtamento.num.5.

13 Confert ſecundò,quod pater † non ſolùm tenetur alere filium de præſenti.l.ſi quis à liberis.ff.de lib.agno.ſed etiam ea facere, quibus in futurum ſeipſum alere & tueri poſſit.l.Stichus.de leg.3.ibi.*vnde ſe tueri poſſit.*
14 At qui † ſtudia illa ſunt, quibus homo ſe alere & tueri poteſt,vt de alia arte ait glo.l.cum poſt.§.gener.in verbo, con-
15 ſtaret.ff.ſol.matr.Et ideò ait † Iuſtinia.in §.vlt.in auth.de hęred.& Falcid. quod leges non permittunt quemquam mori in paupertate, quod exornat Cagno.in §.nos autem.in fi.in procem. Digeſto. Ergo pater tenetur præſtare impenſam ſtudij.
16 Accedit † & tertiò cap.ſi quis reliquerit.30.diſtinct quo loci adfert conſtitutio cõciliaris, quo ſi quis reliquerit filios, & eos non aluerit:& (quod pietas eſt) neceſſaria non præſti-
17 terit:anathema ſit. At qui erudire filium † in optimis diſciplinis eſt pietatis officium.l.quæ pater filio.la 2.ff.fam.erciſ. & d.l.Macedoniani.C.ad S.C.Maced.
18 Huc † & quartò facit l.ſi quis à liberis.§.non ſolùm.de liber.agnoſ.cum ait patrem non ſolum teneri alere filium, ſed etiam ad alia onera,quę patri incumbunt.Atque patri incumbit hoc præcipuum onus, vt filius in optimis diſciplinis erudiatur,vt ſcriptum eſt in Eccleſiaſt.cap.7.filium habens, erudi illum. Et Prouerb.ca.23.A puero ne ſubtrahe diſciplinam. Ergo pater tenetur ad hanc impenſam.
19 Extenditur primò hic † caſus, vt locum etiam habeat in his, qui ex charitate ſanguinis & ratione naturali tenentur præſtare alimenta,vt in fratre,auo paterno, & aliis enumeratis.in l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agnoſc. Nam & hi tenentur præſtare impenſam cauſa ſtudiorum.d.l.qui filium.in fine.ff. vbi pup.educa.deb.& ibi Bald.Et idem ſcribunt Bart.in d.l. ſi quis à liberis.§.non ſolum.de lib.agno.& in l.legatis.ff de alim.& cibar.lega.& Iaſ.in l.cum hi.§.qui tranſigit.in fi.ff.de tranſact.Et per cõſequens dicendum eſt, bona fideicommiſſi ab his conſtituti poſſe alienari, ob hanc impenſam, iuxtà rationem.d.l.mulier.§.cum proponeretur.
20 Et eadem † ratione idem eſt dicendum in patre naturali. Nam & hic tenetur impendere pro filio naturali in cauſam ſtudiorum id,quod in ſpecies affirmauit Palæotus in tract.de notis & ſpuriis.c.47.in fi. Ea eſt ratio, quia hoc pietatis officium eſt.d.l.quæ pater filio.fam.erciſ.& d.l.Macedoniani.At ipſe pater naturalis tenetur erga filium ad pietatis officia.l. parentes.ff.de in ius voca.& l.vxorem.§.Codicillis.in fine.de leg.3.Ergo tenetur ad hanc impenſam.

21 Declaratur hic caſus,vt † locum non habeat,quando filius alia bona haberet, è quibus poſſet alienare & impenſam in ſtudiis ſibi facere. Nam tunc ad eam impenſam pater non teneretur.Ita Bar.in l.Neſennius.nu.5.ff.de neg.geſt.in l.vlt.in prin.ff.de petitio.hæredi. & in tract.de duobus fratrib.nu.17. Bal.in auth.ex teſtamento.nu.5.C.de Collatio.& in c.bonæ. in fine.de poſtulat.præla. Caſtr.in l.quæ pater. & ibidem Floria.num.2.ff.fam. erciſc. Comenſ.conſ.87.col.2.verſi.item ſi pater.Butrius conſ.38.num.2.Ripa in l.1.num.141.ff.ſoluto matr.Et idem eſt dicendum de impenſis factis à fratribus, vt ſcribunt Bald.in l.filiæ.num.12.C.famil.erciſ.& Curt.Iun.in auth.quod locum.nu.28.C.de colla. Quam ſanè aſſertionem probant d.l.vlt.ff.de petitio.hære. & d.l.Neſennius.de nego. geſt.accedit.l.cum pater.§.1.ff.de adm.tut.& l.poſt mortem. ff.quando ex facto tuto.

22 Dubitari etiam hic poteſt,an † fideicommiſſi bona alienari poſſit ob cauſam militiæ,ſeu vt filio grauato ematur dignitas aliqua? Et alienari non poſſe affirmauit omnium primus. Ange.in d.auth.res,quæ.C.com.de legat.& fideicom. & ibidem Caſtr.num.13.& Iaſ.col.vlt.verſ.vndecimò limita.Padilla.num.88.& Petra in tract.de fideicommiſſis.q.8.num.486. Ea eſt ratio,quod pater non tenetur impẽdere,vt dignitatem filio emat.l.vlt.C.de petitio.hæred. Bar.in l.1.§.nec Caſtrenſe.num.6.ff.de collatio.bono. & Bald.in auth.ex teſtamento. num... C.de collatio.

## PRÆSVMPT. CXCII.

### Fideicommiſſi bona an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate alienari poſſint pro redimendo filio captiuo,vel ob delicta carcerato.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari pro redimendo filio grauato ab hoſtibus barbaris & infidelibus capto.*

2 *Bona Eccleſiæ poſſunt alienari pro redimendis captiuis.*

3 *Ciues noſtros ab exteris & barbaris eſſe redimendos publicæ vtilitatis intereſt.*

4 *Capti à barbaris quando redimuntur, dicuntur reſtitui communioni Eccleſiæ & ſacramentorum.*

5 *Dodrantem alienari poſſe non ſolum cauſa dotis reſtituendæ, ſed etiam cauſa redemptionis captiuorum.*

6 *Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari,quando filius vel nepos fideicommittentis fuit captus ab hoſtibus chriſtianis,inter quos perſæpe bellum geritur.num.ſeq.*

7 *Capti ab hoſtibus Chriſtianis vere dici non poſſunt captiui aut capientium ſerui.*

8 *Fideicommiſſi bona an poſſint alienari, quando filius grauatus eſt carcere mancipatus cauſa æris alieni vel delicti.*

*Quòd non conceditur alienatio, quando filius data opera conſumpſit omnia bona ſua, vt deinde fideicommiſſum ſubuerteret. num.9.*

*Et quid ſi conſumpſit bona non præmeditata culpa ſua, ſed iuuenili calore,vt quia non cogitabat de craſtino.num.10.*

11 *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari per filium fideicommittentis, carceratum ob æs alienum iam contractum ab ipſomet teſtatore,vt liberetur è carcere.*

1 TRIA ſunt huius † diſputationis capita: Et primum quidem,quando agitur de redimendo filio ab hoſtibus barbaris & infidelibus capto, an ſcilicet hanc ob cauſam alienari poſſint bona fideicommiſſi? Et poſſe ſcripſerunt Bart.in auth,res,quæ.numero 10.C.commun. de legatis & fideicom. & ibidem Caſtrenſis numero 13. Iaſon numero 22. Curtius Iunior numero 31.in fine, qui dixit communem eſſe opinionem Padilla numero 94. His accedunt Angelus & Socinus in l.Mar

in l.Marcellus.§.res.quæ.nu.6.ff.ad Trebell.Ludouicus Molina in lib.4.de Hiſpano. primogen.c.6.num.9.Et Petrus Antonius Petra in Tract. de fideicommiſſis.q.8.nu.44.& 485.
2 Et ij quidem ea ratione † moti ſunt, quod ſi ob hanc cauſam permiſſa eſt alienatio bonorum eccleſiæ Deo dicatorum,l. ſancimus.C.de ſacroſanct.eccle. auth. ſi captiuo.C.de epiſ. & cler.& cap.Sacrorum.12.q.2.multo magis permiſſa eſt alienatio bonorum fideicommiſſi pro redemptione captiuorum præſertim filiorum & ſimilium.

Cæterùm hæc ratio euitari facile poteſt, quandoquidem ita de bonis eccleſiæ ſic clarè ſtatuerunt Imperatores & Pontifices,quod ſuo iure facere potuerunt: Non ſic de priuatorum bonis.Rectius itaque probatur hæc ſententia, quod rationes omnes,quibus permiſſum eſt alienari bona fideicommiſſi cauſa dotis & alimentorum(de quibus iam diximus)locum habent & in redemptione filij captiui.Eſt ſanè ratio votum patris.Eſt enim præſumendum, quod ſi ſciuiſſet pater filium capi ab hoſtibus, quòd expreſsè diſpoſuiſſet, bona ſua quæcumque debere alienari pro filij redemptione. Eſt & ra-
3 tio ſecundum Ant. Padillam publicæ † vtilitatis. Si quidem publicè intereſt, ciues noſtros ab exteris barbariſque gentibus eſſe redemptos.Et rurſus(inquit idem Padilla)idem ſua-
4 det ratio pietatis Chriſtianæ. Eſt ſanè maximum † beneficiũ, quod confertur animæ eius, qui ab hoſtibus redimitur; cùm fidelium ac Sacramẽtorum eccleſiæ cõmunionis reſtituatur. Hanc rationem & ſic nec Padilla,nec alij aduerterunt,conſiderauit Iuſtin.in §.nobis ergo.in Auth.de reſtit.ſtatuit ille(vt ſupra in præſump.189.nu.11.13.15.commemoraui ( hæredem grauatũ reſtituere quod ei ſuperfuerit tẽpore mortis ſuę,poſſe bere alienare vſque ad dodrantem,quem omninò reſtitui voluit atque ita dodrans ſubiicitur expreſſe reſtitutioni, atque ita nil hoc caſu differt dodrans iſte à bonis ſimpliciter reli-
5 ctis ſub fideicommiſſo. Hunc † dodrantem tamen permiſit Iuſtinianus alienari poſſe non ſolum cauſa dotis,ſed etiam redemptionis captiuorum.Et hoc quidem pietatis & religionis intuitu.Ita ſanè locutus eſt Iuſtinianus.

*Si verò & in captiuorum redẽptionẽ( hanc enim excipimus & dicamus Deo cauſam(& hoc licentiam eum habere facere & minuere etiã quartam pietatis ratione:quod omnium nobis,pretioſius videtur.*

Et illo in loco annotarunt Bar.& reliqui,ſicuti commemoraui ſupra in præſumpt.189 nu. 23. quo loci diximus, redimi etiam poſſe captiuos extraneos, hoc eſt non coniunctos ſanguine ipſi teſtatori.

6 Secundum eſt caput huius diſputationis quando † filius, vel nepos teſtatoris fideicommittentis fuit captus ab hoſtibus Chriſtianis, inter quos perſæpè bellum geritur. Hoc in caſu maius eſt dubium quàm præcedenti in caſu. Si quidem
7 ab his † hoſtibus capti dici non poſſunt captiui, nec capientium ſerui,vt ſcripſeruut Bart.in l.hoſtes.nu.16.ff.de captiuis & poſtlim.reuerſ.Ange.Aretinus in §.rurſus.num.1.& ibidem Zaſius.num. 14. Inſt. de actio. Martinus Laudenſis in Tract. de bello.q.19.Boer.in q 178.nume.2.Alciatus in l.hoſtes.nu. 2.ff.de verb.ſignif.& alios refert.Antonius Padilla in d.auth. res, quæ. nu.97.Non ergo videtur locus redemptioni.Et pręterea ceſſat hic illa ratio pietatis Chriſtianæ, cùm ab his hoſtibus captus non careat Sacramentis eccleſiæ & fidelium cõmunione.

Cæterùm contrariam ſententiam vnà cum Padilla præcitato in loco ſequor & probo. Si quidem & hoc in caſu locum habet ratio illa,publicæ vtilitatis, vt ciuis ſuæ reſtituatur ciuitati,& ne ab ipſis hoſtibus carcere & tormentis male tractetur. Et verſatur quidem hic præſumpta voluntas teſtatoris, qui ſi crediſſet filium capi ab his hoſtibus vtique permiſiſſet,vt alienari poſſent eius bona, que vt is redimeretur.

8 Tertium eſt † caput quando filius eſt carcere mancipatus, ex cauſa æris alieni,vel delicti,hoc caſu,an permiſſum ſit alienari bona fideicommiſſi,vt filius iſte redimatur?Bartol.in d. auth.res,quæ.in fine,hunc caſum indeciſum reliquit.Diffiniri ita facilius ac melius poteſt vt prius dicamus, quomodo & quando bona hæc ſuppoſita fideicommiſſo alienari poſſint,vt ſuccurratur poſito in neceſſitate. Quam quidem quæſtionem pertractaui & lib.ſecũdo de arbitra.iudicum,&c.caſu.182.Et iuxta ea, quæ eo loci ſcripſi ita diſtinguo duos caſus.
9 Primus eſt quando † filius data præmeditaque opera conſumpſit omnia bona ſua, vt deinde fideicõmiſſum ſubuerteret.Hoc caſu non conceditur alienatio fideicommiſſi,vt huic filio ſuccurratur.Ita docuit in ſpecie Deci.in c.quæ in eccleſiarum.nu.30.verſ.ſecundus caſus.de conſt.& alios retuli.d.caſu.182.num.39. Quibus addo Cacheranum in deciſio.pedemon.deciſ.168.num.8.Quorum ſententia probatur in §.nobis igitur.verſ.non enim in auth.de reſtitu.eſt Nouella.108. ibi,*niſi debita opera*.Quæ ſanè conſtitutio totam hanc controuerſiam diffinit.

Confert ſimilis tex.l.pen.ff.de iure dotium quo loci Iurecon ait,ſocero non concedit priuilegium aduerſus generum, ne ab eo conueniatur vltrà quàm facere poteſt: ſi ſocer ipſe ſpe dotis generum ipſum ad matrimonium contrahẽdum inuitauit:Et cum ſciret ſe dotem præſtare non poſſe, id egit,vt genero inſidiaretur. Huc etiam pertinent.l.etiam.§.licet.ff. eo. & l. vlt. §. vlt. ff.quæ in fraudem credito.

10 Secundus eſt caſus,cùm † filius conſumpſit ſua culpa non præmeditata,nec ordinata ad caſum, vt putà, aliquis iuuenili colore,non cogitans de craſtino, multa luxu & alea profudit, credens alia ſibi ſupereſſe debere:tandem vixit multos annos, grandem ſuſcepit prolem,multa impendere oportebat, nihil lucrabatur,quippè quo cuiuſuis artis ignarus erat, quibus factum eſt,vt ære alieno ſit omnino grauatus,& nil habeat vnde viuat,niſi ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis alienet & ſuæ neceſſitati ſucurratur. Hoc in caſu duo ſunt dicenda.

Primum eſt, an huic filio ſuccurrendum ſit ex his bonis fideicommiſſo ſuppoſitis per modũ eleemoſinæ.Et eſſe ei omninò ſuccurrendum opinor. Ita Decius in d.c.quæ in eccleſiarum.nu.30.verſ.tertius & vltimus caſus.de conſt.quem ſecuti ſunt permulti à me relati lib.2.de arbitrariis iudicum.Caſu 182.num.42.

Secundum eſt hic dicendum,an huic grauato ſuccurri debeat ex his bonis,vt ſcilicèt illa alienari poſſint liberè & abſolute.Et dicendum eſt,non poſſe.Ita Cur.Iun.in d.auth.res, quę.nu 31.poſt.Soc.in l.Marcellus.§.res quę.nu.3.ff.ad Treb. quos ſecutus ſum lib.2.de arbitra iudicum caſu 182.num.54. Et eo loci nu.45.ſcripſi hanc non eſſe iuſtam cauſam neceſſitatis etiam quouis alio reſpectu,vt ſi grauatus fideicommiſſo ſit carcere mancipatus,ex cauſa delicti, vel quid ſimile patiatur.Non enim alienare poteſt,vt ſibi ſuccurrat. Et ibi multos huius opinionis Doctores recenſui. Et verè hæc eſt communis vt teſtatur Cur.Iun.in d.auth,res,quæ.nume.33.& ibidem Padilla.num.102.alios recenſet.

Hanc ſententiam octo argumentis probaui in d.caſu.182. num.46.vſque ad 54.& ibidem.num.58.confutaui rationes & argumenta contrariæ opinionis.Et ibidem.num.64.dixi non procedere in filio teſtatoris ab eo grauato.

11 Tertius eſt caſus, † quando filius hæreſque grauatus fideicommiſſo fuit canceratus ob æs alienum iam contractum ab ipſomet teſtatore. Hoc ſanè caſu alienari poſſunt bona fideicommiſſi,vt è carcere liberetur. Ita ſcripſerunt Caſtrenſis & Didacus, quos commemoraui in d.lib.2.de arbitrariis iudicum.Caſu.182.num.62.quo loci dixi eſſe cogitandum. Nunc exiſtimo,veriſſimam eſſe eorum traditionem. Cum pro ſolutione æris alieni relicti ab ipſo teſtatore alienari liberè poſſint bona fideicommiſſi à ſe conſtituti: ſicuti poſt alios ſcripſerunt Soc.in l.Marcellus.§.res,quæ.nu.1.ff.ad S.C.Trebell.

## PRÆSVMPT. CXCIII.

### Fideicommiſſo grauatus,an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate reſtituat percepta ex ſubſtitutionibus cohæredibus deficientibus.

### SVMMARIVM.

1 *Dicta in acquiſitione ex fideicommiſſo nunquid habeant locum in prælegatis & econtra.*
2 *Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali an & quando præſumatur rogatus reſtituere etiã portiones,quæ ſibi ex aliјs ſubſtitutionibus venerunt.*
*Et quando agitur de ſubſtitutione vulgari,an ipſo grauatus ſuccedens per vulgarem cohæredi teneatur & eius portionem ad ſe peruentam fideicommiſſario reſtituere. num.3.*
4 *Hæres quando fuit grauatus purè & ſtatim reſtituere fideicommiſſario,quod poſtea ex repudiatione cohæredis ad eum perueniet,non tenetur reſtituere.*

5 Hære



5 *Hæres grauatus ſuccedens pupillo per pupillarem ſubſtitutionem an teneatur etiam ipſius pupilli cohæredis ſui portionem ad ſe peruentam reſtituere,remiſſiuè.*
*Et quid quando agitur de ſubſtitutione compẽdioſa,nunquid grauatus per eam ſuccedens cohæredi, reſtituat etiam quod ab eo conſequutus eſt.num.6.*
*Diſtingue,vt ibid.& nu.ſeq.*
8 *Hæres non tenetur reſtituere portionem, quam à cohærede conſequutus eſt per compendioſam ſubſtitutionem,quando teſtator grauauit ipſum reſtituere portionem ſuam tantummodo.*
*Idem quando teſtator grauauit hæredem reſtituere hæreditatem. num.9.*
*Ampliatur,vt magis procedit,vt nu.11.*
10 *Fideicommiſſum non comprahenditur ſub nomine hæreditatis.*
12 *Hæres grauatus non tenetur reſtituere portionem cohæredi cui ſucceſſit per fideicõmiſſariam cõprehenſam in compẽdioſa,quãdo teſtator primo grauauit ipſos hæredes deinde eos inſtituit.*
*Secus quando teſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, vt ſi grauauit reſtituere quicquid ad eum peruenerit.num.13.*
*Et quid quando agitur de ſubſtitutione reciproca.nu.14.*
15 *Teſtator quando plurib.hæredib.inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, vltimo decedenti ſubſtituit Caium in hæreditate, is vltimus decedens tenetur reſtituere Caio etiam portiones cohæredum, quibus iam ſucceſſerat ex cauſa fideicommiſſi.*
*Idem ſi teſtator vltimum decedentem grauauit portionem ſuam. num.16.*
*Secus ſi vltimus decedens fuit grauatus reſtituere portionem ſuam purè num.17.*
18 *Fideicommiſſum conditionale non continetur in puro.*
19 *Teſtator ſi inſtitutis Mæuio & Sæio,rogauit Mæuium,vt poſt mortem reſtitueret portionem ſuam Titio,& poſteà grauauit Sæium,vt reſtitueret portionem ſuam Mæuio cohæredi, nunquid Mæuius,præſumatur rogatus reſtituere etiã portionem, quam habuit ex perſona Sæij.*
*Et quid ſi teſtator tribus filiјs inſtitutis dixit:Et qui deceſſerit ſine liberis,reſtituat portionem ſuam ſuperſtitibus: nunquid vltimus decedens cenſeatur grauatus reſtituere portiones cohæredum.num.20.*
*Et quid quando teſtator pluribus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis ita dixit:Et ſi omnes ſine liberis deceſſerint,ſubſtituo Caium. num.21.*
*Et quid quando teſtator inſtitutis Titio & Sempronio ita ſubſtituit:Si Titius deceſſerit ſine liberis,ſubſtituo Caiũ: Et ſi Sempronius morietur ſine filiјs,ſubſtituo Titium.nu.22.*
*Et quid ſi conditio ſubſtitutionis facta vltimo reſpiceret etiam perſonam cohæredum.nu.23.*
24 *Hæres grauatus nunquid teneatur reſtituere portiones cohæredum in ſubſtitutione directa militari.*
25 *Teſtator non præſumitur velle hæredem duplici onere grauare.*

DE aliorum bonorum teſtatoris reſtitutione nũc agendum eſt. Et primùm quidem de his, quæ à teſtatoris iudicio & diſpoſitione pendens. Qua
1 in re obſeruandum eſt prius,multos † exiſtimaſſe,quod ea, quæ dicuntur de acquiſitis ex fideicommiſſo, ita intelliguntur etiam de prælegatis,& è contra, vt vna ſit & eadem tractatio, & vnà ſimul omnia explicanda: Ita ſanè Hieronymus Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita.in quinta parte.ff.ad Trebell.num.2.ſcripſit auctoritate Fulgoſij, Imolæ, Alexandri,Ruini,Ripæ,Socini Iunioris & Nattæ.Et propterea Zanchus illo in loco à nu.12. vſque ad finem propè illius quintæ partis ſuorum commentariorum permixtim hæc pertractauit.Ego animaduerti,quod etſi multa,quę de pręlegatis dicuntur, conueniunt etiam fideicommiſſis, ſicuti etiam docuit Bar.in l.Marcellus.§.quidam liberis.nu.8.ff.ad Trebell. Attamen non ita in omnibus ſunt conſentanea,vt quæ de vno dicuntur de alio ſint dicenda:ſicuti rectè ſenſerunt Fulgoſius in ſubſcriptione ad reſponſum Comenſ.in conſil.3. Socinus Iunior in conſ.16.num.29.lib.4.& Natta in conſ.320.col.2. Quare Bar.ipſemet in d.§.quidam liberis,& manifeſtius Alexander, Socinus, & Ruinus tractationem reſtitutionis prælegatorum ab illa fideicommiſſorum & aliarum portionum ex aliis ſubſtitutionibus obuenientium ſeparatim explicarunt. Et ex recentioribus Franc. Mantica benè eruditus iuriſconſ. olim collega meus in Commentariis De coniecturis vltimarum voluntatum.lib.7.tit.6.& 7. rectè vnam ab altera tracta-
2 tionem ſeparauit. Horum † ordinẽ & veſtigia ſecutus exponam primùm, an & quando hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali præſumatur rogatus reſtituere etiã portiones,quæ ſibi ex aliis ſubſtitutionibus obuenerunt.Qua in re viſum eſt mihi diſtinguere plura capita: quemadmodum & plures ſunt ſubſtitutionum ſpecies.

3 Primum itaque eſt caput, quando † agitur de ſubſtitutione vulgari:an ſcilicet hæres grauatus ſuccedens per vulgarem cohæredi teneatur, & eius portionem ad ſe peruentam fideicommiſſario reſtituere? Bart. in l.Marcellus.§.quidam liberis.num.8.ff.ad Trebell.viſus eſt diſtinguere duos caſus: Quorum primus eſt, quãdo hęres iſte grauatus coactè adiuit, vt deinde fideicommiſſario reſtitueret.

Hoc caſu nihil penitus retinet grauatus iſte, ſed totum reſtituit.l.apud Iulianum.§.1.ff.eo.ad Trebell. Et hic quidem caſus (inquit Bart.) caret dubitatione.

Eſt enim hic grauatus perinde ac ſi hæres non fuiſſet.d.l. apud Iulianum.§.vlt.in fine.

Secundus eſt caſus, quãdo grauatus iſte voluntariè adiuit. Et quamquam hic caſus ( dixit Bart.) habet aliquod dubium. attamen idem eſſe concludit: quod ſcilicet,totum reſtituere debeat.Et Bartolum ſecuti ſunt Socinus ibidem num.8.Rui. in conſil.118.nu.17.lib.3.Coraſius & Padilla in l.cum virum. C.de fideicom.ille.num.96.iſte.num.35.

Et intellexit Bart.in d.§.quidam liberis.num.8.procedere etiam ſi teſtator grauauit cohæredem reſtituere portionem ſuam. Qua de re aliqua dicemus in ſubſequenti præſumptione in prima extenſione primi caſus.

4 Declaratur prædicta † traditio,vt locum non habeat,quãdo hæres fuit grauatus purè & ſtatim reſtituere fideicommiſſario. Nam tunc quod poſteà ex repudiatione cohæredis ad eum perueniet, non dicetur in ipſo fideicommiſſo comprehenſum, vt & illud fideicommiſſario reſtituat. Ita declarant Comenſ.& Imola in d.§ quidam liberis,& ibidem Clauoſius Seyſellius num.6.& Padilla in d.l.cum virum.nu.36.qui eiuſdem ſententiæ recenſet Ripam in l.hæredes mei.§.cum ita. num.49.ff.ad Trebell. & Zanchum ibidem.num.384.ſecundum primam impreſſionem, qui ſcripſerunt, habere locum etiam ſi verba eſſent geminata & prægnantia.

5 Secundum eſt caput,quando † agitur de ſubſtitutione pupillari, an ſcilicet hæres grauatus fideicommiſſo ſuccedens pupillo per pupillarem teneatur etiam ipſius pupilli cohæredis ſui portionem ad ſe peruentam reſtituere. Hoc de capite abundè diſſerui ſuprà in præſumpt.74.quare non eſt,quod ca hic repetam.

Hic ſolùm addo, quod illis in caſibus, in quibus diximus grauatum teneri reſtituere etiam bona pupilli,in illis inquam non poteſt grauatus iſte deducere legitimam ipſi pupillo debitam:ſicuti ſcripſi ſuprà in præſumpt.72.nume.1.Trebellianicam verò poteſt vt affirmauit Baldus in l.cum virum.num. 18.C.de fideicom.& in conſ.316.lib.5.Caſtrenſis in l.ex tribus.in fine.C.de inoff.teſtam.Capra in conſil.7.in fine.Comenſ.in conſ.123.col.2.Alex.in conſ.36.num.4.lib.7.Barba. in cap.Raynutius.nume.40.de teſtam. Galliaula in l.Centurio.num.410.ff.de vulg.& pupi.ſubſt.Ripa in l.hæredes mei. §.cum ita.num.54.ff.ad ad Trebell. Emanuel Coſta in cap.ſi pater.in tertia parte.in verbo, Et de illis.num.14.de teſtam. in ſexto,& Craue.in d.conſ.348.num.11.

6 Tertium eſt huius † diſputationis caput,quando agitur de ſubſtitutione compendioſa:an grauatus per eam ſuccedens cohæredi reſtituat etiam quod ab eo conſecutus eſt? Hoc in capite Bar.in d.l.Marcellus.§.quidam liberis.nu.9.ff ad Trebell.viſus eſt diſtinguere aliquot caſus.

Primus eſt, quando per compendioſam ſucceditur iure directo, putà ſi illa facta ſit à milite: vel etiam quando extat ſtatutũ: quo permiſſum eſt patri teſtari pro filio maiori. Hoc ſanè caſu,idem dicendum eſt ( inquit Bar. ) ſicuti dictum fuit ſuprà de vulgari.Et Bart.ſecuti ſunt omnes ibi, & Coraſius in l.cum virum. nume.99.& ibidem Padilla.nume.38. C.de fideicom.

Secũdus eſt caſus,quando per cõpendioſam ſucceditur per fideicommiſſum:ſicuti quãdo facta eſt à pagano,& impubes,

cui facta

cui facta fuit pubes factus deceſſit.

Hoc in caſu, hæredem hunc grauatum, & compendioſa hac ſubſtitutione vocatum teneri abſolutè reſtituere etiam id, quod ex ipſa compendioſa ſeu fideicommiſſaria conſecutus eſt, ſcripſerunt Bart. in l. pater filium. §. quindecim. de leg. 3. & in l. Scæuola. in fine. ff. ad Trebell. Angelus in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff. eo. & in l. cum virum. nu. 2. C. de fideicom. & ibidem Alex in additionibus ad Bartolum, & Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 43. ff. ad Trebell. aſſerit hanc opinionem eſſe receptam. & eam ſecutus eſt Socin. Iun. in conſ. 107 num. 40. lib. 3. Verùm rectius ſenſit idem Bar. ſibi parum conſtans in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. num. 9. qui dixit: eſſe diſtinguendos aliquot caſus, vt in prælegatis: Et quamquam in multis videri poteſt hæc dubitatio explicata ex his, quæ de prælegatis dicemus in ſequenti præſumptione: attamen in ſpecie hac paucis repetenda eſt diſtinctio Bart. & ſequacium.

7 Eſt itaque † primus caſus, quando teſtator primò inſtituit hæredes, deinde eos grauauit. Hoc caſu, hæres grauatus qui cohæredi ſucceſſit per fideicommiſſariam hanc tenetur etiã reſtituere ipſius cohæredis portionem. Ita Bar. præcitato in loco, quem ſecuti ſunt Comen. ibidem, & Alex. nume. 18. & communem dixerunt Decius in conſi. 81. num. 2. & Padilla in d. l. cum virum. num. 39.

8 Declaratur primò hic caſus, vt † non procedat, quando teſtator grauauit hæredem reſtituere portionem ſuam. Nam tunc eſt clarum, quod non tenetur reſtituere portionem quã à cohærede conſecutus eſt. Ita ſenſit præcitato in loco Bar. & nemo eſt, qui diſſentiat.

9 Declaratur ſecundò, vt † non habeat locum quando teſtator grauauit hæredem reſtituere hæreditatem. Nam & tunc non tenetur reſtituere portionem illam, quam ex fideicommiſſo habuit à cohærede. Ita pariter ſenſit Bar. in d. §. quidam liberis, nu. 9. dum ſe refert ad ea, quæ de prælegatis dixerat, & apertius declarationem hanc probauit idem Bart. in l. ſi Titius. de leg. 3. & ſecuti ſunt Imola ibi. & in d. §. quidam liberis, vbi etiam Socinus. ad finem, Ruinus in conſ. 120. nume. 12. libr. 3. Dec. in conſ. 80. nu. 3. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 36. ff. ad Trebell. Gozad. in conſ. 81. numer. 9. & Cephalus in conſilio 259. num. 22. lib. 2. Et hæc traditio probatur ex d. l. ſi Titius. de leg. 3. d. §. quidam liberis. & l. in fideicommiſſariam. §. vlt. ff. ad Trebell.

10 Et ratio † eſt, quia ſub nomine hæreditatis non continetur fideicommiſſum: vt inquit iuriſcon. in d. l. ſi Titius.

11 Et hæc quidem declaratio † locum habet multo magis, quando concurrunt coniecturæ, quibus colligitur teſtatorem voluiſſe hæredem grauatũ debere reſtituere ſolùm portionem ſuam: ſicuti coniecturas conſiderauit Decius in d. conſ. 80. n. 3. verſ. tertiò efficaciter. & in verſ. quintò quia, & aliis ſubſequẽtibus.

12 Secundus eſt † caſus huius capitis, quando teſtator primo grauauit ipſos hæredes: deinde eos inſtituit.

Hoc caſu regulariter grauatus non tenetur reſtituere portionem cohæredis, cui per fideicommiſſariam comprehenſam in compendioſa ſucceſſit. Ita ſenſit Bar. in d. §. quidam liberis. nu. 9. quem ſecuti ſunt reliqui, & præſertim Antonius Padilla in d. l. cum virum. numero 39. C. de fideicom.

13 Declaratur hic caſus, vt locum † non habeat, quando teſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, vt ſi grauauit reſtituere quicquid ad eum peruenerit. Nam tunc ſiue fideicommiſſum præcedat ſiue ſequatur, ſemper præſumitur grauatus reſtiuere etiam portionem cohæredis ad ſe peruentam. Ita Corne. in d. l. cum virum. col. 2. C. de fideicommiſſ. & Ruinus in conſ. 120. num. 8. verſ. ſecundò probatur. lib. 3. quo loci idem eſſe, dixit, quando teſtator grauauit hæredem reſtituere patrimonium, cum nomine patrimonij ſit vniuerſale, & omnia complectatur. De hoc tamẽ nomine patrimonij diſſentit in ſpecie Dec. in d. conſ. 80. num. 3. & 4.

14 Quartum eſt caput huius † diſputationis quando agitur de ſubſtitutione reciproca, quæ conuerſa fuit in fideicõmiſſariã.

Hoc in capite diſtinguendi ſunt aliquot caſus.

15 Primus eſt, quando † teſtator, pluribus hæredibus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, vltimo decedenti ſubſtituit Caium in hæreditate ſeu voluit, hæreditatem peruenire debere ad Caium. Hoc caſu vltimus ille decedens grauatus tenetur reſtituere Caio etiam portiones cohæredum, quibus iam ſucceſſerat ex cauſa ipſius fideicommmiſſi reciproci. Ita Comẽſis in conſilio 3. cui ſubſcripſit Fulgoſius. Et ſecuti ſunt Gozad. in conſ. 81. nu. 9. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 45. & 46. & ibidem Alcia. col. pen. & Torniel. nu. 47. Soci. Iun. in conſ. 16. nu. 28. lib. 4.

Et hæc quidem eſt magis recepta ſententia, & ſi ab ea diſſentiunt Alex. & Soc. in d. §. quidam liberis. in fi. Fabius Acorombonus in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 12. verſi. & ex hoc infero. & ibidem Zanchus in 5. par. nu. 181. plura ad rem hanc ſcripſit. Diſſentiũt tamẽ à prædictis Cepha. in conſ. 259. n. 26. & 65. lib. 2. & aliis ab eo relati, ſed prçcedẽs eſt magis recepta.

16 Extenditur hic caſus, vt † procedat etiam quando teſtator pluribus hæredibus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis vltimum decedentem grauauit reſtituere portionem ſuam. Hoc etiam caſu tenetur iſte reſtituere portiones aliorum cohæredum. Ita ex ſententia Bar. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebell. ac ibidem Caſtrenſis & Alexandri, docuit Ripa in d. l. hæredes mei. §. cum ita numero 47. vbi num. 48. in fine, teſtatur hanc eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum conſulendo & iudicando, & eam defendit ab impugnationibus Imolæ diſſentientis. Et communem ſecuti ſunt Gozad. in conſ. 8. num. 18. Socin. Iun. in conſi. 16. nume. 29. lib. 4. & Zanchus in d. §. cum ita. in quinta par. num. 29. Idem affirmant Capra in conſ. 48. num. 6. & Cepha in d. conſ. 259. numerò 65.

17 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat quando vltimus ille moriens fuit grauatus reſtituere portionem ſuam purè. Hoc ſanè caſu non præſumitur grauatus reſtituere etiam portiones cohæredum, qui deinde ſibi obuenerunt ex fideicommiſſo conditionali: Etiam ſi tale fideicommiſſum præceſſit, & etiam ſi aute verbalem & realem reſtitutionem ceſſerit & venerit dies fideicommiſſi conditionalis. Ita declarant Ripa in d. §. cum ita. nu. 49. & Padilla in d. l. cum virum, num. 36. C. de fideicom.

18 Non enim † in fideicommiſſo puro continetur conditionale. Et confert quod diximus ſupra in ſecundo capite, de ſubſtitutione pupillari, in primo caſu.

19 Secundus eſt caſus quando teſtator † inſtitutio Mæuio & Sæio, rogauit Mæuium, vt poſt mortem reſtitueret portionem ſuam Titio. Poſtea grauauit Sæium, vt reſtitueret portionem ſuam Mæuio cohæredi. Hoc ſanè caſu Mæuius præſumitur rogatus reſtituere etiam portionem, quam habuit ex perſona Sæij cohæredis ſui. Ita poſt Bar. in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam ff ad Trebell. Comenſem & alios ſcripſit Ripa in d. §. cum ita. 50. qui communem eſſe opinionem aſſeruit. Nam fideicommiſſum hoc in caſu præcedit ſecundum ordinem intellectus, licet ſequatur ſecundum ordinem literæ.

20 Tertius eſt caſus, quando † teſtator, inſtitutis tribus filiis, ita fideicõmiſſum reliquit. Et qui deceſſerit ſine liberis reſtituat portionẽ ſuã ſuperſtitibus. Hoc in caſu in quo non apparet de aliquo ordine ſcripturæ, & ſi ſatis conſtet de ordine intellectus: cum quilibet ſit prius honoratus quàm grauatus: & prius ipſe moriens ſuperſtitibus reſtituere grauatus. Hoc inquam caſu vltimus moriens præſumitur grauatus reſtituere etiam portiones cohæredum. Ita poſt Bar. & alios in d. §. quidam liberis probauit Ripa in d. §. cum ita. nume. 51. qui teſtatur communem eſſe opinionem, quam etiam probarunt Antonius Padilla in l. cum virum. nu. 40. C. de fideicom. & Zanchus in d. §. cum ita. in quinta par. num. 78. qui alios refert.

21 Quartus eſt caſus, quando † teſtator pluribus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, ita dixit. Et ſi omnes ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo Caium. Hoc caſu, in quo nulla eſt facta mentio bonorum, vltimus ille decedens præſumitur grauatus reſtituere etiam portiones cohæredum ad ſe ex fideicommiſſo peruentas. Ita Ripa in d. §. cum ita numero 52. poſt Bart. Caſtrenſem & Alex. in d. §. quidam liberis. Baldum & Corneum in l. cum virum. C. de fideico. Baldum in conſ. 407. In quæſtione, quæ vertitur. lib. 1. Alex. in conſi. 25. lib. 1. Corneum in conſ. 20. lib. 4. & Decium in conſ. 86. col. 1. Et inquit Ripa, non eſſe conſulendo & iudicando recedendum ab hac opinione.

22 Quintus eſt caſus, quando † teſtator inſtitutis Titio & Sẽpronio, ita ſubſtituit. Si Titius deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Caium. Et ſi Sempronius morietur ſine filiis, ſubſtituo Titiũ.

Hoc



Hoc in caſu dubitatur, an in fideicommiſſo Caij veniat portio Sempronij peruenta ad Titium? Et non venire docuit Ripa in d. §. cum ita. num. 53. ſic explicans Bart. in l. ſi Titius. ff. ad Trebell.

23 Sextus eſt caſus, quando † conditio ſubſtitutionis factæ vltimo reſpiceret etiam perſonam cohçredum. Hoc ſanè caſu in reſtitutione fideicommiſſi venit etiam portio habita à cohærede prius defuncto. Ita Zanchus in d. §. cum ita. in 5. par. nu. 157. qui copioſè explicat.

24 Quintum eſt caput, quando † agitur de ſubſtitutione directa militari. Hoc in capite docuit poſt alios Ioannes Coraſius in d. l. cum virum. num. 99. C. de fideicom. non venire portionem fideicommiſſi habitam à cohærede: tum quia directa militaris ſequitur naturam vulgaris, vt dicemus infra in præſumpt. 196. in quarto caſu: tum etiam quia cum fideicommiſſum ſit onus & grauamen, dicendum non eſt, quod grauatus in portione ſua, ſit etiam in portione alterius. l. pater. §. quindecim. de leg. 3.

25 Nec veriſimile † eſt teſtatorem voluiſſe hæredem duplici onere grauare. l. Titia. §. qui in vita. de leg. 2.

## PRÆSVMPT. CXCIIII.

Prælegata an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate reſtitui debeant ſubſtituto per fideicommiſſum.

## SVMMARIVM

1 *Hæres rogatus reſtituere hæreditatem vel bona, nunquid etiam præſumatur rogatus reſtituere ipſa prælegata,*

2 *Prælegata nunquid reſtitui debeant ſubſtituto per fideicommiſſum ab hærede, quando ipſe teſtator prius prælegata fecit vni ex hæredib. quem deinde inſtituit & grauauit ſimpliciter reſtituere vbi quòd reſtitui debeant, extenſe probatur ibid.*

*Et idem quando teſtator multis inſtitutis hæredib. vni, vel etiam alijs prælegauit, deinde eorum vnum, ſi ſine liberis deceſſerit, grauauit reſtituere portionem ſuam. num. 3.*

4 *Teſtatoris verba in dubio ſunt intelligenda ſecundum tempus, quo prolata fuerunt.*

5 *Prælegata reſtitui debent ab hærede ſubſtituto per fideicommiſſum vnà cum fideicommiſſo, quando inter prælegata & inſtitutionem hæredis interpoſita eſſent multa extranea.*

*Idem quando teſtator in inſtitutione ita dixit: In alijs verò bonis inſtituo, &c. num. 6.*

*Contra, num. 7. & non ſatis rectè.*

8 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*

9 *Prælegatum dotis non venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

10 *Dos loco legitimæ ſuccedit.*

11 *Legitima onere reſtitutionis grauari non poteſt, nec dos.*

12 *Prælegatum dotis non venit in reſtitutione fideicommiſſi vllo modo, quando teſtator filiæ à ſe inſtitutæ & grauatæ prælegauit dotem, adiecta ratione & cauſa, vt eam æqualem redderet cum altera filia, cui iam dotem numerauerat.*

*Intellige, niſi dos excedat legitimam, quia tunc nullum eſt dotis priuilegium. num. 13.*

14 *Prælegatum alimentorum nõ venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

15 *Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, quando teſtator prohibuit alienari prælegatum alterius cauſa & contemplatione quàm fideicommiſſi vniuerſalis.*

*Idem quando prohibitio facta eſſet fauore alterius quam primi ſubſtituti, eiuſdémque cohæredis. num. 16.*

*Idem quando grauatus inſtituiſſet hæredem venientem ab inteſtato. num. 17.*

*Intellige, quando alius in re illa prohibita alienari eſt ſpecialiter vocatus poſt mortem prohibiti: ſecus verò quando ſimpliciter facta eſt prohibitio alienationis. num. 18.*

19 *Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator in ipſo adiecit aliqua verba, quæ repugnarent alienationi.*

*Idem quando teſtator dixit, quòd ipſe prælegatarius haberet prælegatum pleno iure. num. 20.*

*Et idem quando teſtator vſus eſt alijs ſimilibus verbis. num. 21.*

*Idem quando dixit, quòd haberet prælegatũ ſibi præcipuũ nu. 22.*

*Idem quando teſtator in ſubſtitutione dixit, ſaluis ſemper prædictis prælegatis. num. 23.*

*Idem quando prælegatum factum fuit à teſtatore ob maximam dilectionem, qua prælegatarium proſequebatur. num. 24.*

*Idem quando teſtator prælegauit ob benemerita ipſius prælegatarij. num. 25.*

*Et quomodo conſiderentur benemerita. ibid.*

26 *Legatum non dicitur factum pro benemeritis, quando excedit qualitatem debitæ remunerationis.*

27 *Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator dixit, ſe prælegare propter debitum, quo erga ipſum legatarium tenebatur.*

*Idem quando teſtator prius hæredem inſtituit, & eum grauauit reſtituere portionem ſuam, deinde ei fecit prælegatum. nu. 28.*

*Idem multo magis, quando teſtator adieciſſet aliqua verba reſtrictiua. num. 29.*

*Idem quando teſtator grauauit hæredem reſtituere bona ſua: in reſtitutione enim non venit prælegatum factum poſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam. num. 30.*

31 *Prælegatum tunc venit in reſtitutione fideicommiſſi etiam ſi factum ſit poſt ſubſtitutionem, quando teſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, vt, Reſtituat, quicquid ad eum peruenerit.*

*Idem quando prælegatum continet maiorem partem hæreditatis. ibid. num. 32.*

*Idem in ſubſtitutione, quæ reſpicit etiam futurum. ibid. num. 33.*

*Idem quando teſtator grauauit hæredem reſtituere patrimonium, vel ſubſtantiam ſuam. num. 34.*

*Idem quando teſtator iuſſit hæredi, vt reſtitueret portionem ſuã & fideicommiſſum. num. 35.*

*Idem quando ſubſtitutus eſſet filius teſtatoris, & grauatus extraneus. num. 36.*

37 *Prælegatum nunquid veniat reſtituendum cum fideicommiſſo, quando teſtator prius fecit prælegatum, deinde ſubſtitutionem, & grauauit hæredem his verbis: Et ſi prædictus hæres meus receſſerit ſine filijs, reſtituat hæreditatem Caio.*

*Vbi quòd non veniat in reſtitutione auctoritatibus multorum comprobatur.*

38 *Hæreditatis nomine non veniunt prælegata nec nomine vniuerſali bonorum. num. ſeq.*

39 *Prælegatum factum ante ſubſtitutionem nõ venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator iuſſit hæredi vt reſtituat bona.*

*Idem quando dixit debere reſtitui bona & hæreditatem. nu. 40.*

*Idem quando teſtator dixit, quòd reſtitueret partem hæreditatis. num. 41.*

*Idem quando dixit ſimpliciter teſtator, & hæredes ſubſtituo, licet non dixerit in hæreditate. num. 42.*

*Idem quando dixit teſtator, inſtituo Titium cum pacto ſubſtitutionis poſtea ſequentis, quòd deficientibus dictis hæredib. ſine filijs, pars taliũ decedentiũ accreſcat alijs cohæredibus. nu. 43.*

44 *Prælegatum reſtituendum eſt cum fideicommiſſo ſub nomine hæreditatis, quando hæres grauatus cœpit prælegatum vt hæres, non vt legatarius.*

*Idem quando teſtator grauaſſet hæredem reſtituere verbis vniuerſalibus & prægnantibus. num. 45.*

*Idem quando prælegatum eſſet adeò amplum, vt comprehenderet maiorẽ partem hæreditatis. nu. 46. vbi duplex redditur ratio.*

*Idem quando filius teſtatoris eſſet ſubſtitutus extraneo, cui factũ eſt prælegatum. num 47.*

*Idem quando teſtator iuſſit reſtitui ea, quæ in hæreditate remanerent. num. 48.*

*Idem quando mentio hæreditatis facta fuiſſet ad extendendum ſubſtitutionem ſimpliciter factum. num. 49.*

*Idem quando teſtator reliquit prælegatum iure & titulo inſtitutionis. num. 50.*

*Idem quando teſtator grauauit ipſum hæredem, vt reſtitueret propriam ipſius hæredis hæreditatem. num. 51.*

*Idem quando teſtator prælegauit hæredi portionem hæreditatis, in qua ipſe cohæres fuerat prius inſtitutus & grauatus. numer. 52.*

53 *Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi ſeu hæreditariæ portionis, quando teſtator prius hæredes inſtituit, & eos grauauit reſtituere portiones ſuas hæreditatis, deinde fecit prælegata.*

Diſſe

DIſſeramus nunc de reſtitutionibus prælegatorum, quæ à teſtatore fieri ſolẽt hæredibus proprijs à ſe inſtitutis & grauatis reſtituere hæreditatem, vel bona ſibi relicta alteri, an ſcilicet
1 ſicuti † rogati ſunt reſtituere hæreditatem, vel bona, præſumantur etiam rogati reſtituere ipſa prælegata. Hac de diſputatione, quæ in foro & iudicijs quotidie exagitatur, multa ſcripſit Mantica in comment. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7. & diligentius fortè ac copioſius Zãchus, cuius Mantica non meminit, in l. hæredes mei. §. cũ ita. in 5. par. ff. ad Trebel. & ego ipſe nonnulla quantum illa facti ſpecies ferebat, congeſſi in conſil. 86. libr. 1. Nunc hoc in loco commemorabo alia, quæ ſtudio annotaui. Eſt tamen prius obſeruandum totam hãc diſceptationẽ eſſe coniecturalẽ: ſicuti reſpondi in d. cõſ. 86. nu. 18. ex ſentẽtia Decij, Ruini, Siluani, Pariſij, Soc. Iun. & Zanchi, & accedit Aret. in conſ. 152. col. 1.

Hac in diſputatione diſtinguo atque conſtituo tres caſus, & ſi duas regulas & concluſiones tantum conſtituunt Alex. Socinus & Ruinus in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebel. & Zanchus in d. §. cum ita. in quinta par. num. 12.

2 Primus eſt caſus, quando † teſtator prius (ſic communiter fieri ſolet) prælegata fecit vni ex hęredibus, quem deinde inſtituit & grauauit ſimpliciter reſtituere, vt ſi dixit. Inſtituo Caiũ hæredẽ, & ſi Caius deceſſerit ſine liberis reſtituat Mæuio, vel ſic, Caio ſubſtituo Mæuium. Hoc ſanè caſu decedẽte Caio ſine filijs cum reſtitutione fideicommiſſi veniunt etiã prælegata ipſi Caio facta. Ita Caſtren. in cõſi. 420. Præmittẽdum col. 1. lib. 1. Rom. in conſ. 18. num. 2. verſ. vna cadit. Alex. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. nu. 3. ff. ad Treb. & in cõſ. 67. ad finem. lib. 1. & in conſil. 66. col. vlt. lib. 2. Corneus in l. cũ virum. col. 3. verſ. & prædicta. C. de fideicom. Iaſ. in conſi. 89. in ſecundo dubio. lib. 1. Decius in conſ. 86. & in conſ. 254. nu. 5. Ruinus in conſ. 152. nu. 12. lib. 3. Cur. Iun. in cõſ. 13. Pariſius in conſi. 79. nu. 20. lib. 2. & in conſ. 18. lib. 3. Ripa in d. §. cum ita. nu. 36. verſ. quæ iura. Boẽr. in q. 280. num. 2. Soc. Iun. in conſi. 16. nu. 27. lib. 4 qui eſſe communem dixit. Coraſius in d. l. cum virum. num. 39. Natta in conſi. 320. col. 2. Portius Imol. in conſi. 6. numl. 26. Anguſola in conſi. 48. num. 8. lib. 6. & Zanchus in d. §. cum ita. in quinta par. num. 12. verſ. deueniendo, nu. 21. & 22. Et ſi ipſe Zanchus in d. num. 21. & 22. malè viſus ſit diſtinguere extenſionem illam à ſe propoſitam, ab his, quæ dixerat in d. nu. 12. Et ſatis manifeſtè ſententiam hanc probat text. d. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebel. cuius verba hæc ſunt.

*Quidam liberis ſuis ex diſparibus partibus inſtitutis, datis præceptionibus, vt ipſe maximam partem patrimonij inter liberos ita diuiſiſſet, rogauit eum, qui ſine liberis decederet, portionem fratribus reſtituere. Imperator noſter reſcripſit, præceptiones quoque fideicommiſſo contineri: quia non portionem hæreditariam teſtator commemorauit, ſed ſimpliciter portionem: in portionem autem, & præceptiones videri cecidiſſe.* Hactenus Vlpia.

Et hoc quidem in caſu nulla eſt adhibenda differentia inter hæredes extraneos & ſuos: ſicuti aduertunt, & rectè, Bar. in l. in fideicommiſſariam. num. 2. ff. ad Trebel. Cur. Iun. in conſi. 13. nu. 9. & Zanchus in d. §. cum ita. in quinta par. nu. 15. reiecta contraria opinione Soc. Iun. in conſi. 107. num. 44. lib. 3. & Æmiliani in conſil. num. 28.

3 Extenditur primò hic † caſus, vt locũ habeat etiam, quãdo teſtator multis inſtitutis hæredibus, & vni vel etiã alijs prælegauit; deinde eorum vnum, ſi ſine filijs deceſſerit grauauit reſtituere portionem ſuã. Hoc etiam caſu, & ſi dixit, portionem ſuã, adhuc tamen prælegata reſtituenda ſunt cũ ipſo fideicommiſſo. Ita verè reſpondit Vlpianus in d. l. Marcellus. §. quidã liberis. ff. ad Treb. Et quamquã Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. in quinta par. nu. 29. ff. eo. ad Treb. huius opinionis recenſeat fuiſſe Bar. Imol. Comenſ. Rom. & Alex. in d. §. quibam liberis. Alex. in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. eo. tit. & in conſi. 25. num. 8. lib. 1. & in conſil. 33. nu. 21. lib. 4. Capram in conſil. 48. nu. 6. Claud. Seyſel. in d. §. quidam liberis colum. 2. in fi. Gozad. in conſil. 81. num. 18. Socinum Iuniorem in conſil. 16. col. pen. num. 29. lib. 4. & Nat. in conſil. 321. col. 2. Attamen aduertendum eſt, Bart. in d. §. quidam liberis. in prima oppoſitione contrarium potius ſcripſiſſe. Dixit Bart. in caſu. d. §. quidam liberis, prælegata non venire in reſtitutione fideicommiſſi, quia teſtator prius fecit fideicõmiſſum rogando hæredem reſtituere portionem ſuam: deinde fecit prælegatum. In caſu verò. l. cum virum. C. de fideicom. teſtator rogauit hæredem verbis generalibus, vt. ſ. reſtitueret quidquid ad eum perueniſſet. Atque ita ſenſit Bar. grauatum reſtituere portionem ſuam non reſtituere prælegata. Bar. verò in d. §. quidam liberis. num. 8. quem locum allegare voluit Zanchus, non loquitur de prælegato; ſed de cohæredis portione ex vulgari ſubſtitutione peruẽta ad cohæredem grauatum: & quamquam ſcripſit Bar. de ea dicendum eſſe vt de prælegato, attamẽ (vt attigi ſupra in prçludijs) differentia eſt inter portionem prouenientem ex prælegato, & illam ex vulgari ſubſtitutione. Illi, quæ prouenit ex vulgari, non ſatis conueniunt illa verba, reſtituat portionem ſuã, quia teſtator videtur ſenſiſſe de ea portione ſibi immediatè relicta: Non autem de ea, quæ ei obuenire poteſt, repudiante
4 cohærede. Et verba teſtatoris † in dubio ſunt intelligenda ſecundum tempus, quo prolata fuerunt, vt ſcripſi in conſil. 106. num. . . lib. 2. cum ergo eo teſtamenti tempore portio cohæredis dici non poſſet portio grauati, de ea teſtator ſenſiſſe non videtur. Diuerſum eſt in prælegato, quod eo tempore conditi teſtamenti ita dici potuit portio huius grauati: ſicuti illa portio relicta titulo inſtitutionis. Comenſis & Rom. allegati à Zancho in meo Codice nihil ad d. §. quidam liberis, quo etiã in loco Imola nõ ſcripſit aliquid, quod ad rẽ noſtram pertineat. Idem verò Imola, in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. col. vlt. ff. eo. quem fortè voluit allegare Zanchus, loquitur de reſtitutione fideicommiſſi ex reciproca ſubſtitutione, de qua diximus in præcedenti præſumptione: ſic etiã loquitur Capra in conſil. 48. nu. 6. Alex. verò in d. §. quidam liberis. nu. 1. & in d. cõſi. 25. nu. 8. & in d. cõſi. 33. nu. 1. verè hãc opinionẽ probauit. Sic & alij à Zanc. allegati. Sic & Salic. in l. cũ virũ. C. de fideic. & ibid. Padilla. nu. 21. Et hæc quidem ſententia probatur eo reſponſo Vlpiani in d. §. quidã liberis.

Nec repugnat conſiderationes Tornielli in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 53. verſ. ſi verò. ff. ad Trebell. & Balthaſſaris Quinctij inter conſilia vltimarum voluntatum diuerſorum in conſilio 177. num. 157. Nam illis ſatisfacit Zanchus in d. §. cum ita. in quinta par. num. 31.

5 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat etiam ſi inter prælegatum & inſtitutionem hæredis interpoſita eſſent multa extranea. Nam adhuc grauatus iſte cum reſtitutione fideicõmiſſi reſtituere debet prælegatum: cũ verba illa ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ reſtituat portionem ſuam Caio, referantur etiam ad prælegatum: ex quo teſtator pro vna portione habuit prælegatum & relictum in ipſa inſtitutione, atque ita ſentio aduerſus Ruinum in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. nu. 8. verſ. 4. etiã. ff. ad Trebell. qui in ſpecie contrariũ docuit.

6 Extenditur tertiò hic † caſus, vt locum habeat etiã quando teſtator in inſtitutione ipſa ita dixit. In alijs verò bonis inſtituit. &c. Nam adhuc prælegata prius ipſi hęredi facta veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, cùm teſtator ſubſtituẽdo per fideicommiſſum ipſi hæredi præſumatur voluiſſe, quod eueniente caſu ipſius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, reſtituantur etiam prçlegata. Ita poſt Alexandrum, Ruinum, Curtium Iuniorem, Nattam, Burſatum, & Marzarium ſcripſit Zanchus in d. §. cũ ita in quinta par. num. 16. Et his accedunt Crauetta in conſi. 348. num. 11. & alij quamplures congeſti à Marchabruno in conſil. 4. nu. 36. Et ibidem nu. 52. refert diſſentientes, & declarat.

7 His cõſtat, hanc † eſſe receptã ſententiã, & ſi ab ea diſſentiunt Fulgoſius in cõſ. 100. Quidã. A. in ſecundo dubio. Corneus in cõſ. 91. col. 3. verſ. inſuper & magis clarè. lib. 1. Barba. in conſ. 59. nu. 8. lib. 3. Iaſ. in conſil. vlt. col. pen. verſ. 3. lib. 4. & Soc. Iun. in cõſ. 107. nu. 12. li. 3. & in hãc partẽ inclinauit Ruinus in d. l. Marcellus. §. quidã liberis. nu. 17. ff. ad Trebel. & ſi cogitandum reliquit. Ea ſola ratione ij poſteriores vſi ſunt, quod teſtator inſtituẽdo hęredẽ in alijs bonis nõ præſumitur in ea vocatione cõprehendiſſe ipſa prælegata: ſicuti ſcripſerunt Bar. in l. ſi quis ſeruũ. §. vlt. in fi. de leg. 1. Caſtren. in cõſi. 396. Et circa in tertio dubio. li. 2. Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. nu. 15. de leg. 1. & in d. cõſ. vlt. in tertio argumento. li. 4. Ruin. in cõſ. 90. nu. 10. li. 2. Decius in cõſ. 653. col. 1. Pariſ. in cõſ. 79. nu. 21. lib. 2. & in cõſ. 45. nu. 5. & in cõſ. 63. nu. 22. lib. 3. Soc. Iun. in conſi.



in conſ. 107. nu. 45. lib. 3. & in conſ. 89. num. 9. lib. 4. & Iacobus Æmilianus in conſ. 35. nume. 2. & in conſ. 39. nu. 28.

Verum huic obiectioni reſpondetur primò, veram non videri prædictam opinionem, quod teſtator inſtituendo hæredem in aliis bonis noluerit in ea vocatione compræhendere prælegata: quia contrariam ſententiam probarunt Oldra. in conſ. 158. in fi. Bar. in l. ſi certarum. ff. de teſta. milit. Baldus, Angelus & Imola in l. ſi quis hæres ita inſtituatur. ff. de hæred. inſtitut. Angelus in conſil. 394 In conſultatione. col. 2. verſ. nunc reſpondeo, & in conſ. ſeq. col. 1. Caſtren. & Alex. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebell. Idem Caſtre. in conſ. 178. Viſo ſupraſcripto puncto. col. 2. verſic. & ſi dicatur. lib. 1. Corneus in conſi. 167. lib. 4. Alex. in conſ. 202. col. 3. lib. 6. Riminaldus Senior in conſ. 248. num. 12. Ruinus in conſi. 32. nu. 8. & in conſ. 40. col. 3. lib. 2. & in conſil. 130. nu. 11. lib. 3. Betrandus in conſ. 191. col. vlt. lib. 2. Bero. in conſi. 81. nume. 30. lib. 2. Boerius in q. 280. num. 4. Socinus Iun. in conſ. 43. col. 2. & in conſ. 89. col. 4. lib. 4. Natta in conſ. 321. col. 2. verſi. Non obſtãt illa, Marchabrun. in conſ. 4. nume. 36. & Zanchus in d. §. cum ita in quinta par. num. 19. verſ. tertiam prorſus, qui ad rem noſtram hac reſponſione vnà cum Ruino in d. conſ. 130. num. 11. lib. 3. vſus eſt.

Præterea & ſecundò reſpondet Alex. in conſil. 25. in ſecundo dubio. lib. 1. quod licet prælegata non contineantur in inſtitutione ſub illis verbis, in aliis verò bonis, non tamen fit, quin veniant in reſtitutione fideicommiſſi: Nam & prælegata non continentur in ſimplici inſtitutione, & nihilominus veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, vt diximus ſupra. Ergo idem eſt dicendum, quando in ipſa inſtitutione adiecta ſunt hæc verba. In aliis verò bonis &c.

8 Cùm expreſſio † eorum (inquit Alexander-quæ tacitè inſunt nihil operetur. Reſpondet tertiò idem Alex. præcitato in loco, & eo prius Butrius in conſ. 69 & ſecutus eſt Natta in conſilio 321. col. 2. verſi. non obſtant illa. Dixit Butrius, non eſſe bonam conſequentiam, prælegata non continentur in inſtitutione: ergo nec etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria: ſicque in reſtitutione: cùm dicta verba. In aliis verò, non ſint expreſſè ei adiecta, nec ſubſtitutio ſit ſpecialiter ad inſtitutionem relata.

Cæterûm hanc reſponſionem reiicit Zanchus in d. §. cum ita. in quinta. par. num. 19. poſt Corneum in conſ. 91. lib. 1. cùm dixit, imò verba illa. In aliis verò bonis, referri etiam ad ſubſtitutionem. Reſpondeo quartò & exiſtimo tria eſſe conſideranda, prælegatum, inſtitutionem & ſubſtitutionem. Prælegatum non continetur in inſtitutione: quia prælegatum continet vocationem rei particularis iam ſeparatam ab aliis rebus relictis, deinde in inſtitutione quæ tribuit titulum vniuerſalem. atque ita duæ ſunt omninò ſeparatæ vocationes, vna particularis, altera vniuerſalis, & vna alteram nõ cõprehendit: alioqui ſequeretur abſurdum, quod prælegatum deberetur titulo vniuerſali. Subſtitutio verè atque ita onus reſtitutionis vnica tantùm eſt vocatio reſpectu ſubſtituti, & propterea non habet ſeparationem aliquam à prælegato, ſed cum dubium ſit, an referri debeat ad ſolam præcedentem inſtitutionem, vel etiam ad prælegatum ſit interpretatio, quod cenſeatur facta tam reſpectu prælegati quàm inſtitutionis: quia non dicitur facta actibus vocationum nempè vel inſtitutioni, vel prælegato, ſed hæredis perſonæ grauatæ reſtituere: Et propterea cum hæres effectus totum ſit conſecutus tam ex prælegato quàm ex inſtitutione, ita etiam totum debet reſtituere.

9 Declaratur primò † hic caſus, vt locum non habeat in prçlegato dotis. Hoc enim non venit in reſtitutione fideicommiſſi. Ita Bar. in l. à filia in princ. & in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell. Baldus in l. cum virum. num. 10. C. de fideicom. Aretinus in conſ. 152. Breuitate vtendum. nu. 1. Alex. in conſ. 20. num. 10. lib. 3. & in conſ. 33. num. 1. & 2. lib. 4. Corne. in conſ. 35. num. 1. lib. 4. Socin. Sen. in conſil. 102. col. 4. libr. 3. & in d. §. quidam liberis. col. 1. verſ. tertiò limitatur Rui. in conſ. 52. nu. 12. lib. 2. Æmilianus in conſ. 39. num. 30. M. Antonius Natta in conſ. 255. num. 8. lib. 2. Coraſius in l. cum virum. num. 54. C. de fideico. & ibidem Padilla. num. 20. & Zanchus in d. §. cum ita. in quinta parte. numero 45. Hanc ſententiam probant duo reſponſa Scænolæ in dicta l. à filia, in princi. & in dicto §. maritus: ſed illud primum eſt de prælegato dotis facto à patre filiæ: ſecundum verò eſt de prælegato facto à marito vxori. Habet tamen vterque caſus eandem rationem, nempè quia dos debita filiæ, vel illa reſtituenda vxori, eſt æs alienum & propterea non continetur in reſtitutione fideicõmiſſi, quod ex bonis teſtatoris relictum eſt, Et præterea in patre præle-
10 gante dotem alia eſt ratio: quia dos † loco legitimæ ſuccedit l. Titio fundus. §. Titio genero. vbi Bar. ff. de cond. & de-
11 mon. vbi Bar. At qui † legitima onere reſtitutionis grauari non poteſt. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. Ergo nec dos Et accedit quod dos eſt proprium patrimonium filię. l. Pomponius. ff. famil. erciſ. Non ergo venit in reſtitutione fideicommiſſi. in quo non continentur bona ipſiuſmet hæredis grauati l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

12 Et hæc quidem declaratio † locum habet multo magis, quando teſtator filiæ à ſe inſtitutæ & grauatæ, prælegauit dotem adiecta ratione & cauſa, vt eam æqualem redderet cum altera filia, cui dotem iam teſtator ipſe numerauerat. Hoc ſanè caſu & ſi teſtator grauauit filiam illam hęredem reſtituere portionem ſibi relictam: attamen multo minus quam in caſu pręcedenti tenetur reſtituere prçlegatum dotis. Ita verè reſpondit Are. in conſ. 52. Diligenter diſcuſſo. num. 2. & in conſ. 152. Breuitate vtendum. col. 2. verſ. Confirmatur iſta. Ea ratione motus eſt Aretinus, & rectè, quia ſecuti filia illa prima (ita enim dicere voluit Aretinus) habet dotem ſibi datam liberè vt proprium, ita etiam habere debet hęc ſecunda: alioqui ſecunda hęc minus haberet illa prima, & conſequenter non ſeruaretur æqualitas. Sicuti ſeruari voluit teſtator. Nec ab Aretino diſſentiunt de eadem pacti ſpecie interrogati Alex. in conſ. 33. lib. 4. & Corne. in conſ. 35. lib. 4. malè conſiderati à Zanco in d. §. cum ita. in quinta par. nu. 57. Si quidem Corne. & Alexander non conſiderarunt ratione ſeruandę æqualitatis: quia illo in caſu, de quo ipſi reſponderunt, ſatis eis viſum fuit, ſi demonſtrarent, non fuiſſe locum reſtitutioni prælegati dotis: quia dos vt æs alienum non venit in reſtitutione fideicommiſſi, vt diximus ſupra: ſicuti etiam ſuo in caſu priore loco conſiderauit Aretinus in d. conſil. 152. nume. 1.

Non etiam repugnat quod ſcripſit Socinus in d. §. quidam liberis. num. 1. allegatus in contrarium à Zanco: quia Comenſis commemoratus à Socino, & Socinus ipſe loquuntur in caſu à noſtro longè diuerſo, nempè quando teſtator duobus hęredibus inſtitutis ex diuerſis portionibus, & ambobus grauatis, ei, cui minus reliquit, fecit prçlegatum, vt çqualem eum redderet cum cohęrede. Hoc ſanè caſu ratio ipſa ſeruandæ æqualitatis ſuadet, vt ſicuti iſte grauatus eſt reſtituere portionem ſuam, ita etiam ſit grauatus reſtituere prælegatum: quia ſi prælegatum ſubrogatum eſt loco dificientis partis hæreditatis, ſequi debet naturam ipſius hæreditatis, vt ſcilicèt ſicuti hæres iſte grauatus eſt reſtituere portionem, cenſeatur etiam grauatus reſtituere prælegatum: cum prælegatum & portio in inſtitutione relicta ſit vna & eadẽ. Qua etiã de re dicemus infra. Cæterùm prædicta intelligimus quo ad dotem: ſecus verò quò ad dotis augmentum prælegatum reſtitui illud debet. Ita ſenſit Ruin. in d. §. quidam liberis. nu.
13 9. in fi. Et rurſus hæc declaratio † intelligitur, quando dos non excedit legitimam, quam (vt diximus) pater etiã expreſſe & ſpecialiter grauare non poteſt: ſecus ſi excedit. Nam tunc nullum eſt hoc in caſu dotis priuilegium, quin pater poſſit expreſſe & ſpecialiter grauare filiam, vt eam cum reſiduo patrimonij reſtituat. Ita omnium primus reſpondit Oldra. in conſi. 132. Titius. in fi. & apertius idem ſcripſerunt Bal. in d. l. cum virum. nu. 11. C. de fideicom. & in conſi. 282. Quidam Ser Colla. col. vlt. lib. 3. Aretinus in conſi. 53. nu. 2. Alex. in d. l. à filia. in prin. num. 2. ff. ad Trebel. Decius in l. cum proponas. la prima, numero 2. C. de pactis, Georgius Natta in repet. cap. quamuis. q. 3. principali nume. 100. de pactis in 6. Huc facit quod ſcripſit Cur. Iunior in auth. res, quæ. nume. 28. C. communia de leg. dum declarando traditionem Bart. ibi nu. 8. dixit, dotem vltrà legitimam ex bonis fideicommiſſi filiæ à grauato patre conſtitutam & deinde reuerſam ad patrem, filia præmortua reſtituendam eſſe fideicommiſſario pro ea parte, quæ ſupra legitimam eſt.

14 Declaratur † ſecundo, vt non procedat in prælegato alimentorum, quod non venit in reſtitutione fideicommiſſi, Ita

Ruinus in d.l.Marcellus.§.quidam liberis nume.8.ff.ad.Trebell.adductus arg.leg.liberis la.2.§.poſthumis.vbi Bart.ff.de alim.& cib. lega.

15 Declaratur tertiò vt locum † non habeat hic caſus quando teſtator prohibuiſſet alienari prælegatum alterius cauſa, & contemplatione,quàm fideicommiſſi vniuerſalis Hæc ſanè caſu prælegatum non venit in ipſius fideicommiſſi vniuerſalis reſtitutione. Ita cenſuerunt.Barto. in l.Lucius.§.pluribus.ff.ad Treb.Caſtren.in d.l.Marcellus.§.quidam liberis. ff.eo.idem Caſtren.in leg.cum virum.C.de fideicom.Roma. in ſing.174.Hæres vniuerſalis Corn.in d.l.cum virum. num. 7.Alex.in d.§.quidam liberis.num.2.in ſecunda limit.& ibi Socinus col.1.verſ.ſecundò limitatur.& Ruinus nu.6. Boer. in q.280.nume.10.Siluanus in conſ.46.nume.24.& 25. Cephalus in conſ.259.nu.8.lib.2.Ant.Padilla in l.cum virum.nu. 19.C.de fideicom.Zanchus in d.leg.hæredes mei.§.cum ita in quinta parte.nu.89.ff.ad Trebel.Et ij quidem omnes moti ſunt eo reſponſo Scæuolæ in d.l.Lucius.§.pluribus, de cuius ſenſu & intellectu diſputant Socin.in d.§.quidam liberis.col. 1.verſ.ſecundò limitatur, & ibidem Ruinus.nu.4.Torniellus in d.leg.hæredes mei.§.cum ita nume.38.& 45.ff.ad Trebell. & ibidem latè Zanchus in quinta parte.num.89.& num.97. & egregiè Coraſius in leg.cum virum.nu.38.C.de fideicom. qui exiſtimat deprauatum fuiſſe Codicem, & aliter legendum eſſe d.§.pluribus.Ea etiam ratione comprobatur hæc declaratio,quia ſi teſtator noluit alienari ad commodum alterius quàm fideicommiſſarij,noluit ipſi fideicommiſſario reſtitui: alioqui ſequeretur actus inuicem contrarius & repugnans, Hanc rationem conſiderarunt Caſtr.in d.§.pluribus,& Ruinus.in d.§.quidam liberis num.6.

16 Et hæc quidem declaratio † procedit etiam quando prohibitio facta eſſet fauore alterius quam primi ſubſtituti,eiuſdémque cohæredis : ſicuti aduerſus Socinum iuniorem in conſilio 107.numero quinquageſimotertio libro tertio, & Cephalus in dicto conſilio.259.numero octauo libro tertio rectè ſcripſit Zanchus in loco ſupra allegato numero nonageſimo.

17 Exiſtimo etiam declarationem hanc † procedere quando grauatus inſtituiſſet hæredem venientem ab inteſtato, ſi quidem hoc in caſu fideicommiſſario vniuerſali reſtitui non debet prælegatum alienari prohibitum fauore alterius ſpecialiter vocati.Ita Zanchus in loco ſupra commemorato numero nonageſimoprimo & nonageſimoquinto reiecta opinione Socini in dicto §.quidam liberis col.2.verſiculo ſecundò conſidera.

18 Cæterum † declaratio hæc locum habet quando alius in re illa alienari prohibita eſt ſpecialiter vocatus poſt mortem prohibiti:ſecus verò quando ſimpliciter facta eſt prohibitio alienationis, Hoc ſanè caſu non obſtante prohibitione illa prælegatum venit in reſtitutione fideicommiſſi. Ita Socinus in dicto §.quidam liberis.col.2.verſiculo ſi verò vltra Ruin. in conſilio 130.columna antepen.libro tertio,Ripa in dicto §.cum ita.numero quadrageſimo verſiculo qua ratione, Socinus Iunior in conſilio 107. numero quinquageſimotertio libro tertio,& Zanchus vbi ſupra numero 96. Qui quidem ſic interpretati ſunt verba dicto §.pluribus.ibi. *Qui vita ſupereſſet*.Hæc ſanè verba ſignificant ſpecialem ſubſtitutum poſt mortem prohibiti alienare. Nec repugnant conſiderationes Tornielli in d.§.cum ita.num.38.verſiculo puto tamen: quia illis ſatisfacit Zanchus vbi ſupra.numero 107.

19 Declaratur quartò, vt † locum non habeat hic caſus,quãdo teſtator in prælegato adiecit aliqua verba , quæ repugnarent alienationi:vt ſi dixit,quod ipſe grauatus poſſet de prælegatis pro ſui arbitrio diſponere.Hoc enim quod diſponere poſſit repugnat actui reſtitutionis,cui locus eſſe non poteſt , ſi is grauatus aliter diſponit. Ita in ſpecie declarat Pariſius in conſilio 79.numero 15.libro ſecundo,quem ſecutus eſt Zanchus in dicto §.cum ita.in quinta parte numero 49. Diſſentit tamen Dec.in cõſ.254.col.2.verſ.non obſtat, quod in dictis: quẽ ſecutus eſt ſibi parũ cõſtans Pariſius in conſ.18. col.3.li.3.

20 Idem quando teſtator † dixit,quod ipſe legatarius haberet prælegatum pleno iure.Ita Soci.Sen.in conſ.43.nu.10.lib.4. Curtius Iunior in conſ.13.in fin.& ſi aliter reſpondit Goz.in conſ.30.columna 4.Socinum & Curtium ſequitur Zanchus

21 qui ſupra nu.51.Qui ſubiunxit,idem eſſe quando teſtator eſt vſus aliis ſimilibus verbis,vt ſi dixit,quod ſine diminutione, vel libere prælegatarius haberet ipſum prælegatum, ſed diſ

22 ſentit Gozad.in d.conſ.30.col.4.Idem ſi dixit, quod † haberet prælegatum ſibi præcipuum. Ita Zanchus qui ſupra num,

23 53.Verùm diſſentiunt Curtius Iunior in conſ.13.nu.10.& Pariſ.in conſ.18.nu.13.lib.3. Idem quando † teſtator in ſubſtitutione dixiſſet,ſaluis ſemper prædictis prælegatis.Ita Soci.Iun. in conſ.89.col.4.verſ.tertiò.lib.4.ſed diſſentit Gratus in conſ. 28.libro ſecundo, & idem ſenſit Ruin.in conſilio 116.numero 12.libro ſecundo.

24 Declaratur quintò, vt † locum non habeat hic caſus,quando teſtator prælegatum fecit ob maximam dilectionem,qua ipſum prælegatarium proſequebatur. Nam tunc non venit in reſtitutione fideicommiſſi.Ita reſponderunt Pariſius in conſ.79.nu.12.lib.2.& Socinus Iun.in conſ.107.nu.43.lib.3. Nec repugnant conſiderationes diſſentientes Zanchi in d. §.cum ita.in quinta parte.num.58.cùm dixit,quod ſi vera eſſet hæc declaratio , deſtrueret regulam:cùm omnia prælegata fiant ob magnam dilectionem , iuxtà.l.nec adiecit.ff.pro ſocio.

Et quia etiam filij grauati à teſtatore tenentur reſtituere prælegata,vt diximus ſupra.Et tamen pater ſummoperè diligit filios.l.iſti quidem.in fi.ff.quod metus cauſa. Nam reſpondetur,Pariſium & Socinum loqui non de ea ordinaria dilectione,qua teſtator ſolet proſequi legatarium,iuxta.d.l.nec adiecit.Sed de dilectione quodammodo extraordinaria, ſicque maxima,vt ipſi appellant.

25 Declaratur ſextò,vt non procedat quando † teſtator prælegauit ob benemerita ipſius prælegatarji. Nam & tunc prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi. Ita reſpondit Pariſius in conſ.63.col.vlti.lib.3.Nec obſtat conſideratio diſſentientis Zanchi in loco ſupra allegato.num.59. Cum dixit,ex d.l.nec adiecit.ff.pro ſocio,prælegata ſemper fieri benemeritis , quia reſpondetur, benemerita altero de duobus modis conſiderari,hoc eſt in genere & in ſpecie. In genere quilibet legatarius dicitur de teſtatore benemeritus , alioqui ei non legaſſet,Ita loquitur (vt attigi ſupra) d.l.nec adiecit. ff.pro ſocio.In ſpecie conſiderantur benemerita quando legatarius contuli aliquod ſpeciale beneficium in teſtatoré, vt ſi legatarius redemit teſtatorem ab hoſtium manibus, vel eum in bello ſeruauit,vel ſi teſtatori aliquid acquiſiuit, ſicuti auctoritate Baldi,Decij & aliorum ſcripſit in conſ.112.nu. 11.lib.2.Et illis addo Io.de Ripa in l.fœminæ.nume.51.C.de

26 ſecund.nupt.qui dixit , legatum pro † benemeritis ſpecialibus factum non dici,quatenus excedit qualitatem debitæ remunerationis.Id quod & ego reſpondi in d. conſ.112.num.13. vbi commemoraui duos recentioribus Tiraquellum , & Arium Pinelum,qui alios multos congerunt.

27 Declaratur ſeptimò , vt locum † non habeat hic caſus, quando teſtator dixit,ſe prælegare propter debitum, quo erga ipſum legatarium tenetur. Hoc etiam caſu in reſtitutione fideicommiſſi non venit prælegatum.Ita Caſtren.in leg.cum virum. C.de fideicom.vbi Corneus columna tertia, verſiculo ſecundo fallit,Socinus Iunior in conſilio 107.numero quadrageſimoſecundo libro tertio, Boerius in q.280.numero decimo, & Zanchus in dicto §.cum ita in quinta parte numero 60.Quæ ſanè declaratio probatur egregie reſponſo Papiniani in l.cum hæres deductis.ff.ad Trebell. his verbis.

*Tamen pro ſua portione dotis prælegatæ partem deduci : cum enim vtrumque conſequitur:nihil intereſt inter hanc mulierem, & quemuis alium creditorem hæredem inſtitutum,& hæreditatem reſtituere rogatum.*

82 Secundus eſt caſus,† quando non prius fecit prælegatum, vt in præcedenti caſu,ſed prius hæredem inſtituit,& eum grauauit reſtituere portionem ſuam : deinde ei fecit prælegatũ. Hoc ſanè caſu recepta eſt Doctorum ſententia non præſumi teſtatorem voluiſſe grauare ipſum hæredem, vt reſtituat prælegatum cum ipſo fideicommiſſo.Ita glo. in d.l.Macellus.§. quidam liberis.ff.ad Trebell.& ibidem Bart.Soc.Sen. colum. 2.verſ.quartò limitatur,& Claudius Seyſellius col.1.Alex.in l.Titia in primo notab,ff.ad legem Falcid.Corne.in l.cum virum.columna.2.C.de.fideicom.Capra in conſilio 119.Iaſ. in conſilio vlt.lib.4.Socin.Sen.in conſilio 31.colum.2.libr.4.

Decius



Decius in conſ.80. colum.prima , & in conſ.81. in tertio dubio.Ripa in d.l.hęredes mei.§.cum ita.num.48.ff.ad Treb. & ibidem Zanchus in quinta part.num 76.qui eiuſdem opinionis recenſet.Craue.in conſ.295.in quarto dubio.Et accedunt Picus in l.in quartam.nu.88.ff.ad legem Falcid.Lancellottus Politus in l.filium , quem habentem.nu. 103. C. famil.erciſc. Bero.in conſ.81.num.22. lib.2. Portius in conſ.6.num.27.& hos ſecutus ſum & dixi eſſe communem opinionem in conſ. 86.num.21 & num.57.illi reſponſo ſubſcribens:idem affirmauit Rolandus à Valle in conſ.34.nu.7.lib.4.qui ambo conſuluimus aduerſus Decianum in conſ.41.lib.1.

Hanc quoque traditionem ſecutus eſt Padilla in d. l. cum virum.num. 21. C. de fideicom.& eam ab aliorum obiectionibus tuetur.

His conſtat,hanc eſſe receptam opinionem,& ſi ab ea diſſentiunt Salice.in l.cum virum.col.2.C.de fideicom.Socinus Iunior in conſ.10.num.36.in conſ.16.col.pen.in conſ.89.numer.5.& in conſ. 107. col. vlt.lib.4. Oraſius in d.l. cum virum.num.39.Cepha.in conſil.259.num.39.69.lib.2.Decia. in conſ.41.num.137.lib.1.& Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum.lib.7.tit.7.col.2.

29 Et hęc quidem communis opinio † procedit multo magis quando teſtator adieciſſet aliqua verba reſtrictiua,vt ſi dixit,quod ipſe cohęres reſtitueret dicta bona,vel dictam ſuam partem.Ita Socin.Iun.Bero.& Siluanus, quos ſecutus ſum in conſ.86.num.42.vbi dixi, dictionem illam dicta, eſſe reſtrictiuam ad pręcedentia.

30 Extenditur primò communis † illa opinio, vt locum habeat etiam,quando teſtator grauaſſet hęredem reſtituere bona ſua. Nam adhuc in reſtitutione fideicommiſſi non venit pręlegatum factum poſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam. Ita Bart.in d.§. quidam liberis.in fi.& ibidem Alex.Socinus, & Claudius Seyſellius in fin. communem teſtantur Ruin. in conſ.120.col.5.lib.3.& Zanchus in d.§.cum ita,in 5.par.n.84.

31 Declaratur † primò,quando verba ſunt vniuerſalia,vt ſi dixit, reſtituat quidquid ad eum peruenerit.Nam tunc in reſtitutione fideicommiſſi venit pręlegatum, & ſi ſecutum eſt ipſam ſubſtitutionem fideicommiſſariam. Ita communem eſſe opinionem teſtatur Zanchus qui ſupra.num.80.

32 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando prælegatum contineret maiorem partem hęreditatis.Hoc etiam caſu venit in reſtitutione fideicommiſſi,& ſi pręlegatum ſubſ[illegible]am eſt ſubſtitutionem:ſicuti docuit Zanchus in loco ſupra allegato. num.81. & conferunt quæ dicemus in ſequenti caſu in declaratione tertia.

33 Declaratur † tertiò, vt non procedat in ſubſtitutione, quæ reſpicit etiam futurum. Ita Zanchus qui ſupra.nume.83.poſt [illegible] apram in conſ.119.

Declaratur † quartò, vt non habeat locum, quando teſtator grauauit hæredem reſtituere patrimonium , vel ſubſtantiam ſuam:ſic ſcripſit Zanchus prædicto in loco.num.85 poſt Corne.in d.l.cum virum.col.3.verſ.ideo ſi.& Ruin.in conſil. 120.col.4.lib.3.

Declaratur quintò,vt † non procedat quando teſtator iuſſit hæredi,vt reſtitueret portionem ſuam & fideicommiſſum. Hoc etiam caſu prælegata ſubſequentia reſtitui debent cum fideicommiſſo. Ita Ripa in d.§.cum ita.numer.48.& ibidem Zanchus.num.86.

Declaratur † ſextò,vt non procedat,quando ſubſtitutus eſſet filius teſtatoris,& grauatus extraneus.Hoc etiam caſu prælegatum ſubſequens ſubſtitutionem reſtitui debet cum ipſo fideicommiſſo. Sic Zanchus qui ſupra.nu.87.poſt Corneum in [illegible] cum virum.col.3. verſic.quod forte. Et conferunt quæ [illegible] ſequenti caſu in declara.quarta.

[illegible] eſt caſus , quando † teſtator prius fecit prælegatum, [illegible] fecit ſubſtitutionem , & grauauit hæredem his [illegible] prędictus hęres meus deceſſerit ſine filiis reſtituat [illegible] meam Caio. Hoc in caſu pręlegatum non venit [illegible] fideicommiſſi.Ita Bar.in d.l.Marcellus.§.qui[illegible] n.9.& in l. Scæuo.nu.5.ff.ad Trebell. Oldra.in [illegible] ius in ſecundo dubio,Corne.in conſ.114.nu. [illegible] conſ.[illegible] nu.11.lib.1.Ruin.in conſ.120.nu.12. [illegible] §.quidam liberis.nu.9. & ibidem Soc.col. [illegible] 2.prin[illegible] aliter. Idem Soc.in conſil.102.nu.9.lib.3.&

in conſ.31.num.4.lib.4.Decius in conſ.597.num.7.Alcia.in reſp.612.Reſtat.Bero.in conſ.81.nu.14.lib.2.Portius in conſ. 6.nu.26.Natta in conſ.320. Cephalus in conſ.259.num.15. Zanchus in d.l hæredes mei.§.cum ita.in quinta parte.nu.132. ff.ad Treb.& Coraſius in d.l.cum virum.num.21.C.de fideicom.& ibidem Padilla.num.5.& ſecutus ſum in conſ.86.num. 19.lib.1.

38 Et huius quidem receptæ opinionis ratio eſt, quia † hæreditatis nomine non continentur pręlegata.l.ſi Titius ex parte. de leg.3.& l.Titia.ff.ad l Falcid.

Et hæc quidem (vt diximus) eſt communis opinio,& ſi ab ea diſſentiunt Ang.in d.l.cum virum.ver.ſed reſtat.C.de fideicom.Imola in l.hæredes mei.§.cum ita.in vltimo notab ff.ad Treb.Comenſ.in §.quidam liberis.& in conſ.3.cui Fulgoſius ſubſcripſit. Sic & Alcia.in d.§.cum ita.num.7.& Torniellus numero 39.

Cæterùm cùm horum argumenta diligenter confutauerit Zancus in d.§.cum ita.in 5.parte.num.136.plura hac de re non ſcribam.

39 Extenditur † primò hic caſus, vt locum habeat etiam quãdo teſtator iuſſit reſtitui bona. Nam cum ſub eo nomine vniuerſali non cõtineatur prælegatum particulare,ſic ipſum prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi. Ita auctoritate Socini,Ruini,& Zanchi ſcripſi in conſ.86.num.20.& ibidem.num.67.& 68 comprobaui,& illis accedit Corne.in d.l. cum virum.num.13 C de fideicom. Et præterea ex ſententia

40 aliorum † ſcripſi,idem eſſe quando teſtator iuſſit reſtitui bona & hæreditatem,duo hæc omnia,bona & hæreditatem iungendo.Et ſi poſtremam hanc traditionẽ non eſt ſecutus Zanchus in d.§.cum ita.in 5.par.num.182.

41 Extenditur ſecundò, vt † procedat etiam quando teſtator dixit,quod reſtitueret partem hæreditatis.Nam adhuc prælegatum non venit in reſtitutione ipſius partis hæreditatis. Ita Ripa in d.§.cum ita.num.42.verſ.eadem. & ibidem Zanchus in 5.par.num.149.adducti text.d.l.Marcellus.§.quidam liberis,& l.in fideicommiſſariam.§.1.ff.ad Trebel.

42 Extenditur tertiò, vt † procedat etiam quando teſtator dixit ſimpliciter & hæredes ſubſtituo,licet non dixerit,in hæreditate. Hoc etiam caſu in reſtitutione fideicommiſſi non venit prælegatum. Ita Zanchus præcitato in loco.num.150.auctoritate Cornei in conſ.91.col.3.in fine.lib.1. & Cephali in conſ.259.num.52.lib.2. His addo eundem Corneum in d.l. cum virum.nu.14.verſ.& prędicta procedunt.C.de fideicom. & alios retuli in conſ.86.num.12.& 161.nu.87.declaraui. Eſt enim facta ſubſtitutio rebus, nõ autem perſonæ:ſicuti eodem in loco annotauit Sali.

43 Extenditur quartò, vt † procedat etiam quando inſtitutio illius grauati facta fuiſſet hoc modo,inſtituo Titium cum pacto ſubſtitutionis,poſtea ſequentis quod deficientibus dictis hęredibus ſine filiis , pars talium decedentium accreſcat aliis cohæredibus. Hoc enim caſu quia onus cẽſetur adiectum ſoli portioni hæreditariæ ob id in reſtitutione fideicommiſſi non venit prælegatum.Ita reſpõderunt Aret.in conſ 152.col.vlt.& Rui.in conſ.65.num.16.lib.2. Qui quidem Ruinus adiunxit, idem eſſe quando teſtator dixit, quod pars talium decedentiũ,quia exponitur,talium,id eſt, hæredum. Et Ruinum ſecutus eſt Zanchus in loco ſupra allegato.num.151.& nu.156.

44 Declaratur primò † hic caſus, vt locum non habeat quando hæres grauatus cœpit prælegatum vt hæres,non vt legatarius,ſicuti contingit, quando teſtator duobus hæredibus inſtitutis eiſdem fecit prælegata,& deinde eos grauauit quod ſi decederent ſine filiis reſtituerent Caio. Hoc ſanè caſu, quia quilibet cenſetur grauatus ad præſtandum legata pro portione ſua hæreditaria.l.pro hæreditariis.C.de hæred.actio.& l.1. C.ſi cer.peta.iuncta.l.1.& l.2.C.communia de lega. Et quia non poteſt obligari ſibiipſi.l.Vrarius.ff.de fideiuſſo. Proptereà prælegatum factum hęredi pro ſua hęreditaria portione eſt inutile.l.& quidem.ff.de leg.1. Ita quod rem pręlegatam habet pro ſua portione hęreditaria non vt hęres, ſed vt legatarius.l.eum,qui.§.vlt.ff.de iis,quibus vt indig.& l.Titia.ff.ad l.Falcid. Nam vt legatarius habet rem prælegatam tantùm pro portionibus cohęredum.l.qui filiabus. §.vlti.ff. de leg.1.Ex quo ſequitur, quod eam partem pręlegati, quam ex ſua perſona habet tanquam hęres, reſtituere debeat cum



fideic

miles.§. pro parte.deleg. 2. ibi *perceptionem autem portiones, quæ pro parte cohæredum conſtiterunt, ad hæredes eius tranſmitti.* Quæ verba à Coraſio prædicto in loco.numer. 65. & 66. declarantur.

8 Secundus eſt caſus, quando † facta eſt ſubſtitutio pupillaris, vt ſi teſtator pupillo, cui ſubſtituit pupillariter Caium, prius prælegauit, an ſi eueniat caſus ſubſtitutionis, ipſi Caio ſit etiam præſtandum prælegatum pupillo relictum? Et præſtandum eſſe affirmarunt Bart.in d. l. Marcellus.§. quidam liberis.numero 3. ff. ad Trebellian.& ibidem Imola Coraſius in d.l.cum virum.numer.72.C.de fideicom.& ibidem Padilla.numer.27.qui aſſeruit, neminem diſſentire. Quæ ſanè ſententia probatur reſponſo Iaboleni in l. cum pater in princ.ff. ad legem Falcidiam vbi teſtator filię impuberi hæredem ſubſtituit, filiæ autem prælegata quædam reliquit. Dubitatum fuit, quid ad ſubſtitutum pertineret, an ſola hæreditas, vel etiam prælegata, reſpondit Iabolenus, etiam prælegata præſtanda eſſe,nec ob id in quartam Falcidiam imputanda.Com-
9 probari etiam ſolet ſententia hęc ratione qua † dicimus,quòd ad pupillariter ſubſtitutum pertinent omnia bona pupilli,vndecunque illi quæſita.l. ſed & ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff. de vulga.& pup.ſubſt. cum teſtator non proprijs bonis, ſed illis pupilli ſubſtituerit, vt Inſtit.de pupillari ſubſtit. in princ. At qui prælegata dicuntur effecta propriè ipſius pupilli, adita per eum hæreditate:ſicuti manifeſtum eſt, & probat. l. à Titio.ff.de furtis.Ergo ad pupillariter ſubſtitutum tranſeunt.

10 Tertius eſt caſus, quando † facta eſt ſubſtitutio exemplaris, vt ſi teſtator filio furioſo, vel mentecapto, cui prælegata fecit, ſubſtituit, quod ſi decederet non factus ſanæ mentis ei ſuccederet Caius,an ipſo filio mortuo in ea dementia,prælegata ita pertineant ad Caium,vt & ipſa hæreditas? Et pertinere ſcripſerunt in ſpecie Angelus Are.in Tract.de teſtamentis. gloſſ.81.num.17. Coraſius in d. l. cum virum.num.... C.de fideicom. & ibidem Padilla num. 28. qui quidem ea ratione
11 vſi ſunt,quod cum † exemplaris ſit inducta ad exemplum pupillaris,& eius naturam regulâſque ſequatur.l. ex facto.ff. de vulg.& pup.ſubſt.l. humanitatis.C. de impub.& aliis ſubſt.& §.qua ratione.inſtit.de pup.ſubſt.ſequitur dicendum idem eſſe de prælegatis his,quod de relictis impuberi ſtatuendum.

12 Quartus eſt caſus,quando † facta eſt ſubſtitutio directa militaris, quæ fieri poteſt à milite directo hæredi à ſe inſtituto etiam poſt aditam ab eo hæreditatem. l. milites etiam his. ff. de milita.teſta l.Cen.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& l.precibus.C. de impub.& aliis ſubſtit.ſi itaque miles hæredi, cui prælegata fecit,ſubſtituit quandoque eo decedente, an eueniente caſu ſubſtitutionis,ille ſubſtitutus conſequi poſſit etiam legata. Hoc in caſu tres ſunt opiniones, quarum prima fuit Comenſis & Imolæ in d.l.Marcellus.§.quidam liberis.ff.ad Trebell. qui opinati ſunt,ad ſubſtitutum hunc pertinere etiam legata.
13 Et ij quidem ea vſi ſunt ratione, quòd † directa militaris ſimilis eſt pupillari, & de ea idem quod de pupillari iudicandum.Atqui ad ſubſtitutum pupillariter pertinent etiam legata, vt diximus ſupra in ſecundo caſu. Ergo & ad hunc ſubſti-
14 tutum per directam militarem. Hæc opinio † vera non eſt: cùm verum non ſit, de directa militari eſſe idem quod de pupillari iudicandū:cùm ei ſimilis non ſit,ſicuti ſtatim dicemus.

Secunda fuit opinio Alex.in d.§. quidam liberis.num.4.& Claudij Seyſellij ibidem.numer.3. Coraſij in d.l. cum virum. num.77.C.de fideicom.& Padillæ ibidem.num.29.ij ſcripſerunt, ad hunc ſubſtitutum pertinere etiam pręlegata. Ea ra-
15 tione ij moti † ſunt, quia hęc directa militaris ſequitur naturam vulgaris ſubſtitutionis:cùm hic ſubſtitutus capiat ſolummodo bona teſtatoris,non autem & illa hęredis,cui ſubſtitutus eſt.l.Cen.ff. de vulgar.& pupil.ſubſtit.vbi Bald.& Angel. quos ibidem ſecutus eſt Galliaula numer.115.& 179.Quem-
16 admodum ergo † ad ſubſtitutum vulgari ſubſtitutione non pertinent pręlegata, ita nec ad hunc ſubſtitutum directa militari.

Tertia fuit opinio Socini Sen.in d.l. Marce. §. quidam liberis.num.6.verſ.ideo putabam.ff.ad Trebell.qui dixit, eſſe diſtinguendum vt in fideicommiſſaria,de qua diximus in pręcedenti præſumptione.Si quidem directa hęc militaris ſequitur naturam fideicommiſſarię:quia(inquit Socinus)ſicuti per fideicommiſſariam, adita hęreditate ſuccedit teſtatori.l. cohęredi.§.cum filię.ff.de vulga.& pup.ſubſt.& copioſè ſcripſi in conſil.124.nume.13.lib.2. Ita etiam per directam militarem, adita hęreditate, ſucceditur ipſi teſtatori.d.l.milites. ita.ff.de milita.teſta. Ita pariter ſicuti per fideicommiſſariam de hæredę in ſubſtitutum tranſeunt hæreditas & bona, quæ habet petere ab inſtituto:ſic etiam per militarem de perſona inſtituti tranſeunt in ſubſtitutum.

17 Cæterùm † cùm recepta magis ſententia ſit cum Baldo, Angelo & ſequacibus ſupra commemoratis, directam militarem ſequi naturam vulgaris, ſequitur dicendum,veram eſſe ſecundam illam opinionem, & falſam hanc tertiam Socini, qui fatetur, directam militarem differre à fideicommiſſaria: quia per fideicommiſſariam ſubſtitutus capit hęreditatem de manu hęredis & non aliter,& ideo ſuccedit teſtatori per obliquum,ſed per militarem capit bona ab hærede, hæreditatem verò à teſtatore.

Extant & aliæ multæ differentiæ inter directam militarem,& fideicommiſſariam, quas facilè colligere quilibet poteſt ex traditione Galliaulæ in d.l.Cen.num.69.96.102.106. 107.119.122.125.127.& num.129. dum recenſet decem vtilitates,quæ deſumuntur ex decem differentiis inter directam militarem & fideicommiſſariam.

## PRÆSVMPT. CXCVI.

Bona ad hæredem fideicommiſſo grauatum peruenta ex perſona quidem teſtatoris, ſed tamen alio iure quàm hæreditario, an & quando ex præſumpta mente ipſius teſtatoris veniant in reſtitutionem fideicommiſſi.

## SVMMARIVM.

1 *Hæres nunquid teneatur ad reſtitutionem bonorum,quæ ad ſe peruenerunt ex perſona quidem teſtatoris,ſed alio iure quam hæreditario.*

*Quòd non tenetur reſtituere bona, quæ ſibi relicta ſunt à teſtatore cauſa implendi conditionem.num.2.*

*Et redditur ratio.num.3.*

4 *Donatio facta à teſtatore inter viuos morte confirmatur, & bona ſic donata non veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, quæ iure hæreditario non perueniunt ad hæredem.*

5 *Intellectus.l.ſequens quæſtio de lega.2.*

6 *Filius fideicommiſſo grauatus non tenetur reſtituere quæ ſibi relicta fuerunt à patre in donatione ſibi facta inter viuos.*

*Et id locum habet etiam pro ea parte,pro qua ipſe filius hæres extitit,quia nec portionem illam reſtituere tenetur.num.7.*

*Declaratur,vt ibid.num.9.*

8 *Teſtator ſi grauauit vxorem reſtituere bona etiam ſibi donata expreſſe,tenetur quidem ipſa vxor ad reſtitutionem.*

10 *Bona iam à teſtatore donata reſtitui debent fideicommiſſario, quando teſtatorem pœnituit donationis iam factæ.*

*Et quomodo coniecturis probetur hæc pœnitentia.num.11.*

12 *Pater ſi diuiſit bona inter filios,& ea illis aßignauit,iureq́ dominij tranſtulit,ſi decedit condito teſtamento,in quo ipſos grauauit ad reſtitutionem non tenentur d.bona reſtituere ſic ipſis aßignata vbi redditur ratio.*

*Secus ſi filij eadem bona conceſſerunt patri cum facultate teſtandi.num.13*

14 *Filius fideicommiſſo grauatus non tenetur reſtituere fideicommiſſario legitimam ſibi debitam.*

*Omne enim onus & grauamen reijci debet à legitima, quam omnino liberam filius conſequi debet.num.15.*

16 *Legitimam conſequitur filius non iure hæreditario,ſed diſpoſitione & prouidentia legis.*

77 *Filius fideicommiſſo grauatus reſtituere etiam loco pio deducit prius legitimam,nec eam reſtituit.*

*Et id etiam procedit,ſi teſtator erat miles.num.18.*

*Et habet locum etiam quando ſtatutum excludit filiam à legitima, & illa hæres inſtituitur à patre & grauatur fideicommiſſo,quia legitimam non reſtituet.num.19.*

*Idem quando pater inſtituit filium in maiori portione quam*



*ſit eius legitima, & eum grauauit reſtituere totam hæreditatem, quam deinde ipſe adiuit,quia non tenetur ad reſtitutionem legitimæ.nu.20.*

*Et contraria opinio Calcanei & Cephali refellitur.num.22.*

21 *Legitima non venit nomine hæreditatis, nec dicitur pars hæreditatis,ſed bonorum.*

23 *Filius fideicommiſſo grauatus à patre non deducit legitimam, ſed eam reſtituere tenetur vnà cum hæreditate, quando pater ſibi prælegauit adiecta expreſſa conditione, quòd ſi velit conſequi legatum, non deducat aliquam legitimam ex fideicommiſſo, ſed eam cum alijs bonis reſtituat,& is acceptauit prælegatum.*

*Idem quando filius approbauit omnia & ſingula diſpoſita in teſtamento, in quo grauatus expreſſè fuerat reſtituere etiam legitimam.num.24.*

1 NVNC dicendum eſt † de his bonis,an & quando ex pręſumpta ipſius teſtatoris voluntate reſtitui debeant fideicommiſſario? Et dicendum eſt regulariter non reſtitui, ſed ab ipſo hęrede deduci ſicuti multis exemplis facilè demonſtrari poteſt.

2 Et primum quidem † eſt,in relictis à teſtatore hęredi cauſa implendi conditionem. Hęc cum alio iure quàm hęreditario conſequatur hęres,non tenetur reſtituere. Ita ſenſit Bart.in l. Marcellus.§.quidam liberis.num.5.ff.ad Trebell. & apertiùs ibidem Imola.num.3.Soc.num.7.& Ruinus.num.1.Coraſius in l.cum virum.nume.81.C.de fideicom. & ibidem Antonius Padilla.num.30.

3 Eſt ratio † ſatis manifeſta, quia hoc, quod capit hæres iſte grauatus cauſa implendæ conditionis capit tanquam extraneus, nō autem tanquam hæres.l.Mæuius.in prin.ff.de cond. & demonſt.& l.id autem,quod.ff.ad l.Falcid. Imò nec naturam legatorum ſequuntur.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.

4 Secundum exemplum eſt † in donatione facta à teſtatore inter viros, quæ morte confirmatur ſicuti eſt donatio inter virum & vxorem.

Hæc ſanè bona ſic donata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi: quia iure hæreditario non peruenerunt ad hæredem grauatum.Ita ſcripſerunt Bart.in d.l.Marcellus.§.quidam liberis.nu.4.poſt Dynum & Cynum,quos recenſet Imola in l.ſequens quæſtio.de lega.2.Fulgo.in l.cum virum.C.de fideicom.Alex.in conſ.20.num.10.in fin.lib.3.& in l.hæredes mei.§.cum ita.num.3.ff.ad Trebell.Corne.in conſ.81.num.9. lib.1.Franc.de Marchis in q.331.num....in prima parte.Ruinus in conſ.130.num.8.lib.3.Soc.in d.§.quidam liberis.num. 7.Iaſon in l.cum virum num.5. & ibidem Cora.nu.56.& Padilla.num.17.C.de fideicom.Soc.Iun.in conſ.72.nu.64.lib.1. Pariſ.in conſ.33.nu.78.lib.3.Zanchus in l.hæredes mei.§.cum ita.in 5.parte.num.41.ff.ad Treb.qui alios recenſet.

5 Hæc iuris & Doctorum † ſententia manifeſtè probatur reſponſo Pauli in l.ſequens quæſtio.de lega.2.cuius verba hæc ſunt: *Sequens quæſtio eſt, an etiam, quæ viuus per donationem in vxorem contulit, in fideicommiſſi petitionem veniant. Reſpondi, ea extra cauſam bonorum defuncti computari debere, & proptereà fideicommiſſo non contineri: quia ea habitura eſſet etiam alio hærede exiſtente. Planè nominatim maritus vxoris fideicommittere poteſt,vt & ea reſtituat.*

Hæc Paulus, qui duas rationes viſus eſt conſiderare, vnam quod bona ſic donata ſint extra cauſam bonorum ipſius teſtatoris:alteram, quod vxor erat habitura etiam ſi hæres nō fuiſſet.De vtraque ratione dubitant pręcitati interpretes,pręſertim Imola,Fulgoſius,Corneus,Iaſon,& Padilla,qui alium eſſe rationem commemorāt: ſed ab illa Pauli non eſt recedēdum, quam egregiè explicat Coraſius in d.l.cum virum.num.59. & Pauli reſponſum explicauit etiam Antonius Goueanus in lib.2.lectionum varia.capit.20.

6 Et idem eſt † dicendum de donatione inter viuos facta à patre filio,quę etſi morte patris confirmatur,non tamen filius fideicommiſſo grauatus tenetur reſtituere. Ita poſt alios ſcripſerunt Coraſius in d.l.cum virum.nume.56.C.de fideicom. &Franc.Marcius in d.q.331.parte prima, qui teſtatur ſic deciſum fuiſſe à ſenatu Delphinatus. idem reſpondit Pariſius in conſ.33.num.76.lib.3.

7 Et hæc quidem traditio locum habet † etiam pro ea parte, pro qua ipſa vxor,vel filius hęres extitit.Nam nec portionem illam reſtituere tenetur: ſicuti reiecta opinione Saliceti in l. filium,quem.num.16.C.famil.erciſ.& in conſ.243.lib.2.Coraſius in d.l.cum virum.nume.57.& ibidem Padilla.nume.18. verſ.Salicetus autem.

8 Declaratur primò hoc † exemplū,vt non habeat locū,quādo teſtator expreſsè grauauit vxorem reſtituere etiam bona hęc donata:ſicuti apertè reſpondit Paulus in d.l.ſequens quęſtio.in fine,cùm dixit.

*Planè nominatim maritus vxoris fideicommittere poteſt,vt & ea reſtituat.*

Et in ſpecie ſic affirmarunt Bart.Caſtren.& Florianus in d. l.ſequens quęſtio,Alexan.in conſ.20.nume.9.& 10.lib.3.latè Pariſius in conſ.2.num.47.& 59.& in conſ.33.num.78.eo.lib. 3.qui dixit,ſufficere etiam verba generalia,ex ſententia Baldi in l.filium, quem habentem.num.28.& Auguſt.in conſ.331. num.3.

9 Declaratur ſecundò hoc exemplum non habere † locum in donatione facta à patre filio inter viuos valida ſicuti quando iuramento comprobata fuit.Ita Pariſius in d.conſ.33.num. 76.iuncto.num.35.

10 Declaratur tertiò, vt non procedat † quando teſtatorem pœnituit donationis iam factę. Nam tunc bona illa donata reſtitui debent fideicommiſſario.Ita ſenſit Bald.in d.l.filium, quem habentem.num.28.C.famil.erciſ.qui dixit, pœniten-
11 tiam hanc † probari poſſe indiciis & coniecturis. Et quidem afferri poteſt ex Ruino in conſ.130.num.9.lib.3.dum reſpondit,ſi maritus donauit rem aliquam vxori:vel pater filio inter viuos:deinde condito teſtamento,eandem rem pręlegauit illis hęredibus inſtitutis,& grauatis fideic.res illa donata venit (inquit Ruinus) in reſtitutione fideicommiſſi: quia teſtator dicitur donationem illam reuocaſſe, & voluiſſe eſſe pręlegatam,ſic & Curtius Iunior.conſ.54.col.1.

12 Tertium eſt exemplum pręcedenti † ſatis proximum, quādo pater diuiſit bona inter filios,& ea illis aſſignauit,iureq́ue domini tranſtulit: Deinde condito teſtamento filios hęredes inſtituit & grauauit reſtituere.Hoc etiam caſu in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt bona illa diuiſa & aſſignata filiis ipſis.Ita reſpondit Corne.in conſ.228.num.9.lib.4.qui ea ratione vſus eſt,quod diuiſione & aſſignatione illa, filij iam effecti ſunt illarum rerum domini: atq; ita iure hęreditario non habent.& Corneum ſecuti ſunt Soc.Iun.in conſ.72.num.67. lib.1.& Pariſius in conſ.2.nu.12.& nu.75.lib.3.

13 Declaratur primò † hoc exemplum,vt locum non habeat, quando filij eadem bona conceſſerunt patri,cum facultate teſtandi. Nam tunc venient in reſtitutione fideicommiſſi. Ita Pariſius in conſ.2.num.15.lib.3.qui dixit,diuiſionem & conceſſionem illam factam prius à patre filiis cenſeri reuocatam, & ob id bona recepiſſe priſtinam naturam.Et idem quod Pariſius de eadem facti ſpecie interrogatus reſpondit Curt.Iun. in conſilio 54.colum.1.qui probat textu notab.l.ſi verò non remunerandi.§.idem Papinianus.ff.mandati, quem ipſe declarat.

14 Quartum eſt exemplum † in legitima filiis debita. Hanc filius hęres fideicommiſſo grauatus non reſtituit fideicommiſſario,ſed eam prius liberam deducit. Ita ſcripſerunt omnes in l.ex tribus.C.de inoffi.teſtam. Capra in conſ.19.Anch. in conſ.152.num.8.Galliaula in l.Cen.num.74.nu.76.78. & 79.Dec.in conſ.688.num.7.

15 Eſt ratio,quia † omne onus & grauamen reiici debet à legitima, quam omninò liberam filius conſequi debet.l quo-
16 niam in prioribus.C.de inoff.teſtam. Et ratio † rationis,quę ad rem noſtram pertinet, illa eſt, quia & ſi filius habet legitimam ex perſona patris ſeu ex eius ſubſtātia:attamen eam non habet iure hęreditario:ſed potius diſpoſitione & prouidentia legis.l.ſi arrogator.ff.de adoptio.

17 Extenditur primò,vt procedat † etiam, in filio grauato reſtituere fideicommiſſum loco pio. Nam adhuc legitimam non reſtituit:vt reſpōdit Dec.in conſ.688.n.7.qui alios refert.

18 Extenditur ſecundò, vt procedat † etiam in teſtatore milite.Ita Galliaula in d.l.Centurio.num.74.76.78.

19 Extenditur tertio, etiam quando † ſtatutum excludit filiã à legitima:& illa hæres inſtituitur à patre & grauatur fideicom. Nam adhuc legitimam non reſtituit:ſed deducit: Capra in d.conſi.19.nu.Galliaula.d.l.Cent.nu.79.

20 Extenditur quartò, hoc † exemplum, vt habeat locum etiam quando pater inſtituit filium in maiori portione quàm ſit eius legitima, & eum grauauit reſtituere totam hæreditatem quam deinde filius adiuit. Hoc etiam caſu non tenetur filius reſtituere ipſam legitimam:cum non præſumatur patrem

21 de ea ſenſiſſe; ex quo ſub nomine hæreditatis † non continetur legitima, quæ non dicitur pars hæreditatis, ſed bonorum. l.Papinia.§.quarta.ff.de inoff.teſta.& tradunt poſt alios Iaſ. in auth.nouiſſima numero.3.C.de inoff.teſta.Decius in auth. præterea in ſeptimo notab.C.vnde vir & vxor.Galliaula in l. Centurio.nu.77.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Berengarius in l.in quartam. numero.114.ff.ad legem Falcid.& Cagnolus in d.. §.quinta.nume.11.

Quocirca malè reſponderunt Calcaneus in conſilio 56 numero 18.verſi.quinimò, & Cephalus in conſi.272.nu.43.

22 Cùm † dixerunt, filium inſtitutum & grauatum reſtituere totam hæreditatem,ea adita, teneri reſtituere etiam legitimam; quippe qui dicitur approbaſſe patris diſpoſitionem: nec dixit, velle ſaluam ſibi eſſe legitimam. Malè inquam reſponderunt:quia filius dicitur quidem approbaſſe voluntatem & diſpoſitionem patris:ſed negatur patrem ſub illis verbis, totam hæreditatem:voluiſſe comprehendi etiam legitimam:cùm illa non ſit portio hæreditaria,vt iam diximus.Nec approbatio facta à filio per aditionem hæreditatis, eum impedita detractione legitimæ:vt in ſpecie reſpondit Anch.in conſ.152,Plura ſunt.numero.8. & ſecuti ſunt Galliaula in d.l.Centurio.nu. 81.& Cephalus in conſilio.42.numero.4.& in conſilio.281. nu.35.qui refert Rui.in conſ.

23 Declaratur primò,vt † non procedat,quando pater prælegauit filio, adiecta conditione expreſſa, quod ſi volet conſequi prælegatum, non deducat aliquã legitimam ex fideicommiſſo;ſed eam cum alijs bonis reſtituat: & is filius acceptauit prælegatum.

Hoc ſanè caſu non poterit detrahere legitimam.Ita Corn. in conſ.303.nume.1.lib.1.Ruin.in conſil.136.numero.13.& 17,lib.2.Decius in conſil.687.nume.2.qui quidem Decius reſpondit de eadem facti ſpecie cum Socino Iuniore in conſ. 122.nume.9.lib.1.& Curtio Iun.in conſi.159. Et hos ſecuti ſunt Cephalus in conſi.16.nume.56.lib.1.& Bertazzolus in conſi.75.numero 19.in ciuilib.& idem ego ipſe reſpondi in conſi.71.numero 21.lib.1.& in conſi.206.numero.95.& 96. lib.3.Et accedit quod reſpondit Comen.in conſilio 25.col. vlt.& in conſilio 52.& in l.cohæredi.§. cum filiæ.ff.de vulga.cùm dixit,quod ſi teſtator inſtituit filiũ in maiori portione quàm ſit ſua legitima: & eum grauet reſtituere fructus ex ſua hæreditate perceptos vltra ſuam & reſiduum patrimonij: & filius adeat hæreditatẽ, non poſſe petere & conſequi aliquam legitimam vel eius ſupplementum.Et Comenſem ſecuti ſunt Cæpolla in cautela.21.Curtius Iun.in conſi.54.numero.12. & Natta in conſi.321. numero.5.Et hæc quidem declaratio retinenda eſt:& ſi ab ea diſſentit Alex.in conſi.8.numero.21. lib.3.& in conſil.81.num.13.lib.4.cùm dixit, filium ſic acceptando prælegatum, vel hæreditatem non cenſeri renuntiaſſe ſuæ legitimæ:cum requiratur expreſſa & ſpecifica renũtiatio. Et Alexandrum ſecutus eſt Modernus Pariſien. in additio.ad Decium in dicto conſil.687.Illa quoque reſponſa Comen.in dicto conſi.25.& in conſi.52.improbarunt Anto.Gabriel.in lib.6.concluſ.in tit.de legitima concluſ.1.num.39.& M.Ant. Cuchus in tract.de legitima.in tit.legitima nullum grauamen admittit.num.29.

24 Declaratur ſecundò, vt non † habeat locum, quando filius approbauit omnia & ſingula diſpoſita in teſtamento, in quo grauatus expreſſe fuerat reſtituere etiam legitimã.Hoc ſanè caſu eam reſtituet. Ita Pariſius in conſilio 1.numero 95.& 104.lib.3.

## PRÆSVMPT. CXCVII.

Bona in hæreditate teſtatoris fideicommittentis reperta, & fructus ab hærede grauato percepti, an & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris reſtitui debeant fideicommiſſario.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres fideicommiſſo grauatus tenetur ad reſtitutionem etiam mobilium,quæ teſtator reliquit.*

*Et quid ſi conſumpta ſunt reſtitutionis tempore ſine hæredis culpa. num.3.*

2 *Pecunia in arca teſtatoris reperta nunquid includatur fideicommiſſo omnium bonorum ab eo relicto.num.4.*

5 *Hæres fideicommiſſo grauatus tenetur reſtituere omnia bona mobilia, non ſolum in quibus teſtator habebat omne dominium, ſed etiam ea, quorum habebat vtile tantum dominium.*

6 *Feudum hæreditarium continetur in fideicommiſſo, & debet cum alijs bonis hæreditarijs reſtitui fideicommiſſario.*

*Non enim differt ab alijs bonis liberis & allodialibus.num.7.*

8 *Feudum ex pacto & prouidentia non cõtinetur ſub fideicommiſſo, nec debet reſtitui fideicommiſſario.*

*Et redditur ratio ibid.num.9.*

*Intellige niſi fideicommiſſarius, cui hæres iuſſus eſt reſtituere, ſit etiam de perſonis comprehenſis in inueſtitura.nume.10.& 11.*

12 *Hæres fideicommiſſo grauatus,an teneatur reſtituere fideicommiſſario emphyteuſim,*

*Diſtingue,vt ibid.& num.13.*

*Et an teneatur reſtituere bona, quæ poſtea ſe adita hæreditatem quæſiuit ex bonis ipſius teſtatoris,id eſt,de fructib.ex illis perceptis, remiſſ.num.14.*

*Et quid de alijs bonis aliunde ab ipſo hærede quæſitis.nume.15.*

DVo ſunt huius diſputationis capita: vnum de bonis, quæ apud teſtatorem reperiebantur tempore quo exceſſit ab humanis: alterum de illis, quæ hæres grauatus deinde ex bonis ipſius teſtatoris quæſiuit,hoc eſt, de fructibus. De primo capite pauca dicenda ſunt:tum quod non multa noſtri ſcripſerunt: tum quod res

1 ſatis clara eſt.Hæres enim † fideicommiſſo grauatus reſtituere debet mobilia, quæ teſtator ipſe reliquit. Nam & illa ſine magna dubitatione fideicommiſſo includuntur: vt ſtatuit Iuſtin.in inſtitut.de ſingulis reb.per fideicommiſſum relictis,in princip.ibi. *argentum,hominem,veſtem, & pecuniam numeratam.* Quocircà Socinus Iunior in conſil.130.num. 14.lib.1. miratur ſua illa in facti ſpecie, de qua reſpondit, fuiſſe dubitatum

2 an pecunia † in arca teſtatoris reperta includatur fideicõmiſſo omnium bonorum ab eo relicto. Et de eadem facti ſpecie cum Socino reſpondit etiam Pariſius in conſi.25.nume.69. lib.2.Idem quoque de pecunijs, mercibus & creditis reſponderunt Cardinalis Zabarella in conſi.149.& Fulgoſius in conſ. 41.ad finem: qui ambo eodem in caſu conſuluerunt. Sic & Alciatus in reſp.401.num.1.& in reſp.497.nume.5.verſic.de rebus mobilibus. Idem de animalibus, & alijs mobilibus reſpondit Craue.in conſil.295.in fine,& in conſi.316.numero 5.verſic.quartò dubitatur: Idem de fructibus iam perceptis à teſtatore & in horreo iam ab eo reconditis,vt ſcilicet debeant reſtitui fideicommiſſario reſpondit Crauetta præcitatis in locis, & eiuſdem ſententiæ fuerunt Alex.in l.in fideicommiſſariam.in princi.nume.5.ff.ad legem Falcid. Galliaula in l.Centurio.nu.29.verſi.quinta vtilitas, & ibidem Ripa.nume.11.& nume.36.ff.de vulga.& pup.ſubſt. Alciatus in reſp.361. Placet ſententia.Hieronym.Gabriel.in conſilio 121.numero 58.lib. 1.& Marzarius in epitome,de fideicommiſſis.quæſt.5. quo loci dubitat, an verum ſit, quod reſpondit Pariſius in d.conſil.

3 25.numero 72.lib.2.cùm dixit, † hæredem grauatum non teneri reſtituere bona hæc mobilia, ſi reſtitutionis tempore reperiuntur ſine ſua culpa conſumpta.

De bonis immobilibus nemo vnquam dubitauit, quin fideicommiſſo includantur. Quinimò & pecunia deſtinata ad

4 emptionem † immobilium etiã inter immobilia reſtituenda recenſet Marzarius in dicta epitome.de fideicommiſſis.q.7. poſt Socinum Iunior in conſ.120.lib.1. ſed inter mobilia eſſe pecuniam hanc ſic deſtinatam 25.Doctores congeſti à Boerio in quæſt.209.ſcripſerunt. Vtcumque ſit, nil refert in caſu noſtro:



noſtro:cum & mobilia ( vt diximus ) fideicommiſſo ſint ſuppoſita.

5 Et prædicta quidem ſententia † de immobilibus fideicommiſſo reſtituendis locum habet non ſolùm in his, in quibus teſtator obtinebat omne dominium:ſed etiam in his,quorum vtile tantum habebat, ſicuti de emphyteuſi & feudo hæreditariis,non autem ex pacto & prouidentia.Ita ſanè feudum hæreditarium † contineri in fideicommiſſo, & debere cum aliis bonis hæreditariis fideicommiſſario reſtitui ſcripſerunt Baldus in l.cum virum.nu.21.verſ.aut eſt feudum hæreditarium. C.de fideicom.& manifeſtius in l.1.quæſt.34.ff.de rerũ diuiſ. Alex.in l.ſi patroni.in princ.num.15.ff.ad Treb.Iaſon in præludiis feudorum.num.49.Rui.in conſ.161.num.31.lib.1.Soc. Iun.in conſ.79.num.17.lib.4.Tiraq.in tract.de retractu conſang.§.1.gloſ.7.num.27.Rola.in conſ.1.num.4.lib.3.& Anto. Padilla in d.l.cum virum.nu.55.ver.2.limitabis.

7 Ea eſt huius † ſententiæ ratio, quia feudum hæreditarium quo ad diſpoſitionem, habita tamen licentia à domino directo non differt ab aliis rebus liberis & allodialibus: ſicuti affirmarunt congeſti à Iulio Claro in §.feudum.q.9.q.31.& q. 41.& in §.emphyteoſis.q.28.

8 Diuerſum verò † eſt in feudo ex pacto & prouidẽtia. Non enim illud ſub fideicommiſſo continetur,atque ita non reſtituitur fideicommiſſario. Ita Bal.in d.l.cum virum.nu.21.Bar. in d.l.ſi patroni.in princ.num.3.& ibidem Ale.num.12.Iaſ.in præludiis feudorum.num.46.& in conſ.87.col.1.lib.1.Rui.in conſ.38.num.13.& in conſ.161.num.7.8.lib.1.Brunus in conſ. 39.in fi.Soci.Iun.in conſ.72.col.2.lib.1.& in conſ.79.nu.26. lib.4.& Padilla in d.l.cum virum num.55.

9 Eſt † ratio ſatis clara, quia teſtator poſſidens hoc feudum de eo diſponere & fideicommiſſo ſubiicere non poteſt, ſed ſuccedũt filij & alij ex agnatione vocati beneficio atque prouidentia principis & domini concedentis.c.1.in princ.de ſucceſſio feudi,& c.1.an agnatus vel filius.Non ergo feudum hoc

10 venit in reſtitutione fideicommiſſi.Hoc tamen † intelligitur, niſi fideicommiſſarius,cui hæres iuſſus eſt reſtituere,ſit etiam de perſonis comprehenſis in inueſtitura,purà ex deſcendentibus primi inueſtiti:quia tunc feudum etiam reſtitui debet.Ita poſt alios cenſuerunt Alex.in d.l.ſi patroni.in princ.num.12. ff.ad Trebel.& in conſ.19.num.9.& in conſ.29.num.7.lib.5. Iaſ.in præludiis feudorum.num.46.Ruin.in conſ.72.num.8. lib.5.Curtius Iunior in tracta.feudorum.in prima parte.q.8. & in conſ.3.num.13.Anto.Padilla in d.l.cum virum.num.55. verſ.limitabis hanc.C.de fideic.Cepha.in conſ.207.num.35.

11 & in conſ.272.num.133.lib.2.Cæterùm † hæc declaratio intelligitur illis in caſibus, in quibus teſtator poteſt feudum ex pacto, & prouidentia relinquere vni ex filiis,vel agnatis,aliis excluſis: ſicuti contingit quando feudum eſt nouum,vt latiſſimè diſſerui in conſ.161.lib.2.vbi diſtinxi octo caſus. De em-

12 phyteuſi † idem quod de feudo dicendum penè eſt:etſi clario ris explanationis gratia tres concluſiones conſtituit & diſtinxit Padilla in d.l.cum virum.num.56.

Quartum prima eſt, quando emphyteuſis fuit conceſſa à Repub. Hæc fideicommiſſario reſtituenda eſt. Ita ex Bart.& Alex.in d.l.ſi patroni.in princ.num.4.ſcripſit Padilla.d.num. 56.verſ.res emphyteotica.

Secunda eſt concluſio ( inquit Padilla vbi ſupra ) in emphyteuſi priuati etiam principis,quæ non tranſit in fideicommiſſarium,ex ſententia Bart.in d.l.ſi patroni.in princ.num.4. ff.ad Trebell.& Baldi in d.l.cum virum.num.23.C.de fideic.

Diſſentiunt tamen Imola in d.l.ſi patroni.in princ.num.3. & ibidem Alex.num.14.verſi.quantum verò ad articulum, & ab his non diſſencit Padilla præcitato in loco.

Exiſtimo eſſe hic diſtinguẽdum,vt in feudo diximus:quod aut emphyteuſis conceſſa eſt pro ſe & hæredibus: atque ita ſi hæreditaria eſt, venit in fideicommiſſo eiùſque reſtitutione. Hoc caſu procedit opinio Imolæ: Aut verò eſt conceſſa pro ſe filiis & deſcendentibus: atque ita eſt ex pacto & prouidentia. Et tunc non continetur in fideicommiſſo. ſic procedit ſententia Bart.& ſequacium.

Hanc diſtinctionem probauit copioſè Soc.Iun.in cõſ.79. num.16.iuncto.num.26.lib.4.

Tertia concluſio,( inquit Padilla præcitato in loco ) ver-

13 ſatur † in emphyteuſi recepta ab Eccleſia, quæ regulariter non venit in reſtitutione fideicommiſſi, vt ſcripſerunt Bart.in d.l.ſi patroni.in princ.num.4.ff.ad Treb.Are.in conſ. 53.num.2.Alex.in conſi.91.nu.10.lib.1.qui teſtatur eſſe communem opinionem.Riminal.Sen.in conſ.257.num.26.lib.2. Socinus Iunior in conſ.72.num.61.lib.1.& Padilla in d.l.cum virum.col.pen.verſ.ex hac igitur.C.de fideicom.

Cæterùm tertia hæc concluſio declaratur primò, vt non procedat,quando hæc emphyteuſis conceſſa fuit pro hæredibuſque ſuis quibuſcunque. Nam his verbis conceſſa cum ad extraneos hæredes tranſire poſſit,etiam in fideicommiſſo cõtinetur: vt docuit prædicto in loco Padilla ex ſententia Baldi in d.l.cum virum.num.23.& Alexand.in d.l.ſi patroni. Idem quando fuit conceſſa pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus,vt reſponderunt Ruinus in conſ.161.num.31.lib.1.& Soci.Iunior in conſil.79.num.23.lib.4.Declarat & ſecundò Padilla in d. l.cum virum.col.vlt.non prodere, quando Eccleſia conceſſit emphyteuſim, obſeruata ſolennitate illa, quæ ſolet adhiberi in alienatione bonorum Eccleſiæ.Nam tunc (inquit Padilla) emphyteuſis hæc eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, vt tradunt Abbas,& Imola in c.in præſentia.de probatio.ille num. 29.iſte num.14.& ibidem Bero.nu.386.teſtatur communem & Didacus in lib.2.varia.reſolut.cap.17.num.5.& proptereà venit in reſtitutione fideicommiſſi.

Declaratur & tertiò,quando emphyteuſis hæc Eccleſiaſtica ex communi vſu hæreditaria eſt: Nam tunc venit in reſtitutione fideicommiſſi, ſicuti de emphyteuſi Eccleſiæ Mantuanæ reſpondit Soc.Iunior in d.conſ.79.nu.21.lib.4.

14 Secundum eſt huius † præſumptionis caput, quod verſatur circa bona,quæ hæres grauatus poſt à ſe aditam hæreditatem quæſiuit ex bonis ipſius teſtatoris, id eſt, de fructibus ex illis bonis perceptis:an & hos reſtituere debeat ex præſumpta voluntate teſtatoris? Hac de re multa ſcripſit Mantica in commentariis de coniecturis vltimarum voluntatum lib.7.tit.10. immemor, & forte data opera, eorum quæ prius ſcripſeram in commentariis, De arbitrariis iudicum.lib. 2.caſu.256.quo loci aliquot caſus diſtinxi, multaſque extenſiones atque declarationes commemoraui. Non ea hic repetam, cum illis in locis facilè legi poſſint.

15 De aliis verò bonis † aliundè quæſitis ab hærede poſt aditam hæreditatem,dubitandum non eſt, quin reſtitui minimè debeant.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& reſponderunt Caſtren.in conſilio 162. Viſa narratione.lib.2. Alexand.in conſilio 20.nume.10.libro 3.& Decius in conſ. 81.in fine.in conſil.203. nume.3.in conſil. 217.nume.5.& in conſil.243.num.1.& in conſil.477.in fine.Pariſ.in conſ.64. num.24.lib.2.& in conſ.33.num.73.lib.3.& Gozad.in conſ. 92.num.2.

## PRÆSVMPT. CXCVIII.

Falcidiæ, & Trebellianicæ detractio quibus coniecturis cenſeatur à teſtatore prohibita.

### SVMMARIVM.

1 *Voluntas & poteſtas ſunt duo præcipua in quauis hominis diſpoſitione.*

2 *Falcidiæ detractio poteſt hodie prohiberi à teſtatore, olim ſecus erat.*

3 *Trebellianicæ detractionem an poſſit teſtator prohibere. Quòd ex receptiori opinione prohibere poteſt.num.4.*

*Et id procedit etiam in filijs primi gradus,fideicommiſſo grauatis, vt poſſit adhuc pater prohibere, ne illi trebellianicam deducant.num.5.*

*Quæ detractio ita prohiberi poteſt in codicillis, ſicut in teſtamentis,num.6.*

7 *Teſtator quando dicatur voluiſſe prohibere ſalcidiam, & trebellianicam.*

*Quòd tunc dicitur voluiſſe prohibere, quando ſciens vires ſui patrimonij expreſſis verbis eam prohibuit.num.8.*

*Et an ipſe teſtator hoc caſu ſciret vires ſui patrimonij.nu.9.*

10 *Trebellianicæ & falcidiæ detractio tacitè etiam,& ex coniecturata mente teſtatoris cenſetur prohibita, ſi coniectura apparent.*

*Et præſertim tunc cenſetur prohibita, quando teſtator mandauit reſtitui omnia bona.num.11.*

Idem

*Idem ſi teſtator dixit, reſtituat hæres hæreditatem pleno iure: & tres doctorum opiniones aſſeruntur per diſcurſum. num.12.*

*Vbi num.13. probatur verior opinio.*

14 *Falcidiæ vel trebellianicæ deductio præſumitur à teſtatore prohibita, quando is mandauit reſtitui integram hæreditatem.*

*Idem quando mãdauit teſtator reſtitui totam hæreditatem ſuam. num.15.*

*Idem quando teſtator mandauit reſtitui ſine aliqua diminutione. num.16.*

*Idem quando mandauit teſtator hæredi grauato, vt hæreditatem reſtituat, deductis centum, & quòd plus deducere & detrahere non poſſit. ibid. num.17.*

*Idem quando teſtator aliquid reliquit ipſi grauato pro omni & toto, quod ipſe poſſet petere in ſuis bonis. ibid. num.18.*

*Idem quando teſtator vſus eſt verbis geminatis, vt ſi mandauit reſtitui totam & integram hæreditatem. num.19.*

*Idem quando teſtator mandauit, quòd hæres grauatus reſtituat quæcunque bona ad eum peruenta. nume.20.*

21 *Dictio, quæcunque, vniuerſalis eſt.*

22 *Falcidiæ & Trebellianicæ deductio cenſetur prohibita, quando teſtator dixit, Bona mea reſtituantur Caio, quem volo ea libera habere.*

*Idem ſi dixit, quòd fideicommiſſarius habere debeat bona ſine aliquo onere. num.23.*

24 *Trebellianicæ & Falcidiæ deductio prohibita cenſetur ex modo reſtitutionis bonorum, vt ſi teſtator mãdauit grauato, vt aliquid faceret, & niſi faciat, quòd cadat ab hæreditate, vel pro non inſtituto habeatur.*

*Cenſetur prohibita etiam ex qualitate fideicõmiſſi, vt ſi teſtator bona fideicommiſſo ſubiecta prohibuit quouis modo alienari. numero 25.*

*Intellige, ſi prohibuit alienari certa bona, ex quibus nec Falcidia, nec Trebellianica detrahi nullo modo poterit. num.26.*

*Si autem prohibuit alienationem omnium bonorum, quæ reſtitui voluit fideicommiſſario, ſunt doctorum variæ opiniones. nu.27. & ſeq.*

28 *de Toto quò ad totum idem iudicatur quod de parte quo ad partem,*

29 *Fideicommiſſarius ex ſua perſona non detrahit aliquam portionem Trebellianicæ vel Falcidiæ.*

30 *Trebellianicam non detrahi ex prohibita alienatione quota hæreditatis, vel bonorum.*

31 *Falcidiæ & Trebellianicæ deductio cenſetur prohibita ex coniectura, quæ colligitur ex clauſula, omni meliori modo, qua voluit teſtator teſtamentum ſortiri plenum effectum.*

*Idem quando teſtator ſubſtituit directò, & adiecit clauſulam codicillarem, quòd ſi non valet vel valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, & ſic hæres ſit grauatus reſtituere per fideicommiſſum ſubſtituto. num.32. nam*

33 *Falcidia vel Trebellianica non poteſt deduci, quando directè hæreditas debet reſtitui.*

*Sed dubia redditur hæc opinio ibid. num.34.*

CVM de prohibita falcidiæ, & Trebellianicæ deductione interpretes noſtri diſputant; duo capita viſi ſunt conſtituere, quæ & nos clarius apertiúſque diſtinguemus: Vnum eſt de teſtatoris pote-
1 ſtate: alterum eſt de eius voluntate. Hęc duo, poteſtas † ſcilicèt & voluntas ſunt præcipua in quauis hominis diſpoſitione, vt in ſpecie noſtra ſcripſerunt Iaſ. in conſ. 140. numero. 6. lib. 4. Rui. in conſi. 163. nume. 21. lib. 3. & Portius Imolen. in conſi. 92. nu. 65.

Et quod attinet ad primum caput, pauca dicenda ſunt: cùm ad ſtatum coniecturalem, cuius noſtra eſt tractatio, non per-
2 tineat. Falcidiæ detractionem hodie teſtator † prohibere poteſt. §. hinc nobis in Auth. de hæred. & Falcid. ex qua deſumpta eſt auth. ſed cum teſtator. C. ad legem Falcid. olim non poterat. l. quod de bonis. §. 1. ff. eo. Qua ratione ita ſit variatum explicat Bar. in. d. auth. ſed cum teſtator. numero 2.
3 Trebellianicæ † verò detractionem prohibere an poſſit teſtator, magna eſt apud noſtros diſputatio & controuerſia. Re-
4 ceptior † tamen eſt opinio, prohiberi poſſe. Ita ſanè ſcripſerunt quamplurimi longa ſerie congeſti ab Antonio Gabriele in libro 4. concluſionum: in tit. ad Trebellianum conclu. 1, numero. 2. qui teſtatur, hanc eſſe communem. Et alios eiuſdem opinionis adiunxi & probaui in conſ. 164. numero. 25. lib. 2. & Hierony. Gabriel. in conſ. 92. numero. 20. lib. 2. commemoratis aliquot Rotæ Romanę deciſionibus, affirmauit illam ſequi conſueuiſſe hanc opinionem.

5 Et idem eſſe † in filiis primi gradus fideicommiſſo grauatis, vt poſſit adhuc pater prohibere, ne illi Trebellianicam deducant, ſcripſerunt quamplurimi, quos commemorauit Gabriel in d. conclu. 1. nu. 6. & alios addidi in d. conſi. 364. nu. 26. Reliqua, quæ ad rem noſtram pertinent, proſequitur Gabr.

6 Nec adhibenda eſt differentia † inter teſtamentum & codicillos: cum ita in codicillis prohiberi poſſit detractio trebellianicæ & falcidiæ, vt in teſtamentis: ſicuti affirmarunt Aret. & Gauldenſis, quos recenſet & probat Didacus in cap. Raynaldus. §. 3. numero. 6. verſ. in ſumma. de teſta. & accedit Curtius Iunior in conſi. 71. nume. 15. in conſ. 73. numero 26. in conſi. 91. nume. 3. reiecta contraria opinione Baldi in conſ. 474. in fi. libro 2. quem ſecutus eſt ſibi parum conſtans Cur. Iun. in conſi. 199. numero. 43. in conſi. 314. numero. 28. & in conſi. 316. numero. 29. & Alciati in l. licet. numero. 8. C. de pactis, in libro quinto. parodoxo. cap. 8. & in reſp. 572. nume. ſeptimo.

7 Secundum eſt diſputationis † noſtræ caput, de voluntate ſcilicet, quando teſtator dicatur voluiſſe prohibere falcidiam, vel trebellianicam.

Et primum quidem dicimus, voluiſſe prohibere, quando
8 † ſciens vires ſui patrimonij, expreſſis verbis eam prohibuit. Ita conſtituit Iuſtinia. in d. auth. ſed cum teſtator, cuius verba hæc ſunt. *Sed cum teſtator hoc expreſſim vetuit, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonij ceſſat falcidia.*

9 Porro † dubitatio eſt, an teſtator ipſe præſumatur ſcire ſui patrimonij vires? Et dicendum eſt, præſumi ſciuiſſe hoc in caſu, quando ſcilicet prohibuit detractionem falcidiæ, vel trebellianicæ. Ita docuit Bart. in d. auth. ſed cum teſtator. nu. 5. verſi. prædicta, quæ dixi. Et ſecuti ſunt reliqui, quos infra referam. In aliis verò actibus, an quis præſumatur ſcire vires ſui patrimonij, diſtinguit Bar. actus viuentiũ ab actibus morientium. Et Bart. diſtinctionem eſſe magis receptam aſſeruit Gome. in §. item ſi quis in fraudem. nume. 24. & 25. Inſtit. de actio. Et ſi nouè diſſentit Arius Pine. in l. 2. in 1. par. c. 2. nu. 32. C. de reſcind. vend.

10 Tacitè etiam atque ita † ex coniecturata voluntate teſtatoris cenſetur prohibita Falcidiæ, vel Trebellianicæ detractio, ſi coniecturæ apparēt: ſicuti ſcripſerunt Caſtr. in d. auth. ſed cum teſtator. columna 1. & alij multi congeſti à Gabriele in dicto lib. 4. concluſionum. tit. ad Trebe. in conclu. 2. num. 2. qui affirmauit, eſſe magis receptã opinionem, quam & ego probaui in conſ. 374. num. 4. lib. 4. quo loci eiuſdem opinionis reſenſui etiam Boer. in q. 44. nu. 33. Et idem ex recentioribus affirmarunt Mantica de Coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 7. tit. 11. num. 6. & 7. Maſcardus in Tract. de probationibus in conclu. 1389. & 1390. & Petrus Antonius Petra in Tract. de fideicõmiſſis. q. 15. nume. 190. Hic paucis & ſummatim enumerabimus coniecturas, quas aliquando congeſſeram, & ſi qui in editionibus commentariorum nos peruenerunt, ſcriptis eas mandarunt.

Prima eſt coniectura quæ ſumitur à ſignificatione verborum, quæ vt vniuerſitatem omnia complectuntur. Et quatuordecim exempla commemorat Petra in d. quæſt. 15. num. 190. vſque ad 200. exiſtimo eſſe pauciora. Et primũ quidē eſt exē-
11 plum, quando † teſtator mandauit reſtitui omnia bona. Hoc caſu prohibitam præſumi Falcidiæ vel Trebellianicæ detractionem affirmarunt Bartol. Baldus, Angelus, Capra. Caſtrenſis, Aretinus, Fulgoſius, Imola, Alexander, Corneus, Iaſon, Corſetus, Decius, Gratus, Caſſaneus, Ioan. Dilectus, & Curtius Iunior. quos congeſſit Antonius Gabriel, in lib. 4. concluſionum. tit. ad Trebellianum. concluſ. 3. num. 1. Et his accedũt Neuizanus, Alba. & Bellonus, quos adiunxit Petra in d. quæſt. 15. numero 197. Idem reſponderunt Ruinus in conſilio 159. num. 12. lib. 3. & Alcia. in reſp. 497. num. 2. ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Angelus, Romanus, Caſtrenſis, Capra, Aretinus, Corneus, Iaſ. Soc. Sen. Galliau. Claudius Seyſellius, Caſſaneus, Ruinus, Bertrandus, & Mantua.

quos



quos commemorauit & ſecutus eſt Gabriel in d. concluſ. 2. verſi. contrarium, quod iſta. Et his accedunt Neuizanus in conſi. 2. nu. 44. Æmilianus in conſil. 39. num. 51. & Bellonus in conſi. 66. colum. 2. relati à Petra in d. quæſt. 15. num. 197. verſ. contrarium reſpondit, qui viſus eſt hãc ſequi. His addo Bellonum in conſi. 88. num. 5. Portium Imolen. in conſil. 92. num. 88. & Hierony. Gabrielem in conſi. 113. num. 13. lib. 2. Et demũ accedit Puteus in deciſ. 439. lib. 2. qui teſtatur ſecundum hãc opinionem iudicaſſe Rotam Romanam.

12 Secundum eſt exemplum quando † teſtator dixit, reſtituat hæreditatem pleno iure. Hoc in caſu tres ſunt Doctorum opiniones. Vna fuit eorum, qui ſcripſerunt, prohibitam præſumi. Falcidiæ, vel Trebellianicæ detractionem. Ita ſanè Baldus in l. precibus. nu. 4. C. de impub. & alijs ſubſti. Alex. in conſil. 201. columna 2. lib. 6. Guido Papæ. in q. 537. & in conſ. 122. & Ruinus. in conſi. 163. colomna 7. li. 2. Hos commemorauit Gabriel in d. li. 4. concluſionum. tit. ad Trebell. concl. 4. verſ. contrarium colligitur. His accedunt Decius in conſil. 468. num. 11. Thobias Nonius in conſi. 44. num. 6. Æmilianus in conſil. 127. nu. 2. in fi. qui idem dixit, quando teſtator voluit bona plenè reſtitui. Bello. in cõſi. 80. nu. 17. Neuiz. in cõſ. 2. nu. 34. & Petra in tract. de fideicõmiſſis. q. 15. n. 193. & n. 199. Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, non præſumi his verbis prohibitam detractionē Falcidiæ vel Trebellianicæ. Hãc vt magis receptam probarunt Oldra. Caſtrenſis, Capra, Romanus, Corneus, Socinus Senior, Lancellotus Decius, Gualdenſis, Bertrandus, Ruinus, Gratus, Afflictus & Boërius, quos congeſſit Gabriel in d. cõcl. 4. nu. 1. His addo Æmilianum in conſi. 39. nu. 51. Neuiz. in conſi. 2. nu. 34. Bellonum in conſi. 80. num. 17. & Portium Imolen. in conſil. 92. num. 86.

13 Tertia opinio fuit † Grati in conſi. 103. num. 14. lib. 2. Antonij Gabrielis in d. conclu. 4. in fi. & Hierony. Gabrielis in conſi. 86. num. 19. lib. 2. qui diſtinxerunt, quod aut vltrà illud verbum pleno iure, adſunt alia verba, quæ ſignificant reſtitutionem omniũ bonorum. Et tunc cenſetur prohibita detractatio hæc. Ita procedit prima opinio. Aut non adſunt alia verba. Et tunç non præſumitur prohibita. Sic locum habet ſecunda. Et hæc quidem tertia opinio probabilior eſt.

14 Tertium eſt exemplum, quando † teſtator mandauit reſtitui integram hæreditatem. Hoc ſanè caſu præſumi prohibitam detractionem Falcidiæ, vel Trebellianicæ affirmarũt Cyn. Baldus, Ange. Caſtren. Sali. Imola, Roma. Aretinus, Guido Papæ, Alexãder, Corn. Iaſ. Galliaula, Claudius, Caſſaneus, Gualdenſis, Bertrãdus, Io. Lupus, Ruinus, Pariſius & Boerius. Hos recenſet Anto. Gabriel in d. lib. 4. cõcluſionum. in tit. ad Trebellianum. concl. 5. num. 1. Et prædictis accedunt Iacobus Æmilia. in conſ. 127. nu. 8. Neuiz. in conſ. 2. num. 34. Ripa in l. Cen. nu. 130. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Craue. in conſi. 563. nu. 4. & Petra in Tract. de fideicom. q. 15. num. 194. verſ. 5. exemplũ, & ibidem. nu. 198. ver. 8. exēplum, idem (memoria forte lapſus) repetit. Hanc quoque opinionem ſum & ego ſecutus in conſil. 374. num. 14. vbi num. 5. 6. 7. & 8. multis iuribus & rationibus comprobaui.

His conſtat, hanc eſſe receptam & veram opinionem, & ſi ab ea diſſentiunt Angelus & alij nonnulli, quos recenſet, & viſus eſt ſequi Gabriel in d. cõcluſ. 5. numer. 1. verſ. contrarium. Quiquidem in fine adiungit ex ſententia Socini Iun. in conſil. 113. nume. 53. lib. 1. detractionem trebellianicæ cenſeri ſine dubio prohibitam, quando teſtator dixit; quod reſtituatur integra & tota hæreditas. Quod repetam infra in ſeptima coniectura.

15 Quartum eſt exemplum quando † teſtator mandauit reſtitui totam hæreditatem ſuam. Hoc etiam caſu preſumi prohibitam detractionem falcidiæ, vel trebellianicæ ſcripſerunt Baldus, Angelus, Roma. Plumbinus, Guido Papæ, Angelus Aretin. Alexander, Corneus, Socin. Sen. Ruinus, Pariſius, Galliaula, Crottus, Pariſius & Gratus, quos congeſſit Antonius Gabriel in d. lib. 4. concluſionum in d. tit. ad Trebellia. concl. 6. num. 1. Et illis accedunt Fulgoſius, Barbatia, Curtius Senior, Curtius Iunior, Loazes & Ripa, quos adiunxi & ſecutus ſum in conſi. 71. num. 12. lib. 1. & in conſil. 374. nume. 14. lib. 4. Et eandem ſententiam probarunt Tiraquellus in leg. ſi vnquam in verbo, totam nume. 1. verſi. ſimiliter. C. de reuocan. donatio. Natta in conſil. 321. numer. 7. lib. 2. Cephalus in conſ. 272. num. 142. lib. 2. & Petra in Tract. de fideicommiſſis, q. 15. num. 194. Id quod repetit ipſe Petra ibidem nu. 198. verſ. ſeptimum exemplum. Idem reſpondit Rolan. in conſ. 27. nu. 34. lib. 4. Quibus conſtat, hanc eſſe receptam opinionem, etſi ab ea diſſentiant Angelus, Caſtrenſis, Romanus, Socinus Senior, Iaſon, Bertrandus, & Socinus Iunior, commemorati à Gabriele in d. concl. 6. num. 1. verſ. contrarium voluit: ſic & Portius Imolen. in conſ. 92. num. 87.

Tertia eſt opinio Gabrielis in d. concl. 6. num. 3. qui conciliat. ex ſententia Ruini in conſ. 163. num. 22. lib. 2. à quibus nõ diſſentiunt Cephalus in conſ. 253. num. 36. lib. 2. & Petra in loco iam citato.

16 Quintum eſt exemplum quando † teſtator mandauit reſtitui hæreditatem ſine aliqua diminutione. Hoc etiam caſu præſumitur prohibita detractio falcidiæ, vel Trebellianicæ. Ita Baldus, Angelus, Caſtrenſis, Aretinus, Corneus, Bauera, Pariſius & Crauetta, ſic congeſti ab Antonio Gabriele in d. lib. 4. concluſionum tit. ad Trebellianum in concluſ. 7.

Et prædictis accedunt Alciatus, Socinus Iunior, Boërius, & Rubeus, quos commemoraui & ſecutus ſum in conſ. 374. nu. 15. in fine lib. 4. & illis etiam nunc addo Galliaulam in l. centurio num. 88. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & Petram in Tractat. de fideicommiſſis. quæſtio. 15. qui recenſet contrariæ opinionis Socinum Iunio. in conſ. quadrageſimonono, num. 16. & 17. libr. 4.

17 Sextum eſt exemplum † quando teſtator mandauit hęredi grauato vt hæreditatem reſtituat, deductis centum: & quod plus deducere & detrahere non poſſit. Hoc pariter caſu præſumi prohibitam falcidiæ, vel Trebellianicæ detractionem ſcripſerunt gloſſa, Baldus, Angelus Aretinus, Alexander & Decius, quos commemorauit & viſus eſt ſequi Gabriel in d. lib. 4. concluſionum, tit. ad Trebell. concl. 8.

Et ſimile eſt quod reſpondit Curtius Iunior in conſil. 91. num. 3. cùm dixit, cenſeri prohibitam falcidiæ vel Trebellia-
18 nicæ † detractionem, quando teſtator aliquid reliquit ipſi grauato pro omni & toto, quod ipſe poſſet petere in ſuis bonis. Hac tamen de opinione dubitarunt Ruinus in conſ. 163. col. vlt. lib. 2. & Petra de fideicommiſſis q. 15. num. 199. in fine verſ. decimum tertium ſit exemplum.

19 Septimum eſt exemplum † quando teſtator vſus eſt verbis geminatis: vt ſi mandauit reſtitui totam & integram hæreditatem. Hoc caſu præſumi prohibitam falcidiæ, vel Trebellianicæ detractionem affirmarunt Baldus, Caſtrenſis, Aretinus, Corneus, Crottus, Galliaula, Ripa, Ruinus, Ioan. Annibal, Bellonus, Socinus Iunior, & Iulius Clarus, quos congeſſi & ſecutus ſum in conſ. 374. num. 14. verſic. & quamquam. His accedunt Antonius Gabriel in d. lib. 4. concluſionum in tit. ad Trebellia. concluſ. 5. in fine & alij nonnulli commemorati à Petra in dicto Tract. de fideicommiſſis. q. 15. num. 200. His conſtat, hanc eſſe magis receptam opinionem etſi ab ea diſſentiunt nonnulli congeſti à Petra in d. q. 15. num. 200. verſic. contrarium tamen.

20 Octauum exemplum eſt, quando † teſtator dixit, quod hęres grauatus reſtituat quæcunque bona ad eum peruēta. Hoc etiam caſu præſumitur prohibita detractio falcidiæ, vel Trebellianicæ: Ita Neuiz. in conſ. 2. num. 35. in fine & Petra in dicto Tract. de fideicommiſſis quæſtio. 15. num. 199. verſic. deci-
21 mum ſit exemplum. Hæc enim dictio, † quæcunque, vniuerſalis eſt: Et idem eſt ac ſi dixiſſet, reſtituat vniuerſa bona, vel vniuerſum patrimonium ad eum peruentum: vt reſpondit Neuiz. in d. conſ. 2. num. 38. & Petra in d. q. 15. numero 199. verſ. vndecimum exemplum. Cæterum à prædictis diſſentit Portius Imolen. in conſil. 92. numero 88. verſic. ſecunda coniectura.

22 Nonum exemplum eſt, quando † teſtator dixit: bona mea reſtituantur Caio quem volo ea libera habere. Hæc ſanè verba ſignificant reſtitui debere bona, nulla diminutione facta, & conſequenter cenſetur prohibita detractio falcidiæ, vel Trebellianicæ.

Ita reſponderunt Iaſon in conſ. 14. colum. 2. libr. 3. Ruinus conſil. 1. colum. 1. lib. 1. Curtius Iun. in cõſ. 2. circa principium, & Cetra in d. quæſt. 15. num. 199. verſicul. decimum quartum
23 exemplum. Et ſimile ſit † dixit, quod fideicom. habeat bona ſine aliquo onere. Ita Bertrand. in conſ. 144. col. 5. lib. 3. quem

ſecutus

ſecutus eſt Anto.Gabriel in lib.4.conclu.in tit.ad Trebellia. conclu.9.num.12.

24 Secunda coniectura † prohibitæ detractionis Trebellianicæ eſt, quæ deſumitur à modo reſtitutionis bonorum, quam grauatus facere debet vt ſi teſtator mandauit ipſi grauato, vt aliquid faceret, & niſi faciat, quod cadat ab hæreditate, & pro non inſtituto habeatur. Si enim voluit teſtator, quod pro non inſtituto habeatur ipſe grauatus, ſequitur dicendum, quod non poſſit detrahere Trebellianicam; alioqui non haberetur pro non inſtituto, ſed hæredis nomen retineret. Ita in ſpecie reſpondit Rui.in conſil. 47. num. 18.lib. 2. Nam & tunc cenſetur prohibita detractio Trebellianicæ: cùm alioqui detractio ipſa impediat voluntatem teſtatoris ſortiri plenum effectum. Et Rui.ſecutus eſt Anto.Gabriel in lib.4. concluſionum. tit. ad Trebell.conclu.9. num. 8. Et idē reſpondit Alcia.in reſp.55. teſtamento & tranſactionem. nu. 2. ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem. Cæterùm à prædictis in ſpecie diſſentit Hierony. Gabriel in conſil.90.num.15.& in conſil.109.lib.2.qui alios refert.

25 Tertia eſt coniectura † deſumpta à qualitate fideicommiſſi, vt ſi teſtator ſubiecit bona fideicommiſſo, & prohibuit ea quouis modo alienari. Hoc ſanè caſu cenſeri prohibitam Trebellianicæ detractionem affirmarunt multi, qui ſimpliciter & abſolutè loquuntur, vt mox dicemus. Crediderim ego facilioris explanationis gratia, diſtinguen-
26 dos eſſe duos caſus, quorum primus eſt, quando † teſtator prohibuit alienari certa bona. Hoc ſane caſu ex bonis illis nulla vel Falcidia, vel Trebellianica detrahi poteſt. Ita ſtatuit Iuſtinia.in auth.ſed & in ea.C. ad legem Falcidiam.cuius verba hæc ſunt.

*Sed & in ea re ceßat falcidia, quæ ita relicta eſt, ne alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores eius, cui relicta eſt.*

Dixit Iuſtinia. Falcidiam ceſſare in ea re alienari prohibita. Non tamen ſtatuit Iuſtinia. quin ex alijs bonis deduci poſſit falcidia, ita Baldus Sali.ibi, ſi rectè perpendantur, intellexerunt. Sic Soci.Iun. in conſil.170.nume.40. lib. 2. & in conſil.49.numer.18.lib.3.qui reſpondit, non detrahi Trebellianicam, quando teſtator prohibuit alienari bona immobilia, vt etiam reſpondit Hierony. Gabriel in conſil.87.nu. 5. lib.2. Picus in l. in quartam. nume. 99. ff. ad legem Falcid. Pariſius in conſil. 43. numero 24. lib. 3. Bero. in conſil. 93. numer.15.lib.2.& manifeſtius ac copioſius Rolan.in conſil. 9.numer.15.lib. 4. Quo circa Pariſius præcitato in loco annotauit, diſpoſitionem.d. auth. ſed & in ea non habere locum, quando non extarent alia bona ex quibus falcidia poſſet deduci. Diſſentit tamen à prædictis Hierony. Gabriel in d.conſil.87.num.6.& 7.lib.2. qui & alios nonnullos eiuſdem opinionis recenſet.

27 Secundus eſt caſus, quādo teſtator † prohibuit alienationem omnium bonorū quæ reſtitui voluit fideicōmiſſario. Hoc in caſu, an præſumatur prohibita detractio falcidiæ, vel Trebellianicæ, ſunt Doctorum opiniones. Vna fuit eorū, qui exiſtimarūt, præſumi prohibitā detractionē. Ita ſanè ſcripſiſſe quā plurimos annotauit Antonius Gabriel in lib.4.concl. in tit.ad Trebellianū.concl.9.nu.1. Et illis accedunt Soc.Iun. in conſ.49.nu.21. lib.3. Bellonus in conſ.64. Thobias Nonius in conſi. 44.num. 4. Alba in conſi. 7. nu. 7. & Marzarius in conſil.14. num.16.qui teſtatur eſſe communem opinionem.

28 Ea ratione ij vſi ſunt, quod † idem iudicandum eſt de toto quo ad totum quod de parte quo ad partem. l. quæ de toto. ff. de rei vend. At qui quando eſt prohibita alienatio certæ rei, ex ea detrahi non poteſt falcidia, vel trebellianica. d. auth.ſed & in ea vt diximus in præcedenti caſu. Ergo idem dicendum eſt, vt detrahi non poſſit Falcidia, vel Trebellianica ex tota hæreditate: cùm tota prohibita eſt alienari. Cæterùm conſideratio hæc facilè euitari poteſt: cùm longè diuerſa ſit ratio inter prohibitionem alienationis certæ rei, & illam omnium bonorum. Quando certa res eſt alienari prohibita, ſuccurſum eſt grauato, vt detrahere poſſit ex alijs, & propterea teſtator nullum quodammodo detrimentum ei attulit. Sed diuerſum eſt in prohibitione generali omnium bonorum: quia grauato aliundè non eſſet ſuccurſum. Altera fuit opinio eorum, quod imò grauatus poſſit conſequi Trebellianicam, & ſi omnia bona prohibita ſunt alienari. Ita ſanè Aretinus in conſ.19.nu.9.& ſi ſatis ſubobſcurè. Corneus in conſ.164.num.2.lib.1. Curt. Iun. in conſ. 160.num.2.& in conſ.260.num.17. Soc.Iun.in conſ.170.num. 40. lib. 2. & in eodem caſu idem reſpondit Alciatus in reſp. 572.num. 11. ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem, Bero.in conſ.93.num.13.& 14.lib. 2. Roland.in conſil. 9. num.17.lib.4. Portius Imolen.in conſ.92.num. 90. & hos ſecutus ſum in conſ.177.num.27.lib.2.

Tertia fuit opinio eorum, qui viſi ſunt diſtinguere, quod aut prohibitio alienationis adiecta fuit hæredi grauato: Et tunc non præſumitur prohibita Trebellianicæ detractio; Ita procedit ſecunda opinio: Aut prohibitio fuit appoſita fideicommiſſario, cui fieri debet reſtitutio: Et tunc præſumitur prohibita detractio ipſa Trebellianicæ: ſic procedit prima opinio. Ita diſtinguere viſi ſunt. Alex.in conſ.67.num.2. lib.1. Comen.in conſ.164.num.2.lib.1. Rui. in conſ.149.num.5.li.3. Decius in conſ.480.num.14.in fin. Soc.Iun.in conſ.170.num. 41.lib.2.& in conſ.49.num.21.lib.3. Thobias Nonius in dict. conſ.44.num.6. Portius Imolen.in d.conſil.92.num.90. Roland.in conſ.9.nu.14.& 18.lib.4.& Hieron.Gabriel in conſil. 87.num.4. lib. 2. Quo circa ſi teſtator prohibuiſſet non ſolum ipſum hæredem inſtitutum & grauatum, ne poſſet alienare, ſed etiam eius ſucceſſores, videretur prohibita Trebellianicæ detractio.

Cæterùm hæc conciliatio non ſatis mihi probatur: cùm
29 † fideicommiſſarius ex ſua perſona non detrahat aliquam portionem Trebellianicæ. l.ex falcidia.§.nunquam. ff. ad legem Falcid.& ibi annotauit Alexander, qui & ſi dixit, fideicommiſſarium & legatarium detrahere ex ſuis perſonis Trebellianicam, & falcidiam ex præſumpta voluntate teſtatoris, ſicuti quando grauati fuerunt à teſtatore onere aliquo intrinſeco: attamen in caſu noſtro prohibitio alienationis non dicitur onus intrinſecum, ſed extrinſecum. Cùm onus intrinſecum eſſe dicatur, quando aliquid præſtandum eſt ex ipſa re: ſicuti declarat idem Alex.in l.maritum.§.vlt.ff.ad legem Falcidiam. Eſſet tamen difficilè in iudiciis recedere à prædicta interpretum conciliatione: cum tot probatiſſimorum Doctorum auctoritate firmata ſit.

30 Tertius † eſt caſus, quādo teſtator prohibuit alienari quotam bonorum, vel hæreditatis, vt ſi dixit, quod hæres grauatus nullo modo poſſet alienare tertiam partem hæreditatis, vel bonorum. Hunc caſum attigit ſolus Catelian. Cotta in memorial.in verbo. Trebellianica in fi.qui reliquit: Attamen in eam inclinauit opinionem quod locus ſit detractioni ipſius Trebellianicæ. Crediderim contrarium verius: cum deduci illa poſſit ex aliis bonis non prohibitis expreſſè alienari: iuxta ea, quæ diximus ſupra.

31 Quarta coniectura eſt, quæ † colligitur ex illa clauſula, omni meliori modo, qua teſtator voluit teſtamentum ſortiri plenum effectum. Hoc ſanè caſu prohibitam præſumi detractionem falcidiæ & Trebellianicę reſpondit in ſpecie Rui.in conſ.47.in fin.lib.2.& in conſ.146.num.16.lib.3. & Hierony. Gabriel in conſ.86.num.23.& 24.lib.2.

32 Quinta eſt coniectura, quando † teſtator ſubſtituit directè, & adiecit clauſulam codicillarem, quod ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti valeat iure codicillorum. Si cōtingat modo teſtamentum, vel ob filij præteritionem, vel aliam ob cauſam non valere, atque ita valeat iure codicillorum, & cōſequenter hæres ille inſtitutus cenſeatur grauatus reſtituere per fideicommiſſum ſubſtituto, non poterit hæres detrahere quartam Trebellianicam, quam teſtator tacitè prohibuiſſe dicitur. Ita acutè reſpondit Rui.in conſ.146.num.8.lib.3. quē ſecutus eſt Gabriel in lib.4.concluſionum, tit. ad Trebellianum, concl.9.num.10.

33 Ea ratione † vſus eſt, quod teſtator ſubſtituendo directè noluit detrahi aliquam Trebellianicam, quæ non deducitur, quando directè hæreditas debet reſtitui, vt tradunt Bart. in l. quamquam.C.ad legem Falcid. Comenſ.in l.cohæredi.§.cum filio.ff.de vulg. Alex.in l.Marcellus, in prin.ff.ad Trebell.& in conſ.67.lib.1. Guido Papæ.q.52.in fin.& Caſſancus in cōſ.67. num.71. Et licet (inquit Rui.) directa ſubſtitutio conuertatur in obliquam: attamen ſolùm conuertitur quò ad validitatem ipſam teſtamenti non quo ad detractionem Trebellianicæ. Et ideò voluntas teſtatoris (ait Ruinus) cenſetur mutata quò





ad formam teſtamenti quod aliàs non valet: Non autē quo ad trebellianicæ prohibitionem, quæ valida erat.

34 Exiſtimo † dubiam eſſe Ruini opinionem: Quando quidem teſtator mutando ſubſtantiam videtur etiam mutaſſe qualitates, & quando voluit valere vt teſtamentum, dicitur voluiſſe valere ſecundum naturam ipſius teſtamenti, vt ſcilicet directò & pure bona reſtituerentur, & conſequenter nulla detraheretur trebellianica: ſic è contra quando voluit valere vt codicillos, dicitur pariter voluiſſe valere ſecundum naturam codicillorum, nempè per fideicommiſſum, & conſequenter, quod Trebellianica poſſet detrahi. Conuerſio enim directæ ſubſtitutionis in fideicommiſſariam intelligitur facta ſecundum naturam fideicommiſſi, vt docuit Roma.in l.2.in fi.ff.de iure cod. Et vere idem Ruinus in conſ.59.nu.9.lib.2. ſibi parum conſtans aliter reſpondendo affirmauit, & hoc caſu locum eſſe detractioni trebellianicæ.

## PRÆSVMPT. CXCIX.

### Quo tempore legatum, & fideicommiſſum peti & præſtari poſſit, & debeat ex præſumpta voluntate teſtatoris.

*SVMMARIVM.*

1 *Legata & fideicommiſſa an & quando præſtari & ſolui debeāt.*
2 *Legata & fideicommiſſa quatuor modis relinqui ſolent, purè ſcilicet, ſub conditione, in diem, & ſub modo.*
3 *Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt purè relictum, dies iam dicitur ceßiſſe, vnde ſtatim peti & præſtari debet.*
*Et vbi legatum eſt pure relictum, dominium ipſum rei legatæ ſtatim mortuo teſtatore dicitur tranſiuiſſe in legatarium. numer. 4.*
*Intellige adita prius hæreditate. num. 8.*
5 *Argumentum de contractibus ad legata valet.*
6 *In contractibus quando dies vel conditio non adijcitur, purè promiſſum intelligitur, & ſtatim peti poteſt.*
7 *Legatum vel fideicommiſſum certo tempore debitum intelligitur currere à die aditæ hæreditatis.*
9 *Legatum vel fideicommiſſum purè relictum tunc ſtatim præſtandum non eſt, quando ex hoc redderetur inutile, ſed poſt aliquod tempus ſolummodo debetur.*
10 *Seruo ſi eſt relicta hæreditas pure, & libertas ſub conditione, cōditio adſcripta libertati ſuſpendit etiam dationem hæreditatis.*
11 *Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum ſub conditione, non prius eſt præſtandum, quam ceſſerit ipſa conditio: vnde.*
12 *Rei legatæ ſub conditione dominium non tranſit in legatarium à morte teſtatoris, ſed ſolum poſtquam euenit conditio.*
*Et id habet etiam locum in conditione tacita, quæ tamen ex teſtamento prouenit. num. 13.*
14 *Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum ſub conditione inutili, diſpoſitio pro pura habetur, & ſtatim peti poteſt relictum.*
*Idem quando non ſtat per legatarium, quominus impleatur conditio. num.15.*
16 *Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum in diem an & quando peti aut præſtari debeat.*
*Quod quando dies certa eſt à teſtatore expreſſa, expectari debet illud tempus.num.17.*
*Et quid ſi dies eſt omninò incerta. num. 18.*
*Et quid ſi reliquit teſtator ſub die non omnino incerta, ſed certificanda per relationem, ſeu habito reſpectu perſonæ legatarij, vel rei relictæ, vel cauſæ, quæ præſtari debent.num.19.*
*Vbi enumerantur exempla.*
20 *Legati dies incerta redditur certa à cauſa ipſa, qua factum eſt legatum, & quomodo. num. 24.*
21 *Legatum alimentorum comprehendit etiam veſtitum.*
22 *Legatum victus an & quando peti aut præſtari debeat.*
23 *Alimenta, quæ legis diſpoſitione præſtantur, aliter præſtanda ſunt, quam ea quæ teſtatoris diſpoſitione debentur.*
24 *Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum ſub modo, debetur ſtatim à morte teſtatoris, & ſic adita hæreditate peti poteſt.*

1 DIfferendum eſt nunc † de ſolutione & præſtatione legatorum & fideicommiſſorum, quando ſcilicet præſtari & ſolui debeant. Exiſtimo diſtinguendos atque conſtituendos eſſe quatuor caſus, ſicuti quatuor mo-
2 dis † relinqui ſolent legata & fideicommiſſa, hoc eſt purè, ſub conditione, in diem, & ſub modo.

3 Primus itaque eſt caſus, quando † legatum, vel fideicommiſſum eſt purè relictum. Hoc caſu, qui clarus eſt, dies iam dicitur ceſſiſſe & eueniſſe, & ob id ſtatim peti & pręſtari debet. Ita ſenſit Pomponius in l.1.in prin.iuncto.§.1.ff.de cōd. & demon. & manifeſtè Iulianus in l. cum ſine præfinitione. in prin.ff.quando dies lega.cedat. ibi, *Et ſtatim peti poteſt.*
4 Sic & Paulus in l. ſi dies.in prin.ff.eo. Et accedit, quod † vbi legatum eſt purè relictum, dominium ipſum rei legatæ: ſtatim mortuo teſtatore dicitur tranſiuiſſe in legatarium. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. 1. & l. à Titio. ff. de furtis. Et in ſpecie ſcribit Pract. Papien.in forma libelli pro lega-
5 to. in glo. 1. nume.5. Idem videmus in † contractibus, à quibus ſumitur argumentum ad legata. l quæ de legato. vbi Do-
6 cto.de leg. 1. In † contractibus enim, quando dies, vel conditio non adijcitur, purè promiſſum intelligitur, & ſtatim peti poteſt. l. cum, qui Calendis. §. quotiens. ff. de verbo oblig.

7 Cæterùm † legatum, vel fideicommiſſum ſtatim peti poſſe intelligitur, adita prius hæreditate ab ipſo hærede grauato. Cum legatum vel fideicommiſſum certo tempore debitum intelligatur currere à die aditæ hæreditatis: ſicuti probat. l. 2. ff. quando dies lega.cedit, & tradunt Bar. in l.ſi in diem ff.de cond.& demon.& ibidem Socinus, & Ruinus. Sic & Corne.in conſi.262.col.vlt. lib. 1. qui de fideicommiſſo copioſè reſpondit. Sic & Iaſon in l.vltim. §.1. C. de iure delibe.

8 Eſt ratio, quia adita † hæreditate, verè & propriè dominium rei legatę dicitur tranſlatum in ipſum legatarium: cum ante aditionem dicatur fictum. Ita Arc. Alex. & Iaſ. in l.ſi tibi homo.§. cum ſeruus. de leg. 1. qui ſi declarat. l. à Titio. ff. de furtis.

9 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat quando legatum, vel fideicommiſſum redderetur inutile, ſi ſtatim eſſet præſtandum. Nam tunc & ſi purè relictum videtur: attamen poſt aliquod tempus ſolummodò debetur. Ita probat. l. epiſtolam.§.mulier.ff.ad Trebell. vbi auia inſtituit nepotem, quem grauauit reſtituere nurui ſuæ: Quam quidem nurum deinde grauauit reſtituere filio ſuæ hæredi ab auia inſtituto, ſicque ei, à quo acceperat, intelligitur nurus grauata poſt mortem. Et hoc quidem, quia aliàs nurus inutile haberet fideicommiſſum. Ita declarant glo.& Bar. ibi, Roma, in ſing.502. Rogatur, Ruinus in conſil. 131. numer. 6. & in conſil.180. num.7.lib. 2. qui comprobat eo ſimili, quo di-
10 cimus, quod quando † datur hæreditas purè ſeruo, & libertas ſub conditione, conditio adſcripta libertati ſuſpendit etiam dationem hæreditatis: quæ, ſi eſſet pura, non valeret. l.quoties.§.1.ff.de hæred. inſti. Idem probat tex. l. nam cum libertas.ff.quando dies leg. ced. Et adiungit Ruinus ex ſententia Ancha.in conſil.136. Principaliter, & Aretini in conſi. 156.col.5.verſ.nec obſtat, cùm dixerunt, onus ſimpliciter iniunctum, intelligi collatum in tempus, quo ille admitti poterit, quia aliàs eſſet inutile.

11 Secundus eſt caſus, quando † legatum vel fideicommiſſum eſt relictum ſub conditione. Hic etiam caſus eſt clarus, nempè non prius ea poſſe præſtari quàm ceſſerit ipſa conditio. l.4.§.ſed ſi ſub conditione. ff. quando dies lega.cedat. Eſt ratio, quia conditione pendente, nil relictum quodammodo dicatur. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Quare dicimus, dominium rei le-
12 gatæ † ſub conditione non tranſire in legatarium à morte teſtatoris: ſed ſolùm poſt quam euenit conditio. Ita declarando. l. à Titio.ff. de furtis, ſcripſerunt Bart.& reliqui in l. ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione. de leg. 2. Rubeus in cōſ. 58. in fi. & Petrus Duenas in reg. 210. in octaua limit.

13 Et hic quidem caſus † locum habet etiam in conditione tacita, quæ tamen ex teſtamento prouenit: vt probat tex. in l. quod purè. §. 1. ff. quando dies lega. vel fideicom. ced. ibi, *Non ex ipſo teſtamento.* argumento ducto à ſenſu

contrario,& illo loco annotauit Bar.
14 Declaratur primò hic caſus, vt † locum non habeat
quando legatum fuit relictum ſub conditione inutili: ſi-
cuti eſt illa impoſſibilis, vel alia, quam Prætor remittit.
Nam tunc diſpoſitio pro pura habetur, atque ita ſtatim
peti poteſt relictum. d. l. 4. §. ſed ſi ea. ff. quando dies le-
ga. cedit.
15 Declaratur ſecundò, vt locum † non habeat quando non
ſtat per legatarium, quominus impleatur conditio, ſed aut
per hæredem aut per eius perſonam in cuius perſona iuſſus
eſt parere conditioni, vt puta ſi iuſſus ſim dare decem hære-
di,& ille accipere nolit, vel ſi legatũ eſt mihi, ſi Caiam vxo-
rem duxero,& illa nubere recuſet. Hoc ſanè caſu ſtatim pe-
ti poterit legatum. Ita reſpondit Vlpia. in d.l.4. §. item ſi qua
conditio.ff.quando dies lega. cedat. Eſt ratio, vt ipſe Vlpia.
ſenſit; quia conditio pro impleta habetur: atque ita lega-
tum effectum eſt purum & ſcripſit ſupra in præſumpt. 183.
num. 25.
16 Tertius eſt caſus, quando † legatum vel fideicommiſſum
fuit relictum in diem. Hoc in caſu ſunt ſubdiſtinguendi tres
17 alij caſus. Quorum primus eſt, quando † dies certa eſt à ta-
ſtatore expreſſa. Hic caſus eſt ſatis clarus: Quando quidem
expectari debet illud tempus à teſtatore præfinitum. l. ſi cui
legetur in prin. de leg. 1. & ibidem Bar. & reliqui annota-
runt, terminum præfixum à teſtatore ad legati præſtationem
currere à die deſignato. Et manifeſtè probant. l. ſi dies. in
prin, ff. quando dies leg. ced. ibi, *Dies quidem legati ſtatim cedit:
ſed ante diem peti non poteſt*, & l. vnica. §. cum igitur. C. de cad.
tollen.

Ita dicimus in contractibus, tẽpus faciendi, vel dandi ali-
quid incipere decurrere à die expreſſo & ſpecificato, vt tra-
dunt Bal. in l. vlt. §. 1. ff. de reſcind. vend. & in rub. C. de con-
trah. emptio. q. 22. & Alex. in conſ. 61. nu. 4. in fi. lib. 5. Et in le-
gatis dicimus dominium ipſius rei legatæ non tranſire ipſo
iure in legatarium ante huius diei euentum. l. Sempro. ff. de
vſufruct. lega. & tradunt Pract. Papien. in forma libelli pro
legato. in glo. 1. numer. 7. Alexand. in l. 1. de leg. 1. Corn in l.
vlt. §. ſed quia. col. 2. C. de communia de leg. Rubeus in conſ.
58. numer. 7. & Ripa in l. 1. numer. 61. verſicul. 11. limitatur. de
leg. 1.
18 Secundus eſt caſus huius † tertij, quando dies eſt omninò
incerta. Hoc ſanè caſu non debetur relictum, niſi euenerit
dies ille: non antè cedit dies: atque ita nulla competit actio.
Nam dicitur hæc conditio quædam. Ita reſpondit Paulus in
d. l. ſi dies. in prin. cuius verba hæc ſunt.

*At ſi incerta (veluti cùm pubes erit cùm in familia nupſerit, cùm
magiſtratum inierit, cum aliquid demum, quod ſcribendi compre-
hendere ſit commodum, fecerit) niſi tempus conditiovè obtigit: ne-
que res pertinere, neque dies legati cedere poteſt.*

Et diem incertam eſſe, vel verius æquiparari conditioni
probat leg. dies incertus. ff. de cond. & demon. & reſpondit
Rubeus in conſil. 58. num. 8. Et ideò hoc in caſu ſine contro-
uerſia, dominium rei legatæ non dicitur transferri à morte
teſtatoris in ipſum legatarium: ſed debet expectari, euentus
diei. Ita Bart. in l ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione de leg.
2. Rubeus in conſil. 58. in fine.
19 Eſt & tertius caſus † huius tertij, quando teſtator reliquit
ſub die non omninò incerta: ſed certificanda per relatio-
nem, ſeu habito reſpectu perſonæ legatarij, vel rei relictæ,
vel cauſæ, qua præſtari debet. Hoc ſanè caſu debetur & peti
poteſt legatum die illa certificata. Eſt exẽplum ratione per-
ſonæ: vt ſi teſtator legauit puellæ cauſa nuptiarum. Hoc le-
gatum cõtinet tempus, vt præſtetur poſt triennium à puber-
tate puellę, & à die mortis teſtatoris cùm puella eſt pubes. Ita
docuit Bar. in l. 2. §. ad filiorũ. C. quando & quib. quarta pars.
lib. 10. & ibidem Io. à Platea & Lucas à Penna. col. 8. Guiel-
mus Benedictus in cap. Raynutius in ſecũda parte in verbo,
Cuidam Petro tradiderunt. nu. 4. de teſtam. Thobias Nonius
in conſil. 25. num. 5. & Hierony. Gabriel in conſi. 131. nume.
14. lib. 1. Eſt etiam exemplum in legato cauſa ſtudiorũ: quod
dicitur cedere & peti poſſe, quãdo legatarius effectus eſt ta-
lis, qui communi hominum opinione operam dare poſ-
ſit ſtudijs: ſic accipitur reſponſum Vlpiani in leg. nec ſe-
mel. §. ſi in habitatione. ff. quando dies legati cedat. Ratio-
ne rei legatæ certificatur dies, vt ſi teſtator legauit frumen-
tum vel vinum & ſuis prædijs, vel reditibus. Huius legati
dies certificatur atque ita dicitur ceſſiſſe & veniſſe tem-
pore meſſis, vel vindemiarum. leg. Firmio. §. pater. ff.
quando dies lega. ced. Bartol. in leg. qui hoc anno. ff. de
verb. oblig. Baldus in l. 1. numer. 5. C. quando dies leg.
ced. qui dixit, tempus ineſſe ipſi legato natura rei iuxtà
leg. vltim. ff. de cond. & demon. Et idem eſſe quando cum
his fructibus quid aliud legatur vt ſi teſtator ita dixit, lego
Caio decem Corbes frumenti ex meis prædijs, & viginti.
Illa viginti eodem tempore debentur & poſſunt peti. Bart.
in d. l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. & in l. ſi cui de leg. 1. &
in l. ſi legatarius. §. 1. de leg. 3. Bald. in leg. 1. nu. 3. C. de fideic.
Rom. in conſilio 231. & in ſing. 389. Ripa poſt Felin. in cap.
primo numero 46. de reſcript. Socin. Iunior in conſilio 160.
numero, 18. libro ſecundo, Alciat. in reſp. & Petrus Pekius
in Tract. de teſtamentis coniugum. lib. quinto cap. 13. num.
20 ſecundo. Dies † etiam incerta legati certa redditur à cauſa
ipſa, qua factum eſt legatum; exempli gratia; quando le-
21 gatũ eſt pro alimentis: quod quidem relictum † comprehẽ-
dit non ſolum victum, ſed & veſtitum: ſicuti declarauimus
ſupra in præſumpt. 157. numero 17. legatum veſtius cauſa ce-
dit & peti poteſt tempore quo illis indiget. Ita gloſſ. 1. l. fir-
mio. §. pater. ff. quando dies leg. ced. Pract. Papienſis in for-
ma libelli, pro legato rei ſingularis in glo. 1. numer. 102. poſt
Bart. in leg. vltim. num. 1. ff. de liber. agno. & idem reſpondit
Socin. Sen. in conſil. 11. in fine lib. 1.

Cæterùm Baldus in l. 1. numer. 3. C. de fideicom. ſcripſit,
vel ſingulo anno præſtari veſtes, vel dietim, vt vſus exi-
git. Niſi dicamus Baldum loqui in legataria, quæ in eadem
22 domo cum hæredibus habitat. legatum victus quando † pe-
ti poſſit magis dubitatum eſt Bartol. in leg. pecuniæ. numer.
2. ff. de alimen. & ciba. lega. & Pract. Papienſis in d. glo. 1.
numer. 102. & alij, quos ſtatim referam, ſic diſtinguunt. Ali-
qua ſunt quæ facile non corrumpuntur ſicuti frumentum
& vinum. Hæc ſingulis menſis præſtari poſſunt: aliqua
verò, quæ in dies & facile corrumpi ſolent, ſicuti carnes,
piſces, aqua & ſimilia. Hæc ſingulis diebus ſunt præſtanda,
verùm ob incommodum hæredis grauati ac etiam legata-
rij obſeruari ſolet, vt æſtimatio horum præſtetur ſingulis
etiam menſibus leg. Mola. §. quidam. ff. de alim. & ciba.
lega. vbi æſtimatio aquæ, quæ facilè corrumpitur, præſta-
tur. Idem de alijs ſcripſerunt Bart. in d. l. pecuniæ. numer.
2. Pract. Papien. vbi ſuprà. Rolandus in conſilio 22. numer.
22. libr. 1. Ludouicus Molina in lib. 2. de Hiſpano. primogen.
capitul. 15. numero. 73. & Antonius Corduba in lege
ſi quis à liberis. §. non tantùm. numero. 7. ff. de liberis
agno.

Cæterùm Baldus in leg. 1. num. 3. C. de fideicom. diſtinguit
23 inter alimenta, † quæ legis diſpoſitione ab illis, quæ diſpoſi-
tione teſtatoris præſtanda ſunt.

Cùm diſpoſitione legis præſtanda ſunt, vt pater qui filium
alere tenetur, præſtantur hæc victus cauſa ſingulis menſibus
leg. vlt. ff. de lib. agno. Cum verò diſpoſitione teſtatoris vi-
ctus debet præſtari ab initio anni dari debet leg. 1. in fine.
C. quando dies leg. cedat. Niſi (inquit Baldus, aliud tacite
appareat ex mente teſtatoris. Quod apparet quandoque ex
re, vt ſi legauit fructus futuros pro ipſo victu. Nam tunc prę-
ſtatur (vt dixi ſupra) meſſis tempore.
24 Eſt etiam exemplum cauſæ, quæ † diem legati incertam
reddit certam, vt eo tempore peti poſſit legatum, ſicuti
quando teſtator, reliquit impenſam legatario, vt proficiſca-
tur ad Terram Sanctam. Hæc ſanè dies incerta redditur cer-
ta, vt ſcilicet ſpectetur tempus communi hominum opinio-
ne commodum & idoneum, vt tradunt Bartol. in leg. Lucius
la 2. §. 1. ff. de leg. 2. Albericus in leg. nec ſemel. §. in habita-
tione. ff. quando dies lega. cedat: cenſit Imola in conſil. 113.
numero nono & Socinus in leg. quibus diebus. §. Termilius.
num. 5. ff. de conditione & demon.
25 Quartus eſt caſus, quando † aliquid relictum fuit ſub
modo, ſicuti quando teſtator legauit centum, vt legata-
rius curet ſibi ædificari monumentum. Hoc in caſu, ſtatim à
morte teſtatoris, aditáque hæreditate, peti poteſt legatum,
cum modus non ſuſpendat effectum diſpoſitionis, atque
ita



ita non efficit, quin diſpoſitio ipſa ſit pura, ſed ſolùm reſoluit,
ſi deinde modus ipſe non impletur. Ita copioſè declaraui in
conſ. 262. nu. 10. vbi. nu. 8. iam dixeram, modum poſt actum
perfectum, atque ita ſolutum legatum impleri debere. l. Mæ-
uia. ff. de manumiſſ. teſtam. l. demonſtratio. §. vlt. & l. quibus
diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonſtr. ſcripſi etiam in
conſil. 381. num. 44. lib. 4. & in conſil. 494. num. 8. & 9. lib. 5.
vbi copioſè.

## PRÆSVMPT. CC.

Legatum quo in loco ſolui & præſtari voluiſſe, te-
ſtatorem ex quibus coniecturis præſumatur.

## SVMMARIVM.

1 *Legatum quo in loco ſoluendum ſit ex coniecturata mente teſta-
toris.*

*Quòd ſi legauit teſtator ſpeciem, & illa reperitur in loco confecti
teſtamenti, præſumitur ipſum voluiſſe eo in loco præſtari de-
bere. num. 2.*

*Idem quando ſpecies legata alio in loco reperitur, & illa actione
perſonali petitur, quia præſtari debet in loco vbi eſt. num 3.*

*Idem quando teſtator legauit quantitatem, quæ extat in loco con-
diti teſtamenti. num. 4.*

*Si autem ſpecies vel quantitas non eſt eo in loco, nec in loco vici-
no, & ſi hæres non ſolueret in illo loco, legatum redderetur
inutile, præſumitur, teſtatorem voluiſſe, quòd hæres perquirat
rem illam, & eam ſuis impenſis aduehat in locum legatarij.
numero 5.*

*Secus ſi teſtator tempore teſtamenti neſciebat rem legatam eſſe
in loco illo remoto. num. 6.*

7 *Teſtator ſi legauit quantitatem vt quantitatem, vt ex genere em-
ptionis, comparationis vel menſuræ colligitur, vt in loco illo
emptionis vel menſuræ præſtetur, ibi ſolui præſtariq; debet.*

*Secus ſi repugnant aliæ coniecturæ. num. 8.*

*Et quid faciendum in dubio, vt quia res non ſit in loco nec appa-
ret ex genere comparationis vel menſuræ, quo in loco præſtari
debeat. num. 9.*

10 *Legati qualitas ſi ſignificat quo in loco ſit præſtandum legatum,
ibi debet præſtari.*

11 *Legatum annuum debet ab hærede præſtari quocunque loco pete-
tur à legatario.*

*Secus ſi extant contrariæ coniecturæ. num. 13.*

12 *Legatum, quod perſonali actione petitur, in loco vbi petitur præ-
ſtari debet.*

1 EXPLICAVIMVS † in præcedenti præſum-
ptione, quo tempore præſtari & ſolui debeat
legatum: Nunc differendum eſt, quo in loco
ſoluendum ſit. Solent enim teſtatores legare
vel ſpeciem, vel quantitatem exiſtentem alio
in loco, quam in eo vbi ipſi ſunt, vel legatarij commemoran-
tur. Et propterea ſępè dubitatur, quo in loco teſtatorem prę-
ſtari illam voluiſſe quando & quibus coniecturis præſuma-
tur? Inter alios glo. in l. quod legatur. ff. de iud. & Salicetus in
l. vnica. in fin. C. vbi fideicom. peti, oportet. diſtinguunt ali-
quot caſus.
2 Primus quorum eſt, † quando ſpecies legata eſt, & illa re-
peritur in loco, vbi teſtator confecit teſtamentum. Hoc caſu
præſumitur, teſtatorem voluiſſe eo in loco præſtari. Ita pro-
bant. l. ſi fideicommiſſum. in princ. ff. de iud. & l. cum res. ff. de
3 leg. 1. & ibidem Iaſ. num. 10. Idem eſt † quando ſpecies lega-
ta alio in loco reperitur, & illa actione perſonali petitur. Hoc
etiam caſu præſtari illa debet in loco vbi res ipſa eſt. l. quod
legatur. in prin. ff. de iud. & ibi annotauit Caſtr. Et ratio, quia
& ſi alio in loco quàm in eo vbi extat res legata hæres adiuit
hæreditatem: attamen non dicitur is hæres quaſi contrahere
cum legatariis niſi in loco, vbi res legata reperitur. Ita docuit
Iaſ. in loco præcitato.
4 Secundus eſt † caſus, quando legata eſt quantitas, quæ ex-
tat in loco ipſius conditi teſtamenti. Hoc etiam caſu præſu-
mitur, teſtatorem voluiſſe ibi præſtari. l. quod legatur. §. præ-
tereá. ff. de iudiciis, quo loci idem dicitur, quando quantitas
legatur vt ſpecies, vel vt pars certæ ſpeciei: ſicuti interpreta-
tus eſt Salicetus præcitato in loco. Exiſtimo rectius dici de-
bere, quod quando quantitas legata eſt vt quantitas illa prę-
ſtari debet in loco, in quo petitur actione perſonali. d. l. quod
legatur. §. prętereà. in princip. Si verò quantitas legata fuit vt
ſpecies, ſicuti quando legatum fuit frumentum quod eſt in il-
lo loco, tunc pręſtari debet in loco vbi eſt: cum hęc dicatur
ſpecies, & non quantitas. Ita probat d. §. prætereà. ibi niſi ad-
iectum. Quod reſponſum ſic etiam interpretati ſunt eo loci
Ang & Decius in conſ. 566. num. 2. Ita intelligi & declarari
poteſt reſponſum Baldi in conſ. 224. factum tale eſt. Nobilis.
D. Antonius. lib. 3. quem ſecutus eſt Petrus Pekius in tract. de
teſtamentis coniugum. in lib. 5. c. 13. nu. 3.
5 Tertius eſt caſus, † quando ſpecies vel quantitas legata
non eſt eo in loco, nec in loco vicino, ſed in valdè remoto, ita
quod ſi hæres eam ſolueret & pręſtaret in loco illo, legatum
eſſet penè inutile ipſi legatario. Hoc in caſu pręſumitur teſta-
torem voluiſſe hęredem, perquirere rem illam, & eam ſuis
impẽſis aduehi in loco legatarij & illi ſolui. Ita probat. l. cum
ſeruus. ff. de leg. 1. & ibidem annotarunt Bart. nu. 5. & Iaſ. nu. 5.
qui communem teſtatur. Idem Iaſ. in d. l. cum res. n. 11. Sic de-
clarandi ſunt Bald. & Pekius in locis ſuprà citatis.

Eſt ratio, quia ſumitur interpretatio, quod teſtator voluc-
rit legatum eſſe vtile. Verùm repugnare videtur quod dice-
mus infrà in vltimo caſu in fine.
6 Declaratur tamen hic † caſus, vt locum habeat, quando te-
ſtator tempore teſtamenti ſciebat, rem legatam eſſe in loco
illo remoto: ſecus verò ſi ignorabat. Ita declarant Bar. & reli-
qui in d. l. cum ſeruus. vbi Iaſ. nu. 7. diſſentit.
7 Quartus eſt caſus, quando † legatur quantitas, vt quanti-
tas, ſed ex genere emptionis, comparationis, vel menſuræ col-
ligitur, vt in loco illo emptionis, vel menſurę præſtetur. Nam
tunc ibi ſolui præſtarique debet. Ita Sali. in d. l. vnica. in fine.
C. vbi fideicom. peti oporteat. Et idem ſenſit Baldus in conſ.
224. Factum tale eſt. Nobilis D. Antonius. col. 1. verſ. ſecun-
da ex menſura. libr. 3. adducti text. l. ſed & ſi ſuſcepit. §. 1. ff. de
iudiciis. Cuius verba hæc ſunt.

*Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit: quamuis maior
pars hæreditatis in prouincia ſit: tamen Romæ debere fideicommiſ-
ſum ſolui, dicendum eſt: cum apparet teſtatorem id ſenſiſſe ex genere
comparationis.*

Hæc Vlpianus, qui teſſeram frumentariam intellexit, qua
frumentorum numerus deſignatur, vt apud Suetonium in vita
Neronis, capit. 11. Et confert l. Titia Sæio. in principio. ff. de
legat. 2.
8 Declaratur † hic caſus, vt non habeat locum quando re-
pugnant aliæ coniecturæ. Nam tunc non conſideratur men-
ſuræ, vel emptionis qualitas: cum & eadem menſura loci vbi
extat legatarius poſſit menſurari. Ita declarat Bald. in d. conſ.
224. col. 2. verſ. nec obſtat, quod dixit.
9 Quintus eſt caſus, † quãdo verè ſumus in dubio, vt quia res
non eſt in loco, nec apparet ex genere cõparationis, vel men-
ſuræ, quo in loco præſtari debeat. Hoc ſanè in caſu (inquit
Salicetus præcitato in loco) eſſe præſtandam eo in loco, in
quo hæres poteſt conueniri. Quo autem in loco poſſit, expli-
cat ibi Salicet. in q. 1. Idem ſenſit Bald. in d. conſ. 224. col. 2.
verſi. 2. ex regula. & eum ſecutus eſt Pekius in d. c. 13. num. 3.
motus eſt Bal. tex. l. 1. ff. de eo, quod certo loco. & l. contraxiſ-
ſe. ff. de act. & oblig. Et ſubiunxit Bald. quod quando debitor
eſt diuerſi domicilij, creditor debet accedere ad domicilium
debitoris, & non è contra. C. item illa. ff. de conſt pecun.
10 Sextus eſt caſus, † quando qualitas legati ſignificat quo in
loco præſtandum ſit legatum, vt eſt quando teſtator legauit
alicui alimenta. Nam illa præſtare debet hęres aliquando in
domo propria: aliquãdo in domo legatarij: pro qualitate per-
ſonarum, & ex coniecturata mente teſtatoris ſicuti copioſè
& ſatis diligenter explicaui in libr. 2. de arbitrariis iudicum.
caſu. 170. num. 8. 9. & aliqua adiunxi ſuprà in prǽſumptione.
157. in vltimo caſu. Et in terminis Bald. in dicto conſil. 224.
col. 1. verſ. 1. & Petrus Pekius in d. q. 13. nu. 3.
11 Septimus eſt caſus, quando † relicta fuit quantitas annua.
Hoc ſanè caſu hęres tenetur illam pręſtare quocunque loco
petetur à legatario. Ita reſpondit Pompo. in l. 1. ff. de annuis
lega. cuius verba hęc ſunt.

*Cum in annos ſingulos quid legatum ſit, neque adſcriptum, quo loco detur: quocunque loco petetur, dari debet, Sicuti ex ſtipulatu, aut nomine facto petatur.* Hactenus Pomponius.

Exiſtimo huius ſententiæ Pomponij rationem eſſe: quia hoc legatum annuum conſiſtit in quantitate, quæ numero, pondere, vel menſura continetur. Et ideo actione perſonali petitur: ſicuti innuit ipſe Pomponius, dum dixit, *Sicuti ex ſti-*
12 *pulatu.* Legatum enim, quod † perſonali actione petitur in loco, vbi petitur, præſtari debet. d. l. quod legatur. ff. de iudiciis. Vel etiam dici poteſt, legatum annuum præſertim frumenti & vini relictum videri cauſa alimentorum, quæ præſtari debent in loco legatarij, vt diximus ſuprà. Ita ſenſit Bald. in d. conſ. 224. col. 2. verſ. 5. quia ſi ſpeciale. Quiquidem declarat, non habere locum in legato facto diuiti, quod non præſumitur alimentorum cauſa factum.

13 Declaratur hic caſus, vt † non procedat, quando extant contrariæ coniecturæ, quibus teſtator ſignificauit, velle legatum præſtari in loco, vbi frumentum, vel vinum legatum colligitur: Ita Bald. & Pekius in locis ſupra citatis, qui coniecturas referunt, vt ſi legauit vna cum frumento vinum, vel quid ſimile, quod non poteſt præſtari illo in loco, vbi extat frumentum. Sic quando teſtator grauauit proprios filios magno legato, cuius præſtatione in loco legatarij eſſet nimis oneroſum. Verùm hæc poſtrema coniectura aduerſari videtur his, quæ diximus ſupra in tertio caſu. Niſi dicamus, Baldum loqui, quando coniicitur teſtatorem magis dilexiſſe hæredem quàm legatarium: & quod legatum eſt adhuc legatario valdè vtile & ſi illud percipiat & conſequatur in loco, vbi res eſt: ſicuti quando legatum fuit opulentius relictum, vt legatarius ferre poſſet impenſam vehendi rem in locum ſuæ habitationis. Ego multum iudicis arbitrio tribuerem: quemadmodum eius commiſſæ ſunt poteſtati coniecturæ omnes lege non diffinitæ.

## PRÆSVMPT. CCI.

Tranſmiſſioni legati & fideicommiſsi an & quando ex præſumpta mente & voluntate teſtatoris locus eſſe poſsit.

### SVMMARIVM.

1 *Legata & fideicommiſſa cedere ſolent vel quò ad petitionem, vel quò ad tranſmiſsionem.*
2 *Tranſmiſsio fideicommiſsi & legati quando locum habeat.*

1 CVM legata & fideicommiſſa † cedere ſoleant altero de duobus modis, quo ſcilicet ad petitionem, & quo ad tranſmiſſionem: ſicuti rectè admonuit Practicus Papienſis ciuis meus in forma libelli pro legato rei ſingularis. in glo.
2 1. nu. 10. Cumq; ſuprà in præſumptione † ab hac ſecunda diſſeruerimus de ceſſione quò ad petitionem, agendum nunc eſſet de illa, quæ ad tranſmiſſionem pertinet. Verùm cum in commentariis de arbitrariis iudicum. libr. 2. caſu. 165. in poſtrema editione, quæ non mediocriter locupletata propediem in lucem prodibit, ſatis diligenti accuratóque ſtudio totam hanc diſputationem tractationemque abſoluerim, de ea in præſentiarum differendum non eſſe exiſtimaui. Interim tamen videri poterunt ea, quæ ad rem ſcripſerunt ex recentioribus Mantica in lib. 11. de coniecturis vltimarum voluntatum. tit. 20. & eo accuratius & ſi ſatis ſubobſcurè Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita. in 4. part. ff. ad Trebell. Hierony. Gabriel in conſil. 91. libr. 2. qui ſex caſus diſtinguit, ſcripſi & ego nonnulla in reſponſis, quæ aliquando hac de coniecturali diſceptatione reddere contigit, vt in conſilio 200. lib. 2. in conſ. 209. conſ. 211. in conſ. 269. & in conſ. 273. lib. 3. in conſ. 333. lib. 4. in conſ. 417. in conſ. 452. & in conſ. 473. lib. 5.

## PRÆSVMPT. CCII.

Quando præſumatur teſtatorem voluiſſe ſuam voluntatem & diſpoſitionem eſſe legi conformem.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas & diſpoſitio an & quando præſumatur legi conformis ex præſumpta eiuſdem mente.*

1 EST huius diſputationis † frequens apud Doctores noſtros vſus, & tum maximè ad diſceptationes quæſtionesq; quas infra explicabimus. Hac de re & ſi multa ſcripſit Mantica in Tracta. de coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 6. tit. 6. & 7. Attamen diligentius & ordinatè magis Hieronymus Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita. in nona part. nu. 5. ff. ad Trebell. qui decem extenſionibus ac vndecim declarationibus propoſitis totam hanc diſputationem adeò diligenter abſoluit, vt vix addi aliquid poſſit. Si tamen aliquando per otium licebit, aliqua non omninò aſpernanda commorabimus. Interim præter à Zancho commemoratos interpretes, qui hac de re ſcripſerunt, videndi ſunt Soc. Sen. in conſ. 5. nu. 35. lib. 4. Ruin. in conſ. 90. num. 2. in conſ. 143. nu. 7. in conſ. 155. num. 5. & in conſ. 168. nu. 15. lib. 2. Iaſ. in conſ. 137. col. 1. lib. 4. Gratus in conſ. 32. nu. 4. lib. 1. Neuiz. in conſ. 2. nume. 5. 6. & 7. Alciat. in Tract. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 32. & in reſp. 776. ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem. Rubeus in conſ. 45. nu. 2. & in conſ. 70. nu. 1. Gomez. in §. in perſonam. nu. 25. inſti. de actio. Ripa in l. Cen. nu. 110. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet. nu. 78. de leg. 2. & Marzarius in conſ. 35. nume. 16. & ego ipſe in multis reſponſis, tum præſertim in conſ. 95. num. 93. lib. 1. & in conſil. 575. columna vlt. libr. 6. aliqua commemoraui.

Libri Quarti Finis.



# D. IACOBI MENOCHII, DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI,

ET IN NOBILISSIMO GYMNASIO PATAVINO Iuris Cæſarei interpretis primarij, horis matutinis,

*DE PRÆSVMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, Signis, & Indicijs, quæ circa delicta maleficiáque verſantur.*

# LIBER QVINTVS.

## PRÆSVMPTIO. PRIMA.

Hominem ſui natura bonum præſumi ex multorum ſententia, & quando minimè bonus præſumatur variè declaratum.

### SVMMARIVM.

1 *Homo nunquid præſumatur bonus vel malus.*
*Quòd à natura nec bonus nec malus ſit. nu. 2.*
*Imò quòd naturaliter ſit pronus ad malum. nu. 3.*
*Et procliuis eſt ad voluptates. nu. 4.*
5 *Adoleſcentia & voluptas vnà incedunt.*
6 *Homo vt efficiatur ſtudioſus, debet ſeruare ſe ab his, ad quæ natura maximè inclinat.*
7 *Homo quod ſit ſui natura bonus, D. Thomæ auctoritate comprobatur: & quod naturæ principia ſint quoque bona.*
8 *Scientiæ in homine & virtutes ſunt ſecundum aptitudinem à natura, non autem ſecundum perfectionem.*
9 *Peccatum originale non eſſe in eſſentia animæ, ſed in potentia ſola.*
10 *Natura eſt ab ipſo Deo, qui eſt natura naturans.*
*Deus cum ſit valdè bonus, non poteſt natura eſſe niſi optima. ibid.*
10 *Natura eſt auctrix rei melioris, quoad fieri poteſt, & ex his quæ fieri poſſunt, facere ſolet, quod melius eſt.*
11 *Virtutum ſpecies duæ, aliquæ naturales, aliquæ verò, quæ opera, & diligentia noſtra acquiruntur.*
12 *Peccatum primi parentis non efficit, quin ab ipſa natura homo creatus ſit bonus, ſed illi bonitati aliquod attulit impedimentum: quod per Chriſti Saluatoris noſtri mortem, & ex ſacris baptiſmatis lauacro penitus ſublatum fuit.*
13 *Adoleſcentes facilius labuntur, quàm adulti.*
14 *Ratio impellit hominem ad bonum, ſenſus autem ipſum inclinat ad malum.*
15 *Homo ſui natura bonus probatur iure pontificio, & Cæſareo.*
16 *Innocens quilibet præſumitur, & ſine vitio.*
17 *Bonus qui fuit olim etiam nunc bonus præſumitur.*
*Extende, etiam ſi aliquo modo verba impropriarentur. num. 18.*
19 *Bonus quis non præſumitur, quando agitur de alterius præiudicio: nec debet quis ſtatim credere viro bono in præiudicium alterius.*
*Idem, quando talis præſumptio induceret aliquod damnum illi, pro quo præſumitur. nu. 20.*
21 *Inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri.*
22 *Poſitioni nemo tenetur reſpõdere, qua detegi poſſit periuriũ ſuum.*
*Præſumptionẽ ſibi fauentẽ nemo tenetur allegare contra ſe. ibid.*
23 *Contrahentibus licet permiſſum ſit iure ciuili ſe inuicem decipere, non tamen id conuenit viro bono.*
24 *Deceptus in contractu poteſt interrogare aduerſarium an ſit vir bonus: qui ſi reſpondeat ſe virum bonũ, tenetur damnum repẽdere: ſi verò dicat ſe non virũ bonũ, repellendus eſt à iudicio.*
*Hæc autem cautela confutatur à Felino. num. ſeq. & alijs.*
25 *Turpitudinem ſuam nemo detegere tenetur.*
26 *Genus comprehendit ſub ſe omnes ſpecies, & id quidem propriè: & ipſæ ſpecies comprehendunt ſua indiuidua.*
27 *Bonus quilibet eſſe debet, etiam ſi damno aliquo aſſiceretur.*
28 *Homo quò ad animæ ſalutem etſi debeat omnia mala potius pati, quàm malo conſentire: in foro tamen exteriori non tenetur allegare ſe bonum ad ſui detrimentum.*
29 *Bonus nemo præſumitur, quando agitur de ſalute animæ.*
30 *Intellectus capitul. omnis ætas. 12. quæſtio. 1. quòd omnis ætas prona eſt ad malum quò ad animæ ſalutem.*
31 *Bonitas non præſumitur in eo, qui promouendus eſt, imò adhibenda eſt aliqualis informatio.*
32 *Malus qui fuit ſemel, adhuc præſumitur malus in eodem genere mali.*
33 *Bonus tunc demum quilibet præſumitur, quando non extat præſumptio in contrarium: ſecus ſi extat.*
34 *Homo nunquàm optimus præſumitur.*
35 *Statutum ſi ad alicuius negotij probationem requirit teſtes optimos: hæc qualitas erit deducenda, & probanda.*
*Idem, quando requirit, quòd teſtes ſint bonæ exiſtimationis. nu. 36.*
*Declara, vt num. 38.*
37 *Lex quando requirit perſonæ legalitatem, illa probari debet, quia non præſumitur.*
39 *In populo præſumuntur multi exiſtere, qui non habeant ſinceram fidem, ſed potius præmio, & mercede ſint corruptibiles.*

1 CVM diſputaturi ſimus † hoc in libro de multis illis præſumptionibus, coniecturis & ſignis, quæ circa maleficia delictaque verſantur principio explicandum eſſe duximus, qualis homo præſumatur, bonus ſcilicet an malus. Nam hinc, ſicuti res omnes, à ſua origine, multa fluunt & declarantur.

2 Hac autem de re ſunt opiniones. Nam † exiſtimarunt ali-
qui, hominem à natura nec bonum nec malum eſſe: id quod
viſus eſt ſignificare Ariſtoteles libro ſecundo. Ethico. capi-
tulo ſecundo. Cùm dixit, Neque natura, neque præter natu-
ram virtutes in nobis effici, ſed idoneos quidem ad eas ſuſci-
piendas eſſe. Et apertius idem Philoſophus eodem libro, ca-
pitulo quinto, cenſuit, bonos vel malos natura nos non eſſe.
3 Aliqui verò † cenſuerunt, hominem à natura ipſa malum:
Cum ſcriptum ſit Geneſ. capitulo octauo, omnis ætas ab
adoleſcentia ſua, ideſt, à pueritia, (vt rectè multi interpre-
tantur( prona eſt ad malum. Quæ quidem ſententia ſcripta
legitur in capitulo omnis ætas. 12. q. 1.
4 Et † procliuis eſt curſus ad voluptatem, & imitatrix eſt
natura vitiorum. capitulo ſecundo. 20. quæſtione tertia. Et
5 Eccleſiaſt. capitulo vndecimo, ſcriptum eſt adoleſcentia † &
voluptas vna ſunt, ideſt, ad vanitatem coniuncta & copulata.
Et apertius dixit Propheta Pſalm. 50. Ecce enim in iniquita-
tibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.
Et Diuus Paulus ad Roma. capitulo ſeptimo, ſcripſit. Video
aliam legem in membris meis repugnantem legi. Idem di-
xit. Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis: ſunt
enim deſideria carnis naturalia. Huc etiam pertinet quod
ſcripſerunt Ariſtot. in ſecundo. Ethico. & Diuus Thomas. ſe-
cũda, ſecundæ, quæſtione. 166. art. ſecundo, ad tertium, quod
6 ad hoc † vt homo efficiatur ſtudioſus opus eſt, vt ſeruet ſe ab
his, ad quæ natura maxime inclinat.
7 Aliqui verò in ea † fuerunt ſententia, hominem à natura
bonum eſſe, id quod ſcripſit Diuus Thomas prima, ſecunda,
quæſtione. 62. art. 1. Cum dixit, vnam eſſe hominis fœlicita-
tem humanæ naturæ proportionatam, ad quam homo per-
uenire poteſt per principia ſuæ naturæ. Senſit ergo Sanctus
Doctor, naturæ principia eſſe bona, ſecundum quæ, & ipſam
fœlicitatem aſſequi poſſumus. Et idem ſanctus Doctor. 1. 2.
quæſt. 63. art. 1. in reſponſione, ex ſententia Ariſtotelis libro
8 ſecundo. Ethico. capitulo primo ſcripſit, quod † ſecundum
aptitudinem ſcientiæ & virtutes ſunt in nobis à natura, non
autem ſecundum perfectionem. Et idem Philoſophus. lib. 6.
Ethico. ita ſcribit, omnibus enim ſinguli mores ineſſe quo-
dammodo natura videntur. Etenim & iuſti natura fortéſque
atque ad temperantiam nati videmur, cæteráque continuo
habemus ab ipſo ortu. Inſunt ergo nobis à natura ipſa virtu-
tum ſeminaria. Quocirca gloſſa ſuper illud Matthæi. capitulo
quarto inquit: Docet naturales virtutes, ſcilicet iuſtitiam, ca-
ſtitatem, humilitatem, ineſſe naturaliter homini. Huc perti-
net quod dicitur Iob. capitulo 31. Ab infantia creuit mecum
miſeratio, & de vtero egreſſa eſt mecum. Hinc Durandus in
2. ſenten. diſtinct. 31. quæſt. 3. rectè cenſuit, peccatum origi-
9 nale † non eſſe in eſſentia animæ, ſed in potentia ſola: cùm eſ-
ſentia ipſa anima iuſta bonáque ſit. Nam cuncta quæ creauit
Deus erant valdè bona, vt ſcriptum eſt Geneſ. capitul. primo
in fi. Et Eccleſiaſt. cap. 7. ſic ſcriptum eſt, Fecit Deus homi-
nem rectum, & ipſe immiſcuit ſe infinitis quæſtionibus. Et
10 rurſus, † natura eſt, ab ipſo Deo, qui eſt natura naturans: Por-
rò cum Deus ſit valde bonus, non poteſt natura eſſe niſi opti-
ma. Et huius ſententiæ ea eſſe poteſt ratio, quia (vt ſcribit A-
riſtoteles, libro ſecundo de partibus animal. cap. 14.) natura
rei melioris auctrix eſt, quoad eius fieri poteſt, & lib. 4. eiuſ-
dem. titul. cap. decimo, ſic ait, Natura ex his, quæ fieri poſ-
ſunt, facere ſolet quod melius ſit. Nec hic repugnat locus ille
Ariſtotelis. lib. 2. Ethico. cap. 2. cùm dixit, neque natura ne-
que præter naturam virtutes in nobis non eſſe. Non inquam
repugnat imò (vt ſupra attigimus ex Diui Thomæ ſententia)
noſtræ huic & aliorum opinioni adſtipulatur. Quod ſi in ſpe-
cie magis, ac de illis virtutibus ſingulatim is locus intelliga-
tur, verè dicendum eſt, virtutes illas nobis non ineſſe à natu-
11 ra, vt eo loci diſputat Ariſtoteles, Duæ enim † conſiderari ſo-
lent & debent virtutum ſpecies: Aliquæ ſunt virtutes natura-
les, quæ impropriè virtutes appellantur. Aliquę verè ſunt vir-
tutes propriè dictæ, quæ opera & diligentia noſtra acquirun-
tur, vt eruditè declarat Donatus Acciaiolus optimus Ariſto-
telis interpres in commentariis in Ethicam. libro ſextò, cap.
13. De virtutibus naturalibus, hoc eſt, de animi bonitate, no-
ſtra eſt diſceptatio. De virtutibus quęſitis ſpeciatim loquitur
Ariſtoteles in d. lib. 2. cap. 2. & c. 5. Atque ita etiam eum inter-
pretatus eſt eruditiſ. Philoſophus Simon Portius in com-
mentariis, an homo bonus vel malus volens fiat, ſi capitulo 8.
ad finem propè, & de his nos diſputabimus ſequenti libro
pręſumpt.
12 Non etiam obſtant ea, quæ pro ſecunda opinione conſi-
derauimus. Nam † illud Geneſ. cap. 8. procedit ob peccatum
primi parentis, quod non effecit, quin ab ipſa natura homo
creatus ſit bonus, ſed illi bonitati aliquod attulit impedi-
mentum, quod quidem (ſi Chriſtianè loquimur) fuit ita ſu-
blatum per mortem Seruatoris noſtri, & ex Sacri baptiſmatis
lauacro, vt reſtituti verè dicamur primæuo ſtatui innocentię
& bonitatis. Clem. 1. de Sum. Trinit. & fide Cathol. Atque ita
pariter diluitur argumentatio illa ex cap. omnis ætas. Et prę-
13 terea intelligi poteſt de † adoleſcentibus, qui facilè labun-
tur: vt interpretatur Card. Zabarella in capitulo primo co-
lumna penultima verſiculo item illud de ſcrutinio. Vel & ter-
tio reſponderi poteſt vnà cum Portio in dicto capitulo octa-
uo in viſceribus noſtris atque ita in noſtra ſubſtantia duo in-
eſſe, nempè materiam, ſeu ſenſum ac etiam formam ſeu ra-
tionem. Forma ſicque ratio dicitur propria natura hominis,
cum materia communis ſit homini cum brutis. Ratio autem
14 † impellit hominem ad bonum: materia ſeu ſenſus verò incli-
nat ad malum. Si ergo conſideramus rationem hoc eſt pro-
priam hominis naturam illa bona eſt & ad bonum nos ducit.
Ille ergo locus Geneſ. capitulo octauo loquitur de ipſo ſen-
15 ſu, qui eſt impropriè hominis natura. Iure † autem noſtro vel
pontificio vel Cæſareo hominem ſui natura bonum eſſe &
pręſumi manifeſtè probatur. Iure inquam pontificio in ca-
pitulo primo de ſcrutinio & in cap. dudum & cap. vltim. de
pręſumpt. & ibidem Doctores. Iure Cęſareo probatur in l.
cum pater. §. rogo. de leg. 2. & in l. omnimodo in princip. &
ibi glo. in verbo, non licebit. C. de inoffic. teſtam. Probatur
quoque hęc ſententia auctoritate multorum interpretum. Ita
ſanè glo. in dicta l. omnimodo, & ibidem Iacobus Beluiſius,
& Alber. numero ſecundo glo. in l. vlt. ff. quod metus cauſa.
in capitulo primo de ſcrutinio, & ibidem Zabarella colum-
na ſecunda, & gloſſ. in cap. ſi forte in verbo, ſcientię de elect.
in 6. Baldus in conſilio 311. Quidam Thomas. columna 2.
verſic. venio ad ſecundum. lib. 2. Angel. in l. ſciendum, in fine.
de verbor. obliga. Lucas de Penna in l. tertia columna tertia,
verſic. decimononò pręſumitur. C. de apoch. publ. lib. 10. Ab-
bas in cap. cum in iure peritus. numero ſecundo, de offic. de-
leg. Socin. Sen. in conſilio 15. numero 15. libro primo. Alcia.
in Tract. de pręſumpt. reg. 3. pręſumpt. 2. in princ. Marſil. in
conſilio 2. numero 9. Socinus Iunius in conſilio 83. columna
1. libro ſecundo, & Anto. Gabriel libro 7. concl. tit. de crimi-
nal. concl. 2. numero 9. Huc accedit auctoritas egregia Diui
Thomæ. 2. 2. quęſt. 70. art. 3. Ex hac pręſumptione fluit & il-
16 la, qua dicimus, quemlibet † pręſumi innocentem. l. abſen-
tem. ff. de pœnis. & l. qui accuſare. C. de eden. & ſcribunt De-
cius in l. fauorabiliores numero ſexto. ff. de regulis iuris, &
Alciatus in Tracta. de pręſumpt. reg. 3. pręſumpt. quarta. nu-
mero primo. Quibus accedit Lucas de penna in dicta l. ter-
tia, columna tertia, verſic. decimoſeptimo, & decimooctauo,
pręſumitur. C. de apochis pub. libro 10. qui ſubiungit, quem-
libet ſine vitio pręſumi ex l. prima, & l. tertia. ff. de ędil. edi-
cto. & ex lege cum probatio. ff. de probatione, & dicemus in-
fra pręſumptione quarta.
17 Extenditur † primò hęc pręſumptio vt procedat etiam ex
longo temporis interuallo, vt ſcilicet is, qui olim fuit bonus
etiam nunc bonus pręſumatur. cap. mandata. de pręſumpt. &
ſcripſit Alciat. in dicto Tract. de pręſumpt. reg. 2. pręſumpt.
8. Non enim mutatio pręſumitur vt diximus ſuprà, & infrà
aliis in locis dicemus.
18 Extenditur † ſecundò, vt procedat etiam ſi verba aliquo
modo impropriarentur, vt quis bonus pręſumatur. Ita gloſſ.
in capitulo ne quis arbitretur. 22. quæſt. 2. Marſil. in conſilio
2. numero 9. verſiculo & adduci poteſt: & Gabriel in d. con-
clu. 2. num. 10.
19 Declaratur primò, vt † non procedat hęc pręſumptio,
quando agitur de alterius pręiudicio: Nam tunc quis non
pręſumitur bonus. Ita gloſſ. in cap. ſtatutum. §. cum vero, in
verbo, ab aliquo de reſcript. in 6. confert traditio gloſſę in
cap. prępoſtera. diſtinct. 50. Cùm dixit, quod non debet quis
ſtatim



ſtatim credere viro bono ad alterius præiudicium. Quam ſa-
nè traditionem probauit Felin. in c. cum in iure peritus. nu. ..
de off. deleg. & ad rem noſtram magis idem Felinus in c. vlti.
num. 12. de pręſumpt. dum declarationem hanc recenſuit &
firmauit: ſicuti etiam firmarunt Decius in c. ſuper liberis. nu.
8. de reſcript. Gozad. in conſ. 66. colu. 2. Alciatus in tract. de
pręſumpt. reg. 3. præſumpt. 2. numero 1. & Anto. Gabriel in d.
concluſ. 2. numero 11. Et confirmatur egregia auctoritate
diui Thomæ. 2. 2. q. 70. art. 3. in reſponſione ad ſecundum, cu-
ius verba adſcripſi. *De quolibet præſumendum eſt bonum, niſi ap-
pareat contrarium, dummodò non vergat in periculum alterius, quia
tunc adhibenda eſt cautela, vt non de facilt vnicuique credatur, ſe-
cundum illud primæ Ioannis quarto. Nolite credere omni ſpiritu.* Hęc
Sanctus Doctor.
20 Declaratur ſecundò vt † non procedat quando talis præ-
ſumptio induceret aliquod damnum illi pro quo præſumitur.
Ita Felinus in cap. vlt. nume. 13. de pręſumpt. Ea ratione, quia
21 † inducta ad fauorem non debet retorqueri in odium. l. quod
fauore. C. de legib. & l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. Præ-
tereà adducit Felinus ſententiam gloſſæ in l. qui iuraſſe. §. ſi
22 pater. ff. de iureiuran. cum dixit, neminem teneri † reſponde-
re poſitioni, qua detegi poſſit periurium ſuum. Ita pariter ne-
mo tenetur allegare pręſumptionem ſibi fauentem contrá ſe.
Et ex his Felinus pręcitato in locó reiicit cautelam quandam
Io. de Ana. in c. in ciuitate. col. 5. verſi. vlt. pro iſta parte de vſu-
23 ris. qui dixit, quod † & ſi iure ciuili permiſſum ſit contrahen-
tibus ſe inuicem decipere: non tamen hoc conuenit viro bo-
24 no: & proptereà † deceptus interrogare poterit aduerſarium,
an vir bonus ſit, qui ſi reſpondeat, ſe virum bonum eſſe, tene-
bitur rependere damnum decepto: ſi verò reſpondeat, ſe vi-
rum bonum non eſſe, iudex eum à iudicio repellet. Atque ita
in foro Ferrarienſi obſeruatum fuiſſe teſtatur ipſe Io. de An-
nania: quem quidem ſecuti ſunt Iaſon in l. pen. nuſne. 5. C. de
pactis. Ruinus in conſilio 162. num. 4. in fine. libr. 4. Hanc in-
quam cautelam confutat Felinus pręcitato in loco ea ratio-
25 ne, quod nemo † tenetur detegere propriam turpitudinem
aduerſus Annaniam in ſpecie illius caſus dixit ſe reſpondiſſe
Barba. in conſilio 67. col. 3. ego vidi iſtam quęſtionem. lib. 4.
qui aſſerit, quod imò in ea quęſtione, de qua interrogati vter-
que reſponderunt, fuit in prima inſtantia iudicatum contra
conſilium Annaniæ. Et aduerſus eum ſenſerunt quoque De-
cius in l. ſemper in contractibus. num. 7. de reg. iur. Petra ſan-
cta ſing. 22. Rogo vt nunquam, &c. Feratius cautela 4. num. 4.
& Cagno. in l. 2. nume. 11. C. de reſcinden. vendit. qui & alios
commemorat.
Cæterùm quo ad principalem hanc, de qua agimus, decla-
rationem ab ea diſſentit Alciatus in tract. de pręſump. reg. 3.
pręſumpt. 2. num. 2. verſiculo mihi non placet. Ea ratione pri-
ma, quod hęc pręſumptio generalis à natura non eſt inducta
ad fauorem alicuius ſimpliciter. Et ob id nulla ſingularis per-
ſona ea niti poteſt. Quæ ſanè conſideratio non ſatis vera vi-
26 detur, quandoquidem genus † ipſum ſub ſe comprehendit
omnes ſpecies, & id quidem propriè, vt inquit Baldus in l. ſe-
cunda. C. de iure aureo. anul. & ipſum genus diffunditur in
ipſas ſpecies, & ipſe ſpecies in ſua indiuidua: ſi ergo in vniuer-
ſum homo pręſumitur bonus, in ſingulari etiam atque ita in
indiuiduo hic & ille bonus pręſumitur: & confert regula. l.
quę de tota. ff. de rei vend. Altera eſt ratio, qua vſus eſt Alcia-
27 tus, quod quilibet † debet eſſe bonus, etiam ſi damno aliquo
afficeretur, & (vt ait ille) de bono opere lapidaretur. cap. cle-
ricis. de vita & honeſta. cleric. capit. qualiter & quandd. il ſe-
cundo. de accuſat. ſi ergo bonus eſſe debet, etiam talis debet
28 pręſumi. Cui ſanè rationi † reſponderi poteſt, quod & ſi quò
ad animę ſalutem debet homo omnia mala potius pati quàm
malo ſicque peccato conſentire: Attamen in foro exteriori
neceſſe non habet allegare ſe bonum [illegible] pręſumi vel-
le, ad ſui detrimentum, alioqui etiam tenetur quis ſeipſum
prodere & propriam turpitudinem allegare, aduerſus ea, quę
diximus ſuprà.
29 Declaratur tertiò, vt † non habeat locum hęc pręſumptio,
quundo agitur de ſalute animę: Nam tunc nemo pręſumitur
bonus. Ita gl. in cap. primo. de ſcrutinio. & ibidem Zabarella
columna ſecunda, verſic. quinto oppono. & Abbas. numero
ſeptimo. Felinus in cap. cum in iure peritus. numero, . de off.
deleg. in cap. vlti. num. 14. de præſumpt. Alciatus in tract. de
præſumpt. reg. 3. præſumptione ſecunda, numero ſecundo,
verſic. tertiò limitatur. Et confert quod dicemus infrà in ſub-
ſequenti in præſumptione in quarta declaratione, quod ſcili-
cet, pro ſalute animæ præſumitur delictum. Et hoc in ſenſu
poſſumus intelligere quod dictum fuit ſuprà ex capit. omnis
30 ætas. duodecima, quæſtione prima, quod † omnis ætas prona
eſt ad malum, nam id intelligi poteſt quò ad animæ ſa-
lutem.
31 Declaratur quarto, vt † non procedat quando agitur de
aliquo promouendo. Nam tunc bonitas non pręſumitur, imò
adhiberi debet aliqualis informatio. Ita Card. in clem. 1. in 2.
notab. de conceſſ. pręben. & in ſpecie ſic declarat Decius in c.
2. num. 6. & num. 7. de elect. Qua de re dicemus infrà ſubſe-
quenti libro præſumpt...
32 Declaratur quintò, vt † non procedat in eo, qui ſemel fuit
malus. Nam adhuc is malus præſumitur in eodem genere ma-
li. l. de minore. § pen. ff. de quæſtio. §. ſancimus. in auth. de te-
ſtib. & in cap. ſemel malus. de reg. iuris. in 6. vbi Dynus. Et ad
rem noſtram tradunt Lucas de Penna in l. 3. colum. 3. verſ. de-
cimononò limita. C. de apoch. publ. libr. 10. poſt Beluiſium
in l. omnimodò. C. de inoff. teſtam. Felinus in cap. vltimo, nu-
mero 15. de præſump. & Alciatus in tract. de præſump. reg. 3.
pręſumpt. 2. in quinta limitatione: & conferunt quæ dicemus
in ſubſequenti pręſumptione, in ſeptima declaratione, & vbe-
rius infrà præſumptio. vbi declarabimus regulam. d. capit. ſe-
33 mel malus. Et accedit quod tunc † demum quilibet pręſumi-
tur bonus, quando non extat præſumptio in contrarium: ſe-
cus ſi extat. Cœpolla in conſilio 57. numero nono, in crimi-
nalibus.
34 Declaratur ſextò, vt † non procedat hæc præſumptio quò
ad ſuperlatiuum, vt ſcilicet homo pręſumatur optimus. Ita
Alciatus in dicto tracta. de pręſumptio. reg. 3. præſumptio. 2.
in ſexta limitatione poſt alios, quos nunc commemorabo. Et
35 hinc fit, quod † ſi ſtatutum ad alicuius negotij actusvè pro-
bationem requirit teſtes optimos, ſeu optimæ opinionis, hæc
qualitas, ex quo à lege non pręſumitur, erit deducenda, & pro
banda. Ita Angel. & Imola in l. 2. §. diem. & §. ſi quis neget. ff.
quemad. teſtam. aper. Alex. in conſ. 82. num. 3. lib. 1. & in conſ.
43. nume. 24. lib. 4. Angel. Aret. in §. item verborum. Inſtitut.
de inutil. ſtipula. Socin. Sen. in conſ. 274. num. 10. lib. 2. Iaſon
in conſilio 153. colum. 7. lib. 2. Decius in l. 2. numero 32. ff. de
reg. iuris. & in conſil. 575. numero 9. Marſilius in l. ſi quis ne
quæſtio. numero 136. ff. de quæſtio. Et hanc eſſe magis rece-
ptam & veram opinionem aſſeruit Alcia. in tract. de pręſum-
ptio. reg. 3. pręſumpt. 2. in ſexta limit. Idem docuit Purpu. in l.
admonendi. numero 165. ff. de iureiurand. Et ex præcitatis
multi præſertim Soc. & Purpu. idem eſſe ſcripſerunt. quando
ſtatutum, vel lex ipſa communis requirit, quod teſtes ſint pro-
batæ & integræ opinionis. Et idem ſcripſit Craue. in tract. de
antiquis tempor. in quinta particula primę partis principa-
lis. numero 37.
36 Declaratur ſeptimo, † quando lex vel ſtatutum requirit
qualitatem hanc, vt ſi ſtatutum diſponit quod teſtes ſint bonę
exiſtimationis. Nam & tunc opus eſt probare hãc qualitatem
ſiquidem lex vel ſtatutum non acquieſcit illi ſimplici pręſum-
ptioni iuris, quod quis ſit bonę exiſtimationis, iuxta. l. penult.
§. 1. ff. de variis & extraord. cognit. & ſcribit Bart. in tracta. de
pręſumptio. numero primo, ſed vlterius requirit hoc probari,
vt ſimili in caſu affirmauit Alciatus in dicta pręſump. 2. in 4.
limitatione. Hinc reſpondit Cæpolla in conſilio 57. nomero
8. quod ſtatutum Vicentiæ puniens rapientem mulierem ho-
neſtę conditionis & famę, illa qualitas, bonę conditionis &
famę, debet probari: quia ſtatutum non contentatur ea præ-
ſumptione legis, quod quilibet pręſumatur bonus, & hone-
ſtus. Cæterum diſſentium Alciatus in dicta præſumpt. 2. ad
[illegible] verſ. ſed quid ſi ſtatutum, & Albanus Cardinalis in lu-
cubratio. [illegible] ff. quod metus cauſa qui. Huc
etiam ſpectat quod [illegible] in fine.
lib. 1.
37 Eſt ſimile quod dicimus, quod † quando lex requirit per-
ſonę legalitatem, illa probari debet. Ita Soc. Sen. in conſ. 136.
colum. 3. verſ. præterea poſito. lib. 1. & Craue. loco prælle-
gato. numero 39.

38 Declaratur octauò, vt † procedat hæc præſumptio in qualibet perſona ſingulariter conſiderata: non autem in populo vniuerſo ſimulq; collecto, reſpectu ſingulorum. Ita Abbas in cap. 2. num. 3. in fin. de elect. qui inquit textum illum eſſe in
39 hoc mirabilem, vt † ſcilicet in populo præſumantur exiſtere aliqui non habentes ſinceram fidem: ſed potius præmio, & mercede corruptibiles. Decius tamen illo in loco. nu. 6. dubitare videtur, ſed ab Abbate recedendum non eſt.

## PRÆSVMPT. II.

Deliquiſſe neminem præſumi multis comprobatur: egregiiſq; aliquot declarationibus explicatur.

## SVMMARIVM.

1 *Deliquiſſe nemo præſumitur: delinquere enim, & peccare non eſt viri boni, ſed mali & nequam.*
2 *Socius amouens rem communem, præſumitur amouiſſe iure ſuo, non autem vt furtum committeret.*
*Idem ſi verberat ſeruum communem non tenetur actione iniuriarum.*
3 *Filius non præſumitur vitio ingratitudinis affectus contra patrem.*
4 *Fœnus exercuiſſe nemo præſumitur.*
5 *Contractus in dubio præſumitur iuſtus & legitimus.*
6 *Actus quando poteſt referri ad bonum & ad malum, debet in dubio referri ad bonum.*
*Intellectus. c. 2. de reg. iur.*
7 *Verba ita debent intelligi, ne ſonent in delictum.*
8 *Tutor non præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis pupilli.*
9 *Identitas rei licet aliquando præſumatur, fallit tamen, quando agitur de arguendo delicto.*
10 *Actus præſumitur factus eo tempore & loco, ex quibus euitetur delictum.*
11 *Conſilium, quod poteſt eſſe bonum & malum, bonum præſumi debet.*
12 *Aſſertio dubia, quæ poteſt ſignificare hæreſim, & catholicam fidem, in dubio catholica præſumitur.*
13 *Vxor ſi amouit res mariti, non præſumitur id furtum feciſſe, ſed vt cauſa hypothecæ nomine ſuæ dotis bona illa apud ſe haberet.*
14 *Crimen falſi nunquam præſumitur.*
15 *Percutiens aliquem, præſumitur id feciſſe animo ſe defendendi, non autem offendendi.*
16 *Hæreditatem præſumitur quis potius adiuiſſe, quàm occupaſſe.*
17 *Poſſeſſio præſumitur potius iuſta quam violenta.*
18 *Conſuetudo præſumitur inducta in caſu licito.*
19 *Vir bonus & probatæ fidei deliquiſſe verè non præſumitur.*
20 *Doctor non præſumitur falſum commiſiſſe.*
21 *Delictorum pluralitas nullo pacto præſumitur.*
22 *Deliquiſſe quis non præſumitur, etiam quòd aliqua præſumptio eſſet in contrarium.*
23 *Donatio potius præſumitur quam delictum, & ſi præſumptio iuris ſit, quòd quis donare noluerit.*
24 *Malum minus & leuius commiſſum cenſetur ex duobus malis perpetratis.*
*Declara, vt num. 31.*
25 *Matrimonium eſt potius præſumendum clandeſtinè contractum, quam adulterium.*
26 *Percutiens aliquem paruo gladiolo, præſumitur id feciſſe animo non occidendi.*
27 *Blaſphemans pluries calore iracundiæ, præſumitur tantum ſemel blaſphemaſſe.*
28 *Vxor præſumitur potius ſubtraxiſſe furtiuè res mariti, quam quòd illas quæſierit ex adulterio.*
29 *Homicidium præſumitur potius [illegible] commiſſum [illegible]tuito, quàm data opera.*
30 *C[illegible] [illegible]ſumitur quem dolus: & potius leuis culpa quam lata.*
32 *Actor & reus ſunt in pari cauſa quò ad probationes & præſumptiones, & vterque debet concludenter probare ſuam intentionem.*
33 *Reus non debet damnari, niſi probationes ſint claræ & manifeſtæ.*
54 *Actus quando prima fronte habet maiorem formam delicti quem boni præſumitur potius delictum. num. 35.*
36 *Filius in dubio non præſumitur legitimus, cùm de cauſa legitimationis non conſtat.*
37 *Matrimonium eſt quid facti.*
38 *Cauſa excuſat à dolo, & per conſequens à delicto.*
*Intellige, vt num. 39.*
39 *Intellectus glo. in c. ſi forte. in ver. ſcientiæ. de elect. lib. 6.*
40 *Delictum in foro conſcientiæ ſemper præſumitur, cùm agatur de ſalute animæ, & id tutius ſit.*
41 *Contractus præſumitur in dubio fœneraticius & ſimulatus in foro conſcientiæ, ſecus in foro fori.*
42 *Teſtator ſi confeſſus eſt ſe fuiſſe vſurarium, fit interpretatio, quòd ſemper fuerit, ad hoc vt hæres compellatur ad reſtitutionem. num. ſeq.*
43 *Vſurarius nemo eſt ab origine, & ideo retro non eſt præſumendus vſurarius.*
*Et nunquid ſtante conſtitutione, quòd omnia inſtrumenta vſurarij præſumantur vſuraria, ſi aliquis ſit vſurarius de præſenti, omnia inſtrumenta, quæ retro fecit, præſumantur vſuraria. num. 44.*
45 *Confeſſio generalis & ad nullum certum tempus reſtricta omnia tempora complectitur.*
46 *Confeſſio dubia debet contra ipſum confitentem interpretari.*
47 *Votum incertum interpretatur in minus grauamen, quamuis agatur de vtilitate animæ.*
48 *Teſtator ſi dixit ſe teneri ad reſtitutionem vſurarum à multis extortarum, non fit interpretatio quod ipſe extorſerit, ſed quod ab alio extortæ ad eum peruenerint.*
49 *Satisfeciſſe qui aſſerit, & obſeruaſſe contractum, & conuentionem, probare id debet, quia non præſumitur ſatisfactio, niſi probetur.*
50 *Malus in eodem genere mali ſemper præſumitur eſſe.*
51 *Delicti præſumptio habet locum, quādo agitur de præiudicio tertij, nec præſumitur aliquis tunc bonus.*
52 *Facere aliquid iuſta cauſa quis non dicitur motus, quando agitur de præiudicio tertij.*
53 *Bonus quis non præſumitur, quando is excedit terminos cauſæ, qua aliàs præſumptio delicti euitatur.*
54 *Delicti præſumptio habet locum facto ipſo ſequuto, ex quo delictum fit manifeſtum.*
*Idem quando vrgentior præſumptio eſſet in contrarium. nu. 55.*
*Et procedit hoc in iudæo, fœneratore, & ſimilibus de quibus eſt malè præſumendum. 56.*
*Idem in eo actu indifferenti, qui ſecundum communem vſum loquendi ſumitur in malam partem. nu. 57.*
58 *Coniuratio & conſpiratio ſumuntur in bonam & in malam partem, vt plurimum autem in malam.*
59 *Mulierem amplecti vel deoſculari eſt actus indiferens, qui in bonum & malum poteſt referri: à communiter autem accidentibus refertur ad actum libidinis.*
60 *Clericus amplectens mulierem, præſumitur velle eam benedicere, ſecundum gloſſam. in capit. abſit. 11. quæſtio. 3. ſed non ſatis rectè.*

1 EX ſuperiore prǽſumptione † fuit hǽc notabilis & egregia, qua dicimus, neminem deliquiſſe prǽſumi: Cùm delinquere & peccare viri boni nō ſit, ſed mali & nequam. Hanc prǽſumptionem noſtram probant iura multa, vt tex. l. merito. ff. pro ſocio. quo loci Vlpianus ait, Socium amouen-
2 tem rem communem † præſu[illegible] amouiſſe iure ſuo, non autem [illegible] committeret. Simile reſpōdit idem Vlpia. in l. item apud Labeonem. §. ſi communem. ff. de iniuriis. Socium verberantem ſeruum communem nō teneri actione iniuriarum; cùm ſuo iure, non autem vt iniuriam Socio inferret, feciſſe
3 prǽſumatur. Eandem ſententiam † probánt l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. & l. omnimodo. in prin. C. de inoff. teſta. vbi vitiū ſicque delictum ingratitudinis in filio contra patrem non præſumitur, & tradit Ripa in l. vlt. q. 55. C. de reuo. dona. & dicemus



infrà præſumpt. 4. Huc facit quod ait diuus Paulus ad Romanos capite 14. & diuus Iacobus in epiſtola capite 2. tu quis es, qui iudicas proximum tuum? redarguunt ſanctiſſ. ij Apoſtoli iudicium hominum, quo temerè nulla præcedente coniectura iudicant proximum ſuum erraſſe peccaſſeq;. Non enim tam de repente diiudicandum eſt aliquem deliquiſſe, ſed in meliorem partem ab eo factum recipiendum eſt, ſicuti in homeliis ſcripſit venerabilis ille Beda, & relatum eſt in c. 2. extrà. de reg. iuris. Et hanc eſſe præſumptionem iuris aſſeruit Bart. in d. l. merito. ff. pro ſocio. & Bald. in l. precibus. nu. 21. verſ. excuſat ergo. C. de impub. & aliis ſubſt. dixit, eſſe prǽſumptionem pro eo, qui delictum excuſat. Et idem Bald. in conſ. 311. Quidam Thomas. col. 2. verſi. venio ad ſecundum.
4 lib. 2. reſpondit, neminem præſumi † fǽnus exercuiſſe: & idem quod Baldus reſpondit Abbas in conſil. 113. num. 1. lib. 2. His accedunt quod ſcripſi ſuprà lib. 3. prǽſump. . . quod in dubio
5 † contractus prǽſumitur iuſtus & legitimus, non autem fǽneraticius. Et ſcribit idem Abbas in c. 1. nu. 7. de cler. non reſid.
6 quod quando actus † referri poteſt ad bonum & ad malum, in dubio refertur ad bonum, atque ita ait debere intelligi d. c. 2. de reg. iuris. Et reſpondit Are. in conſ. 9. col. 1. verſi. ſed in
7 dubio, verba † ita debere intelligi ne ſonent in delictum. Et
8 idem Are. in conſil. 31. num. 3. reſpondit non præſumi † tutorem acquiſiuiſſe ex bonis pupilli: quia tunc delictum præſumeretur, quod dicendum non eſt: & idem reſpondit Craue.
9 in conſ. 244. nu. 2. qui dixit poſt Corneum, quòd & ſi † identitas rei aliquando præſumitur, non tamen id locum habet quando agitur de arguendo delicto. Idem reſpondit Gram-
10 ma. in conſ. 23. num. 1. in criminal. Ita quoque dicimus † quod actus præſumitur factus eo tempore & loco, ex quibus euitatur delictum: ſicuti ſcribunt Bart. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. nume. 2. ff. de oper. noui nunc. Alex. in conſilio 24. num. 23. libro ſecundo. Pariſ. in cap. in præſentia. nume. 31. de probatio. Alciatus in tract. de præſumptionibus. reg. 3. præſump. 5. numero ſecundo. Craue. in conſil. 205. num. 9. & Anto. Gabriel libro 7. concluſ. tit. de Criminal. concluſ. 2. numero 26. & dicemus vberius in prǽſumpt. ſequenti. Huc pertinet, quod
11 dicimus, conſilium, quod † poteſt eſſe bonum & malum, præſumi bonum, vt inquit Baldus in l. 1. numero 13. C. de ſeru. fug. & ibidem Iaſon. Idem tradit Alciatus de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. numero 1. Craue. in dicto conſilio 205. num. 9. & Anto. Gabriel in dicta conclu. 2. numero 2. Ita etiam aſſertio
12 dubia, quæ † poteſt ſignificare hæreſim, & Catholicam fidem in dubio Catholica præſumitur, Royas de hæreticis, parte 1. numero 367. Hinc reſpondit Anto. de Prato veteri inter conſilia Alexand. in conſilio 129. numero 2. libro 4. quod ſi vxor
13 † amouit res mariti, non prǽſumitur id feciſſe vt furtum committeret, ſed vt cauſa hypothecæ nomine ſuæ dotis bona illa apud ſe haberet, iuxtà text. l. vxor. ff. rerum amota. & l. ſi aduerſus. C. de Crim. expila. hæred. ſimile reſpondit Alcia in reſpon. 453. numero 4. & idem ſcripſit Boe. in q. 156. num. 6. Ita
14 dicimus crimen † falſi non præſumi, vt reſpondit Barba. in conſilio 77. columna 1. libro. 4. & dicemus copioſè infrà prǽ-
15 ſumpt. 19. Et qui alium percuſſit † præſumitur id feciſſe animo ſe defendendi, non autem vt illum vulneraret. Ita Cæpolla in conſilio primo, num. 8. in criminal. de qua re dicemus in
16 ſubſequenti præſumpt. Huc facit, quod potius † præſumitur hæreditatis aditio quàm occupatio Bartol. in l. gerit. numero . . ff. de acquir. hæred. & Cæpolla in conſilio 21. numero 27. in criminal. & dixi ſuprà libro 4. præſumpt. Ita pariter dici-
17 mus, quod † poſſeſſio prǽſumitur iuſtè pro iure ſuo occupata, non autem vt violentia committeretur, vt reſpondit idem Cæpolla in conſilio quarto, in fine in criminal & poſſeſſionem iuſtam præſumi etiam ſcripſit Gabriel in dicta concl. 2. nume. 7. & diximus ſuprà lib. 2. prǽſumpt. Hinc pariter dici-
18 mus prǽſumi † conſuetudinem inductam in caſu licito, vt diximus ſuprà. libro ſecundo, prǽſumpt. 1. vbi declarauimus, quando lex prǽſumatur iuſta. Alia plura his ſimilia legi poſſunt apud Marſi. conſilio ſecundo, columna prima, conſilio 21. numero 2. conſilio 62. conſilio 77. & conſilio 124. Boer. quæſt. 215. nume. 22. Alciatum de præſumpt. reg. 3. prǽſumpt. 1. & reſp. 624. Crottum in conſilio 82. numero 16. Crauet. in conſilio 18. columna vlti. & latiſſimè in conſilio 151. numero 18. Roland. in conſilio primo, numero 93. & conſilio 10. numero 24. libro tertio. & Cepha. in conſilio 76. numero 23. libro primo.

19 Hæc prǽſumptio † locum habet multo magis in viro bono ac probatǽ fidei, qui deliquiſſe vere non prǽſumitur. Ita Socinus Iunior in conſilio trigeſimonono, numero 31. libro ſecundo. & Crauet. in conſilio 56. numero 14. dum reſponde-
20 runt, non prǽſumi † doctorem falſum commiſiſſe. Et rurſus
21 † multò magis procedit hæc præſumptio in pluralitate delictorum quæ nullo modo præſumitur, ita Craue. in conſ. 6. nu. 35. & in conſ. 73. num. 38.

22 Extenditur † primò hǽc concluſio, vt procedat etiamſi aliqua prǽſumptio eſſet in contrarium. Ita Roma. in conſ. 353. in
23 fine. Et † huc facit quod & ſi præſumptio eſt iuris, quod donare quis noluerit. l. cum de indebito. ff. de probat. & dixi ſuprà lib. 3. prǽſumpt. attamen potius donatio quam delictum cenſetur. Ita reſpondit Alcia. reſp. numero 16. & idem ſcripſit Fortunius Garzia. in l. 2. §. 1. num. 9. ff. de pact. quem ſecutus ſum ſuprà lib. 3. prǽſumpt. 142.

24 Extenditur † ſecundò, vt procedat etiam, vt ex duobus malis quod eſt minus & leuius prǽſumatur. Ita Baldus in l vlt. num. 17. C. de edil. actio. Marianus Socin. Sen in c. ad audientiam. col. 2. de homicid. & ibidem Felinus. col. 1. Alciatus in tracta. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 6. Anto. Gabriel in ſuis concluſio. lib. 7. tit. de criminal. concluſ. 2. num. 5. & 6. Et ratio eſt, quia ex duobus malis minus debet eligi, c. quod Dauid. cap. ſi aliquid. 22. diſtinct. & cap. duo mala. 23. diſtinct. qui ergo prǽſumit coniecturamque facit aliquem deliquiſſe, prǽſumere debet id quod minus eſt. Hinc cenſuit glo. in l. pe.
25 C. de fideiuſſ. quod potius † prǽſumitur matrimonium clandeſtinum quam adulterium, quod eſt grauius, & ſcribunt Baldus in l. quicunque. num. 24. C. de ſeruis fug. & in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. & Felinus in cap. 1. nu. 18. de prǽſumpt.
26 Huc facit † quod reſpondit Are in conſ. 18 nu. 6. percutientem paruo gladiolo prǽſumi feciſſe animo non occidendi. Qua de re dicemus infrà præſump. vbi ſimilibus comprobabimus. Huc pertinet quod reſpondit Cæpolla in conſilio 76.
27 quod ſi quis † calore iracundiæ pluries vno inſtanti blaſphemat, prǽſumitur quod ſemel tantùm blaſphemauerit. Et illum ſecutus eſt Alciatus in tract. de præſump. reg. 3. præſump. 6. in
28 fine. His accedit quod † egregiè reſpondit Aretin. in conſ. 31. num. 5. præſumi potius, mulierem ſubtraxiſſe furtiuè res mariti, quam quod illas quæſierit ex adulterio: ex quo furtum eſt
29 minus delictum. Huc † facit quod tradit Felinus in c. ad audientiam. nu. 1. de homici. quod & ſi in foro conſcientiæ præſumitur commiſſum delictum quod eſt maius, vt ſcilicet magis conſultum ſit animæ, vt tamen in foro fori prǽſumitur delictum minus. Et propterea prǽſumitur homicidium potius caſu & fortuito factum quam data opera. Et idem illo in loco annotauit Socin. Sen. Id quod obſeruanda eſt ad declarationem cōſtitutionis editǽ in Dominio Mediolanēſi anno 1544. cauſa pacis, qua remiſſa eſt pœna homicidij caſu perpetrati, quod ſi ignoratur temporis antiquitate, vel alia de cauſa, qualem fuerit perpetratū illud homicidium prǽſumitur caſu, & non præmeditate: quemadmodum etiam ſcriptum reliquit Franciſ. Craſſus in annotationibus ad conſtitutionem illam.
30 Ad rem † hanc confert quod reſpondit Alex. in conſil. 2. nu. 7. lib. 3. ex ſententia Baldi, in l. properandum. §. & ſiquidem. C. de iud. quod culpa potius præſumitur, quàm dolus. Et rurſus prǽſumitur potius leuis culpa, quàm lata, & reſpondit Crauet. in conſilio octauo, numero vigeſimo, & conſilio 151. numero 18.

31 Declaratur † primò hæc præſumptio, vt procedat quando agitur de aliquo condemnando. Nam tunc non ſufficit hæc præſumptio. Secus quando agitur de abſoluendo: quia tunc ſat eſt: atque ita procedit in reo, non autem in actore. Ita declarat gloſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiurando. vbi Iaſon numero octauo, & ſenſit Bartolus in l. merito. ff. pro ſocio. Romanus in conſilio 304. numero ſecundo, verſiculo nec refragatur. Socinus Senior in conſilio decimotertio, numero vigeſimoſeptimo, & in conſilio quinquageſimoſeptimo, numero 17. libro quarto, Ruinus in conſilio 68. columna ſecunda, numero quarto, verſiculo nec etiam obſtat. libro quarto, Felinus in capite vltimo, numero 13. de præſumpt. Decius in l. ſi emancipati. in tertio notab. C. de collatio. in l. non hoc.

columna vltima,verſ.& ſupra dictum fuit.C.vnde legit.idem
in cap.Oſius.columna ſecunda,verſ.item illa regula.de elect.
& in cap.ſuper literis.columna quarta, verſic.item quod quis
præſumatur.de reſcriptis.Gozadinus in conſ. 66.col.ſecũda,
verſ. tertiò dico.Gallianla in rub.ff.de verborum obliga.nu-
mero 160.in fine.Gomeſ.in Tract.de gratijs & expectatiuis.
numero 80.Craue.in conſilio 57.numero ſexto, qui manife-
ſtè dixit, præſumptionem.d.l.merito, procedere ad fauorem
rei,vt ſcilicèt is abſoluatur, non autem ad fauorem actoris.
& Anto. Gabriel.libro 7.concluſ.tit.de Criminal.concluſ.2.
numero 56.

Cæterùm à recepta hac opinione diſſentit Alciat.in Tract.
præſumpt.reg.3.præſumpt.1.numero ſecundo. Ea præcipua
32 ratione motus.quòd † nulla induci debet differentia inter a-
ctorem & reum, quò ad probationem: ſeu præſumptionem:
quia vterque debet cõcludenter probare ſuam intentionem.
cap.in præſentia.de probat.& cap.ſuper his.de accuſat. & di-
ximus ſupra libro ſecundo, præſumpt. . . . vbi declarauimus,
quando reo & quando actori fauendum ſit. Verùm reſponde
ri poteſt,quod hac iure eſt magna differentia inter actorem
33 & reum. Nam vt † reus damnetur, debent eſſe probationes
claræ & manifeſtæ.l.vltima. C.de probat. Et ideò niſi actor
id præſtet,reus damnari non poteſt,ſed abſoluendus eſt, cùm
lex præſumat eum non deliquiſſe,d.l.meritò. Non ergo ita
eſt in actore, qui ſola præſumptione non ſatisfacit muneri
ſuo.

34 Declaratur ſecundò vt † non procedat quando actus pri-
ma fronte habet maiorem formam delicti quàm boni. Nam
tunc potius præſumitur delictum.Ita Abbas,& cæteri in cap.
exhibita de iud.& copioſè diſſeremus in ſubſequenti præſum.
in tertia coniectura.

35 Declaratur tertiò vt † non habeat locum hæc præſumptio,
quando ille, qui dicit actum licitum, probat quod interuenit
cauſa,quæ potuit facere actum licitum.Ita Felinus in cap.nõ-
nulli.§.ſunt & alij, col.6.verſicul.ſecundò videtur obſtare de
reſcrip.cùm dixit,quod ſi quis alterius nomine impetrauit re
ſcriptum, non tamen præſumitur quod habuerit mandatum
ſufficiens,licèt ex hoc ſequatur delictum: & ideò probari de-
bet cauſa,hoc eſt mandatum. Et hanc declarationem,probat
tex.d.l.merito.ff.pro ſocio.vbi ſocius ille demõſtrare debuit
ſe habere partem ea in re,qua vſus fuit; id quod innuit text.
dum pro conſtanti ponit,illum fuiſſe ſocium. Et in ſpecie ſic
intellexit Alciatus in Tract.præſump.reg. 3.præſumpt.1.nu.
3.verſiculo tertiò limitatur, qui ſubiunxit hoc facere ad id,
36 quod diximus, †. filium in dubio non præſumi legitimum:
cùm de cauſa legitimationis non conſtet, hoc eſt, de matri-
37 monio inter eius parentes,cum † matrimonium ſi quid facti,
vt diximus ſuprà lib.3.præſump.

38 Huc etiam pertinet † quod dicimus,cauſam excuſare à do-
lo,& per conſequens à delicto,iuxtà.l.igitur,§.cauſa.ff.de li-
berali cauſa: quæ traditio intelligitur quando probatum fuit,
illum facientem motum fuiſſe ex ea cauſa, & quod ſi illa non
adfuiſſet, id non feciſſet, vt ſcripſi in Tracta.de recuperanda
poſſeſſ.remedio quinto.numero 60.vbi ſententiæ commemo
raui multos: Et illi accedunt Corne.in conſil.33.colum.pen.
libro quarto.Ruinus in conſilio 33.columna vltima in princ.
libro quarto,Claudius Seyſellius in l.iuſtè poſſidet in fine.ff.
de acquir.poſſeſſ.

39 Hanc † tamen declarationem veram eſſe intelligit Alcia-
tus in dicto præſump.1.numero tertio,verſiculo aduerte ta-
men, &c.quando agitur in ſpecie circa inueſtigationem ali-
cuius actus, & negotij, ſecus ſi in genere: vt quando quis non
habet aliquid agere cum alio.Nam tunc non præſumitur de-
liquiſſe,licèt non allegetur aliqua cauſa,ſuper qua fundetur ta
lis præſumptio. Ita Alciatus intelligit gloſſam in cap.ſi forte
in verbo,ſcientiæ de elect. in 6.vbi Io.And.& Geminia.Quę
ſanè, explanatio vera eſt, & ab ea non diſſentiunt Doctores
omnes,quos ſupra retuli.

40 Declaratur quartò vt † locum non habeat hæc præſumptio
in foro conſcientiæ,cum ſcilicet agitur de ſalutæ animæ.

Nam tunc in dubio præſumitur delictum, ex quo iſtud eſt
tutius,vt probat tex.in cap.2.§.cum autem de obſerua.ieiun.
ibi.*quia bonarum mentium eſt ibi timere culpam, vbi culpa minime
reperitur*,& idem legitur.in cap.ad eius in fine diſt.5.& his in
locis annotarunt ſcribentes & glo. in cap. iuuenis in verbo,
dubia,de ſponſa.in cap.de ſcrutinio.in cap.conſulti.de regula
& in cap.conſtitutus de religio.dom.Inno.in cap.dilectis de
appella.& in capitulo ad audientiam.numero tertio in fine.
de homicid.Abbas in cap.vlt.in 2.notab.de ijs, qui filios oc-
ciderunt.Zabarella & Io.de Anna.in cap.tua nos in 2.reſp.de
homicid.Butrius,& Abbas in cap.illud de clerico excom.mi-
niſtr.Felinus in cap.in præſentia nume.13.verſicul.ſecundò
nota de probat. & ibidem Decius nume.15.Idem Felinus in
cap.vlt.num.14.de præſumpt.& in capitulo auditis columna
antepenultima numero 31.verſiculo limita ſecundò de præ-
ſcript.& Alciatus in Tract.præſumpt.regula tertia preſump.1.
ad finem Socinus Iunior in conſilio vigeſimonono columna
vlt.lib.2.

41 Hinc † infertur quod in dubio præſumitur contractus ſi-
mulatus & fœneraticius in foro conſcientiæ pro ſalute ani-
mæ.Ita ex multorum ſententia ſcripſi in conſ.109.num.24.&
ſupra lib.3.præſumpt.122.num. . . Hinc quoque infertur re-
42 ctè reſpondiſſe Ancha.in conſ.179.quod ſi teſtator † confeſ-
ſus eſt ſe fuiſſe vſurarium,fit interpretatio, quod ſemper fue-
rit, ad hoc vt hæres compellatur ad reſtitutionem: quia hoc
erit ſalubrius animæ ipſius teſtatoris & Ancharanum ſecuti
ſunt Felinus in c.in præſentia nu.13.de probat. in cap.vlt.nu,
14.de præſumpt.& in cap.auditis colum.antepen.nu.31.verſ.
limita.2. de præſcrip.& Marſil.in ſing.151.ſemper in obſcuris.

Cæterùm ab hac Ancha.& ſequacium traditione diſſentit.
Alciatus in Tracta. de præſumptio.regula tertia præſumpt.
1.in fine.

43 Primo ea ratione,quia † ex quo nemo ab origine eſt vſura-
rius,non etiam retrò præſumitur vſurarius, ſicuti ad rem pro-
pe noſtram docuit Baldus in l.1.§.ſi magiſtratus nume.1.verſ.
iſta verba ſunt.ff.de magiſtrat.conuenien.cùm dixit, quod ſi
44 extet † conſtitutio epiſcopalis,quod omnia inſtrumenta vſu-
rarij præſumãtur vſuraria:& aliquis ſi vſurarius de præſenti, an
omnia inſtrumenta,quæ retrò fecit præſumantur vſuraria,di-
xit Baldus non præſumi:ex quo is ſemper non præſumitur v-
ſurarius

Et propterea (inquit Alciatus) dicendum videtur, quod ta-
lis confeſſio dubia & incerta reſtringi debeat,quatenus ex ne-
ceſſitate infert:& ſic quod tunc de præſenti, vel modico tem-
pore ante fænus exercuerit.

Verùm reſponderi poteſt ex rationibus perpenſis ab An-
45 charan.quòd hæc confeſſio † eſt generalis,ad nullúmque cer-
tum tempus reſtricta, & ideò omnia tempore complectitur,
quæ ſanè tempora ego intelligo de his,quibus is extitit aptus
negotia tractare,& fęnus exercere,& hanc credo fuiſſe Anch.
mẽtem.Et præterea (vt dicebat Anch.) dubia ipſa † cõfeſſio
46 debet interpretari contra ipſum confitentem,iuxtà l.veteri-
bus.ff.de pactis. Nec multũ vrget illa doctrina Baldi in d.§.ſi
magiſtratus,quia Baldus loquitur,quando ſolùm conſtat ali-
quem de præſenti eſſe vſurarium. Nam ex hoc non infertur,
quod ſemper de retrò fuerit talis:ſed diuerſum eſt in caſu no-
ſtro,vbi confeſſio reſpicit etiam tempus præteritum.

47 Secundò motus † eſt Alciatus ex capitulo ex parte de cen-
ſibus,vbi votum incertum interpretatur in minus grauamen,
quamuis agatur de vtilitate animæ. Ergo idem dicendum vi-
detur de hac confeſſione.

Reſpondetur diuerſam eſſe rationem. dicto capitulo ex
parte.Nam ibi fit illa interpretatione, votum illud, quod di-
citur eſſe ex liberalitate ipſius vouentis, plus obliget vouen-
tem quàm fuerit in animo ſuo vouendi, & ne (ſi de re maiori
interpretaretur) eccleſia videatur inhiare bonis vouentis, vt
ibi in fine ſcriptum eſt: & ibidem declarat Abbas, numero
quarto & cum eo Tiraquellus in Tracta.de priuilegiis piæ
cauſæ priuilegio vigeſimoquinto in fine. Id quod non con-
tingit in caſu vſurarij,qui nihil ex ſua liberalitate dat,ſed alie-
num reſtituit,& eccleſia nil accipit, ſed vult reſtitui à quibus
ille extorſit.

48 Tertiò † adductus eſt Alciatus ex doctrina Baldus in ca-
pitulo in præſentia, numero octauo de probat.ſi teſtator di-
xit,ſe teneri ad reſtitutionem vſurarum à multis extortarum.
non fit interpretatio quod ipſe extorſerit:ſed quod ab alio ex-
tortæ ad eum peruenerint. Et Baldum ſecutus eſt ibi Fe-
linus. Ergo idem hic dicendum videtur. Reſpondetur
& facilè,



& facilè,quod in caſu Baldi,ſumpta illa interpretatione, eſt
ſatisfactum vtrique tam illi, qui extorſit, quam reſtituenti:
atque ita tollitur peccatum omni ex parte: ſecus eſt in caſu
noſtro,in quo,ſi ſumeretur interpretatio,quod eo ſolo con-
feſſionis tempore,vel paulò ante, vſuras exercuerit,non eſ-
ſet ſatisfactum eius conſcientiæ: quia ſupereſſet reſtitutio
præteriti temporis, hac tamen in re ego multum iudicis ar-
bitrio tribuerem,vt is pro ſua diligentia & prudentia conſi-
deret, quamdiu hic exercere potuerit hoc fænus, & quos
contractus & negotia pertractauerit.Nam alioqui nimis du-
ra fortè videri poteſt illa Ancharani opinio,vt is omnia,quæ
quæſiuit reſtituere teneatur, vel nimis remiſſa ſit illa Alcia-
ti,vt is vſurarius teneatur ad modici temporis vſuras.

49 Declaratur.5. vt non procedat † quò ad ſatisfactionem
iuxtà formam conuentionis. Nam tunc non præſumitut ſa-
tisfactio & implementum cõuentionis, ſed potius delictum
inobſeruantiæ. Ille enim, qui aſſerit ſe ſatisfeciſſe & obſer-
uaſſe contractum & cõuentionem probare debet.Ita in ſpe-
cie declarat Alex.in conſ.79.Viſis nonnullis.num.2.lib.4.&
Ant.Gabriel in d.lib.7. concluſio.tit.de criminal.concluſ.2.
num.58.& idem ſenſerunt Baldus in l.inter debitorem.ff.de
pactis.Corn.in conſ.11.num.8.lib.2. & Ripa in l.vlt.q.55.nu.
186.C.de reuocan.donat.

50 Declaratur ſextò, vt † non habeat locum hæc præſum-
ptio in eo, qui eſſet malus in eodem genere mali.Nam tunc
ceſſat præſumptio hæc noſtra. Ita reſpondit Gozad.in conſ.
66.col.2.nu.7. verſ.ſecundò reſpondeo.& Gabriel in d.con-
cluſ.2.nu.59.Qua de re dicemus vberius infrà prę ſump.cum
explicabimus regulam cap.ſemel malus.de reg.iur.in 6.

51 Declaratur † ſeptimò, vt non procedat hæc præſumptio,
quando agitur de præiudicio tertij. Ita colligitur ex tradi-
tione Alciati in Tract. de præſumpt.reg.3. præſumpt 2.nu.1.
cum dixit, quod nemo præſumitur bonus quando agitur de
præiudicio tertij: id quod explicauimus & nos ſuperiore
præſumpt. in prima declaratione. Et huc ſpectat quod ſcri-
pſit idem Alciatus in prædicta reg.3. præſumpt.8.nu.4.quod
52 non præſumitur quis † motus ex iuſta cauſa ad aliquid fa-
ciendum,quãdo verſatur præiudicium tertij. Quam quidem
traditionem nos fuſius ſupra lib.2.præſump.cõprobauimus.

53 Declaratur octauò, vt † non procedat hæc præſumptio,
quando quis excedit terminos cauſæ, qua aliàs præſumptio
delicti euitatur: ſicuti cum ſocius facit quid in re communi
vltra id, quod facere poteſt iure ſocietatis. Ita probat.l.duo
fratres.in fin.ff.de acquir. hæred.& in ſpecie ſic declarat A-
lex.in conſ.103.nu.6.lib.1.quem ſecutus eſt Craüe.in conſil.
319.col.2.verſ.neque excuſandus.

54 Declaratur nonò, vt † non procedat facto ipſo ſecuto, ex
quo delictum ſit manifeſtum. Ita declarat Ruin.in conſil.6.
nu.4.lib.5.Quæ declaratio, vt de re minimè dubia, huic re-
gulæ conuenire non videtur. Non enim in claris opus eſt
coniecturis,vt diximus ſæpe ſupra.

55 Declaratur decimò, vt † non procedat hæc præſumptio,
quando vrgentior præſumptio eſſet in contrarium: ſicuti
quando quis probat,ſe aliquando poſſediſſe,& aduerſarium
ſuum nunc poſſidere. Ex ea enim antiqua poſſeſſione reſul-
tat præſumptio,quod nouus poſſeſſor ſpoliauerit: atque ita
præſumitur delictũ. Ita declarat in ſpecie Alciatus in Tract.
præſumpt.reg.2.præſumpt.21.in fin.

56 Declaratur † vndecimò vt procedat hæc præſumptio in
Iudæo,fœneratore & ſimilibus,de quibus eſt male prę ſumẽ-
dum.Ita in ſpecie declarat Bal.in cõſ.229. Verba dicunt.col.
2.verſ.porrò.lib.2.quem ſecutus eſt Craue.in conſ.73.nu.17.

57 Declaratur duodecimò, vt † non habeat locum,in eo actu
indifferenti, qui ſecundũ cõmunem vſum loquendi ſumitur
in malam partem: ſicuti eſt coniuratio vel conſpiratio. Nam
58 ſumitur † in bonã & in malam partẽ, attamen,cum ex com-
muni loquendi vſu cõiuratio intelligatur de illa cõuentione
plurium iurata in damnum alicuius,interpretamur coniura-
tionem pro ipſo delicto, ideſt cõuentione iurata ad alterius
detrimentũ. Ita Inno.in c.1.nu.1.de ſciſmat. & Bald.in addi-
59 tio.ad Specul.in tit.de præſump.§.ſpecies.Ita dicimus † quod
licet amplecti & deoſculari mulierem ſit actus indifferens,
cum ad bonum & malum poſſit referri: attamen ex quo à
communiter accidentibus & ex cõmuni loquendi vſu refe-
ratur ad actum libidinis & impudicitiæ, de oſculo impudi-
60 co & minimè lege permiſſo intelligi debet.qua † ex re con-
ſtat non ſatis rectè ſenſiſſe gloſſam in cap.abſit. 11.q.3.cum
dixit, eſſe præſumendum quod clericus velit benedicere
mulierem quam amplectitur. Et qua de re dicemus etiam in
ſubſequenti præſump.in tertia coniectura. ac etiam in præ-
ſumpt.& aliam declarationem ad d. cap. abſit adfert Abbas
in cap.1.num.7. de cler.non reſid.

## PRÆSVMPT. III.

### Dolus, & fraus & culpa an & quando præſumantur: & quæ differentia ſit inter dolum & fraudem: & quis dolus verus, & quis præſumptus, ſatis diligenter explicatur.

### *SVMMARIVM.*


*1 Dolus & fraus an & quando præſumatur.*
*2 Dolus ſemper eſt delictum, & pœna plecti debet, & ſi extraordinaria. num.16.*
*3 Dolus & fraus quid inter ſe differunt.*
*4 Dolus non ſolum factis ſed & verbis conmmittitur, fraus verò factis.*
*5 Dolus alius eſt verus, alius præſumptus.*
*6 Dolus verus dicitur, qui manifeſtis indicijs, probatur, vel quem lex ſtatuit eſſe dolum: præſumptus verò, qui indicijs non multum claris & manifeſtis detegitur.*
*7 Verum & manifeſtum illud eſſe dicitur, quod lex ipſa præſumendo conſtituit.*
*8 Dolus præſumptus poteſt dici ille, quem prudens iudex ſumit ex alijs coniecturis & indicijs, quæ in iure ſcripta nõ leguntur.*
*9 Dolus ſiue verus ſiue præſumptus probatur ſemper præſumptionibus & coniecturis, quæ aliquando ſunt à lege approbatæ, aliquando verò in ea non ſcriptæ.*
*10 Dolus verus in futurum remitti non poteſt: præſumptus autem in futurum committendus remitti poteſt.*
*11 Minor non poteſt in integrum reſtitui aduerſus dolum verum, aduerſus autem dolum præſumptum de præterito reſtituitur.*
*12 Cauſa iuſta non excuſat a dolo verò, à dolo autem præſumpto excuſat.*
*13 Ruſticitas excuſat à dolo præſumpto.*
*14 Dolus nunquam præſumitur: & maximè quando doli aut fraudis cauſa excogitari non poteſt. num. 17.*
*15 Bonus quilibet à natura præſumitur, nec bonus is præſumitur, qui alterum dolo circunuenit.*
*18 Dolus non eſt præſumendus, quando alioqui nullum adferret lucrum & commodum illum opponenti.*
*Et multo minus, quando ei reſultaret odium & damnum. nu. 19.*
*Idem quando tenuë ad modicum lucrum inde reſultaret. num. 20.*
*Et minus præſumitur dolus commiſſus aduerſus hominem frugi & beneuolum. num. 21.*
*Nec præſumitur aduerſus ſanguine coniunctum, & minus in eo, qui pro ſuo iure facit. num. 22. & 23.*
*Idem quando aliquid agit quis calore iracundiæ. num. 24,*
*Idem in eo, qui rem accipit, vt eam domino reſtituat. nu. 25.*
*Idem in eo, qui fecit id, ad quod faciendum inuitabat ipſum rumor & fama. num. 26.*
*27 Fama excuſat à dolo.*
*28 Mulier & ruſticus præſumantur potius ſimplicitate ducti quam dolo ad aliquid faciendum.*
*Idem in pupillo. ibid.*
*29 Dolus in principe nunquam præſumitur.*
*30 Dolus non eſt præſumendus, etiam quando alias verba actus & diſpoſitionis impropriarentur.*
*31 In iure præſumitur potius error quam dolus.*
*32 Error iuris excuſat in illis caſibus, in quibus ſatis eſt quem dolo carere.*
*Intellige, niſi ius reſiſtat actui. num. 34.*
*33 In præſcriptione non ſufficit dolo carere, ſed bona fides requiritur.*
*35 In facto potius error præſumitur quam dolus.*
*36 Notarius ſi omiſit aliquid ſcribere in inſtrumento, præſumitur id potius errore eueniſſe, quam dolo.*
*37 Faciens aliquid clam, vt fraudem excludat, præſumitur immunis à dolo.*

*à dolo: Idem in eo, qui fraude vtitur ad excludendum aduerſarij ſui fraudes.*

38 *Renuncians clàm alicui iuri ſub fiducia, ne illud ius veniret in compromiſſum, non cenſetur dolo egiſſe.*

39 *Alexandri ſecundi Pontificis max. bonus dolus & ſolertia, qui promiſſa impunitate epiſcopo ſimoniaco, ab eo confeſſionem extorſit.*

40 *Verborum captatio in ſponſionibus, quæ fiunt ludendo ex natura actus licita videtur.*

41 *Dolus in eo non præſumitur, qui vt debitam ſibi à Principe pecuniam exigeret, finxit velle detegere proditionem aduerſus ipſum principem.*

42 *Dolus coniecturis vere detegi & probari poteſt: & quib. nu. ſeq.*

43 *Fraus coniecturis & præſumptionibus probari poteſt.*

44 *Dolus eſt quid latens & in animo conſiſtens, qui ſanè animus non poteſt niſi coniecturis probari: debent autem coniecturæ eſſe vrgentes & concludentes.*

45 *Dolus præſumitur in eo, qui graue aliquid perpetrauit delictum.*

46 *Homicida probare debet, hominem à ſe percuſſum non occidendi animo percuſſum fuiſſe, alioqui dolus in eo præſumitur. nu. 47.*

48 *Iniuria aliquem afficiens probare debet, ſe non animo iniuriãdi id feciſſe, aliàs in dolo eſſe cenſetur.*

49 *Dolus non præſumitur in eo, qui fuit accuſatus vulneraſſe Semp. menſe Maio. ſi is probauit, quòd eo menſe d. Semp. erat bannitus, & quod ſtatuto banniti impunè poſſunt offendi.*

50 *Probationes dubiæ admittuntur in criminabilibus ad probandam accuſati defenſionem, nec non teſtes de ſola credulitate deponentes.*

51 *Teſtes domeſtici & familiares admittuntur ad accuſati defenſionem, qui aliàs non admitterentur.*

52 *Accuſatoris probatio debet luce meridiana eſſe clarior, & redditur dubia ex qualicunque accuſati probatione.*

53 *Dolus præſumitur à lege, quando quis dixit mendacium.*

54 *Reſcriptum impetrans expreſſis falſis qualitatibus doloſè id egiſſe præſumitur.*

55 *Mendax is præſumitur, qui affirmauit quod neſciebat.*

56 *Mendacium eſt lege diuina prohibitum: eſt enim mendacium dicere falſum teſtimonium.*

*Prohibetur quoque & lege naturali, cùm ſui natura & genere ſit ſemper malum. num. 57.*

58 *Dolus præſumitur etiam ex falſi perſuaſionibus.*

59 *Falſum aſſerere, & verum tacere paria ſunt.*

60 *Mater affirmans filium eſſe ætate minorem, cùm ſit maior, mendax præſumitur, & doloſè id affirmare, cenſetur enim filij ſui ætatem non ignorare.*

61 *Accuſator, qui accuſationem non probauit, præſumitur in dolo eſſe, & mendacium dixiſſe & falſam accuſationem propoſuiſſe dicitur.*

62 *Mendacium qui dixit, præſumitur in dolo, quando ex d. mendacio conſequitur aliquod commodum: ſecus ſi nullum.*

63 *Dolus à lege præſumitur in eo, qui promiſſa non ſeruat.*

64 *Promiſſa non ſeruare eſt iniquum, & legi diuinæ repugnans, nec non legi naturali, quæ iubet datam fidem ſeruari debere.*

65 *Dolus arguitur in eo, qui verbaliter ſoluit, quod realiter ſoluere promiſerat.*

*Idem in eo, qui non facit, quod pro ſui officio & munere facere tenetur. num. 66.*

67 *Tutor, qui non deſcripſit bona pupilli in inuentario, dicitur non ſeruaſſe promiſſa, & præſumitur in dolo.*

68 *Emptor, qui litem motam non denunciat venditoti, præſumitur doloſè id feciſſe.*

69 *Dolus præſumitur à lege in eo, qui in contractu ſecum contrahentem decepit, ſi deceptus fuit enormiter læſus.*

*Idem in eo, qui induxit fideicommiſſarium ad renunciandum amplo fideicommiſſo tenui accepta quantitate. num. 70.*

71 *Dolus arguitur etiam ex immodico exceſſu.*

72 *Proximum ſuum fraudare in negotio eſt aduerſus legem diuinam.*

73 *Vendens rem ſuppreſſo eius vitio, quod ſi emptor cognouiſſet, eam non emiſſet, præſumitur in dolo, & puniri poteſt pœna extraordinaria.*

74 *Supprimens ſecum contrahenti qualitatem ſuæ perſonæ priuilegiatæ dolum committere cenſetur.*

75 *Reſcriptum impetrans non expreſſis his, quæ mouere potuiſſent Principem ad non concedendum, præſumitur voluiſſe circumuenire & decipere ipſum principem, & ſic doloſus cenſetur.*

76 *Dolus præſumitur à lege in eo, qui contra iura mercatur.*

77 *Legis præcepta ſpernere eſt repugnare diuinæ voluntati: nam.*

*Leges diuinitus promulgatæ dicuntur per ora principum. ibid.*

78 *Principi reſiſtens Deo reſiſtere videtur.*

79 *Tutor arguitur in dolo, quando alienauit bona pupilli, non obſeruatis iuris ſolennitatibus.*

80 *Contrahens cum muliere non ſeruata ſolennitate à ſtatuto requiſita, præſumitur in mala fide.*

81 *Comens à debitore, qui ad fraudandum creditores vendit, ſi ipſi denunciatum fuit, ne emeret, præſumitur in dolo.*

82 *Hæres tenetur vendicare mortem eius, cui ſucceſſit, quod ſi negligit facere, præſumitur doloſe id facere, & ab eo aufertur hæreditas tanquam ab indigno: præſumitur enim particeps homicidij.*

83 *Dolus præſumitur in eo, qui facit quod facere non debet: Intellige, vt num. 85.*

84 *Intellectus l. propter veneni. §. 1. ff. ad S. C. Syllan. & quo caſu procedat.*

86 *Magiſtratibus non obtemperans dolo carere non dicitur.*

87 *Principibus eſt obediendum, necnon eorum magiſtratibus, quorum perſonam ſuſtinent.*

88 *Petens id, quod reſtituturus eſt, præſumitur doloſus.*

*Secus ſi petit alieno nomine. num. 89.*

90 *Locupletari qui vult cum aliena iactura & damno, in legem cõmittere dicitur.*

91 *Occupans aliena, iniuſtè id facere præſumitur, maximè ſi vi id facit.*

*Idem in eo, qui aliena, conſumit, atque in ſui vtilitatem vertit. num. 92.*

93 *Tutor vel adminiſtrator, qui reliquatum non reſtituit, in mala fide eſſe cenſetur.*

94 *Occultans & ſupprimens teſtamentum, donec filius exhæredatus moreretur, de poſſet agere ne inofficioſo, contra iura id egiſſe dicitur.*

95 *Hæres grauatus fideicommiſſo. ſi rem ipſam totam ſcienter alienat, contra conſcientiam alienaſſe dicitur, & ſic doloſè.*

*Intellige, ſi perpetuo alienat: ſecus ſi donec inhumanis erit. num. 96.*

97 *Faciens quod ſibi non prodeſt, & alteri necet, fraudis & doli particeps videtur.*

98 *Vſuras extorquens non ſine dolo id facere poteſt: nam.*

*Vſura non ſolum lege diuina, ſed etiam naturali prohibetur.*

99 *Dolus facilè colligitur ex malo effectus ſubſequuto.*

*Et ſumitur à perſonarum qualitate, vt ſi multum ſagax contrahit cum pupillo, vel minore, vel muliere, quorum fragile eſt conſilium. num. 100.*

101 *Verba hæretica proferens, etſi neget intentionem, ſi eſt ex ſuſpecto genere vel patria, præſumitur malè ſentire de fide.*

102 *Dolus coniecturatur in eo, qui vſus eſt nimia diligentia, & cautela, atque ita plus fecit, quàm fieri conſueuit.*

103 *Clauſulæ inſolitæ in inſtrumentis contractuum, & aliorum actuum arguunt fraudem, & dolum.*

104 *Pacta inſolita arguunt contractum ſimulatum, & fœneraticium.*

105 *Dolus arguitur in eo, qui diù diſtulit accuſare, vel exceptiones opponere.*

106 *Accuſans alium ſine aliquo ſuo commodo vel proprio intereſſe fraude carere non videtur.*

107 *Faciens aliquid clam, & occultè, quod palam fieri ſolet, malæ fidei cenſetur.*

108 *Dolo non præſumitur carere, qui recta via non incedit, ſed per anfractus & diuerticula.*

*Idem de eo, qui contrahit in domo aliena. num. 109.*

110 *Dolus facilè arguitur etiam ex præcedenti tractatu.*

111 *Mercator, qui remiſit litteras cambij ſoluendas ab eo, qui paulò poſt acceptas literas deceſſit, in dolo præſumitur.*

112 *Mutuans pecuniam malè conſumpturo bonæ fidei non præſumitur.*

113 *Arbitri, qui curant laudum ratificare, antequàm eis legatur, contra iura id facere dicuntur.*





114 *Dolus coniecturatur in muliere quæ donat: & idem in minore, qui ius ſuum remiſſit.*

115 *Dolum non præſumi in faciente actum tantùmmodo prohibitum à lege poſitiua, qui neminem lædit, vel ſi lædit, leuis eſt læſio.*

116 *Clericus ſi venatum iuit, præmenſumendum eſt, quòd non dolo, & vt legis contemptor, ſed recreationis gratia inerit.*

117 *Iraſcibilis ſi quid fecit, ſumitur præſumptio in meliorem partem, quòd ſcilicet non dolo, ſed iuſta ex cauſa id fecerit.*

118 *Sacerdos, qui in aliena parochia celebrauit, præſumitur licitè celebraſſe, niſi aliter probetur.*

119 *Teſtis, qui confeſſus eſt aliquid, quod prima facie eſt crimen, ſi in aliquo caſu poteſt eſſe non crimen, non repellitur tanquã crimìnoſus à ferendo teſtimonio: eius autem fides pro iudicis arbitrio minuitur.*

120 *Factum aliquid præſumitur in dubio tempore licito, vt euitetur delictum.*

121 *Faciens actum à lege poſitiua prohibitum, ſed non ſemper, & quouis in loco, ſed certò tempore, & loco quando præſumatur in dolo.*

122 *Dolum excuſari, & tolli contrarijs coniecturis.*

123 *Coniecturas vehementes requiri ad excuſandum dolum præſumptum in his, quæ naturaliter ſunt illicita, & mala.*

124 *Culpam latam dolo æquipararari.*

125 *Culpam non præſumi.*

126 *Culpam eſſe delicti ſpeciem.*

127 *Culpa vt euitetur præſumi in alieno factum, quod feciſſet in proprio.*

128 *Culpam præſumi in actu qui ſui natura culpam continet.*

129 *Incendium præſumi commiſſum culpa inhabitantium.*

130 *Furtum præſumi commiſſum culpa eorum, apud quos res extabat.*

131 *Culpam præſumi in prouocante.*

132 *Culpam præſumi in omittente facere quod diligens pater familias feciſſet, & numero. 133. quando fecit inſolita, & numero. 134. in artis imperito, & numero. 135 quando dolus præſumitur.*

136 *Culpa leuiſſima in dubio intelligitur.*

137 *Culpam eſſe ſpecificè probandum.*

138 *Culpam ad caſum ordinatam probandam eſſe.*

1 DISSERAMVS † nunc, an & quando dolus,
& fraus præſumantur? Hæc enim tractatio
2 ſatis ad rem pertinet: Cùm † dolus delictum
ſit, gloſſ. in leg. 1. §. ſi apud ſeruum. ff. depoſiti.
Pariſ. in conſil. 52. numer. 18. lib. 4. & Socin.
Iun. in conſil. 113. numero. 8. libr. 3. Et ſi ad alium finem plerunque
ordinata ſint fraus, & dolus quàm eo ſolo actu
ad aliquem fallendum. Et dolum pœna plecti, & ſi extra-
ordinaria reſpondit Bero. in conſil. 207. numer. 13. libr. 3.
ex ſententia gloſſ. in Rub. C. de crimine ſtellio. & dolum
eſſe crimen, & delictum egregiè reſpondit, & probauit De-
cianus in conſil. 32. num. 70. lib. 3.
3 Duo hæc † dolus, & fraus inter ſe differunt tanquam
genus, & ſpecies: ſicuti receptior eſt ſententia in leg. iu-
riſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pactis, & ſi eo loci Dua-
renus, & Æmilius Ferrettus alio ſenſu reſponſum illud ex-
plicauerunt. Ioan. Bræcheus in leg. aliud eſt fraus. in princ.
ff. de verborum ſignificatio. dolum à fraude nil differre,
Ciceronis auctoritate exiſtimauit. Diuus verò Thomas in
4 2. 1. q. 55. art. 5. ſcripſit fraudem à dolo differre. quod † do-
lus non ſolùm factis, ſed & verbis committitur: fraus verò
factis. His nominibus cum abuti ſoleat interpretes noſtri,
de vera differentia, & nos parum ſoliciti eſſe debemus.
5 Dolus in † verum & præſumptum diuiditur, à Bar. in l. quod
Nerua. num. 14. ff. depoſiti, & in l. dolum. C. de dolo, & ibi-
dem Caſtren. Alex. in conſil. 103. numer. 13. libr. 1. Pariſio in
conſil. 49. numer. 30. lib. 1. & Coraſio in libr. 4. miſcella.
cap. 1. numero ſecundo, vt alius ſit dolus verus, alius præ-
6 ſumptus. Eſt dolus † verus, qui manifeſtis indicijs pro-
batur: Præſumptus verò qui indicijs non multum claris
& manifeſtis detegitur. Hanc diuiſionem & differentiam
improbauit Petrus Rebuffus in l. latæ culpæ. ff. de verb.
ſignificatio. cùm nulla ſit lex, quæ differentiam hanc
conſtituit. Et enim ſemper verus dolus, & ſi vnus altero
fortioribus indicijs & coniecturis probatur. Crediderim
dici poſſe, dolum verum eſſe quem lex dolum ſtatuit, & ſi
7 illum ex indicijs & coniecturis colligit. Cùm † verum &
manifeſtum illud eſſe dicatur, quod lex ipſa præſumendo
conſtituit: ſicuti diximus ſupra in libro. 1. quæſt. 45. Præ-
8 ſumptum verò † dolum dici poſſe illum, quem prudens
iudex ſumit ex alijs coniecturis & indicijs, quæ in iure ſcrip-
tæ non leguntur. Et hæc (ni fallor) eſt planior differentia
quam ſit illa Bal. in leg. ſi conſtante. §. ſi maritus. in fin. ff. ſol.
matr. cùm dixit, Dolum verum aliquando verè probari: ali-
quando præſumptiuè: ſic etiam dolum præſumptũ, aliquã-
9 do verè, aliquando præſumptiue. Verius † exiſtimo, dolum
ſiue verum ſiue præſumptum probari ſemper præſumptioni-
bus & coniecturis, quæ aliquando ſunt à lege probatæ: ali-
quando verò in ea non ſcriptæ. Differt dolus verus à præ-
ſumpto effectu, ſicuti ſcripſerunt Bartol. in d. l. quod Nerua.
numer. 15 ff. depoſiti & alij, quos nunc referam. Differunt
10 ſanè primo, quod † dolus verus in futurum remitti non
poteſt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis, & l. conuenire. ff. de pa-
ctis dotal. & illis in locis annotarunt Docto. dolus verò
præſumptus in futurum committendus remitti poteſt. ſicuti
declarando. d. l. conuenire, ſcripſerunt poſt alios Feli. in c.
fraternitatis. numer. 7. de teſtib. Ruinus in conſil. 97. numer.
8. & in conſil. 129. numero. 20. libr. 5. Decius in l. contractus.
numer. trigeſimonono. de reg. iuris & in l. actione. in fi. C. de
tranſact. & alios commemorauit Pariſ. in conſil. 49. numer.
11 35. lib. 1. Eſt † & alia differentia; quod minor reſtitui non po-
teſt in integrum aduerſus dolum verum. leg. ſi ex cauſa. §.
nunc videndum. ff. de minor. 25. annis vbi gloſſ. & Docto.
Bart. in l. 1. §. nuntiatio. numer. 32. ff. de operis noui nunc. &
ibidem Iaſon. numer. 11. Crottus. numer. 84. & Ruinus. nu.
205. & alios plures commemorat Oddo Sforcia in commen-
tarijs de reſtitutione in integrum. quæſtio. 83. num. 12. quo
loci diligenter, & accuratè explicat. Cæterùm aduerſus
dolum præſumptum de præterito ſine controuerſia reſtitui
poteſt: ſicuti poſt Bartolum, Crottum, Iaſonem, Ruinum
ſuprà relatos, & nonnullos alios ſcripſit Oddo in d. q. 83.
num. 25. qui numero 27. & 30. idem eſſe dixit, de dolo præ-
ſumpto de futuro. Et ſi hoc plus habeat dubitationis quàm
illud de dolo de præterito. Eſt & tertia differentia, quia di-
12 cimus, † iuſtam cauſam non excuſare à dolo verò. Ita An-
gelus in l. ex conſenſu. §. vltim. ff. de appella. & ibidem Imo-
la, & ſecuti ſunt Alexand. in conſilio 103. columna pen. verſ.
& dato, quod Gomeſ. libro primo, & Tiraquellus in Tract.
de pœnis legum, &c. cauſa 11 numero nono. Diuerſum
eſt in dolo præſumpto, à quo iuſta cauſa excuſat. l. igitur.
§. cauſa. ff. de liberali cauſa, vbi glo. & copioſè ſcripſi in
commentarijs de recuperanda poſſeſſ. remedio quinto. nu-
13 mero 49. Hinc † ſcripſerunt Doctores in l. ſi quis id, quod.
ff. de iuriſd. omn. iud. præſertim Iaſ. nume. 32. & Tiraquel-
lus in d. cauſa. 11. ruſticitatem excuſare à dolo præſumpto.
Idem ego ipſe ſcripſi in libr. 2. de arbitrarijs iudicum. Ca-
ſu. 194. numero 34. & illo in caſu plura ad rem comme-
moraui.
14 His ſic † explicatis, ad rem propius accedimus, & pro
regula conſtituimus, dolum non præſumi. l. dolum. C. de
dolo. & l. ſi creditor. C. de pigno. actio. & ibidem Docto.
& ſcribunt multi, quos infra commemorabo, & præſertim
Alciatus in Tract. de præſump. reg. 3. præſump. 4. numer. 1. ac
Craue. in conſil. 319. numer. 1. & alij multi congeſti à Maſ-
cardo in concluſ. 531. numero 1. & numer. 9. Et huius ſenten-
15 tiæ ratio eſt, quia † ſi quilibet à natura bonus præſumitur,
ceſſat præſumptio doli, cùm bonus non ſit qui alterum dolo
circumuenit. Ita Baldus in l. 1. quæſt. vltim. C. ſi quis omiſſa
cauſa teſta. quem ſecutus eſt Fel. in cap. vlti. num. 15. de præ-
16 ſumpt. Et dolus † eſt delictum, vt reſpondit Soc. Iun. in cõſ.
113 num. 8. lib. 3. qui ob id ait, non præſumi.
17 Hæc præſumptio † multo magis locum habet quando
doli aut fraudis cauſa excogitari non poteſt: ſicuti reſpon-
derunt Aret. in conſilio 65. columna 3. verſ. in contrarium
arguitur Corne. in conſil. 189. ad finem libr. 2. & in conſil.
217. col. vlt. lib. 4. & in conſil. 203. col. 2. lib. 3. quos ſecutus eſt

Crauet.in conſil.6.numer.22.& in conſil.8.numer.19.
18 Ita quoque † multò minus dolus præſumitur, quando
alioqui dolus ille, nullum ei adferret lucrum & commo-
dum, vt reſpondit Bald.in conſ.250.In quæſtione.col.2.lib.1.
Decianus in conſ.57.num.36. lib.3. Et multò minus quando
19 † inde reſultaret ei odium & damnum, vt ex ſententia Soc.
Sen.in conſ.277.col.2. verſ. non enim poſſumus dicere.lib.
2.reſpondit Crauet.in d.conſ.8.num.4.qui idem eſſe ſubiun-
20 git, quando adeſt lucri amiſſio. Idem quando † tenue ac mo-
dicum lucrum inde reſultaret. Ita idem Crauet. in conſ.75.
nu.18.& in conſ.319.nu.13.& illi accedit Ruin.in conſ.8.in
21 fin.lib.4.Ita & † multò minus hæc præſumptio procedit, vt
non præſumatur dolus commiſſus aduerſus hominem frugi
& beneuolum vt reſponderunt Corn.in conſ.63. col.3 verſ.
& ex quo auctum fuit.lib.3. Crauet.in conſ.6.num.22. & in
22 conſ.8.nu.29. vt quoque † non præſumitur aduerſus ſangui-
ne coniunctum, vt reſpondit idem Crau.in conſ.319. nu.6.
23 idem de fraude dixit Craue.in conſ.44.nu.4.ſic † etiam do-
lus non præſumitur in eo, qui pro ſuo iure facit. Alex. in l.
Titius.num.9.ff.ad Treb.vbi egregiè Rui.in conſ 213.nu.10.
24 lib.1.& Decia.in conſ.23.nu.21.lib.2.Ita pariter † multo mi-
nus dolus præſumitur quando quis agit aliquid calore ira-
cundiæ, vt Soc.Iun.in conſ.36.num.10.lib.2.
25 Ita quoque dolus † multò minus præſumitur in eo, qui
rem accipit, vt eam domino reſtituat.l.3.§.non tantùm, ver-
ſicul. ſed enim additum eſt. ff. de incendio ruina & naufrag.
Feder.de ſenis in conſ.319.num.2.
26 Ita etiam dolus † multò minus in eo præſumitur, qui fe-
27 cit id, ad quod faciẽdum inuitabat rumor & fama: cùm † fa-
ma ipſa à dolo excuſare ſoleat vt multis reſpondit Craue.in
d.conſ.319.nu.4.Franc.de marchis.q.175.nu.1. in prima par-
28 te. Ita pariter † dolus multo minus præſumitur ex qualitate
perſonæ, vt in muliere & ruſtico, in quibus ſimplicitas po-
tius quàm dolus præſumitur: ſicuti ſcripſerũt Decius in con-
ſilio 180.columna 2. & Tiraq.in Tract.de legib.connub.in l.
nona.numer.40.Idem de pupillo reſpondit Bero.in conſilio
29 158.numero 42.libr.1. ſic & † in Principe dolus non præſu-
mitur: Bero.in conſilio 76.numero 71.lib.1.& in conſil.138.
numero 10.libro 3.
30 Extenditur † primò hæc præſumptio vt procedat etiam
quando aliàs verba actus & diſpoſitionis impropriarentur.
Ita extendit Crauet. in conſ.8. num.2. ex ſententia Bart.in l.
non ſolùm.§.ſed vt probari.ff.de ope.noui nuntia.
31 Extenditur † ſecundò, vt potius præſumatur error in iu-
re quàm dolus. Ita tradit Alciat. in Tract. præſumpt. reg.3.
præſumpt.30.ex l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de petit.hæred.& l.
ſi quis in graui.§.ſi quis ignorans.ff.ad S.C.Syllania. Et ſub-
32 iungit Alciatus, quod illis, in † caſibus, in quibus ſatis eſt
quem dolo carere, error iuris excuſat, vt eſt in acquiſitione
33 fructuum: ſecus † in præſcriptione, in qua non ſufficit care-
re dolo, ſed bona fides adeſſe debet, vt ſcribunt Barto.Caſtr.
& Imola in l.ſi fur.§.1.ff.de vſucap. Abbas in cap.ſi diligenti
num de præſcript. & ibidem Felin.& Pariſius. Hanc tamen
34 † extenſionem intelligit Alciat.procedere, niſi ius reſiſtat
actui: quia tunc dolus præſumitur.cap.qui contra de reg.iur.
in 6.& dicam infrà in quarta declaratione.
35 Extenditur † tertiò, vt potius etiam præſumatur error in
facto quàm dolus ita Barto.in l. ſi librarius.num.7.ff.de reg.
36 iur.cùm dixit, quod ſi notarius † aliquid omittit ſcribere in
inſtrumento, pręſumitur per errorem, non autem per dolum
omiſiſſe, & idem Bart.in l.quoties.§.1.ff.de hære.inſtit. Aret.
in conſ.47.num.3.Cæpolla in conſilio 21.numero 25.in cri-
mi.& Barba.in conſ.77.colum.1.lib.4.
37 Extenditur † quartò, vt procedat etiã in eo, qui clam ali-
quid facit, vt fraudẽ excludat, vel qui fraude vtitur ad exclu-
dendum aduerſarij ſui fraudes. Ita probat.l.cum pater.§.Ti-
tio.in fin.de leg 2.vbi.Nec videbitur dolo feciſſe, cùm frau-
38 dem excluſerit, & ibidẽ glo.ſimilia congerit, confert † quod
reſpondit Corn.in conſ.52.nu.20.libr.2. quod is dolo egiſſe
non videtur; qui clam renuntiauit alicui iuri ſub fiducia, ne
illud ius veniret in compromiſſum, quod erat facturus. Et
Cor.ſecutus eſt Alcia.in Tract.præſumpt.reg.3.præſumpt.27.
nu.2.qui adiungit hęc ſimilia. Illudq; primum, licere haben-
ti bonam iuſtamq; cauſam vti fraudibus ad excludendum
fraudes aduerſarij, ex ſententia gloſſæ in cap.dominus. 23.q.
2.c.cupientes de elect. in 6. Corne.in conſil. 6.num.9. lib.3.
& Barb. in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff. de verb.oblig. His addo De-
cium in l.ea eſt natura. num.3.ff.de reg.iur.& ibidem Cagno.
num.12.& alios plures recenſet Neuiz. lib.3.Syluæ nupt.nu.
39 54.Huc facit † quod tradunt Archid.in cap. vtilem. 22.q.
2. Iaſon l. ſi mora in 3. notab.ff.ſol.matr.dum commenda-
runt ſolertiam & dolum illum bonum Alexandri ſecun-
di Pontificis Max. qui promiſſa impunitate Epiſcopo Si-
moniaco, ab eo extorſit confeſſionem, quod Simoniam
commiſerit. Et idem affirmarunt alijs quos recenſui lib. 2.
de arbitra. iudicum. caſu 367.in fi. quo loci ſcripſi, conci-
liando Doctorum diſentientium opiniones, puniri quidem
potuiſſe ſed pœna arbitraria.
Quam quidem ſententiam comperij deinde probaſſe
40 Alciatum in d. præſumpt. 27. in fi. Huc † quoque pertinet
quod dicimus de ſponſionibus, quæ fiunt quotidie luden-
do, in quibus ex natura actus videtur licita verborum capta-
tio. Ita Alciatus in d.præſumpt. 27. numer. 3. & idem ſenſit
Didacus in cap. peccatum.parte 2.§. 4. verſ. ſed contrariam
ſententiam.de reg.iur.in 6.
41 Huc facit, quod † reſpondit idem Alciatus in reſp.453.col.
3.verſ.in primis non obſtat; Cùm dixit, dolo non egiſſe eum,
qui vt debitam ſibi à Principe pecuniam exigeret finxit, vel-
le detegere proditionem aduerſus ipſum Principem.
42 Declaratur † nunc hæc regula, qua diximus dolum non
præſumi, vt locum non habeat, quando extant coniecturæ
& præſumptiones commiſſi doli. Eſt enim certum, conie-
cturis dolum detegi, & probari poſſe.l.dolum. C.de dolo. &
tradunt Caſtrenſ.in l.quod Nerua num.3.ff.depoſiti, Barba.
in conſil.17.nu.28.lib.2.Curtius Sen.in conſi.44.col.10.verſ.
dolus.Corn.in conſi.140.nume.9.lib.2.Ruin.in conſil.4.nu.
10.lib.1.& in conſi.73.nu.9.lib.2.Pariſius in conſil.75. nu.31.
lib.1.& in conſil.67.nu.15.& in conſil.83. nu.47.lib.3.Socin.
Iun.in conſi.77.nu.46.in conſil.129.nu.68.lib.1.& in conſil.
83.nu.47.lib.3.Craue.in conſil.8.nu.1.& Maſcardus in concl.
43 530.nu.2.Ita & † fraudem probari cõiecturis, & præſumptio-
nibus reſpondit Craue.in conſil.100. nu.3. & in conſil. 143.
num.12.Decianus in conſil.32.nu.4.lib.3.
44 Et huius ſententiæ ratio eſt; quia dolus † eſt quid latens,
& in animo conſiſtens, qui ſanè animus non poteſt aliter
quàm coniecturis probari ſicuti diſſeremus in ſubſequenti
libro in præſum. Porrò hæ coniecturæ debent eſſe vrgentes
& concludentes, ſecundum Caſtrenſ.in d.l.dolum. C.de do-
lo, & Rota Genuen.deciſ.168.nu.13.& nu.14.Et duas ſuffice-
re dixit Decianus in conſil.32.num.4.lib.3.
Permultæ autem coniecturæ conſiderari, & afferri ſolent
ad probandum dolum tam verum quam præſumptum. Et
inter alios Lucas à Penna.in l. quemadmodum. C. de agri-
col. & cenſ. lib. 11. recenſet quam plures ac propè innu-
meros caſus, in quibus dolus præſumitur. Diligentius Io-
ſeph. Maſcardus bene eruditus iuriſcon. & ſummus ami-
cus meus in commentarijs De probationibus, in concluſ.
531.enumerauit centum ac decem & nouem declarationes,
quibus oſtendit, dolum præſumi. Ego vero pauciores con-
iecturas ſeu caſus commemorabo, frequentiores tamen,
& primum quidem illas, quæ à lege receptæ atque pro-
batæ ſunt, deinde alias nonnullas, quæ in iure expreſſim
ſcriptæ non leguntur.
45 Prima itaque eſt coniectura † doli commiſſi, quando
quis graue aliquod perpetrauit delictum: ſicuti homici-
dium, vel aliquem vulnerauit, vel grauem intulit iniu-
riam. Hoc ſanè caſu dolum lex præſumit, nempè quod
dolo occiderit, vel vulnerauit, vel iniuria affecerit. Ita pro-
bat. leg. 1. C. ad legem Corneliam de Sicar. quo loci ſta-
46 tuit Antonius homicidam probare † debere hominem à
ſe percuſſum, non occidendi animo percuſſum fuiſſe, cum
alioqui dolo & occidendi animo percuſſus præſumatur.
Sic & in l. ſi non conuicij. C. de iniurijs, habetur, eum,
47 qui † iniuria aliquem effecit, animo iniuriandi effeciſſe:
atque ita doloſè egiſſe præſumitur. Et in ſpecie annota-
runt Angelus in l. plagij. C. ad legem Fauiam de plagia.
& in dict. leg. ſi non conuicij. Salicetus in leg. Senatus. C.
de ijs, qui ſibi aſcrib. Aretinus in cap. in præſentia. in
octauo



octauo notab. de probatio. Guido Papæ.q.423.col.vlt. Cæ-
polla in conſil.21.columna pen.& in conſ.24.col.2.in crimi-
nalib. Decius in d.c.in præſentia.nume.14.verſ.difficile vide-
tur, & Alcia.in tract.de præſumpt.reg.3. præſumpt.1.verſ.vn-
de aliter dicas. Et de dolo, qui in iniuriante præſumitur, poſt
alios reſpondit Pariſ.in conſil. 149.num.20.lib.4. ſunt enim
hæc delicta ſui natura, & quidem lege diuina & naturali: qui
ergo illa admittit, ſcienter & doloſè admiſiſſe præſumitur.
Hinc intelligimus, rectè ſcripſiſſe Bart.in l.Aurelius.§.idem
48 quæſiit.nu.2.ff.de lib.leg.cùm dixit, eum qui confeſſus † eſt,
occidiſſe hominem, ſed ad ſui defenſionem, probare debere
excuſationem illam: cum alioqui præſumatur doloſe occidiſ-
ſe. Et idem in ſpecie magis poſt alios reſpondit Crauet. in
conſil.35.num.8.& idem ſcripſit Feratius in cautela.5.num.3.
Et vehemens debet eſſe coniectura hæc excuſatoria. Aretin.
conſ.80.num.2.
49 Cæterùm † aduerſus hunc caſum repugnare videtur egre-
gia illa traditio Bart.in l.non ſolùm.§. ſed vt probari.num. 2.
verſ.prædicta vera.ff.de operis noui nuntia.cùm dixit. Quod
ſi accuſatus fuit Titius vulneraſſe Sempronium menſe Maio:
Et ipſe Titius pro ſui defenſione probauit, quod eo menſe
Maio Sempronius fuerat bannitus: & ſtatuto permiſſum eſ-
ſe, bannitos impunè offendi poſſe, & bannum ipſum produ-
xit. Hoc in caſu ſcripſit Bart.condemnari non poteſt accuſa-
tus, quia ſumitur coniectura & præſumptio, quod Titius vul-
nerauerit Sempronium eo tempore quo erat bannitus: atque
ita affirmat Bar. delictum & conſequenter dolum non præſu-
mi etiam quando factum eſt aliquid, quod prohibitum eſt le-
ge diuina & naturali: ſicuti eſſe diximus homicidium. Et hanc
Bart.doctrinam probarunt Roma.in d.l. non ſolum.§. ſcien-
dum.nu.7.de operis noui nunt.& ibidem Alex.nu.4.& 5.in fi.
dixit, omnes ſequi Bar. Idem Alex.in conſ.24 nu.23.lib.2.ſic
& Abbas in cap.in præſentia.n.12. de proba. & ibidem Dec.
nu.15.& Pariſ.nu.31.Gomeſ.in §.item ſi quis poſtulante.nu.
29.in fi.in Inſt.de actio. Alciat.de præſumpt.reg.3.præſump.
5.num.2.& Crauet.in conſ.205.num.9.
Et traditionem hanc Bart.& ſequacium repugnare illi An-
geli & Saliceti in dicta l. 1. C. ad legem Corne. de Sicar. de
qua ſupra, ſcripſerunt Alex.in d.§.ſciendum.num.5.verſ.item
adde, Decius in d. cap. in præſentia numero 15. & Pariſius,
numero 36.
Conciliando has opiniones dixit Alex. in d. §. ſciendum.
num.5.in fin.Bart.loqui, quando reus accuſatus probauit ali-
quam cauſam, quæ poterat facere ipſum actum licitum: ſicuti
quando probat, Sempronium fuiſſe bannitum, & bannitos
impunè poſſe offendi: ſi verò (inquit Alexander) accuſatus
nullam probauit cauſam, qua actus reddi poſſit licitus, pro-
cedit illa traditio Angeli in d.l.1.C.ad l.Corneliam de Sicar.
ex illo text. Hanc Alexandri conſiderationem probarunt Fe-
linus in cap.nonnulli.§.ſunt & alij.num.42.verſic.ad illud.de
reſcript.Alcia.in Tract.de præſumpt.reg.3. præſumpt.1.verſ.
3.limitatur.
Cæterùm conciliatio hæc dubia eſt, quia procedere poſſet
conſideratio Alexandri, quando in caſu Bart. ille accuſatus
probaſſet, illum Sempronium à ſe occiſum fuiſſe bannitum
eo met tempore, quo eum vulnerauit, ſed probãdo illum fuiſ-
ſe bannitum, non expreſſo illo tempore, non dicitur probaſſe
cauſam reddentem actum licitum. Verùm huic obiectioni
reſpondetur ex ſententia Iaſonis in d. l. non ſolùm. §. ſcien-
50 dum.nu.7.verſ.ego conſiderabam.cùm † dixit, in criminali-
bus ad probandum accuſati defenſionem admitti probationes
dubias, & aliàs non concludentes, & quæ alioqui non admit-
terentur, & à perſonis aliàs ſuſpectis. Ita ſanè (inquit Iaſ.) ad-
mittuntur teſtes de ſola credulitate deponentes vel reſpondit
Alex.in conſ.76.nu.5.& in conſ.109.nu.7.lib.1. Ita etiam ad-
51 mittuntur † ad accuſati defenſionem teſtes domeſtici & fa-
miliares, qui aliàs admitti non debent: ſicuti poſt Specul.in
tit.de Inquiſit.§.1.ver.ſed nunquid eas, ſcripſerunt Io.de An-
na.in conſil.109.Petraſancta in ſing.11. & Gramma.in deciſ.
56.numer.16.& 17. Et admitti hoc in caſu probationes non
concludentes, ſed dubias affirmarunt etiam multi congeſti à
Pariſio in d.c.in præſentia.num. 31. Et hanc traditionem pro-
bauit & ibidem Bero.num.135.& num.136.in fine textu.l.3.
C.ad legem Corneliam de Sicarijs.
52 Et huius quidem traditionis ea eſt ratio, quia † probatio
illa accuſatoris, quæ debet eſſe clarior luce meridiana.l.vlt.C.
de probatio. reddita eſt dubia à qualicunque hac accuſati
probatione.
53 Secunda eſt coniectura, qua † dolum lex præſumit, nem-
pè quando quis dixit mendacium.l.ſi quis affirmauerit.§.1.&
l.quod venditor.& l.& eleganter. §.idem Pomponius.ff.de
dolo.& l.falſus.§.ſi quis.ff.de furtis. Et manifeſtè ſcripſerunt
Caſtren.in conſ.136.Viſis & conſideratis.in fi.lib.1.Ancha.in
conſilio 226.col.2.Roma.in conſ.8.num.2.Alex.in conſ.63.
lib.1.Lucas à Penna in l.quoties.col.7.verſi.ſed quid ſi reus.
C.de dignita.lib.12. Ruinus in conſilio 29.nume.6.lib.1.&
manifeſtius Craue.in conſilio 2.numero 13.in conſilio 192.
nu.13.in conſ.244.nu.6.conſ.249.nu.6.in conſi.372.nu.6.in
conſ.564.num.8.& in conſ.936 nu.31.& idem in tract.de an-
tiquis tempo.in prima parte.nu.16.& 18. Hier.Scruf.in conſ.
97.num.8.Gigas in conſilio 40.num.5.Marzarius in conſil.
22.num 4.& Maſcardus in dicta concluſ.531.num.19.& nu.
76.qui nonnullos ex ſuprà commemoratis retulit. Idem re-
ſpondit Decianus in conſ.32.num.29.lib.3.
54 Et hinc dicimus, quod † impetrans reſcriptum, expreſſis
falſis qualitatibus, doloſè id egiſſe præſumitur, vt reſpondit
55 Craue.in conſ.282.num.8. Et inter † mendaces connumera-
tur ille, qui affirmauit quod neſciebat, vt reſpondit idem Cra-
56 uet.in conſ.386.nu.13.& in conſ.969.nu.12. Eſt enim † men-
dacium lege diuina prohibitum: cùm ſit dicere falſum teſti-
monium.c.homines.22.q.2. quod præcepto Decalogi repu-
gnat. Et ſcriptum eſt Sapien.c.1. Os, quod mentitur, occidit
57 animam. Prohibetur † etiam mendacium lege generali: alte-
ri ne feceris, quod tibi non vis fieri. Et propterea mẽdacium
eſt ſui natura, & genere malum, vt ſcripſit diuus Thomas. 2. 2.
q.110.art.1.& Syluester Prierius in ſumma, in verbo, Menda-
58 cium.num.2. Hinc etiam dicimus, dolum † pręſumi & colligi
ex falſis perſuaſionibus.l.ſeruus.§.vlti.& l.cum quis.ff.de do-
lo.& copioſè reſpondit Craue.in conſi.192.num.12. & De-
cianus in conſ.32.num.24.& 29.lib.3. Idem eſt in eo, qui ta-
59 cet verum: cùm † paria ſint aſſerere falſum, & tacere verum.l.
presbyteri.C.de Epiſ.& cle.& tradit Ancha.in cap.cum dile-
60 cti.num.10.de accuſat. Hinc † quoque dicimus, dolum præſu-
mi in matre affirmante filium eſſe ætate minorem, ſi deinde
reperitur maior. Nam præſumitur per mendacium dixiſſe il-
lum eſſe talis ætatis: cum mater filij ætatem ſciat. Ita reſpõdit
61 Ruinus in conſ.194 num.8.lib.1. Hinc † pariter dicimus, do-
lum præſumi in accuſatore, qui accuſationem non probauit.
Nam mendacium dixiſſe & falſam accuſationem propoſuiſſe
dicitur.l.qui probaſſe.C.de calum.& reſponderunt Soci.Sen.
in conſilio 118.col.4.lib.1.& Craue.in conſilio 262.in fi. Hęc
62 tamen † coniectura locum habet, quando mendax conſequi-
tur aliquod commodum ex mendacio: ſecus ſi nullum. Ita in
ſpecie Rui.in conſi 8.numero 5.lib.4.& idem ſenſit ipſe Rui
in d.conſ.29.num.6.lib.1.
63 Tertia eſt † coniectura, quam lex facit, dolum fuiſſe com-
miſſum, quando ſcilicet quis promiſſa non ſeruat. Hanc pro-
bant l.dolus.& l.ſi procuratorem.§.dolo.ff.mand.& l.1.§.eſt
autem.ff.depoſiti. Et manifeſtè reſponderunt Alex.in conſil.
52.columna 1.& in conſilio 84.col.2.lib.6.Corne.in conſilio
116.in fi.lib.1.& in conſilio 128.colum.2.lib.3 Craue.in conſ.
100.numero 9.in conſilio 115.num.2.in conſi.193.num.2.in
conſilio 355.num.11 & in conſilio 659.num.5.Maſcardus in
dicto tracta.de probatio.concluſ.531.num.24. Decianus in
conſilio 60.num.46.lib.2.& idem ego ipſe ſcripſi in lib.2.de
64 arbitrariis iudicum.Caſu.208.num.35. Eſt † enim iniquum &
legi diuinę repugnans non ſeruare promiſſa.c.1.2.& 3.de pa-
ctis. Sic & lex ipſa naturalis iubet, datam fidem ſeruari debe-
65 re.l.1.ff.de pactis. His † intelligimus rectè reſpondiſſe Craue.
in conſilio 282.numero 8.verſiculo quartò arguitur, dolum
argui in eo, qui verbaliter ſoluit, quod realiter ſoluere pro-
miſerat.
66 Quarta † eſt coniectura, quam lex facit admiſſi doli, quan-
do quis non facit, quod pro ſui officio & munere facere te-
netur.l.dolus.ff.mandati. & dicta l.dolo.ff.ad leg. Falcid. &
ſcribunt Bartol.in l.tutor, qui repertorium.ff.de admi.tuto.
Socinus Senior in conſilio 46.numero 4.libro 1. Calca.in
conſ.24.col.4.verſic.4.pro hoc facit.Craue.in conſ.115.nu.2.

Cephalus in conſ.230.nu.4.lib.2.& Maſcardus in d.concluſ.
531.nu.80. Et alia plura tradit Crauet.in conſ.346.nu.1.&2.
Bero.in conſ.191.num.18.& num.44.lib.1.qui differit,de ſo-
67 cio,& adminiſtratore, ſic & in † tutore, qui pro ſui officio &
munere non deſcripſit bona pupilli in inuentario. Non enim
dicitur obſeruaſſe promiſſa;quæ in tutore ſunt,vt rem pupilli
68 bene, diligenter, ac fideliter gerat & adminiſtret. Ita † quo-
que dolus præſumitur in emptore, qui litem motam non de-
nuntiat venditori, cum id pro ſuo munere facere teneatur.l.ſi
fundo.§.1.ff.de euict.& tradunt Socin.Sen.in l.2.§.volunta-
tem.columna pen.ff. ſoluto matr.& Crauet. in conſilio 362.
numero 12. Ita etiam dolus præſumitur in ſeruo, qui non de-
fendit,vel ſimulate defendit dominum contra occiſores cum
tamen eum defendere teneatur.l.1.§.excuſantur.ff.ad Syllan.
vbi Igneus.num.4.& 9.
69 Quinta † eſt coniectura,quam lex arguit in eo,qui in con-
tractu ſecum contrahentem decepit.l. ſi ſuperſtite. §. primo.
C.de dolo.l.in ſumma.ff.de pecul.l. ſi de meis. §. recepiſſe &
l.ſed & ſi in ſeruum.§.ſi quis iudex.ff.de arbitris. Id quod in-
telligunt Doctores, quando deceptus ille fuit enormiter læ-
ſus. Ita declarant Alexander in l. ſi quis cum aliter. numero
16.ff.de verborum obligatione.Socin.Sen.in conſil.263.nu-
mer. quarto,lib.ſecundo,qui eiuſdem ſententiæ recenſet Ca-
ſtrenſem.Et idem affirmarunt Curt.Sen.in conſ.44.colum.4.
Decius in l. pactum.nu.7.C.de colla.Curt.Iun.in conſ.141.
nu.11.Socinus Iunior in conſil.42.nu.26.lib.1. Alba.in con-
ſilio 89.nu.5.Bero.in conſil.177.num.44.& num.53.lib.1.&
Crau.in conſ.142.nu.21. & in conſilio 282.nu.8. verſ.quartò
arguitur,& in conſ.647.num,6.& Maſcardus in d.conclu.531.
num.25.& num.27.qui alios nonnullos recenſet. Et ibidem.
num.28.ſubiunxit, imò intelligi, quando læſio eſt enormiſſi-
ma.Quod verũ non eſſe crediderim:cùm ſufficiat læſio enor-
70 mis.Ita † etiã dolus præſumitur in eo, qui induxit fideicom-
miſſarium ad renuntiandum amplo fideicommiſſo, tenui ac-
cepta quantitate, vt reſpondit Soc.Iunior in conſil.98.num.
71 23.lib.2. Et confert quod ſcripſit Caſtren.in † l.ſi fugitiui.in
fin.C.de ſeruis fug.Cùm dixit,dolum argui ex immodico ex-
72 ceſſu: Eſt † enim aduerſus legem diuinam in negotio frau-
dare proximum ſuum, vt habetur apud Diuum Paulum ad
Theſſalon.cap.4. Ne quis ſupergrediatur, neque circunue-
niat in negotio fratrem ſuum. Et relatum eſt in c.1.de empt.
& vendit.

Repugnat etiam lex illa naturalis ſupra commemorata,
alteri ne feceris, quod tibi non vis fieri. Et ſcribit Cicero in
tertio officiorum. Nihil eſſe à natura alienius quàm fraus &
dolus in contrahendis negotiis.
73 Et ſimile eſt,quod dicimus, dolum præſumi † in venden-
te rem,ſuppreſſo eius vitio, quod ſi emptor cognouiſſet, non
emiſſet. Nam & hic proximum ſuum fallere & decipere vo-
luit.l.1.§.1.ff.de act.empt.reſpondit Alex.in conſ.14.in fin.&
in conſil.95.lib.5.quem ſecutus eſt Crauet.in conſilio 83.nu-
mero 3.& in conſ.221.numero 9.verſ.ſimiliter, qui multis ſi-
milibus comprobauit,& idem in conſilio 282.num.7.& alios
nonnullos recenſet Maſcardus in d.concl.531. numero 32. &
accedunt Crauet.in conſil.670.num.3. in conſilio 630.num.
13.& in conſ.936.num.30. & Bero.in conſ.177. nu.42. & 43.
libr.primo. Imò ſcripſi in libr.2. de arbitrariis iudicum.caſu.
382.& 383. hunc ſupprimentem vitium rei venditæ & alie-
natæ puniri pœna extraordinaria.
74 Et ſimile eſt quod † dicimus, dolum præſumi in eo, qui
ſupprimit ſecum contrahenti qualitátem ſuæ perſonæ priui-
legiatæ. Ita Craue.in conſ.142.num.20.& in conſ.195.nu.13.
& in conſil.282.nu.7.ſic etiam celans factum præſumitur do-
lum committere.Natta in conſilio 342.num.5.lib.2.
75 Huc etiam facit, dolum † præſumi in impetrante reſcri-
ptum,non expreſſis his,quæ mouere potuiſſent principem ad
non concedendum. Hac enim ſuppreſſione voluit impetrans
iſte decipere & circunuenire principem ſicuti in ſpecie re-
ſponderunt Baldus in conſilio 335.ſtatuto cauetur,quod nul-
lus.columna prima, libro tertio, & in conſilio 306. Proponi-
tur, quod quidam.ad finem.libr.5. Abbas in conſilio 109.in
ſecundo dubio.lib.2.& Craue.in conſ.68.num.11.& in conſ.
282.num.ſeptimo.verſ.ſimiliter tacens.
76 Sexta † eſt coniectura, qua lex dolum præſumit in eo,
qui mercatur contra iura.cap. qui contra.de reg.iuris in 6.&
in ſpecie ſcripſerunt Alciatus in Tract. de præſumptionibus.
reg.3. præſumpt.30.num.2. Crauet.in conſil.142.num.12.in
conſil.871.num.21..

Et accedunt Roma.in conſ.437.num.3. Pariſ.in conſil.49.
num.33.lib.1.Rolandus in conſilio 14.num.10.lib.3.& Ma-
ſcardus in d.concl.531.nu.47.Et confert quod copioſè diffe-
rui ſuprà lib.3.præſumpt.130.num.33.cùm dixi, præſumi in
mala fide eum,qui contra iura mercatus eſt.Et ibidem exten-
di & declaraui multis modis, qui ad rem noſtram ſatis ada-
77 ptari poſſunt. Et ratio huius ſententiæ ea eſt, quia † ſpernere
legis præcepta,eſt repugnare diuinæ voluntati:cùm leges di-
uinitus promulgatæ dicantur per ora Principum.l. huma-
78 num.C.de legib.Et qui † Principi reſiſtit, Deo reſiſtit,c.qui
reſiſtit.11.q.3. Et Prouerb.c.8.ſcriptum eſt. *Per me Reges re-
gnant,& legum conditores iuſta decernunt:per me Principes impe-
rant & potentes decernunt iuſtitiam.*

His intelligimus recte reſpondiſſe Crauettam in d. conſil.
79 193.num.2.dolum tutoris † argui quando alienauit bona pu-
pilli, non obſeruatis iuris ſolennitatibus. Et idem Crauet.in
conſ.871.num.21. & in conſil.889.num.5. Cephalus in conſ.
80 51.num.6. qui idem reſpondit † in contrahente cum mulie-
re non ſeruata ſolennitate à ſtatuto requiſita.
81 Septima eſt † coniectura, qua lex dolum & fraudem præ-
ſumit in emente à debitore, qui ad fraudandum creditores
vendit: ſi ipſi emptori denuntiatum fuit,ne emeret.Ita pro-
bat text.l.ait Prætor.§.ſi quis particeps.ff.de his, quæ in frau-
dem credito.& ibidem glo. & Docto.& reſpondit Crauet.in
conſilio ſexto, numero 76. & in conſilio 193.numero ſecun-
do. Qui intellexit habere locum,etiam ſi emptor ſciuit, cre-
ditores eſſe ſibi denuntiaturos: lex enim hoc in caſu præſu-
mit, hunc emptorem eſſe fraudis participem, atque ita dolo
emiſſe. Quæ ſanè deceptio repugnat legi diuinæ & naturali,
vt diximus.
82 Octaua † coniectura doli eſt, quam lex facit contra hære-
dem ſcientem occiſores eius, cui ſucceſſit, & non vendican-
tem mortem ipſius occiſi. Nam lex præſumit dolo non ven-
dicare,& propterea ab eo aufertur hæreditas tanquam ab in-
digno.l.propter veneni.§.primo.ff.ad S.C.Syllania.Quo ex
83 reſponſo annotauit ibi Bart.dolum † præſumi in eo,qui facit
quod de iure facere non debet. Et Bart.ſecuti ſunt Decius in
l. ſi idem cum eodem.§. primo, in fine.ff. de iuriſdict. omn.
iud. & Crauet. in conſilio 115. numero ſecundo, in conſilio
193.numero 2. & in conſilio 282. numero 8. verſiculo nonò
dolus.
84 Cæterùm † d.l.propter veneni.§ 1.procedit,quia non ven-
dicans necem occiſi præſumitur particeps homicidij: ſicuti
ibidem annotauit Ioan.Igneus.numer.8. Quo circa abſolutè
85 † non poteſt argui dolus in eo,qui non fecit,quod facere lex
ſtatuit, ſed ita demum ſi commodi & vtilitatis inde proue-
nientis particeps eſt.
86 Nona eſt coniectura, † quam lex facit dolum fuiſſe com-
miſſum, nempè in eo, qui non obtemperat magiſtratibus.l.
non poteſt dolo carere.ff. de reg.iur.& ſcripſerunt Io.Andr.
Lucas à Penna & Alex. quos retulit Maſcardus in d.concluſ.
87 531.nu.89.Eſt ratio, † quam & ſupra attigi:quia lege ipſa di-
uina mandatum eſt, Principibus quorum perſonam ſuſtinent
magiſtratus,obediendum eſſe,c.2.de maio.& obed.
88 Decima eſt coniectura, † quam lex admiſſi perpetratíque
doli facit,quando quis petit quod reſtituturus eſt,l.in condē-
natione.§. dolo de regulis iuris, l. dolo facit.ff. de doli mali
except.& c. dolo.de reg. iuris.in 6. & illis in locis Doctores:
Et ſcripſerunt Comenſ.in d.l. dolo. Aret.in l.ex duobus.la 1.
colum.vltim.ff.de duob.reis.Gratus in conſilio 109.numero
39.lib.2.Socinus Iunius in conſilio 8.numer.10.lib.1.& Ma-
89 ſcardus in d. conclu.531. numero 81. Et intelligunt † decla-
rantque prædicti non habere locum, quando quis petit alie-
no nomine,quod ipſe eſt reſtituturus.Et aliis declarationibus
copioſius explicat Angelus Aret.in §.ſequitur.num.27.in in-
ſtit. de except. dum poſt Romanum recenſet octo conclu-
ſiones.
90 Vndecima eſt † coniectura doli, quam lex ducit & colli-
git ex eo, quod quis vult locupletari cum aliena iactura &
damno.l.1.§.an in pupillum.ff.depoſiti.Et in ſpecie ſcripſerũt
Calcanc.



Calcanc.in conſilio 25.columna 4.& in conſilio 36.columna
quinta.Decius in l.cum fundus.§.ſeruum tuum.numero 6.ff.
ſi certum peta. Crauet.in conſilio 142.numero 17. Natta in
conſilio 305.numero 2.libr.2. & Maſcardus in d.concl.531.
numero 61. qui eiuſdem ſententiæ recenſet & Lucam à Pen-
na in d.l.quemadmodum.C.de agricol.& cenſ.lib.11.Eſt ra-
tio, quia repugnat legi diuinæ & naturali damnum alicui in-
91 ferre:Qui ergo id facit,dolo facere præſumitur.Hinc † etiam
fit,vt dolus præſumatur in eo, quia aliena occupat,præſertim
ſi vi id facit, vt reſpondit Ruinus in conſil.1.columna vltima
92 verſiculo nec obſtat. libro quinto. Eſt & † ſimile quod dici-
mus,dolum præſumi in eo,qui aliena conſumit,& in ſui vtili-
tatem vertit.l.Neſennius.§.fundum.ff. de re iud.& reſpondit
Crauet.in d.conſilio 142.numero 16. poſt Corneum in con-
93 ſilio 138.columna 2. libro 3. Idem in tutore & † adminiſtra-
tore, qui non reſtituit reliquatum. Ruinus in conſilio 69.nu-
mero octauo,libro ſecundo, & in conſilio 97.numero 9.lib.
5.& Pariſius in conſilio 74.numero 34.lib.1.
94 Duodecima eſt coniectura † doli, quando quis diu ſup-
preſſit & occultauit teſtamentum, donec filius exhæredatus
moreretur, ne poſſet agere de inofficioſo. Ita probat.l.ſi quis
affirmauit.§.item ſi tabulæ.ff.de dolo.Conferunt ſimilia,quæ
ſcripſi ſupra libr. 2. præſumpt.91.& ſimile referam infra in
coniectura 19.
95 Decimatertia coniectura † eſt doli, quando hæres graua-
tus fideicommiſſo rem ipſam totam ſcienter alienat. Ita re-
ſponderunt Corn.in conſilio 140.numer.10.lib.2. Crauet.in
conſilio 193.numero 5.& Rolan. in Tract. de lucro dotis.q.
96 58.in fin.Quod intelligo,† cum perpetuè alienat.ſecus ſi do-
nec in humanis erit, cum id facere poſſit.l.2.§.ſinautem.C.
communia de legatis.
97 Decimaquarta † coniectura eſt doli, quando quis facit
quod ſibi non prodeſt & alteri nocet, vt reſponderunt Alex.
in conſilio 574.numero 4. libro 2. & Crauet.in conſilio 35.
numero 10. Eſt ratio, quia alteri nocendo ſine ſuo commo-
do legem offendit naturalem, alteri ne feceris,quod tibi non
vis fieri.
98 Decimaquinta † coniectura eſt doli,quando quis extorſit
vſuras:ſicuti reſpondit Alex.in conſ.93.num.6.lib.6.Bero.in
conſ.207.nu.12.lib.3.Eſt ratio quia vſura non ſolum lege di-
uina, ſed etiam naturali prohibetur. Sicuti probaui in lib.2.
de arbitra.iudicum.Caſu 398.col.1.
99 Decimaſexta † coniectura doli colligitur ex malo effectu
ſubſecuto, vt docuit Baldus in l.1.ad finem.C.ſi quis omiſſa
cauſa teſta. Et ſecutus eſt Crauet.in conſ.282. num.8.verſic.
tertiò arguitur,& in conſ.969.num.13.
100 Decimaſeptima † coniectura doli ſumitur à perſonarum
qualitate, ſicuti quando multum ſagax contrahit cum pupil-
lo,vel minore,vel muliere,vel ſimili,quorum fragile eſt con-
ſilium. Nam tunc dolus in ſagaci præſumitur. Ita Baldus in
conſilio 312.ſi ita eſt,libro ſecundo, & Crauet.in conſil.282.
num.2.verſ.ſeptimo ad probationem. Et hoc maximè locum
habet,quando is pupillus, vel minor,vel mulier contraxit,ſi-
ne ſolita affinium præſentia, vt reſpondit idem Crauet. in d.
conſil.282.num.9.Idem dicimus in reliquis actibus & nego-
tiis, dolum præſumi perſonarum qualitate inſpecta: ſicuti
ſcripſerunt Albericus in l.dolum.C. de dolo.Decius in c.fin
autem.numer.3.de reſcript.& egregiè Io. Royas in Tract.de
101 hæreticis,in prima parte.num.206.qui † ob id ſcripſit,dolum
præſumi in eo,qui protulit verba hæretica, & ſi negat inten-
tionem,quando is eſt ex ſuſpecto genere,vel patria.
102 Decimaoctaua † eſt coniectura doli, quando quis vſus eſt
nimia diligentia & cautela: atque ita plus fecit quàm fieri
conſueuit.l.ſignis ſub cond.ff. de cond.inſt.vbi Bald.& idem
Bald.in l.rogaſti.§. ſi tibi.col.2. ff. ſi certum peta. Cornel.in
conſ.205.nu.7.lib.2,Iaſ.in l.teſtamentum.num.4.C.de teſta.
Decius in conſ.448.num.23.Curtius Iunior in conſ.178.nu.
13.Gratus in conſ.53.nu.10.lib.1. Natta in conſ.436.num.4.
Bero.in conſ.59.nu.14.lib.1.Crauet.in conſ.321.numero 3.&
reſpondi in conſilio 109.nume. 35. Ita pariter dicimus clau-
103 ſulas inſolitas † in inſtrumentis contractuum & aliorum
actuum arguere fraudem & dolum:ſicuti ſcripſerunt. Aret.in
conſilio 16.numero 6. Socinus Iunior in conſilio 77.numer.
47.lib.1.Neuiz.in conſ.8.num.63.Alciatus in reſp.462.num.
10.& Craue.in conſilio 862.numero 6.& in conſilio 969.
num.14.& Decianus in conſilio 32.numero 64.& in conſilio
67.num.15.lib.3. Idem ego reſpondi in conſilio 1.num.338.
lib.1.& ibidem numero 341.declaraui, quæ dicantur inſolita.
104 Et conferunt † quæ ſcripſi ſuprà lib.3.in præſumpt.122.num.
65.cùm dixi,pacta inſolita arguere contractum fœneratitium
& ſimulatum.
105 Decimanona † coniectura eſt doli,quando quis diu diſtu-
lit accuſare vel opponere exceptiones. Ita Baldus in conſ.37.
Quidam tabellio.in fi.lib.1.& Anch.in conſ.234.Boer.q.42.
numero 20.& Craue.in conſi.75.num.9.in conſil 112.num.
16.in conſ.134.num.17.& in conſ.969.num.15.& ſcripſi ſu-
prà lib.2.præſump.91.num.8.vbi ſimilia retuli.
106 Vigeſima † coniectura doli eſt,quando quis ſine ſuo com-
modo,vel alio proprio intereſſe alium accuſat. Ita reſponde-
runt Alex.in conſilio 174. columna penult.lib.2. & in conſi-
lio 9.columna.1.lib.6.& Craue. in conſilio 35 nume.10.& in
conſilio 75.num.10.
107 Vigeſima prima † coniectura doli eſt, quando quis clàm
& occultè facit, quòd palàm fieri ſolet: ſicuti quando clàm
cõtrahit matrimonium,quod deinde apparet habere aliquod
impedimentum. Ita probant.l.vlt.ff.de ritu nuptia.& l.1.C.
de interdicto matr. & reſpondit Craue.in conſil.34.num.11.
& in conſil.115.num.5.& alios refert Maſcardus in d.conclu.
531.num.43.ſic & Bero.in conſ.59.num.11.lib.1.& Decia.in
108 conſ.32.num.18.lib.3.Hinc † etiam dicimus, dolum præſumi
in eo,qui recta via non incedit,ſed per anfractus & diuerticu-
la.l.qui fiſcales.C.de nauicula.libr.11.& ſcripſerunt Bald. &
Salice.in l.cum proponas.C.de nautico fœnore. Craue.in d.
109 conſ.115.num.5.Et ſimile eſt, quando † quis contrahit in do-
mo aliena. Nam clàm & occulto hic videtur contrahere, &
ideò dolus præſumitur, vt reſponderunt Ancha.in conſ.385.
col.vlt.& Craue.in conſilio 142.num.18.& ſequitur Maſcar-
dus in d.conclu.531.num.44.& idem reſpondit Decianus in
d.conſ.23.num.19.lib.3. Et ij intelligunt procedere etiam in
minore,ruſtico,milite & ſimilibus.
110 Vigeſima † ſecunda coniectura doli eſt, quæ colligitur ex
præcedenti tractatu.Ita Ruin.in conſ.4.num.10.lib.1.Craue.
in conſ.2.col.2.& ad rem Maſcardus in d.concl.531.num.73.
& Decianus in conſ.32.nu.15.lib.3.
111 Vigeſimatertia † coniectura doli eſt, quando mercator
remiſit literas cambij ſoluendas ab eo qui paulò poſt acce-
ptas literas decoxit. Ita poſt Baldum, Angelum,& Imolam in
l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.ff.ſoluto matr.reſpondit Natta in
conſ.342.num.3 lib.2.
112 Vigeſimaquarta † coniectura doli eſt,quando quis mutuo
dat pecuniam male conſumpturo. Ita reſpondit Natta in d.
conſ.342.nu.6.argumento ducto à l.ſi verò non remunerandi.
§.ſi adoleſcens.ff.mand.l.2.ff.quarum rerum act.non datur,
& l.ſi quis cũ ſciret.ff.de vſucap.pro empto. Et ſequitur Ma-
ſcardus in d.conclu.531.num.109. Et accedit Berous in conſ.
49.num.11.lib.1.
113 Vigeſimaquinta † coniectura doli eſt quando arbitri cu-
rant ratificare laudum antequam eis legatur. Ita reſpondit
Craue.in conſil.221.num. 10. & Maſcardus in d.concluſ.531.
num.78.
114 Vigeſimaſexta † coniectura doli eſt,quando mulier dona-
uit.Ita Butrius in conſ.45.columna 1.Socinus Senior in conſ.
214.num.10.lib.2.& Decianus in conſ.32.num.7.lib.3.& ibi-
dem num.12.idem eſſe dixit, in minore, qui ius ſuum remiſit,
ex ſententia Bald.in conſ.213.in fi.lib.1.

Commemorare hoc in loco potuiſſem alias nonnullas cõ-
iecturas ex relatis à Luca à Penna in d.l.quemadmodum.C.
de agricol.& cenſ.lib.11.& repetitis à Maſcardo in d.concluſ.
531.ſed de induſtria omittere volui.

Illud autem aduertendum eſt aduerſus prædictas cõiectu-
ras admitti contrarias probationes, ſicuti ſcripſerunt Baldus
& Salicetus in l.1.C.ad l.Cornel.de Sicariis.
115 Et inter alias obſeruanda † eſt illa,quãdo quis facit actum
prohibitum tantummodò à lege poſitiua: & actus ille nemi-
nem lædit aut lædere poteſt, vel ſi lædit,leuis eſt læſio. Hoc
ſanè caſu dolus in illo ſic faciente non præſumitur. Ita intel-
ligo & interpretor Angelum & Salicetum in dicta l.prima.
C.ad legem Corneliam de Siccariis. & alios nonnullos ex

cõmemoratis ſupra in prima coniectura. Et exiſtimo ita etiã
dicere voluiſſe Decium in d. c.in præſentia. in 12. notab.nu-
mero 14.verſiculo difficile videtur,de probat.& Alciatum in
Tract.de præſumptio.reg.3. præſumpt.1.numero 3.verſiculo
aut eſt ſimpliciter. Ita etiam loquitur Inno.in c. dudum.il 2.
116 de elect.cùm † dixit, quod ſi probatur clericum iuiſſe vena-
tum, interpretandum ac præſumendum erit non dolo, & vt
legis contemptorem iuiſſe:ſed recreationis gratia. Idem ſcri-
pſerunt Archid.in cap.qui venationibus.86.diſtinct.Alex.in
conſ.72.num.13.lib.1.Felin.in cap.vlt.num.21.de præſump.
& in cap.cum dilecti.col.4.verſ.pro quo de accuſa. Ita quo-
que dixerunt Butrius & Abbas in d.c.dudum.il 2. de electio.
117 quod ſi probatur, † aliquem iraſcibilem, capietur præſum-
ptio in meliorem partem, quod ſcilicet id ſit non dolo, ſed
iuſta ex cauſa. Sic & Inno.in cap.ſuper his de accuſat.& poſt
118 eum Felin.ibidem num.17.ſcriptum † reliquerunt, accuſan-
tem ſacerdotem, quod adminiſtrauerit ſacramenta, & cele-
brauerit in parochia aliena,probare debere, ſine licentia pa-
rochi ea egiſſe,alioqui ſumitur interpretatio,quod ſine dolo,
ſed iuſta de cauſa adminiſtrauerit, & celebrauerit. Et horum
ſententiam probarunt etiam Lapus in alleg.126.& Alciatus
in Tract.de præſumptionibus.reg.ſecunda, præſumpt.6. Ita
119 pariter ſcripſerunt † Inno.& Butrius in cap.ſecundo,de arbi-
tris, quod ſi teſtis confeſſus eſt aliquid, quod prima facie eſt
crimen,ſi in aliquo caſu poteſt eſſe non crimen, non repelli-
tur tanquam criminoſus à ferendo teſtimonio,& ſi eius fides
pro iudicis arbitrio minuitur. Quam quidem traditionem
probarunt Aretinus in cap. cum à nobis. columna ſecunda,
verſ.nota tamen.de teſtib.Salicetus in l.de tutela.C.de in in-
tegrum reſtit.mino. & Felinus in c.cum dilecti.colum. quin-
ta, verſ.ſed aduerte.de accuſat.Ita etiam Decius in d.cap.in
præſentia. numero 14. verſic. difficile videtur, & Alciatus in
d.reg.3.præſumpt.prima, numero tertio, traditionem illam
Bart.probauit in d.l.non ſolum.§.ſed vt probari.num.2 verſ.
ſed pone ſtatutum.ff. de operis noui nuntiatio. ſcripſit Bart.
120 Quod † ſi cautum ſit ſtatuto, quod nobiles ingredi non poſ-
ſint palatium, niſi tempore conſilij : ſi accuſatus eſt nobilis,
quod menſe Maio ingreſſus eſt palatium, & is, ſe defenden-
do,probauit eo menſe,habitum fuiſſe conſilium in ipſo pala-
tio. Inquit Bar.quod & ſi nobilis iſte non probauit, ſe ingreſ-
ſum fuiſſe palatium eo die conſilij : atque ita non probauit
concludenter ſuam defenſionem & exceptionem,abſolui de-
bet. Ea ratione vſus eſt Bar.quia in dubio præſumitur factum
tempore quo licet,vt euitetur delictum.iuxta.l.merito.ff.pro
ſocio.

Hoc quidem in caſu non agitur de delicto lege diuina,vel
naturali prohibito : cùm ſui natura ingredi palatium malum
non ſit:nec de alicuius certo damno agitur.

Et propterea ſi delictum non præſumitur, conſequenter
nec dolus. Cæterùm aduertendum eſt, quia Bart.non conſti-
tuit fundamentum in hoc, quod ingredi palatium non ſit ſui
natura malum,ſed præſupponit eſſe delictum, & vtitur ratio-
ne hac, quod in dubio delictum non præſumitur. Quæ ſanè
ratio locum habet etiam in his, quæ ſui natura ſunt mala &
delictum important,vt diximus ſupra.

121 Eſt etiam idem obſeruandum † & dicendum,quando quis
fecit actum à lege poſitiua prohibitum non ſemper, & quo-
uis in loco, ſed certo tempore, vel certo loco. Exemplum in
caſibus de quibus apud Bar.in d.l. non ſolum.§.ſed vt proba-
ri.nu.1.& num.2.ff. de operis noui nuntia. Cautum eſt ſtatu-
to, quod incolæ oppidi non poſſint habere animalia ad pa-
ſcendum certis in pratis:ſi accuſatus eſt aliquis,quod condu-
xerit animalia ad depaſcendum in pratis, & accuſator non
probauit, quod accuſatus ille habuerit animalia illis in pratis
prohibitis,non dicitur accuſator probaſſe delictum:atque ita
ſi non præſumitur hoc in caſu delictum,ſic nec dolus,qui de-
licto ineſt, poteſt præſumi. Et hanc Bartol. traditionem &
exemplum probarunt Bald.in l.matrem.C.de probatio.

Eſt & ſecundum exemplum commemoratum à Bart.in d.
§.ſed, vt probari.numero ſecundo, ratione temporis, ſanci-
tum eſt ſtatuto, quod poſt menſem Martij nemo depaſcere
poſſit animalia in pratis alienis : ante autem menſem illum
poſſit : Accuſatus aliquis fuit depaſci feciſſe animalia in pra-
tis ipſius accuſatoris, qui tamen non allegauit, nec probauit
tempore prohibito,depaſci feciſſe, Hoc in caſu (inquit Bar.)
non cenſetur probatum delictum:ex quo nõ probauit, quod
tempore illo prohibito depaſci fecerit. Si itaq; delictum hoc
caſu non præſumitur:ſic nec dolus,vt diximus ſuprà. Et Bart.
ſecuti ſunt Bald.in conſil.149.Poſito, quod certa parte.lib.4.
Ancha.in cap.cum dilecti.num.12.verſ.item per iſtud.de ac-
cuſ.& ibidem Io.de Anna.col.3.verſic.in glo.retorqueri, &
Felinus in 7.notab.

122 Et aliis etiam modis & cauſis per coniecturas † tollitur &
purgatur doli præſumptio : ſicuti ſcripſerunt Bald. & Salic.
in d. l. 1. C.ad legem Corne.de Sicar. Ruinus in conſil.1.col.
vlt.verſ.nec obſtat.lib.5.Pariſ.in conſ.78.nu.20.lib.4.Igneus
in l.1.§.excuſantur.numer.15.17.& 18.ff.ad S. C.Sillania.&
Ioannes Villemata in repe.l. Diuus.nu.56.ff. ad legem Cor-
ne.de Sicar. Et his accedit Aretin.in conſil.80.num.2.qui ex
123 ſententia Innocentij reſpondit, requiri † coniecturas vehe-
mentes quando agitur de excuſando & purgando dolo, qui
alioqui præſumitur in actu ſui natura malo & illicito : ſicuti
occidere,& ſimilia facere.

124 Diſſeramus nunc de culpa, quæ ſi † lata eſt, parum differt
à dolo.l.quod Nerua.vbi Bart.& reliqui.ff.depoſiti. Et culpa
aliqua dicitur lata,aliqua leuis,aliqua demum leuiſſima:ſicuti
125 ſcribunt omnes in d.l. quod Nerua. Regulariter culpa † non
præſumitur. Ita Bart.in conſ.193.commune Lucignani.lib.1.
Bald.in cap.1. de feudo ſine culpa non amitten. Alex.in con-
ſilio 100.numero 3.lib.1.Barb.in l.4.§. Cato.numer.144.&
145.ff.de verb.oblig.Syluanus in conſil.46.num.4.& 9.Cra-
uet.in conſilio 151.numero 11.& Maſcardus in Tract.de pro-
bationibus.concluſ.467.numero primo,& ſecundo. Et huius
126 quidem ſententię ea eſt ratio,quia † culpa eſt delicti ſpecies.
Quod ſanè delictum non præſumitur,vt diximus ſupra.

127 Ex prædictis infertur, ad euitandam culpam † præſumi
quem in re aliena feciſſe quod in re propria feciſſet : vt re-
ſpondit Crauet.in conſilio 151. nume. 18.& in conſilio 319.
numero 15. verſic.ſed enim, & Maſcardus in d. concluſione.
467.numero 4.

128 Declaratur primò, vt locum non habeat, quando † actus
ipſe ſui natura in ſe culpam habet, vt ſi commiſſum eſt,fur-
tum,vel incendium. Hæc non niſi culpa inhabitantium com-
mitti ſolent,& propterea præſumitur ipſa culpa. Ita de incen-
129 dio † ſcripſit poſt alios Maſcardus in d.concluſ.467.numero
quinto, & 6.& idem ego ſcripſi in libr.2. de arbitrariis iudi-
130 cum.caſu.390.nume.3. de furto † idem Maſcardus præcitato
in loco poſt Bart.& Alex.in l. ſi quis ex argentariis.§. Prætor
ait.ff.de eden.idem ſcripſerunt Corneus in conſilio 328.col.
1.lib.4.& Syluanus in conſ.46.num.8.

131 Declaratur ſecundò vt locum non habeat in eo, qui fecit
actum iure non permiſſum,vt † in prouocante alterum. Nam
in eo culpa præſumitur. Ita Maſcardus in dict.concluſ. 467.
num.19.ex ſententia Bart.in l.ſi ex plagis.§. tabernarius.ff.ad
legem Aquil.& Alex.in conſ.119.num.4.lib.1.

132 Declaratur tertiò, vt locum non habeat quando † quis
omiſit facere quod quilibet diligens paterfamilias feciſſet.
Hoc ſanè caſu culpa in eo præſumitur. Ita à ſenſu contrario
ſcripſerunt Bart. in l. ea igitur. de pigno. actio. & Gratus in
conſil.49.num.6.lib.1.quos ſecutus eſt Maſcardus in d.con-
cluſ.467.num.22.

133 Declaratur quartò,vt non procedat in eo,qui fecit † quod
fieri non conſueuit. Nam & tunc culpa in eo præſumitur. Ita
l.doli mali.§.vlt.ff.de noua.& poſt alios reſpondit Crauet.in
conſilio 270.numero ſecundo, verſ.nec obſtat:& in conſilio
319.numero 17.verſic.decimoquarto. Ita etiam Curt. Iunior
in conſilio 109.numero 3. Hæc declaratio multis exemplis &
illationibus confirmari & illuſtrari poteſt, ſed de induſtria
omitto,legi illa poſſunt apud Bẽuenutum Stracham in Tract.
de mercatura. in tit. de nautis, nauibus & nauigiis parte ter-
tia.num.4.6.13.& 19.

Declaratur quintò, vt locum non habeat in imperito, qui
134 artem,quam non nouit, profitetur. Nam † culpa in eo argui-
tur.l.culpa & l. imperitia.de regul.iuris & multis comprobat
Benuenutus Stracha in dicta tertia parte.num.32.

Declaratur ſextò & vltimò, vt locum non habeat illis in
caſibus, in quibus dolus præſumitur, de quibus diximus ſu-
135 pra † tunc multo magis culpa poteſt præſumi. Nam ſi præſu-
mitur



mitur ex aliquo actu maius delictum, faciliùs etiam poteſt
præſumi minus.

136 Eſt autem annotandum,quod quando ſit mentio, † culpę,
in dubio non intelligitur de leuiſſima,ſed de lata,vel leui. Ita
Bald.in auth.quod locum.C.de colla. Alex.in conſ.45.col.1.
lib.1.& egregiè Cur.Iun.in conſ.19.num.6.

Eſt præterea hic obſeruandum,quod vbi agendo, vel exci-
piendo alicui culpa obiicitur,vagandum non eſſe.ſed certam
137 † culpam deſignari debere,& ſpeciatim dici.l.præter.in prin.
ff de iniuriis.cap.vt circà de elect.in 6.& ſcripſerunt Bar.Ale.
Decius & Crauetta commemorati à Benuuẽto Stracha in lo-
co ſuprà allegata.in 4.parte.nume.1. Eiuſdem ſententia fue-
runt Ruin.& Siluanus relati à Maſcardo in dicta concl. 467.
num.25.

Eſt etiam obſeruandum, quod ille, qui aſſerit caſum eue-
niſſe † culpa alicuius, probare debet culpam ipſam fuiſſe or-
138 dinatam ad caſum, & ob id quod ſi culpa illa commiſſa non
fuiſſet caſus non contingiſſet. Ita ſcripſerunt Bar.in l.2.§ vlt.
ff.ſi quis cautio.& in l.ſi vt certo.§.interdum.ff.commo. Ale.
in conſ.74.col.vlt.lib.6. Decius in l.contractus.in fi.de reg.
iuris. Craue.in conſ.8.nu.27. & Stracha in dicta quarta parte.
num.2.

## PRÆSVMPT. IIII.

### Vitio hominem carere præſumi dilucidè & ſi paucis declaratur.

### SVMMARIVM.

*1 Homo ſicut regulariter bonus præſumitur, vitio quoque carere cenſetur.*

*2 Bonus is dici non poteſt, qui vitioſus eſt.*

*3 Innocens is præſumitur, quem nemo accuſauit.*

*4 Libidinis vitium non præſumitur in homine, præſertim in religioſo, & qui alioquin in adoleſcentia fuit continens.*

*5 Ruſtici & agricolæ ſecundum ſimplicitatem ac puritatem quandam naturalem viuere dicuntur, atque innocentes & quiete viuere præſumuntur.*

*6 Nobiles & diuites præſumuntur innocenter viuere, & de eis ſemper benè eſt præſumendum.*

*Et magis præſumitur pro nobili quam pro ignobili. nu.7.*

*Et magis præſumatur pro diuite quam pro inope. nu.8.*

*9 Pauper præſumitur facilius deierare quam diues.*

*10 Bonus ſi quis aliàs fuit, præſumitur pro negotio, quod ipſe geſſit & pertractauit.*

*11 Ingratus nemo præſumitur, præſertim erga parentes: & in huiuſmodi vitio neceſſaria eſt omnimodo liquida & clara probatio, cum ſit vitium valde graue.*

*Et quomodo diuino Numine puniantur ingrati, ibid. & nu. ſeq.*

*12 Filij aduerſus parentes ingrati lege diuina apud Hebræos lapidibus obruebantur.*

*13 Ingratitudinem ſequitur impudentia, quæ ad omnem turpitudinem dux eſt.*

*Et quid apud Athenienſes de ingratitudine ſancitum reperiatur. num.14.*

QVEMADMODVM † à natura bonus quilibet
1 præſumitur vt iam diximus, ita quoque pręſumi-
tur vitio carere. Nec † enim bonus is dici po-
2 teſt qui vitioſus eſt. Hanc præſumptionem pro-
bant.l.cum probatio.ff.de proba.& l.1.de ædil.
edicto. & tradit Alcia.in tract.præſumpt.reg.3.præſumpt 4.
num.2.qui quidem ſubiungit hoc maximè procedere, acce-
dente aliqua alia coniectura. Vnde † (ait ille) præſumitur in-
3 nocens quem nemo accuſauit.l.ſi adulterium.§.idem Pollio-
ni.ff.de adulter. Et Saluator noſter eam abſoluit,quę de adul-
terio accuſabatur, cùm nulli apparerent accuſatores,vt legi-
tur Ioan.c.8.in princ. confert † tex.in c.penult.de præſumpt.
4 vbi vitium libidinis non præſumitur in homine,præſertim in
religioſo & qui alioqui in adoleſcẽtia fuit continens: qua de
re dicemus infrà præſumpt.., Et præterea multò magis † lo-
5 cum habet hæc præſumptio in agricolis & ruſticis,qui ſecun-
dum ſimplicitatem ac puritatem quandam naturalem viuere
dicuntur, & qui quidem innocentes & quiete viuere præſu-
muntur.l.3.C.de defenſo.ciui. Ita pręcitato in loco Alcia. Et
egregius eſt locus Ciceronis in oratione pro Sexto Roſcio
Amerino,cuius verba hæc ſunt: *Patrem occidit Sextus Roſcius: qui homo? adoleſcentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? Annos natus magis quadraginta vetus videlicet Sicarius, homo audax, & in cæde ſæpe verſatus : at hoc ab accuſatore ne dici quidem audiſtis. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt. De luxuria purgauit Erucius, cùm dixit hunc ne in conuiuio quidem vllo ferè interfuiſſe: nihil autem vnquam debuit. Cupiditates porrò quæ poſſunt eſſe in eo, qui (vt ipſe accuſator obiecit) ruri ſemper habitarit, & in agro colendo vixerit? Quæ vita maximè diſiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta.*

6 Rurſus procedit quoque † multò magis hæc præſumptio
in nobili & diuite:quia de his,quibus ſunt integræ facultates
benè præſumendum eſt.l.2.in princ.C.de debito ciuit.lib.10.
& tradit Lucas de Penna in l.3.col.8.verſ.109.pręſumitur.C.
de apochis publ.lib.11.

7 Hinc dicimus magis pręſumi pro nobili † quàm pro igno-
bili. Ita ſcribit Alciatus in tract.præſump.reg.1.præſump.48.
8 & dicemus infrà ſubſequenti libro, præſumpt.. . Et pro † di-
uite magis præſumi,quàm pro inope ſcribit Io.Baptiſta à Sã-
cto Seuerino in l.admonendi.num.258.ff.de iureiuran. cùm
9 dixit,† pauperem præſumi faciliùs deierare. Ita dicimus,pau-
perem præſumi affectaſſe priuilegium.Bar.in l.Spadonum.§.
vlt.ff.de excuſ.tuto.& Alex.in l.non exigimus.§.ſimili modo.
ff.ſi quis cautio.

10 Et prętereà † inquit Alciatus in d.reg.3.pręſumpt.4.quod
ſi quis aliàs ſit bonus præſumitur pro negotio,quod ipſe geſ-
ſit & pertractauit.c.qui de menſa.37.diſtinct.c.omnes.7.q.1.
c.Lugdunenſis.9.q.2.& cap.niſi eſſent.de præben. & tradunt
Specul.in tit.de præſumpt.§.ſpecies.nu.10. & Lucas de Pen-
na in l.3.col.5.verſ.27.præſumitur.C.de apochis publ.lib.11.

Ex hac † præſumptione generali fluit inter cæteras hæc
11 ſpecialis,quod nemo pręſumitur ingratus pręſertim erga pa-
rentes.l.cum pater.§.rogo.de leg.2. & l.omnimodò.in prin.
C.de inoffi.teſtamen.& attigi ſuprà præſumpt.2.ex ſententia
Ripæ in l.vltima.quæſt.55.C.de reuocand.donat. & illi addo
Baldum in l.vltima.numero 1.C.de ſecund.nupt.qui ſcripſit,
vitium hoc ingratitudinis adeò non pręſumi, vt neceſſaria
omninò ſit liquida,& clara probatio. Nec ſanè mirum, cum
ingratitudinis vitium ſit valdè graue. Quocirca, ſi Marcelli-
non credimus, ſummus Deus eſt, cuius Numine & perenni
12 ſuffragio damnantur ingrati. Lege † Diuina olim apud
eos ſancitum fuit, vt aduerſus parentes ingrati filij qui fuiſ-
ſent,lapidibus obruentur. Apud Perſas nullum vitium hoc
magis damnatum fuit. Quem enim cognorint poſſe referre
gratiam, nec referre, in hunc ſeueriſſimè animaduertebant,
quippè qui arbitrabantur eos, qui ſunt ingrati & Deos maio-
rem in modum negligere,& parentes, & patriam, & amicos.
Ingratitudinem enim † potiſſimum impudentia ſequitur,quę
13 ad omnẽ turpitudinem dux eſt Ita Xenophon in Cyri Pędia.
lib.1.Alex.ab Alexand.libro 5. dierum genial. cap.primo. &
Cælius Rhodig.libro ſeptimo lectio.antiq.cap.28. Qui qui-
dem & leges illas Athenienſium ac Macedonum commemo-
14 rant. Erat † ſanè eorum legibus ſancitum,vt haud ſecus apud
malè meritos ingrati actio daretur, iudiciumque diceretur,
ac ſi ære alieno,aut graui crimine nexi forent. Aduerſus hoc
ſcelus eruditiſſimè plura ſcripſit Silius Gregorius Gyraldus
eò in libello,qui aduerſus ingratos inſcriptus eſt.

## PRÆSVMPT. V.

### Hominem æternæ ſalutis memorem, tum maximè, cùm in extremis agit, præſumi.

### SVMMARIVM.

*1 Homo præſumitur ſalutis æternæ memor, præſertim quando in extremis laborat. num.2.*

*3 Confeſſio facta in teſtamento licet ſimulatè facta præſumatur & nil valeat, attamen ſi ſic confeſſus iurauit, valet, quia dum cogitat de morte, non præſumitur peieraſſe.*

*4 Libro rationum tutoris eſt credendum de paruis impenſis ab eo factis, ſi ſit mortuus, cùm non præſumatur ipſum fuiſſe ſuæ ſalutis immemor.*

*Idem de alijs libris rationum.ibid.*
5 *Liber rationum defuncti ſolum qualemqualem præſumptionem facit.*
*Aſſlictus cenſuit maiorem fidem ei adhibendam eſſe quam libro viuentis.ibid.*
6 *Damnato ad mortem eſt adhibenda fides, & eius aſſertioni eſt ſtandum ſuper extorſione vſurarum ad præiudicium fiſci.*
7 *Mori velle nemo præſumitur cum mendacio & peccato: & nemo præſumitur mentiri in articulo mortis.nu.ſeq.*
9 *Negans delictum in tortura, & in ea moriens perſiſtit, præſumitur innocens, & ſic prorſus purgaſſe omne indicium.*
10 *Inſtrumentū parens debitis ſolemnitatibus licet viuo notario ipſo nihil probet, eo tamen mortuo ſemiplenam probationem facit.*
11 *Inſtrumento notarij mortui maior fides adhibetur, quam viuentis.*
12 *Inſtrumenti fides ſubſtinetur teſtib.mortuis, licet viuentes contradicant:nam.*
13 *Teſtis fides augetur ob eius mortem.*
14 *Confeſſus recepiſſe pecuniam licet poßit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi tamen in extremis agens confeſſus ſit recepiſſe, non poterit eius hæres obijcere d.exceptionem.*
15 *Confeßio facta ſine cauſa licèt non valeat, facta tamen in articulo mortis valet.*
16 *Matrimonium contrahens in articulo mortis non præſumitur id feciſſe, vt in fraudem ſubſtitutorum legitimaret filios, ſed potius de ſalute animæ cogitaſſe.*
*Vulnerati aſſertioni ſtatur, quòd non fuerit ab accuſato vulneratus.ibi.*
17 *Memor ſalutis æternæ quis non præſumitur quando agitur de præiudicio tertij, etiam ſi in extremis laboret.*
18 *Iudex ſi moriens dicat ſe tuliſſe falſam ſententiam ei non creditur ad prædicium eius pro quo ſententia eſt lata.*
*Idem de teſte dicente ſe falſum teſtimonium dixiße.ibid.*
19 *Moriens non omnis præſumitur S.Io.Baptiſta.*
20 *Homo non præſumitur memor ſalutis æternæ, quando extat ſuſpicio fraudis in contrarium.*
21 *Marito conficienti teſtamentum non creditur, ſi in eo atteſtatur, ſe ab vxore ſua recepiſſe 100. cùm ſit prohibita donatio inter virum & vxorem.*

1 EX iam commemoratis † præſumptionibus
fluit, & hæc, qua dicimus hominem præſumi,
æternæ ſuæ ſalutis memorem: vt inquit tex.in
l.vltim.ad finem.C.ad l.Iul.repe.qui quidem
relatus eſt.in cap.ſancimus.1.q.7.& probant
cap.literas de præſump.& cap.ſignificauit.de homicid.vbi.Et
præſumptionem hanc recipiunt omnes præſertim Alciatus in
2 Tracta.de præſumpt.reg.3.præſump.4.in fine. Et hæc † quidem
præſumptio maximè procedit in eo qui in extremis laborat,
is enim magis præſumitur æternæ ſalutis memor.
3 Quocirca dicimus, quod † licet confeſſio facta in teſtamē-
to, præſumatur fictè & ſimulatè facta, & ob id nil valeat, attamen
ſi is, qui ita cōfeſſus eſt, iurauit ſi valet, cum dum cogitat
de morte, peieraſſe non credatur. Ita præcitato in loco Alcia-
tus nu.2 ex l.cū quis decedens.§.codicillis.de leg.3.& ex au-
tho.quod obtinet.C.de probat.vbi Bald.& ſcribunt.Barto.in
d.§.codicillis.n.8.& in l.2.nu.C.commu.de legatis & copio-
sè hac de re diſſerui ſuperiore libro præſump...Et his acce-
dit, quod reſpondit Marſil. in conſ.5.nu.15.lib.1.ex ſententia
Baldi, confeſſionem morientis valere, cùm tamen aliàs non
valeret.
4 Et ſimile † quod tradit idem Alciatus prædicto in loco ex
Caſtren.in conſ.301.Ad bene examinandum.lib.1.qui reſpō-
dit, de paruis impenſis à tutore factis eius libro rationum cre-
di, & quamquam iuramentum requiratur ad eam probatio-
nem plenè faciendam: attamen ſi tutor ille ſit mortuus, ſa-
tis adhibetur fides libro, ex quo non præſumitur fuiſſe ſuæ ſa-
lutis immemor. Idem de aliis libris rationum tradunt poſt a-
lios Ripa in l.admonendi.numero 123.ff.de iureiurand.Boer.
quæſt.105.numero ſexto. Pariſius conſilio 104.numero ſeptua
geſimoſexto, libro primo & Craue. in conſilio 287.columna
ſexta verſiculo eadem rationem: quo loci ex aliorum ſenten-
tia ſcribit mortem habere vim iuramenti, vt ſcilicet eadem
5 fides adhibeatur. Cæterum † Ruinus in conſilio 59.numero
ſeptimo libro quarto reſpondit librum defuncti ſolum præ-
ſumptionem qualem qualem facere. Et cēſuit Afflictus deciſ.
40.in fine maiorem fidem adhiberi libro rationum defuncti
quàm viuentis.
6 Hinc quoque † reſpondit Bald.in conſ.476. Teſtamenta.
lib.5.credi confeſſioni damnari ad mortem ſuper extorſione
7 vſurarum ad præiudicium fiſci. Cum † (inquit Baldus) nemo
præſumatur velle mori cum mendacio, & peccato. Et idem
propè reſpondit Calder.in conſ.15.in tit.de vſuris, qui dixit,
8 neminem præſumi mētiri in articulo mortis. Huc † facit quod
reſpondit idem Cald.in conſ.25.in titu.de teſta.fidem adhi-
beri rogato reſtituendo quando in extremis agens ita confeſ-
ſus eſt. Cum (inquit Calderinus) moriens nō præſumatur mē-
tiri. Et hos ſecutus eſt Craue in d.conſ.287.col.6.verſ.tertio
9 reſpondeo, qui † cenſuit, eum qui in tortura negauit delictū,
& in ea moriens perſiſtit, præſumi omnino innocentem, at-
que ita prorſus purgaſſe omne indicium, quod contra ſe e-
10 rat. Huc etiam facit † quod ſcripſit idem Craue.in d.conſilio
287.col.6.verſ.ſimiliter videmus, quod etſi inſtrumentum ca-
rens ſolemnitatibus debitis, viuo ipſe notario, nil probet: atta-
men, eo mortuo ſemiplenam probationem facit. Ita Crauetta
ex ſententia Bart.& aliorum in l.admonendi.ff.de iureiurand.
11 Quæ † traditio cōprobatur reſpōſo Decij in conſil.42.col.3.
verſ.ſexto, & vltimo, cum dixit maiorem fidem adiberi inſtru
12 mento notarij, mortui quam viuentis. Et idem Decius † in
conſil.101.col.2.verſ.4.conſiderandum: reſpondit inſtrumen
ti fidem ſuſtineri teſtibus mortuis, licèt viuentes contradicāt.
& has Decij traditiones probauit Craue.in conſi.6.num[illegible]1.
13 qui dixit fidem teſtis † augeri ob eius mortem. confert quo-
14 que quod dicimus quod etſi is, qui † confeſſus eſt recepiſſe pe
cuniam poſſit opponere exceptionem nō numeratæ pecuniæ,
vt toto illo tit.C.de non num.pecu. Attamen ſi in extremis a-
gens confeſſus ſit recepiſſe, eius hæres & ſucceſſor non pote-
rit obijcere eam exceptionem. Cum pro certo habeatur, pe-
cuniam ipſam fuiſſe numeratam: quando quidem non præſu-
mitur morientem mentiri voluiſſe. Ita ſcribunt gloſſa in l.1.
in gloſſa vlt.C.de falſa cauſa adiecta legato.quod ibi proba-
uit Baldus, & idem in ca.literas.de præſumpt. & aliis recen-
tes.ac ſequitur Marſilius in conſ.5.nu.16.lib.1.qui ſubiungit
15 poſt † eundem Baldum ac Butrium, & alios, quod etſi confeſ-
ſio facta ſine cauſa non valet, attamen cum facta eſt in articu-
lo mortis valet. Et ad rem hanc facit quod docuit Bald.in l.
vlt.C.communia de legatis, quod ſi quis lethali vulnere affe-
ctus excuſet aliquem, quod ſcilicet ab eo non fuerit vulnera-
tus, ille non poterit torqueri: cum huic confeſſ.credatur. Id
16 quod fuſiùs explicauit ſupra libr.1. His accedit † quod tra-
dit Feli.in cap.in præſentia.nume.36.de probat. contrahen-
tem matrimonium in articulo mortis, non præſumi id feciſſe,
vt in fraudem ſubſtitutorum legitimaret filios, ſed potius de
ſalute ſuæ animæ cogitaſſe. Qua de re ſuperiore libro præ-
ſump.diſputauimus.
Declaratur primo hæc præſumptio, vt locum non habeat,
17 quando † agitur de præiudicio tertij, cui quæſitum ius ſit. Nā
tunc ceſſat hæc præſumptio, quod quis præſumatur æternæ
ſalutis memor, etiam ſi in extremis laboret. Ita declarat Al-
cia.in Tract.de pręſump.reg.3.pręſump.4.nu.2.verſ.aduerte
tamen ex ſententia Bart.in l.ſi quis in grauis.§.1.ff.ad S.C.Syl-
18 lania.cum dixit, quod † ſi iudex moriens dicat ſe tuliſſe falſam
ſententiam, vel teſtis aſſerat, ſe falſum dixiſſe teſtimonium,
non tamē eis creditur ad præiudicium eorum, pro quibus eſt
ſententia lata, & teſtimonium dictum fuit.
Et Bar. traditionem ſecuti ſunt Alex.in l.ſciendum.nume.
15.de verb.oblig.Feli. in c.exhibita num.24.de iud.Iaſ.in l.1.
in prin.ff.de eo, per quē factū erit. Marſi.in rub.ff.de fideiuſ.
n.75. Et eandem traditionē probaui ego ipſe in conſ.49.nu.
69. Et illis accedunt alij permulti congeſti ab Ant.Gabrielio
in ſuis concluſionibus.lib.7.tit de criminal.concl.32.num.2.
& nu.7.vbi nume.13.declarat quod indicium faciat ad tortu-
ram ſi modò alia concurrant adminicula. Et hoc in caſu intel-
ligi atque declarari poteſt, quod ſcripſit Bald.in tit. de pace
19 conſtantiæ, in verbo vaſalli. quod † non omnis moriens præ-
ſumitur Sanctus Ioan.Baptiſta loquitur ſanè Baldus, quando
agitur de



agitur de præiudicio tertij, ſicuti illum declaraui in d.conſ.
49.num.70.& lib.2.de arbitra.iudicum.caſu.89.num.30. Ita
quoque intelligitur quod reſpondit Oldra.in conſ.192.col.
1.verſ.nec enim, cùm dixit, quod non omnis moriens præſu-
mitur dicere veritatem.
20 Declaratur † ſecundò hæc præſumptio, vt non procedat,
quando aliqua extat ſuſpicio fraudis in contrarium, ſicuti
quando teſtator fatetur ſe aliquid debere aliàs non capaci.
Nam tunc, & ſi de morte cogitet teſtator, & fortè in extremis
agat, attamen pręſumitur confeſſio illa facta in fraudem legis
prohibentis aliquid relinqui illi incapaci. Ita probant text.l.
qui teſtamentum.ff.de proba.& l.cùm quis decedens.§.Titia.
21 de leg.3.& ibidem Bar.qui † ſcripſit non credi marito confi-
cienti teſtamentum, in eoque atteſtanti, ſe ab vxore ſua rece-
piſſe centum. Ea eſt ratio, quia videtur facta confeſſio in frau-
dem legis prohibentis donationem inter virum & vxorem. Et
Bar.ſecutus ſum in conſil.40.num.74.vbi comprobaui ſimili
traditione Ruini. Et illis accedunt alij, quos congeſſi ſuperio-
re libro in præſumpt.

## PRÆSVMPT. VI.

### Religionis Chriſtianæ obſeruatorem, non autem hæreticum, hominem præſumi: & quando hæreticus quis præſumatur, diligens & accurata enarratio.

## SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus fidei & religionis erga Deum Opt.Max.memor eſſe debet, quia ſine fide ei placere non poſſumus.*
*Præſumitur itaque Chriſtianus religionis & fidei Chriſtianæ cultor & obſeruator.num.2.*
3 *Verba hæretica ſi quis protulit, interrogatus autem negat, ſe eo animo protuliſſe vt crederet eſſe hæretica, non præſumitur hæreticus, vt tanquam talis puniri debeat, ſed torquendus eſt ad declarandam credulitatem ſuam.*
*Intellige, niſi aliqua ſine præſumptio vel ſuſpicio laboret aduerſus hunc, qui huiuſmodi verba protulit.num.4.*
5 *Hæreticus verè & certè is dicitur, de cuius praua opionione aduerſus Eccleſiæ dogmata conſtat.*
6 *Hæreticus præſumitur, qui committit crimen, quod ſui natura præ ſe fert aliquid, quod eſt hæreſis manifeſta: vt baptizare imagines.*
7 *Puerum ſcienter rebaptizare arguit hæreſim manifeſtam.*
8 *Idolis genu flectere, & præces nepharias dicere, arguit veram hæreſim.*
9 *Hæreticus manifeſtè is cenſetur qui conuincitur ex præſumptionibus indubitatis.*
10 *Hæreſis deprehenditur non ſolùm ex ipſis factis manifeſtè hæreſim ſignificantibus verum etiam ex verbis, vt ſi quis opiniones hæreticorum pertinaciter tuetur.*
11 *Vſuras permiſſas eſſe affirmans, & peccatum non eſſe eas exercere, pertinaciter defendens hæreticus præſumitur.*
12 *Animam eſſe mortalem contendens hæreticus cenſetur: idem ſi affirmet non reperiri paradiſum, purgatorium, vel infernum.*
13 *Hæreticus manifeſtè is cenſetur, qui libros hæreticos compoſuit atque conſcripſit.*
14 *Hæreticus præſumptiuè quis dicatur.*
15 *Hæretici aliqui dicuntur violenta præſumptione, aliqui ſunt vehementer ſuſpecti, aliqui leuiter ſuſpecti.*
16 *Hæreticus vehementer ſuſpectus is dicitur, qui prauas cæremonias obſeruat, & qui adorat & veneratur Pſeudoprophetas.*
*Idem de illo, qui communicat cum hæreticis, & cum eis familiaritatem contraxit.num.17.*
18 *Hæreticorum libros frequenter legens dicitur aliquando vehementer ſuſpectus de hæreſi, at iudicis arbitrio relinquitur, vt is pro perſonarum, locorum, & temporum qualitate arbitrari debeat, an ſit ſuſpectus.*
19 *Hæreticos receptans dicitur aliquando vehementer ſuſpectus de hæreſi, & interdum eadem pœna plectendus eſt, qua vere hæreticus punitur.*
20 *Dæmones inuocans ad tentandam pudicitiam dicitur vehementer ſuſpectus de hæreſi.*
21 *Diuinans ea, quæ ſunt homini cognitu impoßibilia, ex inſpectione ſyderum & natalium dierum, ſuſpectißimus de hæreſi habetur, & poteſt tanquam hæreticus puniri.*
22 *Hæreticus manifeſtè is cenſetur, qui tempore mortis petijt ſibi dari hoſtiam non conſecratam, potißimum ſi anteà aliqua ſuſpicione de hæreſi laborabat.*
*Diſtinguendum tamen, vt num.23.*
24 *Schiſmaticus, vel talium partes ſequens dicitur vehementer ſuſpectus de hæreſi.*
*Et qui dicantur ſchiſmatici.*
25 *Dæmones conſulens per ſortilegia, vt futura prædicant, dicitur vehementer de hæreſi ſuſpectus.*
26 *Superſtitioſi inter ſortilegos connumerantur.*
27 *Eucharistiam ſacroſanctam non ſumens ſaltem ſemel in anno ſuſpectus de hæreſi habetur, verius autem intra annum dicitur excommunicatus, poſt annum verò dicitur male ſentire de poteſtate clauium.*
*Huiuſmodi autem ſuſpicio non eſt adeo violenta, vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, niſi in excommunicatione obſtinatè perſiſtat.num.28.*
29 *Blaſphemans aßiduè dicitur ſuſpectus de hæreſi.*
30 *Simoniam committens de hæreſi eſt ſuſpectus, dicitur enim ſimonia largo modo hæreſis.*
31 *Magiſtratus requiſitus auxilium præſtare, vt hæreticus præhendatur, ſi recuſat, ſuſpectus eſt de hæreſi.*
32 *Perſiſtens in crimine notorio recuſando correctionem ſuſpectus de hæreſi dici poteſt.*
33 *Epiſcopus vel alter in ſacris conſtitutus ſi inſtituit hæredem ſcienter hæreticum, ſuſpectus de hæreſi habetur.*
34 *Religioſus, qui relicta religione factus eſt apoſtata, & id ſine iuſta & probabili cauſa, ſuſpectus eſt de hæreſi.*
*Et id multò magis procedit, quando duxiſſet vxorem, quia non ſolùs habetur vt ſuſpectus, verùm vt verè hæreticus eſt puniēdus.num.35.*
36 *Magiſtratus, vel officialis requiſitus ab inquiſitore ſi recuſat iurare ſe ſeruaturum canones & ſtutata contra hæreticos & eorum fautores, ſuſpectus de hæreſi habetur.*
37 *Vxores duas qui palam duxit, de hæreſi eſt ſuſpectus.*
38 *Crimina grauiß.committens eſt ſuſpectus de hæreſi: & quæ ſint dicta crimina.*
39 *Opiniones nouas & ſingulares aſſerens in materia morali, eáſque pertinaciter tuetur contra omnes receptas ſententias, ſuſpectus eſt de hæreſi.*
40 *Deſcendens ex Mahumetanis, ſi vinum non bibit, neque carnes ſuilas edit, vel quid ſimile obſeruat, ſuſpectus eſt de hæreſi.*
41 *Hæreticus ſemel adhuc talis eſſe præſumitur.*
42 *Accuſatus de hæreſi, ſi contra eum extant leues præſumptiones vel indicia de hæreſi, quæ tamen ſufficiebant ad iudicendam purgationem, ſi iudice mandante fieri purgationem, recuſat omnino, ſuſpectus eſt de hæreſi, & vt ſuſpectus puniri poteſt.*

1 SI QVID eſt, cuius memor † eſſe debet homo,
qui ſacro fonte baptiſmatis tinctus eſt, verè
eſt ipſa fides & religio erga Deum Opt.Max.
cum hæc ſit ſumma & pręcipua Chriſtiani ho-
minis pars. Non enim (teſte Apoſtolo) ſine
fide Deo placere poſſumus. Quocircà ex decem illis maxi-
mis præceptis, quæ Deus ipſe omnipotens ſua manu in dua-
bus tabulis conſcripſit, illud eſt omnium primum ac præci-
2 puum: vnum ipſum Deum venerari. Iure itaq; dicimus † Chri-
ſtianum hominem præſumi religionis & fidei Chriſtianæ cul-
torem obſeruatoremque. Quæ ſanè præſumptio colligitur ex
eadem.l.vltima.C.ad legem Iuliam repeten.de qua ſtatim
ſuprà diximus. Et in ſpecie hæreticum aliquem non præſumi,
ſcripſerunt Angel.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig. Alciatus in
tract.de præſumptionibus.leg.1.præſumpt.39. & Simancas
in commentariis Catholicarum inſtitutionum, titulo quadra-
geſimooctauo, numero vigeſimoſecundo. Albertinus in Tra-
ctatu de agnoſcendis aſſertion.hæretic.quæſtio.vigeſimano-
na, numero vigeſimonono, & latiùs.quęſtio.trigeſimaquarta,
numero quadrageſimooctauo, & in Rubrica de hæreticis, in
ſexto, quæſtio.decimatertia, numero decimonono.

3 Extenditur hæc † ſententia, vt locum habeat etiam ſi quis
aliquando protulit aliqua verba hæretica, Verũtamẽ interrogatus negat, ſe eo animo protuliſſe, vt crederet eſſe hęretica. Nã adhuc iſte non præſumitur hæreticus vt tanquã hęreticus puniri debeat, ſed torquendus eſt ad declarandã intentionem & crudelitatem ſuam. Ita ſcripſerũt Alber. in dicto Tract. de agnoſcẽdis aſſertio: hæret. q. vlt. & Ioã. Royas in Tract. de hæreticis parte prima num. 189. qui tamen nu. 205. ſcriptum reliquit, † & rectæ, hoc intelligi, niſi ſiniſtra aliqua præſumptio,
4 vel ſuſpicio laboret aduerſus hunc, qui huiuſmodi verba protulit: vt iſte eſſet ex genere Iudæorum, vel Maurorum, vel ex aliqua prouincia, vel regno hæreſibus infecto.

Declaratur nũc hæc præſumptio, & regula, vt locũ non habeat, quando contrarijs ex præſumptionibus, & coniecturis colligitur aliquem de fide malè ſentire. Verè enim à præſumptionibus, & coniecturis hæc pendent: ſicuti multorum auctoritatibus de ſingulis præſumptionibus differendo comprobabimus. Quo tamen facilius intelligamus, qui præſumptiuè hæreticus cenſeatur prius explicare conuenit, quis dicatur verè, & certò hæreticus. Eſt † ſanè verè hæreticus is, de
5 cuius praua opinione aduerſus eccleſiæ catholicæ dogmata cõſtat: ſicuti eſt ille, qui articulos fidei impugnat, & hæreticorum opiniones malas conſtanter tuetur. Id quod probant c. damnamus de ſumma Trinita. & fide catholi. & capi. excommunicamus. de hæret. Felinus in rub. de hæret. Cerrerius in Tract. de hæret. cap. 2. nu. 58. & Clarius. num. 82. Ita manifeſtè hæreticus cenſetur, qui affirmat propoſitionem illam, ex qua quibuſdã veris, quæ nulla tergiuerſatione poſſunt negari, ſequitur manifeſta hæreſis, ſicuti declarant Alphonſus de Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. punit. capit. 3. & Simancas in commentariis catholicarum inſtitut. tit. 30. num. 14. qui eiuſdem ſentẽtiæ commemorat Gerſonem Echium, & Turre Crematam. Et idem ſcripſerunt Balneo regien. Epiſcopus in ſuo iudiciali. Inquiſitorum in verbo, hæreſis q. 30. nume. 24. ex cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſignificatio. & Io. Royas in Tracta. de hæreticis parte prima. n. 298. qui latè differit. Ita qui cõmit-
6 tit † crimen, quod ſui natura præſefert aliquid, quod eſt hæreſis manifeſta. Vt baptizare imagines, præſefert, quod illę ſunt capaces ſacramenti. capit. igitur. 26. q. 3. vbi & gloſ. & Docto. in cap. accuſatus. §. ſanè de hæret. in 6. Oldrad. in conſil. 210. num. 2. & Simancas in d. tit. 30. num. 15. qui idem eſſe ait, cùm
7 † ſciẽter puer rebaptizatur: id enim ſignificat, quod baptiſma poteſt bis conferri: quod quidem manifeſtè hæreticum eſt.
8 Et † idem eſſe ait, circa aras Idolorum genua flectere, preces nepharias dicere, ſacrificia offerre, pectus tundere, & ſimilia perpetrare, manifeſtam hæreſim præſeferunt. Et de idolatris idem repetit ipſe Simancas in eiſdem commentariis. tit. 32.
9 num. 7. Et manifeſtè hæreticus † etiam ille cenſetur, qui talis conuincitur ex præſumptionibus indubitatis: ſicuti quando quis obſeruat ritus Iudæorũ, vel Mahumetanorum ceremonias, ieiunia, & ſimilia. Ita ſcripſit Simancas in præcitatis cõmentariis tit. 50. n. 5. ex ſententia Archid. Io. And. & Gemin. in cap. 2. de hæret. in 6. & idem ſcripſit Albertinus in Tracta. de agnoſcendis aſſertio. hæret. q. 30. nu. 2. & nu. 3. & ibidem num. 4. extendit, etiam ſi hoc factum fuiſſet amore, vel odio,
10 vel cupiditate, &c. & nume. 6. declarat. Et † non ſolùm facta ipſa manifeſtè hæreſis ſignificatiua hoc præſtant: ſed etiam ipſa verba, vt in ſpecie declarat Zanchinus in Tracta. de hæret. cap. 7. nume. 4. vt ſi quis hæreticorum opiniones pertinaciter defendit, verè & manifeſtè hæreticus cenſetur, capit. Gallorum. capit. qui in eccleſia, & cap. qui aliorum. 24. quæſtio. 3. Abbas in capi. damnamus. de ſumma Trinita. & fide cathol. Docto. in cap. excommunicamus. de hæret. & gloſſ. in clem.
11 1. in verbo hæreticum. de vſuris, quæ cenſuit, † hæreticum illum manifeſtè eſſe qui pertinaciter defendit, vſuras eſſe per-
12 miſſas, & peccatum non eſſe eas exercere. Ita † quoque qui contendit animam eſſe mortalem, vel non reperiri Paradiſum nec Infernum, nec Purgatorium, verè & manifeſtè hæreticus dicitur: ſicuti affirmarunt Federicus de Senis in conſil. 245. & Carrerius in Tracta de hæreticis. cap. 2. num. 57. Permulta alia exempla prædictis ſimilia de hæreſi manifeſta adfert Albertinus in Tractat. de agnoſcendis aſſertionibus catholicis, & hæreticis. quæſtio. trigeſima, numero duodecimo, decimoſexto, decimoſeptimo, decimooctauo, decimonono. Hæreti-
13 cus quoque verè, & † manifeſtè ille cẽſetur, qui libros hæreticos cõpoſuit, atque conſcripſit. Ita Simãcas in catholicis inſtitutionibus, titulo trigeſimooctauo, numero vigeſimoquinto & in praxi hereſeos. titulo trigeſimonono, numero primo & tertio.

14 Hæreticus † verò præſumptiuè is dicitur, qui talis detegitur pręſumptionibus, coniecturis, &c.

Verùm interpretes noſtri magiſtrales quoſdam gradus (vt
15 ita loquar) conſtituunt: Nam aliquos † dicunt eſſe hæreticos violenta præſumptione, vel (ſicuti illi vt plurimum appellant) ſuſpicione. Aliquos verò nominant vehementer ſuſpectos. Aliquos ſuſpectos leuiter tantùm vocant. Et propterea & in abiurationibus & in penis, vel penitentiis indicendis diſtinctionem ſolẽt adhibere: quemadmodum annotauit Simancas in pręcitatis commentariis Catholicarum inſtitutio. tit. 31, numero ſecundo titulo 51. numero duodecimo & titulo 65, numero 15.

16 Prima itaque † eſt pręſumptio, cùm quis prauas ceremonias obſeruat is enim vehementer ſuſpectus de hęreſi dicitur. Ita Simancas in pręedictis Catholicis inſtitutionibus. tit. 10. num. 10. & 11. & ibidem num. 13. idem ſcribit de his, qui adorant & venerantur Pſeudoprophetas. Hos enim dicit eſſe vehementer ſuſpectos de hęreſi.

17 Secunda eſt pręſumptio † cum quis communicat cum hęreticis: & cùm eis familiaritatem contraxit. Eſt ſanè iſte vehementer ſuſpectus de hęreſi: ſicuti annnotauit idem Simancas in Catholicis inſtitutio. tit. 11. num. 9. qui tamen rectè admonet, eſſe habendam rationem qualitatis perſonarum, loci ac temporis vt cenſeatur iſte plus, vel minus ſuſpectus. Et idẽ repetit ipſe Simancas c. 15. nu. 5. ex ſententia Archid. in c. quicumque de hęret. in 6. Turre Cremata in ſumma de eccleſia, parte ſecunda lib. 4. c. 21. Alphonſi de Caſtro lib. 1. de iuſta hęret. punit. c. 17. Bruni. libr. 1. de hæret. c. 4. & Zanch. de hæret. c. 3. Et idem ſcripſit Albertinus in rub. de hęret. in 6. q. 4. vbi copioſe differit de his communicantibus cum hæreticis.

18 Tertia eſt præſumptio, † cùm quis frequenter legit libros hæreticorum. Nam & hic dicitur aliquando vehementer ſuſpectus, Ita ſenſit Simancas in catholicis inſtitutionibus tit. 15. num. 5. & tit. 38. num. 23. & 24. & apertius in praxi hæreſeos tit. 39. num. 4. qui tamen ait, iudicis arbitrio multum tribui, vt is pro perſonarum locorum & temporum qualitate arbitrari debeat, an ſuſpectus ille ſit, vel non. Et multos huius opinionis Doctores commemorat. Qua de re ſcripſi lib. 2. de arbitrariis iudicum, caſu. 374. num. 8. Et quando libri hęreticorum apud aliquem reperiuntur ſuſpicionem inſurgere quod is ſit hereticus ſcripſit etiam Zanchin. in Tract. de hęret. c. 7. num. 7. & ibi Campegius in annota. qui multis ſimilibus comprobauit. Et hoc ſecutus ſum in dicto caſu. 374. numero duodecimo

19 Quinta eſt pręſumptio, † cùm quis receptat hęreticos, hic dicitur de hęreſi aliquando vehementer ſuſpectus, imò interdum eadem pœna plectendus eſt, qua verè hęreticus punitur, vt declarat egregiè Simancas in catholicis inſtitutionibus, tit. 15. nu. 15. & in praxi hęreſeos tit. 16. de pęnis receptatorum ſcripſit in commentariis de arbitrariis libro 2. caſu. 348.

20 Quinta pręſumptio eſt, † cùm quis ad tentandam pudicitiam dęmones inuocat: is enim vehementer ſuſpectus de hęreſi cenſetur. Ita Simancas in catholicis inſtitutio. tit. 21. num. 13. & tit. 30. nume. 16. 18. ex ſententia Diui Thomę, Oldradi, Pici, Squillacenſis, Alphonſi de Caſtro, ac Bartholomęi Spinei. Si declarandus eſt Ludo. Carrerius in Tract. de hęreticis. c. 2. nu. 38. qui dixit, hunc non cenſeri hęreticum. Ego intelligo non eſſe verè & manifeſtè hęreticum, ſed tamen vehemẽter ſuſpectum.

21 Sexta pręſumptio † eſt, cùm quis ex inſpectione ſyderum & natalium dierum diuinat ea, quę ſunt homini cognitu impoſſibilia: ij ſanè ſunt ſuſpectiſſimi de ſocietate dęmonum, & conſequenter adeò vehementer ſuſpecti ſunt de hęreſi, vt puniri poſſint tanquam hęretici. Ita ſcripſit Simancas in catholicis inſtitutio. titulo vigeſimoprimo, numero decimoquarto, quo loci multa doctè aduerſus aſtrologos, diuinatores, & aruſpices annotauit.

22 Septima pręſumptio † eſt, cùm quis tempore mortis petijt ſibi dari hoſtiam non conſecratam, cum iam antea aliqua ſuſpicione



ſuſpicione de hæreſi laboraſſet. Ita egregiè Simancas in catholicis inſtitutionibus. tit. 30. num. 19. cum verò antea nulla eſſet de eo ſuſpicio, non erit cenſendus vehementer ſuſpectus, ex ſententia Oldradi in conſil. 210. num. 2. Calderini in conſil. 4. de hæret. & Craue. in conſil. 319. num. 7. qui ſcripſerunt, hunc non præſumi hæreticum, ſed abſtinuiſſe, ob magnam reuerentiam.

Cæterùm ab his alij diſſentiunt. Placet (vt paucis dicam,
23 quod ſentio) † ſententia Albertini in rub. de hæret. in 6. in q. 13. nu. 66. 69. & 70. qui diſtinguit, quòd aut conſtat de intentione huius petentis ſibi dari hoſtiam non conſecratam, ob ſcilicet magnam reuerentiam, quam habet erga Sacroſanctam Euchariſtiam, qua ſe indignum exiſtimat. Et tunc licet erret, attamen non cenſetur de hæreſi vehementer ſuſpectus: vt de eius intentione non conſtat, & tunc ſuſpectus admodum eſt.

24 Octaua præſumptio † eſt, cùm quis efficitur Schiſmaticus, vel ſchiſmaticorum partes ſequitur. Nam is dicitur de hæreſi vehementer ſuſpectus, vt ſcripſit Simancas in catholicis inſtitutionibus. tit. 58 num. 8. qui nume. 1. rectè docuit, Schiſmaticos dici illos, qui ab obedientia Pontificis max. ſe ipſos iniquè ſeparant.

25 Nona eſt præſumptio, † cùm quis per ſortilegia conſulit Dæmones, vt futura prædicant. Is ſanè dicitur ſuſpectus vehementer de hæreſi. Ita Simanca in catholicis inſtitutionibus. tit. 62. nu. 2. qui alia de his ſcribit & tit. 63. nu. 34. idẽ affir-
26 mat † & de ſuperſtitioſis, qui inter ſortilegos cõnumerãtur.

27 Decima præſumptio † eſt, cùm quis ſingulo anno ſaltem ſemel non ſuſcepit Sacroſanctam Euchariſtiam, iuxta c. omnis vtriuſque ſexus. de pæniten. & remiſſ. Hunc eſſe de hæreſi ſuſpectum. ſcripſit Lud. Carrerius in tract. de hæreticis. c. 2. nu. 37. ex ſententia Oldradi, Abbatis & Felini, qui quidem, Felino excepto, nil hac de re ſcribunt. Felinus autem ait, hũc non communicantem ſaltem ſemel in anno eſſe hæreticum, ſed verius eſt quod Carrerius ſcribit, hunc eſſe excommunicatum intra annum. d. c. omnis vtriuſque ſexus: poſt annum verò dicitur malæ ſentire de poteſtate clauium & conſequẽter dicitur ſuſpectus de hæreſi, ſicuti & quilibet alter qui volens in excommunicatione per annum perſiſtat, dicitur de hæreſi ſuſpectus. Id quod ſancitum eſt in cõcilio Tridentino ſeſſione 25. decreti reformationis. c. 3. in fi. & tradit. Simancas in catholicis inſtitutionibus. tit. 27. nu. 4. quo loci ex
28 ſententia multorum ſcripſit, hanc † ſuſpicionem non eſſe adeò violentam, vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, quamuis ad purgationem indicendam ſufficiat, quã ſi ſubire noluerit, & adhuc in excommunicatione permanſerit, tunc velut impænitens, pertinax & hæreticus condemnari queat.

29 Vndecima † præſumptio eſt, cum quis aſſiduè blaſphemat. Nam is de hæreſi dicitur ſuſpectus, vt ſcribit Carrerius in Tract. de hæreticis, c. 2. num. 44. poſt Afflictum in commentarijs ad conſtitutiones Neapolit. in verbo, inconſutilẽ. nu. 48. qui ſolùm dixit, blaſphemos aliquando puniri ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Qua de re copioſius Alphõſus de Caſtro lib. 1. de iuſta hære. punit. cap. 12. & Simancas in commentarijs catholicarum inſtitutio. tit. 8. de blaſphemis, & idem in praxi hæreſeos tit. 9. de blaſphemis.

30 Duodecima † præſumptio eſt, cùm quis Simoniam committit. Is enim de hæreſi ſuſpectus eſt, vt ſcribit Carrerius in d. cap. 2. num. 50. ex ſententia Innoc. in cap. quoties de Simo. Felini in rubr. & in cap. 1. eod. tit. & Decij in conſi. 151. nu. 8.

Nam verè Simonia dicitur eſſe hæreſis largo modo, vt poſt Inno. in d. c. quoties, declarat, Redoanus in Tract. de Simonia. parte prima cap. 23. num. 2.

31 Decima tertia † præſumptio eſt, cùm magiſtratus requiſitus recuſet præſtare auxilium, vt hæreticus præhendatur. Nam is ſuſpectus eſt de hæreſi. Ita Carrerius in dicto tractatu de hæreticis cap. 2. num. 56. adductus ex tex. in cap. vt officium. §. ſtatuimus, de hæret. in 6.

32 Decima quarta † præſumptio eſt, cùm quis perſiſtit in crimine notorio, recuſando correctionem.

Is enim de hæreſi ſuſpectus dici poteſt, vt ſcribunt Decius in conſil. 151. in fine, & Carrerius in d. cap. 2. num. 66. ex cap. vlt. 28. diſtinctio.

3 Decima quinta † præſumptio eſt, cum epiſcopus, vel alter in ſacris poſitus inſtituit hæredẽ ſcienter hæreticũ: Nã is ita inſtituẽs de hæreſi ſuſpectus eſt. Ita probat cap. ſi quis epiſcopus, & cap. ſubſequens de hæret. vbi annotarũt Abbas, & Felinus, quos ſecutus eſt Carrerius in d. capitul. 2. nume. 69.

34 Decima ſexta præſumptio † eſt, cum religioſus derelicta religione factus eſt apoſtata, & id quidem ſine iuſta cauſa, vel probabilis. Is ſanè ſuſpectus eſt de hæreſi, vt ſenſit Simancas in Catholicis inſtitutio. tit. 7. num. 5. ex ſententia Alphonſi de Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 5. & Melchioris Cani lib. 12. de locis theologicis cap. 9. ſi verò extiterit pertinax in apoſtaſia, is verè hæreticus cẽſendus eſt, & ob id vt talis eſt puniendus: ſicuti idem Simancas affirmat. Imò maior eſt hæretico apoſtata ille, qui à religione recedẽs eam per fidem abnegat, & oppugnat, ſicuti ſcripſit, Carrerius in d. cap. 2. nume. 73. ex ſententia Hoſtien. & Abba. in cap. 1. de apoſta. Afflicti in commentarijs ad conſtitut. Neapol. rub. de apoſtatis. Bonifacij Vitalini in tit. de apoſta. & Pauli Girlan-
35 di in Tract. de hæreticis. cap.... Et hæc † præſumptio multò magis procedit quando hic apoſtata palàm duxiſſet vxorem. Nam non ſolùm ſuſpectus, ſed verè hæreticus dicitur. Ita Baldus in leg. nemo clericus. C. de ſacroſan. eccleſ. & Epiſcopus Balneoregie. in iudiciali Inquiſitorum. in verbo, hæreſis, numer. 22.

36 Decima ſeptima præſumptio eſt cum magiſtratus, † & officialis requiſitus ab. Inquiſitore recuſat iurare, ſe ſeruaturũ canones, & ſtatuta contra hæreticos, & eorum fautores: is enim ſuſpectus de hæreſi eſt. Ita Carrerius in d. cap. 2. nu. 77.

37 Decima octaua præſumptio † eſt, cùm quis palàm duas duxit vxores. Is enim de hæreſi ſuſpectus eſt. Ita Felinus in cap. ad abolendam. numer. 1. de hæret. & Simancas in catholicis inſtitutio. tit. 40. nume. 4. & idem tradunt Lupus & Gemin. in c. accuſatus. §. ſanè. de hæret. in 6. & Epiſcop. Balneoregien. in iudiciali Inquiſitorum. in verbo, hæreſis num. 22. De pœna eius, qui duas duxit vxores, latiſſimè differui in lib. 2. de arbitrarijs iudicum. Caſu. 420. vbi nume. 114. affirmaui pariter, hunc habentem duas vxores eſſe de hæreſi ſuſpectũ. Et ibi multos huius ſententiæ Doctores retuli.

38 Decima nona præſumptio eſt cum quis † grauiſſima crimina committit. Nam is de hæreſi ſuſpectus dicitur. Ita Simancas in catholicis inſtitut. tit. 50. num. 30. qui exempla adfert in his, qui ſe fœminis conſanguineis, affinibus, monialibus, commatribus, alijſque id genus facilè commiſcentur: ſicuti & ille, qui ſcelerata iuramenta facit, vt docuit Iaſon in leg. 3. §. iurari. ff. de iureiuran.

39 Vigeſima eſt † præſumptio, cùm quis nouas, & ſingulares opiniones aſſerit in materia morali, eaſque pertinaciter tuetur contra communes, & receptas ſententias. Nam is ſuſpectum de hæreſi ſe facit. Ita Simancas in d. tit. 50. numer. 31. qui tamen admonet eſſe conſideranda accidentia, & perſonarum qualitatem.

40 Vigeſima † prima præſumptio eſt, cùm quis deſcendens ex Mahumetanis vinum non bibit, neque carnes ſuillas edit, vel quid ſimile obſeruat. Nam is de hæreſi ſuſpectus eſt: Cum præſumptio ſit, cum adhuc in maiorum ſuorum ſectis permanere. Ita Simancas in catholicis inſtitut. tit. 50. in fine.

41 Vigeſima ſecunda † præſumptio eſt. Cùm quis ſemel fuit hæreticus. Nam adhuc talis eſſe nunc præſumitur, ſicque eſt ſuſpectus. Ita Baldus in leg. non ignorabit. in fine. C. ad exhiben. & Felinus in cap. ſcribebam. num. 3. in fine. de præſumptio. & ſenſit Simancas in catholicis inſtitutio. tit. 50. numer. 15. Cæterùm hæc ipſa præſumptio ſeu ſuſpicio ſolùm prodeſt ad interrogatum, vt ſenſit Simancas d. tit. 50. nu. 17. & dicemus infrà hoc libro præſumptio. 31. vbi agemus, de ea pręſumptione, quòd ſemel malus præſumatur ſemper malus.

42 Vigeſima tertia præſumptio † eſt, quando contra aliquem de hæreſi accuſatum extant leues aliquæ præſumptiones, vel indicia de hæreſi; quæ quidem ſufficiebant ad indicendã purgationem canonicam, & iudice ipſo mandante, purgationem fieri, accuſatus verò recuſat. Is enim ſe ſuſpectam de hæreſi ſignificat. Ita Felinus ex illo tex. in cap. ad abolendam. §. qui verò. de hæret. imò vt ſuſpectus puniri poteſt. id quod declarat, & Simancas in catholicis inſtitut. tit. 56. nu. 4. idem ſcripſit Albertinus in Tracta. de agnoſcendis aſſertionibus hæreticis. q. 30. num. 2. ver. idem eſt cenſendum.

## PRÆSVMPT. VII.

### Hæreticus pertinax quibus præſumptionibus, & coniecturis quis præſumatur, breuis explanatio.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum quidam dicuntur verè & manifeſtè pertinaces, quidam verò præſumptiuè.*
2 *Hæreticus pertinax & verè is dicitur, qui credit aliquam propoſitionem veram eſſe, cuius contrariam ſcit eſſe catholicam.*
*Et ſola obſtinatio facit quem hæreticum pertinacem. num. 3.*
4 *Fides catholica ſicut perficitur aſſenſu intellectus cum conſenſu voluntatis, ſic hæreſis conſumatur diſſenſione intellectus, & conſenſu voluntatis.*
5 *Hæreticus pertinax is dicitur qui aſſertionem aliquam hæreticam defendit.*
6 *Hæreticus pertinax præſumptiuè is dicitur, cuius pertinacia manifeſta eſt, ſed tamen iuris præſumptione pro conſummato pertinace habetur.*
7 *Negans aliquam propoſitionem catholicæ fidei apud omnes fideles publicè diuulgatam, ſi eſt rationis capax, præſumitur hæreticus pertinax.*
8 *Aſſerens aliquam hæreſim, cuius contrariam veritatem catholicam prius docuerat, præſumitur hæreticus pertinax.*
9 *Animus ex verbis iam prolatis facilè declaratur.*
10 *Ignorantia probabilis excuſat ab hæreſi.*
11 *Hæreticus pertinax dicitur is, qui perſiſtit in errore, cuius contrariam veritatem catholicam explicitè ſcire non tenebatur, quia negligens dicitur in quærenda veritate.*
*Idem de eo, qui impendit prædicationem, defenſionem, atque doctrinam catholicæ fidei: & quæ contemnit cenſuras eccleſiæ: & qui iurat, ſe nunquam ab errore diſceſſurum. num. 12.*
*Et denique quicunque in fide catholica errat, & paratus non eſt ad ſuſcipiendam correptionem, pertinax cenſetur. ibid.*
13 *Errans in fide, ſi admonitus non reſcipiſcit, etiam ſi per errorem erraſſet, perinde habetur, ac ſi ſcienter ab initio peccaſſet, & pertinax dicitur.*
*Extende etiam ſi dictus errans minus fuit legitimè admonitus. num. 14.*
*Idem, quando error ſeu ignorantia eſt probabilis, ſed tamen is ignorans iurat, ſe nunquam à ſua opinione diſceſſurum. numer. 15.*
*Idem ſi proteſtatur firmiter, ſe nunquam recedere velle ab aliqua propoſitione hæretica. num. 16.*
*Diſtingue, vt num. 17.*
18 *Iuramentum ſequitur naturam actus.*
19 *Hæreticus is dicitur incorrigibilis, qui non habet animum ſe corrigendi.*
20 *Pertinacia in hæreſi eſt grauiſſimum crimen, & ideo in dubio non eſt præſumenda.*
21 *Res dubiæ in benigniorem partem interpretari debent. & numero. ſeq.*
*Crimina nunquam præſumuntur.*
22 *Cauſa qualibet excuſare ſolet à malitia & dolo.*
23 *Hæreticus pertinax is cenſetur, qui in extremis laborans petijt hæreticos conſolatores.*

1 QVemadmodum ſuperiore diſputatione † admonui, aliquos hæreticos dici verè & manifeſtè hæreticos, aliquos verò præſumptiuè. Ita nunc admonendi ſumus, aliquos dici hæreticos verè & manifeſtè pertinaces:
2 aliquos verò præſumptiuè. Pertinax manifeſtè † & verè is di-
citur, qui credit aliquam propoſitionem veram eſſe, cuius
contrariam ſcit eſſe catholicam. Ita bene eruditus Iacobus
Simancas in commentarijs catholicarum inſtitutionum. tit.
48. de pertinacibus, &c. numero. 7. ex ſententia præſertim
Caietani & Franc. Victoria ſuper Thomam. 2. 2. q. 12. art.
2. Alphonſi de Caſtro libr. 1. de iuſta hæreticorum punitio.
cap. 9. & Melchiore Cano lib. 12. de locis Theologicis. cap.
9. reiecta contraria opinione Alciati in l. 2. C. de Summa
Trinit. & fide cathol. qui ſcripſit, neminem hæreticum per-
tinacem eſſe, qui non habet animum obſtinatum, & admo-
3 nitus non perſiſtit. Eſt † ſanè verius aduerſus Alciatum, vt
ſola obſtinatio faciat quem hæreticum pertinacem, cum &
quilibet verus conſenſus contrarius cognitæ veritati perti-
nacem hæreticum faciat. Nec refert (ait Simancas ex alio-
rum ſententia) ex qua cauſa ventum ſit ad talem verum
conſenſum, ſiue ex paſſione, ſiue ex infirmitate. Verè enim
pertinax eſt, qui credit contrarium eius, quod ſcit eccle-
4 ſiam tenere. Quia ſicut † fides perficitur aſſenſu intelle-
ctus cum conſenſu voluntatis, ſic hæreſis conſumatur diſ-
ſenſione intellectus & conſenſu voluntatis. Et ſententiam
hanc ſolida alia ratione comprobat idem Simancas ibi-
5 dem. nume. 8. Eſt etiam pertinax † hæreticus ille, qui aſſer-
tionem aliquam impudenter hæretica dixit, & eam defen-
dere aduerſus maiores ſuos contrarium docentes audet: nec
ſuam ignorantiam emendare vult. cap. ad abolendam. §. 1.
de hæret. & latè tradit poſt alios Io. Royas in Tract. de hæ-
reticis part. 2. num. 358.
6 Hæreticus † verò pertinax præſumptiuè dicitur is, cuius
pertinacia nondum planè manifeſta eſt, ſed tamen iuris
præſumptione pro conſumato pertinace habetur. Ita decla-
rat Simancas in d. titul. quadrageſimo octauo. numer. 9. quo
loci aliquot præſumptiones adfert.
7 Prima præſumptio † pertinaciæ in hæreſi ducitur ex eo;
cùm quis rationis capax negat aliquam propoſitionem ca-
tholicæ fidei, apud omnes fideles publicè diuulgatam, præ-
ſertim ſi peritus fuerit, & ſagax; quia præſumitur ea, ſcire
quæ omnes ſciunt, & quæ omnes chriſtiani explicitè ſcire
tenentur cap. turbatur 1. q. 4. Ita in ſpecie ſcripſit Simancas
prædicto in loco, ex ſententia Gerſonis alphabeto 14. propè
finem, qui dixit, ſignum eſſe pertinaciæ, ſi quis aſſerit erro-
rem cuius oppoſitam veritatem explicita fide ſcire tenetur:
vel ex publica obſeruatione, vel ex communi doctrina ec-
cleſiæ, vel ex officio, & ſtatu ſuo, vel ex ſufficiente infor-
matione, vel ex naturali iudicio rationis. Et idem ſcripſit
Albertinus in Tract. de agnoſcendis aſſertionibus catholi-
cis & hæreticis. q. 30. nume. 30. qui copioſè diſſerit & decla-
rat. & num. 86.
8 Secunda † eſt præſumptio pertinacis hæreſis, cum quis
aſſerit aliquam hæreſim, cuius contrariam veritatem catho-
licam prius docuerat. Etiam ſi erret in his propoſitionibus,
quas explicitè ſcire non tenebatur. quia ſatis euidenter con-
ſtat, quod iſte ſcienter errat. Ita Simancas in d. titul. 48. num.
10. ex ſententia Gerſonis in Tracta. de duodecim conſidera-
tionibus & ſignis, quibus ſolet aliquis de pertinacia con-
uinci. & Turre Crematæ. libr. 4. de eccleſia parte 2. cap. 16.
Idem ſcripſit Albertinus in Tract. de agnoſcendis aſſertio-
nibus hæreticis. q. 30. numer. 3. & vberiúſque num. 38.
9 Ratio, † quia animus ex verbis iam probatis declaratur,
vt tradunt gl. l. Fulcinius. §. ſed is, qui, in verbo, animus. ff.
quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. Caſtren. l. etiam. §. licet. ff. ſo-
lu. matrim. Lucas de Penna in l. 1. C. ſi propter inimicit. Crea.
facta ſit. lib. 10. Ruin. conſil. 116. nume. 10. lib. 5. Et dicemus in
ſubſequenti libro in præſumpt. vbi explicabimus, quibus
ſignis cognoſci poſſit alicuius animus.
Declaratur hæc † præſumptio, vt locũ non habeat, quan-
10 do daretur probabilis obliuio: ſcilicet ex diuturnitate, vel
vitio memoriæ, vel ſtoliditate: quibus caſibus prodeſſe poſ-
ſet ignorantia probabilis. Ita declarat Simancas præcitato
in loco, ex ſententia Gerſonis loco prænotat. Quam ta-
men declarationem veram eſſe intelligit Simancas, niſi for-
te res eſſet inſignis, & memorabilis. Et idem ſenſit Alber-
tinus, vbi ſupra num. 40. 41. arg. l. peregrè. de acq. poſſ. & eo-
rum, quæ ſcribunt Romanus. in conſi. 481. & alij, quos re-
cenſui, libr. 2. de arbitra. iudicum. &c. caſu. 26. numer. 7. &
caſu. 308. in fine.
11 Tertia eſt † præſumptio huius pertinaciç, cum quis diu
perſiſtit in errore, cuius contrariam veritatem catholicam
explicitè ſcire nõ tenebatur: quia culpa ſua perſiſtit in errore,
quem deſerere tenetur de neceſſitate ſalutis, & negligens eſt
in quærenda veritate, in qua ſalus chriſtiana conſiſtit. Quod
quidem, vt plurimum, veriſimilius eſt, ex malitia quam ex
ignorantia prouenire. Ita ſcripſit Simancas in d. titul. 48.
num. 12.



num. 12. ex ſententia Turrecrematæ. lib. 4. de eccleſia, par. 2.
cap. 16. Archiepiſcopi Florent. in ſecunda parte ſummæ. tit.
12. cap. 5. Syluestri in ſumma, in verbo, hæreſis. 1. q. 2. & Io.
Lupi allegatione. de hæreſi. §. 10. Quam quidẽ præſumptio-
nem intelligit Simancas, vbi ſup. & nu. 14. niſi perſonarum,
& errorem qualitas benigniorem interpretationem ſuadet.
Quod quidem exiſtimo à iudicis arbitrio pendere.
12 Quarta eſt præſumptio † pertinaciæ, cum quis impedit
prædicationem, defenſionem atque doctrinam catholicæ
fidei: & qui contemnit cenſuras eccleſiæ; item qui iurat, ſe
nunquam ab errore diſceſſurum: ad ſummam quicunque
in fide catholica errat, & paratus non eſt ad ſuſcipiendam
correptionem. Ita Simancas in d. tit. 48. numer. 13. ex ſenten-
tia Gerſonis, & Turrecrematæ præcitatis in locis: Alberti-
ni in Tract. de agnoſcendis aſſertio. hæreticis. q. 30. nume.
60. vbi copioſè diſſerit & delarat. & num. 68. & num. 70. &
num. 82. & 84.
13 Quinta eſt præſumptio † pertinaciæ, cum quis errat, &
admonitus non reſcipiſcit: etiam ſi per errorem erraſſet. Nã
perinde habetur, ac ſi ſcienter ab initio peccaſſet, ex quo
admonitus non recedit ab hæreſi. Ita ſcripſit Simancas in
prædictis catholicis inſtitutio. d. tit. 48. num. 15. ex cap. qui in
eccleſia, & c. quid autem. 24. q. vbi & ex ſententia Gerſonis
tractatu de proteſtatione, conſid. 10. & Alphonſi de Caſtro
lib. 1. de iuſta hære. punit. cap. 9. & idem ſenſit Albertinus in
Tract. de agnoſcendis aſſertionibus catholicis, & hæreticis,
nu. 26. & nu. 54. vbi copioſè declarat & num. 39. & nu. 74. 77.
14 Extenditur hæc præſumptio, † vt procedat etiam quando
is errans in fide fuit minus legitimè admonitus. Nam ſi ad-
huc eo in errore perſeuerans & cauta ſolicitudine non quæ-
rat ſcire veritatem, adhuc præſumitur pertinax hereticus. Ita
Simancas d. tit. 48. num. 16. ex ſententia Gerſonis in tractatu
de proteſtatione, conſid. 5. & Alphonſi de Caſtro in d. cap. 9.
idẽ ſcripſit Albertinus in Trac. de agnoſcendis aſſertionibus
catholicis & hæreticis. q. 30. nu. 79. & 88. confert c. dixit apo-
ſtolus. 24. q. 3. vbi veritas, & ibidem declarat Turrecremata
nume. 4.
15 Extenditur ſecundò, † vt procedat etiam quando error
ſeu ignorantia eſt probabilis: ſed tamen is ignorans iurat,
ſe nunquam à ſua opinione diſceſſurum. Idem eſt, ſi prote-
16 ſtetur † firmiter, ſe nunquam recedere velle ab aliqua pro-
poſitione hæretica. Ita ſcripſerunt Gerſoni in Tract. de pro-
teſtatione. conſid. 10. & Alphonſus de Caſtro libr. 1. de iuſta
hæret. punit. cap. 9. Ea eſt ratio, quia ſua temeritate declarat
animi ſui obſtinationem, & non eſt paratus corrigi, dum po-
nit obicem veritati.
17 Cæterùm † hac de traditione ambigit Simancas in catho-
licis inſtitut. d. tit. 48. nume. 22. qui viſus eſt diſtinguere. Aut
hæc ignorantia non eſt verè probabilis: & tunc illud iura-
mentum, illaque proteſtatio declarat eum verè obſtinatum:
Aut ignorantia eſt verè probabilis & quodammodo inſupe-
rabilis: & tunc non præſumitur pertinacia. Et hoc quidem
ea prima ratione, quia qui errat probabili dubitatione cre-
dens aliquam propoſitionem eſſe catholicam: eadem pro-
babilitate & ratione aſſerere poteſt, ſe ab eadem propoſitio-
18 ne non receſſurum. † Cùm iuramentum ſequatur naturam
actus, l. vlt. C. de non numerata pecunia.
19 Accedit ſecundò, quod † ille dicitur eſſe hæreticus incor-
rigibilis, qui non habet animum ſe corrigendi, ſed vult eſſe
pertinax & obſtinatus, vt tradit Alphonſus de Caſtro. lib. 2.
de iuſta hæret. punit. c. 1. At iſte, qui probabiliter ignorat, non
dicitur carere animo ſe corrigendi: ex quo credit ſe non er-
rare: ob probabilem illam ignorantiã quæ excuſat. Ergo, &c.
20 Prætereà & † tertiò, cùm pertinacia in hæreſi ſit grauiſ-
21 ſimum crimen, in dubio minimè præſumenda eſt, tum † quia
res dubiæ in benigniorem partẽ interpretari debent. c. eſto-
te. de reg. iuris. tum etiam quia crimina non præſumuntur, l.
meritò. ff. pro ſocio, & diximus ſupra præſumptione ſecũda.
22 Et demum, quia † quælibet cauſa excuſare ſolet à malitia
& dolo. l. igitur. §. poteſt. ff. de liber. cauſa, & ſcripſi in Tract.
de recup. poſſe. remed. 5. nu. 55. cùm ergo ceſſet dolus & ma-
litia, præſumendum eſt, hunc non eſſe pertinacem hæreticũ.
Eſt enim (teſte Diuo Thoma. 2. 2. q. 60. art. 4.) in dubio ſu-
menda interpretatio in meliorem partem.
23 Sexta eſt præſumptio † pertinaciæ quando quis in extre-
mis vitæ agens petijt hæreticos conſolatores. Nam iſte præ-
ſumitur pertinax hæreticus. c. filij, vel hæredes. de hæret. in 6.
& ſcribit Albertinus in Tract. de agnoſcendis aſſertio. ca-
tho. & hæret. q. 30. num. 2. in fi.

## PRÆSVMPT. VIII.

### Simoniæ labem non præſumi, & aliquæ coniecturæ, quibus illa detegitur, dilucide explicantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Simoniæ crimen hæreſim non leuem ſapit, imò hæreſim eſſe cõſtat.*
*Et idem non præſumitur. num. 2.*
3 *Simonia ſolet ſecretò committi, & quibus coniecturis, & præſumptionibus detegi ſoleat.*
4 *Simonia præſumitur, quando munus aliquod donatum fuit ei, qui conceſſit beneficium, vel quid aliud ſpirituale.*
*Et quomodo ſumatur hæc coniectura, latè ibidem diſſeritur.*
5 *Beneficium reſignans ſi illum conſtituit procuratorem, qui eſt ſanguine coniunctus, cui deinde facta eſt reſignatio, Simoniacè præſumitur egiſſe.*
*Idem quando is, qui reſignauit beneficium, mortuus eſt in poſſeſſione d. beneficij, quia præſumitur interueniſſe pactum inter ipſum, & reſignatarium, quòd ipſe donec eſſet in humanis poſſideret. nume. 6.*
7 *Simonia præſumitur, quando renuncianti beneficium iam fuit facta aliqua promiſſio rei temporalis, deinde paulò poſt ſequuta eſt ipſius beneficij renunciatio.*
8 *Abbas, qui monaco ſuo ſtatim profeſſio contulit capellam, vel eccleſiam beneficij manualis regendam, non cenſetur Simoniacus.*
9 *Simoniæ labes præſumitur, quando reſignans beneficium expreſſe proteſtatur, ſe reſignare ad commodum alicuius, & validè inſtat, vt illi conferatur.*
*Non præſumitur autem, quando aliquid ſpontè poſt collatum beneficium à recipiente datum fuit. num. 10.*
11 *Monacus ſi tempore ſui ingreſſus aliquid ſpontè donat vel offert eccleſiæ ſeu monaſterio non dicitur committere Simoniam.*
12 *Iudici ſi aliquid fuit donatum poſt latam ſententiam, non ex hoc argui poteſt ipſum fuiſſe corruptum.*

1 CVM Simoniæ † crimen hæreſim non leuem ſapiat, imò hæreſis eſt cap. quidam. 24. q. 3. & ibidem glo. & Doct. & tradit Rodoanus in Tract. de Simonia c. 2. & alia multa ad rem ſcripſit Maſcardus in concluſ. 1304. & 1305.
2 Ea propter hic locus eſt congruus, vt de ea diſſeramus. Et † ſi-
cuti crimen hæreſis vt grauiſſimum non præſumitur, ita nec
labes Simoniaca. Ita Rodoanus in d. Tract. de Simonia. par.
3 3. c. 24. Verùm, quia † ſolet Simonia ſecretò committi, con-
iecturis & præſumptionibus detegi & conuinci illa ſolet,
ſicuti ſcripſerunt Abbas in c. inſinuatum. in 2. notab. de Si-
mo. Ita Bernardus Diaz in. pract. cano. criminali. c. 85. Gomeſ.
in regula de triẽnali poſſeſſore. q. 18. Craue. in conſ. 122. nu. 8.
& Rodoanus in Tract. de Simonia. par. 3. c. 25. nu. 23. & in par.
4. c. 6. nu. 21. & nu. 31. Et accedit Cor. in cõſ. 68. nu. 13. li. 3. qui
reſpondit, pendere à qualitate perſonæ & negotij quando
dicatur crimẽ hoc commiſſum. Et Corneum ſecutus ſum in
lib. 2. de arbitra. iudicũ caſu. 401. nu. 21. & alia Rol. in cõſ. 31.
nu. 16. lib. 3. & Maſcardus concluſ. 1304. nu. 9. coniecturæ au-
tem multæ ſunt: aliquas hic commemorabimus, alias ſuo ip-
ſe ſtudio obſeruabit diligens ſtudioſúſque lector.
4 Prima eſt coniectura, quando † munus aliquod donatum
fuit ei, à quo conceſſum deinde fuit beneficium, vel quid
aliud ſpirituale: & tria hæc concurrunt primo dantis & ac-
cipientis qualitas, vt dans vel accipiens conſueuit dare,
vel accipere temporale pro ſpirituali. Secundò, ſi res data eſt
magni pretij. Tertiò, ſi datum fuit tempore, quo ſpirituale
erat concedendum, hoc eſt, eo tempore, quo beneficium
erat conferendum. Ita ſimonia commiſſam hac coniectu-
ra arguunt Alberic. in ſuo dictionario, in verbo, ſimonia,
verſic. an ſit ſimonia ſi aliquid gratis. Abbas in cap. & ſi

quæſtiones.de ſimo.Rodoanus in Tract.de ſimonia,in tertia
parte. cap. 25. numer.14.qui ſanè Rodoanus ſingula ex or-
dine explicat.

Et hæc coniectura procedit etiam quando aliquo d debi-
tum fuit remiſſum. Ita ſcripſi in conſil.67.num.8.lib.1.& ſe-
cutus eſt Maſcardus in concluſ.1305.nume.3.

5 Secunda eſt coniectura, † quando reſignans beneficium
conſtituit procuratorem illum,qui eſt ſanguine coniunctus,
cui deinde facta eſt reſignatio, vt ſcilicet is procurator no-
minaret eum,cui debebat reſignari beneficium. Nam præ-
ſumitur is procurator conſtitutus ad occultandam fraudem
reſignantis.Ita reſpondit Crau.in conſ.122.nu.7. verſ.In qua
re conſiderandũ eſt.Nam per interpoſitam illam procurato-
ris perſonam ſicque ad fraudem dicitur facta reſignatio.

6 Tertia eſt coniectura, † quando is, qui dicitur reſignaſſe
beneficium mortuus eſt in poſſeſſione ipſius beneficij Nam
præſumitur quod inter ipſum reſignantem & reſignatarium
initum fuerit pactum, quod ipſe reſignans donec eſſet in
humanis poſſideret ipſum beneficium. Ita cenſuit Gomeſ.in
d.regula de Triennali poſſeſſore.q.18.verſi. ſed etiam.

7 Quarta eſt coniectura † commiſſæ ſimoniæ, quando re-
nuncianti beneficium iam fuit facta aliqua promiſſo rei tẽ-
poralis: deinde vel ſtatim, vel paulò poſt ſubſecuta fuit ip-
ſius beneficij renunciatio. Hæc enim actuum vicinitas labẽ
hanc ſimoniæ arguit.Ita glo in cap.officij.in glo.1. de elect.
quam ſecuti ſunt Hoſtien. Butrius, & Abbas ibidem in ter-
tio notab.& Ancha.in vlt.& affirmarunt Bellemera in con-
cluſ. 12. in fine. & ſenſit Gome. in commentarijs ad regulas
Cancellariæ.in regula, de triennali poſſeſſore. q. 12. col. 4.
ver.& licet illa capitula.

Et verè eandem opinionem probauit Federicus de ſenis
in conſil.258.incipit.Factum tale eſt; Quidam Abbas.

8 Cùm reſpondit, non præſumi † crimen ſimoniæ in Ab-
bate,qui monaco ſuo ſtatim profeſſo contulit capellam, vel
eccleſiam beneficij manu alis regendam.Nam ibi nulla præ-
ceſſerat monaci petitio, quæ argueret per ſimoniam mona-
cũ emiſiſſe profeſſionẽ:id non contigit in caſu.d.cap.officij.
Et ſubiungit Federicus ſuo illo in caſu,nõ præſumi ſimoniã:
quia veriſimile non erat,quod ob beneficium amouibile ad
nutum Abbatis monachus emiſerit profeſſionem.Diuerſum
eſſe dixit,quando fuiſſet promotus ad prælaturam, à qua nõ
potuiſſet amoueri ſine iuſta, & rationabili cauſa. Nam tunc
ſimonia præſumeretur. cap. tuam. de ætate & qualit.ord. Et
ſimile decidit Caſſado.in dec.2. numer.5.de ſimo.cum dixit,
9 † ſimoniam præſumi,quando reſignans beneficium expreſ-
sè, proteſtatur ſe reſignare ad commodum alicuius:& vali-
de inſtat, vt illi conferatur beneficium.

10 Declaratur † hæc coniectura,vt locum non habeat,quan-
do poſt conceſſum collatumvè beneficium aliquid ſpontè à
recipiente ipſum beneficium datum fuit. Nam ſi coniectu-
ris conſtat ſpontaneam fuiſſe dationem illam, ſimonia non
præſumitur.Ita intelligo tex.c.ſicut Epiſcopum. 1.q.2.& ibi-
dem Præpoſ.in vltimo notab.Ita etiam loquuntur gl.Abbas
& Anch.in c.tua nos.in verbo,cõſentiat.de ſimo. cum dixe-
11 runt,† ſimoniam non committi,quando monachus tempore
ingreſſus aliquid ſponte donat, vel offert eccleſiæ ſeu mo-
naſterio.& eo loci Fel.num.2. idem ſenſit. ſic etiam.reſpon-
dit Decius in cõſ.118.nu.4.Et ſimile eſt quod reſpõdit Anch.
in cõſ.386.De titulis criminum.col.6.quẽ ſecutus eſt Fely.in
12 d.c.tua nos in fine.Dixit † Ancharanus donatum iudici poſt
latam ſententiam non arguere, eum fuiſſe corruptum.

## PRÆSVMPT. IX.

### Confidentia beneficiorum illicita, quæ Simoniaca appellatur, quibus coniecturis & præſumptionibus detegatur.

### SVMMARIVM.

*1 Beneficiorũ confidẽtia illicita aliquãdo eſt ſpecies criminis ſimoniæ.*
*2 Beneficiorum confidentia aliquando licita & aliquãdo illicita eſt.*
*Permiſſa cenſetur, quando renuncians beneficio confidit, quòd
poſt renunciationem à ſe liberè factam ſine vllo pacto vel modo
confert beneficium illi,cui vult.num.2.*
*Idem quando confert beneficium alicui ea intẽtione quòd ille ali-
quando cedet in fauorem alterius à ſe nominandi, vel ſui ip-
ſius conferentis vel procurantis,dummodo nullum pactum,vel
conditio adijciatur.ibid.*
*3 Beneficiorum confidentia illicita dicitur, quando vel Simoniæ la-
bes interuenit, vel alia cauſa illicitam eam reddens.*
*4 Beneficiorum confidentia Simoniaca prohibita eſt conſtitutioni-
bus ſummorum Pontificum, Pij IIII. & Pij V. & regulari-
ter non præſumitur, niſi probetur.*
*5 Beneficiorum confidentia Simoniaca non præſumitur,etiam ſi reſi-
gnans & reſignatarius eſſent amici tempore reſignationis.*
*6 Donatio facta coniunctæ perſonæ ab eo, qui deinde perpetrauit de-
lictum, non præſumitur facta in fraudem fiſci, niſi alia con-
currat coniectura.*
*7 Beneficiorum confidentia præſumitur ſimoniaca ex coniecturis,
quibus detegitur eam eſſe ſimoniacam: & quæ ſint coniectu-
ræ num.ſeq.*
*8 Beneficium reſignans ſi ad ſui commodum pactum aliquod inijcit,
præſumitur ſimoniacè id feciſſe, & ſic dicitur confidentia ſi-
moniaca & illicita.*
*9 Beneficij collator, ſi contulit beneficium pacto adiecto, vt poſtea
in alterum pro arbitrio collatoris vel alterius de ipſo beneficio
diſponatur,confidentiam ſimoniacam dicitur committere.*
*10 Beneficij confidentia dicitur ſimoniaca, quando is, in quem col-
latum fuit beneficium, intra modicum temporis ſpacium re-
troceſſit ipſum beneficium reſeruato ſibi aliquo commodo fru-
ctuum vel penſionis.*
*11 Abſolutus à crimine, vel ab irregularitate, ſi denuò recepit bene-
ficium quod dimiſerat, confidentiam ſimoniacam commiſiſſe
cenſetur.*
*12 Verbum,ſit, quo caſu veritatem denotet.*
*13 Alienatio titulo lucratiuo facta in fraudem fiſci vitiatur.*
*14 Beneficiorum confidentia præſumitur ſimoniaca quando is, qui
renunciauit beneficium, in illo adhuc reſidet, vel fructus per-
cipit:vel ſi is, cui eſt collatum beneficium, reſpondet de fructi-
bus ipſi renuncianti.*
*Idem ſi recipiens beneficium conſtituit procuratorem ipſum re-
nunciantem,vel eius ſanguine coniunctos ad percipiendum,vel
locandum fructus beneficij dimiſſi. num. 15.*
*Idem quando renuncians curauit fieri expeditionem, & expedi-
tionis expenſas pertinentes ad eum, cui collatum eſt beneficiũ,
fecit. num. 16.*
*Idem quando quis pro conceſſione alicui facta quacunque aucto-
ritate in negocio ipſo ſe quoquo modo immiſcuit,& poſtea ali-
quid ex fructibus dicti beneficij conſecutus eſt. num.17.*
*Idem quando conſtat ex literis reſignatarij ſcriptis reſignanti
ſibi factam fuiſſe reſignationem ob id, quòd ipſe reſignatarius
tanquam fideiuſſor reſignantis ſoluet debitum eius creditori.
num. 18.*
*19 Beneficiorum confidentia non ſimoniaca,ſed illicita quæ dicatur,
& quare non ſit comprehenſa in Bullis Pij IIII. & Pij V.*

1 CVM illicita beneficiorum † confidentia ali-
quando ſit ſpecies criminis ſimoniæ, vt præ-
ter commemoratos à Maſcardo in conclu-
ſione 1306. manifeſtè decidit Rota Romana
referente Verallo in deciſ.201.nu. 1. & aper-
tius in deciſi.202. num.5.parte prima; ea propter poſt con-
iecturas criminis ſimoniæ, de his, quæ circa confidentiam
hanc illicitam & ſimoniacam verſantur diſſerẽdum eſt. Cæ-
terum quo facilius hæc explicemus dicendum prius eſt,vnà
cum doctiſſimo Martino Nauarra in Manuali confeſſorum.
2 cap.23.num.109.confidentiam † aliquando licitam,aliquan-
3 do verò illicitam eſſe. Eſt permiſſa,quando † (auctore eodẽ
Nauarra)renuncians beneficio confidit, quod poſt renun-
tiationem à ſe libere factam ſine vllo pacto, vel modo con-
feret beneficium illi,cui volet ipſe renuncians.Eſt etiam li-
cita confidentia (inquit idem Nauarra) conferre beneficiũ,
vel curare, vt conferatur alicui ea intentione & ſpe, quod
ille aliquando cedet in fauorem alterius à ſe nominandi,vel
ſui ipſius conferentis, vel procurantis: dummodo nullum
pactum, nullus modus,& nulla conditio adijciatur.

Confi



3 Confidentia verò illicita † & non permiſſa eſt,quando vel
ſimoniæ labes interuenit, vel alia cauſa illicitã illã reddẽs.Eſt
ſimoniaca, qua quis confidit, quod collator cõferet benefi-
cium mediante pretio,pacto,modo,vel conditione expreſſa,
vel tacita, digno vel indigno. Altera eſt confidentia non ſi-
moniaca, ſed tamen illicita, vt illa, qua quis confidit, quod
collator cõferet beneficium ob cognationem, vel amicitiam
indigno:ſine tamen pretij,pacti,modi, vel conditionis inter-
uentu.Ita explicauit Nauarra in d.c.23 n.109.verſ.tum quia.

4 De confidentia † ſimoniaca dicemus primum. Hanc om-
nino prohibuerunt ſuis conſtitutionibus, quas Bullas vulgò
appellant, ſummi Pontifices Pius IIII.& Pius V.Hæc confi-
dentia,cum ſit graue crimen regulariter non præſumitur,iux-
ta.l.merito.ff. pro ſocio, & diximus copioſè ſupra hoc libro
in præſumpt. 2. Imò in ſpecie decidit Rota Romana refe-
rente Verallo,in deciſ.202.numero 5.parte prima,confiden-
tiam ob id, quod ſimoniæ crimen continet, probandam eſſe
concludenti probatione.

5 Extenditur primo † hæc ſentẽtia & regula,vt locum etiam
habeat, quando reſignans & reſignatarius eſſent amici tem-
pore reſignationis. Nam adhuc confidentia hæc non præſu-
mitur.Ita Verallus in d.deciſ.202.numer.1.Ea eſt ratio, quia
(inquit Verallus) reſignationes fiunt inter amicos & inter
quos liberalitas exercetur. Comprobatur hæc traditio eo ſi-
mili,quod ad rem maximè pertinet,cum dicimus,quod quan
do teſtator prohibetur relinquere certæ perſonæ, vt puta fi-
lio ſuo ſpurio,vel vxori, prohibente ſic ſtatuto, certè ſi teſta-
tor relinquit coniunctæ perſonæ illius incapacis, ſola ipſa
coniunctio non arguit, accommodatam fidem ſicque confi-
dentiam de reſtituendo illi incapaci. Ita probant.l.in tacitis.
de leg.1.& l.vltim.ff.de his,quib.vt indig.& vtroque in loco
Bartolus ſic & gloſſ. in l. non intelligitur. §. tacita.ff. de iure
fiſci. & reſponderunt Romanus. in conſilio 478. numero 1.
Iaſon in conſilio 110. numero 2. libro 1. & Alciatus in reſp.
71.Præſens quæſt.numero 5.Sic etiam dicimus, donationem
6 factam coniunctæ † perſonæ ab eo, qui deinde perpetrauit
delictum, non præſumi factam in fraudem fiſci:niſi alia con-
currat coniectura,vt ſcripſi ſupra lib.3.præſumpt.124.nume-
ro 24. Non enim inter donantem & donatarium præſumitur
accommodata fides ſicque confidentia, vt deinde donatarius
reſtituat ipſi donatori.

7 Receditur ab hac † regula, præſumptionibus & coniectu-
ris contrariis, quibus detegitur confidentia hæc Simoniaca.
Et quamquam Maiolus in Tract. de irregularitate lib.5. cap.
45.nu.5.quem retulit & probauit Maſcardus in d.concl.1306.
nu.18,ex Bulla Pij.4.colligerint,& ſcripſerint, confidentiam
quindecim modis cõtrahi atque detegi:Attamen crediderim
modos illos claudi ſub octo illis coniecturis, quas ex eadem
Bulla,conſiderauit Nauarra in d.cap.23.nu.110.verſ.7.nota.
Quibus quidem alias nonnullas adiungam.

8 Prima eſt coniectura, quando † reſignans beneficium ad
ſui commodum & vtilitatem pactum aliquod iniuit,vt ſi con-
uenit, quod in euentu regreſſus, vel acceſſus ipſi renuntianti,
vel alteri poſtea conferatur, vel quando ſola ſua auctoritate
ſibi reſeruauit beneficij fructus,vel penſiones aliquas.Ita ha-
betur ex prædicta Bulla in verſ.quare.Et hęc quidem dicitur
expreſſa confidentia Simoniaca & illicita: cùm (vt dicemus
infra) Pontifex ipſe ſtatuerit hoc caſu contractam eſſe confi-
dentiam hanc.Eſtq; hæc coniectura ducta ex perſona renun-
tiantis. Ita etiam decidit Rota Romana referente Verallo in
deciſ.201.par.1.confidentiam eſſe, quando reſignans & reſi-
gnatarius conuenerunt, quod ipſum beneficium reſignatum
reſtitueretur reſignanti, ſi ex ea infirmitate, qua tunc detine-
batur,non decederet.

9 Secunda eſt coniectura,quæ † habetur ex eadem Bulla, in
verſ.Itidem,quando ipſemet beneficij Collator contulit be-
neficium, pacto adiecto, vt poſtea in alterum pro arbitrio
collatoris, vel alterius cuiuſcunque de ipſo beneficio diſpo-
natur, vel pacto adiecto, vt collator ipſe ex ea collatione &
prouiſione cõmodũ aliquod ſentiat.Et hæc dicitur confiden-
tiæ cõiectura prouenięs ex facto & perſona ipſius Collatoris.

10 Tertia eſt cõiectura,† quæ legitur in eadẽ Bulla in ver.Ad
hæc,ſi clericus, quãdo is,in quem collatum fuit beneficium,
intra modicum temporis ſpacium,veluti duorum aut trium
menſium, retroceſſit ipſum beneficium reſeruato ſibi aliquo
commodo fructuum, vel penſionis, vel etiam reſeruato re-
greſſu,aut acceſſu.Ita in ſimili dicimus, præſumi in fraudem
accommodata fidem ſicque confidentiam, ſi hæres inconti-
nenti poſt mortem teſtatoris vel aliquo modico temporis in-
teruallo,liberè reſignauit hæreditatem ſpurio teſtatoris, ſic-
que incapaci: ſicuti reſpondit Corn.in conſ.310.col.1.lib.1.
Et hæc quidem coniectura ſumitur ex perſona eius,in quem
collatum fuit beneficium. Cæterùm ceſſat hæc coniectura,
quando renuntiatione facta ei,qui regreſſum habebat, con-
tutus ſtatim fuit procurator ad caſſandum regreſſum. Ita de-
cidit Rota referente Verallo in deciſ.202.parte 1.

11 Quarta eſt coniectura, quæ † habetur ex eadem Bulla in
verſ.poſtremò,quando ſcilicet abſolutus à crimine,vel ab ir-
regularitate diſpenſatus denuò recepit beneficium,quod an-
tè vel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregulari-
tatem dimiſerat.Hęc ſanè coniectura ſumitur ex perſona eius,
qui renuntiauerat beneficium, vel alio modo illud dimiſerat
ob delicti, vel irregularitatis cauſam. Et hoc quidem caſu
coniicitur confidentia, quia dum poſt abſolutionem denuò
ſuſcipit beneficium, ſignificat ſe non habuiſſe animum abſo-
lutè illud dimitrendi.

Et quatuor prædictis in caſibus ſeu coniecturis Pontifex
ipſe ita ſtatuit,vt non coniectura,ſed certitudo,& veritas ipſa
12 hæc ſit.Ita enim poſt prædicta ſubiunxit: In † quouis horum
caſuum confidentiæ prauitas ſit contracta,&c. illud verbum,
ſit,ſignificat veritatem.l.ſi maritus.§.legis.vbi Bar.ff.de adul.
& in l.mercis appellatione.de verb.ſig. has itaq; coniecturas
appellare poſſumus præſumptiones iuris & de iure: cùm
eas pro ipſa certitudine & veritate lex hæc pontificia habeat,
iuxtà ea,quæ ſcripſi ſuprà lib.1.q.3.nu.13.& 14.quo loci dixi,
has præſumptiones non admittere probationem contrariam.
Statuit etiam Pontifex confidentiæ crimen cenſeri contra-
ctum, & ſi alterius tantum partis ſcientia admiſſum ſit. Non
enim prædictis quatuor in caſibus requiritur ſcientia,tam re-
ſignantis quàm reſignatarij, & collatoris, ſed ſcientia vnius
13 tantum ſufficit. Eſt † ſimile,quod dicimus,alienationem titu-
lo lucratiuo factam in fraudem fiſci viciari, & ſi facta eſt ſine
ſcientia eius,cui facta eſt,vt ſcripſit Bar.in l.poſt contractum.
nu.3.ver.quid de venditione.ff.de dona.

14 Quinta eſt coniectura,quæ † habetur in ver.Ad probandũ
verò,&c.quando is, qui renuntiauit reſignauitvè beneficium,
in illo adhuc reſidet, vel fructus percipit, vel is, cui collatum
fuit beneficium reſpondet de fructibus ipſi renuntianti, vel
eius ſanguine coniunctis.Sic ſanè & Simoniacam reſignatio-
nem detegi hac coniectura dixi in præcedenti præſumptione
in 3.coniectura. Sic etiam in cõtractibus emptionum & ven-
ditionum aliiſque ſimilibus ſimulatio pręſumitur, ſi vẽditor,
venditione facta adhuc in poſſeſſione rei venditæ perſiſtit:
quemdmodum latiſſimè ſcripſi ſuprà lib.3.præſump.122.nu.
111.Ita pariter in alienante in fraudem fiſci, qui alienatione
facta perſeuerat in poſſeſſione ſcripſi in d.lib.3.præſump.124.
15 nu.30.Sexta eſt coniectura, † & legitur in verſ.ſi recipiens.Si
recipiens beneficiũ cõſtituit procuratorem ipſum renuntian-
tem,vel eius ſanguine coniunctos ad percipiendum,vel locã-
dum fructus beneficij dimiſſi,& ipſi procuratori fructus ipſos
16 donauit. Septima eſt coniectura, quæ † legitur in verſ.ſi vel
ſola,&c.quando is, qui renuntiauit atq; ita dimiſit beneficiũ
curauit fieri expeditionem,& expeditionis expenſas pertinẽ-
tes ad eum,cui collatum fuit ipſum beneficiũ,fecit.Et ſimile
quod poſt alios ſcripſi ſuprà lib.3.in pręſump.122.n.57.præ-
ſumi contractum ſimulatum & fœneraticium,quando emens
cum pacto de reuendẽdo conuenit,quod ipſe venditor ſolue
ret gabellas & alias faceret impenſas,quæ iure pertinent ad
ipſum emptorem.

17 Octaua eſt coniectura,quæ † habetur in eadẽ Bulla in ver.
Denique,&c. quando quis pro conceſſione alicui facta qua-
cumque auctoritate in negotio ipſo cõceſſionis ſeſe quoquo
modo immiſcuit:& poſteà aliquid ex fructibus dicti benefi-
cij conſecutus eſt,vel de eis pro ſua voluntate diſpoſuit.

18 Nona eſt coniectura, † quam probauit Rota Romana,re-
ferente Verallo in deciſ.200 parte 1. quando ſcilicet conſtat
ex literis reſignatarij ſcriptis reſignanti ſibi factam fuiſſe be-
neficij reſignationem ob id,quod ipſe reſignatarius tanquam


fideiuſſor

fideiuſſor reſignantis ſoluerat debitum eius creditori. Et ſi
enim literæ reſignatarij iure ordinario fidem non faciunt con
tra reſignantem, attamen in his, quæ difficilem habent proba-
tionem, ſicuti eſt confidentia, omninò probant, vt Verallus ip-
ſe ſcriptum reliquit.
19 De confidentia non quidem Simoniaca, † ſed tamen aliis
de cauſis illicita, paucula aliqua dicenda ſuperſunt. Illicitam
confidentiam non Simoniacam rectè dixit Nauarra, quem &
ſupra retuli, quando renuntians beneficio confidit, quod col-
lator illud ob amicitiam, vel ſanguinis coniunctionem con-
feret indigno. Hæc ſanè illicita eſt confidentia: ſicuti cenſe-
tur & illa, quam lex ipſa ciuilis damnauit, dum prohibuit te-
ſtatorem relinquere bona & hæreditatem indigno, vt puta fi-
lio ſpurio, vel vxori prohibitæ legari à ſtatuto, ſi ipſe teſtator
alicui capaci relinquit, accommodata ſibi fide de reſtituendo
ipſi ſpurio, vel vxori incapaci, hæc confidentia illicita eſt, &
lex eam punit: cùm fiſcus ab eo indigno bona auferat. l. non
intelligitur. ff. de iure fiſci & multa ſcripſi ſupra lib. 3. in præ-
ſumpt. . . Et de hac confidentia multa ſcripſit M. Antonius
Peregrinus in commentariis de iure fiſci. libr. 3. tit. 19. Illici-
tam hanc confidentiam beneficiorum non comprehendi ſub
Bullis Pontificum Pij. 4. & Pij. V. ſcripſit Nauarra in d. c. 23.
nu. 109. verſ. tum quia. Cæterùm Maſcardus in d. conc. 1306.
col. vlt. contrarium Romæ obſeruari, aliterq; Bullas ipſas in-
terpretatas fuiſſe ait.

Eſt etiam hic obſerundum Nauarram in d. c. 23. num. 110.
verſ. nota octauò, ſcripſiſſe, quod vnaquæque ex octo illis ab
eo enumeratis coniecturis non ſufficit ad plenam probatio-
nem Simoniacæ confidentiæ. Nam durum videtur (inquit il-
le) quod prima & octaua, & aliquot aliæ per ſe ſolę ſufficiant.
Et ob id (ſubiungit Nauarra) iudicis arbitrio relinquitur. arg.
l. 1. de iure delib. Quæ quidem opinio mihi non probatur. Si
quidem non modo prima illa coniectura, ſed & tres aliæ ſe-
quentes adeò firmæ ſunt, vt Pontifex ipſe pro certitudine &
veritate (vt ſuprà demonſtraui) eas habuerit. Et ob id nullum
in his relinquitur arbitrium iudici, iuxta ea, quæ ſcripſi in lib.
1. de arbitrariis iudicum. q. 14. num. 2. ſed debet ſequi ipſius
Pontificis conſtitutionem. Ita pariter & ſingulæ aliæ conie-
cturæ, præter illas quatuor, ſufficiunt ad probandum hanc
confidentiam, & ad condemnationem, ſi nulla contraria pro-
batione diluantur: Cùm ſint præſumptiones à Pontifice, hoc
eſt, à lege viua approbatæ. Sicuti ſcripſi ſupra lib. 1. q. 94. nu.
2. Imò ipſemet Pontifex manifeſte ſtatuit plenam probatio-
nem facere. Verba Bullæ hæc ſunt. *Pluresq; huiuſmodi præſum-
ptiones & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis.*

Quod verò conſtituit idem Pontifex, teſtibus ſingulari-
bus in his adhibēdam eſſe fidem, repugnat (inquit Nauarra in
d. c. 23. nu. 100. verſ. nota nonò.) c. bonæ. il 1. de electio. Re-
ctius exiſtimo dicendum, teſtes ſingulares accipi debere ad
probandum hanc confidentiam, ſicuti intelliguntur in pro-
probanda hæreſi, vt poſt alios egregiè declarat Simancas in
praxi contra hæreticos. tit. 37.

## PRÆSVMPT. X.

Delinquentes ſpe & animo immunitatis eccleſiæ
ac confugiendi ad eam, quando ex ea extrahi poſſint,
& quibus coniecturis ille animus detegatur.

### SVMMARIVM.

1 *Homo præſumitur quòd Deum timeat, & eccleſiam Dei lædere nolit.*
2 *Delinquere nemo præſumitur ſub ſpe immunitatis eccleſiæ.*
3 *Delinquens cùm ad eccleſiam confugit, ab ea recipitur, nec inde diuelli poteſt.*
*Secus ſi delinquit ſpe immunitatis eccleſiæ, quia eccleſia lædi dicitur, num. 4. & ſeq.*
5 *Legis auxilium fruſtra requirit, qui in legem committit.*
6 *Peccans ſpe abſolutionis conſequendæ virtute indulgentiarum non poteſt ex vi ipſarum abſolui.*
7 *Seruus iuſſus eſſe liber, ſi ſpe libertatis bona hæreditaria ſurripit, ad duplum tenetur.*
8 *Deliquiſſe an & quando quis præſumatur ſpe immunitatis eccleſiæ, & nu. ſeq.*
9 *Delinquens in ipſamet eccleſia præſumitur deliquiſſe ſpe immunitatis eccleſiæ,*
*Secus ſi poſſet conſtare, quòd talis delinquens non deliquerit ſpe dictæ immunitatis. num. 10.*
*Quod dicitur conſtare, quando delictum caſu fuit commiſſum & ob rixum non cogitatum. num. 11*
12 *Delinquens extra eccleſiam ſpe tamen confugiendi ad eccleſiam non conſequitur eccleſiæ immunitatē, & ab ea extrahi poteſt.*
13 *Intellectus. cap. 1. de homicid. & num. ſeq.*
14 *Occidens aliquem ex propoſito & per inſidias non gaudet eccleſiæ immunitate, ſed extrahi inde poteſt.*
15 *Delinquens apud eccleſiam, vt in cæmiterio, vel alio loco admodum vicino præſumitur ob loci vicinitatem deliquiſſe, vt ſtatim in eccleſia ſe reciperet.*
*Idem quando quis ex propoſito & animo deliberato aliquem occidit, & ſtatim ad eccleſiam confugit. nu. 16.*
17 *Actus ſequens declarat voluntatem præcedentem.*

1 QVEMADMODVN eſt iuris pręſumptio, † ho-
minem eſſe ſalutis ſuæ memorem, & ob id ti-
mere Deum, eumq; non offendere. Ita pariter
præſumptio eſt, quod Dei eccleſiam lędere
2 nolit. Et hinc fit, quod † nemo pręſumitur de-
3 linquere ſub ſpe immunitatis eccleſiæ. Et propterea † cùm
delinquens ad eccleſiam confugit, ab ea recipitur, nec diuel-
li inde poteſt. cap. inter alia, & c. vlt. de immuni. eccl. vbi Ho-
ſtien. Card. & Abbas, & ſcripſit Alciat. in Tract. præſumptio.
reg. 3. præſumpt. 33. Hoc immunitatis genus antiquiſſimum
eſſe multorum auctoritatibus comprobarunt Alcia. lib. 7. pa-
rerg. iuris. c. 6. & in d. præſumpt. 33. Coraſius lib. 5. miſcella. iu-
ris. c. 23. & vberius Didacus Couuar. lib. 2. varia. reſolu. c. vlt.
4 Cæterùm † ſpe immunitatis eccleſiæ delinquens, educi ab
eccleſia poteſt. Non enim illa tunc lædi dicitur. Quando
quidem iuſtum æquumque eſt, vt is puniatur in eo, in quo de-
linquit, vt ait in ſpecie Inno. tertius Pon. max. in c. vlt. de im-
5 munit. Eccleſ. Et fruſtra legis † auxilium requirit, qui in eam
committit, vt ibidem ait Inno. & confert. l. auxilium. in fin. ff.
de mino. & cap. quia fruſtra de vſuris. Committit autem in
eccleſiam, qui ſpe immunitatis illius delinquit: cùm Dei do-
mum latronum ſpeluncam eſſe velit. Efficit quoque vt lex il-
la, quæ fuit ad bonum finem condita pro eccleſiæ reuerentia,
tribuat delinquendi anſam, atq; ita operetur malum. cap. eſt
iniuſta. 24. q. 4. Et in ſpecie hunc delinquentem ſub ſpe im-
munitatis eccleſiæ non gaudere ipſa immunitate ſcripſit Io.
Viſchius in Tract. de immunitate eccle. nu. 27.
6 Huc pertinet illud ſimile, quo † dicimus, quod peccans
ſpe conſequēdæ abſolutionis virtute indulgentiarum & apo-
ſtolicarum literarum, non poteſt ex vi ipſarum abſolui. Ita
ſcripſit Io. Lupus in cap. per veſtras. §. 10. de donat. inter vi-
rum & vxo. Confert etiam text. l. 1. §. 1. † ibi, *qui hac ſpe auda-*
7 *cior factus eſt*, & ibi, *ſpe imminentis libertatis.* & §. hæc actio. ff. ſi
quis teſta. liber. eſſe iuſſus fuerit, vbi ſeruus iuſſus eſſe liber
cum ſpe libertatis bona hæreditaria ſurripit, ad duplum tene-
tur. Huc quoque facit cap. quando, il 1. de conſecrat. diſt. 4. &
cap. illud. de clerico excom. miniſtr. Et ad rem hanc pertinet
pariter quod egregiè ſcriptum reliquit Lactātius. Firmianus
lib. 6. diuina: inſtit. c. 13. his verbis: *Nec tamen, quia peccata lar-
gitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes: abolentur
enim, ſi Deo largiare, quia peccaueras. Nam ſi fiducia largiendi pec-
ces non abolentur.*
8 Dubitari autem hic † contingit, quando quis præſumatur
deliquiſſe ſpe immunitatis eccleſiæ? Hac in re duo caſus ſo-
lent conſiderari.
9 Primus eſt † caſus, quando quis deliquit in ipſamet eccle-
ſia: Nam tunc præſumitur deliquiſſe ſpe immunitatis eccle-
ſiæ. Ita probat dictum cap. vltimum. de immunit. eccleſ. vbi
ſcribentes affirmant, hanc eſſe præſumptionem iuris, & de iu-
re. Ita ſanè in d. cap. vltimo: annotarunt Io. Andreæ Butrius.
num. 4. & Ancha. num. 3. in fin. Io. de Viſchis in Tract. de im-
munitate eccleſiæ. num. 29. & Remigius Gonnius in Tract.
de immunit. eccleſ. in tertia fallentia.
10 Declaratur tamen † hic caſus, vt locum non habeat quan-
do poſſet apparere atque conſtare, quòd hic delinquens in
eccleſia nō deliquerit ſpe immunitatis eccleſiæ. Ita Hoſtien.





in d. c. vlt. de immunit. eccleſ. quem ibi ſecuti ſunt Ancha. nu.
4. & Butrius. nu. 4. Angelus Clauaſius in ſua ſumma, in verbo,
immunitas. num. 17. verſ. ſed quid ſi commiſit, & communem
eſſe opinionem, ac ab ea non eſſe in iudiciis recedendum aſ-
ſerit Ioan. de Viſchis in d. Tract. de immunitate eccleſiæ. nu.
30. reiecta contraria opinione Abbatis in d. cap. vlt. quem ſe-
cuti ſunt Remigius Gonnius in d. tertia fallentia. num. 3. & 4.
Aufrerius in deciſionibus Capellæ Toloſa. q. 422. & Didac.
lib. 2. varia. reſolut. cap. vlt. nu. 15. verſ. 22. deducitur. Conſtat
11 autem præſumptione efficaci tunc † delinquentem in eccle-
ſia non deliquiſſe ſpe immunitatis eccleſiæ, quando delictum
fuit commiſſum non ex propoſito, ſed caſu, ob rixam non co-
gitatam: ex quo antea erat amicitia, vel ſaltem nulla inimici-
tia. Ita declarant Hoſtien. & relati Docto. Nam tunc lex prę-
ſumit, quod nō animo & ſpe immunitatis eccleſię deliquerit.
12 Secundus eſt caſus, quādo † quis deliquit extra eccleſiam,
ſed ſpe cōfugiendi ad eccleſiā atq; ita ſpe immunitatis illius.
Hoc ſanè etiam in caſu non conſequitur iſte eccleſię immu-
nitatem, ſed ab ea extrahi poteſt. Ita affirmarunt Ancha. Bu-
trius & Abbas in d. cap. vltimo, de immunit. eccleſ. Io. Fab. in
§. 1. in inſtit. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Pract. Papien-
ſis in forma libelli inquiſitionis, in gloſſa prima, nu. 31. qui di-
xit, ita obſeruari in vniuerſa Italia. Et Guido Papæ. quæſt. 21.
teſtatur ita obſeruari multis in locis. Idem probarūt alij mul-
ti, quos ſecutus eſt Alciatus in Tract. pręſumpt. reg. tertia,
præſumpt. 33. Et his addo Henricum Boie. in capitulo eccle-
ſiæ, de immunita. eccleſ. Io. de Viſchis in Tract. de immuni-
tate eccleſię, nu. 27. & Didacum lib. 2. varia. reſolu. cap. vlt. nu.
15. verſic. vigeſimoſextò. Et hunc quidem caſum probant illę
ipſę rationes ſuperiore caſu commemoratę ex d. cap. vlt. de
immunit. eccleſ. Et quanquam Alciat. in pręcitata pręſumpt.
33. conſideret quoque in hanc ſententiam text. §. neque in
Auth. de mandat. principum. Attamen nil ad rem hanc facit.
13 Non etiam huc pertinet † c. 1. de homicidio ſumptum ex E-
14 xodi. cap. 21. qui locus & ab Alciato adducitur. Nam † ſolùm
ibi ſcriptum eſt, quòd occidens ex propoſito & per inſidias
non gaudet ea eccleſiæ immunitate, ſed extrahi inde poteſt.
Non tamen ſequitur, quòd occidens ex propoſito atque ita
deliberate, occiderit ſpe confugiendi ad eccleſiam. Euenire
enim facilè poteſt, quòd homicida credat, ſe tutò poſſe occi-
dere, & tamen paulò poſt obuiam habeat caſu ſatellites, & ob
id ad eccleſiam confugiat. Rectius itaque probatur hic caſus
ex rationibus ſupra commemoratis.
15 Cæterùm † verſatur hic dubitatio, quando & quomodo
cognoſci poſſit, hunc delinquentem commiſiſſe crimen ſpe
& animo confugiendi ad eccleſiam? Et dicendum hic eſt,
quòd cum cæteris in rebus animus non niſi coniecturis co-
gnoſci poſſit, vt dicemus infrà pręſumpt. 38. & libro ſubſe-
quenti, pręſumpt. Ita etiam hoc in caſu ex coniecturis dete-
gitur. Eſt autem coniectura hęc prima, quando iſte deliquit
apud Eccleſiam, vt in cęmiterio, vel alio loco ibi admodum
vicino. Nam tunc pręſumitur ob loci vicinitatem deliquiſſe,
vt ſtatim in eccleſia ſe reciperet. Ita Alciat. in d. præſumpt.
33. num. 3. verſ. & iſta opinio.
16 Eſt etiam ſecunda † coniectura & pręſumptio, quando
quis ex propoſito & animo penſato deliberatóque aliquem
occidit, & ſtatim ad eccleſiam confugit. Nam & tunc pręſu-
mitur occidiſſe ſpe ac animo ſe recipiendi in eccleſiam. Ita
Alciatus vbi ſupra ex aliorum ſententia. Qui quidem addu-
17 cti ſunt arg. l. 1. ff. de recepta. Et quia actus † ſequens decla-
rat voluntatem pręcedentem, § pauonum. in inſtit. de rerum
diuiſ. & in l. ij, qui. C. de adulter.

## PRÆSVMPT. XI.

Filium occidiſſe vel offendiſſe parentes iure non
præſumi, & inibi aliqua de reuerentia filiorum erga
parentes annotata.

### SVMMARIVM.

1 *Parentes poſt Deum Opt. Max. quanti facere debeamus.*
2 *Parentum contemptus quod genus peccati ſit, & quam graue ſcelus. num. ſeq.*
3 *Filius non præſumitur patrem occidiſſe.*
4 *Solon interrogatus, cur legem contra parricidas non ſanciuerit, reſpondit, ſe credere nunquam potuiſſe, filium tam impium eſſe poſſe, vt patrem occideret.*
5 *Filius is non præſumitur, qui patrem verberibus affecit.*
6 *Filium occidiſſe patrem non ſtatur leui præſumptioni, ſed requiruntur vrgentia indicia.*
7 *Delinquens nephario ſcelere impoſsibile eſt, quod ſtatim ſine cura quieſcere poſsit, imò quòd ne ſpirare quidem poſsit ſine metu.*
8 *Filius non præſumitur erga patrem ingratus.*

1 NEMO eſt, cui † plus, poſt Deum Opt. Max.
debeamus quàm proprijs parentibus, à qui-
bus progeniti & educati fuimus. Hinc inter
leges à Deo ipſo creatore noſtro datas in
mōte poſt præcepta de religione erga Deū
ipſum obſeruāda, ſcriptum eſt illud quartum, Honora paren-
tes. Quare Ariſtoteles lib. 9. Ethico. c. 2. dixit, parentibus vt
Diis ſuus honos tribuendus. Eſt enim liberis parens (auctore
Cicerone in oratione pro Plācio) tāquam Deus quidam ter-
reſtris. Et Theophraſtus, referente Io. Strobæo de prudentia.
ſermone 4. ſcripſit in hæc verba: *Oportet igitur virum, qui admi-
ratione dignus haberi vult, ſacrificandi ſtudioſum eſſe, non quod ſum-
ptuosè, ſed quod crebrò hunc honorem Numini tribuat. Illud enim
diuitiarum, hoc pietatis ſignum eſt. Deinde parentes honeſtè alere,
ſuamq; vitam ad eorum voluntatem inſtituere. Qui enim talis non
eſt, ſed naturæ & ciuitatis leges negligit, vtrumque iuſtitiæ modum
tranſgreſſus eſt.* Et idem Stobæus ſermone 79. liberos hono-
rem debitum præſtare parentibus, &c. commemorat Ariſto-
xenum Pythagoricum ita dicentem: *Poſt Deos & dæmones plu-
rimi facere oportet parentes atque leges, non ſimulatè, ſed fideliter
ſeipſis accommodantem in patrijs conſuetudinibus & legibus perſe-
uerando: licet paulò deteriores & alijs fuerint.* Et ibidem lib. 4.
addebat idem Ariſtoxenus hæc verba: *Demum viuentium cultus
parentum, quibus fas eſt prima & maxima debita omnium antiquiſ-
ſima debitorum perſoluere. Putare enim quiſque debet, omnia, quæ
poſſidet eorum eſſe qui genuerunt & educarunt, ita vt illis hæc om-
nia pro viribus miniſtrare debeat.* Et idem Io. Stobęus præcitato
in loco recenſet hanc propè diuinam ſententiam ex Peryctio-
ne Pythagorico. *Mali quidquam parentibus, nec dicto, neque facto
exhibere oportet, ſed obedire cuiuſcunque conditionis fuerint. Item
in quacunque corporis animi, rerumvè externarum fortuna, in pace,
bello, ſanitate, morbo, diuitijs, paupertate, gloria, infamia, ſine priua-
tis, ſiue in magiſtratu conſtitutis parentibus adeſſe ipſis oportet, nec
vnquam deſerendi ſunt: obediendumq; tantum, nō etiam inſanis. Hæc
2 enim ſapienter & rectè fieri à pijs hominibus exiſtimatur.† contem-
ptus autem parentum, peccati genus eiuſmodi eſt, quod in viuis ſimul
atque defunctis diuinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, &
ſub terra in loco impiorum vna cum reliquis improbis perpetuò puni-
tur à iuſtitia & infernalibus Dijs, qui rebus his inſpiciendis deſtinati
ſunt. Honeſtiſsima enim eſt, imò diuina parentum facies. Et aſpectus,
cultuſq; eorum tanti fieri debet, quanti nec ſolis ſit, neque omnium
ſyderum, quæ gratiſsimas cæli choreas conſtituunt, aut ſi qua alia res
iſtis maior à quoquam æſtimatur. Deos equidem arbitror, ſi con-
temni parentes viderint, haud quaquam id eſſe toleraturos. Quam-
obrem & viuos & mortuos colere par eſt, nec vnquam eis contradi-
cere. Verùm ſi quid ignorent, morbi aut deceptionis vitio, conſolari
atque docere oportet, odiſſe nequaquam. Maius enim inter homines
peccatum admitti nequit, quam erga parentes impietas.* Hæc ille.
Huc pertinent quæ ſcripſi ſuprà libro tertio, præſumptio. 29.
numero 19. quo loci plura de his, quibus filius erga patrem
tenetur, & multo plura commemorauit Rhodiginus in libro
vndecimo, lectio. antiq. c. 13. & c. 21. Cùm itaque (vt ad rem
noſtram propius accedam) grauiſſimum † ſcelus ſit lædere
3 parentes, præſumendum non eſt, quod filius patrem occide-
rit. Non enim hoc in animo legiſlatorum cadere vnquam
potuit, vt crederent, filium occidiſſe patrem. Solon † ſa-
4 pientiſſimus legiſlator interrogatus, cur legem contra par-
ricidas non ſanciuiſſet, reſpondit, ſe credere atque excogi-
tare nunquam potuiſſe, filium tam impium eſſe poſſe, vt
patrem occideret. Hanc præſumptionem mirè adiuuat

locus egregius Ciceronis in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, cuius verba adſcripſi. *Qui homo? adoleſcentulus corruptus & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis quadraginta. Vetus videlicet ſicarius, homo audax & ſæpe in cæde verſatus? &c.* Et deinde poſt ita ſubiungit. *Quæ res igitur tantum iſtum furorem Sexto Roſcio obiecit? Patri, inquit, non placebat, Patri non placebat? quam ob cauſam? Neceſſe eſt enim eam quoque iuſtam & magnam & perſpicuam fuiſſe. Nam vt illud incredibile eſt, mortem oblatam eſſe patri à filio ſine plurimis & maximis cauſis: ſic hoc veriſimile non eſt, odio fuiſſe parenti filium ſine cauſis multis & magnis & neceſſarijs, &c.* Et poſt multa ita quoque adiungit. *Hæc magnitudo maleficij facit, vt niſi penè manifeſtum parricidium proferatur, credibile non ſit, niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitijs vita inquinata, niſi ſumptus effuſi cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab inſania.* Hæc Cicero, qui manifeſtè ſignificauit, nullo pacto præſumendum eſſe, quòd filius patrem occiderit, vel læ-
5 ſerit. Huc facit † quod egrè ſcripſerunt Alber. in l. eum, qui. C. de epiſcop. & cler. & Felin. in cap. afferre. num. 2. de præſumpt. filium non præſumi illum, qui patrem verberibus affecit.

6 Extenditur † prędicta præſumptio, vt locum etiam habeat, quando aliqua præſumptio, vel iudicium eſſet, filium occidiſſe patrem: Nam adhuc non ſtatui illi, niſi ſit valdè vrgens. Quæ quidem traditio probari ſatis videtur egregia auctoritate Ciceronis in præcitata oratione pro Sext. Roſcio Amerino, & meminit Vale. Max. lib. 8. cap. 1. ſcribunt ij, T. Clælium Terracinenſem cum cænatus cubitum in idem conclaue cum duobus adoleſcentibus filiis iuiſſet, inuentum fuiſſe mane iugulatum. Cùm neque ſeruus quiſquam reperiretur, neque liber, ad quem ea ſuſpicio pertineret: id ætatis autem duo filij propè cubantes, ne ſenſiſſe quidem ſe dicerent, nominia filiorum de parricidio delata ſunt. Nuſquam veroſimile videbatur, auſum eſſe quemquam ſe in id conclaue committere, eo potiſſimum tempore, cùm ibidem eſſent duo filij, qui & ſentire & defendere facilè potuiſſent. Tamen cùm planum iudicibus eſſet factum, aperto hoſtio dormientes eos repertos eſſe: iudicio abſoluti adoleſcentes, & ſuſpicione
7 omni, (qua ſola iudiciũ agebatur) liberati ſunt. Nulli † enim viſum quemquam eſſe, qui cùm omnia diuina atque humana iura ſcelere nephario polluiſſet, ſomnũ ſtatim capere potuerit: propterea quod qui tantum facinus commiſerunt, non modò ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

8 Extenditur † ſecundò, vt filius non pręſumatur erga patrem ingratus. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. & in §. aliud quoque capitulum, & in §. cauſas. in Auth. vt cum de appella. cogno. & illis in locis Doctores. & latiſſimè differit Maſcardus in concl. 897.

## PRÆSVMPT. XII.

Patriam ſuam quemlibet diligere præſumi eóſque impios credi, qui ſine iuſtis cauſis eam euitarunt, egregia explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Patriam propriam poſt Deum & parentes diligere debemus, & id ius gentium iubet: quare præſumitur quilibet ſuam ipſam patriam diligere.*

*2 Patria dicitur communis omnium noſtrum parens pro qua nos totos ipſi dedere, & pro ea mori, atque in ea omnia noſtra ponere ac quaſi conſecrare debemus.*

*Et qui non diligit eam, impius præſumitur. num. 3.*

*4 Ciues quare ſtatuto cogantur in ciuitate habitare.*

*5 In rebus publicis adminiſtrandis ſunt ante omnes deligendi ciues, qui ea in vrbe nati ſunt, & præferendi etiam nouo incolæ magis idoneo.*

*Intellige, vt num. 8.*

*6 Ciuis filios habens præſumitur magis diligere ciuitatem, quam is qui caret filijs, & præfertur.*

*Decurionibus non habentibus filios, & quare.*

*7 Reipublicæ intereſt plures homines naſci, & ciuitatem hominum copia repleri magis quam diuitiarum.*

*9 Aſſeſſoris officio nemo in ſua patria fungi poteſt, nec iuriſdictionem exercere.*

*10 Patriam deſerens, vel rus potius habitans quam ciuitatem non dicitur impius, quando iuſtis de cauſis id facit.*

1 CVM poſt Deum & † parentes patriam noſtram nos diligere oportere, vel ius ipſum gentium iubeat. l. veluti. ff. de iuſt. & iure. Ea propter præſumitur quilibet ſuam ipſam patriam diligere, vt ſcriptum reliquit Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 37. Nam pertinet (vt dicebat Diuus Auguſtinus libr. 19. de ciuitate Dei) ad virtutis officium & viuere patriæ &
2 propter patriam liberos procreare. Eſt ſanè † patria communis omnium noſtrum (teſte Cicerone de oratore) parens. Et pro ea mori, cuiq; nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, ac quaſi conſecrare debemus, vt idem Cicero lib. 2.
3 de legib. ſcripſit. Qui † itaque patriam non diligit, ſed odit, vitat, opera & conſilio non adiuuat impius præſumitur. l. 1. C. ſi curial. relicta ciuit. lib. 10. quo loci Lucas à penna multa aduerſus patriam deſerentes ſcripſit. Et idem Lucas in l. 3. col. 8. verſic. 110. præſumpt. C. de apoch. publ. lib. 10. manifeſtè dixit, impium præſumi illum, qui patriam vitat & conſilio non adiuuat. Hac ratione factum eſt, vt multis in locis edita fuerint ſtatuta & leges municipales, quibus compel-
4 luntur ciues, vt † in ciuitate ipſa habitent, nec rus ſe conferant, ne eorum conſilio & opera ciuitas careat: quæ ſanè ſtatuta non ſolùm æquitati, ſed & iuri communi conſentanea eſſe poſt alios ſcripſit Io. Baptiſta à Sancto Seuerino in l. omnes populi. num. 103. de iuſt. & iure. Et fauore publico edita cenſeri ſtatuta hæc reſpondit Rubeus in conſ. 9. num. 5. Hinc
5 etiam factum † eſt, vt in rebus publicis adminiſtrandis ſint ante omnes deligendi ciues, qui ea in vrbe nati ſunt. Ita Lucas de Penna in l. quiſquis. col 1. verſ. & nota hic. C. de omni agro deſerto. libr. 10. & cum eo Alciatus in Tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 37. num. 1. qui idem eſſe cenſent, quando nouus ciuis, vel incola eſſet magis idoneus originario. Nam adhuc originarius anteferendus eſt cum præſumptio ſit, quod maiori diligentia & fide adminiſtrabit. Quod vtinam ita no-
6 ſtra hac ætate re ipſa eſſet. Et hæc ipſa † præſumptio locum habet multò magis in eo qui filios habet: Is enim præſumitur magis diligere ciuitatem, vt ſcripſit Lucas de Penna in l. 3. columna 8. verſic. 102. pręſumptio. C. de apochis publ. lib. 10. Et ob id pręferri debet Decurionibus non habentibus filios. l. in albo. C. de Decurio. lib. 10. quo loci ſcripſit Iacobus Rebuffus id ea ratione factum eſſe, quia habens filios præſumitur remanſurus in ciuitate & patria arg. l. ad ſubeunda. C. de decurio. li. 10. & idem ſcriptum reliquit Alciatus in d. Tracta. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 36. num. 1. qui aliam adiungit rationem, quia † Reipub. intereſt plures homines naſci, l. 1. ff.
7 ſolut. matrimo. & ciuitatem hominum copia repleri magis quàm diuitiarum. l. vlt. § pen. ff. de bonis damna. & l. 2. in fin. C. de indicta vid. tollen.

8 Cæterùm † quod diximus, originarios ciues eſſe anteferendos exteris etiam incolis in rebus ipſius ciuitatis adminiſtrandis, intelligitur in his quæ ſpectant ad curam ciuitatis: Non autẽ in his, quæ pertinent ad iuriſdictionem. Nam tunc pręferendi ſunt exteri. Ita Alciatus in d. reg. 1. pręſumpt. 37. verſic. in aliis verò. Ea eſt ratio (inquit Alciatus) ob ſuſpicio-
9 nem, ne ſcilicet quid gratioſè agant. Et quia † nemo acceptus in patria, vt ait gloſſa in l. ij qui in prouincia ff. ex quibus cauſ. maio. & confert. l. ſi eadem. ff. de off. aſſeſſ. qua probatur neminem poſſe in ſua patria aſſeſſoris officio fungi. Ita nec iuriſdictionem exercere, vt probat. l. vlt. C. de crimine ſacrilegij. & l. 3. C. de diuerſis officiis. libro 12. Illud pręterea
10 † eſt hic annotandum, quod diximus impium pręſumi illum, qui patriam deſerit, & rus magis quàm ciuitatem inhabitat, vel alio ad habitandum ſe contulerit, non habet locum quando iuſtis de cauſis patriam reliquit: Nam tunc non modò non damnandus is eſt, ſed laudandus potius: ſicuti egregiè ſcriptum reliquit Plutarchus in libello, de exilio dum multos commemorat, qui virtutis ergo patriam deſeruerunt, & alio commigrarunt. *Quo circa (ait ille) è ſapientiſſimis & prudentiſſimis*



*dentiſſimis viris pauciſſimos in ſua ipſorum patria funeratos inuenies. Et nunc quoque (vt idem ſubiungit) optimus quiſque & probatiſſimus peregrè viuit, non pulſus, ſed ſponte alio tranſgreſſus, nec fugatus, ſed fugiens ipſe moleſtias, occupationes, negotia, quæ patria adferre ſolet. Olimq; antiquis ille, vt videre eſt, lucubrationes, quæ pulcherrimæ extant, maximéque probantur, adiuuante exilio à Muſis peractæ abſolutæq; ſunt. Thucydides enim bellum ab Athenienſibus Peloponnenſiſq; geſtum in Thracia iuxta Syluam Scapten nomine, conſcripſit: in Eliæ Scillunte Xenophon, in Epiro Philippus Timæus Tauromenites Atuenis, Megarenſis Athenienſis Androtion, in Peloponnenſo Poëta Bacchylides. Qui omnes & alij plures patria exules non animum deſpondentes ſe ipſos abiecerunt, ſed animi ſui excellentia acumineq; vſi, exilium à fortuna quoddam viaticum accepere. Quo factum eſt, vt mortui viuant, & celebrentur vbique, cùm contra nullum eorum nomen ſuperſit, quorum factionibus eiecti ſunt.* Hæc Plutarchus. Cuius egregia præclaraque ſententia me aliquando excitauit, vt relicta viginti ſeptem ab hinc annis patria eiuſque moleſtiis, in florentibus Italiæ Gymnaſiis docendo & ſcribendo quieto pacatoque animo degerem.

## PRÆSVMPT. XIII.

Occidiſſe, ac læſiſſe ſeipſum non præſumi, & inibi quantum peccant qui ſeipſos occidunt.

### SVMMARIVM.

*1 Patriæ cauſam cauſæ noſtræ anteferendam Horatij Coclitis teſtimonio deprehenditur.*

*2 Occidens ſeipſum, Deum Opt. Max. naturam, & Remp. lædit. num. ſeq.*

*3 Deus Opt. Max. vitæ, & mortis noſtræ poteſtatem habet.*

*4 Natura virtutum omnium initia dedit, atque rebus omnibus eam vim inſeruit, vt appetant ſui conſeruationem, & corruptioni reſiſtant.*

*5 Homo non dicitur ſibi natus, ſed patriæ, & Reipub. membrum appellatur.*

*6 Occidere ſeipſum cum ſit grauiſſimum ſcelus, non præſumitur vnquàm quis ſeipſum occidiſſe.*

*7 Submerſus repertus in puteo non præſumitur ſeipſum præcipitaſſe.*

1 QVOD † de iis, qui patriam læſerunt prius diſſeruerim, quàm de iis, qui ſeipſos, illud vnum Horatij Coclitis exemplum effecit, qui dum patriæ ſalutem propriæ antepoſuerit, manifeſtè ſignificauit, patriæ cauſam cauſæ noſtræ præfe-
2 rendam eſſe. Quemadmodum ergo † grauiter peccat qui patriam lędit, ita ſummoperè errat, qui ſeipſum occidit. Nam qui ſeipſum occidit, Deum ipſum Opt. Max. naturam, ac demum Rempub. lædit atque grauiter offendit. Deum ipſum
3 lædit, † cum is ſolus vitæ hominis Dominus ſit. Tu es (inquit Sapiens cap. 16.) Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem. Lædit, & naturam iſte, qui ſeipſum occidit. Cùm
4 (vt ait Cicero in oratione pro Milone) dederit † natura ipſa virtutum omnium initia, eademque rebus omnibus eam vim inſeruit, vt appetant ſui conſeruationem, & reſiſtant corruptioni. Id quod & Ariſtoteles libro 2. de generatione comprobauit. Lædit quoque Rempubl. qui ſeipſum occidit.
5 Quandoquidem † non ſibi homo natus dicitur, ſed patriæ: vt præclarè dicebat Cicero libro 1. Officiorum. Et Reipub. membrum appellatur. Pluribus aliis rationibus, & argumentis, nemini licere ſibiipſi manum inferre, probarunt doctè, & eruditè Dominicus Soto lib. 5. de iuſtitia & iure. q. 1. art. 5. latiſſimè Petrus Placa in epitome delicto. cap. 23. num. 2. cum multis ſubſequentibus, & Simãcas in Catholicis inſtitutionibus. tit. 18. nu. 21. & alia ſcripſit libro 2. de arbitrariis
6 iudicum. & c. Caſu. 284. Cùm itaque † grauiſſimum ſit ſcelus, & crimen ſeipſum occidere, præſumptio eſt, quòd quis ſeipſum non occiderit. Ita ſcripſerunt Azo in ſumma. C. de iis, qui ſibi mortem conſciuer. Decius in l. 2. num. 14. C. qui teſtam. facere poſſ. & in conſ. 438. num. 2. quo loci reſpondit,
7 eum, † qui repertus fuit ſubmerſus in puteo, non præſumi ſeipſum præcipitaſſe. Et qua in ſpecie reſponderunt etiam Curtius Iunior in conſ. 182. Pariſ. in conſ. 155. lib. 4. & Socinus Iunior in conſ. 51. num. 2. lib. 1. qui quidem Socinus hanc ipſam præſumptionem affirmat, & idem tradit Petrus Placa libro 1. epitome delicto. cap. 23. num. 9. & num. 15.

## PRÆSVMPT. XIIII.

Patrem præſumi correctionis cauſa verberaſſe filium, & inibi multa de amore patris erga filium.

### SVMMARIVM.

*1 Pater non minus diligit filium quam ſeipſum, vnde præſumptio eſt, quòd quemadmodum quis ſeipſum offẽdere nolit, ita etiam nolit filium lædere, & ſi quid in filium commiſit, id correctionis gratia admiſiſſe præſumitur.*

*2 Pater poteſt iuſtè requirere iudicem, vt carcerari faciat filium ſuum, & eum certa à ſe deſignata pœna afficiat.*

*Declara hoc non procedere, quando pater non eſſet perſona honeſta & diſcreta. nu. 3.*

*4 Pater ſi relegat filium in aliquo loco, vel carceri includat, non poteſt accuſari de carcere priuato, quia animo corrigendi ipſum id feciſſe cenſetur.*

*Præſumitur enim ob pietatem paternam eum potius retinere ſub cuſtodia quàm in carcere. nu. 5.*

*6 Pater verberans filium clericum non incidit in excommunicationem, quia præſumitur id feciſſe animo corrigendi ipſum.*

*Et ſi excedit modum in caſtigando ipſum filium, punitur ſolum de exceſſu, non autem de omnibus percuſſionibus. nu. 7.*

*8 Pater offerens filium ſuum nocentem iudici, non præſumitur offerre, vt ipſum ſummo ſupplicio afficiat: imò filius ſic oblatus mitiori pœna erit puniendus.*

*Idem de patre & filio & hebræis.*

1 CVM non minor † ſit dilectio & charitas patris erga filium quàm erga ſeipſum, factum eſt, vt quemadmodum præſumptio eſt, quod quis ſeipſum offendere nolit: ita etiam nolit lædere filium, ſed ſi quid in filium commiſit, id correctionis emendationiſque gratia admiſiſſe præſumatur. l. 1. C. de emenda. propinq. & confert. l. ſed & ſi §. vlt. ff. ad l. Aquil. & in ſpecie annotauit Alciatus in tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 3. Et idem affirmarunt Angel. Aret. in tract. maleficiorum. in verbo, admenauit. num. 2. & Aſcanius Clemens in tract. de patria poteſtate. c. 6. effectu primo. num. 14. & de correctione atque caſtigatione patris in filium ſcripſi aliqua lib. 2. de arbitrariis iudicum. caſu 364. nu. 4.

2 Hinc (ait idem Alciatus) † etiam fit, quod pater iuſtè porequirere iudicem, vt carcerari faciat filium ſuum, & eum certa à ſe deſignata pœna afficiat, ex l. ſi filius tuus. C. de patria poteſta. quo loci annotarunt Baldus & reliqui. Idem ſcripſerunt Butrius & alij pœnè omnes in c. cum contingat. de foro compe. Ale. in l. 2. in prin. nu. 24. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Lanfrancus Balb. deciſ. 209. & Aſcanius Clemenſ. d. c. 6. effectu. 1.
3 nu. 19. qui † declarant, non procedere, quando pater non eſſet perſona honeſta, & diſcreta. Nam tunc non debet iudex ad iuſſum patris detinere filium.

4 Huc quoq; pertinet, quod ſi † pater relegat filium aliquo in loco, vel carceri includat, accuſari nõ poteſt de carcere priuato: cũ id feciſſe præſumatur, animo corrigendi ipſum filiũ. Ita Bar. in l. ex facto. la grande, in ſi. ff. de hære. inſti. Bald. in l. pen. C. de obſeq. liber. præſta. Butr. in d. c. cum contingat. de foro compe. Feli. in c. licet heli. num. 1. de Simo. & Alcia. in d.
5 pręſump. 3. Nam † pater, ob pietatem paternam, præſumitur retinere filium ſub cuſtodia potius quàm in carcerem. l. 3. §. ſi enim quis. ff. de libe. hom. exhib. Niſi (ait ibi Vlpianus) euidens dolus malus adſit, & tradit Alcia. in d. tract. de pręſump. 11. quo loci explicat d. l. 3. §. ſi eum qui. vt ibi legendum ſit, genuinam pietatem, non autem geminam: & idem Alciatus lib. 10. parerg. iuris c. 20. Et hanc eſſe pręſumptionem iuris ſcripſit Io. And. ad Spec. in tit. de præſump. §. ſpecies. num. 5. in gloſſa in prędictis.

6 Ad rem hanc † pertinet, quod ſi pater verberib. afficit filiũ

clericum,nõ incidit in excommunicatione: cum præſumatur id feciſſe,vt eum corrigeret:nõ autem vt religionem læderet. Ita Florianus in l.ſed & ſi.§.ſi magiſter.ff ad leg.aquil. Nicolaus Arelatanus in additio. ad Alciatum de præſumptio.reg. 1.præſump.3.& Aſcanius Clemens in d.Tract.de patria poteſtate.cap.6.effectu primo. numero 16.

7 Huc etiam facit, quod † & ſi pater excedit modum in caſtigando filium,punitur ſolùm de exceſſu ,non autem de omnibus percuſſionibus.Ita Baldus in d.l.ſed & ſi.§.ſi magiſter. ff.ad l. Aqui. Marſilius in practica criminali §. quoniam. nu. 90.verſ.item circa.Areletanus vbi ſupra & Aſcanius Clemẽs præcitato in loco,& aliqua ſcripſit libro ſecundo, de arbitrarijs iudicum.caſu.364.num.12.

8 Confert quod dicimus, † quod ſi pater offert filium ſuum nocentem iudici, non præſumitur offerre,vt eum ſummo ſupplicio afficiat.l.milites.§.vlt.ff.de re milit. Quo ſanè reſponſo adducti ſcripſerunt ex noſtris multi, quod ſi filius commiſit delictum, quo puniendus eſſet pœna mortis naturalis, & præſentetur à patre iudici,mitiori pœna erit puniendus. Ita Salicet.& Caſtren.in l.propter inſidias.C.qui accuſ.non poſ. & alios plures congeſſi lib.2.de arbitrarijs iudicum, &c.caſu. 347.Et prædictis accedunt Alphonſus de Caſtro lib.2.de iuſta hæret.punit. cap.vlt.& Simancas in commentariis catholicarum inſtitut.tit.29.num.59.cum dixerunt, filium hæreticum à patre Inquiſitori oblatum eſſe mitius puniendum. Et
9 hæc † traditio procedit,etiam in patre & filio hebræis. Nam ſi pater hæbreus filium criminoſum obtulit iudici, mitius adhuc ille filius puniendus eſt. Ita extendit Gigas in Tract. de crimine læſæ maieſtatis parte vltima.q.6.in fi.

## PRÆSVMPT. XV.

Maritum verberantem vxorem præſumi id facere corrigendi animo,& quando præſumatur virum vxorem occidiſſe,declaratur.

### SVMMARIVM.

*1 Maritus ſi verberat vxorem,corrigendi animo id feciſſe præſumitur.*

*Moderata enim caſtigatio eſt ſibi permiſſa contra vxorem.nu.2.*

*3 Vxor dicitur ſocia mariti humanæ ac diuinæ domus.*

*4 Maritus non præſumitur occidiſſe vxorem , ne tam graue ſcelus commiſiſſe credatur:ſecus quando extant vrgentes coniecturæ. nu.ſeq.*

*5 Vxor, quæ reperta eſt mortua in lecto apud maritum , præſumitur occiſa ab ipſomet marito.*

*Idem quando in corpore ipſius vxoris apparẽt ſigna ſuffocationis, niſi appareant dicta ſigna non manu hominis,ſed aliunde proueniſſe.nu.6.*

*Idem quando maritus curauit vxorem ita mortuam ſepeliri tempore noctis,& non adhibitis cæremonijs adhibendis in ſepeliendis cadaueribus chriſtianorum.num.7.*

*Et idem quando maritus ipſam non luget,nec obſeruat conſuetudinem patriæ circa luctum.num.8.*

*Idem quando conſtat,maritum odio habuiſſe ipſam vxorem & quòd conſueuit ipſam afficere grauiſſimis verberibus.nu.9.*

*Secus ſi modicè verberaſſet.ibid.*

1 NON eſt à ſuperiore † longè diſſimilis hæc præſumptio qua dicimus,non præſumi maritum percutientem vxorem id feciſſe , vt eam per iniuriam verberibus afficeret,ſed vt caſtigaret atque corrigeret. Ita Alcia.in Tract.de præſump.reg.1.præſump.3.in fine.poſt.Guidonem
2 papæ in Tract.de præſump.num.27.Nam † moderata caſtigatio permiſſa eſt marito contra vxorem , vt multorum autoritate probauit lib.2.de arbitrariis iudicum,&c.caſu.364.nu.8.
3 Hinc † dicimus , quòd cum vxor ſocia ſit mariti humanæ ac diuinæ domus.leg ſi aduerſus.C.de crimin. expila. hæred.
4 non † præſumitur maritus eam occidiſſe, ne tam graue ſcelus admiſiſſe credatur.Hæc tamen præſumptio ceſſat quando extant contrariæ coniecturæ & præſumptiones,vt reſponderunt Baldus in conſilio 254.Præponitur, quod vxor Petri.libro ſecundo,Signorolus conſil.63.Titius calce percuſſit.Boer.q. 261.Marſil.conſi.5.& Petrus Folerius in praxi criminalia,in ſecunda particula ſecundæ partis , in verbo dentur capitula. quod ſuffocauit vxorem.numero nono, decimo & multis aliis ſubſequentibus.

5 Prima eſt coniectura,quando † vxor reperta eſt mortua in lecto apud maritum: Nam tunc præſumitur occiſa ab ipſo marito:cum veriſimile non ſit,quòd ab alio fuerit occiſa marito ignorante.Hanc coniecturam probat. l. 1.§.ſi vir aut vxor.& l.ſi quis in graui.§.ſi maritus.ff.ad S.C.Syllania.vbi Roma.& Io.Igneus ,& aliis multi comprobat Folerius præcitato in loco.num.9.qui tamen.num.18. 20.ait , hanc coniecturam non ſufficere ad condemnandum , imò nec ad torturam.

6 Secunda eſt † coniectura , quando apparent in corpore ipſius vxori ſigna ſuffocationis non manu hominis , ſed aliunde prouenifſe:puta ex nimia pinguedine,ex immodico cibo: vel alia ſimili cauſa.Ita intelligo,quod ſcripſit Petr.Follerius loco præallegato,nu.16.iunctis his,qui ſubiungit.nu.18,19, & 20.& apertius.nu.59.

7 Quarta eſt † coniectura,quando maritus curauit vxorem ita vita functam ſepeliri tempore noctis, & non adhibitis cæremoniis,quæ ſolent adhiberi in ſepeliẽdis cadaueribus Chriſtianorum:Nam ex hoc inſurgit coniectura atque ita præſumptio,quòd occiſa fuerit ab ipſo marito,vel ab aliis ex ſuo conſenſu.Ita ſcripſit Petrus Folerius loco ſupra citato.n.39.& nu.
8 40.& 41.ſubiungit, † idẽ eſſe quãdo maritus nõ luget vxorẽ: nec obſeruat conſuetudinem patriæ circa luctum,& num.44. adijcit,idem eſſe,quando maritus veſtiret ſe veſtibus feſtiuis, non autem lugubribus.

9 Quinta eſt coniectura,quando † conſtat maritum odiò habuiſſe ipſam vxorem:& quod conſueuit eam afficere grauiſſimis verberibus: Nam tunc ſi mortua reperitur præſumitur ab ipſo marito occiſa.Ita Boer.q.261.num.1.ex ſententia Baldi, quem commemorat.Vbi verò modicè verberaſſet,non induceretur aliqua coniectura,quod deinde occidiſſet: & eo magis quando aliqua iuſta cauſa ita modice verberandi atque ita corrigendi caſtigandique ſubeſſet, vt reſponderunt Pariſius in conſ.54.nu.33.lib.4.& Ludouicus Catus inter conſilia criminalia diuerſorum.tomo 1.lib.1.conſ.99.nu.14

## PRÆSVMPT. XVI.

Fratrem occidiſſe,vel læſiſſe fratrem iure non præſumi:& inibi aliqua de amore & dilectione fratrum.

### SVMMARIVM.

*1 Frater præſumitur fratrem diligere, & per conſequens ipſum non lædere.*

*2 Frater dicitur quaſi ferè alter, & pars corporis alterius.*

*3 Fratres,ad mutuum auxilium compoſiti videntur.*

*4 Frater non præſumitur veneno necaſſe ſororem.*

*5 Iniuria non præſumitur illata ob cognationis affinitatiſq; vinculũ.*

*6 Iniuria illata à fratre iudicatur grauior quàm ſi ſit illata ab extraneo.*

1 EAdem eſt præſumptio, quod † frater fratrem, vel ſororem non læſerit:cum præſumatur frater fratrem diligere.cap.literas.de præſumpt. & tradit Alciatus de præſumpt.regul.1.præſump.23.num.1. Hoc ſanè dictat natura ipſa,
2 vt frater fratrem diligat:cùm dicatur † frater ferè alter. Et Hierocles de amore fraterno,vt eum recẽſet Io. Stobæus ſermone 84.tit.Honeſtiſſimum eſſe fraternum amorem:dicebat fratrem eſſe partem corporis alterius : quemadmodum oculi, pedes,manus & reliqua membra corporis partes cenſentur.I-
3 mò(ait ille)*magis † quam partes corporis ad auxilium fratres compoſiti eſſe vidẽtur.Si quidem oculi ſimul aliquid intuentur , vterque alteri præſens,& manus præſenti manui ſubuenit:fratrum verò opera mutua multò latius patet.*

Hęc ille,qui & plura alia ſcribit,& de amore fraterno vberrimè differunt Stobæus præcitato in ſermone.84.& Plutarchus in libello,de fraterna beneuolentia.

Hinc



4 Hinc ſcripſit Petrus Follerius † in practica criminali in ſecunda particula,ſecundæ partis ſub rub.item quod ſororem venenauit.nu.18.& aliis ſubſequentibus,non præſumi, quod frater veneno necauerit ſororem.Et ibidem de multis coniecturis agit, quæ cùm communes ſint cæteris caſibus, hic ſpe-
5 ciatim referre ſuperſedeo. Et huc facit † quod tradit Baldus in additio.ad Spec.tit.de præſump.§.ſpecies,cùm dixit,iniuriam non prǫſumi illatam ob cognationis affinitatiſque vin-
6 culum.Cæterùm,quando † conſtat fratrem intuliſſe iniuriam fratri , illa iudicatur grauior quàm ſit ſi illata eſſet ab extraneo , vt ſcripſit Alcia.in d.prǫſump.23.in fi.& Marſi.in ſing. 573. Receditur tamen à prǫdicta prǫſumptione, quando extat contraria efficacior coniectura,& prǫſumptio:ſicuti quando inter eos iam exorta eſt diſcordia,quæ maximè ſolet exoriri ob inæqualitatem,quam inter eos fecit pater bona eis relinquendo.l.cum pater.§.euictis.de leg.2.& ſcribit Alciatus in d.præſump.23.in fine.

## PRÆSVMPT. XVII.

Coniunctos ſanguine non prǫſumi inuicem fornicari, egregia explanatione declaratum.

### SVMMARIVM.

*1 Coniunctio ſanguinis omnem delicti præſumptionem tollit , atque impedit, ne inuicem coniuncti fornicati ſint,tametſi habitent ſimul.*

*2 Clericis prohibetur in domo habere mulieres extraneas.*

*3 Filius amplectens matrem etiam proſtratam, præſumitur ſingularis beneuolentiæ gratia id feciſſe.*

*Coniunctus ſanguine licet dormiret cum ſanguine coniuncta in eodem lecto,modò id palàm faceret,careret ſuſpicione fornicationis & ſtupri.*

*Sed abſolutè verum non videtur,cum magnum immineat periculum ob diabolicam tentationem,vnde diſtingue,vt nu.5.*

*6 Fornicatio præſumitur etiam inter ſanguine coniunctos , quando adeſt aliqua violenta præſumptio.*

*Et maximè hoc procedit in ſola conſanguinea & affine.nu.7.*

*Idem,quando nimia eſſet familiaritas inter patrem & filiam, & fratrem & ſororem.nu.8.*

*9 Clerici & ſacerdotes omninò à mulierum conuerſatione abſtinere debent : multi enim ſunt inuenti, qui diabolica ſuggeſtione inceſtus & ſtupra commiſerunt.*

*10 Loth cum filiabus concubuit.*

*11 Cynaram Regem Cypri rem habuiſſe cum Myrrha filia , & ex eo concubitu ſuſcepiſſe Adonidem.*

*12 Cyanipum Siracuſanum vino repletum filiam Cyanam violaſſe.*

*13 Menophron cum matre iacuit.*

*14 Fratres & ſorores pluries inceſtum commiſiſſe obſeruatum eſt.*

*15 Amon Dauidis filius Thamar ſororem ſuam morbo ſimulato ad ſe vocatam conſtuprauit.*

*16 Macharæus Aeoli Tuſcorum regis filius amore ſororis ſuæ captus, eam violauit : quæ accepto à patre enſe mortem ſibi conſciuit: & idem fecit paulò poſt ipſe Macharæus.*

*17 Papyrius Romanus Claudiam ſororem grauidam reddidit.*

*18 Calligula tres ſorores ſuas ſtupro cõtaminauit:ob quem inceſtum ſe Iouem vocauit.*

*19 Commodus Imp.ſorores conſtuprauit.*

1 CONIVNCTIO ſanguinis,quàm † iam diximus, omnem delicti præſumptionem impedire , verè etiam impedit, ne inuicem fornicati ſint,tametſi
2 ſimul habitẽt.Ita † probat.l.eum,qui.C.de Epiſ. & cler.qui ſancitum eſt , non licere clericis habere in domo mulieres extraneas (ſanè ſic interpretatur Cuiacius lib.2.obſerua.iuris c.29. ) habere autem poſſe matrem, ſorores , germanas,& is ſimiles. Et rationem reddit, quia in his nihil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale permittit. Idem probant cap.interdixit.32.diſtinct.qui canõ eſt Concilij Nicæni. cap. Cùm in iuuentute.de prǫſumpt.& cap.penult.de cohab.cler. & mulier.& illis in locis ſcribunt interpretes omnes , & tradunt Alciatus in tract.de præſumptio.reg.1.præſumpt.34.& Boër.in quæſt.165.num.3.Idem probat.l.ſi ij qui.C.de adult. & reſpondit Craue.in conſil.321.num.1. Et ibidem num.3. vult multò magis procedere in Senio confectis , & qui coire non poſſunt.

3 Extenditur † primò,vt procedat etiam ſi & aliquod ſignũ aliàs magnǫ ſuſpicionis ſignificatiuum extet. Exemplum ſit, ſi reperiatur , quod filius oſculatur matrem,& illam conſtrictis brachiis amplectatur : imò ſi mater ſit proſtrata. Nam tunc ſi cauſa ſingularis beneuolentiæ matris erga filium , & è contra oſtendatur,& maximè ſi filius,qui mortuus credebatur,incolumis reuerſus eſt domum, cauſa inquam hac demõſtrata ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio.Ita tradit Ariſtoteles lib. 2.Rhetorico.cuius verba hæc ſunt: *Alius locus eſt,cùm homines, vel res videntur affines ei culpæ,cuius accuſantur,cauſam eius criminis,quod præter opinionem accidit,explicare. Eſt enim propter quod ita videatur,vt mulier quædam cùm ſe filio ſubieciſſet,vt eum blandiùs ſalutaret,viſa ſtuprum cum adoleſcente illo commiſiſſe, ſed explicata cauſſa,ſtatim crimen ſolutum eſt.*

Hæc Ariſtoteles, cuius verba eruditè & doctè ibi explicauit M.Ant.Maioragius ita ſcribens: *Quædam mulier cùm filium ſuum iam diu non viſum vehementer oſculari atque amplecti cuperet,ei ſe ſubiecit , atque os ori admouit , brachijſq; ſuis totum illum implicuit:ſed cùm à quibuſdam in eo habitu viſa ac ſpectata , fuiſſet exiſtimata eſt cum filio ſtuprum commiſiſſe,atque ita infamis haberi capta eſt. Licet enim veriſimile non eſſet , tantum ſcelus à matre fuiſſe commiſſum,vt cum filio ſuo corpus miſceret,tamen habitus ille atque actus in quo viſa fuerat,facinus clamitare videbatur,ſed poſtquam intellectum eſt & oſtenſum fuit , id à matre factum deſiderio exoſculandi, & amplectendi filij , quem longo tempore non viderat, ſtatim ab eo crimine liberata fuit.Hactenus Maioragius.*

4 Extenditur ſecundò,vt procedat † etiam quando ſanguine coniunctus cum ſanguine coniuncta dormiret eodem in lecto,modo id palàm faceret. Nam adhuc non præſumitur cõmiſſum ſtuprum:tametſi aliàs ex dormitione ſimul præſumatur ſubſecuta copula carnalis. Ita egregiè reſpondit Craue.in conſ.321.num.1.qui d.l.eum,qui.generaliter loqui , & ob id comprehẽdere caſum dormitionis,ait.Sed mea quidem ſen-
5 tentia, † hoc non eſt abſolutè verum : cum magnũ immineat periculum,ob diabolicam tentationem. Et proptereà diſtinguendum eſt de qualitate perſonarum. Nam pater vel frater ita poſſent eſſe ſenio cõfecti,vel filia,vel ſoror ita tenerǫ ǫtatis,vt probabilis ceſſaret ſuſpicio ſtupri , & ſi vna eodem in lecto dormirent.Quod ſi ambo eſſent ætatis validæ,non niſi aliquod ſcelus ego ſuſpicarer : & proptereà, non ſtarem huic præſumptioni ex d.l.eum,qui,cum illi ſimilibus.

6 Declaratur primò, vt † non procedat, quando adeſſet aliqua violenta præſumptio in contrarium: Nam tunc etiam inter ſanguine coniunctos, nempè patrem & filiam , fratrem & ſororem præſumetur fornicatio. Ita declarat Alciatus in Tractatu de prǫſumptio.reg.1. prǫſumptio.34.ex text.capit. literis.de prǫſumptio.quem ſic intellexit. Erat ſanè ibi fornicationis præſumptio : quia ſolum cum ſola , nudus cum nuda , in eodem lecto , & in locis occultis abditiſque viſi fuerant. Et eandem interpretationem probarunt Doctores ibi , & egregiè comprobat Crauet.in dicto conſi.321. col.2. verſ.ſecundò reſpondeo.

7 Declaratur ſecundò , vt † non procedat hǫc præſumptio in ſola conſanguinea , & affine. Nam in is ſuſpicio fornicationis non ceſſat. Ita declarat Crauet. in dicto conſilio 321. columna ſecunda, verſiculo quia reſpondeo multis modis, qui ſic intelligit tex.d.cap.literis. de prǫſumptio. Et præcitato in loco Crauet.verſi.tertiò reſpondeo , ait dict.capit.literis.loqui in ſanguine coniunctis ſimul non habitantibus in loco abdito , & ſecreto repertis cæterum gloſſa in capitulo primo,de cohabitatione clericor.& mulier. intelligit procedere etiam in conſanguinea ſecundi gradus , vt ceſſet etiam ſuſpicio.

Declaratur tertiò , vt non habeat locum hǫc prǫſumptio,
8 quando † nimia adeſſet familiaritas inrer patrem & filiam, fratrem & ſororem. Nam tunc mala inſurgit præſumptio.Ita declarant Alber.in dicta l.eum,qui.nume.2.C.de Epiſcop.& cler.& prius Archidiaconus in cap.interdixit.32.diſtinct.ſic intelligentes cap.1.34.diſt. Ibi tamen gloſſa in verbo , fama, interpre

interpretatur quod crimen ſtupri ibi nõ præſumitur:ſed quod
ob malam famam erat imponenda purgatio canonica.

9 Declaratur,quartò, vt † non procedat quò ad qualemqua-
lem ſuſpicionem in clericis & ſacerdotibus,qui omninò à mu
lierum conuerſatione , abſtinere debent. Ita intelligi poteſt
tex.in cap.1.de cohabit. cler.& mulier. quo loci Conſilium
Maguntinenſe prohibet,nec clericus & ſacerdos habitet cum
matre,vel ſororibus ; cùm inuenti aliquando fuerint , qui dia-
bolica ſuggeſtione inceſtus, & ſtupra commiſerunt. Sunt ſa-
nè ſatis cognita multa exempla patrum , qui cum filiabus ne-
10 phandam libidinem exercuerunt. Legitur † Geneſ.capit.19.
11 Loth cum filiabus concubuiſſe. Cynaras † Cypriorum rex rẽ
habuit cum filia Mirrha , & ex eo concubitu ſuſcepit Adoni-
dem:author eſt Plutarchus cap.44.parallell. Et ibidem cap.
12 38.Commemorat † Cyanipum Siracuſanum multo vino re-
pletum,filiam Cyanam violaſſe.& cap.45.aliud ſimile exem-
plum adfert. Ita etiam legimus per ſæpe eueniſſe , quod filius
13 matrem violauerit.Menephron iacuit † cum matre , vt teſta-
tur Ouidius.libro 7.Metamorph.

*Dextera Cyllene eſt,in qua cum matre Menephron*
*Concubiturus erat,ſæuarum more ferarum.*

14 Ita fratres, & † ſorores inceſtus ſtupraque commiſiſſe non
ſemel obſeruatum:eſt legimus lib.2.Regum cap.13.quod A-
15 mon † filius Dauidis , Thamar ſororem ſuam longe ſpecio-
ſiſſimam , morbo ſimulato , ad ſe vocatam conſtuprauit,Ma-
16 chareus † Æoli Tuſcorum Regis filius , amore ſororis ſuæ
captus,eam violauit.Pater,re cognita mittit filiæ enſem, quo
accepto necem ſibi conſciuit : idemque paulò poſt Macha-
reus fecit.author eſt Plutarchus cap.32.paralle. Et ibidem
17 cap.53.Simile cõmemorat.de Papyrio † Romano, qui Clau-
18 diam ſororem grauidã reddidit.Calligula tres † ſorores ſuas
ſtupro contaminauit:ob quem inceſtum Iouem ſe vocauit.
auctores ſunt Claud. Suetonius & Sex.Aurellius. Sic quoque
19 † Commodus Imperator ſororem cõſtuprauit,vt Ælio Lam-
pridio in illius vita memoriæ proditum eſt.

## PRÆSVMPT. XVIII.

Socium non præſumi lædere ſocium , aliquídve a-
gere in eius detrimentum : & ibidem aliqua de
fidæ ſocietatis beneuolentia.

### SVMMARIVM

1 *Societatis vinculum adeò eſt arctum,vt poſt fratres nulla ſit maior coniunctio.*
2 *Socius verberans ſocium cõmunem præſumitur id feciſſe iure ſuo, & caſtigationis gratia,non autem vt ſocio inferret iniuriam.*
*Secus ſi in verberando excedit correctionis modum.num.5.*
3 *Actio expilatæ hæreditatis non datur contra cohæredem, quia præſumit lex,quod acceperit bona hæreditaria ratione partis ſuæ, non autem animo ſubtrahendi.*
4 *Furtum non cenſetur commiſſum in re ſociali,ſi dominus ea vtatur ad vſum deſtinatum.*

1 POST fraternam † coniunctionem,nulla eſt ma
ior illa , quæ eſt inter ſocios. Nam adeò artum
eſt ſocietatis vinculum, vt non immerito Cice-
ro in oratione pro Q.Roſcio Comædo eam
celebrauerit his verbis.

*Si qua enim ſunt priuata iudicia ſummæ exiſtimationis , & penè dicam capitis,tria hæc ſunt,fiduciæ,tutelæ,ſocietatis:æquè enim perfidioſum & nepharum eſt fidem frangere,quæ continet vitam, & pupillum fraudare,qui in tutelam peruenit,& ſocium fallere , qui ſe in negotio coniunxit.*

Hæc Cicero. Et idem in ratione pro Sexto Roſcio Ameri-
no.*In rebus minimis ſocium fallere,turpiſſimum eſt, propterea quod auxilium,ſibi ſe putat adiunxiſſe,qui cum altero rem communicarit*.Et idem in eadem oratione.*Teſti ad alios eſſe poſſumus,ſocium verò cauere qui poſſumus?quem etiam ſi metuimus , ius officij lædimus*.Vnde maiores,eum,qui ſocium fefelliſſet, in virorum bo
norum numero non putarunt haberi oportere.
2 Hinc factum eſt,quod † ſi ſocius verberibus afficit ſeruum
communem , præſumitur id feciſſe iure ſuo & emendationis
ac caſtigationis gratia , non autem vt Socio inferret iniuriã.
Ita Alciatus in Tracta.de præſumptionibus.regu.3.præſum-
ptione 24.& prius Lucas de Penna in l.3.col.6.verſi.85.præ
ſumitur.C.de Apochis publ.lib.10.ex l.item apud Labeo-
nem.§.ſi communem.ff.de iniurijs. Quo loci Vlpianus idem
eſſe ait in fructuario,vel proprietario.
3 Eſt huic ſimile † quod conſtitutum eſt ex l.aduerſus.C.fa-
mil.erciſ.cùm dicitur , non dari actionem expilatæ hæredita-
tis contra cohæredem,quia lex præſumit,quod acceperit bo-
na hæreditaria ratione partis ſuæ,non autem malo animo ſub-
trahendi. Quod ſanè reſponſum ad rem noſtram annotauit
4 Alciatus in d.præſump.24.in fi.Et confert † l.merito.ff.pro
ſocio,quæ idem probat de re ſociali, in qua furtum non dici-
tur commiſſum,ſi dominus ea vtatur ad vſum deſtinatum. Et
qua de re vberius diximus ſupra lib.3.præſumpt.vbi egimus
de præſumptionibus,quæ circa res ſociorum verſantur.
5 Hæc † tamen præſumptio locum non habet quando So-
cius verberãdo ſeruum excedit correctionis modum,id quod
ex verborum atrocitate ſatis deprehenditur. Nam tunc ver-
berans de exceſſu tenetur.Ita declarat Alciatus in d.prĕſump.
24.& ſcripſi lib.2.de arbitrariis iudicum,&c.caſu.364..nu.15.

## PRÆSVMPT. XIX.

Vaſallus quando Domini arcana ſecretáque rete-
xiſſe dicatur vt domino obeſſet variis coniectu-
ris declaratur.

### SVMMARIVM.

1 *Vaſalli erga dominum maxima debet eſſe beneuolentia: & plus ali quando debet vaſallus domino,quam proprio parenti.*
2 *Vaſallus inter multa,quæ domino præſtare tenetur, vnum hoc eſt maximum,quòd eius arcana non pandat : quod eſt grauiſ.crimen:Imo qui retexit domini maieſtatem læſiſſe dicitur.nu.3.*
*Et cum tale crimen committit, infidelis domino extitiſſe dicitur, & ob id feudo priuari poteſt.numero 4.*
5 *Vaſallus quòd priuetur feudo , eo quòd arcana domini detexerit, quæ concurrere debeant.*
*Et quòd animo damnificandi dominum ea detexerit,quomodo probari poſſit.num 6.*
7 *Vaſallus,qui ſecreta domini pandit , quomodo excuſari poſſit coniecturis,quòd non animo damnificandi dominum ea detexerit.num.ſeq.*
8 *Faciens aliquid palam,quod facere non debebat, per errorem feciſſe cenſetur.*
9 *Bonus ſemel ſemper præſumitur bonus ſicut econtra.*
19 *Vaſallus ſi detexit arcana. domini, & eſt dubium nunquid animo damnificandi dominum id fecerit,quid agendum.*

1 MAGNA etiam eſt † coniunctio inter dominũ
eiuſque vaſallum:& lõge maior eſſe debet mu-
tua beneuolentia,ac demum maxima vaſalli er
ga Dominũ obſeruantia , quippè quod domi-
no ob tam immenſum in ſe collatum benefi-
cium iam deuinctus eſt. Hinc fit,vt plus aliquando debeat va-
ſallus domino quàm proprio parenti. Sicuti egregie probat
Aluaro.in c.1.§.contra omnes.nu.2.in tit.hic finitur lex, de-
2 inde conſuetud.incip. Inter † multa autem,quæ domino præ-
ſtare tenetur,& quę quidem copioſa enarratione commemo
rantur ab Afflicto in deciſ.265.vnum hoc eſt maximum,quod
domini arcana non pandat, cap.1.de noua forma fidelit. Eſt
3 † ſanè graua admodum crimen arcana domini detegere:imò
qui retexit læſiſſe domini maieſtatem dicitur.l.1.& l.2& l.3.
ff.ad l.Iul.maieſt.& ad rem noſtram tradit Afflictus in d.de-
ciſ.265.nu.42.Et qua de re copioſè diſſerit Gigas in Tract.
de crimine læſe maieſtatis.ſub rub. Qualiter & à quibus cri-
4 men lęſę maieſt.committatur.q.21.Cùm † autem vaſallus de-
tegit domini ſecreta infidelis domino extitiſſe dicitur, & ob
id feudo priuatur.cap.1.quib.modis feudum amit.& capitulo
5 primo de forma fidelit.Quòd tamen hanc † ob cauſam feudo
priuari poſſit,tria,debent concurrere. Primum quòd vaſal-
lus re ipſa ſecretum domini detexerit. Secundum quod





ex ea reuelatione ſecreti dominus detrimẽtum ſenſerit.Ter-
tium,quod eo animo vaſallus retexerit ſecretum , vt domi-
no detrimentum adferret. Hæc tria ſatis manifeſtè proban-
tur in c.1.quib.modis feudum amitta. Illa duo prima requi-
ſita probabilem nunc dubitationem nõ habent. De illo ter-
6 tio † requiſito dubitari nunc ſolùm contingit , quis ſcilicet
teneatur probare, quod animo vel non animo damnificandi
dominum detectum fuit ſecretum, an ſcilicet dominus , vel
vaſallus probare hoc debeat ? Et recepta eſt Doctorum ſen-
tentia probandi onus incumbere aduerſario. Ita ſanè affir-
marunt Iſernia in d.c.1.nu.2.verſ. vel dic quod probet quib.
modis feudum amitta.& ibidem Afflictus.num.8.& 9.Idem
ſcripſerunt Iacobinus à Sancto Georgio in inueſtitura feu-
dali, in verbo , dictiq; vaſalli promiſerunt non committere
Felloniam.nu 28.Cur.Iun.in Tract.feudo,par.4.nu.76.

Ea eſt ratio , quia iam aduerſus ipſum vaſallum eſt præ-
ſumptio,ex quo detexit ipſum ſecretum.Sicq; iam deliquit,
& commiſit quod eſt de genere prohibitorum,ob id proba-
re ipſe debet, quod animum adferendi damnum nõ habue-
7 rit. Hanc † autem negatiuam probare poterit vaſallus con-
iecturis & præſumptionibus , vt puta demonſtrando , quod
cauſa laudandi dominum id dixit. Ita Iſernia & Iacobinus
præcitato in loco.Poteſt etiã cõſiderari coniectura, vt ſi pa-
lam corã amicis & beneuolis ſui domini hoc dixit vaſallus.
Nam tunc non præſumitur adfuiſſe animus damnificandì
dominum, alioqui ſecreto arcanum detexiſſet inimicis &
8 hoſtibus, quemadmodum † inſimili dicimus , quod is , qui
palàm aliquid facit quod facere non debebat , per errorem
feciſſe videatur.l.vlt.ff.de ritu nupt.& copioſè diſſerui lib.2.
de arbitra.iudicum.caſu.244.Eſt & alia coniectura,quando
is vaſallus ſemper fuit fidelis in rebus maximè grauioribus,
& eius ſumma fides cognita exploratáque eſt ipſi domino,
9 ſi enim † ſemel malus ſemper præſumitur malus,c.ſemel.de
reg.iur.in 6.& ſuo loco dicemus,ita multò magis ſemel bo-
nus & fidelis ſemper fidelis præſumitur : id quod in ſpecie
reſpondit Alciatus in reſp.453.num.5.Cæterùm ſi contrariis
coniecturis & præſumptionibus dominus vellet probare,
vaſallum nocendi animo ſecreta detexiſſe , poterit ea con-
iectura vti , quòd ipſe vaſallus odioſè dominum proſeque-
batur , quod ex alia cauſa detrimentum ſibi attulit. Ita Iſer-
nia in d.c.1.nu.2. quib. modis feudum amitt. & Capicius in
deciſ.130.nu.13.His ſimiles coniecturæ facilè poſſunt conſi-
10 derari.Cùm † verò ſumus in dubio , vt ſi pares ſunt proba-
tiones domini & vaſalli,quid agendum ſit,dubitatur? Iaco-
binus præcitato in loco ſcriptum reliquit , eſſe ſtandum iu-
ramento vaſalli , quod animo non damnificandi detexerit
ſecretum,iuxtà traditionem gloſſ.in §.aliæ,ſeu in §.ſed iſtæ.
in inſtit.de actio. & in c. ſignificaſti de homicid. Quæ ſane
ſententia & mihi placet , & ſi Afflictus in d.c.1. nu.9.quib.
mod.feud.amitta.diſſentire videatur.Nam & ſi detegere ſe-
cretum ſit ex genere prohibitorum,attamen id prohibitum
ſolum fuit iure poſitiuo,& propterea interpretatio fieri de-
bet in meliorẽ partem,iuxtà ea, quæ ſcripſi ſupra hoc libro
in præſump.tertia,in cõiectura tertia,verſ.ſecũdus.eſt caſus.

## PRÆSVMPT. XX.

Falſi crimen non præſumi , interdum verò præſu-
mi:& quando excuſari poſſit copioſè explicatum.

### SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen eſt grauiſſimum, ideo non præſumitur , niſi vrgentes ſint coniecturæ:& præſumitur potius error quàm falſitas.*
*Et in dubio fit interpretatio,vt falſitas euitetur.num.2.*
*Imò ſumitur interpretatio aliquantulum extranea , vt euitetur falſitas.num.3.*
*Et vt euitetur falſitas , pluralitas actuum & perſonarum præſumitur.num.4.*
*Et id multo magis , quando vel perſonæ , vel loci qualitas ſuadet non eſſe falſum commiſſum.num.5.*
*Et hoc etiam præſertim,ſi is,qui prætendit fuiſſe commiſſum falſum , diu diſtulit proponere querelam & accuſationem.nu.6,*
7 *Falſum præſumitur commiſſum,quando omnes teſtes deſcripti in ſcriptura vel inſtrumento ſunt mortui , nec adeò antiqua eſt ſcriptura, vt veriſimile ſit , quòd mortui ſint omnes poſt illius confectionem.*
*Idem quando adeſt apoſtilla diuerſi attramenti in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ. num.8.*
*Contra. num. 9.*
10 *Falſum commiſſum fuiſſe cenſetur , quando aliquid de ſubſtantialibus fuit deletum & cancellatum in ſcriptura , vel inſtrumento,vel raſura facta eſt in loco ſubſtantiali.*
*Idem quando in prothocollo reperitur laceratum inſtrumentum, vel ipſius pars. num. 11.*
*Idem quando inſtrumentum continet minus veriſimilia.num.12.*
13 *Legatum magnum factum teſti deſcripto in teſtamento arguit ſuſpicionem falſi.*
14 *Falſi ſpeciem & imaginem habent quæ non ſunt veriſimilia.*
15 *Inſtrumentum , quod iam diu aſſeritur confectum , ſi litteris recentibus apparet regiſtratum, falſi ſpeciem continere dicitur.*
*Idem quando ipſa regiſtratio facta eſt non ſeruato ſtilo & modo ſolito regiſtrandi. num.16.*
*Et idem quando inſtrumentum non continet ea , quæ adhiberi in inſtrumentis ſolent. num.17.*
*Idem quando characteres literarum inſtrumenti apparent diuerſi à ſolitis characteribus quibus conſueuit vti ille ſcriptor inſtrumenti. num. 18.*
19 *Inſtrumentum arguitur falſum ex eo , quòd notarius conſueuit ſcribere nomen Hieronymi cum aſpiratione , ſi in eo reperitur ſcriptum ſine aſpiratione.*
20 *Inſtrumentum continens pacta inſolita,vel clauſulas non conſuetas adhiberi arguitur de falſo.*
21 *Reſcriptum quod apparet conceſſum contra ſtilum curiæ , falſum præſumitur.*
22 *Falſitas præſumitur , quando quis aſſerit in iudicio nolle vti inſtrumento ea de re confecto,ſed velle probare teſtibus.*
*Idem , quando ex pluribus teſtibus deſcriptis in inſtrumento tantum producuntur examinandi. num. 23.*
*Idem quando apparet de diuerſitate ſcripturarum,& multò magis de contrarietate. num. 24.*
25 *Clauſula in inſtrumento ſi non habet rectam conſtructionem,arguit falſitatem.*
26 *Latinitas falſa arguit ſuſpicionem falſi in inſtrumento , vel in reſcripto.*
27 *Falſitas præſumitur ex perſona notarij,qui alias falſitates commiſit.*
*Et oritur falſitatis commiſſæ ſuſpicio ex immodica diligentia & ſolicita cura , vt ſcriptura admittatur & recipiatur.nu.28.*
29 *Falſum commiſſum præſumitur , quando notarius aſſeruit in inſtrumento pecuniam fuiſſe à debitore datam , & à creditore receptam , & verè coram notar.pecunia non adſuit.*
30 *Prothocollum ſi eſt ſcriptum manu alterius quam notarij ſuſpicionem falſitatis arguit.*
*Secus ſi notarius ſe ſubſcripſit. num. 31.*
32 *Falſitatis præſumptio inſurgit , quando originale inſtrumenti authentici non reperitur in prothocollo.*
*Idem quando is , qui produxit inſtrumentum , fuit ſæpe interrogatus , an eo vti vellet , & is reſpondit ſemper dubitatiuè. num. 33.*
34 *Inſtrumentum ſi continet renunciationem immenſi iuris , & aliqua cauſa ipſius renunciationis minus vera fuit narrata, falſitatis vitio non caret.*
35 *Falſitatis coniectura inſurgit ex qualitate perſonæ contrahentis , quæ cognoſci non potuit tempore celebrati contractus, cuius eſſet ætatis & qualitatis.*
*Idem , quando actus fuit clam & in loco abdito , & obſcuro confectus. num. 36.*
*Idem,quando venditor , vel is qui ius ſuum renunciauit , ſtetit ſemper in poſſeſſione donec vixit. num. 37.*
*Idem,quando conſtat,eum,qui aſſeritur falſificaſſe ſcripturam, per quiſiuiſſe ſcripturam illi ſimilem , vt forte inde exemplum ſumeret. num. 38.*
*Idem , quando is, qui in inſtrumento fundamentum faciebat , requiritus ſit ipſum producere, & diu diſtulit. num. 39.*
*Idem , quando chartæ inſtrumenti ſunt diuerſorum ſignorum. num. 40.*
41 *Inſtrumentum ſi fuit confectum inter ignotos , arguit falſitatẽ,*
*Et idem,quando in eo falſa cauſa eſt expreſſa. numer. 42.*
*Idem quando debita ſolemnitas fuit omiſſa.num.43.*

44 *Notarij probitas & integritas facit ceſſare omnem ſuſpicionem falſitatis.*

45 *Presbyter, qui ſcripturam conſcripſit, falſum commiſiſſe non præſumitur.*

46 *Falſi ſuſpicio tollitur ex loci celebritate, vbi ſcriptura fuit confecta.*

*Idem quando nulla adeſſe potuit ratio ſeu cauſa, committendi falſum. num. 47.*

*Idem quando nulla vel commodi ſpes ex ea poteſt emanare. num. 48.*

*Idem quando eſt de re leui & modica. num. 49.*

*Idem quando non apparet de dolo ipſo. num. 50.*

51 *Falſitas ſine dolo committi non poteſt.*

52 *Falſi querelam qui propoſuit, ſi dolum non probauit, de non dolo ſatis conſtare dicitur.*

53 *Falſi coniectura euitatur, quando adeſt aliquod veritatis primordium.*

*Idem quando ille, qui fuit de falſo accuſatus, ſua ipſe ſponte coram iudice comparuit, & paſſus eſt in carcerem ſe mancipari. num. 54.*

*Idem quando adeſt teſtium multitudo. num. 55.*

*Idem quando is, pro quo confectum fuit inſtrumentum, iam diu eſt in poſſeſſione rei ſibi venditæ. num. 56.*

*Idem, quando illud, quod falſum arguitur, nihil ad negocium pertinet. num. 57.*

*Idem quando adeſt ſola raſura in ſcriptura, & ignoratur à quo facta ſit.*

1 DIſſeramus nunc † de alijs criminibus, quæ non præſumuntur ob ſui grauitatem in alterius detrimentum perpetrata ſicuti eſt crimen falſi: quod quidem grauiſſimum eſſe ſcripſi in lib. 2. de arbitrarijs iudicum, &c. caſu 306. Hoc ſanè crimen non præſumitur. l. cum precibus. C. de proba. & copioſè tradit Socin. Iun, in conſil. 45. nume. 5. 6. & 7. libr. 3. & confert l. pen. C. de ijs, qui ſibi adſcrib. in teſta. quo loci Baldus annotauit, quòd error potius quàm falſitas præſumitur. Et Baldum ſecuti ſunt Comenſ. in conſi. 135. colum. 1. Are. conſil. 47. num. 3. Zuchardus in rub. ff. ſi certum peta. numer. 11. & in l. vlt. nu. 177. C. de edicto diui Adr. tollen. & Gramma. in conſil. 23. nume. 4. in conſil. 30. numer. 7.

2 Hinc etiam † dicimus, quod in dubio ſit interpretatio, vt falſitas euitetur. Ita glo. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pactis. vbi copioſè Iaſon. nume. 10. Cæpolla in conſil. 21. nume. 28. in criminal. Ruinus in conſil. 14. num. 3. lib. 5. Marſilius in conſi. 7. nume. 21. Ripa in l. 1. num. 108. ff. ſol. matr. Pariſius in conſil. 169. nume. 17. lib. 4. Gramma. in conſil. 30.
3 num. 8. conſil. 41. nume. 9. in criminal. Imò ſumitur † interpretatio aliquantulum extranea, vt falſitas euitetur, vt ſcribunt omnes in l. 1. in prin. ff. de operis noui nunc. & in cap. cum tu. de teſtib. & reſpondi Gramma. in d. conſil. 30. num. 8. in fine. & in conſil. 33. num. 14.

4 Hinc etiam dicimus ad euitandam falſitatem pluralitatem actuum & perſonarum præſumi. Ita Felinus in cap. cum tu. col. 1. de teſtib. & reſponderunt Corneus: in conſil. 91. colum. 2. verſ. cæterum. & Gramma. in conſil. 23. num. 1. & in conſi. 47. num. 11. in crimin.

5 Et hæc præſumptio † multo magis procedit quando vel perſonæ, vel loci qualitas ſuadet, commiſſum non eſſe falſum; vt ſcribunt Baldus in l. 2. C. ad l. Corneliam de falſis. & reſponderunt Cæpolla in conſil. 21. numer. 35. in criminal. & Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Socini Iunioris in conſil. 39. num. 32. lib. 2.

6 Et rurſus † hæc præſumptio multò magis procedit, quando is, qui prætendit commiſſum fuiſſe falſum, diu diſtulit proponere querelam & accuſationem; Baldus conſil. 37. Quidam tabellio. in fine lib. 1. Crau. in conſil. 75. num. 9. & in conſi. 298. nu. 17. & Franc. Beccius in conſilio 103. num. 17. & conferunt ſimilia, quæ congeſſi ſupra lib. 2. præſumpt. 91. vbi explicaui, præſumi contra eũ qui iudiciũ ſubterfugit.

Cæterùm contrarijs præſumptionibus & coniecturis ſæpiſſimè ab hac præſumptione recedimus. Verè enim multæ coniecturæ à noſtris ſolent conſiderari ad arguendum falſum fuiſſe commiſſum. De his ſingulis ea, qua poterimus breuitate, diſſeremus.

7 Prima eſt coniectura † & præſumptio, quando teſtes omnes deſcripti in ea ſcriptura, vel inſtrumento ſunt mortui: nec adeò antiqua eſt ſcriptura, vt veriſimile ſit quod mortui omnes ſint poſt illius confectionem. Ita reſponderunt Alex. in conſil. 77. col. 2. verſ. ſecundum concurrit. lib. 1. apertius Barba. in conſil. 43. columm. 2. verſ. primò concurrit. libr. 1. Curtius Sen. in conſil. 56. ſuper proceſſu in fine. Neuiz. in conſil. 8. nume. 62. & in conſil. 27. nume. 15. Pariſius in conſil. 27. num. 24. lib. 2. & Craue. in conſil. 28. num. 7. & in conſ. 249. numer. 8. in fine. & reſpondi in conſil. 199. numero 13. libr. 2.

8 Secunda eſt coniectura † quando adeſt apoſtilla diuerſi atramenti in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ. Ita Ancha. in conſil. 431. colum. 2. verſ. deſcendo. Ruinus in conſil. 68. num. 5. lib. 4. Curtius Iunior in conſil. 52. in fine. Pariſius in conſil. 28. num. lib. 2. Socinus Iunior in conſil. 41. numer. 7. lib. 1. & Craue. in conſil. 134. numer. 27. quos ſecutus ſum in
9 conſ. 199. nume. 8. lib. 2. Cæterùm † ab opinione diſſentiunt Socin. Sen. in conſil. 94. colum. vltim. verſicul. circa tertium, libr. 1. & Craue, ſibi parum conſtans in conſil, 88. numer. 7. ij ſanè ſcripſerunt, apoſtillam diuerſi atramenti non arguere falſitatem: ſed ſolum quando apparet facta diuerſa manu, & non obſeruatis à iure requiſitis, & idem ſenſit Curtius Iun. in conſ. 145. num. 6. Et quando apoſtilla eſt facta diuerſa manu, quod fidem non faciat copioſè explicat Ruin. in conſ. 68. libr. 4. Idem reſpondit Crau. in conſ. 104. num. 16. & ſcripſi in conſ. 221. num.... lib. 3.

10 Tertia eſt coniectura † quando aliquid de ſubſtantialibus fuit deletum & cancellatum, cap. inter dilectos. de fide. inſtr. & ſcribunt multi, quos commemorat & ſequitur Ruinus in conſ. 215. nu. 16. lib. 1. idem reſponderunt Socin. Sen. in conſ. 24. num. 26. lib. 1. & Ripa in reſp. 118. num. 1. Idem eſt in raſura facta in loco ſubſtantiali. gloſſ. & ibi caſtren. in l. pen. C. de pub. Baldus in conſ. 323. Præmittendum eſt ad euidentiam. colum. 2. lib. 4. Afflictus in deciſ. vltim. num. 11. & num. 12. qui ait idem eſſe etiamſi ſit modica, quod ego intelligo dummodo ſit multi ponderis; aliàs ſecus ſi eſſet leuis momenti; vt reſpondit Soc. Sen. in conſ. 15. num. 51. lib. 1. Idem eſt cùm acta publica ſunt cancellata: Bald. in conſ. 320. Quidam notarius. lib. 2. & Crau. in conſil. 6. num. 8. verſi. ſecundum. crim. Boer. q. 292. col. pen.

Quarta eſt coniectura quando in protocollo reperitur
11 † laceratum inſtrumentum ipſum, vel illius pars. Ita reſpondit Curtius Sen. in d. conſil. 56. ſuper proceſſu. columm. pen. verſ. ſed non omittendum. & alijs comprobat Crau. in conſ. 28. numer. 8. & in conſil. 267. in fine. Boër. d. quæſt. 292. colum. pen.

12 Quinta eſt coniectura, quando † inſtrumentum continet minus veriſimilia; vt puta ſi in teſtamento ſit ſcriptum quod teſtator aliquid reliquit Caio iam vita defuncto: Non enim eſt veriſimile quod ei legauerit. Ita Cra. in conſil. 28. nume. 1. & idem Crau. in conſil. 56. nume. 19. cum dixit, non eſſe veriſimile quod ille, cui facta fuit reuenditio voluerit ſtatim ab ea recedere: & propterea inſtrumentum id conti-
13 nens redditur ſuſpectum. Eſt ſimile † quod reſpondit Barba. in conſ. 58. col. 12. lib. 1. cum dixit, legatum magnum factum teſti deſcripto in teſtamento arguere ſuſpicionem.

14 Et huc † facit quod ſcripſit Baldus in l. ſi extraneus. vbi copioſè Iaſo. numer. 6. ff. de cond. cauſ. data, cum dixit, ea quæ non ſunt veriſimilia habere ſpeciem atque imaginem falſi. Et ad rem noſtram Bald. in l. ſcripturæ. num.... C. de fide inſtr. reſponderunt Neuiz. in conſil. 8. num. 66. & Rui. in conſi. 35. num. 11. verſ. 8. præſumptio lib. 4. Crau. in conſil. 134. num. 36. & ſcripſi in conſil. 199. num. 12. lib. 2. & egregiè Natta in conſi. 633. num. 13.

15 Sexta eſt coniectura, quando † inſtrumentum, quod iam diu aſſeritur confectum, literis recentibus apparet regiſtratum. Ita Crau. in conſil. 28. num. 3. num. 6.

16 Septima coniectura † eſt, quando ipſa inſtrumenti regiſtratio facta eſt, non ſeruato ſtylo & modo ſolito regiſtrandi: vt ſi non dubito loco eſt facta regiſtratio, ſicuti reſpondit Crau. in d. conſi. 28. nu. 5. qui dixit, regiſtrationē factam in loco minus ſolito arguere falſitatem: & illum ſecutus ſum in conſil. 199. num. 6. lib. 2. Et de regiſtratione non facta ex forma ſtatuti, reſpondit Curtius Iun, in conſil. 166. num. 4. 5.



17 Octaua eſt coniectura præcedenti ſatis proxima, † quando ſcilicet inſtrumentum non continet ea, quæ adhiberi in eis ſolent. Ita glo. in leg. generali. C. de tabul. lib. 10. Bart. in l. nulli. C. de numera. & actua. lib. 12. & in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti igno. Caſtren. in l. pen. num. 2. C. de prob. & vberius Curtius Sen. in conſil. 56. ſuper proceſſu. colum. 3. verſ. quartò reſpondetur. & Barba. in conſil. 58. columna. vltim. in prin. lib. 1. qui dixit, hanc eſſe præſumptionem iuris & de iure.

18 Nona eſt † coniectura quando characteres literarum inſtrumenti apparent diuerſi à ſolitis characteribus, quibus conſueuit vti ille ſcriptor inſtrumenti, vel apochæ. Ita So-
19 cinus Iunior in conſil. pen. nu. 56. lib. 2. qui † reſpondit, ſcripturam inſtrumenti argui falſam ex eo, quod ſcriptor ille cõſueuit ſcribere nomen Hieronymi, cum adſpiratione: & tamen in eo inſtrumento erat ſcriptum ſine adſpiratione. Et Socinus ſecutus ſum in conſil. 199. num. 10. lib. 2.

20 Decima eſt † coniectura, quando inſtrumentum continet pacta inſolita, vel clauſulas non conſuetas adhiberi. Ita Baldus in cap. tertio loco. col. vlt. de probat. Iaſon in l. teſtamentum. nu. 4. C. de teſta. Curtius Sen. in conſil. 17. Viſo puncto. col. 3. & in conſil. 66. ſuper præmiſſa. col. 17. verſ. & adijciendo. Petraſancta ſing. 77. Decius in conſil. 399. nume. 8. & in conſil 448. num. 3. Curtius Iunior in conſil. 132. nu. 9. in cõſi. 145. nu. 17. & in conſi. 178. num. 10 Pariſius in conſi. 54. num. 39. lib. 1. Socinus Iunior in conſil. 77. num. 47. lib. 1. & clare Neuiz. in conſil. 8. num. 63. & hos ſecutus ſum in conſil. 199. num. 12. & Crau. in conſil. 862. num. 7.

21 Eſt ſimile quod † dicimus de reſcripto, quod apparet cõceſſum contra ſtylum curiæ: Nam falſum præſumitur. Alex. conſil. 70. num. 3. lib. 1. Felinus in cap. 2. nu. 16. 17. de reſcript. & Pariſius in conſil. 4. numer. 14. & in conſil. 12. numer. 140. lib. 2.

22 Vndecima eſt † coniectura, quando quis aſſerit in iudicio, ſe nolle vti inſtrumento ea de re confecto. ſed velle probare teſtibus. Ita reſponderunt Corneus in conſil. 223. col. 2. lib. 2. Curtius Iunior conſil. 64. numer. 3. & Craue. in conſil. 134. num. 30. & num. 35.

23 Duodecima eſt † coniectura, quando ex pluribus teſtibus deſcriptis in inſtrumento, aliqui tantùm producuntur examinandi. Ita Aret. in conſ. 13. col. 9. verſ. præterea cum matrimonio. & in conſ. 82. col. 3. & Craue. in conſil. 134. nume. 29.

24 Decimatertia eſt † coniectura, quando apparet de diuerſitate ſcripturarum, & multo magis ſi de contrarietate. Ita Baldus in l. cum proponeretur de leg. 2. & in l. ſcripturæ. C. de fide inſtr. & idem in cap. imputari, extra. eo. quem ſecuti ſunt Aret. in conſil. 7. & Gramma. in conſil. 24. num. 5. in criminal. & idem reſpondit Ruinus in conſil. 35. nume. 11. verſic. ſexta coniectura. lib. 4.

25 Decimaquarta † coniectura eſt, quando clauſula non habet rectam conſtructionem. Ita Alciatus in reſponſo. 495. nu. 3. ex ſententia Ruini in conſi. 68. col. 3. verſi. & ex ſequenti-
26 bus. lib. 4. Et huc † pertinet, quod poſt alios tradit Felinus in cap. ad audientiam il. 1. num. 1. de reſcrip. cùm dixit, falſam latinitatem ſuſpicionem falſi arguere in reſcripto.

27 Decimaquinta † coniectura eſt, ex perſona notarij, qui alias falſitates commiſit. Ita Caſtr. in l. pen. nu. 2. C. de probat. Ruinus in conſil. 35. num. 10. lib. 4. qui huius opinionis alios plures commemorat, idem reſpondit Caſſane. in conſ. 63. nu. 31. verſic. & adhuc. Et conferunt quæ dicemus infra præſumpt. dum explicauimus regulam illam, quod ſemel malus perpetuò malus præſumatur. Idem quando extat mala notarij, vel ſcripturis fama. Craue. conſi. 73. nu. 22. & Decianus conſi. 100. num. 44. lib. 2. Et ſaltem cauſat ſuſpicionem, Crau. conſil. 862. num. 6. in fine. Natta conſil. 633. num. 11.

28 Decimaſexta † eſt coniectura, ex immodica diligentia & ſolicita cura, vt ſcriptura admittatur & recipiatur. Nam tunc oritur aliqua ſuſpicio commiſſæ falſitatis. Ita Craue. in conſil. 6. num. 34. quem ſecutus ſum in conſil. 159. num. 7. lib. 2. Et confert quod ſcripſi ſupra lib. 1. q. in indicio, vbi dixi, ex nimia ſolicitatione ſumi indicium, quod ita ſolicitans commiſerit illud delictum.

29 Decimaſeptima falſitatis † coniectura eſt, quando notarius aſſeruit in inſtrumento pecuniam fuiſſe à debitore datam & à creditore receptam: vel è contra. Et tamen verè coram ipſo notario pecunia non adfuit: Nam tunc arguitur falſitas. Ita Bart. in l. ſingularia. nu. 22. in fine. ff. ſi certum peta. & ibidem Iaſon. num. 45. & Decius. num. 33. Idem Iaſon in conſil. 172. col. 1. lib. 2. Soc. Sen. in conſil. 143. col. 1. lib. 2.

30 Decimaoctaua coniectura † eſt, quando protocollum eſt ſcriptum manu alterìus quàm notarij: Ita ex multorum ſententia reſponderunt Alex. in conſil. 41. nume. 1. libr. 1. Ruinus in conſil. 201. num. 11. lib. 2. & in conſil. 11. num. 22. lib. 3. &
31 Caſſan. in conſil. 63. num. 30. Hæc tamen † coniectura ceſſat, quando ipſe notarius ſe ſubſcripſit. Ita Decius in conſi. 447. num. 9. declarat.

32 Decimanona † eſt coniectura, quando originale inſtrumenti authentici fuit perquiſitum in protocollo, & non fuit repertum: Nam tunc inſurgit præſumptio falſitatis illius authentici. Ita docuit Baldus in l. Caſſius. col. 2. ff. de ſenat. Caſtrē. in l. pen. nu. 2. C. de prob. Caſſaneus in conſi. 63. numero trigeſimoprimo verſic. item adhuc & Iacobinus à Sancto Georgio in l. vlt. num. 38. C. de edicto diui Adria. tollend. & Natta in conſil. 633. in fine. Et præterea, quando cæteri contractus reperiuntur deſcripti in libro eiuſdem diei, & tamen non reperitur deſcriptus contractus ille, de quo contenditur: Nã tũc is contractus nõ deſcriptus falſus præſumitur. Ita ſcripſi in Tract. de arbitrarijs iud. caſu. 187. nu. 30. & in cõſil. 42. num. 11. & in conſ. 188. in fi.

33 Vigeſima eſt coniectura, quando is, qui produxit † inſtrumentum fuit ſæpe & ſæpius interrogatus, an eo vti vellet: & is reſponderit ſemper ſubobſcurè & dubitatiuè. Nam tunc inſurgit aliqua ſuſpicio falſi. Ita Lupus alleg. 119. Quæro pone. col. 1. Felinus in cap. præſentium. numer. 12. de teſtib. & Neuiza. in conſil. 8. nume. 65.

34 Vigeſimaprima † coniectura eſt, quando inſtrumentum continet renuntiationem immenſi iuris, & aliqua cauſa ipſius renuntiationis minus vera fuit narrata. Nam tunc falſi coniectura ſumitur. Ita Ruinus in conſilio trigeſimoquinto, nume. 11. libr. 4. ex ſententia Angeli in conſil. 218. Viſa narratione facti.

35 Vigeſimaſecunda † coniectura eſt, quæ ſumitur ex qualitate perſonæ contrahentis, quæ cognoſci non potuit tempore celebrati contractus cuius eſſet ætatis & qualitatis. Ita conſiderat Ruinus in conſil. 35. numero 11. verſ. tertia eſt coniectura.

36 Vigeſimatertia eſt † coniectura, quando actus fuit clam & in loco abdito & obſcuro confectus. Ita Ruinus in d. conſilio 35. num. 11. verſ. quarta coniectura eſt, & Craue. in conſilio 862. num. 4.

37 Vigeſimaquarta † coniectura eſt quando venditor, vel qui ius ſuum renuntiauit, ſtetit ſemper in poſſeſſionẽm donec vixit: Nam tunc fraudis ac falſitatis coniectura ſumitur. Ita in ſpecie reſpondit Ruinus in conſil. 35. numer. 11. verſ. 5. coniectura. lib. 4. ex traditione Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. quam explicaui ſupra lib. 3. præſump.

38 Vigeſimaquinta † præſumptio & coniectura, quando cõſtat eum, qui aſſeritur falſificaſſe aliquam ſcripturam perquiſiuiſſe antea ſcripturam illi ſimilem, vt forte inde exemplũ ſumeret. Ita Bart. in conſilio 199. numero ſecundo, libro primo, & Alex. in conſilio 77. numero primo, libro primo, quos ſecutus ſum in conſ. 199. num. 6. lib. 2.

39 Vigeſimaſexta † coniectura eſt quando notarius, vel is, qui in inſtrumento fundamentum faciebat, requiſitus fuit producere ipſum inſtrumentum, & diu diſtulit producere. Ita reſponderunt Craue. in conſilio 28. numero ſexto, verſic. ex qua etiam tarditate. & Cephalus in conſilio 287. numero 33.

40 Vigeſimaſeptima † eſt coniectura, quando chartæ, in quibus ſcriptum eſt inſtrumentum, ſunt diuerſorum ſignorum. Ita Decianus in conſilio 100. numero 17. libro ſecundo, poſt.

41 Vigeſimaoctaua † coniectura eſt, quando inſtrumentum fuit confectum inter ignotos. latè Craue. in conſil. 827. & in conſ. 864. num. 3. & 862. num. 5.

42 Vigeſimanona, † quando falſa cauſa fuit expreſſa. Crau. d conſil 862. num. 11.

43 Trigeſima quando † ſolennitas fuit omiſſa Craue. d. cõſ. 862. num. 8.

Nunc enumeremus cauſſas, & de illis diſſeramus, quibus hæ coniecturæ & præſumptiones falſitatis vel diluuntur, vel ſaltem extenuantur.

44 Prima eſt cauſa, quæ † dicitur à probitate & integritate vitæ illius, qui vel inſtrumentum, vel ſcripturam cõſcripſit. Ita Baldus in l. 2. C. ad l. Corne. de falſis. Cæpolla in conſilio 21. num. 24. in criminal. Craue. in conſilio 75. numero 8. & Gramma in conſilio 30. numero 9. in criminal. Et in ſpecie quod probatio bonæ famæ tollat ſuſpicionem falſi, reſpondit Socinus Iunior in conſil. 45. in fi. lib. 3. Et de notario probatæ vitæ, quod non præſumatur ab eo commiſſa falſitas reſpondit Neuiz. in conſilio 25. nume. 20 & in
45 conſil. 68. nume. 31. Idem † de preſbitero & ſacerdote, qui ſcripturam aliquam conſcripſit, reſpondit Mantua in conſ. 208. num. 52. lib. 1. & ſcripſi in conſi. 221.

46 Secunda cauſa, qua † falſi ſuſpicio tollitur, vel extenuatur, eſt loci celebritas, vbi illa ſcriptura fuit confecta. Ita. Iacobus de Leonardis inter conſilia Soc. Iun. in cõſi. 39. nu. 32. lib. 2. & Crau. in conſ. 75. nu. 8. ſcripſi in d. conſi. 221. nu. 4.

47 Tertia cauſa, qua † falſi ſuſpicio euitatur eſt, quando nulla adeſſe potuit ratio, ſeu cauſa committendi falſum. Ita reſponderunt Socin. Sen. in conſil. 277. col. 1. lib. 2. Craue. in conſil. 75. numer. 14. & Mantua in conſil. 208. num. 21. lib. 1. ſcripſi in d. conſil. 221. num. 8.

48 Quarta cauſa, qua falſi † coniectura tollitur, eſt, quando nulla vel lucri, vel commodi ſpes ex ea poteſt emanare. Ita Rubeus in conſil. 15. num. 3. Craue. in conſi. 75. num. 13 & Rolandus in conſil. 38. nume. 38. lib. 1. Et idem eſt, quando
49 † eſt de re leui & modica, vt cenſuit Craue. in d. conſilio 75. nume. 16. ſcripſi in d. conſi. 221.

50 Quinta cauſa, quia falſi † præſumptio & coniectura di-
51 luitur, eſt, quando non apparet de dolo ipſo: cùm ſine † dolo falſitas non committatur. l. nec exemplum. C. de falſis. vbi Bal. & reliqui. Pariſius in conſil. 169. nu. 58. lib. 4. Socin. Iun. in conſil. 37. num. 28. lib 2. Alcia. in Tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 31. num. 3. Gramma. in conſ. 23. num. 6. in criminal. & Mantua in conſil. 278. num. 21. lib. 1.

52 Et de non dolo † ſatis conſtare dicitur, quando is, qui falſi querelam propoſuit, dolum ipſum non probauit: Nã ei incumbit onus probandi dolum hunc, vt ſcribunt Curtius Senior in conſilio 56. ſuper proceſſu. columna ſexta, verſ. non obſtat quintum. Zuchardus in rub. ff. ſi certum petatur. num. 10. Soc. Iun. in conſil. 37. num. 27. lib. 2. & Gramma. in conſilio 30. numero octauo, & in conſilio 36. num. 7. in criminal.

53 Sexta cauſa, qua † falſi coniectura euitari poteſt, illa eſt, quando adeſt aliquod veritatis primordium. Ita Caſtren. in l. cum filius. §. hæres meus. de leg. ſecundo, & in conſil. 120. num. 4. lib. primo. Alcia. in reſp. 461. nume. 6. & Gramma. in conſil. 30. in fin. & in conſil. 41. numer. 13. in criminalib. idem in Voto. 26. num. 12. & ſcripſi in d. conſ. 221. num. 18.

54 Septima cauſa, qua falſi † coniectura & indicium debilitatur, eſt quando ille, qui de falſo fuit accuſatus, ſua ipſa ſponte coram iudice comparuit, & paſſus eſt in carcerem ſe mancipari. Ita in ſpecie reſpondit Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Soc. Iun. in conſ. 39. num. 35. lib. 2. Et conferunt quæ dixi ſupra lib. 2. præſump. 91. in fi.

55 Octaua cauſa, ob quam falſi † ſuſpicio ceſſat, illa eſt, quãdo adeſt teſtium multitudo. Ita reſpondit Craue. in conſ. 65. num. 12. & num. 13. Et quando de eorum bona fama apparet, vt idem Crauetta ſcripſit ibidem. Et idẽ, cenſuit Soc. Iun in conſ. 46. in fi. lib. 3.

56 Nona cauſa, qua † ceſſat coniectura falſi, eſt, quando is, pro quo confectum fuit inſtrumentum, iam diu eſt in poſſeſſione rei ſibi venditæ, vel donatæ. Ita Craue. in conſ. 65. num. 11. in conſ. 158. num. 1. in fi. & in conſilio 266. columna vltim. verſ. reſpondeo etiam. Ita etiam Rui. in conſil. 217. numer. 14. verſ. ex omnibus igitur. lib. 1. reſpondit, ſuſpicionem falſi ceſſare quando inſtrumentum diu fuit pro legitimo obſeruatum. Foller. in pract. crimin. in glo. item, quod commiſit falſum. numer. 26.

57 Decima † cauſa, qua falſi ſuſpicio & coniectura euitatur, eſt, quando illud, quod falſum arguitur, nihil ad negotium pertinet. Ita Are. in l. 1. §. ſed & ſi mihi ad finem. ff. de verborum obligatione.

58 Vndecima † cauſa, qua falſi ſuſpicio euitatur eſt, quando adeſt ſola raſura in ipſa ſcriptura, & ignoratur à quo facta ſit. Nam tunc præſumitur facta non ab ipſa parte, ſed à notario, qui poteſtatem habet eam faciendi, vt cenſuit Afflictus in deciſ. vltim. numer. 12. quem ſecutus eſt Socinus Iunior in conſil. 61. num 21. libro ſecundo.

## PRÆSVMPT. XXI.

### Quando inſtrumentum, in vna parte falſum præſumatur eſſe in totum falſum.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum in vna parte falſum an & quando præſumatur in totum falſum.*

2 *Notarius non præſumitur delinquere.*

3 *Inſtrumentum in vna parte falſum in totum falſum cenſetur, quando falſitas prouenit ex perſona notarij, qui ſua malitia & dolo commiſit falſum.*

4 *Inſtrumenti fides pendet à fide & perſona notarij.*

5 *Notarius ſemel falſarius non poteſt conficere alia inſtrumenta, & inſtrumenta ab eo confecta non valent.*

6 *Inſtrumentum præſumitur in totum falſum etiam quando falſitas fuiſſet commiſſa in verbis enunciatiuis ac incidenter prolatis in eo, puta circa locum, tempus, & huiuſmodi, aliàs ſecus.*

*Declaratur hoc non procedere quando conſtaret ex confeſſione partis alia capitula ipſius inſtrumenti vera eſſe. num. 7.*

8 *Confeſſio, quæ recipitur contra præſumptionem iuris & de iure, multò magis recipitur contra ſolam iuris præſumptionem.*

9 *Præſumptio vna ſicut aliam tollit, multò magis probatio, quæ præſumptione ſimplici dicitur efficacior, ipſam præſumptionem diluit.*

10 *Inſtrumentum non cenſetur in totum falſum, quando falſitas eſſet circa illud, quod nullo modo reſpicit negocium, de quo agitur.*

*Idem quando falſitas fuiſſet commiſſa circa rem iam demonſtratam. num. 11.*

*Idem quando falſum fuiſſet in vna parte inſtrumenti commiſſum præſumptiuè tantum. num. 12.*

13 *Teſtator ſi in teſtamento ſibi & Titio legatum adſcribat, licèt reſpectu ſui ſit falſum legatum, non tamen erit reſpectu Titij.*

14 *Falſitas ſi eſt commiſſa in acceſſorio, non præſumitur commiſſa in principali.*

15 *Inſtrumento damnato de falſo corruit & omnis confeſſio in eo comprahenſa.*

16 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale & an vitiato acceſſorio cenſeatur & principale vitiatum.*

17 *Baldi & Felini ſumma auctoritas.*

18 *Inſtrumentum non præſumitur in totum falſum, quando falſitas eſt commiſſa in re tenui, & modica: nam.*

19 *Falſum in re leui & modica non eſt conſiderabile.*

20 *Falſitas in inſtrumento commiſſa non dolo aut vitio ipſius notarij, ſed ob falſam partis aſſertionem, inſtrumentum non vitiat in ea parte, vbi non eſt falſitas.*

*Idem quando conſtaret vel efficacioribus probationibus vel claris præſumptionibus alias inſtrumenti partes eſſe veras. num. 21.*

22 *Præſumptio validior tollit debiliorem.*

23 *Probatio clara præſumptioni præualet.*

24 *Inſtrumenta facta à notario damnato de falſo poſt ſententiam omnia falſa præſumuntur, nam.*

25 *Notarius de falſo damnatus non poteſt amplius conficere inſtrumenta.*

*Idem quando non eſſet adhuc damnatus, ſed eſſet valdè ſuſpectus diffamatus, quia inſtrumentum eius non valeret. nu. 26.*



27 *Falſitas in inſtrumento ſi aliunde proueniat quam ex perſona notarij, & id vitium verſatur circa ſolemnia ipſius inſtrumenti, præſumitur inſtrumentum falſum in omnib. ſuis partib.*

*Idem quando vitium per errorem ipſius notarij emanaret, numero 28.*

29 *Falſitas non poteſt dici interueniſſe, ſi caret dolo.*

30 *Falſitas inſtrumenti proueniens aliunde quam ex perſona notarij, verſatur autem circa ſubſtantialia ipſius inſtrumenti, vitiat ipſum in totum.*

*Quid autem ſi aliunde proueniat, & vitium eſt in capitulo diuerſo, connexo tamen illi, de quo eſt controuerſia nu. 31.*

*Et quid ſi falſitas eſt in vno capitulo omnino ſeparato, an præſumatur falſum inſtrumentum in cæteris capitulis ſeparatis ab illo falſo num. 32.*

1 CONGRVVS hic eſt locus, vt † diſſeramus, quando inſtrumentum aliqua in parte falſum præſumatur falſum in totum. Quaquidem de re ſunt variæ Doctorum opiniones. Prima fuit opinio eorum, qui dixerunt abſolutè & indiſtinctè, inſtrumentum in aliqua ſui parte ſubſtantiali falſum non præſumi falſum in totum. Cum
2 (vt diximus ſuprà) in † notario dolus, ſine quo falſitas non poteſt dici commiſſa, non præſumatur. Et ſi nemo delinquere præſumitur, multo minus notarius. Error ergo magis præſumitur. Hanc opinionem probarunt glo. in l. 2. C. de veter. iure enuclea. Iacob. Butrig. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & ibi. Bald. in fin. Ioan. Andreæ in cap. Eccleſia veſtra. l. 2. columna 3. de elect. Aret. in d. l. ſi ex falſis. colum. penult. ad finem, qui communem eſſe aſſerit. Boër. quæſt. 253. nume. 6. & Alciat. in dicta l. ſi ex falſis. numero 14. Secunda fuit opinio illorum, qui exiſtimarunt abſolutè inſtrumentum in aliqua ſui parte ſubſtantiali falſum prẹſumi falſum in totum, Ita glo. in cap. ſi ad ſcripturas. diſtinct. 9. & in cap. quid ergo. 23. quẹſtione 5. & idem ſenſerunt Archid. & Geminia. in d. cap. ſi ad ſcripturas. Idem cenſuerunt Inno. & Ioan. Andreæ in cap fraternitatis, columna 1. de hæret. Specul. in tit. de inſtrum. editione. §. inſtrumentum. il 2. num. 10. Gandinus in Tract. maleficiorum. in tit. de falſis. Salic. in l. ſi ex falſis. colum penult. verſ. alij dicunt. C. de tranſact.

Tertia fuit opinio Bartol. in dicta l. ſi ex falſis in prima lectura. colum. vlt. verſ. breuiter debemus, & in ſecunda lectura. colum. 1. verſi. aduerte tamen. C. de tranſact. qui diſtinguit aliquot caſus.

3 Primus eſt, quando † falſitas prouenit ex perſona notarij, qui ſua malitia & dolo commiſit falſum in vno ex ſubſtantialibus.

Hoc in caſu inſtrumentum in vna ſui parte falſum præſumitur atque cenſetur falſum in totum. Ita præcitato in loco Bart. Et cum eo ſentiunt cæteri ibi, vt Alex. columna penult. Curtius Senior numero 48. Iacobinus de Sancto Georgio in fine, & communem teſtatur ibi Iaſon. numero 9. Alciatus. numero 14. Butrius in capit. fraternitatis. columna ſecunda, numer. . . . . de hæret. & ibidem Card. columna ſecunda, & Ioan. de Anna. colum. 3. Igneus in l. 3. §. ſi quis tabulas. verſic. ſi autem vt numero 93. ff. ad S.C. Syllan. Ruin. in conſil. 63. numero 18. & in conſilio 189. numero 20. in fin. lib. 1. ſenſit Pariſius in conſilio 23. numero 253. libro 1. quis loquitur de libro hiſtoriali, egregiè Socin. Iunius in conſilio 132. num. 7. lib. 3.

4 Huius ſententiæ ea eſt ratio, † quod fides inſtrumenti pendet à fide & perſona notarij, vt inquit gloſſa in l ſi quis ex argentariis §. 1. ff. de eden. Cùm ergo fides & probitas notarij ſit quid indiuiduum, efficit, vt inſtrumentum ex parte fal-
5 ſum præſumatur cenſeatúrque ex toto falſum, & probat † l. ſi aliquid. C. de ſuſcepto & arca. lib. 10. quo probatur, quòd notarius ſemel falſarius non poteſt conficere alia inſtrumenta: ſicque alia inſtrumenta à ſe confecta non valent: ergo multò minus valet illudmet inſtrumentum, in quo ipſa falſitas fuit commiſſa. Et proptereà ſi ſemel malus præſumitur ſemper malus quò ad actus diuerſos. l. 3. §. quæri poteſt. ff. de ſuſpect. tuto. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſa. & cap. ſemel malus. de reg. iur. in 6. & infra dicemus, multò magis prẹſumitur quò ad ipſum actũ, cuius pars mala apparet. Nec hic repugnat illa cõſideratio Fran. Are. in d. l. ſi ex falſis. col. pen. verſic. tunc facilè eſt. C. de tranſact. Cùm dixit, rationem hanc procedere poſſe, quando notarius iam declaratus eſt falſarius. Nam tunc impeditur in futurum alia inſtrumenta conficere, ſed quò ad inſtrumentum ante confectum non ſequitur (ait Are.) eſt falſum in vna parte, ergo etiã falſum eſt in altera. Cùm illa pars, quæ falſa non apparet, vitio careat. Hẹc ſanè cõſideratiò verà non eſt, quandoquidem (vt diximus ſuprà) fides & probitas notarij eſt quodammodo indiuidua: ſi ergo vitium apparet in aliqua parte præſumitur etiam vitium in altera.

6 Extenditur † primò hic caſus, vt procedat etiam quando falſitas fuiſſet commiſſa in verbis enuntiatiuis ac incidenter prolatis in inſtrumento, vt in appoſitione loci, in quo confectum fuit inſtrumentum. Nam adhuc falſum illud præſumitur in cæteris ſuis partibus. Ita ſcribunt Inno. in cap. cùm in iure. numero 5. verſic. item ſi falſos ponat. de offic. delega. Aretinus in dicta l. ſi ex falſis. ad finem. & ibidem Alexan. col. vlt. verſi. cui adde. C. de tranſact. Felinus in cap. fraternitatis. num. 16. in fi. de hæret. & Anto. Gabriel in ſuis concluſionibus. lib. 7. de criminalib. concluſ. 3. num. 3. qui intelligit quando falſitas hẹc eſt commiſſa in verbis narratiuis ſeu enuntiatiuis ſubſtantialibus, putà circa locum, tempus, teſtes & ſimilia, aliàs ſecus: atque ita intelligit Gemin. in c. ſi ad ſcripturas. diſt. 9. & Io. de Anna in c. fraternitatis. col. 1. de hæret.

7 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quãdo conſtaret ex confeſſione partis alia capitula ipſius inſtrumenti eſſe vera. Nam tunc ceſſat præſumptio, qua dictum eſt, illa etiam falſa præſumi. Ita Cynus in d. l. ſi ex falſis in fine. C. de tranſact. & ibidem Salicet. colum. penult. in fine. Alexan. col. penult. verſi. adde copioſè Curt. Sen. num. 49 Iacobinus. col. vlt. verſ. ſecundo limita. Idem ſcripſerunt Iaco. Butrig. & Baldus in l. 2. C. ad l. Cornel de falſis. Imola in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. colum. vltima, de verb. oblig. Io. de Anna. in cap. fraternitatis. col. 3. de hære. & ibidem Felinus. num. 20. ver. quintò fallit. quos ſecutus eſt Antonius Gabriel in d. conclu. 3. nu. 5. & idem num. 13. cum dixit, acceptantem inſtrumentum in ea parte, quæ non eſt falſa, non poſſe eam improbare. Nam & tunc eam cenſetur fateri veram, vt loquitur Bald. in l. 2. C. de falſis. & Felinus, vbi ſuprà. Et addo huic Baldum, in conſ. 66. Factum tale apparet. colum. 2. in prin. lib. 3. qui idem eſſe ait quando non impugnatur altera pars inſtrumenti. Hanc quoque declarationem probauit Socinus Iunior in conſ. 131. nu.
8 9. lib. 3. Et huius ſententiæ † ea eſt manifeſta ratio: quia ſi cõfeſſio recipitur contra præſumptionem iuris & de iure, vt diximus ſuprà libr. 1. q. 61. multò magis recipienda eſt contra hanc ſolam iuris præſumptionem.

9 Et idem eſt, quando aliis probationibus conſtaret de veritate aliorum capitularum inſtrumenti. Ita Antonius Gabriel præ citata in concluſ. 3. num. 6. ex ſententia Baldi, in conſilio 228. lib. 2. Et ratio eſt clara, quia † ſi vna prẹſumptio aliam præſumptionem tollit. l. diuus. ff. de in integr. reſt. multò magis probatio, quæ prẹſumptione ſimplici dicitur efficacior ipſam prẹſumptionem diluit, vt ſcripſi ſuprà libro primo, quæſt. 31.

10 Declaratur ſecundò, vt † non procedat hic caſus quando falſitas eſſet circa illud, quod nullo modo reſpicit negotium, de quo agebatur. Ita Caſtren. in d. l. ſi ex falſis. in fine. & ibidem Alex. colum. vlt. verſi. aduerte quod. Innocen. & Iacobinus. col. vlt. verſ primò limita. Idem ſcripſerunt Ioan. Andreẹ in d. cap. fraternitatis. colum. 1. verſ. dicit Innocen. & ibidem Butrius. colum. 2. verſic. ſecus ſi mentitur. Felinus. num. 19. & Antonius Gabriel in d conclu. 3. num. 7. Ea eſt ratio, quia hẹc falcitas non eſt conſiderabilis, cum nemini noceat, vt ſcripſi ſuperiore prẹſumptione in quarta & vltima cauſa.

11 Declaratur tertiò, vt † non procedat quando falſitas fuiſſet commiſſa circa rem iam demonſtratam. Ita Felinus in d. cap. fraternitatis. numero 19. de hæret. Alciatus in dicta l. ſi ex falſis. numero 14. verſic ſicut & cum. & Antonius Gabriel in dicta concluſ. 3. numero 8. Ea eſt ratio, quia hic apparet de veritate: & ob id ceſſat omnis prẹſumptio. Et hic videtur potius error, quàm falſitas.

12 Declaratur † quartò, vt procedat hic caſus, quando falſum fuiſſet verè in vna parte inſtrumenti commiſſum: ſecus ſi prẹſumptiuè tantùm, vt puta, ſi reperitur raſura, vel cancellatio in aliqua

aliqua parte ſuſpecta. Nam tunc non præſumitur falſum inſtrumentum in aliis partibus. Ita Baldus in d.l. ſi ex falſis.in fine.verſic.primo caſu.C.de tranſact.& ibidem Salicetus colum.penult.verſicul.aliquando allegatur. Alexan.colum.vlt. verſic.Limita tertiò.Et Iacobinus.colum.vltim.verſic.tertiò fallit.Curtius Sen.num.50.& Alciatus.num.14.verſic.procedit id. Idem ſcripſerunt Baldus in l.2. C.de fideicom.libert. & in l. vltim.in 4. oppo.C. de edicto diui Adria. tollen.idem in cap.cum à Deo.colum.1.de reſcriptis. Abbas in cap.ex literis.in fine.de fide inſtrumen. Aretinus in cap.in noſtra. colum.4.de teſtib.Felinus in cap.fraternitatis.num.18.verſ.fallit primò.de hæret. Igneus in l.3. §. ſi quis tabulas. verſicul.ſi autem non.numer.94.ff. ad S.C.Sylla.& Anto. Gabriel in d.
13 concluſ.3.numero 9.Hic facit doctrina † Bartol.in l.filius.§. ſequens.ff.de falſis.cùm dixit,quòd ſi quis adſcribat in teſtamento ſibi, & Titio legatum, licet reſpectu ſui præſumatur falſum legatum: non tamen infertur reſpectu Titij præſumi falſum.Et Bartolum ſecuti ſunt Soc.Sen.in conſ.163.colum. 2.& Ruin.in conſil.77.num.5.lib.4.

14 Declaratur quintò, vt † non procedat, quando falſitas eſſet in acceſſorio. Nam tunc non præſumitur commiſſa falſitas in principali: ſed firma manet eius fides, & probatio. Ita glo.& Baldus in l.2. C.ad l. Cornel.de falſis, & idem Baldus in d. l. ſi ex falſis.numero 14. in fine.C. de tranſact.quem ita ſecutus eſt Felinus in cap.fraternitatis.num.18. verſ. fallit ſecundò. de hæret. Et addo eundem Baldum in cap.ad audientiam.il 1.num.11.de reſcript.& Alciatum in d.l.ſi ex falſis.nu. 14.verſ.ſed & falſitas.

Cæterùm diſſentire videtur Imola in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.columna vltim.verſicul.item nunquid falſitas.ff.de verbor.obliga.dum reſpondet gloſſæ.d.l. 2. C. de falſis.& eum ſecutus eſt Anton.Gabriel in d. concluſ.3.numero 10.verſic. contra iſtam, qui dixit hanc eſſe communem ſententiam. Idem ſenſit Igneus in l.3.§.ſi quis tabulas.verſi.ſi autem non.
15 numero 105.ff.ad S.C.Syll.Et confirmat ille † traditione Butrij in cap.cum olim.columna 5. verſicul. Innocen.hic dicit, de cenſib.qui dixit,quoddam nato inſtrumento de falſo,corruit & omnis confeſſio in eo comprehenſa. Quæ ſanè traditio ad rem hanc non pertinet:cum Butrius loquatur de vitio rei principalis, quod trahitur & ad ipſum acceſſorium, cùm
16 † acceſſorium pendeat à principali.l.cum principalis, de regulis iuris, vbi Decius.numero 5.declarat.Et in ſpecie tradit Baldus in capitulo ad audientiam.il 1.numero 11.de reſcript. Diuerſum eſt in caſu noſtro,in quo agitur,an vitiato acceſſorio cenſeatur vitiatum principale. Exiſtimo tamen alia ratione dubiam eſſe admodum illam Baldi & Felini declarationem, ſi quidem eadem eſt ratio in caſu huius declarationis,quæ eſt in caſu ipſo noſtro principali, in quo diximus,fidem & probitatem notarij eſſe indiuiduam, & quòd detecta falſitate vnius partis inſtrumenti præſumitur falſa etiam altera pars, quanquam diuerſa & ſeparata ab illa. Eſt tamen co-
17 gitandum,quia † ſumma eſt Baldi,& Felini auctoritas.

18 Declaratur ſextò, vt † non procedat quando, falſitas eſſet commiſſa in re tenui & modica: Nam tunc non præſumitur falſum in alia patte. Ita Baldus in Cap.cum adeo.numero 4. verſicul. vel dic hoc verum, de reſcript. & ſequitur Antonius Gabriel in d.concluſ.3.numero 11. Et huc facit quod ſcripſi
19 ſuperiore præſumptione, in quarta cauſa, cum dixi, † falſum in re leui,& modica commiſſum non eſſe conſiderabile.

20 Declaratur † ſeptimò,vt non procedat,quando falſitas eſſet quidem commiſſa ab ipſo notario, ſed tamen non dolo, nec vitio ſuo: ſed ob falſam aſſertionem partis. Nam tunc alia capitula non vicientur. Ita tradunt Felinus in cap.fraternitatis, numero 20.de hæret. & Antonius Gabriel in d.concluſ.3. numero 12. qui eiuſdem opinionis recenſent Baldum in l.ſi ex falſis.in fine.C. de tranſact.& in cap.ad audientiam. de reſcript. qui tamen meis in codicibus hoc non ſcribit. Exiſtimo tamen declarationem ipſam veram eſſe, qua probauit & Igneus in l.3.§.ſi quis tabulas,verſic.autem non.nume. 108.verſ.4.limitatio.ff.ad S. C.Syllan. Quando quidem hic non deficit fides & probitas ipſius notarij: atque ita ceſſat hic ratio principalis caſus ſupra relati. Et propterea non poteſt dici commiſſa falſitas ab ipſo notario, vt copioſè declaraui.in lib.2.de arbitrariis iudicum,&c.caſu.309.

21 Declaratur octauò, vt non procedat quando † conſtaret vel efficacioribus præſumptionibus, vel claris probationibus, alias inſtrumenti partes eſſe veras. Ita Alciatus.in d.l.ſi ex falſis.numer.15.C.de tranſact.& Io.Igneus in l.3.§.ſi quis tabulas.verſic.ſi autem non.numer.86.ff.ad Sylla.Et ratio eſt
22 † manifeſta,quia præſumptio validior tollit debiliorem.l.di-
23 uus.ff.de in integ.reſtit.Et † multo magis probatio præſumptioni præualet.

24 Secundus eſt caſus, † quando non agitur de diuerſis inſtrumentis,& notarius non fuit damnatus de falſo.Hoc in caſu inſtrumenta confecta poſt ſententiam latam falſa præſumuntur.Ita Bart.in d.l.ſi ex falſis.in ſecunda lect.columna 2. vecſic. quod tamen intellige.C. de tranſact. & ibidem paulò poſt.verſicul.ratio, ex quo. Et Bartol.ſecutus eſt Gramma.in conſilio 66.numero 35. in ciuilibus, idem ſenſit Alciatus in Tract.de præſumptio.reg. 2. præſumpt.7. ad finem.verſic.c.
25 hoc facit.Et ratio eſt, quia, † notarius ſemel de falſo damnatus non poteſt amplius conficere alia inſtrumenta,vt ſcribunt.Iaſon in l. Barbarius. numero 56. de off. præto. Marſil. ſing.593.& Neuiz.in conſil.27.colum.1.ſi ergo notarius iam damnatus aliquod inſtrumentum conficit, ſe maximè ſuſpectum reddit: præter id quod inſtrumentum corruit defectu poteſtatis.

26 Extenditur hic caſus, vt † procedat etiam quando adhuc non eſſet damnatus: ſed eſſet valde ſuſpectus, & diffamatus. Nam inſtrumenta inde confecta ſuſpecta ſunt. Ita reſpondit Baldus in conſil.66.Factum tale eſt,apparet.lib.3.ex ſententia Inno.in cap.fraternitatis,de hæret.

27 Tertius eſt caſus, quando † vitium falſi aliunde peruenit quam ex perſona notarij: & hoc ipſum vitium verſatur circa ſolemnia inſtrumenti,vt puta circa diem, annum, vel locum, vel ſimilia. Hoc in caſu inſtrumentum præſumitur falſum in omnibus ſuis partibus.Ita Bartol.in l.ſi ex falſis, in prima lectura.colum.vltim.verſic.aut propter alium,& in ſecunda lectura.colum.2.verſic. ſi verò de alio.C.de tranſact.& Bartolum ſecuti ſunt ibi Caſtren. Alexand. Iaſon ac cæteri omnes: idem ſcripſerunt Card. & Butrius in cap.fraternitatis.de hæret.& alios commemorat Anto.Gabriel in d.concluſ.3.num. 14.Et his addo Baldum in conſ.66.Factum tale,apparet.col. 2.verſ.primo caſu.lib.3.

28 Extenditur primò hic † caſus, vt procedat etiam ſi vitium per errorem ipſius notarij emanaſſet. Nam adhuc totum inſtrumentum vitiatur. Ita Anto.Gabriel in d. concluſ.3.num. 14.in fine.ex ſententia Caſtren.Butrij Ancha. Abba.& Alex.
29 quos citat. Cæterum † traditio hęc, mea quidem opinione, non ſatis huic rei noſtræ conuenit: cum hęc dici non poſſit falſitas,ex quo caret dolo, vt ſuperiore pręſumptione declarauimus.

30 Quartus eſt caſus,quando † vicium falſi proueniens aliunde quam à perſona notarij, verſatur circa ſubſtantialia ipſius inſtrumenti, ſeu contractus, & negotij in vno eodémque capite.Hoc in caſu ſine controuerſia in totum vitiatur illud caput. Ita Bartol.in d.l.ſi ex falſis, in prima lect.colum.vltim. verſic. aut eſt defectus circa.& in ſecunda lectura.columna 2. verſic. ſi verò loquimur. Et cum eo ſenſerunt ibi Caſtren.& alij, quos pariter ſecutus eſt Anto.Gabriel in d.concluſ.3.nu. 15. Et his accedunt Bald.in d.conſil.66.col.2.verſicul.aut eſt vnum inſtrumentum.lib.3.Io.Igneus in l.3.§.ſi quis tabulas. verſ.ſi autem non.num.92.ff.ad Sylla.

31 Quintus eſt caſus, quando † vicium falſi aliunde proueniens quam à perſona notarij verſatur circa ſubſtantialia ipſius inſtrumenti. Et vitium eſt in capitulo diuerſo, connexo tamen illi,de quo eſt controuerſia.Hoc in caſu adhuc inſtrumentum in eo capitulo coontrouerſo vitiatur. Ita Bart.in d. l.ſi ex falſis, in prima lectura. colum. vltim. verſiculo aut in diuerſo.& in ſecunda lectura, columna 2.verſicul.ſi verè loquimur. Et Bartolum ſecuti ſunt ibi Angelus, & Alexand.in fine.idem Alex.in conſilio 111. colum.2.libro 3. Idem ſcripſerunt Innoc.in cap. fraternitatis. colum.1. de hęret. Antonius Gabriel.in d. concluſio. 3. numero 16. Et his accedunt Baldus in conſilio 66.Factum tale, apparet.columna ſecunda,verſiculo nam iſtud non videtur.libro tertiò, à ſenſu contrario.

Et ij quidem omnes adducti ſunt text.l.etiam. §. ex cauſa. ff.de



ff.de mino,de cuius interpretatione egimus in lib.2. de arbitrariis iudicum,&c.caſu.95.num.7.

42 Sextus & nunc † vltimus eſt caſus,quando vitiũ falſi aliundè proueniens quàm à perſona notarij verſatur circa ſubſtantialia ipſius inſtrumenti ſeu contractus & negotij. Et falſitatis vitium eſt in vno capitulo omnino ſeparato. Hoc in caſu non præſumitur falſum inſtrumentum in cæteris capitulis ſeparatis ab illo falſo.Ita Bart.in d.l.ſi ex falſis.in prima lect.in fin.& ibidem ſecuti ſunt eum Angelus, Caſtren.& Alexand. in fine.Idem ſcripſerunt Butrius,Card.& Abbas in d.cap.fraternitatis.de hæret, quos commemorãt & ſequitur Ant.Gabriel.in d.concluſ.3.nu.17.Et his accedunt Bald.in d.conſil. 66.Factum tale,apparet.col.2.verſ.ſecundo caſu.lib.3.& Ripa in l.admonendi.num.125.in fin.ff.de iureiuran.

## PRÆSVMPT. XXI.

### Teſtimonium teſtis, quando in vna parte falſum, præſumitur eſſe & in cæteris partibus falſum.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictum in aliqua ſui parte falſum, an & quando in cæteris partib.falſum præſumatur.*

*Quòd ſi teſtis dixit falſum in aliqua parte principali ſeu ſubſtantiali ipſius negotij controuerſi, in cæteris quoque partib. falſum dixiſſe præſumitur.num,2.*

3 *Atteſtationis fundamentum dicitur eſſe ipſa fides, quæ eſt indiuidua,& ex periurio violatur.*

4 *Teſtis falſitas in vno articulo arguit falſitatem in cæteris atteſtationib.aliorum capitulorum.*

*Idem,ſi in modico etiam eſſet falſitas.num.5.*

*Idem in teſtimonio in alia cauſa prolato ratione periurij. numer. 6.nam.*

7 *Periurus à dicendo teſtimonio repellitur,etiam poſt obtentam abſolutionem à periurio.*

8 *Teſtis dictum in aliqua parte falſum, totũ falſum cenſetur,etiam ſi prolatum eſſet pro cauſa pia.*

*Idem,ſi ignoranter & per errorem falſum eſſet prolatum.nu.9.*

10 *Teſtis debet atteſtari de his vel quæ vidit, vel quæ ſenſu corporis certa eſſe percepit,aliàs dolus præſumitur,nec ignorantiæ, vel erroris excuſatio prodeſt.*

*Et non niſi conſultò & deliberatione præcedente iuſiurandum aliquod ſubire debet.num.11.*

12 *Teſtis falſum deponens, aduerſus naturæ diuinaq; iura delinquit, vnde ignorantia eum non excuſat à dolo.*

*Diſtingue, vt num.13.vbi nu.14.oſtenditur, quòd probabilis ignorantia vel cauſa erroris poteſt ipſum teſtem excuſare,quæ relinquitur iudicis arbitrio.*

15 *Teſtis falſum dicens in diuerſis atteſtationibus nullo pacto excuſatur à periurio.*

16 *Teſtis dictum in vna parte falſum non vitiatur in cæteris partib. in his,quæ mediatè ſicq; remotè ſpectant ad negotium.*

*Idem quando deponeret de peritia artis, & conuinceretur per alios teſtes peritiores, quòd minus rectè teſtimonium dixiſſet. num.17.*

18 *Falſum ſine dolo committi non poteſt.*

19 *Teſtis ſi dixit falſum circa accidentia & circunſtantias,quæ nullo modo tangunt negotium, nec qualificant eius dictum, non vitiatur eius teſtimonium in cæteris partibus prolatum.*

20 *Iuramentum teſtis non extenditur ad accidentia & circunſtantias,ſed reſpicit ſolum ſubſtantiam ipſius negotij.*

21 *Teſtis falſitas commiſſa circa accidentia, & circunſtantias arguit & in reliquis falſitatem, quando ipſe teſtis iurauit dicere veritatem ſuper omnibus,de quibus interrogabitur.*

*Idem quo ad accidentia & circunſtantias, quæ ad cauſam ipſam faciunt.num.22.*

23 *Teſtis deponens falſum in ſola ratione ſui dicti & teſtimonij,præſumitur in omnibus periurus, & corruit in totum eius teſtimonium.*

*Euitat autem pœnam falſi.num.24.*

1 NON eſt longè † diſſimilis hæc diſputatio à ſuperiore: dum ambiguitur,quando teſtimonium teſtis in aliqua ſui parte falſum, in cæteris partibus falſum præſumatur. Qua ſanè in re conſtituo tres caſus.

2 Primus eſt, quando † teſtis dixit falſum in aliqua parte principali ſeu ſubſtantiali ipſius negotij controuerſi: Hoc in caſu regula conſtituitur:quod falſum atteſtatus pręſumatur in cæteris partibus. Ita ſcripſerunt gloſſa in cap.ſi teſtes.3.q.4. & gloſſa in cap.in noſtra.de teſtib.Innoc.in cap.fraternitatis. de hæret.& ibidem Cardin.col.1.verſic.ego autem dico. Ancharanus colum.1.Abbas col.1.verſ.ſicut dicimus.Io de Anna.col.2.verſ.& etiam dominus.& Felinus.num.22.ver.tertia concluſio.Idem affirmarunt Oldra.in conſ.37.Baldus.in l.ſi ex falſis in fine.C.de tranſact.& ibidem Salicetus & Caſtrenſ. in fine.& Alex.nume.13. qui communem eſſe opinionem teſtatur.Eandem opinionem probarunt Baldus in l.1.C.de fideicom.libe.& in l.vlt.col.4.in 4.opp.C.de edicto diui Adri. tollen.idem in cap.1. de contro.inter dominum & vaſal.Cared.in clemen.1.in fine.de teſtib.Imola Aretinus,& Alex.in l. 1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.obligatio. Abbas in cap.ex literis.colum.vlt.de.fide inſtrum.Alex.in conſi.44.& in conſ. 45.lib.2.Calca.in conſ.124.colum.penult.Ruin.in conſi.15. colum.2.libr.5.Curtius Senior in dicta.l.ſi ex falſis.num.49. Gratus in conſil.2.colum.2.& in conſilio 152.col.vlti.lib.2. Brunus in conſil.20.num.22. Pariſius in conſ.74.colum.3.in conſ.83.num.39.in conſi.504.num.141.& in conſi.107.num. 58.libro 1. idem in conſ.13.in fine.lib.3.& in conſ.53.nu.20. libro 4. Alciatus in l.1.§.ſed ſi mihi.nu.31.& num.57.de verb. obligatio.& in d.l.ſi ex falſis.num.15.C.de tranſact. Socinus Iunior in conſil.40.nume.13.& in conſ.41.num.13.lib.2.& vberius in conſil,132.num.16.lib.3. Antonius Gabriel in ſuis concluſionibus lib.7.tit.de Criminal.concluſ.4.nu.1.& Craue.in conſ.6.nu.14.& in conſ.9.nu.10.

3 Et huius † ſententiæ ea eſt ratio, quod fundamentum atteſtationis eſt ipſa fides,quæ dicitur eſſe indiuidua cap.pura. 3.q.9.Cùm ergo ex periurio fides violetur, tota ipſa atteſtatio corruit.

4 Extenditur primò, vt † procedat hic caſus etiam quò ad capitula ſeparata, quia falſitas teſtis in vno articulo arguit falſas eſſe cæteras atteſtationes aliorum capitulorum.Ita Oldra.in dicto conſilio 37.Anchar.& Io.de Anna in dicto cap. fraternitatis.de hæret.Alex.in conſil.133.num.7.libro 1.& in conſilio 27.columna vltima. & in conſilio 42. numero 12. libro ſecundo,vbi communem eſſe aſſerit. Antonius Gabriel in dicta concluſione 4.numero 2.& Alciatus in d.l.ſi ex falſis. num.15.

Nam eadem ratio periurij ſeu deficientis fidei, quæ totum teſtimonium complectitur, & hoc in caſu locum ſibi vendicat.

5 Extenditur † ſecundò, vt procedat etiam ſi in modico conſiſtat falſitas teſtis deponentis. Nam adhuc præſumitur falſa atteſtatio in aliis partibus.Ita docuit Baldus in cap.cum adeò.colum.1.de reſcrip.& ſequitur Antonius Gabriel in dicta concluſ.4.num.4.quo loci ait, eſſe diuerſum in modica varietate.

6 Extenditur tertiò, † vt procedat etiam in teſtimonio in alia cauſa prolato.Nam adhuc præſumitur in eo falſitas,ob id
7 quod periurus eſt, & tanquàm talis † à dicendo teſtimonio repellitur. Ita ſcribit Bal.in l.ſi veteris.nu.4.C.de fide inſtru. & in l.2.num.5.C.de fideicom.liber. Et hoc etiam procedit poſt obtentam abſolutionem à periurio, vt cenſuit gloſſ. in c.teſtimonium.ex illo tex.de teſtib.quam ſecuti ſunt Federicus de Senis in conſilio 23.colum.2.Iaſon in l.prætor ait.§. is etiam.nu.5.ff.de eden.& in l.in arenam.nu.5.C.de inoffic. teſta.Anto.Gabriel in d.concl.4.num.5. Marſilius ſing.273. prope medium.

8 Extenditur quartò, vt † procedat etiam ſi prolatum eſſet teſtimonium pro cauſa pia: Nam & tunc non ceſſat falſitatis præſumptio,& ob id non adhibetur ei fides. Ita ſcripſerunt Corne.in conſil.261.colum.5.verſ.& ſic concordant libro 1. Pariſius in conſ.24.nu.22.& num.37.lib.3.& Anto. Gabriel in d.concl.4.num.9.

9 Extenditur † quintò,vt procedat etiam,ignoranter,& per

errorem falſum eſſet atteſtatus. Non enim ob id excuſatur.
Ita Specul.in titul.de teſtib.§.1.in fine.Io. And.& Ancha.in
cap.fraternitatis.de hæret. Angel.in l.pro hærede.ff.de petit.
hæred. Aret.in cap.in noſtra. de teſtib. & idem in conſil.71.
num.1.Alex.in conſ.40.colum.2.lib.2. Alciatus in l.ſi ex fal-
ſis.num.13. C.de tranſact.Socin.Iunior in conſil.31.num.21.
in conſil.40.num.13.& in conſil.41.num.13. lib.2.Anto.Ga-
10 briel in d.concluſ.4.num.10.& num.15.& 16. Et huius † tra-
ditionis ea eſt ratio, quod debet quilibet ea pro teſtimonio
dicere,quæ vidit,vel ſenſu corporis certa eſſe percepit,vt me-
ritò excuſatio admittenda non ſit.Et præterea in his, quæ di-
ligentiam præcedentem requirunt, ſi ea adhibita non ſit,do-
lus præſumitur:nec ignorantiæ vel erroris excuſatio prodeſt.
Ita gloſſ.in capitulo ad falſariorum.vbi Ioan. de Anna.de cri-
11 mine falſi. Quod in teſte † maximè perpendendum eſt, qui
non niſi conſultò & præcedente deliberatione iuſiurandum
aliquod ſubire debet.cap.ex reſcripto.de iureiuran.Et rurſus
12 teſtis † falſum deponens aduerſus naturæ diuináque cura de-
linquit, vnde ignorantia non excuſat à dolo.l. plagij.C.ad l.
Fauiam.de plagia. & ſcripſi in Tract. de recuperanda poſſeſſ.
remedio.5.num.

Cæterùm ab hac opinione diſſentire viſi ſunt Baldus in d.
l.ſi ex falſis.ad finem.C. de tranſact. & Felinus in d. cap.fra-
ternitatis.num.22.de hæret.Diſtinguendo, conciliari ſolent
hæ opiniones à Felino & Ant. Gabriele præcitatis in locis,
& rectius ab Alciato in d.l.ſi ex falſis.num.15.verſicul.hac ta-
13 men in re.Aut nulla † eſt cauſa,qua teſtis probabilem habere
poſſit excuſationem ſui erroris & ignorantiæ: & tunc proce-
dit illa prima opinio Speculat.& ſequacium,vt ſcilicet ipſi te-
ſti nulla adhibeatur fides. Aut probabilis adeſt cauſſa, quia
error, vel ignorantia excuſationem meretur: & tunc fides ei
adhibetur: Quo ſanè in caſu locum habet opinio Baldi.Pro-
14 babilis † autem cauſſa erroris, vel ignorãtiæ quæ ſit,lege diſ-
finitum non eſt,& ob id à iudicis arbitrio pendet,vt præcita-
to in loco animaduertit Alciatus, & idem Alciat. in l.1.§. ſed
ſi mihi.num.60.ff.de verbor.obli.cuius traditionem & exem-
pla cum explicauerim in libr. 2. de arbitrariis iudicum. caſu.
308.ob id hic recenſere ſuperſedeo.

15 Extenditur ſextò, vt † procedat etiam ſi falſum dixiſſet in
diuerſis atteſtationibus. Ita Comeſ.in conſ.197.in fin.lib.2.
poſt Specul.& Butrium, quos recenſet. Ita etiam ſcripſerunt
Socinus Iunior in conſ.40.num.14.in fin.lib.2.& Anto.Ga-
briel in d.concluſ.4.num.11.

16 Declaratur † primò hic caſus, vt non habeat locum in his,
quæ mediatè ſicque remotè ſpectant ad negotium.Ita decla-
rant Aret.in cap.licet cauſam.col.4. de probat.& Ant. Gabr.
in d.concluſ.4.num.17.

17 Declaratur † ſecundò,vt non procedat in teſte deponente
de peritia artis, qui conuinceretur per alios peritiores, quod
minus rectè teſtimonium dixiſſet: Nam tunc eius dictum in
reliquis non vitiatur. Ita tradunt Aret.in cap.in noſtra.col.3.
verſic.ſecundò limitatur.de teſtib. Felinus in cap.fraternita-
tis.num.24.de hæret.Alciatus in d.l. ſi ex falſis.nume.15.ver-
ſic.quid item ſi teſtis.C.de tranſact.& Ant.Gabriel.in d.con-
cluſ.4.num.18.

Ea eſt ratio, quia in hoc teſte non dolus, ſed imperitia ar-
guitur,l.2.ff.quod quiſque iuris. Et in his probabilior eſt er-
ror, quàm quoties de viſu, vel alio corporis ſenſu affirman-
18 dum eſt. cap. cum cauſam. ibi Docto. de probat. cùm † ergo
hic ceſſet dolus, & conſequenter falſum, ex quo falſum ſine
dolo (vt aliàs diximus) committi non poteſt, ſequitur dicen-
dum,teſtimonium huius non repelli in cæteris partibus.

19 Secundus eſt huius † noſtræ diſputationis caſus, quando
teſtis dixit falſum circa accidentia & circunſtantias,quæ nul-
lo modo tangunt negotium,de quo agitur,nec qualificant fi-
dem teſtis. Nam tunc non vitiatur teſtimonium cæteris in
partibus prolatum. Ita Iacobus Butrig.in l. Lucius.ff. de iis,
qui notam. infam. Angelus in conſilio 194. Inno. in cap.fra-
ternitatis.de hæret.& ibidem Io. Andreæ col.1.Ancha.col.1.
Io.de Anna,colum.4. & Felinus.num.25.Butrius in cap.cùm
cauſam.in fine.de teſtib.Baldus & Salicetus in l.ſi ex falſis.in
fine.C.de tranſact.& ibidem cæteri omnes. Ruinus in conſil.
36.col.1. in conſil.41.col.1.lib.4. idem in conſil.149.col.1.&
col.6.num.... & in conſil.150.num.9.lib.5. Iaſon in l.2.nu-
mero 7.C.de bono.poſſeſſ.ſecund.tab. Curtius Sen.in d. l.ſi
ex falſis.num.53. Alciatus in l.1.§.ſed ſi mihi.num.58.de ver-
bor.oblig.Decius in conſil.100.col.3.verſic.ſimiliter falſitas.
in conſ.105.col.2.in conſ.163.col.6.num.... & in conſ.342.
num.... Pariſius in conſ.162. colum.2.num.... lib.4. Gra-
tus in conſ.152.col.vltim.lib.2. Socinus Iunior in conſ.189.
col.6.lib.2.& in conſ.17.numer.17.lib.3.Caſſane.conſil.52.
Gramma.in conſ.19.num.7.in conſ.23.in fine.in conſ.33.col.
vlt.& in conſ.47.nu....in criminal. idem in conſ.36. col.1.
num.... in ciuilib.idem in voto.36.col.vlt.& idem in deciſ.
42.num.... & in deciſ.60.num.16.Antonius Gabriel.in ſuis
concluſionibus.lib.7.de criminal.concluſ.4.num.12. Et hu-
20 ius ſententiæ ea eſt ratio, quia † iuramentum teſtis non ex-
renditur ad accidentia & circunſtantias, ſed ſolùm reſpicit
ſubſtantiam ipſius negotij. Et hic caſus locum habet ſiue an-
te ſiue poſt periurium teſtimonium hoc tuliſſet, ſicuti hanc
eſſe receptam opinionem teſtantur Socinus Iun.in conſil.41.
num.13.lib.2. & Anto.Gabriel.in d.concluſ.4.num.13.verſ.
ſed iſtam.

21 Declaratur primo † hic caſus, vt non habeat locum quan-
do teſtis ipſe iuraſſet dicere veritatem ſuper omnibus,de qui-
bus interrogabitur. Nam tunc falſitas commiſſa circa acci-
dentia & circunſtantias arguit falſitatem in reliquis: & ob id
habendus erit iſte vt falſarius. Ita Baldus in d.l.ſi ex falſis.in
fine.C.de tranſact.& in rub. de controuerſ.inueſtit.colum.1.
Aret.in cap.in noſtra.col.2. de teſtib.& in conſ.71.num.1. A-
lex.in d.l.ſi ex falſis.col.pen.C.de tranſact.idem in conſil.44.
col.pen.lib.2. & in conſil.28. col.3. verſic.prætereà dictum.
lib.6. Riminal.Sen.in d.l. ſi ex falſis.ad finem.Felinus in cap.
fraternitatis.num.23.de hæret.Boër.q.245.num... Crauet.in
conſ.99.num.8.Ant. Gabriel.in d.concluſ.4.num.13. Alcia-
tus in d.l.ſi ex falſis.in fin.verſ.nam & Bald.

22 Declaratur ſecundò, vt † non procedat quo ad illas cir-
cunſtantias & accidentia, quæ ad cauſam ipſam faciunt. Ita
declarat Alciatus in d.l.ſi ex falſis.ad finem.verſic.num verò,
qui tamen ait, hunc teſtem euitare pœnam falſi.Idem Alcia-
tus latè in l.1.§.ſed ſi mihi.num.58.de verb.oblig.

23 Tertius eſt caſus, quando † teſtis non dixit falſum nec in
ſubſtantialibus, nec in accidentalibus: ſed ſolùm in ratione
ipſa ſui teſtimonij. Hoc in caſu totum eius teſtimonium cor-
ruit. Ita Ancha.in conſil. 24. num... Riminald. Sen.in d.l.ſi
ex falſis,in fine.C.de tranſact.& ibidem Alciatus in fine, qui
eiuſdem ſententiæ recenſet Felinum in cap. fraternitatis, in
fin.de teſtib.Inquit tamen Ancharanus & cum eo Felinus, &
24 Alciatus, hunc † teſtem puniri non poſſe pœna aliqua falſi:
cum verè falſum teſtimonium non dixerit.

## PRÆSVMPT. XXIII.

### Falſum teſtimonium quando ex repugnantia & contrarietate præſumatur, diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium an & quando præſumatur falſum ob repugnantias & contrarietates.*
*Quòd regulariter præſumuntur falſa teſtimonia, quando teſtes eadem de re interrogati contraria & repugnantia atteſtati ſunt.num.2.*
*Idem quando varia dixerunt teſtimonia, & puniri poſſunt ſicut ij, qui falſum atteſtati ſunt.num.3.*
4 *Teſtis repugnantia & varietas efficit, vt nulla ipſius atteſtationi fides adhibeatur.*
5 *Iudex non debet ferre ſententiam pro eo, cuius teſtes varij ſunt & pugnantes.*
6 *Teſtis dictum varium nec etiam pro pia cauſa fidem facit.*
8 *Varietas & repugnantia in teſte arguit dolum, & ideo tenetur de falſo.*
8 *Teſtis varietas & repugnantia in dicto ſuo tolerabilis non vitiat eius teſtimonium, vt ſi proueniat ex cauſa obliuionis temporis.*
*Idem quando dicta pugnantia & contraria poſſunt conciliari, numero 9.*

*Et quo-*



*Et quomodo poßint conciliari.num.10.& ſeq.*
11 *Verba poſſunt impropriari, vt euitetur falſum.*
12 *Teſtium dicta ſunt iuuanda vt conueniant, non autem cauillanda.*
13 *Teſtes in dubio præſumuntur eſſe conteſtes.*
*Secus ſi deponant de tempore, quia præſumuntur ſingulares. num.14.*
15 *Teſtes ſi atteſtantur de his, quæ per ætatem ſcire non potuerunt præcisè, non ex hoc falſum dixiſſe cenſentur.*
*Idem quando eſſent varij & contrarij in aliquibus accidentalibus & acceſſorijs.nu.16.*
*Minuitur autem eorum fides.nu.17.*
18 *Teſtes non præſumuntur falſi, quando ob nimiam incertitudinem veritas ignoratur, & hinc inde producti ſunt inuicem contrarij.*
*Idem quando ignorantia & fatuitas potius quam malitia & dolus ex qualitate perſonæ conijcitur.nu.19.*
*Idem in varietate & diuerſitate verborum, quæ tamen eadem ſunt in ſubſtantia.num.20.*

1 EFFECIT diſputatio, quàm † ſuprà proximè
habui,vt hoc loco diſſererem, quando falſum
præſumatur teſtimonium ob repugnantias, &
2 contrarietates.Et † verè pro regula conſtituen-
dum eſt, falſa præſumi teſtimonia, quando te-
ſtes eadem de re interrogati contraria & pugnantia atteſtati
ſunt.l.eos.in princ.ff.ad l.Corne.de falſis. Et in l.qui falſo.vel
3 variè.ff.de teſtibus. ſcriptum reperitur eos † qui varia dixe-
runt teſtimonia,puniri,ſicuti & ij,qui falſum atteſtati ſunt:&
ſcribunt Bart. in d.l.eos.ff.de fal.Alex.in l.inter ſtipulantem.
§.ſi Stichum.col.5.de verbor.oblig.Deci.in conſ.8.nu.8.Pa-
riſius in conſ.53.num.20.in conſ.61.numero 10.& in conſilio
4 152.num.19.libro.4.Efficit † etiam hęc repugnantia & varie-
tas,vt nulla ipſis atteſtationibus fides adhibeatur,ob id iudex
5 ferre † non debet ſententiam pro eo, cuius teſtes varij pu-
gnanteſque ſunt, vt ſcripſerunt Innoc.in cap.præterea.de te-
ſtibus.cogen.Butrius in cap.cum in tua.col.vlt.de teſtibus.&
alios commemorat Gramma.in conſ.26.num.20.in conſ.31.
num.8.in conſil.33.num.2.& in conſil.38.in fine. & in conſil.
44.num.10.in criminalibus. Idem in voto.31.num.19. Imò
6 † nec pro pia cauſa fidem facere reſpondit Pariſ.in conſil.24.
7 num.22.lib.3. Et cùm † de varietate & repugnantia apparet,
dolus pręſumitur,atque ita tenetur de falſo.Are.in cap.in no-
ſtra.de teſtibus. & Alciatus de præſumptio.reg.2.præſumpt.
31.num.3.

8 Declaratur † primò hæc ſententia,vt locum non habeat in
varietate & contrarietate tolerabili,ſicuti in ea, quæ ex cauſa
obliuionis temporis cauſatur. Ita Archidia.in cap.nihilomi-
nus.3.q.9.Inno.in c.qualiter.il 2.de accuſa.Bar.in l.qui bona.
§.ſi quis ſtipulaturus.ff.de damno infecto.Barb.in conſ.pen.
col.9.verſ.item iſta varietas.lib.2.

9 Declaratur † ſecundò,vt non procedat quando pugnantia
& varia poſſunt conſiliari, ſicuti multis comprobant Decius
in l.vbi repugnantia.num.4.de reg.iuris.& in conſ.517.num.
4.Boer.q.252.num.2.Alciatus.in Tract.de præſumpt.reg.2.
præſumpt.31. Pariſius in conſilio 102.num.19.lib.1. & Soci-
10 nus Iunior in conſilio 125.nu.16.lib.1.Poteſt adferri † exem-
plum, quando actus de quo teſtes dixerunt teſtimonium, eſt
reiterabilis:ſicuti cùm teſtes aliqui dixerunt,ſe fuiſſe rogatos
à notario:alij fuiſſe rogatos à partibus.Nam ex quo actus ro-
gationis eſt reiterabilis,cõciliari poſſunt,vt ſemel à partibus,
& iterum à notario fuerint rogati.Ita reſpondit Iaſon in cõ-
ſilio 124.colum.4.verſ.condeſcendo.lib.1. Quæ ſanè decla-
11 ratio † procedit etiam vt verba impropriari poſſint ad eui-
tandum falſum, vt docuit Socinus in l.ſi quis cum totum.nu.
5.ff.de except.rei iud.qui dixit, conciliari poſſe teſtes, quo-
rum aliqui dixerunt poſſeſſorem poſſediſſe totum fundum,
alij dixerunt poſſediſſe fundum,vt intelligatur hæc indefinita
æquipollere vniuerſali,etiam ſi impropriè id eueniat. Ita pa-
riter reſpondit Imol.in conſi.101.num.3.quod ſi aliqui atte-
ſtantur poſſeſſorem poſſediſſe perplures annos,alij poſſediſſe
vt in capitulis ab ipſo poſſeſſore deductis, & ſi ea capitula
plus vel minus contineant,conciliatio fit,vt conueniant atte-
12 ſtationes. Et huc † facit, quod dicta teſtium ſunt iuuanda,
vt conueniant, non autem cauillanda, quemadmodum tra-
dunt Curtius Senior in tracta.de teſtibus.concluſ.60.& De-
cius in conſilio 100.num.2.& 3.qui multis confirmant. Et in
13 dubio † præſumitur teſtes eſſe conteſtes. Gramma.in conſil.
14 27.num.12.in criminal.Craue.in conſil.78.nu.9.Quod † nõ
procedit quando teſtes de tempore ſunt atteſtati. Nam tunc
præſumuntur ſingulares.Ita poſt alios Ruinus in conſ.35.nu.
16.& in conſilio 36.num.5.lib.4.& in conſ.12.nu.5.lib.5.

15 Declaratur † tertiò, vt non habeat locum hæc ſententia,
quando teſtes atteſtantur de his, quæ per ætatem ſcire non
potuerunt præcisè. Nam fit interpretatio, quod dolo id non
dixerint, egregiè Comenſ.in conſil.91.col.2. & Socinus Se-
nior in conſilio 56.numero 14.libro 4.qui ad rem hanc plura
ſcribunt.

16 Declaratur quartò, vt non procedat, quando eſſent varij,
vel contrarij in aliquibus accidentalibus & acceſſoriis. Non
enim ex eo arguitur dolus, & falſitas.gl.in c.dudum.de con-
uer.coniug.Bal.in l.ſi ex falſis.C.de tranſa.Barb.in conſ.pen.
col.9.lib.2.Alex.in l.2.num.18. & ibidem Iaſ.nu.9.C.de bo-
nor.poſſeſſ.contra tab.& Decius in l.2.§.creditum.nu.7.ff.ſi
certum pet.& in conſ.105.col.pen.Rui.in conſ.36.nu.3.lib.4.
& Alciatus in l.1.§.ſed ſi mihi.nu.58.de verb obli. Eſt tamen
17 † obſeruandum,quod horum teſtium fides minuitur. Ita Bal.
in d.l.ſi ex falſis.& Craue.in conſ.260.nu.5.in fi. Et rurſus in-
telligit Alciatus præcitato in loco, niſi accidentalia hæc ad
cauſam aliquo modo pertineant.

18 Declaratur † quintò,vt non procedat,quando ob nimiam
incertitudinem veritas ignoratur, ſicuti contingit, quando
teſtes hinc inde producti à partibus ſunt inuicem contrarij.
Nam tunc nemo horum teſtium puniri poteſt de falſo. Ita
Alex.in l.duobus.§.idem Pomponius.ff.de iureiur.& ibidem
Iaſon.Idem affirmarunt Decius in conſi.602.nu.8.& Gram-
ma.in deciſ.60.nu.3.& in voto.26.nu.15.qui multis compro-
bant ſimilibus.

19 Declaratur ſextò, vt † non prodedat, quãdo ignorantia &
fatuitas potius quàm malitia & dolus ex qualitate perſonæ
coniicitur.Sicuti cõtingit in idiota & ruſtico.Ita Angel.in §.
& licet.in auth.de teſtib. & Soci.Sen.in l.ſi is, qui ducenta.§.
vtrum.num... ff.de reb.dubiis. Idem ſenſit Alcia.in in tract.
de præſump.reg.2.præſump.31.nu.3. Verùm ab hac declara-
tione diſſentiunt Baldus in l.ſcripturæ. col.vlt.verſ. quærunt
Docto.C.de fide inſtr.Decius in l.vbi repugnantia.nu.1.ff.de
reg.iuris. vbi Cagnolus nu... Ego verò in commentariis de
arbitrariis iudicum.lib.2.caſu 194.nu.58.ſcripſi,hoc relinqui
iudicis arbitrio.

20 Declaratur † ſeptimo, vt non habeat locum in varierate
diuerſitateque verborum: cùm tamen eadem eſt ſubſtantia.
Nam tunc nec dolus,nec falſitas præſumitur, & teſtium fides
manet.Butrius in capit.nihil de verbor.ſignificat.& Barba.in
conſilio 32.col.vlt.verſ.& accedat ad prædicta.lib.1.

## PRÆSVMPT. XXIIII.

### Partus ſuppoſiti an & quando præſumantur.

### SVMMARIVM.

1 *Partus ſuppoſiti crimen inter delicta falſitatis enumeratur: & an & quando præſumatur.*
2 *Falſum non præſumitur ob qualitatem perſonarum, quæ de falſo arguuntur.*
3 *Partus ſuppoſitio teſtibus probari poteſt.*
4 *Partus præſumitur ſuppoſitus, quando mulier eius eſt ætatis, vt ſecundum naturam concipere nequeat, vt ſi exceßit 50. annum.*
*Et quid de partu mulieris non excedentis quinquageſimum annum.num.5.*
6 *Partus quinquagenariæ & ſi mirabilis, legitimus eſſe poteſt ſanctione Iuſtiniani.*
7 *Federicus Imperator fuit conceptus à matre quinquagenaria, cuius Pater Henricus, vt omnem tolleret ſuſpicionem, voluit eam publicè omnibus videntibus parere.*
*Sed non defuerunt, qui hunc partum ſuppoſitiũ iudicarent.nu.8.*

 9 *Maſculus*

quando mulier hoc de crimine accuſata ſponte ſua iudici ſè præſentauit, & carcerem libenter eſt ingreſſa. ſic dixi in d. præſump. 19. nu. 54. extenuari coniecturam falſi.

29 Quintò diluitur, † vel extenuatur hæc coniectura, quando, filius ipſe, qui aſſeritur ſuppoſitus diu perſeuerauit in quaſi poſſeſſione filiationis. Ita dixi in d. præſump. 19. nume. 56. tolli falſi ſuſpicionem.

Non eſt quod hic differam, cum noſtri non ſit inſtituti, quomodo & quando iudicium partus ſuppoſiti pertractatum aduerſus mulierem, quæ partum ſibi ſuppoſuit, vel alios participes criminis noceat ipſimet partui. Quo circa conſulendi ſunt Salicetus in l. 1. C. ad l. Corneliam de falſis, & Boſſius in dicto titulo, de partu ſuppoſito.

## PRÆSVMPT. XXV.

### Calumniari, quando quis præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Calumnia non multum differt à falſi crimine: calumniator enim falſam intendit accuſationem.*

*2 Calumnia committi ſolet tam in cauſis ciuilib, quam in criminalibus.*

*3 Actor non præſumitur in ciuilibus per calumniam mouiſſe actionem, præſertim quando in actione propoſita adhibitum fuit iuramentum calumniæ.*

*Non excuſatur tamen ab expenſis, ſi per ſententiam ſuccubuit nec excuſatur à præſumpta temeritate. num. 4.*

*5 Calumnia ceſſare præſumitur in cauſis priuatorum quando ceſſat in cauſis fiſci.*

*6 Accuſator, qui accuſatione propoſita differt, ſubterfugitque iudicium, calumniator præſumitur.*

*7 Litigator aſſiduus calumnari præſumitnr.*

*8. Faciens in iudicio, quod fieri nec debet, nec ſolet calumniatur præſumitur.*

1 NON multum à falſi † crimine recedit calumniæ delictum: Nam & calumniator falſam intendit accuſationem. Quare ſicuti falſum non præſumitur vt diximus ſupra, ita nec calumnia.
2 Porrò cum † calumnia committi ſoleat tam in cauſis ciuilibus quàm in criminalibus, dicendum eſt,
3 nec quidem in † ciuilibus præſumi actorem per calumniam mouiſſe actionem. Et tunc maximè, quando in actione propoſita adhibitum fuit calumniæ iuramentum. Nam tunc actor excuſatur à præſumpta calumnia: & ſi non excuſatur ab † ex-
4 penſis, ſi per ſententiam ſuccubuit. Cum non excuſetur à præſumpta temeritate. Ita tradunt Abbas in capit. finem litibus. num. 21. de dolo & contum. Salicetus in l. qui crimen in fi. C qui accuſ. non poſſ. Iaſon in l. 3. q. 1. nume. 18. notab. ff. de iure iuran. & in l. properandum. §. ſin autem alter citra. numero vndecimo. C. de iud. & M. Antonius Baueria in Tract. de virtute iuramenti. priuil. 47.

5 Ita pariter † calumnia ceſſare præſumitur in cauſis priuatorum, quando ceſſat in cauſis fiſci. l. iuſtas. C. de iure fiſci lib. 10. & tradit Lucas de Pēna in l. 3. præſump. 125. C. de apochis publ. lib. 10.

6 Declaratur † primò hæc ſententia, vt locum non habeat, quando accuſator, accuſatione propoſita, differt ſubterfugitque iudicium. Nam tunc præſumitur ille calumniari. §. oportet autem verſic. ſi tamen is, in Auth. quomodo oporteat epiſ. & tradunt Arch. in cap. cum olim. verſi. ſubterfugium. de hæret. in 6. & Lucas de Penna in d. l. 3. præſump. 134. C. de apochis publ. libro 10. Et ad rem hanc pertinent illa, quæ ſcripſi ſupra lib. 2. præſump. 91. dum explicaui præſumptionem illam, quod ſubterfugiens judicium præſumitur de cauſa ſua diffidere.

7 Declaratur ſecundò, vt locum † non habeat in aſſiduo litigatore: enim calumniari præſumitur. Ita probant cap. ſuſpectos. & cap. nullus. 1. q 5. & reſpondit Barb. in conſ. 7. col. 8. li. 2. & in conſilio 31. colum. 3. libro quarto qui ſimilibus comprobauit.

8 Declaratur tertiò, vt † non procedat in eo qui facit in iudicio, quod fieri nec debet, nec ſolet. Ita Decius in l. ſi idem cum eodem. §. quod mutuæ. num. 4. ff. de iuriſd. om. iud.

## PRÆSVMPT. XXVI.

### Colludere duos litigantes, quibus detegatur coniecturis.

### SVMMARIVM.

*1 Colluſio inter crimina & delicta numeratur.*

*Detegitur verò colluſio præſumptionibus, & coniecturis, & quibus nu. 2. cum ſeq.*

*3 Litigantium quando vnus eſt victus ob id, quod noluit defendere cauſam, producendo iura, quibus illam tueri potuiſſet, colluſiſſe præſumitur.*

*Idem quando victus non appellauit à ſententia à qua appellare potuit. num. 4.*

*Idem quando vnus ſubminiſtrauit alteri litiganti impenſam litis. num. 5.*

1 CVM calumniæ crimini per ſimile ſit hoc colluſionis, de eo agendum nunc eſt. Et primum † dicimus, inter crimina & delicta numerari colluſionem. cap. 1. & cap. pen. de colluſ. deteg. Detegitur
2 autem colluſio † coniecturis & præſumptionibus: ſicuti ſcripſerunt Baldus in l. 1. in fine. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Ioan. de Anna. in rub. extra de colluſ. deteg. & in cap. penul. col. 2 verſ. nota, quod hic. eo. titu. & Hieronymus Bigas in Tract. de penſionibus. q. 24. in fine. & Verallus in deciſ. 143. nu. 1. parte prima. Coniecturæ nonnullæ conſiderari à noſtris ſolent.

3 Prima quarum eſt, quando † vnus litigantium victus eſt ob id, quod noluit defendere cauſam, producendo iura, quibus illam tueri potuiſſet. Ita Alciatus in reſp. 492. num. 34. Secundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem, & Ludouicus Molina in lib. 4. de Hiſpano. primogen. cap. 8. nu. 9. ex ſententia Decij in conſ. 309. num. 4. verſ. verum, quia iſta. Et probat tex. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. de leg. 1. ibi. *Vel minus penè defendit canſam.*

4 Secunda eſt † coniectura, quæ non multum à præcedenti recedit quando victus non appellauit à ſententia à qua appellare potuit. Hic, etenim colluſiſſe præſumendum eſt: ſicuti annotauit Molina. in d. cap. 8. num. 10.

5 Tertia eſt coniectura, quando † vnus ſubminiſtrabat alteri litiganti impenſam litis. Ita in ſpecie Verallus in dicta deciſ. 143. num. 4. quo loci refert, aliis modis detegi poſſe colluſiones & fraudes, quæ fiunt inter contrahentes ad detrimentum alicuius prætendentis ius in re illa.

## PRÆSVMPT. XXVII.

### Delictum à ſeruo famulo, vel filio, vel altero ſanguineo coniuncto, aut amico non præſumi commiſſum voluntate dominis patris, affinis, vel amici.

### SVMMARIVM.

*1 Delinquere nemo præſumitur.*

*2 Seruus, qui delictum commiſit, non præſumitur voluntate domini commiſiſſe.*

*3 Dominus tenetur ſolummodo præſtare ſeruum pro noxa.*

*Et præſumitur ipſum ignorare quæ à ſeruo ipſo geruntur. num. 4.*

*5 Homo liber, qui deliquit, non præſumitur deliquiſſe voluntate & conſenſu patroni.*

*6 Scholaſticus non tenetur pro delicto famuli, cum ſuo conſenſu deliquiſſe non præſumitur.*

*7 Filius, qui deliquit, nō præſumitur deliquiſſe volūtate & conſenſu patris.*

*Idem in ſanguine coniuncto & affine. ibid.*

*Idem ſi filius collocutus ſit cum patre, & illi annuerit: vel ſeruus cum domino: quia præſumitur potius quòd conſilium dederint, quàm quod mandauerint committi delictum. nu. 8.*

*Idem*



*Idem quando filius vel ſeruus dixit ſe velle aliquem occidere, & pater vel dominus tacuit. num. 9.*

*Idem quando ipſe pater vel dominus verbis tantum enunciatius annuit. num. 10.*

*11 Seruus præſumitur voluntate domini commiſiſſe delictum, quando ipſe dominus conſultus de delicto committendo, vel videns illud committi tacuit.*

*Idem quando delictum habuit cauſam continuam & ſucceſſiuam, cui ipſe dominus potuit veriſimiliter occurrere. num. 12.*

*13 Teſtium examinatio ſi fuit impedita à conſanguineo illius, contra quem teſtes fuerunt producti, præſumitur facta volente ipſo conſanguineo, ſi modò fuit impedimentum ſucceſſiuum.*

*14 Delictum perpetraſſe dicitur, qui actui momentaneo potuit occurrere, nec prohibuit, præſumitur. n. conſenſiſſe,*

*15 Dominus delicto ſerui conſenſiſſe præſumitur, quando appareret, de ſcientia ipſius ex coniecturis, etiam ſi agatur de actu momentaneo.*

*16 Dominus ſi ad aures famuli aliquid ſecretò dixit, & deinde ſtatim inimicus ipſius domini reperitur occiſus, mandato ipſius factum præſumitur.*

*17 Delictum commiſſum à ſeruo improbo & nequam præſumitur voluntate ipſius domini commiſſum.*

*18 Furtum à ſeruo commiſſum præſumitur conſenſu domini commiſſum, ſi ipſe ſeruus ſit improbus & nequam.*

*Non punitur tamen dominus eadem pœna, qua plectendus eſt ſeruus, ſed mitiori, arbitrio iudicis. num. 19.*

*20 Caupones & nautæ tenentur pro delictis ſeruorum ac famulorum ſuorum.*

*21 Seruus iudicis ſi minatus ſit ei, contra quem iudex dominus ipſius tulit ſententiam, ne appellet, præſumitur conſenſu ipſius domini minas intuliſſe.*

*22 Magiſtratus tenentur de delicto familiæ & officialium ipſorum, quib. conſenſum præſtitiſſe præſumuntur.*

*23 Filius, ſeruus, vel quiſuis alter quando patris, domini vel alterius conſilio delictum commiſit, præſumptio eſt, quod niſi datum fuiſſet huiuſmodi conſilium, tale delictum ſecutum non fuiſſet.*

1 MAGNA adeò eſt iuris † præſumptio, quòd nemo delinquere præſumatur, vt etiam ſi
2 † alicuius ſeruus delictum commiſerit, non prꝑſumatur tamen commiſiſſe voluntate domini. Et propterea dominus tenetur † ſo-
3 lummodò præſtare ſeruum pro noxa. l. 2. ff. de noxa. act. Ita in ſpecie præſumptionem hanc probauit Alciatus in Tract. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 40. nu. 1. Eiuſdem opinionis fuerunt Felinus in cap. 1. in princ. num. 3. ff. ne quis eum, qui in ius voca. eſt vi eximat. idem in l. ciuitas. nu.... ff. ſi cert. peta. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. nu. 14. ff. de operis noui nuntia. poſt Bartolum Roma. & Alex. ibidem. Afflictus deciſ. 82. num. 2. Lud. Carrerius in Practica criminali. §. homicidium. num. 39. Tiraq. in Tract. de nobilitate. q. 23. nu. 9. & in Tract. de iure primogen. q. 37. nu. 125. & Petrus Placa lib. 1. epitome delictorum. cap. 14. numer. 2. & eandem traditionem ego ipſe affirmaui in conſil. 53. num. 12. Qua quidem ſententia, præter commemoratam rationem, ſatis probatur
4 in cap. Petrus. de homicid. Et præterea † accedit alia ratio, quod prꝑſumptio eſt dominum ignorare quæ à ſeruo geruntur, vt ſcribunt glo. in cap. quia præſulatus. 1. quæſt. 4. Alex. in conſil. 45. numer. 5. lib. 1. Boēr. quæſt 277. numer. 7. & Ripa in Tract. de peſte, in tit. de remediis ad conſeruanda vbertatem. num. 135.

5 Extenditur primò † hæc præſumptio, vt locum etiam habeat in libero homine, qui nec ipſe præſumitur deliquiſſe voluntate & conſenſu patroni. Ita Baldus in l. 1. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi eximat. & ibidem Iaſon. nu. 3. idem Baldus in l. 1. in primo notab. ff. ſi noxa. cauſa agatur. quos ſecutus eſt Alciatus in d. præſumpt. 40. nume. 2. Et his accedit
6 † Lud. Bologn. in auth. habita. num. 22. C. ne filius pro patre cùm dixit, Scholaſticum non teneri pro delicto famuli, cum is ſuo conſenſu deliquiſſe non præſumatur.

7 Extenditur ſecundo, vt † procedat etiam in filio, qui non præſumitur deliquiſſe voluntate & conſenſu patris. Ita Inno. in cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia. Baldus in l. ad inuidiam. C. quod metus cauſa. in l. is, cuius. in fine. ff. ſi ſer. vend. & in l. 1. C. ſi quacumque præd. poteſta. Curtius Sen. in d. cōſilio 41. ſuper proceſſu. column. 1. qui idem eſſe cenſuit, in ſanguine coniuncto & affine.

8 Extenditur tertiò, vt † procedat etiam ſi collocutus eſt ſeruus, cum domino, vel filius cum patre; & illi annuerunt: præſumitur potius quod dederint conſilium quàm quod mandauerint committi delictum. Ita egregiè Aretinus in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. nu. 11. ff. de acq. hæ-
9 red. Eſt † idem quando filius, vel ſeruus dixit, ſe velle aliquē occidere, & pater, vel dominus tacuit. Nam & tunc volente ſe dicitur committi homicidium. Ita Felinus in d. cap. Pe-
10 trus. numero tertio de homicid. Idem eſt † quando ipſe pater, vel dominus aliquibus verbis enuntiatiuis annuit. Ita Iaſon in l. 1. num. 32. C. de ſeruis fug.

11 Declaratur primò, vt locum † non habeat hæc præſumptio illis in caſibus, in quibus conſenſus generaliter præſumitur, ſicuti quando dominus conſultus de delicto committendo, vel videns illud committi, tacuit: Nā tunc præſumitur ſuo conſenſu commiſſum. cap. Petrus. de homic. vbi Felinus.
12 num. 4. & cap. Matthæus. de ſimo. Idem † quando delictum habuit cauſam continuam & ſucceſſiuam, cui dominus potuit veriſimiliter occurrere, vt probat. cap. conſtitutus il 1. vbi Abbas. nu. 3. de teſtib. Et idem Abbas in c. cum cauſam. nu. 19. eo. tit. cùm dixit, teſtium examinationem impeditam
13 † à conſanguineo illius, contra quem teſtes fuerant productis, præſumi factam volente ipſe cōſanguineo: ſi modò fuit impedimentum ſucceſſiuum. Et abbatem ſecuti ſunt Lucas de penna in l. 3. col. 4. verſ. 69. præſumitur. C. de apochis publ. lib. 10. Baldus in l. 1. in fine. C. ſi quacumque prꝑditus poteſta. Felinus in d. cap. Petrus. num. 4. de homicid. qui quidem aliquot ſimilibus comprobat. Alex. in conſ. 69. nu. 9. lib. 2. Placa lib. 1. epitome delicto. cap. 14. nu. verſ. aut ſumus in dubio.
14 Idem † eſt quando actui momentaneo potuit occurrere atque ita prohibere delictum committi. Qui enim prohibere potuit & non prohibuit culpa non caret atque ita præſumitur conſenſiſſe. Ita Felinus in d. cap. Petrus. nume. 6. de homicid. poſt Baldum in cap. veritatis. de dolo & contum. Et illos eſt ſecutus Placa in d. c. 14. num. 4. ad finem. Idem reſponderunt Curt. Sen. in conſil. 41. ſuper proceſſu. column. 2. & Oſaſcus deciſ. 104. numer. 7. Idem eſt quando appareat
15 de † ſcientia domini ex aliquibus alijs coniecturis. Nam & tunc etiam ſi agatur de actu momentaneo: attamen præſumitur id factum ex voluntate & conſenſu domini: vt puta ſi dominus dixit ſeruo, fac vt aliquid noui audiam: & deinde inimicus ipſius domini reperitur occiſus. Præſumitur id factum de voluntate domini. Ita Bartol. & alij in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. Baldus in l. 2. column. 3. C. de ſeruis Iaſon in l. . num. 28. C. de ſeruis fugitiuis & Petrus Placa lib. 1. epitome delicto. cap. 14. num. 6.
16 Vel ſi † dominus ad aures famuli ſecretò aliquid dixit; & deinde ſtatim inimicus ipſius domini reperitur occiſus. Nam tunc id præſumitur factum de voluntate domini. Ita Bart. in l. ſi ventri. §. vltim. ff. de priuileg. cred. & Baldus in l. multum. colum. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Felinus in d. cap. Petrus. num. 5. verſic. ſicut etiam. Placa. in d. cap. 14. num. 5. & 6. & Alciatus in d. præſump. 40. nume. 2. Et accedit quod poſt Baldum in l. cum ſententiam. C. de interlocut. om. iud. dixit Neuiz. in lib. 2. Syluæ nupt. num. 66. ſecretam allocutionem ad aures parere ſuſpicionem.

17 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat hæc præſumptio, quando aliàs ſerui vel, famuli eſſent homines improbi, vilis conditionis, & nequam: Nam tunc delicta ab eis commiſſa præſumuntur conſenſu domini perpetrata. Ita Card. in clem. ne in agro. §. porrò. in 4. notab. de ſtatu mona. Felinus in d. cap. Petrus. num. 7. de homic. Decius in l. 2. nu. 8. C. de pactis. & Alciatus in d. præſump. 40. nu. 2. verſi. ſecundò limita. & in l. pronuntiatio. §. ſeruientium. nn. 34. de verb. ſignific. Placa in d. cap. 14. numero 1. & Craue. in conſilio 35. numer. 16. Atque ita intelligi ac declarari poteſt
18 Alex. in conſilio 69. num. 5. lib. 2. cùm † reſpondit, furtum à ſeruo commiſſum præſumi commiſſum volūtate & cōſenſu domini: intelligitur ſanè Alex. loqui de ſeruo aliàs nequam

& impro

& improbo. Ita etiam intelligi poſſunt Barb. in conſilio.23. columna. antepen. lib.3.& Marſilius in conſilio 3. num.18. Et eandem declarationem ego ſecutus ſum in conſil. 53. numero 26.Quæ quidem ſatis probatur ex l.vltim.§.ſeruorum. ff. nautæ caupo.ſtabul.ex l.vltim.C.de abigeis.& clem.ne in agro.§.porrò.de ſtatu mona. De his loquitur Cicero in act. 3. in Verrem,cùm aduerſus Verrem dicebat.

*Comites illi tui delicti manus erant tuæ: præfecti: ſcribæ, medici, aceenſi, aruſpices, præcones, manus erant tuæ: vt quiſque te maximè cognatione: affinitate, neceßitudine aliqua attingebat,ita maximè manus tua putabatur. cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua ſine controuerſia fuit, quidquid ab horum quopiam captum eſt, id non modò tibi datum, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt.*

Hæc Cicero.Et idem paulò poſt.

*Primum omnium opera tanta danda eſt, vt eos nobiſcum educemus, qui noſtræ famæ, capitíque conſulant. Deinde ſi in hominibus eligendis nos ſpes amicitiæ fefellerit, vt vindicemus: miſſos faciamus, ſemper ita viuamus,vt rationem reddendam nobis arbitremur.*

Hæc ille. Et aliquanto poſt.

*Sed tu,cùm & tuos amicos in prouinciam quaſi in prædam inuitabas, ac cum illis, ac per eos prædabare, & eos in concione anulis aureis donabas, non ſtatuebas tibi non ſolùm de te, ſed etiam de illorum factis rationem eſſe reddendam?*

19 Cæterùm ſcribit Alciatus in d. præſum. 30. ver. non video tamen. &c. dominum † hoc in caſu non puniri eadem pæna, qua plectendus eſt ſeruus: ſed mitiori, arbitrio iudicis. Qua de re ſcripſi in lib. 2. de arbitrarijs iudicum. ca-
20 ſu. 345. Et ex prædictis † infertur, Cauponas & nautas teneri pro delictis ſeruorum ac famulorum ſuorum, ex quo voluntate dominorum deliquiſſe præſumuntur. l. 1. ff. nautæ caup. ſtabul. & ſcribit Alciatus præcitato in loco, ſic declarans reſponſum Io. de Anna.in conſil, 2. & Iaſon.in l. 1.
21 num. 14. C. de ſeruis fugit.Declaratur tertiò,vt locum † non habeat hæc præſumptio, quando ſolùm agitur de aliquo excuſando,vt putà ſi is, contra quem lata fuit ſententia,non appellauit, aſſerendo, ſe non appellaſſe ob id, quod ſerui ipſius iudicis ei minati ſunt, vel conſueuerunt appellantibus timorem incutere. Hoc in caſu quò ad excuſandum hunc non appellantem, præſumitur quod illatus ille metus à ſeruis fuerit mandato & conſenſu iudicis illatus. Ita in ſpecie declararunt Felinus in d.cap. Petrus.num. 4. verſ. fallit tertiò. de homicid. & Alciatus in d. præſumpt. 40. numero 3. verſ. quartò limita.ex ſententia Bart.in l.1.§.vlt. ff. quo vi aut clàm.Et illum ſecuti ſunt.Aret.in cap. conſtitutus,de teſtibus & Gramma.deciſ.28. num.8.

22 Declaratur quartò, vt locum † non habeat in familia & ſeruis officialium ac magiſtratuum, ſi ij delinquunt in ipſo officio,cui præpoſiti ſunt, ipſe dominus tenetur,cum præſumatur eo volente & mandãte deliquiſſe.l.1.§.familiæ.ff.de publica.& vectigal.l.1.§.ait prætor.ff.de vi & vi arma.& probat.l. 1.in prin. ff. de inſtito. actio. & copioſè ſcribit Felinus in d.cap.Petrus, num.8.de homicid. quem ſecutus eſt Alciatus in d, præſumpt. 40.in fine. à quibus non receſſi in lib.2. de arbitrarijs iudicum. &c, caſu. 345. nume.3.Hanc autem declarationem multis modis ſubdeclarat ipſe Felinus præcitato in loco,cuius traditiones nunc non proſequor.

23 Hoc vnum etiam ad huius † tractationis perfectionem adijciam, quando vel filius, vel ſeruus, vel alter quiſuis conſilio patris, domini, vel alterius delictum commiſit, præſumptio eſt, quod niſi datum fuiſſet conſilium illud, delictum non perpetraſſent. Ita poſt alios ſcripſerunt Felinus in cap.1. numer.13. verſicul. vtrum autem. de officio de leg. & Decius in l.conſilij.in prin.nu.9.de reg. iuris. quo tamen loci ait Decius, quòd coniecturis & præſumptionibus probari poteſt. quod imò is,qui deliquit, erat facturus abſque conſilio illo.Id quod ſcripſit.& idem Felinus in d.cap. 1.num.13.verſ.fateor,quod & ibidem Dec. nume. 10. verſi.& notandum eſt. de off. deleg. & idem Felinus in cap. ſicut dignum.num. . .verſ. vtrum autem. de homicid.& alios refert ac ſequitur Didacus in clem. 1. in ſecunda parte.§.2,nu, 1,verſ.in eo verò dubio.de homicidio,

## PRÆSVMPT. XXVIII.

Serui & vaſalli, quando præſumantur ſimulate non attuliſſe auxilium domino interfecto, vt non excuſentur pæna. S. C. Syllaniani, vel amiſsionis feudi.

### SVMMARIVM.

1 *Serui,qui non afferunt domino auxilium, dum occiditur, graue crimen committere dicuntur, quod S. C. Syllaniano coërcetur, ſtatuente, vt quæſtionibus & tormentis ſubijciantur.*

*Eodémque S. C. ſancitum fuit, ipſos ſeruos excuſari, quando verè & non ſimulatè auxilium domino ferre non potuerunt. num. 2.*

*Et quomodo ſimulatè opem non dediſſe præſumantur. num. 3. & ſeq.*

4 *Intellectus l. 1. §. excuſantur. ff. ad S. C, Syllanianum vbi declarantur nonnulla verba Vlpiani malè ab Accurſio & alijs perpenſa.*

5 *Intellectus l. ſæpe. ff. commoda.*

6 *Seruus ſimulatè & fictò opem fert domino, cum fingit ſe aliquid facere, & re vera nihil facit.*

*Idem quando ſimulat morbum & ægritudinem, ne auxilium domino ferat. num. 7.*

8 *Vaſalli, qui tenentur opem ferre domino in bello, non excuſantur,ſi cùm potuerunt,auxilium non attulerunt.*

9 *Vaſallus & ſeruus dicuntur opem tuliſſe domino non ſolum quãdo ſeruauerunt ipſum dominum, verùm & quando fecerunt quicquid potuerunt vt ſeruarent & defenderent.*

10 *Confederati, qui tenentur opem ferre confederatis,ſatis dicuntur auxilium præſtitiſſe, ſi fecerunt quicquid potuerunt, vt eis adiumento eſſent.*

11 *Seruus dicitur in auxilium domini feciſſe quicquid potuit, ſi clamauit, vt ad auxilium excitaret vicinos, vel terruit aggreſſores, vel turbam conuocauit.*

12 *Seruus tenetur anteponere ſalutem domini ſuæ propriæ.*

13 *Seruus differt à vaſallo in hoc, quòd vaſallus non tenetur præferre domini ſalutem propriæ.*

14 *Vaſallus excuſatur, nec feudum amittit, ſi vel opem non tulit domino,vel eum deſeruit, vt propriæ ſaluti conſuleret.*

*Idem ſi metu amißionis bonorum partes domini deſeruit, & eius hoſtem ſecutus eſt. num. 15.*

1 DIſſeramus † nunc de ſeruis, qui aduerſus dominorum perſonas deliquerunt,non afferendo eis auxilium, dum occiderentur.Eſt enim graue hoc crimen.quod coërcere voluit. S.C. Syllanianum, dum ſtatuit, vt quæſtionibus & tormentis ſubijciantur, & ſi ſceleris conſcij reperiantur, ſupplicium de is ſumendum eſt. l.1.§.ſi pater. §.quid ergo.l. cum domini.ff.ad S.C.Syllania.de his,quib. vt indig.

2 Cæterùm † eodem S. C. ſancitum fuit, hos ſeruos excuſandos eſſe, quando verè & non ſimulatè auxilium dominis
3 ferre non potuerunt.l.1.§.excuſantur.ff.eo. tit.ſimulatè † autem opem non detuliſſe coniecturis detegitur: ſicuti reſpõſum illud in hanc ſententiam annotauit Igneus ibidem.nu,
4 1.Et † reſponſi verba ſatis clara hæc ſunt.

*Excuſantur autem ſerui, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo: Nam ſi finxit ſe quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit: nihil hoc commentum ei proderit.* Hæc Vlpia. qui illis verbis, *finxit ſe quis auxilium ferre,* ſignificauit, ſeruum nullum penitus auxilium tuliſſe. omninò fingendo ferre, vt ſi habuit præ manibus gladium,vel telum, & fingebat vulnerare homicidam,& potuiſſet, ſi voluiſſet, vulnerare, & tamen nihil egit. Et idem eſt, quando ſeruus defendit dominum, ſed perfunctorie hoc eſt leuiter & ſimulatè; ſicuti ſignificant verba hæc, *vel dicis gratia tulit,* quæ ſubiunxit Vlpianus,& quæ ſic legenda ſunt, non autem, dictis, vel iudicis,
5 vt malè Accurſius & alij multi legunt. Eſt enim † dicis gratia aliquid facere, perfunctorie facere, hoc eſt, vt defungi ſuo munere videatur, & (vt planius dicam) per ſimulationem. Ita locum hunc rectè ex Lelij Taurelli iuriſconſulti nunquam ſatis laudati ſententia interpretatus eſt eruditiſſ.

Anto.



Anto. Auguſtinus in lib. 2. emendationum iuris. cap. 2. qui
5 ſic pariter explicarunt † reſponſum illud Caij in l. Sæpe. ff. cõmod.cuius verba hæc ſunt:*Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ; vt dicis gratia numerationis loco intercedant. Hæc Caius.* Lælij & Auguſtini interpretationes probauit Ioannes Coraſius lib.4,miſcella.iuris.cap.8. & Lælij ac Auguſtini ſuppreſſis nominibus Duare.in l.iuriſgentium. §.dolo malo. ff. de pactis,& in libro primo,diſputa. anniuerſ. cap. 47. & Franc. Hotomanus in commentarjs verborum iuris in verbo, di-
6 ciſ. ſimulate ergo & ficte † opem fert ſeruus domino, cùm oſtendit ſe aliquid facere & tamen re vera nihil facit.

Eſt enim hoc commentum quoddam, vt ſubiunxit ipſe Vlpia.ideſt,quædam fictio & ſimulatio, quæ prodeſſe ſeruo non debet; iuxtà. l. 2. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcal. Et confert l.ſi pœna.ff.de pœnis, & ſimiles refert Igneus in d. §.excuſantur. num.9.

7 Eſt etiam coniectura † denegatæ defenſionis, quando ſeruus ſimulauit ægritudinem & morbum ne auxilium domino ferret.iuxta.l.omne delictum. §. exploratores. ff.de re milit.his verbis.*Sed & caligatus, qui & metu hoſtium languorem ſimulauit.* idem habetur in lege furti. §. ope. ff. de furtis, & alia recenſet ad rem noſtram Igneus in d. §. excuſantur. numero 4.

8 His intelligimus, non excuſari † vaſallos, qui tenentur opem ferre domino in bello, ſi re vera cùm potuerint, auxilium non attulerunt, ſed fictè potius & ſimulatè: quemadmodum ſcripſerunt Angelus in l.ſi non ſortem.§.libertus. ff. de condict. indeb. & Igneus in dict. §. excuſantur. numero 10.

9 Et dicitur † ſeruus, ac vaſallus opem tuliſſe domino, non ſolum quando ſeruauit dominum verum etiam quando fecit quidquid potuit, vt ſeruaret & defenderet, ſi dominus deinde interfectus fuit, d.l. 1.§. excuſantur. verſ. tu-
10 liſſe autem. Quo loci Igneus.nume. 9. ad finem ſcripſit † ex ſententia Angeli & Romani, confæderatos qui tenentur opem ferre confæderatis, ſatis dici auxilium præſtitiſſe, ſi fecerunt quidquid potuerunt, vt eis adiumento eſſent.

11 Et ſeruus dicitur † in auxilium domini feciſſe quidquid potuit, ſi clamauit, vt ad auxilium excitaret vicinos: aut terruit aggreſſores, aut ſi turbam conuocauit. Ita Vlpianus in d.verſ.tuliſſe,qui etiam ita ſubiunxit:*aut ſi corpus ſuũ obiecit,vel aliàs corpore ſuo auxilium tulit.*

12 Atque ita debet † ſeruus anteponere ſalutem domini propriæ, ſicuti ſtatim apertius ſubiunxit idem Vlpianus ibi: *Quid ſi vulnerati ſint ſerui,cum protegerent dominum? dicendum eſt parci eis debere.*

13 Et in hoc † differt ſeruus à vaſallo:Nõ enim vaſallus tenetur anteponere domini ſalutem propriæ.c.2.in prin.Quibus modis feudum amit. & ibidem Iſernia numero quarto, & ibidem manifeſtius Afflictus. numer. 18. Et ideò excuſatur
14 † vaſallus, & feudum non amittit,ſi vel opem non tulit domino, vel eum deſeruit, vt propriæ ſaluti conſuleret: Id quod etiam ſcripſerunt Ruinus in conſilio 23. numero 8. Brunus in conſilio 81. numero quinto, Pariſius in conſilio 10. numero vigeſimo libro primo, Crauet.in conſilio ſexto numero 84. & Gramma. in deciſion. decimaoctaua numero ſeptimo, & in conſilio decimotertio numero vigeſi-
15 mo in criminalibus. Qui quidem dixerunt, † etiam excuſari vaſallum, ſi metu amiſſionis bonorum partes domini deſeruit,& eius hoſtem ſecutus eſt.

## PRÆSVMPT. XXIX.

Res furto ſubtracta, quando apud aliquem reperitur, an is furtum commiſiſſe præſumatur tam vt ſit locus pænæ furti, quàm vt domino res ipſa reſtituatur.

### SVMMARIVM.

1 *Res furto ſubtracta ſi reperitur apud aliquem,an præſumatur is furtum commiſiſſe, numero ſeq.*

*Quòd ſi reperitur apud eum, quem non conſtat adhuc eſſe probatæ famæ vel non, & agitur de indicenda pæna ipſa criminis,non oritur ex hoc ſufficiens præſumptio, ſed ſola quædam ſuſpicio. num.2.*

*Et hæc ſuſpicio diluitur, ſi is nominat, à qua rem habuit, vel iurat,ſe illum non cognoſcere. num. 3.*

4 *Res furtiua ſi reperiatur apud virum probum & bonæ conditionis & famæ, ceſſat omnis ſuſpicio, quòd ipſe illam ſubtraxerit.*

5 *Magiſtratus recipiens rem furto ſubtractam præſumitur bona & laudabili mente id feciſſe.*

6 *Res furtiua ſi reperitur apud virum malæ conditionis & famæ, adeò magna contra eum inſurgit præſumptio, vt torturæ locus eſſe poſſit.*

*Quando autem agitur de indicenda ipſa pæna furti ordinaria, præſumptio non inſurgit adeo vrgens, vt ſufficiat ad condemnandum. num.7.*

*Secus niſi concurrant aliæ coniecturæ, quod ſolus is conſueuerit receptare furta,vel res furtiua reperta eſt in loco ſecreto ipſius domus,quia locus erit pænæ. num. 8.*

*Et multæ aliæ coniecturæ ibid. enumerantur.*

9 *Res furtiua ſi reperitur apud aliquẽ qui ipſam emerit & ambigitur de ſola ipſius rei reſtitutione, an is præſumatur furti particeps,& teneatur ad reſtitutionem.*

10 *Empter rei furtiuæ ne teneatur ad reſtitutionem, debet diligenter perſcrutari conditionem venditoris.*

*Et id multò magis, quando emit modico pretio. nume.12.*

11 *Iudæi fænerantes ſuper veſtibus alienis tenentur eas reſtituere proprijs dominis nullo eis reſtituto pretio, etiam ſi ignorent veſtes illas eſſe alienas.*

13 *Emptor rei furtiuæ tenetur ad reſtitutionem illius, etiam ſi fuiſſet proteſtatus, quòd caſu quo reperiatur eſſe non venditoris ſed alterius, intendit eam emiſſe nomine veri domini.*

*Contra num. 15. & malè. Diſtingue vt num. 16.*

14 *Proteſtatio licèt admittatur contra præſumptionem iuris & de iure, quando tamen ex ea fraus legi facilè fieri poteſt, ſecus eſt.*

17 *Emptor rei furtiuæ ſi verè eſt bonæ fidei, & proteſtatur ſe velle non emere rem furtiuam, excuſatur, etiam ſi res deinde pereat.*

18 *Emptor rei furtiuæ tenetur ſaltem ad reſtitutionem æſtimationis ipſius,quando rem vel amiſiſſet eam, vel res ipſa eſſet extincta, vel alteri vendita.*

*Intellige, vt num.19.*

*Idem quando tempore emptionis fuiſſet in bona fide. nu.20.*

*Idem ſi d.emptor facta reſtitutione rei verò domino, curaret ab eo ſibi cedi actiones, quia eſt ſibi conſultum, vt recuperet pretium à venditore. num.21.*

22 *Emptor rei furtiuæ tenetur ad reſtitutionem verò domino nullo recepto pretio, etiam ſi emerit ipſam in nundinis.*

23 *Nundinæ ſunt tutæ,& liberè in eis contrahi poteſt.*

*Intellige quò ad acceſſum & receſſum,& ne quis aliqua in eis moleſtia afficiatur: non ſunt tamen priuilegiatæ, vt mercator non debeat cautè negotiari.num. 24.*

25 *Statutum, quòd emens rem alienam in nundinis non teneatur eam reſtituere, non valet.*

26 *Emptor rei furtiuæ recuperat pretium à verò domino, quando rem ipſam redemiſſet ab hoſtibus vel latrunculis exteris.*

*Ceſſat enim in eo ſuſpicio, quòd fuerit particeps furti, vel quòd fuerit negligens in perſcrutanda conditione venditoris. numer. 27.*

28 *Oues recuperans à lupo ereptas tenetur eas reſtituere verò domino,alio qui furtum committit.*

29 *Emptor rei furtiuæ precium recuperare debet à verò domino, quando d. pretium numeratum ab ipſo emptore verſum eſt in vtilitatem domini ipſius rei.*

*Idem in emptore bonæ conditionis & famæ,in quo præſumitur bona fides. num. 30.*

31 *Dominus rei furto ſubtractæ ſi reſtituit precium emptori bonæ fidei, non poteſt poſtea amplius illud condicere, atque ab illo repetere.*

32 *Seruus ſi pignorauit iudæo feneratori veſtes domini, & dominus ſoluat ipſi iudæo pretium numeratum ſeruo, non poteſt ipſe dominus amplius illud repetere.*

*Et nunquid is fænerator præſumatur ſciuiſſe, ſeruum illum pignori dediſſe rem illam ſine conſenſu domini. nu. 33. & ſeq.*
34 *Furem ſcienter receptans punitur pœna furti: In dubio autem ſecus.*
35 *Iudæis fæneratoribus ſi conceſſum eſt priuilegium, vt poßint res furtiuas ſibi pignoratas vel venditas retinere, donec per veros dominos pretium reſtituatur, non tenentur ad reſtitutionem, & ceſſat diſpoſitio l. in ciuilem. C. de furtis.*
*Non habent autem locum huiuſmodi priuilegia, quando ipſi iudæi ſciunt rem eſſe alienam. num. 36.*
*Nec habent locum d. priuilegia contra clericos. num. 37.*
*Nec contra ſcholares, quorum ſerui & famuli eorum veſtes aut libros pignori dant vel vendunt ipſis iudæis. num. 38.*
39 *Statutum vel priuilegium reſpiciens deciſoria litium non ligat exteros.*
40 *Scholares dicuntur exteri, & in dubio non cenſentur domicilium contraxiſſe, niſi per decennium habitauerint.*
*Imò nec vltra decennium, ſi non habent animum ibi habitandi. num. 41.*
*Et hoc etiam ſi ſtatutum vellet, ſcholares haberi pro ciuibus, quia intelligitur quò ad ſibi vtilia. num. 42.*

1 ILLÆ ipſæ præſumptiones, quibus † diximus, hominem præſumi bonum, præſumi non deliquiſſe, efficiunt, vt etiam dicamus; quod ſi res furtiua reperitur apud aliquem, non præſumitur is, furto illam ſubtraxiſſe: atque ita furti crimen commiſiſſe quemadmodum ex noſtris multi, quos ſtatim referam, ſcripſerunt. Verùm quia controuerſi iuris eſt hæc diſputatio, & interpretes noſtri ſatis perplexè eam explicarunt, ea propter aliquod caſus conſtituo atque diſtinguo.

2 Primus eſt caſus, cum † res furtiua reperitur apud eum, quem non conſtat adhuc an ſit vir probatæ vitæ & famæ vel non: & agitur de indicenda pœna ipſa criminis furti. Hoc in caſu nõ oritur ex hoc ſufficiens præſumptio, ſed ſola quædam ſuſpicio. Ita intelligo tex. l. in ciuilem, C. de furtis. Et hanc ſuſpicionem appellat ſimplicem hominis præſumptionem Io. Andreæ in additio. ad Specul. in tit. de præſumptio. §. ſpecies. nume. 5. in verbo, in prædictis concord. Atque ita declarari & intelligi poſſunt gloſ. Bar. Bal. & Caſtr. in d. l. in ciuilem, cùm dixerunt, quod ſi res furtiua reperitur apud aliquem, non præſumitur, eum ſubtraxiſſe. Loquuntur ij de præſumptione, non autem de ſola ſuſpicione. Ita etiam loquitur Alcia. in Tract. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 29. num. 1. Et in ſpecie d. l. in ciuilem, eſſe leuem coniecturam ſcripſit Bal. in l. non hoc in fi. C. vnde legit. quem ſecutus eſt
3 Decia. in conſil. 93. nume. 87. lib. 2. Hæc autem ſuſpicio † diluitur, ſi iſte nominat à quo rem habuit, vel ſi iurat ſe illum non cognoſcere. Ita Auguſt. Arimin. in additio. ad Ange. de maleficijs in verbo, & veſtem cæleſtem. num. 19. & Boer. in quæſt. 165. num. 4.

4 Secundes eſt caſus, cùm † res furtiua reperitur apud virũ probum & bonæ conditionis & famæ. Hoc in caſu ceſſat omnis ſuſpicio. Ita glo. & Docto. in d. l. in ciuilem. C. de furtis. Bald. & Salice. in l. vlt. ff. de hæred. inſt. Marſi. in l. qui falſam nu. 116. ff. de falſis & in ſing. 392. & idem in pract. criminali. §. diligenter. nu. 96. Iac. Nouellus in Tract. maleficiorũ in tit. ad defenſam. nu. 249. Tiraq. in Tract. de pœnis legum, &c. cauſa. 51. nu. 131. Rolan. in conſil. 45. nu. 41. lib. 1. & Decia. in conſil. 93. num. 81. lib. 2. qui ſimilibus cõprobauit. Illa enim qualitas bonæ famę & probitatis diluit omnem ſuſpicionẽ: ſicuti poſt alios reſponderunt Craue. in conſ. 65. num. 12. &
5 Gramma. in conſi. 38. nu. 15. in criminalib. Et huc † facit quod reſpondit Bal. in conſil. 494. ſciendum eſt, quod moneta. co.. vlt. verſ. de tertia inquiſitione. Cùm dixit, magiſtratum recipientem rem furto ſubtractam præſumi, id bona & laudabili mente feciſſe. Et Baldum ſecutus eſt Tiraq. in Tract. de pœnis legum. cauſa. 58. num. 2.

6 Tertius eſt caſus, quando † is, apud quem reperta eſt res furtiua, eſt vir malæ conditionis & famæ: tunc adeo magna inſurgit contra eum præſumptio, vt locus eſſe poſſit torturæ. Ita Bar. in l. vlt. nu. 5. verſ. item quod res furtiua. ff. de quæſtio. qui ſic intelligitur & declaratur ab Ange. in l. ancillæ. C. de fur. Ang. Are. in Tract. maleficiorũ in verbo, & veſtem cæleſtem. nu. 28. & ibidem Auguſt. Ariminen. in additio. Marſi. in ſing. 392. Gramma. in conſil. 14. nu. 1. in crimina. Rolandus à Valle in conſ. 45. num. 39. lib. 1. & Plotus in l. ſi quando. nu. 882. C. vnde vi. Diſſentit ab hac opinione ſolus Decia. in d. conſ. 93. nu. 85. lib. 2. qui exemplis probat contrarium verius, ſed mea opinione, non ſatis exempla conueniunt caſui noſtro, in quo ſic ſuſpectus eſt homo male famæ.

7 Quartus eſt caſus, quando † res furtiua reperta eſt apud virũ malæ conditionis & famæ, & agitur de indicenda ipſa pœna furti ordinaria. Hoc in caſu præſumptio non inſurgit tam vrgens ex hoc actu, vt ſufficiat ad condemnandum. Ita manifeſtè docuit Alber. in d. l. in ciuilem. nu. 3. C. de furtis. & ibidem Fulg. quos ſecutus eſt Auguſt. Arim. in additio. ad Angelũ de maleficijs, in verbo, & veſtẽ cæleſtẽ. nu. 28. Intelli
8 git tamẽ † Alber. niſi cõcurrãt aliæ cõiecturæ, vt putà, quod iſte conſueuerit receptare furta; vel quia res hæc furtiua reperta fuit in aliquo loco ſecreto domus iſtius. Et ſi Auguſt. Arim. pręcitato in loco aliter & malè intellexerit Albericum ipſum. Poſſunt hic addi aliæ coniecturæ ex Bald. in d. l. in ciuilem. in fine, quos probauit Alciatus in Tract de præſumpt. reg 3. præſump. 29. vt ſi iſte emiſſet rem hanc clàm & ſecretò: vel ſi tenui pretio, vel ſi conſueuit emere res furtiuas.

9 Quintus eſt caſus, quando † ambigitur de ſola ipſius rei furtiuæ reſtitutione; an ſcilicet illius rei emptor, apud quem res ipſa reperta eſt, præſumatur furti particeps, vt teneatur reſtituere nullo recepto pretio? Et pro regula conſtitutum eſt; præſumi atque ita teneri ad reſtitutionẽ. Ita ſcribunt omnes in d. l. in ciuilẽ. C. de furtis. & Alciatus in d. Tract. de pręſumpt. reg. 3. præſump. 29. nu. 1. Quæ ſanè regula probatur ex
10 d. l. in ciuilẽ. Et ratio † eſt, quia doluit emptor iſte perſcrutari cõditionẽ ipſius venditoris, iuxta. l. qui cũ alio. de reg. iuris.

11 Hinc ſcribit Alciatus præcitato in loco, iudæos † fænerãtes ſuper veſtibus alienis teneri eas reſtituere proprijs dominis, nullo ſibi reſtituto pretio, etiam ſi ignorent veſtes illas eſſe alienas. Qua de re dicemus infrà in vltima declara-
12 tione. Et hic quidem caſus multò magis locũ habet † quando emptor iſte modico pretio rem emit. Illa ſanè pretij tenuitas maxime arguit hunc eſſe furti participem, ſicuti annotauit Salicetus in d. l. in ciuilem. C. de furtis. quem ſecutus eſt inter cæteros Petrus Peckius in l. 3. in fine. de incendio ruina & naufrag.

13 Extenditur primò, vt † locũ etiã habeat hic caſus, quãdo emptor iſte emendo fuiſſet proteſtatus quod caſu quo res à à ſe empta reperiatur eſſe non venditoris, ſed alterius, intendit eam emiſſe nomine ipſius veri domini: & quod paratus erit eam reddere & reſtituere, reddito ſibi pretio. Hoc etiam in caſu emptor iſte tenetur rem illã reſtituere, nullo accepto pretio: Ita tradũt Alciatus in d. præſum. 29. nu. 1. verſ. ſed iſta opinio. Natta in conſ. 436. lib. 2. & Iulius Clarus, in practica criminali. §. furtum. verſ. ſed incidenter. Quorũquidem traditio & mihi maximè probatur: Nam hæc ipſa proteſtatio non debet poſſe iuuare hunc emptorem; quandoquidem facilè eſſet ex ea eludere diſpoſitionem. d. l. in ciuilẽ: & quodã-
14 modò ex proteſtatione illa fraus fieret legi. Quocircà † diximus ſuprà li. 1. q. 76. in primo caſu, quòd etſi aliàs proteſtatio admittatur contra præſumptionem iuris, imo etiam iuris & de iure: attamen annotauimus ibidem non admitti, quando ex ea facilè fraus fieri poteſt legi. Et præterea hic emptor ſicuti diligens videri voluit in adhibenda hac proteſtatione, ita diligens eſſe debuit in perſcrutanda qualitate & conditione ipſius venditoris, iuxta d. l. qui cum alio. de reg. iuris. de qua diximus ſuprà libr. 3. præſump. 88.

15 Nec obſtat † auctoritas Hoſtien. in ſumma, de pæniten. & remiſſio. §. quid de prædam verſ. quid ſi emit rem deprædatam. Cæpollæ in cautela. 10. ſi quis. & Iaſ. in l. ſi pretium in fine. C. de procurat. qui quidem ſcripſerunt, hanc proteſtationem prodeſſe emptori, vt pretium ad rei domino recuperet: Nã reſpondet Alciatus, horũ traditionẽ nec lege, nec ra-
16 tione iuuari. Ego rectius † ſic diſtinguerem. Aut adeſt ſola emptoris proteſtatio, atque ita nulla alia cõcurrit cõiectura bonæfidei: Et hoc in caſu locũ habet Alciati noſtraque ſententia. Aut vnà cum proteſtatione concurrit aliqua cõiectura bonæfidei emptoris: Et tunc procedit opinio Hoſtien.



qui quidem præſupponit in emptore iſto bonã fidem. Quanquam Hoſtienſis ipſe ſentiat, hanc bonam fidem cauſari ex
17 proteſtatione publicè facta. Cùm † autem verè extat bona fides, iſte emptor excuſatur, etiam ſi res deinde pereat: imò eo caſu recuperat impenſam, quam in ea fecit. Ita Hoſtien. in d. ſumma de pœniten. & remiſſio. §. quid de furibus verſ. ſed in illo caſu, & ſenſit Natta in d. conſ. 436.

18 Extenditur ſecundò, vt procedat † etiam quando is emptor rei furtiuæ rem illam vel amiſiſſet, vel res ipſa eſſet extincta ac mortua, vel alteri vendita: Nam adhuc emptor ille tenetur ſaltem reſtituere ęſtimationem. Ita extendit Hoſt. in d. ſumma; de pœniten. & remiſſio. §. quid de prædam ementibus: idem ſcripſerunt Io. Lupus in rub. de donat. inter virum & vxo. §. 65. nu. 53. & Didac. Couarru in cap. peccatum parte. 3. §. 12. ver. qui certo ſciens. de reg. iur. in 6. qui & in foro conſcientiæ idem obſeruandum eſſe cenſet. Et ait Didac. idem eſſe & in rebus illis, quæ vſu conſumantur, reiecta opinione Io. à Medina. Et propterea ſubiungit Hoſtien. loco pręcitato, eſſe idem quando res ipſa pertranſiuiſſet per mille manus, ex l. ſed vbi. ff. de mino. & l. ſed & ſi lege. §. ſiue autem. ff. de peti-
19 tio. hæred. Quod tamen † eſt intelligendum, quod emptor iſte bonæfidei alteri vendens teneatur ſolùm ad rei æſtimationem, quatenus factus eſt locupletior. Ita Didac. Couarr. in d. §. 12. verſ. quartò hinc procedit poſt Caiet. Sylueſt. Ioan. à Medina & Io. Maiorem, quos citat.

20 Extenditur † tertio, vt procedat etiam quando ab initio ſicq́ue tempore emptionis fuiſſet in bona fide, vt quia credebat vere ex aliquibus iuſtis coniecturis, ſe emiſſe à vero domino, & deinde ſuperuenit ſcientia. Nam adhuc tenetur eam reſtituere nullo recepto pretio. Ita ſcripſit Hoſtien. in ſumma de pœniten. & remiſſio. §. quid de prædam ementibus. verſ. ſi verò emens hoc neſciebat. & ibidem etiam declarat, quid in foro conſcientiæ.

21 Extenditur quartò, vt † procedat etiam ſi emptor iſte facta reſtitutione rei verò domino curaret ab eo ſibi cedi actiones. Nam adhuc ipſi emptori conſultum eſt, vt recuperet pretium à venditore illo. Ita Hoſtien. vbi ſuprà verſ. ſed nunquid emptor, &c. qui intelligit, niſi emptor iſte curaſſet, ſibi promitti de euictione à venditore.

22 Extenditur quintò, vt procedat † etiam ſi quis emit rem furtiuam in nundinis. Nam & iſte tenetur eam reſtituere verò domino, nullo recepto pretio. Ita in ſpecie ſenſit Hoſt. in d. ſumma de pœnit. & remiſſ. §. quid de furibus. verſ quid ſi quis emat. Quæ ſanè traditio & doctrina ea ratione prima probatur, quia diſpoſitio. l. in ciuilem generalis eſt, nec recipit hanc reſtrictionem, quæ nullo iure probatur. Et præterea qui cum alio contrahit, debet perſcrutari illius conditionem: nec excuſatur, quod ille, cum quo contraxit, eſſet exterus, & ſibi incognitus, vt reſpondit Comenſ. in conſil. 26. Cùm ſtatutum Paduæ. col. 1. quem ſecuti ſunt Decius in l. qui cum alio. nu. 1. fi. de reg. iuris. & Tiraq. in Tract. de retractu conſang. in fi. num. 43. Ita ergo noſtro in caſu non poteſt ſe excuſare is, qui emit in nundinis. Si dicit, ſe emiſſe eo in loco, in quo concurrunt cogniti & incogniti, ac remotæ regionis homines. Non
23 etiam poteſt † ſe excuſare ex eo, quod nundinæ ſint tutæ, & quod liberè in eis contrahi poſſit, iuxtà. l. 1. C. de nundinis, & ibi Docto. & ſcribit Anto. Corſetus in ſuo ſingulari in verbo,
24 moleſtia, incipit. Quis in fine. Si quidem nundinæ, † ſunt tutæ & liberæ quo ad acceſſum & receſſum, & ne quis aliqua in eis moleſtia afficiatur: non tamen in eo ſunt priuilegiatæ, vt
25 mercator non debeat cautè negotiari. Quinimò † ſcribit Hoſtienſis præcitato in loco, quòd etiamſi ſtatutum diſponeret, quòd emens rem alienam in mercato publico ſicq́; in nundinis, non teneatur eam reſtituere verò domino, ait Hoſtien. hoc ſtatutum non valere: & ob id emptorem teneri ad reſtitutionem.

26 Declaratur primò, vt locum † non habeat hæc pręſumptio & ſententia, quando emptor redemiſſet rem ab hoſtibus, vel latrunculis exteris, iuxtà. l. mulier in opus. ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ. Nam tunc poterit emptor iſte recuperare pretium à verò ipſius rei domino. Ita declarant Hoſtien. in ſumma. De pœni. & remiſſ. verſ. quid de prædam ementibus. Ancha. in cap. peccatum. col. 13. de reg. iur. in 6. Io. Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxor. § 65. num. 57. Cæpolla cautela 10. Iaſon in dicta l. ſi pretium. in fine. C. de procura. & Alciatus in d. præſumpt. 29. verſ. 2. declarat. Eandem ſententiam probarunt & Theologi. ita ſanè Claua. in ſumma in verbo, reſtitutio. il 1. nu. 5. Sylueſter Prierius in ſumma, in verbo, reſtitutio. il 3. q. 7. Io. Maior in 4. ſenten. diſt. 15. q. 26. ad finem. quos ſecutus eſt Couarr. in d. c. peccatum. part. 3. in fine priu. Et quę ſententia rectè probatur in cap. rapinam. 14. q. 5. Ea etiam ratione ij vſi ſunt, quod ex quo dominus non potuiſſet omninò rem illam conſequi ab hoſtibus vel latrunculis illis actione aliqua, ita æquum eſt, vt redemptori pretium reſtituat. Præ-
27 tereà accedit, † quod hoc in caſu ceſſat ſuſpicio emptoris, quòd ſcilicet particeps furti pręſumatur, vel quod fuerint ne-
28 gligens in perſcrutanda conditione venditoris. Nec † obſtat ſi dicatur, hunc emptorem teneri reſtituere rem hanc emptã, nullo recepto pretio: ſicuti ille, qui recuperat oues à lupo ereptas, tenetur reſtituere domino vero, alioqui furtum committit. l. Pomponius ſcribit. §. vlt. ff. fam. ercil. & l. Pomponius tractat. ad finem. ff. de acquir. rerum domi. Nam reſpondetur, quod ille, qui oues recuperauit nullum pretium numerauit, vt iſte emptor. Et prætereà ſi is recuperator aliquid impẽdit, vt quia longo itinere ſit proſecutus raptorem, impenſam damnum à ſe paſſum iure conſequi debet à vero domino.

29 Declaratur ſecundò, vt † non procedat quando pretium huius rei furtiuæ ab emptore numeratum, fuiſſet deinde verſum in vtilitatem domini ipſius rei. Nam tunc dominus ipſe ſi vult rem ſibi reſtitui, debet pretium illud emptori reddere. Ita probat. l. ſi pretium. C. de procurat. vbi Iaſon in fine, poſt Bartolum Fulg. & alios in d. l. in ciuilem, quos ſecutus eſt Alciatus in tract. de præſumpt. reg. 3. præſump. 29. verſic. tertiò declaratur.

30 Declaratur tertiò, vt † non habeat locum hæc præſumptio & traditio in emptore bonæ conditionis & famę: qui quidem euitat pœnam. d. l. in ciuilem. C. de furtis. ſicuti diximus ſuprà ex ſententia multorum, quos congeſſi præter Tiraq. in tract. de pœnis legum. &c. cauſa 51. numero 131. Et eſt ratio, quia in eo præſumitur bona fides, & per conſequens recuperat pretium.

31 Declaratur quartò, vt † locum non habeat hæc ſententia, quando iam ipſe rei dominus reſtituiſſet pretium emptori bonæ fidei. Nam tunc non poterit amplius illud condicere, atque ita repetere. Ita dęclarat Alciatus in d. pręſump. 29. ver. quartò declaratur. ex l. ſeruus cuiuſdam. ff. de cond. indeb. quo
32 loci annotarunt † Caſtren. & Iaſon, quod ſi ſeruus pignorauit iudæo fæneratori veſtes domini, & dominus ipſe ſoluat ipſi iudæo pretium numeratum ſeruo, quod non poteſt amplius illud repetere atque recuperare. Et licèt text. ille loquatur de eo, qui pignori accepit res furtiuas, attamen idem eſt (inquit Alciatus) in emptore: ſicuti & ad emptorem extendunt interpretes omnes ibi: & illis accedunt Ruinus in conſil. 82. col. 1. lib. 4. & Rolandus in conſil. 45. num. 4. lib. 1. Et huius declarationis ea eſt ratio, quia dominus ſoluendo pretium videtur tacitè fateri, ſe rem illã dediſſe illi pignoranti, vt eam pignori daret. Quæ ſanè præſumptio ſumitur in fauorem eius, qui bona fide mutauit: ſecus (Alciatus poſt alios) ſi ſciens.

33 Cæterùm ambigit præcitato † in loco Alciatus, nunquid fænerator iſte præſumatur ſciuiſſe, ſeruum illum pignori dediſſe rem illam ſine conſenſu domini? Et Alciatus ſenſit. fæneratorem illum præſumi ſcire, quia debuit fænerator perſcrutari conditionem ſerui, an pignoraret mandato domini, vel quomodo, iuxtà dicta. l. qui cum alio. de reg. iuris. Diſſentire tamen videntur Roma. in conſil. 473. in fine. Auguſtinus Ariminen. in additio. ad Angelum. Arec. in Tract. de maleficiis, in verbo, Et veſtẽ celeſtem. nu. 28. Rolan in conſ. 45. nu. 16. lib. 1.

34 Cùm † dixerunt, receptantem furem ſcienter puniri pœna furti: & dicunt, quod in dubio non præſumitur, quod is ſcienter receptauerit. Et in ſpecie magis idem de re furtiua reſpondens, Gramma. in conſ. 37. num. 22. lib. 1. Conciliari poſſunt hæ opiniones, vt ſcilicet Alciatus loquatur de ea perſona, quæ veriſimiliter apparet non pignorare rem alienam, vt eſt in ſeruo, qui veſtes nobiles pignori dat. Cæteri verò loquuntur de eo, qui rerum dominus videri poteſt. Vel & ſecundò conciliari ſic poſſunt: vt Alciati ſententia procedat quò ad ſolam ipſam rei reſtitutionem: alij verò quò ad pœnam corcorporalem, vel aliam ordinariam furti.

35 Declaratur quintò † non procedat hæc ſententia, quando
ſtatutum, vel conſuetudo vel priuilegia aliter dictarent: ſicuti
Iudæis fœneratoribus paſſim conceſſa ſunt priuilegia à prin-
cipibus, vt poſſint res furtiuas ſibi pignoratas, vel venditas re-
tinere donec per veros dominos pretium reddatur. Quorum
ſanè priuilegiorum meminere permulti, quos ſtatim comme-
morabo. Hoc itaque in caſu ceſſat diſpoſitio. d.l. in ciuilem.
C. de furtis. vt tradunt Abbas in cap. quod clericis. num. 9. de
foro compet. Ioan. de Anna. in conſ. 70. Cremens. in ſing. 81.
Pone Iudæi, &c. Decius in cap. venerabilis. nume. 12. de ex-
cept. Marſilius ſing. 13. Volo tibi, Alciatus in Tract. de præ-
ſumptio. reg. 3. præſumpt. 29. verſ. 5. declaratur. Petrus Rebuf-
fus in Tract. de priuilegiis Scholarum. priuil. 115.

36 Hæc tamen † priuilegia locum non habent quando Iudæi
ſciunt rem eſſe alienam: Nam tunc dicuntur furtum commit-
tere, ex d.l. ſeruus cuiuſdã. ff. de cond. indeb. ſic in ſpecie de-
clarant Angel. in conſ. 70. Viſis: Alciatus loco præallegato,
poſt Picum, quem citat. Marquardus in Tract. de Iudæis, par-
te prima. cap. 11. num. 18.

37 Præterea non habent † locum hæc ipſa priuilegia contra
clericos. Ita Abbas & Alciatus præcitatis in locis. Idem ſcri-
pſerunt Marſilius in d. ſing. 13. & Marquardus in d. cap. 11. nu.
38 18. Et rurſus † non habent locum hæc priuilegia cõtra Scho-
lares, quorum ſerui, & famuli ſi eorum libros & veſtes pigno-
ri dant, vel vendunt his Iudæis, tenentur Iudæi reſtituere, nul-
lo recepto pretio. Ita ſcribunt Cremen. in d. ſing. 81. Alcia-
tus vbi ſuprà qui eiuſdem opinionis commemorat Paulum
Picum. Idem quoque affirmant Rebuffus in Tract. de priuile-
giis Scholarium priuilegio. 115. Marquard. in d. cap. 11. ad fi-
39 nem. Et huius poſtremæ † declarationis ratio ea eſt, quod ſta-
tutum, vel priuilegium reſpiciens deciſoria litium non ligat
40 exteros. l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. Atqui † Scho-
lares dicuntur exteri, cum in dubio contraxiſſe non dicantur
domicilium niſi per decennium habitauerint, l. 2. C. de inco-
41 lis. lib. 10. Imò nec † vltrà decennium, ſi non habent animum
ibi habitandi, vt ſcribunt Abbas in cap. vlt. de parochiis. Bar.
in l. quæſitum. de leg. 3. Alex. in l. quidam eum filium. de verb.
oblig. Lug. Bolog. in auth. habita. nu. 127. C. ne filius pro pa-
42 tre. Quæ † ſententia habet locum etiam ſi ſtatutum vellet
Scholares haberi pro ciuibus: ſicuti cautum eſt ſtatuto vni-
uerſitatis Scholarium huius Gymnaſij Patauini. Nam intelli-
gitur ſtatutum, vt illi habeantur pro ciuibus quo ad ſibi vti-
lia. Ita Bartol. in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bonor. poſſeſſio.
contra tab. Iaſon in l. ſi Rufinus. C. de teſtam. milit. Ripa. l. 1.
numero 7. de leg. 1. & Alciatus in d. præſumpt. 29. quibus ac-
cedunt Rebuffus in Tract. de priuil. Scholarium. priuileg.
126. & Horatius Lucius in Tract. de priuilegiis Scholarium,
priuilegio. 9.

## PRÆSVMPT. XXX.

Furtum quando in re inuenta, vel pro derelicto habita commiſſum præſumatur: & quando cenſeatur res habita pro derelicto.

## SVMMARIVM.

*1 Furtum an & quando in re inuenta, vel pro derelicto habita commiſſum præſumatur.*

*2 Rem inueniens, quæ nunquam fuit in alicuius bonis ſicut lapilli & gemmæ, quæ in littore maris inueniuntur, nec verè nec præſumptiuè furtum commiſiſſe dicitur.*

*3 Inuenta in littore maris fiunt primò occupantis.*

*4 Rem inueniens, quæ aliquando fuit in bonis alicuius, nunc autem non reperitur cuius ſit, furtum non dicitur committere, numero ſeq.*

*5 Theſaurus verè & propriè eſt pecunia ab ignotis dominis ſupra hominum memoriam repoſita, quæ fit ſic eius cui eam inuenit, quòd non poſſit eſſe alterius abſque eius conſenſu.*

*6 Theſaurus non dicitur, quod vel lucri cauſa, vel metus, cuſtodiæ ne quis ſubtus terram condiderit, & eius inuentor dicitur furtum committere.*

*7 Theſauri inuentor ſi inuenit illud non in loco proprio, ſed alieno, tenetur dare dimidiam domino fundi, & hoc ſi caſu inuenit: ſi verò data opera inuenit, totũ domino fundi tenetur reſtituere.*

*Si verò arte magica inuenit etiam in fundo proprio, cæſari & fiſco reſtituere debet. ibid.*

*Quid ſi in loco ſacro religioſóve eſt inuentum. num. 8.*

*9 Rem inueniens, quæ & nunc eſt in dominio alicuius, & dominus inueniri poteſt, ſi libellum propoſuit, in quo oſtendat ſe paratum reſtituere domino, furtum nullo modo commiſiſſe dicitur.*

*Et fuit hæc lex Romanorum, vt rei inuentæ libellus proponeretur. ibid.*

*Idem quando ipſe inuentor deponit rem apud iudicem. nume. 10. vel apud epiſcopum. num. 11.*

*Et id lege Longobardorum ſancitum fuit. ibid.*

*Et idem mos eſt apud Gallos. ibid.*

*12 Rei inuentor alienæ, propoſuit libellum, quo notum facit ſe rem inueniſſe, & petit pretiũ inuentionis, furtum non dicitur committere, licèt malè faciat quò ad illud pretium.*

*13 Rei inuentor, cuius dominus inueniri poteſt, ſi credens illam habitam fuiſſe pro derelicta libellum non propoſuit, furti ſuſpicione non caret.*

*Nec eius aſſertioni eſt ſtandum, quòd ſcilicet eam acceperit animo non furandi, etiam ſi iurauerit. num. 14.*

*15 Rem inueniens, quam probabiliter credit habitam fuiſſe pro derelicta ab ipſo domino, etiam ſi non propoſuit libellum, excuſatur à furto, etiam in foro conſcientiæ.*

*16 Res quomodo præſumatur habita pro derelicta.*

*17 Naufragium paſſus propè littus, ſi res iactauit, præſumitur eo animo iactaſſe vt recuperaret: ſecus ſi procul à terra.*

*18 Intellectus. l. falſus. § ſi iactum ex naue. ff. de furt.*

*19 Dictio, plerumque, exponitur pro interdum.*

*20 Rem inueniens ſciens eam non eſſe habitam pro derelicta, ſi non reſtituit, furtum committit: & quomodo ſcire id poſſit: ſecus ſi ignorat.*

1 CONGRVVS hic † eſt locus, vt differamus
quando præſumatur committi furtum in re
inuenta. Ego hac in tractatione aliquot caſus
diſtinguam, quod ſic exiſtimem eam totam
reddi poſſe ſatis planam & manifeſtam.
2 Primus eſt caſus, quando † quis inuenit rem, quæ nun-
quam fuit in alicuius bonis, ſicuti lapilli & gemmæ, quæ re-
periuntur in littore maris. Hoc in caſu nec verè nec minus
præſumptiuè committitur furtum. Ita ſenſit Bald. in l. 1. col. 1.
verſ. tertiò quæritur. ff. de rerum diuiſ. Et hoc admittunt paſ-
ſim Theologi omnes, Diuus Thomas. 2. 2. q. 66. art. 5. & ibi-
dem Caietanus. Diuus Antoninus in ſecunda parte ſuæ ſum-
mæ. tit. 1. cap. 15. §. 2. Turrecremata in cap. ſi quod inueniſti.
14. q. 5. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Alexandrum de Alex.
Idem ſcripſit Didacus in cap. peccatum, in tertia parte. §. 1.
3 colum. 2. Et ratio † eſt manifeſta, quia hæc in maris littore in-
uenta fiunt primò occupantis. §. item Lapilli. in inſtit. de re-
rum diuiſ. Nec cuiuſquam effecta præſumuntur, vt inquit
Bald. præcitato in loco.
4 Secundus eſt caſus, quando † quis inuenit rem, quæ ali-
quando fuit in bonis alicuius, ſed nunc non reperitur cuius
ſit, ob longiſſimum temporis curſum: exemplum eſt in the-
5 ſauro. Eſt ſanè † theſaurus verè & propriè pecunia ab ignotis
dominis ſupra hominum memoriam repoſita. l. nunquam nu-
da. §. theſaurus. ff. de acquirend. rerum dom. quo loci Paulus
ſcribit in hæc verba: *Theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecu-
niæ, cuius non extat memoria, vt iam dominium non habeat: ſic enim
6 fit eius, qui inuenit, quod non alterius ſit. Alioqui ſi quis † aliquid, vel
lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt the-
ſaurus, cuius etiam furtum fit.* Hæc Paulus: quem locum nouè
ac egregiè explicat Alciatus lib. 7. parerg. iuris. cap. 1. & lib.
4. de verb. ſignif. furtum ergo in theſauro verè non commit-
titur ſicuti diſertè ſenſit Paulus in d. §. theſaurus, & conce-
dunt Theologi omnes Diuus Thomas. 2. 2. quæſt. 96. art. 5.
Diuus Antoninus in ſecunda parte ſuæ ſummæ. tit. 1. cap. 15.
§. 2. Turrecremata in d. cap. ſi quid iniuncti. 14. quæſtio. 5.
Syluester Prierius in ſumma, in verbo, inuentum & Couarr.
in cap. peccatum. part. 3. §. 2. columna 1. de reg. iuris. in 6. Is
7 tamen † theſauri inuentor ſi theſaurum non in loco proprio,
ſed in



ſed in alieno, caſu ſicque fortuitò inuenit, tenetur dimidiam
dare domino fundi: ſi verò data opera inuenit totum domino
fundi reſtituit: ſi verò arte magica inuenit etiam in fundo
proprio, Cæſari & fiſco reſtituere debet. l. nemo. C. de male.
& mathema. & l. vnica. C. de theſaur. lib. 10. Et diſtinctio hæc
ab omnibus recepta eſt in §. theſauros. in inſtitut. de rerum
diuis, & in l. 3. §. ſi in locis. ff. de iure fiſci & admittunt com-
8 memorati ſacræ theologiæ Doctores. Cùm verò † in loco
ſacro religioſóve inuentus eſt theſaurus, diſtinguendum pa-
riter eſt ſi in loco ſacro vel religioſo, proprio tamen ipſius in-
uentoris eſt repertus, totus ipſius inuentoris efficitur: ita ſta-
tuit Iuſtinia. in §. theſauros. in inſtitut. de rerum diuiſ. Si verò
inuentus eſt theſaurus in loco religioſo, vel ſacro, qui inuen-
toris non ſit, dimidia inuentoris eſt, altera fiſci. Ita intelligen-
dus eſt Calliſtratus in l. 3. §. ſi in locis. ff. de iure fiſci. Quam
quidem interpretationem probarunt Claudius Cantiuncula
in d. § theſauros. Franc. Conna. lib. 3. commenta. iuris. cap. 1.
& Lud. Charendus lib. 1. veriſimil. iuris. cap. vltim. ad finem
propè. Ab his tamen diſſentit Didacus in dicto capitulo pec-
catum. part. 3. §. vltim. Quod itaque diximus vnà cum Paulo
in dicta l. vnquam nuda. §. theſaurus furtum non committi in
inuento theſauro, ſic eſt accipiendum, vt intelligamus quò ad
eum, qui theſaurum repoſuit: at ſi conſideramus eum, cui por-
tio aliqua theſauri, iuxta diſtinctionem quam fecimus, acqui-
renda eſt, furtum ita committi in eo poteſt ſicuti & cæteris
in rebus inuentis: cùm ſciat inuentor portionem illam ſocij
ſuam non eſſe, ſed illi ex legis diſpoſitione reſtituendam.
Furtum ergo cõmittet, niſi ipſi ſocio rem faciat manifeſtam.
9 Tertius eſt caſus, cùm † quis inuenit rem, quæ & nunc eſt
in dominio alicuius & dominus reperiri poteſt, & is inuentor
rei propoſuit libellum, quo notum facit ſe illam inueniſſe &
paratum eſſe eam reſtituere domino, lex hæc Romanis fuit,
vt rei inuentæ libellum proponerent: Quæ etiam lex & apud
Iudæos ſancita fuit auctore Ioſepho in lib. 4. antiq. Iudaica-
rum cuius verba hæc ſunt. *Si quis aurum & argentum in via in-
uenerit, quærat eum, qui perdidit per præconem, indicato loco, in quo
inuenit; reddatq́; ve, ſciens non eſſe bonum ex alieno damno lucrum
facere.* Hactenus ille. Hoc itaque in caſu nullo modo præſu-
mitur commiſſum furtum. Ita probat. l. falſus. §. qui alienum.
verſiculo ſolent plerique. ff. de furtis, & ibidem annotarunt
Bartol. & reliqui, & apertius Franc. Aretin. in l. interdum. §.
quod ex naufragio, columna 1. verſiculo in dubio autem. ff.
10 de acquirend. poſſeſſio. Idem † eſt, quando inuentor rem ip-
ſam inuentam deponit apud iudicem: ſicuti lege Longobar-
dorum ſancitum fuit, vt meminit glo. in dicto §. qui alienum.
Et ſimilis extat apud Gallos conſuetudo: cuius quidem me-
minere Ioan. Fabri. in §. vltim. in inſtitut. de rerum diuiſ. &
11 Caſſane. in conſuetud. Burgundiæ. rub. 1. §. 3. Idem eſt † quan-
do res ipſa inuenta apud Epiſcopum deponeretur, iuxta tra-
ditionem Alexand. in l. rem, quæ nobis. numero 16. ff. de ac-
quirend. poſſeſſio. Ego idem affirmarem, quando apud alium
quemuis depoſita res fuit, modò ita factum ſit, vt notum ſit
quibuſcunque, facileq́; ſit rei dominum poſſe ſcire rem fuiſſe
inuentam ab inuentore illo eamq́; ſibi recuperare licere.
12 Extenditur hic † caſus, vt procedat etiam quando inuen-
tor eo in libello, quo notum facit, ſe rem inueniſſe, peteret
pretium inuentionis, quod Græci appellant Menytrum, &
erudite explicat Budæus in annot. ad §. qui alienum. Nam &
ſi quo ad pretium illud inuentionis male petat, vt rectè cen-
ſuit Paulus in dicto §. qui alienum. verſiculo ſolent, & ibidem
annotarunt glo. Bartol. & reliqui: attamen quò ad furti ſuſpi-
cionem certum eſt, quòd eam euitat, ex quo manifeſtum fa-
cit, ſe rem inueniſſe. Id quod omnes ibidem ſenſerunt.
13 Quartus eſt caſus, cum † quis inuenit rem, cuius dominus
inueniri poteſt, & inuentor iſte iure non credit, rem illam ha-
bitam fuiſſe pro derelicta: & nullum libellum propoſuit, quo
ſignificaret, ſe rem inueniſſe. Hoc ſanè caſu præſumitur fur-
tum. Ita probat. dicta l. falſus. §. qui alienum. verſiculo ſo-
lent plerique. ff. de furtis, & confert capitulo ſi quid inueni-
ſti, decimaquarta queſtione quinta, & in ſpecie annotauit A-
retinus in dicto §. quod ſi ex naufragio, columna prima, verſi-
culo in dubio autem. Et verè præſumptio eſt aduerſus hunc
inuentorem, quia ſi habuiſſet animum non committendi
14 furtum facilè ei fuiſſet proponere libellũ. Et propterea † nõ
eſt ſtãdum eius aſſertioni etiam iuratæ, quòd ſcilicet eã acce-
perit animo non furandi: ex quo ei repugnat prædicta præ-
ſumptio, iuxta doctrinam Bart. in l. inter omnes. §. rectè. col. 1.
ff. de furtis. quæ auctore Aretino in d. §. quod ſi ex naufragio.
optimè probatur in d. § qui alienum.
15 Quintus ac vltimus † nũc eſt caſus, cùm quis inuenit rem,
quàm probabiliter credit habitam fuiſſe pro derelicta ab ipſo
domino. Hoc in caſu, etiam ſi nullum propoſuit libellum rei
inuentæ ſignificatiuum, attamen non præſumitur commiſiſſe
furtum. Ita probat d. l. falſus. §. qui alienum. ver. ſi quis ſponte.
ff. de furtis. & ibidem Bart. num. 4. & apertiùs Aret. in d. l. in-
terdum. § quod ſi ex naufragio. col. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Et
huius ſententiæ ea eſt ratio, quod cum inuentor probabili
coniectura credat, rem nullius eſſe, eam ita ſibi acquirit, vt al-
teri reſtituere non teneatur. d. §. qui alienum. & in foro con-
ſcientiæ idem admittunt Diuus Thomas in 2. 2. q. 62. art. 5.
vbi Caietanus & Diuus Antonius in ſumma in ſecunda parte.
titul. 1. capit. 15. §. 2. & Couarr. in cap. peccatum. parte 3. §. 1.
colum. 1.
16 Cæterùm non leuis † eſt dubitatio, quomodo præſumatur
res habita pro derelicto. Exiſtimarunt Accur. in l. 2. §. vlt. ff. ad
l. Rhod. de iactu. Bartol. in d. §. qui ex naufragio. quem ibi ſe-
cuti ſunt Fulgo. Imola. & Alex. ita eſſe diſtinguendum. Aut res
proiicitur in mare, non adhibita aliqua diligentia, vt ſi proii-
cit librum apertum: Et tunc dicitur habita pro derelicto. Aut
librum clauſit, & cera illeuit, vel alia ſimili diligentia vſus eſt:
Et tunc non præſumatur habuiſſe rem pro derelicto. Hanc
diſtinctionem confutauit Aretinus, in d. §. quod ex naufra-
gio. col. 1. verſic. ideò Doctores. Diſtinguit ipſe Aretinus tres
caſus. Quorum primus eſt, quando naufragium fit in flumine,
ſicque in flumine, leuandę nauis cauſa iactatur. Hoc caſu non
præſumitur res habita pro derelicto, ex quo à communiter
accidentibus recuperari res ſolet. Ita probat l. Pomponius. in
princ. ff. de acq. poſſeſſ.
17 Secundus eſt caſus, quãdo † naufragium contingit in ma-
re, ſed non multum longè à littore. Hoc etiam in caſu res non
præſumitur habita pro derelicta. Ita Aret. interpretatur l. 2. §.
vlt. & l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhodiam de iactu. & l. qua ratio-
ne. §. vlt. ff. de acquiren. rerum domi. Quam quidem interpre-
tationem ſuppreſſo Aretini nomine probarũt & Franc. Con-
na. lib. 3. commenta. iuris. cap. 3. num. 3. & Petrus Pekius in d.
l. qui leuandæ. Et quamquam verbis iuriſconſultorum non
admodum conuenire videatur hæc explanatio, ratio tamen
ipſa ſuadet veram eſſe huius doctrinam: cùm nemo ſit, qui nõ
credat probabiliter, eum qui propè littus maris naufragium
18 fecit, quin eo animo iactet, vt illa recuperet. Tertius † eſt ca-
ſus, ex traditione Aretini Connani & Peckij, cùm medio in
19 mari benè procul à terra, iactus fit. Hoc † in caſu præſumitur
res habita pro derelicta. Ita ij interpretati ſunt. d. l. falſus. § ſi
iactum ex naue. ff. de furtis. Quo loci Vlpianus dixit, eum,
qui in mari abiicit, plerunque derelinquendi animo id fa-
cere. Plerunque exponunt Conna. & Pekius, interdum,
vt hic ſit ſenſus, quod interdum, aliquando is, qui medio in
mari abiicit, delinquendi animo abiiciat. Regulariter enim
qui in mari naufragium timet, non abiicit derelinquendi ani-
19 mo. Illa itaque † dictio, plerunque, ſtat pro interdum, ſicuti
& apud Ciceronem in lib. 2. de inuentione. *Fortuita ſunt (inquit Cicero) quæ plerunque non ſemper eueniunt, id eſt, quæ inter-
dum.* Ego apud noſtros obſeruaui dictionem plerunque, loco
dictionis interdum poni, quemadmodum in §. ſed iſte. in In-
ſti. de actio. & ibidem annotarunt Ang. Aret. & Gomes. num.
21. Hæc diſtinctio conuenit quidem quò ad iacientis perſo-
nam: ſed non ſatis ex ea explicatur, quomodo inuentor id ſci-
20 re poſſit, vt à furto excuſetur. Quocircà vna cum Vlpiano in
d. §. ſi iactum, dicendum, aut † inuentor ſcit rem non eſſe ha-
bitam pro derelicto, & tunc furtum committit. Scit autem
vel certò, vt ſi eadem in naui nauigans audiuit proiicientem
ita proteſtari, ſe ita abiicere, vt ſiquando ſaluus ipſe erit, ſal-
uaq́ue res eam velle recuperare: vel etiam ſcit præſumptiuè,
vt cum videt naufragium, vel in flumine, vel in mari prope
littus fieri. Aut verò inuentor iſte ignorat quo animo abii-
ciens rem eam abiecerit & tunc ſi in littore maris, vel in mari

ipſo eam inuenit, furtum non committit, cum in dubio prę-
ſumendum ſit, hunc exiſtimaſſe rem illam pro derelicta habi-
tam fuiſſe à domino, id quod ſignificauit Vlpia. in d. §. ſi ia-
ctum. verſ. quod ſi putans ſimpliciter.

## PRÆSVMPT. XXXI.

### Furtum à rei cuſtode præſumi commiſſum.

### SVMMARIVM.

1 *Furtum præſumitur commiſſum ab ipſius rei cuſtode ob malam eius cuſtodiam, & poteſt is torqueri, vt furem indicet.*
*Secus ſi in cuſtodiendo eam diligentiam adhibuit, quam vnuſquiſque diligens paterfamil. adhibuiſſet, & quando more ſolito cuſtodiuit. num. 2.*
3 *Cuſtos rei ſubtractæ accuſatus de ipſo furto, ſi antea inops & oneratus familia erat, nunc autem poſt furtum cœpit impendere pecuniæ ſummam, præſumitur furtum commiſiſſe.*
*Declaratur id non procedere in mercatore, qui ob negotiationes aliquando plus ſolito impendit. num. 4.*
*Nec procedit id in viro bonæ conditionis & famæ. ibidem.*
5 *Cuſtos monetæ, accuſatus de furto, ſi iam impendit monetam ſimilem illi, quæ fuit ſubtracta, oritur contra eum præſumptio furti.*
*Declara vt ſuprà in mercatore id non procedere. ibid.*
6 *Accuſatus de furto, cui aliqua pecunia data eſt alteri deferenda, ſi per inuia loca & inſolita iuit furtum commiſiſſe præſumitur.*
*Idem quando præter morem receßit è domo fugitiuè, cùm eſſet familiaris in ea domo. num. 7.*
*Idem quando viſus eſt domum exire cum fardello ſub veſte vel pallio. num. 8.*
*Secus ſi erat vir bonæ conditionis & famæ. num. 9.*
10 *Furtum præſumitur, is commiſiſſe, qui viſus eſt noctis tempore exire domum, in qua commiſſum fuit furtum.*
11 *Lex malè præſumit contra eum, qui tempore noctis ambulat.*
12 *Furtum detegitur & ſumitur indicium à forma pedis accuſati de ipſo furto: non eſt autem ſufficiens indicium ad torturam.*
13 *Furtum commiſiſſe is præſumitur, cuius vel veſtis, vel telum, vel quid ſimile reperta fuerunt in loco commißi furti.*
*Idem quando reperta eſt ſchala ad ſpeculum domus commißi furti, quæ ſanè ſchala viſa eſt prius in domo ipſius accuſati. nu. 14.*
*Non eſt tamen ſufficiens indicium ad torturam. ibid.*
15 *Accuſatus de furto in dolo cenſetur, quando res ſubtracta adferebat ipſi tantum commodum & non alteri.*
*Idem ſi repertum eſt aliquod inſtrumentum aptum ad derobandum, & conſtat eſſe ipſius accuſati. num. 16.*
17 *Furtum is præſumitur commiſiſſe, apud quem claues adulterinæ ad aperiendum hoſtium domus repertæ ſunt.*
18 *Vicini furti crimine tenentur: Idem de alio damno dato, vel homicidio.*
*Hinc in multis Italiæ locis ſancitum eſt, damnum in oppido, caſtro, & villa datum, eſſe reſarciendum à vicinis. nu. 19.*
20 *Villa tenetur rependere damnum ex incendio in ipſa villa commiſſo, ſi incendiarium pro noxa non dederunt: & quare.*
*Tenetur etiam emendare & ſic rependere damnum ex furto illatum. num. 21.*
22 *Vicini non tenentur de damno illato vicino, ſi ſunt bonæ conditionis & famæ.*
*Idem quando indicijs vel coniecturis conſtat damnum fuiſſe commiſſum ab alio quàm à vicinis. nu. 23. & ceſſat ſtatuti diſpoſitio de damno reſarciendo à vicinis. ibid.*
23 *In Claris non eſt opus coniecturis.*
24 *Vicini ſi tempore commißi furti vel damni erant abſentes, nulla præſumptio eſt contra ipſos, quòd furtum commiſerint, & ſic non tenentur de damno.*
25 *Frater pro fratre tenetur offendente maieſtatem principis, ſic dictante eius decreto: ſecus ſi frater erat abſens, quando alter frater offendit ipſum principem.*
26 *Vicini non tenentur de damno illato, quando damnum vel furtum fuit commiſſum noctis tempore & à multis, quib. vicini reſiſtere non potuerunt.*

CONVENIT hoc loco, vt differamus de aliis
coniecturis & præſumptionibus, quæ circa
furtum commiſſum verſantur, à quibus ſcili-
cet præſumatur perpetratum. Et inter alias
coniecturas.
1 Prima hæc vrgens † eſt, quod præſumatur commiſſum ab
ipſo rei cuſtode ob malam eius cuſtodiam. Ita ſcribunt gloſſ.
in l. ſi quis domum. §. Imperator. ff. locati. Bart. in l. 1. in prin.
ff. de officio præfecti vigilum, qui dixit, quòd, quando noctis
tempore fuit commiſſum furtum, torqueri poſſunt cuſtodes,
vt furem indicent. Idem affirmauit Cæpolla in conſ. 18. num.
23. & 24. in criminal. qui ait vnà cum Bart. non requiri aliud
indicium, idem ſenſerunt Decius in conſil. 373. num 6. & M.
Ant. Blancus in Tract. de indiciis. num. 425. Verùm Auguſti-
nus Ariminen. in additio. ad Angelum de maleficiis, in ver-
bo, etiam veſtem cœleſtem. num. 17. requirit, quòd cuſtos il-
le ſit vilis conditionis vel malæ famæ, aliàs locus non erit
2 torturæ. Hæc † autem coniectura & præſumptio ceſſat quan-
do ipſe cuſtos adhibuit in cuſtodiendo eam diligentiam,
quam vnuſquiſque diligens pater familias adhibuiſſet: &
quando more ſolito cuſtodiuit. Ita reſpondit Decius in d.
conſ. 373. num. 7. & 8.
3 Secunda eſt coniectura † & præſumptio, quando proba-
tur accuſatus de furto iam antea fuiſſe inopem, & oneratum
familia inutili, & tamen poſt furtum commiſſum cœpiſſe im-
pendere magnam pecuniarum ſummam. Nam tunc ſumitur
coniectura, quod ipſe commiſerit illud furtum. Ita Bart. in l.
vlt. numero 5. ff. de quæſtio. Baldus in l. conuenticulam. C. de
Epiſcop. & cler. Franc. Brunus in Tract. de indiciis & tortura.
par. prima. quæſt. 3. principali. verſic. item eſt aliud. Pariſius in
conſil. 156. num. 36. lib. 4. Blancus in Tract. de indiciis. num.
420. 421. Iacob. Nouellus in practica criminali. tit. ad defen-
ſam. rub. an indicia pro reo danda ſint. num. 150. qui declarat
4 † non procedere in mercatore qui ob negociationes ali-
quando plus ſolito impendunt & numerant. Ita quoque de-
clarat non procedere in viro bonæ conditionis & famæ.
5 Tertia eſt coniectura † & præſumptio, quando iſte accuſa-
tus iam impendit monetam ſimilem illi, quæ ſubtracta fuit.
Ita Angelus in l. milites. C. de quæſtio. Brunus loco ſupraci-
tato, & Pariſ. in d. conſil. 153. numer. 32. & quidem Pariſ. in d.
conſil. 153. num. 33. declarat non procedere in mercatore qui
quoties vendit & emit.
6 Quarta coniectura † & præſumptio eſt, quando accuſatus
iſte cui pecunia aliqua data eſt alteri deferenda, viſus eſt ire
per loca inſolita & inuia: Nam tunc pręſumitur iuiſſe per illa
loca, vt facilè poſſet è ſacculo vel crumena pecuniarum ali-
quam ſummam educere & furari: Ita reſpondit Pariſius in d.
conſ. 156. num. 32. verſic. prima eſt. lib. 4. ſimile eſt quod dici-
mus, eum, qui non recta via, ſed per loca deuia & inſolita iter
facit, præſumi velle fraudem committere, vt tradunt multi,
quos congeſſi ſupra hoc libro in pręſumpt. 3.
7 Quinta eſt coniectura † & pręſumptio, quando accuſatus
iſte pręter morem receſſit è domo furtiuè cùm eſſet familia-
ris in ea domo. Ita glo. in §. ſi verò. in Auth. de exhib. reis. &
reſpondit Pariſius in d. conſ. 156. num. 34. lib. 4.
8 Sexta eſt coniectura † & pręſumptio quādo accuſatus iſte
viſus eſt exire domum cum fardello (vt vulgò appellant) ſub
veſte & pallio.: Nam inde oritur pręſumptio, quod ipſe rem
illa ſubtraxerit. Ita Angel. in l. 2. C. de quęſtio. & M. Antonius
Blancus in Tract. de indiciis. nu. 418. qui ſcribit eſſe indicium
9 vrgēs ad torturam. Et ſubiungit, hoc † indicium ceſſare, cùm
ille, qui exiuit domum, erat vir probus & bonę conditionis ac
famę. Et idem tradit Plotus in l. ſi quādo. nu. 889. C. vnde vi.
10 Septima eſt coniectura † & indicium quando viſus eſt exi-
re noctis tempore è domo illa, in qua commiſſum fuit fur-
tum: Ita in ſpecie ſcriptum reliquit Blancus in d. Tract. de in-
11 diciis. num. 419. & Plotus vbi. ſupra. nu. 890. Nam lex † male
præſumit contra eum, qui tempore noctis ambulat, ita glo. in
l. furem. ff. ad l. Cornel. de ſicar.
12 Octaua eſt coniectura † & indicium ſumitur à forma pe-
dis huius accuſati de furto. Ita Alber. in l. indicia. col. 2. C. de
rei vend. & Blancus in d. Tract. de indiciis & tortura. nu. 426.
qui tamen dixit, non eſſe ſufficiens indicium ad toturam.
1 Nona coniectura † & indicium ducitur ex eo, quod res
aliqua huius accuſati reperta fuit in loco commiſſi furt, vt ſi
eius veſtis, telum, vel quid ſimile. Ita Blancus vbi. ſuprà. num.
427. ex ſententia Ciceronis lib. 2. ad Herennium, vbi de cau-
ſa coniecturali agit.



14 Decima coniectura † & indicium oritur ex Schala reperta
ad ſpeculam domus, in qua fuit commiſſum furtum: quæ ſa-
nè Schala viſa eſt in domo alicuius. Ita Pariſ. Putheus in
Tract. de Syndicatu, in verbo, an ſtetur dicto torti. & cum eo
Blancus in dicto Tract. de iudiciis, in fine, qui tamen dicunt,
non eſſe iudicium ſufficiens ad torturam. Et alios in hanc
ſententiam recenſet Plotus in l ſi quando. nu. 881. C. vnde vi.
25 Vndecima eſt coniectura † & indicium, quando res furto
ſubtracta adferebat commodum huic accuſato tantùm & non
alteri. Nam tunc ab eo ſubtracta præſumitur: puta ſi ſubtra-
cta fuerunt aliqua inſtrumenta contractus, vel teſtamenti,
quæ contra illum accuſatum conſcripta fuerant. Ita Bart. in l.
vlt. num. 5. ff. de quæſtio. Blancus in dicto Tract. de indiciis.
num 422. & Plotus in l. ſi quando. num. 884. C. vnde vi.
16 Duodecima eſt coniectura, quando † repertum eſt aliquod
inſtrumentum aptum ad derobandum, vt de ſcarpello, quo
domus effoſſa fuit, vt reſpondit Marſil. in conſilio 8. num. 6.
cùm dixit, quod ſi repertum eſt ſcarpellum apud domū per-
foſſam, & conſtat ſcarpellum eſſe Mænij, is pręſumitur perfo-
diſſe & derobaſſe domum. ita diximus ſuprà lib. 1. q. . . in in-
dicio, quod is præſumitur occidiſſe, cuius gladius repertus
17 fuit apud occiſum, ſic † & aliquando reſpondi, pręſumendum
fuiſſe illum commiſiſſe furtum, apud quem claues adulterinæ
ad aperiendum domum & oſtium repertæ ſunt.
18 Decimatertia eſt † coniectura, quæ ſumitur à vicinitate &
conuerſatione. Nam furtum præſumitur factum à vicinis.
Idem de alio damno dato, vel homicidio: ſicuti ſcripſerunt
Barto. in l. dominus horreorum. ff. locati. in l. ſi ita. §. vlt. ff. de
fundo inſtructo inſtrumentoque lega. & in l. 2. ff. de vi publ.
Socinus Senior in conſ. 54. num. 12. lib. 3. Tiraquellus in tract.
de pœnis legum. &c. Cauſa 23. num. 11. Blancus in tract. de in-
diciis. num. 412. & Plotus in l. ſi quando. num. 887. C. vnde vi.
& conferunt quæ ſcripſi ſuprà lib. 1. q. 89. num. 89.
19 Hinc † in multis Italiæ locis ſancitum eſt eorum ſtatutis,
damnum in oppido, caſtro, & villa datum eſſe reſarciendum
à vicinis, quippè præſumitur, incolas ipſos damnum illud de-
diſſe. Ita ſanè extat ſtatutnm Brixiæ. 116. in criminalibus.
Rubr. Qualiter. Communia teneantur ad reſtitutionem pro
damno dato. Et ſtatutum hoc refert & commemorat Calca.
20 in conſ. 39. qui reſpondit, villam teneri † rependere damnum
ex incendio ipſa in villa commiſſo, ſi incendiarium pro noxa
non dederunt. Cùm (vt ille ait ibi. nu. 2.) alioqui præſumatur
ab ipſis incolis immiſſum fuiſſe ignem: Et ſimili in caſu re-
ſpondit ipſe Calca. in conſ. 63. cui ibidem tribus ſubſequen-
tibus conſiliis plures illius ætatis celebres iuriſconſulti ſub-
ſcripſerunt. Et illos ſecutus eſt Gramma. in conſ. 22. in crimi
nal. qui ſimile ſtatutum Neapolitanum recenſet. Extat & ſi-
mile ſtatutum Vincentię ſub rub. De damno dato, cuius qui-
dem meminit Cæpolla in conſil. 18. in criminal. quo loci re-
21 ſpondit, quod † villa tenetur emendare ſicque rependere
damnum ex furto illatum. Et huius ſtatuti eam eſſe rationem,
inter multas, dixit, quia furtum præſumitur ab illis vicinis ſic-
que incolis factum. Ita Cæpolla in d. conſi. 18. num. 23. quem
ſecutus eſt Pariſius in conſ. 158. num. 7. lib. 4. Extat & ſimile
ſtatutum Papiæ in criminal. ſub. rub. De pœna communium
terrarum territorij Papiæ ibi habitantium, &c. Et hunc Italiæ
mortem eſſe teſtatur & ille Philoſophorum princeps Ariſto-
teles, libro admirabilium conſultationum. cap. 79. cuius ver-
ba è Gręco in Latinum conuerſa hæc ſunt. *Ex Italia viam eſſe
adusque Celtas, Gallos & Celtiberos Heracleam vocatam, in qua
Græci & indigenæ tranſeuntes ab incolis obſeruantur, ne quid eis
forte mali accedat: Nam & ij pœnas pendunt damnumque lege ſar-
ciunt, in quorum finibus datum fuerit.*
22 Declaratur primo hæc † præſumptio, vt locum nō habeat
in his vicinis, qui frugi honeſtę, probatęque vitę ſunt: Nam in
his ceſſat omnis mala præſumptio & ſuſpicio. Ita Baldus in
l. 1. in fine. C. locati. Alexand. ad Bart. in l. 2. ff. de vi publ. Ia-
ſon in l. in actionibus. num. 42. ff. de in litem iurando. Affli-
ctus in Conſtit. Siciliæ, incipit: In quæſtionibus. colum. vlti-
ma. & Tiraq. in tractatu de pœnis legum, &c. cauſa 23. in fin.
23 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat hæc coniectu-
ra, & præſumptio, quando conſtat aliis coniecturis & indiciis
furtum vel aliud damnum commiſſum fuiſſe ab alio quàm à
vicinis. Hoc ſanè caſu ceſſat ſuſpicio contra ipſos vicinos,
& ceſſat illa diſpoſitio ſtatuti, de damno reficiendo à vicinis,
vel incolis loci. Ita reſpondit Romanus in conſilio ſeptimo,
24 num. 1. Nam in claris † opus non eſt coniecturis. l. ille aut ille.
§. cum in verbis. de leg. 3.
25 Declaratur tertiò, vt † locum non habeat, coniectura hæc
contra vicinos illos & incolas, qui eo tempore commiſſi fur-
ti, vel damni erant abſentes: Hoc ſanè caſu nulla præſum-
ptio extat aduerſus hos abſentes: & conſequenter non te-
nentur rependere damnum, ſeu non tenentur concurrere
cum aliis vicinis & incolis, qui eo tempore in vicinia & loco
erant. Ita tradit Albericus in Tractatu ſtatutorum, in ſecun-
da parte. quæſtio. 68. & quæſt. 83. quem ſecutus eſt Decius in
conſilio 64. colum. 4. qui ſimili in caſu reſpondit, quod etſi
frater pro fratre offendente Principis ſui maieſtatem tene-
tur, ſic dictante decreto & conſtitutione ipſius Principis,
attamen non tenetur frater, qui abſens erat, quando alter
frater offendit ipſum Principem: atque ita Decius declarat
Decretum Ducis Mediolani.
26 Declaratur quartò, † vt non procedat hæc coniectura &
ſtatutum, quando damnum & furtum commiſſum fuit no-
ctis tempore & à multis, quibus vicini & incolæ loci reſiſte-
re non potuernnt. Ita Bart. in l. nunquid. numero ſecundo. ff.
de incendio, ruina & naufrag. Comenſ. in conſilio centeſimo
quinquageſimoprimo. columna prima. Afflictus in Com-
mentariis ad Conſtitutiones Neapolita. Rub. ſuper inciſio-
nibus. nume. 31. & Boetius in Tractatu de ſeditioſis in primo
præſuppoſito. nnm. 8.

## PRÆSVMPT. XXXII.

### Malus & nequam ſemel quando ſemper malus ac nequam præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Malus & nequam ſemel ſemper malus & nequam præſumitur.*
2 *Talis quis hodie præſumitur, qualis olim fuit.*
3 *Calumniatus ſemel in futurum calumniari præſumitur.*
4 *Miles, qui ſemel malè ſe geßit in militia, præſumitur quod in futurum malè quoque ſe geret.*
5 *Malum ſemper è malo præſumitur, ſicuti bonum è bono.*
6 *Negligens ſemel præſumitur quòd in futurum ſemper erit negligens.*
6 *Scholario, qui negligenter ſtuduit in iure canonico, præſumitur quòd etiam negligenter ſtudebit in iure ciuili.*
8 *Fidem qui ſemel non ſeruauit, præſumitur quòd nec etiam in poſterum ſit eam obſeruaturus.*
9 *De carcere qui ſemel aufugit, amplius relaxari non debet etiam dato fideiuſſore.*
10 *Homicidium qui ſemel commiſit, præſumitur etiam eum occidiſſe, cuius homicida ignoratur.*
11 *Inimicus ſemel adhuc præſumitur inimicus.*
12 *Periurus ſemel ſemper in poſterum peierare præſumitur, & ſic reijciendus à iuramento præſtando.*
13 *Falſarius ſemel ſemper in futurum præſumitur talis.*
14 *Hæreticus ſemel ſemper hæreticus præſumitur.*
15 *Dolus ſemper præſumitur in eo, qui ſemel in dolo verſatus fuit.*
16 *Repulſus ab electione ob vitium & crimen amplius non eſt admittendus, quia vitium adhuc præſumitur durare.*
17 *Præſumptio hæc, quòd ſemel malus ſemper malus præſumatur, hominis præſumptio appellatur ab Alber. verius autem dicitur præſumptio iuris.*
18 *Ex delicto commiſſo de præſenti arguitur etiā in præteritum: nam.*
19 *Vidua fornicatrix præſumitur etiam talis fuiſſe viuente marito. Contra, num. 21. & ſeq.*
20 *Lex priuans vxorem dote ob commiſſum adulteriū, extenditur etiam ad viduam, quæ ſtuprum commiſit.*
22 *Præſumptio non ſufficit, vt aliquis damnetur de crimine, niſi aliud conſtet.*

23 *Mulier luxurioſa præſumitur & prodiga cùm vnum crimen dependeat ab alio.*

24 *Malus ſemel præſumitur ſemper malus in eodem genere mali vel illi ſimili, ſecus in diuerſo genere.*

*Habet autem contra ſe ſuſpicionem quandam, vt & malus ſit in alijs diuerſis malis, ob magnam connexitatem, quam habent inter ſe vitia. numero 25.*

26 *Dogmata mala ſicut conſueuerunt impuram vitam inducere, ita & vita peruerſa dogmatum diuerſitatem ſæpe parit.*

27 *Hæreſim vnam qui ſemel abiurauit, ſi in aliam deinde diuerſæ ſpeciei labatur, relapſus dicitur.*

28 *Hæreſes licèt ſpecie ſint diuerſæ, habent tamen connexitatem quandam, vt vna ab altera dependere videatur.*

29 *Vaſallus, qui reuelauit ſecreta domini, præſumitur id feciſſe, vt damnum adferret domino.*

30 *Malus ſemel, ſi factus eſt probus, ab eo malo ſe diu adſtinẽs ſaltẽ per triennium, ceſſat contra eum præſumptio, quod adhuc ſit malus in eodem genere mali.*

*Intellige ſi magnam pœnitentiam egit. numero 31.*

*Vel ſi conſtaret ſæpe occaſionem contigiſſe delinquendi in ſimili caſu, & tamen ſe abſtinuit, numero 32.*

*Idem quando ſimpliciter ipſum pœnituit, facta declaratione vel verbis vel facto ipſo ſe pœnitere. numero 33.*

34 *Delinquens poſt peractam pœnitentiam & aſſecutam indulgentiam à ſacerdote habetur perinde ac ſi non deliquiſſet.*

35 *Teſtis periurus ſemel peracta pœnitentia admittitur adhuc ad teſtimonium.*

36 *Peccator qui peccati pœnitentiam egit, non dicitur amplius peccator.*

37 *Mater meretrix licèt non poßit filiam exhæredare, ſecus tamen eſt poſt ſui erroris emendationem.*

38 *Filia, quæ in corpus ſuum peccauit, licèt nec ali nec dotari à patre debeat, peracta tamen pœnitentia & alenda & dotanda eſt.*

39 *Filius licèt ob vitium ingratitudinis poßit à patre exhæredari, ſecus tamen eſt peracta per eum pœnitentia, quia ingratus eſſe deſinit.*

*Imò ſi fuerit à patre ex iuſta cauſa exhæredatus, ſi poſtea ſe reconciliauit cum ipſo patre, exhæredatio cenſetur reuocata. nu. 40.*

41 *Vſurarius, qui alioqui non admittitur ad dicendum teſtimonium, peracta pœnitentia admitti poteſt.*

*Secus ſi bis deliquit, quia non tollitur ex pœnitentia hæc præſumptio malitiæ. num. 42.*

43 *Libidinis vitium, & huiuſmodi etſi vehemens ſit in adoleſcentia, in ſenectute tamen extinctum præſumitur.*

44 *Delictum qui aliàs commiſit, præſumitur quòd in poſterum ſimile ſit perpetraturus: reſpectu autem pœnitentis huiuſmodi præſumptio ſolum ſuſpicionem facit.*

45 *Notarius ſi fuit damnatus ob inſtrumentum falſo confectum, cætera eius præterita inſtrumenta falſa non præſumuntur.*

46 *Crimen occultum ſi quis commiſit, non præſumitur quòd aliud ſimile delictũ is debeat perpetrare, imò cenſetur de eo pœnitentiam egiſſe.*

47 *In occultis accipitur ſemper interpretatio in optimam partem.*

1 CVM à natura † bona, in qua progenitus eſt homo,
ſicuti diximus ſupra, ad malam tranſit, inde fit, vt
quemadmodum ab ipſo initio, nil mali de eo præ
ſumi ſuſpicariuè poterat, vt hactenus diſſeruimus:
Ita natura ſemel ad malum conuerſa, nil boni de homine ip-
ſo præſumi poteſt. Quocircà dicimus quod ſemel malus ſem-
per præſumitur malus. c. ſemel malus de reg. iuris in 6. Id quod
præclarè confirmat Cicero in oratione pro Aulo Cluentio
his verbis. *Perinde, vt opinio eſt, de cuiuſque moribus, ita quid ab eo
factum ſit exiſtimari poteſt.* Nam talis eſſe † hodie vnuſquiſque
2 præſumitur, qualis olim fuit. Spectanda quidem ſunt (inquit
Fabius Quintilia. libro quinto inſtitut. orato. capitulo 10.)
anteacta dictaque ex præteritis enim æſtimari ſolent præſen-
tia. Quis vllam vllius boni ſpem habebit in eo, cuius primum
tempus ætatis palàm fuerit ad omnes libidines diuulga-
tum? Hinc Cicero in oratione ad Senatum poſt reditum
ſuum.

*Nemo repente, inquit, fit turpißimus omnibus in rebus,
qui grauiores, maioréſque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitari, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui arguitur eſt ponderandum. Neque enim poteſt quiſquam repentè vita mutari, aut natura conuerti.*

Hæc ille. Rectè itaque dicimus, quod ſemel malus ſemper
præſumitur malus. Hinc dixit Vlpianus in l. ſi cui. §. iiſdem.
3 ff. de accuſat. quòd † ille, qui ſemel eſt calumniatus, in futu-
rum calumniari præſumitur. Ita pariter in l. non omnes §. à
4 Barbaris. ff. de re milit. ſcriptum eſt, quod ſi † miles ſemel ma
le ſe geſſit in militia, præſumitur quod in futurum male quo-
que ſe geret. Sic etiam in cap. nonnulli. diſt. 46. legitur ex di-
5 uo † Auguſtino, malum ſemper è malo præſumi: ſicuti bo-
num è bono. Et textum hunc annotauit in hanc ſententiam
Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. nu. 10.

6 Hinc ſcriptum pariter † legimus in cap. ſcribebam, de præ-
ſump. quod ſemel negligens præſumitur quod in futurum e-
rit negligens. Et eo loci ſubinferunt Io. Andreæ, Abbas, Imo-
7 la & Felinus, quod † is, qui negligenter ſtuduit in iure cano-
nico, præſumitur quo etiam negligenter ſtudebit in iure ciui-
li. Et horum traditionem probarunt Euerard. in Centuria le-
gali in loco de tempore ad tempus nu. . .

8 Hinc etiam dicimus, quod is, qui † ſemel fidem non obſer-
uauit præſumitur, quod nec etiam in poſterum ſit eam obſer
uaturus. Ita gloſſa, Baldus & Roma. in l. lege Cornelia. ff. ad
9 S.C. Sylla. cùm dixerunt, quod † licèt quis aliàs eſſet relaxan
dus è carcere, in quo ob delictum fuerat incluſus, dato fide-
iuſſore: attamen ſi ſemel aufugit, ex ipſo carcere relaxari non
debet. Quam quidem doctrinam probarunt idem Baldus in
in l. 3 C. epiſcop. audien. Ange. Aret. in Tract. maleficiorum
in verbo fama publica. nu. . . verſ. quartò notandum, & Mar-
ſilius in l. maritus. num. . . ff. de quæſtio. & Igneus in d. l. lege
Cornelia. nu. 51.

10 Hinc etiam fit, quod is, qui † ſemel commiſit homicidium,
præſumatur etiam occidiſſe eum, cuius homicida ignoratur.
Ita Salicetus in l. vl. col. pen. C. de quæſt. & apertius Marſilius
in l. 1. in prin. ff. de quæſt. & in ſing. 217. & clarius Alciatus in
11 Tract. de præſump. reg. 2. præſump. 7. num. 1. Ita † etiam ſemel
inimicus adhuc inimicus præſumitur. l. in ipſius. C. famil. erciſ.
vbi Bal.

12 Huc pertinet † quod dicimus, ſemel periurum præſumi pe
ierare in futurum, & propterea reijcitur à iuramento præ-
ſtando cap. paruuli 2. 2. q. 5. & cap. literas de prẹſump. Ita Al-
cia. in d. reg. 2. præſump. 10. & ante eum Lucas de Penna in l.
3 col. 2. verſicu. trigeſimaprima præſump. C. de apochis publ.
lib. 10. Et huc pertinet locus M. Ciceronis in oratione pro Ra
birio poſth. cùm dixit. *Vbi quis ſemel peierauerit ei credi poſtea
etiam ſi per plures Deos iuret, non oportet.* Non longe ab hac tra-
13 ditione diſcedit quod ſcripſerunt † Salicetus & Are. in l. ſi ex
falſis. columna pen. C. de tranſact. ſemel falſarium, præſumi
14 falſum debere in poſterum committere. Hinc quoque † dici-
mus, quod ſemel hæreticus ſemper hæreticus præſumitur: ſi-
15 cuti dixi ſuprà præſump. 18. nu. 15. coniectura. Confert † e-
tiam ad rem hanc quod reſpondit Roma. in conſi. 54. num. 6.
dolum præſumi in eo, qui ſemel in dolo verſatus fuit. Hinc e-
16 tiam ſcriptum † reliquit Abbas in c. cum inter canonicos. nu.
7. de elect. quod repulſus ab electione ob vitium & crimen am
plius non admittitur: cum vitium durare præſumatur.

17 Hæc autem præſumptio † quod ſemel malus præſumatur
malus hominis præſumptio appellatur ab Albe. in l. omnimo-
do. nume. 6. C. de inof. teſta. Credo verius eſſe iuris præſum-
ptionem, ex dicto capitulo ſemel. Niſi dicamus, Albe. appel-
lare hanc præſumptionem hominis comparatiuè ad præſum-
ptionem naturæ.

18 Extenditur primò † hæc præſumptio, vt etiam procedat in
delicto commiſſo ſemel de prẹſenti, vt ſcilicèt præſumatur ad
19 prẹteritum. Dicimus † enim, viduam fornicatricem prẹſumi
idem feciſſe viuente marito. §. vlt. in Auth. de reſtit. & ea, quẹ
parit in vndecimo menſe, & in ſpecie tradit Alcia. in Tract. de
prẹſump. reg. 2 prẹſump. 9. quo loci ſubinfert ad illam tradi-
tionem Caſtren. in l. ſororem. numero quartò. C. de iis, quib.
vt indignis, & in conſ. 147. Reuocatur in dubiũ li. 2. cùm dixit,
20 † legẽ priuantẽ vxorẽ dote, ob cõmiſſum adulterium extendi
etiam ad



viduam, quæ ſtuprum commiſit. Quam quidem do-
ctrinam confirmat ipſe Alciatus, ratione ducta ad ipſa præ-
ſumptione, quod ſcilicet præſumatur hæc vidua commiſiſſe
adulterium, etiam viuente marito. Et Caſtrenſem ſecuti ſunt
Corneus in d. l. ſororem. & in l. fideicommiſſum, poſt Salice-
tum ibi. C. de fideicom. Præpoſ. in cap. 1. §. item ſi fidelis. col.
1. quibus modis feudum amitta. & in cap. 2. de feudo ſine cul-
pa amitten. Petraſancta in ſing. 48. Iacobinus in d. l. ſororem.
C. de is, quibus vt indignis, & in inueſtitura feudali, in verbo,
dicti vaſalli. cauſ. 9. Marſilius in l. 1. num. 48. vſque ad num. 62.
C. de raptu virgin. & ſing. 13. & ſing. 410. Curtius Iun. in tract.
feudo. parte 4. 10. Lupus in rub. de donat. inter virum & vxor.
col. 4. num. . . . Bertrandus in conſilio 23. num. 6. libro 2. & in
conſil. 38. lib. 3. Neuiz. lib. 2. Syluæ nuptia. nume. 44. & com-
munem eſſe aſſeruit Boer. in q. 338. nu. 11. & ſi ipſe eo loci diſ-
ſentiat. Et horum opinio confirmatur ex his, quæ ſcripſi ſuprà
lib. 1. q. 24. num. 43. & 44.

21 Cæterùm contrariam opinionem probarunt † alij per-
multi. Ita Feder. de ſenis in conſi. 67. Mulier accuſata. Alex. in
d. l. ſororem. C. de ijs, quibus vt indignis. Iaſon. in l. 2. nu. . . ff.
ſoluto matr. & in l. fideicommiſſum. C. de fideicom. Crottus
in d. l. 2. in prin. num. 8. ff. ſoluto matr. & in l. 4. §. Cato. in pri-
ma lectura. num. . . . & in ſecunda lectura. colum. pen. verſic.
ſeptimò, de verbor. obligat. Decius in l. cum quidam puella.
colum. 2. num. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in cap. paſtoralis. col.
vltima. de iudiciis. quo loci dixit, hanc eſſe æquiorem opinio
nem. Bonus de Curtili in tract. de nobilita. in tertia parte. nu,
94. Brunus in tract. quod ſtantibus maſculis, &c. arti. 6. num.
305. Ripa in l. 2. in princ. num. 8 ff. ſoluto matr. Guiel. Mayne-
rius in l. in ambiguis. num. 208. de reg. iuris. Boer. quæſt. 338.
num. 10. 11. & 12. & ibi. in fine ait, ita in ea curia Burdegalen-
ſi iudicatum fuiſſe. Alciatus in dicta reg. 2. prẹſumptio. 9. & in
l. 2. num. 2. ff. ſoluto matr. Socinus Iunior in conſilio 111. lib.
3. Craue. in conſilio 205. num. 24. latiſſimè Rolandus in con-
ſilio 87. libro 3. Iulius Clarus in practica criminali. in §. ſtu-
prum. verſic. ſed nunquid. qui eiuſdem ſententiæ commemo-
rat Conradum, Bellonum, Guielmum Benedictum, Pinellũ
& Didacum. Et ait Didacus, ita ſæpius fuiſſe pro hanc opinio-
ne iudicatum. Nec vrget illa ratio Alciati, quod ſcilicet præ-
ſumatur hæc vidua commiſiſſe adulterium, viuente marito:
Nam reſpondet ipſemet Alciatus in dicta prẹſump. 9 in fine,
22 quòd non ſufficit præſumptio, vt quis † damnetur de crimine
præſumpto, alio non conſtituto, vt dicemus infrà in quarta
declaratione.

Et propterea, ſi hæc præſumptio eſſet conſiderabilis, non
diceretur hẹc mulier puniri tanquam vidua ſtuprum commit-
tens, ſed tanquam coniugata, ob adulterium: atque ita cauſa
præteriti adulterij, non autem præſentis. Cætera argumenta,
quæ in vnam & alteram partem adferri ſolent & poſſunt, hic
non expendo, quòd locus iſte non poſtulat.

23 Extenditur † ſecundò, vt procedat etiam hæc præſumptio
in alio genere delicti, quod tamen connexitatem ſeu depen-
dentiam quandam habet à primo, ſicuti dicimus, mulierem
luxurioſam præſumi etiam prodigam, vt ſcribunt Felinus in
cap. paſtoralis. colum. 3. de iudiciis. & Tiraquell. in tracta. de
legibus connub. lege. 9. num. 106. ex tex. vbi etiam gloſſa in l.
& mulieri. ff. de curato. furio.

24 Declaratur primò † hæc præſumptio, vt intelligatur ſemel
malus ſemper malus in eodem genere mali, vel illi ſimili: ſe-
cus in diuerſo genere. Ita Beluiſius & Alber. in l. omnimodò.
numero quinto. C. de inoff. teſtam. Bartolus in l. Caſſius. ff. de
Senato. & in l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſat. Baldus & Imola in
l. vltima. ff. de hẹred. inſti. egregiè Albericus in l. omnimodo.
nume. 5. C. de inoffic. teſtam. Anchar. in cap. ſemel malus. de
reg. iuris. in ſexto. Io. de Anna. in cap. cum P. diaconus. de ho-
micid. Lucas de Penna in l. quemadmodum. C. de agricol. &
cenſ. lib. 11. Felinus in cap. cùm in iure peritus. num. 2. de offi.
delegat. Marſilius in conſilio 15. num. 9. & in practica crimi-
nali. §. conſtante. num. 45. Alciatus in tract. de præſumpt. reg.
2. prẹſumpt. 7. num. 2. Gramma. in deciſ. 25. num. 7. qui recen-
ſet etiam Caſſaneum in conſilio 58. col. 3. Illud tamen vnum
25 eſt hic † aduertendum, ex ſententia Alciati in dicta præſump.
7. num 2. verſic. adde tamen, quod qui. &c. hunc, qui ſemel
fuit malus habere contra ſe aliquam ſuſpicionem, vt malus ſit
in aliis diuerſis malis: ob magnam connexitatem, quàm ha-
bent vitia inter ſe: ſicuti (ait Alciatus) probatur à fortiori ex
cap. ſi gens Angelorum. diſtinct. 56. vbi ex vna ſpecie delicti
paterni, prẹſumuntur filij laboraturi pluribus & diuerſis de-
lictis. Qua de re infrà præſumptione ſequenti dicemus. Huc
pertinet quod ſcribit diuus Chryſoſtomus exponens illud
26 Apoſtoli: Nolo vos ignorare, ſicut † mala dogmata (ait ſan-
ctus ille vir) impuram inducere conſueuerunt vitam, ita & vi-
ta peruerſa dogmatum peruerſitatem ſæpe parit. Huc etiam
27 facit † ſimile, dum dicimus, quod ille, qui ſemel abiurauit
vnam hẹreſim: ſi deinde in aliam diuerſẹ ſpeciei labatur & in-
28 cidat, relapſus dicitur: ob id quod hæreſes, † tametſi diuerſæ
ſint in ſpecie, habent tamen inter ſe quandam connexitatem,
vt vna ab altera pendere videatur. Ita tradunt.

29 Eſt ſimile quod dicimus, quod † quando vaſallus reuelauit
ſecreta Domini, præſumitur quod id fecerit, vt damnum ad-
ferret domino, ex quo damnum eſt annexum ipſi reuelationi,
qua de re dicemus infrà poſt Iſerniam in cap. 1. num. 2. quibus
mod. feud. amitt.

30 Declaratur † ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio,
quando iam ſemel malus, factus eſt probus, ab eo malo ſe diu
abſtinens, ſaltem per triennium. Ita probat tex. in §. hinc au-
tem nobis. verſi. nam etſi vitium. in auth. de monachis. & ibi-
dem Angelus. Idem ſcripſerunt Salicetus in l. vlt. §. ſi fundum.
il 1. ff. qui ſatiſdare cog. & in l. ſi minorem. ff. de in integrum
reſtit. mino. egregiè & copioſè Alber. in d. l. omnimodo. nu.
3. C. de inoff. teſta. Roma. in conſ. 236. Vt præmiſſa conſulta-
tio. num. 6. Ant. Corſetus in ſingulari in verbo, præſumptio,
incipit regula, quod ſemel malus. Barba in cap. teſtimonium.
ad finem. de teſtibus. Felinus in capit. cum deputati. col. 1. de
iudi. Iaſon in l. ſi prius. num. 42. poſt. Bart. ibi. num. 18. verſic.
quintò oppon. ff. de operis noui nunt. Gomes. in regulis can-
cellariæ, in prẹfatione ad regulam, de triennali. ad finem. Caſ-
ſan. in conſ. 60. num. 4. Alciatus in tract. de prẹſumptionibus.
reg. 2. præſumpt. 7. num. 2. verſic. ſecundò limitatur. & Boer. in
additio. ad Dynum in regula ſemel malus. de reg. iuris. in 6. &
latè Rolandus in conſ. 63. num. 12. lib. 3.

31 Hanc tamen † declarationem intelligit Alciatus præcitato
in loco, quando is, qui malus ſemel fuit, magnam aliquam
pœnitentiam egit: vt putà, ſi religionem ſit ingreſſus. Ita ille
intelligit tex. d. §. hinc autem nobis. in auth. de monachis, vel
32 quando † conſtaret ſæpè contigiſſe occaſionem delinquendi
ſimili in caſu: & tamen ſe abſtinuit, ex ſententia Iacobi Belui-
ſij, & egregiè Alberici in d. l. omnimodò. num. 3. C. de inoffi.
33 teſtam. Ego etiam intelligo quando † iſte ſimpliciter pœni-
tuit facti, facta declaratione vel verbis vel facto ipſo, ſe pœ-
nitere, ſicuti ſcripſerunt Bart. & Baldus in l. imperialis. ex illo
34 textu. C. de nuptiis, qui manifeſtè dixerunt, quod qui † deli-
quit, poſt peractam pœnitentiam & aſſecutam indulgentiam
à ſacerdote habetur perinde ac ſi non deliquiſſet. Et eo loci
35 Bart. ſcribit, inde factum † eſſe, vt teſtis ſemel periurus, etſi
aliàs (vt diximus ſuprà) non admittatur ad dicendum teſti-
monium: attamen, peracta pœnitentia, admittitur. Quam tra-
ditionem probauit etiam Afflictus in deciſ. 36. num. 4. qui ea
36 ratione vſus eſt, quod † peccator, qui peccati pœnitentiam
egit, amplius peccator non dicitur. cap. ferrum. diſt. 50. cum
aliis ab eo citatis. Hac tamen de illatione dubitauit Iaſon in
l. in arenam. num. 5. C. de inoff. teſta.

37 Huc pertinet † quod docuit Bald. in l. ſi filiam. C. de inoff.
teſtam. & poſt eum Fulgoſius in d. l. in arenam. nume. 5. C. de
inoff. teſta. quod licet mater meretrix non poſſit exhæredare
filiam, attamen exhæredare eam poterit, poſt ſui erroris emẽ-
dationem.

38 Huc quoque facit quod † tradit idem Iaſon in dicta l. in
arenam. num. 6. ex ſententia Specul. Butrij, Abbatis, & Alex.
quos ille commemorat, quòd licet filia, quæ in corpus ſuum
peccauit, nec ali, nec dotari à patre debeat: attamen peracta
pœnitentia & alenda & dotanda eſt. Huc etiam ſpectat quod
39 tradit idem Iaſon † in d. l. in arenam. num. 7. C. de inoff. teſta.
poſt Alex. in l. 1. col. vlt. nu. 45. ff. ſol. matr. quod licet filius ob
cauſã ingratitudinis poſſit a patre exhẹredari: attamen pœni-
tentia peracta, amplius exhẹredari nõ poterit: cũ ingratus eſſe
deſierit, & Cur. Iun. in l. admonẽdi. nu. 73. ff. de iureiu. Imò ſcri
40 bit Iaſ. in eadẽ l. in arenã. n. 3. quod ſi pater exhẹredauit † filiũ
ex iuſta

ex iuſta cauſa,& poſtea filius ſe reconciliauit cum ipſo patre,
exhæredatio cenſatur.reuocata.Ita Iaſon ait ſcripſiſſe Barto-
lum in l.3.§.vlt.ff.de adim.lega.Idem reſpondit Socin.Iunior
in conſ.145.nume.5.lib.2.qui eiuſdem opinionis recenſet e-
tiam Marſilium.

41 Huc etiam pertinet † quod tradit idem Iaſon in d.l.in are-
nam numero 9.vſurarium, qui alioqui non admittitur ad di-
cendum teſtimonium,peracta pœnitentia, admitti poſſe, ex
ſententia Baldi in rub.C.de vſuris. & in capi. paſtoralis. col.
vlt.de off.deleg.& Angeli in l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quibus
modis pignus,vel hyp.ſol. Et idem affirmauit ipſemet Iaſon
in l.1.num 13.C.de eden.

42 Hæc tamen declaratio † locum non habet quando iſte bis
deliquit. Nam tunc ex pœnitentia non tollitur præſumptio
malitiæ.Ita Alber.in l.omnimodo.num.3.verſ. ſi autem nul-
la.C.de inoff.teſta.vbi ſubiicit idem quando deliquit contra
naturam.cætera vide apud eum.

43 Declaratur tertiò,vt † non habeat locum hæc præſumptio
in delictis,quæ ſolo ipſo temporis curſu & ætate alterantur:
atque immutantur:ſicuti vitium libidinis, quod etſi vehemēs
fuit in adoleſcentia:attamen extinctum præſumitur in ſene-
ctute.Ita Bart.in l.ſi cui.§.ijſdem num.8.ff.de accuſ.Felinus in
cap.cum in iure peritus.num.12,de officio de leg.Alciatus in
Tract.de præſumptionibus.reg.2.præſumpt.7.verſ.tertiò li-
mitatur,& confert ca.cum in iuuentutæ.de præſumpt.

44 Declaratur quartò, † vt procedat hæc præſumptio reſpe-
ctu futurorum:Nam qui aliàs delictum commiſit præſumitur
quod in futurum ſimile ſit perpetraturus:ſed reſpectu prę̨ſen-
tis hæc præſumptio ſolam ſuſpicionem facit. Ita Alciatus in
d.reg.2. præſump.7.verſ.quartò intellige.ex ſententia Iaco-
bi Beluiſij & Alber.in l.omnimodo num.3.C.de inoff.teſta.
& Saliceti in l.vlt.col.pen.C.de quæſtio.

45 Ex his infert idem Alciatus, quod ſi notarius † damnatus
eſt,ob inſtrumentum falsò confectum, cætera eius præterita
inſtrumenta falſa non præſumuntur: & ſi alia in futurum im-
pediantur.Qua de re ſcripſi ſuprà præſump.10.in ſecunda ex-
tenſione.

46 Declaratur quintò, vt † non habeat locum hæc præſum-
ptio in crimine occulto:Nam tunc non præſumitur, quod is
aliud ſimile delictum debeat perpetrare.Imò præſumitur de
eo pœnitentiam agere.Ita Alciatus in d.præſum.7.in fin.poſt
Beluiſium in d. l. omnimodo, C. de inoff. teſta. & ibidem
47 Alber.nume.3, verſic.ſi verò rub.Ea ratione † adducti ſunt,
quod ſemper in occultis accipimus interpretationem in opti-
mam partem.cap.ſi omnia.6.q.1.& cap.ex tuarum.de Sorti-
leg.Qui autem ſit effectus præſumptionis naturæ de hac ho-
minis malitia explicat Alber in d.l.omnimodò.num. 7.C.de
inoff.teſta.

## PRÆSVMPT. XXXIII.

Vitium paternum quando & quomodo in filios præſumatur deſcendere atque continuare, accuratè explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Filius præſumitur eodem vitio laborare quo laborabat pater eius.*
*Si enim pater fuit incontinens, talis etiam præſumitur filius. numero.2.*
*Et ſi pater fuit factioſus,& partialis & ſeditioſus,talis etiam filius eſſe cenſetur.num,3.*
*Et id locum habet tam in filijs natis quam naſcituris.ibid.& numero 23.*
4 *Filius talis præſumitur,qualis pater fuit.*
5 *In Criminibus grauiſſimis,vt læſæ maieſtatis,non ſolùm pater criminis reus,ſed & filij alioqui de eo innocentes plectuntur.*
*Idem in crimine hæreſis,nu.6.*
*Et redditur ratio.nu.7.*
*Idem in filijs illegitimis & ſpurijs.num.11.*
8 *Patres magis terrentur in perſonam filiorum, quam in propriam. & nu.21.*
9 *Filij illegitimi præſumuntur eiſdem vitijs laboraturi, quib.& eorum pater laborabat:& quare.*
10 *Filius dicitur portio corporis patris ſui.*
12 *Nepotes præſumuntur tales,quales aui ipſorum fuerunt, & eodem vitio cenſentur laborare.*
*Hinc pœna, qua auus afficitur ob crimen læſæ maieſtatis tranſit etiam contra illius aui nepotem.nu.13.*
*Idem in crimine hæreſis.nu.15.*
14 *Liberorum appellatione compræhenduntur & nepotes.*
16 *Crimen læſæ maieſtatis commiſſum à patre, non ſolum nocet filijs eius natis poſt commiſſum delictum verum & eis qui ante delictum nati erant, quia omnes præſumuntur eodem vitio laboraturi.*
17 *Filij nati antequàm pater habitus fuiſſet hæreticus,priuantur bonis paternis,ſicuti & nati poſt.num.ſeq.*
*Contra nu.28.ſed minus recte,& confutantur opiniones.*
18 *Ratio eadem vbi eſt,vel maior, idem ius ſtatui debet: & procedit id etiam in pœnalibus.*
19 *Diſpoſitio pœnalis extenditur ex mente diſponentis: & colligitur mens ex ratione:nam.*
20 *Mens & ratio idem ſunt.*
22 *Pater cenſetur magis diligere filios natos quam naſcituros.*
24 *Filij hæreticorum infames eſſe dicuntur.*
25 *Conſtitutio fauorabilis eſt interpretanda, ita ne in odium retorqueatur.*
26 *Filij & nepotes hæreticorum ex decreto Bonifacij Pontificis non ſunt admittendi ad officia & beneficia eccleſiaſtica.*
*Intellige de his filijs,quorum parentes fuerunt pertinaces in hæreſi & in ea deceſſerunt,num.27.*
29 *Crimen patris nocere filijs naſcituris,non autem illis, qui tempore commiſſi criminis concepti fuerant.l.2.C.de liber.& eorum liber.cautum eſt.*
*Intellige vt nu.31.*
30 *Liberti lege Athenienſium ob ingratitudinem ad ſeruitutem redigebantur.*
31 *Intellectus l.2.C.de liber.& eorum libe.*
32 *Peccata parentum non imputantur filijs, quæ poſt eorum natiuitatem parentes commiſerunt.*
*Intellige de pœna excommunicationis.num.34.*
33 *Filij nati ante hæreſim patris non debent eius criminis pœna affici:nec ſunt priuandi beneficijs eccleſiaſticis, quæ iam tempore commiſſi criminis obtinebant.*
*Contra,nu.35.& ſupra.nu.17.*
34 *Intellectus ſententiæ D.Auguſtini tranſlatæ in c.non imputantur.1.q.4.*
36 *Filius natus ante dignitatem patris non conſequitur prærogatiuas & honores ipſius.*
*Contra,& rectius.nu.38.*
37 *Odia reſtringi & fauores ampliari oportet.*
39 *Patris macula filijs antea natis minimè præiudicare debet, quin vti poſſint priuilegijs quib. vti poterant ex paterna dignitate ante crimen commiſſum.*
40 *Filij nati ante hæreſim patris non puniuntur ſi tandem pater ad eccleſiæ vnitatem redierit.*

1 SVperiore præſumptione † in declaratione pri
ma attigi,præſumi filios laboraturos eodē vi-
tio, quo laborabat pater. Imò aliis multis di-
uerſiſq; affici, ob paternā malitiam creditur,
cap.ſi gens Angelorum diſtinct.56.quo dici-
2 mus,quod ſi † pater fuit incontinens, talis etiam præſumitur
filius ac etiam inconſtans, & infidus. Et poſt Io.Andreæ in
cap.ſemel malus de reg.iuris in 6.ſcribit Alciatus in Tract.
de præſumpt.reg.1.præſump.24.

3 Hinc dicimus,quod † ſi pater fuit factioſus, atque ita par-
tialis & ſeditioſus,talis etiam præſumitur filius. Ita reſpondit
Gramma.in conſ.13.num.5.& in conſ.18.nu.2.poſt Angelum
in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.& Barb.in conſ.34.columni.lib.2.

4 Et de ſumma † dicimus,quod filius talis præſumitur, qua-
lis fuit pater.l.quod ſi nolit.§.mancipia.ff.de ædilit. edicto.&
ſcripſit ſuprà lib.1.q.15.& præter Doctores eo loci comme-
moratos tradunt Grandinus in Tract.de indiciis & tortura.
col.2.verſi. præſumptio enim. M. Ant. Blancus in practica
criminali,parte prima numero trigeſimoſexto, & Tiraquel-
lus in Tracta de pœnis legum.&c.cauſa.quinquaſimaprima.
5 num.46.Et hinc † factum eſt,vt in grauiſſimis criminibus non
ſolū pater criminis reus,ſed & filij,alioqui de eo innocentes
plectantur:ſicuti in crimine læſæ maieſtatis,in quo filius pu-
nitur ob crimē hoc à patre perpetratū.l. quiſquis.C.ad l.Iul.
6 maieſt.vt pariter † in crimine hæreſis,c.2.§. hæret.de hær.in
6.& in c.fælicis.§.ouilli de pœ.in 6.& tradunt Alphonſus de
Caſt. in li.2.de iuſta hæret. punit. c. 11. & Simācas in Catho-
7 licis inſtit. tit. 29.Ea autē † ratione(vt attigimus)punitur his
in caſibus filius ob ſcelus paternum,quia præſumitur quod
etiam talis futurus ſit ipſe filius: Ita præcitati interpretes:
8 qui tamen & aliam adferunt rationem, † quam magis pro-
bo,quia magis terrentur patres in perſonam filiorum, quàm
in propriam. Quam ſanè rationem & Ciceronis ac aliorum
auctoritate probaui in conſ. 99.nu.220.& infra attingemus.

9 Extenditur † primò hæc præſumptio,vt locum etiam ha-
beat in filijs illegitimis:qui quidem præſumuntur eiſdem vi-
tiis laboraturi,quibus & eorum pater laborabat.Ea ſolet ad-
ferri ratio,quod melior conditio eſſe non debet naturalium
& illegitimorum,qui odio maiori digni ſunt,quàm legitimi
iuxtà. l. parentes. ff. de ius voca.Vel & ea eſſe poteſt ratio,
quod illa ipſa ex eodē ſanguine deſcēdēs natura,vti ex tradu
ce quodā habet eoſdē vel bonos,vel malos fructus.Dicimus
10 † enim,quod filius eſt portio corporis patris ſui.l.cū ſcimus.
C.de agr.& cenſ.lib.11 & ſcribit Ariſtotel.lib. 5. Ethico.cap.
11 Hinc fit,quod † ſicuti ob crimen læſæ maieſtatis cōmiſſum à
patre punitur etiam filius legitimus,ita quoque punitur ille-
gitimus& ſpurius.Ita tradūt omnes in d.l.quiſquis.C.ad l.Iul.
maieſt.vbi Cyn.& Salicetus.q.3.& Alber.q.8.Gigas in Tract.
de crimi.læſæ maieſtatis.lib.3.q.7.& Didacus lib.2.varia.re-
ſolut.cap.8.nu.2. Et ij quidē aſſerunt idem eſſe ſancitum in
crimine hæreſis,vt ſcilicet crimen paternum afficiat & filios
ſpurios illegitimeque natos. Qua de re copioſè etiam diſ-
ſerit Simancas in catholicis inſtitut.tit.29.num.16.

12 Extenditur ſecundò,vt procedat † etiam hæc præſumptio
in nepotibus:Nam & ij præſumuntur imitari auorum vitia,
cùm & ex eodem ſanguine procreati cēſeatur. Hinc fit quod
13 pæna, qua auus † afficitur,ob crimen læſæ maieſtatis, tran-
ſit etiam contra illius aui nepotem; vt probat d.l. quiſquis.
C.ad l.Iul.maieſt.dum ait, liberos ſpoliari bonis patris cri-
14 minoſi. Illa enim † appellatio liberorum comprehendit &
nepotes. l. liberorum. de verb. ſignif. Ita in ſpecie affirma-
runt Alber.in d.l.quiſquis.numer. 9. Salicetus. q.3. Gigas in
Tract.de crimine læſæ maieſtatis.parte vlt. q. 15.num. 17.&
Didacus lib.2.varia.reſolut.cap.8.nu. 2. verſi. primum.Idem
15 eſt in † crimine hæreſis, cuius pœna indicta auo hæretico
nocet & nepoti cap.ſecundò. §. hæretici. de hæret. in 6. &
ſcribunt Zanchinus in Tract.de hæreticis. c. vigeſimooćta-
uò,& Simancas in catholicis inſtitutio.tit.29.

16 Extenditur tertiò, vt † etiam procedat hæc præſumptio
non ſolùm in filijs natis poſt commiſſum delictum à pa-
tre,ſed etiam & in eis,qui ante delictum nati erant: Nam &
ij præſumuntur laboraturi eodem vitio, quo affectus erat
eorum pater, ſicuti affirmant permulti illi Doctores, qui
ſcriptum reliquerunt,crimen læſæ maieſtatis commiſſum à
patre ita nocere filijs iam natis ante perpetratum delictum
quàm poſtea natis.Qua in opinione fuerunt gloſſa in cap. ſi
quis cū militibus;in verbo,filij.6.q.1.Alber. in d. l. quiſquis.
col.2.C.ad l.Iul. maieſt. & ibidem Salicetus col. 3. Angelus
Aret. in Tract. maleficiorum. in verbo, *c'hai tradito la tua
patria.* column. 5.Ioan.Lupus de regno Nauarra, parte. 5. §.
8.quos ſecutus eſt Didacus lib.2.varia. reſolut.cap. 8. num.
5. verſ.ſecundò pro.Et idem tradit Gigas in Tract.de crimi-
næ læſæ maieſt.lib. 3.cap. 5. Non ignoro tamen ab hac opi-
nione diſſentire Cynum, Petrum & Angelum in dict. l.
quiſquis.

17 De crimine hæreſis † maius eſt dubium. Et tamen, mea
quidē opinione,verior & crebrior opinio eorum, qui dixe-
runt, hos filios natos antequàm pater habitus fuiſſet hæ-
reticus,priuari bonis paternis.Ita ſanè Io. Andræ Geminia-
nus,& Francus in cap.vt commiſi de hæret.in 6. Alphonſus
de Caſtro lib.2.de iuſta hæret.punit.cap.vlt.& idem lib.1.de
poteſtate legis pænalis.cap.7. Gondiſlaus in Tract.de hære-
ticis. q.23. Io. Lupus in cōmentarij ad leges Regni Nauar-
ræ.parte.5.§.8 Gregorius Lupus ad regias leges Hiſpaniæ.l.
2.tit.2.parte 7.Galindes Hiſpanus in diſputatione regia. §.
18.& Didacus lib.2.varia.reſolut.cap.8.num. 5.

Et hæc quidem magis recepta ſententia, quæ mihi magis
probatur,multis rationibus & argumentis vera demonſtra-
ri poteſt.

18 Primò mouet, me † multum,quod vbi eadem eſt ratio,&
multo magis ſi maior; idem ius ſtatui debet.l.illud. in prin.
ff. ad l. Aquil.& l.à Titio.ff.de verb.oblig. Id quod procedit
etiam in pœnalibus,vt probat.l.cum mulier. vbi Alex.ff.ſo-
luto matr.& tradunt Geminia.in cap.ſi ciuitas.§.1.de ſenten.
excom.in 6.& in conſil.2.in fine.Iaſon in l.1.col.2.verſ.ſextò
facit.ff.in ius vocati vt eant. & in l.cum quidam.col.vlt.in 5.
fallentia.ff.de liberis & poſthu.Decius in l.factum ſuum.§.in
pœnalibus.in 7.Fallen.de reg.iur.& accedit. Ancha.in conſi.
19 304.col,2.verſ.poſtremò etiam aduertendum. cùm † dixit,
diſpoſitionem pænalem extendi ex mente diſponentis, cap.
ſi poſtquàm.de elect.in 6.mens autem colligitur ex ratione,
l.ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſ.tuto. & ſcribunt Bart.
20 in l.vxorem.in prin.ff.de leg.3. mens † enim & ratio idem
ſunt, vt tradunt Dynus in cap.vlt.de reg. iuris. in 6. Bald. in
conſi.200.In cauſa iſta.col.2.lib.3.& Alex.in conſil.52.col. 2.
verſ. 2. confirmo. lib. 1. At qui noſtro in caſu eadem, imò
maior eſt ratio,vt filij iam nati antequam pater declararetur
hæreticus,puniantur ob ſcelus paternum, quàm vt punian-
tur nati poſt admiſſum crimen.Ergo pæna, quæ indicta eſt
contra natos poſt locum etiam habere debet contra natos
21 antè.Illa minor propoſitio ſic probatur,Ratio, qua † filij,ob
hoc crimen patris,puniuntur, duplex aſſignari ſolet:ſed illa
eſt præcipua, quòd pater magis terreatur in perſonam filij
quàm in propriam. Quam rationem maximè probat inter
cæteros Simancas in catholicis inſtitutio.tit. 29. numero 9.
Hęc ſanè ratio mea opinione magis locū habet cōtra filios iā
22 natos quàm naſcituros:cùm † natos pater ipſe diligat, ob id,
quod ob oculos eos habet. Naſcituros verò non cognoſcit,
atque ita affectione proſequi non poteſt. l. Titius.ff. de ſuis
23 & leg.cum ſimil.Eſt & altera † ratio,quam & ſupra comme-
moraui,quod præſumptio ſit, filium debere eodem vitio la-
borare,quo ipſe pater.Hæc ratio locum ita habet in filiis iam
natis,ſicut & in naſcituris, vt diximus ſupra.Et magis acce-
dit,quòd ſi filij iam ætate grandiores,ex patris conſuetudine
& conuerſatione, quæ valdè potens eſt (vt diximus ſupra
præſumpt.)in hoc crimine hæreſis, facilè imbui potuerunt
corruptis illis moribus & falſa illa patris doctrina: id quod
non contingit in poſtea natis.

24 Secundò ſatis † manifeſtè probatur hæc ſententia in cap.
ſtatutum.il.2.de hæret.in 6. quo ſancitum eſt, filios hæreti-
corum eſſe infames hæreticorum inquam,qui tales deceſſiſ-
ſe,vel tales eſſe probentur.Ergo vt filij his pœnis puniantur,
ſatis erit patrem hæreticum deceſſiſſe: nec erit neceſſe pro-
bare, patrem ante mortis tempus, & cum filij nati fuerint,
hæreticum fuiſſe: ſatis enim eſt legi, quòd pater deceſſerit
hæreticus,vnde fit,vt conſtitutio loquatur de filiis iam natis
ante hæreſim: cum poſt mortem patris, ab eo generari ne-
quierint. Nec obſtat conſideratio Simancæ in catholicis in-
25 ſtitutio.tit.29.nu.31. cùm ait, † conſtitutionem hanc totam
eſſe editam ad fauorem filiorum hæretici: & propterea ita
eſſe interpretandam,ne in odium retorqueatur,iuxtà.l.quod
fauore.C.de legib. fauor autem ita conſideratur (inquit Si-
26 mancas)Excludebantur † ab officiis & beneficiis hæretico-
rum filij,vſque ad ſecundam generationem:id Pontifex Bo-
nifacius declarat, vt per paternam lineam primus & ſecun-
dus gradus comprehendatur: per maternam verò,vt ad pri-
mum dumtaxat gradum ea pœna extendatur, idq; fauore fi-
liorum. Intelligere (ſubiungit Simancas) quiuis poterit ex
Innocentij & Alexandri decretis, filios & nepotes quo-
rumcunque hæreticorum ad publica officia, & eccleſiaſti-
ca beneficia non eſſe admittendos:id quoq;Bonifacius idem
27 † pontificia illa cōſtitutione in fauorē filiorū interpretatur,
vt de illis tantùm filiis id accipiatur,quorum parentes perti-
naces in hæreſi deceſſerunt.Nil ergo(concludit Simancas)à
Bonifacio ſtatuitur quod filiis noceat. Non equidem obſtat
hæc cōſideratio cōcedimus facilè Bonifaciū multa ſtatuiſſe

ad fauo-

ad fauorem filiorum hæretici,ſed cuius hæretici? illius ſanè qui talis probatur:ac etiam illius, qui talis deceſſit,filij ergo eius, qui in hæreſi deceſſit, infames efficiuntur aliiſq; puniuntur. Ergo filij iam nati antequam eorum pater hæreticus cognoſceretur,ob patris crimen puniuntur,itaq; fauor à Bonifacio tributus filiis hæreticorum reſpicit gradus ipſorum filiorum, hoc eſt, ne vltra ſecundum gradum extendatur pœna olim contra eos indicta : filij autem intelliguntur ſiue nati ſint poſt commiſſum crimen:ſiue nati ante:cùm de filiis in hæreſi morientium, qui generare amplius non poſſunt,loquatur Bonifacius.

28 Hac patefacta † veritate, ſupereſt, vt confutemus argumentationes eorum, qui opinati ſunt,filios iam natos hæretici deinde damnati,nullis affici pœnis,ob ſcelus paternum. Quaquidem in opinione fuerunt Calder. in conſ.3.in tit.de hæret.Petrus,Cynus & Angelus in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. Præpoſitus in cap.quo iure. col.pen, diſt. 8. Geminia.in cap.2.§.hæretici.de hæret.in 6.Io.de Anna.in cap.vergentis. de hæret.Alphonſus Cartagena in quodam conſ.q.7. Tiraq. in Tract.de iure primogen.q.31.nu.4.Oroſius Hiſpanus in l. emancipatum.ff.de Senato.Et hos ita commemorat & ſequitur Simancas in d.tit.29.nu.23.

29 Primò ij moti ſunt † ex l. 2. C. de libertis & eorum liberis, qui tantum eſt,vt crimen patris noceat filiis naſcituris, nō autem illis,qui tempore commiſſi criminis,nati aut concepti fuerant. Liberti enim & eorum filij propter ingratitu-
30 dinē reuocantur in ſeruitutem:Quod ex † Athenienſium legibus Romani accepiſſe videntur. Lege etenim Athenienſium ingrati liberti ad ſeruitutem redigebantur : ſicuti me-
31 minit Valerius Max.lib.2. cap.1. Cæterùm † facile huic argumento reſpondetur ex ſententia Didaci in d. libr.2.varia. reſol.cap.8.num.5. quod ille text.d.l. 2. loquatur quò ad ſtatum libertatis, non quò ad alia. Nam plerumq; quò ad alia non conſideratur ſtatus patris tempore conceptionis filij.l. 2.§.in filiis.& ibi gl.ff.de decur.& l.diuo Marco.C.de quæſt. In ſtatu autem libertatis ſemper conſideratur tempus, conceptionis, an ſcilicet pater reperiatur ſeruus, vel liber.Non ergo mirum, ſi ingratus libertus ad ſeruitutem reuocatus nocet futuris filijs, non autem iam natis tempore libertatis.

32 Secundò adfertur tex. in † cap. non imputantur. 1. q. 4. vbi Gratianus ſcribit in hæc verba : *Non imputantur filijs peccata parentum, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur : nec pro peccatis parentum ſpiritali pœna filij ſunt plectendi, officio autem vel beneficio eccleſiæ priuari ſpiritalis pœna eſt. Non igitur hanc ex peccato patris meretur filius.* Hactenus Gratianus ex Auguſtino, ad Auxilium epiſcopum epiſtola. 75. Ex hoc canone duo ſolent adnotari. Primùm filios natos
33 † antè hæreſim à parentibus commiſſam minimè pœnis eius criminis affici. Secundum, filios hæretici non eſſe priuandos beneficijs eccleſiaſticis, quæ iam tempore commiſſi criminis obtinebant. Horum prius verè conſtat apud diuum Auguſtinum in hæc verba. *Et enim Claſſicani filius & ſi traxit ex parte primi hominis culpam, ſacro fonte baptiſmatis expiandam : tamen quidquid poſteaquàm genuit peccati pater eius admiſit, vbi particeps ipſe non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit?* Hæc Auguſtinus,à quo Gratianus aſſumpſit primam canonis partem. Si quidem ( vt animaduertit Didacus præcitato in loco) canonis non eſt iuxta Auguſtini literam tranſlatus in ipſum Decretorum librum, vt ſtatim dicemus. His accedit auctoritas eiuſdem diui Auguſtini ſuper Deuteronomium q. 22.cùm dixit,filios natos ante peccatū patris eſſe prorſus à pœna immunes. Non enim trahit ( inquit ) aliquid ex parte qui iam natus erat, quando pater
34 eius peccauit. Verùm † reſpondet Didacus in d.cap. 8. nu. 5.verſic. cæterùm : diuum Auguſtinum loqui de pœna ſpiritali, nempè de ſententia excommunicationis : qua, inquit ipſe, ob crimen hæreſis à patre commiſſum filij nati ante crimen plecti non debent:quod ex ipſa epiſtola ita manifeſtum eſt, vt nemo poſſit hoc inficiari, & notauit gloſſa in d. cap. non imputantur, & ſcripſi copiosè in conſil. 99.
35 num. 208. Nos † verò (ait Didacus) dum de pœnis canonicis aduerſus filios hæreticorum agimus, temporales pœnas intelligimus : quibus conſtat puniri poſſe filios etiam natos prius quàm parentes in hæreſim lapſi fuerint. Reliqua Didaci verba, quæ egregiè explicant locum non commemoro. Ita quoque locus ille diui Auguſtini ad cap. 24. Dieuteronomium, intelligendus ſicuti loquitur & illud cap. 24.& ſcripſi in d.conſil.99.num.208. vbi alia plura ad rem hanc explanaui.

36 Tertiò adduci ſolet ratio † hæc quod filius natus ante dignitatem patris non conſequitur prærogatiuas & honores eius.l.emancipatum.ff.de Senato.& l.filij.§. Senatores. ff.ad municip.& ſcribunt.Ergo multò minus illi nocere debet crimen à patre poſt eius natiuitatem commiſſum : Nam
37 † odia reſtringi & fauores conuenit ampliari. cap. odia. de reg.iur.in 6. Cæterùm reſpondet & recte Didacus in d. cap.
38 8. nume. 5. verſic. tertiò, opinioni. &c. falſam eſſe † illam aſſertionem, quòd filius natus ante dignitatem patris non conſequatur prærogatiuas patris : imò verius eſt, eas conſequi, ſicuti ſcripſerunt Guido Suzània, Albe. & Coraſius in l.Senatoris filium.ff. de Senato.ex illo textu.idem Alber. in Tract. ſtatutorum. parte 1.q. 157. Felin. & Ripa in cap. inter cæteras. de reſcr. & alij plures, quos poſt Tiraquellum in Tract. de iure primogen.q.31. nume. 21. & 27.recenſet Didacus prædicto in loco. Et illis accedunt.

39 Quartò conſueuit † perpendi gloſſa communiter recepta in l.diuo Marco. C.de quæſt. cùm dixit, maculam patris filijs antea natis minime præiudicare, quin vtantur priuilegijs ; quibus vti poterant ex paterna dignitate ante crimen commiſſum. Verùm reſpondet Didacus in d. cap.8.nu. 5. verſic. 4. ſolet : quòd ibi agitur de priuilegijs, quæ filijs competunt ex tranſmiſſione parentis conceptionis ratione: quæ iam filijs acquiſita non poſſunt ob patris crimen ab eis auferri : vt nos loquimur in ea ſpecie in qua ob crimen cōmiſſum expreſſim à lege puniuntur filij.

40 Quintò † in hanc opinionem deſcendit Simancas in catholicis inſtitutio.tit.29.nume. 34.ratione veriſimili & coniectura ſumpta ex cap. ſtatutum il.2.de hæret. in 6. ait Simancas, eſſe veriſimilius atque probabilius ex ea conſtitutione, quod filij iam nati ante crimen hæreſis à patre commiſſum non puniri. Nam,inquit Simancas,ſi filij eorum hæreticorum, qui tandem ad eccleſiæ vnitatem quoquomodo redierunt, non ſubijciuntur pænis ſupradictis, quamuis procreati ſint ab infectis parentibus : quantò iuſtius, recti vſque impunitatem conſequi debent ij, qui ex catholicis patribus nati ſunt, etiam ſi poſtea in hæreſim parentes eorum lapſi fuerint ? Hæc Simancas cuius ratio non ſatis (pace tanti viri dixerim) mihi probatur. Si quidem quod initio ait Simancas filios hæreticorum, qui ad eccleſiæ vnitatem redierunt, non puniri etiamſi nati ſint poſt commiſſum crimen:non huc pertinet. Nos loquimur de hæreticis illis,qui tales habiti fuerunt ab eccleſia : quique ab ea damnati. Non autem loquimur de ijs, qui, cùm ad eccleſiæ gremium recepti fuerunt, nulla affecti ſunt pæna : ex quo ſequitur quod ſi parentes criminis auctores dimiſſi fuerunt impunes,iuri & æquitati conuenit, vt & tales dimittantut eorum filij.Quod ſi parentes damnantur, & ex eis filij poſtea procreati : eadem ratione conuenit, vt eiſdem pænis afficiantur antea nati : ſicuti ſuo loco ſupra probauimus. His fit, vt exiſtimem non eſſe à prima illa opinione recedendum.

## PRÆSVMPT. XXXIIII.

### Rerum nouatum ſtudioſos eſſe valdè legibus ſuſpectos : & ob id male de eis præſumi : id quod multis exemplis explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Rerum nouarum ſtudioſi ſunt valdè legibus ſuſpecti,& ob id malè de eis præſumitur.*

*2 Nouitates ſolent diſſidium parere.*

*3 Religiones & nouas ſectas qui inducunt fiunt ſuſpecti de hæreſi, cùm ſit valdè periculoſum noua inducere.*

*4 Perſarum lege ſancitum Dan. cap.6. legitur ne mutari nullo modo poſſet edictum aut lex, quam lex Perſarum condidiſſet.*



*5 Innouantes regimina & adminiſtrationes ciuitatis habent præſumptionem contra ſe, & ſuſpicione non carent.*

*6 Iudex,qui contra antiquam curiæ praxim & ſtylum nouam citationis formam inducit, ſuſpectus habetur, & contra eum præſumitur.*

*Debet enim & tenetur reijcere etiam libellum deuiantem ab antiqua & conſueta praxi & ſtylo. num. 7.*

*8 Reſcriptum inſolitum & deuians ab antiquo & ſolito ſtylo cancellariæ præſumitur falſum.*

*9 Statuti antiqua & ſolita interpretatio eſt obſeruanda, & in ferendis ſententijs ab ea non eſt recedendum.*

*19 Opinio aliqua quando eſt approbata in foro & iudicijs, ab ea non eſt recedendum, etſi in contrarium ſit magis recepta Doctorum opinio.*

*Ab antiqua enim fori practica non eſt recedendum. num. 11.*

*12 Ius viſitandi laicos per officiales ſeculares non eſt in vſu, & ob id hæc nouitas eſt reijcienda.*

*Nouitates arguunt fraudem, quando aliquid tentantur contra ſolitam & antiquam conſuetudinem.*

*14 Princeps nullo modo debet innouare diuiſiones feudorum, quæ ſemper indiuiſa permanſerunt.*

1 NOuarum rerum ſtudioſi † valdè ſuſpectos credimus:ob id de eis malè leges præſumūt.
2 Cùm † nouitates ipſæ ſoleant diſſidium parere.cap.quis neſciat. diſtinc. 11. & cap.conſuetudinis, de conſuet, & tradit Alciatus in Tract.de præſump.reg. 2.præſump. 30. quo loci poſt inter-
3 pretes in d.cap.quis neſciat, † ait, malam eſſe præſumptionem aduerſus eos, qui inducunt nouas ſectas & religiones; ij ſanè de hæreſi ſuſpecti ſunt,id quod multis doctè & egregiè probat Simancas in catholicis inſtitutionibus. tit. 31. num. 28.cum multis ſubſequentibus, quo loci auctoritate multorum tradit valdè periculoſum eſſe, noua inducere. Et præter ab illo eruditè ſcripta, accedit quod ſcriptū reliquit Ioſephus lib. 13.antiquitatum iudaicarum. cap. 6. cuius verba adſcripſit.

*Apud Alexandriam verò inter iudæos & Samaritas qui ſub Alexandro Magno Garizitani templi religionem induxerant, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorum, ita vt res ad Regis cognitionem perueniret : dum Iudæi contendunt ſecundum Moyſi præſcriptæ Hieroſolymitanum templum eſſe legitimum : Samaritæ verò Garizitanum : prouocatumq; eſt ad regem amicorumq; eius conſeſſum, vt ab his cauſa audiretur, & vtrius partis cauſidici ſuccumberent, morte mulctarentur. Patrocinabatur Samaritis Sabbæus cum Theodoſio, Hieroſolymitanis iudæis Andronicus Meſſalani filius, iurauerantq; per Deum & regem, quod ex lege probationes, allaturi eſſent & rogauerunt regem, vt necaret eum qui iuſiurandum non ſeruaſſe deprehenderetur. Itaque rex multis amicis in conſilium adhibitis, conſedit cauſam auditurus. Iudæi verò, qui Alexandriam habitabant valdè erant ſoliciti pro tuentibus iura Hieroſolimitani templi, ægre ferentes auctoritatem antiquiſſimi & nobiliſſimi in orbe templi vocari in diſcrimen. Sed cum Sabbæus & Theodoſius conceſſiſſent Andronico, vt prior diceret, orſus ex lege approbare eius ſanctitatem & religionem, oſtendenſque per continuas Pontificum ſucceſſiones, ſacerdotij vſque in ſua tempora propagationem, & ab omnibus Aſiæ regibus maieſtatem eius loci honoratam denarijs : Garizitani verò perinde ac ſi omnino nullum eſſet, nunquam ab his habitam rationem. His & talibus rationibus perſuaſit regi, vt decerneret Hieroſolymitanum eſſe ex ſententia Moyſis conditum : Sabbam verò & Theodoſium addiceret ſupplicio.*

Hæc Ioſephus, ex quo intelligimus quàm periculo-
4 ſum ſit nouitatibus ſtudere. Confert quod † legitur Danielis. capit. 6. lege Perſarum ſancitum fuiſſe ; ne mutari vllo modo poſſet edictum, aut lex, quam Rex Perſarum condidiſſet.

Ad rem quoque noſtram pertinet quod ſcripſerunt
5 † Baldus & Angelus in l. in rebus. ff. de conſtitut. princip. cùm dixerunt, præſumi contra innouantes regimina & adminiſtrationes ciuitatis. Hinc etiam dicimus, præſumi
6 † contra iudicem qui aduerſus antiquam curiæ praxim & ſtylum, nouam citationis & in ius vocationis formam inducit : vt ſi in cauſa ciuili & pecuniaria citari cōſueuit ſub pæna decem librarum : & iudex nouator citari iubeat, ſub pæna æris & perſonæ. Ita Angelus in l.vltim. C.de canone largitio. lib.10. Felinus in cap.2.in verbo,ſtylus de reſcrip. & ibidem Ripa num. . . . Iaſon in l.1.§.1.numer. 3. ff.ſi quis. iuſd.non obtemp.Socinus in Tract. fallen.reg.301.& Alciatus in d.præſump. 30. num.4.

7 Hinc etiam dicimus, iudicem † reijcere debere libellum deuiantem ab antiqua & conſueta praxi & ſtylo. Ita Angelus in l.1.ff.de officio aſſeſſo.& ibidem Iaſon.num. 4.& Ripa in l.4.§.hoc autem.num.46.ff.de damno infecto.

8 Huc quoque pertinet † quod dicimus, reſcriptum inſolitum & deuians ab antiquo & ſolito ſtylo cancellariæ præſumi falſum.Ita Felinus in d. c. 2.in verbo,ſtylus.de reſcrip. & ibidem Ripa. num. . . . & copiosè Curtius Sen. in conſil. 74.ſuper memorata.col.33.verſ.decimò redditur.

9 Hinc facit quod dicimus, † ſtatuti antiquam ſolitamque interpretationem eſſe obſeruandam & in ferendis ſententijs ab ea non eſſe recedendum. Ita reſponderunt Alex. in conſilio 135.numer. . . . lib.1. Socin. Sen. in conſil. 271. num. . . . libr. 2. quos ſecutus eſt Alciatus in d. præſumpt. 30. num. 3.

10 Præterea ſcribit † præcitato in loco Alciatus poſt Matthes.in Tract.de electio. opinionum ; quod quando aliqua opinio eſt approbata in foro & iudicijs, ab ea non eſt recedendum,etſi in contrarium ſit recepta magis Doctorum opinio.Et idem ſcripſerunt multi, quos commemoraui ſupra lib. 2.in præſumpt.vbi explicaui, quæ opinio verior præſu-
11 matur.Huc pertinet quod † docuit Bald. in l. illud. ff. de excuſa.tuto.ab antiqua fori practica non eſſe recedendum. Et Baldum ſecuti ſunt relati ſupra in d. præſumpt.

12 Confert etiam quod † reſpondit Crau.in conſi. 238. num. 14.cùm dixit, quod ius viſitandi laicos per officiales ſeculares non eſt in vſu:& ob id hanc nouitatē eſſe reijciendā:cum (ait ille) nouitates fugiendæ ſint.l.in rebus.ff.de legib.Eſt ſanè(vt etiam diximus ſupra) nouitas valdè pericuſa ; vt tradit Butrius in cap non debet.de conſang. & affinit. & Cæpolla
13 in conſ.34.in fine ; in ciuil.Imò † arguitur fraus ex nouitate quando aliquid tentatur contra ſolitam & antiquam conſuetudinem, vt reſpondit Butrius in conſi.42. col.1.

14 Huc etiam facit † quod reſpondit idem Crau.in conſ.318. col.pen.in prin.principem non debere innouare diuiſiones feudorum,quæ ſemper indiuiſa permanſerunt.

## PRÆSVMPT. XXXV.

### Epiſcopus ſedem mutando an & quando bono vel malo zelo mutare velle præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Epiſcopus, qui mutando ſedem cupit ad meliorem & opulentiorē eccleſiam tranſire, præſumitur id ex ambitione & improbitate facere.*

*Nouitati.n.dicitur ſtudere, dum nouam ſedem quærit.num.2.*

*Debet itaque vtraque eccleſia priuari. ibid.*

*Secus quando mandato ſummi Pont.mutaret ſedem.num. 11.*

*3 Clerici & alij religioſi, qui à ſua eccleſia ad aliam tranſire conantur, ambitione & auaritia id facere præſumuntur.*

*Et id etiā ſi eſſent electi vel poſtulati ab illa eccleſia vacāte.nu.4.*

*Secus ſi cū licentia ſummi Pont.vel eius mādato id facerēt. nu.11.*

*5 Beneficij tenuis permutatio in opulentum facta arguit ſimoniam ex parte eius qui opulentum dedit.*

*6 Clericus ſenex permutauit beneficium ſuum pingue cum tenui cuiuſdā nepotis ſui, nunquid ex hoc fraus præſumitur. nu.ſeq.*

*7 Iactare velle ſuum nemo præſumitur.*

*8 Delictum nunquam præſumitur.*

*9 Epiſcopus conferendo beneficium conſanguineo idoneo non dicitur committere ſimoniam.*

*10 Clerici vt plurimum non ſolent dimittere beneficia pinguia pro viltoribus.*

1 NOn eſt longè † diſſimilis à ſuperiore præſumptione hæc, qua dicimus ; Epiſcopum, qui mutare ſedem cupit, & enititur, tranſire ad meliorem opulētioremque eccleſiam præſumi id facere ex ambitione

& improbitate. cap.ſi quis epiſcopus. & cap ſeq. 7. q. 1. &
cap. 1. de clericis non reſid. Quamquidem præſumptio-
nem in ſpecie conſiderauit Alciatus in Tract. de præſump-
2 tio. reg. 2. præſump. 34. Nouitati enim † ſtudet is Epiſco-
pus; dum nouam ſedem quærit. Et propterea grauí pæna
plectitur. Nam vtraque eccleſia priuatur. d. cap. ſi quis epiſ-
copus. & in d. cap. 1. de cler. non reſid.
3 Extenditur primò † hæc præſumptio, vt locum etiam
ſibi vendicet in clericis & alijs inferioribus religioſis, qui
à ſua eccleſia ad aliam, à ſua religione ad aliam tranſire
conantur. Nam & ij ambitione & auaritia id facere præ-
ſumuntur. capit. 1. de clericis non reſi. vbi ſcribunt Abbas.
num. 2. in fin Anch. num. 6. & cæteri omnes. Et in ſpecie an-
notauit Speculator in tit. de præſumptio. §. ſpecies num. 3.
4 Extenditur † ſecundò, vt locum etiam habeat quando ip-
ſe Epiſcopus, vel clericus eſſet electus, vel poſtulatus ab il-
la eccleſia vacante. Non enim debet quacumque ex cauſa
dimittere epiſcopatum ſuum ſine Pontificis licentia. Ita
Abbas in d. cap. 1. num. 2. de cler. non reſi.
5 Extenditur tertiò, vt † procedat etiam in permutatione
beneficij tenuis in opulentum facta: Nam qui opulentum
dedit pro tenui præſumitur id per ſimoniam feciſſe, ex
quo nemo præſumitur iactare ſuum, iuxta l. cum de indebi-
to. ff. de probat. Ita Felinus in cap. quia veriſimile. nume. 1. de
præſumpt. poſt Abbatem & alios ibi, & poſt Abbatem in d.
cap. 1. num. 5. de clericis non reſiden. Quo loci egregiè Ab-
6 bas diffinit iuris quæſtionem; clericus † ſenex permutauit
beneficium ſuum pingue cum tenui cuiuſdam nepotis ſui;
an ex hoc fraus præſumatur; quod ſcilicet permutauerit is
ſenex ex carnis affectu, vt poſt mortem ſuam beneficium
pingue remaneret apud nepotem? Hac de re recenſet Ab-
bas tres opiniones. Vna fuit Io. Andreæ in cap. 2. de renunt.
in 6. quod fraus præſumatur, ex d. cap. 2. Et quia tres conie-
cturæ concurrunt.
Prima eſt, quæ à ſanguinis coniunctione oritur, iuxta
cap. graue. de præben. ſecunda ratio ſenectutis. Tertia, quia
7 non eſt † veriſimile, quod quis velit dimittere benefi-
cium pingue pro tenui ex quo nemo præſumitur velle ia-
ctare ſuum. Hanc opinionem ſecuti ſunt Anch. in d. cap. 1.
in fine. Redoanus in Tract. de ſimonia parte. 3. capit. 10.
num. 27. Altera fuit opinio Io. de Signano in d. cap. 1. de cle-
ricis non reſid. quod imò fraus non præſumitur, cùm deli-
8 ctum † non præſumatur. l. merito. ff. pro ſocio. & diximus
ſupra. Nec repugnat. d. capit. 2. de renun. in 6. quia (ait Sig-
nanus) ibi vſus fuit iure prohibito hic verò iure permiſſo.
Non etiam repugnat (ait Signanus) affectio ſanguinis: quia
ex eo ſolo fraus non præſumitur, cum alioqui nepos ille
idoneus ſit, arg. cap. naſci. 56. diſt. & cap. non ſatis. 86. diſtinct.
9 vbi † ſimonia non committitur, cùm epiſcopus confert con-
ſanguineo idoneo. Id quod comprobat Redoanus in Tract.
de ſimonia parte prima. cap. 26. & nume. 2. & parte. 2. cap. 7.
numer. 57. Et hanc Signani opinionem viſus eſt probare Al-
ciatus in reſp. 2. num. 26. Tertia fuit opinio Abb. in d. cap. 1.
num. 5. verſi. ego ſic dicerem. de cler. non reſid. qui ita diſtin-
guit. Aut concurrunt aliquæ præſumptiones & coniecturæ,
quæ debilitant illas à Io. Andreæ conſideratas: & tunc pro-
cedit opinio Signani; exemplum ſit, ſi beneficium pingue
exigebat magnam curam forte huic Seni intollerabilem, vel
locus beneficij non erat ſibi tutus, vel ſalubris. Hoc ſane ca-
ſu fraus non præſumitur. Nam his de cauſis permiſſa eſt cap.
ad ſupplicationem. de renuntia. & cap. cum venerabilis. de
except. & egregiè reſpondit Ancha. in conſil. 270. & in con-
ſilio. 388. num. 5. Aut nullæ extant coniecturæ, quibus debi-
litari poſſint illæ. Io. Andreæ: Et tunc eius opinio locum ha-
10 bet: cum (vt ait Abbas) à communiter † contingentibus nõ
ſoleant clerici dimittere beneficia pinguia pro vilioribus. Et
ſubiungit Abbas, quod ex his præſumptionibus poterit iu-
dex ferre ſententiam, arg. d. cap. 1. de cler. non reſid. & cap.
afferte. de præſumpt. Et hanc Abbatis diſtinctionem proba-
rũt Io. de Selua in d. Tract. de beneficio. parte tertia. q. 18. nu.
8. verſic. ego concordando.
11 Declaratur primò † hæc præſumptio, vt locum non ha-
beat, quando mandato Summi Pontificis is Epiſcopus, cle-
ricus, vel religioſus mutaret locum. Nam tunc ceſſat ſuſpi-
cio ambitionis & fraudis, ac nouitatis. Ita tradunt omnes in
d. cap. 1. de cler. non reſid. & Alciatus in d. præſumpt. 34. in
fine.

## PRÆSVMPT. XXXVI.

Epiſcopus ſedem mutando an & quando bono vel malo zelo mutare velle præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Homicidia & huiuſmodi ſcelera vt primum noctis tempore committi.*
*2 Coniecturas ſufficere in his, quæ difficilis ſunt probationis.*

1 COntingit ſæpiſſimè homicida & huiuſmodi
ſcelera commiti noctis tempore, vel alio
tempore ita clàm & ſecretò, vt reſciri certò
non poſſit, à quo perpetratum illud fuerit;
2 ea propter in his, quæ difficilis † ſunt pro-
bationis ad coniecturas & indicia confugere ſolent dili-
gentes & prudentes maleficiorum iudices. Et de his agendũ
nunc mihi eſſet: Verùm quia ſupra in lib. 1. q. 89. enumeraui
quadraginta tres coniecturas & indicia, quæ dixi ſufficere
ad ſubiiciendum aliquem quæſtionibus; & coniecturæ illæ
maiori ex parte conueniunt huic diſputationi; ea propter
plura ſcribere hic ſuperſedeo.

## PRÆSVMPT. XXXVII.

Mortis occiſi conſcium præſumi eum, qui ante tempus veriſimile mortem patefecit in loco, vbi mortis fama peruenire non potuit.

### SVMMARIVM.

*1 Mortis conſcius is dicitur, qui ante tempus veriſimile, quo fama vere potuit ibi peruenire, mortem nuntiauit alicuius occiſi.*
*2 Regula cancellariæ de veriſimili, quare promulgata.*
*3 Ciceronis locus in oratione pro ſexto Roſcio explicatus.*

1 NOn occidiſſe, ſed mortis † conſcium eſſe &
in eum conſpiraſſe præſumere ſolemus eum
qui ante tempus veriſimile, quo peruenire
in eum locum fama potuit, mortem illam
nuntiauit: ſicuti egregiè reſpondit Ripa lib.
1. reſponſorum cap. 16. nume. 3. ſecundum antiquam impre-
ſionem Lugdunenſem, qui quidem ſcripſit, hac ratione
conſtitutum fuiſſe à ſommis Pontificibus regulis cancel-
lariæ.
2 De veriſimili † notitia: ne beneficium vacans ante no-
titiam veriſimilem mortis beneficiati poſſit impetrari. Quã
ſanè commemoratam rationem poſt Ripam probarunt &
Gomes. in commenta. ad d. reg. de veriſimili notitia q. 1.
Quintilianus Mandoſius q. 1. & Rebuffus in praxi benef.
tit. de veriſimili notitia. in gloſſa. 4. Hæc præſumptio com-
3 probatur egregia percelebrique auctoritate Ciceronis † in
oratione pro Sexto Roſcio Amerino; cuius verba adſcripſi.
*Occiſus eſt à cœna rediens, nondum lucebat, cùm Ameriæ ſcitum eſt.*
*Quid hic incredibilis curſus: quid hæc tanta celeritas, feſtinatioq;*
*ſignificat? Non quæro, quis percuſſerit, nihil eſt Glaucia, quod me-*
*tuas: non excutio te, ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor: ni-*
*hil ad me arbitror pertinere, quoniam, cuius conſilio occiſus ſit, in-*
*uenio, cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Vnum hoc ſumo, quod*
*mihi apertum tuum ſcelus, rêſque manifeſta dat. vbi aut vnde au-*
*diuit Glaucia, qui tam citò ſciuit? fac audiuiſſe ſtatim, quæ res eum*
*nocte vna tantum itineris contendere coëgit? quæ neceſſitas eum tan-*
*ta premebat, vt ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id temporis Ro-*
*ma proficiſceretur? nullam partem noctis requieſceret?* Hæc
Cicero.



## PRÆSVMPT. XXXVIII.

Animus deliberatus atque præmeditatus occidendi quibus coniecturis & præſumptionibus cognoſcatur.

### SVMMARIVM.

*1 Animus deliberatus occidendi quando præſumatur.*
*2 Animi deliberati occidendi viginti coniecturæ.*

HIc locus poſtularet, vt diligenter explica-
1 rem, quibus ex coniecturis colligatur † ani-
mus deliberatus atque præmeditatus occi-
dendi. Nam tractatio hæc vtilis admodum &
in foro frequens eſt, & ad rem noſtram maxi-
mè pertinet. Cæterùm cùm diſputationem hanc non medio-
cri ſtudio & diligentia abſoluerim in commentariis, De arbi-
trariis iudicum. lib. 2. caſu. 361. vbi à nu. 13. vſque ad 54. enu-
2 meraui † viginti coniecturas, quibus animus iſte deliberatus
& penitus occidendi coniicitur, ea propter plura hoc in lo-
co ſcribere nolui, ne ex ſcriptis ſcripta conficerem: ſatíſque
eſſe exiſtimaui locum indicare.

## PRÆSVMPT. XXXIX.

Aggreſſor quis ex duobus contendentibus & rixantibus præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

*1 Aggreſſor quis præſumatur.*
*2 Aggreſſorem præſumi fuiſſe eum, qui ſuperſtes fuit.*

REQVIRERET etiam hic locus, vt differe-
rem: quis ex duobus rixãtibus & manum con-
1 ſerentibus † aggreſſor præſumatur. Eſt enim
& hic ſtatus coniecturalis: cùm perſæpè certò
reſciri non poſſit, quorum primor auſus fuerit
Socium aggredi. Verùm cùm in lib. 2. de arbitrariis iudicum.
caſu. 363. abundè ſatis quantum mihi licuit pro mea medio-
critate tractationem hanc explicuerim, non eſt, quod diutius
hic immorer. Hoc tantum nunc addo, quod docuit Ludoui-
cus Bologninus in auth. habita. nu. 197. C. ne filius pro patre.
cùm dixit, Alberic. in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrupes paup.
2 feciſſe dicatur, ſcripſiſſe, eum præſumi fuiſſe † aggreſſorem,
qui ſuperſtes extitit: nõ autem eum, qui occiſus fuit. Sed verè
Alberic. aliter ſenſit, ſicuti & alij, quos cõmemoraui in d. ca-
ſu. 363. nu. 15. eum intellexerunt, & quanquam ipſe Albericus
opinionem illam contrariã Ricardi Malumbræ recenſet: eam
tamen (vt forte malè exiſtimauit Bologninus) non probat.

## PRÆSVMPT. XL.

Animus delinquendi, vel non, quando & quomodo coniecturis & præſumptionibus declaretur.

### SVMMARIVM.

*1 Cor hominis ſoli Deo cognitum eſt, & eius voluntas & animus.*
*2 Hominis voluntas facile coniecturis & præſumptionibus probatur.*
*3 Vulnerantis animus coniecturis & indicijs perſcrutari poteſt an occidere voluerit.*
*Qui enim gladium aſtrinxit, occidendi animum habuiſſe præſumitur. num. 4.*
*Qui autem claua, vel lapide percuſſit, occidendi animum non præſumitur habuiſſe. num. 5.*
*6 Occidendi animum habuiſſe creditur, qui telo, vel veneno aliquem aggreſſus eſt, vel ſtuduit necare.*
*7 Percutiens pugnis vel calcibus non præſumitur habere animum occidendi.*
*Secus ſi conijcit ſagittas vel iacula ibid.*
*8 Vulnerans aliquem paruo cultello non præſumitur vulneraſſe animo occidendi.*
*9 Percutiens baculo non tenetur de vulnere lethali, quia non præſumitur habuiſſe animum occidendi.*
*Idem de eo, qui percuſſit faciem manu vacua. nu. 10.*
*11 Percutiens baculo caput verberati, ex quo percuſſit in parte periculoſa, præſumitur habuiſſe animum occidendi.*
*Intellige, & declara, vt nu. 12.*
*13 Percutiens pomo enſis, cùm poſſet vulnerare ipſo enſe, non præſumitur habuiſſe animum occidendi.*
*Et quid in dubio. num. 19.*
*14 Percutiens baculo vel lapide præſumitur habuiſſe animum occidendi, quando aliqua præcederent, quæ ſignificarent ipſum habuiſſe animum occidendi.*
*15 Vulnerans conſanguineum vel affinem non præſumitur habuiſſe animum occidendi.*
*16 Carnem ſuam nemo præſumitur odio proſequi.*
*17 Sanguinis coniunctio omnem fraudis ſuſpicionem tollit.*
*18 Iniuria à conſanguineo illata non præſumitur animo iniuriandi illata.*
*19 Percutiens vel vulnerans ira accenſus, vel inferens multa & grauia vulnera, animum occidendi præſumitur habuiſſe.*
*20 In Claris non eſt opus coniecturis.*
*21 Delictum atrox arguit animum delinquentis ferum.*
*22 Amicitia coniunctus ſi vulnerauit amicum, non præſumitur animo occidendi vulneraſſe.*
*Intellige, vt num. 24.*
*23 Amicitia magna æquiparatur cognationi.*
*25 Homicidium ſi ſit commiſſum ab eo, qui dabat operam rei licitæ, non cenſetur animo occidendi commiſſum.*
*26 Occidens aggreſſorem tempore noctis non cenſetur habuiſſe animum ipſum occidendi, ſed potius ſe defendendo id feciſſe.*
*Et idem dicendum, etiamſi exceſſus ſit modus defenſionis. numero 27*
*28 Delictum non debet præſumi ſine cauſa perpetratum.*
*39 Percutiens aliquem, ſi ſtatim attulit medicamenta, vel quid ſimile fecerit, animum occidendi non præſumitur habuiſſe, imò nec etiam vulnerandi.*
*30 Iuramento verberantis quando ſit ſtandum, quod animo non occidendi vel non vulnerandi id egerit.*
*31 Iniuriandi animus coniecturis & præſumptionibus detegi poteſt.*
*Et animus non iniuriandi probatur iuramento eius, qui iniuriam intulit.*

1 CVM ſoli Deo † Opt. Max. cognitum ſit cor ho-
minis & nota voluntas & animus. capit. nouit. de
iudiciis. cap. nobis. & capit. ſua nos. de ſimo. Nec
homo diuinare poſſit. cap. vt noſtrum. §. 1. vt Ec-
2 cleſ. bened. ſine dominat. confer. factum hinc eſt, vt † conie-
cturis & præſumprionibus, quid homo ipſe voluerit ſenſerit-
que, probetur. Cùm difficilis ſit probationis animus ſicuti
ſcripſi libro ſecundo, de arbitrariis iudicum. caſu 116. nu-
mero 18.
3 Ita etiam dicimus, coniecturis † & indiciis probari animũ
vulnerantis an occidere voluerit: qua de re copioſè diſſerui. in
d. lib. 2. Caſu. 361. ex ſententia gloſſæ in l. 1. C. ad l. Corneliam
de Sicar. cùm dixit, quod animus nocendi colligitur ex con-
iecturis & præſumptionibus. Quam doctrinam probarunt
Cæpolla in conſ. 1. num. 9. in criminal. Io. Villemata in repe.
l. diuus. num. 57. ff. ad l. Corneliam de Sica. Gramma. in conſ.
29. nume. 19. in criminal. & alij plures, quos infrà comme-
morabo.
Inter cæteras coniecturas ſolet conſiderari illa prima, quæ
4 ex genere armorum prouenit. Qui † enim gladium ſtrinxit,
5 occidendi animum habuit: non autem claua, vel cucuma † in
rixa vulnerauit. Ita Martia. in l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corneliam de
Sicar. Ita pariter qui lapide vulnerauit, occidendi animum nõ
habuit: & ob id pœna capitali non punitur. l. omne delictum.
6 §. ſi quis. ff. de re. milita. ſic qui telo, laqueo veneno † aliquem
aggreſſus eſt, occidendi animum habuiſſe creditur. l. 1. C. de
emend. ſeruo. Hinc docuit Ancha. in cap. 1. num. 2. notab. de
7 præſumpt. quod † percutiens pugnis, vel calcibus, non præſu-
mitur habere animum occidendi, ſecus ſi coniicit ſagittas vel
iacula. Id quod annotarunt ibidem Baldus & reliqui: Ange-
lus in conſilio 27. Signorolus in conſilio 63. Aretinus in con-
ſilio 147. in 2. dubio. Decius in conſ. 9. col. 1. Marſilius in l. 1.

8 numero 9.C.ad legem Corneliam de Sicar.Huc † facit quod
reſpondit Aretinus in conſilio 80. num.5. & probauit Alcia-
tus in Tract.de præſumptionibus.reg.3. præſumpt.6.num. 2.
vulnerantem paruo cultello non pręſumi vulneraſſe occiden-
di animo. Huc etiam facit quod ſcripſit Baldus in procemio
Digeſtorum & cum eo Felinus in cap. ſignificaſti.numer.11.
9 de homicidio, † percutientem baculo non teneri de vulnere
lethali: cùm non præſumatur habuiſſe animum occidendi.
Idem affirmarunt Caſtren.in conſil. 277. In cauſa incarcera-
torum, columna tertia lib.2.Marſilius in l.1.numero 2.C.ad
legem Corneliam de Sicariis.& in ſing. 176. Crauet.in conſ.
205.num.5.in fine.& in conſilio 309.in fine. Ita pariter per-
10 cutiens † faciem manu vacua, non præſumitur habuiſſe ani-
mum occidendi ſicuti reſpondit Comenſ.in conſ.134.

11 Secunda eſt coniectura, quæ † ſumitur ex qualitate per-
cuſſionis: ſicuti quando quis baculo percuſſit caput verbera-
ti. Ex ea enim parte corporis, quæ valdè periculoſa eſt, colli-
gitur animus occidendi. Ita Bart.& Angel.in d.l.1.§. Diuus.
ff.ad l.Corn.de Sicar.quos ſecuti ſunt Angel. Aret.in Tract.
maleficiorum.in verbo, ſcientet & doloſè.colum.penult.Fe-
linus in d.cap.ſignificaſti.il.2.num.11. verſic.limita hæc om-
nia.de homicid.M.Ant.Blancus in Tract.de indiciis.numer.
189.Gram.in conſil.2.num.2.& in conſil.29.num.20.in cri-
min.& idem in voto.23.num.6. Marſilius in l.1.§.Diuus.nu-
mer.39.verſic.benè fateor.ff.ad l.Corneliam de Sicar.qui in-
12 telligit † & declarat, niſi is, qui baculo percuſſit, potuit ferro,
quo baculus, vel haſta armata erat, vulnerare, & tamen ſolo
baculo percuſſit. Quam quidem doctrinam ille.num.27.cum
multis ſubſequentibus probauit. Idem Marſilius in l.1.num.
13 49.C.ad l.Cornel.de Sicar.quo loci, numero 34.idem † ſcri-
pſit, quando percuſſit pomo enſis, cùm poſſet vulnerare ip-
ſo enſe.

14 Declaratur hæc † coniectura, vt locum non habeat, quan-
do aliqua præcederent, quæ ſignificarent hunc percutientem
baculo, vel lapide, habuiſſe animum occidendi: ſicuti cùm
quis telo accedit vt occidat, & dum non poteſt, fugientem
aggredi, lapidem proiicit, caputque petit. Nam tunc occi-
dendi animus pręſumitur. Ita ſcripſerunt Maria.Socin.Sen.in
cap.de his.colum.vlt.de accuſat.Felinus in d.cap.ſignificaſti.
il.2.numer.11.verſic.ſecundò limita.de homicid. Id quod illi
intelligunt, niſi is, qui telum habebat, cum proximus eſſet il-
li, quem vulnerare volebat, depoſito telo, lapides accepit &
vulnerauit: Non enim tunc dicitur animo occidendi vulne-
raſſe, ex quo deponendo telum, animum primum depoſuiſſe
credatur. Ita etiam quando quis verberauit baculo, cum en-
ſem & gladium habere facilè potuit, ſicuti poſt Marſil.in d.l.
1.§.Diuus.cenſuit Gramma.in voto, vigeſimotertio.num.10.

15 Tertia eſt coniectura, quæ † ſumitur ex qualitate perſona-
rum: ſicuti quando quis vulnerauit conſanguineum, vel affi-
nem percuſſit. Non enim animo occidendi vulneraſſe, vel
percuſſiſſe præſumitur. Ita gloſſ.in l.1. in glo.2.C.ad l.Corn.
de Sicar.vbi Alber.& probant Gandinus in Tract.maleficio-
rum.in tit.de præſumptio.& indiciis dubitatis, col.2. verſic.
præſumptio verò hominis.Iacob.Beluiſius in practica crimi-
nali.in tit.de quæſtio.Roma.in l.in illa ſtipulatione.col.pen.
verſic.decimoquinto, de verb.obliga. Aret.in conſil.50.co-
lum.3. verſic.confirmatur hoc. Io. de Villemata in l. Diuus.
num.57.de Sicar.Iaſ.in l.1.nume.22.ff.de legib. Ea eſt huius
16 † ſententiæ ratio, quod nemo præſumitur odio proſequi car-
nem ſuam, cap.non æſtimemus.1.q.2. Repugnat quidem ip-
ſa natura, id quod egregiè teſtatus eſt Cicero in oratione pro
Sexto Roſcio Amerino, cùm defendit Roſcium de parrici-
dio accuſatum, Ciceronis verba hæc ſunt. *Magna enim eſt vis
humanitatis: multum valet communio ſanguinis, reclamitat huiuſ-
modi ſuſpicionibus ipſa natura.* Hæc ille.

17 Et præterea † ſanguinis coniunctio omnem fraudis ſuſpi-
cionem abeſſe arguere ſolet. l. non ſolùm in princ. ff. de ritu
18 nupt.& l.pen.C.quod falſo tutore auctore. Ita † dicimus illa-
tam iniuriam à conſanguineo non præſumi iniuriandi animo
illatam. Bart.in l.vt vim.num.4.de iuſt.& iure.

19 Declaratur hæc † coniectura, vt locum habeat quando ſu-
mus in dubio: ſecus ſi ipſa natura facti oſtenderet occidendi
animum, ſicuti quando viſus eſt ira accenſus vulnerare, vel
percutere, vel ſi multa & grauia vulnera intulit, vel ſi fugien-
tem eſt inſecutus, vel armis ad occidendum facilè aptis vul-
nerauit. Quam ſanè declarationem viſi ſunt probare etiam
Albe.& Io. Fabri in d.l.1. Idem reſpondit Aret.in conſil.80.
ſicut decet.colum.2.num. 5. cum dixit, quod licèt hæ conie-
cturæ excuſent percutientem etiam cum gladio, poſſet tamen
eſſe gladius ita enormis, & in loco adeò mortali, vt coniectu-
ræ iſtæ non prodeſſent. Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quod
20 † in claris non eſt opus coniecturis, l.continuus.§.cum ita.de
verbor. oblig. Eſt ſanè clarum ex genere armorum & quali-
tate percuſſionis animum occidendi extitiſſe.

21 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat, quando deli-
ctum eſt atrox. Ita Bart.in d.l.vt cum.num.4 ff.de iuſt.& iure.
& Maſcardus in concl.902.num.14.

22 Quarta eſt coniectura proxima præcedenti, quando † ſci-
licet magna extitit amicitia inter vulneratum & vulnerātem.
Nam arguit amicitia animo occidendi non vulneraſſe. Ita Ia-
cob.Beluiſius in pract. Criminal.in tit.de quæſtio.colum.50.
verſ.& ad declarationem. Capolla in conſil.31.col.2.verſ.4.
præſumptio. Felinus in cap.vlt.in fin. de homicid.Iaſ.in l.1.
num.21.ff.de legib.Marſil.in conſ.51.num.47.& Socinus Iu-
nior in conſ.58.num.8.lib.1.Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia
23 † amicitia magna æquiparatur cognationi, vt ſcribunt Bald.
in l. vt vim.col. 2. verſ.quintò quæro.ff. de iuſt.& iure.& Iaſ.
in l.quæ dotis.num.74.ff.ſol.matr.

24 Hanc tamen † coniecturam, præter declarationem quam
ad ſuperiorem adiecimus, intelligendam eſſe opinor, quando
aliqua alia coniectura concurrit, vt ſi nulla præceſſit rixa &
contentio, ſed potius iocoſa locutio. Nam verè tunc ſi ſequa-
tur homicidium præſumitur fortuitò, non autem animo oc-
cidendi, ita reſpondit Cæpolla in conſil.21. colum.2.verſic.
tertia præſumptio. Idem affirmarunt Bald.in l.vlt.in 20.op-
po.C.de hæred.inſtit & Marſilius in conſil.91.nu.24.

Et hæc quidem coniectura egregiè probatur lege illa diui-
na antiqua, quæ Deuteronom.c.19.his ſcripta verbis legitur.

*Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui heri & nudiuſ-
tertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur: ſed abiiſſe
cum eo ſimpliciter in ſyluā ad ligna cædenda, & in ſucciſione ligno-
rum ſecuris fugerit manum, ferrumq; lapſum de manubrio amicum
eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnā ſupradictarum vrbiū confu-
giet, & viuet: ne forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, do-
lore ſtimulatus, perſequatur & apprehendat eum ſi longior via fue-
rit, & percutiat animam eius qui non eſt reus mortis: quia nullum
contra eum qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe monſtratur.*

25 Quinta eſt coniectura, † quæ oritur ex cauſa, ſicuti quan-
do quis dabat operam rei licitæ, & ſecutum fuit homicidium
illicitum, ita reſpondit Alex.in conſil.140.num.3.lib.2.cùm
dixit, quod ſi is, qui magiſtratus familiam ſecum habere vo-
luit, aliquem occidit, præſumitur id feciſſe animo non occi-
dendi. Et ſubiungit idem Alex.ibidem.numer.8.quod is, qui
26 † occidit aggreſſorem tempore noctis, non præſumitur id fe-
ciſſe animo occidendi, ſed potius ſe defendendi. Et in dubio
præſumitur quod occidens aggreſſorem id fecerit animo ſe
defendendi, ſicuti ſcripſerunt Felin. in cap. ſignificaſti. il.2.
nume.13.de homicid. & Decius in conſil.459.numer.4. Idem
27 reſpondit Cæpolla in conſil.1.nu.10. in criminal. qui † idem
eſſe ſenſit, quando exceſſus fuit modus defenſionis. Conſide-
rari etiam ſolet & debet cauſa, an ſcilicet aliqua extiterit iu-
ſta, qua is verberans, vel vulnerans veriſimiliter occidere vo-
28 luerit. Cùm † vera ſit illa ſententia, à nobis ſæpe comprobata,
delictum non præſumi ſine cauſa perpetratum ſicuti diximus
ſuprà in præſump.17 vbi de falſi crimine egimus. Et huc per-
tinet egregius locus Ciceronis in oratione, pro Sexto Roſcio
Amerino, cuius verba ad rem noſtrā recēſui ſupra lib.1.q.16.

29 Sexta eſt coniectura, quæ † oritur ex aliquo actu ſubſecu-
to, vt ſi ſtatim quo is percuſſit, attulit medicamenta: Nam is
actus arguit, quod non ſolum non habuit occidendi animum,
ſed nec etiam vulnerandi: ſicuti reſpondit Cæpolla in conſil.
31.num.5.in criminal. Et eo loci ſubiungit aliud ſimile, vt ſi
ſtatim illato vulnere abiecit arma, & cœpit deteſtari malam
ſuam fortunam: Non enim eſt veriſimile quod, ſi animo vul-
nerandi, vel occidendi, id feciſſet, quod arma abieciſſet. Idem
quando (vt dixi) cœpit conqueri, quòd non credebat tantum
offendiſſe, vt ſcripſit Gramma.in voto.23. numero 7.verſic.
30 ſecunda præſumptio. Imo † credi iuramento verberantis,
Guido Papæ.in conſilio 223. in fine. Quod in foro exiſtimo
non ſeruari.

Poteſt hic annecti diſputatio illa, quomodo † cognoſca-
31 tur animus inferendi iniuriam? Et quidem dicimus, coniectu-
ris & præſumptionibus probari. Ita gloſſ.in l. ſi non conui-
cij. C. de iniuriis, & ibidem Baldus, Salicetus & reliqui &
alios refert Maſcardus in concluſ.902.num.10.& egregiè re-
ſpondit Guido Papæ in conſil.223.num.2. in fine. Imò pro-
batur † animus non iniuriandi, iuramento eius, qui iniuriam
32 intulit, ſicuti pręcitato in loco ſcripſit Guido Papæ, qui mul-
tis ſimilibus comprobauit. Et plura hac de re ſcripſit Ma-
ſcardus in d. concluſ. 902. vbi quando præſumatur remiſſa
iniuria.



## PRÆSVMPT. XLI.

Adulterium quibus præſumptionibus & coniectu-
ris detegatur: Et an oſculum impudicum legitimam
coniecturam faciat.

### *SVMMARIVM.*

*1 Adulteria clàm & occulto committi ſolent, ideò ſunt difficilis probationis.*

*Præſumptionibus autem & cōiecturis probari poſſunt, n.2.& ſeq.*

*Quæ præſumptiones vel à natura, vel à lege, vel à iudice fiūt.n.4.*

*3 Adulteri puniuntur quandoque pœna capitali, quandoque ſola thori ſeparatione, & aliquando pœna pecuniaria, vt in amiſſione dotis.*

*5 Maritus ſi iam anno elapſo abſuit ab vxore & reuerſus reperijt ipſam prægnantem, oritur præſumptio à natura ſine vllo dubio adulterij commiſſi ab ea.*

*Quæ præſumptio dicitur adeò vrgens, & dicatur probatio concludens, vt ipſa mulier perdat dotem, & puniri quoque poſſit pœna legis Iuliæ de adult.num.6.*

*7 Accuſati de adulterio, ſi poſt factam excuſationem & defenſionem, quòd eſſent ſanguine coniuncti, matrimonium contraxerunt, præſumuntur antea commiſiſſe adulterium, ſicuti fuerant accuſati: & oritur hæc præſumptio ab ipſa lege, quæ eſt iuris & de iure.*

*Et potens eſt hæc præſumptio, vt pœna capitali puniantur.d adulteri num.8.*

*9 Adulterij præſumptio inſurgit aduerſus eum, cui à marito ter denuntiatum fuit, ne cum eius vxore eſſet, eámque alloqueretur, ſi deinde comperijt eam alloquentem.*

*Et dicitur præſumptio iuris & de iure, quæ ſufficit ad indicendum pœnam capitalem ex lege Iulia de adulterijs.num.10.*

*11 Adulterij ſuſpicione non caret, quando ſolus cum ſola inuentus eſt in loco ſecreto & abdito.*

*Non dicitur autem ex hoc actu verè probatum adulterium.nu.12.*

*Nec dicitur verè probatum adulterium, etiam quando vir & mulier niſi fuerant in eodem lectu nudi.ibid.*

*Dicitur tamen vrgens præſumptio, quæ ſatis operatur quò ad thori ſeparationem.num.13.*

*Idem quò ad dotis amiſſionem.num.14.*

*Et nunquid hæc præſumptio ſufficiat ad indicendam pœnam capitalem legis Iuliæ de adult.num.15.*

*16 Paciſci nemo poteſt de vero adulterio, nec de præſumpto: ſecus de præſumpto præſumptione hominis.num.18.*

*17 Legis præſumptio pro veritate habetur.*

*19 Clericus vel religioſus ſi inuentus eſt in domo pulchræ mulieris in loco abdito & ſecreto amplexans ipſam, adulterij & fornicationis ſuſpectus efficitur.*

*20 Clerici prohibentur alloqui mulieres, quia ex ea allocutione mala oritur ſuſpicio.*

*21 Adulterij ſuſpicio & præſumptio oritur, quando mulieris domus frequentatur die noctuq; ab adoleſcentibus, præſertim ſcholaſticis.*

*Et hæc præſumptio ſufficit quò ad torturam tantum, non autem quò ad condemnationem.num.22.*

*23 Vxor ſi inſcio vel reluctante marito pernoctauit, adulterium commiſiſſe præſumitur.*

*Cui opinioni diſſentit Crauet.num.24.*

*25 Vxor non poteſt argui de adulterio ex eiſdem cauſis, quibus repudiari poteſt ex lege conſenſu.C.de repud.*

*26 Oſculum impudicum arguit adulterium, vnde mulier ex eo redditur valde ſuſpecta, quæ ſuſpicio iudicis arbitrio pro violenta & indebita haberi poteſt.*

*Contra, quòd non ſit vrgens coniectura.nu.29.& 33.*

*27 Coniecturæ & præſumptiones ſufficiunt in his, quæ difficilis ſunt probationis.*

*28 Adulterium probatur coniecturis & præſumptionibus illis, quæ vel à natura, vel à lege receptæ atque probatæ ſunt.*

*30 Oſculum eſt actus venereus & impudicus, non infert tamen fuiſſe commiſſum adulterium.*

*Dicitur autem adulterij præparatorium, & ſic futurum arguit. num.31.& 33.*

*32 Notarius de falſo conuictus non poteſt in poſterum alia inſtrumenta conficere: præterita autem inſtrumenta ab eo facta non cenſentur falſa.*

*33 Maritus ſi ad probandum adulterium deducet oſculum impudicum, ſuccumbet.*

*34 Adulterium veraciter probari debet, vt pœnæ ſit locus: & tunc ſufficiunt coniecturæ loco veræ probationis, quando à iure receptæ ſunt.*

*35 Oſculum impudicum non connumeratur inter coniecturas à iure receptas ad probandum commiſſum adulterium, vnde ob id mulier dote priuari non debet.nu.ſeq.*

*36 Probationes concludentes eſſe debent.*

*37 Mulier ob oſculum impudicum punienda eſt pœna extraordinaria iudicis arbitrio.*

*Et poteſt priuari legato ſibi relicto ſub conditione, ſi honeſtè vixerit.nu.38.*

*39 Literæ amatoriæ quomodo arguant adulterium commiſſum vel committendum.*

1 CVM clàm & occulto committi † ſoleant adulte-
ria & prohibiti concubitus, ſintque ob id diffici-
lis probationis, ſicuti ſcripſi in lib.2.de arbitra-
riis iudicum.caſu 116. & aliorum auctoritatibus
comprobauit Maſcardus in Tract. De probationibus, con-
2 cluſ.57.num.3.factum hinc eſt, vt † præſumptionibus & con-
iecturis probari poſſint. Ita reſpondi in conſil.31.num.18.&
19.lib.1.ex ſententia Bart.Felini, Marſilij, Pariſij & Socini Iu-
nioris. Et illis accedunt alij nonnulli congeſti à Maſcardo in
dicta concluſione.57.num.6.&.7. Et addo Angelum de Ca-
ſtro inter conſilia criminalia diuerſorum in conſil.95.num.5.
tomo primo, & Petrum Folerium in practica Criminali, in ſe-
cunda parte ſecundæ partis, Rub. item quod fuit leno. nu-
mero 5.

Et hæ quidem præſumptiones & coniecturæ aliquando
3 operantur, vt adulteri † capitali pœna puniri poſſint, aliquan-
do ſola thori, ſeparatione, aliquando verò ſola pœna pecu-
niaria, ſicuti eſt amiſſio dotis mulieris. Ita ſcripſerunt Felinus
in capit.literis.num.1.de probatio. Marſilius in Rubr.C.de
probatio.num.203.& alij, quos ſuis locis referam. Eſt etiam
4 hic obſeruandum, ex his † coniecturis, aliquas à natura ipſa
colligi: aliquas eſſe à lege probatas: aliquas ab homine ipſo,
nempè à iudice fieri.

Prima itaque eſt coniectura, quæ ex ipſa natura oritur, vt
5 † ſi maritus, elapſo iam anno abfuit, & reuerſus reperiit vxo-
rem prægnantem. Hoc ſine controuerſia præſumitur adulte-
rium. Ita glo.in cap.dixit.32.q.1.quam ſecuti ſunt Doct.ibi,
& Felinus in cap.præterea.nu.3.de teſtib.

6 Et hæc † quidem præſumptio vrgens adeò eſt, vt dici de-
beat probatio concludens, quæ operari debet, vt non ſolùm
mulier perdere debeat dotem, ſed etiam puniri poſſit pœna
legis Italiæ de adulteriis.

7 Secunda eſt † coniectura à lege recepta & probata, quam
noſtri iuris & de iure appellant, quando ſcilicèt adulteri de eo
crimine accuſati poſt factam excuſationem, & defenſionem,
quòd eſſent ſanguine coniuncti, matrimonium contraxe-
runt.

Hoc etiam caſu inſurgit præſumptio adulterium ipſos an-
teà commiſiſſe, ſicuti de eo fuerant accuſati. Ita ſancitum eſt
in l. ſi qui adulterij. C.ad legem Iuliam de adulteriis. quam
præſumptionem eſſe iuris & de iure ſcripſerunt ibi omnes, &

illis accedit Speculator in tit.de præſumptionibus.§. ſpecies.
8 numer.4.verſic.item ſi te accuſo. Et hæc † quidem præſum-
ptio potens etiam eſt, vt pœna capitali puniantur adulteri.d.
l.ſi qui adulterij,& adnotauit Mattheſ.in notab.119.in fin.
9 Tertia eſt coniectura † commiſſi adulterij aduerſus eum,
cui à marito ter denuntiatum fuit, ne cum eius vxore eſſet,
eamque alloqueretur : & tamen deinde comperiit eam allo-
quentem. Ita ſtatuit Iuſtinia.in §.his itaque.in Auth.vt liceat
matri & auiæ, è quo deſumpta eſt auth.ſi quis ei.C.ad legem
Iuliam de adulter. Et hæc pariter appellatur præſumptio iuris
& de iure à Specula.in tit.de præſumptionibus.§. ſpecies.nu.
4.& ab Euerardo in Centuria legali.in loco à veriſimili.in fi-
ne. Idem ſenſit Abbas in cap.tertio loco.nu.4.de præſumpt.
10 Et hæc quidem præſumptio ſufficit † ad indicendam pœ-
nam illam capitalem ex lege Iulia de adulteriis : ſicuti mani-
feſtè ſtatuit Iuſtinianus. Et ſcripſit Mattheſ.in d.notab.119.
in fine.
11 Quarta eſt coniectura † & præſumptio perpetrati adulte-
rij, quando ſolus cum ſola in loco ſecreto & abdito inuentus
eſt. Ita docuit Bart.in l.1.ff.de furtis, qui dixit,adulterium ſic
præſumptiuè probatum eſſe. Et Bartolum ſecuti ſunt Baldus
in l.non hoc.C.vnde legit.& in conſ.427. Quædam mulier.
libr.5. quod ſane reſponſum eſt relatum etiam inter illa Ro-
mani in conſilio 451.numero 3.Abbas in cap.pręterea.num.
2. de teſtib.Alex.in conſil.13. in fin.libr.7. Ruinus in conſilio
149.numer.4.lib.5.Decius in cap.cum non ab homine.num.
11.de iudiciis, & ibidem Alciatus.nume.27.Neuiz.in libr.4.
Syluæ nuptia.numer.76.Blancus in Tract.de indiciis.nume.
69.Petrus Folerius in Practica criminali in ſecunda parte ſe-
cundæ partis , ſub Rub. Item quod fuit leno.numer.5.Blan-
cus in Tractat.de indiciis.numero 69. Socin.Iunior in conſ.
32.numer.16.lib.2.Tiraquellus in Tract.de legib.connubial.
lege ſecunda.numer.6. Crauet.in conſil.205.num.24.& Ro-
landus in conſil.34.numer.7. lib.2. Nec repugnat auctoritas
illa Antonij Roſelli, quam refert & probat Crauet.in d.con-
ſil.205.numer.21. cùm dixit , non cenſeri probatum adulte-
rium ex eo , quod quis ſolus cum ſola in thalamo clauſo re-
pertus eſt, & vir ſolutas haberet calligas , & mulier recuſaret
12 aperire hoſtium : Nam † reſpondetur , Roſellum loqui de
adulterio verè & propriè probando. Non enim ex hoc actu
dici poteſt, verè ſecutum fuiſſe adulterium : quia fieri poteſt
quòd adhuc non coïerint : vel quòd vir ſit impotens , vel
mulier nimis arcta , ſicuti nec verè & propriè dicitur proba-
tum adulterium , quando vir & mulier viſi fuerunt in eodem
lecto nudi,cap.literis,de præſumpt.& cap.prętere a.de teſtib.
& tradunt Felinus in d.cap.præterea.num.3.Ruinus in conſi-
lio 53.num.10.lib.5. Marſilius in conſil.1.num.47.& in con-
ſilio 28.colum.2. Gratus in conſil.50. num.2.lib.2. Syluanus
in conſil.3.num.2.Rolandus in conſil.7.num.19.& in conſil.
50.numer.3.lib.1. & alios nonnullos recenſet & probat Ma-
ſcardus in d. Tractat.de probationibus.concluſ.59.num.6.&
7. ij ſanè loquuntur de verò & proprio adulterio , quod non
dicitur probatum.
13 Non tamen † negant,quin probatum ſit pręſumptiuè:Imò
affirmant hanc præſumptionem eſſe vrgentem. Et propterea
præſumptio hæc operatur, vt ſatis probatum dicatur adulte-
rium quo ad thori ſeparationem : ſicuti ſenſit gloſſ.in d. cap.
præterea.de teſtib. & ibidem Felinus.num.3. Mattheſ.in no-
tab.119.Corn.in conſil.192. in fine.lib.4. & Crauet.in conſ.
14 205.nu.19. qui idem ſenſerunt quo † ad dotis amiſſionem:id
quod apertius poſt alios reſponderunt Pariſius in conſil. 54.
num.61.lib.4.& Rolan in conſil.50.num. 3.& 4.lib.1.
15 Cæterùm † dubitatio eſt non mediocris,an hæc tam vrgẽs
præſumptio ſufficiat ad indicendam pœnam capitalem legis
Iuliæ de adulteriis? Et non ſufficere ſcripſerunt Mattheſ.in d.
notab. Corne.in d.conſilio 192.in fine.lib. 4. & Crauet.in d.
conſil.205.numer.20.& numer.21. qui eiuſdem ſententiæ re-
cenſet Roſellum inter conſilia Baldi in conſil.465.ſuper prę-
dictis.lib.2.
Verùm imponi poſſe pœnam capitalem ſenſerunt Areti-
nus in cap.præterea.num.5.de teſtib.& Campegius in Tract.
de teſtibus.reg.385.verſicul.ſeptimò probatur , & manifeſtè
Lupus alleg.53.nume.1.Conciliari poſſunt hæ opiniones : vt
illa prima procedat quò ad pœnam adulterij ordinariam , vt
ſcilicet illa imponi nequeat:cùm non conſtet verè & propriè
commiſſum fuiſſe adulterium. Secunda verò opinio proce-
dat quò ad pœnam extraordinariam , quæ infligi ſolet quan-
do delictum eſt præſumptiuè probatum : ſicuti ſcripſi ſupra
lib.1.q.97.
Exiſtimo etiam has coniecturas & præſumptiones hacte-
16 nus commemoratas operari, vt ſicuti † de verò adulterio pa-
ciſci & tranſigi non poteſt.l.tranſigere.C.de tranſact.Ita nec
17 de adulterio ſic à lege præſumpto. Cum legis † pręſumptio
pro veritate habeatur.l. licet.vbi Iaſon.nume.10.de leg.1.at-
que ita declaratur traditio illa Doctorum,qui ſcripſerunt,de
adulterio pręſumpto tranſigi poſſe : ſicuti affirmarunt poſt
alios Iaſon in d.l.tranſigere.num. 5.in fine.& Boërius in q.91.
18 nume.3. Intelligi † debet hæc traditio de præſumptione ho-
minis,non autem legis.
19 Extenditur † hæc coniectura & præſumptio,vt locum há-
beat etiam , quando in domo pulchræ mulieris fuiſſet inuen-
tus clericus & religioſus in loco tamen abdito & ſecreto , &
mulierem amplexantem. Nam & tunc præſumitur adulte-
rium & fornicatio. Ita Abbas in cap.1.col. vlt. verſic. & hoc
infero.de cler.non reſid.Alex.in conſil.127.numer.12. lib.4.
Felinus in cap.præterea.nu.4.de teſtib. Decius in l.non hoc.
num.11.C.vnde legit. Picus in l.Titia.§. Titia.numer.165.de
leg 2 Galliaula in l.Centurio.nume.256.ff. de vulg.& pupil.
ſubſt. Neuizanus in lib.4. Syluæ nuptia.num.76.& Crauet.in
conſ.244.nu. 4.in fine. Horum ſententiam ſatis egregiè pro-
bant c.clericus.& cap.miniſtri. 81. diſtinct. quibus ſancitum
20 eſt,clericos † alloqui non debere mulieres:cum ex ea allocu-
tione mala oriatur ſuſpicio. Non ergo qualitas perſonæ cle-
rici efficit , quin ita de eo ſuſpicari debeamus , ſicuti ſuſpica-
mur de quouis laico. Et hinc intelligimus malè ſenſiſſe gloſſ.
cap.abſit.11.q.3.cùm dixit, pręſumendum eſſe quod clericus
amplexans mulierem velit ei benedicere. Vel intelligi & de-
clarari debet , id procedere , quando concurrunt alię conie-
cturę:ſicuti declarauit Decius in d.l.non hoc.num.11.
21 Quinta eſt coniectura † & pręſumptio perpetrati adulte-
rij & fornicationis:quando mulieris domus frequentatur die
noctúque ab adoleſcentibus , pręſertim ſcholaſticis. Ita Bal-
dus in l.neque natales.col.1.C.de probatio.& in l.vlt.col.vlt.
ff.de hęred.inſtit.& ibidem Imola,& ſi Baldum malè intelle-
xit Ludouicus Bologninus in auth.habita.num.198. C.ne fi-
lius pro patre. Et Baldum ſecuti ſunt Galliaula in l.Centurio,
num.256.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Alciatus in cap.cum non ab
homine.nu.27. de iudiciis. Maſcardus in Tract.de probatio-
nib.concluſ.64.nume.10. qui huius opinionis recenſet vnum
tantùm Petrum Barbobum in conſil.96.inter conſilia crimi-
nalia lib.1.His accedit Ioſeph Fontanella in conſ.97.numer.
35. inter conſilia criminalia diuerſorum. lib. 2. tomo primo.
Et pręd icti quidem Doctores ſcripſerunt , hanc mulierem
pręſumi meretricem. Cæterùm Imola in d.l.vlt.col.vlt.ff.de
22 hęred.inſtit.exiſtimauit,hanc † coniecturam ſufficere quò ad
torturam tantùm,non autem quò ad condemnationem.
23 Sexta eſt coniectura † commiſſi & perpetrati adulterij,
quando mulier vel inſcio, vel reluctante marito pernoctauit.
Ita ſcripſerunt Angelus in §. minores in Auth. de nuptiis , &
Felinus in d.cap.pręterea.nu.3. de teſtib.adducti text.l. con-
ſenſu.C.de repud.
24 Cęterùm à prędictis , † diſſenſit Crauet.in conſil.205.nu.
18.qui reſpondit,ex ſola pernoctatione argui non poſſe com-
miſſum fuiſſe adulterium : cùm fieri poſſit , quòd honeſtus &
pudicus mulieri pernoctationis ſocias habuerit:atque ita nul-
lum ſecutum fuerit adulterium. Nec repugnat ſecũdum Cra-
uettam.d.l. conſenſu. cùm ibi ſancitum tantummodò fuerit,
marito licere mittere mulieri pernoctanti libellum repudij:
Et ob id non ſequitur ex pernoctatione argui adulterium. Et
25 illa in † conſtitutione enumerantur multę alię cauſę, ob quas
licet marito mittere vxori libellum repudij,& tamen cauſę il-
lę nullo modo arguunt adulterium. Et ſi ( ſubiunxit Crauet-
ta)pernoctatio eſſet coniectura ſufficiens arguendi commiſ-
ſum fuiſſe adulterium, connumerata fuiſſet inter alias , ſicuti
ſuprà diximus.
26 Sexta eſt coniectura † & pręſumptio commiſſi adulterij,
quæ ſumitur ab oſculo impudico:Hanc coniecturam proba-
runt gloſſa in l. quod ait.ff. de adulter. Decius in rubr. C.de
eden.



eden.col.1.& in rub.extra de iudiciis.col.1.Ruinus in conſil.
162.num. 4.lib. 4.Bellonus in rubr.C.de edendo.nume.81.&
Didacus in epitome de ſponſalibus,in ſecunda parte.capit.7.
§.6.num.3.qui dixit,mulierem ex oſculo impudico reddi val-
dè ſuſpectam , ita quòd pro iudicis arbitrio ſuſpicio hæc pro
violenta vel indubitata haberi poſſit.Idem ſcripſit Maſcardus
in Tracta.de probationibus.concl.64.qui tamen refert alios
nonnullos hoc non affirmantes. Ea ratione ij moti ſunt,quod
adulterium difficilis eſt probationis , ſicuti diximus ſuprà in
27 initio huius diſputationis.Porrò coniecturę † & præſumptio-
nes ſufficiunt in his , quæ difficilem probationem habent,vt
ſcripſi in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu 116. Eſt ergo & o-
ſculum ſufficiens ad probandum adulterium.Cęterùm conſi-
deratio hæc nil vrget. Nam facilè concedimus , coniecturis
28 probari adulterium : ſed illis † tamen , quæ vel à natura,vel à
lege receptæ probatæque ſunt,vt ait gl.in l.abſentem.in ver-
29 bo,damnari.ff.de pœnis. oſculum autem nec à rei † natura,
nec à lege pro vrgenti coniectura admittitur , nec etiam ab
homine recipi debet,cum nulla vrgẽs ratio hoc ſuadeat. Non
etiam ad rem pertinet text.d.l.quod ait.in princ.ff.de adulter.
quem pro ſecundo ſuæ opinionis fundamento adduxerunt
glo.& Decius : quia reſpondetur, & facilè conceditur,licere
& nunc patri , quod & olim ei licuit ex legibus Draconis &
Solonis,nempè, occidere filiam deprehenſam in actibus ve-
30 nereis & impudicis. Admittitur etiam oſculum eſſe † actum
venereum & impudicum,cap.ne aliqua.27.q.1. Non tamen
ſequitur conſequentia,oſculum eſt actus impudicus, & pater
poteſt ob illud interficere filiam. Ergo ex illo oſculo ſumitur
coniectura,filiam commiſiſſe adulterium.
Eſt quidem oſculum actus venereus & pœna dignus , ſed
tamen non infert commiſſum fuiſſe adulterium. Et præterea
admiſſo , oſculum facere coniecturam adulterij , dicendum
eſt,futurum non præteritum arguere. Sicuti ſenſit idem Ac-
curſius in d.l.quod ait.ff.de adulteriis. & multi Doctores in
31 rub.C.de eden.cùm dixerunt, † oſculum eſſe adulterij præ-
paratorium.Ita ſanè multi,quos ſtatim commemorabo.
32 Huc facit † quod docuit Iaſon poſt alios in l.ſi ex falſis.in
fine.C.de tranſact.,cùm dixit , notarium de falſo conuictum
non poſſe conficere alia inſtrumenta : cùm ex primo illo cri-
mine ducatur coniectura , in poſterum alia falſa inſtrumenta
eſſe facturum. Non ergò ad præteritum, ſed ad futurum con-
iectura ſumitur. Id quod explicauimus ſuprà in præſumpt. . .
huius libri. Et ad rem noſtram hac conſideratione vſus eſt Al-
ciatus in Tract.de præſumpt.reg.2.pręſumpt.9.in fine.
33 Contrariam itaque † opinionem , quod imò oſculum im-
pudicum non facit coniecturam commiſſi adulterij , ſenſit
manifeſtè Ripa in rubr.extra de iudiciis.num.23. cùm dixit,
quod ſi maritus deducit oſculum impudicum ad probandum
adulterium,ſuccumbet. Et eodem in loco.num.14. aliorum
auctoritate dixit , oſculum eſſe ex præparatoriis adulterij.
Idem ſcripſerunt alij multi in rub.C.de eden. vt Iaſ.& Bolo-
gne.ſic & Ioan.Lupus in rub.extra,de donatio.inter virum &
vxor.§.78.num.10.qui dixit , oſcula impudica eſſe præludia
adulterij. Idem ſcripſit M.Antonius Blancus in Tract.de in-
diciis.num.69.
Non ergo ſignificat & arguit adulterium eſſe commiſſum.
Et horum quidem ſententia,quæ & mihi probatur,ſuaderi ſa-
tis poteſt hac ratione & argumento , quod ſtatuerit Iuſtinia.
in §.quia verò plurimas. verſ.ſi de adulterio.in auth. vt liceat
34 matri & auiæ,adulterium † veraciter probari debere. Conie-
cturæ auctem tunc ſufficiunt loco probationis veræ & pro-
priæ in pœnalibus, quando à iure receptæ ſunt : ſicuti ex ſen-
tentia gloſſæ in dicta l.abſentem in verbo,damnari.ff.de pœ-
nis,& ſcripſit Decius in l.1.num.7. C.de teſta.milit.& in c.1.
in fi.de off.deleg.& in ſpecie propè ſenſit Mattheſ.in notab.
35 119.in fine. Noſtro in caſu † oſculum impudicum non con
numeratur inter coniecturas à iure receptas ad probandum
commiſſum adulterium. Non enim in l.cõſenſu.C.de repud.
Non in titulis Pandectarum, ac Codicis ad legem Iuliam de
adulteriis. Non alibi quod ſciam, legitur, inter coniecturas
ad probandum adulterium connumerari oſculum. Et ea ra-
tione fortè hoc factum eſſe poteſt : quia ſi coniectura eſt,at-
tamen dubia eſt , cum ita futurum,vt præteritum adulterium
36 ſignificare poſſit. Et † tamen probationes concludentes eſſe
debent.l.non hoc.C.vnde legit. Nec iudex quidem pro ſuo
arbitrio,vt minus rectè ſcripſit Didacus,violentã hãc pręſum
ptionẽ exiſtimare debet : cùm iã ſatis conſtet nec ratione nec
lege fulciri. Hac itaq; in opinione ſum,oſculũ impudicum nõ
facere coniecturam commiſſum fuiſſe adulterium. Et pro-
pterea mulier dote non priuabitur,ſicuti nec ob ſolum ipſum
oſculum priuari ea dote debet, vt latè probaui in lib.2.de ar-
bitrariis iudicum. caſu 287.num.8. Illo tamen in caſu 287.
37 col.1.ſcripſi, oſculum impudicum eſſe † puniendum pœna
extraordinaria,cùm ſit actus venereus & inhoneſtus. Et pro-
pterea ( vt hoc illis adiungam ) rectè Baldus in conſil.207.
lib.4.quem probauit Didacus in epitome de ſponſalib.parte
ſecunda.c.7.§.6.num.3.in fi.reſpondit , mulierem impudicè
38 & † inhoneſtè egiſſe,ſi exoſculari à viris voluit,& ob id amit-
tere legatum ſibi relictum ea ſub conditione,ſi honeſtè vixe-
rit. Idem ex ſententia Angeli Aretini ſenſit Picus in l.Titia.§.
Titia.num.164.in fine de leg.2.
39. Septima eſt coniectura,† perpetrati adulterij, quando re-
pertæ ſunt literæ amatoriæ ipſius mulieris. Ita reſpondit Pari.
in conſil.54.in fine lib.4.quem ſecutus eſt Maſcardus in dicta
concluſ.64.nu.10.in fi. Prudentis iudicis arbitrio tribuerem
pro literarum tenore. Nam ſi fateretur mulier præteritos cõ-
cubitus,res manifeſta contra eam eſſet : ſed hoc raro euenit,
niſi imprudentiſſima ſit mulier : ſi verò eſſent literæ , quibus
mulier requireret virum , vt ad eam accederet , futurum, non
præteritum adulterium arguerent.

## PRÆSVMPT. XLII.

Incendiarius quibus indiciis & coniecturis dete-
gatur.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarij pœna quæ.*
2 *Incendiarius quibus coniecturis detegatur.*
3 *Incendium præſumi exortum culpa inhabitantium.*

1 INCENDIARII † pœna grauis & aliquando
pro iudicis arbitrio eſſe ſolet : Sicuti ſcripſi in
lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu 390.Cęterum
2 dubitari ſæpè ſolet quis † incendium immiſiſſe
præſumatur? Hac de re copiosè diſſerui in d.ca-
3 ſu 390.num.3.in † dubio præſumi exortum incendium culpa
inhabitantium. Eandem ſententiam aliorum quamplurium
auctoritatibus comprobauit Maſcardus in Tract.de proba-
tionibus in conclu.892.num.2.qui extendit & declarat, mul-
tis relatis ex his , quæ ego ſcripſi in d.caſu 390. Et cùm ſatis
diligenter prædictis in locis explicata hæc ſint, non eſt quòd
hic plura ſcribam.

## PRÆSVMPT. XLIII.

Inimicitia & odium quando inter aliquos præſu-
matur.

SVMMARIVM.

1 *Proximum ſuum nemo præſumitur odio proſequi, ſed eius amicus cenſetur.*
2 *Teſtem tanquam inimicum qui vult repellere, debet ipſam inimicitiam,& certam ipſius inimicitiæ cauſam probare.*
3 *Inimicitia quib.coniecturis probari poſſit.nu.ſeq.*
*Quòd præſumitur inter eos, inter quos grauis eſt orta lis, puta in cauſa ſtatus.nu.4.*
*Idem quando extitit lis de omnibus bonis , vel de maiori eorum parte.nu.5.*
*Idem quando extitit lis de cauſa capitali.nu.6.*
7 *Inimicitia orta ex lite præſumitur durare etiam lite finita.*
8 *Inimicus adhuc præſumitur,qui ſemel fuit inimicus.*
*Et quid de inimico reconciliato.nu.9.*
10 *Inimicus is præſumitur , qui cùm conſueuerit aliquem ſalutare, non amplius ſalutat.*
*Idem de eo,qui conſueuerat me alloqui , & amplius non alloquitur.num.11.*

12 *Inimici mei amicus præſumitur & meus inimicus,vel ſaltem ſuſ-*
*pectus.*
*Sic & qui cum meo inimico conuerſatur.numero 13.*
*Idem de cohabitante cum ipſo meo inimico.numero 14.*
*Secus in cohabitatione modici temporis,puta duorum menſium.*
*num.15.*
16 *Inimicus meus præſumitur,qui contrahit parentelam cum inimi-*
*co meo,vel confœderationem.*
17 *Inimicus is cenſetur,qui aliqua iniuria fuit affectus vel ab aliquo*
*carceratus.*

1 CVM ſcriptum ſit † Lucæ cap.10.*Diliges proximum*
*tuum ſicut teipſum*. factum hinc eſt,ne ſaluatoris no-
ſtri præceptum contemnere videamur,vt præſumē-
dum ſit,neminem odio proſequi proximum ſuum, ſed eius a-
micum eſſe.Ita Baldus in conſilio 41.Præmittendum eſt , ad
euidentiam.lib.5.Socinus Sen.in conſ.43.lib.3.Gozadinus in
conſ.89.in fine.Bellonus in conſ.63.num.12.Craue.in conſ.
8.nu.8.& Maſcardus in concluſ.898.num.4.Et propterea,qui
2 † vult repellere teſtem tanquàm inimicum debet ipſam ini-
micitiam & certam ipſius inimicitiæ cauſam probare.l.ſi quis
teſtibus.in fine.C.de teſtib.& alios refert Gramma.in deciſ.
3 34.nu.22.Cæterùm † coniecturis & ſignis probari ſatis dici-
tur inimicitia,ſicuti ſcripſerunt Baldus in d.conſ.41.Abbas in
ca.repellantur,in primo notab.de accuſat.& alij , quos infra
ſuis locis referam.Et plura quidem ſigna & coniecturæ inimi-
citiæ conſiderari à noſtris ſolent.
4 Et primum quidem † ſignum eſt , quod ſumitur ex graui
lite orta inter eos:vt ſi eſt lis de cauſa ſtatus.§.item is.in inſt.
de excuſ.tuto.iuncta glo.ibi in verbo,pupillorum.glo.in §.ſi
quis verò.in Auth.de teſtib.Baldus in l.Athletæ.§.dat remiſ-
ſionem in 4.notab.de excuſ.tuto.Alex.in conſ.99.nu.1.lib.1.
Abbas in cap.1.num.3.de iud.Marſilius in conſ.3.num.11.Et
hos retulit ac ſecutus eſt Maſcardus in d.concluſ.898.nu.6.
Et his accedit Gigas in Tract.de crimine læſæ maieſtatis.in
tit.Quomodo & per quos crimine læſæ maieſta.probetur.q.
5 2.num.14.Idem eſt,quando † extitit lis de omnibus bonis,
vel maiori eorum parte.Ita Bart.in l.3.§.vlt.nu.4.ff.de adim.
lega.Baldus l.parentes.num.1.C.de teſtib.Felinus in cap quo
ties.num.5.de teſtib.Gramma.in deciſ.86.nu.11.& Maſcar-
dus in d.concluſ.898.nu.7.9.& 10.Et alios eiuſdem opinio-
nis Doctores commemoraui in lib.2.de arbitrariis iudicum.
caſu.110.num.5.& Gigas in d.q.2.num.14.Idem eſt,quando
6 † extitit lis de cauſa capitali,vt ſi accuſauit de homicidio , vel
ſimili graui crimine:ſicuti poſt Bartolum , & alios comme-
moratos ſcripſit Maſcardus in d.concluſ.898.nu.16. Et ean-
dem ſententiam ſum & ego ſecutus in d.cap.110.in fine.Non
hic proſequor alia his ſimilia exempla, quæ loco coniectura-
rum & ſignorum habuit Maſcardus præcitato in loco.Et quę
exiſtimo illum deſumpſiſſe ex Hieronymo Gigante in d.q.
2.qui ſummatim quam plura de his diſſeruit.
7 Extenditur hoc † ſignum vt locum habeat etiam lite fini-
ta:Nam adhuc inimicitia ex ea cauſata perdurare præſumitur.
Ita Aretinus in d.cap.1.de iudiciis, quòd ſi quis litem ad-
uerſus aliquem habuit,præſumitur,adhuc inimicus lite finita.
& Aretinum ſecuti ſunt Barbatia ibidem,Gomes,in.§.rurſus.
num.25.in Inſtit. de actio.& Blancus in Tractat.de indiciis,
numero.133.Et horum traditio comprobatur tex.l.in ipſius.
8 C.famil.ercis:quo ſecundum Baldum ibi probatur ,† inimi-
cum adhuc præſumi eum,qui ſemel inimicus fuit.Et idem af-
firmarunt ipſe Baldus in l.ex perſona.C.de probatio.Salice-
tus in l.3.ff.de teſtibus , quos retulit & ſecutus eſt Alciatus in
Tract.de præſumptionibus.reg.2.præſump.11. Et his acce-
dunt Bald.in conſ.176.lib.1.Ancha.in conſilio 296.nume.4.
Decius in capitulo primo in ſecunda lectura num.6.de iudi-
ciis,& Craue.in conſi.nono numero ſexto verſicul.nec obſtat.
Cæterum aduerſus Aretinum videtur eſſe magis recepta
opinio eorum,qui dixerunt, hoc iudicis arbitrio relinqui , vt
aſſerui Alciat. in d. præſump. 11. & ſcripſi in libro ſecundo
9 de arbitrariis iudicum dicto caſu.110.Idem † de inimico re-
conciliato aſſirmaui in libro primo de arbitrariis iudicum
quæſt.vigeſimaoctaua numero octauo.
Secundum eſt ſignum inimicitiæ,quando † is, qui ſalutare
10 conſueuit,non amplius ſalutat. Ita glo.in cap.eum Adrianus
62.diſtinct.Abbas & Barbatia relati à Maſcardo in d.concluſ.
898.num.33.Et his accedunt Decius in cap.cum ſuper.nume.
tertiò de off.de leg.& in conſi.64.numero ſextò qui idem eſ-
11 ſe † reſpondit,quando qui me alloqui conſueuit,amplius non
alloquitur.Idem docuit Marſilius in l.1.§.præterea.nu.8.ff.de
quæſtio
12 Tertium eſt ſignum † inimicitiæ , quando quis effectus eſt
amicus inimici mei:Nam & is præſumitur effectus meus ini-
micus,vel ſaltem ſuſpectus.Decius & Cagnolus in l.conſil.§.
13 Socij.de reg.iuris.ſic & qui cum † meo inimico conuerſatur,
meus præſumitur inimicus.Baldus , Salicetus & Iaſon in l.li-
beri.C.de inoff.teſta.Blancus in Tract.de indicijs & tortura.
14 num.163.Idem quando ſimul † cohabitant.Abbas & Felinus
in cap.repellantur.numero ſecundo de accuſat.& Maſcardus
in d.concluſ.898.numero vigeſimooctauo qui numero vige-
15 ſimonono declarat,non habere † locum in cohabitatione mo
dici temporis, vt putà duorum menſium , ex ſententia Felini
pręcitato in loco.Ego certe hoc relinquerem iudicis arbitrio.
16 Porrò hoc † ſignum locum habebit multò magis , quando
inimicus meus contraxit parentelam , vel confæderationem
cum inimico meo.Ita Baldus in d.l.liberi.C.de inoff.teſta.&
in l.1.numero trigeſimotertio.ff.de rerum diuis. quo loci do-
cuit Baldus , quod ſi vaſallus contraxit parentelam , vel con-
fæderationem cum inimico domini ſui,præſumitur effectus
inimicus ipſius domini:& ob id feudo priuatur. Et Baldum
ſecuti ſunt Marſilius in d.l.1.§.pręterea.nu.10.in fine,de quæ.
& Maſcardus in d.concluſ.898.num.35.Et his accedunt Hie-
ronym.Gigas.in d.quæſt.2.num.35.& alij multi,quos con-
geſſi in conſilio 102.num.9.lib.1.quo loci latiſſime declaraui,
quomodo intelligi hoc debeat.
17 Quartum eſt ſignum † inimicitiæ , quando quis ab aliquo
fuit affectus iniuria,vel carceratus.Ita Felinus in d.cap.cum
oporteat.numero 3.in fine.& numero 5.de accuſ.& Maſcardus
in d.concluſ.898.numero vigeſimoſecundo. Et accedunt Blā
cus in Tract.de indicijs & tortura.numero 104.& Gigas in d.
quæſt.2.numero vndecimo.
Non proſequor reliqua , quæ enarrauit Gigas in d.q.2.&
eius ſuppreſſo nomine Maſcardus in d.concluſ.898.

## PRÆSVMPT. XLIIII.

### Contempſiſſe Dei ac Principis ſui leges & præcepta quando quis præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Leges & præcepta Dei nec non principum graue interdum eſt pec-*
*catum delictum contemnere,quorum contemptor graui pœna*
*plecti debet.*
2 *Contemptus conſideratur negatiuè & poſitiuè.*
3 *Contemnere is dicitur,negatiuè,qui de re aliqua curam non ha-*
*bet,nullam tamen iniuriam vel irreuerentiam facit:& qui ta*
*liter contemnit,non punitur de contemptu,ſed de alio delicto,*
*quo contempſit.*
4 *Peccandi conſuetudo etſi multum operetur ad præſumendum con*
*temptum in foro exteriori,nil tamen facit quò ad forum con-*
*ſcientiæ*
5 *Excommunicatus perſeuerans per annum in excommunicatione*
*dicitur contemnere impropriè, quia nil agit contra eccleſiam,*
*niſi quòd negligens eſt,vt ab eo vinculo diſſoluatur.*
6 *Celebrans in loco,qui an ſit interdictus dubium eſt inter doctores,*
*non dicitur propriè contemptor etſi in dubio ſit à celebratione*
*abſtinendum,*
7 *Contemnere impropriè is dicitur,qui caſu aliquē actum facit pro-*
*hibitum,non autem deliberatè.*
8 *Contemptus poſitiuus,dicitur proprius & verus & contemptus,&*
*eſt ille,quando quis negat velle parere negando auctoritatem &*
*poteſtatem ſuperioris qui iuſſit*
*Et hic contemptus probatur coniecturis & indicijs cùm alioqui ſit*
*difficilis probationis.num.9.*
10 *Legislatoris auctoritatem & poteſtatem negans,& recuſans ex-*
*preſſe ei obtemperare,dicitur proprie contemnere.*
*11 Papa ſi*



11 *Papa ſi cohortando aliquid iubet , & aliquis recuſando exhorta-*
*tionem illam negat poteſtatem,vt hæreticus puniri poteſt.*
12 *Sacerdos ſciens ſe excommunicatum,& monitus ne celebrat,vult*
*celebrare,præſumitur,per contemptum celebraſſe.*
13 *Sacerdotes celebrare compellens tempore generalis interdicti,*
*præſumitur per contemptum compulliſſe.*
14 *Excommunicatus , qui ſe ingerit alijs non excommunicatis con-*
*tra præceptum ſuperioris,per contemptum ſe immiſcuiſſe cen-*
*ſetur.*
*Idem quando ſcienter perſeuerat in excommunicatione per an-*
*num.num.15.*
16 *Actum faciens ſcienter contra iuris præcepta per contemptum fe-*
*ciſſe præſumitur.*
17 *Eccleſiam non ingrediens,ſed ad ianuam audiens officia, id facere*
*præſumitur per contemptum.*
18 *Iudex inferior , ſi contra ſuperioris inhibitionem procedit , con-*
*temptor inhibitionis.*
19 *Contemptor & inobediens quibus pœnis plectatur.& nu.ſeq.*
20 *Contemptus eſt adeo graue crimen,vt dicatur peccare in ſpiritum*
*ſanctum,qui per contemptum peccat.*

1 CONTEMNERE Dei Opt.Max.† ac princi-
pum leges & præceptum graue interdum eſt
peccatum & delictum , & ob id graui pœna
plecti cōtemptor ille debet : quemadmodum
mox dicemus. Verùm priuſquam hoc expli-
2 cem,repetenda ſunt paucis quæ ſcripſi in lib.2. de arbitrariis
iudicum.Caſu 416.num.27. Eo loci dixi,† contemptum al-
3 tero de duobus modis conſiderari , nempè negatiuè & poſi-
tiuè. Negatiuè is † contemnit , qui de re aliqua curam non
bet : nullam tamen iniuriam,vel irreuerentiam facit. His di-
citur impropriè contemnere:& qui ita contemnit non puni-
tur ex contemptu, ſed de alio delicto, quo contempſit, putà
de ira , negligentia , vel concupiſcentia. Ita dixi declarare
Collecta.in cap.1.de conſtit. Cardinal.in clemen.1.in tertio
notab. de Sepult. Felinum in capit.2.colum.vlti.de maior.&
obed.& Sylueſtrum Prierium in ſumma , in verbo , contem-
ptus.num.1.His nunc accedunt Angelus Clauaſius in ſumma,
in verbo,contemptus.num.1.Geminia.in cap.nullus.num.2.
55.diſtinct.Felinus in cap.cum quidam.num.7.verſi.quando
autem. de iureiuran.& Nauarr. in manuali confeſſorum.cap.
23.num.42. Qui & illud adiungit ex ſententia Diui Thomæ,
Caietani,& aliorum reiecta cōtraria opinione Ricardi,etiam
eum dici impropriè & interpretatiuè contemnere,qui aduer-
ſus legis præceptum negligentia, ira, vel concupiſcentia pec-
care conſueuit,quam ſententiam probaui in d.caſu 416.num.
4 28.auctoritate Didaci & aliorum.Et ſi enim cōſuetudo † pec-
candi multum operetur ad præſumendum contemptum in
foro exteriori, vt dicemus infra : attamen nil facit quò ad fo-
rum conſcientiæ , in quo ſola veritas,non autem pręſumptio
conſideratur.cap.humanę.22.quęſt.5.& cap.tua.de ſponſal.&
5 ſcripſi ſuprà lib.1.quęſt.80.num.15.Hunc † contemptum im-
proprium committere dicitur excommunicatus perſeuerans
per annum in excommunicatione : cùm nil aliud agit contra
Eccleſiam quàm quòd negligens eſt,vt ab eo vinculo diſſol-
uatur. Non enim negat Eccleſiæ auctoritatem , & Clauium
poteſtatem : ſed tantum negligit propriam ſalutem. Et pro-
ptereà perſeuerans iſte non punitur tanquam contemptor,
cuius pœna eſſet illa , qua lapſi in prauam hæreſim plecti ſo-
lent.Ita ſcripſi in d.caſu 416.num.27.
6 Sic etiam celebrans † in loco interdicto,quando eſſet opi-
nio Doctorum, an eſſet interdictus, vel non. Et vna opinio
haberet,non eſſe interdictum:alia verò,imò eſſe.
Hic ſanè celebrans non poſſet dici propriè contempſiſſe:
etſi in dubio erat à celebratione abſtinendum. Ita egregiè
tradit Geminia.in d.cap.nullus.num.4.verſi.in contemptum
autem.55.diſtinct.poſt Io.Andreæ in capit.vlti.de ſenten.ex-
com.lib.6.Idem ſcripſit Felinus in dicto cap.2.in fine.de ma-
ioritate & obed. Ita pariter non dicitur propriè contemnere
7 † ille , qui caſu, non autem deliberatè aliquem actum prohi-
bitum facit , vt ſcribunt gloſ.in capit.plus accepit.§.aliàs.25.
diſtinct.& Geminia.præcitato in loco , quem ſecutus eſt Fe-
linus in dicto cap.2.colum.vlt.verſi.& nota , quod faciens.de
maior.& obed.
8 Contemptus poſitiuus,† qui verus & proprius dicitur , eſt
ille,quando iuſſus facere negat velle parere , negando aucto-
ritatem & poteſtatem ſuperioris,qui iuſſit. Ita ſcripſi in dicto
caſu 416.num.29. ex ſententia Diui Thomæ,Adriani, Sylue-
ſtri, & Didaci. Et his accedunt Geminia.in d.c.nullus.num.
2.55.diſtinct.Nauarrus in d.c.23.num.42.& alij,quos ſtatim
referam.
9 Hic contemptus † probatur coniecturis & indiciis, cùm
alioqui difficilis ſit probationis. Ita tradunt Butrius in cap.ſi
celebrat.col.4.de cler.excom.miniſtr.Felinus in dicto cap.2.
num.7.de maio.& obed.Bottus in tract.de Synodo.in ſecun-
da parte.in fine. & Maſcardus in concluſ.433. Et multæ qui-
dem coniecturæ conſiderari & adduci ſolent.
10 Prima quarum eſt , quando quis † expreſè recuſat obtem-
perare,negando auctoritatem & poteſtatem legiſlatoris.cap.
quicunque.61.diſtinct. Geminia.in dicto cap.nullus.num.2.
55.diſtinct.poſt Archidiaconum,quem refert.idem ſenſit Fe-
linus in cap.cum quidam.num.7.de iureiur. Et hæc quidem
coniectura locum habet etiam, quando Pontifex, cohortare-
11 tur, † & quis recuſando exhortationem illam , negaret pote-
ſtatem Ita Sylueſter in ſumma.in verbo,contemptus.in fine.
qui dixit, hunc vt hæreticum poſſe puniri.Sic & Felin.in d.c.
cum quidam.num.7.
12 Secunda eſt coniectura,quando ſacerdos † ſciēs ſe excom-
municatum,& monitus,ne celebret,vult tamen celebrare.Hic
præſumitur per contemptum celebraſſe. Ita Felinus in dicto
cap.2.colum.vltima.verſi Et ille dicitur.poſt Calder.in con-
ſilio 11.tit.de verbo.ſig.& Petrum Eleazarium in cap.ſi cele-
brat.de cler.excom.miniſtr.
13 Tertia eſt † coniectura,quando quis compellit ſacerdotes
celebrare tempore generalis interdicti.
Hic enim præſumitur per contemptum compuliſſe.capit.
vltimo.de exceſſ.Pręlato.vbi in ſpecie Hoſtien.& Io.Andreę,
quos ſecutus eſt Geminia. in dicto capit.nullus. numero 3.
verſicul.Et ex iſto infertur. Idem ſcripſit Felinus in d.c.2.in
fine.de maio.& obed.
14 Quarta eſt † coniectura,quando excommunicatus ingerit
ſe aliis non excommunicatus contra præceptum ſuperioris,
qui iuſſerat eum ſe abſtinere ab aliorum commercio.Hic ete-
nim per contemptum ſe immiſcuiſſe pręſumitur. cap.illud.&
capit.vlti.de clerico excom.miniſtr. & cap.onerato.74. diſt.
& tradunt Hoſtien. & Io.Andreæ.in dicto cap.vlti.de exceſſ.
prælato.Geminia.in dicto cap.nullus.num.3.in fine. Felinus
in d.c.2.in fine. Idem ſcripſit Io.Andreæ.in c.dilecto.nume.
1.de pœnit.& remiſſ.
15 Quinta eſt † coniectura , quando excommunicatus ſcien-
ter perſeuerat in excommunicatione per annum.cap.excom-
municamus.& cap.vlti.de pœnis. Geminia.in dicto cap.nul-
lus.num.4.poſt Hoſtien.& Io.Andreæ in d.cap.vlt.de exceſ.
prælat. & idem Io.Andr.in d.cap.dilecto.num.1.de pœnit.&
remiſſ.Idem affirmauit Felinus in d.cap.2.in fine. de maio. &
obed.Et confert celebris illa glo.cap.cum illorum, in verbo,
contemptum.de ſenten.excom. quæ dixit , facientem actum
16 † contra iuris præcepta,ſi ſcienter fecit,præſumi in dubio per
contemptum feciſſe & gl.illam probauit Felin.in c.cum qui-
dam.nu.7.de iureiur.Et ſcienter hic perſeueraſſe dicitur,quan
do monitus,vt peteret abſolutionem eam non petiit.
17 Sexta ex coniectura , quando † quis non egreditur Eccle-
ſiam:ſed ad valuas & ianuam audit officia contra legis pręce-
ptum.cap.quod in te.de pœnis.& cap.quod nonnullis.de pri-
uileg. Hic enim præſumitur per contemptum id facere. Ita
Geminia.in d.cap.nullus.num.4.ver.item quando.& Felinus
in c.c.2 in fi.de maior. & obed. & ante eos Io.Andreæ in d.c.
dilecto.num.1.de pœnit.& remiſſ.
Septima eſt coniectura,quæ ad forum temporale pertinet,
18 quando iudex inferior , cui à ſuperiore † facta eſt inhibitio,
ne procedat in cauſa,& ille nihilominus procedit. Nam tunc
dicitur cōtempſiſſe inhibitionis præceptū. Rota in deciſ.26.
in fine.de appella & tradit Lancellotus in tract.de attentatis.
in præfatione.nu.26.qui.nu.31.ſubiunxit,quòd attentans in-
terpoſita appellatione,dicitur contemnere.
19 Contemptor † & inobediens iſte multis & grauibus qui-
dem pœnis plecti ſolet. Quo ad Dei Opt.Max.offenſam pœ-
na mortis æternæ , ob mortale peccatum afficitur.capit.ſi qui
presby-

præsbiteri.81.diſt.& cap.quiſquis. 14.q.1.gloſ.in cap.2.de
maio.& obed.& ſcribunt poſt alios Angelus Clauaſius in
ſumma,in verbo,Inobedientia,& in verbo, contemptus.Syl-
ueſter in ſumma.in verbo, contemptus. Nauarra in manuali
20 confeſſorum cap.23.n.42.Et adeò graue eſt hoc † crimen,vt
dicatur ille peccare in ſpiritum ſanctum qui peccat per con-
temptum: Ita tradit glo.in capitu.poteſtatis.de pœnit.diſt.1.
Quò ad pœnam temporalem huius ſeculi, interdum eſt mor-
tis,interdum corporis aliqua ex parte afflictiua:interdum pe-
cuniaria:atque ita pro iudicis arbitrio imponit ſolet:quemad-
modum copioſè diſſerui in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu.
365. Deſtituitur etiam contemptor iſte aliquando omni
com modo & beneficio eccleſiæ; Quandoquidem qui poſt
ſuſpenſionem celebrauit in contemptum clauium non diſpē-
ſatur à Pænitentiariis ſummi Pontificis: vt ſcriptum relique-
runt Hoſtien.& Io.And.c.clerici.de clerico excom.miniſtr.
& poſt eos.Barba.in repe.capit.Raynaldus.col.163.de teſta.
qui alia multa ad rem noſtram ſcripſit.

## PRÆSVMPT. XLV.

### Bannitus quibus ommodis & iuris b eneficiis priuatus præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Bannitus ob perpetratum graue delictum quibus commodis & iuris beneficijs præſumatur priuatus.*

*Quòd regulariter præſumitur priuatus omnibus illis commodis, quæ illius loci ſtatutis ibi commorantibus tributa ſunt.num.2.*

*3 Bannitus cenſetur priuatus factione teſtamenti tam actiua quàm paſſiua,quando ſtatutum concedit certam formam diuerſam ab illa à iure communi præſtituta, ſecundum quam formam teſtari non poterit.Vnde.*

*4 Bannitus à ciuitate Venetiarum non poteſt conficere teſtamentum coràm duob.teſtib.tantū ſicuti lege Veneta permiſſum eſt.*

*5 Bannitus non poteſt inſtitui hæres ex forma ſtatuti loci, de quo eſt bannitus,quia priuatus eſt beneficijs à ſtatuto conceſſis.*

*Præſumitur etiam priuatus facultate ſuccedendi ab inteſtato permiſſa à ſtatuto,nu.6.*

*7 Statutum ſi prouidet bannitum non debere admitti ad petitionem ſui iuris,præſumitur,quòd etiam ipſum excluſerit ab omnib.commodis & beneficijs conceſſis à ſtatutis illius ciuitatis.*

*8 Bannitus efficitur hoſtis illius ciuitatis,è qua eſt bannitus, & patriæ odioſus.num.ſeq.*

*9 Hoſtes patriæ non debent gaudere priuilegijs & beneficijs patriæ.*

*10 Beneficium nemo præſumitur conferre ſibi odioſo.*

*11 Bannitus à ciuitate,an præſumatur priuatus commodis & beneficijs iuris communis.*

*12 Princeps poteſt priuare eum,quem propter delictum banniuit,beneficijs iuris communis reſpectu bonorum exiſtentium in ciuitate,de qua ipſum banniuit.*

*Et habet id locum non ſolum in principe ſupremo,ſed in quouis inferiore,dummodo ſit dominus illius loci.num.13.*

*14 Iuriſdictio non extenditur extra territorium.*

*15 Princeps nunquid in dubio præſumatur voluiſſe priuare bannitum commodis & beneficijs conceſſis à iure communi.*

*16 Bannitus præſumitur priuatus commodis & beneficijs à iure communi conceſſis, quando banniens priuauit ipſum ab omni actu legitimo.*

*Idem quando banniens,ſeu eius lex vel ſtatutum decernit, bannitum poſſe offendi perſonaliter & realiter.nu.17.*

*Idem quando banniens vel eius ſtatutum adimit bannito omne auxilium.num.18.*

*Idem quando bannitus quis fuit in ære & perſona.nu.19.*

*Idem quando ipſe bannitus eſſet poſitus extra protectionem communis.num.20.*

*Idē quando ſtatutum confiſcat ipſo iure bona ipſius Banniti.nu.21.*

*22 Ius quærendum facilius tollitur,quàm ius quæſitum.*

*23 Bannitus non poteſt in immobilibus aliquo modo ſuccedere, nec quicquam acquirere, ſtante ſtatuto, quòd forenſis acquirere non poſſit immobilia:nam.*

*24 Bannitus habetur pro forenſi,& non pro ſubdito.*

*25 Statuta Mediolani, tria adimentia bannitis beneficia iuris communis.*

*26 Bannitus è ciuitate Cremonæ, nec quidem poteſt ſuccedere patri in legitima ſibi iure communi debita ſtatuto illius ciuitatis prouidente,quòd forenſis non poſſit acquirere immobilia.*

*27 Bannitus pœna capitali habetur pro forenſi & non pro ſubdito.*

*28 Banniti vulgo appellantur* foruſciti.

*29 Bannitus quare dicatur non ſubditus.*

*30 Mulier nupta extra ciuitatem etſi retineat ciuitatis originem, ſi tamen nulla bona in ea ciuitate reliquit ad ſubſtinendum onera,deſinit eſſe ſubdita,& ſic pro forenſi habetur, nec poteſt in bonis immobilib.ſuccedere.*

*31 Forenſis licèt is non ſit, qui in loco natus eſt, pro tali tamen fictè habetur,ſi in eo loco onera non ſuſtinet.*

1 DVBITANT† perſæpe Doctores quibus com-
modis & iuris beneficiis præſumatur priuatus il-
le,qui ob perpetratum graue delictum fuit banni
2 tus ? Et primum † dicimus præſumi priuatum
omnibus illis commodis & beneficijs, quæ illius ciuitatis
& loci ſtatutis ciuibus & ibi commorantibus tributa ſunt.
3 Quocircà bannitus † iſte priuatus dicitur factione teſtamen-
ti tam actiua,quàm paſſiua certo ex ordine & forma conceſſa
ab ipſis ſtatutis.ſi enim ſtatutum permittialia minus ſolenni
forma quàm illa à iure communi præſtituta teſtari,ſecundum
hanc formam teſtari non poterit bannitus.Ita Bartolus in ſua
diſpoſitione prima.numero 26.Caſtren.in l.1.C.de hæredi.in
ſtit.Corneus in conſ.55.num.23.lib.2.& manifeſtius Socinus
Sen.in conſ.28.in fine.lib.3.Ripa in l.ex facto §.ex facto.nu-
mero 17.verſ.item infertur, quod non habet.ff.ad Trebellia.
His etiam accedunt Ancha.in cap.2.num.17.& ibidem Imo-
4 la.numero 19.de teſtam. qui in ſpecie dixerunt, † bannitum
è ciuitate Venetiarum non poſſe conficere teſtamentum co-
ràm duobus teſtibus tātum ſicuti lege Veneta permiſſum eſt.
Ita etiam Crottus in conſilio 282.numero trigeſimo,& idem
ego ipſe reſpondit in conſilio 492.numero ſeptimo & octa-
uo, quo loci dixit,non valere teſtamentum, ſiue diſpoſuit de
bonis exiſtentibus in ciuitate,è qua fuit bannitus, ſiue de bo-
nis alibi ſitis.Cùm ea forma, modo & ordine teſtandi à ſtatu-
to conceſſis vti non potuerit.
5 Præſumitur etiam priuatus † factione teſtamenti paſſiua
conceſſa ab ipſo ſtatuto: Non enim teſtator non bannitus
conficere poteſt teſtamentum ſecundum ſtatuti formam, in-
ſtituendo hæredem bannitum:cùm bannitus ex eo teſtamen-
to capere non poſſit, ex quo bannitus priuatus eſt beneficijs
à ſtatuto conceſſis.Ita ſcripſi in conſilio 271.numero decimo
quinto, & apertius in conſilio 492.num. vndecimo, & idem
ſenſit Ripa.in dicto §.ex facto.numero decimo ſeptimo ver-
ſiculo ſecundò infertur, poſt Imolam ibidem.& omnium
6 prius Bartolus qui ſupra.Et rurſus † præſumitur bannitus iſte
priuatus facultate ſuccedendi ab inteſtato permiſſa à ſtatuto:
ſicuti ſcripſerunt Bartolus in dicta ſua quæſtione ſeu diſputa-
tione prima,numero vigeſimoſeptimo ſic clarè etiam mani-
feſtè Nellus in Tracta.bannitorum.in prima parte ſecundi tē
poris quæſt.trigeſimaſeptima numero... Crottus in conſilio
282.numero vigeſimoquarto, manifeſte Brunus in Tracta.
Quod ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant.art.12.nume
ro octageſimonono ſcripſit,bannitum non admitti ad ſucceſ-
ſionem ab inteſtato excluſis fœminis,quæ alioqui diſpoſitio-
ne ſtatuti excluduntur.Ripa in d.l.ex facto.§.ex facto.nume-
ro decimo ſeptimo,Gozadinus in conſilio nonageſimoſexto
numero ſexto,Marcabrunus in conſilio octageſimotertio nu-
mero 196.Boſſius in Tracta.cauſarum criminalium.in titulo
Banniti quid amittant.nu.15.Cephalus in conſ.22.nu.19.
7 Et hoc quidem caput † locum habet multò magis,quando
alio ſtatuto ſancitum eſt,bannitum admitti non debere ad pe
titionem ſui iuris:atq;ita eum excludit ab audientia.Nam tūc
ſine controuerſia præſumitur excluſus & priuatus omnibus
commodis & beneficiis conceſſis à ſtatutis illius ciuitatis. Ita
in ſpecie ſenſit Boſſius in Tract.cauſarum criminalium.in tit.
Banniti quid amittant.num.14.
8 Et huius quidem caſus ratio † eſt, quia bannitus efficitur
hoſtis illius ciuitatis,è qua bannitus eſt, vt tradunt Bartolus
in l.eius qui.§. primo.ff.de teſtam. & in l.ex facto.§.ex facto
nume.... ff.ad Trebell.& in ſua diſputatione prima numero
vigeſimooctauò & Baldus in l.prima.nume. vigeſimoprimo.
C.de



C.de hæred.inſtit.Ancharanus, & Imola in cap. ſecundo de
teſtam.ille.numer.decimoſeptimo.iſte.num.19.Atqui hoſtes
9 † patriæ gaudere non debent priuilegijs & beneficijs pa-
triæ.l.amiſſione.§. qui deficiunt. ff.de ca.dimi. Ergo & ban-
nitus debet eſſe priuatus beneficijs ciuitatis, è qua bannitus
eſt. Rurſus & ſecundò, bannitus factus eſt odioſus patriæ;
10 cum ab ea expulſus ſit.Atqui nemo† præſumitur beneficium
conferre ſibi odioſo.l.Lucius. §. Lucius Titius, de leg. 2. &
reſpondi in conſilio 30.num. 15.lib.1.Ergo &c.
11 Secundum eſt huius † diſputationis caput, quod reſpicit
commoda & beneficia iuris communis; & dubitatio eſt, an
bannitus à ciuitate ſit etiam priuatus his commodis & be-
12 neficijs iuris communis.Hac † in re duo conſideranda ſunt,
quorum primum eſt,an Princeps qui mandauit banniti de-
linquentem, poſſit, ſi vult,priuare bannitum commodis &
beneficijs à iure cōmuni conceſſis reſpectu bonorum exiſtē-
tium in ea ciuitate? Et dicendum eſt ex omnium ſententia,
priuare poſſe.Ita Caſtr.& Imola in l.1.C.de hæred.inſtit.cùm
dixerunt bannientem poſſe offuſcare iura cōmutatiua com-
petentia bānito in ciuitate,è qua bannitus eſt.Et manifeſtius
idē ſcripſerunt Corneus in conſ.55.nu.25.libr.2.Curtius Iun.
in cōſ.100.nu.2.Ripa in l.ex facto.§.ex facto.nu.16.ff.ad Tre
bell.& alios plures congeſſi in conſi.101.nu.9.li.2.& in conſ.
13 492.num.17.lib.5. Et hoc quidem locum habet † non ſolùm
in Principe ſupremo, ſed & in quouis inferiore, modò do-
minus ſit illius loci, è quo delinquens fuit bannitus, & eo
banno graui bannire potuerit. Ita poſt prædictos & alios
nonnullos ſcripſi in d.conſil.492.num. 17.lib.5.
Et hæc quidem traditio intelligitur reſpectu bonorum il-
lius ciuitatis & dominij à quibus bannitur: non autem re-
14 ſpectu aliorum: cum extra † territorium iuriſdictio non ex-
tendatur.Sicuti in ſpecie declarant Ripa in d. §.ex facto.nu.
14.verſi.iſta communis.
15 Alterum,quod dixit † conſiderandum eſſe illud eſt, an in
dubio Princeps præſumatur voluiſſe priuare bannitum etiā
his commodis & beneficijs conceſſis à iure communi? Hic
non amplius de poteſtate:ſed de voluntate diſputatur:ſicuti
manifeſtè aduertit,& rectè,Corneus in d.cōſ.55.nu.26.lib.2.
Et dicendum eſt præſumi Principem bannientem no-
luiſſe auferre bannito iura communia ſibi competentia re-
ſpectu bonorum exiſtentium in ciuitate,è qua bannitus eſt.
Ita multi illi Doctores.quos commemoraui ac ſecutus ſum
in d.conſ.101.num.8.& manifeſtius in d.conſ. 492. num.16.
Receditur tamen ab hac præſumptione,contrarijs conie-
cturis, quibus conijci poteſt, bannientem voluiſſe priuare
ipſum bannitum etiam beneficio iuris communis quò ad
bona exiſtentia in ciuitate, & loco, è quibus bannitus ille
fuit:ſicuti ſenſerunt multi Doctores,quos ſtatim referam.
16 Prima eſt † coniectura,quando banniens excludit priuat-
que bannitum ab omni actu legitimo. Nam tunc dicitur ei
auferre factionem teſtamenti actiuā & paſſiuam à iure com-
muni conceſſam.Ita reſpondit Alex.in conſ.75.nu. 11.lib. 1.
quem ſecutus ſum in d.conſ.492.nu.18.verſ. porrò. Et nunc
accedunt Corneus in conſ.59.num.1.lib.1. qui Alexandrum
retulit & ſecutus eſt Soc. Sen. in conſil. 28. in fine. lib.3.&
Boſſius in Tract. cauſarum criminalium, in tit.Banniti,quid
amittant. num.14. in fine.
17 Secunda eſt coniectura, † quando Princeps banniens,
ſeu eius lex & ſtatutum ſanciuit, bannitū poſſe offendi per-
ſonaliter & realiter. Hoc etiam caſu, præſumitur bannitus
priuatus beneficijs iuris communis. Ita reſponderunt Rui-
nus in conſ.49.col.2.verſ.ſed reſpondetur.lib.4.& Riminal.
Iunior in conſ.595.nu.56.in fine. lib. 5. quos ſecutus ſum in
d.conſ.492.nu.18.verſ.rurſus ſanciuit. Et his accedunt Mar-
cabrunus in conſ.83.nu. 193. Ludouicus Catus inter conſilia
criminalia Diuerſorum tomo primo.conſ.103. nu.5.qui poſt
multos ex relatis dixit, hoc caſu defendi opinionem Caſtr
in d.l.1.C.de hæred.inſt.Boſſius in loco ſupra allegato.Verū.
aliter ſenſit Angelus in additionibus ad Bart.in l.certa fama.
C.de iure fiſci lib.10.dum loquitur de bannito. cui denegari
debet audientia,& qui impune offendi poteſt. Ita etiam Sa-
licetus in l.1.columna.pen.verſicul. nunc autem. C. de hæ-
red. inſtit. & ibidem manifeſtius Alex. numer. 4.
18 Tertia eſt coniectura, † quando princeps, vel eius ſta-
tutum adimit bannito omne auxilium. Nam & tunc dicitur
ſublatum etiam beneficium iuris communis.Ita ſcripſi in d.
conſil.492. nume.18.verſic.extat & alia.& ibidem.numer.3.
verſi.tertiò & vltimò:retuli inter alios Ruinum in d. conſil.
49.num.4.in fine.lib.4.
19 Quarta eſt coniectura.quando†bannitus quis fuit in ære
& perſona. Hoc etiam caſu præſumitur priuatus beneficio
iuris communis.Ita Barb.in conſil.14.col.vlt. lib.3. quem ſe-
cutus eſt Marcabrunus in d.conſil.83.num.194.
20 Quinta eſt coniectura, quando † bannitus eſſet poſitus
extra protectionem cōmunis. Nam & tunc præſumitur pri-
uatus beneficio iuris cōmunis quò ad bona exiſtētia in ipſa
ciuitate.Ita Baldus in l.3.col. vlt. verſ. item habemus. C. ſi
penden.appella.mors interue.Et hāc traditionē eſſe memo-
riæ commendandam dixit Alex.in d.l.1.num.4. verſ. limitat
tamen hoc.C.de hæred.inſtitut.Et hanc quoque probarunt
Ruin.in conſ.25.nu.3.ad finem.lib.5.dum ſequitur Baldū, &
apertius Iaſ in conſil.166.col.3.verſ.facit.libr 2.Ludouicus
Catus in d.conſ.103.nu.6.verſ.alius eſt etiam.& Boſſius in d.
Tract. cauſarum criminalium. in tit. Banniti quid amittant.
num.14.verſ.ſed quid ſi ſtatutum dicat.
21 Sexta eſt coniectura,quando † ſtatutū confiſcat ipſo iure
bona banniti. Hoc ſanè caſu præſumitur bannitus priuatus
omni beneficio iuris communis, atque ita ſuccedere alteri
non poteſt in bonis & hæreditate. Ita Ludouicus Catus in
d.conſ.103.nu.6.verſ.poteſt & alius:qui eiuſdē opinionis re-
fert Soc.Iun.in conſ.22.num.27.lib.1.exiſtimo allegare vo-
luiſſe Soc.Sen.in conſ.22.num.8.lib.1.dum loquitur de dam-
nato ob crimen læſæ maieſtatis. Ea ratione vſus eſt: quia ſi
ſtatutum priuauit bannitum bonis iam quæſitis: multò ma-
22 gis priuare voluit quærendis: cum † facilius tollatur ius
quærendum quàm quæſitum.l. qui autem.in prin. ff.de his,
quæ in fraudem credit.& ibidem glo.& Docto.
23 Septima eſt coniectura, quando † extat ſtatutum in ciui-
tate, quod forenſis acquirere non poſſit immobilia. Nam
tunc bannitus ſuccedere alicui non poteſt in immobilibus,
nec aliter acquirere.Ita Caſtren.in conſ.212.Omiſſo ordine
24 ſupraſcriptorum.col.1.lib.2.qui reſpondit,bannitum † è ci-
uitate Paduæ haberi pro forenſi & non ſubdito,& ob id eſſe
extra ciuitatis protectionem: & conſequenter nō poſſe ſuc-
cedere in bonis in ea exiſtentibus:cùm forenſes impedian-
tur ſtatutis Paduæ ſuccedere in bonis:ſed illa deferri proxi-
mioribus veniētibus ab inteſtato.Et Caſtrenſem ſecuti ſunt
Alexand.in conſil.75.nume.10.lib.1. Iaſon in conſil.166.co-
lumna tertia verſ.quartò facit.libr. 2. & verſic.ſextò ponde-
25 randa:ſubiunxit quod cùm Mediolani tria † extent ſtatuta:
quorum vnum diſponit quòd bannitus non habeatur nec
tractetur vt ciuis,vel contadinus:ſecundum, quòd bannitus
vti non poſſit beneficio communis Mediolani: Tertium
quod non ciuis acquirere nequeat bona in Ducatu Medio-
lani,dixit inquam Iaſon,Bannitum acquirere non poſſe bo-
26 na aliqua in ipſo Ducatu Mediolani. Ita pariter † reſpondit
Dec.in conſ.86.num.33. lib.tertiò bannitum è ciuitate Cre-
monæ non potuiſſe ſuccedere patri etiam in legitima, ſibi
iure communi debita:ex quo Cremonæ extat ſtatutum,quo
Forenſes non poſſunt acquirere immobilia. Et bannitum
27 pœna capitali † haberi pro Forenſi & non ſubdito, ſcripſe-
runt etiam Bart.in l vltim.ff. de legatio. Nellus in Tract.de
bannitis, in prima parte ſecundi temporis.quæſt.quadrage-
ſimaquinta,Guilielmus Benedictus in capit. Raynutius, in
verbo, In eodem teſtamento.il.1. numero 141.de teſta.Boi-
nus de Curtili in Tractat.de nobilitate. parte ſeptima, nu-
mero vigeſimoſecundo, Marſilius in Tract.bannitorum,in
verbo,Ciuitate.num.125.& in conſil.57.num.22.Petrus Fo-
lerius in praxi criminali, in prima parte ſecundæ partis, in
verbo,banniantur.num.37.& Boſſius in Tract.cauſarum cri-
minalium,in tit.de crimine læſæ maieſtatis.num.93.qui pa-
riter ſecutus eſt Caſtr.in d.conſ.212.
Nec repugnat quod reſpondit Iacobus Baretta in conſil.
95.bannitū dici non poſſe nō ſubditū,vt dicatur cōprehēſus
in diſpoſitione nouæ conſtitutionis Mediolanenſis. in titul.
de pœnis.§.collegijs, qua prohibetur immobilium aliena-
tio in non ſubditum. Nam minus rectè ſenſit Baretta; &
primùm quidem dum conſtituit differentiā inter forenſem
& non

& non ſubditum: Et inquit; ſtatutum prohibentem alienationem in forenſem comprehendere etiam bannitum: cum
28 † banniti vulgò appellentur *foruſciti*: rectius dicendum eſt; quod ſi bannitus dicitur forenſis, ſicuti prædicti omnes Doctores ſcripſerunt, multò magis dici debet non ſubditus: cum forenſis dicatur à fortiori non ſubditus: vt reſpondit Deci. in conſilio 661. numero 6. ex ſententia Caſtrenſis
29 quem mox referam. Et præterea † bannitum dici debere non ſubditum vel ex eo probatur: quod non ſubditus alterò de duobus modis dicitur: ratione originis, & ratione accidentis. Ita Socinus Iunior in conſil. 36. nume. 8. libr. 3. poſt Socinum Seniorem, quem commemorat. & idem ſenſit Natta in conſilio quartò numer. 1. Porrò quando ſtatutum, ſicuti illa conſtitutio Mediolani in d. tit. de pœnis. §. collegijs, prohibet bona alienari in non ſubditum, intelligi debet de non ſubdito ratione accidentis, nempè illius ciuis, qui non ſuſtinet onera ciuitatis & dominij. Nam conſtitutio edita fuit ea ratione, vt ciuitatis & Dominij Mediolanenſis ferri poſſint onera, quæ alioqui ferri non poſſent, alienatis bonis in alienigenas. Hanc rationem ſenſit in ſpecie Caſtren. in conſil. 89. Poſſet quis. nume. 2. verſi. ſed iſta. lib. 2. & manifeſtius Alciatus in reſp. 53. num. 14. Ripa in l. filiusfam. §. Diui. num. 80. de leg. 1. Cephalus in cõſ. 246. nume. 32. lib. 2. & Decianus in conſil. 33. nume. 2. lib. 1. Idem in ſpecie conſtitutionis Mediolani ſenſit Boſſius in Tract. cauſarum criminalium. in tit. de pœnis. numer. 43. dum diſſerit, an clerici acquirere poſſint immobilia; cum onera non ſuſtineant. Cum ergo bannitus ferre nequeat onera perſonalia: cum in ciuitate & dominio habitare prohibeatur: non etiam valeat ferre realia: ex quo bonis caret: dicendum eſt, non poſſe inter ſubditos connumerari; vt poſſit acquirere immobilia in Ducatu Mediolani. Ita egregiè & in ſpecie propè reſpondit Caſtren. in conſil. 89. ſupra
30 allegato: cùm dixit, mulierem † nuptam extra ciuitatem etſi retinet ciuitatis originem: atque ita dici non poſſit forenſis: attamen ſi nulla bona in ea ciuitate reliquit, vt ſuſtineat ciuitatis onera, deſijſſe dicitur eſſe ſubdita, & cõſequẽter ſuccedere non poſſe in bonis immobilibus in ea ciuitate
31 vel eius territorio ſitis. Nam † ſubiunxit Caſtrenſis. nume. 3. licet forenſis non ſit, qui in loco natus eſt: attamen pro forenſi fictè & impropriè habetur, ſi eo in loco onera non ſuſtinet. Propriè autem & verè deſinit eſſe ſubditus (inquit Caſtrenſis) ille, qui deſinit ſubire onera. His intelligimus verum eſſe quod retuli ſuprà ex Decio in d. conſil. 661. nume. 6. Caſtrenſem hoc in loco reſpondiſſe, quòd ille, qui aliqua in ciuitate forenſis eſt, à fortiori dicitur non ſubditus. Non ergo ſatis rectè ſcripſit Beretta in d. conſilio 95. numero 8. cum dixit, bannitum dici ſubditum; ob id quod originem retinet. Eſt enim verius, non dici amplius ſubditum. Non etiam verum eſt, quod dixit idem Beretta in d. conſil. 95. numer. 3. bannitum retinere originem loci & forenſem dici non poſſe: & ideò non cõprehendi ſub illa prohibitione nouarum cõſtitutionum in dicto tit. de pænis. §. collegijs. Eſt enim verius, quod & propriè non deſignit eſſe originarius: attamen impropriè & quò ad effectum dici non poteſt originarius: cùm ob perpetratum delictum, ſecuto banno, lex eum pro forenſi vult haberi: ſicuti ſenſit Caſtren. in d. conſil. 89. in fi. Nec repugnat illa auctoritas Bart. in l. vlt. §. idem reſcripſerunt. nume. 5. ff. ad municip. quem in ſpecie ſimilis ſtatuti ſecuti ſunt Rui. Io. de amicis, Feratius, Crauetta & Plotus allegati à Beretta, quia præter reſponſionem Caſtrenſis præcitato in loco, qui dixit, Bar. loqui de forenſi, non autem de ſubdito, reſpondeo, Bar. & ſequaces loqui de originario, qui & ſi extra locum originis habitat: attamen eſt habilis & idoneus acquirere bona & ſuſtinere onera in loco ipſius originis: Diuerſum eſt in bannito pæna capitali, qui neutrum præſtare poteſt.

## PRÆSVMPT. XLVI.

### Bannitus à banno liberatus & patriæ reſtitutus, an & quando bona etiam ei reſtituta præſumantur.

SVMMARIVM.

*1 Bannito liberato à banno & patria reſtituto an & quando præſumantur reſtituta bona.*

*Quòd ſi fuit liberatus iuſtitia mediante, præſumitur reſtitutus etiam quò ad bona. num. 2.*

*3 Bannitus reſtitutus dicitur innocens à delicto, vnde verè non fuerat bonis priuatus.*

*4 Bannitus quando fuit gratia & liberalitate Principis reſtitutus, ſi bona ſunt adhuc apud ipſum principem, præſumitur etiam reſtitutus quò ad ea.*

*Et quid ſi ipſa bona reperiuntur à principe alienata titulo oneroſo, & ipſe bannitus fuit ſimpliciter reſtitutus. num. 5.*

*Et quid ſi bona iam fuerunt à principe in alium tranſlata titulo lucratiuo. num. 6.*

*7 Beneficium à clerico bannito ademptum & alteri collatum non reſtituitur ipſi clerico reſtituto.*

*8 Doctor collegij reſtitutus à banno non recuperat locum ab alio occupatum.*

*9 Bannitus ſimpliciter reſtitutus nunquid recuperet bona, quæ peruenerunt ſine alterius facto ad alium ob ſolam cauſam delicti & banni ſequuti, vt puta ad proximiorem.*

*10 Bannitus reſtitutus in pleniori forma cenſetur etiam reſtitutus quoad bona in alium alienata, & quouis titulo tranſlata: Et datur exemplum huius plenioris formæ. & numero 11. & ſeq.*

1 POSTEAQVAM de pœna † amiſſionis bonorum irrogata bannitis diſſeruimus, nunc ſupereſt dicendum, de eorum liberatione & reſtitutione, an ſcilicet præſumantur reſtituta bona bannito liberato & reſtituto à banno? Duo capita hic diſtinguo: quemadmodum & duæ ſunt reſtitutionis ſpecies, nempè vna iuſtitiæ, altera gratiæ.

2 Primus † itaque eſt caput, quando bannitus fuit liberatus & reſtitutus iuſtitia mediante. Hoc ſanè caſu ſine controuerſia præſumitur reſtitutus etiam quò ad bona. Ita tradunt Fulgoſius in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 7. de lib. & poſth. & ibidem Crottus num. 56. Ruin. num. 118. Iaſ. in ſecunda lectura. num. 37. & Emanuel Coſta in prima parte. nu. 49. qui eiuſdem opinionis recenſet Baldum in l. vlt. num. 5. C. de ſenten. paſſ. Et his accedunt Calcaneus in conſil. 52. nu. 19. Marcabrunus in conſ. 83. num. 201. & Aquilinus in d. §. & quid ſi tantum. in 2. part. num. 122. & 125. & idem ego ipſe reſpondi in conſil. 103. num. 32. & alia ſcripſi in commentariis de recuperanda poſſeſſione, remedio decimo. nu. 113. Et accedit etiam Andreas Gailius in lib. 2. de pace publica. c. vlt. num. 23. Et huius quidem ſententiæ manifeſta eſt ratio, quia
3 reſtitutus iſte dicitur † innocens à delicto, & ſi ob contumaciam fuerit bannitus, & propterea verè non fuerat bonis priuatus.

Secundum eſt caput, quando bannitus fuit gratia & liberalitate principis reſtitutus. Hoc in capite diſtinguo aliquot caſus.

4 Primus eſt, quando † bona adhuc ſunt apud ipſum principem ſiue apud fiſcum. Hoc ſanè caſu præſumitur reſtitutus etiam quò ad ea. Ita tradunt Bart. in l. vlt. nu. 7. C. de ſentent. paſſ. Iaſon in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in prima lectura, num. 70. ff. de lib. & poſth. & alij, quos commemoraui in d. conſ. 103. num. 25. Quibus accedunt Nellus in Tract. de bannitis, in prima part. tertij temporis. q. 5. nu. 13. & Andreas Gallus in lib. 2. de pace publica. cap. 19. num. 10.

5 Secundus eſt caſus, quando † iam bona reperiuntur à Principe alienata titulo oneroſo, vt venditionis, vel alio ſimili, & bannitus fuit ſimpliciter reſtitutus. Hoc caſu non præſumitur ad ea reſtitutus. Sicuti affirmant ex ſuprà congeſtis Bart. Iaſon & Gailius in dicto capitulo 19. numero tertio. Et accedunt Galliaula in dicto. §. & quid ſi tantùm. numero 61. & Alciatus in ſecunda lectura numero 73. verſ. fallit in præiudicium tertij, Socinus Iunior numero 108. & alios congeſſi in Tract. de recuperan. poſſeſſ. remedio decimo. nume. 101. & alios refert Aquilinus in d. §. & quid ſi tantum in ſecunda parte. numer. 97.

6 Tertius eſt caſus, quando † bona iam fuerunt à principe in alium tranſlata titulo lucratiuo, & bannitus fuit ſimpliciter reſtitutus. Hoc etiam caſu non præſumitur bannitus ad ea reſtitutus. Ita poſt alios Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum. num. 59.



nu. 59. & 72. & Gailius in d. c. 19. nu. 3. qui ſcripſerunt bene-
7 ficium † à clerico bannito adeptum & alteri collatũ, non re-
8 ſtitui clerico reſtituto: Sic pariter Doctor † collegij reſtitutus è banno nõ recuperat locũ ab alio occupatũ, & manifeſtius caſum hunc probarunt Alciatus, Soc. Iun. & Aquilinus ſupra commemorati, & ſcripſi in d. remedio decimo. num. 104.

9 Quartus eſt caſus, quando † bona peruenerunt ſine alterius facto ad alium, ob ſolã cauſam de delicti & bãni ſecuti: vt ſi proximior gradu poſt bannitum, bannito ipſo effecto inſucceſſibili, ſucceſſit hæreditatemq; adiuit: & deinde bannitus fuit ſimpliciter reſtitutus. Hoc ſanè caſu ſunt Doctorũ opiniones. Vna fuit eorum, qui ſcripſerunt, hunc bannitum præſumi reſtitutum etiã quò ad bona hæc. Ita ſanè Bald. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. de liberis & poſth. & ibidẽ Alex. nu. 13. & Iaſ. nu. 56. verſ. 2. limit. Bellemera in concluſ. 743. & 744. Felin. in c. inter quatuor. nu. 9. de maio. & obed. Pariſius in conſ. 1. nu. 47. lib. 4. Ruinus in d. §. & quid ſi tãtùm. nu. 181. Alcia. in ſecunda lectura. nu. 76. & ibidem Soc. Iun. nu. 114. & Rolandus in conſil. 45. num. 25. lib. 4.

Secunda fuit opinio eorum, qui exiſtimarunt, non præſumi bannitum fuiſſe reſtitutum, quò ad hæreditatem aditã à proximioribus. Hac quidem in opinione fuerunt Caſtr. in d. §. & quid ſi tantùm. nu. 14. Soc. Sen. num. 14. Ruinus. nu. 176. Galliaula. nu. 58. & Emanuel Coſta in ſecunda parte. num. 41. & ibidem Aquilinus in 2. parte nu. 91. & 92. Crottus in conſ. 282. nu. 36. & 40. Boſſius in Tract. cauſarum criminalium. in tit de remedijs ex ſola clemẽtia principis. nũ. 13. qui teſtatur communem eſſe opinionem; quam etiam in iudicando & conſulendo ſequendam eſſe ſcripſi Natta in conſ. 470. num. 20. & 21. Hanc etiam probarũt Iulius Clarus in practica criminali. §. final. q. 59. verſ. ſed quæro; pone, Marcabrunus in conſ. 83. num. 201. & num. 202. Andreas Gaillius in d. lib. 2. de pace publica c. vlt. nu. 12. & 14. 16. & Io. Petrus Surdus in conſ. 90. nu. 42. & ſecutus ſum in d. conſi. 185. nu. 9. lib. 2. Et communis hæc ſententia poteſt cõprobari multis illis rationibus & argumẽtis, quæ cõmemoraui in d. cõſ. 185. nu. 2. vſque ad 14.

10 Quintus eſt caſus, quando † bannitus fuit reſtitutus in pleniori (vt noſtri dicunt) forma. Hoc ſanè caſu præſumitur reſtitutus etiam quo ad bona in alium alienata, & quouis titulo tranſlata. Huius plenioris formæ exemplum afferri ſolet primum, vt ſi princeps dixit, ſe reſtituere bannitum, nõ obſtante quauis cõdemnatione, quam declarat nullam & irritã, & perinde ac ſi facta non fuiſſet, ita quod de ea obijci non poſſit. Nam tunc adeò plena (vt dici ſolet) manu facta cenſetur reſtitutio, vt præſumatur principem voluiſſe reſtituere etiam ad ipſa bona. Sic ſanè ſcripſerunt Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. nu. 20. ff. de lib. & poſth. & ibidem Soc. Sen. nu. 17. Iaſ. num. 77. Galliaula. nu. 72. in fine. Alcia. in ſecunda lectura. nu. 76. verſ. 3. limita. & idem in reſp. 169. Ita etiã reſponderunt Ruinus in conſi. 21. nu. 9. lib. 5. Pariſius in conſi. 1. nu. 38. lib. 4. Rubeus in conſ. 154. nu. 5. verſic. primò, quia. Portius Imolenſis in conſ. 49. num. 7. & Rolandus in conſil. 45. num. 23. & nu. 24. lib. 4. qui eiuſdem opinionis recenſet Viuium & Aſcanium Clementem.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt multi, quos ſecutus ſum in Tract. de recuperanda poſſeſſione remedio decimo. num. 116. & accedit Aquilinus in d. §. & quid ſi tantum. in ſecunda parte. num. 145. verſic. at contrarium firmant.

11 Eſt & ſecundum † exemplum, quando princeps dixit, ſe plenè reſtituere ipſum bannitum. Hoc etiam caſu dicitur reſtitutio in pleniori forma facta, & conſequenter præſumitur bannitus iſte reſtitutus etiam quo ad bona etſi in alium alienata. Ita in ſpecie Rolãdus in d. conſ. 45. nu. 27. li. 4. qui huius ſententiæ recẽſet Claudium Seyſellium, Galliaulã & Pariſiũ.

12 Et demum † tertium exemplum, quando Princeps, dixit, reſtituere bannitum perinde ac ſi dictus bannitus nunquam bannitus fuiſſet, & eius bona non fuiſſent publicata.

Hoc etiam caſu præſumitur conceſſa reſtitutio etiam quò ad bona alienata. Ita in ſpecie reſponderunt Crottus in cõſi. 127. num. 55. Portius Imolen. in conſi. 48. num. 7. & Rolandus in d. conſi. 45. num. 30. & 32. lib. 4.

Cæterùm & duo hæc exempla in dubium reuocari poſſunt ex his, quæ ſcripſi in d. remedio decimo, numero 116. & verſic. & contrarium firmant.

## PRÆSVMPT. XLVII.

### Hæreticus damnatus deinde ad Eccleſiæ gremium reſtitutus, quando ad bona amiſſa reſtitutus præſumatur.

SVMMARIVM.

*1 Hæreticus damnatus, & deinde ad eccleſiæ gremium reſtitutus, an & quando præſumatur etiam reſtitutus ad bona, quibus fuerat ob crimen priuatus.*

*2 Hæreticus ſtatim quòd in hæreſim lapſus eſt, amittit bona etiam ante ſententiam declaratoriam.*

*3 Hæreticus, qui aliquandiu perſiſtit in hæreſi, nulla adhuc contra eum facta inquiſitione, nullaq; lata ſententia, ſi ad fidem reuerſus eſt, an recuperet bona iam amiſſa ipſo iure. & nu. ſeq.*

*4 Hæreticus dicitur ſpontè reuerti ad eccleſiam, quando ante condemnationem reuertitur.*

*5 Clericus beneficiatus, qui ſpontè ante negationem vel latam ſententiam reuocauit errorem ſuum hæreſis, & ad cath. eccleſiam reuerſus eſt, non amittit beneficia.*

*6 Hæretico iam damnato, qui abiurata hæreſi reſtituitur gremio eccleſiæ, an reſtituuntur bona quæ apud fiſcum ſunt.*

*Quòd ſine facto ſuperioris ea non recuperat. num. 7.*

*Et an ſit in poteſtatem iudicis hunc reſtituere quò ad bona. nu. 8. & ſeq.*

*9 Verbum, debere, coactionem & neceſſitatem ſignificat.*

*10 Dauid homicidij peracta pœnitentia regia dignitate priuatus non fuit.*

*11 Petrus Apoſtolus negati Saluatoris deploratione facta ab apoſtolatu nõn fuit deiectus.*

*12 Eccleſia nunquam gremium claudit ad ſe redeuntibus, quò ad animarum ſalutem, & id non coactè, ſed ſpontè, gratia & miſericorditer facit.*

*13 Hæretico iam damnato non eſſe reſtituenda bona, ſi reuertitur ad gremium eccleſiæ.*

*14 Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt.*

*15 Hæretico iam damnato non eſſe reſtituenda bona ſi reuerſus eſt ad eccleſiam, ipſo iuris rigore inſpecto, ſed gratia & miſericordia tantum.*

*16 Hæreticus, qui ſuſceptus eſt ad gremium eccleſiæ, nunquid eo ipſo cenſeatur reſtitutus quò ab bona à ſuperiore.*

*Quòd ipſe ſuperior reſtituens debet mentionem facere in ſententia de reſtitutione quò ad bona & iura, quæ ob contractam hæreſim amiſerat. num. 17.*

*18 Hæreticus quando recipitur ad gremium eccleſiæ, dicitur recipi ex gratia & miſericordia, & ſic non recuperat bona, niſi expreſſe dicatur.*

*19 Hæreticus iam damnatus, ſi abiurata hæreſi reſtituitur gremio eccleſiæ, nunquid recuperet bona in priuatum tranſlata. nu. ſeq.*

*20 Iudex non præſumitur velle, quod ſibi lege permiſſum non eſt.*

*21 Iudex, qui hæreticum damnatum ad eccleſiæ gremium recipit, an poſſit ita eum reſtituere, vt ei liceat recuperare bona in alium à fiſco tranſlata.*

*22 Hæreticus iam damnatus, ſi reſtituitur gremio eccleſiæ, nunquid etiam cenſeatur reſtitutus ad eam facultatem, locum & gradum, quem obtinuiſſet, ſi hæreticus non extitiſſet,*

*Et nunquid iudex, qui ipſum reſtituit, poſſit eum reſtituere ad d. gradum. num. 23.*

1 DVbitari † etiam contingit, an & quando hæreticus damnatus & deinde ad eccleſiæ gremium reſtitutus, præſumatur etiam reſtitutus ad bona, quibus ob crimen fuerat priuatus.
2 Prius quàm hoc † explicem ſciendum eſt, hæreticum ſtatim, quòd in hæreſim lapſus eſt, amiſiſſe bona etiam ante ſententiam declaratoriam. Hanc opinionem, vt magis receptam probarunt, glo. Gem. Ang. Abbas, Feli. Decius, Alphonſus de Caſtro; Conradus Brunus, Simancas, Prierius & Balneo regien. quos commemoraui & ſecutus ſum in conſil. 185. num. 8. lib. 2. & in conſil. 218. num. 7. libr. 3. Et ſi Burſa. in conſil. 280. num. 20. lib. 3. dum de eadem facti ſpecie aduerſus mea reſponſa conſuluit, ſcripſit, contrariam eſſe magis communem.

Hoc ſic explicato differendum nunc eſt, quando reſtitu-
tus eccleſiæ reſtituatur ad bona; Qua in re diſtinguo plu-
res caſus.
3 Primus eſt caſus, quando † hæreticus, qui aliquandiu
perſiſtit in hæreſi, nulla adhuc contra eũ facta inquiſitione,
nullaq; lata ſententia, ad fidem reuerſus eſt, an hic recuperet
bona iam amiſſa, quæri & dubitari ſolet? Et multi quidem
in hac opinione ſunt, non recuperare, niſi expreſſim ad illa
fuerit per ſuperiorem reſtitutus. Cuius ſanè ſententiæ ea eſt
ratio; quia iam bona hæc quò ad dominiũ effecta ſunt ipſius
fiſci, vel alterius, cui lex ea detulit. Non ergo à fiſco, alteroue
ſine eorum facto auferri illa poſſunt, iuxtà regulã l. id, quod
noſtrum. de reg. iuris. Et huius opinionis verè fuit Angelus
Clauaſius in ſumma in verbo, hæreticus. nume. 18. vbi poſt-
4 eaquam. nume. 17. dixit, eum † cenſeri ſponte reuerti ad ec-
cleſiam, quando ante condemnationem reuertitur, ſubiun-
git, hunc, qui ſua ſponte reuertitur, non recuperare bona,
niſi expreſsè ei concedantur. Idem affirmauit Abbas in c.
quia diligentia. num. 9. de elect. dum, reiecta diſtinctione, an
lata ſit ſententia, vel non, dixit, quod ſi ab homine, vel à lege
( vt noſtro in caſu) bona ſunt confiſcata, nõ ea recuperat re-
uerſus ad eccleſiam. Et Abbatem ſecutus eſt Paulus de Cit-
tadinis in Tract. de iure patronatus. par. 7. nu. 4. verſ. hãc au-
tẽ. Et his accedunt relati ab Henrico Boic in c. vrgentis, col.
1. de hæret. qui dixerunt, non reſtitui bona, niſi de gratia: iure
ergo ipſo inſpecto bona reſtitutus ille non recuperat.
Cæterùm contrariam opinionem probaſſe videtur gloſ.
in c. maximum. 1. q. 7. cum dixit, hæreticum ſtatim reuerſum
recuperare ius patronatus: ſic & gloſſ. in c. quia diligentia, de
elect. & ibidẽ Cardinal Zabarella. col. 3. verſ. ſi autẽ nõ reſti-
tuit. Idem ſenſit Paulus Girlandus in Tract. de hæreticis q.
7. in fi. vbi declarãdo traditionem Archid. in c. vt commiſſi.
5 §. & illorum de hæret. in 6. dixit, quod clerico † beneficiato,
qui ſponte ideſt à principio ante negationem, vel latam ſen-
tentiam, reuocauit ſuum errorem atque ita ad eccleſiam ca-
tholicam eſt reuerſus, beneficia nõ auferri. Eandem quoque
opinionem probauit Pariſ. in conſ. 2. num. 185 lib. 4. qui qui-
dem in hanc ſententiam citat Abbatem & Fel. in c. ad abo-
lendam. nu. 2. de hæret. qui tamen loquuntur, de remittenda
pœna mortis illis hæreticis ad fidem ſpontè reuerſis. Addu-
cit quoque Pariſ. Henricum Boic. in d. c. vrgentis. de hæret.
qui tamen ex aliquorum opinione dixit, nõ reſtitui hæc bo-
na, niſi de gratia. Refert etiam Abbatem in c. excommunica-
mus. nu. 10. de hære. & ibidem Io. de Anna. col. vlt. verſ. nota
ibi, qui tamen loquuntur de remittenda pœna corporali.
Recenſet pariter Archid. in c. vt officium. in prin. & in c. vt
commiſſi. §. & illorum de hæret. in 6. Verùm Archid. in d. c.
vt officium, nil hac de re ſcripſit. Quid autem ſenſerit in d.
c. vt commiſſi, iam ſupra ex Girlando retulimus. Citat quo-
que Card. in clem. 1. §. ſanè. q. 4. de hæreſ. qui ait, ex miſeri-
cordia debere reſtitui. Recenſet tandem ipſe Pariſ. Fran.
Squillacenſem in Tract. de fide catholica. c. 30. qui ſcripſit,
hæreticum ſtatim reuerſum poſſe reſtitui ad bona. Et eandẽ
opinionem probauit Rolan. in conſi. 63. nu. 24. li. 3. & ibidem
nu. 30. eiuſdem ſententiæ recenſet Ludouic. Carrer. Et ad ca-
ſum hunc pertinent illæ conſiderationes, quas faciunt Pariſ.
in d. conſ. 2. num. 188. verſ. probatur concl. lib. 4. & Rolan. in
d. conſ. 63. nu. 28. lib. 3. Hæ opiniones, ſi rectè perpendantur,
non ſunt contrariæ. Nam prima illa opinio eſt, quod hæreti-
cus reuerſus ſtatim ad eccleſia catholicam non recuperat ſua
manu & facto bona, quæ iam, ob lapſum in hæreſim, amiſe-
rat, ſed ei poſſunt reſtitui à ſuperiore. Illa verò ſecunda opi-
nio idem habet, quod ſcilicet, hæretico ſtatim reuerſo re-
ſtitui debent, vel verius poſſunt bona ipſa. Atque ita ſicuti
illa prima opinio negat, hæreticum hunc ſua manu poſſe re-
cuperare bona: ita ſecunda opinio id non admittit, ſed ſolùm
concedit, ei poſſe, vel debere reſtitui ab ipſo ſuperiore ad
quem pertinet gratiam facere.
6 Secundus eſt caſus, quando † hæreticus iã dãnatus eſt, &
abiurata deinde hæreſi reſtituitur gremio eccleſiæ, an hoc
in caſu, recuperet, etiã bona, quæ apud fiſcum ſunt? Hic tria
7 poſſunt cõſiderari, primũ eſt, an † poſſit ſua manu, atq; ita ſine
facto ſuperioris recuperare? Et non poſſe, certum eſt, quia ſi
non poteſt in caſu præcedenti, quando ſcilicet adhuc non
fuit damnatus; multò minus poteſt, condemnatione facta.
8 Secundum quod † conſiderandum venit hoc ſecundo in
caſu illud eſt, an ſit in poteſtate iudicis reſtituere vel non re-
ſtituere quò ad bona hunc hæreticum condemnatum: cùm
ſcilicet bona ſunt apud ipſum fiſcum.
Hac de re ſunt opiniones. Vna eſt quod cogi poſſit. Qua
quidem in opinione viſus eſt eſſe Pariſius in d. cõſ. 2. nu. 188.
lib. 4. cùm dixit, huic reuerſo ad eccleſiam catholicã debere
9 reſtitui bona, verbum, † debere, coactionem & neceſſitatem
ſignificat. Et nu. 190. ſcripſit, quod bona hæc ſunt reſtituenda
&c. ait, ſunt reſtituenda, ſignificans neceſſitatem. Et paulò
poſt, dixit iterum, debere reſtitui. Et Pariſium ſecutus eſt
Rolandus in dicto conſil. 63. num. 27. lib. 3.
Verùm opinio hæc nec lege, nec ratione, nec auctoritate
Doctorũ probatur. Nam primò adducit Pari. tex. c. ponderet.
10 50. diſtinct. vbi Dauid † homicidj peracta pœnitentia regia
11 dignitate priuatus non eſt: nec Diuus Petrus † Apoſtolus ne-
gati ſaluatoris deploratione facta ab apoſtolatu fuit deie-
ctus. His itaque fuit non ſolum reſtituta, imò nec adempta
dignitas ſicque bona. Ergo idem dicẽdum eſt noſtro in caſu.
Sed facilè reſpondetur primò, Dauidẽ, & Petrum non ex-
pectaſſe aliquam ſententiam hominis condemnatoriam, ſed
ſtatim erratorum memores pœnitẽtiam egiſſe, ſicque reuer-
ſos eſſe. Quod non contingit in caſu noſtro. Præterea & ſe-
cundò reſpõdetur, Dauidem & Petrum fuiſſe ſola Dei Opt.
Max. liberalitate, gratia ac miſericordia receptos & reſtitu-
tos, vt intelligamus, eccleſiæ liberum eſſe hos recipere & re-
ſtituere vel non. Et propterea conſtitutum fuit in c. vt con-
ſtitueretur, eadem diſt. 50. hodie hos ita lapſos & ad eccle-
ſiam reuerſos non eſſe ad dignitates recipiendos.
12 Secundò ea ratione † motus eſt Pariſ. in d. conſ. 2. nu. 188.
eccleſiam nunquam claudere gremium ad ſe redeuntibus l.
inter claras. §. vos. & §. ſed quia gremium. C. de ſum. trinit. &
fide cathol.
Verùm facilè reſpondetur, eccleſiam non claudere gremiũ
redeuntibus quò ad animarum ſalutem, vt ibi dicitur. Non
tamen infertur, illos ad bona & dignitates recipi. Et rurſus
dicimus, quod & ſi eccleſia hos redeuntes recipit, id non
coactè, ſed ſua ſponte gratia miſericordia facit. Idem ergo
dicendum eſt in caſu noſtro.
Tertio Pariſ. in d. conſ. 2. nu. 190. verſ. & licet, &c. adducit
multorum auctoritates, nempè Io. Andreæ & Abb. in c. ex-
communicamus. de hæret Archid. in c. vt commiſſi. eo. tit. in
6. Io. de Anna. in c. ad abolendam. col. vlt. de hæret. & Ange-
lum de Clauaſio in ſua ſumma, in verbo hæreticus. num. 18.
Qui ſcribunt, hæretico ad eccleſiam catholicam reuerſo
reſtitui bona.
Cæterũ vno verbo reſpõdetur, relatos Doctores loqui (vt
ſupra in primo caſu diximus) quãdo ſua ſpontè ſtatim is hę-
reticus reuerſus eſt ad fidem: non autem quando iam fuit de-
claratus hæreticus & damnatus, & contra eum lata ſentẽtia.
13 Secunda fuit opinio † eorum, qui dixerunt, bona hæc non
debere huic hæretico reſtitui: quæ ſanè opinio non ſolùm
adimit poteſtatem iudici reſtituẽdi hæc bona, ſed etiam im-
ponit ei neceſſitatem, ne reſtituat. Hanc opinionem proba-
runt gloſſa in c. maximũ. 1. q. 7. Io. Andreæ in c. quia diligẽtia
de elect. Abbas in c. excommunicamus. nu. 10. de hæret. Hen-
ricus Boic. & Felinus in c. vergentis. de hæret. quos in hanc
ſententiam ſic recenſet Pariſius in d. conſ. 2. num. 187.
Primò moti ij ſunt tex. in c. ad abolendam. §. 1. ibi, niſi cõ-
tinuo. de hæreti. ſed verè conſtitutio illa nil ad rem facit, ſi
rectè perpendatur.
14 Secundò regula iuris † l. id quod noſtrũ. de reg. iur. Quod
noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt. cùm
ergo bona huius hæretici dãnati fiſco ſint delata, ſine facto
fiſci auferri ab eo nõ poſſunt. Verũ reſpõdetur, ſuperiorẽ re-
ſtituentẽ eſſe quodammodo ipſum fiſcum, & poteſtatem de
his in eum habere, cùm ei adimat, quod ſibi conceſſerat.
Tertiò arg. l. 1. l. 2. & l. vlt. C. de ſent. paſſ. & reſtit. vbi reſti-
tutus recuperat bona, quando reſtituitur à principe, cuius
ſumma eſt poteſtas. Non ergo ab quouis alio iudice reſtitui
bona debent. Sed facilis eſt reſponſio. Non enim negant
iura illa damnum poſſe reſtitui ab alio habente poteſta-
tem quàm à principe. Et nos in hac diſputatione noſtra
reſtituen



reſtituentis poteſtatem præſupponimus.
15 Tertia fuit opinio † eorũ, qui exiſtimarunt, hæreticum iam
damnatum non eſſe reſtituendum ipſo iuris rigore inſpecto,
ſed gratia & miſericordia tantum. Hac in opinione fuerunt
multi relati à Pariſ. in d. conſ. 2. n. 191. lib. 4. quos & ipſe ſecu-
tus eſt, ij ſanè huius opinionis fuiſſe ſcribunt, glo. in d. c. ver-
gentis. de hęre. & ibidem Abb. in 3. nota Henricum Boic. col.
1. Cardinalem Zabarellam in clem. 1. §. ſanè & in clem. 2. in
verbo, inquiſitoribus. q. 11. de hæret. & in clem. 1. §. vlt. q. vlt.
de vſuris. Albe. de Roſate in l. ſi quis non dicam. col. antepen.
verſ. item fallit. C. de epiſcop. & cler. & in l. Manichæos, ad fi-
nem & in auth. idem in prin. C. de hæret. Archid. in cap. accu-
ſatus. §. porrò. de hæret. in 6. & ibidẽ Anch. in §. ſanè in 4. no-
ta. & Gemin. in §. ſi verò. col. 1. verſ. quæro, & verſ. ſed pręmiſ-
ſa. Eundem Gemi. in cap. ſtatutum. §. hęc ſanè in fi. de hæret.
Fran. Squillacenſem in Tract. de fide Cathol. c. 30. incipit, ſed
an bona, & Dec. in conſ. 137. & ſi is illo in loco nihil ſcriptum
reliquit. His ego addo Imol. in clem. 1. in fi. de hæret. Et hanc
opinionem credunt ij ſatis probari in d. c. vergentis, ibi, mi-
ſereri, de hæret. & in d. c. accuſatus. §. porrò de hæret. in 6.
Et hæc quidem recepta eſt ſententia: tametſi ex ea inferri
non poſſit, iudicem reſtituentem hęreticum ad eccleſię gre-
mium cogi reſtituere etiam bona. Non enim eſſet hęc libera-
litas & miſericordia, ſed debitum.
16 Tertium autem quod hic † conſiderari poteſt illud eſt, an
eo ipſo quod ipſe ſuperior recepit hæreticũ hũc ad gremium
eccleſię, an inquam cenſeatur illum reſtituiſſe ad bona? Et di-
17 cendum eſt, non reſtituiſſe. Eſt enim opus id exprimi † in ipſa
ſententia, qua ad gremium eccleſię reſtituitur, vt ſcilicet di-
cat ipſe ſuperior reſtituens, te reſtituo ad eccleſiæ gremium,
ac etiam ad bona, & iura, quæ ob contractam hęreſim amiſi-
ſti. Ita cenſuit Cardinalis Zabarel. in c. quia diligentia. col. 3.
verſ. quandoq; tamen non eſt opus de elect. cùm dixit, reuer-
ſum ac reſtitutum ad eccleſiam non recuperare ius patrona-
tus, niſi in reſtitutione fuerit dictum, quod etiam reſtituitur
ad priſtina iura. Et apertius ibidem hoc affirmauit Abb. nu. 9.
quẽ citauit & ſecutus eſt Rolan. in d. cõſ. 63. nu. 24. lib. 3. Hoc
idẽ apertius cenſuit Paulus Girlandus in Tract. de hæreticis.
q. 6. vbi n. 1. ait, ita demum hęreticum reſtitutum gremio ec-
cleſiæ & bonis, bona ipſa recuperare, ſi iudici videbitur. Et
ſubiungit, expreſſius declarando, hoc totum eſſe poſitũ in ar-
bitrio iudicis reſtituẽtis, vt ſcilicet poſſit, dum eum ad eccle-
ſiam recipit, reſtituere etiã ad bona. Hoc ergo ſuũ arbitrium
& voluntatem debet iudex iſte declarare, alioqui nõ cenſetur
eum reſtituere ad bona ipſa iam fiſco delata. Idẽ clarius ſcri-
pſit Ludouicus Carrerius in Tract. de hæreticis cap. pen. in-
cipit, modò qualiter. nu. 16. vbi declarãdo. d. c. vrgẽtis, de hæ-
ret. ait, quod cùm hęreticus ex quadam gratia & miſericordia
recipiatur ad gremium eccleſię, nõ recuperat bona, niſi dica-
tur, quod etiam ad bona reſtituitur. Idem apertiſſimè docuit
Feli. in d. c. vergentis. nu. 2. cùm dixit, opus eſſe, ꝙ expreſsè di-
catur à iudice, ſe reſtituere ipſum hęreticum etiã quò ad bo-
na. Et Felin. ſecutus eſt Cagn. in l. id, quod noſtrũ. nu. 5. de reg.
iuris. Et hæc ipſa traditio ſatis apertè probatur in auth. Gaza-
ros. C. de hære. & Manichæis, ibi, *cenſentes, vt omnia talium cõfi-
ſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur, &c.* Hæc verba ſatis aper-
te ſignificant, hęreticum, cuius bona ſunt cõfiſcata, ad ea non
reuerti, ſicq; non poſſe ea recuperare, niſi expreſsè iudex ita
declarauerit. Et apertius hoc probat d. c. vergentis, de hęret.
quod ſanè capitulũ, auctore Abb. ibi in fine conuenit cum d.
auth. Gazaros. Eſt eo in cap. ſic ſcriptũ, *vt nec ad eos bona eorũ
vlterius reuertãtur, niſi eis ad cor reuertẽtibus & abnegãtibus hære-
ticorũ cõſortiũ miſereri aliquis voluerit, &c.* Dixit, aliquis volue-
rit, ſignificãs, receptũ ad eccleſię gremiũ nõ recuperare bona,
niſi iudex voluerit: atq; ita niſi expreſsè eũ reſtituat: ſicuti ver-
bũ illud, voluerit, intellexerũt ibi omnes, pręſertim Fel nu. 2.
18 Cõprobatur † hęc ſentẽtia ea ratione, quia cùm hęreticus
recipitur ad gremiũ eccleſię, recipi dicitur ex gratia & miſe-
ricordia, vt tradũt Abb. in c. quia diligẽtia. nu. 9. de elect. Fel.
in d. c. vergentis. nu. 1. de hęret. & Carre. in Tract. de hęret. c.
pen. nu. 16. Atqui per gratiã reſtitutus nõ recuperat ipſa bo-
na, niſi expreſſe dictum fuerit, vt probat. l. 2. C. de ſent. poſſ. &
reſtit. iuncta. l. vlt. C. de generali abolit. & l. tutor. C. de ſent.
paſſis, & ſcribunt Bald. in l. ſi adẽptis. C. eo. tit. de ſenten. paſſ.
Beroius in conſ. 76. nu. 107. & n. 113. lib. 1. & Boſſius in Tract.
cauſſarum crimi. in tit. de remediis ex ſola clemẽtia principis.
nu. 2. quos ſecutus ſum in conſ. 103. nu. 37. & in conſ. 186. n. 9.
19 Tertius eſt caſus principalis quando † hæreticus iam fuit
damnatus, & abiurata deinde hæreſi reſtitutus gremio Eccle-
ſiæ, an hoc in caſu recuperet etiam bona, quę non quidẽ apud
fiſcum ſunt, ſed apud priuatũ, quippè quod in eũ fuerunt trãſ-
lata? Hoc in caſu plura, vt & ſuperiore caſu poſſunt conſide-
rari. Primum eſt, an poſſit ſua manu atq; ita ſine facto ſuperio
ris recuperare? Et non poſſe iam clarũ eſt: quia ſi non poteſt
ſic recuperare quando ſua ſponte ante condẽnationem reuer-
titur, & adhuc bona ſunt apud fiſcũ, multò minus debet poſſe,
quando reuertitur poſt condemnationem, & bona in alium.
ſunt tranſlata: ex quo ſemper difficilius recuperari illa ſolent,
vt ſtatim dicemus.
Secundum quod hic conſiderandum eſt, illud certè eſt, an
eo ipſo, quod hæreticus iſte iam condemnatus reſtituitur, ab-
iurata hæreſi, gremio Eccleſiæ, cenſeatur etiam reſtitutus ab
bona in alium tranſlata? Et dicendum eſt abſolutè quod non,
20 ex dictis ſuperiore caſu. Et tantò magis, quia † iudex nõ præ-
ſumitur velle quod lege ſibi permiſſum non eſt arg. l. 2. C. de
off. ciuil. iud. cum ſimilib. Atqui non poteſt (vt ſtatim demõ-
ſtrabimus) reſtituere condẽnatam ad bona iã in aliũ tranſlata.
Ergo ſimplex illa receptio, quã de hęretico ad gremium Ec-
cleſię facit, non cõprehendit bonorũ alienatorũ reſtitutionẽ.
21 Tertium quod conſiderari † poteſt hoc in caſu illud eſt, an
iudex ſuperiorvè, qui hæreticũ dãnatum ad Eccleſiæ gremiũ
recipit, poſſit eum ita reſtituere vt eliceat recuperare bona in
alium à fiſco tranſlata? Et dicendum eſt, non poſſe. Ita tradit
Imo. in cle. 1. in fi. de hęre. quod inter multa probat arg. l. idem
de Neſtorianis. C. de hęret. Idem quoque cẽſuit Franc. Squil-
lacenſis in Tract. de fide Catholica. c. 30.
Id quod confirmatur, quia ita quoque obſeruatur in con-
demnato ex aliis delictis, qui ſi reſtituitur, non tamen reſtitu-
tutus dicitur quò ad bona in alium tranſlata, ſed ſolum quò ad
exiſtẽtia apud fiſcum, vt multorum auctoritate comprobaui
in conſ. 103. nu. 25. & dixi in præcedenti præſumptione.
22 Quartus eſt caſus, quando † hæreticus iam de hæreſi con-
demnatus reſtituitur gremio Eccleſiæ, an etiam cenſeatur re-
ſtitutus ad eam facultatem, locum & gradum, quem obtinuiſ-
ſet, ſi hęreticus non extitiſſet. Hoc in caſu plura poſſunt con-
ſiderari, ſicuti etiam conſiderata fuerunt ſuperioribus in caſi-
bus. Primum eſt, an ſua manu & ſpontè hic hæreticus ſic reſti-
tutus poſſit recuperare hunc gradum & locum? Et certum ac
clarum eſt, non poſſe: quia ſi non poteſt recuperare bona, quę
iam ſua erant antequam effectus eſt hęreticus, etiam ſi ſtatim
ad Eccleſiam & fidem ſit reuerſus, multò minus iam cõdem-
natus non poteſt ſua manu recuperare ea bona, quæ apud ſe
nunquã fuerunt. Et rurſus ſi nõ poteſt recuperare bona adhuc
exiſtentia, apud fiſcum, & multò minus à fiſco in alium tranſ-
lata, ita à fortiori nec etiam poterit recuperare hæc tranſlata
ſeu delata in alium ſine facto fiſci. Et hoc adeò exiſtimo cla-
rum, vt nullus dubitationi locus relinqui mihi videatur.
Secundum quod hic venit conſiderandum illud eſt, an eo
ipſo, quod hic hæreticus fuit gremio Eccleſiæ reſtitutus, cen-
ſeatur etiam reſtitutus quò ad ius, facultatem, locum ſeu gra-
dum ſuccedendi amiſſum ob hæreſim? Et non cenſeri reſtitu-
tum clarum eſt, ex dictis ſuprà in tribus præcedentibus caſi-
bus. Si enim non cenſetur reſtitutus ad bona adhuc exiſtentia
apud fiſcum: nec ad ea, quæ in aliũ fiſcus ipſe tranſtulit, multò
minus nec reſtitutus cenſetur ad hoc ius ſuccedendi iam ab
altero proximiore occupatum: Et ad quem (vt mox dice-
mus) à iudice reſtitui non poterat.
23 Tertium quod † conſiderandum hic eſt, illud certè eſt, an
iudex, ſuperiorvè, qui hæreticum iam damnatum reſtituit Ec-
cleſiæ gremio, poſſit etiam eum reſtituere ad eum gradum &
locum ſuccedendi ab altero occupatum? Et dicendum eſt,
reſtituere non poſſe: cum leges & iura non permittant aliquo
ex delicto dãnatũ, deinde gratia & principis liberalitate reſti
tutum non recuperare locum ab alio iam occupatum. Ita in
ſpecie multis rationibus & argumentis reſpondi in conſilio
186. col. 2. & 3. lib. 2.
Etſi de eadem facti ſpecie interrogatus aliter reſpondit
Burſatus in conſ. 280. num. 23. lib. 2.

## PRÆSVMPT. XLVIII.

Innocentia accuſati quibus coniecturis & præſumptionibus detegi poſſit: & inibi de innocentia aliqua ſcitu non indigna.

### SVMMARIVM.

*1 Innocentiæ vis magna eſt, quæ vt detegatur, ſemper admitti debent probationes.*
*2 Serui ſi non defenduntur à dominis, poſſunt ab alio defendi, & de eorum innocentia quærere debet iudex.*
*3 Accuſati innocentia vt probetur, admittitur etiam tertius, cuius non intereſt.*
*4 Statutum tollens omnes exceptiones non cenſetur reÿcere exceptionem innocentiæ.*
*5 Iudex non debet exequi ſententiam aduerſus eum, quem deinde innocentem eſſe intelligit.*
*6 Bannitus etiam ob contumaciam licèt pro confeſſo habeatur, ex diſpoſitione ſtatuti, captus tamen non punitur, ſi ſuam innocentiam vult probare.*
*7 Innocentia poteſt probari etiam teſtib. domeſticis & ſanguine coniunctis.& num.9.*
*Imò probari poteſt præſumpt.& coniecturis nu.8.& ſeq.*
*9 Delicti præſumptiones & coniecturæ dilui & confutari poſſunt contrarÿs coniecturis & præſumptionibus.*
*10 Accuſatus præſumitur innocens, quando fugam arripere facilè potuit, & non fugit.*
*11 Demetrius & Antiphilus ſacrilegÿ accuſati, à Præfecto liberati fuerunt ob id, quod cùm è carcere, è quo alÿ aufugerant, recedere potuiſſent, non receſſerùnt.*
*12 Accuſatus de aliquo crimine, ſi ſua ipſe ſponte iudici ſe præſentat, innocens præſumitur.*
*13 Accuſatus commiſiſſe delictum aliqua nocte, ſi ea ipſa nocte repertus eſt quieſcere, innocens cenſetur.*
*Idem quando ſua ipſe ſponte carcerem ingreditur. num.14.*
*Idem quando quæſtionib.& torturæ ſe ſubÿcit. num.15.*
*16 Accuſatio tarda maximè arguit innocentiam accuſati.*
*17 Innocentiæ maxima eſt coniectura, quæ ſumitur ex exculpatione ſocÿ criminis, cùm moriturus eſſet, cùm & is fuerit accuſator.*
*Idem quando teſtes, qui contra accuſatum atteſtati ſunt, extra iudicium teſtimonium ſuum reuocauerunt. num.18.*
*19 Innocentiæ efficax eſt coniectura illius, qui damnatus ad mortem proteſtatus eſt ſe innocentem eſſe, & dum laqueo fuiſſet ſuſpenſus, mori non potuit, ſed laqueo fracto, incolumis cecidit in terram.*
*Secus ſi clarè conſtaret de delicto morte digno. num.20.*

1 INNOCENTIÆ vis † magna adeò eſt, vt multa
illius cauſa ſancita fuerint. Nam quo illa detegatur
ſemper admitti debent probationes. l. ſi non de-
2 fendantur.ff.de pœnis, quo loci ait Vlpianus, quod † ſi à do-
minus non defenduntur ſerui, defendi ab alio poſſunt: & de
eorum innocentia quærere debet is, qui cognoſcit, nempè
iudex. Et ex noſtris Dec.in conſ.429.col.1.Marſi.in conſ.16.
nu.15.& in ſing.59.Boër.q.165.nu.1.& Soc. Iun.in conſ.61.
nu.7.lib.2.idem reſponderunt, hoc eſt, ad probandam inno-
3 centiam accuſati † tertium, cuius non intereſt, admitti, vel iu-
dicem ipſo ſuo ex officio recipere poſſe & debere innocentię
probationes. Hinc etiam reſpondit Iaſ.in conſ.175.lib.2.ad-
mitti ſemper poſſe innocẽtiæ probationes. His accedit, quod
4 & ſi † ſtatutum tollit omnes exceptiones, non tamen reiciſ-
ſe dicitur exceptionẽ innocentiæ. Ita Bal.in l.1.§.offilius.col.
pen.ff.ne quis eum, qui in ius voc.eſt vi eximat, & in repet.l.
edita.col.pen.C.de eden.Io.de Anna.in conſ.59.col.1.Alex.
in conſ.113.col.2.lib.5.Dec.in l.& ſi nihil.nu.3.de reg.iuris.
5 Marſilius in d.conſ.16.nu.14. Imò iudex † non debet exequi
ſententiam aduerſus eum, quem deinde innocentẽ eſſe intel-
ligit. Ita Inno.in c.ſignificantibus, in fi.de purga.vulg Bal.in
l.vnica.col.vlt.C.de confeſſis, Fel.in c.conſanguinei.col.1.de
re iud. Marſ.in d.conſ.16.n.16.& in ſing.72.& Neuiz.in cõſ.
60.col.1.verſ.ſecundo facit, quo loci paulò ante dixerat poſt
Bald.in l.2.C.ſi pendẽte appel.mors interuen.quod etiã ban-
6 nitus ob contumaciam, † & ſi pro confeſſo habetur diſpoſi-
tionę ſtatuti, attamen captus non punitur, ſi ſuã innocentiam
vult probare. Et eandem traditionem affirmarunt Dec.in l.&
ſi nihil.nu.4.de reg.iur.Craue.in Tract.de antiq.tempo.in ſe-
7 cunda par.principali.nu.3. Habet † & hoc commodum inno-
centia, vt probari poſſit teſtibus domeſticis & ſanguine con-
iunctis.cap.tam literis, & c.veniẽs.de teſtib.& l.1.§.ad quæ-
ſtionem.ff.de quæſt.& ibidem Marſi.n.26.& latè Maſcardus
in Tract.de probationibus concluſ.904. Imo innocẽtia pro-
8 bari poteſt † præſumptionibus & coniecturis ſicuti ſcripſe-
runt Boër.in q.165.nu.1.& 2.& Alcia.in reſp.453.nu.5.cùm
9 dixerunt, delicti pręſumptiones † & coniecturas dilui & con-
futari poſſe cõtrariis cõiecturis & præſumptionibus. Id quod
etiam ſenſit Craue.in conſ.151.nu.18.& in conſ.275.nu.13. Et
huc facit quod poſt Bal.in l.parẽtes.C.de teſtib.decidit Boë.
in q.165.nu.7.innocentiam poſſe teſtimonio domeſticorum
probari. Et huc maximè pertinet locus Ciceronis, quẽ ſtatim
cõmemorabo. Et quãquã multę cõiecturę & pręſumptiones
innocẽtię hic recẽſere poſsẽ, nihilominus hoc in loco adferã
generales illas, quæ quibuſuis criminib.accõmodari poſſunt:
cæteras verò ſpeciales iã ſuis ſingulis in locis explicauimus.
10 Prima itaq; innocentiæ † coniectura eſt, quãdo accuſatus
fugam rapere facile potuit, & non fugit. Ita Alciat.in d.reſp.
453.n.5.verſ.4.quia, poſt Bart.in l.quis ſit fugitiuus.§.1.ff.de
ædilitio edicto, quo loci reſpondit Alciat. ſuſpicionẽ omnem
eius, qui læſæ maieſtatis crimine accuſatus fuit, dilui, ſi, quan-
do fugere potuit nõ fugit. Et præclarum extat exemplũ apud
Lucianum de amicitia, dum cõmemorat. Demetrium & An-
11 tiphilum ſacrilegij † accuſatos & carceri incluſos liberatos,
ob id à Præfecto fuiſſe: quod cum è carcere, è quo alij aufu-
gerant, recedere potuiſſent, non receſſerint.
12 Secunda & validior † coniectura eſt innocentię, quãdo ac-
cuſatus ſua ipſe ſponte iudici ſe pręſentat. Ita Cæpol.in conſ.
31.nu.8.in criminal.M.Ant. Blancus in practica crimi.in pri-
ma parte defenſionis.nu.131. Iacobus Nouel.in pract.crim.
ſub tit.ad defenſam.incip.his hactenus examinatis, qui eiuſdẽ
opinionis recenſent Marſilium in pract.crim.in §.diligenter.
nu.204 & alios referunt Dec.in conſ.93.nu.114.lib.2.& Ma-
ſcardus in d.concluſ.904.in fi. Hanc coniecturã egregiè con-
firmat locus Ciceronis in oratione pro Milone, quem locum
etſi commemoraui ſupra in lib.2.in præſumpt.91.in fin.atta-
men iuuat hic repetere: ſunt autem hæc Ciceronis verba.

*Quod ſi nondũ ſatis cernitis, cùm res ipſa tam claris argumentis ſignisq; luceat, pura mente atque integra Milonem nullò ſcelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conſciẽtia exanimatum Romã reuertiſſe, recordamini per Deos immortales, quæ fuerit celeritas reditus eius, qui ingreſſus in forum ardente curia, quæ magnitudo animi, qui vultus quæ oratio. Neque verò ſe populo ſolùm, ſed etiam ſenatui tradidit: neque ſenatui modò, ſed etiam publicis præſidÿs & armis: neque his tantùm, verum etiam eius poteſtati, cui Senatus totam Rempub. omnem Italiæ pubem, cũcta populi Romani arma commiſerat: cui ſe nunquam profectò tradidiſſet, niſi cauſæ ſuæ confideret, præſertim omnia audienti magna metuenti multa ſuſpicanti, nonnulla credenti. Magnã vis eſt conſcientiæ iudices, & magna in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiſerint: & pœnam ſemper ante oculos putent, qui peccarint.*

Hæc Cicero.

13 Tertia eſt innocentiæ † coniectura, quãdo accuſatus com-
miſiſſe delictum aliqua nocte, ea ipſa nocte repertus eſt quie-
ſcere, & (vt dicitur) in vtramque aurem dormire. Extat huius
rei egregiũ exemplum apud Ciceronem in oratione pro Ro-
ſcio Amerino, dum commemorat T.Clælij Terracinenſis fi-
lios adoleſcentes abſolutos fuiſſe, quod ea ipſa nocte poſt oc-
ciſum patrem reperti eſſent eo in cubili dormientes.
14 Quarta eſt innocentiæ † coniectura efficacior iam cõme-
moratis, quando ſcilicet accuſatus ſua ipſe ſponte carcerem
ingreditur. Ita Gram.in conſ.29.nu.32.& in conſ 61.nu.4.in
criminal.& Io.Iacobus de Leonardis inter conſilia Soc.Iun.
15 in conſ.39.nu.35.lib.2. Idem quãdo quæſtionibus & † tortu-
ræ ſe ſubiicit. Ita Lucas de penna in l.3.verſ.107.pręſumptio.
C.de apochis pub.lib.10.ex l.generali.C.de decurio lib.10.
16 Quinta eſt coniectura † innocentię tarda admodum accu-
ſatio: Nam tarditas iſta arguit potius falſam eſſe accuſationẽ
quàm quod accuſatus deliquerit: ſicuti ſcripſerũt Bal. in cõſ.
28.Quidam tabellio.in fi.lib.1. Marſilius in pract.crim.§.di-
ligenter.n.200.M.Anto.Blancus in pract.crim.in prima par-
te defenſionis.nu.134.& Craue.in conſ.75.nu.9. Et conferũt,
quæ



quæ ſcripſimus ſuprà vbi egimus, de præſumptione contra
ſubterfugientem iudicium lib.1.præſumpt.
17 Sexta eſt coniectura innocentiæ, quæ ſumitur † ex excul-
patione Socij criminis, cùm moriturus eſſet: cùm & is fuit,
qui hunc accuſauit, Ita Marſilius in pract.crim.in §.reſtat.&
Blancus præcitato in loco.nu.136. Quam quidem coniectu-
ram veram eſſe exiſtimarunt, niſi pro crimine alia adſit cõie-
18 ctura. Et ſimilem coniecturam ſubiungit † Blancus, ex Mar-
ſilio in conſ.109.nu.32.& nu.40.quando teſtes, qui cõtra ac-
cuſatum teſtimonium dixerunt, illud deinde extraiudicium
reuocarunt. Qua tamen de re nunc nõ diſputo, etſi non igno-
rem non carere probabili dubitatione.
19 Septima eſt coniectura † innocentiæ, quãdo damnatus ad
mortẽ, proteſtatus eſt ſe innocentem eſſe, & dum laqueo fuiſ-
ſet ſuſpenſus, vel gladio percuſſus, mori nõ potuit, ſed fracto
laqueo incolumis cecidit in terrã. Ita egregiè ſcripſit Lucas
de penna in l.1.col.7. verſ.ſed pone damnatus eſt aliquis.C.
de deſerto: & occulta: eorum.lib.12.quẽ ſecuti ſunt Paris pu-
theus de Syndicatu, in verbo, pœna, in cap.an ſi iudex, poſt
medium, verſ.ſi tamen iſte. Dec.in l.fauorabiliores in fine, &
ibidem Cagn.nu.11.de reg.iur. Qui quidem Cagnolus recen-
ſet caſum memoria dignum, qui noſtra ætate contigit in Ca-
ſtro nouo Derthonenſi, & ego ipſe à fide dignis illius oppidi
ita contigiſſe audiui. Alciat.in Tract.de præſumpt.reg.3.præ-
ſumpt.44.nu.4.Neuiz.lib.1. Syluæ nuptia.nu.62.verſ.18.qui
tamen videtur relinquere cogitandum: & Tiraq.in Tract. de
pœnis legum, &c.cauſa vltim.Boër.q.217.nu.18.& Caſſaneus
in cõſuetud.Burgundiæ in tit.de iuſtitia.pag.49. Et permulta
huius miraculi exẽpla commemorat Lucas à penna, Cagno-
lus, & Boërius.
20 Hanc autem coniecturam † veram eſſe credit Pariſienſ. in
addit.ad Dec.in d.l.fauorabiliores, quando dãnatus eſſet iſte
ex ſolis cõiecturis & præſumptionibus, quod iure permiſſum
non eſt: ſecus ſi clare cõſtaret de delicto morte digno. Nã tũc
nõ præſumitur miraculosè iſte ſeruatus, ſed per incãtationes
& pręſtigia, iuxta traditionẽ Bald.in c.venerabili de teſtib. Et
hoc in caſu ꝓcedere poteſt opinio Guliel. Rouillij in Tract.
de deſcript.iuſtit.col.vlt.q alioqui à cęteris viſus eſt diſsẽtire.

## PRÆSVMPT. XLIX.

Pœnam leuiorem mitiorémque pręſumi à lege indictam, diligens & accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

*Pœnam non poſſe indici, niſi expreſſo iure cautum ſit.*
*2 Pœna mitior præſumitur à lege vel iudice impoſita, ex quo in pœnis ſtricta admodum fieri debet interpretatio.*
*3 Præſumptio ſumi debet ſemper in illam partem, per quam præſumptio euitatur.*
*4 Pœna capitalis ſi ſit à lege indicta clerico, interpretatur de pœna excommunicationis, vel de carcere perpetuo.*
*5 Infamiæ pœna eſt grauior quam pœna mortis.*
*6 Famæ cauſa æquiparatur cauſæ vitæ.*
*7 Vaſallus non minus perdere debet feudum, cùm famam domini ſui non tuetur, quam ſi non defendit eius vitam.*
*8 Damnatus ſi quis ſit in amputatione manus, intelligitur quòd debilior ei abſcindatur.*
*9 Condemnatus ad reſtitutionem rei furtiuæ cenſetur condemnatus condictione furtiua, quæ non infamat.*
*10 Condemnatus ob vim illatam, ſi ignoratur an vis ſit armis illata, vel ſine, punitur pœna de vi ſine armis illata.*
*11 Damnatus præſumitur quis potius pœna temporali quã perpetua.*
*12 Epiſcopus ſi mandet alicui, vt aliquid faciat ſub pœna excommunicationis, intelligitur in dubio de excommunicatione iam lata & non ferenda.*
*13 In Pœnis pecuniarÿs in dubio præſumitur de mitiori.*
*14 Pœna illa cenſetur impoſita, quæ conformatur verborum improprietati: ſi enim repugnat ſermonis improprietas non præſumitur impoſita mitior pœna.*
*15 In pœnalibus ſit lata interpretatio, quatenus ſermonis proprietas ſuadet.*
*16 Statutum ſi imponit pœnam amputationis capitis, non poteſt adaptari hæc pœna ad pœnam exilÿ, quia repugnaret proprietati ſermonis, ſed intelligitur de morte naturali. & nu.18.*
*17 Pœna illa debet imponi, quam alioqui non repugnet legi, vel menti iudicis.*
*19 Pœna mitior non eſt infligenda in delictis atrocibus & grauibus, ſed de grauiori intelligendum eſt.*
*Idem quando diſpoſitio aliàs nihil operaretur. nu.20.*
*21 Excommunicatio lata ab homine pro peccato mortali cenſetur lata, & ideò de maiori eſt intelligendum, non autẽ de minori.*
*22 Peccatum mortale per ſe ſuiq; natura operatur remotionem à ſacramentis.*
*23 Pœna leuior non eſt imponenda, quando ex ea inſurgeret occaſio delinquendi.*
*Vel quando delictum quaſi impunitum remaneret. nu.28.*
*24 Legiſlatorum mens eſt, vt delinquendi occaſionem tollant.*
*25 Lex delinquendi occaſionem tribuens non valet.*
*26 In Pœnalibus admittitur extenſio, ne alioqui delictum remaneat impunitum.*
*27 Delinquentes puniri intereſt Reipub. & ei maximè vtile eſt.*

1 CVM pœna indici † non poſſit, niſi expreſsè iure
cautum ſit. l.at ſi quis.§ diuus.ff.de relig.& ſum-
ptib.fune.& §.cum igitur.in auth.de non eligen.
ſecund.nuben. & fuſiſſimè ſcripſi in commenta-
riis de arbitra.iudicum, &c.lib.2. Caſu 276. manifeſta hinc
2 inſurgit præſumptio, quod in dubio † præſumitur à lege, iu-
dicevè impoſita pœna mitior, ex quo ſtricta admodum in his
fieri debet interpretatio. l.ſi præſes.in fi.& l.interpretatione.
ff.de pœnis.& confert l.non videtur.§.in pœnalibus.ff.de reg.
iuris. quo loci dixit Paulus, quòd in pœnalibus ſumi debet
benignior interpretatio. Hinc ſcripſit Alciatus in Tracta.de
3 præſumpt.reg.3.præſumpt.vlt.num.1.ſemper † præſumi in il-
lam partem, per quam pœna euitatur. Ex his infertur, primo,
quod ſi quis ſimpliciter pœna capitali damnetur, de exilio
intelligitur. Ita gl.in l.1.in verbo, capitalis.C.ne iudæi Chriſt.
mancip.Io.Andreæ.in c quanto.in gl.1.de iureiur.& ibi Ab-
bas.num.7.Imola in l.2.col.3.verſ.item adde.ff.de publ.iudi.
Aret.in c.qualiter & quando.§.vlt.num... de accuſat.Angel.
Aret.in Tracta.maleficiorum.in verbo, & Caput à Spatulis.
num... Alex. in conſ... Rimin. Sen.in l.tranſigere.nu.5.nu.
9.C.de tranſact.& ibidem Iaſ. Idem Rimina. Sen.in l.impe-
rium.nu.21.ff.de iuriſd.om.iud. Decius in l.ſemper in obſcu-
ris.num.10.de reg.iuris.Cagno.in l.imperium.num.57.& ibi-
dem vberius doctiuſque Riminal.Iunior num.156.ff.de iuriſ-
dict.omn.iudic.Boſſius in Tract.cauſarum criminal.in titul.
de pœnis.num.16. Duenas in ſuis regulis.reg.393.in vlti.fal-
lent. Alciatus in d.præſumptione vlt.verſ.& propterea. & Iu-
lius Clarus in practica criminali.§.fi.q.67.col.1.
4 Secundò hinc † infertur, quod ſi clericus ſit damnatus pœ-
na capitali, intelligitur de pœna excommunicationis. Ita
cenſuit Alciatus in d.præſumptione vlt.col.vlt.verſ.& ſi con-
demnatus.& poſt Picum in l.imperium.ff.de iuriſd.omn.iud.
Vel etiam intelligi poteſt in clerico ad mortem damnato,
de carcere perpetuo, iuxtà traditionem Feli.in c.1.in fi.de ho-
micid.poſt alios, quos commemorat.
5 Sed aliquando dubitatum † fuit, an ſufficiat pœna infa-
miæ? Alciatus præcitato in loco ſcripſit, non ſufficere: cum
verè grauior ſit pœna mortis naturalis, quàm infamiæ. l.ſi
adulterium cum inceſtu. in fine.ff.ad l.Iuliam de adulter. Et
6 ſi † aliàs cauſa famæ æquipararetur cauſæ vitæ. l.iuſta.ff.de ma-
numiſſ.vindicta. Hinc ſubiunxit præcitato in loco Alciatus,
minus rectè ſenſiſſe Barbat.in additio. ad Baldum in cap.1.in
7 princ.quibus modis feudum amitta. Vaſallum ita † perdere
feudum cùm famam bonam domini ſui non tuetur, ſicuti
quando eius vitam non defendit.
8 Tertiò hinc infertur, quod † ſi quis damnatus ſit pœna am-
putationis manus, intelligitur, quod debilior ei abſcindatur.
Ita glo.in auth.ſed nouo iure.C.de furtis. Imò ſi is damnatus
haberet manum vnam aridam, illa erit amputanda, ſicuti ſcri-
pſerunt Iacobus Butrig. Alber. Salicetus & Caſtren.in dicta
auth.ſed nouo iure. Io.Andręæ in additio.ad Specul in titul.
de pœnis. qui communem eſſe opinionem aſſeruit. Idem ſcri-
pſit Alber.in Tracta.ſtatutorum.in 3.parte.quæſt.60.Iaſ.in l.
de quibus.num.37.ff.de legib. Alciatus in d.reg.3.præſumpt.
vlt.in fi. Duenas in reg.393.in fine. Diſſentiunt tamen ab opi-
nione hac Cynus, Bart.& Baldus in dicta auth.ſed nouo iure.

Angel.in l.3.§.Labeo.ff.arb.furtim cæſa.Ang.Aret.in Tract.
maleficio,in verbo,qui ſi non ſoluerit.Maria.Soc.Sen.in c.ſi-
cut Iudæi.de Iudæis.Alex.in conſ.104.num.4.lib.1.
9 Quartò infertur, quod † condemnatus ad reſtitutionem
rei furtiuæ,præſumitur condẽnatus condictione furtiua,quæ
non infamat. Ita Io.de Anna.in c.qualiter & quãdo.§.ad cor-
rigendos.col.3.de accuſat. qui ait ſe ita notabili in caſu con-
ſuluiſſe Venetiis. Et illum ſecutus eſt Dec.in l.ſemper in ob-
ſcuris.nu.10.de reg.iur. & idem in l. certi condictio.in princ.
nu.... ff.ſi cert.pet.& in c.ex literis.nu.13.in fin.de conſt.&
ſenſit Iaſ.in l.tranſigere.nu 9.C.de tranſact.confert.l.hæ cau-
ſæ.in prin.vbi glo.ff. de ſuſp. tuto. & tradunt Maynerius in l.
ſemper in obſcuris.nu.23.de reg.iur.& Craue.in Tract.de an-
tiq.temp.in prima particula.4.partis princip.num.2.
Quintò infertur, quod ſi quis condemnatus eſt, ob vim
10 † illatam,& ignoratur, an vis ſit illata armis, vel ſine, punitur
pœna de vi ſine armis illata. Ita probat l. ſi præſes.ff. de pœ-
nis.& tradunt Dynus in c.in obſcuris.nu.17. de reg.iur.in 6.
& Guiel.Maynerius in l.ſemper in obſcuris.nu.23.de reg.iur.
11 Sextò infertur † quod præſumitur quis damnatus potius
pœna temporali quàm perpetua. Ita Deci.in c. ex literis.nu.
13.de conſt.vbi declarat,
12 Septimò infertur, quod † ſi ab epiſcopo alicui mandetur,
vt aliquid faciat ſub pœna excommunicationis: Ex quo hæc
verba ſub pœna excommunicationis,poſſunt intelligi dupli-
citer, nempè, latæ, vel ferendæ. In dubio intelligitur de ex-
communicatione ferenda:cùm illa ſit mitior excommunica-
tione iam lata. Ita ſcripſerunt glo.in c. ſicut tuus. de Simo.&
in c.1.de Sagitta: Imola in c.1.nu.11.verſ.& aduerte.de loca-
to. Decius in l.factum.§.in pœnalibus num.1.de reg.iur. Hip-
politus Riminaldus magni nominis & eruditionis iuriſconſ.
in l.imperium.num.152.ff.de iuriſdict.omn.iud.
13 Extenditur primò † hæc præſumptio, vt locum etiam ha-
beat in pœnis pecuniariis, quæ in contractibus & his ſimili-
bus hominũ diſpoſitionibus adiici ſolent. Nam & in his præ-
ſumitur fuiſſe actum de mitiori pœna: quemadmodum expli-
cauimus ſuprà lib.3.præſumpt.
14 Declaratur primò, vt † nõ procedat hæc præſumptio,quã-
do alioqui repugnaret ſermonis proprietas. Nã tunc nõ præ-
ſumitur impoſita mitior pœna, ſed illa,quam ipſa proprietas
verborũ ſignificat. Ita Bart.in l.ſtipulatio iſta.§.eum, qui.nu.
2.ff.de verb.obl.& ibid.Iaſ.nu.3.cùm dixerunt, quod ſi ſtatu-
tum imponit pœnã denarum librarum, intelligitur de vigin-
ti,quia ex ſermonis proprietate denæ libræ ſunt viginti libræ.
Et ab ſermonis proprietate (ait Bart.) non eſt recedẽdum ob
id, quod in pœnalibus mitior pœna præſumitur impoſita. Et
Bartoli Iaſoniſque traditionem probauit Neuiz.lib.6. Syluæ
nuptia.nu.47.ver.intellige primò hanc regulam. Eandem de-
clarationem probarunt Dec.& Cagn.in l.ſemper in obſcuris.
15 de reg.iur.ille.nu.11.iſte.nu.21.qui ea ratione † vtũtur, quod
etiam in pœnalibus ſit lata interpretatio & extenſio quatenus
ſermonis proprietas ſuadet,iuxta doctrinam Are.in l.cum le-
16 ge.ff.de teſtam. Poteſt † etiam hic adferri exemplum,quando
ſtatutum imponit pœnã amputationis capitis. Et ſi enim vbi
ſimpliciter mentio pœnæ capitalis poſſit intelligi de pœna
exilij, non autem mortis naturalis, vt diximus ſupra in prima
illatione: attamen vbi ſit mentio amputationis capitis, intel-
ligitur de morte naturali. Cum id ſermonis ipſa proprietas ſi-
gnificet.l.capitalium.in prin.verſ. item capitis amputatio.ff.
de pœnis,& in ſpecie tradit Imola in l.2.colum.3. verſ.addo,
quod pro ipſo.ff.de publ.iud.
17 Declaratur ſecundò † vt locum non habeat hæc præſum-
ptio, quando alioqui mens vel legis, vel iudicis repugnaret:
Nam tunc de mitiori pœna non præſumitur eos ſenſiſſe, ſed
de ea,quæ eorum menti & intentioni conuenit. Ita declarant
Rimina.Sen.in l.imperium.nu.21.ff.de iuriſd.om.iud.& Ne-
uiz.lib.6.Syluæ nuptia.num.47.verſ.item in dubio debemus
18 euitare. Eo exemplo vſus eſt Rimin.ſi lex ſtatuit,ꝙ quis † pu-
niatur pœna capitali, ita quod moriatur. Et ſi enim pœna ca-
pitalis,vt diximus ſupra,poſſit intelligi de exilio: attamen ex
quo ſubiiciuntur illa verba,ita quod moriatur: mens legis eſt,
quòd intelligatur de pœna mortis naturalis. Et in praxi ita à
iudicibus ſolet obſeruari,vt poſt alios teſtatur Clarus in pra-
ctica criminali.§.fin.q.67.col.1.
19 Declaratur tertiò,vt † non habeat locum hæc præſumptio
in delictis atrocibus grauibusq́;. Nam tunc non præſumitur
impoſita pœna leuior, ſed grauior. Ita reſpondit Cæpolla in
conſ.34.nu.60. quem ſecutus eſt Neuiz.lib.6. Syluæ nuptia.
nu.47.verſ.3.limita.adducti ij ſunt ex l.reſpiciendũ.ff.de pœ-
nis. Idem ſcripſerunt Abb.in c.at ſi clerici.in fi.prin.de indi-
ciis.Boſſius in Tract.cauſarum crimin.in tit.de pœnis.nu.16.
& Rimin.Iun.in l.imperium.nu.153.de iuriſd.omn.iud.
20 Declaratur quartò, † vt non procedat hæc præſumptio,
quando diſpoſitio aliàs nil operaretur: vt puta lex communis
pro aliquo delicto imponit pœnam capitalem: Deinde ſtatu-
tum pro illo ipſo delicto pœna capitali dicit eſſe puniendum
delinquentem. Certè hæc ſtatuti diſpoſitio debet intelligi de
pœna mortis naturalis. Cùm iam de pœna exilij ſatis intelligi
poſſit ipſum ius commune. Ne ergo fruſtra editum cenſeatur
ſtatutum,intelligi debet de pœna capitali,id eſt,mortis natu-
ralis. Ita declarat Rimi.Sen.in l.imperium.num.21.ff.de iu-
riſd.omn.iud.
21 Poteſt adferri aliud † exemplum in ſententia excommuni-
cationis lata ab homine: Nam intelligitur de maiori, non au-
tem de minori excommunicatione. Ea ratione, quia excom-
municatio non fit ab homine niſi pro peccato mortali, c.ne-
22 mo.11.q.3. Peccatum autem mortale † per ſe ſuiq́; natura o-
peratur remotionem à Sacramentis, ſicq́; eſt minor excom-
municatio c.ſacerdotes.1.q.1. Vt ergo excommunicatio pro-
lata ab homine aliquid vltra ius ipſum commune operetur,
debet intelligi de excõmunicatione maiori. Ita egregiè ſcri-
pſit Anch.in c.ſtatuimus.in 2.notab.de ſenten.excom.in 6.&
idem ſenſit Fel.in c. pen. verſ. ſi intelligeretus. de ſenten.ex-
com. Et traditionem hanc probarunt Dec.in l.ſemper in ob-
ſcuris.num.13.ff.de reg.iur.& ibi.Cagno.nu.22.
23 Declaratur quintò, vt † locum non habeat hæc præſum-
ptio,quando ob pœnæ tenuitatem leuitatemq́; daretur occa-
ſio delinquendi, ſicuti delinquendi occaſionem pœnã leuem
præbere cenſuit.l.ſi in operis.C.de pœnis: vbi & ſcribunt De-
ci.in l.1.in princ.nu... ff.quod quiſque iuris, & in c.cogno-
ſcentes.col.1.de conſti.& Crau.in conſ.137.num.2.& 3. Hoc
ſanè caſu eligenda non eſt pœna leuior & mitior, ſed grauior.
Eſt enim præſumendum, quòd ſi legiſlatores ſtatuenteſque
cogitaſſent, leuem à ſe ſancitam pœnam, fore in cauſa, vt ho-
mines faciles eſſent ad delinquendum, eam ita non cõſtituiſ-
24 ſent. Cùm nil magis † cogitẽt legumlatores quàm delinquen-
di occaſionem anſamq́ue tollere.l. 1.§. vlt.ff. quemad.ſeruit.
amitt.l.1.in princ.ff.nautæ caupo.ſtabul.& l. conuenire.ff.de
25 pactis dotal.& in c.emendati.1.q.1. Imò non † valet lex,quæ
delinquendi occaſionem præbet.c.ex parte,vbi Abb.in 2.no-
tab.& c.vlt.de conſuetud.& c.flagitia.22.q.7. copioſè Cra-
uet.in conſ.137.nu.2.& Rimi.Iunior multæ lectionis beneq́;
eruditus iuriſconſultus in l. 1. in princ.nu.21. & num.196.ff.
quod quiſque iuris. Et in ſpecie ſic declarat idem Crauet.in
Tract.de antiq.tempo.in prima particula, quartæ partis prin-
cip.nu.6. Qui quidem ſcriptum reliquit, ſibi aliquando ex fa-
cto eueniſſe, cùm iudicis munere fungeretur in oppido Cu-
nei, vbi ſtatutum indicebat falſariis ſolum pœnam viginti li-
brarum Turonenſium. Quam pœnam aſſerebat Crauetta, ad-
modum tenuem & ob id anſam committendi falſum præſta-
re, & ob id non eſſe obſeruandam, ſed eſſe imponendam pœ-
nam grauiorem ex iuris communis diſpoſitione. Et confir-
matur ea traditione, quam, poſt Bart.in l.2.§.exercitium.ff.
de iis, qui notan.infam.& alios, quos allegat, ipſe Crauetta
26 præcitato in loco. nu.5. probanit † nempè in pœnalibus ad-
mitti extẽſionem, ne alioqui delictum remaneat impunitum.
27 Nam, vt puniatur † fauor eſt Reipub.& ei maxime vtile, ſicu-
ti ipſemet Bar.docuit in l. quemadmodum.nu.11.C.de agri-
col.& cenſ.lib.11. Cuius doctrina ſic à Crauetta (vt dixi) poſt
alios declaratur. Et eiuſdem opinionis alios plures comme-
morans Neuiz.lib.6.Syluæ nuptia.nu.47.verſ.intellige & ſe-
cundò regulam.& Didac.Couar.lib.1.varia.reſolu.c.11.nu.5.
28 Eſt ergo idem † dicendum, quando ob pœnæ leuitatem deli-
ctum quaſi impunitum remaneret.

FINIS.

D. IACO



# D. IACOBI MENOCHII, IVRISCONSVLTI.

## De Præſumptionibus, Coniecturis, Signis & Indicijs, qui Miſcellaneorum appellatur.

# LIBER SEXTVS.

### PRÆSVMPT. PRIMA.

Rubricas ſeu inſcriptiones titulorum iuris communis, vel ſtatutorum, ſolam præſumptionem & coniecturam facere, non autem perfectè diſponere, ſtatuereque.

### SVMMARIVM.

*1 Rubricæ ſeu titulorum inſcriptiones, vel ſtatutorum coniecturam & præſumptionem tantum faciunt eorum, quæ in ſuppoſito deinde titulo ſcripta ſunt.*

*2 Protocollum notarij ſi contineat rubricam huiuſmodi, Inſtrumentum emptionis & venditionis inter Caium & Sempronium confectum &c. præſumptionem facit fuiſſe celebratum talem contractum, ſed manifeſtè non probat.*

*3 Actus agentium nil vltra eorum mentem & animum operatur.*

*4 Rubricæ conſcribuntur ad denotandum id, quod in contextu habetur: nec plus cẽſetur rubrica diſponere, quàm in textu legitur.*

*5 Teſtator ſi diſpoſuit, ſibi conſtrui debere monumentum ad inſtar alterius, quod nõ reperitur, hæres dicto onere ſolutus cenſetur.*

*6 Referenti nulla ſolet fides adhiberi, cùm de relato non conſtat.*

*7 Ciuitatis decuriones ſi ſtatuerunt, omnes ciues ſoluere debere gabellam, prout ſui maiores ſoluerunt: etſi non conſtet, quomodo maiores illi ſoluerunt, valet tamen ſtatutum, cùm cauſatiuè ſtent illa verba non conditionaliter, prout ſui, &c.*

*8 Rubricæ natura eſt ſpectanda, non accidens.*

*9 Rubricæ quò ad ſe perfectionem habere dicuntur, at nunquam vim legis obtinent.*

*10 Perfectio illa appellatur, cui nil, quod agatur, ſupereſt: &*

*11 Perfectum id dicitur, quod ab alio nil mutuatur.*

*12 Rubricæ qua de cauſa imperfectæ ſint.*

*13 Lex debet eſſe clara & manifeſta, ne captione ſua laqueum pariat.*

*14 Diſpoſitio generalis dicitur obſcura: idem de ſermone generali, & huiuſmodi.*

*15 Rubrica, quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem iure ipſe vtatur, an ſit perfecta. nu.18.*

*16 Rubrica perfecta diſponit, & allegari poteſt ad deciſionẽ cauſarũ.*

*17 Rubrica C. ne fideiuſſ. dot. dentur, licet videatur perfecta, quantum in ſe eſt, non poteſt tamen allegari deciſionem cauſarum: & perfectam quidem non eſſe oſtenditur.*

*19 Rubrica quando ob generalitatẽ verborũ eſt clara, & ſubſequens contextus eſt ambiguus, tunc textus per rubricam declaratur.*

*20 Legis vna pars ſicut aliam declarat, & præcedẽtia ex ſubſequentibus aperiuntur, ita ex rubrica lex ipſa interpretationem poteſt accipere.*

*21 Statuti rubrica ſi generaliter dicit, maritum mortua vxore in matrimonio dotem lucrari debere, ſi textus ſtatuti habet, quòd dotem ab vxore traditam lucretur maritus, habet locum hic tex. etiam in dote promiſſa.*

*22 Statutũ ſi diſponit in rubrica quòd filia dotata non ſuccedat ſtantibus maſculis: tex. verò ſtatuti dicit, quòd nõ ſuccedat in bonis maternis: nunquid d. filia cenſeatur excluſa à bonis paternis.*

CVM in poſtrema hac Commentariorum par
te enarraturus ac explicaturus ſim præſum-
ptiones & coniecturas, quas Miſcellaneas ob
id appellare placuit, quod circa diuerſa & va-
ria verſentur priore loco ſe offert illa, quæ ſu-
mitur a Rubricis titulorum iuris communis, & ſtatutorum.
Qua in re dum explicarem auditoribus meis, quæ ſcitu digna
annotabam ad interpretationem.l.1.ff.de reb.cred.ſi certum
peta.& de condict.inter cætera eos docebam veram ſemper
mihi viſam fuiſſe Decij & Alciati eo loci ſententiam, dum
1 ſcripſerunt, rubricas † ſeu titulorum inſcriptiones coniectu-
ram ad præſumptionem tantùm facere eorum, quæ in ſuppo-
ſito deinde titulo ſcripta ſunt, id quod & Decius ipſe in rub.
extra de conſtit.ad finem docuiſſe videtur. Exemplum adferri
poteſt in rubrica.C.de religio.& ſump.fune.aleæ luſu & alea-
to. Quæ coniecturam olim faciebat, in eo titulo ſancitum
quid fuiſſe de luſu aleæ & aleatoribus ipſis. Et verè de his edi-
ta fuerat conſtitutio, quæ temporum iniuria perierat, hodie
verò reperta extat. Deſideratur & hodie conſtitutio aliqua ad
titulum.C.vt nemini liceat, in empt.ſpecie ſe excuſa.libr.10.
Deeſt & multorum opinione aliqua conſtitutio ad titulum.
C.de ſponſal.arrhis ſponſal.& proſeneriis. (Niſi fidem nouæ
& eruditæ interpretationi Alciati lib.1.diſpunct.iuris cap.22.
habeamus, cùm nil deeſſe ſcripſit) coniecturam faciunt ipſæ
titulorum inſcriptiones. Hinc rectè docuit Bart.in l.admo-
nendi.num.33.verſic.quæro pone.ff.de iureiuran. quod ſi in
2 † defuncti notarij libro, quod protocollum appellant, ſcripta
hæc rubrica legitur, Inſtrumentum emptionis & venditionis
inter Caium & Sempronium cõfectum, &c. præſumptionem
quidem facit, contractum illum inter eos aliquando celebra-
tum fuiſſe, manifeſtè tamen non probat. Bartolo aſſentiuntur
multi à Neuiz.in conſilio 26.numero 44.relati. Verſatur in
eo ſolùm dubitatio, quibus demonſtrari argumentis & ratio-
nibus poſſit, has rubricas & inſcriptiones nil diſponere, vel
probare. Decius ita aliquando eſt & rectè argumentatus.
3 Primò actus † agentium nil vltra eorum mentem & ani-
mum operatur.l.non omnis.ff.ſi certum peta. Atqui rubricæ
4 † conſcriptæ ſunt ad demonſtrandum id, quod in contextu
habetur, ſicuti rectè probat Alciatus in rubr.ff.de reb.cred.ſi
certum peta. Nil ergo plus diſponit rubrica, quàm in textu
legitur. Nec hic dicendum eſt, quod, etſi illa intentione legiſ-
latoris primitiua non diſponit: ſecundaria tamen diſponere
videtur, iuxta declarationem Baldi in l.ſi abſentis.2.oppo.C.
ſi certum peta. quam probat Iaſon in d.l.non omnis.num.2.
ff.de reb.cred.ſi certum peta.& in l.3.in princi.num.28.ff.de
acquiren.poſſeſſ. Nam reſpondetur, de ſecundaria illa inten-
tione non conſtare in caſu aſſertionis Baldi: vel ſi extat, im-
plicita & ſubobſcura ita eſt, vt nil operari hac in re poſſit.
Sicuti paulò infrà dicemus. Secundò argumento ducto à
l.in teſtamento.la 1.ff.de condi.& demonſtratio.vſus eſt, Iuſ-
5 ſerat teſtator ſibi conſtrui † monumentum inſtar illius

P.Septimij ædificatum in via ſalaria,nullum fuit repertũ, hæ-
res eo onere ſolutus fuit:atq; ita illa teſtatoris diſpoſitio cor-
ruit,cum non extaret quod à ſe fuerat indicatum. Ita pariter
rubrica,quæ demonſtrare ſolet ea,quæ in contextu habentur,
nil diſponit,quãdo contextus ipſe deſideratur. Et quamquàm
implicitè ſaltem hic adſit diſponentis voluntas, quæ omninò
deeſt in caſu.d.l.in teſtamento.attamen nil hæc prodeſt,vt ad-
monui & infrà planum faciam. Accedit tertiò (ait Decius)
6 quod † nulla adhiberi ſolet fides referenti,cùm de relato non
conſtat.auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.Ita rubrica,quæ con
textum recenſere videtur,nil diſponit ſi textus ipſe deſidera-
tur.Nec obiiciat quis illius auth.ſi quis in aliquo diſpoſitio-
nem locum non habere,cùm referens diſponendi facultatem
habet, vt explicant Bar.in l.admonendi. nu.7.ff.de iureiuran.
& poſt multos ipſemet Decius in auth.ſi quis in aliquo.num.
40.& ſimile idem Decius.in l.edita.num.86.C.de eden.Nam
reſpondetur illam Bartoli traditionem intelligi, quando is
referens non ſolùm perfectè,ſed & cauſaliter ( vt illi aiunt)
7 refert.cùm enim † ita ciuitatis Decuriones ſtatuerunt, ciues
omnes ſoluere debere gabellam & munera,ſecundum , quod
vel,prout,ſui maiores ſoluerunt.Et ſi non conſtat, quomodo
maiores illi ſoluerint:attamen ſtatuto parendum eſt:cum ver-
ba illa,prout,vel ſecundum quod,non conditionaliter,ſed cau
ſatiuè ſtent,ac ſi dictum fuiſſet:quia ita ſui maiores ſoluerunt.
ita declarat ipſe Decius in d.l.edita.nu.86.C.de eden.& cla-
rius Curtius Iunior in conſi.97.nu.4.qui alios multos eiuſ-
dem ſententiæ commemorat. idem faciunt Ruinus in conſi.
25.numero 11.lib.1.& Gramma.deciſ.59.num.20. Quocir-
cà conſtat Bartoli traditionem huc non pertinere, cùm hic
rubrica ad contextum nos reiiciat.Quartò comprobabam ea
ratione Decij & Alciati traditionem , quòd natura & vis ru-
bricæ eſt demonſtrare quæ in textu leguntur : & ideò index
ab indicando eſt dicta,vt ex Alciato ſupra admonui. Si ergo
rubrica diſponeret id contra ſui naturam operaretur , quod
non eſt dicendum.arg.l.legata inutiliter.ff.de adimen.lega.&
8 natura † ipſa non accidens ſpectanda eſt.l.3.vbi Bart.ff.de te-
ſtib.Quintò huc ſpectat,quòd ij,qui aſſerunt,rubricas has,ſeu
inſcriptiones diſponere,id pro conſtanti ſupponunt, perfe-
9 ctas eſſe rubricas.At ego † facilè admiſerim perfectas quidẽ
eſſe quantum in ſe eſt:ſed vt legis vim obtineant nequaquam.
Nam perfectio cum multis conſideretur modis, vt Baldus in
l.1.num.3.ff.de teſta.docuit,& Iaſon in conſilio.196.colum.
2.in fine.lib.2.reſpondit,tum illa præcipua conſideratur, quæ
in materia & forma eſt,quarum ambæ hic deficiunt. Nam hic
extat legis forma,cùm contextus deſideretur, quo ſeries illa
illeque ordo præſtitutus continuatur.Deficit & materia nem
pè ſcriptura ipſa ipſiúſque contextus diſpoſitio. Perfectio e-
10 nim † illa appellatur, cum nil, quod agatur,ſupereſt.l.pen.in
fine.C.de his,quib.vt indig.ad S.C.Silla.& ſcribit Baldus in
l.contractus.col.2.C.de fide inſtr.Rurſus nulla hic perfectio
his in Rubricis poteſt conſiderari.Perfectum † enim illud eſt,
11 quod ab alio nil mutuatur:ita Baldus in l.vnica.§.his ita.nu.3.
C.de cadu.tollen.& alios recenſet Neuiz.in conſ.72.num.10.
qui clarius quàm faciat Baldus,explicat.Cùm itaque † rubri-
12 cæ ipſæ à contextu interpretationem omnem, omnemque
perfectionem mutuentur nullo pacto perfectæ dici poſſunt.
13 Sextò,& nunc vltimò non mediocriter vrget, quòd lex † eſſe
debet clara & manifeſta,ne captione ſua laqueum pariat.cap.
erit autem lex.4.diſt.& ibi gloſſa in verbo.captione, & pro-
bat tex.l.leges ſacratiſſime.C.de legib.& ibi ſcribentes om-
nes.Atqui rubrica dici non poteſt lex clara : Ergo legis vim
14 non obtinet.Illa minor probatur, cùm diſpoſitio † aliqua ali-
quisuè ſermo generalis eſt,dicitur & obſcurus.l.ita fidei.ff.de
iure fiſci.& ibi gloſſa. & in l.cum ſtichus.ff.de ſolutio.& tra-
dunt Roma.ſing.310.Craue.in conſ.80.n.16.& in conſ.262.
num.2.& Tiraquellus in Tract.de retractu conſang.§.36.in
gloſſa.2.nu.30.Rubricæ autem generalem tantùm diſpoſi-
tionem & ſermonem continent:cùm (vt experientia ipſa do-
cet)textus ipſi declarent,quibus de caſibus,quibus de perſo-
nis rubrica generali ſermone conſcripta intelligi debeat. Si
ergo text.deficit,quis diuinare poteſt, nullam in eo extitiſſe
diſtinctionem?Supponamus deſiderari reſponſa illa omnia,
15 que † ſub titulo.ff.quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, vel
obtinuerit eodem iure ipſe vtatur : quamquidem rubricam
perfectam noſtri ſcribunt:& infra dicemus: dicet ne aliquis
abſolutè & indiſtinctè ſtatuendum obſeruandumque eſſe idẽ
ius in eo,qui ita ſtatuit, vel obtinuit?certè nõ,cum diſtinguẽ
dum ſit,an dolo,vel non id egerit. Quæ diſtinguo à iuriſcon-
ſultis eo in titulo propoſita non adhiberetur,ſi rubricæ gene-
ralitas obſeruanda foret.His rationibus & argumentis conſta
bilita noſtra hac,& prius Decij & Alciati vera ſententia,faci-
lè confutantur receptæ magis opinionis argumenta. Eſt ſanè
16 magis recepta † opinio:rubricam perfectam diſponere, & ob
id allegari poſſe ad cauſarum deciſionem:ſicuti huius opinio-
nis fuerunt multi quos congeſſi in conſ.3.num.15.lib.1. Et il-
lis accedunt Alex.in conſ.190.num.5.lib.2.Euerardus in Cen-
turia legali,in loco à rubro ad nigrum, Bologne.in l.1.nu.11.
ff. ſi certum peta.& alios multos cõmemorauit Maſcardus in
concluſ.1284. Huius inquam receptæ opinionis argumenta
17 facilè confutari ſic poſſunt. Et primò quæ adduci ſolet † rub.
C.ne fideiuſſ.dotium dentur,nil ad rem facit. Nam admiſſo
eam rubricam eſſe perfectam quantum in ſe eſt:nõ tamen in-
de ſequitur allegari poſſe ad cauſarum deciſiones. Erat enim
quod ita argumentantes aliundè probarunt eam rubricam
allegari conſueuiſſe,vel poſſe ad (vt dixi ) cauſarum deciſio-
nes. Quod ab eis factum non videmus.Præterea negare faci-
lè poſſumus rubricam illam eſſe perfectam:cùm l.2.illius ti-
tuli non prohibeat eam fideiuſſionem,quæ à viro volente da
tur,ſicuti interpretati ſunt Baldus Nouellus in Tract.de do-
te.parte ſexta.priuileg.21.& Duarenus in Tracta.ſoluto ma-
trimonio.cap.4.ſunt & alij caſus enumerati à Baldo illo &
prius ab Alex.in l.ſi conſtant. §.quoties.ff.ſol.matr.in quibus
fideiuſſor dotis conſeruandæ reſtituendæque cauſſa datur,
qui ſanè caſus,ſi ſolam ipſam rubricam conſiderate deberet,
non exciperentur. Pari reſponſione diluitur ſecunda argumen
18 tatio,quæ ſumitur † à rubr.ff.quod quiſque iuris in alterum
ſtatuerit,vel obtinuerit eodem iure ipſe vtatur : quæ ſanè ru-
brica aſſeritur perfecta,& aliquando allegata ad cauſarum de-
ciſionem, vt factum videtur à ſummo Pontifice.in cap.cum
omnes.de conſtit. Reſpondetur rubricam illam perfectam
non eſſe,ob diſtinctionem, quam deinde repoſitæ eo loci le-
ges faciunt,manifeſtè ſignificant.Et illa allegatio ſummi Pon
tificis in d.ca. cum omnes, non tantum ſolam ipſam rubri-
cam reſpicit quantum integrum titulum, ad quem nos re-
mittit.
19 Hæc autem Decij.Alciati † & noſtra ſentẽtia concedit at-
que admittit:quod quando rubrica ob generalitatem verbo-
rum clara eſt,contextus verò ſubſequens ambiguus, quod in-
quam tunc textus per rubricam declarabitur,ita ſcribunt glo.
in l.1.& ibi Bart.C.de capita.ciuium conſ.exim.lib.10.& in l.
1.C.ne liceat tertiò prouo.Alciatus in d.l.1.num.8.verſ. cæ-
20 terum.ff.ſi certũ peta.qui ea ratione vſus eſt:quòd ſicut † v-
na pars legis alteram declarat.l.vtrum.ff.de petitio.hæred.&
præcedentia ex ſubſequentibus aperiuntur.l.ſi ſeruus pluriũ.
§.vltim.de leg.primo.ita ex rubrica lex ipſa interpretationem
poteſt accipere.
21 Ex his diſputationibus † ſubinfertur primo quod ſi rubri-
ca ſtatuti generalis eſt,maritum mortua vxore in matrimonio
dotem lucrari debere:Et textus ſtatuti habeat, quod maritus
dotem ab vxore traditam lucretur,an textus ſtatuti intelliga-
tur,vt habeat locum etiam in dote ſolùm promiſſa. Et in do-
te promiſſa habere locum,ob rubricę verba generalia ex ſen-
tentia Baldi ſcripſerunt Corneus in conſ.67.lib.1.Iaſon in l.
1.cum.9.ff.certum peta.& ibidem Decius.nume.6.Purpur.
num.32.& Alciatus.num.7.Rolandus à Valle in Tract.de lu-
cro dotis.q.9.& Cephalus inter conſilia Pauli Leonij in conſ.
4.num.14.credo hanc traditionem veram eſſe,ſed non ea ra-
tione quod generalis rubrica id ſignificet,ſed potius,quia ſta
tutum ipſum tribuens marito lucrum dotis datæ traditæque,
locum habet etiam in dote promiſſa:Ita ſanè ſcripſerunt Bar.
in conſ.132.ſtatuto ciuitatis.nu.3.lib.1.Salicetus in l.ſi con-
ſtante.nu.4.C.de donatio.ante nuptias, qui loquitur quando
ſtatutum dicit,maritum lucrari partem dotis reſtituendæ.Et
ſi Angelus in conſilio 180. in fine.verſiculo poſſumus.in hoc
à Saliceto diſſentit.Guido papæ.in quæſt.565.nume.3.Alex.
conſil.63.colum.vlt.lib.4.Calcaneus in conſil.31.num. 17.





& 29.Campegius in Tract.de dote.parte vlt.quęſt.14.Socin.
Iunior in conſ.35.num.50.lib.1.cui de eadem facti ſpecie re-
ſpondens ſubſcripſit Ruinus in conſ.225.num,4.lib.1.Rolan.
à Valle in Tracta.de lucro dotis.q.5.vbi num.11.refert, eiuſ-
dem opiniouis alios,qui tamen hac de re nõ ſcripſerũt.Hãc
ſecuti ſunt alij relati à Boer.in q.22.num.9. Idem nouè re-
ſponderunt Paulus Leonius doctiſſimus iuriſconſultus Pata-
uinus,& nunc meritiſſimus Epiſcopus Ferrariæ in conſ.3.cui
ſubſcripſerunt in ſubſequentibus reſponſis eruditiſſimi De-
cianus,Cephalus,Pancirolus & Peregrinus, qui ſic interpre-
tati ſunt ſtatutum Patauinum, quo ſancitum eſt, quod mari-
tus pręcedente muliere ſine filiis lucretur dimidiã dotis datæ.
Et hæc quidem eſt æqua & hodie magis recepta ſententia:
Etſi ab ea diſſenſerint Bar.ſibi parum conſtans in l.iubemus.
§.ſanè.num.7.C.de ſacroſanct.Eccl.Baldus in l.vlt.col.2.ver.
ego conſului.C.de dotis promiſſ.& in conſ.333.Quia iſta dos.
lib.4.Angelus in conſ.180.col.1.verſ.ſi igitur. Caſtren.in l.ſi
mariti.§.1.ff.ſoluto matr.in d.l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſ.
Eccleſ.& in l.vlt.C.ad legem Falcidiam.Aretinus in Rub.ff.
ſoluto matr.col.pen.Alex.in l.ſi donaturus.col.vlt.ff.de con-
dit.ob cauſam, Matthes.in notab.73.Iaſon in l.ſi donaturus.
num.14 ff.de condi.ob cauſam.& in rub.ff.ſoluto matr.num.
24.& ibidem Ruinus.num.98.& num.102. & in conſil.197.
num.5.libro 1. qui reſpondit ſuper pacto de dote lucranda.
Idem in conſil.56.num.2.libro 5.Socinus Senior in l.de diui-
ſione.col.2.ff.ſoluto matr.Cagnol.in l.2.nu.20. C.de pactis
inter empto.& vendi.& Oſaſcus in deciſ.21.num.15.verſic.ſe-
cundam verò. Nec mihi ſatis probatur conciliatio illa Oſa-
ſchi in deciſ.21.num.15.verſ.Quid concludendum,cùm dixit,
poſt Iaſonem in rubr.ff.ſoluto matr.nume.23.primam illam
opinionem procedere,quando ſtatutum loquitur ſimpliciter
de lucranda dote:non autem vtitur his verbis : dotem datam,
vel ſimilibus.Secundam verò opinionem locum habere,quã-
do ſtatutum loquitur de dote data.Hæc ſanè conciliatio reci-
pienda non eſt:quia Bart.in d.conſ.132.verè reſpondit ſuper
ſtatuto Euſebij loquente de dote recepta: atque ita de data,
ſic etiam Salicetus,Guido Papæ,Alex. Ita etiam ſuper ſtatu-
to loquente de lucranda dote data reſponderunt Ruinus,So-
cinus Iunior,Leonius, & Decianus, Cephalus, Pancirolus &
Peregrinus,à me commemorati.
22 Infertur etiam ex prædictis ad † ſtatutũ cuius rubrica erat
ita conſcripta : Quod filia dotata non ſuccedat, exiſtentibus
maſculis:Textus verò ſtatuti dicebat : Quod filia dotata non
ſuccedat in bonis maternis,an filia dotata excludatur etiam à
bonis patris?Reſpondit Caſtrenſis in conſilio 83.Prętens ca-
ſus.num.4.verſ.quartum ſtatutum.libro 2.filiam hanc exclu-
di etiam à bonis patris.Et Caſtrenſem ſecuti ſunt Corneus in
conſilio 67.numero 1.libro 1. Socinus Senior in conſil.128.
numero 8.libro 4.Iaſon in conſil.168.colum.vltima.libro 2.
Decius in l.1.columna 3.ff.ſi certum peta.& in conſilio 527.
numero 11.& Brunus in Tract.Quod ſtantibus maſculis,&c.
artic.8.quæſt.20.Hanc traditionem veram eſſe exiſtimo:non
ea ratione,quòd rubrica generalior nigro diſponat : ſed aliis
rationibus,quibus vſi ſunt prædicti Doctores. Et præſertim
cum maior ſit ratio, quod dotata ab ipſo patre excludatur à
bonis patris quàm matris.

## PRÆSVMPT. II.

Præfationes, procœmiáque legum, ſtatutorum & alia-
rum diſpoſitionum præſumptionem & coniectu-
ram facere : & legiſlatorum ac diſponentium vo-
luntatem declarare.

### SVMMARIVM.


1 *Præfationes & procœmia,quibus vſus eſt legiſlator,declarant,con-
iecturamq́; faciunt,quod in lege ipſa is ſanciuerit.*
2 *Legis præfatio ſi eſt generalis, ſic etiam intelligi debet ipſa lex:&
ipſa præfatio præbet intellectum toti legi.*
3 *Statuti procœmium & præfatio coniecturam facit eorum,quæ ſta-
tuentes ipſi voluerunt.*
*Idem dicendũ de præfatione & procœmio reſcripti principis.nu.4.*
*Idem de procœmio priuilegij & bullæ ſummi Pontificis.nu.5.*
*Idem de præfatione decreti principis.nu.6.*
*Idem de præfatione ſententiæ iudicis.nu.7.*
*Idem de præfatione laudi.nu.8.*
*Idem de præfatione inueſtituræ.nu.9.*
*Idem de præfatione contractus.nu.10.*
*Idem de præfatione diſpoſitionis teſtatoris.nu.11.*
12 *Præfatio ſeu procœmium oſtendit cauſam finalem, quæ motus eſt
conficiens actum,diſponénſque ad ita agendum.*
13 *Diſpoſitio etſi ſui natura ſtrictè interpretari debet ob rationem
tamen in præfatione expreſſam largè interpretatur.*
14 *Contractus præfatio non declarat tunc animum contrahentium,
quando longo temporis interuallo ante vel poſt ipſum contra-
ctum eſt adhibita.*
*Idem quando concluſio præfationi derogaret.ibid.nu.15.*
16 *Præfatio ſtatuti non declarat ipſum ſtatutum, quando ipſa præ-
fatio ab ipſo ſtatuto reſtringitur.*
17 *Textus quando repugnat rubricæ, magis attenditur ipſe text.
quàm rubric.*


1 PRoxima eſt præcedenti † præſumptio &
coniectura hæc, quæ ducitur à procœmiis &
præfationibus. Dicimus enim, procœmium, &
præfationem,quibus vſus eſt legiſlator, decla-
rare coniecturamq́ue facere quid in lege ipſa
ſanciuerit.l.cum ij.in prin.ff.de tranſact.& in l.1.ff.ad Maced.
& ibidem Bart.& l.regula.in fin.ff.de iuris & facti igno. quo
2 loci ſcripſit Bar.quod ſi præfatio legis † eſt generalis,ſic etiã
intelligi debet ipſa lex.Et eodem in loco Baldus docuit,legis
præfationem præbere intellectum toti legi. Et idem reſpon-
dit Cur.Iun.in conſ.185.nu.1. & alia ſcripſerunt Purpur.in l.
cum quid.nu.110.verſ.& in præfatione legis.ff.ſi certum pet.
& Rubeus in conſ.147.nu.17.& Ludouicus Molina.lib.1.de
Hiſpano.primogen.cap.5.nu.3.
3 Ita pariter † procœmium & præfatio ſtatuti coniecturam
facit eorum, quæ ſtatuentes ipſi voluerunt:vt tradunt Bart.in
d.l.cum ij.de tranſact.& in d.l.1.ff.ad Macedo.Roma.in conſ.
16.nu.4.& in conſ.38.num.1.Alex.in conſ.19.col.vlt.lib.1.in
conſ.7.col.2.lib.2.& in conſ.68.col.2.lib.3. Barbat.in conſi.
19.col.2.lib.1.& in conſ.21.col.2.lib.2. Cur.Sen.in conſ.39.
Viſis & diligenter.col.2. Decius in conſ.7.col.2.in conſ.10.
nu.2.Brunus in conſ.73.nu.8.Purpu.in d.l.cum quid.nu.110.
verſ.Et in præfatione legis.Gozad.in conſ.1.num.16. & Ru-
beus in conſ.147.num.17.
4 Idem de præfatione & procœmio † reſcripti principis,
reſponderunt Barba.in conſ.30.in 2.dubio.lib.3.Curt.Iun.in
5 conſ.185.nu.2. ſic & procœmium † priuilegij & bullæ Pontifi-
cis max. eius mentem declarat Roma.in conſ.180.Barbat.in
conſ.40.col.17.lib.4.Curt.Iun.in conſ.20.col.pen.verſ.con-
firmatur & tertiò. Purpur.in d.l.cum quid.num.110.verſ.& in
præfatione reſcripti.
6 Idem de † præfatione decreti principis affirmarunt Ale.in
conſ.36.col.1.li.1.Barb.in conſ.2.col.2.li.4.Purpu.qui ſuprà.
7 Idem de † prętatione ſententię iudicis ſcripſerunt Alex.in
conſ.55.col.5.lib.5.Barb.in conſ.9.col.pen.lib.1.Purpur.in d.
l.cum quid.nu.110.ver.Et in præfatione ſententiæ.
8 Idem de præfatione † laudi reſpondit Ale.in conſ.80.col.
1.lib.5.& ſecutus eſt Purpur.præcitato in loco.
9 Idem de † prętatione & procœmio inueſtituræ Ale.in conſ.
120.col.vlti.lib.5. Curtius Sen.in conſ.50.col.6.& 9. Purpur.
qui ſuprà.
10 Idem de præfatione † contractus,vt putà ſocietatis,Barb.
in conſ.14.col.2.lib.4.lib.4.tranſactionis Barba.in conſ.74.
col.2.lib.2.& in aliis, vt multorum auctoritatib.cõprobauit
Purpu.in d.l.cũ quid.n.110.Et accedit Rube.in cõſ.147.n.17.
11 Idẽ de præfatione † & procœmio diſpoſitionis teſtatoris,
probat.l.vlt.ff.de hęre inſti.vbi gl.& Bar.& ſcripſerunt Barb.
in conſ.4.col.5.lib.4.Purpu.in loco præalleg.Rubeus in conſ.
147.nu.17.Zuccardus in l.vlt.nu.330.C.de edi.Diui Adr.tol.
& nunc Lud. Molina Hiſpanus in lib.1.de Hiſpa.primoge.c.
5.nu.1.& 2.qui egregiè ſcripſit,procœmium prętationemq́ue
teſtamenti patris præſumptionem & coniecturam facere, an
is ordinare atq; cõſtituere voluerit primogenituram, vt ſi ita
dixerit teſtator in ipſa præfatione. *Cupiens memoriam meam
conſeruare atque illam perpetuam efficere in omnibus Primogenitis
familiæ meæ.*

12 Et hæc quidem † præſumptio & coniectura ea ratione ful-
citur, quia procemium, & præfatio oſtendit cauſam finalem,
qua motus eſt conficiens actum, diſponénsque ad ita agen-
dum: d.l.vlt.ff.de hæred.inſtit.& ſcripſerunt permulti conge-
ſti à Tiraquello in Tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus
limitatione 1.numero 5. Et illis accedunt Portius Imolen.in
conſilio 125.numero 10.Rolan.in conſilio 49.numero qua-
drageſimotertio lib.primo, & Ludouicus Molina in dict.li-
bro primo de Hiſpano.primogen.cap.5.num.6.

13 Extenditur hæc regula † & præſumptio, vt locum habeat
etiam quando diſpoſitio ſui natura ſtrictè interpretatur. Nam
tunc ob rationem in præfatione expreſſam largè interpreta-
ri debet. Ita Socin.Seni.in conſi.91.colum.1.lib.1.Decius in
conſ.10.num.2.verſ.prima,quia, Gozad.in conſ.1.num.16.&
Craue.in conſ.192.num.21.

14 Declaratur † primo hæc regula & præſumptio, vt locum
non habeat in præfatione contractus ei adhibita longo tem-
poris interuallo ante, vel poſt ipſum contractum. Nam tunc
præfatio illa non declarat voluntatem & mentem contrahen
tium. Ita Bart.in l.cum quid.num.10.verſ.tertiò poteſt.ff.ſi
certum peta.& in l.ſi tibi libertum.ff.de actio.empt.Alex.in
l.pacta nouiſſima.num.5.C.de pactis.& in conſi.122.nume.2.
lib.2.& Felinus in cap.cum M.Ferrarien.num.69.& num.70.
de conſtitut.

Cæterum diſſentit Purpur.in d.l.cum quid.num.110.verſ.
limitatis.ff.ſi cert,peta.adductus auctoritate Angeli in l.ſi
quis cum aliter.colum.1.verſ.ſi tamen verba contractus.de
verb.oblig.qui dixit, ex tractatu etiam longo interuallo ante
declarari verba dubia & ambigua contractus. Sed ſi rectè per-
pendatur, non repugnat hæc Angeli traditio ipſi Bart. Cùm
loquatur Angelus de declaratione verbi dubij & obſcuri: Bar.
verò, an qualitates ipſius actus, de quo in tractatu actum fuit
inter partes cenſeantur repetita in ipſo actu deinde longo in-
teruallo poſt perfecto. Illud tamen hic obſeruandum eſt, de-
clarationem hanc à Purpurato præcitato in loco rei noſtræ
non conuenire: cum nos loquamur de ipſa præfatione & pro-
œmio ſcripto an declaret diſpoſitionem ſequentem. Hæc ve-
rò declaratio loquitur de tractatis, non tamen ſcriptis in actu
ipſo perfecto.

15 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando con-
cluſio præfationi derogaret. Nam tunc præfatio ipſa non de-
clarat diſpoſitionem: ſed concluſioni ſtandum eſt. Ita Pur-
pur.in d.l.cum quid.num.110.in fine.verſ.ſecundò declaretis.
ff.ſi certum peta.qui huius opinionis commemorat Barbat.in
conſ.16.colum.3.verſ.nec obſtat, cum dicitur.lib.1.dum reſ-
16 pondit, præfationem ſtatuti † non declarare ipſum ſtatutum,
quando præfatio ipſa ab ipſo ſtatuto reſtringitur.

17 Ita dicimus, quod † quando textus repugnat rubricæ, ma-
gis attenditur ipſe textus quam rubrica, ſic ſanè ſcripſerunt
poſt alios Iaſon in l.1.numero 5.ff.ſi certum peta.& Euerar-
dus in Centuria legali, in loco, à Rubro ad nigrum.nu.12.

## PRÆSVMPT. III

Actum præparatorium, qui confecit, quādo actum principalem ſicque præparatum confeciſſe, vel de eo diſpoſuiſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Ex Actu præparatorio an & quando præſumatur principalis actus & præparatus.*

2 *Præparatorium id dicitur, quod præcedit actum principalem: acceſſorium, quod ipſum principale ſubſequitur.*

3 *Præparatorium non differt ab acceſſorio quò ad effectum.*

4 *Acceſſorium ſicut ſequitur ſuum principale, ita & ipſum præparatorium cauſa ſui principalis eſt.*

5 *Filius præſumitur voluiſſe inſtituere querelam inofficioſi teſtamenti, ex quo præparatoria fecit ad eam præponendum.*

6 *Iter ad hauriendum aquam qui conceßit, præſumitur etiam cōceßiſſe hauſtum aquæ.*

7 *Præparatoria ad proficiſcendum qui fecit, proficiſci voluiſſe præſumitur.*

8 *Adulterium præſumitur commiſiſſe illam vel committere voluiſſe, quæ reperta eſt in domo, in qua ſolent adulteria committi.*

*Idem præſumitur ex præparatorijs proximis ad committendum adulterium, vt quòd ſolus cum ſola, nudus cum nuda reperti ſint in cubiculo. num.9.*

10 *Ciuitas ſi ſtatuit, certos bannitos eſſe è banno cancellandos, præſumitur voluiſſe ipſos eſſe reſtitutos.*

11 *Præparatorium qui elegit, præſumitur etiam voluiſſe eligere principale.*

12 *Fugitiuus is cenſetur, qui ad fugam ſe præparat.*

13 *Vulnerare vel occidere voluiſſe is præſumitur, qui ſe præparauit ad vulnerandum vel occidendum.*

14 *Præparatorium non dicitur eſſe cauſa principalis, quando factum ipſum principale requirit expreßionem certam & formalem.*

15 *Mandatum qui conceßit ſuper præparatorio, non præſumitur voluiſſe concedere ſuper principali.*

16 *Actum præparatorium qui fecit, an verè diſpoſuiſſe præſumatur de ipſo principali.*

*Quòd ſi præparatorium eſt proximum ſuo principali, dicitur diſpoſuiſſe & de ipſo principali. num.17.*

*Secus ſi præparatorium eſt remotum ab ipſo principali. nu.18.*

19 *Antecedens qui fecit an & quando dicatur feciſſe etiam conſequens.*

1 CONVENIT vt hoc in loco † diſſeramus de
actibus præparatorijs, an ſcilicèt ex eis præ-
ſumantur principales & præparati: qua de re
grauis & magna eſt altercatio inter Docto-
res in rub.C.de eden.& in rub. extra de iudi-
ciis. Quæ dum ego ipſe interpretarer meos beneuolos & ſtu-
dioſo auditores admonebam priuſque docebam præparato-
rium quò ad ſui formam eſſe quid diuerſum ab acceſſorio.
2 Cùm præparatorium ſit † illud, quod præcedit actum princi-
palem, acceſſorium verè quod ipſum principale ſubſequitur,
ſicuti ſcriptum reliquit Angel.in l.nūquam.col.2.verſ.ſubdit
3 Bart.ff.de priua.delictis. Quò † verò ad effectum præparato-
4 rium non differt ab acceſſorio: Nam quemadmodum † acceſ
ſorium diſeruit ſuo principali, & illius cauſa conſideratur, ita
& ipſum præparatorium cauſa ſui principalis eſt: Id quod vi-
ſus eſt ſentire Dec.in d.rub.C.de eden.cum argumentatur ab
acceſſorio ad præparatorium ipſum, vnum pro altero ſumens.
Cùm itaque ambigitur, an præſumatnr quod is qui fecit vel
diſpoſuit de præparatorio, diſpoſuerit, ſeu diſponere velit de
principali? dicendum eſt præſumptionem ſumi tam reſpectu
præteriti quàm futuri temporis. Quæ ſanè ſententia ſatis pro-
batur tex.l.poſthumus.§.vlt.& l.ſeq.ff.de inoff.teſt.quo loci
5 reſpondit Vlpianus, filium preſumi † voluiſſe inſtituere at-
que ita proponere querelam inofficioſi teſtamenti. ex quo pre
paratoria fecit ad eam proponendam. Et idem probat l.pen.
in fine.C.de inoff.teſta.& declarat Bart.in l.gerit nu.19.ff.de
acq.hæred.& in l.cum quidam.num.2.ff.de bono.poſſeſſ. Ita
6 quoq; is, qui † conceſſit iter ad hauriendum aquam, ſicque il-
lud præparatorium hauſtus aquæ præſumitur voluiſſe conce-
dere etiam principale ipſum, nempè hauſtum ipſius aquæ l.3.
7 vlt.ff.de ſeruit.ruſt.præd. Ita pariter † qui preparatoria fecit
ad proficiſcendum ſicuti quando viſitauit amicos fecit impē-
ſam rerum neceſſariarum ſuſcipiendi itineris cauſa preſumi-
tur voluiſſe proficiſci.l.ſi pecuniam.in prin.ff.de cond.cauſa
8 data. Ita etiam † que reperta eſt in domo, in qua adulteria ſo-
lent committi, ſicque preparatorium faciens preſumitur vel
commiſiſſe, vel committere voluiſſe adulterium. Huc etiam
9 facit † tex.in cap.literis.de preſump.vbi ex preparatoriis pro-
ximis ad committendum adulterium, vt quod ſolus cum ſola
nudus cum nuda reperti ſint in cubiculo preſumitur quod
adulterium commiſerint, vel cōmittere voluerint atque ita,
faciens præparatorium preſumitur vel feciſſe, vel facere vo-
10 luiſſe preparatum. Cōfert egregia † doctrina Bart.in l.vlt.nu.
11.C.de ſenten. paſſ.& reſtit.qui Butrigarij auctoritate ſcri-
pſit, quod ſi ciuitas ſtatuit certos bannitos eſſe è banno can-
cellandos, cum cancellatio ſit preparatorium ipſius reſtitutio
nis preſumi voluiſſe, bannitos illos eſſe reſtitutos. Et Barto-
lum ſecutus eſt Barba.in conſ.3.col.2.lib.2. Accedit etiam
quod docuit Bar.in l.vlt.nu.2.C.de codicillis, cùm dixit, quod
11 † ille, qui elegit preparatorium preſumitur etiam voluiſſe eli-
gere



gerē principale. Idem ſcripſit Decius in l.ſi conuenerit.num.
25.ff.de iuriſd.om.iud. Hinc etiam ſcripſerunt Baldus & An-
12 gel.in l.pignoris.C.de pigno.actio.quos is, qui † ſe præparat
ad fugam præſumitur velle fugere: & proptereà à lege iudi-
13 catur fugitiuus, vt comprehendi poſſit. ſimile † tradit Iaſon
in l.vt vim.nu.9.ff.de iuſt.& iure, ex ſententia Baldi in l. leg.
ff.locati, qui ſe præparauit ad vulnerandum, vel occidēdum,
velle vulnerare, vel occidere præſumitur: Et ob id occidi ip-
ſe poteſt, cùm factū id dicatur ad neceſſariā ſui defenſionē.

14 Hæc † autē ſententia, quod ex facto in præparatorio præ-
ſumatur & voluiſſe facere & diſponere de principali, locum
non habeat, quando factum ipſum principale requirit ex-
15 preſſionem certam & formalem (vt ita loquar,) ſicuti † con-
ceſſit mandatum ſuper præparatorio, nō præſumitur voluiſ-
ſe concedere ſuper principali. Ita reſpondit Roma. in
conſil.461. col. 1. & illum ſecuti ſunt Decius in d. rub. C.de
eden.num.3.Felin.in cap.prætereà, col.2.de off.deleg.in cap.
auditis.num.13.de præſcript.

16 Dicebā quoque in † d.rub.C. de eden.quod quādo ambi-
gitur, an ille, qui fecit actum præparatorium, vel ſuper ipſo
præparatorio diſpoſuit, dicatur etiam diſpoſuiſſe verè de ip-
ſo principali; dicebam inquam, eſſe diſtinguendum, vt ſenſit
17 Bart.in l.quiſquis.C.de agr.& cenſ.li.11. Quod aut † præpa-
ratorium eſt proximum ipſi ſuo principali, & tunc dicitur
etiam diſpoſuiſſe de ipſo principali: Id quod probatur in l.3.
§.vlt.ff.de ruſt.præd.in l.clauibus.ff.de contrah. empt.& in l.
ordinarij.C.de rei vend.& in d.l.quiſquis.C.de agr.& cenſi.
18 lib.11. Aut † verò præparatorium eſt remotum à principali.
& tunc diſpoſitum ſuper præparatorio non cenſetur diſpo-
ſitum ſuper principali. Quam ſententiam probat.l. 1.§.ſed ſi
parendi.ff.de cond.cauſa.data, vt eam declarat Bart. in l. ge-
rit.nu.19.ff.de acq.hæred.& in l.Cum quidam.nume. 2. ff.de
bono.poſſ. Idem probat tex.in l.in lege cenſoria. §. vlt. ff. de
verb.ſignif. Hæc traditio comprobatur doctrina Bart. in l.2.
nu.5.ff.de iuriſd. om.iud.& in l.ambitioſa.nu. 22.ff.de decre-
19 tis ab ord.facien.dum declarando, quando † is qui fecit an-
tecedens dicatur feciſſe & conſequens, diſtinguit quòd aut
conſequens eſt proximum ſuo antecedenti: & tunc dicitur
feciſſe & conceſſiſſe ipſum conſequens: aut non eſt proxi-
mum, ſed remotum, & tunc ſecus.

## PRÆSVMPT. IIII.

Actum quemlibet ita præſumi factum vt valeat, diligens & copioſa explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Actus quilibet præſumitur factus vt valeat, non autem vt pereat. Et ſemper præſumitur de validitate actus, donec de eius inualiditate conſtiterit. num. 2.*

3 *Legis præſumptio non ad infirmandum ſed ad confirmandum adaptatur.*

4 *Princeps licèt non præſumatur vti plena & abſoluta poteſtate, præſumitur tamen vti, quando aliter actus non valeret etiam ad tertij præiudicium.*

5 *Prioritas licèt præſumatur ſecundum ordinem literæ, ſecus tamē eſt, quando actus aliàs redderetur nullus.*

6 *Relatio licèt regulariter fieri debeat ad præcedentia, fallit tamē, quando aliàs actus vitiaretur.*

7 *Nomen proprium præferri debere vel appellatiuum licèt magni referat, nulla tamen differentia obſeruatur, quando alioqui actus non poſſet ſuſtineri.*

8 *Verba quando non poſſunt verificari in iure expreßè conſtituto, verificantur in iure differenti, vt actus valeat.*

9 *Siluæ vſus ſi ſit legatus, quia ſub ratione vſus non valet legatum, ſumitur interpretatio, vt præſumatur relictus vſusfructus.*

10 *Teſtator ſi in legato vtitur verbis ſignificantibus potius proprietatem quàm vſumfructum, ſi legatarius eſt incapax proprietatis, præſumitur legaſſe vſumfructum.*

11 *Verba præſentis temporis licèt non trahantur ad futurum, attamen vt actus valeat extenduntur.*

12 *Diſpoſitio teſtatoris præſumitur facta in eo caſu, quo de iure fieri poteſt, vt valeat.*

13 *Actus ſi non poteſt in eſſe produci niſi certo modo & certa forma, ſi ſimpliciter factus reperitur, præſumitur ſub illa forma factus, ne pereat.*

14 *Pro ſentētia cōfirmāte maior eſt præſumptio, quàm pro infirmāte.*

15 *Vſufructuarius ſi vendit vſumfructuum, præſumitur vendere cōmoditatē eius, non autē ipſum vſumfructū, qui vendi nō poteſt.*

16 *Reipublicæ negotia ſi ab vna ex duab.partib.ciuiū ſolent pertractari, ſi tamen ambæ partes pertractarent, negocia præſumuntur tātū ab illa parte tractata, ad quā pertractatio pertinebat.*

17 *Reſcriptum ſi duas cauſas continet, quarum vna eſt vera, altera falſa, præſumitur conceſſum ob cauſam veram.*

*Idem de libello & ſententia. ibid.*

18 *In diſpoſitione aliqua ſi concurrit perſona priuilegiata, cuius fauore actus ſuſtinetur, cum non priuilegiata, prodeſt priuilegiū etiam non priuilegiato, vt actus valeat.*

19 *Mortis appellatione licèt intelligatur de morte naturali; vt tamen actus ſuſtineatur, intelligi debet de morte ciuili.*

20 *Extraneus ſi fuit inſtitutus ſub conditione, ſi ſe illius filium probauerit, intelligi debet de probatione præſumptiua, non autem de vera probatione.*

21 *Sententia ſi dubitatur, an ſit diffinitiua, vel interlocutoria, interpretatur eo modo, quo melius valere poteſt.*

22 *Donatio ſi ambigitur an ſit inter viuos vel cauſa mortis, præſumitur talis, qualis melius ſuſtineri poteſt.*

23 *Pater ſi donat filio benemerito non expreßis ipſis benemeritis, præſumitur donaſſe illorum contemplatione, alioqui non valeret donatio.*

24 *Donatio ſi fiat abſenti, licèt nō valeat vt donatio, valet tamen vt fideicommißum, ne actus pereat, dummodo adſit legitimus numerus teſtium.*

25 *Actus ita interpretari debet, ne fruſtra quis ſibi proſpexiſſe dicatur.*

26 *Arbiter & arbitrator ſi quis ex compromiſſo ſit electus ad diffiniendum controuerſiam, ſi proceſſerit ordine non ſeruato, & laudum ferat, præſumitur pronunciaſſe tanquam arbitrator, ne laudum ſit nullum.*

27 *Iudex ſi habet facultatem cognoſcendi de cauſa ferendiq; ſententiam ex iuriſdictione ordinaria & delegata, præſumitur proceßiſſe ex ea, qua ſententia eius ſuſtineri poteſt.*

28 *Sententia ſi continet vnam cauſam veram, & alteram falſam, præſumitur lata ex cauſa vera, vt ſuſtineatur.*

29 *Maritus ſi confeſſus eſt habuiſſe & recepiſſe dotem, illa verba, habuiſſe & recepiſſe, intelliguntur tempore confecti inſtrumenti, vt confeßio valeat.*

30 *Actus quilibet præſumitur factus vt valeat non autem vt pereat etiam in his, quæ ſtrictam interpretationem admittunt.*

31 *Obligatio generalis licèt non contineat ea, quæ quis in ſpecie non obligaſſet, tunc tamen continentur, quando aliàs ipſa obligatio non valeret.*

32 *Filia ſi cedit iura, quæ habet in bonis, continentur iura dotis, ſi alioqui ipſa ceßio eſſet nulla.*

33 *In pœnalib. ſtricta ſit interpretatio, & odioſa cenſentur.*

34 *Actus præſumitur factus vt valeat, etiam ſi verba impropriarentur, dummodo impropriatio non ſit immodica.*

35 *Impropriatio nimia in teſtimonio teſtis non admittitur.*

36 *Actus præſumitur factus vt valeat etiam in eo caſu, in quo aliàs interpretatio deberet fieri contra eum, qui legem apertius dicere potuit, quia ſumitur contraria interpretatio.*

*Idem quando quis deſtinaſſet vti iure communi, ſecundum quod actus vitiaretur, quia præſumitur quòd valeat actus ſecundū ius ſpeciale. num. 37.*

*Idem quando comprehenderetur maius ipſo expreſſo. num.38.*

39 *Actus non præſumitur validus, quando ei repugnat præſumptio oriens ex natura actus ipſius.*

40 *Precarij natura eſt, quòd poſſeßio transferatur.*

41 *Precario rogans, ſi deinde eandem rem conduxit, non præſumitur id egiſſe, ne ex precario transferatur poſſeßio, quia repugnat naturæ actus.*

42 *Actus adhuc vt valeat, receditur à natura diſpoſitionis.*

43 *Actus validitas nō præſumitur, quando ad conficiendū actū, de cuius validitate ambigitur, deficiunt aliqua requiſita neceſſaria.*

44 *Actus carens neceſſarijs requiſitis nomen actus non meretur, cùm ſuum eſſe & perfectionem non receperit.*

Et idem

*Et idem de eo iudicatur, quod de actu nullo. num. 45.*
46 *Pro actus validitate non præſumitur, quando ſuſtinendo ipſum actum, proprietas ſermonis nimium impropriaretur.*
*Idem quando actus non habet ſuam formam. num. 47.*
48 *Actus in dubio interpretatur vt valeat eo modo quo valere poteſt.*
*Non debet autem interpretari vt valeat omni modo, quia ſemper valeret, quod eſt abſurdum. num. 49.*
50 *Pro Actus validitate non præſumitur, quando aliàs repugnat præſumpta mens diſponentis.*
51 *Stipulatio rem ſuam ſibi dari non valet, vt ſignificet, rem illam debere reſtitui caſu quo amittatur.*
57 *Stipulatio potius annullatur, quam quòd fiat interpretatio cõtra promiſſorem multum illi oneroſa.*
53 *Actus odioſus in dubio non ſuſtinetur, quia in odioſis non præſumitur pro validitate actus.*
54 *Pro actus validitate non præſumitur, quando agitur de impediendo proceſſu litis.*
*Idem quando agitur de præiudicio tertij num. 55.*
*Idem quando actus factus etiam in fraudem legis. num. 56.*
*Idem quando coniecturis appareret eum, qui actum confecit, voluiſſe eligere viam illam, qua actus redditur nullus. numer. 57.*

1 EST admodum potens & † forte cæteris validior hæc præſumptio, qua dicimus, actũ ita præſumi geſtum, vt omnino valeat, non autẽ vt pereat. l. 3. ff. de teſt. mili. l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties. de verb. obl. &c. Abbate ſanè vbi glo. de verb. ſignif. & apertè cenſuit glo. in l. ſi poſt diuiſionem in verbo, non poſſe. C. de iuris & facti igno.
2 quod † præſumitur pro validitate actus, donec de inualiditate conſtiterit. Et idem tradunt Bal. in l. 2. in fin. C. de edicto diui Adria. tollen. & alij, quos cõmemorat Vantius in Tract. de nullitate. in tit. Quid ſit nullitas. nu. 24. Et acce-
3 dit quod legis præſumptio † non ad infirmandũ ſed ad cõfirmãdũ adaptatur: ſicuti docuit Bal. in l. ſi quis filio in prin. de leg. 1. & illum ſecuti ſunt Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 1. ff. de eo, quod certo loco & idem in l. quoties. col. 1. verſ. quartò ad de verb. oblig. & Decius in conſil. 77. num. 2. in fin. & in l. in contrahenda. nume. 5. de reg. iuris. Quo loci. nu. 7. ſubiungit ipſemet Decius, hanc præſumptionem eſſe cæteris firmiorem ac efficaciorem. Id quod ſcripſit idem Decius in conſilio 140. nume. 6. & in conſil. 448. num. 17. in l. poſtquam liti. nume. 13. C. de pactis, & in cap. ſuper eo col. 7. & in c. quoniam Abbas de off. de lega. Et idem affirmarunt Purpu. in l. rogaſti. §. ſi tibi. nume. 38. ff. ſi certum peta. Galliaula in l. coniurio. numer. 145. ff. de vulga. & pup. ſubſt. Alcia. in Tract. de præſumpt. in reg. 3. præſumpt. 34. numer. 1. & Neuiz. libro ſexto. Syluæ nuptia. numer. 47. verſ. item in dubio, quod actus.

4 Hac ex præſumptione † multa inferuntur: illud primum, quod licet princeps non præſumatur vti poteſtate plena & abſoluta; attamen tunc præſumitur vti, quando aliter actus non valeret, etiam ad tertij præiudicium. Ita Alex. & alij in l. quamquam. C. de teſta. mil. Decius in l. ſi donatione. nume. 12. C. de colla. in l. in teſtamento. num. 12. C. de teſta. mili. & in d. l. in contrahenda. nume. 5. ff. de reg. iuris. Galliaula in d. l. Centurio. nume. 143. & Alciat. in d. præſumpt. 34. numero ſecundo, Crauet. in conſil. 52. numero quarto, & in conſilio 278. colum. 4. verſ. ſeptimo, vbi res. Et ſcripſi ſuprà lib. 1. præſumpt. 43. vbi diſſerui de præſumptionibus, quæ verſantur circa reſcripta principum.

5 Hinc quoque fit, quod † licet præſumatur prioritas ſecundum ordinem literæ. l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inſtitut. & dicemus infra in præſump. 7. attamen hæc prioritas non præſumatur, quando aliàs actus redderetur nullus. Ita Baldus, Angelus & Imola in dicto §. hæc verba. Alex. in conſilio 81. numero 7. libr. 3. & in conſil. 112. numero 4. lib. 5. Decius in l. ſi donatione. numer. 12. C. de collat. in l. in teſtamento. num. 13. C. de teſta. milit. in l. in contrahenda. nume. 8. de reg. iuris in cap. quoniam Abbas. num. . . . & in c. prudentiam. in fi. prin. de off. de leg. Marſi. in ſing. 672. Alcia. in Tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 34. numer. 2. Craue. in conſil. 52. numer. 2. & in conſil. 278. colum. 4. verſ. ſeptimò vbi res. & Vantius in Tract. de nullitate. in tit. Quid ſit nullitas. numer. 26. qui aliquot ſimilibus exornat.

6 Huc pertinet † quod licèt regulariter relatio fieri debeat ad præcedentia, non tamen tunc fit, quando aliàs actus vitiaretur. Ita Bart. in l. cum vulgari. ff. de dote præleg. Iaſ. in l. talis ſcriptura in prin. numer. 40. de leg. 1. & in l. quoties. col. 1. verſ. tertiò adde. de verb. oblig. Deci. in l. in teſtamento. numer. 13. C. de teſta. mil. in l. in contrahenda. nu. 10. de reg. iuris, & in conſil. 11. numer. 13. & in conſil. 14. numer. 5. verſ. confirmatur Alcia. in d. præſumpt. 34. numero ſecundo. Socinus Iunior in conſilio 98. numero 41. libr. 1. Craue. in conſil. 70. num. 4. & Vantius in Tract. de nullitate in tit. Quid ſit nullitas. num. 27.

7 Ad rem hanc quoque facit † quod etſi magni refert, an præceſſerit nomen proprium, vel appellatiuum. l. ſi ſeruus communis ita. ff. de ſtipul. ſeruo. Non tamen differentia hæc obſeruatur, quando alioqui actus non poſſet ſuſtineri. Ita Alciat. in d. præſumpt. 34. numero 2. & eo prius Bart. in d. l. ſi ſeruus communis. nume. 2. in fi. Decius in l. in contrahenda. num. 9. de reg. iuris. & in l. ſi donatione. numer. 12. C. de collat. idem Decius in cap. quoniam Abbas. num. 5. & num. 6. de off. de leg. qui ſimilia adfert.

8 Huc etiam ſpectat, quod † quando verba non poſſunt verificari in iure expreſſe conſtituto, verificantur in iure differenti, vt actus valeat. Ita Aretinus in l. quod in rerum. de leg. 1. Iaſon in l. 1. in prin. num. 1. ff. de eo, quod certo loco. & in l. quoties. column. 1. verſicul. ſecundo addo. ff. de verbo. oblig. Decius in conſil. 77. numer. 3. ex l. diuus. ff. de vſu &
9 habit. vbi † relictus erat vſus Syluæ: & quia ſub ratione vſus non valebat legatum, facta eſt interpretatio, vt præ-
10 ſumatur relictus vſus fructus. Eſt ſimile quod † ſi teſtator legando verbis ſignificantibus potius proprietatem quam vſumfructum, ſi legatarius eſt incapax proprietatis, præſumitur legaſſe vſumfructum. Ita Angel. in l. cum ij. §. ſi vni. & ibi Iaſ. num. 5. ff. de tranſact. & Boer. q. 66. num. 4. & dixi ſuprà libr. 4. præſumpt. cùm de legato vſusfructus & proprietatis diſſeruimus. Eſt ſimile quod dicimus de legato Syluæ, vt intelligatur ita legatum, vt aliquid percipi poſſit, atq; ita vt valeat legatum. d. l. Diuus in princ. ff. de vſu & hab. & diximus ſupra lib. 4. præſumpt.

11 Hinc quoque dicere † ſolemus, quod etſi verba præſentis temporis non trahuntur ad futurum: attamen extenduntur, vt actus valeat. Ita Bart. in l. ſolemus. num. 4. ff. de condit. & demonſtr. & in l. cum ſtipulamur. num. 1. de verbor. oblig. & ibidem Iaſon. numer. 1. clarius explicat Ruinus in conſil. 20. numer. 19. lib. 2. & Decius in cap. quoniam Abbas. num. 7. de offic. deleg.

12 Hinc etiam ſcripſit † Iaſon in l. Gallus. §. quidam rectè, in notab. ff. de liberis & poſth. depoſitionem teſtatoris intelligi factam eo in caſu, quo de iure fieri poteſt, vt valeat. ex l. dotis fructus, cum l. ſeq. vbi gloſſ. ff. de iure dotium. & confert. l. 3. ff. de teſt. mil.

13 Hinc pariter dicimus, quod † ſi actus non poteſt in eſſe produci, niſi certo modo & certa forma, & ſimpliciter factus reperitur, præſumitur ſub illa forma factus, ne pereat. Ita Iaſon in d. §. quidam rectè in 30. notab.

14 Huc pertinet quòd † dicimus, maiorem eſſe præſumptionem pro ſententia confirmante quam pro infirmante, vt docuit Baldus in authen. ſi quis litigantium. nu. 3. C. de epiſcop. audien.

15 Hinc etiam fit, quod ſi † vſufructuarius vendit vſumfructum, præſumitur vendere commoditatem vſusfructus, non autem ipſum vſumfructum qui vendi non poteſt: ita reſpondit Socin. Sen. in conſil. 66. col. 3. libr. 3. Idem de vſufructuario cedente vſumfructum, vt intelligatur ceſſiſſe commoditatem vſusfructus, vt reſpondit poſt Bald. & alios Crauet. in conſil. 52. num. 5.

16 Et ad rem hanc pertinet illud, quod docuit † Caccialupus in l. omnes populi. num. 118. ff. de iuſt. & iure, quod ſi in ciuitate duæ adſunt ciuium partes, vna quarum debet Reipub. negotia pertractare: ſi tamen ambæ pertractarent, confecta negotia præſumuntur ab illa tantummodò tractata, ad quam pertractatio pertinebat, vt ſcilicet ipſi actus valeant, ex d. l.



ex d. l. quoties. ff. de reb. dubijs: cum ſupra allegatis.

17 His † accedit, quod ſi in reſcripto duæ ſcriptæ ſunt cauſæ, quarum vna ſit vera, altera falſa, reſcriptum interpretari ſolet, vt cenſeatur conceſſum ob illam cauſam, quæ vera eſt. idẽ in libello & ſentẽtia dicimus. Ita ſanè ſcripſit Ant. Corſetus in ſuis ſingularibus in verbo, libellus, incipit, licèt.

18 Hinc etiam docuit Iaſon † in l. ſi mater. num. 10. C. de inoff. teſta. quod vbi in aliqua diſpoſitione concurrit perſona priuilegiata, cuius fauore actus ſuſtinetur, cum non priuilegiata, priuilegium prodeſt etiam non priuilegiato, vt actus ſuſtineatur.

19 Huc etiam ſpectat, quod † etſi appellatione mortis intelligitur de morte naturali: attamen, vt actus, qui alioqui nullus redderetur, ſuſtineatur, de morte ciuili intelligi debet. Ita Ruinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 8. ff. de liberis & poſthu.

20 Hinc ſcripſit idem Ruinus † in d. §. & quid ſi tantùm. nu. 33. quod ſi extraneus fuit inſtitutus ſub conditione ſi ſe illius filium probauerit, intelligi debet de probatione præſumptiua, iuxta l. non nudis. C. de probat. Non autem de vera probatione, quæ ob id, quod eſt impoſſibilis, l. Lucius. ff. de cond. & demon. diſpoſitionem viciaret. His ſimilia congeſſi ſupra in lib. 4. in præſumpt. 10. vbi diſſerui, quando pro teſtamenti validitate præſumatur.

21 Huc facit quoque, quod † ſi dubitatio eſt, an ſententiã ſit diffinitiua, vel interlocutoria, præſumitur & interpretatur, eſſe vel diffinitiuam, vel interlocutoriam, vt melius valeat. Ita Corneus in conſilio 262. columna. 3. lib. 4. Craue in conſilio 52. numer. 3. verſicul. ſimile videmus. ſimile tradit Ripa in l. 1. in fi. ff. de re iud.

22 Eſt his ſimile, quando † ambigitur, an donatio ſit facta inter viuos, vel cauſa mortis, præſumitur atque interpretatur qualis, vt valere & ſuſtineri poſſit. Ita Corneus in conſilio 259. columna 3. lib. 4. Soc. in l. cum Senatus. num. 8. de reb. dubiis. Decius in l. ſi donatione. nume. 12. C. de collat. Ripa in Tract. de peſte. in tit. de priuilegijs contractuum. nu. 179. & Craue. in d. conſil. 52. num. 4. qui fortius intelligit, etiam ſi verba ſonarent inter viuos, quæ tamen vt inter viuos donatio valere non poteſt: Id quod auctoritate Baldi & aliorum
23 comprobauit. Eſt ſimile, quod ſi pater † donat filio benemerito, non expreſſis ipſis benemeritis, præſumitur donaſſe contemplatione illorum, alioqui donatio non valeret. Ita omnes penè in d. l. ſi donatione. ibi Decius. numer. 11. C. de collat. & ſcripſi ſupra lib. 3. præſump. 29. cùm diſſerui de do-
24 natione facta à patre filio. Ita † dicimus, quod ſi fit donatio abſenti, licèt vt donatio valere non poſſit, valet tamen, vt fideicommiſſum, vt actus ſuſtineatur: ſi modò adſit iuſtus numerus teſtium. quemadmodum reſponderunt Corn. in conſil. 254. lib. 3. & Craue. in conſil. 52. num. 4. in fine.

25 Hinc dicimus ita ſumendam † eſſe interpretationem actus, ne fruſtra quis ſibi proſpexiſſe dicatur. l. vltim. vbi Iaſon. ff. ſi certum peta. Soc. Iun. in conſil. 94. nume. 21. lib. 3. poſt Iaſonem in conſil. 84. lib. 3.

26 Hinc etiam dicimus, quod † ſi quis ex compromiſſo electus eſt arbiter & arbitrator ad diffiniendum controuerſiã: & proceſſerit: ordine non ſeruato; & laudum deinde tulerit: cenſebitur pronuntiaſſe tamquam arbitrator, ne aliàs laudũ ſit nullum. Ita ex ſententia Baldi in l. 3. ff. de teſta. milit. Felini in cap. cum ordinem. de reſcrip. & in cap. cum ex officij. num. 32. de præſcrip. ſcripſit Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 35. numer. 2. qui idem eſſe dixit, quando in procedendo ordo fuiſſet ſeruatus: ſed non in iudicando. Nã adhuc (ait Alciatus) præſumitur, tanquam arbitratorem pronuntiaſſe. Hac de re aliqua ſcripſi ſupra libro ſecundo præſumption. 77.

27 Eſt etiam ſimile, quod ſi † iudex habet facultatẽ cognoſcendi de cauſa, ferendique ſententiam ex iuriſdictione ordinaria & delegata, præſumitur proceſſiſſe ſecundum illam, qua ſententia ſuſtineri poteſt. Ita Abbas in d. cap. cum ex officij. & ibidem Felinus. num. 22. & nume. 32. de præſcrip. & Alciatus in d. præſumpt. 35. num. 3. verſ. ſecundo adde. Qua de re ſcripſi ſupra lib. 2. præſumpt. 17.

28 Hinc etiam † dicimus, quod ſi in ſententia exprimitur vna cauſa vera, & altera falſa, præſumitur lata ex vera, vt valeat. Ita Inno. in capitul. in præſentia. de renunt. & alij congeſti ab Alciato in d. præſumpt. 35. numero 5. verſic. 4. adde.

29 Huc quoque facit, quod † ſi maritus confeſſus eſt, habuiſſe & recepiſſe dotem, illa verba, habuiſſe & recepiſſe, intelliguntur tempore confecti inſtrumenti, vt confeſſio facta ad fauorem patris valeat. Ita Bart. in l. poſt dotem. q. 1. ff. ſol. matr. & Alciatus in d. præſumpt. 35. nume. 7. & ſcripſi ſupra lib. 3. præſumpt. 18.

30 Extenditur primò, vt † etiam procedat hæc præſumptio in his, quæ ſtrictam tantùm interpretationem admittunt: ſicuti in contractibus, diximus ſuprà, verba præſentis temporis trahi ad futurum, in ſtipulationibus, vt illæ valeant, Ita Bartol. & alij in l. cum ſtipulamur. ff. de verbor. oblig.

31 Ita etiam dicimus, quod † licet in generali obligatione non veniant ea, quæ quis in ſpecie non obligaſſet: attamen tunc continentur, quando aliàs ipſa obligatio non valeret, ſicuti docuit Bartol. in l. liberti. column. pen. C. de operis
32 liberto. Cùm dixit, quod ſi filia † cedit iura, quæ habet in bonis, continentur iura dotis, ſi alioqui ipſa ceſſio eſſet nulla, & idem ſcriptum reliquit Petraſancta in ſing. 35. Dictum eſt. Idem quoque diximus ſupra eſſe in donationibus, quæ tamen ſua natura ſtrictæ interpretationis ſunt. Idem diximus ſuprà in ſententia, quæ ſtrictam admodum recipit interpretationem, vt poſt alios ſcripſit Decius in l. ius noſtrum. numer. 11. ff. de reg. iuris. Idem eſt in renuntiatione iuris proprij, vt docuit Dec. in l. ſi donatione. num. 22. & 23. C. de collat. cum tamen renuntiatio ſtrictam admodum recipiat interpretationem, vt ſcripſit idem Decius in l. poſtquam liti. num. 15. C. de pactis.

33 Idem in pœnalibus † quæ odioſa & ſtrictæ ſunt interpretationis. Ita Soc. in l. cum Senatus. num. 5. ff. de reb. dubiis, & Craue. in conſil. 278. col. 4. verſi. ſeptimò res iſta.

34 Extenditur ſecundò, † hæc præſumptio, vt locum habeat etiam impropriando verba. Ita cenſuerunt Angel. in l. ſi tam auguſti. ff. de ſeruit. & in l. ſi cum ante. C. de donat. ante nupt. Iaſon in l. ſtipulatio iſta habere in prin. num. 3. verſic. confirmatur ſecundò, & l. quoties. in ſtipulationibus. numer. 2. de verb. oblig. Decius in l. in contrahenda. nume. 5. de reg. iuris Crau. in conſi. 52. nu. 6. & in conſi. 278. col. 4. verſ. 7. vbi alios plures ſtatim enumerabo. Hæc autem traditio & extenſio procedit modò impropriatio illa nõ ſit immodica. Ita ſcripſerunt Aretinus in l. à Titio. & Iaſon in l. quoties. num. 5. ff. de verb. oblig. & Alciatus in Tract. de præſump. reg. 3. præſump. 34. nu. 5. & in l. 1. §. ſi quis ita. num. 12. de verb. oblig. & ad rem
35 noſtram Decius in d. l. in contrahenda. nu. 11. Et ſimile † tradit poſt alios Felinus in cap. cum tu. num. 13. verſic. 3. nota. de teſtib. cùm dixit, nimiam impropriationem in teſtimonio teſtis non admitti.

Et hæc poſtrema doctrina intelligitur, niſi cum magna illa impropriatione concurrat, pro ipſa actus validitate, volũtas deponentis. Ita Comens. in l. cum filio, ex illo textu. de leg. 3. quem ſecutus eſt Alciatus in d. præſump. 34. num. 4. & numer. 5. verſic. poſſet tamen: & alia ſcripſi ſupra in lib. 4. in præſumpt. 10. vbi diſſerui; quando præſumatur pro validitate teſtamenti.

36 Extenditur tertiò, vt † locum habeat hæc præſumptio etiam eo in caſu, in quo aliàs interpretatio deberet fieri contra eum, qui legem apertius dicere potuit; iuxta l. veteribus. ff. de pactis. Nam & tunc, vt actus valeat, ſumitur contraria interpretatio. Ita cenſuit glo in d. l. veteribus. quam ibi cæteri ſunt ſecuti, & Iaſon in l. ſtipulatio iſta habere. in prin. columna prima verſic. confirmatur, quia de verb. oblig.

37 Extenditur quartò, vt procedat † etiam quando quis deſtinaſſet vti iure communi; ſecundum quod ipſe actus diſpoſitio non valeret: ſed valeret ſecundum ius ſpeciale, & priuilegiatum. Nam adhuc ſumitur præſumptio & interpretatio, quod valeat actus ſecundum ipſum ius ſpeciale. Ita probat. leg. tertia ff. de milit. teſtam. qua adductus ſic in ſpecie ſcripſit Alcia de præſumptio. regul. tertia præſumpt. 36. numero ſextò, & alios retuli ſupra libro quartò in præſumpt. vbi de præſumenda validitate teſtamenti diſſerui.

38 Extenditur † quarto, vt locum habeat etiam quando

comprehenderetur maius ius ipſo expreſſo, vt in caſu. l. Diuus. in prin. ff. de vſu & hab. & reſpondit Deci. in conſ. 77. numero 7. & dixi ſupra lib. 4. in præſumpt. vbi declaraui dictam l. Diuus.

39 Declaratur † primò hæc præſumptio, vt non procedat, quando ei repugnat alia præſumptio oriens ex natura actus. Nam illa præualet huic præſumptioni. Ita declarat Alcia. in d. reg. 3. præſump. 34. nu. 3. & ſenſit Dec. in l. in contrahenda. num. 17. de reg. iuris, & l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſeſſ. Eſt
40 enim † natura precarij, quod poſſeſſio transferatur. l. certè.
41 §. 1. ff. de precario. ſi quis ergo precario † rogauerit, & deinde eandem rem conduxerit: non præſumitur id egiſſe, ne ex precario transferatur poſſeſſio: cùm id naturæ actus repugnet. d. l. ſi quis ante. Hinc Corneus in conſil. 202. nu. 6. lib. 4. reſpondit. hanc præſumptionem quod actus valeat non præualere illi, quæ à natura diſpoſitionis ſumitur, ſicuti quando quis inſtituit hæredem in ſua diſpoſitione, quã appellat codicillos, & ſolum quinque teſtes adhibet. Qua de re diximus ſupra lib. 4. præſum. 1. & in præſump. 10. vbi egimus de præſumenda validitate teſtamenti.

Cæterùm idem Decius in l. poſtquam liti. nume. C. de pa-
42 ctis. docuit, quod † ad hoc vt actus valeat, receditur à natura diſpoſitionis. Id quod ait affirmaſſe Are. in l. huiuſmodi in fi. de verbo. oblig. adductus tex. l. qui concubinam. §. qui hortos. de leg. 3.

Quod verò ſcripſit Iaſ. in d. ſi quis ante. num. 8. & in l. quoties in ſtipulationibus. num. 4. de verb. oblig. legem illam loqui de duobus actibus, qui ambo ita interpretari non poſſunt, vt valeant, à Decio in d l. in contrahenda. num. 17. & ab Alciato in d. præſum. 34. num. 3. reprehenditur.

43 Declaratur † ſecundò, vt non procedat hæc præſumptio, quando ad conficiendum actum, de cuius validitate ambigitur, deficiunt aliqua requiſita neceſſaria. Ita in ſpecie declarat Alcia. in d. præſump. 34. num. 3. verſ. ſecundò contra, & eo prius Decius in d. l. in contrahenda. nume. 15. de reg. iuris poſt Imolam in l. à Titio. col. pen. de verb. oblig. ex l. 2. §. circa ff. de doli mali & metus except. Et ratio eſt manifeſta (ait Deci.) quia actu valere non poteſt, non concurrentibus requiſitis neceſſarijs. Et propterea non ſumus in dubio, prout regula huius præſumptionis loquitur, ſed in caſu claro, in
44 quo conſtat actum non valere. Dicere † poſſumus apertius, actum illum, in quo neceſſaria requiſita deficiunt, non mereri nomen actus: cum ſuum eſſe & perfectionem non receperit. Id quod probat. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. qua
45 †, dicimus, quod actus nullus non meretur nomen actus, quod omnes ibi affirmant, & copioſè Tiraq. in Tract. de retractu conſang. §. 1. glo. 2. num. 5. 6. & 7. Et hanc ipſam declarationem probaui etiam ſupra in lib. 4. in præſumpt. 10. vbi egi de validitate teſtamenti præſumenda.

46 Declaratur tertiò, vt † locum non habeat hæc præſumptio, quando ſuſtinendo actum, proprietas ſermonis nimis impropriaretur: vt declaraui ſupra in fine tertiæ extenſionis & in ſpecie tradit Iaſ. in d. l. quoties in ſtipulationibus. nu. 5. de verb. oblig.

Declaratur quartò, † vt non procedat quando actus non
47 habet ſuam formam. Nam tunc non interpretatur, vt valeat.
48 Interpretatio quidem fit, vt in † dubio actus valeat eo modo quo valere poteſt: cum de illo non cenſeatur cogitatum. Ita declarant in ſpecie Deci. in d. l. in contrahenda. num. 13. verſ. 2. regula. ff. de reg. iuris & Alcia. in d. præſumpt. 34. nu. 6. ex l. non codicillum. C. de teſta. vbi etiam Corn. in 3. notab. & ſcripſi ſupra lib. 4. præſump. 8. dum explanaui. d. l. non codicillum. Et hoc illud eſt quod etiam dicere voluit Iaſon in l.
49 Planè. §. ſi duobus. nu. 7. de leg. 1. cùm dixit, † quod actus non debet ita interpretari, vt valeat omni modo: quia alioqui ſemper valeret: ſicque contra eius formam. Idem repetit ipſe Iaſ. in l. quoties in ſtipulationib. num. 4. verſ. 3. limit. de verb. oblig. & illum ſecutus eſt Parri. in conſ. 110. num. 58. lib. 1.

Declaratur quintò, vt † non procedat hæc præſumptio, quando repugnat præſumpta mens diſponentis: quæ omninò offenderetur, ſi ſumeretur interpretatio validitatis actus. Ita declarant Caſtr. & Alex. in l. verbis ciuilibus. ex illo textu. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibidem Iaſ. num. 7. Idem Iaſ. in d. l. quoties in ſtipulationibus. colum. 2. verſ. & per illum tex. de verb. oblig. Deci. in l. in contrahenda. in fi. de reg. iuris, & Alcia. in d. præſum. 34. nume. 6.

Et ſcribit Alcia. declarationem hanc melius probari in l. ſi quis à filio. in prin. de leg. 1. & in l. nemo rem. ff. de ver-
51 borũ oblig. vbi ſtipulatio † rem ſuam ſibi dari non valet, nec ſuſtinetur, vt ſignificet, rem illam reſtitui, caſu quo amittatur. Eſt ratio, quia veriſimile non eſt partes conſideraſſe hunc caſum.

Huc facit doctrina Fulgoſij in l. 3. §. ſi quis inſulam. vbi etiam Iaſ. in tertiò notab. ff. de eo, quod certo loco, cùm di-
52 xerunt, quod potius ſtipulatio † annullatur, quàm quod fiat interpretatio contra promiſſorem, multum illi oneroſa. Et ratio eſt, (inquit Alcia. in d. præſum. 34. nu. 6.) quia veriſimile non eſt; hoc fuiſſe inter partes cogitatum. Et Fulgoſij traditionem in ſpecie probarunt Iaſ. in l. quoties in ſtipulationibus. num. 3. de verb. oblig. Dec. in d. l. in contrahenda. nu. 16. de reg. iuris, & Pariſ. in conſi. 110. num. 57. lib. 1. Et hæc declaratio comprobari poteſt ex his, quæ ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 4. in præſum. 10. vbi egi de præſumenda validitate teſtamenti.

53 Declaratur † ſextò, vt non procedat hæc præſumptio in odioſis. Nam tunc in dubio non ſumitur interpretatio, vt actus odioſus ſuſtineatur. Ita declarat Alcia. in d. reg. 3. præſum. 34. in fi. ex ſententia Aretini in l. continuus. §. cum quis col. 3. de verborum oblig. ex illo textu. Et, præter Alciatum, hanc declarationem apertius probauit idem Areti. in l. 2. in 2. notab. ff. de liberis & poſth. cùm dixit, quod interpretatio eſt fauorabilis, cum excludit odium etiam cum annullatione actus. Quam traditionem probarunt ibidem Imola, Alex. & Iaſ. in fi. Eandem declarationem probarunt Ferdin. Loazes in repe. l. filiusfa. §. diui. num. 13. de leg. 1. Rui. in l. 4. §. Cato, in prima lectura. num. 91. de verborum obliga. & Neuiz. lib. 6. Syluæ nuptia. numer. 47. verſ. item in dubio, quod actus: qui quidem manifeſtè ſcripſerunt, quod interpretatio, qua odiũ excluditur, præfertur illi, quæ facit valere actum. Nec huic opinioni repugnat auctoritas Crauettæ in conſ. 52. num. 6. verſ. alibi ſcribit idem Abbas, & in conſil. 278. col. 4. verſ. 7. vbi res. in fi. cùm dixit, quod improprientur verba etiam in odioſis, ne actus corruat, & idem in pœnalibus. Id quod ait affirmaſſe Abba. in conſil. 86. col. 2. lib. 2. & Soc. in l. cum ſenatus. nu. 5. ff. de reb. dubijs. Non inquam obſtat hæc auctoritas, quando quidem Abbas meo in codice nil hac de re ſcripſit. Socinus verò in d. l. cum ſenatus, Loquitur in caſu doctrinæ Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. de ijs, qui notan. infam. qui ſane caſus fauorabilis eſt, ſicuti ex ſententia eiuſdem Crauettæ & aliorum quamplurium ſcripſi ſuperiore libro in præſum. vltim. Alia ad huius declarationis confirmationem ſcripſi ſupra lib. 4. præſum. 10. vbi explicaui, quando præſumatur teſtamenti validitas.

54 Declaratur ſeptimò, vt † locum non habeat hæc præſumptio, cùm agitur de impediendo proceſſu litis. Nam tunc ſumitur interpretatio in deteriorem partem. Ita Bal. in l. 1. num. 6. C. de ijs, qui accuſ. non poſſ. quem ſecutus eſt Cur. Iun. in l. pen. numero 44. C. de pactis, poſt Curtium Seniorem ibidem.

55 Declaratur octauo, vt † non procedat quando agitur de damno & præiudicio tertij, ſi modò notabile eſt præiudiciũ. Ita Decius in cap. ſuper eo columna ſecunda. verſ. aliàs ſecus. de off. delega.

56 Declaratur nonò, vt non † procedat hæc præſumptio, quando actus factus eſt in fraudem legis. Nam tunc non ſumitur præſumptio & interpretatio pro validitate actus. Ita declarat Alcia. in reſp. 269. nume. 2. adductus tex. l. qui teſtamentum. ff. de proba. vbi per hanc præſumptionem, quod actus ſit in fraudem legis factus, eliditur aſſertio teſtatoris confitẽtis debitũ. Qua de re ſcripſi ſupra lib. 4. in præſum. 10.

Et ſimile eſt (ait Alcia.) quod legitur in l. ſi res æſtimata. in prin. ff. de iure dotium, quo loci notat etiam Alber. vbi ad finem quod contractus continens donationem inter virum & vxorem annulletur, & lex præſumit æſtimationem factam ante matrimonium, eſſe collatam in tempus matrimonij. Qua de præſumptione egimus ſupra libr. 3. præſum. vbi explicauimus, quando præſumantur res datæ in dotem eſſe pro æſtimato datæ. Et præterea Alcia. ipſe ſuo illo in caſu reſpondit,



reſpondit, quod potius ſumitur præſumptio, teſtatorem ſenſiſſe de filio ſpurio, ad annullandum teſtamentum, ex quo ad fraudandum legem is teſtator ita diſpoſuerat.

57 Declaratur decimò, vt † non procedat hæc præſumptio, quando aliqua coniectura demonſtraret, eum, qui actum confecit voluiſſe eligere viam illam, qua ipſe actus nullus redditur: ſicuti euenit, quando quis potuit comparere & in iudicio eſſe tanquam coniuncta perſona, & tamen exhibuit mandatum tanquam procurator conſtitutus, præſumitur elegiſſe viam illam, vt eſſet in iudicio tanquam procurator, etiam ſi iudicium deinde redditur nullum. Ita docuit Iaſ. in l. exigendi. col. 3. verſ. 6. fallit. C. de procurato. Confert quod reſpondit Crauet. in conſil. 284. col. 3. verſ. dummodo, poſt Caſtr. in conſ. 84. & in conſil. 93. lib. 1. quod is, qui ſe reſtringit ad certam cauſam, præſumitur eam elegiſſe, & ſi actus corruit.

## PRÆSVMPT. V.

Actum ita geſtum præſumi, vt valeat omni meliori efficaciori potentiorique modo, breuis & clara explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Actus præſumitur factus, vt valeat omni meliori & efficaciori modo.*
2 *Arbiter & arbitrator ex compromiſſo electus præſumitur pronunciaſſe vt arbiter, ad hoc vt laudum ſit magis efficax.*
3 *Beneficium præſumitur collatum ex eo meliori modo, quo poteſt valere conceſſio.*
4 *Poſſidens ex duplici iure præſumitur poſſidere ex titulo magis efficaci.*
5 *Actus non præſumitur factus vt valeat omni meliori & efficaciori modo, quando coniecturis apparet de voluntate diſponentis, quòd ſcilicet eligere voluerit viam deteriorem.*

SVPERIORI præſumptioni ſatis proximè accedit hęc, qua dicimus, quod is, qui actũ † fe-
1 cit, præſumitur voluiſſe omni meliori ac efficaciori modo facere. Ita Bald. in c. quia veriſimile, de præſumpt. & in c. 1. de controuerſ. inter mal. & fœminam. arg. l. domus. ff. de contrah. empt. ſecuti ſunt Calcane. in conſ. 11. col. 3. & Crauet. in conſ. 318. nu. 4. & idem affirmarunt alij plures, quos infra cõmemorabo, & præſertim Alex. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus. col. 2. in fi. de leg. 1. qui dixit, in dubio quem præſumi facere actum eo modo, quo efficacius poteſt. Et hæc præſumptio differt à præcedenti. Nam illa præcedens eſt, quando actus vno modo interpretatus valet: altero verò modo non valet, & dicimus ſumi interpretationem, vt factus cenſeatur eo modo, vt valeat. Hęc verò præſumptio eſt, quando actus vtroque modo valet ſed vnus modus eſt altero efficacior & potentior, dicimus, nunc præſumi efficaciori modo factus. Hinc dicimus, quod
2 † ſi quis ex compromiſſo electus eſt arbiter & arbitrator, & ſuo in laudo ita dixit & pronuntiauit. Nos arbiter & arbitrator, &c. præſumitur pronuntiaſſe, vt arbiter, & hoc quidem, vt laudum ſuum ſit magis efficax. Qua de re ſcripſi ſupra libr. 2. præſumpt. 77. Huc facit, quod poſt Bald. reſpondit Crauet. in conſ. 284. nu. 5. verſ. quinto reſpondeo, & in conſ. 322. col. 4.
3 in prin. cùm dixit, ex multis modis † conferendi beneficium, nempè collationis, electionis, inſtitutionis commendationis, præſumitur à conferente electus is modus, quo melius valeat
4 ſua conceſſio. Huc pertinet † quod reſpondit Alex. in conſ. 8. col. 4. verſ. nec etiam, probatur. lib. 3. cùm dixit, quod is, qui ex duplici iure poſſidere potuit, præſumitur poſſediſſe ex titulo magis efficaci. Quam traditionem probauit & Craue. in d. conſ. 322. num. 3. verſ. rurſus non obſtat.

Eſt ſimile quod tradit Craue. in conſil. 318. nu. 4. præſumptionem ſumi confectum fuiſſe actum magis operantem, & ob id vſum iuriſdictionis alternis annis factum inter vaſallos fuiſſe ad inducendum diuiſionem omnimodam: non autem per modum (vt dici ſolet) prouiſionis.

5 Declaratur, vt locum † non habeat hæc præſumptio, quando alijs coniecturis appareret de voluntate diſponẽtis, quod ſcilicet eligere voluerit viam illam, quæ deterior erat. Ita ſenſit Felinus in cap. cum ex officij. col. 13. verſ. limita primò. de præſcript. cùm dixit, præſumi iudicem elegiſſe viam illam, vt de cauſa iudicaret vel vt ordinarius, vel vt delegatus, ſicuti acta ſignificant & demonſtrant.

## PRÆSVMPT. VI.

Actus, qui & iure commmuni & iure ſpeciali potuit confici, quo iure geſtus & celebratus præſumatur, diligens explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Actus, qui & iure communi & iure ſpeciali confici potuit, quo iure confectus præſumatur.*
2 *Miles poteſt & iure communi & iure militari teſtari.*
3 *Princeps poteſt aliqua concedere ac reſcribere de iure communi, & etiam de iure ſpeciali.*
4 *Actus ſi non poteſt valere & ſuſtineri iure communi, præſumitur geſtus de iure ſpeciali.*
*Miles ſi ante perfectum teſtamentum deceſſit, quia teſtamentum illud iure communi inſpecto, ſuſtineri non poteſt, præſumitur quod iure militari teſtari voluerit. ibid.*
5 *Reſcriptum principis ſi ſolum iure ſpeciali inſpecto valet, præſumitur eo iure conceſſum.*
6 *Actus quando poteſt ſuſtineri tam de iure communi, quàm ſpeciali, præſumitur confectus de iure ſpeciali.*
7 *Renuncians priuilegio ſui fori cenſetur etiam renunciaſſe iuri communi, vt verba aliquid operentur.*
8 *Promittens ſoluere in certo loco, licet renunciauerit priuilegio ſui fori, conueniri tamen ibi poteſt, & ſi ibi non reperiatur.*
9 *Priuilegio præſumitur quis facilius renũciare, quàm iuri cõmuni.*
10 *Actus quando poteſt valere tam de iure communi, quàm ſpeciali, vtilius tamen eſt ipſi agenti, vt iure ſpeciali valeat, præſumitur agentem vti voluiſſe iure ſpeciali.*
*Si autem non extat differentia aliqua vel minoris vtilitatis vel æquitatis, quòd vno vel altero modo valeat, præſumitur confectus ipſe actus vel de iure commun, vel ſpeciali, vt magis ſignificant ipſa verba. nu. 11.*
*Et quod ſi non poteſt colligi, quo iure conficiens actum vti voluerit. num. 12.*
13 *Specialia plura ſimul concurrere non poſſunt.*
14 *Actus quando poteſt valere tam de iure communi, quàm ſpeciali & pares ſunt termini vt valeat ſimul vtroque iure, conficiens actum præſumitur vti voluiſſe vtroque iure.*
*Et quid ſi nulla eſt differentia quod valeat potius iure communi quàm ſpeciali. num. 15.*

1 DISSERENDVM eſt hoc in † loco ſatis opportuno, quo iure vſus præſumatur ille, qui actum & iure communi & iure ſpeciali conficere potuit, ſicuti dicimus in milite, qui poteſt
2 & iure † communi, & iure militari ſicque ſpe-
3 ciali teſtari: quemadmodum † & princeps, qui poteſt aliquid concedere ac reſcribere de iure communi, & etiam de iure ſpeciali. Hac de re eruditè ac copioſè plura conſcripſit Alcia. in Tracta. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 36. Nos recentiores, quos commemorabimus, ſicuti in multis per diſtinctiones hanc tractationem ſic explicabimus. Diſtinguimus itaque aliquot caſus.
4 Primus eſt caſus, quando † actus non poteſt valere atque ita ſuſtineri iure communi. Nam tunc præſumitur confectus de iure ſpeciali & priuilegiato: ſicuti ſi miles ante perfectum teſtamentum deceſſit, quia teſtamentum illud iure communi inſpecto ſuſtineri non poteſt, præſumitur, quod iure militari ſicq; priuilegiato teſtari voluerit. l. 3. ff. de milit. teſta. id quod copioſè explanaui ſuprà in præſumptione 4. Hunc caſum ita in ſpecie probarunt Alciat. in d. præſumpt. 36. num. 6. verſic. 4. limitatur, qui & exemplum adfert in reſcripto principis:
5 quod † quidem ſi ſolùm iure ſpeciali inſpecto valet, præſumitur eo iure conceſſum: vt docuit Alex. in l. quamquam. C. de teſta. mili. & alia plura adfert Alciatus, quę nos ſuperiore præ-

ſumptione in prima extenſione retulimus. Et idem affirmarūt
Galliaula in l.Cen.nu.143.ff. de vulg.& pupil.ſubſtit. Paulus
Leonius in Tract.de ſubſtit.in tit.de compendioſa.num.228.
& Sfortia Oddo in Tract.compendioſæ ſubſtit.in 5. partic.in
quinto præmiſſo.verſ.primus eſt, &c.qui quidem extendunt
procedere etiā, quando actum conficiens deſtinaſſet vti iure
communi. Qua de re ſcripſi ſuprà præſumpt. 4. in quarta ex-
tenſione:& ibidem alia adiunxi,quæ huc pertinent.
6 Secundus eſt caſus, quando † actus poteſt valere & ſuſti-
neri tam de iure communi quàm ſpeciali:cum nec vnum nec
aliud ius ipſi actui repugnet, ſed tamen actus iure communi
inſpecto nihil operaretur. Hoc in caſu præſumitur actus con-
fectus iure ſpeciali. Ita ſcriptum reliquit Alciat. in d. præ-
ſumpt.36.num.8.arg.l. ſi quando.in princ.de leg.1. & glo.in
l.1.ff.ſi quis in ius vocan.non ierit. Et ex ea gloſſa docuit De-
7 cius in cap.1.numer.25.de iudiciis,quod † renuntians priui-
legio ſui fori,intelligitur etiam renuntiaſſe iuri communi, vt
8 verba aliquid operentur. Hinc † ſi aliquis promiſit ſoluere
certo in loco,& ſimilem renuntiationem fecit, conueniri ibi
poterit,& ſi ibi non reperitur. Ita ſcribunt omnes in l.ſi con-
uenerit.ff. de iuriſd.omn.iudic.ibi Iaſ.numero 15. & Decius.
numero 20. & in l. pen.C.de pactis & idem ſenſerunt Bart.in
l. Titium.§.tutores.ff. de adminiſtr.tuto.& Aret.in conſil.10.
num.3.
9 Et rationem adiungit † Alciatus præcitato in loco, quia
præſumitur quis facilius renuntiare priuilegio quàm iuri
communi,l.miles.§.ſexaginta.ff.de adulter.glo.in l.2.in ver-
bo,conſenſu de iudiciis,& tradunt Butrius & Imola in cap.1.
de tranſact.
10 Tertius eſt caſus, quando † actus poteſt valere tam de iure
communi quàm ſpeciali, ſed tamen vtilius eſt ipſi agenti, vt
iure ſpeciali valeat. Hoc in caſu præſumitur agentem illum
fuiſſe vſum iure hoc ſpeciali meliore. Ita in ſpecie caſum hūc
affirmauit Sforcia Oddo in Tract. compendioſæ. in quinta
particula, in quinto præmiſſo.colum.2. verſic.ſecundus caſus
eſt. Id quod probat text.d.l.3.ff.de milit.teſtam.ibi, nec cre-
dendus eſt & l.Cen.ff.de vulgar.& pup.ſubſt. Et comprobari
poteſt caſus iſte ex multis, quæ ſuperiore in præſumptioae
ſcripſi ac etiam ſupra libr.4. in præſumpt.4.in ſecundo caſu,
vbi declaraui.
11 Quintus eſt caſus,quando † actus poteſt valere tam de iu-
re communi quàm ſpeciali, & non extat aliqua differentia
vel maioris vtilitatis,vel ęquitatis,vt vno vel altero modo va-
leat:ſed tamen ex verbis colligitur, quo iure actum conficere
is voluerit. Hoc in caſu præſumitur confectus actus de iure
ſpeciali,vel de iure communi,vt ſignificant magis ipſa verba.
Ita Alciat.in d.præſumpt. 36. numero 4. verſiculo 2. limita-
tur.poſt Alexand.in l.Centurio.de vulgar.& pupillar.ſubſtit.
& nos ſupra libro quarto præſumpt. 4. in quarto caſu expli-
cauimus.
12 Sextus eſt caſus, quando † ex verbis nō poteſt colligi quo
iure vti is voluerit,ſed tamen ſi iure ſpeciali vſum fuiſſe dice-
remus, plura ſpecialia concurrerent. Hoc ſanè in caſu non
præſumitur vti voluiſſe iure ſpeciali. Ita cenſuit Sforcia Od-
do in d. quinto præmiſſo.columna 3. verſicul. aut ex verbis
non poteſt colligi, qui ita intelligit.l.in teſtamento.C.de te-
13 ſtam.milit. Et accedit ratio, quia † plura ſpecialia ſimul con-
currere non poſſunt, l.1.C.de dotis promiſſ.& tradit Bart.in
l.ſi is,qui pro emptore.in fin.ff.de vſucap.& diximus ſupra in
lib.4.præſumpt.4.in quinto caſu.
14 Septimus eſt caſus,† quando omninò pares ſunt termini,
& actus poteſt vtroque iure ſimul valere & ſubſiſtere. Hoc
caſu præſumitur quod is qui actum confecit vſus fuerit vtro-
que iure. Ita caſum hunc affirmauit Paulus Leonius in dicto
Tract.de ſubſtitutio. in tit. de compendioſa. numero 230. &
diximus ſupra dicto lib.4.in præſumpt.4.in ſexto caſu.
15 Octauus † & vltimus eſt caſus, quando omninò pares ſunt
termini, & nulla extat differentia quod actus potius valeat
iure communi quàm ſpeciali. Hoc in caſu recepta eſt Do-
ctorum opinio, quod præſumatur actus confectus ſecun-
dum ius commune, non autem ſecundum ius ſpeciale. Ita
ſcripſerunt permulti, quos congeſſi ſuprà lib.4.præſumpt.4.
in vltimo caſu,vbi multa exempla commemoraui,& nonnul-
las declarationes adieci.

## PRÆSVMPT. VII.

Actum illum præceſſiſſe præſumi, qui iure præce-
dere debet.

### *SVMMARIVM.*

*1 Actus ille præceßiſſe cenſetur,qui iure præcedere debuit.*
*2 Inſtitutio præſumitur quòd præceſſerit ſubſtitutionem.*
*3 Donatio facta à patre filio ſi reperitur ſcripta in inſtrumento prius, deinde legitur facta emancipatio, præſumitur emancipationem præceßiſſe,alioqui donatio non valeret.*
*4 Prælatus ſi concedit bona eccleſiæ in emphyteoſim,præſumitur ſibi prius licentiam fuiſſe conceſſam.*
*5 Ex Actib. duob. præſumitur ille præceßiſſe, qui alium reddit validum.*
*Idem de duob.inſtrumentis.ibid.*
*6 Nominatus primò in contractu præſumitur principalis, ſecundus verò fideiuſſor.*
*7 Scriptura eadem ſi continet oppoſitam exceptionem contra actorem & contra iudicem, præſumitur prius oppoſita excep.contra iudicem.*
*8 Appellatio à ſententia præſumitur in dubio præceßiſſe, deinde ſecutam eſſe cauſæ commißionem.*
*9 Venditio rei ſi non apparet an facta ſit ante vel poſt litis conteſtationem,præſumitur facta ante.*
*10 Actus,qui iure præcedere debuit,non præſumitur præceßiſſe,quando actus pendent à voluntate & poteſtate partium, & non conſtat actus ipſos fuiſſe eodem die confectos.*
*Idem quando actus ipſi eſſent ſemper validi, ſiue vnus ante alterum,ſiue poſt confectus fuerit,& vnus altero prius ſcriptus eſt. num.11.*
*Idem quando non eſt veriſimile, quòd actus ille præceſſerit.nu.12.*

DISSERVI ſupra lib.3.præſump.13.quod ex duo-
bus teſtamentis, præſumatur prius & quod po-
ſterius confectum. Nunc de aliis actibus dicen-
1 dum eſt. Et † pro regula conſtituimus, actum il-
2 lum præſumi præceſſiſſe,qui iure præcedere debuit,ſic † ſanè
præſumitur inſtitutionem præceſſiſſe ſubſtitutionem. l. cum
in teſtamento.§.1.ff.de hæred. inſtit.quo loci poſt Cyn. Bal-
3 dum & Angelum ſcripſit Imola.numer.7. quod ſi † in inſtru-
mēto reperitur prius ſcripta donatio facta à patre filio:dein-
de legitur facta emancipatio, præſumitur emancipationem
præceſſiſſe:cum iure præcedere illa debeat,alioqui non valet
donatio,affirmarunt idem in l.2.§.prius.numer.13.ff.de vulg.
& pup.ſubſt.Iaſ.in l.1.in princ.num.19.ff. de verbo.oblig.&
egregiè idem reſpondit Ripa in libr. 3. reſponſorum. cap.5.
4 numero primo, & ſecundo. Ita † pariter ſi non apparet, an
prius data fuerit licentia à Prælato concedendi bona eccle-
ſiæ in emphyteuſim,vel ipſa conceſſio, pręſumitur licentiam
pręceſſiſſe: ſicuti ex ſententia Rotæ in deciſ. 1. in tit.de præ-
ſumpt.in antiquis,Alex.in l.diuortio.ff.ſolut.matr.& in conſ.
81.lib.3 tradit Alciat. in Tract. de pręſumpt.reg.3.pręſumpt.
42.num.1.ſic etiam Alex.in d.l.2.§.prius.num.12.ff.de vulg.
5 & pupil.ſubſtit.ſcripſit, ex duobus † actibus,& inſtrumentis
præſumi pręceſſiſſe illud, quod aliud reddit validum: atque
ita quod iure debet pręcedere.
6 Hinc etiam dicimus, † primo nominatum in contractu
pręſumi principalem:ſecundum verò fideiuſſorem:cùm iure
principalis pręcedere debeat: Ita ſcripſerunt Baldus in auth.
hoc amplius.columna pen.C. de fideicom. & Alexan.in d.§.
prius.num.15.
7 Sic pariter dicimus, quod † ſi in eadem ſcriptura legatur
oppoſita exceptio contra actorem & contra iudicem, pręſu-
mitur oppoſita prius exceptio contra iudicem: cùm iure illa
pręcedere debeat. Ita poſt Baldum & Angelum ſcripſit Alex.
in d.§ prius,numer.14.& ſecutus eſt Ripa in d.cap.5.numer.
1.in fin.
8 Huc etiam pertinet quod † reſpondit Pariſius in conſ.106.
nu.17.lib.4.cum dixit, in dubio pręſumi pręceſſiſſe appella-
tionem à ſententia, deinde ſecutam eſſe cauſæ commiſſio-
nem. Idem reſpondit Ripa in d.c.5,nu.2.





9 Huc etiam facit, quod † ſi non apparet an venditio rei fa-
cta ſit ante, vel poſt litis conteſtationem, pręſumitur facta
ante: cum fieri ita debeat, ne alioqui venditor incidat in vi-
tium litigioſi.l.2. C.de petitio.hęred.vbi glo & Docto.Bart.
& reliqui in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de operis noui
nuntia.& Alciat.in d.pręſumpt.42.verſ.ſed difficultas.
10 Declaratur primò, hęc pręſumptio, vt † locum non ha-
beat,quando actus pendent à voluntate & poteſtate partium:
& non conſtat actus ipſos fuiſſe eodem die confectos. Ita de-
clarat Alciat.in d.pręſumpt.42.in fin.
11 Declaratur ſecundò,vt locum † non habeat, quando actus
ipſi eſſent ſemper validi,ſiue vnus ante alterum,ſiue poſt con-
fectus fuerit: & vnus altero prius ſcriptus eſt. Hoc ſanè caſu
ille priore loco ſcriptus pręſumitur prius confectus. Ita ſcri-
pſerunt Bart.in l.prima,num.18.C.de nouo codice facien. Ia-
ſon in conſil.61.num.2.lib.1. & Felin.in cap. inter monaſte-
rium.num.5.de re iud.
12 Declaratur tertiò, vt † locum non habeat, quando non eſt
veriſimile, quod actus ille pręceſſerit: ſicuti in terminis re-
ſpondit Rubeus in conſil.109. numer.2. qui de egregia facti
ſpecie conſuluit.

## PRÆSVMPT. VIII.

Actum tempore mortis faciens,cum viuens facere
potuerit,fraude præſumi feciſſe.

### SVMMARIVM.

*1 Actum tempore mortis faciens, qui eum dum viueret facere potuit,fraude præſumitur feciſſe.*
*2 Vxori repudium fraude is præſumitur miſiſſe mortis tempore, qui viuens mittere potuit.*
*3 Legitimatus per ſubſequens matrimonium tempore mortis contractum non excludit ſubſtitutum.*
*4 Hæres inſtitutus & grauatus reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis, ſi in extremis laborans ingreditur religionem, præſumitur fraude ingreſſus,vt ſubſtitutum excludat.*
*5 Beneficij permutatio facta in articulo mortis fraudulenta præſumitur.*
*6 Emancipationem à patre in extremis laboranti fraude factam præſumi.*

1
NON bona fide, ſed † fraude is pręſumitur fe-
2 ciſſe actum ſuæ mortis tēpore, qui viuens fa-
cere potuit. Ita ſanè dicimus,pręſumi † frau-
de illum miſiſſe repudium vxori mortis tem-
pore, qui viuens mittere potuit.l.ſi filia.ff.de
diuortiis & repud. & l. filiæ meæ. ff. ſoluto matri. & tradunt
Decius in cap. in pręſentia.nu.56. & ibidem Bero.nu.203.de
proba. Ruin.in conſ.46.nu.7. libr.2. Tiraq.in l. ſi vnquam in
verbo,ſuſceperit liberos. nu.74. C.de reuoc.donat. Crauet.in
conſil.82. numer.3. & copioſè diſſerui in conſil.226. colum.
2.& 3.& numer.58.& ſupra libr.4.pręſumpt.81.numero 28.
3 quibus in locis ſcripſi, legitimatum † per ſubſequens matri-
monium tempore mortis contractum non excludere ſubſti-
tutum cum in fraudem ipſius ſubſtituti facta pręſumatur.
Et his accedit Alciatus in l.poſt contractum, numero 61.
4 verſic.quale eſt. ff. de donatio. qui affirmat, † ingredientem
religionem tempore mortis præſumi id feciſſe in fraudem
ſubſtituti, vt eum excluderet, & propterea nil ipſi ſubſtituto
nocere:& diſſerui ſupra lib.4,in pręſumpt.83.numer.76.quo
loci multa his ſimilia congeſſi.
5 Huc etiam facit quod dicimus, † permutationem benefi-
cij opulenti cum tenui factam ab eo, qui graui morbo labo-
rat,pręſumi factam in fraudem. Ita Oldradus in conſ.324.nu.
6.verſ.quintò renuntiatio. Rota in deciſ.ſecūda,de pręſumpt.
in antiquis Anch.in conſ.385.nu.6. Craue.in conſ.82. nu.3.&
alios plures commemorabo infrà in pręſumpt.77.
Confert pariter quod reſpōdit Anch.in conſ.430.cùm di-
xit,† emācipationem filiæ factā à patre in extremis laboran-
te pręſumi fraude factam, vt ab hęreditate filiam excluderet.

## PRÆSVMPT. IX.

Actum minus vtrique partium oneroſum confectum
præſumi.

### SVMMARIVM.

*1 Actus præſumitur ita geſtus, vt ſit vtrique parti minus quam fieri poteſt oneroſum.*
*2 Conductor & locator non præſumuntur voluiſſe renouare perpetuò coloniam,ſed ad tempus.*
*3 Iudex in dubio pronunciare debet, appellationē non eſſe deſertam. Et in dubio debet deferre appellationi.nu.4.*
*5 Actus in dubio ita interpretari debet,vt vtrique partium ſit ſatiſfactum & conſultum.*
*6 Iura ſtatuerunt ea, quæ minus oneroſa eſſe poſſunt contendentibus ac contrahentibus.*

1 EGREGIA eſt hæc præſumptio, † qua dici-
mus,præſumi actum ita confectum,vt ſit minus
quam fieri poteſt oneroſus vtrique partium. Ita
Bald.in conſ.343.Examinanda ſunt.in prin.lib.
1.qui reſpondit in contractu fœderis, quàm li-
gam vulgò appellant,præſumi actum & conuentum id, quod
eſt minus oneroſum contrahentibus.
2 Hinc etiam ſcripſit † Craue.in Tract.de antiq.temp.in 4.
particula quartæ partis principalis,nu.123.non pręſumi con-
ductorem & locatorem voluiſſe renouare perpetuò coloniā,
ſed ad tempus:cum minus vtrique cōtrahentium hoc ſit one-
3 roſum. Et ſimile † quod poſt Caſtren.in l.1.ff.ſi quis cautio.
ſcripſit ibidem Iaſ.nu.17.iudicem in dubio pronunciare de-
bere,appellationem non eſſe deſertam, quia ita pronuncian-
do ambæ ipſæ partes contendentes onerantur:eſtque vtrique
conſultum. Quam quidem traditionem comprobaui ſuprà
4 lib.2.præſump.vlt. Ita pariter † ſcripſit præcitato in loco Iaſ.
iudicem in dubio deferre debere appellationi: cùm ex eius
admiſſione minus partes grauentur.
5 Sic etiam dicimus, actum ita † in dubio eſſe interpretan-
dum, vt vtriq; partiū ſit ſatisfactum & cōſultum.l.adoptiuus.
§.1.ff.adoptio.& ſcripſi in lib.2.de arbi.iudi.Caſu.199.nu.13.
Et hęc quidem præſumptio conuenit non ſolùm æquitati,ſed
6 etiam iuri ſcripto. Quandoquidem † paſſim legimus iura ſta-
tuiſſe quæ minus oneroſa eſſe poſſunt contendentibus ac cō-
trahentibus, vt in l.1.ff.ſi quis caut.in l.cum Stichus.ff.ſolut.
& in l.ex his.in fi.ff.de his,quæ in fraudem cred.

## PRÆSVMPT. X.

Actum præſumi ſecundum propriam naturam con-
fectum,plana lucidaque explicatio.

### SVMMARIVM.

*1 Actus præſumitur factus ſecundum propriam eius naturam.*
*2 Locator ſi promiſit non expellere colonum,intelligitur modò is rectè colat,& debitam penſionem præſtet.*
*3 In donatione cauſa mortis ſi ſit adiecta huiuſmodi clauſula. Et promiſit donator prædicta omnia grata, rata & firma habere,& in nullo contrafacere etiam ſi reconualeſcat, dicta clauſula non obſtante poteſt reuocari per reconualeſcentiam.*
*4 Stipulatio ſuper aliquo actu vel contractu concepta præſumitur ſecundum naturam ipſius actus adhibita.*
*5 Precario aliquid concedens præſumitur concedere ſecundum eius naturam,vt ad libitum reuocare poßit.*
*6 Vaſallus ſi habuit licentiam à domino,vt poßit alienare feudum, præſumitur conceſſa d.licentia ſecūdum ipſius feudi naturam, vt poßit alienare impetrato aſſenſu domini.*
*7 Iuramentum præſumitur interpoſitum ſecundum naturam contractus.*
*8 Actus præſumitur geſtus ſecundum qualitatem rei, ſuper qua conficitur.*
*Et actus præſumitur talis, vt qualitas ſibi adiecta ſui natura ei conueniat.num.9.*

1 EST egregia hæc præſumptio, quia † dicere
ſolemus, quod conficiens actum præſumitur
illum ſecũdum ſui naturam facere: ſicuti pro-
bat. l. quęro. §. inter locatorem. ff. locati, quo
2 loci ait Paulus † promiſſionem à locatore fa-
ctam de non expellendo colonum, intelligitur, modò is co-
lonus rectè colat, & debitam penſionem præſtet: cùm ea ſint
de natura locationis, ſecundum quam locatorem locaſſe præ-
ſumitur. Et locum hunc explicauimus ſupra lib. 3. præſumpt.
3 38. vbi multa ſimilia congeſſimus. Et illis † accedit, quod ſi in
donatione cauſa mortis adiecta ſit hæc clauſula, & promiſit
dictus donator prædicta omnia grata, rata, & firma habere &
tenere, & in nullo contra facere etiam ſi reconualeſcat. Hæc
ſanè clauſula præſumitur adiecta ſecundum naturam actus
nempè donationis cauſa mortis: & ob id poterit, ea clauſula
non obſtante, reuocari per reconualeſcentiam. Ita Iaſon in l.
omnis. num. 2. ff. ſi cert. pet.

4 Pertinet & ad rem noſtram † quod dicimus, ſtipulationem
ſuper aliquo actu, vel contractu conceptam, præſumi ſecun-
dum naturam ipſius actus adhibitam. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu-
ris. & l. 1. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt leg. nom. caue. & ſcri-
bunt omnes in rub. ff. de verb. oblig.

5 Huc pertinet quod † ſcribit Decius in l. in omnibus obli-
gationibus. nu. 5. de reg. iur. concedentem rem aliquam pre-
cario præſumi concedere ſecundum eius naturam, quæ eſt, vt
ad libitum illud reuocare poſſit.

6 Huc etiam ſpectat licentiam † datam à domino ſuo vaſal-
lo, vt poſſit alienare feudum, intelligi atque ita præſumi con-
ceſſam ſecundum ipſius feudi naturam, vt ſcilicet poſſit alie-
nare, impetrato aſſenſu domini. Ita Afflictus in deciſ. 307. nu.
21. ex ſententia Alex. in conſ. 106. colum. 2. lib. 4.

7 Hinc etiam dicimus, † iuramentum præſumi interpoſitum
ſecundum naturam contractus, l. vltim. C. de non numera.
pecunia.

8 Hinc etiam dicere ſolemus, † actum præſumi geſtum ſe-
cundum qualitatem rei, ſuper qua conficitur. l. ſemper in ſti-
pulationibus. de reg. iur. vbi Decius. nu. 6. & reſpondit Alex.
in conſ. 26. in fin. lib. 4.

Et alia his ſimilia congeſſi ſupra libr. 3. præſumpt. 38. vbi explicaui, quod contractus præſumitur factus ſecundum naturam ſuam.

9 Dicimus etiam, quod actus † præſumitur talis, vt qualitas
ſibi adiecta ſui natura ei conueniat, Bald. in l. cum dotem. nu.
2. C. de iure dotium. Aret. in l. Cent. col. 7. verſ. 2. concl. ff. de
vulg. Curt. Iun. in l. precibus. num. 36. verſ. circa ſecundam. C.
de impub. & aliis ſubſtit.

## PRÆSVMPT. XI.

Actum præſumi factum ab eo, qui impenſam facere tenetur.

### SVMMARIVM.

1 *Actus præſumitnr factus ab eo, vel eius nomine, qui impenſam facere tenebatur, cùm non apparet à quo vel cuius nomine ſit geſtus.*

2 *Pupillus præſumitur educatus à tutore, apud quem erat.*

3 *Iudex ſi actum aliquem fecit, præſumitur illum feciſſe ad partis inſtantiam, ſi is actus impenſam requirebat.*

4 *Reſcriptum præſumitur ab eo impetratum, qui impenſam facere tenebatur.*

5 *Teſtator ſi iuſſit aliquid pingui vel fieri in eccleſia, & id factum deinde reperiatur, præſumitur factum ab hæredibus.*

6 *Eccleſia præſumitur reædificata ab eccleſiæ prælato, ad quem pertinebat impenſam facere.*

7 *Dos vbi reperitur ſoluta, præſumitur ſoluta ab eo, qui eam dare & conſtituere tenebatur.*

8 *Litis impenſa præſumitur facta non à procuratore ſed ab ipſo domino litis.*

9 *Eccleſia vbi reperitur dotata, præſumitur illa dos data ab hærede teſtatoris, qui eam dotem reliquerat.*

10 *Donatio præſumitur facta ab eo, qui laudo arbitri fuerat condemnatus donationem illam facere.*

11 *Impenſa facta in domo præſumitur facta à marito, qui tenetur ferre onera matrimonij.*

1 CVM non apparet à quo, vel † cuius nomine
actus aliquis fuerit factus, ſtatim inſurgit
præſumptio, cenſeri factum ab eo, vel nomi-
ne eius, qui impenſam facere tenebatur. l. vlt.
2 C. de alimen. pup. præſtan. vbi pupillus † præ-
ſumitur educatus à tutore, apud quem erat: cum ad eum per-
tineret impenſam facere.

3 Huc etiam facit, quod vbi † iudex actum aliquem facit,
præſumitur illum feciſſe ad partis inſtantiam, ſi is actus im-
penſam requirebat. Ita docuit Ripa in l. 4. §. hoc autem iudi-
cium. num. 97. ff. de damno infecto.

4 Huc etiam pertinet quod decidit † Capicius in deciſ. 4. nu.
19. cùm dixit, reſcriptum præſumi impetratum ab eo, qui im-
penſam facere tenebatur.

5 Hinc etiam † ſcripſit Bart. in l. cum ſeruus de verb. oblig. l.
vlt. C. de alim. pup. præſtan. quod ſi teſtator iuſſit aliquid pin-
gi, vel fieri in eccleſia, & id, factum deinde reperiatur factum
id præſumi ab hęredibus, ad quos pertinebat impenſam illam
facere. Et Bart. ſecuti ſunt ibi Baldus & Salicetus in d. l. vlt. &
declarat Iaſon in d. l. cum ſeruus. num. 5. idem reſpondit Bar-
ba. in conſ. 62. col. 4. verſ. reſtat nunc videre. lib. 3. quo loci &
6 ipſe cenſuit, quod eccleſia † præſumitur reædificata ab eccle-
ſiæ prælato, ad quem pertinebat impenſam facere. Idem con-
ſuluit Neuizanus in conſ. 19. nu. 9.

7 Hinc etiam reſpondit Alba. in conſ. 2. num. 5. quod vbi dos
reperitur ſoluta, præſumitur ſoluta ab eo, qui eam dare &
conſtituere tenebatur.

8 Confert quod † reſpondit Neuiza. in d. conſ. 19. nu. 9. litis
impenſam præſumi factam non à procuratore, ſed ab ipſo li-
tis domino, ad quem pertinebat eam facere.

9 Hinc etiam dicimus, quod vbi † eccleſia reperitur dotata,
præſumitur illa dos data ab hęrede teſtatoris, qui eam dotem
reliquerat. Ita ſcripſerunt Abbas in conſ. 54. Quidam Iaco-
bus. num. 2. in fine, libro primo, & Felin. in cap. ſicut. num. 35.
de re iud. qui alia nonnulla ſimilia congeſſit.

10 Hinc etiam reſpondit † idem Abbas in conſ. 116. in fin. li-
bro 2. quod ſi reperitur facta donatio, præſumitur facta ab
eo, qui laudo arbitri fuerat condemnatus donationem illam
11 facere. Hinc etiam reſpondit † Soc. Sen. in conſil. 82. num. 23.
libr. 4. impenſam factam in domo præſumi factam à marito,
qui tenetur ferre onera matrimonij.

Et hæc quidem præſumptio ea ratione confirmatur, quod hic non apparet de iure alterius, ob id facilè præſumitur pro eo, qui impenſam facere tenebatur, ſicuti probat. c. 1. de religio. dom. & poſt Abbatem variis in locis annotauit Craue. in conſ. 74. num. 4.

## PRÆSVMPT. XII.

Actus correſpectiui qui præſumantur, & quis ſit eorum effectus.

### SVMMARIVM.

1 *Actus correſpectiui qui præſumantur, & quis ſit eorum effectus.*

2 *Actus correſpectiui dicuntur illi, quorum vnus reſpectu & cauſa alterius confectus eſt, & vno deficiente corruit alter.*

*Imo pro vno actu habentur. num. 3. & 21.*

*Et ſi vnus eſt fictus & ſimulatus & fraude factus, ſic & alter præſumitur. ibid.*

4 *Actus duo quando ſe inuicem compatiuntur, & vnà ſtare poſſunt, ſi vnico contextu abſoluti fuerunt præſumitur vnus reſpectu alterius celebratus, & ſic correſpectiui dicuntur.*

5 *Contractus plures ſi eodem die & loco & coram eiſdem teſtib. celebrantur, præſumuntur facti vnus cauſa alterius.*

6 *Sententiæ & lauda præſumuntur probata correſpectiuè ad comprehenſa in petitionib.*

7 *Donatio præſumitur facta reſpectiuè ob merita, quando incontinenti eorum facta fuit mentio.*





8 *Contractus emptionis depoſiti eodem die & coram eiſdem teſtibus celebrati cenſentur correſpectiui, & ſic vnus præſumitur alterius cauſa celebratus.*

*Et pacta & conuentiones adiecta in vno cenſentur repetita in altero & vnum tribuere legem alteri. nu. 9.*

10 *Fideiuſſores præſumuntur interceſſiſſe reſpectu obligationis antecedentis, cuius mentio in aliquo capitulo facta fuerat.*

11 *Renunciatio & confeſſione facta à genero erga ſocerum pro ſolutione dotis præſumitur facta reſpectu & cauſa prouiſionis de ea dote numeranda.*

12 *Donatio facta à patre filio ſtatim quòd prima fuit facta ipſi patri, præſumitur facta contemplatione illius primæ.*

*Idem de donatione factā vxori. nu. 13.*

14 *Fœminarum excluſio ſi eſt facta à teſtatore, & ſtatim in eodem teſtamento adiecit teſtator fideicommiſſum, præſumitur d. fideicommiſſum factum reſpectu d. excluſionis.*

15 *Commiſſiones duæ cenſentur correſpectiuè factæ.*

16 *Princeps ſi ſine cauſæ cognitione priuauit vaſallum feudo, quod alteri deinde donauit, præſumitur facta illa priuatio cauſa & reſpectu donationis.*

17 *Prohibitio de non alienandis bonis fideicommiſſo ſuppoſitis præſumitur facta reſpectu fideicommiſſi iam ab ipſomet teſtatore conſtituti.*

18 *Donatio ſimpliciter facta poſt ſtatim conditum teſtamentum præſumitur donatio cauſa mortis, non autem inter viuos.*

19 *Beneficij collatio præſumitur facta reſpectu permutationis paulò ante factæ.*

20 *Tranſactio vel ceſſio facta ſtatim poſt contractum emptionis & venditionis præſumitur facta reſpectu & cauſa ipſius contractus.*

21 *Actus duo correſpectiui pro vno & eodem habentur.*

22 *Fidelitas à vaſallis domino iurata dicitur correſpectiua cum pacto & promiſſione domini, de obſeruandis iuribus ſubditorum.*

23 *Emptionis contrac[illegible] præſumitur factus ob contractum mutui ſtatim ſubſequutum.*

24 *Pecuniam qui numerauit ſtatim poſt ſtipulationem ſtipulationis reſpectu præſumitur numeraſſe.*

25 *Facta incontinenti cẽſentur ineſſe per modum fictionis, non autem præſumptionis.*

26 *Verbum, credo, fictionem ſignificat.*

*Quòd imò præſumptionem ſignificet. num. 27.*

28 *Actus duo cenſentur correſpectiui non ſolùm quando vnico contextu celebrantur, ſed etiam quando intra breue tempus vnus poſt alterum conficitur.*

*Et illud breue tempus Anch. credidit eſſe, etiam ſi die ſequenti actus celebretur, vel eadem die, ſed alia hora. nu. 29.*

*Quod ſecundum Cæpolam relinquitur arbitrio iudicis. numero 30.*

31 *Actus duo præſumuntur correſpectiui etiam inter diuerſas perſonas.*

*Et idem quando in diuerſis inſtrumentis duo hi actus fuerunt cõfecti. num. 32.*

*Idem etiam quò ad præſumendum delictum. nu. 33.*

34 *Simoniæ præſumptio oritur ex vicinitate promiſſionis rei temporalis, & conceſſione beneficij.*

35 *Donatio præſumitur facta in fraudem fiſci ob actuum vicinitatem.*

36 *Compromiſſi fraus colligitur ex actuum vicinitate.*

37 *Contractus detegitur fœneratitius ex vicinitate contractus locationis initi poſt venditionem.*

38 *Actus non præſumuntur correſpectiui, quando conſtaret etiam ex coniecturis aliud fuiſſe actum inter partes.*

39 *Actus duo quando ſe inuicem non compatiuntur, vel ſunt diuerſæ naturæ, non præſumuntur correſpectiui, etiam ſi confecti ſint vno eodémque tempore.*

1 EGREGIA eſt diſputatio, qui † actus correſpe-
ctiui præſumantur, & quis ſit eorum effectus.
Diſputatio coniecturalis eſt quemadmodum
poſt Curtium Seniorem in conſ. 54. in fi. Cor-
neum in conſil. vlt. colum. 1. libro 1. Decium in
conſilio vlt. colum. 3. & in conſilio. 279. colum. 3. verſ. & eui-
dens coniectura, reſpondit manifeſtè Alba in conſi. 45. col. 2.
verſic. procedit. Hac in diſceptatione priuſquam explicem
qui actus præſumãtur correſpectiui, dicendum eſt, correſpe-
2 ctiuos † actus ſic à noſtris appellari, quod vnus reſpectu &
cauſa alterius confectus eſt: Et propterea ſi vnus deficit, alter
etiam corruit: ſicuti probant. l. filio. §. matri. & l. alumnæ. §.
Sæia. ff. de adimen. leg. & docuit Baldus in l. petens. num. 49.
C. de pactis. & manifeſtiùs reſponderunt Alex. in conſ. 150.
colum. 3. libro 3. Corneus in conſilio 98. colum. pen. libro 3.
Alba in conſil. 45. num. 6. & Craue. in conſil. 246. num. 4. qui
eiuſdem ſententiæ recenſet Iaſonem & Socinum Seniorem.
3 Et idem Craue. in conſ. 298. num. 13. reſpondit duos † actus
correſpectiuos pro vno haberi. Et ſicuti vnus eſt fictus ſimu-
latus, & fraude factus, ſic & alter vt tradunt Bartol. in l. poſt
contractum. numero 8. ff. de donatio. & ibidem reliqui inter-
pretes.

Qui autem actus correſpectiui præſumantur, nunc diſſerendum eſt. Exiſtimo diſtinguendos ac conſtituendos eſſe duos Caſus.

4 Primo eſt, quando duo † actus ſe inuicem compatiuntur,
atque ita vnà eſſe & ſtare poſſunt: ij ſi vnico contextu confe-
cti & abſoluti fuerunt, vnus reſpectu, cauſa, & gratia alterius
præſumitur confectus atque celebratus. Ita gloſſa in l. vt iuris
iurandi. in prin. in verbo, libertatis. ff. de operis libert. Baldus
in l. petens. num. 49. C. de pactis. qui ſcripſit, quod ſi eodem
5 die † & loco & coram eiſdem teſtibus plures contractus ce-
lebrantur, præſumitur quod vnus ſit factus gratia & cauſa al-
terius. & idem reſponderunt Alex. in conſilio 90. colum. vlt.
verſ. nec habent obſtare. lib. 3. Corneus in conſil. 10. num. 13.
& in conſil. 117. num. 14. libro ſecundo, qui quidem Corne. ſic
6 reſpondit idem eſſe in ſententiis † & laudis, vt illa præſuman-
tur prolata correſpectiuè ad comprehenſa in petitionibus.
Huc etiam facit quod reſpondit idem Corne. in conſilio 36.
7 numero 14. libro ſecundo, donationem cenſeri † reſpectiuè
factam ob merita, quando incontinenti, eorum facta fuit
mentio.

Eſt & ſimile quod ſcripſit idem Corneus in conſilio 61.
8 columna penultima, libro tertio, cùm reſpondit, † contractus
emptionis, & depoſiti eodem die & coram eiſdem teſtibus
celebratos cenſeri correſpectiuos, ſicque vnum cauſa alte-
9 rius confectum, & ob id pacta & † conuentiones adiecta
vni præſumi atque cenſeri repetita in altero, & vnum tribue-
re legem alteri. Huc etiam facit quod reſpondit Socinus Se-
nior in conſilio 273. columna quarta, verſic. 2. quia libro 2.
10 cùm dixit, † præſumi fideiuſſores interceſſiſſe reſpectu obli-
gationis antecedentis, cuius mentio aliquo in capitulo facta
11 fuerat. Hinc † etiam reſpondit Curtius Senior in conſil. 55. ſu-
per duobus. col. 3. verſic. confirmo prędicta, renunciationem
& confeſſionem factam à genero erga ſocerum pro ſolutione
dotis præſumi factam & reſpectu & cauſa promiſſionis de ea
dote numeranda: & ibidem Curtius plura ſimilia comme-
morat.

12 Hinc etiam reſpondit † & Decius in conſ. 182. num. 8. & in
conſ. 245. num. 5. ſecundum donationem factam à patre filio
ſtatim quod prima facta fuit patri præſumi reſpectu & cauſa
illius primæ & ideò ſi vna eſt ficta & in fraudem facta, ſic &
altera vt reſpondit Craue. in conſ. 303. colu. penult. lib. 3. Idem
13 † de donatione facta vxori dixit Decius in conſ. 279. num. 7.
14 Hinc quoque dicimus, † excluſionem fœminarum factam à
teſtatore, ſi ſtatim in eodem teſtamento adiiciat fideicom-
miſſum, hoc fideicommiſſum præſumi factum reſpectu &
cauſa dictæ excluſionis: ſicuti reſpondit Decius in conſil. 336.
15 num. 3. Eſt ſimile † quod conſuluit idem Decius in conſ. 562.
num. 4. quod duæ commiſſiones & mandata cenſentur cor-
16 reſpectiuè facta. Ita quoque † ſi princeps ſine cauſæ cogni-
tione priuauit vaſallũ feudo, quod alteri vaſallo deinde dona-
uit: illa priuatio præſumitur facta cauſa & reſpectu donatio-
nis. Decius in conſilio 606. num. 10. Huc etiam ſpectat quod
17 reſpondit idem † Decius in conſilio 636. numero 8. prohibi-
tionem de non alienandis bonis fideicommiſſo iam ſuppo-
ſitis præſumi factam reſpectu fideicommiſſi iam ab ipſomet
18 teſtatore conſtituti. Hinc etiam reſpondit † Caſſane. in conſi.
39. nume. 4. & num. 75. donationem ſimpliciter factam poſt
ſtatim conditum teſtamentum præſumi donationem cauſa
mortis non autem inter viuos: cùm pręſumatur facta reſpectu

teſtamenti.Hinc quoque conſuluit † Craue.in conſ.153.nu.
8.collationem beneficij præſumi factam cauſa & reſpectu
20 permutationis paulò ante factæ.Ita pariter † idem Craue.in
conſ.298.num.13.cenſuit tranſactionem & ceſſionem factas
ſtatim poſt contractum emptionis & venditionis præſumi
factas reſpectu & cauſa ipſius contractus. Et eo loci Crauet-
ta alia his ſimilia,quæ hic non adſcribam,commemorat.Qui
21 quidem † ait, quod duo actus correſpectiui pro vno & eo-
22 dem habentur.Et reſpondit † Craue.in conſilio 463.num.9.
& 10.fidelitatem à vaſallis iuratam domino dici correſpe-
ctiuam cum pacto & promiſſione domini de obſeruandis iu-
ribus ſubditorum,& ideò ſi dominus non obſeruat eorum iu-
ra,nec illi manent obligati. Et plura his ſimilia habentur a-
pud Purpur.in l.lecta.num.44.ff.ſi certum peta.Tiraquellum
ia l.ſi vnquam.in verbo,donatione.nume.118.C.de reuo.do-
na.& in Tract.de retractu conuentional.§.1.glo.5.num.1.Al-
cia.reſp.149.num.6.Nattam in conſ.115.num.9.lib.1.Ant.Ga
brielem in ſuis concluſio.lib.1.tit.de præſumpt.concl.13.nu.
23 4.& aliquos commemoraui in conſ.109.nu.9.lib.2.dum † re-
ſpondit,contractum emptionis præſumi factum ob contra-
ctum mutui ſtatim ſubſecutum. Et his accedit Decius in l.
24 certi † condictio.§.ſi nummos.num.12.13.& 14.ff.ſi certum
peta.cùm dixit quod is qui poſt ſtipulationem numerauit pe-
cuniam,præſumitur ſtipulationis cauſa numeraſſe. Hinc etiã
Io.Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni in conſil.118.
multis his ſimilibus adductus reſpondit, motum proprium
Pontificis,inueſtituræ conceſſionem & tranſactionem initam
inter ſummum pontificem & Ducem Camerini præſumi factã
vno reſpectu & cauſa alterius. Ea ratione adducti videntur
25 Doctores ij,quod † ea,quæ in continenti fiunt cenſentur ineſ-
ſe.l.lecta.verſ.dicebam.ff.ſi certum peta.& ibi Doctores.Quę
ſanè ratio huic rei noſtræ minimè conuenire videtur,quando
quidem illa per modum fictionis, non autem præſumptionis
procedit,ſicuti affirmat Iaſ.in d.l.lecta.nu.14.ff.ſi cert.peta.
26 vbi Purp.num.46.qui perpendit † verbum illud,creduntur:
quod ſecundum ipſum Iaſonem fictionem ſignificat.l.retro.
ff.de cap.& poſtlim.reuerſ.& tradit Bar.in l.ſi is,qui pro em-
27 ptore.num. . .ff.de vſucap.Verùm † huic obiectioni reſpon-
detur,quòd imò verbum creditur ſignificat præſumptionem
l.conficiuntur : in prin.ff.de iure cod.&c.quoſdam vbi gloſſa
de præſumptio.& tradit Cur.Iun.in conſ.4.nu.15.verſ.ex præ
miſſis.Et verè in ſpecie ſubiecta ipſa materia hoc ſuadet:cùm
ſit dubium,an vnus contractus fuerit gratia alterius celebra-
tus,ſed ita præſumitur ob vicinitatem ipſam. Quod ſi fictio
eſſet,præſupponeremus veritatem ipſam eſſe omninò in con-
trarium.

Extenditur primò † hæc præſumptio, vt procedat non ſo-
lum quando vnico contextu duo actus celebrati ſunt ſed e-
tiam quando intra breue tempus vnus poſt alterum confectus
eſt. Nam adhuc præſumitur , quod vnus gratia alterius fuerit
confectus.Ita reſpondit Ancha.in conſ.434.col.1.verſ.præ-
tereà aduertendum,qui † etiam credit , breue tempus eſſe,ſi
29 dies ſequenti actus celebretur.Ancharanum ſecutus eſt Cra-
ue.in conſ.298.num.13. Et idem eſt , ſi eadem quidem dies,
ſed alia hora,vt reſponderunt Cur.Sen.in d.conſilio 55.ſuper
duobus.col.2.verſ.& hoc maximè Caſſane.in conſ.39.nu.75.
Craue.in conſ.153.num.8.& in conſ.298.num.13.& Tiraq.in
Tract.de retractu conuentio.in §.1.glo.4.& in glo.5.num.1.
& Moderni Pariſien.in Tract.de vſuris.num.407.& ij quidem
exiſtimant,dilationem vnius diei magis augere ſuſpicionem.
Verùm Cæpolla † in Tract. De ſimula.contractum.in prælu-
30 dijs.in ſecundo caſu.numero 9.&10. exiſtimaui,hoc totum re
linqui arbitrio iudicis .

Extenditur † ſecundò , vt procedat hæc præſumptio etiam
inter perſonas diuerſas.Ita Alexan.in conſilio 90.numero no-
31 no.verſ.nec habent obſtare.libro tertio : & ſcripſit in conſi-
lio 109.numero nono.libro ſecundo. Idem † etiam eſt, quan
do in diuerſis inſtrumentis duo hi actus confecti fuerunt. Ita
Corne.in conſ.23.in fi.lib.3.& Moderni Pariſie.in Tract.de
vſuris nu.407.

Extenditur † tertiò,vt procedat etiam quò ad præſumen-
33 dum delictum.Ita cenſuit gloſſa in cap.officij in gloſſa prima-
de elect.quæ † colligit præſumptionem Simoniæ ex vicinita
te promiſſionis rei temporalis & conceſſione beneficij. Et
gloſſam illam ſecuti ſunt ibidem Hoſtie.Butrius & Abbas in
tertio notab.& Anchara.vlti.notab.Qua de re ſcripſi ſuperio-
re libro.præſump.8.vbi egi de crimine Simoniæ, & ea gloſſæ
traditione adductus docuit Bart.in l.poſt contractum.num.8.
35 ff.de donat.ob actuum † vicinitatem præſumi donationem
factam in fraudem fiſci. Qua de re ſcripſi ſupra libro tertio,
præſumptio.124 dum explicaui præſumptiones donationis
36 factæ in fraudem fiſci.Hinc† etiam reſpondit Roma.in conſ.
68.nu.4.fraudem compromiſſi argui ex quorundam actuum
vicinitate.

37 Hinc † pariter ſcripſit Abbas in conſ.5.col.1.verſ.ſi enim.
lib.1.contractum fæneraticium detegi ex vicinitate contra-
ctus locationis initi poſt venditionem.Id quod ſcripſit & Cæ
polla de ſimulatione contractuum.in ſecunda præſumptio.
num.11.Decius in conſ.235.col.2.verſ.5.præſumitur:& Al-
ba in conſ.45.col.2.verſ.procedit igitur. Qua de re diximus
ſupra lib.3.præſump.122.vbi egimus de præſumptionibus,
quibus contractus fictus & ſimulatus detegitur.

38 Declaratur primò hæc † prȩſumptio,vt locum non habeat,
quando conſtaret etiam ex coniecturis aliud fuiſſe actum in-
ter partes. Nam tunc non præſumeretur , quod vnus actus eſ-
ſet factus cauſa & reſpectu alterius.Ita reſpondit Corneus in
conſilio vlt.columna vlt.verſ.non enim obſtat.lib.primo.

39 Secundus † eſt huius diſputationis caſus,quando duo actus
ſe inuicem non compatiuntur:ſeu ſunt diuerſæ naturæ, vel ma
teriæ.Hoc ſanè non præſumuntur correſpectiui & ſi vno eo-
demque tempore confecti ſunt.Ita Caſtren.in l.petens.num.
9.C.de pactis,& ibidem Riminal.Senior.col.6.& Alba.in d.
conſ.45.col.2.Exemplum afferri ſolet,vt ſi conficitur contra-
ctus , in quo promittis mihi reſtituere centum mutuo à me
accepta. Et ſit pactum quo ego promitto ire pro te Romam.
Contractus iſti non ſunt correſpectiui,cùm inter ſe quodãmo
do non conueniant:ſeu ſubiecta ipſa materia non adaptatur.
Nam prima promiſſio fuit omninò neceſſaria : quia ſi mutuo
accepiſti,teneris reſtituere,& ob id ad reſtituendum cogi po-
teras.Et propterea promiſſio,quam ego tibi feci,eundi pro te
Romam,non poteſt dici facta cauſa & reſpectu prædictæ re
ſtitutionis mutui.Hinc reſpõdit Alba in d.conſ.45.col.3.verſ.
propterea cum præſenti,diuiſionem & inueſtiturã eodem die
confectas non eſſe correſpectiuas ob naturam ſeparatam.

## PRÆSVMPT. XIII.

### Actui ſolenniter geſto præſumi interueniſſe perſonæ habilitatem.

### SVMMARIVM.

1 *Actus quando fuit ſolenniter & in debita forma confectus , præſumitur in eo adfuiſſe perſonæ habilitatem.*
2 *Producens teſtamentum confectum cum debita forma à minore 25.ann.non tenetur probare eum fuiſſe maiorem annis 14.*
3 *Contrahentes ſolenniter præſumuntur legitimæ ætatis , & ſic habiles fuiſſe ad contrahendum.*
4 *Teſtamenti validitas vbi in dubium reuocatum,ante omnia quæritur , an teſtator fuerit habilis ad teſtandum , deinde an teſtamentum habeat debitam formam.*
*Intellectus l.ſi quæramus.ff.de teſta.ibid.*
5 *In Iudicijs ſummarijs quo pacto habilitas perſonæ ſit requirenda.*
6 *Præſumptionem qui habet pro ſe, reijcit onus probandi in aduerſarium.*
7 *In Actu ſolenniter confecto non præſumitur interceßiſſe perſonæ habilitas,quando principaliter tenderet in alterius præiudiciũ.*
*Secus ſi præiudicium eſſet tenuë.num.8.*

1 NON ab re eſt , vt hoc loco † explicemus,quod
quando actus fuit ſolenniter & in debita for-
ma confectus,præſumitur in eo adfuiſſe per-
ſonæ habilitatem. Ita cenſuerunt Abbas in c.
cùm virum de regula , & Decius in c. in præ-
ſentia.numero vndecimo de probat ijquidem ſcribunt pro-
ducentem† teſtamentum debita forma confectum à mino
2 re vigintiquinque annorum , non teneri probare illum
fuiſſe





fuiſſe maiorem annis quatuordecim , quia ex eo actu ſic ſo-
3 lenniter geſto præſumitur maior. Hinc quoque † dicimus,
eos , qui ſolenniter contraxerunt , præſumi legitimæ ætatis,
atque ita habiles fuiſſe ad contrahendum. Ita Bald.in l.1.C.ſi
minor ſe maio.dixerit.Feli.in c.in præſentia.nn.11.de proba.
& Dec.in l.vlt.nu.14.C.de edicto diui Adr.tol.Nec huic verę
opinioni repugnant duæ argumentationes Beroij diſſentien-
tis in d.c.in præſentia.num.128.& num.200.de proba.Et pri-
4 mò † l.ſi quęramus.ff.de teſta.vbi cùm teſtamenti validitas in
dubium reuocatur,ante omnia quæritur,an teſtator ille habi-
lis fuerit ad teſtandum : deinde an teſtamentum habeat debi-
tam formam.Idem probat l.liber.C.de pet.hęre.Nam reſpõ-
detur,Beroium non eſſe aſſecutum mentem interpretum,qui
dixerunt præſumptionem eſſe pro eo , qui actum debita for-
ma confectum exhibet.Et propterea, qui actum illum impu-
gnare nititur,probare debet perſonę in habilitatẽ.Et iuriſcõ.
in d.l.ſi quæramus , non affirmat producentem teſtamentum
probare debere teſtatorem fuiſſe habilem atque idoneum ad
teſtandum : ſed ſolùm ait,quod vbi in dubium reuocatur te-
ſtamenti validitas, prius eſt de habilitate perſonę tractãdum.
à quo autem illa perſonę habilitas probetur non diffinit iuriſ-
con.ſed id in legis diſpoſitione relinquit : quæ quidem eſt,vt
qui inhabilem, minuſque idoneum aſſerit , is probet: ex quo
actus ipſe teſtamenti debitam formam habet. Ita etiam re-
ſpondetur l.liber.C.de pet.hæred.

Secundò adductus eſt Berous auctoritate gloſſæ in l.2.C.
5 de edicto diui Adria,toll.vbi Iaſon.nu.4. Dixit † Accurtius,
etiam in iudiciis ſummariis perſonę habilitatem requiri.

Cæterùm reſpondetur , de perſonę quidem habilitate eſſe
in quouis actu quærendum : ſed onus probandi habilitatem
hanc non incumbere ei, qui actum in forma debita confectũ
6 exhibet , cum pro eo ſit prȩſumptio , quȩ † reijcit probandi
onus in aduerſarium , iuxtà l.generaliter.§.ſi petitum.in fine.
ff.de fideicom.lib.& ſuo loco diximus.

7 Declaratur recepta hęc † Doctorum traditio , vt non pro-
cedat,quando hic actus in ſolenni debitaq; forma productus
tenderet principaliter in alterius prȩiudicium. Nam tunc nõ
præſumitur perſonæ habilitas. Ita ſenſit Bald.in l.cum te.col.
2.verſ.interdum ætas non ponitur.C.de probat. Cùm dixit,
ætatis habilitatem prȩſumi ſecundum naturam actus,quando
non verſatur alterius præiudicium. Hoc apertius ſcripſit Al
ciatus in Tract.de prȩſumpt.reg.2.prȩſumpt.14.num.4.dum
dixit , quod ſi pater grauauit filium fideicommiſſo , conceſſa
ei facultate,teſtandi,cùm ad vigeſimumquintum annum per-
uenerit:ſi filius iſte teſtamentum confecit, & illud habeat de-
bitam formam,hæres adhuc tenetur probare,filium illum te-
ſtatorem perueniſſe ad legitimam ętatem: cum hic agatur de
prȩiudicio fideicommiſſariorum , quibus à teſtatore relicta
fuit hæreditas ſub conditione reſtituenda. Et hac de declara-
tione aliqua diximus ſuprà lib.2.prȩſumpt.50. vbi explicaui-
8 mus prȩſumptionem,quæ † circa ętatem verſatur. Et prȩter-
eà hic animaduertendum , hoc prȩiudicium eſſe debere ma-
gnum,alioqui tenuë non efficeret , vt locus eſſet huic decla-
rationi.Ita ſcripſit Deci.in c.nouit.in 3.notab.de iudiciis.

## PRÆSVMPT. XIIII.

### Facti quæ ſunt,non præſumi.

### SVMMARIVM.

1 *Facti quæ ſunt,non præſumuntur.*
2 *Rei traditio non præſumitur,niſi adſit aliquod verbum id ſui natura ſignificans.*
3 *Donatio cùm non conſiſtat,niſi donatarius ſit præſens & acceptet, ſi in ea nulla ſit mentio præſentiæ & acceptationis , illa non præſumuntur.*
4 *Duo vel tres quòd faciant maiorem partem vniuerſitatis, eſt quid facti,ideò non præſumitur.*
5 *Mandatum non præſumitur interceßiſſe.*
6 *Vulneris vel percußionis reiteratio non præſumitur.*
7 *Deceßiſſe nemo præſumitur relictis filijs.*
8 *Homo in dubio non præſumitur baptizatus.*
9 *Eccleſia in dubio non præſumitur conſecrata.*
10 *Promotus nemo præſumitur in dubio ad ſacros ordines.*
11 *Benemerita , ob quæ alicui donatur vel relinquitur , non præſumuntur,cùm ſint quid facti.*
12 *Notarius non præſumitur rogatus de inſtrumento.*
*Contra,num.17.*
13 *Teſtamentum in dubio non præſumitur confectum.*
14 *Conſuetudo non præſumitur,ſed allegari & probari debet.*
15 *Priuilegium non præſumi.*
16 *Facti quæ ſunt,in his quæ fieri ſolent,& à communiter accidentibus præſumuntur.*
16 *Facti quæ ſunt,in his quæ fieri ſolent,& à communiter accidentibus præſumuntur.*
17 *Notarium præſumi de inſtrumento rogatum.*
18 *Contractus mutui præſumitur ex pecunia numeratione,& dominij tranſlatione.*
19 *Actus vbi fieri conſueuit inter præſentes, præſentia præſumitur.*
20 *Argumentum à communiter contingentibus plurimum poteſt in materia præſumptionum & coniecturarum.*
21 *Scriptura quando in ſe continet verbum aliquod , quod includit factum illud,tunc id præſumitur.*
22 *Stipulatio præſumitur adhibita in fideiußione , quando in ſcriptura reperitur ſcriptum aliquem fideiußiſſe.*
23 *Facti quæ ſunt præſumuntur , quando alioqui induceretur delictum,niſi præſumerentur.nu.ſeq.*

1 GENERALIS eſt ad multa † prȩſumptio,
quod ea, quȩ ſunt facti non præſumuntur. Ita
quidem vno ore affirmant interpretes noſtri.
Et eorum permulti exiſtimant probari tex.l.
in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.
& ſi Alciatus in Tract.de præſump.in præludiis.in tertia par-
te.num.5.& lib.6.paradox.cap.2.contendat non probare.Ad-
ferri etiam ſolent tex.l.quæcumque.§.de publ.in rem actio.l.
denique.ff.ex quib.cau.maior.l.vnicæ.C.de mand.princi.l.1.
C.de probat.l.aſſeueratio.C.de nõ nume.pec.l.ſi emancipati.
C.de colla.cap.cum in iure peritus.ff.de off.deleg.Hinc dixit
Iaſon in l.ſerui electione.in prin.num.8.de leg.1.traditionem
2 † rei non præſumi , cùm ſit quid facti , niſi adſit aliquod ver-
bum id ſui natura ſignificans,vt reſpondit Rom.in conſ.509.
nu.24.25. Ita etiam cenſuit Caſtren.in l.illud.nu.7.C.de ſa-
3 croſ. Eccleſ.quod cùm donatio † non conſiſtat, niſi donata-
rius ſit præſens & acceptet , ſi in donatione nulla fiat mentio
præſentiæ,& acceptatio illa non prȩſumitur,ait Caſtren.quia
ſunt facti. Et Caſtrenſem ſecutus Soc.Sen.in conſ.33.col.3.&
in conſ.68.nu.3.lib.4.& dicemus infrà in præſump.

4 Huc etiam facit † quod reſpondit Soc.Sen.in conſ.33.nu.
7.ver.ſecundò etiam.lib.1.Cùm dixit,quod quando in aliquo
dicitur, duos vel plures conſtituere maiorem partem vniuer-
ſitatis , id non præſumitur , quia quod faciant maiorem par-
tem,eſt quid facti.

5 Hinc dicimus † mandatum non præſumi , cum ſit quid fa-
cti.Ita in ſpecie docuit Cagno.in l.velle.nu.11.de reg.iuris.&
latè diſſerui ſuprà lib.2.præſumpt.33.

6 Huc facit quod reſpondit † Bart.in conſ.117.Accuſatio.in
fi.lib.1.cùm dixit,reiterationem vulneris & percuſſionis non
præſumi cum quid facti.

7 Hinc etiam dixit Abbas in † conſ.1.nu.1.lib.1.nõ præſumi
aliquem deceſſiſſe,relictis filiis:cùm hoc facti ſit.

8 Hinc etiam dicimus , † hominem baptizatum non præſu-
mi.c.paruulos.de conſecra.diſt.4.

9 Eccleſiam † non prȩſumi conſecratam.c.ſolennitatem.de
conſecra.diſt.1.

10 Et aliquem † eſſe ad ſacros ordines promotum non præ-
ſumi.c.presbyter.diſt.68. vbi gloſſa tres hos caſus cõmemo-
rat:& ait id eſſe, quia hęc facti ſunt. Et gloſſam illam ſecutus
eſt Alcia.in tract.de præſump.reg.2.præſump.4.nu.1.

11 Huc pertinet,quod † ſcriptum reliquit Craue.in Tract.de
antiq.tẽp.in 3.particula primæ partis principalis.nu.76.cùm
dixit , benemerita , quibus alicui donatur aliquidvè relinqui-
tur,non prȩſumi cum ſint quid facti.

12 Hinc etiã Bal.in † rub.C.de fide inſtr.n.8.dixit,notariũ nõ
præſumi rogatũ de aliquo inſtrumento : cum id ſit quid facti.

13 Hinc etiã dicimus,non prȩſumi † conditũ fuiſſe teſtamen-
tum;cùm ſit quid facti,vt diſſeruimus ſuprà lib.4.prȩſump.1.
Huc

14 Huc pertinet, quod † conſuetudo tanquam quid facti non præſumitur, ſed allegari & probari debet. l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. & poſt alios ſcribunt Socin. iun. in conſilio 65. num. 36. libro primo, & alij, quos retuli ſupra libro ſecundo. præſump. 8.

15 Confert etiam quod dicimus, † priuilegium non præſumi: cum ſit quid facti. Ita Deci. in cap. porrò. num. 3. de priuileg. Non etiam præſumitur facta proteſtatio: cum ſit quid facti. Bal. l. ſi maior. la. 1. in fine. C. de tranſactio. & declarat Guido Papæ. q. 244.

16 Declaratur primò † hæc præſumptio, vt locum non habeat in his, quæ fieri ſolent. Nam in conſuetis atque ita communiter accidentibus ea, quæ facti ſunt præſumuntur. Ita Baldus in rub. C. de fide inſtr. num. 8. verſ. item quia non eſt, cùm dixit notarium qui † conſcripſit inſtrumentum, præſumi de eo

17 rogatum: cùm ſoleant notarij eſſe rogati de inſtrumentis ſua manu conſcriptis. Et idem docuit Bal. in l. incendium. in fin.

18 C. ſi certum peta. cùm dixit, præſumi contractum mutui † ob pecuniæ numerationem, & dominij tranſlationem cum illis ſic conſueuerit mutuum contrahi. Et Baldum ſecutus eſt Iaſon in l. ſciendum. num. 2. ff. de verb. oblig. qui in ſpecie dixit, ſic declarari regulam, d. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & aliis comprobauit Riminaldus iunior in l. ſi emācipati. nu. 50. & 51, C. de collat. Et huc maximè pertinet quod poſt Imolam in l. Titia. §. idem reſpondit. il. 2. de verb. obliga. ſcripſit Soc. Sen. in conſ. 68. num. 4. verſ. poſtremo, vt

19 dicit. lib. 4. quod † vbi actus, ſicuti apocha, fieri conſueuit inter præſentes, præſentia præſumitur, & alia his adiungam in ſubſequenti præſumptione in ſecunda declaratione. Et ſimilia tradit Craue. conſ. 40. num. 2. & in Tract. de antiq. tempo. in 4. par. 4. partis prin. num. 129. & nu. 120. cùm poſt Baldum multis in locis ſcribit, præſumi ita factum vt fieri conſueuit

20 à communiter contingentibus: & ait in † materia præſumptionum & coniecturarum plurimum poſſe argumentum à communiter contingentibus. Et idem copioſè diſſerit Euerardus in centuria legali, in argumento à communiter contingentibus.

21 Declaratur ſecundò hæc † præſumptio, vt locum non habeat, quando in ſcriptura appoſitum fuit aliquod verbum, quod includit factum illud. Nam tunc id præſumitur. Ita in ſpecie declarat Iaſ. in d. l. ſciendum. num. 2. ff. de verbo. oblig.

22 cùm dixit, præſumi adhibitam ſtipulationem † in fideiuſſione, quando in ſcriptura reperitur ſcriptum aliquem fideiuſſiſſe: ex quo verbum hoc, fideiubeo, includit factum ſtipulationis.

23 Declaratur tertiò, vt † non procedat quando alioqui induceretur delictum, niſi præſumeretur factum. Id quod ſenſit in ſpecie Caſtren. in l. illud. num. 7. in fi. C. de ſacroſ. eccleſ. cùm dixit, quod ſi inſtrumentum mentionem facit de actu, qui geri non poteſt inter abſentes: vt ſi dicat, Titium fuiſſe ſtipulatum, præſumitur præſentia partium alioqui præſumeretur, notarium ſcripſiſſe falſum, quod dicendum non eſt. Et Caſtrenſem ſecutus eſt Soc. Sen. in conſ. 68. num. 3. lib. 4.

## PRÆSVMPT. XV.

### Actuum, rerum, perſonarum ac agnationum pluralitas, vel vnitas identitaſque, an & quando præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Actuum, rerum & perſonarum pluralitas vel identitas an & quando præſumatur.*

2 *Pluralitas eſt ab eo probanda, qui in ea fundamentum conſtituit. Idem de deducente identitatem, quia eam probare debet. ibid.*

3 *Actuum pluralitas debet ab eo probari, qui eam deducit.*

4 *Delicti vnitas ſeu identitas probatur vnitate loci & temporis, vel quando eadem cauſa conuenit.*

5 *Actus vnitas præſumitur ex identitate loci & perſonarum.*

6 *Teſtamentorum pluralitas non præſumitur, niſi probetur.*

7 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*

8 *Actuum pluralitas non præſumitur, etiam ſi plura documenta, quæ poſſunt de ea re fieri, confecta reperiantur.*

9 *Documentum vnum ad aliud relationem quandam tacitè habere videtur.*

10 *Actuum pluralitas non præſumitur, etiam ſi aliàs error præſumeretur.*

*Præſumitur verò, quando apparet de duplici forma actus. nu. 11.*

12 *Inſtrumentum ſi reperitur factum de vēditione pura, & aliud de conditionali, præſumitur venditionum ſicq; actuum pluralitas.*

13 *Centum promiſſa ſi abs te peto, & probem de quinquaginta tantum, non dicitur probata mea intentio, & ſic actuum pluralitas præſumitur.*

*Idem quando aliquis petit centum ſibi purè promiſſa, & deinde probet promiſſa ſub conditione, quæ deinde euenit, non dicitur u probaſſe contenta in ſua petitione, ſed ex diuerſitate formæ duo actus præſumuntur. num. 14.*

15 *Actuum pluralitas præſumitur, quando agitur de conciliandis atteſtationib. teſtium, quæ alioqui pugnantes eſſent.*

16 *Teſtes cenſentur conteſtes etiam ſi vnus deponat de actu cum deſignatione loci & temporis, & alter non.*

17 *Identitas non præſumitur ad euitandum delictum.*

18 *Pluralitas in delictis non præſumitur.*

19 *Actuum pluralitas præſumitur ad euitandam contrarietatem inter partem & teſtes.*

*Alciatus contra, nu. 20.*

21 *Iurans ſibi in teſtamento fuiſſe relictum legatum, quod ob iuramentum illud præſtitum conſecutus eſt, ſi deinde eſt repertum teſtamentum, in quo nihil ſibi relictum apparet, periurij pœnam incurrit.*

22 *Actuum pluralitas præſumitur, quando temporis & perſonarum diuerſitas eſſet inter vnum actum & alterum.*

*Idem eſt præſumendum fauore matrimonij. num. 23.*

*Idem quò ad ſuſtentationem diſpoſitionis expreſſè factæ. num. 24*

25 *Rei ſiue mobilis ſiue immobilis vnitas vel identitas probari debet ab eo, qui eam deducit: non enim præſumitur.*

26 *Rerum pluralitas præſumitur aduerſus eum, qui vnitatem & identitatem deducit.*

27 *Equum ſibi locatum qui aſſerit deceſſiſſe in itinere probare debet equum illum mortuum eſſe illummet, quem conduxit.*

28 *Rei mobilis identitas quibus ſignis probetur.*

29 *Rei immobilis identitas vnitaſque probari ſolet multis modis, & quib. num. ſeq.*

30 *Fundi identitas ſeu vnitas non ſatis dicitur probata, quando quatuor eſſent deſcripti confines, & duo tantum conuenirent.*

31 *Delictum alicuius ſi ſit probandum, fundi & loci identitas probari debet per omnes eius confines.*

32 *Fundi identitas ſatis probatur ſolo nomine ſingulari.*

*Vel probando fundum illum eſſe prope aliquod caſtrum, & eſſe eius nominis, cuius mentio facta eſt. num. 33.*

*Vel demonſtrando, quòd deſcēdentes primi poſſeſſoris illius fundi continuato tempore poſſederunt. num. 34.*

*Vel per publicam famam & vulgi opinionem. nu. 35.*

36 *Perſonæ identitas vnitaſque probari debet ab eo, qui eam aſſerit.*

37 *Bannitum occidiſſe aſſerens probare debet, illum occiſum eſſe illummet in banno deſcriptum.*

38 *Iudices curare debent, vt banniti capti fateantur ſe eſſe illosmet, qui in banno deſcripti leguntur, vel debent aliunde habere probationes illos eſſe.*

39 *Perſonæ identitas non probatur ex ſolius nominis proprij identitate,*

*Demonſtratur autem expreſſo proprio nomine ſub his demonſtrationib. Petrus Martini de Perufio. nu. 40.*

41 *Teſtium nomina propria in teſtamentis deſcribenda ſunt cū duab. qualitatib. aliàs non dicuntur legitimè deſcripti.*

42 *Notarij ſolius nominis exreſſio non reddit certum, quis fuerit ille notarius rogatus de inſtrumento,*

43 *Perſonæ vnitas identitaſque probatur multis modis.*

*Vel probando nomen proprium cum aliqua alia demōſtratione & ſigno. num. 44.*

*Vel probatur ex nominis vnitate, adiectis duob. ſignis vel indicijs. num. 45.*

*Vel probatur aliquib. ſignis vel ſtigmatibus in corpore. nume. 46.*

47 *Agnationis ſeu familiæ identitas quomodo probetur, vt ſi quis tanquam ex familia & agnatione vult defuncto ſuccedere, probare debet ſe eſſe ex eadem familia defuncti, vel quem defunctus in ſuo teſtamento vocauit.*

*Huiuſmodi identitas præſumitur ob identitatem nominis agnationis. num. 48.*

*Intellige, niſi ipſi familiarum vel agnationum cognomini adiunctæ eſſent aliquæ qualitates, quæ ſignificarent ipſarum familiarum vel agnationum pluralitatem. num. 49.*



1 EGregia eſt, & ſi † non parum perplexa, diſputatio, an & quando actuum, rerum, & perſonarum pluralitas, vel identitas præſumatur? Quam quidem diſceptationem, vt aliqua diligentia explicem, & principio dicendum eſt,

2 ita pluralitatē † eſſe probandam ab eo, qui in ea fundamentum conſtituit: ſicut is, qui deducit identitatem, eam probare tenetur, vt reſponderunt Corneus in conſil. 144. nu. 11. lib. 4. Socinus Sen. in conſil. 40. colu. 2. verſ. præſertim ad lib. 3. Craue. in conſilio 198. num. 4. & Decianus in conſil. 17. num. 1. lib. 3. Non ergo, (ex prædictorum ſententia) regulariter præſumitur identitas, vel pluralitas, ſed eas allegare probare debet.

3 De actuum identitate, † & pluralitate nunc primùm diſſeramus. Actuum identitas probari debet ab eo, qui eam deducit, vt putà, ſi aſſero, teſtamentum hoc, quod teneo præ manibus, eſſe illudmet, quod Caius confecit, debeo hanc ipſam vnitatem ſeu identitatem probare. Ita ſcripſerunt Bar. in l. 1. numer. 2. C. ſi vnus ex pluribus appella. Alex. in conſil. 105. nume. 2. verſ. nec etiam. lib. 2. & copioſè Euerardus in centuria legali, in loco à præſumptione eiuſdem facti: & alij, quos ſtatim referam. Hæc vnitas, ſeu identitas ſatis probatur demonſtrando, eo tempore, loco, & illis præſentibus teſtamentum, actumque illum confectum fuiſſe. Ita Alex. in d. conſil. 105. lib. 2. Soc. Sen. in conſil. 129. num. 2. lib. 4. & Craue. in conſil. 198. num. 2. verſ. alibi ſcribit, qui ex eodem Alex. in conſil. 30. numero 7. libro ſeptimo, ſubiun-

4 xit delicti † vnitatem ſeu identitatem probari vnitate loci & temporis. Imò actus identitas vnitaſque probatur, quando eadem cauſa conuenit, & ſi ſumma in eis ſcripta eſt diuerſa: ſicuti reſpondit Alex. in conſil. 84. nume. 2. in fi. lib. 7.

5 Idem quando † conſtat de identitate loci, & perſonarum. Nam & tunc vnitas actus præſumitur. Socinus Sen. in conſilio 129. num. 6. & 7. lib. 4. qui alia plura ad rem ſcripſit.

Hac autem vnitate & identitate probata, ſi aduerſarius aſſerit Caium illum confeciſſe aliud teſtamentum illi po-

6 ſtremum, probare hanc pluralitatem debet: cum hæc † teſtamentorum pluralitas non præſumatur. Ita glo. in l. omnium. C. de teſta. & ibidem Docto. & in l. qui iuraſſe. §. ſi pater, vbi Alex. ff. de iure iuran. Bal. & Salicetus in l. 2. C. de errore aduoca. Alex. in conſil. 4. num. 12. lib. 7. Cor. in conſil. 186. num. 7. lib. 3. Felinus in c. cum Ioannes. nume. 7. de fide inſtr. Iaſon in l. 2. nume. 7. & ibi Alcia. nume. 34. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. idem Iaſ. in conſil. 62. numero 2. libro 1. Rui. in conſil. 1. nu. 9. lib. 2. & in conſil. 10. nu. 8. lib. 3. Decius in c. in præſentia, ex illo textu in nono notab. de probatio. Afflictus deciſ. 23. num. 2. Marſi. ſing. 439. Cur. Iun. in conſil. 162. in fi. Pariſius in conſil. 33. nu. 42. lib. 2. Alciatus lib. 4. paradox. cap. 13. Craue. in conſil. 198. Ea eſt huius ſententiæ ra-

7 tio, quia † facta non præſumuntur. l. in libello. §. factæ. ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ. & cap. cum in iure peritus. de off. de leg. Et præterea probatur aſſertio iſta tex. l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum. in fi. ff. de rei vend. & l. vltim. C. de reb. cred. & l. omnium C. de teſta. ac etiam tex. cap. in præſentia. verſ. verum. de probatio.

8 Extenditur primò hæc † traditio, quod ſcilicet actuū pluralitas non præſumatur, vt procedat etiam ſi plura documēta, quæ poſſunt de ea re fieri, confecta reperiuntur. Nam adhuc non præſumitur actuum pluralitas. Ita Baldus in conſil. 344. Ad euidentiam. lib. 2. & Craue. in conſil. 198. col. 1. verſ. ſed vltra: & ſenſit Baldus in l. edita. in repe. numer. 118. C. de eden. & probat. l. Sempronius de lega. 2. Huius † doctrinæ ra-

9 tio eſt, quia vnum documentum ad aliud relationem quandam tacitè habere videtur. l. quis bis idem. ff. de verb. oblig. & ſimili in caſu reſpondit Socin. Sen. in conſilio 129 numero 4. libro 4. Hinc videmus notarios pluries edere inſtrumentum eodem de actu confectum.

10 Extēditur ſecundo, vt procedat † etiam ſi aliàs error præſumeretur. Ita reſpondit Baldus in conſil. 99. Quidem Iauuolus. lib. 1. & Craue. in conſi. 198. col. 1. verſ. optimè facit.

11 Declaratur primò hæc ſententia, vt † non procedat quādo apparet de duplici forma actus. Nam tunc pluralitas præſumitur. Ita ſcribunt Baldus & Feli. in c. cum Ioannes. nu. 8. de

12 fide inſtr. qui dicunt, quod ſi inſtrumentum reperitur † factū de venditione pura, & aliud de conditionali, præſumitur vē-

13 ditionum ſicq; actuum pluralitas. Hinc † Baldus & Angelus in l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig. tradunt, quod ſi peto à te centum promiſſa, & probem de quinquaginta tantum, non dicitur probata mea intentio: cū duæ hæ ſummæ præſumantur. Et cū Baldo & Angelo idem ad rem noſtrā reſponderunt Soc. Sen. in d. conſ. 129. nu. 8. lib. 4. & Ruin. in conſ. 31. nu. 4. in fi. lib. 4. Et idem ſcripſit Euerardus in centuria legali in loco, A præſumptione eiuſdem facti in fi. Hinc etiam ſcriptū reli-

14 quit Baldus in l. edita. num. 118. C. de eden. quod ſi quis † petat centum ſibi purè promiſſa, deinde probet promiſſa ſub conditione, quæ deinde euenit, non dicitur is probaſſe contenta in ſua petitione, quoniam ex diuerſitate formæ duo actus eſſe præſumuntur, Baldum ſecutus eſt Felinus in d. c. cū Ioannes. num. 8. & ſi corruptè Bar. allegat. Baldum quoque probauit Ruinus in d. conſ. 31. num. 4. lib. 4. & ſi Ang. in conſilio 20. diſſentit.

15 Declaratur ſecundò hæc ſententia, vt † non procedat, cū agitur de conciliandis atteſtationibus teſtium, quæ alioqui pugnantes eſſent, & conſequēter vna earum falſa, niſi actuū pluralitas præſumeretur. Ita probat c. cū tu. vbi copioſè Felinus col. 1. de teſtib. & idem Feli. in c. cum Ioannes. nu. 9. de fide inſtr. Idem prius ſcripſit Specul. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. nu. . . . verſ. ſed quid ſi vnus. Lucas de pēna in l. 3. col. . . verſ. 70. præſum. C. de apochis publ. lib. 10. Ruinus in conſil. 60. num. 2. lib. 4. & in conſil. 51. num. 11. & num. 20. lib. 5. Soc. Sen. in conſil. 24. num. 28. lib. 1. & in conſ. 40. col. 2. verſic. præterea ad euitandum. lib. 3. Gramma. in conſ. 4. num. 10. conſ. 23. num. 1. in conſ. 27. num. 12. & in conſil. 47. num. 9. in criminalibus. Euerardus in Centuria legali in loco, A præſumptione eiuſdem facti. in fine. Imò egregiè reſpondit Aretinus in conſ. 36. nu. 4. auctoritate Baldi in 2. teſtium. nu. 13. C.

16 de teſtib. quod ſi vnus † teſtiū deponit de actu cum deſignatione loci & temporis, & alter non, conteſtes præſumuntur, ne actuum pluralitas diſcordiam inter eos inducat. Ita etiam

17 dicimus † identitatem non præſumi, vt delictum euitemus, ſicuti reſponderunt Corn. in conſ. 233. col. vlt. lib. 3. Ruin. in conſ. 12. nu. 5. verſ. ſecundò dicitur. libr. 5. & Craue. in conſ. 6. numero 35. & egregie in conſil. 244. numer. 2. ſicuti è contra

18 dicimus in delictis † pluralitatem non præſumi. Ita tradunt Baldus in l. ſi duo rei. §. 1. in fine. ff. de recept. arbitr. & Marſilius ſing. 499.

19 Declaratur tertiò, vt locum † non habeat hæc ſententia ad fauorem partium, hoc eſt ad euitandam contrarietatem inter partem & teſtes. Nam & tunc pluralitas præſumitur. Ita omnes in l. 2. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. ibi Bartol. numero 1. Iaſon. numero 9. Decius numero 7. Idem reſponderunt Socinus Senius in d. conſilio 129. numero 8. libro 4. & Ruinus in conſilio 31. numero 6. libro 4. & in conſilio 137. numero 12. libro 5. adducti text. d. cap. cum Ioannes. de fide inſtrum.

20 Cæterùm ab hac declaratione † diſſentit Alciatus in l. 2. numer. 35. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. & in Tract. de præſumptionibus. reg. 3. præſumpt. 16. in fine. ac etiam lib. 4. paradox. iuris. cap. 13. & in reſp. 524. numero 2. adductus text. l. vltim. C. de reb. cred. & iureiurand. vbi cum quidam iuraſ-

21 ſet, ſibi † in teſtamento factum fuiſſe legatum, quod ob iuramentum illud præſtitum erat conſecutus: & cùm repertum eſſet teſtamentum, cognitum fuit nil ei relictum. Statuit Iuſtinia. illum fuiſſe periurum. Si ergo vera eſſet recepta illa Doctorum opinio (ait Alciatus) malè cenſuiſſet Iuſtinian. quia præſumendo pluralitatem teſtamentorum, is periurus dici non potuiſſet: quia dici poterat, & duo teſtamenta fuiſſe confecta, & ob id legatum cenſeri factum in eo teſtamento, quod non reperiebatur. Nec dicendum eſt (inquit Alciatus) conſtitutionem illam loqui, cùm conſtat inſtrumentum

repertum eſſe illud, in quo is dixit, factum fuiſſe legatum. Quia reſpondetur ( ait Alciatus ) ex hoc legem illam nimis reſtringi. Et præterea non poteſt dici clarum, quia negatiua, hoc eſt aliud inſtrumentum non eſſe factum, eſt improbabilis. l.2.ff.de probat. & l.3. ff. de teſtibus. Reſponderi tamen poſſe opinor, defendendo communem ipſam opinionem. in d.l. vltim. Iuſtinianum præſupponere, periurium illius iurantis fuiſſe detectum; ſequitur ergo conſtare de illomet teſtamento, ſuper quo fuit iuratum, & de vno tantùm, aliàs periurium non poſſet dici detectum. Et dicitur manifeſtè conſtitiſſe, ex quo conſtat, nil ei legatum fuiſſe. Ex quo ceſſat illud quod de negatiua improbabili dicebat Alciatus. Nam ſatis dicitur probata negatiua, ex quo vnitas teſtamenti probata fuit.

22 Declaratur quartò, vt non † procedat, quando temporis diuerſitas & perſonarum eſſet inter vnum actum & alterum. Ita glo. in l. Pantonius. §. rei. ff. de acq. hæred. & manifeſtè reſponderunt Socin. Sen. in conſil. 24. nume. 29. lib. 1. & in conſil. 129. num. 1. verſic. tertiò attenditur, & num. 10. lib. 4. & Ruinus in conſil. 12. nume. 5. lib. 5. & latè Euerardus in Centuria legali in loco à diuerſitate temporum. nume. 1. Ita diximus ſupra vnitatem præſumi ex vnitate loci & temporis.

23 Declaratur quintò, vt non procedat † fauore matrimonij: Nam tunc actuum pluralitas præſumitur. Ita reſpondit Gratus in conſil. 2. num. 8. lib. 2.

24 Declaratur ſextò vt non procedat † ad ſuſtentationem diſpoſitionis expreſſe factæ: hoc eſt neceſſarium. Ita poſt Aret. in l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. & pup. ſubſt. declarauit Euerardus in Centuria legali, in loco, A præſumptione eiuſdem facti. verſi. hoc tamen.

25 Diſſeramus † nunc de identitate, & pluralitate rei. Et prius dicendum eſt; rei ſiuè mobilis ſiue immobilis vnitatem identitatemque probari debere ab eo, qui eam deducit: cum illa non præſumatur. l. ſi in rem. in fine. ff. de rei vend. l. 1. §. ſi quis argentum. ff. de poſiti. Et ſcribunt Bart. in l. 1. num. 3. C. ſi vnus ex pluribus appell. Alex. in conſil. 183. numero 17. libro ſextò.

26 Et hinc † rectè dicimus de rerum pluralitate, vt illa præſumatur aduerſus eum, qui vnitatem & identitatem deducit.
27 ſicuti ille, qui aſſerit † equum ſibi locatum deceſſiſſe in itinere, probare debet identitatem equi, hoc eſt, equum illum mortuum, eſſe illummet, quem conduxit: cùm alioqui equorum pluralitas præſumatur. Ita Ioan. Andreæ in c. auditis. de præſcript. quem ſecuti ſunt Felinus ibidem. nu. 27. verſic. nec obſtat. Alex. in conſil. 119. nume. 3. lib. 1. Ruinus in conſil. 65. nume. 3. lib. 5. Decius in cap. in præſentia, in nono notab. de probat. & in conſilio 91. in fine, Socinus in conſil. 127. nume. 29. lib. 3. & benè eruditus Alex. Raudenſis in commentarijs de Analogis. cap. 30. numer. 133. Porrò
28 † identitas & vnitas hæc, ſi res mobilis eſt, probatur aliquando certis ſignis: ſicuti quando ille equi conductor vult probare, equum illum in itinere mortuum, eſſe illummet ſibi locatum; probare poteſt ſignis vt putà equum mortuum fuiſſe albi, vel nigri pili, & in fronte ſtellatum, ſicuti ſigna hæc habebat equus locatus. His ſanè ſignis probatis, dicitur fundata intentio conductoris, qui vnitatem probare tenebatur. Quocircà ſi locator vult cõtendere, alios reperiri equos eiuſdem pili & ſigni, ipſe probare debet pluralitatem. Ita intelligo Abbatem in c. auditis. nu. 2. de præſcript. & Iaſonem
29 in l. non hoc. numero 11. C. vnde legit. Rei verò † immobilis putà fundi identitas vnitaſque probari ſolet & poteſt multis modis.

Et primò quidem duabus demonſtrationibus ſeu duobus confinibus. l. forma. ff. de cenſib. Bar. in l. demonſtratio falſa in prin. nu. 14. ff. de cond. & demon. Alex. in conſil. 183. num. 17. lib. 6. Decius in conſil. 13. in fi. Soc. Iun. in conſi. 127. num. 28. lib. 3. Pariſ. in conſi. 67. num. 10. lib. 1. Natta in conſil. 275. num. 5. & Dec. in conſi. 17. num. 2. & nu. 8. & 9. lib. 3.

Et hæc quidem ſententia locum habet etiam, quando aliæ demonſtrationes non conuenirent, puta nominis certi. Nam adhuc ſufficiunt duo illi confines demõſtrati. Ita ſenſit glo. in d. l. forma. ff. de cenſib. & reſponderunt Soc. Sen. in conſi. 89. num. 1. lib. 1. Rui. in conſil. 115. num. 15. lib. 5. Et præterea locum habet etiam ſi mutata ſit forma & ſtatus fundi; puta ſi effectus eſſet Syluoſus, cùm antea benè cultus eſſet. Nam adhuc eius identitas demonſtratur, probatis duobus illis confinibus. Ita reſpondit Soc. Sen. in d. conſi. 89. nu. 10. quem ſecutus eſt Decianus in d. conſil. 17. num. 8. lib. 3.

30 Cæterùm † diuerſum eſt, quando plures, vt putà quatuor eſſent deſcripti confines, & duo tantùm conuenirent. Nam tunc identitas fundi dici non poſſet probata. Ita Alex. in conſil. 73. nu. 7. lib. 3. & Ruinus in d. conſil. 115. num. 4. lib. 5.

31 Et præterea, quando agitur † probando delicto alicuius, fundi & loci identitas probari debet per omnes ipſos confines, vt reſpondit Alex. in conſil. 35. num. 3. lib. 5.

32 Secundò † identitas vnitaſque fundi ſolo nomine ſingulari probatur, Ita Bart. in l. demonſtratio falſa. in prin. num. 4. ff. de cõd. & demon. & latè egregieque Aretinus in l. ſi quis in fundi vocabulo. num. 4. de leg. 1. & ibidem Ruinus. nu. 22. Soc. Iun. in conſi. 27. num. 29. lib. 3. & Decia. in conſil. 17. nu. 17. lib. 3. qui intelligit, etiam ſi nomen non eſt ſingulare.

33 Tertiò † probatur vnitas identitáſque rei immobilis probando fundum aliquem eſſe prope aliquod Caſtrum, & eſſe eius nominis, cuius mentionem fecerat teſtator, vel alius in aliqua diſpoſitione. Ita Natta in conſilio 235. numero 16. libro ſecundo.

34 Quartò probatur † demonſtrando quod deſcendentes primi poſſeſſoris illius fundi continuato tempore poſſederunt, vt egregiè reſpondit Natta in d. conſil. 235. num. 17.

35 Quintò probatur † hæc vnitas fama publica vulgique opinione. Sicuti reſponderunt Baldus in conſilio 265. Verba laudi. lib. 2. Ruinus in conſil. 50. num. 16. lib. 1. Pariſius in conſil. 27. num. 19. & 25. lib. 1. Siluanus in conſil. 57. num. 5. & Natta in conſil. 235. num. 15.

36 Dicendum nũc eſt † de identitate vnitateq; perſonæ, quæ quidem probari debet ab eo, qui eam aſſerit. Sicuti docuit
37 Bart. in l. 1. num. 3. ff. ſi vnus ex pluribus appella. cùm † dixit, quod ille, qui aſſerit occidiſſe bannitum, probare debet illum occiſum, eſſe illum in banno deſcriptum. Idem Bart. in l.
38 inter ſtipulantem. §. 1. num. 13. de verb. oblig. admonuit † iudices, vt bannitos captos fateri faciant, ſe eſſe illóſmet, qui in banno deſcripti leguntur, vel vt curent habere probationes aliunde, illos eſſe: quia fortè reperiũtur alij eiuſdem nominis & cognominis. Et Bart. ſecuti ſunt Felin. in c. auditis. num. 27. verſ. & textum optimum. de præſcript. Cor. in conſ. 143. num. 12. lib. 2. alios ſciens omitto.

39 Non enim † ſolius nominis proprij identitas oſtendit & probat ipſius perſonæ identitatem, vt docuit Bart. in d. l. demonſtratio falſa. num. 14 de conditio. & demonſt. dum ſcri-
40 pſit, perſonam † certam demonſtrari, expreſſo proprio nomine ſub his demonſtrationibus, Petrus Martini de Peruſio & apertius idem reſpondit Corn. in conſil. 146. num. 4. lib. 3. Hac ratione reſponderunt Alex. in conſ. 153. num. 4. lib. 2. &
41 Bero. in conſil. 1. num. 40. lib. 2. in teſtamentis † deſcribenda eſſe propria nomina teſtium, cum duabus qualitatibus ſeu accidentibus, aliàs non dicuntur legitimè deſcripti & demonſtrati, vt requirit. l. hac conſultiſſima. in princ. C. qui teſta. facere poſſ.

42 Huc etiam pertinet † quod reſpondit Ruin. in conſ. 11. nu. 15. lib. 3. cùm dixit, ſolius nominis notarij expreſſiooem non reddere certum quis fuerit ille notarius, qui recepit rogatuſque fuit eo de inſtrumento, vt ſi ſic ſimpliciter dixit: Ego Albertinus rogatus fui.

43 Hæc † autem perſonæ vnitas identitasq; probatur multis modis.

44 Et primò quidem † probando nomen proprium cum aliqua alia demonſtratione, & ſigno, vt ſi teſtator legauit Clarutiæ habitanti in tali parochia, & compareat vna nomine Clarutia, quæ in ea parochia habitet, illi debetur legatum: cùm habeat ſuam intentionem fundatam. Eſt enim Clarutia, & habitat in ea parochia. Et Bart. ſecuti ſunt Iaſ. in l. 2. nu. 7. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. Deci. in l. hac conſultiſſima. nume. 7. C. qui teſta. facere poſſ. & in cap. in præſentia. in nono notab. de probatio. Alcia. in libr. 4. paradox. cap. 13. Craue. in conſil. 267. numer. 2. & in conſil. 269. numer. 3. & Cephalus in conſil. 90. nume. 18. lib. 1. ſic ſanè intelligi & declarari debent Bart. in l. ſi in rem. nume. 2. ff. de rei vend. & in l.



in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. in fine de leg. 2. & Bal. in conſil. 68. cum appareat. libro 4. cùm dixerunt, ſufficere, ſi exprimatur nomen proprium. Nam debet intelligi, quando nomen proprium habet aliquod ſignum ipſius perſonæ demonſtratiuum.

45 Secundò probatur † perſonæ vnitas identitaſque ex nominis vnitate, adiectis duobus ſignis, vel indicijs, vt ſi dicatur, Petrus Martini de Peruſio. Ita Bar. in d. l. demonſtratio. numero 14. de cond. & demon. & Alex. in conſil. 151. num. 5. libro quinto.

46 Tertiò probatur † perſonæ identitas aliquibus ſignis & ſtigmatibus in corpore, iuxta. l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. 11. vbi Bart. & cũ eo Boerius in q. 154. nu. 2. qui dixerunt; quod ſi quis venit ex remotis regionibus cum inſtrumento, in quo nominetur, adſcripto aliquo ſui corporis ſigno, is talis probatur, ſigno ipſo oſtenſo. Hinc Felinus in d. cap. auditis. num. 27. verſ. adde Bartolum de præſcript. docuit, quod ſi occiſus de facie cognoſci non poteſt, quippe quod amputatũ ei fuit caput, probari poterit, eum eſſe talem ex ſignis, quæ habet in corpore. Idẽ quoque ſcripſerunt Antonius Corſetus in ſing. in verbo, teſtis, & Iaſon in conſil. 179. col. 4. lib. 2.

47 De identitate † vnitateque cognominis nempè agnationis & familiæ poſtremo hoc in loco aliqua dicẽda ſuperſunt. De hac enim diſputari ſæpè ſolet, cum quis tanquam ex familia & agnatione vult defuncto ſuccedere. Hic ſanè probare debet, ſe eſſe ex eadẽmet familia, cuius erat defunctus; vel quam defunctus ipſe ſuo in teſtamento vocauit. Ita reſponderunt Signorolus in conſil. 81. nu. 5. Calcaneus in conſ. 8. num. 2. & in conſil. 9. col. 1. Decius in conſil. 321. num. 8. & Pariſius in conſil. 51. num. 6. & 8. lib. 2.

48 Porrò hæc † identitas vnitaſque familiæ præſumitur ob identitatem nominis agnationis. Ita in ſpecie reſpondit Cephalus in conſil. 90. num. 18. lib. 1. & præter eum idem ſenſit Calcaneus in locis præallegatis. Non tamen plenè probatur: ſic intelligo Signorolum in conſil. 81. numer. 5. alioqui diſſentientem.

49 Hoc tamen † intelligitur, niſi ipſi agnationũ & familiarũ cognomini adiunctæ eſſent aliquæ qualitates, quæ ſignificarent ipſarum familiarum & agnationum pluralitatem: vt ſi in familia de Fontana vna appelletur, Fontana de paueris; altera de Arcellis. Hæ familiæ plures & ſeparatæ, non autem vna & eadem præſumuntur. Ita reſpondit Socin. Sen. inter conſilia Curtij Sen. in conſil. 40. Cum in præſentiarum. col. 6. & ſecutus eſt Pariſius in d. conſi. 51. num. 10. & in conſi. 88. nu. 36. lib. 2. & in conſil. 1. num. 39. lib. 3.

## PRÆSVMPT. XVI.

### Actus permiſſus vel prohibitus an iure præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Actus à lege permiſſus vel prohibitus an præſumatur.*

2 *Permiſſa omnia regulariter cenſentur, quæ expreſſè prohibita non reperiuntur.*

3 *Permiſſio eſt fauorabilior prohibitione.*

4 *Lex vel ſtatutum vbi diſponit prohibitiuè, non prohibitum intelligitur permiſſum, niſi ratio vel natura repugnet.*

5 *Edictum de procuratoribus eſt certarum perſonarum prohibitiuũ, adeò vt poßint omnes procuratores conſtitui, qui non reperiũtur expreſſe prohibiti.*

*Idem de edicto de teſtibus quòd omnes admitti poſſunt ad teſtificandum, qui expreßè prohibiti non reperiuntur. num. 6.*

*Idem de edicto de teſtamentis. num. 7.*

8 *Meretrix poteſt teſtari, quia expreßè non reperitur prohibita.*

9 *Edictum de legatis eſt prohibitorium certarum perſonarum & rerum, quibus legari, & quæ legari non poſſunt.*

10 *Hæres quilibet poteſt inſtitui, qui non reperitur expreßè prohibitus.*

11 *Edictum de matrimonio eſt prohibitorium certarum perſonarum, quæ matrimonium contrahere non poſſunt.*

*Idem de edicto de iureiurando. num. 12.*

*Idem de edicto de appellationibus. num. 13.*

14 *Præſcriptio omnis dicitur permiſſa, niſi expreßè reperiatur prohibita.*

15 *Actionum cumulatio eſt permiſſa, niſi expreßè prohibita reperiatur.*

1 SOlet plerumque diſputari, an † actus à lege permiſſus vel prohibitus præſumatur? Et permiſſum præſumi docuit Lucas de penna in l. 3. col. 3. verſi. vigeſimooctauò præſumitur. C. de apochis pub. lib. 10. Idem ſenſit Franc. Pauinus in Tract. de officio & poteſtate capituli ſede vacante. parte prima. q. 1. nu. 8. verſic. regulariter tamen &c. Cùm di-
2 xit, † regulariter omnia intelligi permiſſa, quæ expreſsè prohibita non reperiuntur. Illud enim verbum, intelliguntur, quo Pauinus vtitur, præſumptionem ſignificat, vt diximus ſupra libro 1. q. 10. numero 5. Ita prope modum loquitur Craue. in conſil. 203. numero 23. poſt Ancha. in conſilio 344. Chriſtianiſſime, cùm dixit, omnia permiſſa cenſeri, quæ expreſsè prohibita non apparent. Idem docuit Iaſon in l. cætera. in prin. in 2. notab. de leg. 1. Et verè in du-
3 bio ſumenda eſt hæc præſumptio: cum † permiſſio ſit fauorabilior prohibitione, vt poſt Socin. Sen. in conſil. 246. libr. 2. reſpondit Craue. in d. conſil. 203. nu. 25. Quocircà diximus, edictum eſſe prohibitorium quò ad certos actus & negotia, id eſt, actus & negotia regulariter permitti: quia prohibitio
4 dirigitur ad certos actus. Vbicumque † verò lex, vel ſtatutum diſponit prohibitiuè, non prohibitum intelligitur permiſſum, niſi ratio, vel natura repugnet. Ita declarat Pauinus in d. q. 1. nu. 7. Quo loci egregiè ait, ita dici poſſe. Quod quædam reguntur iure communi: Et in his ſemper ponitur edictum prohibitorium, quia cum iure communi actus regãtur, impoſſibile eſt omnes actus, & res permiſſas enumerare: ideò prohibita ſolum enumerãtur, atque ita edictum appellatur prohibitorium certarum rerum & actuum. Quædam verò à iure ſpeciali reguntur: & tunc (ait Pauinus) quia impoſſibile fuiſſet legi enumerare omnes actus prohibitos: ideò conſtituitur regula prohibitiua: & cæteri actus permiſſi expreſſe enumerantur: & ſi enumerati non reperiuntur expreſsè permiſſi cenſentur prohibiti.

5 Hinc modò intelligimus, edictum † de procuratoribus eſſe certarum perſonarum prohibitiuum, vt ſcilicet certis perſonis mandatum dari non poſſit: ſicque aliquos conſtitui non poſſe procuratores. Et ideò conſtitui procuratores regulariter poſſunt omnes, qui non reperiuntur expreſsè prohibiti. l. mutus. §. 1. ff. de procurat. & ſcribunt Iaſon in l. cætera in prin. numero 2. in fine de leg. 1.

6 Ita etiam edictum de teſtibus eſt † prohibitiuum certarum perſonarum, & ideò ad dicendum teſtimonium admitti poſſunt omnes, qui expreſsè prohibiti non reperiuntur. l. 1. in prin. ff. de teſtib. l. quoniam multi. in fi. vbi glo. C. de hæreſ. & ſcribunt Iaſ. in d. l. cætera. in prin. num. 2. Salicetus & Iacobinus in l. 1. ff. de teſtibus, & Soc. Iun. in conſi. 32. nu. 26. li. 2.

7 Ita etiam edictum † de teſtamentis eſt prohibitorium certarum perſonarum, ob id teſtari poſſunt omnes, qui expreſsè non prohibentur, vt ſcribunt glo. & Bar. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. Abbas in rub. extra de teſta. col. 1. Iaſ. in d. l. cætera.
8 num. 2. idem Iaſ. conſil. 37. lib. 3. qui reſpondit † meretricem poſſe teſtari, cùm expreſsè prohibita non reperiatur. & Iaſonem ſecutus eſt Craue. in conſ. 203. num. 25.

9 Ita quoque edictum de legatis † eſt prohibitorium certarum perſonarum, & rerum quibus legari & quæ legari nõ poſſunt. Sic cenſent glo. in §. legari. in inſtit. de lega. & Iaſ. vbi ſupra.

10 Ita quoque † quilibet poteſt inſtitui hæres niſi expreſsè prohibitus reperiatur. Corne. in conſil. 25. lib. 1. & Corne. in conſilio 203. nu. 24.

11 Ita etiam edictum de matrimonio † eſt probitorium certarum perſonarum, quæ contrahere matrimonium nõ poſſunt: & ideò contrahere omnibus eſt permiſſum, quibus nõ eſt expreſsè prohibitum, cap. cum apud, vbi glo. de ſponſa. & matr. Iaſ. in d. l. cætera. in prin. nu. 2. de leg. 1. Are. in conſil. 13. Craue. in conſil. 203. num. 24.

12 Ita quoque edictum de † iureiurando dicitur certarum perſonarum prohibitorium: ob id iurare & iuramentum

deferre poſſunt omnes, qui expreſsè prohibiti non repe-riuntur, l. ſi patronus & l. aliàs. ff. de iure iuran. & ſcripſit Craue. in conſil. 203. num. 23.

13 Ita pariter † edictum de appellationibus dicitur certarum perſonarum & caſuum prohibitorium: ob id omnibus in caſibus, & ab omnibus appellare licet, niſi expreſſe prohibitum reperiatur, vt ſcribunt glo. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. Bar. in cõſil. 165. In quæſtione, qua quæritur. lib. 1. Bald. in conſil. 141. Præmiſſis verbis, cuiuſdam ſtatuti. lib. 1. & in l. Vnica. columna prima. C. ſi demon. poſſ. fuerit appell. Crau. in d. conſil. 203. num. 24.

14 Ita quoque omnis præſcriptio † dicitur permiſſa, niſi expreſſe prohibita reperiatur, vt reſpondit Soc. Sen. in conſil. 47. in 4. dubio. lib. 3. Craue. in d. conſil. 203. num. 24.

15 Ita etiam dicimus, † cumulationem actionum eſſe permiſſam, niſi expreſsè prohibita reperiatur vt tradunt Bar. in l. edita. num. 14. C. de eden. & ibidem Dec. nu. 59. Roma conſ. 240. col. 3. verſ. ſextò quia. Craue. in conſil. 14. nume. 1. & in conſil. 16. num. 8.

## PRÆSVMPT. XVII.

### Actus finem ex principio bonom vel malum præſumi.

### SVMMARIVM.

*1 Principio malo inchoata malo finiri debent exitu: ita contra quæ bono cœpta ſunt principio præſumuntur etiam bono exitu debere finiri.*

*2 Continens qui fuit à teneris multo magis præſumitur continens in ſenectute.*

*3 Actus nunquid debeat ſpectari principium vel finis.*

*Quod principium attenditur, quando finis neceſſario pendet à principio. num. 4.*

*5 Furtum ad hoc vt dicatur manifeſtum, attenditur principium commiſſi furti, & quare.*

*6 Statutum ſi diſponit, quòd homicida teneatur dare 100. iudici, an ea debeantur iudici, qui tempore vulnerationes erat iudex, an verò iudici, qui deinde erat tempore mortis.*

*7 Communitas ſi promiſit ſtipendiarijs emendare damnum paſſum eis, quorum equi in bello perijſſent, ſi equus fuit in bello vulneratus, & domi deinde deceſſit, an communitas teneatur.*

*8 Multa ſeu pœna pecuniaria eius, qui pendente tempore reuenditionis commiſit delictum, & poſt reuenditionem fuit condemnatus, ad quem pertineat.*

*9 Finis quando neceſſariò non pendet à principio, ipſemet finis attenditur.*

*Idem quando principium ex ſe nihil operatur, ſed eſt ratione & cauſa finis. & num. ſeq.*

*10 Iudicis furioſi ſententia non reſcinditur, ſi modò tempore à ſe latæ ſententiæ compos mentis ſit.*

1 QVæ malo inchoata † ſunt principio præſumuntur etiam malo finiri debere exitu. c. miramur. §. 1. diſtinct. 61. & c. principatus. 1. q. 1. & ſcripſerunt Baldus in l. 1. numero quarto. ff. de orig. iuris & Alcia. in Tract. de præſumptionibus. reg. 2. præſump. 32. Ita è contra quæ bono cœpta ſunt principio præſumuntur etiam bono exitu debere fini-
2 ri. Sic ſanè † dicimus, eum qui à teneris fuit continens, præſumi continentem in ſenectute & è contra. c. cum in iuuentute. de præſump.

3 Hinc explicat Alciatus † in d. præſumpt. 32. an principium, vel finis actus inſpici & ſpectari debeat? Et tres caſus diſtinguit.

4 Brimus eſt, quando † finis neceſſario pendet à principio. Hoc in caſu attenditur principium. Ita Alciatus in d. præſumpt. 32. nume. 1. cui accedunt Bar. Caſtren. & reliqui in l. damni. la 1. §. Sabini. ff. de damno infecto. Iaſon. in l. patre furioſo. nu. 15. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie: iuris. & in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. num. . . de verb. oblig. & Euerardus in centuria legali, in loco, à virtute finis. num. 8. verſ. alij autem
5 dicunt. Exemplum inter † alia afferri ſolet in caſu. l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis. vbi attendimus principium cõmiſſi furti, ad iudicandum furtum eſſe manifeſtum. Et ratio eſt ſecundum Alciatum præcitato in loco, quia illud, eſſe manifeſtum, eſt qualitas quædã, quæ regulari debet ſecundũ tempus ſubiecti: ex quo ſine illo eſſe nõ poteſt. l. eius, qui in prouincia. ff. ſi certũ peta. Et hic quidem caſus locum habet etiã quãdo finis pendet à principio ſola neceſſitate cauſatiua. Ita Alciatus qui ſuprà, ex ſententia Bar. in l. 1. ff. qui potio. in pigno. habean. & Soc. Sen. in conſil. 41. num. 16. lib. 4.

6 His diffinitur frequens † illa quæſtio, cautum eſt ſtatuto, quod committens homicidium teneatur pro redẽptione bonorum ſuorũ ſoluere centum Iudici. Modò tempore quo Titius erat iudex, vulneratus fuit aliquis, qui deinde deceſſit tempore quo Caius factus eſt iudex; cui præſtari debent illa centum, an Titio, qui erat iudex tempore illati vulneris, vel Caio, qui iudex erat tempore mortis? Et dicendum eſt, præſtari debere Titio, quia finis, hoc eſt tempus mortis illius vulnerati habet neceſſariam conſequentiam ad illud principium, nempè ad tempus illati vulneris. Ita ſcripſerunt Bar. in d. l. damni la. 1. §. Sabini. nume. 2. ff. de damno infecto, Euerardus præcitato in loco. His accedi Bal. in l. 1. nu. 3. ff. de origine iuris, qui ſimilem quæſtionem decidit.

Et ſatis manifeſtè probat. l. huic ſcripturæ. §. 1. ff. ad l. Aquil. ibi. *Quia verum eſt, eum à te occiſum tunc, cùm vulnerabas, quod mortuo eo, demum apparuit.*

7 Similis eſt diſceptatio, communitas † promiſit ſtipendiarijs, emendare damnum paſſum eis, quorum equi in bello perijſſent: ſi equus fuit in bello vulneratus, & domi deinde deceſſit, an communitas teneatur? Et teneri ſcripſerunt Bar. in l. 1. §. 1. ff. de incendio, ruina & naufrag. Floria. in l. aut lex. ff. ad l. Aquil. Soc. Sen. in conſil. 55. in fi. li. 1. Euerardus in loco præallegato. num. 8. verſi. facit etiam. Ita pariter diffiniri
8 † ſolet illa iuris quæſtio, ad quem pertineat multa ſicque pœna pecuniaria eius, qui pendente tempore reuenditionis commiſit delictum, & poſt reuenditionem fuit condemnatus, an ſcilicet pertineat ad ipſum emptorem primum, qui poſſidebat iuriſdictionem tẽpore cõmiſſi homicidij, vel ad ſecundum emptorem ſeu ad redimentẽ poſſeſſorem tẽpore condemnationis? Recepta eſt ſentẽtia pertinere ad primũ: cũ condemnatio ſicque finis pendeat à principio. Ita Baldus & alij multi in l. vlt. ff. de iuriſd. om. iud. Alex. in conſ. 7. colum. 2. lib. 3. Iaſon. in l. more. num. . . verſi. vltimo inquantum iſte tex. ff. de iuriſd. om. iud. Rui. in conſil. 193. num. 2. lib. 1. & Tiraquellus in Tract. de retractu conuentio. §. 5. glo. 4. num. 22. qui alios multos recenſet.

9 Secundus eſt caſus, quando † finis neceſſario non pendet à principio. Hoc ſanè caſu finis attenditur, non autem principium. Ita Alciatus in d. præſumpt. 32. num. 2. verſi. vbi verò. Qui quidem in hanc ſententiam citauit. l. 3. § ſi quis cum minore. ff. de mino. 25. anu & l. ſi quis. ff. de ritu nupt.

10 Tertius eſt caſus, quando † principium ex ſe nihil operatur, ſed eſt ratione & cauſa finis. Hoc etiam caſu finis ipſe attenditur atque ſpectatur. Ita Alciatus in d. præſumpt. 32. nu.
11 2. verſ. idem ſi ſumus. Ita ſanè probat † l. cum furioſus. ff. de iud. quo loci reſpondit Papinia. nil referre, quod furore vexetur iudex, cùm additur, ſi modò tempore à ſe latæ ſententiæ compos mentis ſit: cùm principium illud, nempè tempus quando aditus eſt iudex nil per ſe operetur, ſed finis, ideſt tempus ferendæ ſententiæ. ſic etiam in l. vltim. ff. communia prædio. tam vrba. vbi non principium ceſſionis ſeruitutis, quod nil operatur, ſed finis conſideratur. Sic & in l. non intelligitur. §. quando. ff. de iure fiſci, non conſilium committendæ fraudis ſicque principium quod nihil operatur: ſed finis nempè tempus commiſſæ fraudis ſpectari debet. Cùm enim hæc non ſint ratione & cauſa ipſius principij, ſed tendant ad finem, ſpectandus eſt ipſe finis: ſicuti ſcripſerunt Caſtren. in l. ſi idem cum eodem. §. vlt. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. ſi domum. ff. locati, & alij multi, quos congeſſit Tiraquellus in Tract. de conſang. §. 1. glo. 7. num. 45.

Non hic proſequor plura, quæ ſcripſit poſt alios Marſi. in practica crimi. in §. vlterius, & in ſing. 225. an principium, vel finis in multis delictis ſpectari debeat. Nam tractationis noſtræ terminos non parum egrediuntur.





## PRÆSVMPT. XVIII.

### Præſentia alicuius in actu an præſumatur, cùm illa omninò requiritur,

### SVMMARIVM.

*1 Præſentia alicuius in actu an & quando præſumatur, cùm ille actus præſentiam requirit.*

*Quòd cùm præſentia ſit quid facti, ob id non debet præſumi. nu. 2.*

*3 Sententia licèt contineat ipſam fuiſſe latam parte citata, non tamen inde ſequitur præſumi partem ipſam fuiſſe præſentem.*

*4 Acta ſi contineant, teſtem iuratum depoſuiſſe, non hinc præſumitur id feciſſe parte præſente.*

*5 Præſentia alicuius in actu præſumitur, quando alioqui induceretur delictum.*

*Idem dicendum in actu, qui fieri conſueuit aliquo præſente. nu. 6.*

*Idem quando verba ipſa in actu ſcripta ſui natura ſignificarent præſentiam. num. 7.*

*Idem quando concurrit aliqua iuris præſumptio, vt ſi ſententia iam tranſiuit in rem iudicatam. num. 8.*

1 DVBITARI non ſemel ſolet, an & quando prçſumatur † præſentia partis in actu, qui præſentiam illam requirit. Et hac quidem in re pro regula conſtituendum eſt, præſentiam non præſumi. Ita viſi ſunt pro regula tradere Bar. Bald. Caſtr. Iaſon & Soc. Sen. quos ſtatim commemorabo. Quæ ſanè regula probatur, l. 1. C. de ſtat. & imag. lib. 10. vt eam intellexit Bar. in l. Titia. §. idem reſpondit. il 2. de verb. oblig. & ibidem Iaſ. num. 5. Probat etiam tex. in l. optimam. C. de contrah. & comm. ſtip. ſicuti illum declarant Are. & Iaſ. in d. l. Titia. §. idem reſpondit ille. nu. 2. iſte. num. 5. & omnia apertius Felin. in c. tenor. num. 3. de ſenten. & re iud.

2 Et ratio huius regulæ eſt, quia † præſentia eſt quid facti, ob id nõ præſumitur: ſicuti ſcripſi ſupra in præſumpt. 14. poſt Caſtren. in l. illud. nu. 7. C. de ſacroſ. eccle. cùm dixit, donatarij præſentiam nõ præſumi cum donator donare aſſeruit. Huc
3 facit quod reſpondit † Fede. de Senis in conſ. 170. cùm dixit, quod & ſi in actis ſcriptum eſt ſententiam fuiſſe latam parte citata: non tamen inde ſequitur, præſumi partem ipſam fuiſſe præſentem. Et Federicum ſecuti ſunt Abbas & Felin. in c. tenor. de ſen. & re iud. idem Abbas in conſ. 193. lib. 1. & Craue. de antiq. temp. in prima particula ſecundæ partis princip. nu.
4 28. Hinc † docuit Bart. in l. Theopomp. in fin. ff. de dote præleg. ſi ſcriptum ſit in actis, teſtem iuratum depoſuiſſe, non præſumitur id feciſſe parte præſente, & illum ſecuti ſunt Abbas in cap. tuis. ad finem. de teſtib. & Felin. in cap. tenor. num. 3. de ſenten. & re iud. & dixi ſupra lib. 2. præſumpt.

5 Declaratur † primo hæc regula, vt non procedat, quando alioqui induceretur delictum, niſi præſentia præſumeretur, vt dixi in d. præſumptione 14. ad finem ex ſententia Caſtren. in d. l. illud. num. 7. & Socin. Sen. in d. conſ. 68. num. 3. lib. 4. & illis addo in ſpecie Ruin. in conſil. 131. num. 4. lib. 1. Felinum in d. cap. tenor. num. 3. verſ. vnde refert. de ſenten. & re iud.

6 Declaratur ſecundò, vt † non procedat in actu, qui conſueuit fieri aliquo præſente. Nam tunc præſentia præſumitur. Hanc declarationem aliquot Doctorum traditionibus comprobaui in d. præſumptione 14. in prima declaratione. Illis accedit quod ſi in inſtrumento reperitur ſcriptum, talis inueſtituit, &c. quia inueſtitura non conſueuit concedi & fieri niſi parte præſente: ea propter præſumitur præſentia. Ita Oldr. in conſil. 217. ſuper eo. Io. Andreæ in additio. ad Specul. in tit. de empto. & vend. §. ſciendum ad finem. Baldus in rub. C. de contrah. empt. quæſt. 18. Roma. in conſilio 509. numero 24. Idem ſcripſerunt Abbas in cap. tenor. & ibidem Felin. colum. 2. verſi. fallit. 3. de re iud. Claudius de Seyſellio in l. prædia. ff. de acq. poſſ. & Socin. Sen. in conſil. 68. numero 3. verſ. ſed hoc idem. libr. 4. & ibidem. numero 4. ſubiungit aliud ſimile, nempè, quod cum apocha confici ſoleat inter præſentes, præſentia partium præſumitur.

7 Declaratur tertiò, vt † non procedat quando verba ipſa ſcripta in actu ſui natura ſignificarent præſentiam. Ita in ſpecie declarat Felin. in d. c. tenor. col. 1. verſ. fallit primò. de ſenten. & re iud. ex ſententia Oldradi, Io. Andreæ, & Baldi, quos ſuperiore declaratione commemoraui, qui de illa conceſſione inueſtituræ loquuntur.

8 Declaratur quartò, vt locum † non habeat, quando aliqua concurrit iuris præſumptio, vt putà quando ſententia iam tranſiuit in iudicatum. Nam tunc prçſumitur, quod lata fuerit in præſentia partium. Ita declarat Felinus in d. c. tenor. col. 2. verſ. fallit quartò. de ſententia. & re iud. & diximus ſuprà lib. 2. præſumpt. 69. in fine. ſententiam antiquam præſumi latam parte præſente.

## PRÆSVMPT. XIX.

### Præſentia, vel abſentia an prçſumatur egregia diſputatio declaratum.

### SVMMARIVM.

*1 Præſens an quis præſumatur, vel abſens à loco, in quo domicilium habet.*

*2 Filius non poteſt eſſe in iudicio ſine patris conſenſu, niſi pater ipſe adſit præſumitur abſentia.*

*3 Statutum, quod in contractibus minorum requirit conſenſum duorum propinquorum, niſi eorum præſentia probetur, præſumitur abſentia.*

*4 Præſens quis præſumitur in loco vbi habitat, niſi probetur abſentia.*

*5 Argumentum à communiter accidentib. probabile eſt.*

*6 Præſentiam vel abſentiam non præſumi, ſed qui eam aſſerit, probare debet.*

*Intellige, ſi non conſtat de domicilio & habitatione eius, de cuius præſentia vel abſtinentia diſputatur.*

CONTINGIT etiam perſæpè diſputari, an
1 † quis præſens prçſumatur, vel abſens à loco, in quo habitat domiciliumvè habet. Qua de re ſunt opiniones. Vna enim fuit eorum, qui ſcripſerunt abſentiam præſumi. Ita Specul. in tit. de actore. §. 1. verſ. ſed quid ſi iſte eſt alienigena. Cùm dixit in ſpecie. l. vlt. §. neceſſitate. C. de bonis, quæ liberis: qua
2 ſancitum eſt, filium non poſſe † in iudicio eſſe ſine patris conſenſu, niſi pater ipſe adſit, quod patris abſentia præſumitur. Idem ſcripſit Albe. in Tract. ſtatutorum. parte vlt. q. 84. incipit: ſed quid ſi minor, paulò ante finem, ex l. optimam. C. de contrah. & committen. ſtipul. & l. ſi ideò. C. de iis, quib. vt indignis. Eiuſdem quoque opinionis fuit Alex. in cõſ. 80. col.
3 vlt. num. . . . lib. 5. qui reſpondit † in ſtatuto, quod in contractibus minorum requirit cõſenſum duorum propinquorum, niſi (ait Alex.) probetur præſentia ipſorum propinquorum, præſumitur abſentia. Idem Alex. in conſil. 92. in fine. lib. 5. Idem quoque ſcripſit Felin. in c. quoniam. in princ. col. vlti. vt lite pendente.

4 Secunda fuit opinio † eorum, qui exiſtimarunt, quod imò quis præſumitur præſens in loco, vbi habitat, vel habet domicilium, niſi probetur abſentia. Ita Bart. in l. is poteſt. nu. 17. ff. de acq. hæred. vbi Imola col. . . Alex. col. 5. verſ. ponderanda ſunt. Are. col. 8. verſ. 5. adde. Idem Aret. in conſ. 102. In cauſa & quæſtione. col. 6. Corneus conſil. 50. num. 12. libro 2. & in conſil. 151. col. 2. verſic. prçtereà cuius. & col. vlti. verſ. tamen, quod valeat. lib. 4. quo loci reſpondit, quando ſtatutum requirit conſenſum propinquorum in contractibus minorum, propinquos ciues illoque in loco habitantes præſumi præſentes, niſi probetur eorum abſentia. Ita quoque Socin. Sen. in conſ. 121. col. 1. lib. 1. dixit oriundum ex loco præſumi præſentem, & Tiraq. de legib. connub. in gl. 6. num. 30. eiuſdem opinionis alios recenſet. Et horum traditio fulcitur tex. l. cum quidam. de leg. 2. ac etiam c. cum in tua. extra, qui matrimo.
5 accuſa poſſ. Afferri etiam ſolet † ratio, à communiter accidentib. quod argumenti genus probabile eſt. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. à communiter inquam contingentibus eſt, vt qui habet domicilium in domo, frequentiùs

ibi habitet, & præſens ſit. Et hęc quidem opinio magis rece-
pta probabilior eſt.
6 Tertia fuit opinio, nec † abſentiam, nec pręſentiam prę-
ſumi, ſed qui aſſerit, probare debet. Ita Bal. in l. vlt. §. neceſſi-
tate. in fin. C. de bonis, quæ liberis. Ang. in l. pręſcriptione, c.
quib. non obſtet longi tempo. pręſcript. poſt Iacobum Butri-
garium, quem commemorat. Corn. in conſ. 46. num. 16. & in
conſ. 50. num. 12. lib. 2. & hos ſecutus eſt Crauet. in conſ. 240.
col. 2. verſ. ſed tamen verius videtur. Et addo Ruinum in rub.
ff. ſoluto matr. num. 302.
7 Cęterùm Tiraquel. † in d. glo. 6. nu. 31. dixit, hanc opinio-
nem poſſe procedere, ſi non conſtet de domicilio & habita-
tione eius, de cuius pręſentia, vel abſentia diſputatur.

## PRÆSVMPT. XX.

### Abſentia iuſta ac legitima an præſumatur, vel potius ex malitia.

### SVMMARIVM.

*1 Abſentia alicuius nunquid præſumatur iuſta ac legitima, an potius ex malitia.*
*Et iuſtam ac legitimam cenſeri oſtenditur ibi.*
*2 Delinquere ac dolum committere nemo præſumitur.*
*3 Abſentia iuſta cauſa non reputatur, quando quis tenetur reſidere in aliquo loco, & abſens eſt: & iuſtam cauſam allegans eam probare debet.*
*4 Maritus, qui cum vxore commorari debet, ſi abſit, per dolum præſumitur abeſſe.*

1 DVBITARI etiam ſępe † contingit, an abſentia
pręſumatur legitima & iuſta? Et pro regula con-
ſtituendum eſt, abſentiam pręſumi legitimam &
2 iuſtam, non autem ex malitia: cùm † nemo præ-
ſumatur delinquere, dolumque committere. l. meritò. ff. pro
ſocio, & l. qui dolum. ff. de dolo. & ſcripſi ſuperiore libro,
pręſumpt. 2. & 3. Et in ſpecie, quod pręſumatur abſentia iu-
ſtis de cauſis probat. l. ſi eum ſeruum. §. vltim. in prin. ff. de fi-
dei. libert.
3 Declaratur † hęc pręſumptio, vt locum non habeat, quan-
do quis tenetur reſidere aliquo in loco. Nam tunc ſi abſens
reperitur, iuſta cauſa non pręſumitur abſentię, ſed malitia, &
ob id, qui iuſtam cauſam allegat, eam probare debet. Ita do-
cuit Inno. in c. ſi aduerſarius. nu. 3. verſ. & hęc intelligo. de eo,
qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan. qui vtitur exemplo,
clerici, qui cùm in eccleſia reſidere debeat, ſi abeſt, malitioſa
abſentia pręſumitur. c. ex tuę. de cler. non reſid. & c. ſugge-
ſtum. de appella.
4 Ita quoque maritus, qui † cum vxore eſſe commorariq́;
debet, ſi abeſt, pręſumitur abeſſe per dolum, ſeu malitiam c. 1.
qui matr. accuſ. poſſunt.

## PRÆSVMPT. XXI.

### Præſentem præſumi ſcire quæ ibi acta fuerunt.

### SVMMARIVM.

*1 Præſens in loco præſumitur ſcire ea, quæ ibi aguntur.*
*2 Teſtis ſi dixit ſe ſcire, quia publice audiuit, præſumitur quòd audierit in loco, vbi publice dicitur.*
*Et ſi dixit ſe ſcire, quia fuit præſens, optimè probat, licèt non dicat quòd audiuerit vel intellexerit. num. 3.*
*4 Præſens in iudicio non habet neceſſe illum certiorem facere de actu, quem facturus eſt ipſe iudex, quia præſumitur ſcire.*
*Diſtingue, vt num. 5.*
*6 Ignorantia licèt regulariter præſumatur, non tamen præſumitur in eo, qui præſens fuit.*
*7 Notarius ſi in actis ſcripſit, aduocatum latinè reſpondentem poſitionibus ruſtici atque idiotæ, reſpondiſſe ipſo ruſtico præſente & intelligente, non præſumitur id doloſè ſcripſiſſe.*
*Intellige, niſi not. id doloſè ſcripſerit, quia debet puniri pœna arbitrio iudicis. num. 8.*
*9 Præſentia non arguit ſcientiam, quando quis deponeret de præſentia alterius.*
*Idem quando ageretur de præſumenda ſcientia reſpectu conſenſus. num. 10.*
*Idem quando ſtatutum requirit, quòd actus fiat in præſentia alicuius. num. 11.*

1 NON multum à ſuperiore † tractatione hęc
recedit, quod is, qui pręſens in loco eſt, pre-
ſumatur ſcire ea, quæ ibi aguntur. Ita Bald. in
c. 1. col. 1. ſi de inueſtit. inter dominum & va-
ſallum lis oriatur, qui dixit, quod pręſens prę-
ſumitur ſciens. Idem Bald. in l. teſtium. in fi. vbi etiam Salicet.
2 C. de teſtib. cùm † ſcripſerũt, quod ſi teſtis dicat, ſe ſcire, quia
publicè audiuit, pręſumitur quod audierit in loco vbi publi-
ce dicitur: ex quo præſens præſumitur ſcire, quæ in loco di-
cuntur. Et apertius docuit Bartol. in l. 1. §. vlt. ff. de aucto. tuto.
3 quod † teſtis, qui dicit ſe ſcire, quia fuit pręſens, optimè pro-
bat: licèt non dicat, quod audiuerit, vel intellexerit. Et pro-
bat text. §. ſi quis igitur in verbo, pręſentibus, & in §. opor-
teat. in Auth. de inſtr. cautela & fide. vbi Angelus & in ſpecie
Bar. ſecuti ſunt Iaſ. in l. 1. in fin. ff. de in ius voc. & Dec. in rub.
C. eo. col. 2. quidem Dec. rationem huius traditionis affert.
Idem docuit Fel. in c. cum cauſam. col. 7. verſ. ſecundo, decla-
ra. de teſtib. & Rebuffus in l. corã. verſ. 6. ſi dicat. de verb. ſign.
& declarat Fel. vbi ſupra verſ. 4. limita. Idem affirmarunt. Bar.
Angelus Imol. & reliqui in l. 2. §. vlt. ff. ſol. matr. & ibidem Ri-
pa nu. 16. qui quidem dicunt, pręſentiam corporis neceſſa-
rio non inferre cognitionem & ſciẽtiam. Non tamen negant
quin pręſumptionem inferat.
4 Huc facit, quod quando † quis eſt pręſens in iudicio, non
habet neceſſe illum certiorem facere de actu, quem facturus
eſt ipſe iudex: cum pręſens pręſumatur ſciens. Ita ſcripſerunt
Angelus & Imola in l. de vnoquoque. ff. de re iud. Aret. in c. 1.
colum. 9. de iudiciis. Iaſon in l. 1. in fin. ff. de in ius vocan.
& idem in rub. C. de in ius vocando.
Diſſentiunt tamen ab hac traditione Bar. in l. furioſo. ff. de
re iud. Butr. in c. 1. de iudiciis. Dec. in rub. C. de in ius vocan.
colum. vltim.
5 Has opiniones † tandem viſus eſt conciliare Dec. in d. rub.
C. de in ius voc. ita diſtinguẽdo duos caſus: Primus eſt, quãdo
quis eſt pręſens in iudicio, reſpectu alicuius actus. Nam tunc
pręſumitur ſcire, quod agitur: ex quo ibi adeſt cauſa ipſius
actus. Ita procedit illa prima Angeli, Imolę, & ſequaciũ opin.
Secundus eſt caſus, quando quis eſt pręſens in iudicio caſu
& fortuitò, ſicq́; non reſpectu actus, qui deinde celebratur. Et
tunc non pręſumitur ſcire, ex quo de actu illo non cogitauit,
animumq́ue non adhibuit. Ita procedit opinio Bart.
6 Huc pertinet quod † docuit Bald. in l. ſi tutor. col. 2. verſ.
tertiò fallit. C. de periculo tuto. cùm dixit, quod & ſi regula-
riter ignorantia pręſumitur, attamen non pręſumitur in eo,
qui pręſens fuit. Et hac doctrina adductus cenſuit Alciat. in l.
7 coram. nu. 7. ff. de verb. ſignifi. quod † & ſi notarius ſcripſit in
actis, aduocatum latinè reſpondentem poſitionibus ruſtici
atque idiotę reſpondiſſe coram ideſt pręſente & intelligen-
te ipſo ruſtico, doloſè id non ſcripſiſſe cenſetur, vt potè quod
non intellexerit, cum verius ſit, ſcripſiſſe verum: ex quo præ-
ſumitur pręſentem intelligere, quod agitur.
8 Quam † ſanè traditionem intellexit Alciatus, niſi notarius
ille dolo id ſcripſerit, vt putà, ſi id ſcripſit, cùm ille pręſens
dormiebat, & capite annuere videbatur. Idem eſt, quando is
erat ſurdus, vel infans: ſicuti declarat Petrus Rebuffus in d. l.
coram. verſ. ſed an puniendus ſit, &c. qui ait, hoc in caſu nota-
rium puniri pœna iudicis arbitrio.
9 Declaratur primò hęc † ſententia, & pręſumptio, vt locum
non habeat, quando quis deponeret de pręſentia alterius, vt
ſi dicat, quod Caius fuit præſens. Nõ enim tũc arguitur, quod
ille intellexerit. Ita declarat Feli. in d. c. cum cauſam. il. 1. col.
7. verſ. iſta tamen limitantur. de teſtib. poſt Bart. in l. prima. ff.
de aucto. tuto. & Florianum in l. ob carmen. §. vlt. ff. de teſtib.
Eiuſdem opinionis addo Alex. in conſ. 180. num. 1. lib. 2. & in
conſ. 111. nu. 6. lib. 3. Barba. in conſ. 3. col. 6. in fin. lib. 2. Cra-
uet. in conſ. 281. col. 4. in prin. Grammа. in conſ. 19. num. 2. in
criminal. Diſſentit tamen Dec. in conſ. 630. num. 8. & 9. cuius
quidem



quidem traditio defendi forte poteſt in aſſertione & atteſta-
tione notarij, vt ipſe loquitur, & idem reſpondit Rui. in conſ.
103. num. 11. lib. 1.
10 Declaratur ſecundo, vt † non procedat, quando ageretur
de præſumenda ſcientia reſpectu conſenſus. Nam tunc ex ſola
præſentia non præſumitur ſcientia & ex ea conſenſus. Ita in-
terpretor Felinum in d. c. cum cauſam. col. 7. verſ. ſecundò li-
mitatur, alioqui ſua hæc declaratio non conueniret ipſi re-
gulæ, quam ipſe declarare voluit. Et idem quod Felinus ſenſit
Geminia. in cap. pen. de re iud. in 6.
11 Declaratur tertio, † vt non procedat quando ſtatutum re-
quirit, quod actus fiat in præſentia alicuius. Nam tunc non
ſufficit, ſi dicatur, quod actus fuit geſtus in præſentia illius,
cùm illa præſentia non arguat ſcientiam. Ita Geminia. in c.
in primis. 2. q. 1. Cardinal. Zabarella in c. vlt. de maio. & obed.
& Ant. Corſetus in ſuis ſingularibus, in verbo, minor: incipit.
Si ex diſpoſitione ſtatuti.

## PRÆSVMPT. XXII.

### Error an & quando præſumatur commiſſus in actu & diſpoſitione.

### *SVMMARIVM.*

*1 Error an & quando præſumatur cõmiſſus in actu, & diſpoſitione.*
*2 Actus & diſpoſitio præſumuntur in ſe continere vera, nec in eis præſumitur error.*
*3 Error cùm ſit quid facti, non debet præſumi.*
*Et id multo magis, quando actus confectus fuit à perito & diligenti. num. 4.*
*5 Error non præſumitur commiſſus in inſtrumento circa ea, quæ ad notarij officium pertinent.*
*Et ſic non præſumitur commiſſus in confeſſione facta ab eo, qui rei & actus cognitionem ſcientiamq; habet. num. 6.*
*7 Error commiſſus à perito habet in ſe culpam & negligentiam.*
*8 Error præſumitur commiſſus, quando coniecturis atque præſumptionibus apparet rem aliter ſe habere,*
*Et id non ſolum habet locum in errore facti, ſed etiam iuris, qui detegitur, quando conſtat de mala iuris interpretatione & intellectu. num. 9.*
*10 Ruini reſponſum reiectum.*

1 DISPVTATIO † nõ minus vtilis quàm frequẽs
eſt, an & quando error præſumatur commiſſus
in aliquo actu & diſpoſitione? De errore multa
erronea, confuſa, & quæ ad rem hanc non perti-
nent, ſcripſit Maſcardus in Tract. de probatio-
1 nibus, in conclu. 636. & multis ſubſequentibus. Ego hac in re
2 ſic ſtatuo regulam & præſumptionem. Errorem † commiſ-
ſum in actu & diſpoſitione non credi, ſed vera omnia præſu-
mi. Ita Bald. in l. Imperator. la. 1. in prin. ff. de ſtatu hom. Ang.
in l. errore. C. de teſtam. Comenſ. in l. cum proponebatur. de
leg. 2. Caſtr. in conſ. 200. Ad primum. in fin. lib. 1.
Vitalis de Cambiis in Tract. clauſularum in clauſula. Non
errore ductus. nu. 20. & nu. 64. qui copioſè diſſerit. Iaſ. in l. ſi
poſt diuiſionẽ. nu. 3. C. de iuris & facti igno. Dec. in l. ſi libra-
rius. nu. 3. & ibid. Cagn. nu. 6. de reg. iur. Syluanus in conſ. 57.
nu. 7. Alcia. in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 21. nu. 1.
Portius Imolenſis in conſ. 96. nu. 12. & 13. Idem ego ipſe re-
ſpondi in conſ. 89. nu. 121. lib. 1. & in conſ. 147. num. 39. lib. 2.
Et probatur text. l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. & fact. igno.
ibi, *oſtende igitur hoc apud rectorem virum Clariſſimum amicũ no-
ſtrum, teſtamẽtũ vel fide veri deficere, vel iuris ratione ſtare nõ poſſe.*
3 Eſt etiam huius † ſentẽtiæ ratio, quia vitiũ erroris eſt quid
facti, quod non præſumitur, vt diximus ſupra in pręſumpt. 14.
4 Et hæc quidem regula † & præſumptio locum habet mul-
to magis, quando actus confectus fuit à perito & diligenti.
Nam tunc multo minus præſumitur cõmiſſus error: ſicuti di-
5 cimus errorem † cõmiſſum non præſumi in inſtrumento cir-
ca ea, quæ ad notarij officium pertinent. Ita ſanè tradunt Dec.
in d. l. ſi librarius. num. 3. de reg. iur. & ibidem Cagno. num. 6.
6 Sic etiam non præſumitur † commiſſus error in confeſſio-
ne facta ab eo, qui rei & actus cognitionem ſcientiamq́; ha-
bet, vt reſpondit Syluanus in conſ. 57. num. 27.
7 Et, præter † rationẽ ſuprà cõſideratam, afferri hæc poteſt
quod error (vt dicemus in ſequenti præſumptione) habet in
ſe culpam & negligentiam quãdam, ſi à perito commiſſus eſt.
Cùm verò culpa & negligentia non præſumatur, vt ſcripſi ſu-
periore libro in præſumpt. 2. ita nec error debet præſumi.
8 Cæterùm † à prædicta præſumptione & regula receditur
cõtrariis coniecturis, præſumptionibus atque demonſtratio-
nibus, ſicuti quando apparet rem aliter ſe habere. l. de ætate.
§. vlti. de probat. & d. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti
igno. & poſt alios reſpondi in conſ. 1. num. 91. in conſ. 85. nu.
108. in conſ. 91. nu. 11. & in conſ. 98. nu. 51. lib. 1. & alibi ſæpè,
& à me congeſtis accedunt Craue. in conſ. 329. nu. 17. in conſ.
701. nume. 21. & in conſil. 954. num. 11. Portius Imolenſis in
conſil. 96. num. 13. & Rolandus in conſil. 69 num. 50. lib. 3. Et
9 hoc locum habet non ſolùm † in errore facti, ſed etiam iuris,
qui detegitur, quando conſtat de mala iuris interpretatione
& intellectu, vt rectè ſcripſit Bellemera in concluſ. 693. nu. 2.
10 verſ. ſi verò confeſſio. Nec repugnat quod reſpondit Rui. † in
conſil. 128. num. 7. lib. 2. cùm dixit, non ſufficere ad proban-
dum errorem iuris, demonſtrare rem aliter ſe habere, ex ſen-
tentia Bart. in l. non fatetur. nume. 12. ff. de confeſſ. quia Bart.
loquitur quando conſtat quidem commiſſum eſſe errorem
in iure, ſicuti ille, qui duxit coniunctam ſanguine in vxorem
contra iuris diſpoſitionem: ſed dubitatur, an error ille fuerit
commiſſus ignorãter & (vt dici ſolet) per errorem, vel ſcien-
ter, ſunt enim hæc duo ſeparata, errorem commiſſum eſſe, &
illum fuiſſe ignoranter, ſeu per errorem commiſſum: de pri-
mo præſens eſt diſputatio, de ſecundo dicemus in ſequenti
præſumptione, ex quo conſtat, Ruinum æquiuocaſſe, ſicuti &
Maſcardus in Tract. de probationibus, in concl. 641. nu. 6. &
in tota illa concluſione, ac etiam in concl. 637.

## PRÆSVMPT. XXIII.

### Ignorantia errorq́ue tam iuris quàm facti proprij, vel alieni, an & quando præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Error, qui in actu & diſpoſitione apparet, an præſumatur commiſſus ſcienter, an per errorem & ignorantiam iuris.*
*2 Error quid differat ab ignorantia. & nu. ſeq. præcipuè nu. 5.*
*3 Ignorantia dicitur, cùm de facto nihil ſcitur, & propriè eſt ignorare, id eſt, neſcire quod ſciri debet: & eſt ſimplex ſcientiæ priuatio. num. 7.*
*4 Error eſt, quando aliud eſt quam creditur.*
*6 Error ſupponit aliquam notitiam eius, circa quod erratur, nempè per famam, viſum, vel opinionem. Vnde.*
*7 Errare eſt falſa pro veris approbare: ignorare verò eſt nihil approbare.*
*8 Ignorare plus eſt quam errare: cùm ignorantia nullam, error verò aliquam rei ſcientiam ſupponat.*
*9 Error ſeu ignorantia aliquando verſatur circa iuris diſpoſitionem: aliquando circa factum hominis: aliquando circa vtrunque: & ſic datur ignorantia iuris, facti, & iuris & facti.*
*10 Ignorantia iuris & errore nemo præſumitur aliquid feciſſe.*
*11 Iuris diſpoſitionem ignorare, quam omnes ſcire debent per ſe vel per alios, quos conſulere poſſunt, eſt lata culpa.*
*12 Culpa, cùm ſit delictum, non præſumitur.*
*13 Ignorantia iuris difficile probatur.*
*14 Actus geminatus ſi continet errorem, ſcienter commiſſus cenſetur, non autem per ignorantiam.*
*Et multo magis, quando in ipſo actu adhibita eſt clauſula, ex certa ſcientia. num. 15.*
*16 Ruſticus ſeu idiota iuris ignorantia aliquid feciſſe præſumuntur quod fieri non debebat, non ſcienter & doloſe.*
*17 Mulier per errorem & ignorantiam iuris feciſſe præſumitur, quod facere non debuit.*
*18 Miles ſi fecit actum, quem facere non debebat, per errorem, & ignorantiam iuris feciſſe cenſetur.*
*19 Minor ætate præſumitur errore & ignorantia iuris non autem ſcienter feciſſe actum, quem facere non debebat.*
*20 Vniuerſitas minori æquiparatur, & præſumitur per errorem feciſſe actum, quem facere non debuit.*

21 *Actus quando præſumitur per errorem factus, præſumitur error & ignorantia in ipſo, etiam ſi adiecta fuit clauſula, ex certa ſcientia.*
22 *Minor, mulier, miles, ruſticus & ſimiles ignari diſpoſitionis legis, ea facilitate, qua actum conficiendo ſe obligant, eadem facilitate patiuntur in ipſo actu apponi clauſulam, ex certa ſciẽtia.*
23 *Ignorantia iuris naturalis non præſumitur in minore, muliere, milite, ruſtico, & ſimilibus.*
*Nec in prædictis perſonis præſumitur ignorantia iuris, quando tractant de lucro captando. num. 24.*
*Idem quando confecerunt actum clam. num. 25.*
26 *Actus à lege prohibitus factus publicè & palam præſumitur ignoranter & per errorem factus.*
*Idem quando conſtat de perſuaſione alicuius perſonæ, cui probabiliter credi & fides adhiberi debuit. num. 27.*
*Idem quando agitur de excludenda donatione. num. 28.*
*Idem quando agitur de excludendo dolo & mala fide. num. 29.*
*Notarius præſumitur potius aliquid per errorem feciſſe contra iuris diſpoſitionem, quàm doloſè.*
*In milite præſumitur potius error & ignorantia quam dolus.*
*Ignorantia & error regulariter non præſumitur in facto proprio.*
*Ita nec ignorantia & error proprij nominis.*
*Dominus præſumitur ſcire quantitatẽ & valorem ſui patrimonij.*
*Non habet id tamen locum in patrimonio nouè acquiſito ex alterius ſucceßione. num. 34.*
*Vel quando patrimonium eſſet valdè amplum. num. 35.*
*Vel niſi adſit enormiſſ. læſio. num. 36.*
37 *Ignorantia facti proprij præſumitur, quando agitur de damno euitando.*
*Idem quando agitur de facto antiquo. nu. 38.*
*Intellige, niſi factum ſit arduum & graue, quia tunc non excuſaret ignorantia. num. 39.*
*Vel eſſet factum alteri obligatorium. num. 40.*
41 *Ignorantia facti proprij præſumitur & excuſat, quando factum eſt inuolutum & intricatum.*
*Idem quando hoc proprium factum fuiſſet explicatum non per ſe, ſed vel per filium vel per procuratorem. num. 42.*
*Intellige tamen niſi factum ſit arduum & graue, quia tunc dominus præſumitur certior factus ab ipſo procuratore. num. 43.*
*Vel intellige, niſi ex facto ipſius procuratoris aliquod commodum peruenit ad dominum. num. 44.*
*Vel quando procurator fecit aliquid cum magna impenſa, quam veriſimiliter procurator inſcio domino non feciſſet, quia non præſumitur ignorantia. num. 45.*
*Intellige etiam, niſi procurator fuerit ad hoc ſpecialiter conſtitutus. num. 46.*
47 *Ignorantia in proprio facto præſumitur, quando quis eſt implicitus multis negotijs.*
48 *Iudex ſi tulit interlocutoriam, & poſtea alteram illi contrariam pronunciauit, præſumitur ignoraſſe primam.*
49 *Ignorantia in facto proprio præſumitur in eo, qui in extremis laborans rem aliquam vni obligauit, deinde eam alteri legauit.*
50 *Ignorantia præſumitur, quando in aliqua parte apparet.*
51 *Ignorantia facti alieni regulariter excuſat, & præſumitur.*
*Et qui ſcientiam allegat, probare eam debet. num 52.*
53 *Poßidens cum titulo & bona fide præſumitur ignorare, quòd res illa ad alium pertineat.*
54 *Hæreticum in domo receptãs præſumitur ignoraſſe eũ eſſe talem.*
55 *Succeſſor præſumitur ignorare, factum ſui anteceſſoris.*
*Idem, in hærede. ibid.*
56 *Subrogatus motu proprio in lite ab altero cœpta præſumitur ignorare ſententiam contra ſuum anteceſſorem latam.*
57 *Filius licèt dicatur eſſe vna & eadem perſona cum patre, præſumitur tamen ignorare factum patris.*
*Et præſumitur ignorare, teſtamentum fuiſſe à patre conditum. num. 58.*
*Secus ſi coniecturis conſtat ipſum id ſciuiſſe. num. 59.*
60 *Filius confitens ſe hæredem ex teſtamento, non præſumitur ignorare confectum fuiſſe teſtamentum imo præſumitur ſcire, quæ in ipſo continentur.*
*Idem quando ipſe filius ſoluit aliqua relicta in ipſo teſtamento, vel conuenit cum legatarijs delegatis ipſis ſoluendis. num. 61.*
62 *Legatarius præſumitur ſciuiſſe diſpoſita in teſtamento, quando ipſe tanquam tutor teſtamentarius cœpit adminiſtrare.*
63 *Filius præſumitur ſcire, confectum fuiſſe teſtamentum à patre quando publica vox & fama eſt ipſum patrem condidiſſe teſtamentum, & diſpoſuiſſe certo modo.*
*Idem quando teſtamentum reperitur apud ipſum filium hæredem. num. 64.*
*Idem quando filius fuit præſens, quando pater conficiebat teſtamentum. num. 65.*
66 *Ignorantia in facto alieno quod quis ſcire tenetur, non præſumitur, ſed ſcientia.*
67 *Tutor præſumit ſcire, facta pupilli, cuius bona adminiſtrauit.*
68 *Ignorantia facta alieni non præſumitur ſed ſcientia quando quid eſt publicè factum.*
*In facto enim notorio præſumitur ſcientia. num. 69.*
70 *Ignorantia facti alieni non præſumitur ſed ſcientia quando de eo eſt publica vox & fama.*
*Idem quando factum alienum eſſet denuntiatum ad domum illius, qui ignorantiam allegaret num. 71.*
*Idem quando ignorantiam allegans fuiſſet præſens illi facto. n. 72.*
*Idem quando conſtat hunc allegantem ignorantiam iam perquiſiuiſſe de hoc facto, & eius partem ſciuiſſe. num. 73.*
*Idem quando ipſius facti alieni ſcriptura eſſet apud d. allegantem ignorantiam. num. 74.*
75 *Hæres extraneus præſumitur ſcire confectum fuiſſe teſtamentum, ex quo hæreditatẽ conſecutus eſt & quæ in eo diſpoſita fuerũt.*
*Intellige, niſi aliàs fuiſſet ſucceſſurus ab inteſtato. num. 76.*
*Vel niſi fuiſſet inſtitutus in teſtamento in ſcriptis confecto, quia antequam illud ſit apertum, ignorare præſumitur in eo diſpoſita. num. 77.*
78 *Hæres extraneus ſi ſit infans, præſumitur ignorare etiam factus maior diſpoſita in teſtamento eius, cui ſucceßit.*
79 *Hæres extraneus præſumitur ignorare diſpoſita in codicillis.*
80 *Ignorantia facti alieni non præſumitur in factis nobilium ſeu magnorum virorum.*
*Idem quando factum eſt notabile & egregium. num. 81.*
82 *Filius præſumitur ſcire creditum patris, quod eſt notabilis & egregiæ ſummæ.*
83 *Ignorantia in facto alieno ſæpius pertractato non præſumitur.*
*Idem quando ex facto alieno quis ſenſit commodum. num. 84.*
*Idem in factis vicinorum & coniunctorum. num. 85.*
86 *Error & ignorantia iuris & facti, quæ, & quando præſumatur.*

1 DIſſerendum eſt nunc, † an error, qui in actu & diſpoſitione commiſſus eſt de quo in præcedenti præſumptione diximus, præſumatur commiſſus ſcienter & conſultò, vel potius per errorem, & ignorantiam iuris, vel facti. Hac de re multa, vt dixi ſupra, erronea & confuſa ſcripſit Maſcardus in Tract. de probationibus in concl. 636. & multis ſubſequentibus, vbi de errore, & in concluſ. 1285. vbi de ignorantia.
2 Ego verò † nonnulla hic commemorabo ſimul de errore ſcilicet & ignorantia, cùm à noſtris paſſim vna pro altero ſumatur, & his nominibus abuti videantur: & ſi ſcio, errorem
3 differre ab ignorantia. Eſt enim ignorantia † cum de facto nihil ſcio: nec inde aliquid ſuſpicor.
Et propriè eſt ignorare, ideſt, neſcire, quod ſciri debet. Er-
4 ror verò † eſt cum aliud eſt quàm credam. Ita egregiè omnium prius declarauit Azo in ſumma. C. de iuris & facti igno. num. 1. & 2. & ſecuti ſunt Archid. in c. in quibus. 22. q. 2. & Albericus in l. error. num. 1. C. de iuris & facti igno. Et accedit
5 D. Thomas in 4. ſenten. diſtinct. 30. art. 1. cùm dixit, † ignorantiam in eo differre ab errore, quod ignorantia ſui natura & ratione non ponit aliquem cognitionis actum: Error verò
6 ponit iudicium peruerſum de aliquo, atque ita † error, (vt apertius in d. diſtinct. 30. dicebat Albertus magnus) ſupponit aliquam notitiam eius circa quod erratur, nempè per famam, viſum, vel opinionem.
7 Et ideò † Diuus Auguſtinus in Enchiridio. c. 17. ad Laurentium, quod eſt relatum in c. quamuis. diſtin. 38. rectè dixit, errorem eſſe vera pro falſis approbare: Ignorare verò eſſe nihil approbare: cùm ſit ſimplex ſcientiæ priuatio. Sicuti in eo cap. quamuis apertius explicarunt Præpoſitus & Turrecremata. Sic & Angelus Clauaſius in ſumma in verbo, Errare.
8 num. 1. & melius in verbo, Ignorantia. nu. 6. Eſt itaque † plus ignorare quàm errare: cùm ignorantia nullam: error verò aliquam



aliquam rei ſcientiam, ſupponat. Doctores noſtri (vt ſuprà admonui) nullam inter hæc adhibent differentiam, dum explicant, an ſi factum aliquid reperitur, quod fieri minimè debuit, factum præſumatur ſcienter, vel per ignorantiam, & er-
9 rorem. Porrò hæc † ignorantia & error aliquando verſatur circa iuris diſpoſitionem: aliquando circa factum hominis, aliquando circa vtrumque. Ita ſanè datur error & ignorantia iuris, facti, & iuris & facti: ſicuti declaraui in conſi. 191. nu. 63. & 64. lib. 2. Tria itaque huius diſputationis & enarrationis capita conſtituenda ſunt, quorum primum eſt de ignorantia erroreque iuris: ſecundum de ignorãtia & errore facti. Tertium de errore & ignorantia vtriuſque.
10 Primò in capite † pro regula ſtatuendum eſt, neminem præſumi iuris ignorantia & errore aliquid feciſſe. Ita Bar. in l. ſed & ſi lege §. ſcire. num. 3. ff. de petit. hæred. & in l. non fatetur. num. 12. ff. de confeſſis. Alex. in conſ. 121. nu. 14. lib. 4. Corneus in conſil. 17. num. 5. & in conſil. 226. colum. penult. lib. 1. & in conſil. 33. lib. 4. Soci. Sen. in conſil. 59. num. 17. verſ. prętereà. lib. 3. Ruin. in conſil. 128. num. 13. lib. 2. & in conſil. 159. num. 23. lib. 3. Craue. in conſil. 255. num. 5. in conſil. 390. num. 16. in conſil. 854. num. 12. & in conſil. 861. num. 10. Et huius
11 quidem ſententiæ ea eſt ratio, † quod lata culpa eſt ignorare iuris diſpoſitionem, quam omnes ſcire debent per ſe vel per alios, quos conſulere poſſunt. l. leges ſacratiſſimæ. ff. de legib. & in ſpecie ſcripſerunt Bart. in l. iuſtè. in fi. ff. de acq. poſſeſſ. Alex. in conſil. 43. colum. vlti. lib. 6. Socinus Senior in conſil. 108. num. 12. verſi. & licet iuris ignorantia. lib. 1. & Crauet. in conſil. 671. num. 11. dixerunt ij, errorem atque ignorantiam
12 iuris latæ culpæ adſcribi. Porrò culpa, quæ † delictum eſt, nõ præſumitur, iuxta l. merito. ff. pro ſocio, & diximus ſuprà in præcedenti libro, in præſumpt. 2. Non ergo iuris ignorantia,
13 ſed ſcientia præſumitur. Et propterea † Angelus in d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hæred. ſcriptum reliquit, eſſe difficile probare hanc ignorantiam & iuris errorem: cùm ſaltem peritiores conſulere potuerit. Et Angelum ſecuti ſunt Alexander, Socinus, & alij nonnulli ex ſuprà commemoratis, præſertim Rui. in d. conſ. 128. nu. 13. lib. 2.
14 Et hæc quidem præſumptio † locum habet multò magis in actu geminato, qui dum voluntatem magis deliberatam oſtendit, ſcienter factum non autem per errorem & ignorantiam arguit: ſicuti reſponderunt Ruinus in d. conſ. 128. nu. 13. lib. 2. Decius in conſil. 185. num. 13. Ita quoque multò magis
15 † locum habet præſumptio hæc, quando in ipſo cõfecto actu adhibita eſt clauſula, ex certa ſcientia. Nam tunc multò minus præſumitur error & ignorantia iuris, ſed ſcientia. Ita Bar. & Alexander in l. dari. ff. de verborum obligat. idem Alexan. in l. ſed & ſi quis. §. vlt. ff. ſi quis cautio. & in conſilio 14. num. 19. lib. 6. Iaſ. in l. vltima. §. idem quæſiit. num. 5. ff. de conditio. indebiti. Socinus Senior in conſil. 214. lib. 2. & in conſil. 79. numero 47. lib. 4. Bertrandus in conſi. 204. num. 6. lib. 6. Quæ quidem traditio locum non habet ex qualitate perſonę, vt dicemus infrà in prima coniectura.
Receditur autem à prædicta regula & præſumptione contrariis coniecturis & præſumptionibus: vt in ſpecie ſcripſerunt Imola in capit. ad noſtram. in fine. de rebus Eccleſ. non alienan. Curtius Senior in conſil. 72. Princeps defunctus. columna octaua, verſiculo reſtant duæ difficultates. Ruinus in conſilio 10. numero 15. libro 3. & egregiè Bellemera in concluſione 693. numero 2. qui dixit ex circumſtantiis ductis à qualitate perſonarum & rerum iuris ignorantiam præſumi. Hanc quoque ſententiam admittunt Doctores, quos infrà commemorabimus.
16 Prima eſt coniectura † ducta à qualitate perſonæ, quæ veriſimiliter neſcit iuris diſpoſitionem. Exemplum afferri ſolet in idiota & ruſtico. Hic ſi quid egit quod iure fieri non debuit, non ſcienter, ſed errore & ignorantia feciſſe pręſumitur. Ita Bart. in d. l. non fatetur. num. 12. verſ. & erat homo groſſus. ff. de confeſ. Comenſ. in l. an inutilis. in fine principij. ff. de acceptila. Lucas de Penna in l. 3. in præſumpt. 104. C. de apochis publ. lib. 10. Et ſatis probat. l. vlt. in princ. ff. de doli mali & metus except. vbi gloſſa in verbo, per errorem. Cæterùm hoc exemplum intelligi & declarari debet ex his, quæ copioſè diſſerui in lib. 2. de arbitrariis iudicum. Caſu 194. vbi commemoraui multos caſus, in quibus ruſticus non excuſatur, ſi quid contra legis diſpoſitionem fecit. Secundum exemplum
17 ſolet conſiderari † in muliere, quæ pariter non ſcienter, ſed per errorem & ignorantiam iuris feciſſe præſumitur quod facere non debebat. Fulgoſius in l. non fatetur. in princip. ff. de confeſſis. Alex. in conſ. 234. num. 7. lib. 7. Ruinus in conſ. 107. num. 4. in fine. lib. 1. & in conſ. 60. num. 28. & in conſ. 108. nu. 2. lib. 3. Soci. Sen. in conſ. 47. num. 11. lib. 1. Alciatus in Tract. de præſumptionibus. reg. 3. præſumpt. 21. num. 3. verſ. item in muliere. Craue. in conſ. 442. num. 9. in conſ. 550. num. 13. & in conſ. 785. nu. 4. qui num. 20. dixit, imò iuris errorem & ignorantiam non præſumi in muliere, niſi certis in caſibus, inter quos vnus eſt in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. inceſtum. ff. ad l. Iuliam de adulteriis. vbi mulier excuſatur à pœna inceſtus iuris errore & ignorantia commiſſus.
18 Tertium exemplum adducitur † in milite, qui pariter per errorem & ignorantiam præſumitur feciſſe actum, qui fieri non debuit. Ita ſcripſerunt Soc. Sen. in d. conſ. 47. num. 11. lib. 1. Craue. in conſ. 413. num. 10. in conſ. 795. num. 8. & in conſil. 847. num. 7. verſ. 3. reſpondetur.
19 Quartum exemplum eſt † in minore ætate, quem etiam præſumitur errore & ignorantia iuris, non autem ſcienter feciſſe actum, quem facere non debebat. Ita Baldus in l. venditioni. num. 3. C. de vſucap. pro empto. Socin. Sen. in conſ. 47. num. 11. lib. 1. Ruinus in conſ. 10 num. 15. in conſ. 60. num. 28. & in conſ. 108. num. 2. lib. 3. Deci. in conſ. 351. in fine. Alciatus in Tract. de præſumptionibus. reg. 3. præſumpt. 21. nu. 3. verſi item in aliquibus. Craue. in conſil. 142. num 11. in conſ. 413. num. 11. in conſ. 754. num. 13. in conſ. 790. num. 5. in conſ. 871. num. 14. & in conſ. 880. num. 6. Et probatur tex. l. cum de indebito §. ſin autem. ff. de probatio. & l. regula §. 1. ff. de iuris
20 & facti igno. Et idem eſt † dicendum in vniuerſitate, quę minori æquiparatur: ſicuti in ſpecie reſpondit Craue. in conſil. 680. num. 21.
21 Extenditur hæc † coniectura & locum habet etiam quando in ipſo actu adiecta fuit clauſula, ex certa ſcientia: Nam adhuc præſumitur actus ille confectus non ſcienter, ſed ignoranter & per errorem, vt reſpondit Ruinus in conſ. 60. nu. 28.
22 lib. 3. qui ea ratione vſus eſt: quia † minor, mulier, miles, ruſticus & ſimiles ignari diſpoſitione legis, ea facilitate qua actũ conficiendo ſe obligant, eadem facilitate patiuntur in ipſo actu apponi clauſulam ex certa ſcientia, & ei ſimiles, iuxta l. doli. §. diuerſum. ff. de doli mali & metus except.
23 Declaratur primò † hæc coniectura, vt locum non habeat in diſpoſitione iuris naturalis. Non enim eius ignorantia pręſumitur etiam in prædictis perſonis: vt tradunt Iaſ. in l. venia. num. 3. C. de in ius voc. & ibidem Curt. iunior. nu. 2. Alcia. in Tract. de præſumptionibus. reg. 3. præſumpt. 30. nu. 4. Craue. in conſ. 419. num. 2. & in conſ. 974. num. 44.
24 Declaratur ſecundò, vt † locum non habeat hæc coniectura, quando prædictæ perſonæ, nempè ruſticus, miles, mulier. & minor tractant de lucro captando. Nam tunc actus ab eis cõfectus non præſumitur ignoranter & per errorem, ſed ſciẽter confectus. Ita declarant Bald. in l. 4. nu. 3. C. de vſucap. pro empto. Cor. in conſ. 226. col. pen. lib. 1. Deci. in conſi. 351. in fine. & alios refert Craue. in conſ. 785. num. 20. & in conſ. 858. num. 7.
25 Declaratur tertiò, vt † non procedat quando prædictæ perſonæ confecerunt actũ clam. Nam tunc præſumitur quod ſcienter fecerint. Ita multorum auctoritate ſcripſi in lib. 2. de arbitrariis iudicum. Caſu 194. nu. 18.
26 Secunda eſt coniectura, qua † præſumitur actus ignoranter & per errorem confectus, quando ſcilicet actus ipſe à lege prohibitus fuit palàm & publicè factus. Ita Bart. in l. non fatetur. nu. 12. ff. de confeſſis. & proba. l. vlt. ff. de ritu nup. quam ſic declaraui & multis comprobaui in lib. 2. de arbitrariis iudicum. Caſu 244. num. 11.
27 Tertia eſt coniectura, quando † conſtat de perſuaſione alicuius perſonæ, cui probabiliter credi & fides adhiberi debuit. Nam tunc actus contra iuris diſpoſitionem confectus per ignorantiam & errorem præſumitur factus. Ita gl. in l. 2. in fine. ff. quando actio de pecul. eſt anna. Decius in conſil. 318. col. 3. Ruinus in conſ. 137. num. 11. lib. 3, Crau. in conſ. 157. num. 14. in conſ. 815. num. 8. in conſ. 861. num. 12. & in conſi. 954. nu. 12. qui eiuſdem ſententiæ alios retulit.

28 Quarta eſt coniectura,quando † agitur de excludenda do-
natione.Nam tunc potius præſumitur actus confectus igno-
ranter & per errorem,quàm quòd præſumatur donatio,ſicu-
ti auctoritate multorum ſcripſi in lib.2.de arbitrariis iudicũ.
Caſu.88.num.3.Et illis accedunt Ruinus in conſ.167.nu.5.
lib.1.& in conſ.145.num.12.lib.5.Craue.in conſ.424.nu.7.
in conſ.535.num.5.in conſ.880.num.7.in conſ.973.num.20.
& idem in reſponſo pro Genero.nume.124.& Rolandus in
conſ.11.num.47.lib.3.

29 Quinta eſt coniectura, quando † agitur de excludendo do
lo,& mala fide:Nam potius præſumitur confectus actus igno
rantia iuris & per errorem quàm dolo, & mala fide. Ita Co-
menſ.in l.non fatetur.nu.8.ff.de confeſſ.& in conſ.110.ad fi-
nem.Alex.in conſ.24.num.4.in conſ.65.num.9.& in conſ.70.
num.6.lib.1.Ruin.in conſ.145.num.12.lib.5.Rolan.in conſ.
11.num.47.lib.3.Craue.in conſ.419.num.3.in conſ.793.nu.
7.& in conſ.847.nu.13.& Dida.in lib.1.varia reſolu.c.3.nu.8.
Et multo magis locum habet hæc coniectura concurrente
30 qualitate perſonæ : ſicuti in notario. Nam potius † error &
ignorantia in eo præſumitur quàm dolus;ſicuti ſcripſerunt
Bart.in l.quoties.§.1.ff.de hæred.inſtit.Socin.Sen.in conſil.
277.col.2.lib.2.Deci.in cap.ſi autem.nume.7.de reſcript.&
Craue.in conſ.947.num.14.& nume.17.& ſcripſi ſupra lib.2.
præſumpt.79.nume.12. Idem de iudice vt in eo error potius
quàm dolus præſumatur,reſpondit ipſe Craue.in conſ.947.
31 nu.13.ſic pariter de † milite,vt error & ignorãtia in eo potius
quàm dolus præſumatur reſpondit idẽ Crau.in conſ.847.n.13.
Cæterùm diſſentit idem Craue in conſ.376.num.15.qui
reſpondit , imò potius dolum præſumi quàm iuris ignorantiã
& errorem huiuſque opinionis refert alios nonnullos ,ſed à
prima illa recepta ſententia recedendnm non eſt.

Secundũ huius præſumptionis & diſputationis caput eſt de
ignorantia & errore facti.Porrò cũ duplex ſit factũ,propriũ
ſcilicet & alienũ,ob id duos caſus diſtinguo atque conſtituo.

Primus † caſus eſt,quando agitur de facto proprio, in quo
32 pro regula traditum eſt , ignorantiam & errorem non præſu-
mi,ſed ſciẽtiam l.quamquam.ff.ad S.C.Velleia.l.plurimum.
ff.de iuris & facti igno.& l.vlt.in fi.ff.pro ſuo:à ſenſu contra-
rio.Baldus in l.quicunque.num.2.C.de ſeruis fug.& Rober-
tus Maranta in l.is poteſt.num.227.ff.de acquiren.hæred.ſic
dicimus, non præſumitur errorem & ignorantiam nominis
proprij.l.vlti.C.de hæred.inſtit.quam ſic declarat Rui.in l.ſi
quis in fundi vocabulo. num.2.de leg.1.

Hinc † dicimus,dominum ſcire quantitatem & valorem ſui
33 patrimonij.Ita glo.in auth.ſed cum teſtator.in glo.2.C.ad l.
Falcid.vbi Cynus.col.1.Idem in l.quiſquis.C.de reſcind.vẽd.
& ibidem Salicetus,Angelus in l.ſi quis cum aliter.ff.de ver-
borum obliga.latè Gomeſ.in §.item ſi quis in fraudem.nu.
24.Inſt.de actio.& dixi ſupra.lib.4.præſumpt.124.de teſta-
34 tore legante rem alienam.Hanc tamen † traditionem intelli-
git Bart.in d.auth.ſed cum teſtator.num.5.non habere locum
in patrimonio nouè acquiſito ex alterius ſucceſſione.Ange.
Aret.in §.item ſi in fraudem.num.5 in Inſt.quib.manumitt.li-
35 cet vel non. Et rurſus idem eſt quando † eſſet patrimonium
valdè amplum,vt docuit Bald.in l.2.q.4.C.de reſcind.vend.

36 Et rurſus intelligitur,niſi † adſit læſio enormiſſima. Nam
tunc præſumitur dominus ignoraſſe valorem rei propriæ.glo.
in l.quiſquis. C.de reſcind.vend.vbi Bart.& Maranta in d.l.
is poteſt.num.227.verſ.hoc tamen limita.

Declaratur primò, vt locum † non habeat quando agitur
37 de damno euitando,nam tunc etiam in facto proprio præſu-
mitur ignorantia.l.ſed & ſi me putem.in prin.ff.de cond.in-
deb.& l. ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & facti igno.glo.in l.
ſi res obligata.ff.de leg.1.Bal.in l.qui fundum.§.ſeruus meus.
ff.pro empt.Soc.in conſ.159.col.pen.lib.2.& in Tract.fallen.
in verbo ignorantia.il.1.fallen.1.Et his accdunt Bart.in l.ſed
& ſi me putem.ff.de cond.indeb.Dec.in conſ.402.nume.7.
Maranta in d.l.is poteſt.n.228.ff.de acqui.hæred.& alios plu
res commemorat Craue.in Tract.de antiq.tempo.in quarta
particula,primæ partis princip.nu.66.& in conſ.244.num.4.
qui reſpondit multò magis procedere quando agitur de eui-
tando damno corporali,hoc eſt pœna.

38 Declaratur ſecundò,vt non † procedat in facto antiquo,
Nã tunc ignorantia præſumitur & excuſat etiam in facto pro-
prio.Dynus in c.præſumitur.in fi.de reg.iuris in 6.Socin in d.
Tract.fallen.in verbo,ignorantia.il.1.fallen.2.poſt Bart.in l.
peregrè.ff.de acq.poſſ.& idem Bart.in l.non fatetur.num.10.
in fi.de confeſſ.& apertius idem affirmarunt Gandin.in Tra.
maleficiorum,in tit.de falſariis.nu.28.Gramma in conſ.47.n.
13.in criminalib.& in voto.36.nu.2.& Maranta in d.l.is po-
teſt.num.227.verſ.3.limita.ff.de acq.hæred.

39 Hæc † autem declaratio intelligitur , niſi factum ſit arduũ
& graue.Nam tunc ignorantia huius proprij facti,ob tempo-
ris diuturnitatem non præſumitur.c.cum illorum de ſent.ex-
com.Butrius in c.ab excommunicato.de reſcript.quem com-
memoraui Soc. in d.fallen.3.in fi.Et illis accedunt Alex.in l.
peregrè col.1.verſ.tertio fallit.ff.de acq.poſſ. Feli.in d.c.cũ
illorum col.2.verſ.vltimo nota.Craue. in conſ.6.num.26.&
Gram.in deciſ.103.num.34.

40 Et rurſus † ceſſat hæc declaratio , quando eſt factum alte-
ri obligatorium. Nam adhuc temporis diuturnitate igno-
rantia non præſumitur.Ale.in d.l.peregrè. Idem ſenſit Bal.in
l.1.col.4.C.de cõfeſſ.Soc.in pręcitato in loco in tertia fallen.

41 Declaratur tertiò , vt † non procedat in facto inuoluto &
perobſcuro, quod intricatum vulgò appellant.Nam tunc ig-
norantia in eo præſumitur,& propter difficultatẽ obliuio to-
leratur.l.emptor.§.Lucius.ff.de pactis, & tradunt Bart.in l.
non fatetur.nu.10.in fi.ff.de confeſſ.& alij cõmemorati à Soc.
in d.Tract.fallen.in verbo ignorantia.il.1.in fallen.& Maran.
in d.l.is poteſt.nu.227.verſ.4. limit.ff.de acq.hære.Et cõfert
quod dicemus infrà in quinta declaratione.

42 Declaratur quartò,vt † locum non habeat,quando hoc fa-
ctum proprium fuiſſe explicatum non per ſe,ſed vel per filiũ,
vel per procuratorem. Nam tunc ignorantia præſumitur &
tolerarur glo.in l.ſi res oblig.de leg.1.Soc.præcitato in loco
in 5.fallen.Rom.in conſ.481 nu.2.& Lancellottus in Tract.de
attentatis.in procœmio.num.89.

43 Hæc tamen † declaratio intelligitur,niſi factum eſſet gra-
ue & arduum , quia tunc dominus præſumitur certior factus
ab ipſo procuratore de à ſe geſtis.Ita Rom.in d.conſ.481.nu.
3.Abbas in conſ.18.col.pen.verſ.tertiò dixi.lib.2.Bero.conſ.
118.nu.23.lib.2.& Lancellotus in d.procœmio.nu.82. Et ibi-
44 dem.nu.80.& 81.idem eſſe † dixit quando ex facto ipſius pro
curatoris,ſtatim aliquod commodum peruenit ad dominum.
Et num.85.poſt Beroum in d.conſ.118.num.23.idem eſſe ſcri
45 pſit,quando † procurator fecit aliquid magna cũ impenſa,quã
veriſimiliter procurator inſcio domino non feciſſet. Et num.
87.adiunxit,ſcientiam domini præſumi, quando iam aliquod
46 notabile temporis ſpatiũ diſcurſum eſt.Et rurſus † ceſſat hæc
declaratio in facto à procuratore ſpecialiter conſtituto:Nam
tunc præſumitur ſcientia,non autẽ ignorantia.Imol.in c.vlt.
col.12.de præſcript.& apertius in conſ.123.col.2.verſ.ſi au-
tem ar guatur.& Capicius in deciſ.4.nu.23.

47 Declaratur quintò,vt † locum nõ habeat in eo,qui eſt im-
plicitus multis negotiis.Nam is præſumitur ignorare factum
aliquod proprium.Bart.in l.non fatetur nu.10.ff.de confeſſ.in
l.2.§.quod obſeruari num.23.C.de iureiuran.propter calum.
dan.Soc.in d.Tract.fallen.in verbo,ignorãtia.il 1.in ſexta fal-
48 len.vbi recenſet Iun.in c.cum olim.de re iud.qui † dixit,quod
ſi iudex tulit interlocutoriam , & poſtea alteram illi contra-
riam pronuntiauit,præſumitur ignoraſſe primam illam:idq;
dixit Inno contingere,ob negotiorum multiplicitatem.Idem
ſcripſit Ripa in l.quod iuſſit.nu.47.ff.de re iud.Et hanc decla-
rationem probarunt etiã Bellemera in concluſ.692.nu.2.Ma-
ranta in d.l.is poteſt.nu.227.verſ.5.limit.ff.de acq.hæred.

49 Declaratur ſextò,vt † locum non habeat hæc præſumptio
in facto ab eo,qui in extremis laborabat, vt ſi rem aliquã mo-
riens vni obligauit,deinde eam alteri legauit. Nam præſumi-
tur teſtatorem hunc ignoraſſe eam rẽ alteri obligaſſe, ob mor
tis metum,qui memoriam adimit.l.hac conſultiſſima.C.qui
teſta.face. poſſ. & propterea legatarius tenetur eam luere.l.
ſi res oblig.de leg.1.& tradunt Soc.in d.Tract.fallen.in verbo,
ignorantia,in ſeptima fallen.& Marãta in d.l.is poteſt.n.227.
verſ.2.limit.ff.de acq.hæred.Et conferũt quæ ſcripſi ſupra in
li.4.præſump.24.& quę copioſè diſſerit Gomenſ.in §.item
ſi quis in fraudem.num.24.Inſt.de actio.

Declaratur



50 Declaratur ſeptimò,vt † locum nõ habeat quando de erro-
re & ignorantia conſtat in aliqua parte actus:Nam tunc & in
alia præſumitur.Ita Comenſ.in conſ.154.ad finem, & Alcia-
tus de præſumptionibus.reg.3.præſumpt.21.nu.3. verſ.item
quando.

Declaratur octauò,vt non procedat,quãdo quis recogno-
ſcit rem propriam in emphyteuſim ab alio , etiã ab Eccleſia:
hoc enim caſu id factum præſumitur ignoranter & per erro-
rem.Ita Alcia.in d.præſump.21.in fi.& latè ego ipſe ſcripſi in
conſ.91.num.38.lib.1.

51 Secundus eſt huius † capitis caſus,quando agitur de facto
alieno.Hoc in capite regula conſtitui ſolet,pręſumi ignoran-
tiam,non autem ſcientiam.l.verius.ff.de proba.l.hoc autem.
ff.de adim.tut.l.vlt.in fi.ff.pro ſuo.l.ſuper ſeruis. C.qui milit.
non poſſ.§.quod autem.Inſtit.de legatis.& tradunt Dynus in
c.præſumitur.de reg.iur.in 6.qui ſic text.illum intelligit. Ar-
chid.in c.propoſuiſti.col.pen.nu.82.diſt.Soc.in Tract.fallen-
tiarum,in verbo, ignorantia.il 2.Corn.in conſ.17.nu.7.lib.1.
& in conſ.25.col.vlt.lib.2.& Robertus Marãta in l.is poteſt.
52 nu.224.ff.de acq.hęre.Et ideò qui hoc † in caſu allegat ſcien-
tiam huius facti probare eam debet.Bald.in l.quicunque.nu.
2.in fi.C.de ſer.fugit.

53 Hinc dicimus,poſſidentem cum titulo † & bona fide,prę-
ſumi ignorare,rem illam ad alium pertinere.Bart.in l.Celſus.
col.pen.ver.ſecundò contra hoc.de vſucap.idem in l.vlt.in fi.
C.vnde vi.Bald.in l.vlt.in 15.opp.C.de ed.diui.Adr.toll.& in
l.vlt.C.quib.non obſtat longi tempo.præſcrip. Abbas in c.ſi
diligenti.in 3.q.de pręſcrip.& ibidem Feli.col.2.Ale.in conſ.
71.col.pen.lib.4.Calca.in conſ.28.col.4. & Gratus in conſ.
125.num.7.lib.1.

54 Hinc etiam dicimus, † receptantem in domo hæreticum,
pręſumi ignoraſſe,eum eſſe talem.Ita Lud.Carrerius in tract.
de hæteticis,num.170.& Simanc.libro Catholica.inſtitutio.
in tit.15.num.19.

55 Extendirur primò,vt † procedat etiam in ſucceſſore & hę-
rede,qui pręſumitur ignorare factum ſui anteceſſoris.l.qui in
alterius.ff.de reg.iuris.& c.cum quis.de reg.iur.in 6. & vtro-
que in loco Doct.

56 Hinc decidit † Caſſiodo.in deciſ.2.lite pend. quod ſub-
rogatus motu proprio in lite ab altero cæpta pręſumitur igno
rare ſententiam contra ſuum anteceſſorem latam.

57 Extenditur † ſecundò, vt etiam procedat in filio , qui etſi
dicitur eſſe vna & eadẽ perſona cum patre.l.vlt.C.de impub.
& aliis ſubſti. Nihilominus præſumitur ignorare factum pa-
58 tris.Ita enim † dicimus ,præſumi filium ignorare teſtamen-
tum à patre conditum. Baldus in conſ.392.Anno.lib.1. & in
conſ.295.Petrus Lombardi.col.2.verſ.ex prędictis.lib.3.qui
idem eſſe dixit,quando filius habitat cum ipſo patre. Aret.in
l.qui Romæ.§.duo fratres.num.15.ff.de verb.obli.& ibidem
Ripa.nu.50. & 51.Idem reſpondit Deci.in conſ.495.nu.21.
& alij multi relati à Craue.in conſ.193.nu.6.qui diſſentientes
allegat.Ita & multo magis pręſumitur ignorantia teſtamenti
& fideicommiſſi facti ab auo , proauo , & ſimilibus antiquis.
Ita in ſpecie reſpondit Decia in conſ.3.nu.119.lib.1.

59 Hæc † autem traditio & doctrina locum non habet,quan-
do coniecturis apparet filium patris hęredem ſciuiſſe patrem
60 condidiſſe teſtamentum,ſe hęredem inſtituiſſe. Et prima † eſt
coniectura , quando filius fatetur ſe hęredem ex teſtamento.
Nam tunc præſumitur ſcire confectum fuiſſe teſtamentum,
ac etiã ſcire quę in eo continentur. Ita poſt Bar.Alex.& alios
in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu... ff.de verb.obli.ſcripſit ibi
Ripa.nu.53. qui eiuſdem ſententiæ commemorat Corneum
in conſ.121.col.2.lib.2.& in conſ.87.col.3.lib.3.Ale.in conſ.
4.nu.7.lib.2.& Decium.in conſ.287.col.vlti.& in conſ.583.
nu.4.His addo Pariſ.in conſil.91.nu.50.lib.2. Craue.in conſ.
193.nu.7.verſ.idem ſi probaretur. & nu 8.verſ.rurſus inquan-
tum,vbi declarat.Decium in conſ.24.nu.33.

61 Eſt & ſecunda † coniectura, qua dicimus filium præſumi
ſcire comprehenſa & diſpoſita in teſtamento,quãdo ipſe hæ-
res ſoluit aliqua relicta in ipſo teſtamento, vel conuenit cum
legatariis de legatis ipſis ſoluendis. Bart.in d.l.qui Romæ.§.
duo fratres.nu.13.de verb.oblig.& ibidem Ripa.nu.54.aſſe-
rit, omnes indifferenter ſecutos eſſe Battolum , & eiuſdem
ſententię recenſet Decium in conſil.267.col.1.His accedunt
Soc.Sen.in conſ.75.nu.16.lib.1. Neuiza.in conſ.84.num.16.
Pariſ.in conſ.16.num.48.in conſ.46.num.16.in conſi.72.nu.
25.& in conſ.91.num.47.lib.2.Craue.in conſ.193.nu.7.verſi.
item ſi probetur.& Soci.Iun.in conſ.116.num.44.lib.1.Addo
62 etiam Ancha. † in conſ.170.num.5.qui reſpondit,pręſumi le-
gatarios ſciuiſſe diſpoſita in teſtamento,quando ipſi tanquam
tutores teſtamentarij cęperunt adminiſtrare.Idem reſpondit
Soci.Sen.in conſ.283.num.3.lib.2.

63 Eſt & tertia † coniectura,quando eſt publica vox & fama,
patrem condidiſſe teſtamentum , & diſpoſuiſſe certo modo.
glo.& Bart.in l.ſi tutor petitus.C.de periculo tuto.Baldus in
conſi.295. Petrus.lib.3.Ripa.in d.l.qui Romę.§.duo fratres.
num.55.de verb.oblig.Soci.Iun.in conſ.116.num.49 lib.1. &
Craue.in conſ.193.num.7.& conferunt quę dicemus infrà in
declaratione ſecunda.

64 Quarta eſt coniectura † ſcientiæ,quando teſtamentum re-
peritur apud ipſum filium hęredem.Aret.in d.l.qui Romæ.§.
duo fratres.num.12. & ibidem Ripa.nu.56. qui eiuſdem ſen-
tentiæ cõmmemorat Abba. in conſ.19. in fi.& in conſi.54.in
fine.lib.2.& Decium in conſil.267. Et his accedit Anchar.in
conſ.170.num.6.qui dixit,pręſumi legatarios ſciuiſſe factum
ſibi eſſe legatum in teſtamento , quando illud apud eos fuit
repertum.Idem ſimili in caſu decidit Afflictus in deciſ.13.nu.
11.Idem reſponderunt Are.in conſ.15.in fi.Crau.in conſ.193.
num.7.verſ.ſimiliter.Gramma.in deciſ.103.num.35. Alba.in
conſ.59.num.8.Deci.in conſ.24.nu.33.

65 Quinta eſt coniectura , † quando filius fuit præſens , dum
pater conficiebat teſtamentum. Nam tunc præſumitur ſcire
diſpoſitionem patris.Ita Craue.in d.conſ.193.nu.7.verſ.ęquè
probaretur poſt gloſſ.Aret.Alexand.& Iaſonem, quos ibi re-
cenſet.

66 Declaratur primò † hęc pręſumptio,vt locum non habeat
in facto alieno,quod quis ſcire tenetur. Nam tunc præſumi-
tur ſcientia huius facti & ſi alieni. Ita Baldus in l.1.ff. ſi quis
omiſſa cauſa teſta.Soc.in Tract.fallentiarum,in verbo,igno-
rantia.il 2.in 1.fallentia. Idem cenſuit gl.in c.præſumitur.de
reg.iuris.in 6. cùm dixit , ſcientiam præſumi de his, quæ quis
inquirere & ſcire tenetur.Id quod ſcripſerunt & Archid.in c.
propoſuiſti.col.penult.num.82.diſtinct.Cardinal.in clemen.
1.q.7.de conſang.& affinit.& ibidem Anchar.col.1.verſic.ſed.
hic incidenter.Abbas in c.innotuit.num.9.de elect.Roma.in
conſ.481.num.8. Decius in conſ.160.col.3.verſic.ſed his non
obſtantibus.Gratus in conſ.12.col.vlti.& in conſil.25.col.1.
lib.2.& reſponderunt Craue.in conſ.225.nu.8.Alba in conſ.
67 18.num.4. † tutorem præſumi ſcire facta pupilli , cuius bona
adminiſtrat:cum ratione officij perquirere teneatur.

68 Declaratur ſecundò,vt locum † non habeat hæc præſum-
ptio,quando quid eſt publicè factum. Nam tunc non igno-
rantia,ſed ſcientia huius facti præſumitur.glo.in cap.1.de po-
ſtula.pręlat.& in l.ſi tutor.C.de periculo tuto.vbi Bart.& tra-
dit Socinus in d.Tract.fallent.in verbo, ignorantia.il 2.in ſe-
cunda ſecunda fallent.Quibus accedunt Baldus in l.verius.in
fine.ff.de probat.Iaſ.in l.is poteſt.num.34.ff.de acquir.hęre.
& ibidem Maranta.num.23.Idem Iaſ.in l.Titius.§.Lucius.ff.
de liber.& poſth.& in conſ.46.col.3.lib.3.Gratus in conſ.49.
num.15.lib.1.Socin.Iun.in conſ.31.nume.12.lib.2.Gramma.
in deciſ.35.num.15.& Crauet.in conſ.224.num.8.verſ.ſecun-
dò reſpondeo.

69 Declaratur tertiò,vt † locum non habeat hęc præſumptio
in facto alieno notorio.Nam tunc de eo pręſumitur ſcientia.
Ita glo.in l.1.ff.de except.& in l.ſi tutor.C.de periculo tuto.
Angel in l.ſi à duobus.ff.de acquiren.hæred.Abbas in conſil.
100.col.2.lib.1.Alex.in conſil.94.colum.penult.num... lib.
5.Socinus in d.Tract.fallentiarum, in verbo , ignorantia.il 2.
in fallentia quarta. Iaſon in l.Titius. §. Lucius. columna ſe-
cunda ff.de liberis & poſthum.& in l.is poteſt.num.36.ff.de
70 acquiren.hęred.Idem † etiam quando eſt fama publica.Nam
tunc illius facti præſumitur ſcientia. Bart.in l.is poteſt.col.3.
num... ff.de acquiren.hæred.Baldus in l.quęcumque.nume-
ro ſecundo.C.de ſeruis fug.Alexan.in conſil.36.col.2.lib.1.&
in conſil.187.col.3.lib.2. Decius in l.cum vel in vtero.num.2.
C.de teſtam.milit.& in cap.1.num.17.nota. de poſtula.pręla.
Felinus in cap.de his.col.penult.de accuſat.Ruinus in conſil.
51.colum.2.lib.5.Capicius deciſ.69.nume.18. & Gramma.in
deciſ.35.nume.15. Et accedit Lucas de Penna.in l.3.in præ-
ſumptio.90. C. de apochis public. præſumi ſciri quæ omni-

bus cogni

bus cognita ſunt. Sic & Bellemera in conſ.10.col.18.reſpondit hæredem præſumi ſcire factum defuncti notorium. Hoc tamen locum non habet in hærede pupillo. Curtius Iunior in conſ.52.num.4.

71 Declaratur quartò, vt † locum non habeat, quando hoc ipſum factum alienum fuiſſe denuntiatum ad domum huius, qui nunc allegat ignorantiam. Nam hoc caſu ſcientia præſumitur, cùm credatur ad eius notitiam perueniſſe. Ita Soc.in d.Tract.fallentiarum, in verbo ignorantia.il.2.fallen.3.auctoritate glo.in l.ſi tutor.C.de periculo tuto.& Bal.in l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſa.tuto.Idem ſcripſerunt Iaſon in §.ſed iſte.num.125.Inſt.de actio.& Maranta in d.l.is poteſt.nume.230.ff.de acq.hæred.

72 Declaratur quintò, vt † locum non habeat, quando hic fuiſſet præſens illi facto. Nam tunc præſumitur eius ſcientia. glo.in d.l.ſi tutor.C.de periculo tuto.& Soc.in d.verbo, ignorantia, in quinta fallen.& dixi ſuprà, quod filius præſumitur ſcire diſpoſita à patre, quãdo affuit dũ cõficiebat teſtamẽtũ.

73 Declaratur ſextò, vt † locum non habeat, quando conſtat hunc allegantem ignorantiam iam perquiſiuiſſe hoc de facto, & eius partem ſciuiſſe: Nam tunc præſumitur ſciuiſſe etiam reſiduum. Ita Soc.in d.verbo, ignorantia.il.2.in ſexta.fallen, arg.l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.& manifeſtius idem reſponderunt Caſtren.& Crauetta, quos ſecutus ſum in conſ.73.num.25.lib.1.Et illis nunc accedunt Alba in conſ.18.num.3. Surdus in conſ.82.num.35.Burſatus in conſ.64.num.36.lib.1.& Simon de Prætis in conſ.95.num.11. Ita etiam reſpondit Craue.in conſ.866.nume.7.præſumi ſcientiam qualitatum, quando extat ſcientia ſubſtantiæ. Et ideò dixi ſuprà quod filius, qui ſolui legata relicta in teſtamento à patre, vel quid aliud fecit ex diſpoſitis, præſumitur ſcire totam ipſam patris diſpoſitionem.

74 Declaratur † ſeptimò, vt locum non habeat, quando ipſius alieni facti ſcriptura eſſet apud hunc allegãtem ignorantiam. Nam tunc præſumitur ſcientia facti. Ita declarat Socin.in d.verbo, ignorantia.il.2.in ſeptima fallen.ex tex.cap.conſtitutus.vbi glo.& Inno.de teſtib.& ex auth.qui ſemel.C.de probatio.Idem ſcripſerunt Ancha.in conſ.170.num.6.Aret.in conſ.15.in fine, Dec.in conſ.267.in fine.& Petrus Beneintendi in deciſ.71.num.7.Et dixi ſuprà, quod quando teſtamentum reperitur apud filium hæredem præſumitur eum ſcire diſpoſita in ipſo teſtamento.

75 Declaratur octauò, vt locum † non habeat, in hærede extraneo, Nam is ſcire præſumitur confectũ fuiſſe teſtamentum, & quæ in eo diſpoſita fuerunt. Ita Baldus in l.ſi tutor.C.de periculo tuto.quem ſecutus eſt Socin.in d.Tract.fallentiarum.in verbo, ignorantia.il.2.in fallen.8. Et illis accedunt Bal.conſ.295.lib.3.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.12.ff.de verbo.oblig.& ibi Ripa.num.57.teſtatur communem. Eſt ratio, quia aliàs non poteſt hic eſſe hæres ſine teſtamento.

76 Hanc † tamen declarationem intelligi Ripa de illis hæredibus, qui aliàs non erant ſucceſſuri ab inteſtato: ſecus ſi erant; Nam tunc eadem ratione, qua filij ignorare præſumuntur, ita
77 & iſti. Et rurſus † intelligit Ripa non procedere in hæredibus extraneis inſtitutis in teſtamento in ſcriptis confecto, antequam apertum illud ſit. Nam tunc iure præſumitur ignorantia eorum, quæ in illo continentur. iuxta.l. 1.§.1.ff.quemad.
78 teſta.aper. Et prætereà intelligit † Ripa, non habere locum in hærede infante, qui mediante tutore ſucceſſit. Nam etiam factus maior præſumitur ignorare diſpoſita in ipſo teſtamẽto.

79 Et demum hæc † declaratio non procedit ſecundum eundem Ripam in d.§.duo fratres.nu.60.in codicillis ſeparatis ab ipſo teſtamento. Præſumitur enim ignorare diſpoſita in illis codicillis.

80 Declaratur nonò vt † locum non habeat hæc præſumptio in factis nobilium ſe magnorum virorum. Nam eorum ignorantia non præſumitur. c.cũ illorum.de ſenten.excom.Abb. in cap.tuam.de ordine cognitio.Socinus in d.Tract.fallent. in verbo, ignorantia.il.2.in fallentia.9.Iaſon in l.ſi res obliga. col.pen.verſ.tertio fallit.de leg.1.& Tiraquellus in Tract.de nobilitate cap.37.num.110.

81 Declaratur † decimò, quando factum eſt notabile & egregium. Ita Petrus Beneintendi in deciſ.71.num.7.poſt Abba-
82 tem, quem refert. Et ideo infert, † filium præſumi ſcire creditum patris, quod eſt notabilis & egregiæ ſummæ. Idem ſimili in caſu reſpondit Burſatus in conſ.118.num.10.in fine.lib.1.

83 Declaratur vndecimò, vt † non habeat locum hæc prę̨ſumptio in facto alieno ſępius pertractato. Ita Socin.in d.verbo, ignorantia.il.2.in fallent.vltima, ex ſententia Baldi in l.alienã. C.de legatis, adducti ex l.Procula.ff.de probatio.& l.ſi patronus.ff.de confir.tuto.

84 Declaratur duodecimò, quando † ex facto alieno quis ſenſit commodum. Nam tunc pręſumitur ſciuiſſe illud factum. Ita Card.in clem.1.§.vlt.de conceſſ.pręb.& Maranta in d.l. is poteſt.nu.229.

85 Declaratur decimotertiò, vt † non habeat locum hęc pręſumptio in factis vicinorum & coniunctorum, quæ cognita eſſe ſolent vicinis & coniunctis. Nam de his non pręſumitur ignorantia.l.de tutela.C.de in integr.reſt.mino.qua de re dicemus in ſubſequenti præſump.

Tertium caput huius diſputationis & pręſumptionis eſt de errore & ignorantia iuris & facti ſimul, an ſcilicet hęc pręſumatur vel non. Hic primum dicendum eſt, † errorem igno-
86 rantiamque iuris & facti dici, quę verſatur circa quęſtionem iuris & facti, vt declaraui in conſ.191.num.67.lib.1.vbi conſideraui exemplum caſus.l.miles.§.mulier.ff.ad l.Iul.de adulter. Hoc itaque caput eſt explicandum ex his, quę ſcripſi in duobus pręcedentibus capitibus. Error enim & ignorantia iuris hic non pręſumitur & pręſumitur, vt in caſibus primi capitis: ſic & error & ignorantia facti, vt in ſecundo capite.

## PRÆSVMPT. XXIIII.

### Vicinus, vel ſanguine coniunctus quando præſumãtur ſcire facta vicini, vel ſanguine coniuncti, diligenti explanatione tractatum.

### SVMMARIVM.

1 *Vicinus vel ſanguine coniunctus an & quando præſumatur ſcire facta vicini vel ſanguine coniuncti.*
*Quòd regulariter non præſumitur ſcire.nu.2.*
*Multi contra, nu.3.*
4 *Vicinus vel ſanguine coniunctus non præſumitur ſcire facta vicini vel coniuncti, quando agitur de illis actib. qui non cadunt in cognitionem vicini vel coniuncti.*
5 *Vicinus vel coniunctus non præſumitur ſcire conditum fuiſſe teſtamentum à vicino vel coniuncto.*
*Nec præſumitur ſcire adulterium vel ſtuprum, commiſſum à vicina vel coniuncta.nu.6.*
*Nec præſumitur ſcire ſententiam latam contra vicinum vel coniunctum.num.7.*
*Nec præſumitur ſcire vicinum vel coniunctum carere tutore vel curatore.num.8.*
*Nec præſumitur ſcire, vicinum vel coniunctum gerere ſe pro palatino comite legitimando illegitimè natos.num.9.*
10 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini, & ſic coniunctus coniuncti quando de his extat publica vox & fama.*
*Idem quando agitur de his, quæ communiter cadunt in ſcientiam & cognitionem vicini & coniuncti.num.11.*
*Vnde præſumitur ſcire vicinum vel coniunctum eſſe diuitem vel pauperem.num.12.*
*Et præſumitur ſcire an vicinus vel coniunctus ſit bonæ conditionis vel famæ.nu.13.*
*Et præſumitur ſcire an deceſſerit vel viuus ſit.numero 14.*
15 *Hæredem ſciuiſſe mortem defuncti ſi quis velit probare, non ſufficit quod probet ipſum fuiſſe vicinum, ſed probare etiam debet famam fuiſſe in vicinia.*
*Bartoli declaratur doctrina in l.is poteſt.nu.16.*
*verſ.ſi verò non eſt conſanguineus.ff.de acqui. hæred.ibidem per diſcurſum.*
16 *Teſtis deponens quod ſcit quia eſt vicinus, rectè probat.*
*At ſi vult probare aliquem ſciuiſſe, non ſufficit dicere, Ille ſciuit quia erat vicinus: ſed debet addere, quòd in vicinia id erat per famam cognitum.nu.17.*
*Vicini præſumuntur ignorare actus momentaneos vicinorum.*
19 *Vicinus vel coniunctus præſumitur ſcire cuius ætatis eſt vicinus vel coniunctus.*
*Tutor præſumitur ſcire ætatem pupilli.*
21 *Vicinus vel coniunctus præſumitur ſcire an aliquis ſit filius vicini vel coniuncti.*

22 Intellectus



22 *Intellectus l. filium. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur.*
*In filiatione probanda multum prodeſt vicinorum opinio, non tamẽ cõcludenter id probat, ſed requirũtur alia adminicula.*
24 *Vicinus vel coniunctus præſumitur ſcire an vicinus vel coniunctus ſit hæreticus: vnde.*
*Teſtis aſſerens aliquem eſſe hæreticum, & dicens hoc ſcire quia vicinus eſt, probat. ibid.*
*Declara, vt num. 25.*
26 *Actus frequentatus præſumptionẽ ſcientiæ inducit inter vicinos.*
27 *Vicinus vel coniunctus præſumitur ſcire quòd vicinus vel coniunctus poſſidet.*
*Es præſumitur ſcire, quòd exercuit iuriſdictionem. num. 28.*
*Et ſcire præſumitur, quòd ſit fœnerator. num. 29.*
*Et præſumitur non ignorare, conſuetudinem eſſe in loco vicino, vel famam. num. 30. & 32.*
*Et ſcire præſumitur, religioſum vicinum edidiſſe miracula. num. 31.*
*Et præſumitur ſcire vicinum vel coniunctum eſſe blaſpematorem, aleatorem, prodigum, fornicatorem, venatorem, vel huiuſmodi. num. 33.*
*Extenditur, vt procedat hæc præſumptio quò ad præſumendum malam fidem vicini vel coniuncti. num. 34.*
*Et habet etiam locum quò ad coniunctos remoti gradus. num. 35.*
*Et procedit etiam in coniuncto vel vicino ætate minore. num. 36.*
37 *Vicinus vel coniunctus non præſumitur ſcire facta vicini vel cõiuncti, quando cum ipſis non conuerſatur.*
38 *Teſtis, qui tanquam vicinus vel coniunctus teſtimonium dicit, ſi interrogatus an cum eo vicino conſueuerit conuerſari, reſpondit non conſueuiſſe, eius teſtimonio fides non adhibetur.*
39 *Vicinus non præſumitur ſcire facta vicini, vel coniunctus coniuncti, quando tempore actus, de quo quæritur, is erat abſens, vel ægrotabat.*
*Idem dicendum in vicino vel coniuncto nouo. num. 40.*
*Et idem dicendum ratione qualitatis perſonæ, vt ſi minor deponat de ætate maioris. num. 41.*
*Idem quando contrarijs coniecturis conſtaret hunc vicinum vel coniunctum neſcire facta vicini vel coniuncti. num. 42.*
*Idem quando teſtis deponit ſuper negatiua. num. 43.*
*Idem quando ex hoc reſultaret delictum. num. 44.*
*Idem in cauſis criminalibus. num. 45. nam.*
45 *Vicinus torqueri non poteſt ob id quòd præſumatur ſcire delictũ à vicino vel coniuncto perpetratum.*
46 *Sententia ferenda ex præſumptione viciniæ debet temperari, & pœnam corporalem non continere.*
*Ex ſententia lata ex d. probatione præſumptiua non tranſit in iudicatum. num. 47.*
48 *Teſtes aſſignantes concludentem rationem præferuntur ijs, qui dicunt ſe ſcire, quia vel vicini vel coniuncti ſunt.*
*Nec defertur iuramentum in ſupplementum. num. 49.*

1 Hic locus admonet, vt † diſſeramus, quando vicinus, vel ſanguine coniunctus præſumatur ſcire facta vicini, vel ſanguine cõiuncti.

Hac de re variæ ſunt interpretum opiniones; Alioqui conſtituerunt regulam negati-
2 uam, quod † ſcilicet ſcire non præſumantur. Ita Ripa in l.1. num.54.verſi.ex præmiſſis.ff.ſi certum peta. & ibidem aper-
3 tius Cagnolus.numer.117. Aliqui verò regulam † affirmatiuam eſſe dixerunt, vt Bar.in d.l.1.num.9. & ibidem Purpur. nu.61.qui communem hanc eſſe opinionem aſſeruit. Et eodẽ in loco præcitatus Ripa.num.44.regulam affirmatiuam propoſuit. Aliqui verò hoc totum iudicis arbitrio tribuunt, vt Alciatus in d.l.1.nu.8.& ibidem Bologne.num.31.& num.33. ff.ſi certum peta. Ego ſecutus traditionem Decij in d. l. 1.in tertia lectura.nu.57.diſtinguo atque conſtituo duos caſus.

4 Primus eſt, quando † agitur de illis actibus, qui non cadunt in cognitionem & ſcientiam vicini, vel ſanguine coniuncti. Hoc caſu non præſumitur, quod ij ſciant facta vicini, vel coniuncti, vt puta ſi agitur, quod celebratus fuerit contractus, vel confectum teſtamentum, vel commiſſum adulterium, vel partum fuiſſe ſuppoſitum, & alia exempla mox commemorabo. Hoc inquam caſu non præſumitur, coniunctus, vel vicinus hæc ſcire. Ita Bar.in d.l.1.num.9.ff.ſi certum peta.Bal.in l.1.in fi.ff.de collus. deteg.Alex.in l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& poſthum. & in conſil. 50. numer. 12. & in conſi.80.nu.5.lib.2.in conſi.92.nu.7.lib.5.& in conſi.128.in fi.lib.7.Corne.in conſi.155.col.2.& in conſil.268. columna vlt.lib.3.Decius in d.l.1.in tertia lect.num.58.ff.ſi certum peta.& in l.2.in fi.C.qui admitti.Ruinus in conſi.121.col.2.lib.1.Felinus in c.Petrus.columna 1.de homicid.Crottus in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.80.ff.de verb. oblig.Trigonius ſing.80.Gratus in conſil.76.nume.20.lib.1.Ripa in d.l.1. num.46. verſ.tertia coniectura.ff.ſi certũ peta.Maranta in l. is poteſt. num.233.ff.de acqui.hæred.& Ant.Gabriel in lib. 1. concluſionum.tit.de præſumptionibus concl.16.num.29.Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia nulla hoc in caſu eſt differentia inter hunc vicinum, vel ſanguine coniunctum, & alios non vicinos, vel non coniunctos, poſteaquam eadem ignorantiæ cauſa, ob id ſcilicet, quod iſta clàm & ſecreto aguntur, eſt tã in hoc vicino & coniuncto quàm in alijs. Hinc fit, vt vicinus & coniunctus (ſicuti vno verbo attigi ſuprà) non præſumatur ſcire vicinum, vel coniunctum celebraſſe cõtractum, cum contractus ſoleant clàm & ſecretò confici. Ita Caſtren. in d.l. 1. in fi. ff. ſi certum peta. vbi Ripa. nume. 46. & Purpur. num.116.qui affert exemplum in contractu locationis. His accedunt Corne.in conſil.147.colum.pen.lib.2. Alex.in conſil.71.col.pen.lib.1.Decius in conſilio 445. col. vlt. verſ. decimò & vltimò.

5 Hinc etiam dicimus, † vicinum, vel coniunctum non pręſumi ſcire conditum fuiſſe teſtamentum à vicino, vel coniuncto.Bart.l. Titius.§.Lucius.num... ff. de liberis & poſth. & in l.qui duos.in princ.ff.de reb.dubiis.Alex.in conſil.121. num.7.lib.1.in conſil.80.num.5.lib.2. & in conſil.128.in fin. lib.7.Socin.Sen.in conſil.97. num.9. lib.4. Felin.in c.literis. num... de præſumpt. Ripa in d.l.1.num.46.ff. ſi certum pet. & ibidem Purpur.nu.116. & Niger.nu.38.qui declarant, niſi teſtis diceret, ꝙ contractus celebrari non potuiſſet, quin ipſi ſciuiſſent: quam tamen declarationem dubitabilem eſſe dixit ipſe Niger. Et forte ad rem non multum pertinet: cum idem eſſe poſſit in altero, qui nec vicinus, nec coniunctus ſit.

6 Ita pariter † dicimus, non pręſumi, quod vicinus, vel coniunctus ſciat adulterium, vel ſtuprum, commiſſum à vicina, vel coniuncta, cum clam & ſecretò perpetrari hæc ſoleant, Bald.in d.l.1.in fin.C.de colluſ.deteg.qui idem dixit de furto in vicinia commiſſo. Idem ſcripſerunt Purpur. in d. l. 1. num.118.& Niger.num.39.ff. ſi certum pet.& Dec.in conſil. 93.num.110.lib.2.

7 Ita † quoque dicimus, non præſumi vicinum, vel coniunctum ſcire ſententiam latam contra vicinum, vel coniunctum. Decius in conſ.445.num.35.verſ.non obſtat, quod inter coniunctos.

8 Huc † etiam facit, quod coniunctus, vel vicinus non pręſumitur ſcire coniunctum vel vicinum carere tutore, vel curatore, præſertim, quando mater adminiſtrauit tanquam tutrix.Soci.Sen.in conſ.153.col.pen.lib.2.

Huc quoque pertinet, quod reſpondir Ruin.in conſil.66. nu.12.lib.3.non præſumi, quod coniunctus, vel vicinus ſciat coniunctum, vel vicinum gerere ſe pro comite palatino, legitimando illegitimè natos.

9 Declaratur hic caſus, vt † locum non habeat, quando de his actibus momentaneis extat publica vox & fama. Nam tunc vicinus & cõiunctus ea ſcire pręſumitur. Ita poſt Bar.& Alex.in l.is poteſt, ff.de acq.hære.ſcripſit ibid Marant.n.236.

10 Secundus eſt caſus, quando † agitur de his, quæ communiter cadunt in ſcientiam & cognitionem vicini & coniuncti. Hoc in caſu, vicinus & coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti & vicini. Ita Bart. in d.l.1.nu.9 ſi certum peta. & ibidem Decius in tertia lectura.num.57.poſt Baldum in l. conuenticulam.nu.5.verſ.ex prædictis infero. C. de epiſ. & cler.qui hoc manifeſtè docuit.& alij multi, quos ſtatim commemorabimus, idem affirmarunt. Et hoc in caſu procedit opinio illa, quam communẽ eſſe diximus. Hanc autem præſumptionem iuris eſſe dixit Decius in d l.1.nume. 62. & ſequitur, Purpur.num.115.poſt Bart.& Alexandrum ibidem.

11 Hinc † dicimus vicinũ vel coniunctũ præſumi ſcire vicinum vel coniunctum eſſe diuitem, vel pauperem, cũ hæc ſint de his, quæ communiter cadunt in ſcientiam & cognitionem vicinorũ, vel cõiunctorũ.l.ſi ita.ff.de fundo inſtr.inſtru-

mento

mentoque lega. quam ſic poſt Bart. Baldum,Roma.& Alex. intelligit Purpur. in d.l.1.numer.92.ff. ſi certum peta.etſi illo in loco Ripa numer. 44.alium adhibuerit ſenſum. Ita
12 etiam † vicinus & coniunctus præſumuntur ſcire an coniunctus, vel vicinus ſit bonæ vocis, conditionis & famæ: ſicuti ſcribunt Bart. & Alex. quos ſecutus eſt Purpur. in d.l. 1.nume.92.ff.ſi certum peta. quo loci eiuſdem ſententiæ recenſet Alex.in conſil.50.columm.pen. libr. 1. & Felinum in cap.literis.colum.1.de præſumpt. idem ſcripſit Ant.Gabriel. lib.1.concluſionum in tit.de præſumptio.in concluſ.6.num. 8.Et ſubiungit Purpur. in d.l.1.num.95.quod ita intelligi at-
13 que interpretari debent † cap.poſtquam.de elect.& cap.cum
14 dilectus.de purga. cano. Ita pariter † præſumitur, vicinum, vel coniunctum ſcire an vicinus, vel coniunctus deceſſerit, vel viuus ſit.Ita Bart.in l.qui duos. numer.12.ff.de rebus dubijs.& ibidem Socin.num.32.Alex.in d.l. 1.num. 15.ff.ſi certum peta.& ibidem Purpur.numer.97. Verùm in ſpecie huius illationis diſſentire videtur Bart.in l. is poteſt. numer.16. verſi.ſi verò non eſt conſanguineus. ff. de acq. hæred. cùm
15 † ſcribit, quod quando quis vult probare hæredem ſciuiſſe mortem defuncti,non ſufficit, quod probet, eum fuiſſe vicinum, ſed probare etiam debet famam fuiſſe in vicinia. Alexander in d. l. is poteſt. numer. 13. ſcripſit. Bart. malè ſenſiſſe aduerſus propriam & aliorum ferè omnium opinionem.Quod placuit & Butigellæ in d.l.1.num.35.ff.ſi certum peta.Et ea ratione comprobauit Decius in d.l. 1. in tertia lect.numer. 58. quia ſi fama extitiſſet in vicinio de illius vicini morte,eſſet præſumptio ſcientiæ, cùm fama eum effectum pariat. capit. 1. de poſtula. prælato. & cap. vltim.qui matr. accuſa.poſſ.Alex.in conſil.36.colum. 2. lib.1. Non ergo in caſu Bartoli præſumptio oritur à vicinitate, ſed à fama ipſa. Iaſon verò in d.l.is poteſt. numer.63.ff.de acq.hæred.exiſtimauit,Bartolum non negaſſe,quin ſufficiat dicere, quia ſum vicinus:ſed id dixit Bart. vt multò magis conuincatur mendacium hæredis negantis, ſe ſcire mortem teſtatoris. Alia fuit declaratio Ripæ in l.1.nume.54.in fine. ff. ſi certum peta.qui ſic etiam declarat Bart.in l.2. §. ſed ſi dubitetur.ff.quemad.teſta.aperia.& Felinum in cap. quoniam. §.porrò vt lite non conteſt. & hanc pariter declarationem probauit Io.Bologne.in d.l.1. numer. 33. ij intelligunt Bart. loqui,quando vicinus non eſt mortuus domi,ſed in alia regione. Et ideò vicini ſcire non poterant illius mortem, niſi per famam in vicina exortam, ex luctu parentum, vel alio ſigno. Qui quidem caſus multum diſtat ab iſto, quando ſcilicet vicinus eſt mortuus domi. Eſt & alia interpretatio, quam adhibuit Bologne.præcitato in loco,vt loquatur Bart. quando agitur de teſte probante,quod tertius ſciat facta alterius: Nam aliud eſt quod teſtis dicat,quod ſcit factum alterius:aliud quando vult probare,quod tertius id ſcit. Cùm
16 enim † teſtis interrogatus reſpondet,ſcio quia ſum vicinus, procedit traditio Doctorum in d.l.1.ff.ſi certum peta. Et ratio eſt,quia deponit de propria ſcientia, quaſi voluerit dicere,ſcio, quia vt vicinus vidi, vel audiui. At quando † teſtis vult probare aliquem ſciuiſſe, non videtur ſufficere, quod dicat, ille ſciuit,quia erat vicinus: ſed debet addere,in vicinia hoc erat cognitum per famam, vel alio modo, & ideo iſte,qui erat vicinus potuit id ſcire.

Cæterùm hæc explanatio verè non habet rationem diuerſitatis inter caſum & caſum, cùm enim teſtis de alio deponit, ſatis eſſet dicere, quod is ſciuit, quia erat vicinus:ſi quidem & hoc in caſu præſupponimus, hunc eſſe actum, qui ei, vt vicino cognitus eſſe potuit. Quocircà aliter, & rectius quidem, Bart.traditionem declarauit Robertus Maranta in d.l.is poteſt.nume.236.ff. de acq. hæred. Dixit ille, Bartolum loqui de actu momentaneo, nempè de morte alicuius. Nam potuit quis eſſe mortuus in vicinia, quod vicinus probabiliter ignorat,niſi patefactum id ſit ab habitantibus in domo illius defuncti: atque ita id ſit cognitum in vi-
18 cinia. Et quod † actus momentanei non præſumantur cogniti vicinis apertè tradunt Caſtren.in d.l.1.in fine.ff ſi certum peta.Alex.in conſ.80.col.3 lib. 2. & Felinus in cap. literis.de præſump.& dicemus infra.
19 Hinc etiam † infertur coniunctum & vicinum præſumi ſcire, cuius ætatis eſt coniunctus vel vicinus, vt tradunt Bar.& Alex.in d.l.1.num.18.ff.ſi certum peta. & ibidem Purpur.nume.98.& Anton.Gabriel in d.concl. 6. nume. 39.vbi refert diſſentientes. Qua de re ſcripſi ſuprà lib. 2. in præ-
20 ſump.51.Ita quoque † dicimus tutorem præſumi ſcire ætatē pupilli,vt tradit Lucas de Penna in l.3.præſum.34.C.de apochis publ.lib.10.
21 Hinc pariter † dicimus,vicinum, vel coniunctum præſumi ſcire,an quis ſit filius ſui vicini, vel coniuncti.Alexan.in conſ.51.colum.3 lib.1 & Purpur.in d.l.1.num.99.ff.ſi certum
22 peta.poſt Bart.ibi, quem ita intelligit, & † citat.l.filium.ff. de iis,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.Qui ſanè text.aſſertionem hanc, ſecundum Purpuratum, non probat, cùm vtatur illis verbis,*licet vicinis ſcientibus*. Quæ quidem verba ſignificant, eſſe poſſe, quòd vicini neſciant, an quis ſit filius vicini. Id quod apertius probat text.in l.ſi vicinis. C. de nuptiis, dum conditionaliter loquitur. Et ideò nō præſupponit ſcientiam in vicino,ſed vult probari,iuxtà.l.Prætor.in prin.ff.de colla.
23 bono.Eſt quidem verum(ait Purpur.)quod † in probanda filiatione opinio vicinorum multum prodeſt:non tamen concludenter id probat, ſed alia adminicula requiruntur, ſicuti docuit Felin. in c.per tuas.de probatio. & alios commemoraui in commentariis de arbitrariis iudicum.libr.2. caſu.89. num.86.& dicemus infra in præſumpt.46.
24 Hinc etiam † dicimus,præſumi vicinum,vel coniunctum ſcire vicinum vel coniunctum eſſe hæreticum: cum de hæreſi in genere probanda agitur.Et ideò rectè teſtis hoc in caſu aſſerens, ſe ſcire Caium eſſe hæreticum, reddendo rationem,quia ei vicinus ſum, probat.Ita in ſpecie tradunt Soci. in d.l.1.num.17.ff.ſi certum peta. & ibidem Ripa.num.55.& Purpur.num.110.qui aſſerunt,ita hæreſim in genere probari teſtibus ſingularibus.

Et idem nouè eruditiſſ.Simancas libro Catholicarum inſtitutio.tit.15.num.18.Verùm illatio hæc intelligi atque de-
25 clarari ita debet. Aut teſtis iſte † atteſtatur de aliquo actu hæretico momentaneo,vt quia aſſerit,à vicino dictum fuiſſe,confeſſionem ſacramentalem non eſſe de iure diuino,vel quid ſimile.Et tunc non eſt concludens ratio ipſius teſtis aſſerentis,ſcire,quod ille ita dixit,quia ſum vicinus.Nam hoc non eſt de his, quæ communiter cadunt in cognitionem & ſcientiam vicini:Potuit enim id ſecretè dixiſſe.Aut teſtis iſte deponit de aliquibus actibus ſucceſſiuis & frequentibus, vt quia dicit, vicinum comedere carnes etiam tempore ieiu-
26 nij, & ſe id ſcire, quia vicinus eſt.Hoc caſu probat, quidem ex actu † frequentato oritur præſumptio ſcientiæ apud vicinos,vt poſt alios tradit Purpu.in d.l.1.nume.100. ff. ſi certum peta.& dixi ſupra.Et ibidem in ſpecie huius illationis Bologne.nume.31.in fi.
27 Hinc etiam dicimus, † vicinum vel coniunctum præſumi,quod vicinus, vel coniunctus poſſidet: cùm actus poſſidendi ſit ſucceſſiuus.Ita Alex.in conſilio 92. columna 2.lib. 5.Corne. in conſil. 250. nume. 2. lib. 1. & alios commemorant.Curtius Iunior in d.l.1.nume. 43. ff. ſi certum peta. & ibi Rip. nu.55. & ſcripſi in Tract.de recuperanda poſſeſſ. remedio.16. numero 50. idem reſpondit Ruin. in conſil. 50. nume.16.lib.1.

Cæterùm Purpur.in d.l. 1. numero 101. opinatus eſt, hoc euenire,quia agitur de probanda poſſeſſione, quæ in genere probari poteſt,nempè ex multis ſingularibus actibus. Verius eſt, hoc euenire ob id,illa actuum frequentia facit rem eſſe cognitam vicinis.
28 Huc etiam facit † quod dicimus, vicinum præſumi ſcire, quod vicinus exercuit iuriſdictionem.Nam vt quis dicatur exercuiſſe iuriſdictionem opus eſt, quod pluries aliquos actus iuriſdictionales exercuerit, cum exercere iuriſdictionem ſit quid ſucceſſiui atque frequentatiui actus. Purpu. autem in d.l.1.num.102.ff.ſi certum peta.ſcripſit,id eſſe,quia agitur de probanda iuriſdictione in genere.
29 Hinc etiam affirmare † ſolemus,vicinum & coniunctum præſumi ſcire quod vicinus, vel coniunctus ſit fænerator, mutuoque det ſub vſuris.Ita Purpu.in d.l. 1. numero 103.ff.ſi certum peta. cum agatur de probando delictum fænoris in genere, quo in caſu recipiuntur etiam teſtes ſingulares, vt tradit Paulus Leazarius in diſp. quæ incipit, contra inſtrumentum.

Hinc



30 Hinc quoque dicimus, vicinū † ſcire præſumi conſuetudinem eſſe in loco vicino. Purpur.in dicta lege prima,nume. 105.cum & hoc in caſu agatur de probando quid in genere: & ideò admittuntur etiam teſtes ſingulares,vt poſt alios reſpondit Alex.in conſil.41.num.7. libro ſecundo.
31 Hinc etiam dicimus, † vicinum præſumi ſcire religioſum vicinum edidiſſe miracula. Purpur.in d. l. prima nume. 106.ff.ſi certum peta.& ſi diſſentit Alex. in conſilio 105. columna vltima. libro tertio.
32 Hinc quoque † dicimus, præſumi vicinum ſcire famam eſſe in loco vicino.Purpur.in d.l. prima,num.107.
33 Hinc etiam dicimus † præſumi vicinum,vel coniunctum ſcire vicinum,vel coniunctum eſſe blaſphematorem,aleatorem,prodigum, fornicatorem,venatorem, vel quid ſimile, quod cognitum eſſe ſolet vicinis & coniunctis. Baldus in l. conuenticulam.C.de epiſ.& cler.Purpur.in d.l.1.nu. 108. ff. ſi certum peta.& ibidem Io.Bologne.nu.31.in fi.Et ſi diſſentit Alex.in conſil.72.lib.1.& in conſil. 100.lib.3.
34 Extenditur primò,vt † procedat etiam quò ad præſumēdum malā fidem vicini vel cōiuncti.Specul.in tit.de emptio. & venditio.§.nunc dicendum.in fine,quem ſecutus eſt Antonius Gabriel in libro primo, concluſionum. tit. de præſumptionibus concl. 6. numero nono.
35 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat etiam quò ad coniunctos remoti gradus:Purpur.in d.l.1.num.122.ff.ſi certum peta.& Gabriel in d.concluſ.6.num. 12.ex l. ſi filium.C de libera. cauſa.
36 Extenditur tertiò, vt † procedat etiam in coniuncto, vel vicino ætate minore.Ruinus in conſil.122.col.vlt.lib. 5. Gabriel in d.concl.6.numer. 14. Quod intelligitur niſi de iuris errore agatur: Rui.conſil.108. num.2.lib.3.
37 Declaratur primò, vt locum † non habeat hic caſus & præſumptio in vicino, vel coniuncto, qui cum vicinis, vel coniunctis non conuerſatur.

Nam tunc non præſumitur, hunc ſcire facta vicini, vel coniuncti, & ſi alijs vicinis & coniunctis nota eſſe potuerunt.Ita reſpondit Soci.Sen.in conſil.187. num. 22. verſ.ſe-
38 cunda via.lib.2.qui ob id ait,eſſe cautelam,vt teſtis † iſte,qui tanquam vicinus vel coniunctus teſtimonium dicit, interrogetur,an cum eo vicino conſueuerit conuerſari, quòd ſi reſpondit,non conſueuiſſe conuerſari,eius teſtimonio fides non adhibetur. Et Socinum ſecuti ſunt Decius in d. l. 1. in tertia lectura.num.59.ff.ſi certum peta.& ibidem Ripa num. 46.Purpur.num.115.verſ. 2.limita.& Niger. num. 37.
39 Declaratur ſecundò, † hæc præſumptio, vt non procedat in vicino & coniuncto,qui tempore actus, de quo quæritur, abſens erat, vel loco abſentis dici poterat: vt quia ægrotabat,vel infans erat.Hoc etiam caſu vicinus & cōiunctus iſte non præſumitur ſcire factum vicini. Ita Barb. in l. is poteſt. nu.12.ff.de acq.hæred.Bal.in l.planè.§.tutor.ff.de excuſ.tuto. Ange.in l.tres fratres.colum.1.ff.de pactis.Imola in l.Lucius. §.Titius.in primo nota. & ibidem Alex. & Iaſon. ff. de libe. & poſthu. idem Alex. in conſil.81. columna tertia, libro 3. Abbas in cap. cum in tua. in 2. nota. qui matr. accuſ. poſſ. Socinus Sen. in conſilio 187. columna 10. numero 30.lib.2. & in conſilio 95. columna prima, libro 4. Felin. in cap. literis. numero 15.verſi.quintò limita.de præſumpt.Ruinus in conſilio 164.numero 22.lib.5.Decius in conſilio 64. numer. 7.& in l.2.in fi.C.qui admitti.Maranta in l. is poteſt. nu.237. ff.de acq.hæred.Ripa in d.l.1.numer.46. ff.ſi certum peta.& ibidem Purpur. numero 124. & Bolog. numero 33. verſic. item poſſet eſſe. Idem ſcripſit Ant.Gabriel libro primo, cōcluſionum, in tit.de præſumptio. conclu.6.numero 29. qui numero 30. & 31.declarat poſt Roma.in l. is poteſt. columna ſecunda. ff.de acq. hæred.& Socinus Sen.in conſilio 153. columna pen.libro ſecundo, niſi diſtantia loci, à quo abeſt coniunctus vel vicinus,eſſet modica,& factum celeriter atque præcipitanter non ſit.
40 Declaratur tertiò, vt † non procedat in vicino, vel coniuncto nouo. Nam ij ſcire non præſumuntur facta vicini, vel coniuncti.Alex.in l. is poteſt. numero 14. ff.de acqui. hæred. Purpur. in l. 1. numero 126. ff. ſi certum peta. & ibidem. numero 33. verſi. ſed vltra Doctores. Ripa in Tract. de peſte in titul. de remedijs præſerua. contra peſtem. numer.121. & Ant.Gabriel in d.concl.6. numero 37.
41 Declaratur quartò, vt † non procedat ratione qualitatis perſonæ, vt ſi minor deponit de ætate maioris. Nam tunc non præſumitur,quòd eam ſciat. Ripa in dicta lege prima, numero 46.in fi.ff.ſi certum peta. Sapia in l.de ætate.numero vigeſimonono, in fine. ff. de mino. & ſcripſi ſuprà libro ſecundo,in præſumpt.51.num.45.
42 Declaratur quintò,vt † non habeat locum, quando contrarijs coniecturis conſtaret,hunc vicinum,vel coniunctum neſcire facta vicini,vel coniuncti.Ita Alex.in l.2. C. qui admitti.Riminal.Sen.in l.cum antiquioribus. C. de iure deliber.& Iaſon in conſilio 156.columna prima, libro quarto, qui reſpondit, quod per matrimonium contractum in faciem eccleſiæ inter conſanguineos, vel affines tollitur præſumptio, quod ij ſciuerint impedimentum. Idem ſcripſit Ant.Gabriel in d.concl.6.num. 37. Et his accedit Zucchardus in rub.C.qui admitti.num.48.
43 Declaratur ſextò, vt † non procedat,quando teſtis deponit ſuper negatiua. Nam tunc non præſumitur quod ſciat non factum à vicino, vel à coniuncto. Purpur.in d.l. 1. numero 119. ff. ſi certum peta.& Gabriel in d.concluſ. 6.numero 45.Idem docuit Ripa in cap. cum eccleſia.num.88.de cauſa poſſ. & proprie.
44 Declaratur † ſeptimò, vt locum non habeat quando reſultaret delictum.Nam ad euitandum delictum præſumitur potius error & ignorantia quàm ſcientia. Ita Ruinus in conſ.100.num.5.& in conſ.108.nume.2.lib.3.& Ant.Gabriel in d. concl.6. num.42.
45 Declaratur octauò, vt † locum non habeat in cauſis criminalibus. Non enim vicinus vel coniunctus torqueri poteſt ob id,quod præſumatur ſcire delictum à vicino, vel cōiuncto perpetratum. Ita Baldus in lege prima, verſ.ego credo.C.de ijs, qui latro. Aret.in cap. primo in prin.de accuſa. Decius in c.cognoſcentes.num.18.de conſtit.& Decianus in conſilio 93.numero 97.libro ſecundo,reiecta contraria opinione Bar.in l.dominus horreorum. in fine. ff. locati. quem ſecutus eſt Purpur.in d.l.1.num.123.ff.ſi certum peta.

Effectus huius præſumptionibus quatuor affert Purpur. in d.l.1.num.110. ff. ſi certum peta. Quorum primus eſt,quod
46 † ſententia ferenda ex hac præſumptione debet temperari, & pœnam corporalem non continere. Qua de re copioſè diſſeruimus ſupra lib.1. q. 97.
47 Secundus effectus † adducitur à Purpur.in d.l. 1.num.112. vt ſententia lata ex probatione hac præſumptiua nō tranſeat in iudicatum. Quo de effectu ſcripſi ſupra lib.1.q.95.
48 Tertius † eſt effectus,quod teſtes aſſignantes concludentem rationem præferuntur his teſtibus dicentibus ſe ſcire, quia vel vicini,vel coniuncti ſunt.Ita Purpur.in d.l. 1.num. 113.De qua quidem traditione ſcripſi ſupra lib.1. q.28.
49 Quartus etiam † adducitur effectus à Purpur.in d.l.1.nu. 114.poſt Decium & alios,quod iuramentum in ſupplementum non defertur.Qua de re diſſerui ſupra lib.1.q.83.

## PRÆSVMPT. XXV.

Diues vel pauper an & quando quis præſumatur, multis diſtinctionibus explicatum.

### SVMMARIVM.

1 *Diues vel pauper an & quando quis præſumatur.*
2 *Diues qui ſemel fuit, præſumitur & nunc talis.*
3 *Mutatio tanquam accidens non præſumitur.*
4 *Allegans diuitias vel paupertatem probare debet.*
5 *Diues qui fuit ſemel non præſumitur hodie talis, quando agitur de vniuerſo.& num. ſeq.*
6 *Vniuerſitas ſui natura recipit augmentum & diminutionem.*
7 *Diues ad præſens nunquid præſumatur quòd olim diues fuerit.*
8 *Diuitiarū qualitas repugnat naturæ,cū quilibet nudus naſcatur.*
9 *Pauper qui fuit olim,nunquid hodie talis præſumatur.*
10 *Diues quis præſumitur in dies effici.*
11 *Paupertas non eſt habitus permanens,ſed variabilis.*
12 *Ex præterito non præſumitur ad præſens.*
13 *Exceptio conceſſa marito à lege, ne vltra quam facere poſſit,*

*conueniatur ab vxore, eſt exceptio dubia, quia dubium eſt, an maritus ſit peruenturus ad pinguiorem fortunam.*

14 *Alleganti diuitias vel paupertatem incumbit onus probandi, quando non allegatur aliquod tempus, quo quis fuit vel diues vel pauper.*

15 *Excuſans ſe tanquam pauperem probare debet paupertatem.*

16 *Reijciens aliquem tanquam pauperem probare debet illũ eſſe talẽ.*

17 *Patronus, qui petit tanquam pauper alimenta ſibi præſtari à liberto, debet ſuam paupertatem probare.*

18 *Diuitẽ qui tenetur eligere, probare debet electũ illũ eſſe diuitẽ.*

19 *Allegans collegam ſuum tempore ſuſcepti officij fuiſſe diuitem, probare id debet.*

1 DIſputant perſæpe † interpretes noſtri, an diues, vel pauper quis eſſe præſumatur? Qua de re ſcripſit multa Maſcardus in Tracta. de probationibus in concluſio.1154. crediderim ego diſtinguendos eſſe aliquot caſus.

2 Primus eſt, cùm † aliquis ſemel fuit diues. Nam & nunc talis is præſumitur. Ita in ſpecie affirmarunt Hoſtien. Ioan. Andreæ, Butrius & Imola in c.1.in fine.de Scrutinio. idem Hoſtien.in ſumma.de Scrutinio.num.5.verſ.quare præſumitur.Io.Andreæ in cap.ſemel malus. de reg.iuris in 6. Geminia.in c.vlt.6.quæſt.5.Alber.in l.ſi verò. §. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cogantur: & apertius Alciatus in Tract. de præſumptionibus.reg.2.præſumpt.27. numero primo.Ea eſt
3 probabilis huius ſententiæ ratio, quia † mutatio tanquam quoddam accidens non præſumitur. l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatid.cog.Et accedit, præſumptionem iuris eſſe quod quis in dies efficiatur locuples & diues.l. ſi defunctus. in fine. C. arbitrium tutelæ. & dicemus in ſubſequenti præſumptione.Ergo multò magis præſumendum eſt, quod ſemel diues adhuc diues ſit. Nec hic obſtat, quod multi
4 † ſcribunt, allegantem diuitias, vel paupertatem probare debere. Ita Angelus in §. hinc nobis. in Auth. de hæred. & Falcid.& Soc.Sen.in conſil.24.num.42.lib.1. & ibidem ipſemet ſenſit in conſil.30. num. 1.lib.4.

Nam reſpondetur, quod ille qui allegat diuitias probare quidem debet:ſed dicimus ſatis ſuperque eſſe, ſi probet iam diuitem fuiſſe: quia inde ſequitur probatio ex præſumptione, quod etiam hodie ſit diues.

5 Declaratur hæc † præſumptio, vt non procedat, quando agitur de vniuerſo, vt putà, an qui olim habuit patrimonium valoris decem millium, præſumatur & hodie illud habere. Non enim præſumitur illud adhuc obtinere. Ita cenſuit Alex.in conſil.47.numer.10.lib.1.qui ſic declarat Bart. in l. in confirmando. nume.1.ff.de confirma.tuto.Et ratio eſt ſecundum Alciatum in d.reg. 2.præſumpt.27.nume. 2. verſ. &
6 poteſt, quia cum agatur de vniuerſitate, quæ † ſui natura recipit augmentum & diminutionem, arg.l. hæreditas.ff.de petit.hæred.facilè illud minui potuit. Et ideò ceſſat hæc præſumptio. Sed verè illa Bar. doctrina hanc non admittit interpretationem: ſicuti clara eius verba oſtendunt. Diſtinguit Alcia.in d.præſump.27.nu.2.verſ.ſed tu aduerte, quod aut is, qui olim fuit diues, allegat, ſe habere eadem bona, quę olim: & tunc procedit regula & præſumptio iſta. Aut non allegat, ſe habere eadem bona, quia forte illa alienauit, ſed dicit, ſe habere pretium, vel alia bona loco illorum: & tunc procedit opinio Bart. & Alex. ſicque hæc declaratio. Quæ ſanè Alciati diſtinctio, mea quidem opinione, non ſatis cõuenit verbis Bart. Ego exiſtimo Alex. doctrinam veram quidem eſſe, ratione ſupra allegata. Bart. verò credo loqui in terminis præcedentis regulæ, vt ſcilicet non præſumatur de neceſſitate (ſicuti hoc verbo ipſe Bar.vtitur) ſicque omnino quod olim diues, vel pauper, & hodie diues, vel pauper præſumatur. Cùm hæc ipſa præſumptio non concludat ita neceſſario eſſe, ſed probabiliter: & ob id admittit probationem contrariam. Et hanc præſumptionem non eſſe præſumptionem neceſſariam & violentam: aperte docuit Salicetus in l.quod nomine.ff.de condict.indebiti.

7 Secundus eſt caſus, è conuerſo † ad præcedentem: cùm quis vnus eſt diues, an præſumatur quod olim diues fuerit? Et dicendum eſt, non præſumi. Ita reſpondit Aret. in conſil. 66. Viſo puncto. numer. 8. Ea ratione vſus eſt Aretinus,
8 quia qualitas † diuitiarum eſt repugnans naturæ: cùm quilibet nudus naſcatur. Et præterea, ſi in dies quis præſumitur diteſcere, vt diximus ſupra; ſequitur quod olim quis non fuerit diues, vt nunc reperitur.

9 Tertius eſt caſus, quando † quis aſſerit aliquem hodie pauperem, ob id, quod olim pauper fuerit. Hoc in caſu multorum eſt opinio, hunc pauperem hodie non præſumi. Ita cenſuerunt Bart. in l ex diuerſo. §. vlt. in fi. ff. ſoluto matr. Angelus in conſ.299.Franc.Aret.in l.decem. nu. 4. de verb. oblig.& Salicetus in l.non eſt neceſſe.ff.de proba. & in l. ex perſona.C.eo.Qui ob id ait, illum, qui hodie non eſt ſoluendo, non præſumi olim ſoluendo fuiſſe.Ea eſt huius ſenten-
10 tiæ † ratio, quia præſumitur quis in dies lucrari & diues effici.d. l. ſi defunctus.in fi. C.arbitriũ tutelæ. Tametſi ergo is olim pauper fuerit, non tamen talis hodie præſumitur. Non
11 enim † paupertas eſt habitus permanens, ſed variabilis: ob
12 id ex † præterito non præſumitur ad præſens vt diximus ſupra lib.1.q.24.numer.17. Et accedit quod ex ſtatu præterito non præſumitur præſens, cum ſtatus facilè varietur. Ita Bart. in l.Spadonem.§.qui abſolutus.ff.de excuſ.tuto.

Cæterùm ab hac opinione viſi ſunt diſſentire Comenſ. in l.2.ff.de except.vbi Soc.nu.6.Salicetus in l.quod nomine. ff.de condict. indeb.& Alex in l.ex diuerſo. §. vlt.in fi. ff. ſo-
13 luto matr.cùm † dixerunt, exceptionem illam, quæ marito conceſſa eſt à lege, ne vltrà quàm facere poteſt ab vxore conueniantur, eſſe exceptionem dubiam: cum dubium ſit, an maritus ſit peruenturus ad pinguiorem fortunam, ſicque quod diues efficiatur. Huius poſtremæ opinionis rationes duas commemorat Alciatus, quem mox referam, & nos ſuperiore præſumptione illas explicauimus. Has opiniones conciliant Alciatus in d.Tract.de præſumpt.reg.3.præſump. reg.2.præſumpt. 27.num.quarto, verſic.poſſunt prædicta.Et ſumma diſtinctionis, quam is facit, hæc eſt. Aut dicimus, quod olim pauper præſumitur hodie, diues, vt operetur aliquem effectum, ſed non vt transferat onus probandi in aduerſarium.Et tunc (inquit Alciatus) rectè loquitur Bart. Aut dicimus, quod olim pauper non præſumitur nunc diues, vt præſumptio illa reijciat probandi munus in aduerſarium. Et dicimus nõ transferre, ſicque non operatur hunc affectũ. Hoc in caſu (ait Alciatus) procedit opinio Comenſis & ſequacium.Porrò, mea quidem opinione, non adaptatur hæc diſtinctio verbis Bar.nec Comenſis. Ego exiſtimo Bar.& ſequaces rectè ſentire; Comenſem verò & cæteros malè.Cùm ij abſolutè ſenſerint, non eſſe præſumendum aliquem in dies diteſcere.Id quod falſum eſſe ſuperiore præſumptione iam demonſtrauimus.

14 Quartus & vltimus eſt † caſus, quando non allegatur aliquod tempus, quo quis fuit vel diues, vel pauper, ſed quis ſimpliciter aſſerit ſe diuitem, vel pauperem. Hoc in caſu lex nihil præſumit, ſed alleganti diuitias, vel paupertatem incũbit onus probandi. Ita glo.in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate. ff.qui ſatiſd.cog.& hoc in caſu procedit illa doctrina Angeli in §.hinc nobis.in Auth.de hæred.& falcid.Soc.Sen.in cõſil. 24.num.42.lib.1.quos citauimus ſuprà primo in caſu. Idem poſt alios ſcripſit Alciatus in Tract.de prę ſumptionibus.reg. 2.præſumpt.27.ad finem.His accedunt Decius in conſi.120. num.3.Afflictus deciſ.377.num.4. & 5. vbi Tiraq.de retractu conſang.§.32.glo.1.num.94.Rolan.in conſil.20.num.19. lib. 2.& copioſè Didacus lib.2.varia.reſol.c.6.numer. ſecundo.

15 Hinc dicimus, quod † excuſans ſe tanquam pauperem probare debet paupertatem.l.cura. §. deficientium.ff.de muner.& hono. & §. itẽ propter.in Inſtit.de excuſa.tuto.Ita etiã
16 qui reijcit † aliquem tanquam pauperem, probare debet illum eſſe talem.l.ſi creditores.§.vltim.ff.de priuileg. cred.Ita
17 quoque † patronus qui tanquam pauper petit alimenta ſibi præſtari à liberto, debet ſuam illam paupertatem probare. l. vlt.ff.de liberis agnoſcen.

18 Ita è contra, qui tenetur † eligere diuitem, probare debet electum illum eſſe diuitem. lege prima. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtra conueni: & l.non eſt neceſſe. ff. de probat. vbi
19 Fulgo. Ita etiam qui † allegat collegam ſuum tempore ſuſcepti officij fuiſſe diuitem, probare id debet. l. ex perſona. C.de probat.Et multis alijs ſimilibus comprobauit Didacus in d.cap.6.numero ſecundo.





## PRÆSVMPT. XXVI.

Diuitias & bona plura extare vel non extare quando præſumatur: & quando præſumptio ſit pro inuentario.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſidere & habere an & quando quis plus præſumatur quàm aſſeritur.*

*Quòd quando quis aſſerit plura adeſſe bona, quàm aduerſarius dixit, ipſi aſſerenti obſtat contraria aliqua probatio.num.2.*

*Et quid ſi aſſerenti plura adeſſe bona repugnat ſola iuris præſumptio.num.3.*

*Et quid quando aſſerenti plura adeſſe bona nulla vel probatio vel præſumptio repugnat.num.4.*

5 *Hæres allegans paupertatem teſtatoris, eam probare debet.*

1 POſteaquam de diuitiis † & bonis agere cœpimus, appingam hic præſumptionem illam, qua ſolemus diſſerere, an præſumatur quis habere plus in bonis quam aſſeritur? Hæc diſputatio à noſtris pertractari variè & ſatis perplexè conſueuit. Ego aliquot caſus ita ſoleo diſtinguere.

2 Primus eſt caſus, quando † quis aſſerit plura adeſſe bona, quàm aduerſarius dixit, & ipſi aſſerenti plura adeſſe bona obſtat contraria aliqua probatio, exemplum eſt. Legatarij petunt legata: hæres excipit, reſecanda eſſe legata diſpoſitione legis falcidiæ ob id, quod teſtator legauit vltrà dodrantem; legatarij verò replicant, nõ eſſe deducendam hanc falcidiam, quia non conſtat teſtatorem exceſſiſſe modum in legando. Hic primum neceſſe habet hæres probare ſuam intentionem nempè teſtatorem exceſſiſſe modum in legando. Hoc probare ſic poteſt probando, ſcilicet teſtatorem habuiſſe in bonis ſuis ſolum illud & illud, & nil plus. Hoc in caſu ſi legatarij dicere volunt, quod imò teſtator plus habuit in bonis probare id debent. Eſt ratio, quia ipſis legatariis obſtat probatio iam facta ab hærede, dum probauit, nil plus in bonis extare. Ita loquitur Rip. in c.cùm eccleſia Sutrina.nu.8.de cauſa poſſeſ. & propriè: ſic intelligens glo. in l. cum lege.ff. de probat. & Bart.in l.ſi conſtante.num.7.ff. ſol.matr.& ſi illi aliter (vt infrà explicabo) loquantur. Hoc etiam noſtro in caſu loquitur manifeſtè Afflictus deciſ.377.num.3.qui ſic intelligit glo.d. l.cùm de lege.

3 Secundus eſt caſus, quando † aſſerenti plura adeſſe bona repugnat ſola iuris præſumptio, vt puta mortuo teſtatore cõfectum eſt ſolennius inuentarium: legatarij petunt legata, excipit hæres eſſe reſecanda legata ob id, quod teſtator exceſſit modum in legando: & ad hoc probandum exhibet hæres inuentarium, ex quo apparet bona vix ſufficere ad pręſtationem legatorum. Hoc in caſu ſi legatarij volunt aſſerere, quod imò plura extant bona, probare id debent: cùm eis repugnet præſumptio iuris, quæ eſt pro inuentario. Ita probat text.l.vlt.§. licentia.C.de iure delib. Et huius ſententiæ eſt manifeſta ratio, quia præſumptio illa reiicit onus probandi in aduerſarium.l.generaliter.§.ſi petitum:in fin.ff.de fideicom.liber. Et hoc in caſu loquuntur Imola in Rub. ff. de operis noui nuntia.verſ. Nam in Alex.nu... idem Alex.in d. l. vlt.§.licentia, & ibidem Iaſ.Comenſ.in l.decem.num.11.de verb.oblig.qui ſic intelligit loqui glo.d.l.cum de lege, & ibidem Alex.num. 18.Aret.in l.in illa.col.pen.de verb.obli.Aret.in l.ſi conſtante.num.12.ff.ſol.matr.& ibidem Alex.num.7.Ripa nu.18.in fin.& Crottus in prima lect.nu.9. & Claudius Seyſellius.col. 5.nu... Roma.in conſ.276.in fi. Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.nu.70.in inſtit.de actio.Rui.in conſ.49.col.1.& in conſ. 82.col.vlt.lib.5.Felin.in c.ad aures.col.4.num... de reſcript. Lofredus in conſil.32.colum.7.Iacobinus in l.cum lege.ff.de probat.Soc.Iun.in conſ.26.num.12.lib.2. Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 20. communem eſſe aſſeruit Didac.lib.2.varia.reſolu.c.6. num.4. Crauet.in reſponſo pro genero.num.475.Ferret.conſ.5.num.2.Eandem traditionem probauit Ant.Gabriel in ſuis concluſio.lib.1.tit.de probatio: concl.7.nume.12.qui malè exiſtimauit hoc in caſu loqui Accurſium in d.l.cum lege.Eandem opinionem probarunt Bello.in conſ.34.nu.2.Crauet.in conſ.225.numer.12. Rolandus in Tract.de inuentario.parte 4.c.penult.incipit hæres.Natta in conſilio 238.num.12.libro.2.Oſaſcus deciſ.181.numero 2. Phanucius in Tract.de inuentario.parte 3.numero 59.& Herculanus in Tract. Quis teneatur probare negatiuam.numero 256.Et eo loci Herculanus declarat non procedere hunc caſum, quando non fuit ſeruata forma inuentarij: ſic etiam quãdo dolo & fraude res aliqua fuit omiſſa deſcribi in inuentario.

4 Tertius eſt caſus, quando † aſſerenti plura adeſſe bona nulla vel probatio vel præſumptio repugnat: exempli gratia, mortuo teſtatore, nullo confecto inuentario, legatarij petunt legata ſibi ſolui, hæres incipit, deducendam eſſe falcidiam, ob id, quod teſtator exceſſit modum in legando: replicant legatarij, quod imò teſtator non exceſſit. Hic neceſſe habet hæres demonſtrare teſtatorem exceſſiſſe modum: quia & ſi reus ipſe ſit, attamen quò ad ſuam exceptionem ſuſtinet perſonam actoris.l.1.ff.de except. Hæres autem probat teſtatorem habuiſſe in bonis illa bona quæ non efficiunt ſummam legatam. Eſt hic dubium, an hæres ſuam intentionem probauerit, vt ſi legatarij contrarium aſſerunt, probare id debeant? Hac in re, exiſtimo eſſe aduertendum, quibus verbis legatarij reſpondent hæredi. Altero enim de duobus modis reſpondere poſſunt. Inquit hæres, (vt dixi paulò ſuprà) probaui ego teſtatorem habuiſſe in bonis illa & illa, & dico illa nõ ſufficere ad ſolutionem legatorum. Reſpondent legatarij. Et ſi probaueris tu hæres, teſtatorem habuiſſe illa & illa: non tamen hinc ſequitur, quod aſſeris, nempè locum eſſe deductioni falcidiæ: cum ex hoc non inferatur, teſtatorem exceſſiſſe modum in legando. Vel ſecundo modo reſpondet legatarij. Nos dicimus, imò teſtatorem plura alia bona habuiſſe. Iuxta primam illam reſponſionem intelligi poteſt opinio eorum, qui aduerſus gloſſam in d.l.cum lege.ff.de proba.ſcripſerunt, hæredi neganti, plura bona reperiri in bonis teſtatoris, probare id debere. Cùm (vt ego exiſtimo) non ſatis concludenter ſuam intentionem probauerit hæres, vt poſſit deducere falcidiũ. Non enim ſequitur, teſtator habuit illa & illa bona, ergo non habuit alia: cum ex illa poſitione, quod aliqua habuerit, non ſequatur priuatio, quòd nulla alia habuerit. Nec hic aliqua extat præſumptio pro hærede: quia & ſi quodam-
5 modo † allegat teſtatoris paupertatem, attamẽ quia eam ipſe deducit, probare debet, l.ſi creditores.ff.de priuileg.credit.& ſcripſi ſuprà in præcedenti præſumpt. Nec hoc in caſu legatarij ipſi ſeipſos grauarunt aliquo probationis onere: ſicuti contingit in caſu ſecundi modi reſpondendi, vt infrà declarabimus. Hoc ſanè in caſu, (vt dixi) intelligi & procedere poteſt opinio eorum, qui contra gloſſam, d.l.cum lege.de probat. ſenſerunt. Ita ſanè Iacobus Butrig.ibi, cum quo ſimpliciter tranſit Alex.in rub.ff.de operis noui nun.num... in l.decem. num.18.de verb.oblig.& in l.vlt.§.licentia.num.., C.de iure delib.& ibidem Corne.& Iaſ. Et alij plures commemorati à Ripa in l.ſi conſtante.num.18.ff.ſolut.matr. & tutiorem eſſe dixit Rui.in conſ.91.num.11.lib.5. & opinionem gl.d.l.cum de lege, non eſſe veram apertè cenſuit Socin.Iun.in conſ.26. num.11.lib.2. Et in hac etiam opinione fuerunt illi, qui exiſtimarunt, traditionem gloſſę procedere, quando pro ipſo negante extat præſumptio iuris: ſicuti ſcripſit Iaſon in d.l.vlt.§. licentia.num.9.C.de iure delib. & Didacus lib.2.varia.reſolut.cap.6.nume.4.verſic.ego ſanè. Vel ſaltem quando adeſt aliqua alia leuis præſumptio, ſicuti ſcripſit Alciatus de præſumptio.reg.3.præſumptione 20.& ſi ab Alciato diſſentit Didacus. Cùm verò illo ſecundo reſponſionis modo vtuntur legatarij, nempè quando dicunt, quod imò ipſe teſtator plura alia bona habuit: Hoc ſanè caſu intelligi & procedere poteſt glo.d.l.cum de lege.ff.de probat.quam ſecuti ſunt Bart.Bal. & Salicetus ibi. Idem Barto.in l.ſi conſtante.num.7.ff.ſolut. matr.& in l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure cod.& in rubr. ff.de ope.noui nun.Baldus, Angel.& Caſtrenſ.in d.l.vlt.§.Licentia.C.de iure delib.Caſtren.in l.maritum.ff.de acq.hære. Imola in l.neceſſariis.ff.eo.& ibidem Alex.col.3.Idem Imo. in l.decem.col.2.verſ.ſed potes dicere.ff.de verb.obli.Caſtr. in conſ.212.ſupradicta omnia.col.pen.lib.1. Are.in conſ.119. ad finem.Roma.in conſil.276.in fine. Butrius in cap.vltimo.

nu... de proba.& in c.contingit de fide inſtru. Guido Papæ. q.142.Alex.in conſ.239. col.3. lib.6. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem.num.70.in inſt. de actio.& in conſ.34.libro primo, Ruinus in conſ.30.num.8. in conſ.139. num.5. in conſ.161. nu.25.in conſ.187.col.ſecunda, lib,1.Idem in conſ.116.nu. 9.in conſ,144.col.vlt.in conſ.152.nu.9.lib.2.Idem in conſil. 33.num.10.lib.4. Idem in conſ.67.num.13.& in conſ.91.nu. 12.lib.5.qui dixit,hanc eſſe communem opinionem & in foro ſeruari: & ſi dicit, contrariam opinionem eſſe tutiorem. Idẽ Rui in conſ.143.col.3.lib.5.qui cõmunem hanc eſſe aſſeruit.Eandem quoq; opinionem probarunt Curt.Sen.in conſ. 27.col.8.verſ.ſed contra.Gozad.in conſ.94.num.22.Curtius Iun.in conſ.150.num.10. Socin.Iun.in conſ.104. in fin.lib.3. Ripa in cap.cum eccleſia.nume.84.de cauſa poſſeſſ.& propr. Crauet.in conſ.218.num.3.& in conſ.225.in fin. Idem in reſponſo pro Repub.Sauiliani.num.104.verſ.5. & in Tract.de antiq tempo. in ſecunda parte principali.nu. 55. Herculanus in Tract.Quis teneatur probare negatiuam.num.252.Et huius ſententiæ ratio adferri poteſt, quia legatarij ipſi viſi ſunt aſſumpſiſſe in ſe onus probandi hanc affirmatiuam,quod ſcilicet plura exterint bona teſtatoris quàm hæres extare dixerit. Et propterea ad eos pertinet probationis onus. Et verè niſi hæc opinio declaretur, non video quomodo procedere illa poſſit.

## PRÆSVMPT. XXVII.

Locupletior quando factus præſumitur ille, ad quem vel res vel fructus peruenerunt,accuratè expoſitum.

### SVMMARIVM.

*1 Loculetior an & quando præſumatur factus ille, ad quem vel res vel fructus peruenerunt.*

*Quòd ſatis is dicitur factus locupletior, qui rem ſuam benè egit. num.2.*

*3 Intellectus glo. in §. pen.in rub. locupletior. Inſt. quib. alien. licet vel non.*

*4 Locupletior is præſumitur factus, quando conſtat,de vtilitate quæ in actu permanet,vel prouiſum eſt neceſſitati.*

*Et is dicitur ſatisfactus locupletior, quando rem quæ ad eum peruenit, non conuertit in proprios vſus, ſed eam reſtituit cui de iure reſtituere debet.num.5.*

*6 Locupletior non cenſetur quis factus ex eo, quòd res quæ apud eum peruenit,non eſt amplius apud eum,ſed conſumpta reperitur,& ignoratur quomodo fuit conſumpta.*

*Et damnatur traditio Angeli contrarium ſentientis in l. vtrum. in glo.1.ff.de petitio. hæredit.num.7.*

*8 Res præſumitur extare apud eum, ad quem ſemel peruenit, niſi probetur amiſſa aut conſumpta.*

*9 Lactare ſuum nemo præſumitur.*

*10 Locupletiorem quem eſſe factum ex re, quæ ad eum peruenit ex contractu,quis teneatur probare.*

1 HIc locus ſatis eſt congruus † vt explicemus, quando pręſumatur factus locupletior ille,ad quem vel res, vel principalis, vel fructus peruenerunt?Hac in re ſunt opiniones,ſicuti ſcribunt Deci.in l.ex pœnalibus.nu.5.de reg.iur. Gome.in §.actiones.nu.21.in inſti.de actio.& alij,quos infrà cõmemorabo. Ego aliquot caſus ita diſtinguo atq; cõſtituo.

2 Primus eſt caſus,quando † is, cui res tradita ſolutaq; fuit, eam in vſus ſuos conuertit, & id fecit, quod quilibet diligens paterfamilias feciſſet ſicuti quando pupillus,vel minor recepit pecuniam à debitore & eam impendit in vſus neceſſarios: in quos opus fuiſſet quod impendiſſet propriam, ſi hanc ſibi à debitore ſolutam non recepiſſet.Hoc ſanè caſu, & ſi ea pecunia auctum non fuerit ipſius pupilli patrimonium: attamen ſatis dicitur factus locupletior, ex quo rem ſuam benè egit,eamq; pecuniam non malè conſumpſit.Ita verè reſpondit Marcellus in l.in pupillo.ff.de ſolutio.Non enim dici poteſt deceptus minor cum rem ſibi neceſſariam emit,vt inquit Vlpia.in l.verum.§.ſciendum.ff.de minor: qui Marcelli ſen-
3 tentiam probat,atque ita hoc in caſu † eſt intelligenda glo.in §.pen.in verbo,locupletior,in inſt.quib.alienare licet vel nõ. Quæ quidem ob id non merebatur ab aliquo reprehendi: ſicuti eam reprehendunt Decius in d.l.ex penalibus.nu.5.verſ. ex quibus. Ita etiam cenſetur pupillus iſte factus locupletior ea pecuniæ receptione, quando apud eum ſalua illa adhuc reperitur,vt probat text.in d.§.pen.in inſtit.quib.aliena.licet
4 vel non. Hinc ſcriptum † reliquit Bald. in l. vlt.C.de vſucap. pro empt.illum pręſumi factum locupletiorem,quando conſtat de vtilitate, quæ in actu permanet: vel prouiſum eſt neceſſitati,& Bald.ſecutus eſt Decius in d.l.ex pœnalibus.nu.5. Idem ſcripſerunt Io.Fabri & Ange.Aret.in §.vt ex contrario. inſtit.quibus aliena. licet vel non, & ibidem Riminald.Iun. numer.58.& Lambertengus in commentariis ad ſtatutum de contractibus mulierum.in glo.24.num.5.

5 Secundus eſt caſus, quando † is,ad quem res peruenit, illam non conuertit in proprios neceſſarios vſus,nec eam apud ſe retinet,ſed reſtituit illi, cui de iure reſtituere debet.Exempli gratia,ſi pupillo res fuit commodata,vel apud eum depoſita: & is eam commodanti, vel deponenti reſtituit: certè ex hac reſtitutione dicitur ſatisfactus locupletior, quòd non eſt factus pauperior. Ita loquitur & declarat Bart.in l.1.§.impuberes.in fin.ff.commod. quem ſecuti ſunt Dec.in d.l.ex pœnalibus.num.5.verſ.ſed ad illum.Gomez.in §.actiones.num. 21.in fin.in inſt.de actio.

6 Tertius eſt caſus,quando † res putà fructus ex prædiis percepti, quæ ad aliquem peruenit, amplius apud eum non eſt, ſed conſumpta reperitur & ignoratur quomodo fuit conſumpta: atque ita cùm verè ſumus in dubio. Hoc ſanè caſu non præſumitur ille factus locupletior,& ſi probatur eum rem illam conſumpſiſſe, & in ſuos vſus conuertiſſe: cùm in malos vſus, lautè nimis viuendo,conuertere potuerit.Ita rectè cenſuit Angelus in conſil.160.D. Catherina in fine. quem ſecuti ſunt Decius in d.l ex pœnalibus.nu.5. verſ.dicit tamen.idem in l.certi condictio.§ quoniam num.3. ff. ſi cert.peta.Felin. in cap de quarta.colum.10.verſ.ſecunda reſtrictio.de pręſcri. Iaſon in l.Neſennius.§.fundum.num.4.ff.de re iud.Cur.Sen. in conſ.72.Princeps.cõl.4. verſ.ſeptima concluſio. Gomez. in d.§.actiones.num.21.Curtius Iunior in conſ.6.num.26.& apertius in conſ.28. in fine. eiuſdem ſententiæ addo Caſtr.in conſ.247.In cauſa, quæ vertitur Saonæ.num.6.lib.1.Moder. Pariſien.in commentariis ad conſuetud. Pariſien. tit. primo. §.22.num.quinquageſimoſecundo. Cagnolum in d.l.ex pœnalibus.num.3. de reg.iur. Ruinum in conſ.204.num.15.lib. 1.& in conſ.91.num.6.verſ.& non obſtat.lib.5.Et hos ſecutus ſum in Tract.de recuperanda poſſeſſione remedio.15. nume 568.Et verè horum ſententia ſatis apertè probari poteſt tex. d.l.in pupillo.ff. de ſolutio.dum Marcellus ait, tunc demum. locupletiorem aliquem eſſe effectum,cùm res cõſumpta fuit verſa in vſus neceſſarios: Non ergo ſufficit dicere, rem eſſe conſumptam, ſed probari debet, fuiſſe vtiliter conſumptam.

7 Quocircà † damnatur illa contraria traditio Angeli in l. vtrum in glo.1.ff.de pet.hæred.cùm dixit, auctoritate gloſſæ ibi, præſumi factum locupletiorem eum, qui rem, vt fructus apud ſe exiſtentem conſumpſit.Et Angelum ſecuti ſunt Roma.in conſ.149.nu.2.Ancha.in conſ.5.num.1. Alex.in conſil. 63.num.5.lib.2. Corn.in conſ.72.nu.9.lib.3. Crotus in conſ. 11.num.48.Soc.Sen.in conſ.24.nume.41.lib.1.& in conſilio 159.nume.19.verſ.nam in terminis.lib.2. Ruinus in conſ.24. in fin.lib.1.& in conſ.29.in fin.lib.2.qui ab opinione hac poſtrema Angeli dixit non eſſe recedendum in iudicando.Eandem probarunt Bero.in conſ.44. num.6.& 16.lib.1.Gozad. in conſ.94.num.7.Soc.Iun.in conſ.vlt.num.38.& lib.1.Ant. Gabriel in ſuis conclu.lib.1. tit.de probatio.conclu.7.nu.16. Nec vrget illa ratio, quã inter cæteros adducit ipſe Gabriel,
8 quia † res præſumitur extare apud eum, ad quem ſemel peruenit,niſi probetur amiſſa atque conſumpta, Bart.in l.ſi quis ex argentariis.§. an verò.ff. de eden. & dicam in ſubſequenti præſumptione. Non enim vrget hæc ratio, quandoquidem pro conſtanti noſtro in caſu præſupponimus rem amplius non extare,ſed conſumptam fuiſſe.Eſt autem ſola dubitatio, an ex ea conſumptiooe is factus fuerit locupletior, vel non. Alia ratione vſus eſt Ruinus in d. conſ.29.in fin.lib.2. nemi-



9 nem non præſumi † iactaſſe ſuum,iuxta regulam.l.cum de inbito.in princip. ff. de proba. Et præſumitur quis locupletatus l.ſi defunctus.C.arbitr.tutelæ. Verùm & huic rationi reſpondetur, iam conſtare de conſumptione, qui ergo vult dicere eum eſſe effectum locupletiorem ex ea conſumptione, debet concludenter probare conſumptam rem verſam fuiſſe in vſus neceſſarios.d.l.in pupillo, alioqui non poterit dici factus locupletior.Non hic commemoro conciliationes & interpretationes harum opinionum excogitatas ab Ario Pinelo in l.2.par.2.cap.4.nu.65.C.de reſcind.vend.& à Lambertengo in commentariis ad ſtatutum de contractibus mulierum in glo.prima,num.243.&c.

10 Hactenus expoſitum eſt, quando † ex conſumptione rei præſumatur vel non præſumatur is ad quem res peruenit, factus locupletior.

Cæterùm ambigi,etiam ſolet, quis teneatur probare aliquem effectum eſſe locupletem ex re quæ peruenit ad eum ex contractu? Et verè onus probandi pertinet ad eum, qui ſuæ intentionis fundamentum in eo ſtatuit, quod is factus ſit locupletior, hoc eſt, quod ex eo contractu commodum atque vtilitatem ſenſerit. Ita gloſſa in l. prima, C. ſi aduerſus vend. & in l. prædiorum.C.de prædiis mino. & ibidem Salicetus, qui in ſpecie contractus initi cum minore ſcribunt, quod ſi contractus eſt ipſo iure nullus, ob non ſeruatam ſolennitatem:is,qui cum minore contraxit,ſi vult repetere pretium ipſi minori numeratum, probare debet pretium illud fuiſſe verſum in vtilitatem minoris, ſicque illum ex eo contractu effectum fuiſſe locupletem:cùm hoc ſit huius aſſerentis fundamentum. Cùm verò contractus tenet:& minor petit illum reſcindi tanquam læſus, ipſe minor probare debet, ſe non eſſe effectum ex eo contractu locupletem. Cum hoc ſit ſuæ intentionis fundamentum. Hanc opinionem probarunt Socinus Senior in conſilio 115. columna vltim. libro primo, Ruinus in conſilio 113.numero ſexto, lib.5.Anton.Gabriel in ſuis concluſio.libro primo, tit.de probatio.conclu.7. numero 18.& ſi diſſentiat Baldus in dicta l. prædiorum. Hæc autem ſententia & traditio locum non habet in eo, qui mutuo dedit pecuniam minori. Nam is creditor ſemper neceſſe habet probare pecuniam illam verſam fuiſſe in vtilitatem ipſius minoris.Ita tradunt gloſſa, Salicetus & reliqui in dicta l. prædiorum.

## PRÆSVMPT. XXVIII.

Diuites atque locupletes in dies effici homines præſumi.

### SVMMARIVM.

*1 Homo præſumitur in dies ſuo labore & induſtria effici ditior & locupletior.*

*2 Tutor non præſumitur factus diues ex bonis pupilli à ſe adminiſtratis.*

*3 Excuſatus ſemel à munere ob inopiam non poteſt deinde ab alio munere ſe excuſare ob paupertatem illam, ſed cognoſci debet an inops vel diues ſit.*

*4 Dictio,ſi,conditionem quandam,ſeu rem dubiam facit.*

*5 Accidentia extrinſeca non præſumuntur.*

*Intellige,quando nulla ſubeſt cauſa præſumendi.num.7.*

*5 Diuitias eſſe accidentia oſtenditur, cùm quilibet naſcatur nudus, & pauper.*

*8 Diuitiæ acquiruntur & amittuntur ex fortunæ impetu.*

*Diſtingue.vt num.9.*

*10 Diues quis præſumitur factus ſuis laboribus & induſtria,etiam ſi negotia alterius adminiſtraſſet, cùm ex ea adminiſtratione potuiſſet multa conſequi.*

*Secus ſi nulla adeſt induſtria vel labor,quia pauper non præſumitur effici diues.num.11.*

*12 Prælati & cæteri adminiſtratores eccleſiarum præſumũtur comparaſſe diuitias ex induſtria non autem ex bonis eccleſiæ.*

*13 Diues quis non cenſetur factus ſua induſtria aut labore, quando aliqua extat contraria coniectura.*

1 CONSENTANEVM eſt rationi † & æquitati,vt homo,qui natus eſt ad laborem,ſicuti auis ad volatum,ſua induſtria & laboribus in dies efficiatur diues ac locuples.Quemadmodum hanc eſſe iuris præſumptionem affirmarunt Archidia.in c.manifeſta.12. q.1.Bart.in l.ex diuerſo.§.vlt.ff.ſol.matr.Lucas de Penna in l. 3.col.2.verſ.ſexta pręſumptio.C.de apochis publ.lib.10.Sali. in l.ex perſona.C.de proba. Soci.Senior in conſ.24.num.41. libr.1.Alciatus in Tract.de præſumptio.reg.2. præſumpt.27. numero quarto. Ripa in l.ſi quis ab alio.numero ſexto. ff.de re iudic.

Quam quidem pręſumptionem ſcribunt ij inductam fuiſſe à l.ſi defunctus.in fine.C.arbitrium tutelæ.Verùm Alex.in l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio.in fine.ff.ſol.matr.inquit, probari
2 quidem ibi, † tutorem non præſumi factum diuitem ex bonis pupilli à ſe adminiſtratis.Non tamen inde ſequitur (ait Ale.) quod ditatus ipſe tutor præſumatur. Mea tamen opinione tex.ille optimè probat in illis verbis: *Non enim pauperibus induſtria.vel augmentum patrimonij, quod laboribus & multis caſibus quæritur,&c.* Præſupponit ergo tex.ille, induſtria & laboribus augeri patrimonium:ſicque diuitem aliquem fieri.Hãc quoque eſſe iuris præſumptionem oſtendit Vlpia.in l.cura.§. deficientium.ff.de mune.& hono.Verùm Salicetus in l.quod nomine.ad finem.ff.de condi.indeb.& Alex.in d.l.ex diuerſo. §.ſi in iudicio.in fi.ff.ſol.matr.exiſtimarunt præſumptionem hanc ibi non probari. Quando quidem Vlpian.ſolum dixit,
3 † ſemel excuſatum à munere ob inopiam, non poſſe deinde ab alio munere ſe excuſare ob paupertatem illam, ſed cognoſci debere,an diues, vel inops ſit. Ego addo Vlpianum loqui
4 conditionaliter,cùm ait,*Nam ſi.* Illa dictio,ſi, † conditionem quandam, ſeu rem dubiam facit. Non ergo præſupponit Vlpianus, pręſumi aliquem augere patrimonium, ſicque diuitem in dies effici.

His conſtat minus rectè ſenſiſſe illos,qui opinati ſunt, verum non eſſe,quod pręſumatur quis in dies ditari.Qua in opinione fuerunt Comenſ.in l.2.ff.de except.Salicetus in l.quod nomine.in fine.ff.de condict.indeb.Franc.Aretinus & Alex. in l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio.in fine.ff.ſolut.matr.& Siluanus in conſil.36.colum.4.prope medium.Et ij quidem ea ratione
5 prima adducti ſunt,quod † accidentia extrinſeca non præſumuntur.l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſda.cogan.
6 At qui † diuitiæ ſunt accidentia:cum naturaliter quilibet naſcatur nudus & pauper.cap.ſicut ij.diſtinct.47.& tradit Lucas de Penna in l.2.col.4.C.quando & quibus quarta pars. libro 10.

7 Huic † conſiderationi facilè reſpondetur,accidentia non pręſumi quando nulla ſubeſt cauſa, qua præſumi debeant.d. §.qui pro rei qualitate at ſecus quando cauſa ſubeſt: ſicuti noſtro in caſu,in quo adeſt induſtria & labor, quibus diuitiæ comparari ſolent, Secunda eſt conſideratio, qua vſi ſunt præ-
8 citati interpretes: quia † diuitiæ acquiruntur & amittuntur fortunæ impetu.l.ſi is,qui.§.1.ff.de acquiren.rerum dom.& l. planè.ff.vt in poſſeſſ.lega.Ergo ob incertitudinem nulla eſſe poteſt iuris præſumptio.

9 Verùm reſponderi † ſic poteſt,diuitias aliquando ſolo fortunæ curſu acquiri: ſicuti illæ ſunt, quæ nobis aliquando ne cogitantibus quidem obueniunt: Et de his loquuntur præcitata iura.Hocque in caſu procedit prædicta conſideratio,aliquæ verò diuitiæ ſunt,quæ etſi fortunam quodammodo concomitantem habeant: attamen non ex ipſa ſola fortuna, ſed ab ipſo labore & induſtria proueniunt: Et de his nos loquimur,

10 Extenditur hæc † præſumptio, vt locum etiam habeat in eo, qui negotia alterius adminiſtraſſet: & ex ea adminiſtratione potuiſſet multa conſequi. Nam adhuc præſumitur iſte effectus diues ſuis laboribus & induſtria, non autem ex bonis eius, cuius negotia tractauit: ſicuti de tutore adminiſtrante bona pupilli cenſuit tex.d.l.ſi defunctus.C.arbitrium tutelę. Ita & in officiali ac adminiſtratore rerũ fiſci, vel Reipub.docuit Bart.in l.defenſionis facultas.C.de iurę fiſci.lib. 10.& illum ſecuti ſunt Decius.in conſ.6.nu.1.& in conſ.175. in fi.Coraſius lib.3.Miſcella.iuris.c.5.nu.6.& ſcripſi ſuprà lib. 3.præſumpt.52.vbi egi,quãdo prælatus,& officialis pręſumatur ex ſuo labore & induſtria acquiſiuiſſe. & ibidẽ declaraui.

11 Declaratur primò, vt † non procedat hæc præſumptio,
quando nulla adeſt induſtria, nullusq; labor. Nam tunc non
præſumitur pauper effici diues. Ita Decius & Coraſius præci-
tatis in locis, & idem ſcripſerunt Roma. in conſil.274. & in
conſ.346.col.vlt. Decius in conſ.175.in fine, & Siluanus in
conſ.86,nu.6.verſ. item diſpoſitio:ſolet afferri exemplum in
Prælatis, qui in congerendis opibus ſuam non collocant ope-
12 ram & diligentiam: quod vtinam ita ſit. Cùm † autem in præ-
latis & cæteris eccleſiarum adminiſtratoribus aliqua ineſt in-
duſtria, aliquis labor, præſumitur, eos comparaſſe ſibi illas
diuitias ſua induſtria, non autem ex bonis eccleſiæ.
13 Declaratur ſecundo, vt † non procedat, quando aliqua ex-
tat cōtraria coniectura, qua demonſtretur aliquem effectum
non fuiſſe ſua induſtria & labore diuitem. Ita Pariſius in con-
ſil.99.num.54.lib.3.

## PRÆSVMPT. XXIX.

### Quando in fundo proprio aliquid faciens præſu-matur feciſſe ad vicini damnum,

### SVMMARIVM.

*1 Bonitas à natura homini ineſt.*
*2 Delinquere nemo præſumitur aduerſus proximum eius corpus lædendo.*
*3 Faciens aliquid in proprio fundo, ob ſui vtilitatem id præſumitur facere, non autem vt proximum lædat.*
*4 Puteum fodiens in ædib. ſuis, ex quo venæ putei vicini ſui præciduntur, non præſumitur feciſſe ad detrimentum vicini, ſed ſolum pro ſua vtilitate.*
*Idem de faciente foſſam in agro, qui aquam è fundo vicini auocet. numero 5.*
*6 Iure ſuo vtens nemini cenſetur damnum inferre.*
*7 Sponſus non præſumitur dolo recepiſſe dotis promiſſionem aliàs mulieri non debitam ab aliquo cùm ſuo iure vſus eſt.*
*8 Pater non præſumitur dolo facere, ſi filium, quem in poteſtate habet, non exhibet.*
*9 Iuris executio non habet iniuriarum actionem.*
*10 Domum ſuam quilibet poteſt altius tollere, etiam ſi lumina vicini obſcurentur.*
*11 Aggeres extruens in ſuo ad arcendam aquam ne in agrum ſuum fluat, non præſumitur id fraudulenter facere, etiam ſi vicino deinde noceat.*
*12 Clauſuras quilibet facere poteſt, ne prata ſua depaſcantur, licèt id beſtiarum dominis noceat: niſi conſuetudo patriæ ſit, quòd prata illa depaſci debeant.*
*13 Dominus fundi ſuperioris poteſt aquam, quæ in fundo ſuo fluit, auertere, ne in fundum inferiorem vicini excurrat, licet ipſi vicino noceat.*
*14 Murus etſi ſit communis, licet in eo ædificare ad ſui vtilitatem principaliter, licèt vicino deinde damnum inferatur.*
*15 Molendinum ædificans in parte ſuperiore fluminis in ripa ſua, licèt noceat molendino inferiori, præſumitur tamen id feciſſe, vt principaliter ſibi proſit.*
*16 Conductor ſalis pro ſui libito poteſt vendere ſalem etiam in detrimentum futuri conductoris.*
*17 Cautelis quilibet vti poteſt ad proprium commodum.*
*Secus ſi in contrarium extant coniecturæ fraudis. num.18.*
*19 Faciens aliquid in fundo ſuo vt amico proſit, licèt alteri noceat, non præſumitur dolo feciſſe.*
*20 Intellectus l. virilis §. ſi adierit. ff. de lega. præſtan.*
*21 Ædificans in proprio fundo non præſumitur doloſè id facere, etiam ſi nunquam antea ibi ædificauerit.*
*Secus ſi coniecturis conſtat, quòd animo nocendi fecerit, num.22.*
*23 Faciens aliquid in fundo proprio præſumitur dolo ſe facere & vt alteri noceat, quando is ſibi nihil prodeſt, & alteri nocet.*
*Idem quando tenuem inde percepturus eſt vtilitatem & alter magnum detrimentum. num.24.*
*25 Parum & nihil æquiparantur.*
*26 Inimicus præſumitur facere omnia quæ poteſt, vt inimico noceat, & ideo ſi in fundo ſuo aliquid facit, quod inimico noceat, doloſe feciſſe præſumitur.*
*27 Vaſallus, qui dominum odio proſequebatur, præſumitur eius arcana ad eiuſdem domini damnum retexiſſe.*
*28 Faciens aliquid in fundo proprio ad vicini æmulationem, animo nocendi præſumitur feciſſe.*

1 Qvemadmodum à naturali † ipſa bonitate,
quæ homini à natura ineſt: & ab ea cauſa,
quòd animæ ſalutem diligat & ſperat, factum
2 eſt (vt diximus ſupra) † neminem præſumi de-
linquere aduerſus proximum, eius corpus læ-
3 dendo, ita etiam fit, vt is, qui aliquid ſuo † in fundo agit, præ-
ſumatur agere, ob ſui vtilitatem, non autem vt vicinum pro-
ximumq; ſuum lædat, eique noceat, l. fluminum. §. vltim. ff. de
damno infecto, vbi ex Trebatij ſententia ait Vlpianus, quod
4 ſi quis † fodiat puteum in ædibus ſuis, ex quo venæ putei vi-
cini præcidantur, effodiens ille non præſumitur feciſſe ad de-
trimentum ipſius vicini, ſed ſolùm pro ſui vtilitate. Et idem
Vlpianus in l. Proculus. eo. tit. ſubiungit ex ſententia Proculi,
5 ſi † in agro ſuo quis foſſam faciat, & per cuniculos aquam è
fundo vicini auocet, non præſumitur id feciſſe vt illum dam-
no afficeret, ſed pro ſui vtilitate.
6 Et huc † pertinet iuris regula l. nullus videtur. de reg. iur.
Nullus videtur (inquit iuriſcon.) dolo facere, qui ſuo iure vti-
tur. Et in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam. ff. de cond. cauſ.
7 data ſcripſit † Paulus, dolo non feciſſe videri ſponſum illum,
qui dotis promiſſionem aliàs mulieri non debitam ab aliquo
8 recepit, cùm ſuo iure is ſponſus vſus ſit. Et in † l.3. §. is tamen.
ff. de libero hom. exhib. dixit Vlpianus, dolo non facere pa-
trem, qui filium, quem in poteſtate habet, non exhibet: cùm
9 ſuo iure vtatur. Et propterea ſcriptum eſt † in l. iniuriarum. §.
1. ff. de iniuriis, executionem iuris non habere iniuriarum
actionem.
10 Hinc dicimus † quem poſſe domum ſuam altius tollere,
etiam ſi lumina vicini obſcurentur: cùm ad ſui commodum
principaliter, non autē vt vicino ex profeſſo & data opera no-
ceat, feciſſe præſumatur l. altius. & in l. in ædibus. C. de ſerui.
& aqua. quo loci gloſſa adfert ſimilia. Et alia congerunt De-
cius & Cagno. in d. l. nullus videtur. de reg. iur.
11 Hinc dicimus per † fraudem non præſumi facere qui ag-
geres extruit in ſuo ad arcendam aquam, ne in agrum ſuum
fluat, & ſi vicino deinde nocet. Ita Cæpolla in Tract. de ſer-
uit. ruſtico. prædio. in tit. de aggeribus. nu.2. latè Pariſ. in cōſ.
112. nu.3. & nu.7. lib.1. & copioſius Fran. Veggius in conſ.53.
12 ſic † poteſt quis clauſuras facere, ne prata ſua depaſcantur, &
ſi beſtiarum dominis obeſt, vt reſpondit Crauet. in conſ.4. nu.
3. qui intellexit, niſi conſuetudo patriæ ſit, quod depaſci prata
13 illa debeant. Eſt ſimile quod reſponderunt † Bartholomæus
Vlpius, Vbertius Lampugnanus, Caſtrenſis, & Proſdocimus
de comitibus inter conſilia Calcanei in conſ.53.54. & 55. cùm
dixerunt, licere domino fundi ſuperioris aquam, quæ in fun-
do ſuo fluit auertere, ne in fundum vicini inferioris excurrat,
& ſi ipſi vicino nocet. d. l. Proculus. ff. de damno infecto, & l.
1. §. item Labeo. ff. de aqua quotid. & æſtiua.
14 Huc etiam pertinet † quod dicimus, licere ædificare in
muro & pariete communi ad ſui vtilitatem principaliter, & ſi
vicino deinde detrimentum adfertur. Ita Alex. in conſil.174.
lib.2. Cæpolla in Tract. de ſeruit. vrba. prædio. c.62. de fene-
ſtra. Soc. Sen. in conſ.141. nu.1. lib.1. Iaſ. in cōſ.98. lib.1. Fran.
Vegius in conſ.53. nu.11. & Andreas Gailius lib.2. pract. ob-
ſerua. c.69. nu.1. & nu.10. Hinc etiam dicimus, ædificantem
15 † molendinum in parte ſuperiore fluminis in ripa ſua, etiam
ſi nocet molendino inferiori ſui vicini, non præſumi ædificaſ-
ſe vt ſibi principaliter proſit, non autem vt inferiori noceat.
Et ob id ædificatum tenet. Ita Bal. in c. cum eccleſia. de elect.
quem ſecuti ſunt Alex. in conſ.203. col.1. lib.6. Iaſ. in l.2. in fi.
principij. ff. ſol. matr. in l. quominus. nu.43. de flum. & in conſ.
98. col.1. lib.1. Dec. in conſ.373. nu.3. Rui. in conſ.98. num.12.
lib.4. & Ripa in d. l. quem iuris. numer.82. qui aliis ſimilibus
comprobat.
16 Hinc quoque † reſpondit Ruinus in conſ.74. nu.16. lib.1.
conductorem ſalis pro ſui libito poſſe vendere ſalem, etiam ſi
venditio reſultet in detrimentum futuri conductoris.
17 Hinc quoq; † ſcripſit Petraſancta in ſing.26. in fi. poſt Bal-
dum & alios, quod ad proprium commodum licet vti caute-
lis, vt in ſtatuto, quod domus vendi non poſſit, niſi requiſitis
vicinis,



vicinis, poterit namque dominus vendere partem ipſius do-
mus illi vicino, qui ratione illius partis erit proximior, &
deinde ex poſt eidem alteram partem vendere. Et idem ſcri-
pſerunt Ancha. in conſ.160. Capicius in deciſ.38. & Tiraq. in
Tract. de retractu conſang. in procemio. num.72. & num.78.
18 Quæ † tamen traditio ceſſat quando extant coniecturæ frau-
dis in contrarium. Ita declarant Anch. in d. conſ.160. col. vlti:
& Capicius in d. deciſ.38. ad finem.
19 Extenditur primò hæc † præſumptio, vt procedat etiam
quando quis aliquid facit in ſuo, vt amico proſit. Nam & tunc
licèt alteri noceat, attamen non præſumitur dolo facere, vt
illi noceat. Ita ſenſit Io. Fabri in Inſtit. tit. de lege Fuſia Cani-
nia tollenda, & apertiùs Alcia. in tract. de præſumptio. reg.3.
præſumpt.23. num.2. verſic. quid autem. ex l. cum in fundo. §.
ſed & ſi non. ff. de iure dotium.
20 Nec obſtat † l. virilis. §. ſi adierit. ff. de lega. præſtan. quia
reſpondet Io. Fabri in Inſtit. tit. de lege Fuſia Caninia. tollen.
quod ibi faciebat principaliter vt noceret illi, non autem vt
prodeſſet alteri. Quæ ſanè interpretatio (vt ait Alciatus præ-
citato in loco) diuinat. Reſpondet itaque ipſe Alciatus, in
caſu. d. §. ſi adierit, illum non fuiſſe vſum iure ſuo, ex quo edi-
ctum prætoris ſimpliciter illi cōſeruauerat portionem ſuam,
vt ſibi prodeſſet, non vt alteri. Et propterea (ſubiungit Alcia-
tus) ſi admonitus adiuit hæreditatem, vt noceat emancipato,
de dolo tenetur, & ſi ſeruis proſit: id quod ſenſit & ibi gloſſa
in verbo, dolo.
21 Extenditur ſecundò vt locum habeat † etiam ſi ædificans
in proprio fundo nunquam anteà aliquid feciſſet. Nam adhuc
ædificare poteſt. Ita gloſ. l. qui fluminis. ff. de ſeru. vrba. præd.
Iaſ. in §. æquè. num.41. Inſti. de actio. & Gailius d. lib.2. pract.
obſer.69. nu.9.
22 Declaratur hæc † præſumptio, vt non procedat quando
conſtaret coniecturis, illum qui in ſuo aliquid facit, facere
animo nocendi. Ita Imola in l. ſi in meo fundo. ff. de aqua plu.
arcen. Alex. in conſ.174. num.5. lib.2. & Cagnolus in l. nullus
videtur. nu.2. de reg. iuris. qui eiuſdem opinionis alios recen-
ſet: apud quos tamen hoc non legitur. Coniecturæ autem ali-
quot in ſpecie conſiderari poſſunt.
23 Prima eſt, quādo † illud, quod fit in proprio, ſibi nil pro-
deſt nullamque adfert ipſi facienti vtilitatem, & alteri nocet.
Nam inde ſurgit præſumptio, id dolo & animo nocendi alte-
ri feciſſe. Ita Cynus, Raynerius, & Salicetus in l. altius. C. de
ſeruit. & aqua. Imola in d. l. ſi in eo fundo. ff. de aqu. pluuia. ar-
cen. Io. Fabri in Inſtit. in tit. de lege Fuſia Caninia tollen. Ca-
ſtren. in l. cum eo. ff. de ſeru. vrba. præd. idem in l. fluminum. §.
vlt. ff. de damno infecto. & in dicta l. altius. C. de ſeru. & aqua.
Alexan. in dicto conſ.174. num.5. lib.2. Cæpolla in Tract. de
ſeruit. vrba. prædiorum. c.39. de ſolo ſeu area. nu.3. Iaſ. in conſ.
32. num.3. lib.1. Gratus in conſ.113. in fi. lib.1, Ripa in l. quo-
minus. num.29. ff. de flumin. Alciatus in Tract. de præſumpt.
reg.3. præſumpt.23. num.1. & Craue. in Tract. de antiq. temp.
in quinta particula quartæ partis princip. num.33. & Andreas
Cailius in dicta lib.2. pract. obſerua. c.69. num.27. & 28. Et ij
adducti ſunt tex. l.1. §. denique. Marcellus. ff. de aq. plu. arcen.
& ex l. domum. de reg. iuris.
24 Secunda eſt coniectura † præcedenti non diſſimilis, quan-
do is, qui in ſuo aliquid facit, tenuem inde præcepturus eſt
vtilitatem: & alter magnum recepturus eſt detrimentum. Ita
Cæpola in d. c.39. num.3. Decius in conſ.244. nu.7. in fi. Ri-
pa in d. l. quominus. num.29. & num.81. ff. de flum. & Craue.
25 vbi ſuprà. num.31. verſ. idem videtur dicendum. Ea † eſt ratio,
quia parum & nihil æquiparantur auth. præterea. vbi Baldus.
C. vnde vir & vxor. & multis cōprobat Tiraq. in l. ſi vnquam.
in verbo, donatione. num.124. C. de reuoc. dona. Quibus con-
ſtat minus rectè ſenſiſſe Alciatum in d. præſumpt.23. verſ. &
puto quod. & Plotus in l. ſi quando. num.834. C. vnde vi. Et
quanquam Alciatus in ſuam ſententiam adduxerit. l. res bona
fide. ff. de contrah. empt. & l. quamuis. C. de diſtract. pign. at-
tamen illa prima contrarium potius probat. Illa verò ſecunda
meo in codice non reperitur.
26 Tertia eſt coniectura † quando inter hos aliqua extat ini-
micitia: cùm enim præſumptio ſit, inimicum facere omnia,
quæ inimico obeſſe poſſunt. c. tepellatur. de accuſ. quo addu-
ctus Decius in conſ.64. nu.6. verſ. inimicus enim, &c. reſpon-
dit non præſumi fratrem fratris inimicum abſtinere à com-
mittendo crimine læſæ maieſtatis, ne ipſi fratri damnum ad-
ferat: ſed potius præſumi (ait Decius) id feciſſe, vt etiam no-
27 ceret fratri inimico. Et huc pertinet † quod ſcripſit Iſernia in
c.1. num.2. quib. mod. feud. amitt. & cum eo Capicius in de-
ciſ.130. num.13. cùm dixerunt, coniecturam ſumi, vaſallum ad
damnum domini retexiſſe eius arcana, cùm eum odio proſe-
queretur.
28 Quarta eſt coniectura, quando † quis in fundo proprio ad
vicini æmulationem faceret, vel ædificaret. Nam tunc præſu-
mitur facere animo nocendi: ob id iure non permittitur id
facere. l. opus nouum. ff. de oper. publ. cap. Piſanis. in fi. de re-
ſtit. ſpolia. Roma. conſ.52. nu.4. & alios refert & ſequitur An-
dreas Gailius in d. l. li.2. pract. obſerua. cap.69. nu.17. & multo
plura ego ipſe ſcripſi in lib.2. de arbitrariis iudicū. caſu 156.

## PRÆSVMPT. XXX.

### Ciuis vel Forenſis, quando quis præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Ciuis an quis ſit, vel exterus, quanti referat.*
*2 Ciuibus ſolis multa ſunt commoda à legibus & ſtatutis tributa.*
*3 Peregrini, vel qui ciues Romani non erant, non poterant olim inſtitui.*
*4 Ciuis vel forenſis an & quando quis præſumatur.*
*5 Ciuis quis præſumitur illius loci, in quo reperitur.*
*Et quando ignoratur origo alicuius, an ſcilicet ſit huius vel illius loci, præſumitur eſſe illius ciuitatis, in qua fuit educatus. num.6.*
*7 Statutum ſi punit maiori pœna occidentem ciuem quam forenſem, ſi ignoratur, an occiſus ſit ciuis vel forenſis, præſumitur in dubio ciuis.*
*Idem quando eodem ſtatuto cautum reperiretur, quòd grauius puniretur forenſis delictum committens, quàm ciuis, in dubio præſumitur ciuis. num.8.*
*9 Ciuis quis non præſumitur loci vbi degit, quando is ſe nominari fecit de alio loco, & deinde aſſerit ſe ciuem illius ciuitatis, in qua habitat.*
*10 Arguere licet à nomine, quia talis quis creditur, qualis nominatur.*

1 Magni certè refert, an quis † ciuis ſit vel
exterus, quem forenſem vulgus appellat.
2 Nam multa † ſunt commoda ſolis ciuibus à
3 legibus & ſtatutis tributa. Et olim † hæredes
inſtitui non poterant peregrini, hoc eſt, qui
ciues Romani non erant. l. ſed & ſi. §. ſolemus. ff. de hæred. in-
ſtit. & l.1. C. eo. quæ ſic, & rectè, aduerſus Accurſium & ſequa-
ces interpretati ſunt. Viglius in §. vlt. Inſtit. de hæred. inſtit.
& Hotomanus in commētariis verborum iuris, in verbo, Pe-
regrinus. Et exteros ſicque non ciues Romanos hæreditatum
fuiſſe incapaces ex M. Cicerone in oratione pro Archia Poë-
ta oſtendit doctiſſimus Carolus Sigonius in lib.1. de antiquo
iure ciuium Roma. c.11. Dubitari propterea ſolet perſæpè, an
4 quis in dubio † præſumatur ciuis vel forenſis? Andreas Alcia-
tus maximi nominis iuriſcon. in tract. de præſump. reg.2. præ-
5 ſumpt.15. ſcriptum † reliquit ciuem illius loci aliquem præ-
ſumi, in quo reperitur ex ſententia Bart. in l. is poteſt. num.17.
verſ. aliquando ille. de acquiren. hære. qui tamen vix eſt quod
hoc ſentiat: vt etiam ipſe Alcia. animaduertit. Nec Guido Pa-
pæ in Tract. præſumptionum, qui ab eodem Alciato in ean-
dem ſententiam citatur id, ſed aliud potius, aſſerit. Rectius
itaque viſus eſt mihi ſcribere Bart. in l.1. nu.21. ff. ad municip.
6 ex illo textu adductus: cùm dixit, quod † quando ignoratur
origo alicuius, an ſcilicet ſit huius vel illius ciuitatis & loci,
præſumitur eſſe illius, in qua fuit altus atque educatus. Et Bar-
tolum ſecuti ſunt Angel. in l. hæres abſens. §.1. ff. de iud. Mar-
ſilius in l. ſi infans. nu.10. ff. ad l. Corneliam de Sicar. & Boer.
in quæſt.13. num.41. Et his accedit Auguſtin. Ariminen. in
annotat. ad Angelum de maleficiis, in verbo, De Bononia,
num.3. quo loci recenſet Angelum in l. ſi cum exceptione. §.
in hac. ff. de eo, quod metus cauſa, dicentē, ſtāte ſtatuto, quod
7 † maiori pœna puniatur occidens ciuem, quàm forenſem

ſi ignoratur, an is occiſus fuerit ciuis, vel forenſis, in dubio
ciuis præſumitur. Quam traditionem probauit etiam Felinus
in cap.quoniam.nu.3.de off.ordina.Nec ab hac opinione vi-
detur diſſentire Angelus Aret. in d.Tract.maleficiorum.in
8 verbo, De Bononia.nu.3. Cum † dixit, quod ſi cautum ſit ſta-
tuto, quod grauius puniantur forenſes delictum aliquod com
mittentes quàm ciues, & ignoratur, an ciuis ſit ille delinquẽs,
vel forenſis: in dubio (ait Angelus) præſumitur ciuis illius lo-
ci, vbi iudicium agitatur. Et præterea (ait Angelus) quod quis
ſit forenſis eſt qualitas, quæ non præſumitur: ſed probari de-
bet ab eo, qui in ea fundamentum conſtituit.

9 Declaratur, vt non procedat † in eo, qui ſe nominari fecit
de aliquo loco, & deinde aſſerit ſe ciuẽ illius ciuitatis, in qua
habitat & reperitur. Nam tunc præſumptio prædicta ceſſat:
ſed præſumitur, quod ſi eius loci, ſicuti fuit deſcriptus. Ita de
clarat Alciatus in d.præſump.15.ad finem.poſt Baldum in l.
vlt.C.ſi à non compet.iud.& Felinum in cap.cauſam.de pro-
10 bat. Et comprobatur, quia † licet arguere à nomine, cùm ta-
lis quis credatur & præſumatur qualis nominatur: vt reſpon-
dit Baldus in conſ.205.In cauſa, quæ vertitur inter procurato-
rem.col.1.lib.3.cùm dixit, quòd ſi hoſpitale appellatur San-
cti Andreæ, præſumitur eſſe de membris eccleſiæ ſancti An-
dreæ. Et Corneus in conſ.282.col.5.lib.4.qui reſpondi, quod
ſi turris fuit appellata turris tallis, præſumitur illius ſic nomi-
nati. Et hos ſecutus & Craue.in conſ.11.nu.18.qui ſimile reſ-
pondit, nempè quod prædia hoc nomine, conuentionata, ap-
pellata præſumi ex conuentione à cæteris exempta.

## PRÆSVMPT. XXXI.

### Ea, quæ irrationabilia ſunt, non præſumi.

### SVMMARIVM.

1 *Lex vera illa dicitur, quæ ratione condita eſt.*
2 *Irrationabilia non ſunt præſumenda.*
3 *Vaſallo non eſt adhibenda fides aſſerenti ac probandi aliquid geſtũ fuiſſe aduerſus rationem iuris feudi,*
4 *Papa non præſumitur conceſſiſſe ea, quæ irrationabilia ſunt.*
5 *Actum qui publicè geſſit, non præſumitur quòd noluerit vel falſum vel periurium committere.*
6 *Portitor non præſumitur ſine iuſta cauſa voluiſſe traijcere currus onuſtos.*
7 *Damnoſum quod eſt, non præſumitur: nec quod eſt contra bonos mores.num.8.*

1 CVM lex vera illa eſſe † dicatur, quæ ratione condita
eſt cap.erit autem lex.diſt.4.& diximus ſupra lib.2.
2 in præſump.1. Iure optimo † factum hinc eſt, vt ea,
quæ ſunt irrationabilia præſumenda non ſint. Ita Baldus in c.
1.§.ſi verò inueſtitura.num.1.in tit.qui ſit inueſtitura.in vſi-
3 bus feudo, adductus illo textu, quo ſancitum eſt, fidem † non
adhiberi vaſallo aſſerenti ac probanti aliquid geſtum fuiſſe
aduerſus rationem iuris feudi. Et Baldum † ſecutus eſt Socin.
4 Sen.in conſ.164.num.12.verſ.præterea præſumptio.li.2.qui
cenſuit, Pontificem max.non præſumi conceſſiſſe ea, quæ irra
tionabilia ſunt. Ita pariter Crau.in conſ.6.num.24.reſpondit,
5 non eſſe † præſumendum, quod ille, qui publicè actum geſ-
ſit, voluerit vel falſum, vel periurium committere, cùm ratio-
ni repugnet, ſimilia delicta palàm committi. ſimile reſpon-
6 dit idem Craue.in conſ.8.num.6.cum dixit, non eſſe † præſu-
mendum, portitorem ſine iuſta cauſa noluiſſe traijcere currus
onuſtos: cùm rationi repugnet, portitorem recuſare lucrum,
QVOD quidem & ab his, & à cæteris omnibus auidè com-
plecti ſolet.

7 Hinc etiam dicimus, † non præſumi quod damnoſum eſt.
Craue.in conſ.224.nu.7.verſ.ſextò arguunt. Nam id rationi
8 repugnat. Ita quoque dicimus, † præſumi fieri non poſſe ea,
quæ ſunt contra bonos mores.l.filius, qui.ff.de cond.inſt. Nã,
*quæ* (inquit eo loci Papinianus) *factæ lædunt pietatem, exiſtima-
tionem, verecundiam noſtram, & (vt generaliter dixerim) contra
bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.*

## PRÆSVMPT. XXXII.

### Obliuionem præſumi aliquando paucis explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Obliuio quare in homine præſumatur.*
2 *Homo præſumitur hodie ſcire quæ anteà ſciuit.*
3 *Notarius præſumitur potius obliuione ductus, quam falſum ſcripſiſſe.*
4 *Teſtis iuſta eſt excuſatio, quando dixit, ſe aliqua de re non recordari ob id, quòd paſſus eſt infirmitatem.*
*Idem ſi ſe excuſat, quòd ob lapſum temporis memoria non teneat aliqua verba, quæ ab aliquo iam audiuit.num.5.*

1 MEmoria teneo, me † aliquando in commen-
tarijs, de arbitrariis iudicum, quæſtionibus &
cauſis.lib.2.caſu.26.ſcripſiſſe obliuionem in
homine præſumi vel ob temporis curſum &
diuturnitatem, vel ob negotiorum multiplici-
tatem varietatemque. Et nonnulla etiam attigi eodem in lib.
2.caſu.308.in fine. Nam addo quod ſcriptum reliquit Lucas
de penna in l.3.col.4.verſ.95.præſumptio.C.de apochis pu-
bli.lib.10.cùm dixit, ob temporis diuturnitatem præſumi o-
bliuionem.ex cap.longinquitate.12.q.2.l.qui in prouincia.§.
1.ff.de ritu nuptia.& §.illud.in Auth.de triente & ſemiſſe. Hic
etiam cenſui addendum quod docuit Bart.in l.filio.in princ.
2 ff.de adim.lega.cùm dixit, † hominem præſumi hodie ſcire,
quod antea ſciuit.

3 Et reſpondit † Aret.in conſ.47.num.3.quod in notario
magis præſumitur obliuio quam quod falſum ſcripſerit.

4 Et huc facit quod † tradit Nellus in Tract.de teſtibus.nu.
226.cùm dixit, iuſtam eſſe teſtis excuſationem, qui dixit, ſe
aliqua de re nõ recordari ob id, quod paſſus eſt infirmitatem,
qua ſentit memoriam ſibi fuiſſe debilitatam.

5 Ita pariter tradit † Alber.de Maletis in Tract.de teſtibus.
parte prima.c.8.num.11. credi teſti dicenti, quod ob lapſum
temporis memoria non teneat aliqua verba formalia quæ ab
aliquo iam audiuit.

## PRÆSVMPT. XXXIII.

### Præſcriptionem non præſumi paucis explicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non præſumitur.*
*Et in dubio eſt pronunciandum contra allegantem præſcriptionem nu.2.*
*Allegans præſcriptionem probare eam debet.*
3 *Præſcriptio præſupponit domini negligentiam.*
4 *Præſcriptio dicitur impium præſidium.*
*Et dicitur quid odioſum tanquam abſorbens ius alterius.num.5.*
6 *Odia ſunt reſtringenda.*
7 *Præſcriptio dicitur eſſe qui facti ſeu à facto deſcendens.*
8 *Facti quæ ſunt non præſumuntur.*
9 *Præſcriptio ſicut non præſumitur, ſic nec præſumuntur qualitates, quæ ad ipſam cauſandam requiruntur.*

1 EST apud noſtros receptum, † præſcriptionem
non præſumi. Ita omnium primus cenſuit Ab-
bas in conſ.82.Conditoris.num.6.lib.1.quem
in ſpecie ſicuti ſunt Franc. Baldus in Tract.de
præſcri.in terta particula tertiæ partis princip.
in fi.Pariſius in conſ.27.nu.89.lib.1.& Craue.in conſ.29.in
fi.& in conſ.201.nu.29.

Hinc reſpondit Bal.in conſ.450.ſuper primo lib.4.in du-
2 bio eſſe pronunciandum † contra eum.qui allegat præſcrip-
tionem: cum is probare illam debeat. Et Baldum ſecutus
eſt Crauetta præcitatis in locis. Et huius ſententiæ ea eſt ra-
3 tio, quia præſcriptio † præſupponi domini negligentiam quæ
quæ cum ſit delictum quoddam non præſumitur l.meritò.ff.
pro ſocio, & diximus in præcedenti lib.in præſum.2. Pręterea.
4 accedit quod † præſcriptio dicitur impium præſidium.§.vo-
lumus.in Auth.de iis, qui ingred.ad appel.& ſcripſi lib.1.de
arbitra.iudicum.quæſt.49.nu.7.

Hinc



5 Hinc † dicitur præſcriptio quid odioſum tanquam abſor-
bens ius alterius.c.poteſt.16.q.3.& reſpondit Abbas in conſ.
6 71.col.1.lib.2. odia † autem conuenit reſtringere.c.odia.de
7 reg.iur.in 6. Accedit etiam huic † traditioni ratio, quod prę-
ſcriptio eſt quid facti ſeu à facto deſcendens, nempè à curſu
8 temporis & poſſeſſione. Ea † autem quæ facti ſunt non præ-
ſumuntur.l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtl.reuerſ.& dixi-
mus ſuprà in præſumpt.14.

9 Et ſicuti non pręſumitur † præſcriptio, ſic nec etiam qua-
litates, quæ ad eam cauſandam requiruntur, nempè titulus &
bona fides. Ita Baldus & Pariſius pręcitatis in locis. Imò lo-
cum habet præſumptio hæc in curſu temporis immemoria-
lis. Nam adhuc pręſcriptio non pręſumitur. Sic reſponderũt
Pariſius in conſ.27.num.90.& in conſi.104.num.121.lib.1.&
Natta in d.conſ.179.nu.18.

## PRÆSVMPT. XXXIIII.

### Conſenſus, auctoritas, licentia & conſilium quando de ſubſtantia actus, qui geri debet, præſumantur.

### SVMMARIVM.

1 *Conſenſus, auctoritas, vel conſilium alicuius an & quando de ſubſtantia actus præſumatur.num.12.*
2 *Filiusfamilias ſine patris conſenſu in iudicio eſſe non poteſt,*
*Nec poteſt donare cauſa mortis, niſi conſentiat pater.num.3.*
4 *Prælatus non poteſt donare vel alienare bona Eccleſiæ ſine conſenſu capituli.*
5 *Capituli conſenſus requiritur in præſentationibus qui in Eccleſia collegiata fiunt.*
6 *Pupillus vel minor non poteſt ſine auctoritate tutoris vel curatoris ſe alteri obligare.*
7 *Prælatus in Eccleſiæ negotijs adhibere debet clericorum & capituli conſilium.*
8 *Papa ardua Eccleſiæ negotia cum conſilio cardinalium expedire ſolet.*
*Non tamen compellitur eorum conſilium ſequi.num.25.*
9 *Iudices ordinarij in pleriſque locis Italiæ ferre debent ſententias in certis cauſis cum ſapientis iuriſperiti conſilio.*
10 *Religioſi non poſſunt eſſe teſtamenti executores, niſi habita à ſuis prælatis licentia.num.21.*
11 *Abbas electus in epiſcopatu non poteſt monaſterium ſuum deſerere ſine licentia Pontificis vel legati de latere.num.20.*
13 *Actus, qui cum alterius conſenſu confici debet, non valet, niſi conſenſus iſte adhibeatur.*
14 *Filius cùm non poßit donare ſine patris conſenſu, ſi donat non adhibito d.conſenſu, antequam pater conſentiat, poteſt donationem reuocare.*
15 *Mulier, quæ ex diſpoſitione ſtatuti non poteſt contrahere ſine conſenſu mariti, poteſt reuocare contractum ſi contrahit, antequam maritus conſentiat.*
*Et ſi interim ipſa moritur, non poterit maritus illi contractui conſentire.num.16.*
17 *Auctoritas alicuius quomodo præſumatur eſſe de ſubſtãtia actus.*
18 *Alienatio rerum Eccleſiæ facta ſine auctoritate Epiſcopi non tenet.*
19 *Licentia alicuius eſt de ſubſtantia actus, quando ipſe actus debet fieri cum licentia.*
*Aliquando tamen non eſt de ſubſtantia.num.22.*
23 *Conſilium non præſumitur de ſubſtantia actus: qui namque aliquid facere debet cum alterius conſilio, debet conſilium requirere, non tamen habet neceſſe illud ſequi.*
*Eſt enim liberum vnicuique explorare, an ſibi conſilium expediat.num.24.*
26 *Electio, quæ conſilio alterius fieri debet, valet requiſito conſilio, etiam ſi illud non ſequuntur eligentes.*
27 *Iudex qui ſua ſponte conſilium à Iuriſperito habere voluit, non tenetur illud ſequi.*
*Secus ſi ex ſtatuti diſpoſitione neceſſe habet ferre ſententiam cum conſilio ſapientis.num.28.*
29 *Teſtator ſi mandat filiæ ſuæ, vt nubat cum conſilio Car: tenetur quidem filia requirere conſilium, ſed non illud ſequi.*
*Et an d.conditio adiecta matrimonio valeat.num.30.*

1 COMPERTVM omnibus eſſe ſcio, † permul-
tos eſſe, qui non niſi alterius adhibito vel
conſenſu, vel auctoritate, vel conſilio actum
2 aliquem cõficere poſſunt. Ita † ſanè filiusfa-
milias ſine patris conſenſu non poteſt eſſe in
iudicio.l.vlt.§.neceſſitate.C.de bonis, quę liberis. Id quod &
in iudiciis poſſeſſoriis locum habere poſt multos ſcripſi in
commentariis. De recuperãda poſſeſſione, remedio decimo-
3 quinto.q.24. Ita † quoque filius donare nõ poteſt cauſa mor-
tis, niſi conſentiat pater.l.tam is.§.1.ff.de dona.cauſa mortis.
4 & ſcribunt omnes in l.2.ff.de leg.1. Ita † etiam conſenſus ca-
pituli requiritur, cum Prælatus donat, vel alio titulo alienat
bona Eccleſiæ.cap.1.de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu
5 capit.& ibidem in cap.ea noſcitur.ſancitum eſt, capituli † cõ-
ſenſum requiri in pręſentationibus, quę in Eccleſia collegia-
ta fiunt. Ita pariter actus multi confici non poſſunt ſine alte-
6 rius auctoritate: quemadmodum pupillus † & minor nõ poſ-
ſunt ſine auctoritate tutoris, vel curatoris ſe obligare alteri,
vt in integris illis titulis. ff. C. & in Inſtitut. de auctoritate
tutor.

Ita quoque in multis negotiis peragendis alterius conſi-
7 lium requiritur: ſicuti in Eccleſię † negotiis Pręlatus adhibe-
re debet clericorum & capituli conſilium.c.nouit.& c.ſeq.de
8 his, quæ fiunt à pręlat.ſine conſenſu capit. Imò & † ſummus
ipſe Pontifex pertractare ſolet ardua Eccleſiæ negotia cum
Cardinalium conſilio cap.ad Apoſtolicæ.de re iud.& ſcribũt
9 Doct.in rub.de conſtitut. Sic pariter † ex multis Italiæ ſtatu-
tis ſancitum eſt, ordinarios iudices ferre debere ſentẽtias cer-
tis in cauſis cum ſapientis Iuriſperiti conſilio. Ita ſanè extant
ſtatuta hic Patauij, Papię, Mediolani, Brixiæ, Verônæ & alibi.
Sunt etiam actus permulti, qui de alterius licentia confici de-
10 bent: ſicuti religioſi † teſtamenti executores non niſi habita
à ſuis Prælatis licentia exequuntur teſtatorum diſpoſitiones.
11 clem.1.de teſtam. Ita quoque † Abbas electus in Epiſcopum
non poteſt monaſterium ſuum deſerere ſine licentia Pontifi-
cis vel legati de latere.c.ſi abbatem.de elect.in 6.

12 Dubitari modò contingit, an † & quando conſenſus,
auctoritas, licentia & conſilium vel de ſubſtantia, vel
de ſolennitate actus eſſe pręſumantur? Baldus in l.vltima.
§.neceſſitate.num.16.C.de bonis, quę liberis, ſcriptum reli-
quit, conſenſum auctoritatem & licentiam ſemper præſumi
eſſe de ſubſtantia: conſilium verò non: idque affirmat aucto-
ritate Archidiaco.in cap.Epiſcoporum.diſt.18. & Bart.in l.ſi
autem.ff.de aqua pluuia arcenda. Idem ſenſit ipſemet Baldus
in l.1.nu.45.C.qui admitti. De ſingulis ex ordine diſſeremus,
Conſenſum præſumi de ſubſtantia, dubium non habere exi-
13 ſtimo: Quandoquidem actus, qui † cum alterius conſenſu
14 confici debet, nõ valet, niſi conſenſus iſte adhibeatur. Ita † ſa-
nè videmus filium, qui (vt diximus ſuprà) donare non poteſt
ſine patris conſenſu, ſi donat non adhibito prius conſenſu, an-
tequam pater conſentiat, ipſe donationem reuocare poſſe. Ex
quo conſtat donationem illam eſſe inualidam. Ita ſcribunt
Bar.in l.tam is.§.1.in fine.ff.de dona.cauſa mortis. & ibidem
Imola Caſtren.in conſ.438. Quantum ad primum quæſitum.
in primo dubio.lib.2. Angelus Aret.in §.1.col.2.in Inſtit.qui-
bus non eſt permiſſum facere teſtam. Socinus Iunior in conſ.
93.num.13.lib.2. Tiraquellus in Tract.de legibus connub.in
15 glo.4.num.16.qui ſimile † diffinit, nempè, mulierem, quæ di-
ſpoſitionem ſtatuti poteſt non contrahere ſine conſenſu ma-
riti, poſſe reuocare cõtractum ante adhibitum à marito con-
ſenſum. Et ibidem ſubiungit ex ſententia Saliceti in l.vlt.col.
vlt.C.ad Macedonia. idem eſſe in contractu celebrato à filio
16 ſine patris conſenſu. Huc facit, quod † poſt Caſtren.in dicto
conſ.438.ſcripſit idem Tiraquell.in dicta gloſſa.4.num.18.
quod ſimiliter quæ (vt diximus) ſine conſenſu mariti contra-
here non poteſt, contrahit non adhibito mariti conſenſu, &
interim moriatur, non poterit maritus ea mortua conſentire
illi contractui: ex quo vnus conſenſus cum altero iungi non
poteſt. Ex quo intelligimus, conſenſum hunc eſſe de ſubſtan-
tia actus, qui alioqui eo non adhibito non ſuſtinetur. Et huius
ſententiæ ea videtur eſſe ratio, quòd hic ipſe conſenſus adhi-
betur ad integrandã perſonam illius contrahentis, ſicuti ſcri-
bunt Bald.in l.1.col.pen.C.qui admitti.litè poſt.alios Tiraq.
in Tract.de legib.connub.in gl.4.nu.7.& 8.

Idem

17 Idem quoque de † auctoritate cum Baldo dicendum eſt,
vt & illa præſumatur de ſubſtantia actus. Nam ſi ea auctori-
tas quam in pupilli, vel minoris contractu adhibere debent
tutores vel curatores, non adhibeatur, actus ipſe non ſubſti-
18 netur. l. obligari. in prin. ff. de aucto. tuto. ſic pariter † aliena-
tio rerum eccleſiæ facta ſine auctoritate epiſcopi ipſo iure nõ
tenet: vt ſcribunt Archidia. in c. nullam. 18. q. 2. Bar. in l. vlt. §.
neceſſitate. num. 17. C. de bonis, quæ liberis.

19 De licentia idem dicendum † eſt cum Baldo, quod ſcili-
20 cet de ſubſtantia. Nam lege † ſancitum eſt, Abbatem, qui ad
epiſcopatum tranſire non poteſt ſine licentia Papæ vel lega-
ti de latere, vt diximus ſuprà, non conſequi epiſcopatum. d. c.
21 ſi abbatem. vbi omnes de elect. in 6. Ita executores † religio-
ſi exequi non poſſunt teſtamenta ſine licentia ſui Prælati. d.
22 clem. 1. de teſta. Aliquando † tamen licentia non eſt de ſub-
ſtantia, vt in caſu c. licet. de regula: vbi ſufficit requirere licen-
tiam, & ſi non obtineatur.

23 De conſilio nunc † dicendum eſt, quod quidem de ſub-
ſtantia actus non præſumitur, vt ſcripſerunt Baldus & Archi-
dia. præcitatis in locis: Nam qui cum alterius conſilio facere
aliquid debet, neceſſe quidem habet conſilium requirere: Nõ
tamen habet neceſſe illud ſequi. Eſt ſanè libertum vnicuique
24 † explorare an ſibi conſilium expediat. l. 2. in fi. ff. mand. Hinc
25 fit, quod Pontifex, qui † cum Cardinalium conſilio ardua ec-
cleſiæ negotia pertractare debet: non tamen compellitur eo-
rum conſilium ſequi, quemadmodum poſt alios ſcripſit Be-
rous in rub. de Conſtitutio. num. 62.

26 Sic pariter electio, quæ † conſilio alterius fieri debet, valet
requiſito expectatoque conſilio, etiam ſi illud non ſequan-
tur eligentes. c. cum in veteri. in fi. vbi glo. de elect. & ibidem
Abbas. & reliqui, & apertius probat tex. in c. cum olim. de ar-
bitris. vbi glo. & Docto.

27 Non eſt diſſimile quod reſpondit † Caſtren. in conſ. 6. Pro
declaratione eius, verſ. 3. lib. 1. Cùm reſpondit, iudicem qui nõ
iubente lege municipali conſilium ſua ipſa ſponte habere vo
luit à iuris perito, non teneri ſequi conſilium illud. Et Caſtrẽ
ſis reſponſum ſecutus eſt inter cæteros Pax Scala benè eru-
ditus iuriſcon. in Tract. de conſilio ſapientis. lib. 3. c. 25. col. 1.
28 qui & alia plura, quæ huc pertinent commemorat. Et † eodem
in capite declarat traditionem hanc non procedere, quando
ſtatuti diſpoſitione neceſſe eſt iudici ferre ſententiam, Cum
29 conſilio ſapientis. Huc etiam pertinet, quod † quando teſta-
tor mandat filiæ ſuæ vt nubat cum conſilio Cai: tenetur qui-
dem filia requirere conſilium: non tamen neceſſe habet il-
lud ſequi. Ita poſt Iaſonem in l. turpia. in tertio. notab. de leg.
1. & alios plures reſpondit Craue, in conſilio 1. colum. 2. verſ.
ſolùm ſupereſt. Hæc tamen † traditio multum dubitationis
30 habet quò ad id, an illa conditio adiecta matrimonio valeat:
& forteverior eſt contraria opinio, quã defendunt multi, quos
ſecutus eſt Emanuel. Coſta in repe. l. cum tale. §. ſi arbitratu.
fallen. 11. ff. de cond. & demon.

## PRÆSVMPT. XXXV.

### Animum talem præſumi, qualem vel verba, vel facta ipſa declarant.

### SVMMARIVM.

1 *Cor hominis & animus ſoli Deo innoteſcit.*
2 *Animus talis præſumitur, qualem vel verba vel facta ipſa declarãt.*
3 *Nomina ſunt, vt demonſtrent voluntatem dicentis.*
4 *Dicere nemo cenſetur quod non ſenſit: & nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitauerit.*
5 *Voces ſunt ſigna eorum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ. & n. 18.*
6 *Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum.*
7 *Oratio dicitur eſſe mentis interpres.*
8 *Mens eſt radix verborum, & ſubſtantia prima.*
9 *Cor eſt imperator linguæ, & cedit lingua cordi.*
10 *Verba ſub iugo mentis conſiſtunt tanquam ſub proprio original. & digniori.*
*Et ſunt mentis euidentiſſ. teſtimonium. num. 15.*
11 *Loquella manifeſtum quem facit.*
12 *Homo non præſumitur velle niſi id quod dicit.*
13 *Animus declaratur qualis ſit ex verbis iam prolatis.*
*Et ex loquella iudicatur. nu. 14.*
16 *Hominis voluntas conſiſtit in verbis ſicut facies in ſpeculari.*
17 *Verba præſumptiuè, non autem verè, declarant loquentis animum.*
19 *Matrimonium in foro conſcientiæ aliquando præſumptum etiam illud, quod verbis expreſſis fuit contractum.*
20 *Animus quomodo factis declaretur.*
*Quòd plus factis quam verbis declaretur. 21.*
22 *Extrinſeca declarant quæ extrinſecus extant.*
23 *Ex facto ſubſecuto declaratur, præcedens animus*
24 *Emiſſe is præſumitur per interpoſitam perſonam, qui deinde reperitur poſſidere, & fructus percipere.*
25 *Maritus ſi confeſſus eſt ſe nomine dotis recepiſſe centum, & conſtat poſt fuiſſe numerata ſolum quinquaginta, declaratur ex hoc primam confeſſionem non fuiſſe veram, ſed ſolum factam ſpe futuræ numerationis.*
26 *Donatio facta à patre filio continet fraudem ex actu ſubſecuto: quia ex ſubſecutis declaratur quæ bona cenſeantur comprehenſa in donatione & contractu. num. 27.*
*Et ex ſubſecuto euentu declaratur qualis fuerit animus in contractu antecedenti, nu. 28.*
29 *Contractum fuiſſe dolo initum declaratur ex ſubſecuto euentu*
30 *Diſponentis mens dubia ex ſubſecuto actu declaratur.*
31 *Factum ſubſecutum & euentus declarant, de qua re intellexerint contrahentes.*
32 *Deliquiſſe is præſumitur ſpe immunitatis eccleſiæ, ſi animo premeditto daliquit, & ad illam ſtatim ſe contulit.*
33 *Verba dubia principis, quæ aliquid conceſſit, ab euentu ſubſecuto, facto, vel obſeruantia declarantur.*

1 SVPERIORE libro † in præſump... admo
nui, hominis cor & animum ſoli Deo cogni
tum eſſe: & propterea à nobis verè & pro-
priè cognoſci non poteſt niſi præſumptiuè,
qui ſit fueritvè alicuius animus. Altero qui-
2 dem de duobus † modis declaratur animus iſte, nẽpè verbis
vel factis, ſed vterque modus præſumptiuè, non autem vere
animum detegit: ſicuti ſingulatim explicabimus: Verbis ſa-
nè declaratur animus, & talis præſumitur, qualem prolata ver-
ba ſignificant. l. Labeo. §. idem Tube. ff. de ſup-legat. quod lo-
3 ci Celſus ex Tuberonis ſententia dixit, † nomina eſſe, vt de-
4 monſtrent voluntatem dicentis. Et quemquam † non dicere
quod non ſenſit. Et nemo (ait ille) exiſtimandus eſt dixiſſe,
5 quod non mente agitauerit. Hinc † Ariſtoteles. cap. 1. Peri
Hermenias ſcriptum reliquit, voces eſſe ſigna earũ, quæ ſunt
6 in anima paſſionum notæ. Id quod † & Caſſiodor. li. 3. admo-
nuit, cùm dixit, nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium
7 quàm qualitas inſpecta verborum. Et Cicero in primo † de-
legibus, dicebat, orationem eſſe mentis interpretem.

Et hos ſecutus eſt Baldus in c. mandatum in prin. de re-
8 ſcript. dicens, quod mens † eſt radix verborum & ſubſtantia
9 prima. Nam cor † eſt imperator linguæ, & cedit lingua cor-
di: & ſub iugo † mentis verba conſiſtunt, tanquam ſub pro-
10 prio originali & digniori. Et idem Baldus in rub. extra, de te-
11 ſtib. vetus illud adagium † commemorat, quod etiam habe-
tur in c. legimus. 93. diſtin. loquere cognoſcam te. cui conue-
nit illud Euangelij, loquela tua te manifeſtum facit. Et idem
12 Baldus in l. voluntas. C. de fideicom. ſcripſit, quod † nos non
credimus hominem velle, niſi illud quod dicit ex l. liberto. §.
pen. ff. de annuis lega. & poſt Barb. in conſ. 23. col. 1. lib. 2. idẽ
ſcriptum reliquit. Boer. q. 1. nu. 34. & alios plures in hanc ſen-
tentiam commemorant Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo, liber-
tis num. 17. C. de reuocan. donat. & Ioannes Royas Hiſpanus
in Tract. de hæreticis. par. 1. num. 605.

13 Hinc † etiam dicimus ex verbis iam prolatis declarari qua
lis ſit animus. Ita glo. in l. Fulcinius. §. ſed is. ff. ex quib. cauſ.
in poſt. eatur Caſtren. in l. etiam. §. licet. ff. ſoluto matr. & Rui.
in conſilio 116. numero decimo. libro quinto.

14 Et his † accedit Decius in l. ſemper in ſtipulationibus. nu.
4. de reg. iuris, qui dixit poſt Baldum quod ex loquela animus



hominis indicatur. Idem Decius in conſ. 306. col. 1. Et Baldus
15 † in l. ea, quæ. in prin. C. quom. & quando iudex, ſcripſit,
verba eſſe mentis noſtræ euidentiſſimum teſtimonium. Quã
ſententiam probauit & Iaſon in conſ. 171. col. 1. lib. 2. Hinc
16 etiam reſpondit Craue. in conſ. 20. nu. 2. voluntatem † homi-
nis cõſiſtere in verbis, ſicut facies in ſpeculari. Idem Craue.
71 in conſil. 290. in fi. His † conſtat verũ eſſe quod in initio hu-
ius præſumptionis ſcripſi, verba præſumptiuè, non autem
18 verè declarare animum loquentis. Et hoc apertè † oſtendit
Ariſtoteles in d. li. 1. Peri Hermenias, id eſt, de interpretatione,
c. 1. cùm ſcripſi. *Ea igitur quæ in voce verſantur, ſigna ſunt affectuũ
qui in animo ſunt, &c.* Dixit Ariſtoteles, verba eſſe ſigna vo-
luntatis. Signa autem ſunt ſpecies præſumptionis ſeu conie-
cturæ: ſicuti copioſè explicauimus ſuprà lib. 1. q. 7. vbi de ſi-
19 gnis egimus. Quocircà † reſpondi aliquando in foro con-
ſcientiæ matrimonium dici etiam præſumptum illud, quod
verbis expreſſis fuit contractum: ſicuti præſumptum appel-
lat & Ricardus in 4. ſenten. diſt. 29. q. 3. primæ diſtinct. Et
qua de re fuſius diſſerui ſuprà lib. 3. præſump. 1. num. 33. vbi
egi de præſumptionibus matrimonij præſumpti.

20 Dicamus nunc de † coniecturis & præſumptionibus ani-
mi à facto prouenietibus. Eſt ſanè factũ valdè potens ad de-
clarandum animum ipſius facientis. l. Paulus. ff. rem ratam
21 hab. Imò plus † facto quàm verbis mens declaratur, cap. di-
lecti filij. il 2. de appell. & ibi Decius in 2. notab. & ſcribunt
multi, quos commemoraui in commentarijs De recuperan-
22 da poſſeſſione, remedio, 15. num. 124. Quocircà † dixit Spe-
cul. in tit. de aduocat. §. 5. verſ. idem non videat, ex extrinſe-
cis reſultare præſumptionem eorum, quæ intrinſecus extãt.
23 Huc pertinet † & tex. §. pauonum. in Inſt. de rerum diuiſ.
quo dicere ſolemus, ex facto ſubſecuto declarari præceden-
tem animum, & idem probant. l. ſed Iulianus. §. proinde. ibi,
*intelligendumq́; ab initio ſic accepiſſe.* ff. ad Macedo. & l. ſi ſeruus
plurium. §. vlt. de leg. 1. & alijs multis exornant Tiraq. in l. ſi
vnquam in verbo, donatione. num. 157. C. de reuocam. dona.
& Ioannes Royas in Tract. de hæreticis part. 1. numer. 284.
24 Hinc † dicimus illum præſumi emiſſe per interpoſitam per-
ſonam, qui deinde reperitur poſſidere & fructus percipere.
Ita ſcripſit Fabia. in Tract. de empt. & vend. in ſexta quæſtio-
25 ne tertiæ quæſtionis princip. in fi. Huc † etiam facit quod
egregie docuit Bal. in l. ab Anaſtaſio. ad finem. verſ. item hæc
lex. C. mand. cùm dixit, quod ſi vir confeſſus ſit ſe nomine
dotis recepiſſe centum, & poſt confeſſionem illam, conſtat
cauſa illius dotis fuiſſe numerata quinquaginta, ex hoc
declaratur, illam primam confeſſionem non fuiſſe veram,
ſed ſolùm factam ſpe futuræ numerationis. Et Baldum in
ſimili propè caſu ſecutus eſt Decius in conſil. 421. num. 13. Ita
26 quoque † Decius in conſil. 245. num. 6. arguit donationem
factam à patre filio continere fraudem ex actu ſubſecuto,
& idem Decius in l. quandiu. nume. 4. C. qui admitti, ſimile
ſcripſit. Ita etiam reſpondit Cur. Iunior in conſil. 109. num. 1.
27 in fine, cum dixit, ex † ſubſecutis declarari quæ bona cen-
ſeantur comprehenſa in donatione & contractu. Ita pariter
reſponderunt Pariſius in conſil. 14. num. 32. & in conſil. 90.
28 nu. 41. lib. 1. & Craue. in conſil. 77. num. 10. ex euentu † ſubſe-
cuto declarari qualis fuerit animus in contractu anteceden-
ti. Et idem Craue. in conſil. 192. num. 19. cenſuit ex ſubſecu-
29 to † facto & euentu declarari dolo initum fuiſſe contractum
ad ſui commodum, non autem vt obſeruaretur. Et idem
Craue. in conſi. 226. num. 6. ex ſententia Soc. Sen. in conſi. 25.
30 col. 9. lib. 1. ex ſubſecuto actu † mentem dubiam diſponen-
tis declarari. Et ſimile quod reſpondit Soc. Iun. in conſil. 61.
31 num. 37. lib. 2. cùm † dixit, ex ſubſecuto facto & euentu de-
clarari qua de re intellexerint contrahentes. Confert quod
32 † ſcripſi Alcia. in Tract. de præſumptionibus. reg. 3. præſump.
33. num. 4. Cùm dixit, eum præſumi deliquiſſe ſpe immuni-
tatis eccleſiæ, ad quam poſt perpetratum delictum confu-
git, ſi animo præmeditato deliquit, & ad illam ſtatim ſe
contulit.

33 Huc etiam ſpectat quod † reſpondit Pariſius in conſil.
20. nume. 16. lib. 2. cùm dixit, verba dubia & obſcura prin
cipis, qui aliquid conceſſit, ab euentu, facto & obſeruantia
ſubſecuta declarari.

## PRÆSVMPT. XXXVI.

### Extremis probatis media præſumi.

### SVMMARIVM.

1 *Extremis, nempè principio & fine probatis, media quoque cenſentur probata.*
2 *Poſſidere ſi quis hodie aliquem probauit, & ante decennium poſſediſſe, præſumitur is etiam medio tempore poſſediſſe & continuaſſe poſſeſſionem.*
3 *Obligatus ad annuum reditum, ſi probet ſolutionem primorum & poſteriorum annorum, præſumitur quod medio tẽpore ſoluerit.*
4 *Beneficij vacatio ſi fuit probata, & inſtitutio, licèt de præſentatione aliter non conſtet, quam per verba narratiua inſtituentis, ex hoc tamen præſumitur præſentationem præceſſiſſe inſtitutionem.*
*Et hoc procedit inter litigantes, non autem in præiudicium patroni eccleſiæ. num. 5.*
6 *Actus ſi in principio conſtat quòd non eſt voluntarius, & multo tempore idem apparet, præſumitur etiam medio tempore quòd non fuerit voluntarius.*
7 *Perſeuerantia diſſenſus & metus adhibitus ante contractum matrimonij præſumitur, quando ex poſt mulier petit matrimonij ſeparationem.*
8 *Mulier aſſerens ſe eſſe vxorem eius, qui ad diaconatum fuerat promotus, quomodo repelli poſſit ab hac aſſertione.*
9 *Maritus corruptæ ita repellitur à ſacris ordinibus ſicut maritus viduæ, vel bigamus.*
10 *Maritus alicuius non recipitur ad ſacros ordines, niſi eius vxor promittat perpetuam continentiam.*
11 *Procuratori ſi quis dedit mandatum ad impetrandum, & probetur d. procuratorem recepiſſe literas de his, quæ ſibi mandata erant, præſumitur impetrationem à procur. factam fuiſſe.*
12 *Furioſus ſi quis fuit ab initio, atque etiam ex poſt, præſumitur etiam medio tempore fuiſſe talis.*
13 *Extremis probatis media etiam cenſentur probata, quando medium habet coniunctionem cum extremis, ſecus verò quando extrema ſunt omninò ſeparata, & nil inferunt ſaltem veriſimiliter.*
*Et ſecus quando medium eſt de ſolennitate. num. 14.*

1 CVM extrema, nempe † principium & finis pro-
bata ſunt, media ipſa præſumuntur. Ita cenſuit
Alciat. in Tract. de præſumptio. reg. 2. præſumpt.
22. num. 1. adductus textu. c. inter dilectos. de fi-
de inſtr. vbi Butrius, Abbas, Felin. col. 3. verſ. in textu ibi. & c.
glo. in c. ex parte. de reſcript. in c. accedens. de conuerſ. con-
iug. & in c. per tuas. de cond. appoſ.

2 Hinc (ait Alciatus) probato, † hodie aliquem poſſidere
& ante decennium poſſediſſe, præſumi medio tempore poſ-
ſediſſe & poſſeſſionem cõtinuaſſe. Id quod affirmarunt Bart
in l. ſicut. ff. quib. mod. pign. vel hypoth: ſolu. & alij plures, vt
referam infra in præſumpt. 60.

3 Eſt ſimile, quod ſi † obligatus ad cenſum, vel annuum re-
ditum, probat ſolutionem primorum & poſteriorum anno-
rum, præſumitur, quod medio tempore ſoluerit. l. quicunq;.
C. de apochis pub. Qua de re ſcripſi ſupra libr. 3. præſumpt.
139. & illis accedunt Felin. in d. cap. inter dilectos. col. 3. ad
finem. & Euerard. in d. loco ab extremis. num. 3.

4 Huc etiam pertinet, quod † ſi probata fuit vacatio bene-
ficij & inſtitutio, licèt de præſentatione aliter non conſtet,
quàm per verba narratiua inſtituentis: ex hoc tamen præſu-
mitur præſentationem præceſſiſſe inſtitutionem: cùm extre-
mis probatis, media præſumantur. Ita egregiè docuit Feli. in
c. poſt ceſſionem. col. 4. de probat. quem ſecuti ſunt ibi De-
cius. num. 12. & Euerardus in d. Centuria legali. in prædicto
5 loco ab extremis. num. 3. verſ. hinc etiam, qui † tamen de-
clarat hoc procedere inter ipſos litigantes, non autẽ in præ-
iudiciũ patroni eccleſiæ. Diſſentit tamen Crottus in l. ſcien-
dum. nu. 15. de verb. oblig. poſt Romanum ibidem.

6 Huc etiam pertinet, quod ſcripſerunt gloſſ. † & Abbas in
c. accedens. de conuerſ. coniug. cum dixerunt, quod ſi in ini-
tio actus conſtat, non eſſe voluntarium & multo tempore
idem appareat, præſumitur, medio tempore nõ fuiſſe volun-
tarium. Probato enim metu ab initio illato à marito vxori,

vt con

vt conſentiret ipſi marito, qui cupiebat ingredi religionem, ac etiam probato metu aliquot poſt annos vel menſes, præſumitur continuatus metus medio ipſo tempore. Et traditionem hanc probauit etiam Euerardus in præcitato
7 loco. Huc † facit quod docuit Ancha. in c. vnico. §. vlt. in fi. de deſponſa. impub. in 6. cùm dixit, perſeuerantiam diſſenſus & metum adhibitum ante contractum matrimonij præſumi quando ex poſt mulier petit matrimonij ſeparationē.

8 Huc † etiam pertinet tex. vbi glo. in cap. quia ſunt culpæ. 28. diſtinct. & ibidem Geminia. Archid. Præpoſ. & Turrecremata. Cum enim fuiſſet dubitatum an illa, quæ aſſerebat ſe fuiſſe vxorem eius, qui ad diaconatum fuerat promotus, verè fuiſſet eius vxor, ad demonſtrandum non fuiſſe vxorem, duo extrema duabus ſolidis præſumptionibus fuerunt probata. Initium ſanè demonſtratum fuit ea præſumptione, quod mulier illa non virgo, ſed corrupta erat quando peruenit ad illum. Ergo non erat eius vxor, quia alioqui non potuiſſet ille ad diaconatum promoueri: cum à ſacris
9 † ordinibus ita repellatur maritus corruptæ, ſicuti maritus viduæ, vel bigamus. cap. præcipimus. 34. diſt. & cap. qui in aliqua. 51. diſt. Finis verò ſic demonſtrabatur. Non recipitur
10 † maritus alicuius ad ſacros ordines, niſi eius vxor promittat perpetuam continentiam, ſiue in ſæculo permaneat, ſiue ad religionem tranſeat. cap. accedens. de conuerſ. coniug. vbi Abbas. Hanc autem promiſſionem non fecerat mulier, & tamen eius vir promotus fuit ad diaconatum. Ergo non erat eius vxor. His duobus extremis ſic probatis præſumptio inſurrexit, quod medio illo tempore hæc non fuerit il-
11 lius vxor. Huc etiam ſpectat † quod docuit Imola in cap. ex parte col. 13. num. . . de reſcript. ex illo textu, cùm dixit, quod ſi probetur aliquem dediſſe mandatum procuratori ad impetrandum, & probat ſe ab eo recepiſſe literas, de his, quæ illi mandauerat, præſumitur impetrationem à procuratore factam fuiſſe: quia illa extrema probant hoc medium. Et Imolam ſecutus eſt Feli. in d. c. inter dilectos. col. 3. verſ. in textu ibi.

12 Huc etiam facit quod reſpondit † Ancha. in conſil. 5. nu. 5. cùm dixit, quod ſi probatum eſt, aliquem in principio fuiſſe furioſum, ac etiam ex poſt, medio tempore furioſus præſumitur.

13 Declaratur primò hæc † præſumptio, vt locum habeat, quando medium habet coniunctionem cum extremis, quæ inferunt conſequentiam neceſſariam, vel veriſimilem: ſecus verò quando extrema ſunt omninò ſeparata, atque ita nil inferunt etiam veriſimiliter. Ita declarat Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 22. in fi. poſt Cardinal. in cap. 60. diſt. & Imolam in conſil. 9.

14 Declaratur ſecundò, vt † non procedat quando medium eſt de ſolennitate. Nam tunc probatis extremis non præſumitur medium. Ita declarat Euerardus in centuria legali in loco ab extremis. nume. 3. verſ. aduerte tamen, poſt Felinum in cap. 1. col. 6. numer. 13. de iud. qui dixit, quod licèt probetur partem petijſſe à iudice aduerſarium citari, & aduerſarium citatum eſſe: Non tamen inde præſumitur, iudicem mandaſſe nuntio vt citaret. Cum commiſſio illa de citando ſit de ſolennitate citationis.

## PRÆSVMPT. XXXVII.

### Voluntatis mutationem correctionémque non præſumi, quod variè explicatur atque declaratur.

### SVMMARIVM.

1 *Inconſtantiæ vitium maximum eſt.*
*Voluntatis mutatio vel correctio non præſumitur, ſed potius creditur quis permanere in ea ſententia adhuc, in qua ſemel fuit.*
2 *Diſpoſitionem priorem quilibet præſumitur potius confirmare velle, quam è contra.*
3 *Accidentia non præſumuntur.*
4 *Poſſeſſio ciuilis cum retineatur animo, qui ſemel poſſedit, etiam nunc poſſidere præſumitur.*
5 *Animi mutatio non præſumitur.*
6 *Monachus non præſumitur quòd velit habitum mutare, ſed velle in eadem religione perſeuerare.*
*Priuilegij reuocatio vel conceſſionis factæ à principe non præſumitur.*
8 *Teſtator non præſumitur per codicillos voluiſſe reuocare teſtamentum.*
9 *Voluntatis mutatio præſertim non præſumitur ſtatim & incontinenti, quia non præſumitur quis ſtatim ſe velle corrigere, & voluntatem mutare.*
10 *Partes ſi conueniunt facere vnum, & deinde contrarium fecerint, præſumuntur potius errore id feciſſe, quam vt ſe corrigerent.*
11 *Inſtrumentum primum ſi eſt clarum & planum, declaratur ſecundum obſcurum & dubium, ne cenſeantur partes ſe correxiſſe.*
12 *Pater ſi legauit vxori aliqua in vita, & deinde vxorem & filiã æqualiter inſtituit, & ſi filia ſine liberis deceſſerit, voluit totam eius hæreditatem peruenire ad eccleſiam exceptis legatis, nunquid mortua vxore ſuperſtite filia debeantur legata eccleſiæ.*
13 *Alienanti rem meam ſi conſentio adhibita proteſtatione, ſaluo iure meo: proteſtatio intelligitur reſpectu pretij tantum, nō autem ipſius rei.*
14 *Statuentes non præſumuntur ſtatim ſe corrigere & voluntatem mutare.*
*Et id etiam, ſi ſtatuto caueretur, quòd verba ſtatutorum intelligerentur ad literam: quia intelligeretur, dummodo ex verbis non reſultaret correctio incontinenti. num. 15.*
*Et etiam ſi verba impropriarentur. num. 16.*
17 *Statutum ſi in ſui initio loquitur de ceſſantibus ſiue fugitiuis, & ſic alternatiue: deinde loquatur copulatiue, illa copula reſoluitur in diſiunctiuam, ne cenſeatur voluntatis mutatio in ſtatuentibus.*
18 *Iura ſi plures pœnas imponunt pro delicto, non cenſentur ſe inuicem corrigere, ſed dare electionem iudici.*
19 *Teſtator ſi dixit, lego Titio fundum, & in eo ipſum hæredem inſtituo: non præſumitur ſcriptum correxiſſe, ſed erit electio legatarij, an velit hæredem titulo legati vel inſtitutionis.*
20 *Renunciatione generali iurium non cenſetur renunciatum lucro dotis ex præcedenti pacto & conuentione delato.*
21 *Iudex ſi obtulit ſe daturum curatorem furioſo, non præſumitur ſtatim mutaſſe voluntatem.*
22 *Creditor, qui fecit priore loco expenſas animo repetendi, non autem compenſandi, ſic etiam præſumitur ſecundo loco feciſſe.*
23 *Voluntatis mutatio non præſumitur tam in contractib. quam in vltimis voluntatib.*
*Et idem dicendum in diſpoſitione legis. num. 24.*
*Lex vna non præſumitur quòd aliam corrigat.*
25 *Statutum Mediolani, quòd maritus non exiſtentib. liberis communibus, præmortua vxore, lucretur dotem, ſaluo iure liberorum prioris matrimonij, quomodo intelligatur.*
26 *Statutum, quod reijcit omnes exceptiones, non præſumitur illas reijcere, quæ deſcendunt ex aliquo capitulo eiuſdem ſtatuti.*
*Idem de ſtatuto reijciente omnem nullitatem, quæ obijci poſſet contra ſententiam latam, quia non cenſetur reijcere nullitatem prouenientem ex eiuſdem ſtatuti capitulo. num. 27.*
28 *Voluntatis mutatio non præſumitur etiam ex longo temporis interuallo.*
*Idem etiam, quando perſonæ mutarentur & variarentur. nu. 29.*
*Idem quando ſtatutum requireret probationem voluntatis per certum tempus, vt per triennium, quia ſufficeret probare voluntatem adfuiſſe in initio triennij. nu. 30.*
*Idem quando res non ſtant in eo ſtatu & eſſe, vt erant ab initio, ſed mutatæ fuerunt. num. 31.*
32 *Clauſula, reb. ſic ſtantib. non habet locum in actu duorum voluntate firmato.*
33 *Diſpoſitio licet ſit mutata in ſubſtantia, non præſumitur tamen mutata quò ad qualitates.*
34 *Voluntatis etiam præſumptæ non præſumitur mutatio: diſpoſitione autem generali facile præſumitur mutatio.*
35 *Voluntatis mutatio præſumitur, quando actus pendet à voluntate vnius, reb. mutatis, ſicq; ex cauſa.*
36 *Litigans meum licèt præſumatur meus inimicus, lite tamen finita non amplius meus inimicus præſumitur.*
37 *Voluntatis mutatio præſumitur ex morum mutatione.*
38 *Procurator cenſetur reuocatus ex ſuperuenienti cauſa, quæ ſi adfuiſſet, quando conſtitutus fuit, dominus non conſtituiſſet.*
39 *Teſtator ſi mandauit filijs ſuis, ne ſocietatem diuiderent, ſi tamen iuſta ſuperuenit cauſa, qua ſi viueret teſtator, permitteret diuiſionem, poterit fieri diuiſio.*
40 *Voluntas ſæpe mutatur ex loci mutatione.*
41 *A priuilegio iam conceſſo cenſetur receſſum ex ſuperuenienti cauſa.*
42 *Mulier mutabilis eſt, & viro inconſtantior. num. ſeq.*
44 *In Maleficijs perquirendis prius ſunt fœminæ quàm maſculi torquendæ.*
45 *Fœminæ repelluntur à feudo ob earum inconſtantiam.*
*Et non poſſunt ob eandem cauſam in cauſis criminalibus teſtificari. num. 46.*
*Secus ſi aliter veritas haberi non poteſt. nu. 47.*
48 *Voluntatis mutatio præſumitur ex aliquo contrario actu aduerſus iam expreſſam voluntatem geſto.*
*Idem quando ex aliquibus verbis colligi poteſt voluntatis mutatio. nume. 49.*



1 CVm inconſtantiæ † vitium damnari ſæpe ſoleat, factum hinc eſt, vt voluntatis mutatio correctioque non præſumatur: ſed potius credatur eum, qui ſemel vnius fuit ſententiæ, in ea adhuc perſiſtere. l. eum, qui. ff. de proba. cuius reſponſi verba hæc ſunt. *Eum, qui voluntatem mu-*
2 *tatam dicit probare hoc debet.* Idem confirmat tex. l. cum † hic ſtatus. §. pœnitentiam. ff. de donat. inter virum & vxo. quo loci ait Vlpia. in dubio nos eſſe debere promptiores ad confirmandum priorem diſpoſitionem. Idem habetur in l. Lucius. 1. de leg. 2. Idem quoque probat cap. 1. vbi glo. in verbo, non timore, quod metus cauſ. cap. maiores. §. vlt. de baptiſmo. Et huius præſumptionis ea eſt ratio, præter illam, quę hic
3 in initio attigi, quia mutare eſt accidens, & † accidentia non præſumuntur, l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſdare cogan. vbi gloſſa, & ſcripſi in conſil. 1. num. . . . Hanc præſumptionem probauit Alcia. in Tract. de præſumptio. reg. 2. præſumpt. 16. num. 1. poſt Iaſonem in l. ſancimus. in 3. notab. C. de teſta. Quibus accedunt Ripa in l. ſi quis in fundi vocabulo. num. . . . de leg. 1. Craue. in Tract. de antiq. in prima particula primæ partis princip. num. 60. & alij multi congeſti à Maſcardo in Tract. de probationibus, concl. 1416. num. 1.

4 Hinc dicimus, quod † cum poſſeſſio ciuilis retineatur animo, ſi quis ſemel poſſedit, etiam nunc poſſidere præſumi-
5 tur: cum animi † mutatio non præſumatur. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & tradunt Alciatus in d. præſumpt. 16. numer. 1. verſi. & ex hac: Ripa in c. cum eccleſia. numer. 23. de cauſa poſſ. & propr. Et dicemus infra præſump. 64. vbi diſſeremus, quando præſumatur poſſidere qui olim poſſidebat.

6 Hinc † quoque dicimus, monachum non præſumi velle mutare habitum, ſed velle in eadem religione perſeuerare, ex quo animi mutatio non præſumitur. ita probat tex. in c. non ſolum. de regula: in 6. & ibi in ſpecie annotarũt omnes, ingreſſum religionem etiam intra probationis annum non præſumi velle inde recedere, niſi claris coniecturis mutatio voluntatis oſtendatur.

7 Hinc quoque dicimus, † reuocationem priuilegij & conceſſionis factæ à principe non præſumi, ne ſeipſum correxiſſe & voluntatem mutaſſe præſumatur, vt reſponderunt Decius in conſil. 168. col 2. Alciatus reſp. 19. num. 4. Craue. in conſil. 21. in fi. & in conſil. 241. in fi. Pariſ. in conſil. 61. in fine.
8 lib. 2. Ita † quoque nō præſumitur quod teſtator per codicillos voluerit reuocare teſtamentum, vt reſponderunt Decius conſil. 190. in fi. & Pariſ. in d. conſ. 61. in fi. Id quod declarat Decius, vt apud eum.

9 Hæc præſumptio † locum habet multo magis ſtatim & incōtinenti. Dicimus enim, nō præſumi, quod quis voluerit ſtatim ſe corrigere atque ita voluntatē mutare. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. vbi gloſſa. & ſcribunt commemorati ab Alciato in Tract. de præſumptio. regula ſecunda. præſumptio. 28. numero primo, & infrà multis comprobabimus.

10 Hinc fit, ſi partes † conueniunt facere vnum, & deinde contrarium faciunt, præſumuntur potius errorem feciſſe, quàm vt ſe corrigerent atque ita voluntatem mutarent. Ita cenſuit Alciatus in d. præſump. 28. numero primo, verſ. pro hoc adductus textu l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. inſti. & ex reſponſo Soc. Sen. in conſil. 27. numero 16. & numero
11 20. libro quarto, qui quidem Socinus † ſubiungit, quod quando primum inſtrumentum eſt clarum & planum, declaratur ſecundum obſcurum & dubium: ne cenſeantur partes ſe correxiſſe. Id quod affirmarunt Angelus & Imola in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obliga.

12 Huc facit quod reſpondit † Corneus in conſil. 34. Pater vxori, cùm dixit, quod ſi pater vxori legauit aliqua in vita, & deinde vxorem & filiam æqualiter inſtituit: & ſi filia ſine liberis deceſſerit, voluit totam hæreditatem ſuam peruenire ad eccleſiam exceptis dictis legatis, quæ voluit vxorem habere in vita ſua tantum; cum mortua eſſet vxor ſuperſtite filia, reſpondit Comenſis, legata illa non deberi eccleſiæ: quia dum in principio legauit vxori, nil dixit teſtator, quod ea mortua pertinerent ad eccleſiam, ne igitur ſe correxiſſe & voluntatem mutaſſe videatur teſtator iuxta. d. l. non ad ea, dicendum eſt (ait Comenſis) teſtatorem voluiſſe legata pertinere ad filiam donec viueret. Cæterum ſuam hanc cōſiderationem non ſatis ſolidam exiſtimauit ipſe Comenſis, & ego reijciendam eſſe crediderim.

13 Hinc ſi † conſentio alienanti rem meam, adhibita proteſtatione, ſaluo iure meo, proteſtatio intelligitur, reſpectu pretij tantum, non autem ipſius rei: quia aliàs reſeruatio corrigeret, atque iſta ſtatim mutaret totum conſenſum iam præſtitum. Ita ſcripſerunt Dynus, Oldra. & Comenſ. in l. ſi fundum per fidei. de leg. 1. & ibidem Iaſ. num. 17. quos ſecutus eſt Alcia. in d. præſump. 28. num. 2. verſ. adde quod.

14 Huc etiam facit quod reſpondit † Alex. in conſil. 135. col. pen. verſ. præterea iſta lib. 1. cum dixit, ſtatutum Brixiæ in criminalibus ſub Rub. de pœna committentis aliquod malum in fi. non corrigere ſtatutum. 12. quia in dubio non eſt dicendum, quod ſtatuentes voluerint ſtatim ſe corrigere & voluntatem mutare.

Et hanc traditionem probauit Alciatus præcitato in loco,
15 qui ex Ancha. in conſ. 423. ſubiungit, quod eſt † etiam ſi cautum ſit alio ſtatuto, quod verba ſtatutorum intelligantur ad literam, & prout ſcripta ſunt. Nam intelligitur, dummodo ex verbis ita ſimpliciter intellectis non reſultaret corre-
16 ctio incontinenti. Imo ait idem † Alcia. ex ſententia Roma. in conſi. 104. procedere etiam ſi verba impropriarentur. Re-
17 ſpondit ſanè Roma. quod ſi ſtatutum † in ſui initio loquitur de ceſſantibus ſiue fugitiuis, & ſic alternatiue: deinde loquatur copulatiue: illa copula reſoluitur in diſiũctiuam, ne cenſeantur ſtatuentes mutaſſe ſtatim voluntatem. Eſt ſimilis doctrina Bar. l. ſi Titium. §. 1. num. 1. & ff. de vſu. leg.

18 Huc etiam ſpectat, quod † ſi iura plures pœnas imponũt pro delicto, non cenſentur ſe inuicem corrigere, ſed dare electionem iudici. Ita gloſſa in c. fraternitatis. 34. diſt. quam probarunt Feli. in d. c. inter cæteras. num. . . . de reſcript. & Alcia. in d. præſump. 28. num. 3. verſ. & facit gloſſa.

19 Huc quoque pertinet, quod † ſi teſtator dixit, lego Titio fundum, & in eo illum hæredem inſtituo, & ſi hæredis inſtitutio differt à legato, non tamen videtur ſeipſum correxiſſe, ſed potius erit electio legatarij, an velit habere titulo legati, vel inſtitutionis in re certa. Ita ſcripſit Alcia. in d. præſum. 28. num. 4. verſ. & hæc inferuntur. Quam ſententiam latè explicaui ſupra lib. 4. præſump. 20. num. 7. dum diſſerui, quãdo inſtitutus in re certa præſumatur factus hæres in totũ.

20 Et ad rem quoque noſtram † facit quod reſpondit Decius in conſil. 195. columna ſecunda, verſ. ſed tamen prædictis: Cùm dixit, renuntiatione generali iurium non cenſeri renuntiatum lucro dotis ex præcedenti pacto & conuētione delato. Ne ſcilicet paciſcentes, ſe corrigere & voluntatem mutaſſe videantur.

21 Confert † etiam quod reſpondit Corneus in conſilio 69. colum. 2. lib. 1. cùm dixit, quod ſi iudex obtulit, ſe daturum curatorem furioſo, non præſumitur ſtatim mutaſſe voluntatem.

22 Huc etiam ſpectat † quod ſcripſit Afflictus in deciſ. 381.

num.4.poſt Socinum & Tindarum,quos recenſet, cum dixit, quod ſicuti creditor ille, qui fecit priore locum expenſas animo repetendi, non autem compenſandi, ſic etiam præſumitur ſecundo loco feciſſe, cum animi & voluntatis perſeuerantia,non autem mutatio præſumatur.

23 Et hæc quidem præſumptio † locum habet tam in cõtractibus quàm in vltimis voluntatibus: ſicuti ex iam dictis colligitur; & manifeſtè tradit Decius in l. pacta nouiſſima. num.10.C.de pactis,& ſenſit etiam Bar.in l.ſingularia. num. 10.ff.ſi certum peta. Et ſi ibidẽ Alex. viſus eſt diſſentire poſt Bar.in l.iuriſgentium.§.adeò. ff.de pactis,& Baldum in l.reſcriptum. §.ſi pactum.in fi.ff. eo.tit.

24 Habet † quoque locum hæc regula & præſumptio in diſpoſitione legis.Ita ſanè dicimus non præſumi, quod vna lex ſe ipſam corrigat.Ita glo.2.l.vlt. C. per quas perſo. nob. acq.& ibi Bal.in fi.ſicuti nec præſumitur,quod vna lex alterã tollat & corrigat, vt in ſequenti præſumptione dicemus.

25 Hinc ſcriptum reliquit † doctiſſ. Andreas Alciatus in Tract.de præſumptionibus, reg.2.præſumpt.28.num.1.verſ. vnde per iſtam,ſe vnà,cũ Decio reſpondiſſe, vt verè reſpondit ipſe Decius in conſ.283.num.4. vbi in fine,Alciatum ipſum nominat,reſpõdit inquam Alciatus, ſtatutũ Mediolani, quo ſancitum eſt,maritum,non exiſtentibus liberis communibus, præmortua vxore, lucrari dotem ſaluo iure liberorũ prioris matrimonij,non intelligi generaliter, vt filij prioris matrimonij ſuccedant in tota ipſa dote,ſecundum.S. C. Orphicianum,de quo in l.1.C.ad S.C.Orphicia:ſed refertur ſolum ad l.hac edictali.C.de ſecund.nupt. quia aliàs ſtatutum ſe ipſum corrigeret.Et Decij,Alciatique ſententiam ſecutus eſt Rolandus in Tract. de lucro dotis. q.32. Et ſi de eadem facti ſpecie interrogatus contrarium aduerſus Decium & Alciatum reſpondit Rui.in conſil.58.& 59.lib.3.

26 Huc etiam pertinet † quod dici ſolet, ſtatutum reijciens omnes exceptiones,non præſumi reijcere illas,quæ deſcendunt ex aliquo capitulo eiuſdem ſtatuti: cum non præſumatur,ſtatuenter voluiſſe ſtatim ſe ipſos corrigere. Ita Bar. in l.1.§.& parui.num.5.ff.quod vi aut clàm.Butrius & Imola in c.ex parte.il 2.de off.de leg.Alex.in conſ.145.in fi.lib. 5.Rui. in conſil.102.num.11.lib.3.Decius in conſ.195.col.3.& Marſi. in ſing.293.Et his accedit Francus in c. delicto. col.33. verſ.
27 quartò limita.de appella.qui ſimile dixit,de † ſtatuto reijciẽte omnem nullitatem, quæ obijci poſſet contra latam ſentẽtiam,vt non cenſeatur reieciſſe prouenientem ex eiuſdem ſtatuti capitulo.

28 Extenditur primò hæc † præſumptio,vt locum etiam habeat ex interuallo.Nam & ſi lapſum eſt longum tempus:adhuc tamen non præſumitur voluntatis mutatio.l.Sancimus. C.de teſta.& ibi in ſpecie annotauit Iaſon in tertio notab.& tradunt Alcia.in Tract.præſump.reg.2.præſump. 16. num.1. verſ.quod amplia.Pariſ.in conſ.67.nu.25.& in conſil. 97. nu. 13.lib.3.Craue.in Tract.de antiq.tempo. in prima par. primæ partis princip. numero. 60.

29 Extenditur ſecundo, † vt procedat hæc præſumptio etiã quando perſonæ mutarentur atque variarẽtur. Nam adhuc præſumitur eadem voluntas,& diſpoſitio:non autem mutatio.Ita extendit Alcia.in d.præſumpt.16.nu. 1. verſ. ſecundò amplia,ex traditione Bar. in l.Caio. in prin.ff.de alim.& ciba.legat cùm dixit, quod pater emit libros filio ſtudijs incumbenti, & deinde in teſtamento cauit, quod filius in diuiſione bonorũ cum alijs fratribus conferret libros.Poſtea deceſſit is filius viuo patre:qui quidem pater alteri filio eoſdem conceſſit libros,& non mutato teſtamento deceſſit:dixit Bart.cenſeri conceſſos libros ea conditione repetita, vt in diuiſione conferret: atque ita perſona filij mutata non præſumitur mutata patris voluntas.Et Bar.ſecutus eſt Iaſ.in d.l.ſancimus.in tertiò notab.C. de teſta.

Extenditur tertiò,hæc † præſumptio,vt locum etiam ſibi
30 vendicet,quando ſtatutum requireret probationem voluntatis per certum tempus, vt puta per triennium. Nam adhuc ſufficeret probare voluntatem adfuiſſe in initio illius triennij,ex quo deinde lex perſeuerantiam præſumit.Ita tradunt Inno.& Butrius in c. propoſuit. de clerico excom. miniſtr. Are.in conſ.51.Videtur dicendum.col.1.Iaſ.in l.non hoc.nu. 15.verſ.confirmo per aliam.C.vnde legit. quos in ſpecie ſecutus eſt Alcia.in d.præſump.16.nu.1. verſ.3. amplia & idem in reſp.359.nu. 4.Et his accedunt Ripa in c.cum eccleſia.nu. 23.verſ.3.ampliari.de cauſa poſſ. & proprie, & Tiraquellus de legib.connub.in glo. 5.num.47.

31 Extenditur quartò † præſumptio hæc,vt locum etiam habeat,quando res non ſtant eo in ſtatu & eſſe, vt erant ab initio,ſed mutatæ fuerunt, ſi modo actus deſcendens à voluntate pendet à voluntate & diſpoſitione duorum. Nam nec tunc præſumitur mutatio voluntatis: cum nec etiam liceat vni mutare voluntatem in detrimentum alterius, l. ſicut.C.
32 de act.& oblig. & l. ſicut. l. de act. empti. Et ob id in † actu voluntate duorum firmato locum non habet clauſula illa, rebus ſic ſtantibus.Ita ſcribit Alcia.in d.reg.2.præſumpt. 16. nu.4.verſ.aut loquimur,qui quidem aliquot declarationibus explicat,& de quibus ſuo loco dicemus.

33 Extenditur quintò,vt † procedat etiam quando diſpoſitio eſt mutata in ſubſtantia, nam adhuc non præſumitur mutata quò ad qualitates. Sicuti quando teſtator fecit teſtamentum,& deinde in codicillis eſt mutata ſubſtantia teſtamenti,tunc nõ dicitur mutare qualitates, niſi expreſsè appareat. l.qui teſtamentum.ff.de probatio.

34 Extenditur ſextò, † vt procedat etiam in voluntate præſumpta.Nam & illa non præſumitur mutata. Ita docuit Baldus in l.filiæ,cuius.num.1. C.famil. erciſ. qui tamen inquit, quod hæc præſumpta voluntas facile præſumitur mutata etiam diſpoſitione generali. Et idem affirmat Salicetus ibidem num. 2.notab.

33 Declaratur primò † hæc præſumptio, vt locum non habeat,in actu pendenti à voluntate vnius,rebus mutatis, ſicque ex cauſa.Nam tunc voluntatis mutio præſumitur.Ita declarat Alciatus in d.præſum.16.num.2. verſ. limitatur iſta.ex ſententia Decij in c.1.in 2.notab.nu. 6.de iudicijs. cùm di-
36 xit,quod & ſi is,qui † mecum litigat, meus præſumatur inimicus: attamen lite finita non amplius meus inimicus præſumitur: ex quo cauſa inimicitię eſt ſublata & mutata.
37 Huc facit quod docuit Bar.in l.in confirmando. nu.2. ff. de confirma tuto.cùm dixit,ob morum † mutationem præſumi mutationem voluntatis.Illum ſecutus eſt Crau.in conſ. 264.

38 Hinc dicimus,quod ſi † in perſonam procuratoris ſuperuenit aliquid, ob quod veriſimiliter dominus eum ab initio non conſtituiſſet,ſi cauſa illa adfuiſſet,præſumitur ob ſuperuenientem illam cauſam,mutata domini voluntas:atque ita reuocatus procurator.Ita tradit præcitato in loco Alciatus ex l. cum quis. in prin. & l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolu. & ſcripſi ſupra libro 1.præſump.16 ad finem.

39 Huc etiam pertinet,quod † reſpondit Are.in conſ.22.nu. 5.quod & ſi teſtator mandauit filijs ſuis, ne ſocietatem negotiationis & bonorum diuiderent, ſi tamen iuſta ſuperuenit cauſa,ob quam veriſimiliter teſtator ſi viueret,permitteret diuiſionem ipſam fieri, diuiſio poterit fieri:cum præſumatur,quod & ipſe teſtator mutaſſet voluntatem ſi vixiſſet.
40 Ad rem † quoque noſtram pertinet tex.c.valet. 81. diſtinct. ibi, dum plerumque mutatur locus, mutatur mentis affectus. Quo ſanè textu manifeſtè probatur, voluntatem præſumi ſæpiſſimè mutatam,loci mutatione.Et ſcripſit Alciatus qui ſupra.& prius Lucas de penna in l.3.col. 4.verſ.15.præſumitur. C.de apochis publ.lib. 10.

Huc etiam facit tex.in l.Paulo.§.1.ff.de leg. 3. quod reſpõſum explicauimus ſupra lib.4.præſum.158. cùm diſſeruimus, quando præſumatur teſtator reuocaſſe diſpoſitionem ſuam. Et ibidem pariter declarauimus l.Mæuia.§. vlt. ff. de annuis lega.& l.rem legatam.ff.de adim.leg.quæ ad rem hanc pertinent. Et illo in loco ſimilia retuli.

41 Huc facit text. in † capitul. ſuggeſtum de decimis. vbi ſuperueniente cauſa cenſetur receſſum à priuilegio iam conceſſo. Et tex. hunc præter Alciatum in dict. præſumpt. 16. annotauit in hanc ſententiam Craue.in conſil. 264. num. 5.

42 Declaratur ſecundò, vt † non procedat in muliere, in qua præſumitur voluntatis mutatio. Ita in ſpecie cenſuit Decius in conſilio 163. numero 26. quem ſecutus eſt Tiraquell. in Tract. de legibus connubial. in lege nona. numer. 98.

Eſt enim varium & mutabile animal ſemper fœmina, vt inquit Virgilius lib. 4. Æneidos, quod vſurpauit ſummus Pontifex in c.ferus.ad finem, de verb.ſignif. Et confert text. in l.filia in orbitate.C.de inoff. teſta. ibi, *nec ex commentarijs voluntatibus matris*, vbi Doct.in hanc ſententiam annotarunt, & tex.in c.viduis.il.2.27.q.1. in illis verbis, *Sexus fragilis atque inſtabilis*,quæ iura ad rem hanc commemorauit Tiraquel. in d.l.9.nu.96.vbi & auctoritate bonorum auctorum copioſè cõprobauit. Et huc accedit text.§.mater.& ibi gl.in Auth. de nuptiis, quem citauit Alciat.in Tract.de præſumpt.reg.1.
43 præſumpt.47.nume.1.qui dixit,† mulierem præſumi viro in-
44 conſtantiorem.Hinc infert ipſe Alciatus,† in maleficiis perquirendis, prius eſſe torquendas fœminas quàm maſculos,vt quæ celerius fatebuntur,cùm habeant cor momentaneum & inſtabile. Ita tradunt Dynus,Suzarius, Gandinus, Angelus, Aretinus,Putheus,Decius & Marſilius partim commemorati ab Alciato in d.præſumpt.47.num.2. & partim à Tiraq.in d.l.9.nume.99. qui quidem obiectionibus quibuſdam rectè ſatisfaciunt.

45 Hinc etiam dicimus, † fœminas à feudo repelli ob earum inconſtantiam.Bald.in l.vltim.colum.3.verſ.& dic,quod mulier.C.de ſuis & legit. & alios recenſet Tiraquel.in d.l.9.numero 98. Non me latet tamen Iſerniam in cap.primo.§. hoc notandum,qui feudum dare poſſ.& Socinus Senior in conſilio 257.columna ſecunda, verſic.ſed tamen per præmiſſa, libro ſecundo, quos ſecutus ſum in conſ.65.numero 28.libro primo,ſcripſiſſe,hanc non eſſe rationem finalem,ſed impulſiuam huius prohibitionis.

46 Huc etiam facit, quod † dicimus, teſtimonium fœminarum,ob earum inconſtantiam,non admitti in cauſis capitalibus.Ita Io.Andreæ in additio. ad Specula.in tit. de teſte.§. 1. Oldradus in conſ.145.num.., Alex.in conſilio 11.in fin.lib. 1.& in conſilio 24.num.7.lib.2. Decius in l. 2. num.34.ff.de reg.iur.Marſilius in conſil.18.num.34.& in conſil.130.num. 34.& alibi Sæpe.

47 Hanc tamen † traditionem intellexit Alciat.in d.Tract.de præſumptio.reg.1. præſumpt.47. in fine, non habere locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, hocque dixit Alciat. ſubnixus auctoritate Ioan.Andreæ & Alexandri pręcitatis in locis,quibus accedunt idem Alex.in conſ.65.num...lib.1.& in conſil.102.nu...lib.7.Iaſ.in l.cunctos populos, in prima lect.num.18. C.de ſumma Trinit. & fide Cathol. Decius in d.l.2.nu.35. ff.de reg.iur.& in conſ.363.nu.7. Marſil.in conſ. 5.num.7.in conſil.102.num.5. & in conſil.117. nu.9.& Roland.à Valle in conſ.7.num.14.lib.1.qui quidem interpretes intelligunt, quando alij teſtes maſculi adhiberi non potuerunt.Qua de re non eſt quod hic plura ſcribam,ne propoſitę diſputationis terminos egrediar.

48 Declaratur † tertiò hæc pręſumptio,vt locum non habeat, quando aliquis contrarius actus aduerſus illam iam expreſſam voluntatem geſtus eſt. Nam contrario ipſo facto præſumitur receſſum ab illa prima voluntate:atque ita præſumitur voluntatis mutatio. Ita declarant Decius in l. pacta nouiſſima.num.10.C.de pactis,& Crauet.in Tract.de antiq.tempo. in prima particula primæ partis principalis.nu.61.& in quarta particula quartæ partis principalis.num.115.Et ad rem hãc facit text.l. ſi in æqualibus.ff. de hæred.inſtit. de quo dixi ſupra in lib.4.præſumpt... vbi explicaui, quando præſumatur mutata teſtatoris voluntas.

49 Declaratur † quartò, hæc regula & præſumptio, vt locum non habeat,quando ex aliquibus verbis colligi poſſet voluntatis mutatio atque correctio.



## PRÆSVMPT. XXXVIII.

Leges vel ſtatuta antiqua an & quando ex præſumpta mente legiſlatorum nouis legibus vel ſtatutis promulgatis correcta & mutata dicantur.

## SVMMARIVM.

1 *Leges & ſtatuta antiqua an & quando nouis præſumantur correcta & mutata.*

2 *Lex vna in dubio non præſumitur alteram corrigere aut mutare.*

*Nec legum correctio inducitur per ſubauditos intellectus.nu.3.*

4 *Legiſlatores nõ ſolent noua lege corrigere & mutare antequam, niſi præfatione aliqua præmiſſa.*

5 *Intellectus ſubauditi, quibus non inducitur legum correctio, qui ſint.*

6 *Intellectus l.Gallus.§.ille caſus.nu.3.ff.de lib.& poſth.*

7 *Legis antiquæ correctio per nouam colligi poteſt ex præſumptionibus & coniecturis.*

8 *Lex noua tunc ſine dubio antiquam corrigit,quando lex antiqua eſt generalis, noua verò ſpecialis, & illi generali repugnans & contraria.*

9 *Generi per ſpeciem derogatur.*

10 *Faciens actum contrariam primo ab illo recedere præſumitur.*

11 *Statutum Taruiſij,quòd nullus forenſis poſſit ibi acquirere poſſeſſiones immobiles,corrigitur per aliud ſtatutum, quòd bona & poſſeſſiones mulieris committentis adulterium applicentur viro:ſi enim vir eſt forenſis,lucratur bona mulieris.*

*Et afferatur aliud exemplum de ſtatuto ſpeciali corrigente generale antiquum.nu.12.*

*Idem & num.13.*

14 *Generi per ſpeciem non derogatur, quando ſpecies non eſt contraria generi, ſed ſub ipſo genere comprehendi poteſt: & ſic lex noua non corrigit veterem.*

*Idem quando genus verificari debet in vna ſpecie.num.15.*

16 *Lex noua non corrigit veterem, quando poteſt aliquid operari etiam in modico,ſemper ſtrictè in reliquis intelligitur, vt minus corrigat.*

*Idem quando lex antiqua eſt ſpecialis, noua verò generalis.numero 17.*

*Aſſeruntur exempla.num.19.*

18 *Diſpoſitio ſpecialis dicitur dignior generali,& ob id certa mentio fieri debet.*

20 *Lex noua non corrigit veterem, etiam quando in lege vel ſtatuto nouo adiecta eſſet clauſula derogatoria non obſt.niſi quatenus inter ſe pugnant.*

21 *Lex noua ſiue ſtatutum corrigit antiquam,quando coniecturis & præſumptionibus colligitur, ſtatuentes voluiſſe nouo ſtatuto generali recedere ab antiquo ſpeciali.*

*Et quibus coniecturis id colligatur.num.22.& ſeq.*

23 *Statutum nouum generale, quando continet clauſulã Non obſt. aliqua lege generali vel ſpeciali præſumitur antiquam corrigere.*

*Nihil tamen operatur d.clauſula,quando ipſum ſtatutum ſpeciale eſt iuramento confirmatum.num.23.*

24 *Lex noua generaliter loquens & verbis multum generalibus & prægnantibus tollit veterem ſpecialem.*

*Idem quando legi nouæ coniuncta eſt publica vtilitas.num.25.*

*Idem quando ambæ ipſæ leges ſunt generales,& inter ſe pugnant, contrariæq; ſunt.num.26.*

27 *Contraria duo non poſſunt ſimul ſtare.num.ſeq.*

28 *Lex noua tollit antiquam,quando ambæ ipſæ leges ſunt ſpeciales, & inter ſe contrariæ.*

29 *Legum contrarietas quomodo colligatur ex verbis manifeſtis.*

*Et quomodo ex ſenſu verborum & ratione.num.30.& ſeq.& per diſcurſum.*

31 *L.hac edictali.C.de ſecund.nupt.corrigitur per ſtatutum Papienſe,& per alia ſtatuta, dum ſtatuit, mulierem ſecundo nubentem non poſſe plus dotis conſtituere ipſi ſecundo viro, quam vnus filiorum primi matrimonij conſecuturus eſt.*

32 *Pronomen ipſe,eſt reſtrictiuum ad perſonam.*

33 *Mater & auia licet exiſtentibus agnatis excludantur ab hæreditate,non tamen dicuntur excluſæ à tutela.*

34 *Statutum Mantuæ excludens filias propter maſculos à ſucceſſione patris decedentis ab inteſtato non habet locum decedente patre condito teſtamento.*

35 *Legitima filiæ excluſæ à ſucceſſione patris inteſtati eſt tertia portio eius quod habitura eſſet ab inteſtato ſecundum ſtatuti diſpoſitionem.*

36 *Matri ita eſt debita legitima ex bonis filij ſicuti filiæ ex bonis patris.*

37 *Lex noua antiquam ſpecialem corrigere cenſetur, etiam quando ipſa lex antiqua erat duplici vinculo firmata.*

*Quid ſi ambæ ipſæ leges ſint ſpeciales, ad eundem tamen finem tendentes.num.38.*

1 REctè precedenti † diſputationi hæc ſubnectitur, an ſcilicet & quando leges vel ſtatuta antiqua ex mente præſumpta legiſlatorum nouis legibus & ſtatutis promulgatis correcta & 2 mutata dicantur? Hac in † diſceptatione dicendum eſt prius, in dubio, non præſumi, quod vna lex alteram mutet & corrigat. l. præcipimus, in fine. C. de appella. l. vt liberis. C. de collatio. & capit. cum expediat, de electio. in 6. & tradunt Bart. in d. l. præcipimus. §. vlt. & poſt alios Crauet. in conſ. 307. num. 4.

3 Hinc † dicimus, regum correctionem non induci per ſubauditos intellectus. Ita ſanè glo. in cap. cupientes. §. ſi per viginti. de electio. in 6. quam poſt alios probarunt Iaſon in auth. quas actiones. num. 21. C. de ſacroſanct. eccleſ. Socinus Sen. in conſ. 35. col. 2. lib. 4. Soc. Iunior in conſ. 131. num. 50. 4 lib. 1. & Crau. in conſil. 259. num. 2. Hinc † etiam non vno in loco ſcripſerunt Doctores, non conſueuiſſe legumlatores noua lege corrigere & mutare antiquam, niſi præfatione aliqua præmiſſa. Ita ſanè Ruinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 95. ff. de liberis & poſth. Alciatus in lib. 3. parerg. cap. 17. ad finem, & Ludouicus Charondus lib. 2. veriſimil. c. 16. & ſcripſi in Tract. de recuperanda poſſeſſione, remedio nono. num. 387.

5 Cæterùm † ſubauditi intellectus, quibus non induci legum correctiones diximus, illi ſunt, qui nec ex legiſlatorum mente, nec ex ſenſu vel ſignificatione verborum percipi poſſunt: 6 ſecus verò ſi poſſunt: ſic loqui intelligo Marium † Salomonium in l. Gallus. §. ille caſus. nu. 3. ff. de liberis & poſth. cùm dixit, legum correctionem induci poſſe per tacitos & ſubauditos intellectus: Et ſentit Marius, quando à mente & ſenſu 7 colligitur, Et clarius docuit † Bart. in l. 1. verſ. idem ſi apparet. ff. vi bono. rapto. qui dixit, correctionem antiquæ legis per nouam colligi ex præſumptionibus, ſic etiam reſpondit Caſtren. in conſil. 192. Verba appoſita. col. 2. verſ. tunc ergo. libr. 1. coniecturis colligi ſtatuentes voluiſſe corrigere ius commune. Idem ſcripſerunt Imola in l. ſi verò. §. de viro. col. 6. ff. ſoluto matr. Alex. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogantur. & in conſ. 102. col. vlt. lib. 3. Decius in l. 1. num. 12. verſ. ſed dubitatur. C. de bono. poſſeſſ. contra tab. Gomez. in cap. 1. num. 54. de conſtit. in 6. Bellonus in conſ. 13. nu. 9. verſ. tertiò præmitto, & Rolandus in Tract. de lucro dotis. q. 25. nu. 5. Idem ego ipſe reſpondi in conſ. 4. nu. 14. verſic. quod procedit. lib. 1. Porrò quæ & quales ſint hæ præſumptiones & coniecturæ facilè intelligemus, adhibita aliquot caſuum diſtinctione.

8 Primus itaque † eſt caſus quando lex antiqua eſt generalis, noua verò ſpecialis, & illi generali repugnans & contraria. Hoc ſanè caſu ſine controuerſia noua corrigit & mutat antiquam. Ita Bart. in l. nam & poſteriores. ff. de legib. Angelus in l. non eſt nouum. eo. tit. Abbas in conſ. 51. lib. 1. Alex. in conſ. 108. col. vlt. lib. 3. & in conſ. 123. num. 11. & 12. lib. 4. Decius in l. in toto iure. num. 7. verſ. & quando genus. ff. de reg. iur. & ibidem Cagnolus. num. 8. Gomez. in cap. 1. nume. 138. verſ. dicas igitur, de conſtit. in 6. & Oſaſcus in deciſ. 167. nu. 15. & alij multi, quos in ſubſequentibus exemplis commemo- 9 rabimus. Eſt ratio † quia generi per ſpeciem derogatur: cap. 10 generi. de reg. iur. in 6. Et accedit, quod faciens † actum contrarium primo ab illo recedere præſumitur. cap. gratum, & cap. ſolicitudinem, de appella. & latè tradunt Felinus in cap. cum veniſſent. nu. 12. de teſtibus & in ſpecie magis Gomez. in cap. 1. num. 124. de conſtit. in 6. qui nu. 125. ſubiungit, hanc eſſe iuris præſumptionem. Huius caſus exempla afferri multa poſſunt, duobus vel tribus huic muneri ſatisfaciam. Eſt pri- 11 mum † exemplum in ſtatutis Taruiſinis, de quibus ſe reſpondiſſe ſcripſit Anch. in cap. ſtatutum. §. cum autem de reſcript. in 6. Extat Taruiſij conſtitutio Sereniſſimæ Reipub. Venetæ, cuius dominio vrbs illa ſubiecta eſt, qua cautum eſt, quod nullus forenſis poſſit ibi acquirere poſſeſſiones immobiles. Extat & aliud ipſius ciuitatis ſtatutum, quod bona & poſſeſſiones mulieris committentis adulterium applicentur viro. Ancha. præcitato in loco docuit, maritum forenſem, cuius vxor adulterium commiſit, lucrari immobilia vxoris: quia ſecundum ſtatutum ſpeciale corrigit & mutat antiquam illam conſtitutionem generalem: cum generi (inquit Ancharanus) per ſpeciem derogetur. Et Ancharanum ſecuti ſunt Barba. in conſ. 51. numer. 6. lib. 2. & idem inter conſilia Alex. in conſ. 123. num. 12. lib. 4. & Plotus in conſ. 19. num. 30

12 Eſt & ſecundum † exemplum, de quo apud Bart. in l. quæſitum. §. vlt. nu. 12. ff. de fundo. inſtructo inſtr. quæ lega. Extat ſtatutum generale (inquit Bart.) quod omnes Comitatenſes cuiuſlibet portæ teneantur deferre frumentum communi, quod commune habet in illa porta. Extat & ſtatutum ſpeciale, quod Comitatenſes Caſtri Foſſati teneantur ferre frumentum, quod commune habet in ipſo Caſtro Foſſati. Dubitatum eſt, an illi de ea porta Caſtri Foſſati teneantur ferre frumentum dicti Caſtri iuxta diſpoſitionem primi ſtatuti? ſcribit Bart. non teneri: quia ſecundum ſtatutum ſpeciale corrigit & mutat primum generale. Et Bart. ſecuti ſunt Angelus in conſ. 355. Vtrum per ſtatutum. col. 1. verſ. interdum verò & Barbatia inter conſilia Alex. in d. conſ. 123. nu. 11. lib. 4.

13 Eſt etiam tertium † exemplum, ſi primo ſtatuto cautum eſt, quod de falſitate poſſit inquiri vſque ad viginti annos, ſecundo verò ſtatuto, quod contra teſtem falſum non poſſit inquiri, niſi infra menſem. Hoc ſecũdum ſtatutum ſpeciale corrigit & mutat illud primum generale, quò ad teſtem. Ita Angelus in d. conſ. 355. num. 1. poſt Bart. in l. ſanctio legum. ff. de pœnis. Et alia exempla Angelus ipſe commemorat. Eſt etiam egregium exemplum in caſu decreti Pedemontium, de quo apud Oſaſcum in d. deciſ. 167. num. 15.

14 Declaratur † primò hic caſus, vt locum non habeat, quando ſpecies non eſt contraria generi, ſed ſub ipſo genere comprehendi poteſt. Ita Bart. in l. 1. §. hoc autem edictum. num... ff. de operis noui nuntia. & in l. quæſitum. §. vlt. ff. de fundo inſtructo inſtr. quę lega. Angelus in d. conſ. 355. num. 3. Francus in cap. generi. num. 1. de reg. iuris in 6. Decius in l. in toto iure. nu. 11. de reg. iur. & ibidem Cagnolus. nu. 9 in fin. Hanc declarationem multis iuribus & exemplis probat & declarat Angel. in d. conſ. 355. col. vlt. Non hic repeto.

15 Declaratur † ſecundò hic caſus, vt locum nõ habeat, quando genus verificari debet in vna ſpecie: tunc ſpecies non derogat generi. Ita in ſpecie declarat Decius in d. l. in toto iure. nu. 11. verſ. ſecundò regula. ff. de reg. iuris, quo loci Cagnolus. num. 10. animaduertit, & rectè, quod tunc non dicitur ſtatutum & diſpoſitio generalis: ſed ſpecialis: atque ita declaratio regulæ & caſui non conuenit.

16 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat, quando lex noua & correctoria poteſt aliquid operari etiam in modico, ſemper ſtrictè in reliquis intelligitur, vt minus corrigat. Ita in ſpecie reſpondit Soc. Iun. in conſ. 131. nu. 48. lib. 1. arg. l. 2. ff. de noxa actio. quo dicere ſolemus, legem correctoriam ita eſſe interpretandam, vt minus quàm fieri poteſt corrigat: ſic ſanè ſcripſerunt Gozad. in conſ. 19. nu. 5. Soc. Iunior in conſ. 122. num. 5. lib. 2. Pariſ. in conſ. vlt. nu. 6. lib. 3 & Crauet. in conſil. 259. nu. 2. qui egregiè declarat.

17 Secundus eſt caſus, † econtrà quando lex antiqua eſt ſpecialis noua verò generalis. Hoc ſanè caſu hæc poſterior non tollit nec corrigit primam illam: ſed noua hæc recipit declarationem & interpretationem ab illa antiqua ſpeciali. Ita Bar. in l. ſed & poſteriores. ff. de legib. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo, Non obſtantibus. Iaſon in l. ſciendum. nume. 5. ff qui ſatiſd. coga. Dec. in l. in toto iure. num. 7. verſic. & iſta concluſ. ff. de reg. iuris. & ibidem Cagnol. num. 8. Caſſane. in conſ. 7. numer. 24. qui alios refert. M. Antonius in cap. 1. nu. 255. in fine, & ibidem Gomez. num. 56. in fine. verſ. retenta tamen. de conſtit. in 6. Ripa in cap. 1. num. 60. de reſcript. Soci. Iun in conſ. 131. num. 32. lib. 1.

18 Huius caſus ea eſt ratio, quia ſpecialis diſpoſitio † dicitur dignior generali, ob id eius certa mentio fieri debet: vt tradit Baldus in l. 1. ff. de off. conſ.

19 Huius caſus † exempla afferri multa poſſunt, quorũ vnum meminit Bart. in d. l. ſed & poſteriores. Extabat ſtatutũ, quod furtum noctis tempore commiſſum emendetur per omnes cuſtodes loci. Deinde aliud conditum, quo cautum fuit, quod furtum eo noctis tempore factum emendetur per omnes ciues. Eſt dubitatum, an ſecũdum ſtatutum correxerit primum. Dixit Bart. non correxiſſe: quia primum erat ſpeciale: ſecundum verò generale: & Bar. ſecuti ſunt Alb. in l. non eſt nouum eod. tit. Barbat. inter conſilia Alex. in conſ. 123. num. 10. lib. 4. Ruinus in conſilio 203. nu. 10. lib. 2. qui egregiam & acutam





declarationem ſubiunxit, & Socinus Iunior in conſilio 40. num. 5. lib. 1.

Eſt & ſecundum exemplum in caſu, de quo reſpondit Corneus in conſil. 290. lib. 1. ſtatutum primum ſpeciale diſponit, quod inſtrumenta publica habeant executionem paratam: ſecũdum ſtatutum eſt generale, quod cauſæ pupillorum, & ſanguine coniunctorum debeant compromitti. Hoc ſecundum ſtatutum generale non corrigit illud primum ſpeciale, ſed ab eo declaratur, hoc eſt, quod cauſæ pupillorum & ſanguine coniunctorum compromittantur: niſi extent publica inſtrumenta: quia tunc ſuper illis non debet fieri compromiſſum. Ita Corn. quem ſecutus eſt Soc. Iun. in d. conſ. 40. nu. 9. lib. 1.

20 Extenditur, vt procedat † etiam, quando in lege vel ſtatuto nouo adiecta eſſet clauſula derogatoria, Non obſtãte, &c. Nam adhuc non dicitur mutata, & reuocata lex antiqua, niſi quatenus inuicem pugnant. Ita Bart. in l. ſciendum. num. 2. ff. qu ſatiſd. cogan. Roma. in conſ. 57. & in conſilio 322. num. 2. Alex. in conſilio 122. num. 2. lib. 1. Ruin. in conſilio 69. num. 3. lib. 1. Decius in l. in toto iure. nume. 7. verſic. & ampliatur. ff. de reg iur. & Tiraq. in Tract. de retractu conſang. §. 15. glo. 2. in fine.

21 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat, quando coniecturis & præſumptionibus colligitur, ſtatuentes voluiſſe nouo ſtatuto generali recedere ab antiquo ſpeciali, atque ita illud mutare & corrigere: Sic declarant Imola in l. ſi verò. §. de viro. col. 6. ff. ſoluto matr. Alex. in l. ſciendum. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cog. & ibidem Iaſon. nu. 4. & Decius in d. l. in iure. nu. 8. & in l. ſi cum vel in vtero. num. 6. C. de teſtam. militis, & in conſ. 301. in fin.

22 Et prima quidem † coniectura eſt, quando in nouo ſtatuto generali adiecta eſt clauſula, non obſtante aliqua lege generali, vel ſpeciali. Ita Alexand. Iaſon & Decius præcitatis in locis. Verùm vt animaduertit Cagnolus in d. l. in toto iure numer. 9. tunc lex noua non amplius dicitur generalis: ſed ſpe- 23 cialis. Nil tamen † clauſula hæc operatur, quando ſtatutum ipſum ſpeciale eſt iuramento cõfirmatum: Non enim ex clauſula, Non obſtante, illi præſumitur derogatum. Ita poſt alios Gomez. in d. cap. 1. num. 186. de conſtit. in 6.

24 Eſt & † ſecunda coniectura, quando lex noua generaliter loquens loqueretur verbis multum generalibus & (vt dici ſolet) prægnantibus. Ita reſpondit Angel. in conſil. 214. Primò eſt videndum. nume. 2. verſ. in contrarium. & ſecutus eſt Decius in conſ. 301. in fin.

25 Eſt & tertia coniectura, quando legi nouæ † coniuncta eſt publica vtilitas. Nam tunc lex noua generalis tollit ſtatutum ſpeciale. Ita Io. Monachus in cap. 1. de conſt. in 6. quem ſecuti ſunt ibidem Geminia. & Francus in fine, & Mareſcotus num. 256.

26 Tertius eſt caſus, quando † ambæ ipſæ leges ſunt generales, & inter ſe pugnant contrariæque ſunt. Hoc caſu certum eſt, legem nouam mutare & corrigere antiquam.

27 Eſt ratio, quia duo † contraria & repugnantia ſtare non poſſunt, l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & ibidem Decius & reliqui. Et hic quidem caſus nullam habet probabilem dubitationem: & ex his, quæ ſubiiciemus in ſubſequenti declarari poteſt.

28 Quartus eſt caſus † econtrà, quando ambæ ipſæ leges ſunt ſpeciales, & inter ſe contrariæ repugnantesq;. Hoc etiam caſu clarum eſt, legem nouam mutare & corrigere antiquam. Eadem eſt ratio, quia (vt diximus) duo contraria ſimul ſtare non poſſunt. Contrarietas autem & repugnantia aliquando colligitur ex verbis manifeſtis: aliquando verò ex eorum ſenſu & ratione.

29 Ex verbis † manifeſtis, vt (exempli gratia) in ſtatuto, quo ſancitum eſt, quòd exiſtentibus filiis maſculis filiæ non ſuccedant. Hæc lex municipalis manifeſtis verbis repugnat. l. maximum vitium. C. de liberis præter. & §. item vetuſtas, Inſtit. de legit. agna. ſucceſſ.

Et propterea ſtatutum hoc iuris communis correctorium paſſim à noſtris appellatur, vt apud Brunum in Tract. Quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant in art. 9.

30 Ex ſenſu verò † verborum & ratione repugnantia & contrarietas colligitur, quando verba & ratio legis nouæ oſtendunt, nouos legumlatores, & ſtatuentes recedere voluiſſe ab antiqua ipſa lege: ſicuti eo in notabili caſo, de quo reſpondi in conſ. 4. lib. 1.

31 Cùm in eo dixi, † l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. corrigi à ſtatuto Papienſi. Illa enim conſtitutione l. hac edictali. Sãcitum fuit, mulierem ſecundo nubentem non poſſe plus dotis conſtituere ipſi ſecundo viro, quàm vnus filiorum primi matrimonij conſecuturus eſt. Statutum verò Papiæ in ciuilibus. 121. rub. de lucris matrimonialibus, ita ſtatuit: *Quod mortua vxore in matrimonio maritus lucretur dotem in totum, ſcilicet in caſu eidem viro ex ipſa non exiſtentium libererum.*

Et poſt aliquot verbis interpoſitis ita ſubiunxit ſtatutum. *Et quòd mortuo primo viro in matrimonio poſſit mulier ſecundo nubere, & dictæ mulieri liceat, ex primo viro liberis exiſtentibus, dare & ſecundo viro, & deinceps in dotem dictam dotem primo viro datam, ſeu quam confeſſus eſt recepiſſe, & dictum tertium plus abſque eo, quod propterea cogatur alicui ex ipſis, vel alicui eorum reſeruare, vel reſtituere, &c.*

Huius ſtatuti verba repugnant ſuo in ſenſu & ſignificatione illi conſtitutioni d. l. hac edictali. Cùm ſtatutum permittat mulieri cõſtituere in dotem ſecundo viro id totum, quod iam dederat primo: & quod ſecundus ipſe maritus non lucretur dotem in totum exiſtentibus filiis ex ipſamet vxore: lucretur autem ſi exiſtant ſolùm alterius matrimonij filij.

Ita ſanè ſtatutum hoc mutaſſe atq; correxiſſe. d. l. hac edictali, reſpondi in d. conſ. 4. quo loci num. 15. huius opinionis commemoraui Baldum in conſ. 495. l. hac edictali. col. 2. lib. 5. & Caſtren. in conſ. 192. Verba appoſita col. 2. lib. 1. qui ambo ita interpretati ſunt ſtatutum Florentiæ. Sic quoque Anchar. in conſil. 380. num. 4. intellexit ſtatutum Senarum. Ita etiam ſtatutum Veronæ explicauit Roma. in conſ. 44. nu. 5.

Hanc quoque ſententiam aliis in ſtatutis his verbis conſcriptis probarunt Fulgoſius in conſil. 63. Blaſius quondam. col. 3. verſ. nunc ſupereſt, Socinus Senior in conſ. 52. num. 14. lib. 3. Ruinus in conſ. 61. num. 14. verſ. vbi dictus, & in conſil. 64. num. 5. lib. 3. Decius in conſil. 19. num. 3. & in conſil. 283. num. 7. Pariſius in conſi. 91. num. 26. lib. 3. Bellonus in conſil. 13. num. 12. Curtius Iunior in conſil. 132. num. 10. verſic. cum igitur ſtatutum Veronenſe. Boer. q. 113. col. penult. & Alciatus in reſpon. 88. Viſis verbis, ſecũdum impreſſionem antiquã Lugdunenſem, qui ſic interpretatus eſt ſtatutũ Papienſe.

Ita pariter Crauetta in conſ. 524. num. 2. lib. 3. interpretatus eſt ſtatutum Villæfalletorum Pedemontium. Et idem Craue. in conſil. 588. num. 3. & in conſil. ſeq. lib. 4. ſic intellexit ſtatutum Foſſani eius regionis Pedemontium. Ita etiam Natta in conſil. 308. interpretatus eſt Decretum Montis Ferrati, & in ſpecie eum ſecutus eſt Io. Petrus ſurdus in conſ. 91. nu. 1. lib. 1. Ita etiam Riminal. Iunior in conſ. 192. num. 3. lib... qui ſic intellexit ſtatutum Ferrariæ.

Hanc quoque ſententiam ſecuti ſunt Curtius Iunior in authen. preterea. num. 14. C. vnde vir & vxor. Rolandus in tract. de lucro dotis. q. 30. & Michaël Craſſus in Tracta. ſucceſſionum. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 37. nu. 6.

His intelligimus hanc eſſe receptam opinionem, & ſi ab ea receſſerunt Bertrandus in d. l. hac edictali. in princ. nu. 26. verſ. quæ communis opinio. C. de ſecund. nupt. Curtius Sen. in conſ. 79. & Phanutius in Tract. de lucro dotis. in glo. 5. nu. 39. ver. decimus caſus eſt qui duodecim caſus diſtinxit. Quorum quidem rationes, nempè Bertrandi diligenter confutauit Craue. in d. conſ. 589. nu. 3. 4. & illas Curtij Senioris ego ipſe in d. conſ. 4.

Et hæc quidem interpretatio & dictæ conſtitutionis correctio multò magis locum habet. quando ſtatutum geminatis atque repetitis verbis ſignificat, lucrum dotis impediri tantummodo à filiis illiuſmet matrimonij, cui tunc mulier decedens alligata erat: ſicuti aliquando obſeruaui ſancitum eſſe ſtatuto Placentiæ, de dote & ante facto lucrandis, his verbis.

*Quod ſi vxor moritur ante maritum, ſi ex ipſo marito liberos non relinquit, eo caſu maritus lucratur dotem pleno iure: ſi verò relinquat liberos ex dicto viro, eo caſu vir toto tempore vitæ ſuæ habeat ipſius dotis vſumfructum duntaxat, Et proprietas & ius dotis & exigendi eam remaneat ipſorum liberorum ex dicta vxore præmortuæ relictorum. Si verò maritus decedat antequam vxor, ſi ex ipſa vxore liberos non relinquat, eo caſu ante factum ſeu donationem propter*

*nuptias & ſponſalitiam largitatem vxor lucretur pleno iure. Quod ſi maritus præmoriens ex ipſa vxore liberos relinquit, eo caſu vxor habeat antefatum dumtaxat toto tempore vitæ ſuæ, & proprietas & ius exigendi illud remaneat penes liberos ipſius mulieris ex ipſo matrimonio procreatos, &c.*

Hoc ſanè ſtatututum in principio detulit lucrũ dotis, præmoriente vxore, ſi ex ipſo marito liberos nõ relinquit. Dixit,
32 ex † ipſo marito, ſignificans maritum tunc exiſtentem, idque verbis perſonalitatem oſtendentibus, nempe, ipſo, quod quidem pronomen eſt reſtrictiuum ad perſonam, Bald. in conſ. 305. Nobilis. lib. 5. Soc. Sen. in conſil. 250. num. 5. lib. 2. Dec. conſ. 262. & Ripa in l. filiusfam. § Diui. n. 111. de leg. 1. Idem repetit ſtatutum, cùm dicit *Si verò relinquat liberos ex dicto viro.* Ecce dixit: *ex dicto viro.* Illa dictio, dicto, reſtrictiua pariter eſt, & comprehendit ſolam perſonam ſupra nominatam. Ita dixi ſupra lib. 4. præſumpt. 69. num. 7.

Ex ratione etiam colligitur repugnantia iuris communis & ſtatuti, vt eo in caſu, in quo ſtatutum corrigit ius commune in ſucceſſione bonorum. Nam dicitur etiam corrigere quo ad tutelam, ea ratione quod tutela regulatur ſecundum ipſam ſucceſſionem. Ita in ſpecie affirmarunt Bart. Signorolus, Caſtrenſis, Ancharanus, Caccialupus, Alexander, Angelus, Aretinus, Corneus, Franc. Aretinus, & Curtius Senior, quos commemorauit & ſecutus eſt Brunus in Tract. Quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. art. 5. num. 117. Et his accedunt Barba. in conſ. 11. col. 3. lib. 2. Deci. in l. quo tutela. num. 1. ff. de reg. iur. & ibidem Cagnolus. nume. 3. & Gozadinus in conſ. 54. num. 3. & num. 7.

33 Hoc tamen intelligunt † Decius & Cagnolus non procedere in matre & auia, quæ & ſi exiſtentibus agnatis excluduntur ab hæreditate, non tamen dicuntur excluſæ à tutela. Idem reſpondit Pariſ. in conſ. 49. nu. 84. lib. 3.

Eſt etiam ſimile quod dicimus, ſtatutum iuris communis correctorium (vt diximus ſuprà) excludens filias propter maſculos, vel matrem à ſucceſſione filij inteſtati, exiſtentibus agnatis, conſiderata ratione ipſius ſtatuti repugnare etiam iuri communi, atque ita illud corrigere in caſu quo pater, vel filius de quorum ſucceſſione agitur, deceſſerunt condito teſtamento. Ratio enim conſeruandę agnationis & familię, qua filiæ & mater excluduntur, ſuadet ſtatutum repugnare iuri communi, atque ita illud corrigere in caſu conditi teſtamenti, Angelus in conſ. 105. ſtatuto cauetur, Anch. in conſ. 428. Alex. in conſ. 3. nu. 11. lib. 7. Corn. in conſ. 150. n. 10. lib. 2 Barb. in conſ. 50. col. 8. verſ. & licet iſta ſint, & in conſ. 54. col. 7. lib. 3. Corn. in conſ. 150. num. 10. lib. 2. Ruin. in conſ. 51. num. 11. in conſ. 41. nu. 8. & in conſ. 57. nu. 3. lib. 3. Decius in conſ. 299. num. 5. qui dixit, eſſe communem opinionem. Pariſ. in conſ. 23. nu. 7. lib. 2. qui teſtatur, ita ſeruari & iudicatum fuiſſe Bononiæ, Cephalus in conſ. 5. num. 28. lib. 1. Phanucius & Ronchegallus inter conſilia Marzarij ille in conſ. 33. nu. 21. iſte in conſ. 35. nu. 12. & 13. Thobias Nonius in conſ. 18. nu. 20. Idem etiam ſcripſit Brunus in Tract. Quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. art. 9. num. 24.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Bald. in conſ. 452. ſtatuto ciuitatis Mantuæ. col. 1. lib. 1. & Salic. in conſ. ſequenti.

34 Qui quidem ambo reſponderunt, ſtatutum Mantuæ † excludens filias propter maſculos à ſucceſſione patris decedentis ab inteſtato non habere locum decedente patre, condito teſtamento. Idem Salicetus in auth. nouiſſima, columna vlt. verſ. ſed ſcias. C. de inoff. teſtam. idem Salicet. in l. ſancimus, & in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. qui affirmauit, ſic deciſum fuiſſe in audientia Cardinalis Albanenſis fratris Vrbani. V. Pontificis max. Idem reſpondit Maria. Soci. Sen. in conſil. 30. num. 30. in fin. lib. 1. qui multis argumentis comprobauit. Ita quoque Corneus in conſ. 290. num. 11. verſ. vnde ſi quod malum. libr. 3. qui multa egregia ad rem noſtram ſcripſit. Et
35 ſub illo. num. 11. admonuit, legitimam filiæ † excluſæ à ſucceſſione patris inteſtati eſſe tertiam portionem eius, quod ipſa filia habitura fuiſſet ab inteſtato ſecundum ſtatuti diſpoſitionem. Id quod ſcripſit & Baldus in l. quicunque. numero 12. C. de ſeruis fugit. Hanc quoque opinionem probauit Socin. Senior in conſil. 150. numer. 40. verſic. in primis dicimus, attenta. lib. 1. quod reſponſum fuit redditum à Socino ipſo vnà cum Io. Baptiſta à Sancto Seuerino, quem alio cognomine Caccialupum appellare ſolemus. Idem Socin. in conſil. 75. numer. 3. lib. 3. qui eiuſdem ſententiæ recenſet Ancharanum. His accedunt Ruinus in conſil. 41. num. 8. verſic. nec in contrarium. lib. 3. & ſi ſubſiſtere videtur. Pariſius in conſ. 57. nu. 79. lib. 3. Fabianus de Giochis in repe. auth. nouiſſima. num. 182. C. de inoff. teſtam. & Iacobus Cagnacinus inter conſilia Marzarij, in conſ. 32. nu. 14. & nu. 20. & nu. 21.

Et quamquam multi ex commemoratis his Doctoribus loquantur de ſtatuto excludente filiam à ſucceſſione patris: attamen idem eſt dicendum in ſtatuto excludente matrem à
36 ſucceſſione filij, ob agnatos: Cum ita † matri debita ſit legitima ex bonis filij: ſicuti filiæ ex bonis patris: Hæ enim legitimæ procedunt à pari: ſicuti reſponderunt Alex. in conſilio 168 libr. 7. Barba. in conſil. 24. numer. 8. libr. 1. & Marzarius in conſil. 30. num. 9. Idem auctoritate aliorum ſcripſit Vaſquius in Tract. de ſucceſſionum creatione. lib. 2. §. 20. partis tertiæ. num. 284. quo loci poſtquam. num. 283. poſt multos affirmauit, quod ſicuti diſpoſitione auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. hodie aucta eſt legitima filiorum in bonis parẽtum, ita etiam aucta eſt illa parentum in bonis filiorum, ſubiunxit, has legitimas à pari procedere, & quod de vna dicimus de altera quoque dicere debemus. Hanc ſecundam Baldi, Saliceti & ſequacium opinionem ſum & ego ſecutus in conſil. 575. lib. 6. & ſi illa prima magis recepta eſt. Non hic commemoro permultas illas rationes, quæ hinc inde conſideraui: tum maximè coniecturas, quæ in ea facti ſpecie extabant.

37 Extenditur † hic caſus, vt locum habeat etiam quando lex antiqua ſpecialis erat duplici vinculo firmata, vt ſi ſtatuto ſpeciali eſſet cautum idem quod iure communi ſancitũ erat: & deinde conditum eſt nouum ſpeciale ſtatutum illi antiquo repugnans. Hoc etiam caſu illud antiquum cẽſetur mutatum & correctum. Ita gloſſ. cap. 1. de conſtit. in 6. in verbo, facti. Bartol. in l. 1. ff. ad l. Falcid. Baldus in l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iure. & in cap. 1. de reſcript. Roma. in conſil. 497. colum. 1. Franc. Aretinus in conſil. 20. colum. 3. Felin. in cap. cum omnes. de conſtit. & in cap. 1. de reſcript. & communem teſtatur M. Antonius Mareſcotus in repe. d. cap. 1. num. 203. de conſt. in 6. qui poſt longam diſputationem. num. 227. & multis ſubſequentibus declarauit.

38 Quintus eſt caſus, quando † ambæ ipſe leges ſunt ſpeciales ad eundem tamen finem tendentes, vt in caſu quæſtionis propoſitæ à Bart. in l. 1. ff. vi bono. rapto. cùm dixit, quod & ſi lege Cornelia de Sicariis indicta eſt pœna capitalis contra Sicarios & homicidas: ſtatuto verò impoſita ſit pœna pecuniaria: Non tamen (inquit Bart.) ſtatutũ corrigit legem Corneliam. Quando quidem tendunt ad eundem finem, nempè ad puniendum Sicarios. Ita ſanè docuit Bart. præcitato in loco poſt Vbertinum de Bobio, Io. de Deo, Io. Andreæ, Odofredum, Cynum ac Dynum: & accedunt Abbas, Angelus Aretinus & Bero. quos commemoraui & ſecutus ſum in commentariis, De recuperanda poſſeſſ. remedio nono. num. 369. quo loci latiſſimè diſputationem hanc abſolui, & ibidem. nu. 339. recenſui contrariam opinionem receptam fuiſſe à Beluiſio, Gandino, Alberico, Ancharano, Baldo, Caſtrenſi, Angelo, Saliceto, Comenſi, Corneo, Auguſtino Arimi. Floriano, Decio, Ruino, Rubeo, Marſilio, Alciato & Blanco.

Cæterùm in eodem remedio nono. num. 389. ſcripſi, extare coniecturas, quibus colligi poteſt, ſtatuentes nouo ſtatuto indicentes aliam pœnã recedere voluiſſe à pœna iuris cõmunis.

Et primam dixi eſſe coniecturam, quando in eadem ciuitate extat ſtatutum, quo cautum ſit, quod vbi pœna non eſt determinata in ſtatutis ciuitatis, reuertatur ad ius commune. Ex hoc enim dixi, coniectura eſſe, ſtatuentes recedere voluiſſe à iure communi: ad illudque in ſubſidium eſſe confugiendum. Ita præcitato in loco huius opinionis commemoraui Bart. Abbatem, Angelum Aretinum, & Bero.

Secundam coniecturam etiam eſſe dixi, quando pœnæ ſunt incompatibiles, & dixi, ita ſcripſiſſe Baldum, Angelum Aretinum & Beroum.

Tertia eſt coniectura, quam eodem in loco ex Saliceto retuli, quando ſcilicet pœnæ eſſent exceſſiuæ.

Quarta eſt coniectura ibidem à me ex Beroij opinione commemorata, quando ſtatutum auxit, vel minuit pœnam ipſam.





## PRÆSVMPT. XXXIX.

### Priuilegium à Principe conceſſum, an & quando pręſumatur derogare & tollere ſtatutum ciuitatis.

### SVMMARIVM.

1 *Princeps an & quando ſuo priuilegio cenſeatur derogare & tollere ſtatutum ciuitatis: cùm non præſumatur regulariter velle tollere ſtatuta ciuitatis. & num. 3.*

*Si enim concedit facultatem legitimandi illegitimè natos, vt ſuccedere poßint non obſt. legibus & conſtitutionibus, præſumitur ſenſiſſe de legibus communibus, non autem de ſtatutis. num. 2.*

4 *Princeps non præſumitur voluiſſe priuilegio ſuo tollere ſtatuta ciuitatis, etiam ſi dixit in Priuilegio, Non obſt. quibuſcunque legibus & conſtitutionibus.*

*Idem etiam ſi in ipſo priuilegio inſerta ſit clauſula, Motu proprio. num. 5. & 7.*

6 *Princeps ſuo priuilegio præſumitur voluiſſe derogare ſtatuto ciuitatis, quando in ipſo priuilegio adiecta fuit clauſula, Pro expreßis habentes, &c. & quid operetur d. clauſula.*

*Idem quando Princeps concedens priuilegium ſciuit, vel ſaltem in genere cogitauit extare ſtatutum ciuitatis. nu. 7.*

1 NON eſt diſſimilis † à pręcedenti hęc diſceptatio, an & quãdo Princeps ſuo priuilegio pręſumatur derogare & tollere ſtatutum ciuitatis. Qua in re pro regula ſtatuẽdum eſt, Principem non præſumi voluiſſe tollere ſtatutum ciuitatis. cap. 1. de conſtit. in 6. & cap. ſi propter tua. de reſcript. in 6. & tradunt Inno. in cap. veniens. de præſcrip. & in c. 1. de præb. in 6. Curtius Senior in conſ. 35. ſtatuto, ſeu capitulis. col. pen. Ruinus in conſ. 103. nu. 6. & nu. 10. lib. 3.

2 Hinc dicimus, † Principem vel legitimantem, vel concedentem facultatem legitimandi illegitimè natos, vt ſuccedere poſſint, non obſtantibus legibus, & conſtitutionibus, præſumi ſenſiſſe de legibus communibus, non autem de ſtatutis. Ita reſponderunt Curtius Senior in d. conſ. 35. col. penult. & Ruinus in d. conſ. 103. num. 6. lib. 3. qui ob id dixerunt, filium legitimatum non excludere fœminas, iuxta ſtatutum, quod exiſtentibus filiis maſculis legitimis filiæ non ſuccedant, qua in opinione fuerunt & alij multi congeſti à Tiraquello in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. num. 98. C. de reuocand. donatio. Quibus accedunt Myſingerius in obſeruationibus in tertia Centuria, obſeruat. 26. ad finem, Cephalus in conſil. 278. num. 1. lib. 2. Paſethus in conſ. 71. num. 1. Albanus Cardinalis in Lucubrationibus ad Bartolum in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 22. ff. de lib. & poſthu. Pancirolus in conſ. 59. numero 68.

3 Et ij quidem ea † etiam ratione vſi ſunt, quia non præſumitur Principem voluiſſe tollere ſtatuta ciuitatum: ſed tantùm voluiſſe derogare iuri communi: & efficere, vt legitimatus ſit ita legitimus, vt concurrat cum fœminis in ſucceſſione ſecundum iuris communis diſpoſitionem. Quę ſanè ratio viſa non eſt vera aliis multis, qui exiſtimarunt verius eſſe, legitimatum excludere fœminas iuxta prædictum ſtatutum excluſiuum fœminarum, cuius ſanè opinionis fuerunt multi commemorati à Tiraquello præcitato in loco. num. 82. Quibus accedunt Bero. in conſ. 172. num. 34. & in conſ. 174. num. 10. lib. 2. Pariſius in conſi. 55. nu. 18. lib. 3. Curtius Iunior in conſ. 153. col. 3. Alciatus in reſp. 307. num. 2. Decianus in conſil. 3. num. 86. lib. 1. Burſatus in conſ. 85. num. 12. & hos ſecutus ſum in conſ. 227. num. 35. & in conſil. 266. num. 9. lib. 3. & accedit Putheus in deciſ. 303. libr. 3. qui tamen decidit, legitimatum non excludere fœminam, quando ſtatutum dicit, quod fœmina dotata excludatur à fratre, qui cum ea concurreret ab inteſtato.

4 Extenditur primò, † vt procedat etiam quando Princeps dixit, Non obſtantibus quibuſcunque legibus & conſtitutionibus. Nam adhuc præſumitur noluiſſe tollere ſtatuta ciuitatum, Et ſi enim ſtatuta dicuntur leges, & continentur ſub nomine legum & conſtitutionum. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & cap. cum omnes. & cap. cum M. de conſtit. iuncta rub. illius tituli. & cap. cum ita. diſtinct. 1. Et hoc præſertim ob dictionem, quibuſcunque vniuerſalem. Attamen ex quo agitur de præiudicio ciuitatis, cuius ſtatutum abrogaretur, dicẽdum eſt, Principem ſub illis nominibus legum & conſtitutionum, comprehẽdere noluiſſe ipſa ſtatuta. Ita egregiè reſpondit Rui. in conſ. 103. nu. 8. lib. 3.

5 Extenditur ſecundò, vt † locum habeat etiam ſi in ipſo priuilegio adiecta fuit clauſula, motu proprio. Non enim operatur clauſula illa, vt ſublata præſumantur ſtatuta, quorum mentio facta non eſt in ipſo priuilegio. Ita Geminia. in cap. ſi cui. col. 4. verſi. & licet motu proprio. de præben. in 6. Imola in cap. conſtitutus. colum. 3. verſic. & per prædicta. de de reſcript. & ibidem Felinus. colum. 4. verſi. obſtat ſecundò. Idem Felinus in cap. cum olim. de re iud. Ripa in cap. aures. nu. 32. de reſcriptis. Et ſi aliter viſus eſt ſentire Anch. in conſi. 20. nu. 2. repetitum in conſ. 364.

6 Declaratur primò, vt † locum non habeat, quando in priuilegio adiecta fuit clauſula, pro expreſſis habentes &c. Ita Socinus Iunior in conſ. 82. col. penult. verſic. nec debet haberi. libr. 2. & Gomeſ. in procemio regularum Cancellariæ. q. 6. num. 8. verſic. & in ſpecie, qui refert, ita pluries iudicaſſe Rotam Romanam. Habet enim hæc clauſula, pro expreſſis habentes, vim ſpecialis expreſſionis: ſicuti poſt alios reſpondit Craue. in conſ. 126. nu. 7. & latè tradit Tiraquellus in Tract. de legibus. connubial. in gl. 5. nu. 194.

7 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando Princeps, qui conceſſit priuilegium, ſciuit, vel ſaltem in genere cogitauit extare ſtatutum ciuitatis. Nam tunc præſumitur illi derogare voluiſſe. Ita de priuilegio legitimandi illegitimè natos conceſſo ab Imperatore Comiti Palatino, vt poſſit legitimare etiam ſi ſtatutum ciuitatis repugnaret, reſponderunt Ruinus in conſi. 94. num. 13. & in conſil. 103. num. 10. verſic. reſtat igitur. lib. 3. Curtius Senior in conſil. 35. ſtatuto ſeu Capitulis. col. penult. verſic. & iſtud procedit. & Gozad. in conſ. 6. num. 70. & in conſil. 48. num. 26. in fine. Idem ſenſit Crottus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 161. verſi. ſolutio. ff. de lib. & poſth.

Et cogitatio ipſa in genere ſatis colligi ſolet ex verbis ipſius priuilegij Comiti Palatino conceſſi, ſi in eo dictum eſt, Non obſtantibus legibus ſtatutis conſtitutionibus &c. Ita ſanè Ruinus in dicto conſil. 103. num. 10. verſi. reſtat igitur. lib. 3. Curtius Senior & Gozadinus præcitatis in locis qui ſcripſerunt Principem cõcedendo Comiti Palatino priuilegium legitimandi, Non obſtantibus ſtatutis, cogitaſſe in genere ſaltem etiam de ſtatuto, quo excluduntur fœminæ, exiſtentibus maſculis, & propterea, legitimatum excludere fœminas: ſicuti excluſiſſet ſi ex legitimo matrimonio natus fuiſſet. Colligitur etiam cogitatio hæc in genere ex verbis illis priuilegij legitimandi, dum Princeps vult illegitimos poſſe reduci atque reſtitui ad legitima iura, ac ſi ex vero & legitimo matrimonio nati & generati eſſent, &c. cùm enim voluerit Princeps legitimatos conſequi omnia commoda legitimè natorum, ſequitur dicendum, Principem ipſum cogitaſſe de his ſtatutis fœminarum excluſiuis. Ita Alexand. in diſputatione quæ incipit: Sigiſmundus: in quarto dubio. colum. 4. verſi. non obſtat, quod reſcriptum. Et diſputatio hæc impreſſa inter lecturas ipſius Alexand. poſt l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iudi. & Alexandrum ſecuti ſunt Crottus in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. nume. 161. verſicul. ſolutio. ff. de libe. & poſthum. & Ruinus in conſilio 94. numero decimotertio, verſiculo & ibi reſpondet. libro tertio, qui quidem Ruinus ſubiunxit vnum, quod etſi ad rem præſentem non multum facit, eſt tamen notandum: nempè, curandum non eſſe, quod Princeps concedendo priuilegium legitimandi, cogitauerit vel non his de ſtatutis fœminarum excluſiuis: cum legitimatus ipſe non comprehendatur in ſtatuto voluntate Principis: ſed iuris communis diſpoſitione, quæ ſe extendit ad ſtatuta, de quibus cogitauit ab initio, quando adæquauit legitimatum legitimo. Et idem quod Ruinus ſcripſerunt Crottus in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 262. ff. de liberis & poſthumis. & Ioan. Marcus Aquilinus in l. ſi is, qui pro emptore. num. 169. ff. de vſucap.

## PRÆSVMPT. XL.

Priuilegio nouo an & quando ex præſumpta mente Principis concedentis antiquum ſublatum præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Priuilegium nouum an & quando præſumatur antiquum tollere. Quòd ſi in ſecundo prruilegio nulla eſt facta mentio primi, non cenſetur ſublatum primum regulariter.num.2.*

*Et id præſertim quando primum priuilegium habet clauſulam derogatoriam.num.3.*

*Et id multò magis quando ſecundum priuilegium ſpeciale nulla mentione facta primi generalis, tolleret in totum ius illius primi priuilegiati, & ſic ei eſſet nimis præiudiciale.num.4.*

*Etiamſi in ſecundo priuilegio adiecta ſit clauſula, ex certa ſcientia: vel non obſtante, &c. numero 5.*

*Et habet id etiam locum inſpecta qualitate perſonæ.num.6.*

7 *Priuilegium nouum antiquum tollere non præſumitur, etiam ſi primum ſit generale, ſecuudum verò ſpeciale.*

*Et idem dicendum econtra, quando primum eſt ſpeciale, ſecundum verò generale.num.8.*

*Et idem dicendum non ſolum quando ex primo priuilegio acquiſitum fuit ius in re, ſed etiam ius ad rem.nu.9.& ſeq.*

10 *Ius in re dicitur, quod de præſenti competit: ius ad rem, quod non competit de præſenti, ſed eſt ſpes de futuro.*

11 *Priuilegio nouo cenſetur antiquum ſublatum quando primum eſt conforme iuris communi etiam nulla eius mentione facta.*

*Idem quando primum priuilegium eſt inſertum in corpore iuris. nu.12.nam.*

13 *Priuilegium in corpore iuris inſertum eſt potentius non inſerto: poteſt tamen à principe tolli ſecundo priuilegio: & quando præſumatur illud tollere.*

*Quòd ſi retinet nomen & vim priuilegij, præſumitur ſecundo priuilegio ſublatum, ſecus ſi efficitur ius commune.nu.14.*

15 *Priuilegio nouo cenſetur primum ſublatum, quando illud eſſet ſubreptitium, vel aliàs nullum, etiam de ipſo nulla facta mentione.*

*Idem quando primum priuilegium eſſet multum vulgare.nu.16.*

17 *Princeps præſumitur ſcire ea, quæ à iure communi ſancita ſunt: & præſertim conſuetudines vulgares.*

18 *Leges communes ſicuti non licet ignorare, ita nec conſuetudines multum vulgares.*

19 *Lex noua Papæ videtur conſuetudinem illi contrariam tollere, & ſi eius nullum fecit mentionem.*

20 *Priuilegium nouum primum tollere cenſetur, quando princeps concedendo ipſum cogitauit ſaltem in genere de primo iam alteri conceſſo.*

*Idem quando ſecundum priuilegium derogaret primo non in totum, ſed in aliqua parte.nu.21.*

*Idem quando in ſecundo priuilegio adiecta eſt clauſula derogatoria, Non obſt. quibuſcumque priuilegijs in contrarium facientibus.nu.22.& ſeq.*

23 *Princeps quando per viam legis generalis derogat omnibus priuilegijs, etiam ſi de illis oporteret ſpecialem facere mentionem, tolluntur etiam priuilegia habentia clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia & reſcripta.*

*Et quando dicatur per viam legis concedere priuilegium.nu.24.*

*Non tamen habet id locum quò ad priuilegia inſerta in corpore iuris.num.25.*

26 *Princeps quando derogat omnibus priuilegijs per viam alterius priuilegij vel reſcripti, conſiderandæ ſunt clauſulæ vtriuſque priuilegij, & illæ præferri debent, quæ maioris ſunt efficaciæ, ad hoc vt ſecundum priuilegium tollat primum.*

*Et quid ſi clauſulæ ſunt paris efficaciæ.nu.27.*

1 Conuenit huic † loco, vt diſſeramus, an & quãdo nouo principis priuilegio præſumatur ſublatum antiquum? Hæc diſputatio coniecturalis eſt: ſicuti rectè ſcripſerunt Ripa in c.1.n.49.in fi.& apertius n.53.verſ.ad iſtud reſpondeo. de reſcriptis & Craue.in conſilio 126.numero quarto qui quidem dixerunt, non de poteſtate, ſed de voluntate hic diſputari: atque ita voluntatis eſt quæſtio, quæ tota coniecturalis eſt. Idem ſenſit Putheus in deciſ.109.in fi.lib.1.

2 Et pro regula † ſtatuendum eſt, ſecundo priuilegio, nulla primi mentione facta, non præſumi atque cenſeri derogatum & ſublatum primum. Ita Ripa.in d.c.1.nu.48.de præſcrip. qui regulam hanc probat tex.c.veniens.de reſcriptio.

3 Et regula hæc † locum habet præſertim, quando primum priuilegium habet clauſulam derogatoriam. cap. vnico.de exceſſ.prælat.Ripa in d.c.1.nu.48.verſ.& maximè.

4 Et rurſus † regula hæc locum habet multò magis, quando ſecundum priuilegium ſpeciale, nulla mentione facta primi generalis, tolleret in totum ius illius primi priuilegiati atque ita eſſet ei nimis præiudiciale. Ita docuit idem Ripa in d.c.1. num.59.de reſcript. qui exemplum affert in priuilegio exemptionis & immunitatis à decimis conceſſo alicui domino & poſſeſſori quaſi omnium prædiorum alicuius loci, non obſtãte priuilegio decimandi conceſſo alteri in illo loco. Non enim præſumitur, quod ſi Pontifex ſciuiſſet tam graue præiudicium inferri primo priuilegiato, conceſſiſſet ſecundum priuilegium.

5 Et intelligo † procedere tametſi in ſecundo priuilegio adiecta eſt clauſula, ex certa ſcientia vel non obſtante. Cum hæ clauſulæ non tollant ius alterius, ſi magni eſt momenti. Ita latè & in ſpecie reſpondi in conſ.39.nu.56.lib.1.

6 Et rurſus † hæc præſumptio, locũ habet multò magis pro qualitate perſonæ, cui primum priuilegium fuit conceſſum, vt ſi piæ cauſæ. Nam tunc reuocatio non præſumitur facta per ſecundum priuilegium niſi ſpecialiter facta ſit, cùm expreſſa clauſula, non obſtante dicto priuilegio piæ cauſæ conceſſo. Ita poſt Roma. in l.ſi verò.§.de viro.in 24.fallen.ff.ſol. matr.& Felinum in c.nonnulli.col.23.in 1.regula, de reſcrip, docuit Crottus in c.1.num.48.de conſtit.in 6.qui num.49. idem eſſe ſcripſit, in priuilegio miſerabilibus perſonis conceſſo. Idem quando certæ ſingulari perſonæ eſt conceſſum, nam nec tunc cenſetur ei derogatum, niſi ſingulariter eius mentio fiat. Ita Bart.in l.3.C.de ſilentia.lib.10.Iaſ in conſ.146. col.4.libro quarto, Decius in conſilio 374.num.5.& Socinus Iunior in conſilio 131.num.45.lib.1.

7 Extenditur † primò hæc regula & præſumptio, vt locum habeat etiam ſi primum priuilegium eſt generale, ſecundum verò ſpeciale. Ita Ripa in d.c.1.nu.48.verſ.ampliatur, vt procedat, qui huius ſententiæ recenſet glo.c.generi.de reg.iuris, & in ſumma 25.q.2.Idem probarunt Ancha.in conſ.76.Dec.
8 in l.in toto iure.n.20.de reg.iuris, & in d.c.1.n.12.de reſcript.

Extenditur † ſecundò, vt locum habeat econtra, quando ſcilicet primum priuilegium eſt ſpeciale, & ſecundum generale. Nam nec tũc illud primum præſumitur ſublatum. Ita Ripa in d.c.1.num.48.verſ.ampliatur ſecundò.de reſcrip. poſt Baldum ibi. Idem ſcripſerunt ibidem Feli.col.9.& in c.ſicut. de hæret. Deci.in d.l. in toto iure.num.8.& num.20.& alios plures congeſſit in conſ.36.num.48.lib.1.

Hinc reſpondit Geminia.in conſ.30. Quò ad primum.in prin. priuilegio generali, vel ſpeciali reſeruationis beneficium non præſumi derogatum alteri priuilegio optandi beneficia reſeruata, nulla de eo mentione facta.

Hinc etiam ego ipſe reſpondi in d. conſ. 36. nume.48. aduerſus Decium in conſ.147. priuilegium magis ſpeciale conceſſum monialibus de decimis non ſoluendis, non tollere priuilegium Plebani, nulla eius mentione facta, quia ſicuti priuilegium ſpeciale non derogat generali, non facta mentione eius; ita nec magis ſpeciale tollit ipſum ſpeciale.

Extenſionem hanc probant Baldus & alij nonnulli ex commemoratis tex.l.3.C.de ſilentia.lib.12. Verùm Ripa præcitato in loco, exiſtimauit non probare: quia loquitur de priuilegiis inſertis in corpore iuris, vt non teneatur ad collectas & & alia munera.l.2.C.eo. Quibus ſanè priuilegiis non cenſetur derogatum generali diſpoſitione, niſi eius facta ſit mentio ſpecialis. iuxta glo.in auth. qua in prouincia.C.vbi de cri.agi o-
9 porteat. Qua de re diſſeremus infra in tertia declaratione.

Extẽditur † ſecũdò, vt locum habeat hęc regula & pręſumptio non ſolum quando ex primo priuilegio acquiſitum fuit ius in re, ſed etiam ius ad rem.

10 (Eſt † ius iurè, quod de præſenti competit: ius verò ad rem eſt, quod non competit de præſenti: ſed eſt ſpes de futuro.



futuro. cap.vlti.in princ.de conceſſ.præben.in 6.& declarat Decius in conſ.147.num.4.)

Hoc quidem caſu adhuc dicimus, ſecundum priuilegium non derogare primo, eius nulla mentione facta. Ita reſpondi in conſil.36.num.22.auctoritate Aretini, Alex.& Decij: reiecta oppinione Abbatis. Barbatiæ, & aliorum, quos eodem in conſ.36.num.4.commemoraui. Non repeto eo loci ſcripta. Conciliari fortè poſſent opiniones ex his, quæ ſcripſit Ripa in d.c.1.num.50.de reſcript.

11 Declaratur † primò, vt non procedat hæc regula & præſumptio, quando primum priuilegium eſt cõforme iuri communi. Nam tunc ſecundo priuilegio illi derogatur, nulla etiã eius mentione facta. Ita Abbas, Felinus & reliqui in d.c.1.de reſcriptis, vbi Ripa.num.52.teſtatur communem eſſe opinionem, & eiuſdem ſententiæ alios retuli in conſ.36 num.16.lib. 1.& accedit Gomeſius in c.1.nu.211.de conſt.in 6. Et ratio eſt manifeſta, quia ſicuti neceſſe non eſt, mentionem facere iuris communis, ex quo cognitum præſumitur, ita nec priuilegij quod eſt ipſi iuri communi conforme: Cùm idem ſit quod ipſum ius commune. Intelligunt tamen Felin.& Gomeſius præcitatis in locis, niſi vltra ipſum ius commune adſit aliqua qualitas. Nam tunc eius facienda eſt mentio.

12 Declaratur ſecundò, vt locum nõ habeat hęc præſumptio, quando primum ipſum priuilegium eſt incertum in corpore iuris. Nam tunc ſecundo priuilegio illi præſumitur derogatum, etiam ſi nulla eius habita eſt mentio. Ita Abbas & reliqui in d.c.1.de reſcrip. quo loci Ripa.nu.53.teſtatur receptam eſſe ſententiam ſicuti etiam communem eſſe dixit Gomenſ. in c.1.nu.68.de conſt.in 6. Et ratio manifeſta & clara eſt, quia præſumitur principem ſciuiſſe extare priuilegium illud. iuxta c.1.de conſtit.in 6.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Iaſ.in l.1.nu.15 ff de conſtit.princ. Aret. Abbas & Barbatia. relati à Ripa præcitato in loco, & ſecuti ſunt Ruinus in conſil.228.in fi.lib.1.& Socinus Iunior in conſ.131.nu.46.lib.1.

Ea ratione ij adducti ſunt, quod priuilegium in corpore
13 † iuris relatum potentius eſt non inſerto cùm reuocatio omnium priuilegiorum non intelligatur reuocare inſerta in corpore iuris: & ſi alia non inſerta reuocet: ſicuti ſcribunt glo. in auth. qua in prouincia.C. vbi de crim.agi oportet. Felinus in d.c.1.col.8.de reſcrip. Iaſ.in l.1.§.vlt.ff.de conſtit. princip. Verùm reſpondet Ripa in d.c.1.n.53.ver.ad iſtud reſpondeo. de reſcript.& Gome.in d.c.1.nu.168.de conſtit.in 6.ex mente Felini ibidem, quod & ſi difficilius tollitur priuilegium in corpore iuris relatum: attamẽ Princeps, ſi vult, tollere poteſt. Vnde (inquit Ripa) in caſu noſtro non diſputatur de poteſtate, ſed de voluntate. Et ad cognoſcendum an voluerit, conſideranda eſt eius intentio. Quando itaque conceſſit Princeps ſecundum priuilegium nulla mentione facta primi nõ inſerti in corpore iuris, coniecturam facimus derogare illi voluiſſe: quia pręſumitur illud ignoraſſe. Quando verò primum priuilegium eſt inſertum: tunc eius ſcientia præſumitur in principe, & conſequenter ei derogare voluiſſe.

Hęc tamen declaratio intelligitur quãdo in primo priuilegio inſerto in corpore iuris adiecta nõ eſt clauſula derogatoria ad futura priuilegia: Secus verò ſi appoſita eſt, Nã tũc ſecũdo priuilegio nulla illius primi mẽtione facta, pręſumitur derogtũ. Ita Ripa in d.c.1.n.53.in fi. qui dixit, idẽ eſſe in priuilegio nõ inſerto in corpore iuris habẽte clauſulã derogatoriã. Qua quidem de clauſula derogatoria dicemus infrà ſuo loco. Duas alias declarationes, quas ſublimitationes appellat, Ri-
14 pa in d.c.1.nu.56.commemorauit. Et præter † eum declaratur, quãdo priuilegium inſertum in corpoce iuris retinet nomen & vim priuilegij: ſecus ſi efficitur ius cõmune: quia tunc alio ſecundo priuilegio cum clauſula derogatoria, Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, non tollitur hoc inſertum in corpore iuris, vt dicemus infrà in fine ſeptimæ declarationis.

15 Declaratur † tertiò, vt non procedat hęc regula & pręſumptio, quando primum priuilegium eſſet ſubreptitium vel alias nullum: tunc eius nulla fieri debet mentio in ſecundo. Ita Ripa in d.c.1.num.56.verſ.limitatur quartò, de reſcrip. poſt Gemin.in c.quoniam.col.4.diſtinct.8. Confert quod ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum.lib.2. Caſu 202.nu.58. Cùm dixi, poſt Felinum in d.c.1.num.13.de reſcriptis, in reſcripto impetrato contra priuilegium exceptione aliqua elidibile eius mentionem neceſſariam non eſſe. Et eodem in caſu 202.nu.81.ſcripſi poſt Barbatiam, Felinum, Decium, Rotam, & Rebuffum, in impetratione ſecundi reſcripti faciendam non eſſe mentionem primi nullius.

16 Declaratur † quarto, vt locum non habeat hæc regula & præſumptio, quando primum priuilegium eſſet multum vulgare. Nam tunc ſecundo priuilegio illi derogatum præſumitur, & ſi nulla ipſius primi facta eſt mentio. Ita in ſpecie declarat Ripa in d.c.1.num.57.de reſcrip. Eſt ratio, quia præſumitur, Principem illius priuilegij notitiam habuiſſe: quem-
17 admodum pręſumitur † ſcire quæ à iure communi ſancita ſunt. d.c.1.de conſtit.in 6. Huc facit quod ſcriptum reliquit Baldus in l.2.in fi.C.quę ſit longa cõſuetudo, cùm dixit, præſumi Principem ſcire conſuetudines multum vulgares. Idem
18 Baldus † in rub.de conſuetudine recti feudi, dixit, quod ſicuti non licet ignorare leges communes, ita nec conſuetudines multum generales. Et Baldum ſecutus eſt Felinus in c.ſuper literis.num.8.verſi. tertia regula.de reſcript.& in c.1.num.4. de ſenten.& re iud. qui recenſet & Rotam in deciſ.32.in titu.
19 de re iud.in nouis, quod lex noua Papæ † videtur conſuetudinem illi contrariam tollere, & ſi eius nullam fecit mentionem, ſi conſuetudo ipſa generalis eſt: cùm ei cognita præſumatur. Confert quod ſcripſi in præcedenti præſumptione ex ſententia Gozad.in conſ.6.nu.71.in priuilegio conceſſo Comiti Palatino neceſſe minimè fuiſſe mentionem facere ſtatuti excluſiui fœminarum, exiſtentibus maſculis: cum huiuſmodi ſtatuta notoria ſint in Italia.

20 Declaratur quintò, vt † locum non habeat hæc regula & præſumptio, quando Princeps concedendo ſecundum priuilegium cogitauit ſaltem in genere de primo iam alteri conceſſo: Nam tunc illi primo derogaſſe præſumitur. Ita diximus in præcedenti pręſumptione in ſecunda declaratione, Principem concedendo Comiti Palatino priuilegium legitimandi illegitimè natos, præſumi derogaſſe etiam ſtatuto excluſiuo fœminarum exiſtentibus maſculis, quando conſtat de illo ſtatuto in genere cogitaſſe.

21 Declaratur ſextò, vt † non procedat, quando ſecundũ priuilegium derogaret primo non in totum: ſed aliqua in parte: tunc ei derogatum cenſetur, & ſi in ipſo ſecundo nulla primi facta eſt mentio. Ita de reſcripto, quo conſuetudini derogatur, ſcripſerunt Abbas in c.conſtituto.col.3.de reſtit.in integrum & Comenſ.in c.1.num.68.de conſtit.num.6.ſenſit Rui. in conſ.228.nu.5.verſ.3.dicitur.lib.1. qui intelligit, niſi in primo priuilegio adiecta eſſet clauſula derogatoria ad futura priuilegia, de qua mox dicemus.

22 Declaratur ſeptimò, vt † locum non habeat hæc regula & præſumptio, quando in ſecundo priuilegio adiecta eſt clauſula derogatoria: Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis in contrarium facientibus etiam ſi de illis opus eſſet facere ſpecialem mentionem, quorum tenores de verbo ad verbum haberi volumus pro expreſſis. Hoc ſanè caſu pręſumitur, Principem voluiſſe derogare primo priuilegio etiã habenti clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia, niſi de ipſis fiat mẽtio de verbo ad verbum. Hanc ſententiam probarunt Io. Andreæ, Baldus, Angelus, Federicus de Senis, Ancharanus, Butrius, Annania, Geminia. Alex.& Iaſon, quos commemorauit Ripa in c.1.nu.55.de reſcrip. Et his accedunt alij, quos egregiè declarando refert & probat Craue.in conſ.126.num.6.& copioſiùs in conſ.241.num.20.verſ.ſecundò poſſet reſponderi.& teſtatur Puteus in deciſ.109.nu.3.lib.1. Rotam Romanã ſemper ſecutam eſſe opinionẽ hanc, quod ſufficiat derogatio hæc ſpecialis: atque ita nõ requiri ſingularem & indiuiduam.

Cæterùm à prædictis diſſentiunt Cynus, Caſtrenſis, Federicus ſibi parum conſtans, Cardinalis Zabarella, Calderinus & Romanus congeſti à Ripa in d.c.1.nu.55.verſ.contrarium tenuit.de reſcript. Et his accedũt Alexãder, Iaſ. Rui. Bologninus, Deci. Rubeus, Gozadinus, Grãmaticus & Pariſius, quos cõmemoraui & ſecutus ſum in conſ.294.n.16.li.3. Hãc quoq; opinionẽ viſus eſt probare Gomeſ.in c.1.n.63.de conſt.in 6.

Conciliando tamen has opiniones diſtinguit duos caſus Ripa in d.c.1.nu.55.tu pro ſedenda.

23 Primus eſt caſus, quando † Princeps per viam legis generalis

ralis derogat omnibus priulegijs, etiam ſi de illis oporteret facere ſpecialem mentionem. Hoc caſu (inquit Ripa) tolluntur etiam priuilegia habentia clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia & reſcripta. Ita procedit illa prima, opinio Io. Andreæ, Baldi & ſequacium. Sic ſanè (ait Ripa) loquuntur iura allegata à Io. Andreæ. Et inquit Ripa. idem ſenſiſſe Felinum in c. nonnulli nu. 5. verſ. fallit autem prædicta. de reſcriptis. Et idem reſpondit Rui. in conſ. 226. nu. 12. & in conſ. 228. num. 4. verſ. ſecunda ratio. lib. 1. qui dixit, tunc cē-
24 ſeri per viam legis † conceſſum, quando eſt priuilegium generaliter & omnibus conceſſum: non autem ſi certo loco, vel certis perſonis.

25 Hic tamen † caſus locum non habet quò ad priuilegia in corpore iuris inſerta. Non enim clauſula hæc derogatoria ad illa ſe extendit: niſi aliæ adſint coniecturæ. Ita Ripa præcitato in loco poſt Roma. in conſ. 498. num. 15. Idem ſcripſerunt Bart. in l. 2. §. legatis. ff. de iud. Caſtren. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oporteat, Sebaſtianus Sapia in l. hæres abſens, num. 8. ff. de iud. Eſt ratio, quia non dicitur priuilegium, ſed ius commune, de quo non loquitur derogatoria. Quæ ſanè ratio maior eſt illa conſiderata à Galiaula in l. Centurio. nu. 168. ff. de vulga. & pup. ſubſt. qui multa ad rem hanc comminiſcitur. Et hæc quidem declaratio intelligitur, quando priuilegium ipſum ita fuit in corpore iuris inſertum, vt efficeretur ius commune, quod difficilius tollitur: ſecus verò ſi ita inſertum remanet priuilegium. Geminia in c. ignorantia. 38. diſtinct. Decius in c. 1. in ſecunda lectura. num. 13 de conſtit. & Iacobus Niger in repe. l. diem functo. num. 27. ff. de officio aſſeſſo. Nam tunc continetur ſub nomine derogatione priuilegiorum.

26 Secundus eſt caſus. quando † derogatur omnibus priuilegiis per viam alterius priuilegij vel reſcripti. Hoc caſu (inquit Ripa in d. c. 1. num. 55. verſ. ſecundus caſus. de reſcript.) conſiderandæ ſunt primùm clanſulæ vtriuſque priuilegij. Et illæ præferri debent, quæ maioris ſunt efficaciæ. Ita reſpondit Cardinalis Zabarella in conſ. 136. col. vlt.

27 Si verò † clauſulæ ſunt paris efficaciæ: tunc ſi ſecundum priuilegium eſt conceſſum motu proprio, locum habet prima opinio, vt ſcilicet derogatum cenſeatur primo. Si verò eſt conceſſum ad poſtulationem partis ſupplicantis. Et tunc procedit ſecunda opinio, quod ſcilicet primo priuilegio derogatum non præſumatur. Hanc diſtinctionem (inquit Ripa) fecerunt Calder. in conſ. 11. in tit. de priuileg. Caſtren. in conſ. 53. Paſſus iſte. lib. 1. Roma. in conſ. 327. num. 8. verſ. 2. reſpondeo. & Decius in conſ. 165.

Cęterùm hæc poſtrema diſtinctio vera non videtur, quandoquidem Rui. in conſ. 226. num. 11. & in conſ. 228. num. 4. li. 1. perpendit Caſtrenſem in d. conſ. 53. Paſſus iſte. li. 1. aliter ſenſiſſe, & idem Rui. in d. conſ. 228. num. 2. Intelligit Romanum in d. conſ. 327. loqui quando in ſecundo priuilegio appoſita eſt generalis derogatio ad pręcedentia. Et ideò (inquit Ruinus) ſolus motus proprius non ſufficeret ſine derogatione ſaltem generali. Si tamen rectè conſideramus, Ripa & Doctores ab eo allegati non affirmant ſolum motum proprium ſufficere vt derogatum cenſeatur: ſed dicunt, ſecundum priuilegium motu proprio conceſſum, adiecta clauſula derogatoria (vt diximus ſupra) derogare primo priuilegio ad poſtulationem partis conceſſo adiecta clauſula derogatoria ad futura priuilegia.

## PRÆSVMPT. XLI.

### Priuilegio renuntiaſſe an & quando quis præſumatur,

### SVMMARIVM.

*1 Priuilegio an & quando quis renuntiaſſe præſumatur: nemo enim regulariter præſumitur renunciare ſuo priuilegio.*
*2 Iuris proprij renunciatio eſt donatio quædam quæ non præſumitur.*
*3 Priuilegio cenſetur quis renunciaſſe, quando fecit actum contrarium ipſi priuilegio.*
*Intellige quoad præiudicium facientis actũ, nõ quò ad alios. nu. 5.*
*4 Immunis à muneribus ciuitatis ſi patitur ſe deſcribi in æſtimo & cataſtro, præſumitur ſuo beneficio renunciaſſe.*
*Intellige, vt nu. 6. & 7.*
*8 Prælatus ſi fecit actum contharium priuilegio eccleſiæ conceſſo, non cenſetur in præiudicium eccleſiæ illi priuilegio renunciaſſe, quia non poteſt præiudicare eccleſiæ.*
*Et eius confeſſio aſſerentis emphiteutam ſoluiſſe canonem eccleſiæ debitum non nocet eccleſiæ, nec prodeſt emphiteutæ, vt euitet pœnam caducitatis. num. 9.*
*10 Priuilegium non admittitur nec per contrauentionem, nec per præſcriptionem, quando in eo adſcripta eſt clauſula decreti, vel alia prohibitiua.*
*11 Priuilegio non cenſetur renunciare faciens actum illi contrarium, quãdo proteſtatur, quòd nõ intendit renunciare ipſi priuilegio.*
*Idem quando actus coutrarius priuilegio ſortitus eſt effectum ſuum: ſecus ſi is tantummodo tentauit contrauenire. nu. 12.*
*Idem quando priuilegium quæſitum eſt conſuetudine. num. 13.*
*Conſuetudo non tollitur vno ſolo actu contrario: ita nec priuilegium ab ipſa conſuetudine cauſatum.*
*14 Priuilegium non tollitur contrario actu priuilegiati, quando actus fuit coactè factus: nam.*
*15 Immunis à collectis ſi ea ſoluit coactè non ſibi præiudicat.*
*16 Priuilegio an poſſit renunciare priuilegiatus, qui non eſt vſus ipſo priuilegio longo tempore, quo vti potuiſſet.*

1 DIſſeruimus † in præcedenti præſumptione de præſumpta priuilegiorũm reuocatione à principe facta: nunc paucis agendum eſt de ipſorum priuilegiorum renuntiatione facta ab ipſiſmet priuilegiatis. Qua in re prius dicendum eſt, priuilegiatum non præſumi ſuo priuilegio renunciaſſe. Ita tradunt Butrius in c. accedentibus. col. 2. de priuileg. Feli. in c. cum acceſſiſſent. num. 29. de conſtitutio. & ibidem manifeſte Decius. col. pen. verſ. & hoc comprobatur. Idem Decius
2 in conſ. 308. num. 8. Et ratio manifeſta eſt, quia † renuntiatio proprij iuris eſt donatio quædam, quæ non præſumitur: Sicuti ſcripſi ſupra libro tertio præſumpt. quadrageſimaquinta numero vndecimo.

3 Declaratur hæc † præſumptio vt locum non habeat, quando priuilegiatus fecit actum contrarium ipſi priuilegio. Nam tũc ei renũtiaſſe præſumitur. c. ſi de terra. de priuileg. vbi gloſſa & Decius num. 21. idem Decius in c. cum acceſſiſſent. nu. 17. de conſtit. & ibidem Feli. nu. 28. Marſilius in rub. ff. de fideiuſſo. nu. 335.

4 Hinc dicimus, quod † ſi immunis à muneribus ciuitatis patitur ſe deſcribi in æſtimo & cataſtro, præſumitur ſuo beneficio renuntiaſſe. Ita Bart. in l. 1. C. de ijs, qui ſponte mun. ſubeunt. lib. 10. quem ſecuti ſunt Abbas & Felinus in d. c. cum acceſſiſſent. num. 28. de conſtit. Roma in conſ. 252. in fi. Alex. in conſ. 190. columna vlt. lib. 2. Ruinus in conſi. 100. num. 1. & in conſ. 196. in fi. lib. 1. & Gozad. in conſilio. 23. numero ſeptimo.

5 Cæterùm declaratio † hæc intelligitur quò ad perſonam ipſius facientis actum contrarium ipſi priuilegio, cui quidem ad ſui præiudicium renuntiaſſe præſumitur: Secus verò quo ad alios, quibus præiudicare non potuit: Sicuti copiosè docuit Feli. in d. c. cum acceſſiſſent. num. 28. verſ. hanc regulam. de conſtit.

6 Et rurſus & ſecundò intelligitur † prædicta declaratio, quo ad caſum & actum illum, non autem quò ad alios: vt ſi priuilegiatus immunis ab omnibus muneribus & oneribus ciuitatis vnum ſubiuit, dicitur quidem renuntiaſſe priuilegio, quo ad illud onus: ſed non quò ad alia. Ita Felinus in d. c. cum acceſſiſſent. num. 29. & ibidem Decius columna penultima in princ. & in conſ. 496. numero 13. & Puteus in deciſ. 188. n. 3. libro ſecundo.

7 Et rurſus tertiò locum non habet hæc † declaratio, quando actus ipſe factus contra priuilegium confectus fuit ab eo, qui priuilegio renuntiare non poteſt. Ita Felinus in d. c. cum acceſſiſſent. nu. 29. verſ. tertiò limit. de conſtit. & ibidem Dec. col. pen. verſ. ſecundò prædicta concluſio. & num. 18. Eſt exē-
8 plum, quando † prælatus fecit actum contrarium priuilegio eccleſiæ conceſſo: Non potuit Prælatus prȩiudicare eccleſiȩ. Ita Feli. præcitato in loco, & Decius columna vlti. verſiculo ſexta & vltima concluſio. Et idem ſcripſerunt Alex. in conſi. 190. in fine. lib. ſecundo, & Claudius Seyſellius in l. vltim. nu-
9 mero 117. ff. de conſtit. Principum. Et confert † quod confeſſio Prælati, qui aſſeruit emphyteotam ſoluiſſe canonem eccleſiæ debitum, non nocet eccleſiæ, nec prodeſt emphyteotæ, vt euitet pœnam caducitatis. Ita poſt Calderinum, Angelum, Barbatiam, Afflictum, & Pariſium reſpondi in cõſilio 39. nume. 54. libro primo, & toto illo in reſponſo plura ſcripſi, quando Prælatus poſſit & non poſſit eccleſiæ detrimentum afferre. & alia commemoraui in Tract. de recuperanda poſſeſſione, remedio nono. numero 102. Et accedit, quod ſicuti pater non ſoluendo canonem pro emphyteuſi filij nullum infert præiudicium filio, vt incidat in pœnam caducitatis, quemadmodum tradit Iaſon in l. ſecunda, numero 192. C. de iure emph. ita pariter Prælatus, qui eſt pater & adminiſtrator eccleſiæ, ei ſuo facto detrimentum afferre non poſſe dicendum eſt.

10 Præterea & † quartò ceſſat hæc declaratio, quando in priuilegio adſcripta eſt clauſula decreti, vel alia prohibitiua. Nam tunc nec per contrauentionem, nec per præſcriptionem tollitur priuilegium. Ita Felinus in d. cap. cum acceſſiſſent. numero 30. verſ. quartò limita. de conſtit.

11 Rurſus & quintò † non habet locum declaratio hæc, quando faciens actum priuilegio contrarium proteſtatur, quòd non intendit renuntiare ipſi priuilegio. Ita poſt Bart. in d. l. prima. C. de ijs, qui ſponte mune. ſubeunt. Roma. in conſilio 252. in fi. Alex. in conſil. 108. lib. 3. & Abbas in d. c. cum acceſſiſſent, docuit ibidem Feli. numer. 30. verſ. quintò limita. de conſtit. & Decius columna pen. verſ. tertiò limitatur procedere.

12 Præterà ſextò † ceſſat hæc declaratio, quando actus contrarius priuilegio ſortitus eſt effectum ſuum: Secus verò ſi ille tantummodo tentauit contrauenire. Hic enim ſolus conatus non operatur, vt cenſeatur priuilegio renuntiatum. Ita Felinus in d. c. cum acceſſiſſent. numero 30. verſ. ſextò limita. & ibidem Decius columna pen. verſ. 4. declaratur. & Iaſ. in l. vltim. num. 20. ff. de conſtit. princip.

13 Rurſus & ſeptimò † non habet locum hæc declaratio, quando priuilegium quæſitum eſt conſuetudine. Nam tunc ſicuti conſuetudo non tollitur vno ſolo actu contrario: ita nec priuilegium à conſuetudine ipſa cauſatum. Ita tradunt multi congeſti à Felino in d. cap. cum acceſſiſſent num. 30. verſ. ſeptimò limita & ibidem Decius columna pen. verſic. ſextò & vltimò fallit.

14 Præterea & octauò † non habet locum hæc declaratio, quando actus iſte priuilegio contrarius fuit coactè factus. Nam tunc non cenſetur renuntiatum ipſi priuilegio. Sicuti coacta ſolutio collectarum facta ab exempto & immuni, eius priuilegio non derogat nec præiudicat. l. cura. in prin. ff. de muner. & hono. & in ſpecie reſponderunt Roma. in conſil. 252. in fine. Ruinus in conſil. 107. numero 13. in conſilio 196. in fin. & manifeſtius in conſilio 288. numero 11. libro primo, & Marſilius in conſilio 99. numero tertio. Idem ſcripſerunt Decius in cap. ſi de terra. numero 32. de priuilegijs. & egregiè Bartholomæus Bellenzinus in Tract. de cha-
15 ritatiuo ſubſidio. quæſt. 61. qui dixit, quod ſi † immunis à ſolutione decimarum eas ſoluit coactus à collectore, nullum ſibi ea ſolutione præiudicium attulit: etiam ſi ſoluens proteſtatus non eſt, quod coactè ſoluit. Sic ſuperioribus annis defendebam Reuerendam Societatem Ieſu immunem à ſolutionibus decimarum, cuius Prælatus, ſæuiente bello inter Sereniſſimam Rempub. Venetam & Turcarum Tyrannum, coactus fuerat à Collectoribus, qui pro ipſa Repub. decimas exigebant, decimam quandam ſoluere. Et hæc quidem ſententia comprobatur traditione Butrij in cap. accedentibus. columna ſecunda, verſi. per prædicta. de priuilegijs. Cum dixit, quod ſi canonicorum capitulum mandato Pontificis, recepit aliquem in canonicum contra priuilegium capituli, non dicitur renuntiaſſe ipſi priuilegio: Cùm coactè id fecerit. Et Butrium, ſecuti ſunt Felinus in d. c. cum acceſſiſſent. numero 29. de conſtit. & ibidem Decius columna pen, verſiculo quintò intelligitur. & decidit Rota Romana referente Putheo in deciſi. 188. numero quartò, libro ſecundo, & Verallo in deciſi. 377. parte ſecunda. & ſecutus ſum in conſilio 402. numero ſexageſimotertio, libro quinto.

16 Declaratur ſecundò hæc † regula & præſumptio, vt locum non habeat, quando priuilegiatus non eſt vſus ipſo priuilegio longo tempore, quo vti potuiſſet. Ita tradunt omnes, quos ſtatim commemorabo. In perſonis priuatis ſufficit curſus decem annorum, vt dicãtur amiſiſſe priuilegium. ſicuti affirmant Felinus in d. c. cum acceſſiſſent. numero 25. de conſti. & ibidem Decius. numero 16. Abbas conſilio 61. nu. 7. libro ſecundo, Baldus in tract. de præſcriptionibus in quarta particula, quartæ partis principalis. quæſt. 4. limit. 3. Puteus in deciſ. 252. lib. 3. In eccleſia verò requiritur curſus quadraginta annorum: ſicuti ſcribunt idem Feli. in d. c. cum acceſſiſſent. nume. 27. verſ. hanc limitationem. & nume. 29. verſ. tertiò limita. Decius in cap. ſi de terra. num. 22. de priuileg. Abbas & Baldus præcitatis in locis. & ſi ipſemet Decius in d. c. cum acceſſiſſent. nume. 17. diſſentiat. Et hæc quidem declaratio intelligitur, ſecundum prædictos, quando euenit caſus vtendi ipſo priuilegio: ſecus ſi non euenit. Idem late affirmat Verallus in deciſ. 379. par. 2.

## PRÆSVMPT. XLII.

### Domicilij mutatio an & quando præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Domicilium quando quis mutaſſe præſumatar,*
*2 Habitatio & domicilium quid differant.*
*3 Domicilium triplex eſt, naturale, accidentale & commune.*
*4 Domicilium naturale quod dicatur, & an mutari poſſit. num. 5.*
*Et ſic deſertione eius commoda perdi poſſunt. num. 6.*
*7 Priuilegium conceſſum ciuibus originarijs non competit ijs, qui à ciuitate & loco ſuæ originis receſſerunt.*
*8 Domicilium naturale mutari poteſt transferendo habitationem & domicilium ad locum dominantis.*
*9 Domicilium accidentale dicitur, quod aſſumptione comparatur, & domicilium habitationis vocatur, & incolas facit.*
*10 Incola verè is dicitur, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit.*
*11 Domicilium accidentale à quolibet amitti poteſt pro voluntatis arbitrio.*
*Eius autem mutatio regulariter non præſumitur. num. 12.*
*13 Mutatio cùm ſit accidens, nunquam præſumitur.*
*14 Domicilium mutaſſe præſumitur, qui è loco receſſit cum ſuis rebus.*
*15 Domicilium commune quod dicatur.*
*Roma dicitur communis patria. ibid.*
*16 Domicilium commune eiſdem amitti poteſt modis, quib. naturale & accidentale.*

1 CVM de volũtatis † mutatione hactenus dictum ſit, nunc diſſerendum eſt, an & quando habitatio ſeu verius domicilium mutatum præſumatur? Hæc diſceptatio aliquam habet affinitatem cum illa, quam explicauimus in libro ſecundo, de arbitrariis iudicum caſu. 86. quando ſcilicet dicatur atq; præſumatur quis contraxiſſe aliquo in loco domicilium: Et qua quidem de re alia deinde nonnulla ſcripſit Maſcardus in Tract. de probationibus, concl. 534.

2 Et primùm † dicendum eſt, habitationem & domicilium inter ſe differre. Nam domicilium habere quis dicitur in loco, qui animo ibi commorandi perpetuò habitat. Is verò qui pro tempore aliqua ex cauſa, puta ſtudiorum, vel litis, vel ſimili commoratur, habitare dicitur. Ita probat. l. 1. §. habitare. ff. de iis, qui deiecer. vel effud. quo loci Albericus in ſpecie annotauit. Sic & glo. in l. hęres abſens. §. primo, in verbo, domicilium. ff. de iud. Bart. in l. 4. §. Prætor ait. numer. 9. ff. de damno infecto, Ruin. in conſ. 86. num. 1. lib. 5.

3 Porrò † domicilium triplex eſt, naturale, accidentale & commu

communne.Ita Maria. Socinus Sen.in c. licet ratione. num. 11.de foro compet. quem ſecuti ſunt Alciatus in l. prouinciales. nume. 2. de verborum ſignif. & Andreas Gailius in lib.2.obſeruationum.c.36.num.3.

4 Naturale † illud eſſe dicitur, quod ex ipſa natura (inquit Socinus) naturaliter venit: ſeu quod naſcitur, vt natiuitatis propriæ: vel etiam paternæ.l.ciues.vbi glo.C.de incolis. Hoc domicilium mutari non poteſt. l. aſſumptio in prin.ff.ad municip.& orig.lib. 10. & ſcripſerunt Bar. in d.l. aſſumptio.in prin.Alex.in conſilio 34. numero 4.libro quinto.Maria. Socinus in d.cap. licet ratione. numero 51.Decius in conſil.283.in fi. Soc.Sen. in Rub. ff. ſoluto matr. numero 23.& in conſilio 79.libro quarto, & alios retuli ac ſecutus ſum in conſil. 80. numero 10.libro primo. Et accedit nunc Andreas Gailius in d.cap.36.numero quinto.

5 Cæterùm prædicta † ſententia intelligitur ac locum habet quò ad munera & honores,& ſic onera perſonalia:Secus eſt,quò ad iuriſdictionem. Nam illud amittit, ſi aliò domicilium transferat.vt Gailius præcitato in loco poſt Socinum
6 ſcribit. Et † rurſus (inquit Gailius) domicilium originis mutari quidem non poteſt, ſed deſertione perdi eius commo-
7 da poſſunt Afflictus in deciſ.384. nume.9. Et ideò † priuilegium conceſſum ciuibus originarijs non competit ijs, qui à ciuitate & loco ſuæ originis receſſerunt,vt ſcribunt Docto. in rub. ff. ſoluto matr. & alij congeſti à Natta in conſilio
8 139. numero 14.libro primo. Rurſus mutari † poteſt, transferendo habitationem & domicilium ad locum dominantis. Ita declarat Socin. Sen. in rub. ff.ſoluto matr. numero 23. & idem in conſil.129. nume. . . lib.1.& in conſil. 302. libro ſecundo.

9 Domicilium accidentale † eſt, quod aſſumptione comparatur, & domicilium habitationis vocatur, & incolas facit.Ita Maria.Socinus in dicto capitulo licet ratione.numero 11.in fine, & Gailius in dicto capitulo trigeſimoſexto,
10 numero tertio, qui quidem Gailius † ſcribit, verum incolam dici, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit.l. domicilium. ff. ad municip.& l. pupillus. §. incola. de verborum ſignifica. vbi Alciatus, & Rebuffus, qui quidem Rebuffus multa de incolis ſcriptum reliquit.

11 Et pro voluntatis † arbitrio domicilium hoc accidentale amittere quilibet poteſt.Bar.in d.l.aſſumptio. in prin. ff. ad municip.Baldus in rub.C.ſi à non compe.iud. Socin.Sen. in conſil.79. nume.7.lib.4.Ruinus in conſilio 110. numero quinto, libro 4. Alciatus in reſp. 464. Non putaui.numero tertio, ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem: & ſenſit. Tiraq.in Tract.de retractu conſan.§.9.glo. 2.num. 25.& num.26.

12 Huius domicilij mutatio † regulariter non præſumitur: ſicuti ſenſerunt Bar. in d.l.aſſumptio.§.vlt. ff. ad municipal. & Alciatus.in d.l.pupillus.§. incola.in fi.de verbor. ſignific. alios,qui hoc non ſcripſerunt,recenſet Maſcardus in d.concluſ. 534. numero primo.

13 Et huius † quidem regulæ ratio eſt, quia mutatio eſt accidens quoddam, quod non præſumitur, vt dixi ſuprà in præſum. 37.

Cæterùm ab hac regula receditur contrarijs præſumptionibus & coniecturis.

14 Et prima † quidem coniectura eſt,quando quis è loco recedit cum ſuis rebus,præſumitur habere animum mutandi domicilium.Ita Bar.in d.l.aſſumptio.§. vlt. ff. ad municip.& in l.prædia. §. 1. ff. de fundo inſtructo inſtrumentóque leg. ſenſit Baldus in rub.C.ſi à non compe.iud.Maria. Soc.in d.c. licet ratione.num.25.& 54.verſi.ſed quando. Alex.conſil.34. nume.4.lib.5. Pariſius in conſilio 12.num.13.& in conſil.34. nu.20.li.3.&Andreas Gailius in d.li.2.obſeruatio.c.35.in fine.

15 Domicilium † commune dicitur,vt Roma, quæ dicta eſt communis patria.l.Roma.ff.ad municip.Ita Maria. Soc.d.c. licet ratione,num.11.& Gailius in d.c. 36.num. 3. qui dixit, Imperium eſſe communem domicilium omnium, qui ſub ipſo imperio ſunt.Crediderim dici poſſe, domicilium commune propterea quod contrahitur non ſolum origine, ſed etiam longa habitatione.

16 Et † ideò ſic eiſdem amitti poteſt modis, quibus naturale,& accidentale.

## PRÆSVMPT. XLIII.

### Finium mutationem non præſumi.

SVMMARIVM.

1 *Finium mutatio non præſumitur, & vbi olim fuerunt termini, ibidem & nunc eſſe cenſentur.*
2 *Termini poſiti ab homine ſunt quidem mutabiles, ſed qui ſunt à natura ſecus.*
3 *Confines territorij præſumuntur ſe extendere vſque quò antiquitus extendebantur.*
4 *Confines coniecturis & præſumptionibus probari.*

1 Congruus eſt locus iſte, vt explicemus, finium † mutationem non præſumi. Imò vbi olim fuerunt termini ibidem & nunc eſſe præſumuntur. Ita manifeſtè probant text.in l.in finalibus.ff. finium regund. & in l. 2. C. eo. & ibidem gloſſa: & in ſpecie hanc præſumptionem annotarunt Alciatus in Tract.de præſumpt.reg.2.præſumpt.13.& Hier.de Monte in Tract.de finibus regundis.c. 21. & ante eos Lucas de penna in l.3.col.5.verſ.163. præſumpt.C.de apochis pub.libr.10. Et
2 tradunt omnes in d. l. in finalibus. quo † loci inter cæteros Baldus ſcriptum reliquit, quod termini poſiti ab homine ſunt quidem mutabiles,ſed illi,qui à natura ſunt ſicuti montes & flumina,immutabiles præſumuntur.Qua de re copioſè diſſerit Hier.de monte in d.Tract.c.24.

3 Hinc † reſpondit Alex.in conſ.25.colum.1.& in conſ.57. in fine.libro 7. quòd confines territorij præſumuntur ſe extendere vſque quo antiquitus extendebantur. Quocirca male ſenſit Boſſius in Tract. cauſarum Criminalium, in tit. de principa.num. 209. cùm dixit, fines præteriti temporis non præſumi eoſdem cum præſentibus. Alia ſcribunt Floria.in d. l.in finalibus, & Montanus in d.c.21. Cæterùm ab hac præſumptione receditur per contrarias præſumptiones & con-
4 iecturas, quibus † fines ipſi ſolent probari: ſicuti tradunt omnes in c. cum cauſam.de proba. & copioſè Montanus in d. Tract.de finibus regundis.c.50. & alios congeſſi in conſ. 147.nu.1.libr.2.Quo ſanè in reſponſo recenſui multas coniecturas,quibus fines ipſi probantur. Illas nunc hic repetere atque commemorare ſuperſedeo. Prædictis tantum addo Decianum in conſ.17.num.6.lib.3.

## PRÆSVMPT. XLIIII.

### Morbo infirmitatéve aliqua affectus ſemel, an in eodē morbo perſeuerare atque perſiſtere præſumatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Morbo ſui natura ſanabili affectus an præſumatur in eodem morbo perſeuerare atque perſiſtere.*
*Et quid ſi morbus eſt ſui natura perpetuus & inſanabilis. nu.2.*
3 *C. Cæſar morbo comitiali laborabat.*
4 *Hercules morbo comitiali affectus fuit, & ab Ariſt. appellatur hic morbus herculeus ab ipſo Hercule.*
5 *Morbo comitiali ſemel affectus ſemper præſumitur affectus, quia eſt ſui natura inſanabilis.*
6 *Accidentia non præſumuntur.*
7 *Dementiæ furoris morbo ſemel affectus, perpetuò eodem morbo laborare præſumitur.*

De mutatione malæ valetudinis in bonam hoc in loco ſatis congruo differendum eſt. Hac in diſputatione diſtingui ſolent duo caſus.
1 Primus eſt, quando † quis laborauit morbo aliquo ſui natura ſanabili atque curabili, vt febri ſimiliq́; Hoc in caſu ſcribit Alciatus in Tract.de præſumptio.reg.2. præſumpt. 19. eſſe opiniones inter Doctores: cum Inno. Baldus & compoſtellanus in cap.Cum inter canonicos. de elect.ſenſerint,hodie non præſumi illum eodem morbo affectum. Contra verò ſcripſerint Ioan. Andreæ, Butrius, Abbas



Abbas & Imola. Et quamquam ex præcitatis Doctoribus ab Alciato vix vnus ſit Butrius. num. 23.qui caſum hunc attingit (Baldus enim quid ſibi velit non ſatis explicat) attamen ego ſequor opinionem, quam video placuiſſe & ipſi Alciato,nempè,hunc non præſumi hodie eodem morbo detineri. Quod intelligerem, ſi modo tantum temporis elapſum eſt,quo conſueuit morbus ille curari & ſanitati priſtinæ eo affectus reſtitui.

2 Secundus eſt caſus,cū † morbus eſt ſui natura perpetuus & inſanabilis,Hoc ſanè in caſu verè præſumitur,quod eo ſemel affectus, adhuc eo affectus ſit. Ita ſanè docuit Alc. in d.præſump.19.ex ſententia omnium in d.c.cum inter Canonicos, præſertim Abbatis. nu. 7. & Butrij.nu.23.& idem ſenſerunt Alex.in conſil.141.num. 4. lib.1. Barb.in c.vlt.de ſucceſſ.ab inteſta.& alij,quos in ſubſequenti præſumptione in primo caſu commemorabo. Et huius caſus exempla adferri poſſunt
3 multa. Vnum eſt in † morbo comitiali, quem noſtri caducum, alij epilepticum appellant. Quo laboraſſe legimus.C. Cæſarem, vt ſcriptum reliquit Suetonius in Iulio Cæſare.
4 cap.30.Et Herculem hoc † laboraſſe morbo meminit Ariſtoteles in Problem. primo ſect. 30. qui ait, morbum hunc Herculeum ab Hercule ipſo fuiſſe appellatum.

5 Hoc ſanè comitiali † morbo, qui ſemel eſt affectus præſumitur perpetuè affectus: cum ſui natura inſanabilis ſit: ſicuti atteſtatur Celſus libro 3.cap.22.

Et hoc exemplū probari creditur in c.1.7.q.2.& in d.c. cū inter canonicos.de elect.ſed verè non probant,ſi diligenter perpendantur atque conſiderētur. Rectius probari ea ratione poteſt, quod ſanitas huius morbi eſt quoddam accidens
6 contra ipſius morbi naturam. Accidentia autem, vt † ſæpè dictum fuit ſupra,non præſumuntur.

7 Eſt idem in morbo † dementiæ & furoris. Nam eo ſemel affectus perpetuò eo laborare præſumitur. Ita cenſuerunt gloſſa in cap.indicas.3. q. 8. & in cap.vlt.de ſucceſſ. ab inteſta. Et eo loci inter cæteros Ancha. qui ſcripſit, ſe ita conſuluiſſe, vt verè conſuluit in conſilio 5.numero quinto, & huius ſententiæ alios plures ſtatim in ſubſequenti præſumptione commemorabimus.

## PRÆSVMPT. XLV.

### Furioſus, inſanus, demens & mentecaptus, an & quando quis præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus, inſanus,demens aut mentecaptus an & quando quis præſumatur.*
*Et quid differant, furioſus, inſanus, demens & mentecaptus. num. 2.*
3 *Inſania appellatur phreneſis,quæ tunc eſſe dicitur quando continua dementia eſſe incipit: aut cùm æger quamuis adhuc ſapit,tamen quaſdam varias imaginationes accipit.*
4 *Phrenetici alij hilares ſunt,alij triſtes, alij facilius continentur, & intra verba deſipiunt: & diuerſæ quidem naturæ ſunt.*
*Et qui ſint laqueis vinciendi. num. 5.*
6 *Demens dicitur is, qui eſt mente diminuta, & ſic mente caret.*
7 *Mentecaptus eſt idem quod demens.*
8 *Stultus dicitur, qui imprudens, improuidus,incautus, & ineptus eſt.*
*Et quid differat à fatuo. ibid.& ſeq.*
9 *Fatuus dicitur,qui omninò deſipit,ſtultus verò qui aliquid ſapit.*
10 *Phreneticus is dicitur, qui habet mentem læſam, & aliquando ſine cauſa obliuionem patitur.*
11 *Furioſus is eſt, qui furijs quodammodo agitatur, & rabie angitur: vnde nec ſibi nec alijs parcit.*
12 *Nabuchodonoſor Rex furioſus extitit, qui ſibi ipſi non parcebat.*
13 *Athamas Aeoli filius furioſus furijs à Iunone immiſſis vſque adeo correptus fuit, vt Learchum filium interfecerit.*
14 *Timantes Cleoneus Athleta ſenio confectus in furorem lapſus ſeipſum interfecit, ex eo quòd complicare non poterat arcū, quem iuuenis intendebat.*
15 *Furioſus etiam is dicitur,qui mentis lumine & ſenſu caret.*
16 *Demens eſt, qui non vſque quaque, ſed ex parte tantum mentis errore ducitur.*
17 *Furioſi, inſani, mentecapti, dementes, & ijs ſimiles in multis æquiparantur & mararones appellantur à Cel. Rhodig.*
18 *Furioſus is non præſumitur, quem non conſtat antea furore agitatum fuiſſe, ſed ſanæ mentis cenſetur.*
19 *Homines ſui natura ſunt ſanæ mentis.*
20 *Aſſerenti aliquem furioſum incumbit onus probandi: Et coniecturis vel ſignis id probare poteſt. num. 22.*
21 *Teſtibus atteſtantibus aliquem eſſe ſanæ mentis magis creditur, quàm atteſtantibus eſſe inſanæ mentis.*
23 *Iudex in iudicando aliquem furioſum plenam adhibere debet cauſæ cognitionem, cùm multis tales ſe fingant.*
24 *Furioſus is præſumitur, qui per vicos more inſanorum loquitur, vel deridendo vadit.*
*Idem ſi proijcit lapides ſine cauſa per viam. num. 25.*
*Idem ſi incedit via lutoſa,cum bona poſſet incedere num. 26.*
*Idem de eo,qui tenetur in compedib.vt furioſus.num.27.*
28 *Charileus Meander ob dementiam in vinculis à fratre detinebatur.*
29 *Furoris & dementiæ ſignum & coniectura eſt,quando quis iuſſit cadauer ſuum in mare proijci.*
*Idem quando quis nomen ſuum ignorat. num.30.*
31 *Meſſala Coruinus ſui nominis ob mentis alienationem oblitus fuit.*
32 *Orbilius grammaticus ſui quoque nominis oblitus traditur.*
33 *Athenis vir quidem eruditiſ. ictu lapidis in capite percuſſus literarum,quarum doctiſ.erat,memoriam amiſit.*
34 *Georgium Trapezuntium & Franciſcum Barbarum Senio confectos,literarum,quarum eruditiſſimi fuerunt, omnino oblitos fuiſſe fertur.*
35 *Philippus Decius adeò ſenectute emarcuiſſe fertur vt nullus legū, aut paragraphi recordaretur.*
36 *Furioſus vel demens is præſumitur qui de vna re interrogatus de altera reſpondet.*
*Idem ſi infirmus prohibet vel ſpernit medicinas in infirmitate ſibi à medicis ordinatas. num. 37.*
*Sed teſtes deponentes de huiuſmodi dementia atteſtari debent, illum recuſaſſe ac ſpreuiſſe medicinas ob inſaniam vel furorem quo agitabatur.num.38.*
39 *Furoris & dementiæ ſignum eſt, quando quis loquitur verba inordinata, fatua, & talia,quæ ab homine ſanæ mentis proferri non ſolent.*
40 *Carolus VI. Rex Francorum cùm inſanire incæpiſſet,verba parum ſibi conuenientia atque inordinata loqui conſueuit.*
41 *Furioſus vel demens is præſumitur,qui iuſſit cadauer ſuum ſepeliri cum ſonis & cantibus.*
42 *Ludouicus Corteſius Doctor patauinus iuſſit corpus ſuum ſepeliri debere cum ſonis & cantib. & familiam ſuam indui debere colore roſaceo:quod ab hæredib.adimpletum fuit.*
*Et an fuerit hoc ſignum fatuitatis. num. 43.*
44 *Furioſus vel demens is cenſetur, cui tanquam furioſo vel dementi datus eſt curator.*
*Idem quando quis habitus & reputatus eſt pro furioſo vel demente à parentibus vel vicinis. num. 45.*
*Idem quando teſtes deponerent, quòd ita ab omnibus habebatur pro demente vel furioſo. num. 46.*
*Idem quando quis turpia & inhoneſta publicè facit.num. 47.*
*Idem quando quis imaginib. fallitur. num. 48.*
49 *Theofilus medicus infirmitate detentus, in angulis domus occinentes arbitrabatur adeſſe tibicines & cantores.*
50 *Infirmus quidam Romæ occluſis ædibus,de feneſtris vaſa tranſeuntibus oſtendebat,ſciſcitans an eliderent.*
51 *Galenus dum puer eſſet, & febri quateretur, ex cubili prominentes atro colore feſtuculas videre ſe opinabatur, & veſtes floccorum plenas.*
52 *Tyraſelli inſania maximam, à qua abſolutus narrabat ſe nūquam vixiſſe iucundius.*
53 *Bernardinus quidam patauinus huiuſmodi inſania laboraſſe fertur, quòd diceret ſe videre equitem ingredientem cubile ſuum è ſpecula.*
54 *Acco mulier dum ſe in ſpeculari contemplaretur, imaginem ſuam perinde ac mulierem alterna alloquebatur.*
55 *Agrigentini quidam ob ebrietatem eò dementiæ peruenerunt, vt cre*

*vt crederent, ſe in naui eſſe & naufragium pati, & bona omnia, omnemq; ſupellectilem è ſpecula in viam proijciebaut exiſtimantes nauim exonerare.*

56 *Iacobus Garzia Hiſpanus ſacerdos, & bonarum literarum eruditus, hoc morbo laborabat, vt crederet ſe ab inimicis ſuis perſequi ſemper.*

57 *Furoris vel dementiæ ſignum & coniectura eſt, quando quis vno propè tempore bona ſua dilapidauit, ea vendendo vili pretio, vel ſine cauſa donando.*

*Idem quando quis facit actus, quos nemo ſanæ mentis faceret. num. 58.*

59 *Furioſus is adhuc præſumitur, quem conſtat furore, dementia, vel inſania affectum fuiſſe, & non conſtat conſueuiſſe habere dilucida interualla.*

60 *Inſani & dementes aliquando loquuntur verba ſanæ mentis, & aliquando aliqua ſigna prudentiæ faciunt, non tamen deſinunt eſſe dementes.*

61 *Actum aliquem fuiſſe geſtum à furioſo ſi quis probare velit, debet probare, quòd tempore actus geſti is erat furioſus.*

*Declara, vt num. 62.*

63 *Furioſus ſi habet dilucida interualla, ſi dubitatur an actus ab ipſo geſtus, ſit geſtus tempore furoris vel interualli, in dubio præſumitur geſtus tempore furoris.*

*Et qui dicit fuiſſe geſtum tempore dilucidi interualli, probare id debet. ibid.*

64 *Furoris morbus cùm ſit inſanabilis præſumitur durare omni tempore, & dilucida interualla cùm ſint per accidens, probari debent per aſſerentem illa.*

65 *Accidentia non præſumuntur, & illa allegans, probare ea debet.*

66 *Actus geſtus à furioſo vel demente, ſi eſt ita bene geſtus, vt appareat non eſſe actum furioſi vel dementis, ſuſtinetur.*

*Secus ſi non habet dilucida interualla. num. 68.*

67 *Teſtamentum factum ab eo, qui habet dilucida interualla, præſumitur potius factum tempore ſanæ mentis, quam quando furore agitabatur, ſi eſt ſolenniter conditum.*

69 *Actus præſumitur factus tempore ſanæ mentis, quando tempus confecti actus erat multum remotum à tempore, quo is furore vexabatur.*

1 QVæ ad finem præcedentis † præſumptionis
ſcripſi efficiunt, vt hoc loco explicem an &
quando quis furioſus, inſanus, demens &
mentecaptus præſumatur.

Hac de re ſcripſerunt multa duo ex recentioribus nempè Mantica in Tract. de coniecturis vltimarũ voluntatum. lib. 2. tit. 5. & Maſcard. in Tract. de probationibus. in concluſ. 508. & in conclu. 824. cum duabus ſequentibus. Dicam & ego nunc, quæ ante eos obſeruaueram ac ſcriptis commendaueram. Illud autem omnium primum dicendum atque obſeruandum eſt, furioſum, inſa-
2 num, † dementem & mentecaptum inter ſe non parum
differre. Furioſum diſtare ab inſano exiſtimauit Cicero in lib. 3. Tuſculla. cuius verba adſcripſi. *Itaque non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit: Inſaniam enim eſſe cenſuerunt inconſtantiam ſanitate vacantem, qua tamen poſſet, tueri officium, & vitæ commune cultum atque vſitatum. Furorem autem rati ſunt mentis ab omnia cæcitatem. Quod cum maius eſſe videntur quàm inſania, tamen eiuſmodi eſt, vt furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania.*

Hæc Cicero. Porrò Cornelius Celſus in libro tertio. de re medica. cap. 18. inſaniam triplicem facit primam
3 † appellat phreneſim quàm tunc eſſe dicit: *quando continua dementia eſſe incipit: aut cùm æger quamuis adhuc ſapit, tamen quaſdam varias imaginationes accipit. Perfecta eſt vbi mens illis imaginibus addicta eſt. Eius autem plura genera ſunt. Si qui-*
4 *dem ex † phreneticis alij hilares, alij triſtes ſunt, alij facilius*
*continentur, & intra verba deſipiunt, alij conſurgunt & violenter quadam manu faciunt: atque ex his ipſis alij nihil niſi impetu peccant, alij etiam artes adhibent ſummamq; ſpem ſanitatis in captandis maiorum operum occaſionibus præbent, ſed exitu deprahenduntur. Ex his autem eos, qui intra verba deſipiunt, aut leuiter etiam manu peccant, onerare aſperioribus coërcionibus ſuperuacaneum eſt. Eos vero, qui † violentius ſe gerunt*
5 *vincire conuenit, ne vel alteri, vel ſibi noceant. Neque credendum eſt ſi vinctus aliquis dum leuari vinculis cupit, ſanum iam ſe fingat, quamuis prudenter & miſerabiliter loquatur: quoniam is dolus inſanientis eſt. Alterum* (ita poſt aliqua ſubiunxit idem Celſus) *genus inſaniæ eſt, quod ſpacium longius recipit: quia ferè ſine febre incipit, leues deinde febriculas excitat, & conſiſtit in triſtitia, quam videtur bilis atra contrahere. Tertium inſaniæ genus* (*adiunxit Celſus*) *eſt ex his longiſſimum, adeò vt vitam ipſam non impediat, quod robuſti corporis eſſe conſueuit. Huius autem ipſius ſpecies duæ ſunt. Nam quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem inſanientem Ayacem vel Oreſtem poëtarum fabulæ ferunt: quidam animo deſipiunt.*

6 Hæc Celſus. Demens verò † dicitur, qui eſt mente di-
minuta, atque ita qui mente caret. Ita idem M. Cicero lib. 3. Tuſcula. his verbis.

*Nec minus illud acutè quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam eandemq; dementiam.*

7 Hæc Cicero. Et cum mentecaptus † non alia ratione
ſit dictus quàm quod capta ei ſit mens, dicendum eſt, mentecaptum à demente nil differre. Nam & is mentecaptus dicitur (ſi Feſto credimus) quum ei mens è ſua poteſtate abijt: ſicuti & demens, qui (vt diximus) mente caret. ſtul-
8 tus † dicitur is, qui imprudens, improuidus, in cautus, vel
9 ineptus eſt. Et ſtultus à fatuo in eo differt, quod † fatuus
eſt is, qui omninò deſipit: ſtultus verò qui aliquid ſapit. Ita Afranius, cuius verba hæc ſunt. *Ego ſtultum me exiſtimo, fatuum eſſe non opinor.*

10 Phreneticus † is eſt, qui habet mentem læſam, & aliquan-
do ſine cauſa obliuionem patitur. De hac phreneſi multa ad rem noſtram ſcripſit Rodericus Suarez Hiſpanus in alleg. 1. num. 6. & nonnulla ego ipſe congeſſi in conſil. 82. nu.
11 221. lib. 1. Interpretes noſtri permulti dixerunt; † furioſum
illum eſſe, qui furijs quodammodo agitatur, & rabie agitur: & propterea nec ſibi nec alijs parcit. Ita Baldus in l. ſedet milites. §. iam autem. ff. de excuſat. tuto. in l. furioſi. C. de nuptijs, & in l. humanitatis. column. 3. verſicul. venio ad quartum nota. C. de impub. & alijs ſubſtit. Iaſon in l. furioſum. num. 2. C. qui teſta. facere poſſunt: & ibidem Dec. num. 2. Pariſius in conſil. 87. num. 10. & in conſil. 88. nume. 7. lib. 3. & Gramma. in conſil. 16. numer. 14. in criminalib. Hos (vt diximus ſuprà) Celſus appellat phreneticos violenter ſe
12 gerentes. Horum vnus † extitit ille Nabuchodonoſor Rex,
qui ſibi ipſi non parcebat; vt legitur Danielis cap. 4. & rela-
13 tum eſt in capit. Nabuchodonoſor. 23. q. 4. Ita pariter † fu-
rioſus exiſtimatus fuit Athamas Æoli filius, qui furijs à Iunone immiſſis vſque adeò correptus eſt, vt Learchum filium interfecerit. Auctor eſt Plinius in lib. 34. natural. hiſto. capit. 14. His ſimiles commemorat Cælius Rhodiginus in lib. 17. antiq. lectio. cap. 2. & idem in lib. 6. cap. 15. re-
14 cenſet Timantem † Cleoneum athletam ſerio confectum
in furorem lapſum ſeipſum inter feciſſe, propterea quod complicare non poterat arcum, quem iuuenis intendebat.
15 Aliqui † etiam ex noſtris ſcripſerunt, furioſum dici illum,
qui mentis ad omnia lumine, ideſt, ſenſu communi caret. Ita ſanè Franc. Hotomanus in Commentarijs verborum iu-
16 ris in verbo, furioſus. Dementem † verò eſſe dixit, qui non
vſquequaque, ſed ex parte tantum mentis errore ducitur, velut is, de quo Diuus Pius in l. his, qui. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Et verè furioſus à demente paſſim diſtinguitur. in l. 2. ff. de inoff. teſta. in l. Nec mandant. §. 1. ff. de tuto. & cu-
17 ra. datis ab his. & in l. vlt. C. de adm. tuto. In multis † tamen
æquiparantur furioſi, dementes, ſtulti & ijs ſimiles, vt poſt alios latè ſcribit Boer. q. 23. nu. 42. Pariſ. in conſ. 87. nu. 11. & conſil. 88. num. 7. lib. 3. qui tamen. num. 38. intelligit de illis inſanis & de mentecaptis, qui omninò carent bona ſenſu: ſecus ſi aliquis eſſet ſolum groſſolanus, vt noſtri vulgò appellant. Et Macarones hos appellat Cœlius Rhodig. lib. 17. antiq. lect. cap. 3. in fi.

His expoſitis, dicendum nunc eſt an & quando quis præſumatur furioſus, demens, &c. Qua in re conſtituendi ſunt tres caſus.

18 Primus eſt, quando † nòn conſtat eum, de quo quæritur,
antea furore agitatum fuiſſe. Hoc ſanè caſu furioſus is non præſumitur: ſed ſanæ mentis. Ita ſcripſerunt gloſſa in c. vlt. in vèrbo, compotem. de ſucceſſ. ab inteſta. Bart. in l. filium. ff.





de acq. hæred. Baldus in l. quidam in ſuo in ſecundo notab. ff. de cond. inſtit. & in l. nec codicillos. C. de codicillis. Cardinal. Zabarella in clem. penult. q. 2. de homicid. & in conſ. 56. caſus ſuper quo. col. 2. Maria. Soc. Sen. in conſ. 42. num. 1. lib. 1. Corne. in conſil. 219. col. pen. lib. 1. Decius in d. l. furioſum. nu. 19. C. qui teſta. facere poſſ. & in conſ. 448. nu. 9. & in conſ. 489. in fin. Ruin. in conſ. 67. nu. 1. lib. 1. Pariſ. in conſ. 88. nu. 8. lib. 3. & Bellonus in conſ. 69. num. 9.

Quæ ſanè ſententia probatur in d. l. nec codicillos: proba-
19 tur & ratione, nempè, quòd † natura ipſa parit homines ſa-
20 næ mentis: & ideò † qui aſſerit aliquem eſſe inſanum repu-
gnat ipſi naturæ, atque ita ei aduerſatur præſumptio, quæ à natura ipſa deſcendit. Et quæ quidem præſumptio eum probationis onere grauat, vt diximus ſuprà lib. 1. q. 33.

21 Hinc fit, vt magis † credatur teſtibus atteſtãtibus aliquem
eſſe ſanæ quàm inſanæ mentis: cum atteſtationes illæ conueniant & naturæ & ipſi iuri communi: ſicuti in ſpecie reſpondit Corn. in d. conſ. 219. col. pen. lib. 1. quem ſecuti ſunt Dec. in d. l. furioſum. num. 20. C. qui teſta. facere poſſ. & in conſil. 448. nu. 11. & eodem in caſu cum Decio idem reſpondit Pariſ. in conſ. 88. nu. 23. lib. 3. Ita etiam Boër. in q. 23. num. 9. & Socin. Iunior in conſ. 133. num. 15. lib. 2. ſic & hoc caſu credi poteſt notario ſcribenti in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis cum teſtaretur: & ſi aliàs non creditur vt dicam infra. Diſſentit tamen aliquot rationibus ab hac traditione Zuarez Hiſpa. alleg. 1. num. 17.

22 Cum ergo is qui aſſerit † aliquem eſſe furioſum vel de-
mentem, teneatur furorem & dementiam probare, ea poterit coniecturis ſeu ſignis & præſumptionibus, quæ ea inferunt probari: ſicuti tradũt interpretes permulti, quos ſtatim commemorabo. Et in ſpecie Alciat. in Tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 38. & Robertus Maranta in l. is poteſt. nu. 128. ff. de
23 acq. hæred. Erit † tamen adhibenda plena cauſæ cognitio, in
iudicando aliquem eſſe furioſum: cum multi tales ſe fingant. Ita Dec. in d. l. furioſum. num. 26. idem in conſ. 448. num. 2. Boër. q. 23. num. 41.

24 Primum eſt ſignum coniectura, cùm † quis per vicos more
inſanorum loquitur, vel deridendo vadit. Hanc coniecturam facit Vlpianus in l. ob quæ vitia. ff. de edilitio edicto, quo loci Angelus ſummoperè annotandum cenſuit. Et idem Angelus in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. Idem ſcripſerunt Signorolus in conſ. 155. nu. 4. Iaſon in l. furioſum. nu. 4. C. qui teſta. facere poſſunt. & ibidem Decius. num. 29.

25 Secundum ſignum & coniectura eſt, quando † quis proii-
cit lapides per viam: is enim furioſus demenſuè præſumitur. Ita ſcribunt glo. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſoluto matr. & ibidem Bald. & Angelus, Iaſon in d. l. furioſum. nu. 4. & ibidem Decius. nu. 29. Idem conſ. 448. nu. 33. Gramma. in conſ. 16. num. 11. in crim. Rui. in conſ. 67. nu. 8. lib. 1. Pariſ. in conſ. 87. nu. 5. lib. 3. qui ambo de eadem facti ſpecie reſponderunt. Idem Pariſ. conſ. 88. nu. 68. lib. 3. & Raudenſis in commentariis de Analogis. cap. 30. num. 143. qui poſt relatos intelligunt, quando ſine cauſa lapides illos proiiciebat. Cùm interdum contingat ſanos mente proiicere, vt quando cum alio contendit, & ſe ſuaq; defendere conatur. Et ideo teſtes cauti eſſe debent, cum de hoc ſigno & coniectura atteſtantur: vt ſcilicet dicant, quod proiiciebat lapides per viam more hominis inſani: & quod ſanus mente id non feciſſet. Et ſimi-
26 lis † eſt coniectura quando quis via lutoſa incedit cum bona
poſſet incedere, vt reſpondi in conſ. 82. nu. 228. lib. 1.

27 Tertium eſt ſignum & coniectura, cùm quis † tenetur in
compedibus, vt furioſus, iuxta. l. diuus. ff. de off. præſidis. & ibidem Baldus, quem ſecuti ſunt Iaſon in d. l. furioſum. nu. 4. Pariſ. in conſilio 87. numer. 6. lib. 3. & Io. Baptiſta Ferretus in conſ. 207. nu. 11. Et ſcribit Herodotus lib. 3. ſic eueniſſe Cha-
28 rileo Meandro, qui † ob dementiam in vinculis à patre deti-
nebatur. Hoc tamen ſignum non à propria perſona eius, qui creditur furioſus ſumitur: ſed à geſtis aliorum.

29 Quartum eſt ſignum & † coniectura dementiæ quando
quis iuſſit cadauer ſuum in mare proiici. is enim demens, vel furioſus præſumitur. l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſtit. Iaſon in d. l. furioſum. num. 4.

30 Quintum eſt ſignum † & coniectura furoris & dementiæ.
cùm quis nomen ſuum ignorat. Ita Iaſ. in d. l. furioſum. n. 4. ex l. vlt. C. de here. inſt. idem tradit Suarez Hiſp. alleg. 1. n. 4. qui de cæteris, qui memoriam inordinatam habent, ſcribit.

Cæterùm exiſtimarem ego non in omnibus hæc eſſe inſaniam & dementiam: cum permulti ſint inuenti obliuioſi, qui tamen cæteris in rebus peragendis prudentes & mentis compotes erant. Magna quidem mentis alienatio aliquando con-
31 tigit Meſſallæ † Coruino, quem ſui nominis oblitum fuiſſe
ſcripſit Crinitus quem recenſui in commentariis, De arbitrariis iudicum, &c. lib. 2. caſu 26. num. 5. Id quod ſcriptum reliquerunt Solinus Poly. hiſt. ca. 7. & Plinius lib. 7. nat. hiſt. cap.
32 24. Idem de Orbilio. † Beneue. Grammatico traditum eſt à
Suetonio de illuſtr. Gramma. & à Crinito, quem mox reci-
33 taui. Ita quoque † obſeruatum eſt, virum quendam eruditiſſi-
mum Athenis ictu lapidis in capite percuſſum literarũ, quarum doctiſſimus erat, memoriam amiſiſſe: reliqua verò tenaciſſima memoria retinens, auctor eſt Valerius Max. lib. 1. cap. 8. ſcriptum quoque reliquit Volater. lib. 21. Anthrop. Geor-
34 gium † Trapezuntium & Franciſcum Barbarum Venetum
Senio confectos literarum omnium quarum eruditiſſi. habebantur, omninò oblitos fuiſſe. Non legimus tamen hos aliarũ rerũ fuiſſe imprudentes, vel inſanos, legimus etiam apud Co-
35 raſium in † commentariis ad Areſtum Toloſa. annot. 35. Phi-
lippum Decium adeò ſenectute emarcuiſſe, vt nullius legis aut paragraphi ex iure noſtro recordaretur: imò egrè quidquam latinè loqui poſſet.

36 Sextum eſt ſignum & coniectura, quando † quis ad rem
non reſpondet, vt ſi vna de re interrogatur, de altera reſpondeat. Ita Geminia. in cap. 1. §. ſi verò. de cler. ægro. in 6. & in c. filij. de hæret. in 6. illiuſmet iuribus adducti. Et illum ſecuti ſunt Iaſon in d. l. furioſum. num. 4. verſi. item iudicatur. & ibidem Decius. num. 29. verſ. tertiò ſi probetur. & in conſ. 448. num. 2. Gramma. in conſ. 16. num. 9. & 10. in criminal. & bene eruditus Alexan. Raudenſis in præcitatis commentariis, De analogis. cap. 30. num. 156.

37 Septimum eſt ſignum & coniectura † dementiæ vel furo-
ris: cum infirmus prohibet, vel ſpernit medicinas in infirmitate ſibi à Medicis ordinatas. Ita cenſuit gloſ. in c. prouidendum, in verbo, inferas. 83. diſt. quam ſecuti ſunt Iaſon in d. l. furioſum. nu. 4. verſ. item ſi infirmus. C. qui teſta. facere poſſ. Alciatus in l. ſanum. nu. 4. C. de tranſact.

38 Cæterùm admonet † & rectè Alciatus in tract. de præſum-
ptio. reg. 1. præſumpt. 38. in fine, teſtes deponentes de hac inobedientia, atteſtari debere, illum recuſaſſe atque ſpreuiſſe medicinas, ob inſaniam, vel furorem, quo agitabatur: cum facilè fieri poſſit, quod medicinas ſpreuerit, vel ob id quod timeret, ne ſibi plus damni quàm adiumenti ferrent: vel ob earum amaritudinem & ſaporem iniucundum.

38 Octauum eſt ſignum & coniectura, quando quis loquitur
verba inordinata, fatua, & ſimilia, quæ ab homine ſanæ mentis loqui non ſolent. is enim demens, vel furioſus, vel fatuus præſumitur. Ita probat tex. in cap. legimus. 93. diſtin. qui ait, quod fatuus fatua loquitur: & ibidem annotauit gloſ. & idem cenſuit gloſ. in c. Gonſaldus. 17. q. 2. confert & text. in l. apud Iulianum. §. 1. vbi Bart. in primo notab. de leg. 1. idem Bart. in l. nec codicillos. C. de Codicillis. Iaſon in d. l. furioſum. num. 4. verſ. item ex ſermonibus. C. qui teſta. facere poſſ. & ibidem Decius. num. 29. & apertiùs in conſ. 448. nu. 1. & cum Decio eodem in caſu conſultus Pariſ. in conſ. 88. num. 1. lib. 3. Idem ſcripſerunt Suarez Hiſp. alleg. 1. nu. 4. Alciatus in d. præſumptio, 38. Gramma. in conſil. 16. num. 9. in criminal. ſic & Ruinus in conſ. 67. num. 8. lib. 1. qui reſpondit eodem in caſu vnà cum Curtio Iuniore in conſ. 151. num. 7. & Pariſ. in conſil. 87. num. 4. conſ. 88. num. 3. lib. 3. Boer. q. 23. num. 43. Hos ſecutus ſum in conſ. 82. nu. 230. Et inter multa legi aliquando apud
40 Gaguinum lib. 9. hiſto. Franco. Carolum Sextum † Regem
Francorum cum inſanire inciperet, verba parum ſibi cohærentia, atque ita inordinata loqui conſueuiſſe.

41 Nonum eſt ſignum & coniectura, quando quis moriens
iuſſit cadauer ſuum ſepeliri, cum ſonis, & cantibus. Is enim demens præſumitur. Ita Caſtren. in l. quidam in ſuo. num. 3. ff. de cond. inſtit. & in l. non oportet. C. de iis quib. vt indig. qui
42 ſcribit, diſpoſitionem illam Doctoris Patauini † creditam at-
que iudicatam fuiſſe beſtialem, dum ordinauit, corpus ſuum ſepeliri debere cum cantibus & ſonis, & familiam ſuam indui

colore roſaceo, qui tamen ait, voluntatem ipſius Doctoris fuiſſe ab hæredibus obſeruatam: Et ſi ipſe exiſtimet debuiſſe reiici: Et ait Doctorē illum non fuiſſe ſanæ mentis, (ſic enim negatiuè legendum eſſe credo, & ſi corruptè legatur affirmatiuè Caſtrenſis Codex.) Et Caſtrenſem ſecuti ſunt Iaſon in d. l. furioſum. num. 4. in fine. C. qui teſta. facere poſſ. & Roder. Suares alleg. 1. num. 12.

43 Cæterùm † diſſentit Roma. in l. 1. in princ. num. 19. de verb. oblig. qui ſcriptū reliquit, quod imò non erat is Doctor præſumendus demens, ſed ſapiens: cùm iure permiſſum ſit, cadauera ſepeliri debere cum ſonis & cantibus pſallentium. c. qui diuina & cap. vbicunque. 13. q. 2. & Romanum viſi ſunt ſequi Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. col. vlt. ff. ſoluto matr. & Boër. in q. 25. numer. 65. Crediderim Doctorem illum, non fuiſſe inſanum & dementem, vt opinatus eſt Caſtrenſis, cuius legatum & diſpoſitionem minus rectè (vt ſtatim apparebit) retulit: ſed aliquantulum fatuum, vel glorioſum extitiſſe. Hic enim fuit Ludouicus Cortoſius iuriſconſ. Patauinus, qui anno. 1412. die prima Februarij condidit teſtamentum in ſcriptis, cuius authenticum exemplum humanitate Excellentiſſimi. D. Triphonis Pernumiæ iuriſconſulti ſumma mihi amicitia coniuncti perlegi. Is enim Cortoſius, cuius domus eſt mihi nunc vicina, conſcripſit teſtamentum omni ex parte diligente. & prudenter ordinatum, in hoc ſolo viſus eſt ſignificare ſe aliquantulum vel fatuum, vel glorioſum, quod nimis de bonis operibus ſuis confideret: cum eo in teſtamento diſpoſuerit his verbis.

*Item lego pro honorando corporis mei ſepulturam illud, quod videbitur conuenire meis commiſſarijs, Et volo, quod per meos commiſſarios eligantur pulſatores ſeu muſici vſque ad numerum quinquaginta, ſi reperiri potuerint: quibus lego ducatum medium pro quolibet, vt præcedant corpus meum cum tubis, Zaramelis, argis, lautis, cytaris, organis, tympanis, & alijs generibus iſtorum muſicorum pulſantes & canentes:* Gloria in excelſis Deo & *in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et non immeritò hoc lego & ordino.* Primò, *quia ſummus rerum omnium Conditor non me inter bruta computauit: ſed in nobiliori animantium genere: Et in eo genere, non inſimum ſanguine, nec intellectus prærogatiua diminutum.* Nam *eius permiſſione iuris vtriuſque gradum obtinui doctoratus: Non mihi diuitiarum modus defecit: cunctis infortunijs ſuperatis, ad ſenium perueni: vt ſic cuius ætatis ſenſerim mores & commoda pariter & incommoda. Cur ergo lætus non diſcedam? Et (vt ait Tullius de ſenectute,) ô præclarum dictum: cum ad illud diuinorum animorum concilium cætumq́; proficiſcar, atteſtante etiam Ennio, qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus eſt: animos hominum eſſe diuinos, hisq́; cum ex corpore exceßiſſent reditum in cœlum patere, optimo & iuſtiſſimo cuique expeditiſſimum. Cur ergo lachrymis & fletibus decorandum eſt funus, cuius ex morte ſequitur immortalitas? ij ergo me lugeant ſuperuiuentes, quibus charus fui: & qui ex mei morte incommoda patientur. Ego enim lætus iuſtitiam ſeruans, in qua verſatus ſum, quod terreum eſt, terræ relinquo, & ad cætum diuinorum, vnde diſceßi reuerti cogor, gratulando.*

Hactenus Doctor Cortoſius teſtator, qui (vt dixi) aliquantulum fatuus potius vel glorioſus quàm demens & inſanus ſuo hoc legato detegitur. De ſua bonitate nimis confidebat. Nec illud Apoſtoli ſatis perpendit. Nemo ſcit, an dignus ſit gratia, vel odio. De huius Doctoris repertorio, cuius meminit & idem Caſtren. in d. l. ſi quis in ſuo. nume. 3. ita diſpoſuit idem Doctor Cortoſius. *Item volo, & repertorium meum per me compoſitum, quod vocatur,* el Corteſe, *ponatur ad ſtationes Bidellorum, vt quiſque volens poßit habere copiam.* Hæc ille.

Cæterùm ſi res ita ſe haburet, vt Caſtrenſis ſcribit, Doctorem hunc ſtultum & omninò inſanum ego iudicarem, Romani, Alexandri & Boërij opinione reiecta.

Decimum eſt ſignum & coniectura † furoris & dementiæ,
44 quæ ſumitur ex eo, quod datus eſt ei curator tanquam dementi, vel furioſo. Ita Angelus & Salicetus in l. cum te. C. de probat. Alex. in conſ. 92. nu. 4. lib. 5. & in conſ. 147. nu. 9. lib. 7. Corn. in conſ. 21. num. 10. lib. 1. & in conſ. 32. num. 7. lib. 2. Decius in d. l. furioſum. num. 10. C. qui teſta. facere poſſ. & in conſ. 86. nu. 7. & in conſ. 448. nu. 14. & 35. qui ſic econtra arguit, aliquem præſumi & cenſeri ſanæ mentis, quando actus ab eo geſtus fuit confirmatus auctoritate & decreto ſuperioris, qui alioqui paſſus non fuiſſet illum aliquid agere, ſi furioſum, vel dementem cognouiſſet, & idem eodem in caſu cum Decio reſpondit Pariſ. in conſ. 88. nu. 34. lib. 3. Idem cenſuit Boër. in q. 23. num. 80. Verùm coniectura hæc non ſumitur à perſona eius, qui arguitur furioſus: ſed à geſtis aliorum.

45 Vndecimum ſignum cōiectura & † præſumptio eſt, quando quis habitus & reputatus eſt pro furioſo, vel demente à parentibus, vel etiam à vicinis. Ita Baldus in. §. item ſi furioſi. in inſtit. quibus non eſt permiſſum face. teſt. Alex. in conſilio 54. num. 3. lib. 1. & in conſ. 112. num. 5. lib. 5. Decius in d. l. fu-
46 rioſum. num. 30. C. qui teſta. facere poſſ. qui idem eſſe † ſcripſit, quando teſtes atteſtarentur, quod ita ab omnibus habebatur pro demente, vel furioſo. Idem Decius in conſ. 86. nu. 7. & in conſ. 448. nu. 4. Pariſ. in conſ. 87. nu. 7. lib. 3. & Gramma. in d. conſ. 16. nu 12. Et horum traditiones ſum ſecutus in conſ. 82. nu. 231. lib. 1. Hoc tamen ſignum ſicuti & præcedens ſumitur ab aliorum factis, non autem à perſona eius, qui furioſus aſſeritur, ſic demens & ſtultus habitus eſt à ſuis Iuſtinus Imperator, teſte Volaterrano in lib. 11. Antropolog.

47 Duodecimum ſignum & coniectura † dementiæ & furoris ſumitur ex eo, quod quis turpia & inhoneſta publicè facit: ſicuti quando quis paſſim publicè oſtendit pudibunda. Is enim demens, vel furioſus, & inſanus præſumitur. Ita in ſpecie ſcribunt Gramma. in conſil. 16. numer. 8. in criminal. & Boër. q. 23. num. 52.

48 Decimumtertum ſignum & coniectura † furoris, vel dementiæ eſt, cùm quis imaginibus fallitur: ſicuti contigit illis, qui vnum pro altero ſecernere affirmant. Quemadmodum
49 Theophilo artis † medicæ perito euenit. Is enim cum decubuiſſet æger in angulis domus occinentes arbitrabatur adeſſe tibicines & cantores. Ita ex Galeno lib. 3. de morbis commemorat Cælius Rhodig. lib. 17. lect. antiq. cap. 3. Illud etiam
50 ſcribunt, quod accidit Romæ in eo, qui † infirmitate oppreſſus, occluſis ædibus, de feneſtris vaſa tranſeuntibus oſtende-
51 bat, ſciſcitā, an elideret. Et de ſeipſo † Galenus ſcribit, quod dum puer ageret, & æſtiuo tempore febri quateretur, ex cubili prominentes atro colore feſtuculas videre ſe opinabatur, veſtes quoque floccorum plenas. Eſt etiam ad rem no-
52 ſtram illud Thraſylli, qui † ea inſania affectus erat, vt Piræum ingredientes naues ſuas arbitraretur, proinde abeuntes remigantesq́; ingenti applauſu excipiebat: quod ſi aliqua naufragium feciſſet, nihil inde mœroris concipiebat. Hunc fratris cura vbi à morbo abſoluiſſet, narrabat, ſe nunquam vixiſſe iucundius, quàm furoris tempore, quoniam abeſſet triſtitia, voluptas fuſim arrideret. Ita recenſent Ælianus. libr. 4. de varia. hiſto. & Cælius Rhod. in d. c. 3. quos ego commemoraui in
53 conſil. 82. num. 224. quo loci reſpondi † Bernardinum quendam Patauinum inſania laboraſſe, ob id, quod diceret, ſecernere equitem ingredientem cubile ſuum è ſpecula. Imagini-
54 bus quoque fallebatur mulier illa Acco, † cuius meminit ex Plutarcho Cælius Rhodiginus. lib. 17. lect. antiq. cap. 2. quæ quidem dum ſe in ſpeculo contemplabatur imaginem ſuam, perinde ac mulierem alteram alloquebatur, innuebat, ſubmurmurabat, arridebat, interdum comminabatur, ſubblandiebatur, & quidquid confabulantes ſolent numeris omnibus
55 implebat. Eodem in loco † recenſet Cælius, adoleſcentes illos Agrigentinos, qui ob ebrietatem eo dementiæ peruenerant, vt omnino crederent, ſe in naui eſſe & naufragium pati, & propterea bona omnia omnemq́ue ſupellectilem è ſpecula in viam proiiciebant, exiſtimantes, ſe ita nauem exonerare & naufragium euitare poſſe. Imaginationibus quoque falluntur ij, quos perpetuus timor afficit, ne mundus corruat & in præceps feratur, & propterea ſemper de fuga cogitant. Quorum quidem meminit Galenus lib. 3. de interioribus, &
56 Cœlius. d. libr. 17. cap. 2. Cognoui † ego hoc & ſuperioribus annis Iac. Garziam Hiſpanum ſacerdotem eruditum quidem bonarum literarum ac Sacræ Theologiæ, qui hoc inſaniæ morbo laborabat, vt crederet ac ſuſpicaretur ſemper, ſe ab inimicis ſuis perſequi, & illos curare, vt magiſtratus huius ciuitatis eum præhendi curarent, vinctumq́ue vel Romam vel in Hiſpaniam mitterent. Et perſæpè me hortabatur, vt rogarem magiſtratus ipſos, ne ſuis illis perſecutoribus fidem adhiberent, ij enim, qui imaginibus falluntur verè inſani ſunt. Sicuti Cornelius Celſus lib. 3. medicinæ. cap. 18. his ſignificat. Tertium (inquit) inſaniæ genus eſt, cuius ſpecies duæ



ſunt. Nam quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem inſanientem Aiacem, vel Oreſtem poëtarum fabulæ ferunt: quidam animo deſipiunt. Quæ Celſi verba ſupra commemoraui. Et ex noſtris in ſpecie idem ſcribit Suarez in d. alleg. 1. numero 6. qui & hæc Galeni verba recenſet libro. De interioribus.

*Hanc paßionem phræneſis multa præcedunt accidentia: quia imaginationibus eis apparentibus adeò coacti incipiunt clamare, inimici, & ſtupefieri: & aliquando ſine cauſa obliuionem patiuntur.* Hæc Galenus.

Decimumquartum ſignum & coniectura inſaniæ & de-
57 mentiæ eſt, quando † quis vno propè tempore bona ſua dilapidauit, ea vendendo vili pretio, vel ſine cauſa donando. Ita poſt multos reſpondit Pariſius in conſilio 87. numero 19. libro tertio.

58 Decimumquintum ſignum & † coniectura dementiæ eſt, quando quis facit actus, quos nemo ſanæ mentis faceret, vt ille, cuius teſtamentum notarius conſcribebat, in eius faciem exſpuebat, & rogatus vt deſiſteret, adhuc exſpuebat. Sicuti reſpondit Corne. in conſ. 22. num. 8. lib. 4. ſic & dementem ac ſtultum reſpondit idem Corneus in conſ. 319. colum. 2. lib. 1. fuiſſe eum, qui interrogatus à notario conſcribente eius teſtamentum ſibilabat, nec aliter reſpondebat. Ita legi aliquando apud facetiarum ſcriptorem eueniſſe hic Patauij coram huius ciuitatis Prætore, qui ouium paſtorem dementem eſſe iudicauit, ob id, quod interrogatus, quare non perſoluiſſet vectigal publicanis pro ouibus à ſe conductis, & quæ alioqui in commiſſum inciderant, nil aliud reſpondebat quàm quod ſibilabat. Sic enim paſtor ille, vt eo ſigno ſe ſtultum fingeret, ab huius ciuitatis aduocato conſilium ſeu cautelam acceperat. Qua quidem cautela paſtor ipſe aduocatum deinde petentem dati conſilij præmium mercedemq́ue facere & prudenter magis eludit.

Secundus eſt caſus huius noſtræ diſputationis, quando
59 † conſtat aliquem furore, dementia, vel inſania affectum fuiſſe. Et non conſtat habere conſueuiſſe dilucida interualla.

Hoc ſanè caſu conſtituenda eſt regula cōtraria præcedenti. Eſt ſanè dicendum, hunc præſumi adhuc furioſum, vel dementem: ſicuti ſuperiore præſumptione attigi. Et in ſpecie ita cenſuerunt glo. in cap. iudicas. 3. q. 8. & in cap. vlt. de ſucceſſ. ab inteſta. vbi Doctores, præſertim Ancha. qui dixit, ſe ita aliquando ex facto interrogatum reſpondiſſe: vt verè reſpondit in conſilio 5. num. 5. & cum eo de eadem facti ſpecie idem reſpondit Card. Zabarella in conſ. 56. columna 4. verſ. venio ad ſecundum. Idem quoque affirmarunt Abbas in cap. cum inter canonicos. num. 7. de elect. Alex. in conſ. 141. num. 4. lib. 1. & apertius in conſil. 147. num. 7. num. 12. & 13. lib. 7. Corneus in conſ. 69. num. 12. in fin. lib. 1. & in conſ. 21. nume. 3. lib. 2. Bertrandus in conſilio 48. numero 4. libro 2. Iaſon in l. patre furioſo. numero 5. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Decius in l. furioſum. numer. 22. C. qui teſta. facere poſſ. Ruinus in conſ. 67. nume. 9. lib. 1. qui conſuluit in eodem caſu, de quo reſponderunt Curt. Iun. in conſ. 151. nu. 7. Pariſius in conſ. 87. nu. 12. lib. 3. & Berous in conſ. 16. nume. 20. lib. 2. Idem ſcripſerunt Euerardus in centuria legali, in loco, de tempore ad tempus. nu. 8. Alciat. in Tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 18. Decianus in conſ. 34. num. 31. lib. 3. & Raudenſis in commentariis, de analogis. cap. 30. num. 157. Et ij quidem moti ſunt text. l. pen. C. de curato. furio. & d. c. indi-
60 cas. 3. q. 8. Et hos † ſecutus ſum in conſ. 82. nu. 220. libr. 1. quo loci. num. 233. ſcripſi Zabarellam in d. conſ. 56. col. 2. verſ. ex coniecturis, & Pariſ. in conſ. 87. num. 44. lib. 3. inſanos & dementes aliquando loqui verba ſanæ mentis, & aliquando aliqua ſigna prudentiæ facere, non tamen deſinere eſſe dementes. Idem reſpondit Suares in d. alleg. 1. num. 18.

Diſſentiunt tamen, & malè, ab hac opinione Caſtren. in conſilio 120. Viſo quodam proceſſu. num. 2. lib. 1. & Iaſon in
61 conſ. 178. nu. 3. lib. 2. qui reſponderunt, † illum, qui vult probare actum aliquem fuiſſe geſtum à furioſo, probare debere, illo tempore geſti actus furioſum fuiſſe: cum non ſufficiat (aiunt Caſtren. & Iaſon) probare, ante, vel poſt furore agitatum. Eſt ſanè verior recepta illa ſententia, cùm mutatio non præſumatur: nec id quod eſt contra rei naturam, ſicuti eſt, quod furioſus, vel inſanus ſit priſtinæ ſanitati reſtitutus.

62 Declaratur † tamen hic caſus, vt procedat, quando iam fuit probatum hunc per aliquot tempus continuum atque ita aliquot annos, vel menſes continuò eo furore, vel dementia agitatum: ſecus ſi probaretur feciſſe aliquos actus tantùm ſtultitiæ, vel furoris. Nam non præſumeretur nunc furioſus, demens, vel ſtultus. Ita declarant Bart. in l. 2. in fi. ff. de bono. poſſeſſ. in ſan. furio. Socinus Senior in conſ. 42. nume. 8. lib. 1. Iaſon in l. patre furioſo. num. 5. ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris. & Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 18. num. 1. & præter hos idem affirmauit Alex. in conſ. 147. num. 12. lib. 7. Iaſon in conſilio 178. colum. 1. verſic. 3. quod. libr. 2. Ruinus in conſilio 67. nume. 9. libro 1. & cum Ruino in eodem caſu Pariſius in conſ. 87. num. 13. lib. 3. Ita etiam intelligo Zabarellam in conſil. 56. col. 4. verſic. venio ad ſecundum, qui quidem Zabarella conſuluit in eo caſu, de quo reſpondit & Ancha. in d. conſ. 5. vt ſuprà admonui.

63 Tertius eſt caſus, quando † conſtat aliquem fuiſſe ac eſſe quidem furioſum, vel dementem: ſed tamen habere dilucida interualla. Hoc in caſu cum dubitatur, an actus ab iſto geſtus præſumatur geſtus tempore furoris, vel tempore dilucidi interualli, dicendum eſt, indubio præſumi geſtum tempore furoris: & ob id, qui aſſerit, geſtum fuiſſe tempore dilucidi interualli probare id debet. Ita omnium primus docuit Card. Zarabella in clem. 1. colum. 2. verſic. ex hoc ſequitur. de homicid. qui dixit, in quæſtione facti fuiſſe dubitatum, quod cum ageretur ex cauſa mutui, & obiiceretur illum, cui factū fuerat mutuum, fuiſſe furioſum: Et ex aduerſo fuiſſet probatum, quod ille habebat dilucida interualla, dixit Cardinalis, ſe reſpondiſſe, ſatis non fuiſſet probare, quod haberet dilucida interualla: ſed probari debuit: quod tempore illo celebrati contractus is habebat dilucidum interuallum. Et eodem in loco idem cenſuit Anchar. quos ſecuti ſunt Iaſon in l. patre furioſo. nu. 6. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & idem Iaſon in conſ. 178. num. 1 lib. 2. egregiè Ruinus in conſil. 67. nu. 10. lib. 1. & cum eo de eadem facti ſpecie Pariſius in conſi. 87. num. 16. lib. 3. & pulchrè Suarez alleg. 1. num. 21. Decius in dicta l. furioſum. num. 12. C. qui teſtam. facere poſſunt. Et huius
64 ſententiæ † ratio eſt prima, quia furoris morbus inſanabilis ſui natura præſumitur durare omni tempore: & dilucida illa
65 interualla ſunt per accidens, qui † autem accidens deducit probare debet: cum illud non præſumatur. l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cogan. & ſuis locis diximus. Et hanc ſententiam probat. l. cum aliquis. C. de iure delib.

Extenditur hic caſus, vt locum habeat etiam ſi notarius aſſeruit in inſtrumento de actu recepto, hunc ſanè mentis fuiſſe tunc. Nam adhuc talis non præſumitur cum notario non credatur. Ita Socinus Senior in conſilio 98. numero 5. libro 3.

66 Declaratur primò hic † caſus, vt locum non habeat, quando actus ipſe geſtus ita bene geſtus eſt, vt ſignificet atque oſtendat non eſſe actum furioſi, vel dementis, ſicuti contigit in teſtamento Tuditani ciuis Romani notæ viri inſaniꝫ: cuius teſtamentum (vt ſcripſerunt Valerius Max. lib. 7. cap. 7. De teſtamentis, quæ rata remanſerunt, Cicero in quæſt. Acaden. & Lact. Firm. lib. 3. inſt. c. 23.) fuit à Senatu Romano iudicatum vt à ſanę mentis homine confectum. Et hoc exemplo vſi ſunt permulti ex noſtris, qui caſum hunc ſic declararunt. Ita ſanè Iaſon in d. l. patre furioſo. nu. 7. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Socinus Senior in conſil. 98. num. 5. lib. 3. Decius in d. l. furioſum. num. 13. C. qui teſtam. facere poſſunt. idem in conſil. 448. num. 15. Eandem declarationem probarunt Alciatus in d. præſumpt. 18. & Tiraq. in Tract. de legibus connub. l. 10. nume. 6. qui eiuſdem opinionis commemorat, Baldum, Roma. Corneum, Socinum, & alios plures. Et accedunt Alex. in conſil. 147. num. 5. lib. 7. Boer. in q. 23. num. 56. & Rodericus Suarez in alleg. 1. num. 2. & num. 18. Et idem eſt è contra quando actus ab iſto factus ita confectus eſt, vt ſanę mentis homo eum non feciſſet, argui illum tunc dementia laboraſſe. Ita reſpondit Socinus Senior in conſil. 98. num. 5. libro 3.

67 Et iuxtà hanc † declarationem tueri atque defendi poteſt traditio illa Caſtrenſ. in l. qui teſtamento. §. neque furioſo. ff. de teſta. cùm dixit, teſtamētum factum ab eo, qui habet dilucida interualla, præſumi factum potius tempore quo erat

ſanè mentis quàm quando furore agitatur. Defendi ſanè po-
teſt hæc Caſtrenſis traditio hoc in caſu, quando ſcilicet ap-
paret teſtamentum eſſe ſolenniter conditum: ſicuti Caſtren-
68 ſem hoc in caſu tuetur Decius in d.l. furioſum.num.15.
Cæterùm ſi conſtaret † aliquem eſſe furioſum, & geſſiſſe
actum conuenientem huiuſmodi ſanæ menti, dicendum eſſet
actum illum non valere. Ita poſſunt intelligi tradita à Boër.
69 d.q.23.nu.50.poſt multos ab eo commemoratos.
Declaratur † ſecundo, vt nõ habeat locum his caſus, quan-
do tempus confecti actus, putà teſtamenti erat multum re-
motum à tempore quo furore vexabatur. Nam tunc præſu-
mitur quòd ſanæ mentis extiterit. Ita docuit Bald .in d.l. fu-
rioſum.C.qui teſta.facere poſſ.qui dixit, conſiderandum eſſe
actum, an ſcilicet fuerit confectus longe ante, vel poſt, vel
proxime ipſi furori. Et idem ſenſit Imola in d.l.qui teſtamen-
to.§.nec furioſus ff.de teſta. Quos quidem ſecuti ſunt Alex.in
conſil.147.num.5.lib.7.Soc.Sen.in conſil.42.col.pen.& col.
vlt.lib.1.& in conſ.98.nume.5.verſic.præterea.lib.3. Decius
in d.l. furioſum.num.27. Diſſentit tamen Pariſius in conſil.
87.num.15.lib.3.

## PRÆSVMPT. XLVI.

Senes an ægri atque infirmi præſumantur: & quando ægris comparentur.

### SVMMARIVM.

1 *Senectus dicitur morbus, & infirmitati æquiparatur.num.4. Contra.num.6.*
2 *Statutum loquens de infirmis, in ſenibus locum habet.*
3 *Epiſcopo ſenio confecto ita licet coadiutorem ſibi aſſumere quemadmodum & ægroto.*
5 *Senes poſſunt ad æternam rei memoriam teſtes examinari, ſicut valetudinarij, & infirmi.*
7 *Infirmitas eſt habitus cuiuſcunque corporis contra naturam.*
8 *Senes, qui ſeptuageſimum annum attigerunt, præſumptiue dicuntur infirmi: per multi tamen ſunt an ætate robuſti & validi.*
9 *Literius vixit.300.annos eximias vires retinens.*
10 *Ageſilaus lacedæmonius iam ſenio confectus, viſus eſt ſæpe per brumam nudis pedibus ac ſine tunica incedere.*
11 *Democritus Abderites centum & nouem annos attigit, non morbo ſed longo ſenio extinctus.*
12 *Galenus vixit centum quadraginta annis, & nullo correptus morbo interijt.*
13 *Gorgias Leontinus centeſimum & ſeptimum agens annum interrogatus quapropter vellet tamdiu in vita manere, reſpondit, Quia nihil habeo, quòd ſenectutem meam accuſem.*
14 *Iſocrates anno quarto ſupra nonageſimum vitæ ſuæ edidit librum, quem Panathenaicum inſcripſit.*
15 *Maſiniſſa rex Numidiæ ætatem ſuam ſummo cum robore vltra octuageſimum ſextum annum perduxit, quo tempore filium Methymatum generauit.*
16 *Valerius Coruinus centeſimum annum integris viribus compleuit.*
17 *Franciſcus Donato Venetorum dux octuageſimoquarto ætatis ſuæ anno integris viribus adhuc Reip.operam dedit.*
18 *Franc. Molinus poſt centeſimum ætatis ſuæ annum Venetijs procuratoria dignitate ornatus eſt.*
19 *Thomas Contarenus diui Marci procurator nonageſimum ſextum annum robuſtus impleuit: & alius Thomas Contarenus. 1578. procurator nonageſimumquintum integris pene viribus attigit.*
20 *Nicolaus de Ponte Venetiarum Dux nonageſimum tertium ætatis ſuæ annum incolumis impleuit.*
21 *Marcus Mantua.I. C. Patauinus nonageſimum ſecundum annum ætatis vixit, & in patria ſexaginta fere annos partim ius ciuile, partim pontificium docuit.*
22 *Senes tunc infirmo æquiparari poſſunt, quando illi negotio, de quo ageretur non plus ſuper eſſe poſſet quàm valetudinarius ipſe.*
23 *Senes excuſantur à munere perſonali.*
24 *Senex cum donat, dicitur donare cauſa mortis.*
25 *Teſtes ſenes ſunt domi examinandi.*
26 *Senes æquiparantur infirmis in his, quæ exercitium corporale requirunt.*
27 *Libido & concupiſcentia areſcit in ſene ſicut in infirmo & ægro, quia minuitur calor.*
28 *M.Cato Cenſorius dictus in octuageſimo primo anno filiũ genuit.*
29 *Senex ſexagenarius regulariter & vt plurimum generare non poteſt.*
39 *Senes præſumuntur citius mori quàm iuuenes ob caloris naturalis deficientiam.*
31 *Vſusfructus ſi ſit legatus duob.nempè ſeni & adoleſcenti, ob falcidiæ detractionem computatio fieri debet de toto ſecundum ætatem adoleſcentis.*
32 *Senex relegatur breuiore tempore quàm iuuenis.*
33 *Senex præſumitur vicinus morti.*

1 E Morbo † dementiæ & furoris tranſeamus ad
morbum ſenectutis, ſi quidem & ſenectus
ipſa morbus eſt, teſte Comico. Id quod & à
Cicerone in oratore, dum de Q.Mutio verba
facit ſcriptum eſt his verbis: *Et ille ſenectutis*
*morbus non quidom incidens eſt & tranſiens.* Idem à ſummo Pon-
2 tifice in cap.magnæ de voto reſponſum fuit. Et † eo loci Ab-
bas docuit, ſtatutum loquens de infirmis, in ſenibus locum
habere. Huc facit text.in cap.1.§.Sin autem epiſcopus, de cle-
3 rico ægr. in 6. quo ſtatutum eſt, ita licere † Epiſcopo ſenio
confecto coadiutorem ſibi aſſumere, quemadmodum & æ-
groto. Et ex facto ita reſponſum eſt ab Ancha.in conſ.279.
in fine, & apertius à Pariſio in conſil.29.num.68.lib.2.ſenem
4 † infirmo æquiparari. Idem ſcripſit Neuiz.lib.2.Syluæ nupt.
5 nu.4.ſic pariter permiſſum eſt, ſenio † confectos poſſe ad æ-
ternam rei memoriam teſtes examinari, quemadmodum poſ-
ſunt & valetudinarij morboq; laborantes. cap. quoniam fre-
quenter.§.1.vt lite non conteſta. Et idem ſcripſit Alciatus in
Tractat.de præſumpt.reg.1.præſumptio.vltim.num.2.
6 Cæterùm contrarium † verius videtur, quod imò ſenectus
non ſit infirmitas. Non enim infirmitatis diffinitio ſenectuti
7 conuenit. Eſt enim † infirmitas habitus cuiuſcunque corpo-
ris contra naturam.l.1. §.ſed ſciendum.ff.de ædil.ædicto.qui
ſanè habitus contra naturam non ineſt ſenectuti, cum illa ex
natura ſit. Et accedit tex.in l.cui dens.ff.de ædil.edicto. Hinc
tex.in cap.1.§.ſinautem epiſcopus.de cler.ægrot.in 6.diſiun-
ctiuam ponit inter ſenem & infirmum. Hinc ſcriptum reli-
quit Gome.in commentariis ad regulam Cancellariæ, de in-
firmis reſignantibus, regulam illam non habere locum in ſe-
nibus reſignantibus.cum infirmi dici nequeant.
8 Diſtinguere ſic viſus eſt Alciatus † in d. reg. 1. præſumpt.
vlt.numero4.verſic.potesdicere, Aut loquimur de Senibus,
qui ſeptuageſimum annum attigerunt. Et ij dicuntur prę̨ſum-
ptiuè infirmi: quia ad eam tam grauem ætatem perducti præ-
ſumptiuè ægri atq; infirmi exiſtunt. Aut eam ætatem ſeptua-
genariam nondum attigerunt, & tunc præſumptiuè infirmi
non ſunt, & idem propè ſenſit Gomeſ.in d.q.7.in fin. Verùm
legi atque obſeruaui apud multos & priſca & noſtra hac ęta-
te viros permultos, qui iam ſeptuageſimum exceſſerãt annum
validos & robuſtos admodum fuiſſe. Et vt prętermittam pri-
mos illos patres noſtros, quos diuina lex antiqua commemo-
rat, qui inquam noningentos, octingentos, ac quingentos vi-
9 xerũt annos, hic commemorabo † Litorium illum, cuius me-
minit Valer.Max.lib.8.cap.14. Is enim tercentos vixit annos
10 eximias vires retinens. Ageſilaus Lacedæmonius, † vir maxi-
ma auctoritate, iam ſumma ſenectute grauatus, ſæpe per bru-
nam viſus eſt nudis pedibus, ac ſine tunica incedere. Ælia-
nus.lib.7.de varia.hiſto.cap.13. & Volaterr.lib.13.Anthrop.
11 cap.3. auctores ſunt. Democritus † Abderites eruditiſſ. phi-
loſophus, qui omnem ſuam ætatem contemplando inueſti-
gandoq́ue conſumpſit, ſolus in magna rerum inopia vitam
ducens, centum & nouem annos attigit, non morbo, ſed lon-
go Senio mortuus, teſtes ſunt Cicero libro quinto. Tuſcul.&
Fulgo.libro octauo, capitul.14. Qui quidem Fulgoſius com-
12 memorat Galenum † medicorum principem duplicatam ſe-
ptuaginta annorum ætatem vixiſſe: Et tandem nullo corre-
13 ptum morbo interiiſſe. Gorgias † Leontinus centeſimum &
ſeptimum agens annum, interrogatus, quapropter tam diu
vellet in vita remanere: Quia nihil (inquit) habeo, quod ſe-
nectutem meam accuſem. Ita Cicero de ſenectute & Vale.
Max.



14 Max.lib.8.c.14.ſcriptum reliquerunt. Iſocrates † anno quar-
to ſuprà nonageſimum vitæ ſuæ edidit librum, quem Pana-
thenaicum inſcripſit. Superfuit operi annos quinque, fuitq́ue
extrema ætas par ſuſcepto labori, virib.iudicio, memoria.au-
ctor eſt Sabellicus lib.1.Exemplorum.cap.7. Laudat M.Ci-
15 cero in eo libro, quem de ſenectute ſcripſit Maſiniſſam † Re-
gem Numidiæ ætatem ſuam ſummo cum robore vltra octua-
geſimum ſextum annum perduxiſſe, quo tempore & filium
nomine Methymatum generauit. Id quoque & à Plinio lib.
7.natura.hiſto.cap.48.& à Valerio Max.lib.8.c.14.ac Sabel-
16 lico in d.c.7.memoriæ proditum eſt: qui pariter † comme-
morant M. Valerium Coruinum, centeſimum annum inte-
gris viribus compleuiſſe. Ioan. Baptiſta Egnatius lib.8.cap.4.
17 ſcriptum reliquit. Franc. Donatum † Venetorum ducem
octuageſimoquarto ętatis annno integris viribus adhuc Rei-
18 pub.operam dediſſe. Scripſit pariter † Franc. Molinum poſt
centeſimum ætatis ſuæ annum procuratoria dignitate exor-
19 natum fuiſſe. Affirmat † idem auctor, Thomam Contarenum
diui Marci procuratorem nonageſimum ſextum annum im-
pleuiſſe. Noui & ego ſuperioribus annis alium Thomam
Contarenum Diui Marci procuratorem agentem nonageſi-
mum quintum ſuæ ætatis annum. Sum etiam ſæpe allocutus
20 Nicolaum † à Ponte Venetiarũ Ducem. Sereniſſ.qui nona-
geſimum tertium vitæ ſuæ annum impleuerat. Sic & M.Man-
21 tua † Iuriſcon.Patauinus, nonageſimumſecundum annum vi.
xit ætatis. Qui iam anno 1511. Laurea doctorali cohoneſtatus
in collegio Doctorum huius Ciuitatis Padų̨e cooptatus fuit:
quique ſua hac in patria ſexaginta plus minus annos partim
ius ciuile, partim pontificium docuit.
His exemplis facilè ea Alciati ſententia confutari atque
reiici poſſet. Ab ea tamen non recederent, quippè quod pau-
cis datum, id eſt, Dei optimi bonitate. Eſt enim ſcriptum
Pſalmo 89. Erunt eorum anni quadraginta, quinquaginta, ſe-
xaginta, ſeptuaginta, & in potentatibus octuaginta, & ſi am-
pliuslabor & dolor. Quocircà facilè defendi poteſt, vix eſſe,
quod ſeptuageſimum ingreſſus annum non ſentiat multa vitæ
tædia & incommoda, ita vt ægro poſſit hodie comparari.
22 Cæterùm † probabilior adhuc mihi videtur ſententia illa,
quam probaui in commentariis, De arbitrariis iudicum.lib.
2.caſu 60.num.10.quo loci ſcripſi, tunc ſenio confectum dici
poſſe infirmum ægrumq́ue, & valetudinario comparari, quan-
do illi negotio, de quo ageretur, non plus ſupereſſe poſſet
quàm valetudinarius ipſe, vt putà in caſu l.quoniam frequen-
ter, vt lite non conteſt.vbi ſenio confectos tanquam infirmos
examinandos eſſe cenſuit Pontifex: quòd exiſtimaret illos ſu-
perſtites eſſe non poſſe illo tempore, quo de ea cauſa lis verè
tractando erit. Sic & eo loci intellexi tex.l.ciuitatibus.de leg.
1.quo loci Paulus appellat Seniorum ætatem infirmam. Ita
pariter declaraui.l.2.§.quẽ ita ſenio.ff.de vaca.mun.quo loci
23 ſcriptum eſt, ſenio confectos † excuſari à munere perſonali.
24 Sic quoque declaraui.l.5.ff.de donat.cauſa mortis, vbi † Se-
nex dum donat donare dicitur cauſa mortis. Ita etiam expla-
naui tex.c.ſi quis teſtium.de teſtibus.quo conſtitutum eſt, te-
25 ſtes † ſenes eſſe domi examinandos. Hæc ſanè intelliguntur
quando ij ſenes adeò ætate grauantur, vt non poſſint ſupereſſe
negotio pertractando. Quæ ſententia confirmatur nunc ex
ſententia Ciceronis de ſenectute, cuius verba adſcripſi: *Om-*
*nium ætatum certus eſt terminus, recteq; in ea viuitur quod munus*
*exequi & tueri poßis.* Accedit & ex noſtris auctoritas Pariſij in
conſil.29.num.68.lib.2. poſt Franchum in cap.1.in 2.notab.
25 de cler.ægro.in 6. Cùm dixit, æquiparationem ſenis † & infir-
mi procedere in his, quę exercitium corporale requirunt. Nã
quemadmodum infirmus illud præſtare non poteſt, ita nec
ſenex. Quod intelligo cùm exercitium illi ætati non conue-
nit. Qua in re prudentiam iudicis requiro in his diffiniendis
atque terminandis. Sic hanc ob cauſam à muneribus perſona-
libus excuſantur cùm eis per ætatem nõ licet vt tradit Tiraq.
in Tract.de iure primigen.in præfat.num.211.
27 Hinc etiam fit, vt † quemadmodum in infirmo ægroq́ue
minuitur omnis concupiſcentia & libido, ita & in ſene: ſicuti
ſcribunt Abbas in c.cum in iuuentute.de præſump.& Alcia.in
d.reg.1.præſumpt.vlt.num.1. Cuius rei ea eſt ratio, quia in
ſenibus minuitur calor ipſe naturalis, qui libidinis cauſa eſt.
cap.2.de frigid. & malefi.& ſcribit Neuiz.lib.2. Syluæ nupt.
num.6.in fine.quod autem naturalis in eis calor deficiat, ge-
lidiq́ue efficiantur ætate ipſa ingraueſcente teſtatur Virgilius
lib.5.Æneid.& ſic Entellum loquentem facit. *Sed enim Gelidus*
*tardante ſenecta, ſanguis habet, frigentq; effœta ſanguine vires.* Et in
8.Euandrum ita loquentem inducit. *Sed mihi tarda gelu, ſecliſ-*
*que effœta ſenectus inuidet imperium.* Interdum tamen & anti-
qua & noſtra hac ætate inuenti ſunt permulti ſenes in quibus
magnus extitit calor naturalis, quiq́ue filios procrearunt. Si-
cuti olim Maſiniſſa, qui (vt ſuprà commemoraui) anno ſuæ
28 ætatis octuageſimoſexto filium Methymatum generauit. Et
M.Cato, qui † Cenſorius dictus eſt, cum octuageſimum pri-
mum ageret annum filium genuit, auctor eſt Plinius lib.7.na-
tura.hiſto.cap.14. Dixi interdum hæc eueniſſe. Nam regulari
29 † iure ſexagenarium generare amplius non poſſe creditur.l.ſi
maior.C.de legit.hæred.qua de re ſcripſi lib.2.de arbitrariis
iudicum.caſu 89.nu.58.& ſcripſi in præcedenti libro in præ-
ſupt.vbi de partu ſuppoſito diſſerui.
30 Hinc etiam dicimus, ſenes, † ob deficientem calorem il-
lum naturalem, quem vitalem appellamus, præſumi citius
mori, quàm iuuenes: alioqui ordine naturæ turbato mori di-
cerentur adoleſcentes iuxta l.nam & ſi parentibus.ff.de inoff.
teſtam. Et traditionem hanc manifeſtè probat tex.l.hæredita-
tum.ff.ad l.Falcid. & ſcribit Alciatus in Tract. de præſumpt.
reg.1.præſumpt.43.qui ob id ſubinfert, quod ſi vſusfructus
31 † legatus ſit duobus, nempè ſeni & adoleſcenti, ob falcidiæ
deductionem, computatio fieri debet de toto ſecundum ęta-
tem adoleſcentis: quia præſumitur ſenex citius mori: & to-
tus vſusfructus accreſcet adoleſcenti, iuxta l.1.§.interdum.ff.
de vſufructu accreſcendo. Et idem ſenſit Lucas de Penna in l.
3.colum.7.verſic.98.præſumitur.C.de apochis publ.lib.10.
cùm dixit, ſenem præſumi citius mori, quàm iuuenem alimẽ-
32 tis conſtituendis ex dicta l.hæreditatum. Hinc † etiam fa-
ctum eſt, quod ſenex relegatur breuiore tempore, quàm iu-
uenis.l.2. ff. rerum amota. cùm citius mori præſumatur. &
annotauit in hanc ſententiam Lucas de Penna in l.1.colum.1.
33 C.de conſul.lib.11. Imò † ſenex præſumitur vicinus morti.c.
illud.13.quæſt.2.

## PRÆSVMPT. XLVII.

Senes præſumi prudentiores, ſapientiores, probatiores ipſis iuuenibus.

### SVMMARIVM.

1 *Senex præſumitur iuuene prudentior ſapientiorq́; Et in ſene præſumitur maior veritas rei atque illius cognitio.nu.2.*
3 *Senis teſtimonio magis creditur, quàm iuuenis.*
4 *Senibus plus quàm iuuenibus eſt deferendum in rebus dubijs diffiniendis & terminandis.*
*Et pro ſenioribus ſemper præſumitur, vt ſcilicet virtutibus boniſque moribus vincant iuniores.num.5.*
6 *Seniores anteferuntur iunioribus in honoribus, officijs, & dignitatibus non modo ſecularibus, ſed & Eccleſiaſticis.*

SENECTVTIS aliquot incommoda com-
memorauimus ſuperiore præſumptione, nũc
aliquot commoda & priuilegia enumerabi-
mus ex his, quæ copioſè recenſent Cæpolla
in tract.de Imperatore militum deligendo.
in principio: Alciatus in Tract.de præſumpt.reg.prima, præ-
ſumptio.45.& præſumpt.vlti.in fine. & omnium fuſius & do-
ctius Tiraquellus in Tracta.de iure primigen.in præfatione
1 num.90.vſque ad finem. Senex † primum prudentior ſapien-
tiorq́ue adoleſcente præſumitur.
Eſt enim ſcriptum Iob, cap.12. In antiquis eſt ſapientia &
in multo tempore prudentia. Et ibidem capit.32. annorum
multitudo docet ſapientiam. Et Eccleſiaſticus capit. 15.
Quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intelle-
ctus. Et apertiùs Sapien. capite quarto. Canities homi-
num prudentia eſt: quod eſt relatum in capitulo vltimo.
84. diſtinctione. Et M. Cicero libro de ſenectute ait, Te-
meritas eſt floreſcentis ætatis, prudentia ſenectutis. Et
Ariſtoteles, cuius meminit Baldus in l.prima, columna

4.verſ.ſed pone robuſtus.C.vnde vi,alicubi ſcripſit, vires,pol
lere in iuuenibus,prudentiam in ſenioribus. Hæc & plura a-
lia ad rem hanc commemorat Tiraquellus vir multæ lectio-
nis in Tract.de iure primigen.in procemio.numero octageſi-
monono, & ibidem.numero 90.& 91.& rationem huius rei
ex Platone,Ariſtotele & aliis adiungit.

2 Et his accedit Alcia.† in Tract.de præſumptio. reg.1.præ-
ſump.vlt.ad finem. Cùm dixit, in ſene præſumi maiorem ve-
ritatem rei illiuſque cognitionem. cap.conſanguineos.35.q.
6.vbi Archidiaco.Id quod probat & Lucas de penna in l.3.
col. pen.verſ.175.præſumitur.C.de apochis publ.10.ex c.de
quibus.20.diſt.ex cap. ieiunium.76.diſtinct.& cap.ſic viue.
3 16.q.1.Et hinc fit,vt teſtimonio † Senis magis quàm iuue-
nis credatur,c.notificamus.35.diſt.& multis comprobat Ti-
raquellus in d.Tract.de iure primigen.in præfatione.num.
148.qui quatuor adiungit egregias declarationes,quæ apud
eum legi poſſunt.

4 Hinc† etiam fit,vt in rebus dubiis diffiniẽdis & terminan-
dis plus ſenibus quàm iuuenibus ſit deferendum.c.de quibus.
vbi glo.20.diſtin.& c.domino.ad finem vbi Arch.50.diſtin.
in §.ſi verò aliqui.in Auth.de quæſt.& tradunt Alciatus de
præſumpt.reg.1.præſump.45.numero primo, & Tiraquellus
in præcitata præfatione.num.105.

5 Hinc etiam generatim † dicimus, pro ſenioribus ſemper
præſumi,vt ſcilicet virtutibus boniſque moribus vincant iu-
niores.l.ſi vt certo.§.cuſtodiam vbi gloſſa in verbo, eſt com-
mendatus.ff.commo.in §.cogitandum.in Auth.de mona.&
in cap.niſi pridem.verſ.alia.vbi Bal.de renunt.& in c.cum
in iuuentute.de præſumpt.Lucas de penna in l.1.col.1.C.de
conſul.lib.11.& multis comprobat Tiraquellus in d.Tracta-
tus de iure primigen.nu. 153.

6 Hinc factum eſt, vt ſeniores † anteferantur iunioribus in
honoribus, officijs & dignitatibus non modò ſingularibus,
ſed & eccleſiaſticis:ſicuti copioſè & doctè admodum ſcripſit
Tiraquellus in d.præfatione num.165.& num.182.Et illis ac-
cedit quod copioſè etiam diſſerit Alciatus in Tract.de præ-
ſump.reg.1.præſump.45.dum explicat, quando Doctor Se-
nex præferri debeat iuueni, & econuerſo. Qua de re ſuperſe-
deo hic diſputare, cum noſtræ tractationi non multum con-
ueniat.

## PRÆSVMPT. XLVIII.

### Iuuenes præſumi validiores,robuſtiores,calidiores ipſis Senibus.

### SVMMARIVM.


1 *Iuuenes præſumuntur robuſti,& ſic validiores & calidiores ipſis ſenibſu.*
2 *Pater & filius ſi vnà in bello mortui ſunt,& dubitatur quis primus ſit vita functus,pater prius præſumitur mortuus.*
3 *Iuuenes præſumuntur incontinentes,& libidini & cupiditatibus addicti.*
*Et præſumuntur dociliores ipſis ſenib.num.4.*
5 *Adoleſcentia cupit cæteris antecellere propter ambitionem.*
*Et adoleſcentiæ ætas apta eſt, vt ei munera multa etiam publica aliquando demandentur. num.6.*
7 *Marcus Valerius Coruinus tres & viginti annos natus conſul creatus, res maximas geſſit.*
9 *Scipio aphricanus admodum ætate adoleſcens Aedilis creatus eſt.*
10 *Aetas tenera pueritiæ aut infantiæ non præſumitur idonea alicui operi.*
11 *Nomenclator dicitur, qui in memoriam domino ſuggerit nomina ſalutantium.*


DE ſenibus ad iuuenes deſcendamus nunc ordine
alioqui præpoſtero. Iuuenum naturam diner-
ſam admodum à natura ſenum eſſe intelligi-
mus.Diximus ſuprà præſumptione ab hac ſecun
da,ſenes præſumi debiles,& in eis ceſſare calo-
rem ipſum naturalem.Et † contra autem adoleſcentes iuue-
neſque robuſti præſumuntur. Sicuti annotauit Alciatus de
præſumptio.reg.1.præſumpt.vlt.in fi.ex l.cum mulier.ff.de
reb.dubijs.citare fortè voluit Alciatus in l.ſi mulier.illo tit.
ſed rectius citaſſet l.qui duos.§.cum in bello.& §.vlt.ff.eo.de
2 reb.dubiis.quo loci Triphoninus ait,quod † ſi pater,& filius
vnà in bello mortuit ſunt:& dubium ſit, quorum alter prius
ſit vita defunctus,pater prius præſumitur mortuus. Quod nõ
alia ratione contingit,quàm quod iuuenes ſunt validiores &
fortiores,atque ita diutius ac ipſe ſenes viuunt. Qua de re in
fra in præſumpt.50.dicemus, dum explicabimus ex duobus
ſemel vel bello,vel naufragio mortuis quis primò deceſſiſſe
præſumatur.Ita etiam (vt diximus)iuuenes calidiores ſeni-
bus eſſe præſumuntur,ſicuti pręcitato in loco ſcripſit Alcia-
tus adductus tex.l.vlt.§.filiis autem.C.de bonis, quę liberis.
3 Ea propter † pręſumuntur incontinentes,cupiditatibus & li-
bidini addicti,ad eaque propenſi quemadmodum Ariſtoteles
lib.2.Rhetor.ſcriptũ reliquit in hęc verba. *Adoleſcentes igitur
quòd ad mores attinet cupiditatibus æſtuant, atque illa conantur
efficere,quæ concupierint.Sed ex omnibus corporis voluptatibus ma-
ximè veneri deducti ſunt: atque in ea potiſſimum incontinentes eſſe
ſolent:verùm facilè mutantur, & ea quorum cupiditate trahun-
tur,cito faſtidiunt.Et vehementi quidem cupiditate mouentur, ſed
in eis ardor ille celeriter extinguitur:Illorum enim voluntates acu-
tæ quidem ſunt,ſed non tamen diuturnæ, qualis ægrotorum ſitis ac
fames eſſe ſolet.* Hęc Ariſtoteles,cuius locum egregiè ac doctè
interpretatur M.Antonius Maioragius,& aliqua ad rem hanc
ſcitu digna commemorat.

4 Huc pertinet,quod iuuenes† pręſumũtur multò docilio-
res ipſis ſenibus,vt teſtatur iuriſcon.in l.pręcipuum.ff.de ędi-
litio ędicto.& Quintilia.lib.1.inſtitut.orato.c.12.ſunt enim
iuuenes ingenij celeritate efficaciaque prõptiores: atque e-
tiam perſpicaciores, quemadmodum ſcribit Accurſius in l.
Gallus in prin.ff.de libe.& poſthu.quod & ibi annotarunt om
nes pręſertim Marius Salomonius & cęteri recentiores.Et hu
ius rei cauſã rationemq́;adfert multiplicẽ Ariſtoteles in pro-
blem.ſect.30.problem.4.Et accedit quod † adoleſcẽtes ſunt
5 ambitioſi,vel potius victorię cupidi.Cupit enim adoleſcẽtia
cęteris antecellere.Sicuti idem Ariſtoteles lib.2.Rhetor. *Illa
autem ambitio laborum ac ſtudiorum altrix eſt,& adoleſcentes ip-
ſos ad incommoda omnia ferẽda excitat atque impellit.* Id quod &
Quintilia lib. 1.inſtit.orato.cap.12.his probat verbis. *Mihi il-
le detur puer,quem laus excitet,quem gloria iuuet,qui victus fleat,
hic erit alendus ambitus.*

6 Hinc fit vt adoleſcentię † ętas apta idoneaque ſit,cui mu-
nera multa etiam publica aliquando demandentur. Nam &
permultos legimus adoleſcentes in rebus publicis pertractã
dus excelluiſſe:qualem fuiſſe obſeruimus M.Valerium Cor-
uinum,†qui tres & viginti annos.Conſul creatus,res maximas
7 natus geſſit,vt ſcriptum reliquit Liuius libro 7.ab vrbe con-
dita. Sic & Germanicus † Quæſtor adoleſcens factus,& mox
8 Conſul magna mirandaque egit,auctores ſunt Claud.Sue-
tonius in caligula.c.1.Ita demum P.Cornelius† Scipio,qui
9 poſtea à ſubacta Aphrica Aphricani nomen meruit ętate ad
modum adoleſcens Ædilis creatus eſt. Hęc interdum aliqui-
bus,non autem omnibus conceduntur: quod(vt aliàs admo-
nui)in adoleſcentibus non ſolet ineſſe prudentia, in rebus pu
blicis pertractandis maximè neceſſaria. Illa verò † tenera ad-
10 modũ ętas pueritię, & multo magis infantię minimè idonea
alicui operi pręſumitur:ſicuti ſcriptum reliquit Alcia. de prę
ſumptio.reg.1.pręſump.46.ex l.vlt.§vlt.ff.de liberali cauſa.
Quo loci excipitur opera nomenclatoris, quam & pueri prę-
ſtare poſſe, Venuleius reſpondit. Nomenclatorem eum fuiſſe
11 † ſcripſit Alciatus,qui ſuggerit in memoriam domino nomi-
na ſalutãtium. Quam interpretationem multis probauit & e-
ruditiſſ.Io.Cora.lib.4.miſcella iuris.c.13.qui egregia multa
hac de re annotauit.Et idem ſcripſit Hotoma in commenta-
riis verborum iuris in verbo,Nomenclator.

## PRÆSVMPT. XLIX.

### Homo quandiu viuere præſumatur luculenta explanatione declaratur.

### SVMMARIVM.


*Homo quamdiu viuere præſumatur.*
1 *Quòd non præſumatur viuere vſque ad centeſimum annum.nu. 2.& 13.*


*Et contra*




*Et contra num.9.*
*Et hoc non iuris præſumptione.num.3.*
*Nec hominis præſumptione.num.5.*
4 *Præſumptio iuris dicitur illa,quæ à lege nominatim fit.*
5 *Iudex iuſtus non debet præſumere ea, quæ repugnant experientiæ humanæ,& quæ raro eueniunt.*
*Nec debet præſumere ea, quæ legi diuinæ repugnant. numero 6.*
7 *Interpretatio verborum in Pſalmo 89. Erunt eorum anni quadraginta,& quinquaginta,&c.*
8 *Regula non ex actu vno ſingulari, ſed ex multis, vt ſit vniuerſalis,confici debet.*
9 *Homo præſumitur viuere centum annos:& male.*
10 *Vſusfructus ciuitatis relictus extinguitur ſpatio centum annorum.*
11 *Homo poſſibile eſt quòd viuat centum annos, non tamen id eſt præſumendum.*
12 *Veriſimilia illa dicuntur, quæ plerunque & communiter eueniunt.*
14 *Interpretatio verborum Geneſ.cap.6. Non permanebit ſpiritus meus in homine,&c.*
15 *Aetatem breuiorem nobis conſtituit* Deus*, quam antiquitus factũ eſt,ob hominum nequitias.*
16 *Abraham &* Noe *vltra ducenteſimum annum vixerũt primis illis temporibus,& quare.*
17 *Homines hac noſtra ætate vltra centeſimum annum vixiſſe fabuloſum reputatur.*
18 *Mathematicorum ſententia refellitur aſſerentium hominis vitam eſſe centum annorum.*
19 *Angeli cautela in l.ſed & ſi de ſua.ff.de acquirend.hæred.refellitur.*
30 *Mors hominis vnico teſte non probatur. Probatur tamen per vocem & famam.num.21.*
21 *Hominis vita ſi in iudicium deducitur principaliter, præſumitur viuere centum annos: ſi incidenter, ſecus, ſed damnatur hæc diſtinctio.num.22.*
23 *Acta deducta in aliquo caſu principaliter efficacius probãt,quàm ea quæ deducuntur incidenter.*
24 *Deducere aliquid in iudicio, & deductum probare diuerſa ſunt.*
25 *Actus ſi deducitur in iudicio incidenter,leuiares probationes ſufficiunt, quæ aliàs non ſufficerent ſi principaliter deducerentur.*
26 *Hominis vita ſi eſt fundamentum agentis, debet ab auctore probari,ſi verò mors eſt eius fundamentum, & tunc mortem probare debet.*
*Reijcitur hæc opinio.num.27.*
27 *Intellectus l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſta.aperi.*
28 *Homo ſi tandiu abeſt, quod ignoratur an viuat,ex quo iure determinatum non eſt quòd præſumatur mortuus, erit arbitrarium iudici an præſumatur mortuus.*
*Et concilientur opiniones contrariæ vſque ad finem præſumpt.*


1 CVM multa ſuperioribus † in præſumptionibus
de iuuenibus, ac de ſenibus à nobis pertractata
ſint,non omninò incongruus viſus eſt hic locus,
in quo eam abſolueremus diſputationem, quan-
diu homo viuere præſumatur.Qua in re & ſi varię fuerunt in-
terpretum noſtrorum opiniones: Illa tamen viſa eſt mihi
2 ſemper verior & hodie receptior: non † præſumi hominem
viuere vſque ad centeſimum annum. Quaquidem in opinio-
ne fuerunt Bar.in l.2.colum.3.num... ff.iud.ſolui.Fran.Are-
tinus in l.ſed & ſi de ſua.ff.de acqui.hæred.Alex.in conſil.90.
num.9.lib.6.& in conſ.27.in fine.lib.7.Corneus in conſ.341.
num.2.lib.1.in conſi.181.num.25.lib.2.& in conſ.208.nu.8.
& conſil.243.num.5.lib.3.Iaſon in l.vlti.colum.penult.C.de
ſacroſ.Eccleſ. Ruinus in conſil.149.num.14.lib.1. Decius in
l.vltima.nume.28.C.de edicto diui Adria.tollen. Pariſius in
conſil.86.in fine lib.4.Goza.conſil.68.colum.2.Guiel.May-
nerius in l.ea quæ raro.num.25.ff.de reg.iuris.Igneus in l.3.§.
ignoſcitur.num.16.ff.ad S.C.Sillania. Boerius in capit.nulli.
num.37.de rebus Eccleſ.non alienand.Riminal.Iunior in l.ſi
emancipati.numero 139.C.de collatio.longa habita diſputa-
tione,affirmat.Coraſius lib.5.Miſcella.iuris.cap.18.Ant.Ga-
bricl in ſuis concluſionibus lib.1.titu.de præſumptio. concl.
16.num.3.& Moder.Pariſien.in addit. ad Alexan.in conſilio
1.num.42.lib.5.teſtatur hodie eſſe magis receptam. Et idem
ſcripſit Didacus in libro 2.varia.reſolut.cap.7.num.6.verſic.
3 vnde licet.Hæc quidem traditio vera eſt:Nam † aut volumus
hanc eſſe præſumptianem iuris,aut hominis. Si præſumptio-
nem iuris dicimus, erramus: cùm nulla lege ita cautum ſit.
4 Non enim † alia eſt iuris præſumptio, quàm quæ à lege no-
minatim fit, vt ſcripſi ſuprà libro 1.quæſt.4.ſi verò dicimus,
5 eſſe † præſumptionem hominis, quod ſcilicet iudex ita æſti-
mare,& pręſumere debeat & poſſit,pariter erramus:ſiquidem
iuſtus iudex æſtimare atque præſumere non debet ea,quę re-
pugnant experientiæ humanæ, ac quæ raro eueniunt.iuxta l.
ea quæ raro.de reg.iuris.l.nam ad ea.ff.de legib. Docet enim
experientia ipſa quotidiana, homines eam centum annorum
6 ætatem non viuere. Non etiam præſumere † atque æſtimare
debet iuxta ea,quæ legi diuinæ repugnãt. Repugnat quidem
7 legi diuinæ,cum † ſcriptum ſit Pſalmo 89.Erunt eorum anni
quadraginta, quinquaginta, ſexaginta, ſeptuaginta, & in po-
tentatibus octuaginta, & ſi amplius labor & dolor. Dixit
Deus Opt.Max.labor & dolor,vltra octuageſimum,quaſi di-
xerit,non viuent vltra octuageſimum,& ſi viuent,eorum vita
erit plena anguſtiis & miſeriis, adeò quod indigna erit, quæ
conſideretur. Et dixit octuaginta, & ſi plus, illud plus poſ-
ſet quidem extendi ac intelligi vſque ad nonageſimum, ſed
non vltra, & ſi in lib.2. de arbitrariis iudicum,&c. caſu 47.
ſcripſi,hæc verba,& plus,ſignificare illud tempus,quod arbi-
trabitur iudex.

Eſt ergo ſtatuendum pro regula, hominem non præſumi
8 viuere centum annos. Regula † enim non ex actu vno ſingu-
lari, ſed ex multis, vt vniuerſalis ſit, confici debet, vt decla-
rant omnes in l.1.ff.de reg.iuris.

His comprobata vera hac iuris ſententia,confutandę ſunt
rationes & argumenta aliarum opinionum.

9 Secunda itaque fuit † opinio præcedenti omnino contra-
ria, quod ſcilicet homo præſumatur viuere centum annos.
Quam quidem aſſertionem probarunt gloſſa in l.ſed & ſi de
ſua.ff.de acquirenda hæred. in l.2.§.ſi dubitetur. ff. quemad.
teſtam.aperi.& in l.vltima. C.de ſacroſ.Eccleſ. Bartol.in l.ſi
quis ex argentariis.§.ſi initium.in ſecunda lect.numero 25.
ff.de eden.& in dicta l.2.§.ſed ſi dubitetur. Guiel.Cuneus in
l.ſi ab hoſtibus.ff.ex quibus cauſ.maio.Baldus in l.ſiquidem.
C.ſoluto matrim.Angelus,Roma.& Imola in dicta l.ſed & ſi
de ſua.ff.de acquiren hæredi.idem Angelus in §.1.in Authen.
de Monachis.Alexander in dicta l.ſed & ſi de ſua.& idem in
conſilio primò,numero 42.Calcaneus in conſilio 92.colum-
na tertia, verſiculo ſexto etiam. Et ab hac non eſſe receden-
dum in foro ſcripſit Corneus in l.ſi emancipati.numero quin-
to.C.de collatio. & ſi diſputando contrarium verius exiſti-
met. Imò idem reſpondit ipſemet Corneus conſil.251.nu.3.
lib.1.in conſ.181.nu.25.lib.2. & in conſ.195. nu...& in conſ.
204.numero 8.libro 3.Aret.cap.cauſam quæ.columna ſecun-
da.num... de teſtibus.Felinus c.ex temere.colum.vlt. de te-
ſtibus. Hanc eſſe magis receptam opinionem dixit Cagnolus
in dicta l.ſi emancipati.num.95.C.de collatio. Quibus acce-
dunt Decius ſibi parum conſtans. in conſilio 575.nume.10.
qui aſſerit communem, idem Decius conſilio 204.nume.4.
Capicius deciſ.4.nume.18.Bertrand.in conſilio 312. conſilio
321.& copioſius in conſilio 335.columna prima,libro 2. Caſ-
ſaneus in conſuetudine Burgundiæ. Rubrica 6.§.4. Pariſius
conſilio 86.in fine lib.4.Gratus conſilio 66. columna penul-
tima.libro 2. Socinus Iunior in conſilo 26.numero 12.lib.2.
Quæ ſanè ſecunda interpretum opinio multis, malis tamen,
fulcitur argumentis.

Primò tex.l.an vſusfructus. ff. de vſufructu. vbi Caius ait,
10 vſumfructum † ciuitati relictum extingui ſpacio centum an-
norum, ea ratione vtitur, quia is finis vitę longæui hominis
eſt.Homo itaque ætatem centum annorum viuere poteſt.Si-
milis eſt tex.in l.vltima.§.& nobis.C.de ſacroſ.Eccle.Verùm
reſpondent permulti non affirmare Caium, hominem viuere
hanc ætatem, ſed quod vltrà non viuit: cùm hæc ſit ætas ho-
minis longæui. Omnibus ergo datum non eſt hanc ætatem
viuere. Hanc interpretationem probarunt Bald.in l.iura.ff.de
legib.Corneus in d.conſ.181.nu.25.lib.2.& in conſ.208.num.
8.lib.3.

8.lib.3.Guiel.Mayner.in l.ea,quæ raro,de reg.iutis. Berous in c.nulli.num.27.de reb.eccl.non alien.& Riminaldus Iunior in d.l.ſi emancipati.nnm.117.C.de collatio.

Cæterùm non ſatis mihi horum explanatio probatur. Si quidem fatetur Caius hominem vltra centum annos non viuere.Ergo ſaltem eam ætatem centum annorum viuere poteſt:concedo itaque ex hoc Cai reſponſo,præſumi non viuere plus centum annis : attamen non hinc fit, quin præſumatur viuere centum ipſos annos. Rectius itaque dicere poſſumus cum Are.in d.l.ſed & ſi de ſua.ff.de acq.hæred.Iaſ.in l.vlt.n. 31.C.de ſacroſ.eccl.Decio & alij in l.ſi emancipati.C.de col
11 la.& ibidem Rimin.numero 116.quod & ſi † poſſibile aliquãdo eſt hominem viuere centum annos , attamen non eſt veriſimile, & ob id non præſumendum. Quod vel ea ratione cõ
12 probatur, quia veriſimilia † illa ſunt,quæ plerumque atque ita communiter eueniunt,ſicuti ex ſententia Ciceronis & aliorum ſcripſi lib.2.de arbitra.iudicum, caſu.85.in fine.cùm ergo communiter eueniat homines non viuere ætatem centum annorum,ſed econtra potius,dicendum eſt , hoc veriſi
13 mile non eſſe.Quocircà † ſtatuenda potius eſt(vt ſupra admonui)regula contraria,nempè,hominem non præſumi viuere centum annos : cùm communiter tot non viuere videamus.

14 Secundò adfertur † auctoritas legis diuinæ,Geneſ.c.6.vbi ſcriptum eſt. Non permanebit(ait Deus omnipotens)ſpiritus meus in homine in æternum,quia caro eſt:eruntq́ue dies illius centum viginti annorum. Quod relatum eſt in cap. prædixerat.de pæniten.diſtinct.prima.

Cæterùm facile reſpondetur id factum eſſe in ea primæua ætate,quando homines ob propagationem non ſolùm centum,ſed & ducentos,trecentos & multò plus viuebant.Quam
15 † ſanè ætatem Deus ipſe,ob hominem deinde nequitias breuiorem eſſe voluit.Hodie autem cum nequiorem patrum noſtrorum ætatem viuamus,& genus humanum abunde propagatum ſit,multò minorem ætatem viuimus.

Tertiò argumentum adfertur ductum ab experientia : Nã videmus multos vixiſſe etiam vltra centeſimum annum. Pri
16 mis enim illis † temporibus Abraham, Noë,& alij plures vixerunt vltra ducenteſimum annum. Moyſes(vt eſt ſcriptum Deuteron.c.31.)dicebat, centum viginti annorum ſum hodie,& non poſſum vltra egredi.Recenſet Iuſtinia noſter in §. 1.in Auth.de mona. Zoſimum vixiſſe centum ac viginti annos.Alios commemorat Vale.Max.de ſenectute.& Plinius lib.7.naturalis hiſtor.c.48.& ex aliis auctoribus alios recenſet Riminaldus Iunior in d. l.ſi emancipati.nu.124.C.de colla.& prius Coraſius libro quinto miſcella.capitulo.18.ad finem.

Ceterùm reſponderi facilè poteſt,ipſammet humanam experientiam contrarium demonſtrare, cùm quotidie experiamur homines hanc ætatem centum annorum non attingere. Quinimò Diua Genitrix, & ſi extra humanam ſortem poſita eſſet, non tamen exceſſit quinquageſimum annum. Sicuti à Volaterrano lib.31.Philologiæ.c.de tempore & occaſione, memoriæ proditum eſt.Et ibidem Diui Auguſtini auctoritate ſcribit,antiquos illos partes,Abraham,Noë,ceteroſq́; tam diu vixiſſe,Dei opt.max.permiſſu,vt genus humanum propa
17 garetur.Quod autem noſtra ætate vltra † centeſimum annum & multò plus permulti vixerint,fabuloſum exiſtimo vnà cum
18 Coraſio.d.lib.5.miſcella.c.18.ad finem.Non etiam vera † eſt quorundam Mathematicorum ſententia aſſerentium hominis vitam eſſe centum annorum : cuius traditionis rationem reddit Cælius Rhodig.lib.19.lect.antiq.c.21.Conſtat itaque ex his veram non eſſe opinionem hanc.

19 Hinc intelligimus,veram † non eſſe cautelam illam,quam ad annullandam proceſſum tradit Angelus in d.l.ſed & ſi de ſua.ff.de acq.hæredi.cum dixit,quod facto proceſſu ſi opponatur à reo contra actorem,eum tanquam filiumfam.ſtare nõ potuiſſe in iudicio : ex quo adhuc eſt in poteſtate patris ſui, qui præſumitur viuere. Et cum ſit hac præſumptione fundata rei opponentis intentio, actor ipſe ob id,quod elapſi ſunt omnes termini probatorij,probare non poterit, imò patrem ſuum deceſſiſſe:atque ita(inquit Angelus)actor ipſe ſuccumbet.Et quamquam Angelum ſecuti ſunt Cæpolla in cautella. 118.& Caſſaneus in cõſuetud.Burgundiæ.Rubr.ſexta.§.3.Attamen(vt dixi)vera non eſt cautella hæc , quam in ſpecie damnarunt Aretinus in dicta l.ſed & ſi de ſua columna penul.de acq.hæred.Marſilius in l.ſi quis nec quæſtio.numero 50.de quæſtio.Curtius Iunior,Sapia,& Cagnolus in d.l.ſi emancipati.C.de collatio.& ibidem Riminaldus Iunior num.140.& ſenſit Boſſius in Tract.cauſarum criminalium.in tit.de proclamante.num.14.

Cæterùm & ſi admittimus hanc opinionem, quod ſcilicèt præſumatur homo viuere vſque ad centeſimum annum : attamen facile receditur à præſumptione hac contraria aliqua coniectura:Sicuti ſcripſit idemmet Angelus in d.l.ſed & ſi de ſua.in fine. Hinc ſcripſerunt Iaſon in l.vlt.in fine.C.de ſacroſanct.eccleſ.Felinus in cap.quonium frequenter.§.porrò.col. vlt.vt lite non conteſta.Craue.in Tract.de antiqui.tempo.in prima parte principali,in octaua particula, quæ incipit. Vidimus & abunde.num.1.& Antonius Gabriel in libro primo Concluſionum in tit.de præſumptionibus.in concluſ.16.in
20 fine,ij ſanè ſcripſerunt, quod † & ſi mors hominis non probatur vnico teſte affirmante,ſed vidiſſe illum mortuum, attamen tollitur atque diluitur hæc præſumptio,quod homo præſumatur viuere vſque ad centeſimum annum.

21 Mors etiam probari † poteſt per vocem & famam,& aliis modis,Sicuti copioſè ſcripſi in commentariis, de adipiſcenda poſſeſſione,remedio quarto.num.672.

22 Tertia fuit opinio Comen. † & Aretini in d.l.ſed & ſi de ſua.ff.de acq.hæred.Alex.ibidem & in conſ.175.col.pen.lib. 5.& Ruini in rub.ff.ſoluto matr.num.303.qui ita diſtinxerunt,Aut hominis vita in iudicium proponitur atque deducitur principaliter:aut incidenter.Primo caſu præſumitur homo viuere centum annos.Ita procedit præcedens opinio.Secundo caſu non pręſumitur. Ita procedit opinio illa prima, quam & nos probauimus.Verùm hanc diſtinctionem in ſpecie reiiciunt Alcia.in Tract.pręſum.reg.2.pręſump.44.& Riminaldus Iunior in d.l.ſi emancipati.num.135.C.de collatio. Vna eſt ratio,qua motus eſt Alciatus, quia ſi pręſumptio vitę locum haberet,vbi principaliter vita deducitur,multò for
23 tius vbi incidenter:cùm † efficacius probent acta deducta in aliquo caſu principaliter,quàm ea,quę deducuntur incidenter.l.à diuo Pio.§.ſuper rebus.ff.de re iud.& ſcribit Bart.in l. qui Romę §.duo fratres.8.oppo.ff.de verbo.oblig.Hęc ratio Riminaldo pręcitato loco nõ placuit: nec mihi quoque probatur,non ea tamen conſideratione, qua vſus eſt, ſed hac po
24 tius:quia hęc duo diuerſa ſunt,deducere † aliquid in iudicio, & deductum probare, Cùm enim aliquid in iudicium deducitur,vt deinde probetur,ſi deducitur principaliter efficaciores probationes requiruntur, ſi verò incidenter leuiores, vt mox dicemus:de hac deductione loquuntur Comenſ.& Roma.cùm verò deductum probatur ſi principaliter probatur, illę probationes ſunt validiores, quàm quando incidenter fiunt.Et ita procedit ratio conſiderata ab Alciato,quę quidẽ, vt manifeſtè conſtat,eſt diuerſa à propoſito Comenſis & Romani:& ob id. Alia ratione vſus eſt Riminal.in d.l.ſi emancipati.num.136.aduerſus Comenſem & Aretinum, cùm ait, ſe non poſſe cõfingere,quando vita alicuius principaliter deducitur,ex quo ſemper incidenter deduci videtur. Eſt enim neceſſe quod pręcedat aliquod iudicium, vt putà, ſi peto legatum mihi factum donec talis viuat:principaliter legatum deducitur,vita verò incidenter.Ergo opinor & vitã aliquãdo principaliter deduci,exempli gratia,legata ſunt patri meo decem donec viuet:& pater ipſe meus erat tẽpore mortis teſtatoris octogenarius.Dico ego patrem meum vixiſſe vſque ad centeſimum annum,& ideo eſſe mihi hæredi ſoluenda ducenta,quæ patri meo præſtanda erant. Hic principaliter hominis vita deducitur,Cùm tractetur principaliter, an tot annos vixerit,vel non.

Rectius itaque ea ratione reiicitur Comenſ. & Aretini tra
25 ditio quia cùm aliquid deducitur † incidenter leuiores probationes ſufficiunt,quæ aliàs non ſufficerent, ſi principaliter id in iudicium deduceretur, Sicuti dicimus filiationem deductam incidenter in iudicio poſſeſſorio leuioribus probationibus probari poſſe:vt tradunt Bart.in l.1.nu.2.C.quorũ bono.& ibibem Bal.in fi.& Salic.col.2.ac alij multi quos cõgeſſi in cõmẽtariis, de adipiſcẽda poſſeſ. remedio ſecũdo.nu. 96.97.& 98.Ita pariter quãdo qualitas clericatus incidẽter deducitur, ſufficiũt probationes leuiores,vt docuit Bal.in l.non ignorat.



ignorat.num.10.C.de ijs,qui accuſ.non poſſ.ſic pariter,nobilitatem incidenter deductam probari leuioribus probationibus dicemus infra in præſumpt. 59.

Quarta fuit opinio Bart.in l.ſi quidem. C. ſoluto matr. & manifeſtius Comen.in l.2.§.ſi dubitetur.ff. quemadm.teſta. aper.Alex.in conſil.27.col.vlt.lib.6.Cornei in conſi.119.col. vlt.lib.1.& Alciati in Tract.de præſum.reg.1.præſum.44.Qui quidem Alciatus, mutatis quodammodo verbis,nouam eſſe opinionem à ſe excogitatam ſcriptum reliquit. Diſtinguunt
26 ij,quod aut † vita eſt fundamentum intentionis agentis : & tunc actor ille probare debet. Aut mors eſt eius fundamentum:& tunc mortem actor ipſe debet probare : quia contra eum ſtat præſumptio.

27 Hanc † opinionem ea ratione reijcit Riminaldus Iunior in d.l.ſi emancipati.num.139.C.de collatio. quia primum illud diſtinctionis membrum apparet falſum ex reſponſo Vlpiani in d.l.2.§.ſi dubitetur, vbi cùm quis peteret inſpici & deſcribi quoad cauſam teſtamenti pertinebat, de quo dubitabatur,viueret ne,vel vita functus eſſet; reſpõdit Vlpianus; Prætorem id cauſa cognita ſtatuere debere, vt ſi liquerit eum viuere non permittat inſpici tabulas. Ille petens tabulas inſpici erat actor, & fundabat ſe in morte teſtatoris:Et tamen (ſubiunxit Vlpianus) ſi liquerit eum viuere. Et ſic vult Vlpianus aduerſarium petentis probare debere vitam illius teſtatoris;Cæterùm facilè ea ratione euitari poteſt hęc conſideratio Riminaldi:quia in caſu d.§.ſi dubitetur.Vlpia. non reſpondet aliqua de facti ſpecie, quæ contigiſſet : ſed conſilium præbet Prætori,quid obſeruare debet, cùm quis petit aperiri & inſpici teſtamentum. Et propterea nos deducendo rem ad praxim dicimus, quod aut petens ille aperiri & inſpici teſtamentum non habebit aliquem aduerſarium; tunc ipſe non probando mortem efficit, vt ſatis dicatur apparere,teſtatorem adhuc viuere,vel iudex ex officio aſſumet informationes,an viuat,vel deceſſerit:& ſi conſtabit,viuere, non permittet inſpici tabulas. Aut verò habebit aduerſarium:& tunc petens aperiri teſtamentum non deducet mortem teſtatoris, ſed tantum poſtulabit, teſtamentum aperiri: aduerſarius verò ſi impedire voluerit, opponet teſtatorem adhuc viuere, & propterea aperiri teſtamentum non poſſe: ſicq́ue deducendo vitam, eam probabit. Rectius confutari ſic poteſt opinio hæc : quod cùm tota diſputatio ſit de præſumendo aliquem viuere, vel non viuere vſque ad centeſimum annum,præſupponimus eſſe incertum & incognitum, an is in humanis ſit:vel ſit vita functus ſicuti cõtingit in eo, qui iam diu abeſt,& ignoratur quid de eo euenerit:cum inquam de hoc incerto ſit diſputatio, maius & fruſtratoria eſt hæc opinio : cùm nec actor vitam, nec reus mortem deducentes aliter probare poſſunt quàm præſumptione.

28 Quinta & vltima eſt † opinio Cagnoli in d. l. ſi emancipati. nu. 92.in fi.C.de collatio.qui dixit, hoc eſſe iudici arbitrarium,ex quo à iure determinatum non eſt.iuxta.l.1.ff. de iure delibe.cum ſimilibus.Hæc opinio,& ſi à Riminaldo iuniore in d.l.ſi emancipati.nu.133.reijcitur,mihi tamen non diſplicet.Nam,ſi rectè conſideramus,facilè duæ illæ opiniones omninò pugnantes conciliari poterunt, iudicis hoc arbitrio exactè perpenſo ac ad praxim deducto.Supponamus itaque iam diu aliquem abeſſe, & ignorari an viuat,vel non: & petat agnatus eius ſucceſſionem aſſerens illum præſumi deceſſiſſe. vxor verò abſentis dicat,ſe conſeruari debere in poſſeſſionem bonorum mariti donec reuertatur:cùm viuere adhuc præſumatur. Hoc in caſu prudens iudex perpendet atque conſiderabit primum, nunquid à contendentibus de abſentis vita vel morte præſumptiones & coniecturæ aliquę deductæ & probatæ ſint. Et tunc pro ſui arbitrio ſequetur coniecturas,quæ ſibi videbuntur validiores:cùm non ſolùm præſumptiones, ſed & probationes propriæ ſint in eius arbitrio.l.3. §. tu magis. ff. de teſtibus.ſi verò nihil de vita vel morte deductum probatumq́ue ſit à contendentibus, iudex ſuo ex officio poterit perquirere, cuius eſſet ætatis ille abſens, quando abeſſe cæpit? quamdiu abſit? quo in loco profectus ſit? & ſi in caſtris, an multi in conflictu deceſſerunt?Si verò nauigauit mare;an qui cum eo profecti ſunt reuerſi ſint, vel non? His & alijs circunſtantijs perquiſiſtis & indagatis poterit iudex coniecturam facere,an ille adhuc ſit in humanis,vel deceſſerit:ſi enim adoleſcens viginti annorum captus eſſet à Turca,& de eo nil intra decem aut etiam viginti & plus annos auditum eſſet:non tamen iudex deberet coniecturam facere, illum deceſſiſſe: Cùm experientia compertum ſit;aliquos adoleſcentes captiuos.Turcarum eſſe domum reuerſos poſt viginti ac plus annos ſuæ captiuitatis.Et ego ipſe audiui,dũ annos.1562.ius pontificiũ docerem in Gymnaſio Montisregalis Pedemontium, illius ciũitatis ciuem nomine Io.Mariam(ſi me non fallit memoria)Tricolum poſt duorum & viginti annorum captiuitatem redijſſe ad vxorem,& filiam,quam nuptam reperit cum dote omnium bonorum, & ea de cauſa litem habuiſſe cum eius genero,qui nihil ex bonis illis à ſe auferri poſſe contendebat, propterea quod aliàs vxorem tenui dote non duxiſſet. Legi etiam apud Craue.in conſil.758.num.1. Franc.de pectis nobilem Vercellenſem ab hoſtibus captum & carceratum fuiſſe in carceribus decem & nouem annos, quem omnes credebant vita functum, & tandem liberatum.Cuius etiam carcerationis liberationiſq́ue meminit Oſaſcus in deciſi.93. Si verò quis iã ætatis quinquaginta vel plus annorũ captus ab hoſtibus, vel alia ex cauſa abſens viginti vel plus annos abeſſet, & nihil penitus de eius vita, vel morte conſtaret coniecturam facere poterit iudex,illum deceſſiſſe : cùm experientia ipſa quotidiana doceat,homines vt plurimum hoc tempore non excedere ſeptuageſimum quintum, vel octuageſimum annum ſuæ ætatis. Poterit etiam iudex ſumere informationes,an is abſens ſui natura eſſet robuſti vel debilis corporis,& pro ſua prudentia pronuntiabit.

## PRÆSVMPT. L.

Duobus ſimul mortuis bello,ruina, naufragio,vel incendio, quis primò mortuus & quis ſuperſtes præſumatur : diligens & accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

*1 Duob.ſimul vita functis bello, ruina, vel naufragio, quis primò deceſſiſſe præſumatur.*

*2 Extranei quandoque dicuntur,qui patriæ poteſtatis vinculo inuicem deuincti non ſunt.*

*3 Maritus ſi vxore moriente in matrimonio habet conſequi lucrum dotis, ſi contingat ambos ſimul decedere ruina vel naufragio, etiam ſi dubium ſit quis prior deceſſit, præſumitur eueniſſe conditionem,cùm vxor ſit mortua in matrimonio.*

*Et idem dicendum econtra,quando ſtatuto vel pacto cautum eſſet, quod viro decedente in matrimonio certa pars bonorum viri ad vxorem pertineret.num.4.*

*Et idem quando ambo ciuiliter decederent eodem tempore : vt ſi religionem ingrederentur.num.5.*

*6 Donatio inter virum & vxorem non valet.Moderatur hæc conſtitutio,vt ſi is, qui donauit, prius deceſſerit, quam eum pœniteret, ipſa donatio confirmaretur : ſi verò deceſſiſſet donatarius ante donantem ſuperſtite donante, reſolueretur donatio.n.7.*

*Et quid ſi contingat donantem & donatarium ſimul eodem tempore decedere.num.8.& 9.& ſeq.*

*10 Dictio, maxime, ſui natura implicat idem eſſe etiam ſi ratio expreſſa deficeret.*

*Taxatiuè ponitur etiam quandoque.num.12.*

*11 Intellectus.l.ſi inter.in prin.ff.de reb.dub.*

*13 Donatio etiam reciproca ſuſtinetur, ſi donans & donatarius ambo moriantur ſimul & eodem tempore.*

*Et ſuſtinetur etiam, ſi is qui donauit,non eſſet maſculus, ſed fœmina.num.14,*

*15 Viro & muliere ſimul vnà morientibus præſumi prius deceſſiſſe mulierem vtpote debiliorem.*

*16 Donator & donatarius ſi vita functi ſunt,& ignoratur quis prius deceſſerit, cùm in diuerſis locis mortui ſint, melior iudicatur conditio poſſidentis, vt qui petunt, probare debeant tunc vel illum prius obijſſe.*

*17 Maritus ſi vxore præmoriente ipſo ſuperſtite ex diſpoſitione ſtatuti lucratur dotem,ſi contingat ipſum vnà cum vxore decedere, & non conſtat quis primò deceſſerit, hæredes ipſius mariti non acquirunt ipſam dotem,& quare.*

18 *Legatum vt debeatur legatario, neceſſe eſt, quòd teſtamentum confirmetur morte teſtatoris, ſuperſtite ipſo legatario.*

19 *Pupillus, & qui ei ſubſtitutus eſt, ſi eodem tempore moriantur, non poteſt dici vnus alteri ſuperſtes, vt ſuccedat in demortui locum.*

*Intellectus l. ſed & in illo. ff. de reb. dub. ibi.*

20 *Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum pupilli.*

21 *Pater & filius pubes ſi vnà ſimul perierunt bello, ruina aut naufragio, & agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſsionis, quis primò præſumatur mortuus. num. ſeq.*

*Intellectus l. qui duos. §. cum bello ff. de reb. dub. ibid.*

22 *Pater ordine naturæ præſumitur mori ante filium.*

23 *Hæreditas patris iuxta commune votum parentum peruenire debet ad filios.*

24 *Subſtitutio compendioſa verbis communib. facta non continet pupillarem, matre exiſtente in medio.*

25 *Patre & filio eodem tempore mortuis, præſumitur pater prius deceſsiſſe, quando pia cauſa habet ſuccedere: cum declaratione vt num. 26.*

*Secus ſi coniecturis apparet filium prius deceſsiſſe. num. 27.*

28 *Patre & filio ſimul decedentibus non præſumetur quòd filius pubes ſuperuixerit patri, quando agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſsionis extranei: Idem etiam ſi pereant ruina, bello vel naufragio, pater & filia pubes. num. 29.*

*Intellectus l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. ibid. & num. ſeq.*

30 *Pater & filius impubes ſi ruina vel naufragio ſimul pereunt, & agitur de ſuperexiſtentia reſpectu patris vel alterius aſcendentis, præſumitur prius deceſſiſſe filium & quare.*

31 *Pueri omnia iudicant maiora quam ſunt, & ideo rebus quibuſque etiam leuiſsimis terrentur.*

32 *Patre & filio ita pubere ſimùl mortuis quando agitur de ſuperexiſtentia ſucceſsionis patris vel alterius aſcendentis, præſumitur prius mortuus filius impubes, etiam ſi in diuerſis locis ruina vel naufragio periјſſent, & in dubium verſaretur, quis prius deceſsiſſet.*

*Idem dicendum in filio vel filia, qui paululum exceſsiſſent ætatem pupillarem. num. 33.*

34 *Filius impes ſi vna cum patre moritur ruina vel naufragio, præſumitur obijſſe ante patrem, quando ipſe ſubſtituiſſet pupillariter ipſi filio impuberi, & quare.*

*Idem quando agitur de ſucceſsione in bonis extranei. num. 35.*

36 *Mater non dicitur ſuperuixiſſe filio, quando in ipſo puerperio cum filio illo deceſsit, vt ſuccedere poſsit marito.*

37 *Libertus ſi vnà deceſsit cum filio pubere, & agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſsionis patroni in bonis d. liberti, quis primo deceſsiſſe cenſeatur.*

38 *Quod fauore patroni præſumitur ipſe filius prius obijſſe.*

*Secus ſi extaret pater ipſius liberti, qui patrono eſt præferendus. num. 38.*

*Et ſecus etiam, quando non extaret ipſe patronus, ſed eius hæres ſolùm. num. 39.*

1 DE hominis vita ac † morte ſuperiore præſumptione multa explicauimus, placet nunc & alia quædam ſcitu non indigna ſcribere. Dubitari ſæpè conſueuit, quorum primus deceſſiſſe præſumatur ex duabus, qui ſimul vno tempore deceſſerunt bello, ruina, naufragio, vel incendio? Hac de re multa doctè & acutè ſcripſerunt Bar. & Socinus in l. quod de pariter. ff. de reb. dubijs. Alciatus in Tract. de præſumptio. reg. 1. preſump. 49. & copioſius meliuſque Didacus Couuarr. libro ſecundo, varia. reſol. cap. 7. Ego Didaci traditiones, quas magni facere ſoleo, ob ſingularem viri eruditionem, in multis ſecutus multos caſus ita ex ordine diſtinguo atque conſtituo.

2 Primus eſt, quando duo extranei (extraneos † hic dicimus eos omnes, qui patriæ poteſtatis vinculo inuicem deuincti non ſunt) vnà ſimul bello, ruina, vel naufragio pe-
3 rierunt: Et ſolùm † agitur vt vxore moriente in matrimonio, maritus lucretur: atque ita non quæritur, an vxor ſit defuncta ante maritum, ſed ſolum, ant ſit defuncta in matrimonio. Hoc ſanè caſu. Si contingit maritum & vxorem ſimul decedere ruina, vel naufragio, dicendum eſt, conditionem eueniſſe, etiam ſi dubium ſit, quis eorum prior deceſſerit: Cùm verum ſit vxorem in matrimonio perijſſe. Ita ſcripſerunt glo. Bar. & reliqui in l. qui duos. §. ſi maritus. ff. de reb. dubijs ex illo textu. idem Bart. in l. quod de pariter, columna ſecunda, eo. tit. Baldus in l. ſi poſſeſſor. ff. de relig. & ſumpt. funer. Signorolus in conſilio nono. Præpoſ. in c. vlt. columna quarta, numero decimo, de donat. inter virum & vxo. quo loci ad verbum recenſet reſponſum illud Signoroli. Idem affirmarunt Ancha. in conſil. 438. column. vltim. Lucas de penna in l. principes. in 44. caſu. C. de princip. agen. in rebus. lib. 12. Marſilius in rub. C. de probat. num. 416. Rolandus à Valle in Tractat. de lucro dotis. q. 60. Ioan. Baptiſta Aſinius in l. ſi poſſeſſor. in fi. ff. de relig. & ſump. fune. Didacus lib. 2. varia. reſol. cap. 7. num. 3. Hanc opinionem probant prædicti tex. l. qui duos. §. ſi maritus. ff. de rebus dub. & tex. d. l. ſi poſſeſſor. ff. de religio. & ſump. fune. Idem etiam probatur tex. l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de dona. inter virum & vxo.

4 Extenditur hic † caſus, vt locũ habeat econuerſo, quando ſcilicet ſtatuto vel pacto cautum eſſet, quod marito decedente in matrimonio, certa pars bonorum viri ad vxorem pertineret, ſi cõtingat maritum & vxorem vnà ſimili mori, locus adhuc erit diſpoſitioni ſtatuti, vel pacti. Cum verum ſit, maritum deceſſiſſe in matrimonio, ex quo non requiritur, quod prius deceſſerit. Ita in ſpecie ſcripſerunt Signorol. in d. conſ. 9. Cremen. in d. ſing. 52. apertius Didacus in d. cap. 7. numero 3. verſicul. tertium eadem ratione. & in fine illius cap. 7.

5 Extenditur ſecundò, vt procedat, † quando ambo maritus ſcilicet & vxor eodem tempore ciuiliter decederent: vt putà ſi ambo religionem ingrederentur. Nam & hoc caſu locus erit lucro delato à ſtatuto, vel à pacto. Ita in ſpecie affirmarunt Petrus & Cynus in l. Deo nobis. col. pen. vbi Salicetus. in fin. C. de epiſcop. & cler. Ancha. in d. conſ. 438. col. vlt. Præpoſ. in cap. vlt. nu. 13. de dona. inter virum & vxo. Rolandus in d. Tractat. de lucro dotis. q. 60. num. 5. & Phanucius in commentariis ſuper ſtatuto de lucro dotis, in rub. in glo. per mortem. num. 38. & Aſinius in l. ſi poſſeſſor. in fine. ff. de religio. & ſump. funerum.

Secundus eſt caſus, quando agitur de reſolutione actus vno ex extraneis ipſis præmoriente, altero tamen ſuperſtite.
6 Exempli cauſa, lege † ſancitum eſt, quod donatio inter vir. & vxorem non valeat. l. 1. & l. 2. ff. de donat. inter virum &
7 vxo. Hæc † autem diſpoſitio conſtitutione diui Marci fuit temperata, vt ſcilicet, ſi is, qui donauit, prius deceſſerit, quàm cum pœniteret, ipſa donatio confirmaretur: ſi verò donatarius deceſſiſſet ante donantem ſuperſtite ipſo donante donatio omninò reſolueretur. Ita à Diuo Marco conſtitutum fuit in l. cum hic ſtatus. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxo. ſi
8 modò contingat † virum & vxorem vna ſimul decedere, an donatio confirmabitur, vel reſoluetur? Et reſponſum eſt ab Vlpiano in d. l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de don. inter vir. & vxo. & à Paulo in l. ſi inter. ff. de rebus dubiis, donationem non reſolui, ſed potius confirmari. Ea eſt ratio, quia ad huius donationis reſolutionem requiritur, quod donans ſit ſuperſtes: cùm verò ſimul donans & donatarius pereunt, non verificatur illa conditio ſeu qualitas, quod donans ſuperſtes ſit, cum verè non dicatur ſuperuiuere, qui ſtatim perijt: atque ita hoc caſu lex nullam inducit præſumptionem. Ita ſanè reſponſum eſt à Paulo & Vlpiano. Et confert. l. ſi ij, qui inuicem. ff. de donat. cap. mortis. Et in ſpecie caſum hũc probarunt Bart. in d. l. ſi inter. in prin. & in l. quod de pariter. col. 2. ff. de reb. dubijs. Signorol. in d. conſi. 9. Præpoſ. in cap. vlt. numer. 12. de donat. inter virum & vxo. Alciatus in Tract. de præſumptio. reg. 1. præſumpt. 49. num. 4. verſi. tertiò fallit. Didacus d. lib. 2. varia. reſo. cap. 7. num. 4. & Hugo Donellus in d. l. ſi inter. ff. de reb. dubijs.

Et quidem omnes eam eſſe rationem cenſent, quod non dicitur donator ſuperſtes ipſi donatario. Non defuerunt tamen qui ſcripſerunt, ita ab Vlpiano & Paulo fuiſſe reſponſum, fauore donationis, vt illa ſuſtineatur. Ita ſanè Dinus & Oldra. quos recenſet Bart. in d. l. quod de pariter. col. 2. verſic. item quod dicunt. & Aret. in conſil. 50. col. 2. Quorum quidẽ ratio falſa omninò eſt. tũ quia donationes





hæ odioſæ cum ſint. d. l. 1. & l. 2. ff. de dona. inter virum & vxo. infirmandæ potius ſunt quàm confirmandæ. Et rationem hanc in ſpecie reijciunt Bart. in d. l. quod de pariter. colum. 2, & ibidem Soc. num. 5. & Didacus in d. c. 7. num. 5. verſi. cæterùm his.

9 Verùm ab hac opinione † diſſentiunt Dynus & Oldra. ſuprà commemorati, & apertius Aret. in d. conſil. 50. col. 2. qui ſcripſerunt, imò hoc in caſu præſumi donantem ſuperuixiſſe. Et adducit Aret. tex. in d. l. ſi inter. in prin. ff. de
10 reb. dubijs; perpendendo illam dictionem, maximè, † cuius natura eſt, vt implicet idem eſſe, etiam ſi ratio expreſſa deficeret. l. 1. §. vel maximè. ff. de collat, bono. & l. ſcire oportet. §. etſi maximè. ff. de excuſat. tuto. Eſt ergo (dixit Aret.)
11 ſenſus illius † tex. quod etiam ſi non ſubeſſet illa ratio, videlicet, quia donatio non reſoluitur, niſi quando donator ſuperuiuit donatori: attamen adhuc eſt dicendum, donationem confirmari. Et ſic manifeſtè deciditur, quod etiam vbi eſſet neceſſe maritum donantem prædecedere vxori, præſumptio legis eſt (ait Aret.) quod videretur maritum ipſum deceſſiſſe ante vxorem. Hanc conſiderationem atque inductionem reijciunt Soc. in d. l. quod de pariter. num. 5. & Didacus in d. cap. 7. num. 5. verſic. cæterùm, ac etiam Alciatus in d. reg. 1. præſumpt. 49. ad finem. Placet inter cæteras conſiderationes illa Didaci: & prius Soc. in d. l, ſi inter. nu.
12 4. & ibi Ludo. Teſſera cum † ſcribit, dictionem, maxime, ſtare taxatiuè, non autem implicatiuè in d. l. ſi inter, ſicuti & alijs in locis eam habet naturam, vt in c. ad abolendam. de filijs preſb. vbi Io. Andreæ & Butrius, & reſpondit Alex. in conſil. 77. nu. 23. lib. 3.

13 Extenditur primò hic † caſus, vt procedat etiam cùm donatio fuit reciproca. Nam & tunc ambobus decedentibus ſimul vtraque donatio ſuſtinetur. Ita probat. tex. in d. l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. verſic. proinde. ff. de dona. inter virum & vxo. & in ſpecie annotarunt Didacus in d. lib. 2. varia. reſol. cap. 7. num. 5. verſic. tertiò eodem iure.

14 Extenditur ſecundò, vt procedat † etiam ſi is, qui donauit, non eſſet maſculus, ſed fæmina. Nam adhuc non præſumitur illam prius deceſſiſſe, & quod vir ſuperſtes ei extiterit. Id quod manifeſtè probat tex. d. l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. Et in ſpecie affirmarunt Are. in d. conſil. 50. colum. 2. Didacus in d. cap. 7. num. 5. verſi. 4. ſatis. & num. 10. verſ. omnibus his. reiecta opinione Signoroli in conſil. 155. Specul. in tit. de procurat. §. 1. verſic. vigeſimoquintò. Decij in l. 2. num. 44. ff. de reg. iuris. Io. Lupi in rub. de donat. inter virum & vxo. §. 74. Tiraquelli in Tract. de legibus connub. lege. 8.
15 numer. 56. qui quidem opinati † ſunt, ex duobus vnà ſimul morientibus viro & muliere, præſumi prius deceſſiſſe mulierem, vt potè debiliorem. Eſt ſanè falſa horum opinio, quæ nullo iure probatur. Nam iura illa, quæ ab eis citari ſolent, alium habent ſenſum, ac illi exiſtimarunt, vt mox planum faciam.

16 Declaratur, vt † locum non habeat hæc ſententia quando duo ij donator ſcilicet & donatarius, vel vir & vxor, ſimileſque non in vno loco, ſed in diuerſis morerentur: & incertum eſſet, quorum alter prius deceſſerit. Nam tunc ſolùm dicimus, meliorem eſſe conditionem poſſidentis. Quando quidem ſi hæres viri peterent, ipſi tenerentur probare vxorem prædeceſſiſſe: quod ſi præſtare minimè poſſent, omninò ſuccumberent. Si verò hæredes vxoris agerent, ipſi deberent probare virum prius deceſſiſſe, quod cum facere non poſſent, cauſa caderent. Atque ita in pari cauſa melior erit conditio poſſidentis, qui actore ipſo non probante, abſoluetur. Ita in ſpecie docuit Bar. in l. ſi inter. in fi. ff. de reb. dubijs. quem ſecuti ſunt Imola & Comenſ. in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. & ibidem Alex. col. vlt. ſcripſit, hanc Bar. eſſe ſequendam: quam & ſingularem eſſe dixit Ioan. Lup. in rub. de donat. inter virum & vxo. §. 75. & in foro ac praxi eſſe præferendam dixit Didacus in d. cap. 7. num. 5. verſi. primo tamen: Et his accedit Bal. in conſil. 176. ſi per famam lib. 4. qui reſpondit, quod ſi incertum eſt quorum alter ex patre vel filio, qui diuerſis in regionibus deceſſerunt, prius mortuus ſit, incumbit onus probandi ei, qui contra poſſeſſorem agit. Et quo de reſponſo aliqua mox dicemus. Eiuſdem quoque opinionis cum Bar. fuerunt Guido Papæ in Tract. de præſumpt. col. 3. Alex. in conſil. 140. Circa primum. col. 1. lib. 5. Barb. in conſil. 23. columna pen. & in conſil. 50. col. 1. lib. 1. Cur. Sen. in l. admonendi. nu. 323. verſic. 4. moueor. ff. de iureiura. Philippus Probus in additionibus ad Ioan. Monachum in cap. ſi à ſede nume. 8. de præben. in 6. & Tiraquel. in Tract. de iure primige. q. 17. opinione. 11. num. 12. Quibus conſtat hanc eſſe receptam opinionem, & ab ea non eſſe recedendum: tametſi ab ea diſſentiant Socinus in d. l. ſi inter. in fi. & Ioan. Lupus in d. §. 75. qui ſcripſerunt, & hoc in caſu donationem omnino conſiſtere.

17 Tertius eſt caſus huius † noſtræ diſputationis quando agitur de alicuius lucri acquiſione vno ſuperſtite, & altero præmortuo, vt puta ſtatuto cautum eſt, quod vxore præmoriente, viro ſuperſtite, dotem lucretur maritus. Si contingat virum ipſum vnà cum vxore decedere ruina, vel naufragio. ſi non conſtat quorum primus deceſſerit, dos non acquiritur ipſi marito, ſeu eius hæredibus: ex quo non conſtat, mulierem prius deceſſiſſe, & maritum ſuperſtitem fuiſſe. Ita ſcripſerunt Signorol. in conſil. 9. Præpoſ. in c. vlt. num. 12. de donat. inter virum & vxo. Io. Lup. in rub. de donat. inter virum & vxorem. §. 74. Dida. lib. 2. varia. reſol. c. 7. num. 7. verſi. 3. principaliter. Rolandus à Valle in Tract. de lucro dotis. q. 60. num. 6. qui eiuſdem opinionis commemorat Caſtren. in l. qui duos. §. ſi maritus. ff. de reb. dubijs. Et hic caſus ſatis manifeſtè probatur multis iuribus, nempè in l. quod de pariter. ff. de reb. dubijs. quo loci Martianus reſpondit, quod ſi mater, aut quilibet extraneus ſtipuletur, dotem ſibi reddi à marito, mortua vxore in matrimonio, ſi ſimul ruina, aut naufragio perierint mater & filia: extraneus & vxor: non eſt commiſſa ſtipulatio: atque ita ad hæredem ſtipulantis dos non pertinet: quia mater, quæ ſtipulata eſt, non ſuperuixit.

Habet enim hæc ſtipulatio (vt rectè ibi aduertit Caſtren.) tacitam conditionem, ſi præmortua vxore, ſtipulator ſuperuixerit. Idem eſt (ſubiungit Paulus in l. idem. eo. tit. de reb. dubijs) ſi dos vxori prælegata ſit, & ſimul cum marito perierit. Cùm enim dubium ſit quis prius deceſſerit, & quis fuerit ſuperſtes, legatum non debetur, atque ita ad hæredes legatarij non tranſmittitur. Nam (ſicuti dicebat Caſtrenſis ibidem)
18 vt † legatum legatario debeatur, neceſſe eſt, quod teſtamentum confirmetur morte teſtatoris, ſuperſtite ipſo legatario. Eandem ſententiam à fortiori probat tex. l. ſed & in illo. de reb. dubijs, quem mox declarabimus. Huc etiã facit tex. l. inter Socerum. ff. de pactis dotal. quem doctè & acutè in hanc ſententiam perpendit Didacus in dict. cap. 7. num. 9.

19 Extenditur hic † caſus, vt locum etiam habeat, quando agitur de lucro inter duos impuberes, vt in caſu. l. ſed & in illo. ff. de rebus dubijs. quo loci Martia. ait, ſi pupillus, & is, qui ei ſubſtitutus eſt, pariter ideſt, eodem tempore moriantur, dici non poteſt, quod vnus alteri ſuperſtes fuerit, vt ſuccedat in demortui locum. Et conſiderat Caſtren. ibi agi de lucro & ſucceſſione inter duos fratres, qui extranei inter ſe quoadmodo ſunt: cum ratione naturali vnius ſucceſſio ad alterum non pertineat. Et ego intelligo vbi vtrunque fuiſſe impuberem: & ob id ob parem ætatem debilem & teneram vnus altero prior perijſſe non præſumitur: nec vnus alteri fuit ſuperſtes. Et ſenſum hunc probat tex. l. qui duos. in prin. ff. eo. de reb. dubijs. Quod autem ambo illi fratres eſſent impuberes, ſuadet tex. dum primùm ait, impuberi fratrem fuiſſe ſubſtitutum, deinde inuicem factam ſubſtitutionem reciprocam. Ex quo facilè eſt dicere tam ſecundam ſubſtitutionem reciprocam quàm illam primam vni factam, pupillarem fuiſſe: ſicque inter impuberes. Et interpretationem hanc ſenſit gloſſa in d. l. ſed & in illo. & ab ea nõ recedit Soc. in d. l. quod de pariter. nu. 7. verſ. vnde videtur dicendum. Et certè niſi ita dicamus, non video, quæ probabilis ratio differentiæ adferri poſſit inter caſum. d. l. ſed & in illo. & d. l. qui duos. §. vlt. in fine. ff. de rebus dubijs. Nam illa interpretatio, quam attulit Bar. in d. l. quod de pariter. col. 2. verſ. iſtud dubium. ff. de rebus dubijs. cum dixit. d. l. ſed & in illo, loqui in diſpoſitione hominis, in qua lex non inducit hanc differentiam, quòd ex duobus vnà ſimul vno in loco mortuis vnus fuerit pubes & alter impubes, vt impubes præſumatur prius mortuus. Hæc ſanè interpretatio tametſi à

multis recipitur: rectè tamen reijcitur à Didaco in d. cap. 7.num.8.verſic.4.deducitur. qui quidem ſcripſit in caſu. d.l. ſed & in illo, ſic à Martiano fuiſſe reſponſum, quia ibi agitur de hæreditaria & teſtamentaria ſucceſſione, cuius proprium & peculiare eſt, teſtatorem præmori ſuperſtitibus hæredibus & legatarijs: cum alioqui verem ſucceſſio dici non poſſit. Exiſtimo Didacum intellexiſſe atque accepiſſe teſtatorem pro impubere illo, cui facta fuit ſubſtitutio pupillaris.
20 Nam ſicuti † pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum pupilli. §.1 in inſtit. de pup. ſubſt. ita ipſe pupillus teſtatoris nomen obtinere poſſe videtur. Si ita intellexit (vt opinor) Didacus egregia eſt & acuta interpretatio. Verùm cùm non explicauerit Didacus, qua ratione factum ſit, vt non dicatur ſubſtitutum impuberi ei non ſuperuixiſſe: cùm certum ſit impuberes facilius mori. d.l. qui duos. §. vlt. in fine. Ea propter dicendum eſt, vt ſupradiximus, id cótingere, quia ambo impuberes illi erant. Aliam rationem eſſe exiſtimauit Hugo Donellus in d.l. qui duos. §. cum in bello, quia in omnibus extraneis (ſunt enim ij impuberes inter ſe extranei, comparatiuè ad patrem & filium, vt attigimus ſuprà) nulla ratio cauſauè propria conſiderari poteſt, vt credatur atque præſumatur, alterum altero prius deceſſiſſe. Etenim (ait Donellus) in extraneis his commune periculum eſt omnium. Et dolor & metus ſingulorum eſt: nec vnus de altero cogitat: vel ſi cogitat, non tã illa de aliis cogitatio afficit quàm propria de ſe ipſo. Nec in his extraneis habetur ratio teneræ ętatis, quod ſcilicet vnus ſit impubes alter pubes. Nã hoc caſu non eſt par credere, infirmiorẽ prius deceſſiſſe. Fieri enim poteſt (inquit Donellus) vt impubes minus læſus ſit ex ruina, aut ex vulnere, aut læſus ſit poſterius, & ob id etiam diutius vixerit. Hæc conſideratio non ſatis mibi probatur. Nam ſi vera eſſet fruſtra adhibita fuiſſet à iureconſultis diſtinctio inter puberem & impuberem: vtroque enim in caſu idem ſtatutum fuiſſet; quippè quod eadem eſſet cogitatio, idem timor.

Et quod ait Donellus fieri poſſe, vt impubes minus ſit læſus, aut læſus poſterius; ſumma eſt diuinatio. Et idem dici poſſet, quando filius eſt pubes: & quando pater & filius ſimul bello vel ruina perierunt.

21 Quartus eſt caſus, quando † vna ſimul pater & filius pubes perierunt bello, ruina, vel naufragio: & agitur de ſuper exiſtentia reſpectu ſucceſſionis, quæ iure pertinet vel ad deſcendentes, vel ad aſcendentes, vt in caſu. l. qui duos. §. cũ bello. ff. de reb. dubijs. *Cum bello* (inquit Triphoninus) *pater cum filio perijſſet: materq; filij quaſi poſtea mortui, bona vindicaret: agnati verò patris, quaſi filius ante perijſſet: Diuus Hadrianus credidit, patrem prius mortuum.*

Hic filium fuiſſe puberem coniecturam facit Donellus; quod impuberes ad bellum duci non ſolẽt. Verùm fieri poſſe crediderim, vt bello, ſed non in caſtris, perierint pater & filius. De pubere tamen reſpondiſſe Triphoninum intelligo: cum de impubere aliter reſponderit in fine illius reſponſi. & Caius in l. ſi mulier. eo. tit. de rebus dubijs. Qua autem ratione ita crediderit Diuus Hadrianus non commemorat Triphoninus: Ea propter noſtri interpretes mirum in modũ in hac perueſtiganda ratione torquẽtur. Et primam quidem rationem conſiderarunt glo. in d.l. cum pubere. & Caſtren. in
22 l. ſi inter, ff. de reb. dubijs; quòd hic † ſit naturæ ordo, vt ſcilicet pater moriatur ante filium, iuxtà. l. nam etſi parentib. ff. de inoff. teſta. Verùm rationem hanc in ſpecie reiecit Soc. in l. quod de pariter. num. 6. in fine. ff. eo. de reb. dubijs: cùm & idem naturæ ordo conſiderari poſſit inter extraneos, quorum vnus ſit natu maior altero. Et præterea idem eſſet dicendum, quando filius impubes vnà cum patre moritur: cuius tamen contrarium reſponderunt Triphoninus in d.l. qui duos. §. vlt. & Caius in d.l. ſi mulier.

Secunda eſt ratio conſiderata à Socino in d. l. quod de pariter. nu. 7. verſ. aliquando. quem ſecutus eſt Didacus in li. 2. varia. reſolutio. cap. 7. nu. 8. verſi. his obſtare videtur. quòd
23 ſcilicet ſic crediderit Hadrianus, quia † humanum eſt, hæreditatem patris iuxta commune votum parentum, peruenire debere ad filios. l. ſcripto. ff. vnde liberi.

Hæc ratio dubitationem habet non mediocrẽ propterea quod ſic eſſet dicendum, decedente filio impubere vnà cùm patre: cũ tamen Triphoninus & Iauolenus aliter reſpõderint.

Tertia itaque, & probabilior quidem ratio eſt, quod Hadrianus ſic crediderit fauore matris ne à luctuoſa filij hæreditate excludatur, cuius quidem fauore & alia multa lex cõceſſit, vt dicemus ſtatim. Rationem hanc probarunt Curt. Iun. in l. precibus. nu. 40. C. de impuberum & alijs ſubſt. & Alciatus in lib. 10. parerg. iuriſ. c. 9. & prius idem ſenſit Bart. in l. Centurio. nume. 28. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Cum dixit,
24 † ſubſtitutionem compendioſam verbis communibus factã non continere pupillarem, matre exiſtente in medio, fauore ipſius matris, cui lex tribuit multa ſpecialia, quando de ſuccedendo eius filio agitur: Et Bar. in hanc ſententiam citat. d. l. qui duos. §. cum bello. Et Bar. ſecuti ſunt multi, quos congeſſi ſuprà lib. 4. in præſumpt. 56. vbi de dicta compendioſa ſubſtitutione facta à pagano verbis cõmunibus, matre exiſtente in medio, diſſeruimus. Et hæc quidem ratio probari poteſt tex. d. l. qui duos. in prin. ff. de reb. dubijs, iuncta. l. ſi eius, qui. ff. ad S.C. Trebell. In ea. l. ſi eius, reſpondit Marcianus, quod ſi pater duobus filijs inſtitutis, grauauit eum, qui nouiſſimo loco deceſſiſſet, reſtituere partẽ hæreditatis propinquo: ſi ambo filij vnà ſimul deceſſerunt, matre ſuperſtite, non adhibetur diſtinctio, quòd debilior credatur prius deceſſiſſe: nec lex ſtatuit, locum eſſe reſtitutioni, tanquam quòd ambo deceſſerint, & is ſubſtitutus fuerit ambobus ſubſtitutus, vt in caſu. d. l. qui duos. in prin. vbi mater non extabat. Ita quoque in l. vlt. C. de inſtit. & ſubſt. vbi ſubſtitutus, ſi non naſcetur poſthumus, non admittitur, ſi poſthumus. natus impubes deceſſit, matre ſuperſtite. Nam coniecturã facit Iuſtinia. teſtatorem noluiſſe ſubſtitutum admitti, ne mater ſuperſtes excludatur à luctuoſa filij hæreditate. Præterea & fortius, fauore matris ſic reſpondiſſe Triphoninum in d. l. qui duos. §. cum bello, ſuadet, quod ſtatim ipſe ſubiunxit, cùm dixit, fauore patroni factum eſſe, vt decedentibus patre & filio libertis, præſumitur prius mortuus filius, ne patronus, ob reuerentiam quandam excludatur. Eadem eſt ratio in matre, cui filius reuerentiã præſtare debet. Nec repugnãt conſiderationes Hugonis Donelli. in d. §. cum bello. in fi. & Soc. Iun. in d. l. Centurio. nume. 265. in fi. ff. de vulg. & pup. ſubſt. qui dixerunt. imò matris fauore ſic non reſpondiſſe Triphoninum: cùm ipſe Triphoninus in fi. d. l. qui duos, & Iauolenus. in l. cum pubere, & Caius in l. ſi mulier. ff. eo. de rebus dubijs. nullam conſtituerint differentiam, quod ſucceſſura eſſet mater, vel extraneus: ſed ſolum diſtinguunt, an pubes, vel impubes deceſſerit filius vnà cum patre, vel matre. Nam reſpondetur illis in caſibus non extitiſſe matrem, vel patrem: qui ſuccedere poſſent: Cùm nullum de eis verbum ibi factum ſit: ſicuti factum eſt in caſu. d. §. cum bello.

25 Extenditur hic † caſus, vt procedat etiam quando pia cauſa habet ſuccedere. Nam & tunc eadem ratione humanitatis præſumendum eſt patrem deceſſiſſe ante filium, vt ſcilicet ſucceſſio perueniat ad piam cauſam. Ita docuit Socinus in d. l. ſi mulier. num. 3. de reb. dubijs qui num. 4. ſubiunxit, idem eſſe fauore piæ cauſæ.

26 Declaratur † primò hic caſus, vt locum habeat, quando verè ſumus in dubio, an filius, vel pater prius deceſſerit: ſecus eſt quando apparet filium etiam per temporis momentum prius perijſſe. Nam tunc ſtamus ipſi certitudini. Et illud temporis momentum ſpectatur. Ita declarat Socinus in d. l. ſi mulier. nu. 1.

27 Declaratur ſecundò, vt † non procedat hic caſus, quando alijs coniecturis apparere poſſet, filium prius deceſſiſſe: ſicuti de egregia quadam facti ſpecie interrogatus reſpondit Maria. Soc. Se. cuius meminit Socinus in d. l. ſi mulier. num. 10. verſ. ſed aduerte, quia. de reb. dubijs. Anno. 1450. qui fuit annus Iubilei Romæ, ruina pontis Sancti Angeli (vt opinor) perierunt quingẽti homines plus minus: inter hos perijt pater natura fortis & robuſtus vnà cum filia tredecim annorũ naturæ debilis; & cùm dubitatum fuiſſet, an prius pater, vel filia perijſſet, reſpondit Maria. Socin. præſumendum fuiſſe, quod prius deceſſerit filia illa. Plures enim coniecturæ ſuadebant, filiam prius deceſſiſſe. Prima, quia ſi fuiſſet maſculus præſumptio fuiſſet quod tanquam impubes prius deceſſiſſet, vt dicemus infrà in ſexto caſu. Ergo multò magis præſumendum eſt fæminam debilioris alioqui naturæ maſculo perijſſe ante patrẽ: cũ ſi maſculus fuiſſet ita præſumeretur.

Secunda



Secunda erat coniectura, quia puella illa erat ſui natura debilis: & quæ facilè timore & metu, aut etiam leui ictu perire potuit. Tertia erat coniectura, quia pater erat vir fortis & robuſtus: & qui non ita de facili teri potuit, vel aliquo ictu occidi æquè cito ac illa filia. Hanc declarationem probauit & rectè Socinus in d. l. ſi mulier. num. 10. verſ. ſed aduerte. Et rectè quidem, vt dixi, reſpondit: quandoquidem leges ipſæ & earum interpretes, cùm dixerunt, præſumi filium puberem ſuperuixiſſe patri, id dixerunt, ſuppoſito, quòd filius ſit in plena illa pubertate, quæ multũ virium & roboris habet: & quæ quidem iam validiores effectæ ſunt, quàm illæ, quæ in patre tunc reperiuntur. Id quod non contigerat in caſu Maria. Soc.

28 Quartus eſt caſus, quando agitur † de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis extranei. Hoc caſu ſi pater & filius ſimul moriantur, non præſumitur quod filius pubes ſuperuixerit patri. Ita probat text. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. vbi ſubſtitutus Titio, ſi is ſine liberis deceſſerit, admittitur ad fideicommiſſum, Titio & eius liberis ſimul mortuis naufragio, ruina, vel aggreſſu, vel quo alio modo. Quia (ait Vlpia.) non eſt veriſimile filium ſuperuixiſſe.

Hunc caſum in ſpecie probauit Soc. in d. l. quod de pariter. num. 7. dum ſic intellexit. d. §. ſi quis autem, & eum conciliauit cum d. l. qui duos. §. cum bello. & §. vlt. Et ratio huius caſus eſt, quia hic ceſſat illa humanitas: quæ locum habet quando agitur de ſucceſſione filij in bonis patris, vel filij. Qua ex re ſubinfert Soc. quod ſi in caſu. d. § ſi quis autem, fideicommiſſum fuiſſet relictum ab aſcendente, præſumeretur filium ſuperuixiſſe: quia & eo in caſu militaret eadem ratio humanitatis. Nec hic recipienda eſt illa interpretatio Bart. in d. l. quod de pariter, quam non admittit Soc. & apertius eam reiicit Didacus in d. cap. 7. nu. 8. verſic. hic obſtare. Eſt etiam explodenda explanatio illa Ludouici Charondæ. lib. 1. veriſimilium iuris cap. 21. cùm dixit, d. §. ſi quis autem, loqui quando pater & filius perierunt ruina, vel naufragio, in quibus ob iuuenilem imprudentiam & temeritatem præſumitur prius periiſſe filium quàm patrem. Et text. d. §. cum bello, ait Charondas, loquitur cum ambo illi perierunt bello, in quo plurimum prodeſt robur & audacia, & ideò præſumitur prius mortuus pater tanquam imbellis. Eſt ſanè reiicienda hæc interpretatio, quandoquidem repugnant verba illa generalia. d. §. ſi quis autem. ibi, *vel quo alio modo.* Imò repugnant verba illa ſpecialia, ibi, aggreſſu. Eſt ſanè aggreſſio, quæ ab hoſte contra hoſtem fit. Et prætereà nõ plus adoleſcentis filij quàm patris ſenis conſiderari poteſt temeritas vel imprudentia in naufragio & ruina, quæ caſu eueniunt: Imò econtrà in bello magis perpendenda eſt nimia adoleſcentis temeritas & audacia quàm militis ſenis, qui vt veteranus magna dexteritate & ex tempore pugnam ſuſtinere ſolet. Id quod ſuo exemplo declararunt prudens ille Entellus ſenex, ac glorioſus ille Dares adoleſcens eo in ſingulari certamine cuius meminit Virgil. in 4. Æneidos.

Eſt itaque retinenda illa Socini interpreratio quam probat & tex. l. quod de pariter. ff. de reb. dubiis, vbi econtra, mater non præſumitur ſuperuixiſſe filiæ puberi, puberem fuiſſe exiſtimo cùm iam nupta eſſet, à communiter cõtingentibus) ne dotem recuperaret à genero ex ſtipulatione de ea reſtituenda concepta. Reliqua, quæ ad interpretationem. d. §. ſi quis autem, pertinent, explicauimus ſupra lib. 4. in pręſumpt. vbi egimus, quando præſumatur eueniſſe conditio.

29 Extenditur hic † caſus, vt procedat etiam quando pater & filia pubes pereunt vnà ſimul ruina, bello, vel naufragio. Nam & hoc in caſu cum agatur de ſuccedendo extraneo, vel de re acquirenda ab extraneo, non pręſumitur filiam quanquam fragilioris imbecillioriſq; ſexus deceſſiſſe ante patrem, atque ita patrem ei ſuperuixiſſe. Ita reſpondit Arec. in conſ. 50. col. 3. quem in ſpecie ſecutus eſt Didacus in d. cap. 7. num. 8. verſ. his obſtare. Non enim (vt & aliàs admonui) imbecillitas ſexus hac in diſputatione conſiderabilis eſt.

30 Sextus eſt caſus, quando † agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis patris, vel alterius aſcendentis: & vnà ſimul ruina, vel naufragio perierunt pater & filius impubes.

Hoc in caſu pręſumitur, quod prius deceſſerit ipſe filius. Ita Thriphoninus in l. qui duos. §. vlt. in fine. ff. de rebns dubiis, cuius verba hæc ſunt.

*Quod ſi impubes cum patre filius perierit, creditur pater ſuper uixiſſe.*

Et Caius in l. ſi mulier. ff. eo. de reb. dubiis, ita reſpondit.

*Cum filio impubere mater naufragio perijt, priorem filium necatum eſſe intelligitur.*

Item cenſuit Papinia. in l. inter Socerum. in princ. ff. de pactis dotal. cùm dixit, veriſimile eſſe quod mortua matre vnà cum filio anniculo, prius mortuus ſit filius ille anniculus. Et hanc eſſe iuris præſumptionem ductam ab ipſa natura, dixit Io. Andreæ in additionibus ad Specul. in tit. de præſumptionibus. §. ſpecies. nu. 5. in verbo. in prædictis, dum citat textum d. l. qui duos. §. cum bello. de rebus dubiis. de quo mox dicemus. Et præſumptionem hanc iuris in ſpecie probarunt Dyn. & Oldra. quos refert & probat Alciatus in dicta pręſump. 49. num. 1. Idem affirmarunt Socinus in d. l. quod de pariter. nu. 6. verſ. ſecundo principaliter. ff. de reb. dubiis. Hugo Donellus in d. l. qui duos. §. cum bello. & Didacus Couuarr. lib. 2. varia. reſol. cap. 7. num. 9. verſi. nam quod adducitur. Natura enim ipſa ſuadet impuberem prius deceſſiſſe, quàm patrem, vel matrem, tum ob terrorẽ, qui in impubere maior eſt, quàm in pubere & adulto: tum ob doloris impatientiam, tum ob debilitatem ſeu infirmitatem virium & corporis. Credibile certè eſt impuberem in tumultu repentino (vt rectè dicebat Donellus) & omnium conſternatione ac præſertim patris, à
31 quo vno pendebat, in præſenti periculo ſtatim terrore exanimatum eſſe. Nam † pueri, in quibus nullus eſt viſus, & qui omnia maiora, quàm ſunt indicant propter imperitiam ætatis, rebus quibuſque etiam leuiſſimis terrentur. Impatientia doloris in ea ætate ſumma, vt quę eiuſmodi malis ferendis nõ ſit aſſueta, mortem accelerat. Infirmitas demum corporis efficit, vt pueri minus poſſint morti obſiſtere.

32 Extenditur primò hic † caſus, vt locum etiam habeat, quãdo pater & filius iſte impubes diuerſis in locis ruina, naufragio, vel alio modo periiſſent, vt incertum dubiumque eſſet, quorum alter prius deceſſiſſet. Nam adhuc præſumitur prius obiiſſe impuberem illum. Nec repugnat conſideratio Hugonis Donelli in d. l. qui duos. §. cum in bello, aliter ſentientis. Dicebat Donellus, quod cum diuerſis in locis pereunt pater & filius impubes, ceſſare videntur rationes illæ, quæ ſuadent prius deceſſiſſe impuberem, quam patrem, quando vno in loco decedunt. Cùm enim eodem in loco ſunt, credibile eſt ait Donellus) impuberem à latere patris non diſcedere, aut ſi (ab eo abeſſet tamen illum caſu exorto, in ſinum patris & tutelam confugiſſe, aut patrem ad ſuſcipiendum, vel ſeruandum impuberem vltrò accurriſſe. Quæ res facit (inquit Donellus) vt cùm pater neque prius neque grauius, quàm impubes percuſſus ſit: quia ſcilicet ambo in eodem loco fuerint, in pari caſu & ictu, credendum ſit, patrem diutius vixiſſe, ob eas cauſas ſuprà commemoratas.

Hæc ſanè Donelli conſideratio vera non eſt. Nam præter rationem illam perpenſam à Donello, cur prius impubes, quàm pater periiſſe pręſumatur, extat & alia ratio verior quidem & probabilior, nempè ob ætatis imbecillitatem atque infirmitatem: ac etiam quod ea ætas tam tenera non aſſueta his malis facilè terreatur. Quamquam ergo ratio illa conſiderata à Donello ceſſet illo in caſu: non tamen ceſſat alia ratio, quo fit, vt locus ſit ipſi diſpoſitioni etiam quando diuerſis in locis deceſſerunt. Cùm ſufficiat vnam ex multis rationibus adeſſe, iuxta regulam. § affinitatis. in inſtit. de nuptijs. cum ſimilibus.

33 Extenditur ſecundò, vt procedat † in filio vel filia, qui paululum exceſſiſſent ætatem pupillarem: ſicuti de filia ætatis treſdecim annorum, quàm deceſſiſſe ante patrem præſumendum eſſe docuit. Soci. in l. ſi mulier. num. 10. & ibi verſi. prætereà. ff. de reb. dubiis: Et illi accedit, quod idem iudicamus de eo, qui eſt prox. ætati pupillari, ac de ipſo pupillo, quo ad corporis robur & vires, ſicuti experientia ipſa docet.

34 Declaratur primò, vt non procedat hic caſus quando † pater ſubſtituiſſet pupillariter filio ſuo impuberi, & mater eſſet iu medio. Nam tunc ſi pater & filius ipſe impubes deceſſerint ſimul ruina, vel naufragio, præſumitur filius mortuus ante patrem: atque illa ſubſtitutus non ſuccedit teſtatori ex tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pupillari, ne mater excludatur. Ita Alcia. in l. 10. parerg. iuris. c. 9.



Decla

35 Declaratur ſecundò hic caſus,vt † locum nõ habeat quando agitur de ſucceſſione in bonis extranei. Nam tunc non præſumitur pater,vel mater ſuperuixiſſe filio, ſi vnà deceſſit, ſicuti notabili in caſu reſpondit Soc. Sen.in conſ.197. col. 2.
36 verſic.ſecundò prædicta.lib.2.cùm † reſpondit, matrem non dici ſuperuixiſſe filio,quando in ipſo puerperio cum filio ille deceſſit,vt ſuccedere poſſet vxor marito.

37 Septimus eſt caſus, quando † agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis patroni in bonis liberti. Et vnà ſimul deceſſit ipſe libertus cum filio ſuo pubere,ruina,bello,vel naufragio,præſumitur,quod filius ipſe liberti deceſſerit ante patrem ſuum, ipſumque patrem ſuperſtitem fuiſſe. Id quod factum eſt fauore patroni ipſius liberti:cui quidem patrono legitima hæredita, & ſucceſſio bonorum liberti,acquiritur.Ita apertè probat.text.l.qui duos.§.ſi cum filio ſuo.ff.de reb.dubiis. Et in ſpecie caſum hunc probarunt Dynus in d. §. cum filio.& Bart.in d.l.quod de pariter.col.2.verſ.aut pubes.Comenſ. Socinus & Hugo Donellus in d.§.ſi cum filio.& idem Socinus in l.ſed & in illo.col.vlt.de reb.dubiis.Didacus Couar.libr.2.varia.reſol.c.7.nu.10. His addo Curtium Iun.in l. precibus.num.40.C.de impub.& aliis ſubſt.quo ſanè in loco Curtius vnum ſcripſit omninò falſum, quod ſcilicet, quemadmodum fauore patroni ita conſtitutum eſt, ita à fortiori dicẽdum fauore matris eſſe factum,vt filius præſumatur mortuus poſt patrem. Hoc ſanè argumenti genus apertè confunditur ex d.§.ſi cum filio,iuncto.§.cum bello, qui immediatè præcedit.Et in ſpecie docuit Socinus in d.§.ſi cum filio.in 3. notab. quod maior eſt fauor patroni reſpectu hæreditatis liberti, quàm fauor matris in hæreditate filij.Idem Socin.in l. ſi mulier.num.6.eo.tit.

38 Declaratur primò,vt † locum non habeat caſus iſte,quando extaret pater ipſius liberti, qui hodie patrono præfertur in ſucceſſione ipſius liberti, vt in inſtit. de ſer.cogna. Nam tunc non præſumitur libertus mortuus poſtremo loco,vt patronus ſuccedat, ſed ante vt ſuccedat eius pater. Ita declarat Soc.in d.§.ſi cum filio,numero quarto, qui hoc inſert ex traditione Comenſis,quam ibi.nu. 3.explicat.

39 Declaratur ſecundò, vt † non procedat hic caſus, quando non extaret ipſe patronus,ſed ſolùm eius hæres. Nam hoc caſu non pręſumitur libertus mortuus vltimo loco,vt deferatur ſucceſſio illi hæredi.Ita docuit Bart.in d.§.ſi cum filio,cuius doctrinam copioſè declarat ibi Socin.colum.vlt.

## PRÆSVMPT. LI.

Ex duobus filiis maſculo ſcilicet & fœmina, vel ambobus maſculis natis vnà ſimul ex eodem partu, quis primus natus præſumatur dilucidè explicatum.

### SVMMARIVM.

*1 Mulieres vno partu ſæpe duos filios pariunt,aliquando plures tam maſculos quàm fœminas.*
*Rebecca geminos filios peperit ex Iſaac, & geminos Thamar ex Iuda ſocero.*
*3 Caſtor & Pollux ex Leda eodem partu nati.*
*4 Horatij trigemini apud Romanos nati, totidemq́; Curiatij apud Albanos pro obtinendo imperio ſimul congreſſi fuere, & Horatij Romanis imperium paraſſe dicuntur.*
*5 Mulier Alexandrina olim Romæ quinque habuit filios incolumes vno partu natos.*
*Idem de alia muliere legitur tempore Antonini Pij, quæ quinque eodem partu edidit filios.num.6.*
*Et idem de ancilla Cæſaris compertum eſt.num.7.*
*8 Mulierem plures parere filios quinque non poſſe affirmat Ariſt. cùm non ſint niſi quinque receptacula.*
*Ob id fabuloſum cenſetur quod ſcribit Plin.ſeptem & duodecim filios mulierem peperiſſe.num.9.*
*1 Et fabuloſum etiam creditur, quod dicit Albertus, mulierem in Germania configuratis iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis abortum feciſſe.num.10.*
*11 Margaritam Holandiæ comitiſſam, ex quo pertinaciter negaret, mulierem duos pueros ſimul ab eodem patre conceptos ædere poſſe,in pœnam vt creditur,trecentos ſexaginta tres vt paruos pullos vno partu procreaſſe fertur, omnes ſacro baptiſmate regeneratos:quod fabuloſum præſumitur.*
*12 Mulier quædam apud Arelatem permultos peperit filios ſuibus ſimiles, cuius familia porcellinorum nuncupatur : quod fabuloſum creditur.*
*13 Filijs duobus eodem tempore natis & vno partu, ſi incertum eſt, quorum primus ſit natus,quid ſit præſumendum.*
*Quòd ſi mulier maſculum & fœminam peperit eodem partu, & agitur de fauore libertatis,præſumitur maſculus primò natus. num.14.*
*Vel ſi teſtator reliquiſſet libertatem ancillæ,ſi primò fœminam peperiſſet, fauore libertatis ſumeretur præſumptio fœminam prius natam fuiſſe.num.16.*
*15 In Ambiguis humanior ſententia eſt ſequenda.*
*17 Filijs duob.eodem partu natis, maſculo & fœmina,& non agitur de fauore libertatis,& incertum eſt,quis primò ſit natus,nunquid in dubio maſculus præſumatur primò natus.*
*18 Maſculi citius perficiuntur in vtero quàm fœminæ. Et maior calor eſt in maſculo quàm in fœmina, ideo in vtero matris maiori impetu mouetur.num.19.*
*20 Maſculus eſt viribus fortior & robuſtior ipſa fœmina.*
*21 Maſculo & fœmina eodem partu natis non præſumi quenquam illorum primò natum,cùm æquè naſci primùm contingat.*
*Quòd imò maſculus cenſeatur primò natus.num.22.*
*Et id præſumptione hominum.num.23.*
*24 Maſculis duob.vel fœminis duab.eodem partu natis,ſi non agitur de fauore libertatis,quis vel quæ prius in lucem prodiſſe cenſeatur.*
*Quòd præſumptio ſit is qui pulchrior,fortior & robuſtior eſt.nu.25.*
*Sed leuis eſt huiuſmodi præſumptio,& reijcitur.num.26.*
*27 Filij duo eodem partu nati pulchritudine & viribus rarò ſunt diſsimiles,& quare.*

1 E Duobus ſimul mortuis ad duos ſimul eodem partu natos tranſeamus, etſi ordine quodammodo præpoſtero. Euenire † ſæpè videmus mulieres vno partu duos filios parere:aliquãdo plures, & tam maſculos quàm fœminas
2 mixtim. Geminos † pepererunt Rebecca Iſaaci vxor,& Thamar ex Iuda Socero, vt legitur Geneſ.cap.25.& cap.28.Ge-
3 minos † etiam peperit Leda,nempè Caſtorem & Pollucem, auctor eſt Plinius libr. 2. naturalis hiſto.cap.37. Trigeminos
4 † Horatios apud Romanos,totidemque Curiatios apud Albanos fuiſſe, qui pro obtinendo imperio ſimul cõgreſſi ſunt. Horatios Romanis imperium paraſſe legimus apud Liuium. lib.1.decad.prima & apud Plinium.lib.7. natura.hiſto.cap.3. etiam apud Paulum iuriſcon.in l.antiqui.ff. ſi pars hæred.pe-
5 ta.Alexandrinam mulierem † Romæ fuiſſe Iulianus ſuo tempore refert , quæ quinque habebat filios incolumes, vno partu natos.Iulianus inquã in l.ſi pater.ff.de ſolutio. Id quod confirmat & Paulus in d.l.antiqui. Qui & de quaternis idem atteſtatur. Id quod & ſcripſit Solinus polyhiſtor.capit. 3. ad
6 finem. Scribit etiam Iulius † Capitol.in vita Antonini Pij eo tempore mulierem peperiſſe vno partu quinque filios.Ancil-
7 lam quoque † Cæſaris Auguſti vno partu quinq; liberos enixam in agro laurente commemorat Gellius lib.10. noct.Attica.cap.2. qui ex ſententia Ariſtotelis & illud ſcribit, hunc
8 eſſe finem puerperij : atque † compertum nunquam fuiſſe plures quàm quinque genitos fuiſſe. Nam nec plura eſſe vuluæ receptacula ſcribit Iulia.in d. l. ſi pater.ff.de ſolut. Quo
9 circa † fabuloſum illud eſſe creditur quod ſcribit Plinius lib. 7.natural.hiſto.cap.3.& cap.11.ſeptem & duodecim aliquando filios mulierem peperiſſe.Et pro fabula id habet, & Paulus.in l. antiqui.ff. ſi pars hæred. peta. Erit etiam fabuloſum quod memoriæ proditum eſt à Sigeberto in chronicis, Lamiſſi Longobardorum Regis matrem vno partu ſeptem filios peperiſſe,quos in piſcinam proiecit.
10 Hinc etiam † ſcriptum reliquit Cælius Rhodig.lib. 4. antiq.lect.cap.23.adhibendam non eſſe fidem Alberto,qui ſcriptum reliquit,mulierem quandam in Germania configuratis iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis, abortum feciſſe. Aliqui dixerunt ſeptuaginta, auricularis digiti magnitudine. Erit etiam pluſquã fabuloſum quod memoriæ eſt pro



eſt proditum à Benedicto in cap.Raynutius, in verbo, & ſo-
11 boles.in princ. de teſta. Scripſit † ille, ſe aliquando in libro quodam vulgò Mare hiſtoriarum nuncupato legiſſe.Margaritam Holandiæ comitiſſam, quòd pertinaciter negaret,mulierem duos pueros ſimul ab eodem patre conceptos, ædere poſſe:in pœnam,vt creditur,trecentos ſexaginta tres, vt paruos pullos, vno partu procreaſſe, omnes ſacro baptiſmate regeneratos, ſub annum tricenteſimum decimum tertium, regnãte Philippo pulchro in Gallia. Ex hiſtoricis & rerum memorabilium obſeruatoribus idem affirmauit Ioan. Baptiſta Campofulgo.libr. 1. exemplorum.cap.6. Et cum Benedicto
12 idem ſcripſit Boër.q.148.numer. 4.qui commemorat † idem propè accidiſſe apud Arelatem,vbi mulier permultos peperit filios ſuibus ſimiles, & illius domum & hodie appellari porcellinorum familiam. Hæc fabuloſa exiſtimarunt Cælius loco ſupra allegato, ac etiam Coraſius in l.Arethuſa.ff.de ſtatu hom.ſi ad rerum naturam rem hanc referimus, fabuloſa certè eſt:ſi verò ad Dei opt.max.miracula , hoc credere pium erit. Sed ad rem.

13 Cum geminos peperit † mater , & eſt incertum , quorum alter primò natus,quid ſit præſumendum diſpiciamus.

Ego hac in re aliquot caſus ita conſtituo atque diſtinguo.

14 Primus eſt caſus, † cùm vno partu maſculus & fœmina nati ſunt, & agitur de fauore libertatis. Exempli cauſa, teſtator ſuo teſtamento ita cauit ſi ancilla mea primùm filium maſculum pepererit, libera ſit:ſi vno partu hæc ancilla peperit, maſculum, ſcilicet & fœminam, & incertum eſt , quorum alter primò natus ſit,libertatis fauore, ſumitur præſumptio, quod maſculus primùm in lucem venerit. Ita Vlpia.in l. ſi fuerit.§.
15 vlt.ff.de reb.dubiis. Cùm dixit, † in ambiguis humaniorem ſententiam ſequendam eſſe. Humanior autem eſt ſententia, quæ libertati fauet.l.in obſcura de reg.iuris.Hunc caſum pro certo & abſoluto habet Accur.Bar.& cęteri omnes in d.§ vlt.

16 Hinc ſubinfert † Soc.in d.§.vlt.nu.4. verſ.ex quo infertur, poſt Bart. & alios quod ſi teſtator reliquiſſet libertatem ancillæ,ſi primum fœminam peperiſſet:fauore libertatis,ſumeretur præſumptio,quod prius nata eſſet fœmina,à paritate rationis argumento ducto.Ipſe tamen Socinus ſub nu.4.verſic. ex quibus infertur, hac de illatione dubitat : ſed à communi interpretum opinione recedendum non eſt.

17 Secundus eſt † caſus, cùm maſculus & fœmina vno partu orti ſunt, & non agitur de libertatis fauore. Hoc caſu variæ ſunt Doctorum opiniones. Prima fuit eorum, qui exiſtimarunt, in dubio præſumi adhuc, maſculum prius editum.Qua in opinione fuerunt Accurſius in l.idem erit.ff.de ſtatu hom. & ibidem Baldus in vtraque lectura. Bart. & Caſtren. in l. ſi fuerit.§. vlt.ff. de reb.dubiis.Guido Papæ in Tract. præſumptio.colum. 3. verſ.item ſi in vtero & Decius in l.2.num.47.
18 de reg.iuris. Huius ſententiæ ratio adfertur, quod † maſculi
19 citius perficiuntur in vtero quàm fœminæ. Nam maior † calor ineſt maſculo quam fœminæ,ob id maſculus in vtero matris maiore impetu mouetur : & hinc fit, vt facilius perruptis panniculis citius quoque ſibi viam faciat.Ita ſanè Ariſtoteles in lib.7.de hiſtoria animalium.cap.2.in fin.& in lib.4.de generatione animalium.cap.6.

20 Hinc etiam fit, vt † maſculus credatur viribus fortior atque robuſtior, ſicuti ſcripſerunt Ariſtotel.lib.9.de hiſto.animal.cap.1.& idem lib.4.de generat.anim.cap.6. apertè ſcripſit, mares eſſe ſua natura fortiores ipſis fœminis. Plinius.lib. 11. natural. hiſto.cap.48. prætereo hic alios , quos commemorat Tiraquel.in Tract.de legib.nub.in l.1.num.55.

21 Secunda fuit opinio † eorum, qui ſcripſerunt, non præſumi quod ex geminis maſculus prius naſcatur : cùm æquè fœminam ac maſculum naſci primùm contingat.

Hac in opinione fuerunt Guiel.Cuneus, Petrus, Iacobus de Arena, Cynus, Bart.Baldus & Angelus in l.idem erit ff de ſtatu hom.Idem ſcripſerunt Guielmus Cuneus, Alber.Bart. Baldus, Salicetus, Roma.Alexan.& Iaſ.in l.ſi extraneus.ff.de condit.cauſa data. Et horum opinionem viſus eſt ſequi Tiraquellus in Tract. de iure primogen. q. 17.in opinione ſeptima.num. 3.Et ij quidem adducti ſunt reſponſo Vlpiani in d.l. ſi fuerit. §. vlt. dum dixit Vlpianus, fauore libertatis præſumi maſculum prius natum. Ergo in contrarium eſt ius commune,iuxt.l.ius ſingulare.ff.de legib. Quorſum enim neceſſe erat , id fauore libertatis præſumere , ſi & cæteris in caſibus maſculus primum natus præſumitur? Et propterea eodem in loco Vlpianus ſenſit, & fœminam prius ipſo maſculo naſci cõſueuiſſe. Hoc enim facilè colligitur ex verbis illis Vlpiani. *Siquidem certum eſt, quod prius ediderit, non debet de ipſius ſtatu ambigi.* Eandem opinionem confirmare apertius videtur locus Ariſtotelis lib.4.de generat.animal.c.6.Cuius verba hæc ſunt. *Eadem cauſa eſt,vt qui gemini mas & fœmina in genere hominum prodeunt, minus ſeruentur, cùm in cæteris animalibus nihilo referat.Hominibus enim hic concurſus præter naturam eſt, cùm non pari tempore mas & fœmina diſcernantur: ſed aut marem contari, aut fœminam præuenire neceſſe ſit.* Hæc Ariſtoteles. Cuius poſtrema verba oſtendunt, & fœminam in ſui ortu maſculum præuenire poſſe.

22 Tertia fuit opinio † eorum,qui exiſtimarunt,præſumi quidem maſculum naſci prius ipſa fœmina : ſed tamen præſumptionem hanc efficacem non eſſe, nec loco probationis , vt obtinere is poſſit , pro quo illa extat. Ita ſanè cenſuerunt Socinus in d.l.ſi ita fuerit.§ vlt.num. 4.verſ.ſed aduerte, ſi dici poteſt.ff.de reb.dubiis.& ibidem Hugo Donellus:Fieri enim poteſt , aut ſint in maſculo vitia quædam interiora , quæ vim eius debilitent. Fieri poteſt etiam , vt multò poſt fœminam conceptam maſculus ſit conceptus ex ſuperfœtatione, quę in mulieribus contingere ſolet,vt auctores ſunt Ariſtoteles lib. 4.de genera.animal.cap.5.& Paulus in l.antiqui.ff.ſi pars hæred.petat.

Hęc tertia opinio & mihi magis probatur,quippè qui non videam lege aliqua conſtitutum, quod præſumi debeat abſolutè prius naſci maſculum,quàm fœminam : ſed ſolùm reſponſum ita fuit ab Vlpiano fauore libertatis,in cæteris autem nil ſtatuit lex. Quocircà conciliari poſſunt duæ illæ primæ opi-
23 niones , vt † ſcilicèt illa prima procedat ex præſumptione hominis : nos enim præſumptionem atque coniecturam facimus maſculum priuſquam fœminam naſci,ob rationem illam ſupra commemoratam. Illa verò ſecunda opinio procedat inſpecta diſpoſitione legis, quæ nullam præſumptionem abſolutè induxit.

24 Tertius eſt caſus , cùm duo † eiuſdem ſexus putà duo maſculi,vel duæ fœminæ nati ſunt vno partu,& non agitur de libertatis fauore ſimiliuè cauſa ſpeciali.Hoc in caſu à lege nul-
25 la præſumptio aut coniectura fit. Noſtri tamen † interpretes coniecturam faciunt illum prius præſumi natum, qui vel fortior,vel pulchrior formoſiorque altero eſt.Ita Bald.in proœmio Digeſtorum.§.itaque.col.2. & Tiraquellus in Tract.de iure primogen.in præfatione.nu.67 & in q.17.in ſeptima opinione num.1.& 2.De formoſiore locus eſt Deutero cap.33. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius De fortiore atque robuſtiore ſunt illa, quæ ſuperiore caſu in prima opinione
26 commemorauimus. Cæterùm † leuis eſt hæc pręſumptio,quę victoriam cauſę parere minimè poteſt:quippè quod non ſine magna difficultate diſcerni poteſt ex geminis quis ſit fortior atque robuſtior. Nam ſi paulò poſtquam nati ſunt vterque inſpiciatur , difficilè erit cognoſcere quis ſit robuſtior, cùm in ipſo pariendi actu multa euenire potuerint,quæ fœtum vnum altero debiliorem reddiderint. Si verò vterque conſiderabitur aliquot poſt menſes vel annos , multa etiam in cauſa eſſe potuerunt,quæ vnum altero infirmiorem effecerint. Id quod
27 & de pulchritudine ac formoſitate dictum ſit. Illud † præterea accedit,quod rarò euenire ſoleat , vt gemini ij ſint viribus & pulchritudine diſsimiles. Id quod comprobatur teſtimonio Ariſtotelis lib.7.de hiſtoria animal.cap.6. cuius verba adſcripſi. *Gemini vel diſsimiles inter ſe nati iam ſunt, ſed plurimi magna ex parte ſimiles prodeunt. Nam & quædam cùm ſeptimo die à partu concubuiſſet , concepiſſetq́, peperit ſimilem ſuperiori quaſi geminum.* Hæc Ariſtoteles. Cuius ſanè ſententiæ ea eſſe poteſt ratio quod cum gemini vno maris & fœminę congreſſu generentur ( ſuperfætare quidem ſolet mulier, vt diximus ſupra, ſed rarò, vti ſcriptum reliquerunt Ariſtoteles lib.4.de genera.animal.c.5.& lib.7.de hiſt.animal.c.4.& Plinius lib.7. natural.hiſto.c.11.) illa imaginatio in coitu , formæ ſimilitudinem genitis filiis tribuit, ſicuti ſcripſi in lib.2.de arbitrariis iudicum.caſu 89.num.98.& memoriç proditum eſt à Plinio lib.7.natural.hiſtor.c.12. cui accedit Cælius Rhodig.lib. 20.lectio antiq.cap.is.illa inquam imaginatio quæ vna eſt in

vnico geminorum conceptu geminos illos ſibi omnino ſimiles procreat. Et ego ipſe vidi ac de facie domeſticeq́; cognoui multos geminos eodémque partu editos adeò ſibi ſimiles, vt vnus ab altero diſcerni vix poſſet. Magna mihi interceſſit familiaritas Cum Antonio Berga Taurinenſi philoſopho ac medico celeberrimo, dum vnà doceremus in Academia Mótis regalis Pedemõtium. Erat Antonio frater Auguſtinus eodem partu editus ſibi adeò ſimilis, vt qui Antonij faciem, vocem, inceſſum, manum pedumq́ue motus cerneret, audiret, Auguſtinum totum præoculis haberet. Noui & hic Patauij ſuperioribus annis Innocẽtium & Germanum de Prato Tridentinos fratres geminos, qui ambo iuri Cæſareo operam dabant, quorum alter, Innocentius ſcilicet auditor meus erat: ij adeò inter ſe ſimiles erant, vt ego ipſe non ſemel ſim deceptus, cùm vnum alloquerer alterum eſſe credebam. Nouimus & duos fratres Cretenſes Bozas, quorum alter nempe Bartholomeus anno. 1573. iuriſtarum Gymnaſiarcha illuſtris certè extitit: ij ſanè fratres gemini incredibili quadã ſimilitudine erant, ita vt permulti vnum ab altero non dignoſcerent.

## PRÆSVMPT. LIII.

Partum fœtumq́ue immaturum atque imperfectum natum eſſe quibus ſignis aque coniecturis cognoſci diciq́; poſſit dilucidè explicatum atque declaratum.

## SVMMARIVM.

*1. Partus fœtusq́; mulieris quib. ſignis aut coniecturis cognoſci poſſit perfectè vel immaturè editus.*

*2 Partum fuiſſe immaturè ac intempeſtiuè editum ſi quis aſſerit, præſumptionem contra ſe habet. & num. 4.*

*3 Mulier præſumitur ſuo tempore parere, vel ſcilicet ſeptimo, vel nono menſe, vel alio, quo partus vitalis eſſe poſſit.*

*5 Partus immaturitas atque imperfectio validis atque vrgentib. præſumptionibus probari debet.*

*6 Partus dicitur aliquando immaturus, aliquando imperfectus.*

*Immaturus dicitur, cùm intempeſtiue editus eſt: imperfectus, cùm ad ſui corporis perfectionem aliquid deficit. num. 7.*

*Et immaturus is creditur, qui editus ante ſeptimum menſem eſt, vel octauo menſe. ibid.*

*8 Mulier intempeſtiuè partum edidiſſe præſumitur quando ipſa deceſſit in puerperio.*

*Sed refellitur hæc præſumptio. num. 9.*

*10 Partus ſeptimeſtres vitales eſſe patet.*

*11 Rachel vxor Iacob Patriarchæ dum Beniaminum peperiſſet, in ipſo partu animam efflauit, ipſe verò Beniamin multo tempore vixit.*

*12 Iulia C. Cæſaris filia & Pompeij vxor ex puerperij doloribus migrauit, & partus aliquot dies vixit: & quare abortum fecerit. num. 15.*

*13 Mulier cùm abortum facit, mortis periculum ſubit ex vehementioribus dolorib. quos ſentit.*

*14 Tulliola M. Ciceronis filia perijt in ipſo puerperio abortum faciẽs.*

*15 Partus immaturitas ex eo præſumitur, quòd maeſtra, ſeu ſecunda, vel illa pellis, in qua partus eſt inuolutus, non eſt matura: & immaturam tunc eſſe dicunt obſtetrices, cùm inciſa ſanguinem non emittit.*

*At coniecturam hanc non eſſe veram & probabilem oſtenditur. num. 17.*

*18 Partus quamplures fuiſſe editos cæſo ventre.*

*19 C. Iulius Cæſar ſic dictus eſt, quia à cæſo matris vtero in lucem venit.*

*20 Partus immaturitas nunquid ex vehementi tuſſi, qua affligebatur mulier, coniecturari poſſit, ita quòd abortum feciſſe dicatur. & num ſeq.*

*21 Tuſſis enumeratur inter motus vehementiores.*

*22 Motus vehementes in muliere prægnante vim habent maximam expellendi & excutiendi fœtum etiam immaturum.*

*23 Abortus cauſari facile poſſunt à vehementi febre, à ſaltu mulieris, à clamore, à timore, & huiuſmodi.*

*24 Partus imperfecti quandoque ſunt vitales, & ſuccedere poſſunt.*

1 COntingit etiam perſæpe † dubitari de mulieri
partu fœtuq́ue (vt aliqua adhuc de his hoc lo-
co non incongruè diſſeramus,) quando prȩſu-
matur maturè ac perfectè editus, vel nõ. Cùm
enim certò ac manifeſtò ſciri cognoſciq́; non
poſſit, an partus ſit intempeſtiuus atque immaturus, & per
conſequens non vitalis, ad ſigna & coniecturas confugimus,
ſicuti reſponderunt Caſſaneus in conſ. 19. numer. 6. Socinus
Iunior in conſ. 35. num. 31. lib. 2. Alciat. reſponſo. 281. nume-
2 ro 3. & Burſatus in conſil. 63. numer. 20. Illud † autem eſt hic
ante omnia aduertendum, illum qui aſſerit, partum fuiſſe im-
maturè & intempeſtiuè editum, præſumptionem contra ſe
3 habere: ſi quidem prȩſumptio † eſt à natura ipſa ducta, vt ſuo
tempore pariat mulier. Id quod & re ipſa videmus: quia alio-
qui iam genus ipſum humanum defeciſſet. Et Phyſici om-
nes, quorum proprium eſt de his iudicare, admittunt: Cùm
ſcribunt, abortus dici fœtuum præter naturam, ſiue quales eſ-
ſe non debent. Ita inter multos ſcriptum reliquit ſummæ au-
ctoritatis inter medicos Nicolaus Florentinus ſermone ſex-
to, de membris generationis Tracta. 3. cap. 16. de abortu &
4 cauſis eius. Eſt itaque præſumptio † ab ipſa natura, mulierem
parere ſuo tempore, nempe vel ſeptimo, vel, (vt eſt magis re-
gulare) nono menſe, vel alio menſe, quo partus vitalis eſſe
ſolet. Id quod in ſpecie reſponderunt Socinus Iunior in d.
conſil. 35. numer. 24. & 25. libro 3 & Burſatus in d. conſil. 63.
nume. 21. Et hic pertinet quod ſcripſerunt Fortunius Garzia
& Marius Salomonius in l. Gallus. in princip. ff. de liberis &
poſthum. ille. num. 121. iſte. colum. vltim. verſic. item ſubdit.
Cùm dixerunt, eſſe credendum mulierem peperiſſe nono
menſe, cum ita ſoleant communiter mulieres parere. Quo-
4 circa † reſpondit Decius in conſil. 623. in fine, illum, qui aſ-
ſerit, partum non eſſe maturum & vitalem probare id debe-
re. Et hæc ipſa ſententia ac præſumptio eo magis locum ha-
bet, quando partus ipſe aliquot dies, vel etiam horas vixit,
quemadmodum ſcriptum reliquerunt Cagnolus in l. 1. nume.
193. ff. ſi certum petatur, & Burſatus in d. conſil. 63. nume. 20.
5 verſ. quinimò. Præſumptiones itaque ac † ſigna, quibus im-
maturitas atque imperfectio partus dignoſci ac iudicari po-
teſt, validæ atque vrgentes eſſe debent: quippe quod natura
ipſa repugnat, vt admonuimus ſupra libr. 1. quæſt. 30. Eſt & il-
6 lud hic obſeruandum † atque annotandum, partum dici ali-
quãdo immaturum, aliquãdo imperfectum, & ſi vnũ pro alte-
7 ro ſumi ſolet. Eſt partus † immaturus cum intẽpeſtiuè editus
eſt. Imperfectus verò cum ad ſui corporis perfectionẽ aliquid
deficit, immaturus partus creditur ille, qui editus eſt ante ſe-
ptimũ menſem, vel octauo menſe: qui vitalis non præſumitur,
vt diſſerui lib. 2. de arbitra. iudic. caſu. 89. De partu immatu-
ro & intempeſtiuõ res clara eſt, cùm apparet teſtimonio ob-
ſtetricum & peritorum in arte, vel etiam atteſtatione ipſius
matris partum eſſe editum, vel ante cœptum ſeptimum men-
ſem, vel in octauo, vel ſimili, qui ex communi Phyſicorum
ſchola viuere non poteſt. Hæc etiam immaturitas aliquando
ex perſona mulieris, quæ pepererat in cauſa de qua interro-
gatus deciſiuè reſpondi, deducebatur. Et multæ coniecturæ
8 ac ſigna perpendebantur. Prima coniectura & † ſignum im-
maturi intempeſtiuique partus adferebatur, quod mulier
ipſa, quæ pepererat, deceſſerat in ipſo puerperio. Quod eſt
ſignum abortus & editi partus intempeſtiuè, ſicuti reſpon-
derunt Pariſius in conſilio 56. numero 18. libro ſecundo &
Alciatus reſp. 281. numero quartò. Hanc coniecturam & ſi-
gnum recipiendum non eſſe reſpondi, cùm verè non demon-
9 ſtret partum eſſe immaturum & non vitalem. Non enim † bo-
na eſt conſequentia, mulier in ipſo puerperio deceſſit, ergo
abortum fecit. Conſtat enim ex omnium ſententia, partus
10 † ſeptimeſtres vitales eſſe, ſicuti ſcripſi in commentariis, de
arbitrariis iudicum, libro ſecundo caſu. 89. numero 35. Et
tamen ſcribit Hippocrates de ſeptimeſtri partu, ſæpe mu-
lieres parientes ſeptimo menſe perire vnà cum ipſo fœtu.
Hippocratis verba hæc ſunt. *Multæ verò mulieres etiam febrici-*
*tant his contingentibus, quædam etiam pereunt vnà cum fœtibus: ve-*
*rum omnes in breui ex hoc contaminantur, ac inquinãtur.* Et apud
optimos probatiſſimosq́; auctores legimus id nõ ſemel eue-
niſſe, mulieres partus edidiſſe vitales, ipſosq́; partus vixiſſe,
parturientes verò mulieres ipſas in ipſo puerperio deceſſiſſe.
Eſt



Eſt enim ſcriptum Geneſ. cap. 31. Rachelem vxorem Iacob
11 † Patriarchæ dum Beniaminum peperiſſet, in ipſo partu egiſ-
ſe animam, ipſum verò Beniaminum multos annos vixiſſe.
Scripſit & Plutarchus in vita Pompeij magni, Iuliam C. Cæ-
12 ſaris † filiam, & ipſius Pompeij vxorem ex puerperij dolori-
bus expiraſſe, & partum aliquot dies vixiſſe. Non ergo (vt di-
ximus) bona eſt conſequentia, mulier in ipſo puerperio de-
ceſſit: ergo abortiuit. Dicebam itaq; licere quidem ita argu-
13 mentari, cum † mulier abortum facit, mortis periculum ſu-
bit ex quo abortum faciens maiores & vehementiores dolo-
res ſentit. Id quod Hippocrates lib. 2. de morbis popularibus,
ſectione prima, ægrotus. x. & apertius Auicena libro 3. fen. 21.
tracta. cap. 8 ſcripſerunt. Auicenæ verba hæc ſunt. *Et dolores*
*quidem accidentes ob abortum vehementiores ſunt doloribus acci-*
*dentibus ob partum, quoniam illæ ſunt res non naturales.* Idem do-
euit Nicolaus Florentinus in dicto ſermone 6. de membris
generationis. tracta. 3. c. 17. de ſignis abortus. Et hinc legimus
perplures, quæ abortum fecerunt, periiſſe in ipſo puerperio,
14 ſicuti † Tulliola filia M. Ciceronis, vt auctor eſt Volaterra-
nus lib. 20. Antropolog. Non tamen hinc neceſſariò, aut pro-
babiliter ſequitur, quod & ſi graue ſubeat periculum mulier
abortiens, ſemper moriatur: ſicuti ipſa experientia quotidia-
na docet. Et apud Plutarchum præcitato in loco, nempè in vi-
ta Pompeij Magni ſic legitur: *Cùm ingens cieretur tumultus,*
15 *& curſitatio fieret domum à ſeruis, qui veſtes ferebant: fortè † vte-*
*rum Iulia geſtans conſpecta toga, quæ cruore erat reſperſa, defecit,*
*& egrè recreata eſt. Et illa turbatione, & motu abortijt. Ita ne illi*
*quidem qui maximè improbabant coniunctionem cum Cæſare Pom-*
*peij, reprehendebant in eo vxoris amorem. At cùm iterum prægnans*
*eſſet, filiam enixa ex puerperij doloribus expirauit.* Hactenùs Plu-
tarchus. Nec repugnant illæ auctoritates Pariſij, & Alciati,
quandoquidem reſponderunt illi de eo partu, qui vel ſexto,
vel octauo menſe atque ita intempeſtiuè immaturateq́ue
editus fuerat.
16 Secunda coniectura, † & ſignum partus immaturi adfere-
batur, quod maeſtra, vel ſecunda (vt mulieres noſtræ appel-
lant) ſeu illa pellis, in qua partus inuolutus eſt, non eſt matu-
ra. Immaturam tunc eſſe dicunt obſtetrices, cùm inciſa ſan-
17 guinem non emittit. Hanc † coniecturam veram, & probabi-
lem non eſſe dicebam, quia admiſſo, quod maeſtra, ſeu *la ſe-*
*conda* non ſit matura, non tamen inde ſequitur, quod partus
non ſit maturus, & vitalis. Nam vſus ipſe quotidianus contra-
18 rium docet: Videmus † enim ex vtero mulierum partus educi
19 cæſo ipſo ventre: ſicuti multi ita educti fuerunt, vt † C. Cæſar,
qui à cæſo matris vtero eo nomine appellatus eſt. Et alios
commemorat Tiraquellus in Tracta. de iure primigen. q. 18.
num. 2. Et tamen certum eſt, quod illa maeſtra, ſeu *ſeconda*
non erat matura, quia ſi matura fuiſſet, iam mater ante cȩſum
ventrem filium edidiſſet.
20 Tertia coniectura † & ſignum deducebatur quo partus im-
maturitatẽ demonſtrare conabantur ex perſona matris, quod
mulier illa graui vehementiq́ue tuſſi affligeretur. Et tuſſim,
aſſerebant illi, eſſe grauem motum, quo abortus fiunt, ex ſen-
tentia Galeni in Tract. de Sympt. cauſis. lib. 2. & ex eodem in
21 ſeptimo aphoriſmo. in 27. aphoriſ. qui † enumerat tuſſim in-
22 ter motus vehementiores. Et clarum eſt, motus † vehemen-
tes in muliere prægnante vim habere maximam expellendi
& excutiendi fætum etiam immaturum, vt ſcriptum reliquit
Galenus libro 3. de natural. facult. Nam facilè ex vehementi
motu ligamina diſrumpũtur. Et his accedit, quod ſi ſola oſci-
tatio in partu eſt lætalis, & ſtrenuiſſe à coïtu abortus cauſatur,
ob illam expellendi vim, vt ex Plinio lib. 7. natural. hiſto. c. 5.
ſcripſit Gellius libro 3. noct. Attica. c. 16. in fine. Ita & tuſſis
ipſa vehemens multò faciliùs abortum cauſare potuit. Sunt
23 † & alij motus vehementes, qui abortus cauſare ſolent. Sicuti
febris vehemens, ſaltus mulieris, clamor, timor, & his ſimiles.
quemadmodum memoriæ proditum eſt à Galeno libro 5.
aphoriſ. Hippocrat. aphoriſ. 45. Ætio in 4. tetrab. ſermone 4.
cap. 12. & à Nicolao Florentino ſermone 6. de membris ge-
nerationis. tracta. 3. cap. 16. de abortu. Hanc coniecturam di-
cebam, cum de cauſa illa reſponderem, nil pertinere ad dete-
gendam partus immaturitatem: Quandoquidem poteſt tuſ-
ſis cauſare abortum: non tamen ſequitur, mulier dum tuſſi
vexaretur, peperit, ergo abortiuit. Si enim conſtaret partum
eſſe abortiuum & immaturum, ſumi quidem poſſet argumen-
tum hoc modo, partus fuit intempeſtiuus & immaturè edi-
tus. Ergo vehemens illa tuſſis abortioni cauſam præbuit. Sed
argumentari hoc modo non licet: Mulier tempore editi par-
tus vehementi tuſſi vexabatur: Ergo abortiuit. Nam fieri po-
teſt, quod tuſſis fuerit vehemens, & tamen mulier ipſa præ-
gnans præſtituto à natura tẽpore pepererit: ſi in fætu nullum
apparet immaturitatis ſignum. His & aliis rationibus hanc
coniecturam olim reiiciebam. Et quam quidem nec hunc in
locum retuliſſem, niſi vt ſtudioſos, & qui in foro verſantur ad-
monerẽ, ne his fallaciis ſe falli & decipi patiantur. Illud etiam
hic adiiciam, vix eſſe, vt aliquod extare poſſit ſignum imma-
turi partus ex perſona matris, quàm illud quod vel ante cœ-
ptum ſeptimum menſem, vel octauo ipſo menſe partum emi-
ſerit. Nam ipſius mulieris infirmitas, ægritudo, mors, vel cæ-
tera his ſimilia cum cauſam aliunde habere potuerint, non ſa-
tis ſignificant partu immaturitatem.
24 De imperfecto fætu, & † partu dicendum nunc eſſet: at
cùm proprium ſit phyſicorum de his diſſerere, pauca tantùm
hic commemorabo. Contingit quidem partus imperfectos
edi, & qui tamen vitales ſunt, & qui ob id ſuccedere poſſunt.
l. quod dicitur. ff. de libe. & poſth. Imperfectio autem hȩc vn-
de proueniat docet Ariſtoteles libro 4. de generat. animal.
capit. 4. & aliquando etiam contingit partus naſci imperfe-
ctos, & non vitales, vt illi qui immaturi ſunt: & de quibus di-
ximus ſuprà. Dubitatum etiam aliquando fuit apud me in ea
facti ſpecie, quàm ſuprà commemoraui, an partus quidam
eſſet imperfectus, & immaturus, atque ita non vitalis, cùm
aures annexæ valdè eſſent illius capiti. Reſpondi ego ſignum
illud non omninò certum fuiſſe immaturitatis. In hancq́ue
veni ſententiam auctoritate potiſſimum Ariſtotelis lib. 7. de
hiſto. animal. cap. 4. Cuius verba hæc ſunt: *Fœtus, qui maturius*
*quàm ſeptimo menſe procedat, nullo pacto vitalis eſt. Qui ſeptimo vi-*
*talis quidem hic primus exit, ſed magna ex parte infirmior: quam-*
*obrem cunabulis ex lana eum obuoluunt, & faſcijs alligant: Meatus*
*etiam nonnulli infiſſi, vt aurium, aut narium, ſæpenumero generan-*
*tur: ſed accreſcenti articulantur infanti, & demum ſuam formam*
*recipiunt: & plerique de his quoque ſeptimo menſe natis viuere at-*
*que adoleſcere poſſunt.*

Hæc Ariſtoteles, qui & lib. 4. de genera. animal. c. 6. idem, propè ſcriptum reliquit his verbis. *Quod in pueris etiam patet qui menſe ſeptimo naſcuntur: ſæpè enim nonnulli eorum præ ſua imperfectione, ne meatus quidem integros adhuc habent, vt aurium aut narium, ſed poſt accreſcentes recipiunt, multiq́; ex ijs vitæ compotes euadũt. Hactenus ille, Cui quidem.* Subſcripſit Plinius lib. 11. natural. hiſto. c. 37. cuius verba hæc ſunt.

*Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium & narium defuere.*

Hæc Plinius. Et horum auctoritates aliquando recenſui ac ſecutus ſum in commentariis, De arbitrariis iudicum. lib. 2. caſu 89. num. 37. Et eiuſdem opinionis addo Io. Coraſium in l. ſeptimo menſe. nu. 4. in fi. ff. de ſtatu hom.

Cæterùm dubitari hic poſſet, an partus immaturi & imperfecti ſint adeò vitales, vt dici poſſint ſucceſſibiles. Qua de re ſcripſi ſuprà in lib. 4. in præſump. 89. num. 112.

## PRÆSVMPT. LIIII.

Filiatio quibus præſumptionibus & coniecturis probetur.

## SVMMARIVM.

*1 Filiatio verè & propriè non poteſt probari, & cùm ſit quid facti, non præſumitur, & qui ſe filium aſſerit, probare debet.*

*2 Filius is præſumitur, qui probauit, ſe eſſe natum ex vxore eius quem aſſerit patrem.*

*Et idem dicendum, etiam ſi eo tempore, quo is conceptus eſt, mater eius conſuetudinem habebat cum adultero. nu. 3.*

*Idem ſi mulier habitaret extra domum mariti, ſi modò maritus ad eam accedere ſolebat. num. 4.*

Idem dicendum in filijs naturalib. qui ex concubina præſumuntur. nu. 5.

Idem ſi mater affirmaret filium illum ex proprio marito non eſſe genitum. nu. 6.

7 Matris aſſertio & confeßio non poteſt nocere filio circa filiationem.

Et minus aſſertio patris. num. 11.

8 Lucinus Vicecomes male priuatus fuit Mediolanenſium principatu ob id, quòd Elizabetha eius mater affirmauerat, illum non ex marito ſed ex adultero generatum.

9 Regis cuiuſdam filius regno ſe abſtinuit ob id, quod eius mater ſibi dixit, ipſum non fuiſſe procreatum ex Rege.

10 Iulij Cæſaris dictum præclarum.

12 Agis Lacædemonius negauit Leotychidem, quem generauit, leuitate quadam eſſe filium ſuum.

13 Mariti & vxoris confeßio & aſſertio, quòd filius natus in eorum domo & ex illa vxore, non ſit mariti filius, ſed adulteri, ipſi filio non nocet.

14 Vxor, quæ diu ſtetit ſterilis, & diuertit à viro, & aliquot poſt dies reuerſa filium genuit, & domi peperit, ex proprio viro illum genuiſſe præſumitur.

15 Filius legit. is non præſumitur, qui natus eſt patre abſente, puta per decennium, & reuerſus filium inuenit anniculum.

Idem quando conſtaret, virum vel mulierem non potuiſſe aliqua de cauſa generare. num. 16.

17 Vir poteſt generare vſque ad ſexageſimum ſuæ ætatis annum, mulier verò vſque ad quinquageſimum.

18 Mulier carnoſa roſei coloris aptior eſt ad concipiendum.

19 Filius mariti non præſumitur, quando vxor habitauit cum alio, etiam quod marito pateret aditus coeundi cum vxore.

Idem quando filius fuit educatus, tractatus, & nominatus tamquam filius adulteri, numero 20.

21 Filius inducitur in quaſi poſſeßione filiationis ex tractatu & educatione,

Etiam ſi ageretur iudicio petitorio. num. 22.

Idem quando pater eſt vita functus, & ab alijs hic vt filius illius defuncti tractatus eſt. numero 23.

24 Filiationis nomen ceſſat patre mortuo.

25 Fraternitatis quaſi poſſeßio acquiritur per tractatum.

26 Filiationis quaſi poſſeßionem acquirit filius ex tractatu, etiam ſi eius pater ipſum filium reſpueret poſt tractatum: nam.

27 Ius filio quæſitum ſine eius facto & conſenſu à patre tolli non poteſt.

28 Filiationis quaſi poſſeßionem acquirit filius ex tractatu etiam ſi adeſſet vnicus actus tractatiouis, modò aliqualis nominatio concurrat.

Idem etiam ſi pater ipſe poſtquam tractauit filium vt filium, eum non eſſe filium ſuum aſſeruiſſet. numero 29.

30 Leotychides ab Agide patre habitus & tractatus vt filius multo tempore, Agide ipſo mortuo regnum non obtinuit ob id quod pater negauit leuitate ipſum à ſe generatum: & ſupra numero 12.

Et quare à patre fuit negatus. nu. 46.

31 Filius aliquando habitus & tractatus vt filius, ſi deinde à patre reiectus in alterius domum ſe contulit, & à nouo patre tanquam filius haberi & tractari cœpit, ab illa quaſi poſſeßione recedere dicitur.

Idem quando tractatus ſonaret potius in cauſam pietatis quam filiationis. num. 32.

33 Alimentorum præſtatio arguit quem eſſe alterius filium.

34 Filius quis præſumitur ex nominatione & confeßione patris noinantis & confitentis aliquem eſſe filium ſuum.

Vt quando in iudicio principaliter & propter ſe quis nominauit, confeſſúſque eſt aliquem eſſe filium ſuum nu. 35.

Secus ſi in iudicio incidenter & propter aliud nominauit. nu. 36.

Et conſtituitur in quaſi poſſeßione filiationis quando extra iudicium principaliter & propter ſe pater ipſum nominauit & confeſſus eſt eſſe filium ſuum. nu. 37.

Secus ſi incidenter & propter aliud. num. 38.

39 Filiatio probatur ex confeßione & nominatione facta etiam incidenter & etiam extra iudicium, ſi fuit facta in actu, qui filio conuenit, & non extraneo.

Idem quãdo confeßio & nominatio eſt geminata & repetita principaliter propter aliud. nu. 40.

Idem quando nominatio fuit facta incidenter ſeriò tamen & non perfunctoriè, præſente ipſo nominato. nu. 41.

Idem in antiquis. num. 42.

43 Filiatio communi voce & fama probatur. Secus quando communi voci & famæ repugnat aſſertio & nominatio illorum, qui pater & mater creduntur prædicti filij. nu. 44.

45 Filiatio aliquando probatur ſimilitudine & effigie & ſi concurrit matris profeßio, probatio multum vrget.

Contra. nu. 47.

Et probatur filiatio ex coniectura deſumpta ſententia lata ſuper ea. nu. 48.

Intellige quãdo ſententia fuit lata principaliter ſuper ipſa filiationis cauſa. num. 49.

Secus ſi fuit pronunciata in iudicio aliquo poſſeßor io. ibid.

CVM hac de egregia diſceptatione permulta ſcripſerim in lib. 2. de arbitrariis iudicum. Caſu. 89. paucula ſuperſunt quæ nunc his ſcriptis committam: tum maximè quod & recentiores nouè alia plura ſcripſerunt, nempè Antonius Gabriel in libro primo concluſionum. in tit. de præſumptionibus concl. 14. Maſcardus in Tract. de probationibus. in concluſ. 797. & 799. & Petrus Antonius Petra in Tract. de prohibita alienatione fideicommiſſi. q. 11. num. 240. cum per multis ſubſequentibus. Illo in caſu. 89. numero primo. ſcripſi
1 diſputationem hanc coniecturalem eſſe: cùm † verè & propriè filiatio probari non poſſit. Et idem affirmarunt alij congeſti à Petra in d. q. 11. num. 242. Quinque coniectura & præſumptiones præcitato in loco enumeraui, & nunc paucis repetam, eo prius præmiſſo, quod cum filiatio ſit quid facti, ob id non præſumitur: ſed quid ſe filium aſſerit probare debet. Hoc certum & apud noſtros vulgatum eſſe, nemo ignorat. Ita ſanè ſcripſerunt Angelus in l. liberorum. in prin. ff. de ijs, qui notan. infam. Decius in l. ſi emancipati. numero. 3. C. de collatio. & in c. peruenit. numero 4. qui filij. ſint legit. Iaſon in l. neque profeſſio. num. 3. C. de teſta & alij multi congeſti à Maſcardo in dicto Tract. de probationibus, concl. 786. n. 1. qui declarat. Nunc de coniecturis circa ipſam filiationem diſſeramus.

2 Prima † eſt coniectura quando probatum eſt, illum eſſe natum eſt vxore illius viri. Nam præſumitur à viro illo generatus. l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iuris. Ita ſcripſi & aliis iuribus & Doctorum Auctoritatibus comprobaui in d. caſu 89. num. 19.

Et illis accedunt Gabriel in d. conclu. 14. num. 1. Petra in de q. 11. nu. 255. & Maſcardus in d. concl. 788. num. 1. Dixi etiam. prædicto in loco Pariſij & Palęoti auctoritate, hanc coniecturam reſpicere non ſolam quaſi poſſeſſionem filiationis, ſed ipſam proprietatem. Et idem affirmarunt Petra in d. q. 11. nu. 256. & Maſcardus in d. concl. 788. in fi. ex ſententia Alex. in conſilio 51. num. 5. verſ. non obſtat lib. 1.. & Ruini in conſ. 52. nu. 4. & in conſ. 53. nu. 3. lib. 5. & accedit Decianus in conſ. 1. num. 73. & nu. 76. lib. 3.

3 Extenditur † primò hæc coniectura, vt locum habeat etiã ſi eo tempore, quo iſte conceptus eſt, eius mater conſuetudinem habebat cum adultero. Nam adhuc ille filius præſumitur à marito generatus. Ita ſcripſi in d. caſu. 89. num. 20. poſt Bal. & alios commemoratos à Curtio Iuniore, Pariſio & Alciato, quos retuli prædicto in loco. Et illis accedunt alij coieſti ab Antonio Gabriele in dicto libro primo concluſionum in tit. de præſumptionibus, in concluſ. 14. & à Maſcardo in dicta cõcluſio. 788. numero ſexto.

4 Extenditur ſecundò, † vt procedat etiam ſi mulier habitaret extra domum mariti, ſi modò maritus ad eam accedere ſolebat. Ita ex ſententia Alexandri, Barbatiæ Iaſonis Decij & Palæoti ſcripſi in d. caſu. 89. numero 25. Quibus nunc addo Baldum, Abbatem, Curtium & Pariſium relatos ab Antonio Gabriele in d. concl. 14. numero 2. Maſcardus in d. concl. 788. num. 9. Idem reſpondit Dec. in d. conſ. 1. nu. 78. lib. 3.

5 Extenditur † tertiò, vt locum habeat hæc coniectura & in filiis naturalibus, qui ex concubina præſumuntur. Ita ſcripſi in d. caſu, 89. numero 26. auctoritate gloſſæ, Ancharani, Iaſonis, Pariſij, Alciati, & Palæoti. Et his accedunt Abbas, Socinus



Socinus Sen. & Iunior, & Boerius relati ab Antonio Gabriele in d. concluſ. 14 nu. 5. & alius nonnullus adiunxit Maſcardus iu d. conclu. 788. num. 25. Idem ſcripſit Decianus in conſil. 1. num. 74. lib. 3.

6 Extenditur † quartò, vt locum habeat etiam ſi mater affirmaret, filium illum ex proprio marito, non eſſe generatum. Nam adhuc filius iſte natus in domo ex vxore illa præſumitur generatus à marito atque ita eius creditur filius. Non enim
7 † matris aſſertio & confeſſio nocere poteſt filio. Ita ſcripſi in d. caſu 89. num. 27. adductus auctoritate gloſſæ, Bart. Gozadini, Alciati, & Palæoti, Et his nunc addo Alexandrum, Boerium, & Pariſium, quos commemorauit Antonius Gabriel in d. concluſ. 14. nume. 13. & idem ſcripſerunt Curtius Iunior in conſilio 31. num. 3. Decianus in conſ. 1. num. 75. lib. 3. & Maſcardus in d. concl. 788. num. 2. & 3.

8 Quocircà † ſcripſi in dicto caſu 89. numero 27. Lucinum Vicecomitem malè priuatum fuiſſe Mediolanenſium principatu ob id, quod Elizabeta eius mater affirmauerat, illum non ex marito, ſed ex adultero generatum. Commemoraui
9 etiam prædicto in loco ſtultum fuiſſe † illius Regis filium, qui nimis credulus matri aſſerenti, eum ex Rege procreatum non fuiſſe, fidem adhibuit, & conſcientia motus regno ſe abſtinuit. Non certè noſtræ ætatis Princeps aliquis tantæ inſaniæ eſſet, vt hac de cauſa principatu ſe & poſteros priuaret:
10 ſed potius † cum Iulio Cæſare diceret, ſi violandum eſt ius, regnandi cauſa violandum eſt.

11 Et ſi matris † aſſertio atque confeſſio nocere hoc caſu non poteſt filio, multò minus ei poteſt obeſſe aſſertio patris, qui non ita certus eſt, filiũ à ſe generatũ eſſe, vt eſt mater. Si enim matris magis certæ adhibenda non eſt fides in detrimentum filij: multò minus credendum eſt patri. Et tum maximè quando vel leuitate, vel aliquo odio aduerſus filium cõcepto, eum à ſe progenitum negaſſet: quemadmodum aliquando apud
12 † Lacedæmonios euenit Leotychidi, quem Agis pater leuitate malignitate impulſus negauit ipſum, quem iam filium agnouerat, à ſe procreatum: auctor eſt Pauſanias lib. 3. cuius egregia verba, adſcripſi.

*Hæ fuere Agidis res bellicæ maximè illuſtres. Cuius non alia fuit de Leotychide filio, quàm Ariſtonis de Demarato futilitas: Siquidem & hic audientibus Ephoris, fortunæ ſuæ quadam malignitate impulſus, non putare ſe dixit, ex ſe Leotychidem natum, cuius cum leuitatis facilè poſteà pœnituiſſe conſtitit. Cùm enim morbo implicitus ex Arcadia domum reportaretur, apud Hercan teſtes fecit qui cum eo erant omnes, nihil ſe dubitare Leotychidem ee ſe genitum eſſe. Totámque eam multitudinem multis cum precibus, & lachrymis rogauit, vt hoc apud Lacedæmonios teſtimonium dicerent. Verùm Agide mortuo Leotychiden Ageſilaus regno facilè expulit, cum ea populo in memoriam redegiſſet, quæ de eo aliquando Agis dixiſſet: Præſto tamen & Leotychidæ ipſi ab Herea Arcades fuere, qui morientis iam Agidis verba renuntiarunt.* Hactenus Pauſanias.

Hanc quoque contentionem inter Leotychiden & Ageſilaum commemorarunt Xenophon libro 3. rerum Gręcarum, & Plutarchus in vita Ageſilai, qui vno ore ſcripſerunt, Ageſilaum ob id regno expuliſſe Leotychiden, quod Agide pro-
13 creatum non fuiſſe oſtenderet. Imò † nec aſſertio confeſſióque mariti & vxoris, quod filius natus in eorum domo & ex illa vxore non ſit mariti filius, ſed adulteri fidem aliquam facit cõtra ipſum filium, quin adhuc credatur procreatus à marito. Ita verè ſcripſerunt Baldus in l. filium. in prima lectura, numero 11. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Ancharanus in conſilio 225. numero 6. Alexan. in conſilio 88. num. 13. lib. 7. & Corneus in conſilio primo, numero 22. lib. 3. ij ſanè interpretes dixerunt, ſolam mariti & vxoris aſſertionem non nocere filio, ſed requiri alias coniecturas, nempè famam, vel tractatum: & ſi Antonius Gabriel in dicta conclu. 14. num. 14. & Decianus in conſ. 1. nu. 101. lib. 3. ſcriptum reliquerunt, Baldum Ancharanum & ſequaces affirmaſſe, ſufficere mariti & vxoris ſolam aſſertionem, quod ille ex vxore ipſa natus non ſit à marito procreatus, ad probandum filium illum ab adultero progenitum. Non enim eſt in facultate mariti & vxoris ſuis aſſertionibus tollere præſumptionem, quam lex ad filij fauorem introduxit. Quare minus dubitandum eſt quin mariti filius prę́ſumatur ille natus ex vxore, ſi mater, vel maritus, vel ambo ſimul non conſtanter & aſſertiuè, ſed dubitatiuè dixerunt, filium illum non eſſe à marito illo progenitum: Sicuti (vt hæc exemplo notatu digno vtar) quando quis conficiendo teſtamentum dixit, hæredem inſtituo Caium filium meum, ſiue filius meus ſit, ſiue non ſit. Hæc ſanè dubitatiua verba non nocent Caio, quin ſi iam natus apparet ex vxore illius teſtatoris, adhuc dicti teſtatoris filius præſumatur. Nam ſi (vt demonſtrauimus) matris aſſertio manifeſta, ſi viri, v demum vtriuſque non nocet filio, quantò minus nocere debet, aſſertio dubitatiua? tum maximè in caſu hoc, nempè quando teſtator hæredem inſtituit filium prædictis verbis, ſiue meus ſit filius, ſiue non ſit. Quandoquidem non alia ratione teſtatoris his vtuntur verbis, quàm vt tollant lites, quæ moueri ſolent à venientibus ab inteſtato his inſtitutis ſub filiationis nomine. Solent enim venientes ab inteſtato obiicere illi inſtituto, teſtatorem falſa ex cauſa adductum, nempè credens inſtitutum eſſe filium ſuum, & ob id eum inſtituiſſe, & propterea quod ſi ſciuiſſet, eum non eſſe filium ſuum, hæredem non feciſſet, iuxtà l. ſi pater. & l. nec apud. C. de hæred. inſtit. & copioſè ſcripſi ſuprà in præſump. 24. numero quinto. verſic. ſecundò, cauſa finalis, & inſtitutus iſte, vt ſe contra aduerſarios tueatur, oſtẽdere debet ſe filium: ſicuti præter Doctores à me commemoratos in dicta præſumpt. 24. num. 5. manifeſtè reſpondit Natta in conſilio 421. lib. 2. Quo itaque omnis præcidatur venientium ab inteſtato moleſtia & calumnia, teſtatores apponere aliquando ſolent hanc clauſulam, ſiue meus ſit, ſiue non ſit filius. Hoc enim modo neceſſe non habet inſtitutus probare ſe filium, ſed ſine controuerſia hæreditatem conſequitur. Et in ſpecie clariſque his terminis ſic conſuluit Decianus in conſi. 1. num. 139. verſ. Non obſtat modò ſecundum. lib. 3.

14 Extenditur quintò † hic caſus, vt locum habeat etiam, quãdo mulier diu ſterilis diuertit à viro, & aliquot poſt dies reuerſa, filiũ genuit & domi peperit. Nam & hoc caſu filius ille præſumitur à marito generatus. Ita auctoritate doctiſſimi Palæoti ſcripſi in dicto libro ſecundo, de arbitrariis iudicum. Caſu 89. numero 31. Ea eſt ratio, quam Palæotus ſenſit, & ego ipſe probaui, quia vſu venire ſolet, vt vir, vel mulier, qui aliquo tempore non potuerunt generare, deinde generandi vim recipiant. Ita Plinius in libro ſeptimo, naturalis hiſtoriæ, capit. 13. Eiuſdem ſententię addo Ariſtotelem in libro ſeptimo, de hiſtoria animalium, capit. 6. cuius verba hæc ſunt. *Ratio quoque generandi omninò diſcrimen hoc idem recipit, vt iuuenes nihil procreent, ſeniores iam incipiant generare. Aut contrà, vt qui ante poſſent, poſt nihil poſſint ſatisficare.*

Et paulò poſt ita ſubiunxit: *Multis etiam viris euenit, vt cum anteà poſſent generare poſt nequeant, deinde rurſus facultatem generandi excipiant.* Hæc Ariſtoteles.

15 Declaratur † primò, vt locum non habeat hæc coniectura. quando maritus à domo diu abfuit, putà decennium, & domum reuerſus inuenit filium eius ætatis, qui ab ipſo viro per naturam dici non poteſt generatus, vt anniculum. Nam tunc mariti filius non præſumitur. Ita probat l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & l. 1. §. idem Iulianus. ff. de liberis agnoſcend. & ſcripſi in dicto libro 2. de arbitrariis iudicum, Caſu 89. & num. 32 quo loci. num. 34. & multis ſubſequentibus diſſerui de partu ſeptimeſtri, octimeſtri, & aliis. Et quod filius adulteri præſumatur ille, qui marito abſente fuit generatus, reſpondit Decianus in conſ. 1. num. 97. lib. 3.

16 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando conſtaret virum, vel mulierem non potuiſſe aliqua de cauſa & impedimento generare. Ita ſcripſi in dicto caſu 89. num. 53. quo loci attuli exemplum primum in eo, qui morbo & ægritudine corporis ita laborabat, vt iudicio Medicorum generare minimè potuerit. Sicuti probant. d. l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. ſi pater. §. in arrogationib. ff. de adopt. & l. ſi quis poſthumos. in prin. ff. de libe. & poſthu. & ſcripſerunt Abbas, & Felinus in cap. per tuas. de probatio. ille numero tertio, iſte. columna prima, & ibidem Decius numero nono. Alexand. in conſilio 78. numero ſeptimo, libro ſeptimo, Boerius in q. 299. numero tertio, & Pariſius in conſilio 10. num. 36. & in conſilio 29. nume. 80. libro ſecundo. Eſt etiam ſecundum exemplum in muliere & viro adeò confectis ſenio, vt generare & concipere nequeant. Ita ſcripſi in dicto caſu 89. num.

7 89.numero 55.quo loci numero 58.dixi, virum † poſſe ge-
nerare vſque ad ſexageſimum ſuæ ætatis annum; Mulierem
verò vſque ad quinquageſimum annum.l.ſi maior.C.de legit.
hæred.Et ſuperiore anno reſpondit, mulierem quadraginta
ſeptem annorum generare poſſe. Quando quidem Plinius
libro ſeptimo.naturalis hiſtoriæ cap.14.ſcriptum reliquit,
mulierem poſt quinquageſimum annum nō concipere, ſen-
tiens intra quinquageſimum procreare poſſe. Nec repugnat
auctoritas Ariſtotelis in lib.5.de hiſtoria animalium c.14.
cùm dixit,finem procreandi in fœminis eſſe annum ſuæ ætatis
quadrageſimum quintum.

Nam reſpondetur.Ariſtotelem non dixiſſe fœminas non
concipere anno quadrageſimo quinto.ſed ſolùm ſcripſit fœ-
minas ea ætate magna ex parte non procreare; ſentiens non
eſſe hoc adeò rarum,vt contra vel præter naturam dici poſſit.
Id quod manifeſtius ſignificauit idem Ariſtoteles in d.lib.7.
de hiſtoria animalium cap.5.in fine.his verbis.

*Sed deſinunt plurimis menſtrua circa quadrageſimum annum,
quod tempus quæ exceſſerint, ijs ad quinquageſimum ſeruantur.E-
tiam nonnullæ eo tempore pepererunt: ſed vltra hoc tempus nulla po
teſt protrahere.*Hactenus Ariſtoteles quem ſecutus eſt artis me
dicæ peritiſſimus interpres in hoc Gymnaſio Patauino Al-
bertinus Bottonus in libro ſecundo, de morbis muliebribus.
18 cap.8.qui hoc maximè † euenire dixit in muliere carnoſa ro-
ſei coloris, quam aliis aptiorem ad concipiendum ſcripſit.

19 Declaratur † tertiò, vt locum non habeat hæc coniectu
ra,quando vxor habitauit cum alio,etiam quod marito pete-
ret aditus coëundi cum vxore,nihilominus ſi mulier diu fuit
ſterilis cum marito,tunc non ita facilè præſumitur filius ma
riti:ſed requiritur nominatio, vel tractatus mariti. Ita Anto-
nius Gabriel in libro primo concluſionum,in tit.de præſum
ptionibus.concluſ.quadrageſimo,numero 16.ex ſententia A-
retini & Felini in cap.per tuas.columna prima, de probatio.

20 Declaratur quartò,vt † locum non habeat hæc coniectura,
quādo plures alię contrarię vrgerent,vt ſi filius fuit educatus,
tractatus & nominatus tanquam filius adulteri, & concurrit
etiā publica vox & fama.Hoc ſanè caſu non præſumitur filius
mariti: ſed adulteri.Ita ſcripſi in d. caſu. 89.nume.65.aucto-
ritate Ancharani,Alexandri,Cornei,Iaſonis & aliorum, quos
ibi commemorauit. Quibus accedunt alij relati à Deciano
in conſ.1.num.121.lib.3.& ab Antonio Gabriele in d.con-
clu.14.num15.qui nu.17.ſubiunxit hoc magis procedere,
quando ipſemet filius fateretur,ſe adulteri filium.

21 Secunda eſt † coniectura & præſumptio ducta à tracta-
tu & educatione,quæ in quaſi poſſeſſione filiationis conſti-
tuunt illum ſic vt filium habitum & tractatum. Ita ſcripſi in
d.caſu.89.nu.69.auctoritate Bar.Alex.Decij,Pariſij, Rubei,
Gozadini,Palæoti, Crauettæ,& Albæ.His accedunt alij non
nulli commemorati à Maſcardo in Tract. de probationibus.
in conclu. 789.nu.1.& num.11.& à Petra in d.q.11.num.310.
& 314.qui etiam num.420.& multis ſequentibus enumerauit
diligenter duodecim actus, quibus dicitur quis tractatus vt
filius. Vndecim tantùm recenſuit Maſcardus in d.concl.789.
num. 38. qui eorum prius ſcripſerit planè ignoro.

22 Extenditur primò † hæc coniectura, vt locum habeat etiā
ſi ageretur iudicio petitorio.Ita ſcripſi in d.caſu 89.num.70.
poſt Doctores ſuprà commemoratos. Eiuſdem opinionis
nunc addo alios multos congeſtos à Petra in d.q.11.nume.
283.verſ.ſed,quod hæc quaſi poſſeſſio.& à Maſcardo in d.con
clu.789.num.9.

23 Extenditur ſecundò,† vt locum habeat etiam quando pa-
ter eſt vita functus & ab aliis hic vt filius illius defuncti tra-
ctatus eſt.Nam ex hoc contra illos ſic tractantes dicitur con-
ſtitutus in quaſi poſſeſſione filiationis. Ita ſcripſi in d.caſu.
89.numero 72.adductus auctoritate Palæoti de nothis ſpu-
riiſque filiis.c.22.in fi.qui Angelum & Alexandrum comme-
morat.Et accedunt Alex. in conſ.181.num.7.& 8.lib.7.Pariſ.
in conſ.10.nu.97.lib.2.Natta in conſ.59.num.15.Burſatus in
conſ.89.nu.9.Marcabrunus in conſ.13.nume.95.& Petra in
Tract.de fideicommiſſis.quæſt.vndecima.num.299.

Nec repugnat conſideratio Petræ ſibi parum conſtantis
in d.q.11.num.318.Cùm dixit,verùm nō eſſe,quod quis poſt
mortem eius patris tractari poſſit ab aliis, vt filius illius pa-
tris.Nam reſpondetur,quod ſi Petra intellexit, defuncti fi-
lium tractari non poſſe,vt dicatur verè filius,atque ita vt filij
nomen propriè retineat, ridiculum eſt: quando quidem ne-
24 mo eſt qui ignoret,quod patre mortuo † ceſſat nomen filia-
tionis:cum filius,vt nomen correlatiuum præſupponat pa-
trem:ſicuti egregiè poſt alios ſcripſit Iaſ.in l.vlt.numero 29.
C.de indicta.vid.tollen.ſi verò intellexit Petra,defuncti filiū
tractari non poſſe,vt credatur fuiſſe filium illius defuncti,fal-
ſum eſt:Nam ſupponamus in caſu,de quo loquitur Angelus
in l.liberorum in prin.ff.de iis,qui notan.infam. deceſſiſſe a-
liquem.relicto infante, qui à defuncti fratribus habitus & tra
ctatus eſt,vt filius eorum defuncti fratris nempè eum educan
do ex bonis fratris,& faciendo alios actus conuenientes nepo
ti ex fratre:certè hic (vt rectè & doctè ſcripſit Palæotus)dici
debet tractatus vt illius defuncti filius.Et hoc quidem admit-
ti etiam Alex.in conſ.181.num.8.lib.7.allegatus à Petra.Reſ-
25 pondit Alexander, † per tractatum conſtitui quaſi poſſeſſio-
nem fraternitatis & conſanguinitatis.Et verè idem ſenſit Ca-
ſtren.in conſ.151.Viſo puncto.columna 2.verſ.quartò vide-
tur.lib.1.allegatus à Petra:& ſi ipſe Caſtrenſis paulò poſt verſ.
& iſtud tractare,ſcripſit,tractatum potius conuenire inter pa-
trem & filium quàm inter fratres.Et in verſ.& ideò. Subiun-
xit Caſtrenſis, ſe non videre, quod aliqui poſſint ſe vt fratres
tractare.niſi per actus merè verbales. Quod ſanè poſtremum
dictum non ſatis verum eſſe exiſtimo, ſi quidem euenire po-
teſt,& quotidie ſolet,vt fratres pertractent infantem à patre
prædefuncto vt filium relictum pro fratre,eum ex bonis pa-
ternis & communibus alendo & educando: vel ſi maior eſt æ-
tate,quod patiantur eum poſſidere bona paterna pro eius cō
tingenti portione.Quod verò ſcripſi in d.caſu.89.nume.72.
tractatum non nocere illis,qui ei non conſenſerunt,compro-
babo in ſubſequenti coniectura.

26 Extenditur † tertiò,vt locum habeat hæc coniectura etiā
ſi iſte filius à patre tractatus ab eodem reſpuerunt, aliterque
ab eodem tractari cæptus eſſet.adhuc enim illa quaſi poſſeſ-
ſio tantum filio prodeſt, vt ſecundus ille contrarius tracta-
tus ei non noceat.Ita ſcripſi in d.lib.2.de arbitrariis iudicum.
Caſu.89.nu.73.quo loci huius ſententiæ commemoraui Fe-
linum,Corneum,Ruinum,Guielmum Benedictum,& Paleo-
tum.Et idem ſcripſit Maſcardus in d.concl.789.nu.5.& n.7.

27 Huius traditionis † ea eſt ratio, quia ius filio quæſitum ſi-
ne eius facto & conſenſu tolli à patre non poteſt. l. id,quod
noſtrum.ff.de reg.iuris.

28 Extenditur quartò, † vt procedat hęc coniectura etiam ſi
adeſſet vnicus actus tractationis, modò aliqualis nominatio
concurrat.Ita ſcripſi in d.caſu.89.nu.74.auctoritate Decij &
Palæoti.Quibus addo nunc Gozad.in conſ.13.num.40.& Pe
tram in.d.q.11.nu.415.qui intellexerunt.dum modo actus iſte
ſit ſucceſſiuus,non autem momentaneus.

29 Extenditur quintò,vt † locum habeat hæc præſumptio &
coniectura etiam ſi pater ipſe poſtquam tractauit filium vt
filium,eum non eſſe filium ſuum aſſeruiſſet. Nam adhuc ille
tractatus conſtituit hunc in quaſi poſſeſſione filiationis.Cum
efficacior & potentior ſit præſumptio quæ oritur ex tractatu
illa,quæ ſumitur ex nominatione:ſicuti ſcripſerunt Baldus in
l.non ignorat.n.5.C.qui accuſ.non poſſ.Decius in conſilio
43.Gozad.in conſ.13.num.34.Pariſius in conſ.10.nume.61.
li.2.Crauetta in conſ.908.nu.5.Maſcardus in 54.d.cōcl.789.
num.2.& Petra in d.q.11.num.312.idem reſpondit Decia-
nus in conſ.1.nu.81.lib.3.Aliquādo tamen contrarium obſer-
30 uatum fuit apud † Lacedemonios in ea contentione exorta
inter Ageſilaum & Leotychidem Agidis filium. Cùm enim
ipſe Leotychides ab Agide patre habitus & tractatus fuiſſet
multo tempore,vt filius attamen Agide ipſo mortuo,regnum
aſſequi non potuit, propterea quod Agides ipſe aliquando
leuitate quadam negaſſet Leotychidem ex ſe genitum, Qua
de contentione apud Xenophontē, Pauſaniam, Plutarchum,
quos ſupra commemorauimus.

31 Declaratur primò, vt locum † nō habeat hæc coniectura,
quando filius à patre tamquam filius aliquando tractatus eſt,
deinde reiectus,& is filius in alterius domū ſe contulit,à quo
nouo patre tanquam eius filius haberi tractariq; cæpit. Hoc
caſu ab illa prima quaſi poſſeſ.receſſum dicitur. Ita declaraui
in d.caſu.89.n.75.poſt.Feli.Rub.& Palæotum.Quib. accedūt
Ruin.in conſ.52.n.9.li.5.& Maſcard.in d.concl.789. n.6.

Declaratur



32 Declaratur † ſecundò, vt non procedat, quando is tra-
ctatus ſonaret potius in cauſam pietatis quàm filiationis, vt
puta in eo,qui ſimpliciter alimenta præſtitit.Ita ſcripſi in d.
caſu.89.nu.76.auctoritate Butrij Abbatis, Ruini, Gozadini,
& Pariſij.Et idem affirmarunt Alex.in conſ.74.num. 2.lib.2.
Barb.in conſil.27.lib. 1. & Antonius Corduba in l. ſi quis à
liberis.§.ſi vel parens.num.36.in fine.ff. de liberis agnoſ.qui
declarat,niſi conſtet,hunc filium natum eſſe in domo alte-
rius;cuius ſententiæ recenſet Abb.& Butrium in cap.tranſ-
miſſæ.qui filij ſint legit.Marſil.in l.1.§.ad quæſtionem. num.
21.ff.de quæſtio.Gozad.in conſil. 13. num.62.& Alciatus in
Tract.de præſump.reg.3.præſump.37.nu.2.Et hoc modo in-
33 telligi & declarari poteſt opinio eorum, qui † ſcripſerunt
præſtationem alimentorum alicui factam arguere eum eſſe
alterum filium:qua in opinione fuerunt Bart. in l. 1. §. per
contrarium.ff.de lib.agno.Aret.& Decius in cap. per tuas.de
prob.Iaſ.in conſi.102.lib.4.& Didacus in epitome de ſpon-
ſal.in ſecunda parte.c.8.§.3.num. 7. verſ.ex hoc enim. Non
hic refero declarationes illas, quas lònga ſerie retulit Petra
in d.q.11. num.314. & multis ſubſequentibus. Alij viderint
quantum ad rem noſtram pertineant.

34 Tertia eſt coniectura † ducta à nominatione & confeſ-
ſione patris nominantis & confitentis aliquem eſſe filium
ſuum.Hac de coniectura ſcripſi multa in d.lib. 2. de arbitra-
rijs iudicum,caſu 89.nu.77.Et licet eo loci regulam conſti-
tuerim,illamque extenſionibus & declarationibus explica-
uerim:Attamen,facilioris explanationis gratia, nunc diſtin-
guam aliquot caſus:ſicuti etiam viſi ſunt diſtinguere Baldus
in l.non epiſtolis colum. 2. C. de probatio.& Petra in dicto
Tract.de fideicommiſſis.q.11.num.258.

35 Primus caſus eſt,quando † quis in iudicio principaliter,
& propter ſe nominauit confeſſuſq; eſt aliquem eſſe filium
ſuum.Hoc caſu,ille ſic nominatus conſtituitur in quaſi poſ-
ſeſſione filiationis,atque ita filiatio probatur. Ita ſcripſi in
d.caſu.89.nu.79.auctoritate Baldi in cōſ.16. Pater apud acta.
lib. 2.& Abbatis in c.per tuas.num.8.de probatio.Et his ac-
cedunt Cynus & idem Baldus in d.l.non epiſtolis. col. 2. C.
de probat.Bart.in l.1.§.item per contrarium.nu.3. ff.de libe-
ris agno.Gozad.in conſil.12.nu.21.Pariſ.in conſ. 10.num. 47.
lib.2.Alciatus in reſp.6.nu. 16. & 21. qui Didacus in epito-
me,de ſponſalibus,in ſecunda parte.cap.8.§.3.num. 7.verſi.
poteſt & aliter.Petra in d.q. 11. nume. 258. & Maſcardus in
Tract.de probationibus, in concluſ.790. num. 27.Idem re-
ſpondit Decianus in conſ.1.num.82.lib.3.

Et probatur hic caſus tex.l.1.§.Iulianus. ff. de lib.agno.&
l.1.C.de confeſſis. Rationes autem conſideraui in d. caſu.
89.num. 98.

36 Secundus eſt caſus, quando † quis in iudicio incidenter
& propter aliud, nominauit confeſſuſque eſt, aliquem eſſe
filium ſuum.Hoc caſu nominatio hæc non probat filiatio-
nem, nec conſtituit nominatum illum in quaſi poſſeſſione
filiationis.Ita ſenſerunt præcitati Doctores.

37 Tertius eſt caſus,quando † quis extra iudicium principa-
liter propter ſe nominauit & confeſſus eſt aliquem eſſe filiū
ſuum, vt ſi præſente ipſo nominato dicat quis, tu es filius
meus,& te hæredem relinquam:vel ſi quis in proprijs libris
ſcripſit natiuitatem huius,quem filium nominauit.Hoc caſu
filiatio ſatis probatur, atque ita ſic nominatus conſtituitur
in quaſi poſſeſſione filiationis.Ita ſcripſi in d.caſu.89.nu.79.
& 80.poſt.Bart.Baldū,Salicetū, & Deciū, quos ibi recenſui.
Et accedunt Baldus in d.l.non epiſtolis.col.2.verſ. tertio ca-
ſu.C.de probatio.Alex.in conſi.181.nu.1.lib.7. Pariſ.in conſ.
10.nu.44,lib.2.Gozad.in conſi.12.nu.16.Alcia. in reſp. 335.
nu.3.Natta in conſil.235.num.2.Duenas in reg.342.in ſecū-
da limitatione & Petra in d.q.11.num.259.

Et dicitur principaliter & propter ſe facta nominatio, vt
ſi quis preces obtulit Principi,rogans illum.vt filium ſuum
legitimaret,ſicuti hoc exemplo vſus eſt Gozad.in d. conſ.12.
nu.16.Vel ſi in teſtamento dixit, illum filiū ſuum eſſe & à ſe
legitimatum:ſicuti reſpondit Alciatus in d.reſp.335.

38 Quartus † eſt caſus,quando quis extra iudicium inciden-
ter & propter aliud nominauit & confeſſus eſt, aliquem eſſe
filium ſuum.

Hoc caſu filiatio ipſa non probatur:atque ita nominatus
ille non conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis. Ita ſen-
ſerunt ſuprà commemorati,præſertim glo. in c. per tuas.de
probatio.Cynus in d.l.non epiſtolis.q.2.C.eo.Bart. & Bald.
in l.non nudis.eo.tit.Et his accedunt Iaſ.in conſ. 102. col.2.
lib.4.Decius in conſ.462.nu.10.Gratus in conſ.62.nu.8.lib.
2.Franc.Marcius in deciſ.457. nu. 4. parte 2. ſenſit à fortiori
Didacus in d.§.3.nu.7.in fine.Maſcardus in Tract. de pro-
bationibus,concluſ.790.nu.4.& nu.29.& Petra in Tract.de
fide commiſſis, q.11.num.261.

Et hic quidem caſus non habet probabilem dubitatio-
nem, ſi verus eſt ſecundus caſus, quem ſupra conſideraui, ſi
enim nominatio & confeſſio incidenter facta in iudicio non
probat(vt diximus)filiationem,multò minus nominatio in-
cidens extra iudicialis.

39 Declaratur † primò hic caſus,vt locum non habeat,quan-
do confeſſio & nominatio incidenter facta fuit in actu, qui
filio cōuenit, nō extraneo: & quæ potius dici debet nomi-
natio principaliter facta & ſi propter aliud:ſicuti quādo quis
emancipando, vel inſtituendo, vel ſimilem actum faciendo
nominauit illum eſſe filium ſuum.Ita Bart.in l. 1. §.quod S.
C.nu.3.ff. de liberis agno.quem ſecuti ſunt Præpoſ. in capit.
per tuas.num.19. qui filij ſint.legit. Iaſon in conſ.102.col.2.
verſ.ſecundò ad idem.lib.4. Pariſius in conſil.10.nu.47. lib.
2.Gozad in conſ.12.nu.13.& in conſ.13.nu.42. & hos ſecutus
ſum in d.caſu.89. num.78. & idem ſcripſerunt Maſcardus in
d.concluſ.790.num.45. & Petra in d. q.11.nu.268.& 269.qui
tamen in verſic. Quo fit, &c. viſus eſt ſentire cum Ruino,
Decio & aliis nonnullis, qui opinati ſunt, hanc confeſſio-
nem & nominationem non conſtituere nominatum in quaſi
poſſeſſione filiationis.

40 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat caſus, quan-
do nominatio & confeſſio eſt geminata repetita principali-
ter propter aliud: Nam tunc etſi facta eſt extra iudicium &
propter aliud, attamen probat filiationem, & conſtituit no-
minatum in quaſi poſſeſſione filiationis.Ita Caſtren.in l.non
epiſtolis.nu.3. verſ.idem videtur.C.de probatio. quem ſecu-
tus ſum in d. caſu.89. nu.81. quo loci recenſui Palæotum in
commentariis,De nothis ſpuriiſq; filiis.c.23.nu.2.verſ.adde-
rem ego,qui tamen intellexit Caſtrenſem loqui,quando no-
minatio fuit ſæpius ocioſè facta, hoc eſt incidenter propter
aliud.His accedunt idem Caſtr.in conſil.151. Viſo puncto in
facto.nu.2.lib.1.& Æmilianus in conſ.94.nu.9.& nu.11.

Non repugnat auctoritas Iaſonis in conſ.102.col.1.verſ.&
ad probandum, & col.3.verſ.non obſtat ergo.lib.4. qua ad-
ducti ab hac declaratione diſſentiunt Maſcardus in d. con-
cluſ.790.nu.46. & Petra in d. Tract.de fideicommiſſis.q.11.
num.277.quia loquitur Iaſon,quando non ſeriò ſed perfun-
ctoriè,quis appellauit aliquem filium,vt ſi dixit, fili mi audi
verbum:fili mi facito hoc,& illud. Ita ſanè declarat ipſe Iaſ.
in d.conſ.102.col.2.verſ.ſecundò ad idem.

41 Declaratur † tertiò,vt locū non habeat hic caſus quando
nominatio fuit facta incidenter ſeriò tamen,& non(vt dixi-
mus)perfunctoriè,præſente ipſo nominato.Ita.Et hoc quidē
quò ad faciendam ſemiplenam probationē.Ita ſcripſi in d.
caſu.89.n[illegible].poſt Decium,Ruinū & Palæotū.Et ſicuti ſunt
alij commemorati & probati à Petra in d.quæſt. 11.nu.279.
& 280.& à Maſcardo in d.concluſ.790.nu.trigeſimoquinto.

42 Declaratur † quartò,vt nō procedat in antiquis. Nā tunc
ſola nominatio filiationē probat.Ita ſcripſi in d.caſu.89.nu.
84.poſt Socinum Iuniorem & Crauettam, quos allegaui.Et
eandem probarunt relati à Petra in d.q.11.nu. 284.& à Maſ-
cardo in d.concl.790.num.5.

Nō eſt quod hic cōmemorem multas illas declarationes,
quas Petra in d.q.11.num.285.& multis ſubſequentibus cō-
ſiderauit.Si quidem aliorum erit iudicium, quantum con-
ueniant caſu & diſputationi propoſitæ.

43 Quarta eſt coniectura † & præſumptio,qua filiatio pro-
batur,nempè communis vox & fama. Hæc enim ſufficit,ad
conſtituendū filiū in quaſi poſſeſſione filiationis. Ita ſcripſi
in d.li.2.de arbitrarijs iudicū.Caſu.89.nume.86.auctoritate
quàm plurium,quos ibi congeſſi.Et illis accedunt [illegible] non-
nulli commemorati à Petra in d.Tract.de fideicōmiſſis.q.11.
num.348.& à Maſcardo in concl. 791. nu. 1. Et hæc quidem
coniectura locū habet multò magis in antiquis:quēadmodū

præcitato

præcitato in loco ſcripſit Petra.numero 442.poſt Alex. in conſil.51.nume.4.lib.1.in conſil.90. num. 1. & 7.lib.6.Rui. in conſil.52.nu.4.lib.5.Soc.Sen.in conſil.89.nu.6.lib.1.Natt. in conſ.235. nu. 6.& Cephal.in conſil.137.num.45.Idem reſpondit Decianus in conſil.1.num. 103. lib. 3.

44 Declaratur† hæc coniectura,vt locum non habeat,quando communi voci & famæ repugnat aſſertio & nominatio illorum, qui pater, & mater creduntur prædicti filij. Nam aſſertio & nominatio hæc præualet illi famæ.Ita Ruinus in d.conſilio 52.num.6.in fi.lib.5. Maſcardus in d. concluſ.791. num.13.& Petra in d.q.11.num. 453. Alias declarationes ab ipſo Petra & Maſcardo circa hanc coniecturam conſideratas de induſtria & ſciens prætereo: alij viderint, quantum ad hanc coniecturam pertineant.

45 Quinta eſt † coniectura ad probandum filiationem,quæ ſecundum aliquos ducitur à ſimilitudine & effigie.Ita ſcripſerunt Beluiſius & alij nonnulli, quos commumoraui in dicto lib.2.de arbitrarijs iudicum. Caſu. 89. nume. 97. Et illis accedunt Fran.Marcus in deciſ.457.in fi.par.2. Socin.Iun.in conſil.90.num.21.lib.2.& ſcribit Ioan.Bolognetus in l.Gallus in prin.nume.188.in fi. ff.de lib. & poſth.quod ſi cum ſimilitudine hac concurret matris profeſſio, probatio multum vrgeret.Et ſolam ſimilitudinem magnam præſumptionem facere reſpondit Decia.in conſil.1.num.117.lib.3.Sic &
46 olim † apud Lacædemonios arguebat Ageſilaus Leotychidem non fuiſſe Agidis filium,propterea quod nulla ex parte oris,vel corporis Agidem referebat:cùm eo formoſior eſſet: ſicuti ſcriptum reliquit Xenophon.lib. 3. rerum Græcarum.

47 Cæterùm † à prædicta opinione receſſerunt alij permulti interpretes: quemadmodum ſcripſi & probaui præcitato in loco; & multis exemplis ac rationibus demonſtraui, ſimilitudinem & effigiem non facere coniecturam filiationis.Et poſtremã hanc opinionem ſecuti ſunt Guielmus Benedictus in cap.Raynutius. in tertia parte, in verbo.quæ filium ex eo ſuſcipiens.nume.6.de teſta.Garzias in l. Gallus.in prin.num. 118.ff.de lib.& poſt.Curtius Iun.in conſil.31.col.1. Gozad.in conſil.13.num.62. & Petra in Tract. de fideicommiſſis. q.11. nume. 459.ſcripſi tamen in d.caſu. 89. in fine ex ſententia Alciati, ſimilitudinem hanc qualem ſuſpicionem facere, quæ iudicis arbitrio relinquitur; & idem ſcripſit Maſcardus in Tract. de probationibus,concluſ.792.num.9.

48 Sexta eſt † coniectura,qua probatur filiatio, deſumpta à ſententia iudicis ſuper ea lata. Ita Petra in Tract. de fideicommiſſis.q.11.num.456. & Maſcardus in Tract. de probationibus in concluſio.794.num.1.& num.3. Idem reſpondit Decianus in conſi.1.num.85.lib.3.adducti auctoritate Bart. in l.1.§.planè.ff.de liberis agnoſ.

Cæterùm cum exiſtimauerim hanc non eſſe coniecturam nec probationem,ſed iudicium circa probationes & coniecturas à iudice factum, eam inter coniecturas, à me numeratas in d.caſu.89.non commemoraui. Eſt quidem admittẽda probandaque traditio Bart.in d.§. planè, cum dixit, ſententiam inter patrem & filium ſuper filiatione latam facere plenum ius:atque ita præiudicare alijs filijs, agnatis & ſimilibus.Et Bart ſecuti ſunt multi congeſti ab Alex. in lege ſæpe. nume.60. ff. de re iud. Et accedunt Decius in conſil. 342.nume. 7. & Ruinus in conſilio. 174. numero 12. & 13. lib. 1.

49 Hoc tamen † intelligitur,ſi ſententia fuit lata principaliter ſuper ipſa filiationis cauſa:ſecus verò ſi fuit pronuntiata in iudicio aliquo poſſeſſorio, vel præſtationis alimentorum & ſimili. Nam tunc ſententia hæc non facit ius in cauſa principali ipſius filiationis, ſed ſolùm quò ad caſum illum. Ita probat.l.ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agno. & ibdem annotarunt Bart.& Albericus,& nouè Antonius Corduba. nume. 35. qui eiuſdem ſententiæ recenſuit Nattam in conſilio 473. numero 6. Didacum in libro pract. quæſtionum. cap. 4. nume. 8. Bertrandum in conſilio 157.num.5.& alios non nullos.& idem ſcripſit Petra in d.q. 11. num. 457.

Hac de re plura non ſcribo, cùm noſtræ diſputationis terminos egrediatur.



## PRÆSVMPT. LIIII.

### Filius an & quando legitimus, vel naturalis,vel ſpurius præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 Filius an & quando legitimus vel naturalis vel ſpurius præſumatur.
2 Filius ex illicito coitu natus præſumitur potius ſpurius quam naturalis:& ſic incapax.
3 Filius vt dici poſſit naturalis,plura concurrere debent.& quæ.nu. ſequen.
4 Concubina propriè dicitur, quando vtrique ſic ſunt ſoluti vt inter eos potuerit eſſe matrimonium: & filij ex his nati dicuntur naturales ſi diu retenta ipſa ſit in domo & in ſchemate concubinæ,& cum ea ſolus ipſe vir rem habeat.
5 Filius potius naturalis præſumitur quàm ſpurius, ex quo ſpurium eſſe, delictum eſt, quod non præſumitur.
Sed leuem eſſe huiuſmodi conſiderationem ibidem oſtenditur, cùm naturalitas ſaltem hodie delictum parentum præſupponat.ibid.
6 Filius præſumitur potius ſpurius quàm naturalis etiam ſi pater ipſe nominaſſet eum naturalem.
7 Filij ex quocunque illicito coitu nati, communi loquendi vſu & conſuetudine apud iuris Pontificij interpretes naturales dicuntur.
8 Filius præſumitur ſpurius, ſi conſtat eum eſſe natum ex meretrice,ad quam multis patebat aditus, & is,qui eius filij ſe exiſtimabat patrem, illum domi habuit, aluit, & tractauit & nominauit vt filium.
9 Filij ſpurij conſtitutione Iuris Pontificij à patrib.ſunt alendi, quod & iure Cæſareo obſeruatur.
10 Filius ſi non conſtat ex quo coitu natus ſit, an ex matrimoniali, vel illegitimo,quid ſit præſumendum.
Adfertur opinio tenentium dictum filium præſumi potius naturalem quàm legitimum vel ſpurium.num.11.
12 Matrimonium cùm ſit quid facti,non præſumitur.& num.16.
13 Naturalis,vt quis dici poſſit adeò multa requiruntur,vt hodie perraro & ferè nunquam aliquis reperiatur,qui propriè dici poſſit naturalis.
14 Malum minus ſemper eſt præſumendum.
15 Filium præſumi in dubio ſpurium opiniones referuntur variæ:ſed refelluntur.
17 Filius debet in dubio præſumi potius ex legitimo matrimonio natus,cum id ſit honeſtius.num. 20. & ſeq.
18 Facta illa præſumi debent,quibus cauſa probabilis accedit.
19 Matrimonium ſolo conſenſu conſtat:& quamuis ſit clandeſtinum, reddit filios legitimos.
21 Pater vel mater ſi aſſerunt aliquem eſſe filium ſuum, intelligitur,quòd aſſerant eſſe legitimum.
22 Honeſtum quod eſt magis eſt præſumendum, quam quod eſt inhoneſtum.
23 Coniecturæ duæ quando ex aliquo actu capi poſſunt quarum vna delictum ſignificet, altera excludat, eligenda ea eſt,quæ vitio & crimine caret.
24 Filius præſumitur legitimus,etiam ſi mater eius aliquando adulterium commiſerit.
25 Lex licèt non præſumat matrimonium inter duos cohabitantes, fauore tam filiorum præſumit.
26 Ordines ſacros ſuſcipere volens probare debet ſe legitimè natum, quotiens de ſe contraria fama extat:ſecus ceſſante contraria fama.
27 Filij nati ex adulterio manet, atque imperfecti quodammodo cenſentur. num.ſeq.
28 Natura perfectè omnia parit.
29 Illegitimum quem eſſe creditur quædam nota & in fama facti.
30 Infamia non præſumitur, cùm ſit delictum.
31 Filius eò magis pro legitimo haberi debet, quando conſtitutus eſt in quaſi poſſeßione legitimatis.
32 Legitimatis quaſi poſſeßio conſtituitur multis modis.
Primò confeßione & nominatione patris & matris. num.33.
Contra. num.34. & malè.





Et nunquid vnius tantum confeßio ſufficiat, patris, ſcilicet, vel matris tantum. num.35.
Quòd ſi confeßio facta eſt principaliter & propter ſe, inducit quaſi poſſeßionem legitimatis, ſecus ſi facta ſit incidenter. num. 36.
37 Legitimittis quaſi poſſeßio inducitur ſecundò ex tractatu, vt ſi pater vel mater habuerunt & pertractarunt aliquem filium vt legitimum.
Idem quando filius fuit admiſſus ad actum, ad quem non admittitur niſi legitimè natus.num.38.
39 Filij præſumuntur illegitimi, quando vt illegitimi habiti & tractati fuerunt.
40 Legitimitatis quaſi poſſeßio inducitur tertiò, ex longa cohabitatione patris & matris, quæ coniecturam contracti matrimonij facit quò ad filij legitimitatem.
Conſtituitur quartò,ex noce & fama populi, vt vicinorum,& ſimilium. nu. 41.
Inducitur quintò,ex inſtrumento antiquo etiam inter alios confecto:in quo aſſeritur aliquis filius. num. 42.
Inducitur ſextò,ex ſententia lata in poſſeſſorio, qua filius, tanquam legitimus miſſus eſt in poſſeßionem bonorum patris. num. 43.
Et huiuſmodi quaſi poſſeßio operatur qualequale præiudicium contra aduerſarium in iudicio petitorio, non tamen operatur plenam & efficacem præſumptionem pro eo, qui in poſſeßionem miſſus eſt. 44.
Et quamuis ſingula prædicta ſufficiant ad conſtituendum d. quaſi poſſeßionem,quando tamen duæ vel plures concurrunt,efficacior redditur. nu. 45.
46 Legitimitatis quaſi poſſeßio multos parit effectus.
Primò in iudicio poſſeßorio habet vim plenæ probationis.num.47.
Et idem de quaſi poſſeßione filiationis.num.48.
49 Filij legitimitas alia eſt quæ à matrimonio prouenit,alia eorum & diuerſa,qui in iudicio ſtare volunt.
50 Spurius quilibet,ſi eius eſt ætatis,vt poßit eſſe in iudicio,legitimã perſonam quò ad iudicium habere dicitur.
51 Legitimitatis quaſi poſſeßio facit plenam probationem etiam in iudicio petitorio contra parentes ipſos, qui nominatione,confeßione & tractatu hanc quaſi poſſeßionem conſtituerunt.
Intellige,niſi contrarium validioribus probationibus demonſtratum fuerit. num.52.
Sufficit etiam d. quaſi poſſeßio ad hoc vt filius matuteneatur in ſua quaſi poſſeßione legitimitatis.num.53
54 Dignitatem qui eſt aſſecutus, in ea eſt manutenendus,& qui aſſerit eum eſſe illegitimum,probare debet.
55 Legitimitatis quaſi poſſeßio plenam facit probationem circa ea, quæ in præparatorijs iudiciorum veniunt.

1 Conuenit vt hic diſſeramus,an † filius præſumatur legitimus,vel naturalis, vel ſpurius? Qua de re ſcripſerunt multa duo ex recentioribus, nempè Maſcardus in commentarijs de probationibus.in cõcl.797.798.& 799. & Petrus Antonius Petra in Tract.de prohib.aliena.fideicom.q.11.num. 223.& num.465.qui verè confundunt probationẽ ipſius filiationis cũ probatione legitimitatis:cũ tamen vna ab altera non parum diſtet.De præſumptionibus circa filiationẽ diximus ſupra in præcedenti præſumptione.De ipſa legitimitate nunc agẽdum eſt.Qua quidem in re ſoleo diſtinguere duos caſus.

2 Primus quorum eſt, quando † conſtat, filium natum & procreatum eſſe ex coitu illicito; hoc in caſu filius iſte potius præſumitur ſpurius quàm naturalis. Sicuti ſcripſerunt glo.in c.Lator, in glo. pen.qui filij ſint legit.vbi Præpoſitus in 2.q.Baldus in conſ.262.Recolo me lib.1.& idem in l.2.in prin.ff.de libe.& poſth. & ibidem Caſtren. & Alex. cùm dixerunt,filiũ ex illicito coitu natum præſumi incapacem,voluerunt ergo præſumi ſpurium, non autem naturalem, qui alioqui capax eſſet. Idem ſcripſit Thomas Feratius in cautela.41.apertius reſpondit Alciatus in reſp.123.nu.10.in reſp. 268.num.2.& in reſp.269.nu.1.idem in Tract.de præſumpt. reg. 2. præſumpt.5.numer.4.Natta in conſi.421.nu. 10.ab his
3 non diſſenſi in conſi.60.nu.12. Ea eſt huius † ſentẽtiæ ratio quia,vt filius dici poſſit naturalis,plura concurrere debent, nempè, quod ſit natus ex concubina propriè ſumpta, quæ
4 quidem dicitur † proprie,quando vterque eſt ſolutus, inter quos potuerit eſſe matrimonium, & quod diu retenta ſit in domo & in ſchemate concubinæ, & quod cum ea ſolus ipſe vir conſuetudinem habuerit. l. 3. ff. de concub.§.ſi quis autem,in Auth.quibus mod.nat.effician.ſui.Cacialupus in l. ſi qua illuſtris.col.1.& ibidem.Cagno.num.12.C.ad S.C.Orphitia:& Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.num.6.ff.ad Trebel.& ibidem Ripa.nu.4.Cùm ergo de his requiſitis non appareat,ſequitur dicendum ea tanquam facti non præſumi, & conſequenter naturalitatem non credi, ſed ſpurietatem. Quibus intelligimus minus rectè reſpondiſſe ſibi parũ conſtantem Alciatum in reſp.vlt.nu.5.ſecundum impreſſionem antiquam Lugdunenſem,cùm dixit,præſumi † potius filium
5 eſſe naturalem quàm ſpurium,ob id quod ſpurium eſſe, delictum eſt,quod non præſumitur.l.meritò. ff.pro ſocio.Quæ conſideratio leuis, eſt, cùm & naturalitas delictum parentum,ſaltem hodie,præſupponat.

6 Extenditur hic caſus, vt † locum etiam habeat, quando pater ipſe nominaſſet filium,vt naturalem, Nam adhuc ſpurius præſumitur.Ita Alciatus in d.reſp.268.nu. 6. Si quidem pater ſecutus creditur vulgarem loquendi modum,ſecũdum quem incapaces & ſpurij appellantur naturales;vt tradũt Io. Andreæ in additio.ad Specul.in rub. qui filij ſint legitimi, Baldus in conſil.129.factum proponitur.in ſecundo,dubio. lib 2.& in conſil.206. Caſus talis eſt.lib.3.& alios refert Didacus in epitome.de ſponſalib.c.8.§.4.nu.2.in fi.cùm dixerunt communi loquendi vſu apud iuris pontificij interpretes naturales dici quoſcunque ex illicito coitu natos: & declarat Rui.in conſ.88.nu.12.lib. 3. Et hoc illud eſſe exiſtimo quod dicere voluerunt Angelus in conſil 191.col.1. Iaſon in conſil.102.col.2.verſic.4 ad idem lib 4. & Marcabrunus in in conſi.15.num.79.dum reſponderunt,nominationem & ita quaſi poſſeſſionem filiationis non cadere in ſpurijs ſed ſolùm in filijs verè legitimis, & in verè naturalibus, non autẽ in ſpurijs.Nec aliter ſenſit Baldus in l.1.num.35. C.de ijs,qui accuſ.non poſſ.ſi rectè perpendatur:& ſi Iaſon & alij relati à Petra in Tract.de fideicommiſſis.q.11. numer.293. Baldum malè intellexerunt.

7 Cæterùm ab hac opinione† diſſentit idem ſibi parum cõſtans Alciatus in reſp.vlt.nu.1.& in Tract. de præſumpt.reg. 2.præſumpt.2.in fi.& eo prius Ancha.in conſil. 225. Videtur prima facie dicendum.nu.5.verſ. ſuper alio dubio ij ſcripſerunt filium nominatum à patre naturalem,talem præſumi & non ſpurium. auct. gloſſæ in c. Michaël de filijs preſbitero. quæ ſolùm loquitur, quando quis nominatur, vt filius:non autem quando conſtat eum eſſe filium, illegitimum,& agitur de præſumenda qualitate,an ſit ſpurius, vel naturalis,ex quo hæ qualitates à ſua voluntate tunc non pendent.

Et rurſus(inquit Alciatus)ſaltem hæc patris aſſertio præſumptionem inducit, quæ transfert hoc caſu probandi onus in aduerſarium,Bart.in l.1.§.ad quæſtionem. in fi.ff.de quæſtio.Signo.in conſi.55.ſi quæratur,& Decius in cõſ.54.col.2.

Verùm reſpondetur,imò hæc aſſertio patris præſumptionem nõ facere hoc in caſu,ex quo plura requirũtur vt in cõcubinatu retenta dicatur mater, ex qua deinde naſci dicitur filius naturalis,vt diximus.Quæ ſanè requiſita non probantur aſſertione patris.Nec ad rem hanc faciunt allegatæ Bart. & aliorum traditiones,ſi diligenter conſiderentur.

8 Et prætereà locum habet hæc† extenſio etiam eo in caſu, quando conſtat filium eſſe natum ex meretrice,ad quã multis patebat aditus.Et is, qui ſe eius filij exiſtimabat patrem, illum domi habuit, aluit, tractauit & nominauit vt filium. Nam adhuc filius iſtæ præſumitur ſpurius:ex quo deficiunt illa requiſita,quæ concurrere debent, vt quis dicatur filius naturalis.Et ille tractatus,& nominatio patris cõſtituit quidem filium, in quaſi poſſeſſione filiationis, non autem in quaſi poſſeſſione naturalitatis,atque ita non probat qualitatem illam.Ita reſpondit Ruinus in conſ.103.nu.16.lib.3.

9 Et accedit, † hodie iure pontificio,quod & in foro Cæſareo obſeruatur, ſancitum eſſe,ſpurios à patre ali debere c. cum haberet,de eo,qui duxit in matr. quã poſuit per adulter.Non ergo tractatus & educatio arguit filium eſſe naturalem,& multò minus legitimum.

10 Secundus eſt caſus, quando † non conſtat quo ex coitu

quis natus ſit:atque ita verè ſumus in dubio,an ex coitu le-
gitimo ſicq́ue matrimoniali, vel ex illegitimo. Hoc in caſu
11 tres.ſunt opiniones.Quarũ prima eſt eorũ,qui opinati † ſunt,
filium potius præſumi naturalem quàm legitimum, vel ſpu-
rium.Ita ſanè Baldus in conſil. 448. Quæritur in primis, in
tertio dubio.li.1.Iaſ.in conſ.106.col.2.lib.1.Natta in cõſ.421.
nu.9.& in conſ.473.nu.33.& Maſcardus in concl. 799. nu.4.
Qui quidem Maſcardus alios allegat hoc non affirmantes.
Abbas in c.peruenit.in fi.& ibidem Butr. qui filij ſint legit.
dum dixerunt,filium probare debere legitimitatem.Præpoſ.
in c.lator num.9.eo.tit.

12 Ea ratione ij moti ſunt,quod matrimoniũ † eſt quid facti,
facta autem non præſumuntur, non ergo præſumitur matri-
monium.Bar.in conſ.42.Viſa inquiſione.lib. 1. & mox dice-
mus. Et conſequenter non præſumitur filius legitimus, ſed
naturalis.Cæterùm leuis eſt ratio hæc, quando quidem in-
ferri etiã poſſet,filios eſſe ſpurios ſicuti alij quos ſtatim re-
feram,ſenſerunt, quod tamen falſum eſſe demonſtrabimus.
Et præterea,ſi ea,quæ facti ſunt non præſumuntur iuxta. l.in
bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.multò minus præ-
13 ſumi debet filius naturalis, cùm † multa, quæ facti ſunt,cõ-
currere debeãt,vt naturalis quis dici poſſit,vt doctiſſ.ſcripſit
Palæotus.in Commentarijs de nothis ſpurijſq́ue filijs. c. 12.
Et adeò multa repuiruntur,vt hodiè perrarò & ferè nunquã
aliquis reperiatur qui proprie dici poſſit naturalis. Bald. in
conſ.206.lib.3.& Alciatus in Tract.de præſump.reg.2. præ-
ſumpt. 5. Eſt & alia ratio, qua prædicti interpretes adducti
14 ſunt,quod præſumi † debet minus malum,vt ſcripſi ſuperio-
re libro in præſumpt.2.

Debemus ergo præſumere filium potius eſſe naturalem
quàm ſpurium.Hæc conſideratio eſt prima deterior. Nam ſi
negamus præſumi naturalem, multò etiam magis negamus
præſumi ſpurium. Et ſi quod eſt minus malum præſumi de-
bet, multò magis debet præſumi quod eſt verè bonum, &
conſequenter,filium eſſe legitimum.

15 Secunda fuit opinio † illorum,qui fortius ſcripſerunt, fi-
lium pręſumi ſpurium.Hanc probarunt Bar.in conſ.42.Viſa
inquiſitione.lib.1.Corne.in conſ.68.num.3.lib. 1.Iaſ.in l.poſt
dotem.nu.4.ff.ſol.matr.Decius in l.ſi emancipati. nu.9.C.de
colla.Rui.in conſ.63.nu.5.lib.2.Alciatus in Tract.de pręſum.
reg.2.præſum.2.num.8.& idem in reſp.268. nu.5.& in conſi.
ſeq.num. 3. ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunen-
ſem.Cephalus in conſ.593.nume.11.lib. 4. & ſecutus ſum in
conſi.60.num. 12.Natta in conſi.421.num.9.

16 Ea ratione ij moti † ſunt, quod matrimonium non præſu-
mitur, cum ſit quid facti,vt tradunt permulti, quos cõgeſſi
in conſ.199.nu.2.lib.2.& ſuprà lib.3.in præſumpt.1. Cũ ergo
non præſumatur inter patrẽ & matrẽ huius filij contractum
matrimonium,ſequitur dicendum,filium præſumi ſpurium.
Verùm reſpõdetur,vt doctiſſ.reſpondet Palæotus in d. c.20.
17 nu.6.verſ.Nec his quidquam, quod cùm † neceſſe ſit,filium
ex aliquo concubitu ſuſceptum eſſe, præſumendũ eſt potius
ex legitimo procreatum,cum (vt dictũ fuit) honeſtius ſit. Et
quamuis matrimonium ſit quid facti,quod præſumi non de-
bet,ſic tamen & adulterium,fornicatio & ſimilia facti ſunt;
cùm ergo vtroque in caſu aliquid facti præſumendum ſit,
melius eſt præſumere factum honeſtum quàm turpe & in-
18 honeſtum, vt diximus ſuprà. Et prætereà facta † illa præſu-
mi debent, quibus cauſa probabilis accedit. Abbas in c.in
præſentia,in 7.notab.de probatio.

Eſt autem maximè probabilis veriſimiliſq; cauſa, parẽtes
voluiſſe filios à ſe progenitos eſſe iuſtos & legitimos.Nõ etiã
hic obſtat,quod in matrimonio vltra ipſum cõcubitũ requi-
runtur alia,quæ facti ſunt,& propterea matrimonium nõ ita
facilè præſumi.Nam reſpondet,& rectè,Palæotus præcitato
19 † in loco,imò matrimonium ſolo cõſenſu conſtare, c.ſuffi-
ciat.27.q.2.& l.nuptias.de reg.iuris : eumq; quamuis clãde-
ſtinum reddere filios legitimos,cùm is ſolus ſufficiat,vt diſ-
ſerit idem Palæotus eodem in Tract.c.5.Vnde cum in quoli-
bet concubitu aliquam coëuntium voluntatem affuiſſe ne-
ceſſe ſit,ſiue honeſtã,ſiue in honeſtã,credẽdũ eſt magis eam
fuiſſe vxoriam quam fornicariam & inhoneſtã.Sic enim ſola
voluntas honeſta cũ cõcubitu matrimonium cõficit, ſicuti
inhoneſta fornicationem parit.Nec inter hæc coniunctionũ
genera (inquit Palæotus) quidquã præter in honeſtatem &
dignitatem refert.arg.l.item §.patui. de leg.3.

20 Tertia itaque † fuit opinio,& quidem verior ac magis re-
cepta eorum qui exiſtimarunt,filiũ in dubio præſumi legiti-
mum.Ita ſanè affirmarunt Baldus in conſi.74.Verba D.Cy-
ni.col.1.verſi.item pone,lib.1.repetitum in conſi.437.Titius.
lib.5.Io.Fabri in §.vlt.Inſt.de adoptio.Cæpolla cautela 118.
Quis in dubio;num.2.ſenſit Ruinus in conſi.109. nume.38.
lib.3.Maria.Soc.Sen.in conſi.23.num.19.lib. 1. Galliaula in
rub. de verb.oblig.numer.161. Bero.in conſil.19.numer.10.
& nu.20.lib.2.Catelianus Cotta in memorab. in verbo. fi-
lius præſumitur legitimus. doctiſſ. Cardinalis Palæotus in
commentarijs. de nothis ſpurijſq́ue filijs.c. 20.num.3.verſ.
mihi inter tot.& Natta in conſ.537.nu.40. lib.3. qui quidem
Natta & prius Rui.in d.conſ.109.num.38.reſpõderunt, quod
22 quando † pater, vel mater ſimpliciter aſſerunt aliquem eſſe
filium ſuum,intelligitur aſſeuerare eſſe legitimum.

Primò ea ratione ſunt adducti,quod cum neceſſe ſit quẽ-
libet naſci ex coitu,qui vel licitus,vel prohibitus eſt, in du-
22 bio præſumi debet licitus:cùm † illud magis ſit ſemper præ-
ſumendum,quod honeſtum eſſe poteſt,quàm quod inhone-
ſtum,vt dicebat Baldus in l.filium.nu.1.ff.de his,qui ſunt ſui
vel alien.iuris, quem probaui in comment. de arb. iud.lib.
2.caſu.89.nu.23.Et rurſus idem Baldus in l.1.nu.35.C.de ijs,
qui accuſ.non poſſunt,ſcripſit,quod honeſta coniectura in-
honeſtam præſumptionem,fauore prolis innocentis exclu-
23 dit.Et præterea cum † ex aliqno actu duæ poſſunt capi con-
iecturæ,quarum vna delictum ſignificat, altera excludit,eli-
gẽda ea eſt potius,quæ vitio & crimine caret. Bart. in l. non
ſolum.§.ſed vt probari.nu.5.ff.de operis noui nunt.& ſcripſi
ſuperiore libro in præſumpt. 2.

Eſt ergo ſumenda hæc coniectura,qua crimen euitamus,
vt filius præſumatur ex legitimo matrimonio natus.

24 Secundò † accedit,quod diximus ſuperiore præſumptio-
ne,& fuſius in commẽtarijs,de arbitrarijs iudicũ.lib. 2. caſu.
89.numer.20.ex l. miles.§.defuncto.ff.ad l.Iul. de adulter.fi-
lium præſumi natum ex viro & vxore, & ſi vxor adulterium
commiſit aliquando,atque ita legitimè natus ille ob id præ-
ſumitur,quod honeſtati magis conueniat. Ergo idem iſto
in caſu dicendum eſt.

25 Tertiò ſuffragatur, † quod & ſi lex non præſumit matri-
moniũ inter duos cohabitantes:attamẽ quò ad filios præſu-
mit,c.Lator,qui filij ſint legit.vbi Abbas, & tradunt Rui.in
conſi.63.in fi.lib.2.& Alcia.in Tract.de præſump.reg.2.præ-
ſumpt 5.& ſcripſi ſupra lib.3.præſump.1. num.77.ergo idem
dicendum eſt noſtro in caſu.

26 Quartò † confert tex.notabilis c.accedens. de purga. ca-
no.vbi Inno.3.reſpondit,eum, qui ad ſacros ordines promo-
ueri cupit, ſe legitimè natum probare debere, quoties de ſe
contrarius rumor, & fama extat. Ceſſante ergo contraria
fama,neceſſe minimè eſt probare ſe legitimè natum; Cùm
in dubio legitimus præſumatur. Et locum hunc ad rem no-
ſtram perpendit etiam Galliaula in rub. ff. de verbor. obli-
gatio.num. 161.

27 Quintò facit, quod ex adulterio † geniti manchi atque
imperfecti quodãmodo cenſentur; iuxta illud ſapientiæ c.3.
28 Filij autem adulterorum imperfecti.Atqui natura † perfectè
omnia parit:Ergo non ex adulterio ſtuprovè natus filius,ſed
ex legitimo matrimonio præſumi debet.Sextò huc pertinet,
29 † quod illegitimum eſſe quædam nota,& infamia facti cre-
ditur.Azo in ſumma,C.de ijs, qui notan.infam. Cur. Iun. in
conſil.136.num.11.& Ruinus in conſil.63.num.10. lib.2.

30 At qui † infamia non præſumitur, cùm delictum præ-
ſupponat. capit. dudum: vbi Felinus numero 14. de præ-
ſumptio. Et in homine turpitudinem non præſumi ſcrip-
ſerunt gloſſ. in leg.vltim. ff. quod metus cauſa, & Ange-
lus in leg. ſciendum, in fine. ff. de verbor. obligator. Er-
go præſumi debet quis legitimè, non autem illegitimè
natus.

31 Hæc receptior, † & verior ſententia:quod in dubio filius
præſumatur legitimus, locum habet multò magis, quando
filius iam conſtitutus eſt in quaſi poſſeſſione legitimitatis:
Nam illa quaſi poſſeſſio fortiorem reddit legitimitatis præ-
ſumptionem: ſicuti ſcripſerunt gloſſ. in cap. Lator. qui filij
ſint



ſint legit.Decius in l.ſi emancipati.nu.4. C.de collatio.Nat-
ta in conſil.421.num.2. & Cephalus in conſil.82. numer.51.
32 lib.1. Porrò quaſi † poſſeſſio legitimitatis inducitur atq; con-
ſtituitur multis modis,quemadmodum,& quaſi poſſeſſio ſim-
33 plicis filiationis.Et primò † quidem confeſſione,& nomina-
tione patris, & matris, Qui quidem ambo ſi confeſſi ſunt fi-
lium eſſe legitimum, atque ita eum legitimum nominarunt,
ſine controuerſia inducitur quaſi poſſeſſio legitimitatis. Ita
Bartol.in §.ad hæc, numer.2.in Auth.vt liceat matri,& auiæ:
& idem affirmarunt omnes in cap.per tuas,qui filij ſint legit.
ibi Abbas.num.7. & Natta.in conſ.473.num.24. qui tamen.
nume.25.recenſet,& probauit Ruinum in conſil.63.num.12.
34 lib.2.qui † abſolutè reſpondit, nominationem, & confeſſio-
nem patris non inducere quaſi poſſeſſionem,niſi allegetur fi-
lium eſſe natum ex illa,quam pro certo conſtabat fuiſſe vxo-
rem:ſed quando eſſe dubium,an fuerit vxor,quod ſola nomi-
natio non inducit hanc quaſi poſſeſſionem. Et Ruinum ſecu-
tus eſt etiam Cephalus in conſ.593.num.16.lib.4. Quæ qui-
dem Ruini conſideratio leuis,& falſa eſt:quia ſi conſtaret de
ipſo matrimonio, non eſſet dubitandum de legitimitate, vbi
illum eſſe filium appareret.

35 Cæterùm quando † vnius tantùm nempe patris,vel matris
extat nominatio,& confeſſio,an illa ſufficiat ad inducendum
hanc quaſi poſſeſſionem legitimitatis eſt dubium.Dicendum
eſt,quo ad ipſum nominantem & confitentem induci & con-
ſtitui quaſi poſſeſſionem legitimitatis: Ita ſenſit Natta. in d.
conſ.473.num.24.verſ.quid plura. Quò vetò ad tertium pu-
tà venientes ab inteſtato, vnius confeſſionem & nominatio-
nem non ſufficere ſcripſit præcitato in loco Natta.poſt Ioan.
Andreæ,Butrium & Abbatem in d.c.per tuas,qui filij ſint le-
git.& Natta.in d.conſil 473.num.24.multis iuribus compro-
bauit. Idem tamen Natta in conſil.537.nu.40.locutus eſt al-
ternatiuè,ſentiens, nominationem vnius tantum ſufficere, &
ſi paulò poſt vſus eſt ſermone plurali. Et ſufficere patris, vel
matris nominationem & confeſſionem ſenſit in conſ.490.nu.
12.lib.5.vbi retuli Beluiſium,Pennam & Decium.

36 Cæterùm † confeſſio & nominatio hæc facta eſſe debet
principaliter & propter ſe,non autem incidenter, vt fieri ſo-
let. Ita Ruin.in conſ.63.nu.12.lib.2.Ita de nominatione filia-
tionis ſcripſi in præcedenti præſumptione.lib.2.de arbitrariis
iudicũ.caſu.89.nu.79.& nu.80.vbi alia ad rẽ commemoraui.

37 Secundò quaſi poſſeſſionem † legitimitatis conſtituit atq;
inducit tractatus,vt ſi pater,vel mater pertractarunt & habue-
runt filium vt legitimum:ſicuti ſi eum hæredem in teſtamen-
to fecerunt. Ita Ruinus in conſ.109.num.38.lib.3.& in conſ.
149 num.42.lib.5.Portius Imol.in conſil.39.num.56.& Ve-
rallus in deciſio. 150. parte ſecunda. & idem ego ſcripſi in d.
conſil.490.num.13.& nu.14. & ſi ibi appellaui hanc confeſ-
ſionem & nominationem,& nu.15.ſubiunxi de tractatu.Idem
38 eſt † quando quis fuit admiſſus ad actum, qui non admittit
niſi legitimè natum:vt reſpondit Bero.in conſ.19.nu.7.lib.2.
& egregiè declarant Pariſ.in conſ.10.lib.2.& Gozad.in conſ.
39 13.num.33. ſic dicimus † econtra, filios præſumi illegitimos,
quando vt illegitimi habiti & tractati fuerunt, Ita Pariſ. in
conſ.10.numer.35.lib.2.qui alios refert, egregiè Palæotus in
Tract de nothis ſpuriiſq; filiis.cap.26.num.3. Natta in conſ.
473.num.44.Paſethus in conſ.216.nu.16.Vaſquius in Tract.
Illuſtrium controuerſiarum.cap.85.nu.20. & Petra in Tract.
de fideicommiſſis.quæſt.11.num. 322.

40 Tertiò † legitimitatis quaſi poſſeſſio inducitur atq; con-
ſtituitur longa cohabitatione patris & matris huius filij:lon-
ga enim hæc cohabitatio coniecturam contracti matrimonij
facit quo ad filij legitimitatem.Ita auctoritate gloſſæ, Inno-
centij,Abbatis,Cæpollæ,Iaſonis,Decij,Curtij Iunioris, Ca-
gnoli,Pariſij & aliorum quam plurium reſpondi in conſ.490.
num.9.lib.5.,vbi.num.10. poſt Didacum ſcripſi in hac coha-
bitatione plura concurrere debere.Et illis addo Bero.in con-
ſil.19.num.6.lib.2.

41 Quartò † legitimitatis quaſi poſſeſſionem inducit atque
conſtituit communis vox & fama populi, vt vicinorum & ſi-
milium, vt ſcripſerunt Io.Andreæ, Præpoſitus Geminianus,
Decius, Pariſius & Puteus, quos commemoraui & ſecutus
ſum in d.conſ.490.num.18. Quibus accedunt Ruin.in conſ.
149.num.42.lib.5. Io. Lupus in Tract. de matrimonio.parte
ſecunda.num.13.Portius Imolen.in conſ.39.nu.29. Cepha-
lus in conſ.435.num.54.lib. 3.Verallus in deciſ.150.parte ſe-
cunda.& Petrus Antonius Petra in Tract.de fideicom.pro-
hibit.q.10.num.499.

42 Quintò † legitimatis quaſi poſſeſſionem inducit atq; con-
ſtituit inſtrumentum antiquum etiam inter alios confectum,
in quo aſſeritur aliquis filius legitimus. Hoc ſanè caſu præ-
ſumitur legitimus.Ita Alex.in conſ.90.num.1.lib.6.Natta in
conſ.235.num.5.& 6.Cephalus in conſ.135.num.45.lib.1.&
Petrus Antonius Petra in dicto Tract.de fideicom.prohibit.
q.11.num.476.

43 Sextò legitimitatis † quaſi poſſeſſionem inducit & con-
ſtituit ſententia lata in poſſeſſorio qua filius tanquam legiti-
mus miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum patris.Ita Natta in
conſ.473.num.1.qui quidem.nume.9.& 10.reſpondit, hanc
44 quaſi poſſeſſionem operari † quale præiudicium contra ad-
uerſariũ in iudicio petitorio:non tamen operari plenã & effi-
cacem præſumptionem pro eo, qui in poſſeſſionẽ miſſus eſt.

45 Et quamquam ſingula † prædicta ſufficiunt ad inducen-
dam atque conſtituendam quaſi poſſeſſionem legitimitatis;
attamen quando duæ, vel plures, vel omnes, ſimul concur-
runt,efficacior illa quaſi poſſeſſio, & præſumptio legitimita-
tis redditur:ſicuti ſcripſerunt Io.Fabri in §.vlt.in Inſt.de ado-
ptio.Alex.in conſ.51.num..lib.1. Iacobinus à Sancto Geor-
gio in l.quidam.num.1.de probatio. Bero. in conſ. 19.num.
11.verſ.nec omnia.lib.2.Burſatus in conſ.98.num.4.Et idem
dicimus,quando agitur de probanda ipſa filiatione, vt poſt
alios ſcripſi in lib.2.de arbitrariis iudic. caſu 89.nu.96.in fi.

46 Et hæc quidem quaſi poſſeſſio † legitimitatis multos pa-
rit atque operatur effectus.

47 Primus † quorum eſt,vt in iudicio poſſeſſorio vim habeat
plenè probationis: vt reſponderunt Alexan.in dicto conſ.51,
nu.4.lib.1. Alciatus in reſpon.625.nu.2.& Burſatus in conſ.
48 98.nume.8. Idem dicimus de quaſi † poſſeſſione filiationis,
quæ in poſſeſſorio plenam ſatis probationem facit, vt reſpõ-
derunt Alex.in conſ.51.lib.1.Decius in conſ.54.& Alciatus in
reſpon.6.in fine.Nec repugnat conſideratio Petræ in d.q.11.
num.477.& Maſcardi in concluſ.799.num.17.cùm dixerunt,
etiam in iudiciis poſſeſſoriis & ſummariis legitimandam eſſe
plenè perſonam. Qua de re & ego ipſe plura ſcripſi in com-
mentariis de recuperanda poſſeſſione remedio decimoquin-
to.num.273.Nam reſpondetur, Petram & Maſcardum (eo-
rum pace dixerim) æquiuocaſſe in nomine hoc legitimita-
49 tis. Eſt enim alia † legitimitas filij, quæ à matrimonio pro-
uenit:alia eorum, qui in iudicio ſtare volunt; Quæ quidem
50 eſt,quando quis agere,vel excipere poteſt,& ſpurius † quili-
bet,ſi eius eſt ætatis, vt poſſit eſſe in iudicio, legitimam per-
ſonam quò ad iudicium exercendum habere dicitur.

51 Secundus eſt effectus, vt † hæc quaſi poſſeſſio legitimita-
tis faciat plenam probationẽ etiam in iudicio petitorio con-
tra parentes ipſos, qui ſuis nominatione, confeſſione & tra-
ctatu hanc quaſi poſſeſſionem induxerunt atque conſtitue-
runt. Ita reſponderunt & rectè Alciatus in reſp.201.num.57.
in fine.& in reſp.625.in fine.verſi.& hæc ſententiam. & Bur-
ſatus in conſil.98.num.8.quos ſecuti ſunt Petra in dicta q.11.
num.484.& Maſcardus in d.conclu.799.num.26. Quorum
52 traditionem † intelligo, niſi contrarium validioribus proba-
tionibus demonſtratum fuerit.

Cæterùm quid aduerſus alios dicendum ſit longa eſt di-
ſputatio,quam referunt Petra & Maſcardus præcitatis in lo-
cis.Et verior quidem eſt ſententia, præſumptionem operari,
non tamen ita validã & efficacẽ,vt illa,quæ ſtat cõtra patrem.

53 Tertius eſt effectus, vt † hæc quaſi poſſeſſio legitimitatis
ſufficiat ad hoc,vt manu teneatur in ipſa ſua quaſi poſſeſſione
legitimitatis. Ita ſenſerunt Petra in d.q.11.num.486.& Maſ-
cardus in d.concl.799.num.28.etſi de filiatione ipſa expreſ-
ſerunt,& commemorauerunt Alciatum ac Didacum non de
legitimitate : ſed de filiatione loquentes: Quocirca rectiùs
probatur effectus iſte in c.accedens de purg.cano.vbi Abbas
num.4.annotauit,nominationem,tractatum,& publicam vo-
cem & famam operari, vt diffamato de illegitimis natalibus,
adeò tollatur & purgetur ipſa diffamatio, & probare hunc
eſſe legitimè natum, vt manuteneri ſic debeat in ea quaſi
poſſeſſione legitimitatis, vt promoueri valeat ad ſacros
ordines

ordines. Et accedit Galliaula in Rub. de verbo. oblig. nu. 161.
53 qui adductus text. cap. innotuit. de elect. dixit, admiſſum † ad dignitatem eſſe in ea manutenendum, & qui aſſerit eum eſſe illegitimè natum probare debere.

55 Quartus eſt effectus † huius quaſi poſſeſſionis legitimitatis, vt plenam faciat probationem circa ea, quæ in preparatoriis iudiciorũ veniunt: vt eſt circa alimenta, vel ſimilem aliam cauſam. Ita Alciatus, Cephalus, & Didacus, quos referunt & ſecuti ſunt Petra in dict. quæſt. vndecima. num. 487. & 488. & Maſcardus in d. conſi. 799. in fine, & ſi Doctores illi loquuntur de ſola filiatione, non autem de legitimitate. Et ſufficere quo ad præſtationem alimentorum & litis impenſam decidit Verallus in deciſ. 150 parte ſecunda.

## PRÆSVMPT. LV.

Filius an ſub patris poteſtate, vel ſui iuris eſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Filius nunquid ſub patris poteſtate, vel ſui iuris eſſe præſumatur.*
*Quòd ſub patris poteſtate eſſe præſumatur. num. 2.*
*Quòd imò ſui iuris præſumatur. num. 3.*
*Aſſertur & tertio ratio, quòd nec ſui iuris, nec ſub patris poteſtate præſumatur, ſed qui aſſerit eum eſſe vel ſui iuris, vel ſub poteſtate, probare id debet. num. 4.*
*Diſtingue, vt num. 6. & ſeq.*
5 *Aſſerens aliquid, & in eo fundamentum faciens, probare id debet.*
7 *Filius abſque dubio ſub patris poteſtate præſumitur, quando conſtat ipſum eſſe natum ex legitimo matrimonio, & patrem eius adhuc viuere, & non apparet aliqua ſui ſtatus mutatio, quæ non eſt præſumenda.*
8 *Filius à patria poteſtate liberatur vel morte naturali ciuiliue, vel dignitate, religionis ingreſſu, emancipatione, & filij expoſitione: & demum præſcriptione: qui modi non præſumuntur, niſi probentur.*
9 *Emancipatio filiorum non præſumitur, etiam ſi pater diuiſerit bona, & ſingulis ſuam portionem aſſignauerit, & etiam ſi eos ſeparatim à ſe habitare & viuere voluerit.*
10 *Filius præſumitur ſui iuris, quando conſtat eum eſſe natum ex legitimo matrimonio, & patrem ipſius eſſe vita functum.*
*Si autem ignoratur, an pater viuat vel deceſſerit, tunc ille qui aſſerit ipſum eſſe ſub poteſtate, vel ſui iuris, probare debet: numero 11.*
12 *Homo non præſumitur viuere centum annos.*
13 *Filius ſui iuris præſumitur eſſe, quando conſtat, ipſum eſſe natum ex illicito concubitu.*
*Et quid ſi ignoratur an ſit natus ex legitimo matrimonio, vel ex illicito coitu: ſi contentio eſt inter ipſum patrem & filium, vel inter eorum hæredes. num. 14. & ſeq.*
15 *Homines omnes à natura liberi naſcuntur. num. 24.*
16 *Matrimonium vt quid facti non præſumitur.*
17 *Filius præſumitur potius legitimè natus quam econtra quando agitur de ipſius fauore, ſecus quo ad fauorem patris.*
18 *Intellectus. l. Titia. ff. ſoluto matrim.*
19 *Intellectus. l. ſi vxorem. in prin. C. de condit. inſertis.*
20 *Patris profeſſio filio nocere non poteſt.*
21 *Filius ſui iuris eſſe cenſetur, quando eſt in qua poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris.*
22 *Poſſeſſio ſeu quaſi poſſeſſio præſumptionem facit pro eo, qui in ea reperitur.*
*Et quid ſi primæuus naturæ ſtatus repugnat ipſi poſſeſſioni. nu 23.*
25 *Filij & ſerui æquiparantur in modo probationis.*
26 *Seruus quando eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, habet præſumptionem pro ſe.*
*Idem in filio dicendum.*
27 *Filius ſui iuris tanto magis eſſe cenſetur, quando per viginti annos fuit in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris.*
*Idem quando eſt in d. quaſi poſſeſſione ob multos actus à ſe tanquam à patrefamilias geſtos, etiam ſi longum tempus non ſit decurſum. num. 28.*
29 *Paterfamilias ille præſumitur, qui communi opinione ita habitus eſt, ob id quòd ſe pro tali gerebat.*
30 *Filiusfamilias exiſtens in quaſi poſſeſſione ſui iuris ob actus plures à ſe geſtos obligatur erga creditorem, cui ex cauſa oneroſa centum promiſerat, tametſi ſtatuto cautum eſſet, quòd filius non poſſet ſe obligare ſine patris conſenſu.*
31 *Filius præſumitur ſui iuris eſſe, quando conſtitutus eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, patris vel aduerſarij appellatione & nominatione.*

1 Rectè videor mihi † feciſſe, ſi hoc in loco explicauero, an filius ſub patris poteſtate, vel ſui iuris eſſe præſumatur? Qua quidem de re ſcio eſſe Doctorum opiniones.
2 Quarum prima † illa eſt, quod ſub patris poteſtate eſſe præſumatur. Ita Fulgoſius, Romanus. Alex. Riminal. Sen. & Iaſon in l. ſi emancipati, in tertio notab. C. de collatio. Angelus in l. hæres. ff. de acquirenda hæreditate: Cepolla in cautela. 118. Alex. in conſilio tertio, columna ſecunda, libro tertio. Bertrandus in conſilio 195. numero ſecundo, libro primo, in conſilio quarto, numero octauo, libro ſecundo, & in conſilio 40. numero quinto, libro tertio. Gratus in conſilio 146. num. .. libro ſecundo. Socinus Iun. in conſilio 15. numero primo, libro ſecundo, Caſſane. in commentariis ad conſuetud. Burgundiæ Rub. 6. §. 3. Guielmus Bened. in c. Raynutius, in verbo, matrem inſuper cleram. numero tertio, de teſta. Palæotus Cardinalis in Tract. de Nothis ſpuriisq; filiis. cap. 20. in fine: Bouerius in ſuo ſingulari in verbo, præſumptio numero quadrageſimoſecundo, & & Aſcanius Clemens de patria poteſtate. cap. vlt. num. 100.

Et ij quidem moti ſunt his rationibus, quod ſcilicet præſumitur natus legitimo ex matrimonio quo patriæ poteſtati ſubiiciuntur. Nec emancipatio aliáve liberatio præſumitur.

Secunda fuit opinio exiſtimantium filium non præſumi
3 † ſub poteſtate patris, ſed ſui iuris. Ita Bart. in conſilio quadrageſimoſecundo. Viſa inquiſitione, libro primo. Corne. in conſilio ſexageſimooctauo, numero 13. lib. 3. Permoti ij ſunt text. l. Titia. ff. ſoluto matrimo. & text. l. ſi vxorem. C. de cond. inſertis. Et ea etiam ratione, quod matrimonium, ex quo patria poteſtas deſcendit non præſumitur, vt copioſè comprobaui ſuprà lib. 3. præſumpt. 1.

4 Tertia fuit opinio † eorum, qui dixerunt, filium non præſumi ſui iuris, vel ſub poteſtate patris, ſed qui aſſerit vel eſſe ſub poteſtate, vel ſui iuris probare id debet: cùm ſit ſuæ intentionis fundamentum. Hac in opinione fuerunt Comen. & Roma. in l. hæres. ff. de acquirenda hæreditate. Corneus in conſilio 204. numero ſexto, & in conſilio 208. numero quarto, in fin. libro tertio. Decius in l. ſi emancipati, in tertio notab. C de colla. & ibidem Curt. Iun. & Sapia.

Ita ij intellexerunt loqui text. l. Titia. ff. ſoluto matrimo. &
5 l. ſi vxorem. C. de conditio. inſertis. Et ea † ratione vſi ſunt, quod ille, qui aliquid aſſerit, & in eo fundamentum facit probare id debet. Et ſimile eſt, quod dicimus, illum probare debere ætatem vel maiorem vel minorem quando in ea fundamentum ponit. Qua de re diximus ſuprà in libr. 2. præſumpt. 50. in quinta opinione.

6 Quarta & vltima † fuit opinio Alex in l. is poteſt, numero nono. ff. de acquirenda hæreditate. Galliaulæ in rub. de verb. de verbor. oblig. numero 160. & Cagnoli in l. ſi emancipati, in tertio notab. C. de collat. vbi nouiſſ. Hippolitus Riminaldus numero ſeptuageſimoſecundo, idem viſus eſt probare: ij conciliando iam commemoratas Doctorum opiniones diſtinguunt aliquot caſus. Ego in multis ſequar Galliaulæ diſtinctionem.

7 Primus itaque † eſt caſus, quando conſtat, aliquem eſſe natum ex legitimo matrimonio: & patrem viuere. Hoc in caſu ſine controuerſia, præſumitur filius ſub poteſtate patris. Ita in ſpecie caſum hunc affirmarunt Bart. in l. Titia. ff. ſoluto matrimonio. Alexan. in l. is poteſt, numero nono. ff. de acquirenda hæreditate. Galliaula in d. rub. de verborum obliga. numero 160. verſicul. tu ſequendo, Alciatus in Tract. de præſumptionibus, reg. ſecunda præſumpt. 2. nume. primo, & Bolognetus in l. ſi emancipati, numero decimo. C. de collatio.

Quæ



Quæ vera ſententia probatur Pauli reſponſo in l. ſi filius. ff. de probatio. cuius verba adſcripſi.

*Si filius in poteſtate patris eſſe neget: Prætor cognoſcet, vt prior doceat filius: quia & pro pietate, quam patri debet præſtare, hoc ſtatuendum eſt: & quia ſe liberum eſſe quodammodo contendit. Ideò enim & qui ad libertatem proclamat, prior docere iubetur.*

Hæc Paulus, qui manifeſtè ſenſit, filium non præſumi liberatum à vinculo patriæ poteſtatis: cùm ei incumbat onus probandi liberationem: ſtat ergo præſumptio pro patre.

Eſt enim hic præſumptionis effectus, vt onus probandi transferat. l. generaliter. §. ſi petitum. in fine. ff. de fideicom. libert. & ſcripſi ſuprà. libro 1. quæſt. 33.

Et præterea accedit ratio, quod iam conſtat, filium hunc ab initio fuiſſe ſub patria poteſtate, ob id, quod natus eſt ex legitimo matrimonio & non apparet aliqua ſui ſtatus mutatio, quæ non præſumitur. l. eum, qui. ff. de probatio. & dixi-
8 mus ſuprà hoc libro in præſumpt. Non enim apparet † aliquis modus, ex illis ſeptem, quibus patriæ poteſtatis nexus ſoluitur, nempè mors naturalis, vel ciuilis, dignitate, religionis ingreſſu, emancipatione, & filij expoſitione, quos ſanè liberationis modos recenſet Aſcanius Clemens in Tract. de patria poteſtate, capitulo vltimo, & ſeptimum modum addo nunc, hoc eſt, præſcriptione, vt tradunt Angelus in l. prima. C. de patria poteſta. Caſtr. in conſilio 314. Poſtremò, columna prima, libro primo. Riminaldus Senior in conſilio 108. numero 16. libro primo. Iaſon in l. ſi emancipati, columna ſecunda, C. de collatio. & Balbus in Tract. de præſcript. in tertia particula, quartæ partis principalis, quæſt. vltim. Nec ij modi tanquam quid facti præſumuntur. Non enim præſumitur mors naturalis: cùm pro conſtanti præſupponatur viuere naturaliter: Nec ciuilis, quæ delictum, vel captiuitatem præſupponeret. Non etiam præſumitur dignitas, nec religionis ingreſſus, vt eſt manifeſtum. Non pariter expoſitio filij in hoſpitali: cùm hoc ſit graue delictum, de quo ſcripſi in libro ſecundo, de arbitrariis iudicum. caſu. 396. Non præſcriptio, quæ alioqui requirit titulum ſaltem putatiuum: ſicuti commemorati Doctores, præſertim Riminaldus Senior, ſcripſerunt, & ſi Cephalus in conſilio 687. numero 32. libro quinto, exiſtimauerit, ſufficere titulum etiam erroneum. Non demum præſumitur emancipatio: Sicuti dixerunt Lucas de Penna l. tertia, in præſumpt. 21. C. de apochis publ. libro decimo. Alciatus in d. præſumpt. 2. Palæotus de nothis ſpuriisq; filiis. cap. 20. in fine. Aſcanius Clemens in d. capitulo vltimo, numero 109. & Riminaldus Iunior in l. ſi emancipati, numero 66. C. de collatio. alios nonnullos refert Cephalus in dicto conſilio 687. numero primo, libro quinto. Et prædictis accedunt Ioan. Baptiſta à Sancto Seuerino in l. frater à fratre, numero 89. ff. de condict. indebiti, Alexand. in conſilio 20. columna prima, & ſecunda libro tertio, & manifeſtius Socinus Senior in conſilio 33. columna prima, libro tertio, qui fortius † ſcripſerunt, emancipationem filiorum
9 nec quidem præſumi ex eo, quod pater ipſe diuiſerit bona, & ſingulis ſuam portionem aſſignauerit: & ſi eos ſeparatim etiam à ſe habitare & viuere voluit. Non enim hæc ſeparatio arguit emancipationem: cùm facta credatur ob cauſam præcedentis diuiſionis bonorum: vt in ſpecie reſpondit Riminaldus Senior in dicto conſilio 108. numero vigeſimoſexto, libro primo. Quibus intelligimus malè reſpondiſſe Cephalum in dicto conſilio 687. nume. decimo, & 11. Cùm dixit, emancipationem argui ex hoc, quod pater aſſignauit portionem bonorum filio, & eum à ſe dimiſit.

Secundus eſt caſus, quando † conſtat aliquem eſſe natum
10 ex legitimo matrimonio, & patrem eſſe vita functum. Hoc in caſu præſumitur filius eſſe ſui iuris, non autem ſub poteſtate alterius patris, vt adoptiui: Cùm illa, vt quid facti, non præſumatur.

Hunc caſum in ſpecie, & rectè, affirmauit Galliaula in d. rub. ff. de verb. oblig. num. 160. verſ. aut conſtat ipſum eſſe natum, qui ſcribit, ita ſenſiſſe Alex. & Iaſonem in d. l. ſi emancipati. C. de collatione: illo textu adducti.

Tertius eſt caſus, quando † conſtat filium eſſe natum
11 ex legitimo matrimonio: ſed ingnoratur, an pater viuat, vel deceſſerit. Hoc in caſu verè dicendum eſt, illum, qui aſſerit filium eſſe ſub poteſtate, vel eſſe ſui iuris probare debere. Ita manifeſtè ſcripſit Galliaula in dicta rubr. ff. de verborum obligat. numero 160. verſic. in hoc tamen membro: qui ſic intellexit Comenſ. & Roma. in l. hæres. ff. de acquirenda hered. & Decium in dicta l. ſi emancipati. in tertio notab. C. de collat. Sic etiam reſpondit Corneus in conſilio 204. numero 6. & in conſilio 208. numero quinto, libro tertio, & idem verè ſenſerunt Curtius Iunior & Sapia in dicta l. ſi emancipati, in tertio notab. Et huius ſententiæ (omiſſa illa Decij) ea eſt ratio, quod cum hic conſtet de legitimo matrimonio, dubitatio ſolùm pendet à vita, vel morte patris: ille autem, qui aſſerit aliquem adhuc viuere, vel eſſe vita defunctum, probare id debet, vt tradunt Bart. in l. ſiquidem. C. ſoluto matr. & alij, quos commemoraui ſuprà hoc libro in præſumpt. 42.

Ita etiam dicimus, illum, qui fundamentum conſtituit in ętate vel maiori, vel minori, eam probare debere, vt ſcripſi ſuprà lib. 2. in præſump. 50. in 5. opinione.

12 Nec huic ſententiæ † obſtat quod homo præſumatur viuere centum annos, vt inquit gloſ. in l. vltima. C. de ſacroſ. Eccleſ. quam multi probarunt. Et quo argumento moti ſunt commemorati ſuprà in prima opinione, qui ſcripſerunt, filium præſumi ſub poteſtate patris. Non quidem obſtat hæc conſideratio, cùm verum non ſit, hominem præſumi viuere centum annos, ſicuti ſcripſi ſuprà hoc libro in præſumptione 49.

13 Quartus eſt caſus, quando † conſtat filium eſſe natum ex illicito concubitu. Hoc in caſu clarum eſt, hunc filium non præſumi ſub poteſtate patris, vel naturalis, vel adoptiui. De naturali eſt plus quàm manifeſtum. De adoptiuo idem eſt dicendum: Cùm adoptio, vt quid facti, (vt diximus ſuprà) non præſumatur.

14 Quintus † eſt caſus, quando ſumus in dubio, an filius iſte ſit natus ex legitimo matrimonio, vel ex illicito coïtu, vt hinc dicatur filius vel ſub poteſtate, vel ſui iuris: & contentio eſt inter patrem & filium, vel inter eorum hæredes. Hoc in caſu crediderim (quidquid alij ſcripſerint) dicendum eſſe, probandi onus pertinere ad patrem aſſerentem filium ſuæ poteſtati ſubeſſe. Si enim pater aſſerit, & filius negat ſubiici patriæ poteſtati, onus probandi poteſtatem incumbit ipſi patri aſſerenti.

Ea ratione, quod ſtatus primæuus naturę eſt cum ipſo filio.
15 Nam à natura † liberi omnes naſcuntur. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure. Et ideò pater, qui contendit filium eſſe ſub ſua poteſtate probare debet matrimonium inter ſe & filij ma-
16 trem fuiſſe contractum: cùm † matrimonium, vt quid facti, & nouo iure reſpectu patriæ poteſtate introductum, non pręſumatur, vt diximus ſuprà libro tertio, præſump. prima. Nec hic obſtat, quod ſuperiore præſumptione affirmauimus, filium
17 præſumi † potius natum ex legitimo matrimonio, quàm ex illicito coïtu: quia reſpõdetur, hanc præſumptionem ſumi fauore filij, non autem ipſius patris. Nam quò ad patrem pręſumitur potius illicitus concubitus. cap. aliter. 30. quæſtio. 5. & tradunt gloſſ. in cap. lator. qui filij ſint legit. & ibi Docto. Alciatus in Tracta. de præſumptionibus. reg. ſecunda, præſumptione quinta, numero primo, & Palæotus de nothis ſpuriiſque filiis. cap. 20. num. 4.

Et propterea cum filius negat, ſe ſubiici poteſtati patris, illi ſuo fauori dicitur renũciare, & fateri ſe illegitimum. Rurſus, quod legitimus coïtus præſumi debeat, eſt ad euitandum præſumptionem delicti, iuxta l. merito. ff. pro ſocio. cuius quidem præſumptionis allegatio prodeſt ad excipiendum, non autem ad agendum, vt declarauimus ſuperiore libro in præſumptione 2. declaratione prima, & in ſpecie Decius in dicta l. ſi emancipati. in tertio notab. C. de collatio. & Galliaula in rub. de verborum oblig. num. 160.

18 Et hoc in caſu exiſtimo † poſſe intelligi text. lege Titia. ff. ſoluto matrimonio: vbi Titius ille pater, qui aſſerebat Titiam filiam ſua ſub poteſtate eſſe, probare id debuit. Dicebat mulier illa, ſe matrem familias eſſe, atque ita negabat, ſe ſubiici patriæ poteſtati. Non quidem ex eo negabat, quod emancipatione liberata fuiſſet, quia tunc certum eſt, quod Africanus reſpondiſſet, onus probandi pertinuiſſe ad mulierem. Non etiam negabat ex eo, quod aſſereret, Titium illum patrem ſuum non eſſe: quia Africanus pro conſtanti admittit illum fuiſſe patrem. Eſt ergo neceſſe fateri, mulierem

illam tacitè negaſſe matrimonium inter patrem illum ſuum, eiúſque matrem. Idem eſſe exiſtimo in hærede ipſius filij: Eo enim negante filium illum fuiſſe certo tempore ſub poteſtate patris, efficit vt vel pater, vel eius hæres teneatur probare
19 patriam illam poteſtatem. Ita † intelligo.l.ſi vxorem.in princip.C.de condit.inſertis. Si verò econtra filius aſſerit, ſe eſſe in poteſtate patris, pater verò negat: onus probandi adhuc incumbit ipſi patri. Quandoquidem dicere non poteſt pater, illum eſſe natum ex illicito coitu, tum quia allegaret propriam turpitudinem, quod iuri repugnat.l.tranſactione finita, & ibi Docto. C. de tranſactio. & latè differit Iaſon in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator, ff. de iure iuran. tum quia ei repugnat præſumptio filio fauens, quod
20 ſcilicet legitimus præſumatur. Et patris † profeſſio filio nocere non poteſt.l.neque profeſſio, vbi Bart.Iaſon & reliqui. C. de teſta. & ſcripſi ſuperiore præſumptione in extenſione ſecundi caſus.

21 Sextus & vltimus eſt † caſus, quando filius eſt in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris. Nam tunc quouis in caſu præſumitur ſui iuris, Ita glo.in l.Titia.ff.ſoluto matrimonio Bartol. in l. is poteſt, numero 15. ff. de acquirenda hæreditate. Cornel.in conſilio 288.numero quarto, in fine, libro tertio. Alexand.in l. ſi emancipati, numero ſeptimo.C. de collat.& ibidem, Decius, Bologn.numero 11.& Riminald.Iun.numero 95. Alciatus in Tract.de præſumptio.reg.2. præſumpt.2. Tiraquellus in Tract.de iure primigen. quæſt. 17. opinione. 11.numero 27. & Aſcanius Clemens in Tract. de patria poteſtate, capitulo vltimo, numero 101.Ea ratione ij moti ſunt,
22 quod † poſſeſſio ſeu quaſi, præſumptionem facit pro eo, qui in ea reperitur.l. circa. ff. de probat. & aliis comprobabimus
23 infra in præſumpt.69. Nec obſtat † quod poſſeſſio non parit præſumptionem pro poſſeſſore, quando primæuus naturæ ſtatus repugnat ipſi poſſeſſioni, vt tradunt Bart.in l. ſi priuſquam, in 2.& in 3.oppo.3.partis.ff.de operis noui nunt.& alij relati à me in d.præſumpt.

Hic autem primæuus naturæ ſtatus repugnat huic quaſi poſſeſſioni filij: Cùm ſua origine ex matrimonio ſit, & conſequenter ſub poteſtate.

24 Nam reſpondetur, † primæuum naturæ ſtatum filij eſſe, quod ſui iuris ſit, vt rectè aſſirmant Decius in dicta l.ſi emancipati, numero quarto. C. de collat. & Galliaula in rub. de verborum obligat. numero 158. omnes enim à natura ipſa liberi naſcimur. Et patriæ poteſtati iure ciuili, ob matrimonium, ſubiicimur. Cùm ergo hæc quaſi poſſeſſio conueniat cum originaria ipſa natura primæuóque ſtatu, vt Baldus in dicta l.Titia.columna ſecunda, verſicul.quæro hic.ff. ſoluto matrimonio in ſpecie ſenſit, ſequitur dicendum, hanc quaſi poſſeſſionem præſumptionem pro ipſo filio facere. Nec hic conſiderandus eſt primæuus filij ſtatus, vt poſt Alciatum de præſumpt.reg.ſecunda præſumpt.ſecunda, numero ſecundo, conſiderat Hippolitus Riminald. in dicta l. ſi emancipati, numero 98. nempè à contracto matrimonio parentum filij: ſed conſiderari debet ab ipſa natura ante ius ipſum ciuile. Cùm enim hic ſimus in dubio, quaſi hæc poſſeſſio arguit nullum fuiſſe inter parentes huius filij contractum matrimonium, & ob id eum non ſubiici patriæ poteſtati. Et prætereà
25 hæc ſententia probatur eo argumento, quod † in modo probationis filij & ſerui æquiparantur, l. ſi filius, in fine. ff. de
26 probatio. At qui clarum eſt, quod, quando ſeruus eſt † in quaſi poſſeſſione libertatis habet præſumptionem pro ſe l. libertis.§.vltim.ff. de liber. cauſa. l. vis eius.C. de probatio. Ergo idem in filio. Nec hic repugnant conſiderationes Hippoliti Riminald.in dicta l. ſi emancipati, numero 102. C.de collatio. quia Alciatus in d. præſumpt.2. non conſtituit fundamentum in initio.dicta l.ſi filius, cuius principium, vt diximus ſuprà in primo caſu, loquitur quando filius non eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris: ſed potius econtra, quando pater eſt in quaſi poſſeſſione ſuæ poteſtatis, ſed voluit Alciatus allegare, dicta l.ſi filius, in fine. His intelligimus minus rectè ab hac ſententia diſſenſiſſe ſibi parum conſtantem Alexandr. in dicta l.Titia, numero ſeptimo.ff. ſoluto matrimonio. Iaſo. in dicta l.ſi emancipati, numero nono.C.de collat. Alciatum in d. Tract.de præſumpt.reg. 2. præſumpt. 2. numero ſecundo. Guielmum Benedictum in cap. Raynutius, in verbo, matrem inſuper Cleram, numero quarto, de teſta. Caſſaneum in commentariis ad conſuetud. Burgund.rub.6.§.3. & Hippol. Riminal.in d.l.ſi emancipati, num.97.

27 Hæc autem ſententia, quod † filius exiſtens in hac quaſi poſſeſſione ſui iuris præſumptionem habeat pro ſe, multò magis procedit, quando per viginti annos fuiſſet in ea quaſi poſſeſſione. Nam tunc ſine controuerſia præſumitur pro ipſius filij libertate. Ita Baldus in l. poſt mortem in fine. ff. de adoptio.& in l.ſecunda.C.ſi aduerſus rem iud. Iaſon in dicta l.ſi emancipati, numero 12.C.de collat. Alciatus, Guielmus Benedictus, Caſſaneus & Riminald. præcitatis in locis. His accedunt Afflictus in deciſ. 183. numero tertio. Cephalus in conſilio 397.numero quinquageſimonono, libro tertio, & in conſilio 687.numero vigeſimoquarto, libro quinto, & Aſcanius Clemens in Tract. de patria poteſtate. cap.vltim. numero 10. qui affirmant, tanti temporis curſu præſumi filium fuiſſe à patre emancipatum, adducti textu. l. 1. C. de patria poteſta.

28 Prætereà idem dicendum † eſt, quando filius iſte eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris, ob multos actus à ſe tanquam à patrefamilias geſtos & ſi longum tempus non eſt decurſum. Nam & hoc caſu præſumi debet à patria poteſtate liberatum fuiſſe. Ita Decius in d.l.ſi emancipati, numero quarto, verſic. & in quaſi poſſeſſione. C. de collat. quem ſecuti ſunt ibi Cagnolus, & Riminald.Iunior.numero 112.& Cephalus in dicto conſilio 687.numero 22. libro quinto, & ij adducti ſunt
29 text l.3.ff.ad S. C. Macedo.vbi † paterfamilias ille præſumitur, qui communi opinione ita habitus eſt, ob id, quod ſe pro tali gerebat. Nec ibi temporis curſum conſiderauit iuriſcon. Quo quidem reſponſo adductus ſcripſit Alciatus in Tract. de præſumptio.reg.2.præſumpt.2.numero quinto, filiumfam.
30 † exiſtentem in quaſi poſſeſſione ſui iuris ob actus plures à ſe geſtos obligari erga creditorem, cui ex cauſa oneroſa centum promiſerat, tametſi ſtatuto cautum eſſet, quod filius non poſſet ſe obligare ſine patris conſenſu. Hæc enim quaſi poſſeſſio creditorem iuſtè excuſabat, ne perſcrutaretur illius filij conditionem: iuxta regulam.l.qui cum alio.de regul.iuris, quæ hoc in caſu locum non habet, vt præcitato in loco ſcripſit Alciatus & in eadem lege qui cum alio aduertit Decius, numero tertio, verſ.& iſta regula: & ſcripſi ſuprà lib.3.in præſumpt.88.

31 Et demum idem dicendum eſt, † quando filius eſt conſtitutus in quaſi poſſeſſione libertatis patris, vel aduerſarij appellatione & nominatione. Nam tunc ſui iuris, atque ita à patria poteſtate liberatus præſumitur. Ita in ſpecie reſpondit Cephalus in conſ.397.num.54.lib.3.

## PRÆSVMPT. LVI.

Patrem præſumi diligere filium copioſè explicatur.

### SVMMARIVM.

*1 Pater quando & quantum præſumatur diligere filium: præſumitur enim ſemper eum diligere, & hoc præſumptione iuris ſumpta ab ipſa natura.*

*Et pater vel mater non præſumuntur illi, qui filios non diligunt. num.2.*

*3 Partus ille non præſumitur ſuppoſitus, quem amor paternus filium eſſe oſtendit.*

*4 Pater præſumitur plus diligere filium quam ſemetipſum.*

*Et ſi pro delicto torquendi ſunt pater & filius, primùm torquendus eſt filius in conſpectu patris, vt pater ipſe citius verum confiteatur, vt qui magis timeat in filio quam in ſemetipſo. numer.5.*

*6 Filios eorum, qui læſerint Cæſaris maieſtatem, vel in hæreſim lapſi fuerint, iuſtè damnari certa pœna: & quare.*

*7 Pater quantum affligatur videns pro peccatis ſuis filium pati.*

*8 Carolus 2. Imper. cùm haberet patrem & filium homicidij noxios in carcerib. certumq; eſſet, alterum eorum id facinus perpetraſſe, iuſſit filium ſuſpendi: quod audiens pater, vt filium à morte liberaret, ſponte crimen confeſſus eſt, & ſic ſuſpenſus fuit, filio liberato.*

9 Gordia



*9 Gordianus ſenior audita morte filij laqueo ſe ſuſpendit.*

*10 Octauius Baldus audito falſo clamore viciniæ, filium trucidari, ſe ſponte neci, quam euaſerat, obtulit.*

*11 Pater non dicitur liberatus à carcere, ſi filium ibi dimiſit, vel obſidem dedit.*

*12 Confeſſus per torturam filij dicitur confeſſus in tormentis.*

*13 Patris erga filium tam incredibilis eſt amor, vt propriam gloriam, quam ipſi vitæ anteferre ſolemus, gloriæ filij poſtponere ſoleat.*

*14 Fabij Rutiliani amor incredibilis erga filium.*

*15 Pater præſumitur ſemper bonum conſilium pro filio ſumere.*

*Et præſumitur perſæpè inuiſere conſueuiſſe ipſum filium in gymnaſio exiſtentem.num.16.*

*Et pro filio tandem omnia vult pater.num.17.& ſeq.*

*18 Homo homini nullo arctiore vinculo iungitur, quem eo, quo parentes liberis.*

*19 Patriæ multa debemus, multa parentibus & multa multis, ſed filiorum cauſa omnia volumus.*

1 POSTQVAM cœpius dicere † de his præſumptionibus, quæ circa patris & filij perſonas verſantur: Diſſeramus etiam quantum ac quando pater præſumatur diligere filium. Et verè præſumptio eſt, ducta ab ipſa natura, quod eum diligat.l.nec ei.ff.de adoptio.l.iſti quidem.§.vlt.quod metus cauſa.l.ſi pupillorum.§.ſi pater.ff.de reb.eorum.& §.vlt.in Inſtit.de noxa.actio. Et hanc eſſe præſumptionem iuris ſumptam à natura, omnium primus ſcripſit Io.Andreæ in additio.ad Specula.in tit.de præſumpt.§.ſpecies.nu.5.in verbo, in prædictis. Et idem affirmarunt Roma. in l.1.ff.de in ius voca.& Alciatus in Tract.de præſumpt.reg. 1.præſumpt.1.

2 Hinc fit, vt † ille non præſumatur pater, vel mater, qui filium non diligit.c.afferte.de præſumpt. quem locum in hanc ſententiam annotarunt Curtius Senior in conſilio 47.& Alciatus in dicta reg.1.præſumpt.14. Sicuti è contra pater, vel mater præſumitur, quando affectus ipſe paternus id ſignificat, vt in caſu dicti cap.afferte.

3 Quocircà dicere † ſolemus, partum non præſumi ſuppoſitum, quem amor paternus filium eſſe oſtendit.l.1.§.ad quæſtionem.ff.de quæſtion.& annotauit Alciatus de præſumpt. reg.1.præſump.19.

4 Imò natura † comprobatum eſt, vt plus diligamus filios noſtros, quàm noſmetipſos, ſicuti annotauit Accur.in dicta l.iſti quidem.§.vltimo.ff.quod metus cauſa. Et confirmat Latinus Pacatus in panegyrico, quem Theodoſio dixit. *Inſtituente, inquit, natura, plus ferè filios, quàm noſmetipſos diligimus.* Et apud Liuium lib.3.ab vrbe condita, Virgilius conſtanter aſſerebat, ſibi vitam filiæ ſuæ chariorem fuiſſe, ſi liberè ac pudicè viuere licitum fuiſſet. Ariſtoteles autem libr.8. Ethicor. cap.12. *Æquè, inquit, parentibus vita liberorum chara eſt atque ſua.*

5 Hinc ex noſtris † multi ſcriptum reliquerunt, quod ſi pro dilecto aliquo torquendi ſunt pater & filius, primum torquendus eſt filius in conſpectu patris, quò pater ipſe citius verum profiteatur, vt qui magis timeat in filio, quàm in ſeipſo. Ita ſanè ſcripſerunt Gandinus, Suſarius, Vitalinus, Albericus, Angelus Aretinus, & Marſilius, quos ad rem hanc commemorauit Tiraquellus in l.ſi vnquam, in præfatione.num.7.C. de reuoc.donat.

Huc pertinet egregius ille locus M.Ciceronis in lib.1.epiſtol.12.ad Brutum, cuius verba adſcripſi.

*Nec verò me fugit, quàm ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc præclarè legibus comprobatum eſt, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipub.redderet. Etenim cùm potiſſima ferè cauſa pœnarum ea ſit, vt homines à facinoribus perpetrandis formidine deterreantur, nulla alia magis acerba, nec quæ anxiore afficiat triſtitia, quàm cùm quis cernit filios ſuos, ob ſua ipſius malè acta, affligi & paupertatem & infamiam, aliaq; incommoda pati: quæ res multos quidem à ſceleribus auertit, & ne ſimilia audeant, admonet atque deterret.*

Hæc Cicero, qui manifeſtè ſignificauit, iure quodam opti-
6 mo † ſancitum deinde fuiſſe à Cæſare, & deinde à ſummo Pontifice, filios eorum, qui læſerint Cæſaris maieſtatem, vel in prauam hæreſim lapſi ſint, damnari certa pœna.l.quiſquis. C.ad l.Iuliam maieſt.& cap.ad abolendam.de heret. Ita ſanè ſancitum fuit, vt parentes ipſi metu pœnæ filiis infligendæ à perpetrando ſcelere arceātur. Qua de re ſcripſi in conſil.99. num.220.lib.1.

7 Huc pertinet quod † ſcriptum reliquit Chryſoſtomus in Geneſim homil.29. enarrans verba illa: *Maledictus Chanaā. Ecce, inquit, peruenimus ad quæſtionem illam vbique celebrem: multos enim audiuimus dicentes, quare cum peccauerit pater, filium maledictum ſuſcipit? quare cum alius peccauerit ille pœnam luit? neque abſque ratione factum eſt: quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quàm filius. Scitis quomodo ſæpènumero patres orāt, vt filiorum pœnas ipſi ferant: & quomodo grauius illis eſt, videre filios ſupplicio affici, quàm ſi ipſi his forent obnoxij.*

Hactenus Chryſoſtomus. Cuius ſententiæ adſtipulatur præclarum hoc exemplum. Accuſabantur pater & filius ho-
8 micidij, † certum enim erat, alterum eorum id facinus perpetraſſe, ſed vter id feciſſet, incertum. Carolus ſecundus Imperator iuſſit filium ſuſpendi: quod intelligens pater, vt filium à morte vindicaret, ac in ſe pœnam conuerteret, ſpontè crimen confeſſus, ideoque ſuſpenſus eſt, filio liberato. Hoc exēplum poſt Iſerniam, Putheum & alios plures commemorarunt Neuizanus lib.3.Syluæ nuptia.num.8.Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in præfatione.num.8.qui ex Quintiliano & aliis ſimilia
9 recenſet: tum maximè illud † Gordiani Senioris, qui (vt Capitolinus ſcribit) audita morte filij laqueo ſe ſuſpendit. Simi-
10 le legimus apud Valerium Max lib.5.de Octauio Balbo † qui audito falſo clamore viciniæ filium trucidari, ſe ſpontè neci, quam euaſerat, obtulit. Et ſimile de Blauo quodam memoriæ prodidit Baptiſta Fulgoſius.lib.5.c.7.

11 Huc etiam pertinet, † quod pater non dicitur à carcere, cui includebatur, liberatus, ſi filium ibi dimiſit, vel obſidem dedit, vt ſcribunt Felinus in cap.afferte.num.2.de præſumpt. & Caſſane.in conſ.14.num.15.& in conſ.67.num.31.

12 Hinc etiam ſcripſit † Bald.in l.1.in fine.C.ſi rector prouin. ſecunda lectura, quod confeſſus per torturam filij dicitur confeſſus in tormentis.

13 Et prætereà tam † incredibilis eſt patris erga filium amor vt propriam gloriam, quam ipſi vitæ anteferre ſolemus, glo-
14 riæ filij poſtponere ſoleat. Qua de re percelebre † legimus exemplum apud Valerium Max.libr.5.de Fabio Rutiliano, qui *quinque conſulatibus ſumma gloria peractis, omnibuſq; & virtutibus & vitæ meritis ſtipendijs, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile & periculoſum conficiendum grauatus non eſt, penè ipſo per ſe duntaxat animo, ſine corpore militaturus, vtpotè propter vltimam ſenectutem lectuli otio, quàm labori præliorum habilior. Idem triumphantis currum, æquo inſidens ſequi, quem ipſe paruulum triumphis ſuis geſtauerat, in maxima voluptate poſuit: nec acceſſor gloriæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt.* Hæc Valer. Max.

15 His planè intelligimus, nil † planè mirandum eſſe, quod aliquando reſpondit Papinia.in l.nec in ea.ff.ad l.Iuliam de adulte. præſumi patrem bonum conſilium pro filio ſumere. Quod poſt Alciatum in Tract.de præſumpt reg.prima præſumpt.2.num.1.Thomam Feratium cautela 35.& alios, ſcripſimus multis in locis ſuprà.

16 Hinc etiam dicimus, præſumi † patrem perſæpè inuiſere conſueuiſſe filium in Gymnaſio exiſtentem. Lucas de Penna in l.3.in præſumpt.111.C.de apochis publ.libro decimo. Pro
17 † filio tandem omnia vult pater. *Nullo* † *enim* (inquit Sabel-
18 licus lib.3.cap.4.) *arctiore vinculo homo homini iungitur, quam*
19 *eo quo parentes liberis. Multa † volumus patriæ debere multa parentibus, multa demum multis: ſed filiorum cauſa omnia volumus, per ferrum, per flammas intrepide, ſi filiorum charitas poſtulet, itur, nullius incolumitas ſuauior, nullum funus acerbius, magiſque luctuoſum.*

## PRÆSVMPT. LVII.

Filium præſumi diligere parentes.

### SVMMARIVM.

*1 Filius licet non ea dilectione & amore proſequatur parentes, quib.ab alijs amatur, præſumitur tamen ipſos diligere.*

2 *Cimon Athenienſis vt Milciadem patrem damnatum vinculis exi meret, vltrò ſeſe carceribus obtulit mortem appetiturus, modò patrem à periculo ſeruaret.*
*Et cùm patrem defunctum eſſe intelligeret, vt corpus eius ſepulturæ traderet, non tantum multis ſe periculis expoſuit, ſed pietatem in patrem captiuitati quoque præpoſuit. numero 3.*
4 *Cæcilius Metellus Numidici fil. ex eo quòd patrem aßiduis precib. ac lachrimis ab exilio liberaſſet, Pius dictus eſt.*
5 *Demetrius Aſiæ & Macedoniæ Rex cùm prælio captus eſſet à Seleuco Syriæ rege, Antigonus ſecundus filius regni quietus poſſeſſor regiam purpuram lugubri veſte mutauit, & legatos ad vicinos reges & ad Seleucũ ipſum oratum miſit pro liberatione patris, & promittens ſe quoque obſidem daturum dummodo patrem carcere liberaret.*
*Et intelligens patrem mortuum claſſem inſtruxit, vt ad accipiendum defuncti corpus proficiſceretur, quod obuium habuit à Seleuco in Macedoniam remiſſum, & maximo apparatu illud excepit. ibid.*
6 *Filÿ iuſtus eſt metus, qui dum in gymnaſio commoraretur, ob metum patri illatum in patria beneficio renunciauit.*
*Idem quando vis facta eſt patri, & ipſe filius aliquid agit, vt patrem liberet, præſumitur id metu à filio actum, ac ſi ipſi filio illata vis fuiſſet. numero 7.*
8 *Filius ſi legauit liberationem patri de adminiſtratis, præſumitur etiam voluiſſe eum à reliquatu liberum eſſe.*

1 ET ſi natura † comparatum eſt, & experimento
manifeſtè compertum videmus, nõ ea dilectione
& amore filium proſequi parentes, quibus
ab illis amantur. Non tamen eſt quod dicamus,
non præſumi filios amare parentes: cùm Scæuo
la, in l. Aurelius. §. Titius. ff. de libera. legat. amoris filij
2 erga patrem non leuem coniecturam fecerit. Idem ſignifica-
uit multorũ in parentes ſingularis pietas. Cimon † Athenien-
ſis, vt Milciadem patrem damnatum vinculis eximeret, vltrò
ſeſe carceribus obtulit, mortem lubens oppeciturus, modò
3 patrem à periculo ſeruaret. Ita Valerius Max. lib. 5. c. 4.
Quinimò idem † Cimon, cùm patrem defunctum eſſe in-
telligeret, vt corpus eius ſepulturæ traderet, non tantùm mul-
tis ſe periculis expoſuit, ſed pietatem in patrem captiuitati
quoque præpoſuit. auctor eſt Alex. ab Alex, lib. 3. dierum ge-
nial. cap. 2. Extant quam plurima exempla amoris & pietatis
filiorum erga parentes apud Valerium Max. Sabellicum, Ful-
4 goſium & alios: Vnum vel alterum tantum hic repetam. Cæ-
cilius † Metellus, Numidici filius, eò quod patrem aſſiduis
precibus ac lachrimis ab exilio liberaſſet, Pius dictus eſt;
quemadmodum Volater. libro 17. Sabell. libro tertio. cap. ſex
to, & Plinius de viris illuſtribus cap. 63. ſcriptum reliquerunt.
Huic annectam ex eodem Sabellico & Volaterrano memo-
5 rabile hoc exemplum. cum prælio † captus eſſet à Seleuco
Syriæ rege Demetrius Aſiæ ãtque Macedoniæ rex, Anti-
gonus ſecundus filius, regni quietus poſſeſſor, regiam purpu-
ram lugubri veſte mutauit, atque inter conuiuas lachrimans
ad vicinos reges legatos oratum miſit, vt pro patris liberatio
ne operam dare vellent. Ipſe quoque ad Seleucum miſit, qui
regnum, ſe quoque ipſum obſidẽ polliceretur, ſi carcere pa-
trem liberaret. Qui poſteaquam reſciuit patrem mortuum
eſſe, ingentem claſſem inſtruxit, vt ad accipiendum defuncti
corpus proficiſceretur. Cum autem nauigans patris corpus
obuium habuiſſet, à Seleuco in Macedoniam remiſſum, tan-
to apparatu lachrimíſque illud excepit, vt omnes in admira-
tionem commiſerationémque ſimul conuerteret, ſtabat Anti
gonus in puppi magnæ quinqueremis eius apparatus gratia
ædificatæ, atra veſte indutus, mortuum parentem lachrimans,
cuius in aurea vrna conditi inter vexilla ipſe continuus ſpe-
ctator erat. Illi cantu alliiſque muſicis modis defuncti regis
virtutes inſigniáque facinora decantabant; canentium autem
voces ad pietatem lamentabiléſque modos compoſitæ: remi-
ges quoque remorum pulſum eo ordine ad dolorem expri-
mendum temperabant, vt Corintho claſſe appropinquante,
6 ipſa quoque ſaxa ad Lachrymas mouerentur.
His intelligimus † verum eſſe, quod ex ſententia Abbatis
in cap. ſuper hoc de renuntia. ſcripſit Alciatus in Tracta. de
præſump. reg. 1. præſumpt. 1. in fine. iuſtum eſſe metum filij in
gymnaſio commorantis, dum timorem qui in patria incutie-
batur patri beneficio renuntiauit.
7 Hinc etiam rectè docuit † Inno. in cap. cum locum. de ſpõ-
ſa. quod ſi vis fit patri, & filius aliquid agit, vt patrem liberet,
metu id à filio præſumi actum, ac ſi ipſi filio illata vis fuiſſet.
Quam ſententiam probauit & Marſilius in l. inauditum. ff. ad
l. Corne. de Siccar. & in l. vnica. C. de raptu virg.
8 Hinc etiam dicimus † ſuprà lib. 4. in præſumpt. 154. ex d. l.
Aurelius. §. ſi Titius. ff. de libera. filium, qui legauit liberatio-
nem patri de adminiſtratis, præſumi etiam voluiſſe eum à re-
liquatu liberum eſſe.

## PRÆSVMPT. LVIII.

### Filium patri ſimilem virtute & moribus præſumi.

### SVMMARIVM.

*Filius eodem modo prouenit à patre, quo ex radice arbor.*
*Vnde præſumitur patri ſimilis virtute & moribus. ibid.*
2 *Natus ex nobili genere, nobilis & virtutis amator præſumitur.*
*Et econtra ex peßimo genere ortus, peßimus eſt cenſendus. nume. 3.*
4 *Senes vbi de ciuitatib. ſunt impudentes, libri etiam nepotéſque ipſorum tales cenſentur.*
5 *Filÿ plerumque ſimiles parentibus creduntur.*
6 *Incontinens is præſumitur, qui patrem habuit incontinentem.*
7 *Rebellis is præſumitur, qui natus eſt ex progenie tali nota infamata.*
8 *Filius facturum eſſe parſumitur quod feciſſet pater ipſius.*
9 *Filius præſumitur bonus & artis peritus, ſi patrem habuit bonum & peritum.*
*Sed leuis eſt hæc præſumptio ſæpe enim à parentibus degenerant filÿ, cùm à bonis ſæpe generentur mali, & econtra. nu. 10.*
11 *Filÿ improbi facto quodam à viris egregÿs proficiſcuntur.*
12 *Patris & filÿ non reputatur eadem perſona in prudentia & fide.*
13 *Parentes nimis ſapientes communiter generant filios ſtolidos.*
14 *Roboam filius Salomonis ſtolidus extitit.*

1 CVM ex patre † filius eo penè modo quo ex radi-
ce arbor proueniat, factum eſt, vt patri ſimilis præ
ſumatur filius glo. in l. quod ſi nolit. §. mancipia.
ff. de edilitio edicto. quo adductus ſcripſit Al-
ciatus in Tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 48. numero 1.
2 natum † ex nobili genere, nobilem & virtutis ſtudioſum prę-
ſumi. Vt enim ex hominibus hominem, ex belluis belluam,
ſic ex bonis bonum generari conſentaneum eſt. Quare rectè
cecinit Horatius, lib. 4. carm. ode. 4. *Fortes creantur fortibus &
bonis: Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum Virtus neque imbellem fe-
roces progenerant, aquilæ columbam.*
3 Hinc vetus illud † prouerbium, *Mali Corui, malum ouum.* Vn
de Iulius Maximinus (vt ſextus Aurelius Victor in eius vita eſt
auctor) dum perſequeretur pecunioſos, inſontes pariter, no-
xioſque, apud Aquileiam ſeditione militum diſcerptus eſt, v-
nà cum filio conclamantibus cunctis militari ioco, ex peſſimo
genere, ne catulum quidem habendum. Accedit etiam Eccle-
ſiaſtes. cap. 11. *In filÿs ſuis agnoſcitur vir.* Cherondas quoque a-
4 pud Stobæum ſermone. 42. 86. & 88. inquit, In quibus † ciui-
tatibus ſenes impudentes fuerint, liberi etiam, nepotéſque ip-
ſorum imprudentia laborabunt. Cui atteſtatur. Plato dialogo
quinto de legibus, dicens, *Vbi ſenes minus pudici ſunt, neceſſe eſt
ibi iuuenes impudentißimos eſſe.* Item Fabius Quintilianus lib.
5 5. inſtit. orato. c. 10. ſcriptum reliquit: *Similes parentibus † ac ma
ioribus ſuis filÿ plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè tur
piterq; viuendum, inde cauſæ fluunt.*
Hæc propè omnia ad rem noſtram commemorat Iacobus
Simancas libro Catholicarum inſtitutio. tit 50. num. 10. qui &
alia nonnulla adiungit. & multo plura Tiraq. de legib. con-
nub. leg. 7. col. 1. & 2.
6 Huc etiam pertinet, † quod legitur in c. 1. & in c. ſi gens An
glorum. 50. diſtinct. incontinentem præſumi illum, qui pa-
trem incontinentem habuit, id quod annotarunt Io. Andreæ
in cap.



ſemel malus. de reg. iuris. in 6. & Alcia. in tract. de præ-
7 ſumpt. reg. 1. præſumpt. 24. num. 1. Hinc † etiam dixit Angel.
in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. quod ex eo, quis præſumitur
tranſiuiſſe ad hoſtes, quòd natus eſt ex progenie eo nomine
infamata. Et Angelum ſecuti ſunt Barbat. Neuiz. & Caſſan.
quos recenſet Tiraquellus de legibus connub. in l. 7. num. 6.
8 Et † accedit Decius in conſ. 376. num. 1. præſumi, quòd filius
ſit facturus, quod feciſſet pater.
9 Ita etiam è contra † dicimus, filium præſumi bonum & ar-
tis peritum, qui patrem & bonum & peritum habuit. l. 2. §.
quæ omnia. verſ. ſed Anatolium. C. de vete. iure enuclean. vbi
Iuſtinian. commendat Anatolium virum iuris peritum argu-
mento ducto à peritia maiorum ſuorum. Idem deſumitur ex
l. Iubemus. §. filios, vbi gl. C. de aduoca. diuerſ. iud. & ſcripſe-
runt Alber. in d. l. 2. §. quæ omnia. C. de veter. iure enucl. Cæ-
polla in tract. de Imper. milit. dilig. in verbo, propter nationẽ.
10 nu. 2. in fi. & Alcia. in tract. de prę ſum. reg. 1. præſump. 48. n. 1.
Cæterùm eſt hic † animaduertẽdum, hanc eſſe leuem præ-
ſumptionem, & quam Alciatus in d. præſumpt. 24. num. 2. ap-
pellat ſuſpicionem: à quo non diſſentit Simancas in d. tit. 50.
num. 11. Nam ſæpiſſimè à parentibus degenerant filij: à bonis
11 enim multoties generantur mali: & è contrà à malis boni. c.
recurrat. 32. q. 4. Hinc Demoſthenes † eloquentię fons apud
Græcos dicebat, à viris egregiis proinde quaſi fato quodam
improbos proficiſci filios. Ælius verò Spartianus in vita Se-
ueri Imperatoris ita ſcriptum reliquit.
*Conſtat Auguſte* (Diocletianum alloquebatur) *neminem pro-
pè magnorum virorum, optimum & vtilem filium reliquiſſe. Deni-
que aut ſine liberis viri interierunt: aut tales habuerunt plerique, vt
melius fuerit de rebus humanis ſine poſteritate diſcedere. Et vt or-
diamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompi-
lius, quod vtile poſſet eſſe Reipub. Quid Camillus? non ſui ſimiles ha-
buit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Iam verò quid
de Homero, Domoſthene, Virgilio, Criſpo, Terentio, Plauto, cæteriſq;
alÿs loquar? Quid de Cæſare? Quid de Tullio? cui melius fuerat filios
non habere. Quid de Auguſto? qui nec adoptiuum bonum filium ha-
buit: cùm illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus? Falſus etiam eſt
ipſe Traianus in ſuo municipe ac nepote deligendo: ſed, vt omittamus
adoptiuos, ne nobis Antonini Pius & Marcus numina Reipub. occur-
rant, veniamus ad gentes, Quid Marco fœlicius fuiſſet, ſi commodum
non reliquiſſet hæredem? Quid Seuero ſeptimo, ſi Baßianum non
genuiſſet.*
Hæc Spartianus. Extant quamplurima exempla filiorum,
12 qui à patribus degenerarunt, apud Valerium Max. Baptiſtam
Fulgoſium, Egnatium & alios. E noſtris † quoque Baldus in
cap. 1. col. 4. verſ. amplius quæritur. de iudiciis, in tertia lectu-
13 ra. ſcriptum reliquit, quod non eſt eadem perſona patris & fi-
lij in prudentia & fide: imò à communiter † (inquit) acci-
14 dentibus nimis ſapiens generat ſtolidos, vt dicit patere in
† Roboam filius Salomonis. Hæc & alia nonnulla. Tiraquel-
lus in Tract. de pœnis legum. &c. cauſa 51. num. 45.

## PRÆSVMPT. LIX.

### Nobilitatem ſummam pro ſe præſumptionem habere multis comprobatum.

### SVMMARIVM.

1 *Nobilitati quantum ſit deferendum.*
2 *Nobilis præſumitur datæ fidei obſeruatißimus.*
3 *Prætor ſi virum nobilem carceratum relaxauit, locoq; carceris ei prætorium conſtituit, ſi is aufugit, excuſatur, cùm ſit ſecutus fidem nobilis, quem fidei obſeruatorem credebat.*
4 *Cardinali aſſerenti ſe habere priuilegium doctorandi & legitimandi, ob ſummam eius nobilitatem creditur.*
*Intellige, niſi graue tertÿ detrimentum verſetur. num. 5.*
6 *Nobilis præſumitur munificus & liberalis. Et pro nobilib. præſumitur in his, quæ ad nobilitatem ſpectant. num. 7.*
8 *Purgatio canonica facilius admittitur pro nobili accuſato, quàm pro ignobili*
9 *Teſtibus nobilibus plus creditur, quàm ignobilibus.*
10 *Nobiles in electionibus magiſtratuum & officiorum ſunt alÿs anteponendi.*

1 EST CERTE magna pro † viro nobili pręſum-
2 ptio: ſiquidem præſumitur nobilis datæ † fidei
obſeruantiſſimus ſicuti docuit Angelus in l. à
3 bonæ fidei. ff. de rei vend. quod ſi Prętor † viro
nobili carcerato vincula relaxauit, prætorium-
que ipſum carceris loco eſſe voluit, iſque aufugit, excuſatur
Prætor, quòd ſecutus fuerit fidem nobilis, quem fidei obſer-
uatorem credebat. Et Angelum ſecuti ſunt Felinus in c. cum
contingat. de reſcriptis. Iaſon in l. ſi pecuniam. §. vlt. in fine,
ff. de condi. ob cauſam. Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 1.
præſump. 48. ver. ex iſta. & alios recenſet Tiraquellus in Tra-
ctatu de pœnis legum. cauſa 51. num. 36.
4 Hinc etiam dicimus, ob ſummam Cardinalis nobilitatem,
ei aſſerenti, ſe habere priuilegium doctorandi & legitimandi,
credi. Ita Bald. in l. exemplo. q. vlti. C. de prob. Corn. in conſ.
248. in fi. lib. 3. Barba. in Tract. de præſtantia Cardinal. in ſe-
cunda parte, in ſecundo membro. q. 1. & Alciatus in dicta prę-
5 ſumpt. 48. verſ. vnde etiam. Quod ego intelligo, † niſi graue
tertij detrimentum verſetur, iuxta tradita ab Abb. & Felino
in cap. ad euidentiam, & in c. ſicut. de ſenten. excom. & alios
refert Tiraquellus in d. cauſa 51. num, 14. cùm dixerunt, non
credi Cardinali legato ſine mandato, cùm de graui prę-
iudicio tertij agitur.
6 Huc etiam facit † pro nobili præſumi, vt ſit munificus &
liberalis. cap. 1. de donat. quo ſubnixus Romam. in ſing. 644.
Nobilitas: dixit, donationem præſumi in nobili: etſi in aliis
non. & idem poſt Baldum ſcripſerunt Cæpolla in Tracta. de
Imperatore militum deligendo, in verbo, nobilitas. num. 24.
& Tiraquell. in Tract. de nobilitate. cap. 37. num. 40. 41.
7 Et ad rem hanc quoque † pertinet quod inquit glo. in cap.
illud. 40. diſtinct. pro nobilibus præſumi in his, quæ ad nobi-
litatem ſpectant.
8 Hinc etiam dicimus, † purgationem canonicam faciliùs
admitti pro nobili accuſato, quàm pro ignobili. c. 1. de purg.
cano. & tradit Alcia. in d. præſumpt. 48. in fine.
9 Ita etiam ſcriptum reliquit † Baldus in l. teſtium. col. vlt.
C. de teſtib. plus credi teſtibus nobilibus, quàm ignobilibus.
Et Baldum ſecuti ſunt alij commemorati à Craue. in conſi. 6.
nume. 28. & à Tiraquello in Tract. de nobilitate capitulo vi-
geſimo. num. 33.
10 Hinc pariter † poſt alios reſpondit Barbat. in conſ. 35. col.
1. lib. 2. adeò pro nobilibus præſumi, vt in electionibus ma-
giſtratuum, officiorum, & aliis ſimilibus ſint anteponendi.
Et àliis comprobat Cæpolla in Tracta. de Imperatore mili-
tum deligendo, in verbo, nobilitas. num. 22. & ibidem proſe-
quitur quadraginta nobilitatis priuilegia, quæ tractationem
hanc exornare potuiſſent, niſi me plus laboris quàm induſtrię
tribuiſſe, accuſari poſſe pertimuiſſem. Et illa fuſius compro-
bat Tiraquellus in Tract. de nobilitate. c. 20.

## PRÆSVMPT. LX.

### Nobilitatem non præſumi.

### SVMMARIVM.

1 *Nobilitas quare non præſumitur.*
2 *Ignobilis ſiue popularis quilibet præſumitur.*
3 *Nobilem ſeu magnatem ſe dicens, id probare debet.*
4 *Nobilitas non eſt prima qualitas, quis venit à natura, ſed habet ortum ex accidentibus ſibi, vel progenitoribus.*
5 *Ignobilitatem aduerſarÿ aſſerens, & in ea fundamentum faciens debet eam probare.*
6 *Nobilitas quando in iudicium deducitur incidenter & ſic principaliter de ea non diſputatur, ſufficiunt leuiores probationes.*

1 QVÆ ſuperiore præſumptione † diximus effe-
cerunt, vt hoc in loco dicerem, nobilitatem vt
quoddam accidens & aduentitium non præſu-
mi: ſicuti ſcripſit Bald. in l. nõ ignorat. col. 1. C.
qui accuſ. non poſſ. Et in l. in actionib. §. planè.
2 col. 1. ff. de in lit. iuran. dixit, † quemlibet præſumi popularem,
3 ſiue ignobilem. Ideò qui dicit † ſe magnatem, ſiue nobilem,
debet probare, quia iſta qualitas paucis ineſt, & ideò non
præſumi

4 præſumitur,nec eſt prima † qualitas, quæ venit à natura, ſed habet ortum ex accidentibus ſibi, vel progenitoribus:& propterea qui eam allegat,debet illam probare. Et idem Baldus, Laudenſis,Aluaronus,Afflictus & alij in cap.1.§.ſi ruſticus.de pace tenen. quos ſecutus eſt Tiraquellus in Tract.de nobilitate.cap.10.num.13.qui & alios recenſet. Accedunt Ripa lib. 2.reſponſo.cap.26.num.2.Caſſaneus in conſ.64.nu.9.Ioannes Otolera Hiſpanus in Tract.de nobilitate Hiſpanica, parte tertia cap.8.nu.11.Curtius Iunior in conſ.197.nume.35.& Rolandus in conſ.67.nu.26.lib.3.

5 Declaratur hæc † præſumptio,vt locum non habeat quando quis ſe fundat in ignobilitate aduerſarij, vt ſi quis frater ſecundo genitus diuiſionem fecit cum primogenito tamquã nobili,& poſtea vult reſcindere diuiſionem,quia dicit patrem & maiores eorum non fuiſſe nobiles.Hic ſecundo genitus probare debet hanc ignobilitatem,cum in ea fundamentum conſtituat,vt in ſpecie ſcripſit Tiraquellus in d.cap.10.nume.14. Eo ſimili adductus, quod ille, qui ſe fundat in paupertate, eam probare debet,licèt aliàs præſumatur.gloſ.& Docto.in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog.& diximus ſuprà hoc libro in præſumpt.25. Eſt ſimile quod dicimus,eũ, qui ſe fundat in ætate,eam probare debere,& ſi aliàs talis præſumatur, vt explicauimus ſupra lib.2.in præſumpt.33.vbi de præſumptione circa ætatem egimus. Et in ſpecie hac propoſita,vt inquit Tiraquellus præcitato in loco, res clara eſt,cùm hic ſecundo genitus iam confeſſus fuerit nobilitatem, à qua quidem confeſſione recedere amplius non poteſt,niſi doceat de errore,ideſt,de ignobilitate,iuxta ea, quæ ſcribunt omnes in l.poſt diuiſionem & in l.error.C.de iuris & facti igno.

6 Eſt etiam hac in † diſputatione obſeruandum:quod quando nobilitas deducitur in iudicium de eaque diſputatur incidenter non autem principaliter,ſufficiunt leuiores probationes.Ita in ſpecie ſcripſit Otolera in d.cap.8.num.11.Et conferunt quæ dixi ſupra in præſumpt. 42. dum explicaui, vitam vel mortem hominis incidenter deductam in iudicium leuioribus probationibus poſſe probari.

## PRÆSVMPT. LXI.

### Rei amiſſio an & quando præſumatur,

### SVMMARIVM.

*1 Rei amiſſionem vel conſumptionem non præſumi.*
*At ſi non conſtat rem ipſam perueniſſe ad eum, qui in iudicio conuenitur,ſi reus dicit ſe illam non habere,præſumitur eam amiſiſſe niſi contrarium probetur.num.2.*
*3 Res perdita eo ipſo dicitur,quòd adhibita diligenti inquiſitione non reperitur.*
*4 Priuatio præſupponit habitum præceßiſſe.*
*5 Negatiua rei conuenti ſatis eſt probata,cùm ab actore contrariũ non probetur,*
*6 Hæres,qui confecit inuentarium,non præſumitur habuiſſe alia bona,quàm in ipſo inuentario deſcripta:& contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*
*7 Rem perueniſſe ad reum conuentum ſi ſola extat ſuſpicio, ſi negat is illam habere,vel ad ſe perueniſſe ſtatur ipſius iuramẽto.*
*8 Suſpicio eſt minor ipſa præſumptione.*
*9 Rem perueniſſe ad reum conuentum ſi conſtat iuris præſumptione, ſi is negat eam ad ſe perueniſſe, an ſit ſtãdum eius iuramento.*
*10 Hæres tenetur exhibere librum rationum defuncti in eo caſu, in quo defunctus teneretur,cuius iuramento non ſtatur, quòd liber ille ad ſe non peruenerit.*
*Iuris enim præſumptione cenſentur omnia perueniſſe ad hæredẽ, quæ fuerunt apud defunctum num.11.*
*12 Pecuniæ exactæ, quæ fuerunt apud tutorem ,præſumuntur eſſe apud eius hæredem.*
*13 Iuramento illius non ſtatur,cui aduerſatur iuris præſumptio.*
*14 Intellectus l.prætor ait.§.ſed ſi ſeruus.ff.de eden.*
*15 Intellectus l.vlt.C.de fide inſtru.*
*16 Intellectus l.vlt.§.licentia.C.de iure deliberan.*
*17 Rem perueniſſe ad reum conuentum ſi conſtat præſumptione iuris & de iure,& is negat rem ad ſe perueniſſe,non ſtatur iuramẽto ipſius.*
*18 Præſumptio iuris & de iure non eliditur ſolo iuramento eius,cui illa aduerſatur.*
*19 Rem perueniſſe ad aliquem ſi conſtat,nec is negat perueniſſe,dicit autem caſu rem illam perdidiſſe an ſtetur eius iuramento.*
*20 Probationes manifeſtæ quæ dicantur,quibus caſus fortuitus probari debet.*
*21 Furtum factum fuiſſe quomodo coniecturis probari poßit, & fama populi.*
*Probatur fuiſſe commiſſum ex eo,quòd is,cui res dicitur ſubtracta, ſtatim conqueſtus eſt,& adhibuit omnem diligentiam, vt furem inueniret.nume.22.*
*Idem quando is,cui dicitur factum furtum,eſt vir probus probataque famæ. num.23.*
*Idem quando ab habitantibus in domo factæ ſunt acclamationes, concurrentibus tum aliquib.alijs indicijs.num. 24.*
*25 Fœnerator ſi dicit ſe perdidiſſe librum rationum in mari,& probat quòd maris naufragio perijt,licèt non probet quòd liber ibi fuerit,ei creditur.*
*26 Res,quæ dicitur furto ſubtracta, quòd fuerit in loco vbi commiſſum eſt furtum.probatur ex eo,quòd antea ibi fuerit.*
*Idem quando furtum fuit commiſſum in loco, in quo res ſimiles cuſtodiri conſueuerunt.nu.27.*
*Et ideo ſtatur iuramento eius:qui probauit furtum fuiſſe commiſſum.nu.28.*
*29 Furto teſtibus probato,creditur iuramento partis, de ſcripturis furto ſubtractis.*
*30 Rei admiſſio ſi fuit probata,& aſſeritur, dolo & culpa eius, qui amiſit,fuiſſe rem admiſſam:econtra verò qui admiſit, caſu & fortuito admiſiſſe aſſerit,quis tenebitur probare caſum vel dolum.num.ſeq.*
*31 Incendium committi non ſolet ſine aliqua culpa inhabitantium.*
*32 Serui ſi aufugiunt,non ſine aliqua eorum culpa fugam arripuiſſe dicuntur,qui illos cuſtodire debebant.*
*33 Carceratus ſi aufugit probandus eſt caſus fortuitus à cuſtode carceris,lex enim præſumit ipſum eius negligentia aufugiſſe.*
*34 Furtum non ſine culpa cuſtodis committi ſolet, qui diligentius cuſtodire debuit.*
*35 Furtum apud Lacedæmones non puniebatur ob id quòd ipſi rerum domini ob neglectam cuſtodiam in cauſa furti eſſent.*
*36 Rem qui furto amiſit,caſum fortuitum probare tenetur,cùm alio qui ſui culpa commiſſum præſumatur.*
*37 Furtum tunc dicitur caſu fortuito & ſine culpa cuſtodis commiſſum,quando à domeſticis domus,vt puta à famulo, à filio filiáue,vel ab vxore fuit commiſſum.*
*Idem quando res fuit recondita in loco tutiſſimo, & tum locus ille fuit fractus,& res omnes inde exportatæ. num.38.*
*Idem quando in eo loco,vbi res repoſitæ erant, numquam antea commiſſum fuit aliquod furtum,cum locus ille fuerit habitus pro bene tuto. num.39.*
*Idem quando probata eſt diligentia non mediocris cuſtodis, qui cuſtos diligentisſimus creditur.num.40.*
*Idem quando rei dominus conſenſit rem illam reponi in loco quem tutum credebat.num.41.*

1 EGREGIA eſt diſputatio, † an & quando res amiſſa deperditáque præſumatur? Hac de re plura ſcripſit Bart.in l.ſi quis ex argentariis.§.an verò nec hæredi.ff.de eden.cuius tota egregia doctrina perutiliſque explicanda eſt, nec mediocri diligentia & ſtudio eam propoſuimus. Diſtinguendi itaque ſunt ac conſtituendi permulti caſus.

2 Primus quorum eſt,quando † non conſtat rem ipſam perueniſſe ad eum,qui in iudicio conuenitur.Hoc in caſu(inquit Bar.in d.§.an verò nec hæredi num.1.verſ.circà primum)eo ipſo,quod is reus dicit, ſe rem illam non habere, præſumitur amiſiſſe, niſi probetur contrarium. Creditur enim(ait idem Bart.)ſuo iuramento l.prætor.§.ſed ſi ſeruus.ff.de eden.l.cum ita §.ſpecies.de leg.2.l.cum lege.ff.de probatio.& l.vlt.§.licentia.C.delibera.Et ratio † eſt(ſubiungit Bart.quia res per-
3 dita,eo ipſo dicitur,quod adhibita diligenti inquiſitione, nõ reperitur.l.3.§.Nerua.ff.de acq.poſſ.Hoc in caſu Bart.ſecuti





ſunt reliqui ibi, & Imola in c.2.col. antepen. verſ. item aduerte. de depoſito.Felinus in c.vlt.num.2.de probatio.& in c. ſicut num.9.de ſent.& re iud.

Cæterùm aduertendum eſt, dum dixit Bart. rem præſumi hoc caſu amiſſam,quando reus negat illã habere.Non enim rectè ſatis hæc inter ſe conuenire, videntur quod res præſu-
4 matur amiſſa & quod ad eum non peruenerit.Nam † amiſſio ſicque priuatio præſupponit habitum præceſſiſſe. l. manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure cum ſimilibus.Non ergo neceſſe habet reus iſte dicere, ſe adhibuiſſe diligentiam in ea perquirenda:ſed ei ſufficit dicere, rem ſibi traditam non fuiſſe: & actori incumbit onus probandi, quòd imò res ad eũ peruenit, atque ita neceſſe non eſt reo ſuo iuramento aſſerere, ſe rem illam non habere:ſed ſua ſimplex negatio ſufficit:ex quo actor probare debuit ſuam intentionem,rem ſcilicet ad
5 illum perueniſſe.Negatiua enim † rei conuenti ſatis(vt dixi) probata eſt,cùm ab actore contrarium non probetur, iuxta regulam.d.l.cum de lege.de probatio.allegatam à Bart.Reliqua autem iura ab eo commemorata aliam habent, vt ſtatim dicemus,interpretationem.Hic caſus multò magis procedit,quando pro negante, rem ad ſe perueniſſe, extat præſumptio,ſicuti in caſu.d.l.vlt.§.licentia.C.de iure deliberan.
6 vbi ad hæredem,qui † confecit inuentarium, creditur alia bona defuncti non perueniſſe, niſi deſcripta in inuentario, & propterea,ſe rem aliquam, præter deſcripta,non habere. Ea eſt ratio, quia præſumitur pro inuentario, ſolenni ſcriptura confecto,vt inquit Baldus in d.§.licentia. Et propterea aſſerenti alia extitiſſe bona in hæreditate incumbit onus probandi,vt inquit gloſſa in d §.licentia & ibi latè Iaſon.

7 Secundus eſt caſus,† quando ſola extat ſuſpicio rem perueniſſe ad reum conuentum, qui nunc negat illam habere, vel ad ſe perueniſſe. Hoc in caſu creditur iuramento huius negantis ad ſe perueniſſe,vel eam habere:cum potens ſit iuramentum diluere ſuſpicionem illam. Ita Salicetus in l.vlt. in 4.oppoſ.C.de fide inſtr.dum ſic intelligit.d.l.Prætor.§.ſed ſi ſeruus.ff.de eden.Et idem quod Salicetus ſenſit prius Baldus in d. l. Prætor ait in 2.lectura, in gloſſa, ibi, nota.Cùm dixit,ideò in caſu.d.§.ſed ſi ſeruus, ſtari Sacramento purgationis domini, quia cõtra dominum non erat probatum: nec ei aduerſabatur præſumptio:ex quo ſeruus ille extrà peculium domini,eoque inocis geſſerat alterius argentariam. Rectè dixit Baldus, ibi non adfuiſſe præſumptionem:cùm
8 † ſuſpicio ſit multo minus ipſa præſumptione, ſicuti declarauimus ſupra libr. 1.q.7.

9 Tertius eſt caſus, quando † iuris præſumptione conſtat rẽ perueniſſe. Hoc de caſu nullum verbum facit Bar. in d.§. cum & hæredi.& ſi Aret.in conſil.120.Procedendo,Bart.ipſum intellexerit præcitato in loco affirmaſſe, ſtandum eſſe iuramento huius negantis rem illam ad ſe perueniſſe vel eã habere.Et reſpondit Aretinus notabili illo in caſu, quando conuenitur hæres illius,apud quem conſtabat rem fuiſſe, & hæres negat,ad ſe perueniſſe, vel eam non habere.Et Aretinum ſecuti ſunt Bertrandus in conſi. 153. in ſecunda parte lib.2.& in conſi.367.lib.4.Alciatus in Tract.de præſumptio. reg.2 præſump.21.nu.8.& Ripa c.cum eccleſia Sutrina, nu. 30.de cauſa poſſeſſ.& propr.qui dixit ſe ita aliquando interrogatus reſpondiſſe.Cæterùm contrariam ſententiam probauit gloſſa in clem.1.§.Cæterùm,de vſuris, in verbo, com-
10 pellendos,cùm dixit,† quod eo in caſu,in quo defunctus tenebatur exhibere librum rationum,ſicuti fœnerator;ita etiã tenetur eius hæres,cuius iuramento non creditur,librum illum ad ſe non perueniſſe. Et gloſſam illam ſecuti ſunt ibi Paulus Leazarius & Imola.num. 21.Idem ſenſit Baldus in l. Prętor ait.in 2.lect.col.vlt.verſ.in gloſſa,ibi,nota.ff.de eden. & Abbas in conſil.42.col.1.lib. 2. & ſi ipſe Abbas ſuo illo in caſu reſpondit iuramento illius hæredis debuiſſe credi, quia defunctus exhibere nõ tenebatur.Et ſecundum horum ſententiam reſpondi in conſil.620.lib.7.& dixi, iuramento hæredis tutoris non credi, quod ad eum non peruenerit liber rationũ adminiſtratæ tutelæ à patre, cùm certum eſſet patrẽ librum ipſum habuiſſe.Et tutor ipſe illum exhibere tenebatur,vt poſt alios reſponderunt Gozad.in conſ.17.nu.11.Gratus in conſ.23.nu.19.lib.1.& Rolandus in conſ.49.nu.33.lib.
11 1.Quod autẽ iuramento † hæredis ſtandũ nõ ſi vel ea ratione probatur,quia iuris eſt præſumptio,ea omnia, quæ fuerunt apud defunctum, perueniſſe etiam ad eius hæredem, vt inquit gloſſa in c.ſi epiſcopũ.16.q.6.Et ſcribit Bal.in l. de his. col.1.verſ.ſed quæro,nunquid ſit. C.de furtis, quod ſi hæres poſſidet domũ hæreditariã,intelligitur conſequenter poſſidere res omnes,quę in domo extant tẽpore mortis defuncti. Et in ſpecie magis facit tex.in l.1.§.quod penes hæredem. ff.
12 de fideiuſſo.tuto.vbi pecuniæ † exactæ, quæ fuerũt apud tu-
13 torem,præſumũtur eſſe apud eius hæredem.Cùm † autẽ alicui aduerſatur iuris præſumptio, iuramento illius nõ creditur:quia potens non eſt iuramentum diluere præſumptionẽ illã:ſicuti copioſè ſcripſi ſupra li.1.q.77.in 2.caſu.Et pręterea quando agitur de graui præiudicio & damno, reijcitur iuramẽtum hoc; vt ſcribunt Paulus Leazarius in clem. conſtitutionem.de elect.Geminia.in c.quoſdam.nu.3. de præſumpt. Decius in c.2.in prima lectura.col.vlt.verſ. & hoc intelligitur.de conſtit.& ibidem Felinus,verſ.fallit tertiò,& Bero.in fine.Marſilius in ſing.655.Hic autem certum eſt agi de graui præiudicio petentis exhibere librum,vel rem,vt in ſpecie ſcripſerunt Imola in d.clem.1.§.cæterùm.num.21. de vſuris, Abbas in d.conſi.42.col.1.lib.1.& Salicetus in l.vlt.col.pen. in 4. oppoſ. C.de fide inſtr.

14 Non obſtant nunc † iura in contrarium allegata Ab Aretino in d.conſi.120.Et primò tex.l.Prætor ait.§.ſed ſi ſeruus. ff.de eden.cui ſatis reſpondetur ex dictis ſuprà in ſecundo caſu:quod ſcilicet ibi nõ erat præſumptio, ſed ſola ſuſpicio, libros ſerui perueniſſe ad dominum:quæ ſuſpicio iuramẽto domini dilui poteſt.

15 Non etiam obſtat ſecundò † l. vlt. C. de fide inſtru. quia reſpondetur ſecundum glo.in d.clem.1.§.Cęterum vbi Imola.num.21.de vſuris,& Alex.in l.ſi quis ex argentariis.§.pen. nu.12.ff.de eden.Cum dixerunt, ideò in caſu.d.l.vlt.ſtari iuramento, quia agitur, vt non cogatur quis exhibere ſemel, exhibitum & deperditum inſtrumentum:ſecus vbi agitur,vt exhibeatur illud, quod nunquam fuit exhibitum, quodq; aſſeritur deperditum.Nam tunc quod deperditum ſit,non creditur ſoli iuramento, vt in caſu noſtro.Prætereà & ſecundò reſpondetur,d.l.vlt.procedere,quando aliqua pręſumptio & coniectura concurrit pro eo,qui aſſerit,ſe rem illã nõ habere.Ita declarant Inno.Abb.& reliqui in c.cũ olim.il.1.de priuileg.& Afflict.in deciſ.330.nu.1.contrariũ eſt in caſu noſtro, in quo præſumptio eſt contra ipſum negantem habere rem.

16 Non etiam obſtat † tertiò.l.vlt.§.licẽtia.C.de iure delibe. quia ſatisfactum credo ex dictis ſuprà in fine primi caſus.Et prætereà diuerſus eſt admodum caſus.d.§.licẽtia,à caſu noſtro.Nam hic diſputatur, an hæres ipſe poſſit petere ſibi deferri iuramentũ loco probationis ad demonſtrandũ librum rationũ ad eum nõ perueniſſe: atq; ita hæres ipſe eſt ille,qui petit iuramentũ ſibi deferri.In caſu verò.d.§.licentia, iuramentũ defertur à creditoribus & legatariis ipſi hęredi.Cùm enim creditores & legatarij nõ habent probationes, quibus oſtendãt plura alia extitiſſe bona in hęreditate,quàm illa deſcripta in inuentario,poſſunt,ſi volunt,ſtare iuramento hæredis.Nõ autem eſt in facultate illius hæredis petere ſibi deferri iuramẽtum.Diuerſitatis ratio eſt clara, quia creditores & legatarij poſſunt ſuo fauori renuntiare, atq; ita fidem adhibere iuramento ipſius hæredis:ſed ecõtra nõ poſſunt cogi ſtare iuramento ipſius hęredis,quando(vt eſt in caſu noſtro) onus probãdi pertineret ad ipſum hæredẽ:& vellet hæres ipſe ſibi deferri iuramentũ:ſibiq; credi:cùm hoc afferat pręiudiciũ aduerſariis, qui genus hoc probationis nõ admittunt.

17 Quartus eſt caſus,quando † pręſumptione iuris & de iure conſtat rem perueniſſe ad reum conuentum,qui nunc negat eum ad ſe perueniſſe : ſicuti quãdo res fuit apud defunctum: & hæres nullum confecit inuentarium,& negat hęres illam ad ſe perueniſſe.Hoc caſu non creditur iuramento hæredis. Eſt ratio,quia hæredi aduerſatur præſumptio iuris & de iure.Nam lex præſumit, quod ipſe hæres rem illam occultet, & hæc præſumptio eſt iuris de iure, vt tradunt Alex.in rub. ff.de acq.hæred.numer. 7. & alij relati à Rolando à Valle in Tract.de inuentario.pag.210. & 220.

18 Eſt autem certum, quod præſumptio † iuris & de iure non eliditur,ſolo iuramento eius, cui illa aduerſatur:Sicuti demonſtrauimus ſupra lib.1.q.77. in primo caſu.

19 Quintus & † vltimus eſt caſus, quando conſtat rem perueniſſe ad aliquem: qui quidem non negat perueniſſe: ſed dicit, caſu illam perdidiſſe. Hoc in caſu Bar. in d. §. an verò nec hæredi. num. 1. diſtinguit, quod aut iſte tenetur exhibere rem iudicis officio, aut iure actionis. Primo caſu creditur iuramento huius aſſerentis, rem illam amiſiſſe, ex l. vlt. C. de fide inſtr. quam ſupra declaraui. Secundo caſu, quando ſcilicet iſte tenetur exhibere iure actionis, non creditur eius iuramento, rem amiſiſſe; ſed debet manifeſtis probationibus amiſſionem probare. l. ſi creditor. C. de pign. actio. cum Bartolo ſenſerunt alij in d. §. an verè hæredi. vbi Iaſon. num. 11. Et il lis accedunt Imola in cap. 2. col. antepen. de depoſito. Alex. in conſ. 58. num. 6. lib. 1. Felin. in cap. ſicut. num. 9. verſ. fallit ſecundò, de re iud. & Bero. in conſ. 19. nume. 5. lib. 3. Et idem eſt (ait præcitato in loco Bart.) quando rem eſſe amiſſam, eſt cauſa actionis. Nam & tunc ille, qui aſſerit, fuiſſe caſu amiſſam, probare id debet manifeſtis probationibus. d. l. ſi quis ex argentariis. §. an verò nec hæredi. ff. de eden. ibi enim argentarius, apud quem rationes fuerunt, dum petit ſibi edi ab altero rationes, ob id, quod caſu proprias amiſit, caſum illum amiſſionis probare debet. Et cum Bartol. ſenſit ibi Alex. num. 5. in fin.

20 Cæterùm dubitari hic † contingit, quæ cenſeantur hæ probationes manifeſtæ, quibus caſus iſte fortuitus probari debet: Bar. in d. §. an verò nec hæredi. num. 3. diſtinguit, quod aliqui ſunt caſus multum manifeſti, vt ruina, incendium, vis hoſtium, & his ſimiles. Caſus iſti (inquit Bart.) poſſunt manifeſtè probari, vt puta, teſtibus qui eos ita eueniſſe viderunt. Aliqui verò ſunt caſus fortuiti occulti & clandeſtini, ſicuti furtum. Et tūc manifeſtè probationes ſatis dici poſſunt coniecturæ & præſumptiones: vt ſi dico, commiſſum fuiſſe furtum in domo, & probo fractum ruptumq; fuiſſe oſtium domus, famulum aufugiſſe, aut quid ſimile. Ita præcitato in loco Bart. ex l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. quam multis ſimilibus exornaui in commentariis, de arbitrariis iudicum. libr. 2. caſu. 116. Et hanc Bart. traditionem diſtinctionemq; probarunt Angel. & Fulgoſ. in d. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait, & ibidem Iaſon. num. 13 ff. de eden.

Et ſcribit præcitato in loco Angelus, ſe aliquando vidiſſe hoc ex facto Peruſij in Fullone, cui panni furto ſubtracti fuerant, effracto oſtio apothecæ. Et idem in ſpecie reſponderunt Gratus in conſil. 94. nu. 13. lib. 2. & Gramma. in conſ. 17. num. 1. in criminal.

21 Et furtum factum † fuiſſe coniecturis probari ſcribunt Caſtrenſis & Salicetus in l. ſi creditor. C. de pigno. actio. Gratus in d. conſil. 94. num. 11. lib. 2. & ibidem Riminal. Sen. in conſil. 95. num. 12. & ibidem etiam Iaſon in conſil. 98. nu. 1. Pariſius in conſil. 156. nume. 12. lib. 4. Alciatus in reſp. 687. num. 3. & Gramma. in d. conſil. 17. nume. 4. Probatur etiam caſus iſte, nempè furtum commiſſum, fama populi; vt tradunt Iaſon in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. Alex. in conſil. 53. in fine. lib. 2. Gratus in d. conſi. 94. num. 17. lib. 2. & ibidem Riminal. Sen. conſil. 95. nu. 12. Rurſus † pro-

22 batur hoc furtum fuiſſe commiſſum; quando is, cui res dicitur ſubtracta, ſtatim conqueſtus eſt, & adhibuit omnem diligentiam, vt furem inueniret. Et hanc eſſe probabilem coniecturam reſpondit in ſpecie Riminaldus Senior inter conſilia Grati in d. conſil. 95. nume. 12. verſic. præmittitur libro ſecundo.

23 Eſt etiam coniectura probabilis † commiſſi furti, quando is, cui dicitur factum furtum, eſt vir probus probatæque famæ. Nam tunc eius aſſertioni ſaltem iuramento firmatæ creditur, rem ſibi fuiſſe furto ſubſtractam. Ita Riminal. Sen. in d. conſil. 95. numer. 19. & 21. & ibidem Galleotus Gualdus. 100. nume. 9. & Gramma. in d. conſil. 17. num. ſecundo.

24 Eſt quoque † coniectura commiſſi furti, quando ab habitantibus in domo factæ ſunt acclamationes: concurrentibus tamen aliquibus alijs indicijs. Ita ſcripſit Petra ſancta in ſing. 8. in fine: qui ſic declarauit traditionem Speculatoris relatam probatamque à Iaſone in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. Prætor ait. nume. 13. Cùm dixerunt, habitantium acclamationes non facere coniecturam commiſſum fuiſſe furtū.

25 Illud etiam † annotandum hic duxi, quod ſcribit Angelus in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. col. 2. ff. de eden. ſufficere quod probetur caſus: quia quod res ibi extiterit caſuque illo perierit amiſſaque fuerit, creditur aſſertioni eius, qui rem apud ſe habebat. Angeli verba hæc ſunt.

*Exemplum ſi fœnerator dicit, ſe perdidiſſe librum in mari, & probat, quod nauis naufragium paſſa eſt: licet non probet, quod liber ibi fuerit: vel aliter deperditus ſit, ei creditur. arg. C. de naufrag. l. quoties, & infrà. de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. Vel ſi dicat, familiarem ſuum aufugiſſe cum libro: & probatur familiaris fuga.*

Hæc Angelus. Et illum ſecutus eſt Riminal. Senior inter conſilia Grati in conſil. 95. nume. 28. & 29. libro 2. Cùm reſpondit, ſatis dici probatum, quod res pignori datæ cuſtodi Montis pietatis fuerint eo in loco tempore commiſſi furti. Et eodem in caſu idem reſpondit & conſuluit Anton. Piperotus ibidem in conſil. 97. num. 8. Ita etiam Gramma. in conſil. 14. numer. 2. Et idem ſenſit, etſi ſubobſcurè Alex. in conſil. 53. nume. 2. lib. 2. ſed apertius Afflictus in deciſ. 13. num. 10.

26 Præterea, quod † res, quæ dicitur furto ſubtracta, fuerit in loco vbi commiſſum fuit furtum, probatur ex eo, quod antea ibi fuerit. Nam, cum mutatio non præſumatur, credendum eſt, quod ibidem fuerit & tempore furti. Ita reſpondit in ſpecie Gratus in conſil. 94. nume. 27. lib. 2. Et huc faciunt ea, quæ dicemus infra in præſumpt. 64. vbi declaraui, quando præſumatur, quod olim poſſeſſor præſumatur & nunc poſſidere.

27 Eſt etiam † coniectura probabilis, quando furtum fuit commiſſum in loco, in quo ſimiles res cuſtodiri conſueuerunt. Ita reſpondit Gratus in d. conſil. 94. num. 28. & ibidem Ant. Piperotus in conſil. 97. num. 7.

Et ego aliquando reſpondi pro Clariſſimo D. M. Antonio Fallerio nobili Veneto, cui gemmæ cuſtodiæ cauſa traditæ furto ſubtractæ fuerant: fracto pariete domus & aſportato ſcrinio, in quo numos & pretioſa recondere conſueuerat. Ita ſanè reſpondi in conſil. 353. lib. 4.

28 Et † præterea, quod res fuerit in loco, vbi fuit commiſſum furtum, probatur iuramento eius, qui probauit, furtum fuiſſe commiſſum. Ita in ſpecie ſenſit Caſtren. in l. ſi creditor. num. 6. C. de pigno. actio. in illis verbis: *ſed quod res fuerint aſportatæ, non apparet, ſtabitur eius iuramento de hoc.* Et apertius idem reſpondit Iaſon inter conſilia Grati in conſi. 98. in fine. lib. 2. & ibidem Galleotus de Gualdis in conſil. 100. num. 9. Idem manifeſtè decidit Afflictus in deciſ. 13. nu.

29 10. cùm † ſcripſit, quod, probato furto teſtibus, creditur iuramento partis de ſcripturis furto ſubtractis. Et idem ſenſit Pariſius in conſil. 67. num. 93. lib. 3.

30 Dubitari † etiam hic contingit: quando probata fuit amiſſio rei, & aſſeritur dolo & culpa eius, qui amiſit, rem fuiſſe amiſſam: E contrà verò qui amiſit, caſu & fortuito amiſiſſe, aſſerit: quis teneatur probare caſum, vel dolum? Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò nec hæredi. num. 4. ff. de eden. diſtinguit duos caſus: quorum primus eſt, quando res amiſſa eſt caſu fortuito: qui ſolent euenire ſine aliqua culpa eius, qui rem amiſit: ſicuti eſt hoſtium & latronum incurſus: vt etiam eſt aquarum inundatio. Hoc in caſu ſufficit probare caſum ipſum: & qui culpam commiſſam fuiſſe aſſerit, probare eam tenetur. Ita Bart. in d. §. an verò nec hæredi. in fine. Et illum reliqui ſecuti ſunt.

Secundus eſt caſus ſecundum Bartolum quando caſus fortuitus eſt ex his qui non ſolent committi ſine aliqua culpa. Plura exempla commemorauit præcitato in loco Bartol.

31 Primum eſt in † incendio, quod committi non ſolet ſine aliqua culpa inhabitantium, l. ſi vendita. ff. de periculo & commodo rei vend. & copioſè ſcripſi in commentarijs, de arbitrarijs iudicum libro 2. caſu. 399. numero quarto. vbi hac de re plura.

32 Secundum eſt exemplum in fuga † ſeruorum, vel aliorum, qui cuſtodiendi ſunt. Ita præcitato in loco Bart. ex l. pen. & l. vlt. ff. de cuſtod. reo: vbi caſus † fortuitus proban-

33 dus eſt à cuſtode carceris, quando carceratus aufugit: cùm lex præſumat, cuſtodis negligentia aufugiſſe: id quod tradit & Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 15. nume. 3.



34 Tertium eſt exemplum in † furto: quod committi non ſolet ſine aliqua culpa cuſtodis, qui diligentius cuſtodire debuit. l. cum duobus §. damna. ff. pro ſocio.

35 Hinc apud † Lacedæmones furtum non puniebatur; vt potè, quod ipſi rerum domini ob neglectam cuſtodiam in cauſa furti eſſent: ſicuti memoriæ proditum eſt à Gellio lib. 11. noct. attica. cap. vltim. Et exemplum hoc à Bart. conſideratum probauit & Iaſon in conſil. 42. nu. 3. lib. 1. Is ergo

36 qui † rem furto amiſit, caſum fortuitum probare tenetur: cùm alioqui ſua culpa commiſſum præſumatur. d. l. cum in duobus §. dāna. ff. pro ſocio. & in l. ſi creditor. C. de pigno. actio. & in §. præterea. in Inſtit. quibus modis re contrah. oblig. & ſcripſi in conſil. 81. num. 91. lib. 1. Caſu autem

37 fortuito † furtum dici poterit tunc commiſſum, quando à domeſticis domus vt puta à famulo, à filiauè, vel ab vxore fuit commiſſum. l. eum, qui. la. 2. in prin. ff. de furtis. & tradunt gloſſa in d. l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio. Baldus in l. ſi creditor. in fine. C. de pigno. actio. Angelus Aretinus in §. ſed iſte. num. 4. in Inſtit. de actio. & ibidem Iaſon. num. 25. Gomeſ. nume. 32. Idem Iaſon in conſil. 42. nume. 3. libr. 1. Curtius Iunior in conſilio 256. num. 12. Cagnolus in l. contractus. num. 24. ff. de reg. iuris, & Alciatus in reſp. 687. nu.

38 5. Idem eſt, quando † res fuit recondita in loco forti & aliàs benè tuto, in quo conſueuit ille reponere propria pretioſiora. Et tamen locus ille fuit fractus, vel reſeratus, & res omnes inde exportatæ. Namtunc præſumitur id factum ſine aliqua culpa ipſius cuſtodis, ſed tribui debet caſui fortuito. Ita tradunt Salicetus in d. l. cum duobus. §. damna. in fine. ff. pro ſocio. Angelus Aret. in d. §. ſed iſte. nu. 4. Inſtit. de actio. & ibidem Iaſon. num. 47. Ita quoque Gratus in conſ. 94. nu. 40. lib. 2. cui ſcripſerunt ibidem Soc. Sen. conſ. 99. num. 3. & Galleotus de Galdis in conſi. 100. nu. 11. qui ita reſponderunt pro cuſtode Montis pietatis, cui furtum fuerat commiſſum his de rebus, quæ in loco aliàs benè tuto & forti & repoſitæ erant. Idem in ſpecie reſpondit Curtius Iun. in conſi. 256. nu. 12. Et his accedit Roma. in conſil. 413. num. 13. qui conſuluit, negligentiam ſicque leuem culpam conſiderari non poſſe in eo, qui æquè confidit res proprias famulo, de quo fidebat, vt res alienas ſuæ cuſtodiæ commendatas: & ob id (dixit Roma.) non tenetur hic cuſtos ad æſtimationem illarum rerum furto ſubtractarum.

39 Ita quoque † caſui fortuito, non autem culpæ & negligentiæ cuſtodis tribuitur, quando eo in loco, vbi res repoſitæ rant, nunquam antea commiſſum fuit aliquod furtum, cum locus ille ſemper habitus fuerit pro benè tuto & munito, vt in ſpecie reſpondit Gratus in d. conſil. 94. nu. 41. verſi. ſextò facit. lib. 2. cui ibidem ſubſcripſit Soc. Sen. in cōſil. 99.

40 num. 4. Idem eſt, quando † apparet probataque eſt diligentia non mediocris cuſtodis, qui cuſtos diligentiſſimus creditur. Gratus in d. conſ. 94. num. 41. & ibidem ſubſcripſit Riminal. Sen. conſi. 95. num. 23. qui 41. idem eſſe ſcripſerunt, quando rei dominus conſenſit rem illam reponi in eo loco, quem tutum credebat. Nam tunc culpa aliqua adſcribi non poteſt ipſi cuſtodi: ſed totum caſui fortuito. Et alia ad rem hanc ſcripſi in dict. conſi. 353. lib. 4.

## PRÆSVMPT. LXII.

Dominus qui olim fuit, an & nunc præſumatur. Et quid è conuerſo.

### SVMMARIVM.

*1 Dominus qui olim fuit, an adhuc præſumatur dominus, & è cōtra.*
*Quòd conſiderato præterito tempore ad præſens olim dominus & hodie præſumitur. num. 2.*
*3 Dominium habet naturam perpetuam & vniformem, vnde ex præterito ad præſens infertur.*
*Et ſine facto noſtro non admittitur. num. 4.*
*5 Subditus qui fuit ſemel, etiam hodie præſumitur talis.*
*6 Dominus olim præſumitur & hodie dominus & quando dominium præteriti temporis probatur ſola fama populi.*
*Extenditur etiam id mortuo primo domino relicto filio, qui præſumitur dominus ſicut erat eius pater. num. 7.*
*8 Filius viuente patre dicitur quodammodo dominus & ſic in eo non habet locum vſucapio pro hærede, cùm cenſeatur eſſe eadem perſona cum patre.*
*9 Dominus olim non præſumitur hodie dominus, quando contraria magis vrgens præſumptio repugnat.*
*Idem quando ipſe dominus negaret ſe dominum & poſſeſſorem ſimul. num. 10.*
*Secus ſi retinere poſſeſſionem. ibid.*
*11 Dominium non perditur ſolo animo.*
*12 Aſſerenti ſe alienaſſe ea quæ poſſidet, non creditur.*
*13 Dominium de præſenti non præſumitur, quando non allegatur ipſum dominium antiquum.*
*14 Dominium præteritum non præſumitur ex dominio præſenti.*

1 HIc locus exigit, vt † differamus, an qui olim fuit dominus præſumatur & nunc & è contra. Qua in re duos caſus conſtituo.

2 Primus † eſt, de tempore præterito ad præſens: In quo dicendum eſt, dominum olim & hodie dominum præſumi vt ſcripſit Baldus in l. ſi minore. in fi. C. de in integr. reſtit. min. qui ita intellexit gl. notab. l. certū. §. 1. in verbo, confeſſus, de confeſſis. Et eandē ſententiam ſecuti ſunt ipſe Baldus in l. ex perſona. nu. 6. C. de prob. in l. ſi qui adulterij. C. de adulter. Alex. in conſi. 16. lib. 5. & in conſ. 81. nu. 9. lib. 7. Corne. in conſ. 9. & in cōſ. 24. nu. 4. lib. 3. Ruin. in conſ. 14. nu. 10. lib. 4. Gomeſ. in §. ſic itaque nu. 27. Inſt. de actio. Alciatus de præſumptio. reg. 2. præſum. 20.

3 Ea eſt ratio † ſecundum Baldum, quia dominium habet naturam perpetuam & vniformem, & ideò ex præterito infertur ad præſens.

Et præterea dixi ſupra, quod nec mutatio, nec amiſſio præſumitur: qui ergo aſſerit, mutatum eſſe rei dominium, & primum illum dominum rem amiſiſſe, probare id debet. Eſt

4 & ratio, quia † dominium ſine facto noſtro non amittitur. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iuris. Ergo qui vult aſſerere factum noſtrum interueniſſe debet probare. Et accedit ſimi-

5 le, quod ille, qui † ſemel fuit ſubditus etiam hodie præſumitur ſubditus. cap. præterea de tranſact.

6 Extenditur primò hæc præſumptio, vt locum † habeat etiam, quando dominium præteriti temporis probatur ſola fama populi. Nam adhuc iſte, qui probat hac fama dominiū præteriti temporis, præſumitur etiā nunc dominus. Ita Butr. & Aretinus in c. veniens. il 1. col. pen. de teſtib. Decius in c. 1. col. 4. nu. 18. de appella. & in conſil. 428. nu. 3. vbi commemoratis per multis teſtatur hanc eſſe communem opinionē. Et eandem ſecutus eſt Crau. in Tract. de antiq. tempo. in decima particula primæ partis principalis. num. 5. obſtat quod aliter ſcripſerint Abbas in c. veniens. il 1. & in c. licet ex quadam. de teſtib. Cor. in conſil. 35. col. pen. lib. 1. in conſil. 19. col. 2. lib. 2. in conſil. 142. col. 3. lib. 3. in conſi. 24. col. 2. & in conſi. 130. col. 2. lib. 4. & Nicolaus Arelatanus in additio. ad Alciatum in d. præſumpt. 20. Et horum argumentationibus ſatisfaciunt Aret. & Decius.

Tertia etiam fuit opinio Ripæ in l. rem, quæ nobis. col. vlt. ff. de acq. poſſeſſ. qui diſtinguit. Verùm diſtinctionem illam reijcit Crauetta præcitato in loco.

7 Extenditur † ſecundò, vt procedat prædicta præſumptio etiam mortuo primo domino, filio relicto. Nam & ipſe præſumitur dominus, ſicuti erat eius pater. l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. & tradunt Io. Andreæ in additio. ad Specula. in tit. de præſumptio. §. ſpecies. nu. 5. in verbo, in prædictis; vbi ſcribit, hanc eſſe præſumptionem iuris, & Alciatus in Tract. de præſumptio. reg. 1. præſumpt. 10.

8 Et huius † traditionis ratio ea eſt, quod filius, viuente patre, dicitur quodammodo dominus. l. in ſuis. ff. de liberis & poſth. Vnde in eo locum non habet vſucapio pro hærede. l. 2. §. filiū. ff. de vſu c. pro hærede. & l. nihil. C. eo. Et hoc quidem operatur fictio legis, quia filius cenſetur eſſe eadem perſona cùm patre. l. vlt. C. de impuber. & alijs ſubſtit. vbi gloſſa & Docto. Illa ergo præſumptio, qua pater olim dominus præſumatur & hodie dominus, idem operatur in perſona filij, mortuo ipſo patre. Et ſimile de poſſeſſione ſcribit

poſt alios Alcia. de præſumptio.reg.2.præſumpt.20.nume. ſecundo,& dicemus infrà ſuo loco.

9 Declaratur † primò,vt locum non habeat, quando contraria magis vrgens præſumptio repugnaret huic præſumptioni.Exemplum eſt,quando aduerſus ſententiam latam pro te, qui allegabas eſſe dominum, ob id quod olim eras dominus,lata eſt altera ſententia,quod ego ſum dominus.Cùm enim præſumatur pro hac ſecunda ſententia, præſumptio hæc quæ facit me dominum, tollit illam præſumptionem primam quod dominium fuerit in te,continuatum Ita Imola & Felinus in c.inter monaſterium.de ſent, & re iud.ille col. 6.iſte.nu.30.verſ.limita.15.&eos ſecutus eſt Alcia.in Tract.de præſumpt.reg.2.præſum.21,nu. 12. & ſi hæc trahit ad poſſeſſionis præſumptionem,de qua dicemus infrà ſuo loco.

10 Declaratur † ſecundò, vt non procedat quando ipſe dominus negaret ſe dominum & poſſeſſorem ſimul.Nam tunc diceretur habere rem pro derelicto. Ita Alciatus in d. præſumpt.20.in fine,ex ſententia Abbatis in cap.cum ad ſedem. num.18 de reſtitu.ſpoliato.qui quidem intelligunt, niſi retineat poſſeſſionem.

11 Nam tunc præſumitur adhuc dominus, ex quo † dominium non perditur ſolo animo.l.ſi quis vi.§. differentia. ff. de acquirenda poſſeſſ.& l.ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus
12 mo.pig.vel hypo.ſoluitur; vbi † non creditur aſſerenti, ſe alienaſſe ea;in quorum poſſeſſione reperitur: imò alienatio præſumitur ſimulata:qua de re dicemus ſuo loco.

13 Declaratur † tertiò,vt non procedat,quando dominium ipſum antiquũ non allegatur:Nã allegari debet;alioqui non præſumeretur de præſenti, & è contra. Ita Alciatus in dicta præſump.20. in fine. & copioſè ſcripſimus ſuprà libro 1. quæſt.48.pręſumptiones eſſe allegandas.

14 Secundus eſt caſus † è conuerſo,an ex dominio præſenti præſumatur & præteritum? Et dicendum eſt, non præſumi. Baldus in lege ſi ij,qui.C.de adulter.Ruinus in conſilio 14. nume.10.lib.4. & Alciatus in d.Tract. de præſumptio.reg.2. præſumpt. 20. qui rationem affert poſt Salicetum in d. l. ex perſona.Sic dicimus;quod ille, qui hodie poſſidet non præſumitur olim poſſediſſe;vt explicabimus infra ſuo loco.

## PRÆSVMPT. LXIII.

## Dominium an ex poſſeſsione præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio nunquid arguat dominium.*

2 *Dominium non præſumitur ex poſſeßione, quando principaliter diſputare contingit de dominio, vt in iudicio rei vendicationis.*

*Et idem dicendum, etiam ſi teſtes dicerent, hunc poſſeſſorem poſſediſſe rem illam pro ſua, & tanquam ſuam & propriam habuiſſe. num.3.*

*Et idem,etiam ſi poſſeſſor publicè tenebatur & reputabatur dominus.num.4.*

5 *Dominium ex poſſeßione præſumitur, quando diſponeret ſtatutum, quòd ex poſſeſſ.præſumatur dominium.*

*Idem quando agitur contra eum,qui cauſam habuit ab ipſo actore.num.6.*

7 *Cauſam qui habuit à me,non poteſt mihi quæſtionem dominij referre.*

8 *Fideicommiſſarius quando agit contra grauatum reſtituere bona teſtatoris, non poteſt grauatus ille obijcere contra ipſum fideicommiſſarium, quòd teſtator non erat dominus illarum rerum, quarum reſtitutio petitur.*

9 *Dominium ex poſſeßione præſumitur, quando probata antiqua poſſeſſ. apparet quod antea res illa erat in nullius bonis.*

*Idem quando agitur aduerſus violentum occupatorem. nu.10*

11 *Dominium quando deducitur in iudicio incidenter & allegatur poſſeßio de præſenti,ſine dubio ex poſſeßione præſumitur dominium.*

12 *Domus præſumitur mea ex eo quod in ea nunc habito.*

13 *Dominium licèt ex ſola locatione non probetur, attamen ex locatione, fructuúmque perceptione probatur dominiũ,quando incidenter tractatur.*

*Cùm autem concurrunt aliæ coniecturæ & adminicula, ex locatione etiam præſumitur dominium etiam principaliter.nu.14.*

*Idem ſi ſtatuto cauetur,quòd de damno dato credatur iuramento domini,habebit enim locum ſtatutum etiam in poſſeſſore de præſenti, qui in ſimili caſu reputatur dominus, ex quo agitur de dominio incidenter. num.15.*

*Idem quando quis agit actione confeſſoria pro ſeruitute debita ſuo prædio. num. 16.*

17 *Teſtator ſi voluit omnia bona ſua ad me pertinere, ſufficit probare illum poſſediſſe bona illa tempore mortis ſuæ.*

*Intellige,vt num.18.*

19 *Res poſſeſſæ ab epiſcopo præſumuntur eſſe de eius menſa.*

20 *Dominium ex poſſeßione non præſumitur,quando verè apparet, poſſeſſorem non eſſe dominum.*

*Idem quando diſputatur de ipſo dominio incidenter & poſſeßio deducitur de præterito.num.21.*

*Secus ſi allegetur poſſeßio antiquißima, quia ex ea præſumitur dominium.num.22.*

*Et quid ſi dominium incidenter deducitur in iudicio per modum exceptionis. num.23.*

1 DIſpiciamus nunc, an † ex poſſeſſione præſumatur dominium? Hac in re diſtinguo duos caſus.
2 Primus eſt, quando † principaliter diſputari contingit de dominio:Sicuti in iudicio rei vendicationis. iuxta. l. ſi in rem. ff. de rei vend. cum ſimilibus. Hoc in caſu ex poſſeſſione non præſumitur dominium. Ita Bar.in l.quidam in ſuo num.4.verſic.primo caſu.ff.de condi. inſtit. Abbas in c.cum ad ſedem.numer. 20.de reſtit.ſpolia. Comenſ.in conſi.150.col.vlt.Barba.in conſilio 41. columna prima,& in conſilio 50.columna 6.libro 1.& in cõſilio pen. columna ſeptima,libro ſecundo,Socin.Sen.in conſilio 112. numero 22.libro quarto, Decius in conſilio 221. numero ſeptimo,Boerius quæſt. 42. numero tertio.Socinus Iunior in conſil.135.num.3. lib. 2. Moderni Pariſien.in commentarijs ad conſuetud.Pariſien.tit.1.§.glo.1.numer.58. & Alciatus in reſp.319.numero primo in fine.

3 Extenditur † primò, vt procedat hic caſus etiam ſi teſtes dicerent,hunc poſſeſſorem poſſediſſe rem illam pro ſua & tanquam ſuam & propriam.Ita Abbas in d. c. cum ad ſedem. nu.20.de reſtit.ſpolia.poſt Inno.in c. illud. de præſcrip.Bart. in lege prima.in fine. ff. pro ſuo. Alex.in additio. ad Bart. in dicta lege quidam in ſuo.numero quarto, in verbo,probari. Idem Alex.in conſilio 134.columna ſecunda,libro ſecundo. Ripa in l.rem,quæ nobis.num.51.ff.de acq.poſſeſſ.

4 Extẽditur † ſecundò,vt procedat etiam ſi probetur, quod poſſeſſor publicè tenebatur & reputabatur dominus.Ita Abbas in d.c.cum ad ſedem.num.20.de reſtit. ſpolia. Soc. Sen. in conſil.112.col.vlt.lib.4.Ripa in d.l.rem,quæ nobis,nu.51. verſ.imò etiam.ff.de acq.poſſeſſ.

5 Declaratur primò, vt † non procedat,quando extaret ſtatutum, quo cautum eſſet, quod ex poſſeſſione præſumatur dominium:ſicuti extat Papiæ in ciuilibus. numero quinquageſimoſeptimo. Nam tunc ex ipſa poſſeſſione præſumitur dominium,etiam quando contingit diſputari de ipſo dominio principaliter.Ita Practicus Papienſis in forma capitulorum actoris, in verbo,pro ſua.numero primo, quem ſecutus eſt Pariſius in additio.ad Bar.in d.l.quidam in ſuo. num. 4.in verbo, quando dominium, & apertius idem Practicus Papien.in forma libelli pro hypothecaria.in verbo, ex memoratis.num.6.idem ſenſit Comenſ.in conſil. 150.in fi.& clare Alcia. in reſp.395.numer. 2. qui quidem Alciatus intelligit prædictum ſtatutum Papiæ locum habere tam in actore quàm in reo.

6 Declaratur † ſecundò,vt locum non habeat, quando agitur contra eum, qui cauſam habuit ab ipſo actore, vt putà quando actor agit contra commodatarium, vel depoſitarium ſuum,vel contra eum,à quo recepit rem pignori.Nam tunc dominium probatur etiam principaliter ſola ipſa poſſeſſione de præſenti. Ita Caſtren. in d.l.ſi quis in ſuo. ff. de cond.inſtit.Pract.Papienſ.in forma libelli pro hypothecaria actione.in verbo,ex memoratis cauſis. num. 8. & Boe. in d. quæſt.42.nume.7.& confert glo.in l. cum res. in verbo, va-
7 cuam. C.de probatio.cùm dixit, illum, qui habuit † cauſam à me,



à me,non poſſe mihi quæſtionem dominij referre:& gloſſam illam ſecutus eſt Alex.in l. alienam.columna prima.ff. ſoluto
8 matr. Et ea † adductus reſpondit Natta in conſilio 400. numero quinto, libro 2.quod, quando fideicommiſſarius agit contra grauatum reſtituere bona teſtatoris, non poteſt grauatus ille obiicere contra ipſum fideicommiſſarium,teſtatorem non fuiſſe dominum illarum rerum, quarum reſtitutio petitur.Cùm non poſſit hæres iſte,qui à defuncto cauſam habuit,referre quæſtionem dominij defuncti:quia alioqui allegaret ipſius defuncti turpitudinem, nempè quod poſſederit indebite aliena, quemadmodum in ſpecie hac ratione vtitur Crauetta in conſilio 316.numero quinto, verſ.ſed iſtud, poſt Baldum in conſil.4.In cauſa Baſilij.lib.4. Erit ergo ſatis hoc in caſu huic fideicommiſſario probare, bona illa fuiſſe poſſeſſa à teſtatore tempore mortis ſuæ. Nam ex illa poſſeſſione inſurgit præſumptio probatióque dominij,vt manifeſtè dixit Natta in d.conſilio 400.numer.quinto,libro ſecundo, quem ſecutus eſt Marzarius in epitome de fideicom.quæſt. 60. qui tamen perplexè hac de re diſſerit. Et eo loci idem eſſe ſenſit Marzarius,quando fideicommiſſarius ageret contra tertium, qui ab hærede grauato, vel à teſtatore cauſam habuiſſet, id quod reſpondit (ait Marzarius) Caſtren.in conſilio 10.Idem verò ſenſit Angelus in conſ.219.numero 2.Cùm verò agitur contra tertium, qui nec ab hærede grauato, nec à teſtatore cauſam habuit,tunc non ſufficit probare dominium ſola poſſeſſione defuncti.Ita ſentiunt præcitati Docto.

9 Declaratur tertio, vt † locum non habeat, quando probata antiqua poſſeſſione,apparet,antea rem illam in nullius bonis fuiſſe. Nam tunc ex probatione illius poſſeſſionis antiquæ præſumitur nunc dominus. Ita Baldus in conſilio 486. Quidam D. Braſianus.col.pen.verſ.porrò.libro 1.quem ſecutus eſt Pariſius in additio.ad Bart.in d.l.ſi quis in ſuo.numer. 4.Idem affirmarunt Aret.in conſ.15.numer.3. Curtius Iun.in Tract.feudo.in ſecunda parte. quæſt.6. & Crauet.in conſilio 293.num.1. Et ratio eſſe videtur, quia hoc in caſu non ſolum probata videtur poſſeſſio:ſed & dominium,& ideo illius continuatio(vt dixi ſuprà)præſumitur.

10 Declaratur tertio, vt non procedat, quando agitur † aduerſus violentum occupatorem.Ita Bar.in d.l quidam in ſuo. nu.4.qui ſic intellexit.tex.l.ſi quis emptionis.§. ſed hæc contra.C.de præſcript.30.vel 40.anno. Idem affirmarunt Bald.& Caſtr.in d.l.ſi quis in ſuo.Soc.Sen.in conſ.112.num.23.lib.4. & Boër.quæſt.42.num.6.

11 Secundus eſt caſus,† quando de dominio contingit diſputari incidenter & allegatur poſſeſſio de pręſenti. Hoc ſanè caſu ex poſſeſſione pręſumitur dominium.Ita Bart.in d.l.quidam in ſuo, numero quarto, verſ.ſecundo caſu.ff.de cond.inſtit.& in l.ſicuti.§.ſi quęratur.ff. ſi ſeruit.vend. Bald.in l. cum res.C.de probatio.& in l.non ignorat.C.qui accuſa.non poſ. Abbas in d. cap. cum ad ſedem.numer.20. de reſtit.ſpoliato. Aret.in conſil.15.num.3.Iaſon in §.ſic itaque.num.52. Inſtit. de actio.Ripa in l. rem quæ nobis.num.52. ff.de acq. poſſeſſ. Boër.in d.quæſt.42.num.8.His accedit Lucas de Penna in l.
12 3.in pręſumpt.25.C.de apochis pub.lib.10. cùm † dixit, domum,pręſumi meam ex eo,quod in ea nunc habito.

13 Hinc infertur, quod licet ex ſola locatione † non probetur dominium,de quo principaliter dubitatur.l.ad probationem.C.locati & c.inter dilectos.de fide inſtr.Attamen ex locatione,fructuumq́; perceptione probatur dominium quando incidenter tractatur,vt eſt quando locator agit contra ipſum conductorem actione ex locato vt ſcribunt Bar.in l.non ab re.columna ſecunda, verſ.viſo qualiter.C.vnde vi. Alex.in conſil.10.num.7.lib.4. Barb.in conſil.8. colum.7.lib.2. Ripa in l.rem,quæ nobis,numero 53.ff.de acquirend.poſſeſſ. Pariſ. in conſ.57.num.44.lib.4. Boër.in d.q.42.numero 8. Curtius Iunior in conſ.41.numero 8.vbi teſtatur, hanc eſſe commu-
14 nem opinionem. Cum † autem concurrunt aliæ coniecturæ & adminicula, ex locatione probatur ſeu pręſumitur dominium etiam principaliter. Ita poſt alios Pariſ.in conſilio 27. numero 25.& in conſil.104.nu.82.lib.primo.Infertur etiam
15 ſi cautum eſt ſtatuto, quod † de damno dato credatur iuramento domini, locum habebit ſtatutum etiam in poſſeſſore, qui hoc caſu exiſtimatur dominus ex quo agitur de dominio incidenter. Ita Alexandr. in rubr.ff. de operis noui nuntia. nu.18.quem ſecutus eſt in ſpecie noſtra.Ripa in d.l.rem, quæ nobis.num. 53.verſ.hinc eſt.

16 Infertur pariter, quod † ſi quis agit actione confeſſoria pro ſeruitute debita ſuo prædio,hoc dominium fundi,cui dicitur debita ſeruitus,deducitur in iudicium incidẽter, & propterea præſumitur ſeu probatur hoc dominium ſola ipſa poſſeſſione. Ita gl.in l.ſicuti.§.ſi quęratur.ff.ſi ſeruit.ven.vbi Bar. & reliqui:idem Bart.in d.l.ſi quis in ſuo.num.4.& alij relati à Boer.in d.q.42.num.8.

17 Infertur etiam, quod quando † teſtator voluit omnia bona ſua ad me pertinere,ſufficit probare illum poſſediſſe bona illa tempore mortis ſuæ: Nam ex ea poſſeſſione inſurgit præſumptio probatióque dominij, quod iſto caſu incidenter in iudicium deducitur. Ita intelligo Guido Papę q.442.& alios commemoratos à Marzario in epitome de fideicommiſſis. q.60.qui ipſum Guidonem ſecuti ſunt.

18 Hic autem caſus † intelligitur, dummodo hæc præſumptio,quæ ſumitur ex poſſeſſione allegetur ab ipſo actore, vel ab eo,qui in ea fundamentum ponit. Ita Barto.in l.rem alienam.num.9.ff.de pigno.actio.Bald.in l.etiam.colum.2.C.de execut.rei iud.& alios commemorat Ripa in d.l.rem,quę nobis.nu.54.de acq.poſſeſſ.& ſcripſi ſuprà libr.1.q.44. in quarta illatione.

19 Extenditur † hic caſus, vt procedat etiam in rebus Eccleſiæ: Nam res poſſeſſæ ab Epiſcopo pręſumuntur eſſe de eius menſa.c.vt ſuper.de reb.Eccle.non alie.

20 Declaratur † hic caſus, vt locum non habeat, quando apparet verè hunc poſſeſſorem non eſſe dominum. Nam cum præſumptio cedat veritati, ex ea poſſeſſione ſumi non poteſt pręſumptio ad dominium.Ita Bart.in d.l.ſi quis in ſuo.nu.4. verſic.nec obſtat.ff.de condi.inſtit.Boer.in dicta quæſt. 42. num.8.in fine.

21 Tertius eſt caſus, quando † de dominio contingit diſputari incidenter & poſſeſſio deducitur de præterito. Hoc in caſu ex ipſa poſſeſſione non pręſumitur dominium. Ita Bart. in d.l.ſi quis in ſuo.nu.4.verſ.aut ad probationem.ff.de condi.inſtit.Baldus in conſil.486. Quidam dominus.colum.penult.libro primo. Salicetus in l.cum res.C.de probatio. Caſtren.in conſilio 297.ſi dictus magiſter.lib.Corne. in conſil. 19.nu.7.libro ſecundo.Ripa in dicta l.rem, quæ nobis.num, 55.ff.acquiren.poſſeſ.Boer.in dicta q.42.num.9.Qui quidem ita intelligunt tex.in l.& quæ nondum ſunt.§.quod dicitur.de pignor.

22 Declaratur hic † caſus,vt locum non habeat,quando allegatur poſſeſſio antiquiſſima. Nam tunc ex ea præſumitur dominium, cum ex illa ius oriatur.l.ſi quis emptionis.§.primo, C.de præſcript.30.vel 40.anno. Ita Baldus in l.non ignorat. col.6.verſ.de iuribus rerum.C.qui accuſ.non poſſ.& Boer.in d.quęſt.42.nu.10.

23 Quartus eſt † caſus,quando dominium incidenter deducitur in iudicio per modum exceptionis. Hoc in caſu diſtinguit Bart.in d.l.ſi quis in ſuo.num.4.verſi.ſi verò dominium. ff.de condi.inſtit. quod aut deducitur per modum exceptionis poſt fundatam intentionem actoris, & tunc non præſumitur dominus.l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. Ant deducitur ante fundatam intentionem actoris, & tunc pręſumitur dominus.l.ob maritorum. vbi gloſſa.C.ne vxor pro marito.& l.1.C.de priuileg.fiſci.

## PRÆSVMPT. LXIIII.

## Ex poſſeſſione præteriti temporis an & quando præſumatur poſſeſſio præſentis temporis, diligens & accurata explanatio.

### SVMMARIVM.

1 *Poßidere nunquid is hodie præſumatur, qui olim poßidebat, & ſic an ex poſſeßione de præterito arguatur poſſeßio de præſenti.*

2 *Commenſalitate ſemel probata præſumitur & nunc quis commenſalis,ſicq́; familiaris Papæ vel Cardinalis.*

3 *Poßidere eo vſque quis dicitur, quouſque defuncto voluntariè diſceſſerit,aut vi eiectus fuerit.*

4 *Inſtrumentum fuiſſe apud aduerſarium ab initio litis ſi quis probauit,cogere eum poteſt ad exhibendum.*

*Eſt enim inſtrumentum de his, quæ cuſtodiri ſolent.*
5 *Agens contra poſsidentem rem ſuam, ſi probauit eum dolo deſiiſſe poſsidere, ſuccumbit petitor: & ſi reus iterum poſsidere cœpit, agi poterit.*
6 *Poſſeſsionis amiſsionem allegans, eam probare tenetur.*
7 *Creditor, qui pignus habet, & aduerſus eum debitor experitur, ſi dicit ſe non poſsidere rem pignore datam, ſed eam amiſiſſe, amiſsionem probare debet: & num. ſeq.*
9 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
10 *Ex poſſeſsione præteriti temporis non præſumi poſſeſsionem de præſenti refelluntur multorum opiniones leuibus argumentis fulcitæ. num. ſeq.*
11 *Poſſeſsio facilius amittitur quam dominium.*
12 *Poſſeſsio vbi negatur, conuinci debet negans, aliàs non præſumitur poſſeſsio, quæ facti eſt.*
13 *Intellectus l. vlt. ff. de rei vendit.*
14 *Poſſeſsio auferri poteſt facto alterius ſine conſenſu ſpontanei animi poſsidentis.*
15 *Agens interdicto vti poſsidetis, retinendæ poſſeſsionis ſufficit ſi probat, ſe olim poſſediſſe.*
*Et idem dicendum in interdicto vnde vi recuperandæ poſſeſsionis. num. 16.*
17 *Poſſeſsio de præterito arguit poſſeſsionem de præſenti etiam in hærede & ſucceſſore vel vniuerſali vel ſingulari, quia ad ſui commodum præſumitur, quòd ſi ſuus anteceſſor poſſederit, ita etiam poſſederit tempore ſuæ mortis.*
18 *Hæres præſumitur omnium eorum dominus, quæ erant apud defunctum.*
19 *Poſſeſsionis continuatio non ob id ſolùm præſumitur, quòd conſiſtat in animo, ſed etiam quia mutatio non præſumitur. n. ſeq.*
20 *Ratione ceſſante debet ceſſare & diſpoſitio.*
21 *Poſſeſsionem habuiſſe defunctum tempore mortis ſuæ ſi dubitatur, non debet fieri miſsio in poſſeſſ. ex beneficio l. vltim. C. de edict. diui Adr. tollen.*
22 *Poſſeſsio medij temporis non arguit continuationem poſſeſsionis.*
23 *Mobilia qui ſemel poſſedit, præſumitur etiam hodie poſsidere: cùm poſſeſsio rerum mobilium nil differat à poſſeſsione immobilium.*
*Contra, nu. 23. & ſeq.*
25 *Mobilia qui ſemel poſſedit præſumitur nũc etiam poſsidere, quando poſsidens aſſerit ſe etiam hodie poſsidere.*
26 *Conſiſtentia in animo & voluntate præſumuntur continua.*
27 *Mobilia qui olim poſſedit, ſi negat hodie poſsidere, ſibi creditur.*
*Secus ſi negans poſſediſſet tempore litis conteſt. quia ſi deinde negaret ſe poſsidere, ſibi non eſt credendum, quia præſumitur adhuc poſsidere. num. 28.*
*Imò præſumitur dolo deſiiſſe poſsidere. num. 29.*
*Præſumitur etiam d. negans & hodie poſsidere, quando ipſe habet cauſam ab actore. num. 30.*
*Idem quando de recenti poſſediſſet. num. 31.*
32 *Rem apud aliquem fuiſſe ſi iam probatum eſt, tenetur ille probare amiſsionem.*
33 *Poſsidere ſi quis nec negat nec affirmat rem, an præſumatur continuatio poſſeſsionis.*
*Et quid ſi probetur contrarius actus. num. 34.*
35 *Poſsidere ſe aſſerens ſi allegat antiquam poſſeſsionem, & dicit ſe adhuc poſsidere, præſumitur continuatio poſſeſsionis.*
*Et refelluntur opiniones tenentium d. allegationem non eſſe neceſſariam. num. 36.*
37 *Præſumptiones allegari debent, cùm ex facto deſcendant, alioqui nihil proſunt.*
38 *Poſſeſsio præteriti temporis non arguit poſſeſsionem de præſenti, quando quis ſe fundat in poſſeſsione aliena: & quare.*
*Idem quando aduerſarius allegaret poſſeſsionem ad damnum eius, qui olim poſſedit. num. 39.*
*Idem quando non conſtaret de poſſeſsione de præterito niſi per confeſsionem partis. num. 40.*
*Idem quando allegans continuationem poſſeſsionis iamdiù non poſsideret naturaliter, vt putà quia lapſum eſſet decennium. num. 42.*
*Idem quando quis allegaret poſſeſsionem de præſenti, ex quo de præterito poſſedit, & conſtaret modico quidem tempore eum amiſiſſe poſſeſsionem naturalem. num. 44.*
*Idem quando ex alia efficaciori præſumptione appareret, quod imo hodie iſte non poſsidet. num. 45.*
*Idem quando poſſeſsio antiqua fuit probata per ſolam famam. num. 47.*
41 *Confeſsio non extenditur de tempore ad tempus nec de caſu ad caſum.*
43 *Poſſeſsio ciuilis per decennium amittitur.*
46 *Præſumptio efficacior & potentior tollit minus efficacem minúſque potentem.*

1 QVi olim † poſſidebat etiam hodie poſſidere præſumitur: atque ita ex poſſeſſione de præterito præſumitur poſſeſſio de præſenti. Ita gloſſa, Bart. Baldus & alij in l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. & in lege, non ignorabit. C. ad exhiben. Bart. in lege Celſus, numero vigeſimoſecundo. ff. de vſucap. Butrius in cap. cum ad ſedem, numero vigeſimoſecundo, de reſtit. ſpolia. Abbas in c. accedentibus, de priuileg. Io. Fabri in §. primo. Inſtit. de vſucap. Roma. in conſilio 329. in fine. Aret. in conſilio octauo, in conſilio 103. & in conſilio 120. numero ſecundo, Alexandr. in conſilio 133. numero tertio, libro primo, in conſilio 80. numero quinto, & in conſilio 102. numero ſeptimo, libro ſecundo, & in conſil. 108. numero 12. libro quinto, Barba. in conſilio 12. columna tertia, libro tertio, Calcane. in conſilio 100. numero nono. Socin. Sen. in conſilio 163. numero 12. libro ſecundo, & in conſilio 15. numero primo, libro quarto. Felinus in cap. in præſentia, numero vigeſimoſecundo, de probatio. Franc. Baldus in l. Celſus. numero 138. de vſucap. Euerardus in centuria legali, in argumento de tempore ad tempus, numero 16. verſic. aut quæritur de poſſeſſione. Alciatus in Tract. de præſumptio. reg. ſecunda, præſumpt. vigeſimaprima, numero primo. Ripa in cap. cum eccleſia Sutrina, numero vigeſimotertio, de cauſa poſſeſſ. & proprie. Caſſane. in conſilio 15. numero 16. & Didacus in cap. poſſeſſor, parte ſecunda. §. primo. numero primo, de reg. iuris in ſexto, qui ambo poſteriores teſtantur, hanc eſſe
2 communem opinionem. Et hinc † ſcribit Gomeſ. in commentariis ad regulam cancellariæ de impetra benef. vaca. per obitum. quæſt. 13. colum. 4. verſ. eſt tamen verum, quod commenſalitate ſemel probata, præſumitur & nunc commenſalis, ſicque familiaris Papæ, vel Cardinalis. Et hæc quidem recepta opinio fulcitur multis rationibus & argumentis.

3 Primò text. † l. 3. §. in amittenda & §. cũ ſeruus. ff. de acqui. poſſeſſ. cùm dixit Vlpianus, eo, vſque nos poſſidere, quo vſque de fundo noſtra voluntate diſceſſerimus: aut vi deiecti fuerimus. At hic non conſtat de voluntate illius antiqui poſſeſſoris, quod ſcilicet voluerit deſinere poſſidere: Nec de vi commiſſa apparet. Præſumitur ergo adhuc poſſidere.

4 Secundò accedit † text. l. non ignorabit. C. ad exhiben. vbi ille, qui probauit inſtrumenta fuiſſe apud aduerſarium ab initio litis, cogere eum poteſt ad exhibendum: quia præſumitur, quod adhuc ea inſtrumenta habeat. Nec repugnat quod dixit gloſſa ibi, id eo in caſu contigiſſe, quia paulò ante ea inſtrumenta habebat. Nam reſpondetur, idem eſſe etiam quando iam diu poſſedit: quandoquidem amiſſione non probata, adhuc ea habere & poſſidere præſumitur: cùm hæc ſint, de his, quæ cuſtodiri ſolent, vt tradunt omnes in l. ſi quis ex argentariis. §. an verò nec hæredi. ff. de eden. & ſcripſi ſupra in præſumpt. 61. vbi explicaui totam illam traditionem Bart. in d. §. an verò nec hæredi.

5 Tertiò confert † text. l. ſi rem meam. ff. de except. rei iud. quo loci ille, qui egit contra poſſidentem rem ſuam, ſi probauit, eum dolo deſiiſſe poſſidere, ſuccumbit petitor. Verùm tamen, ſi reus iſte iterum poſſidere cœpit, agi poterit. Qui ergo
6 ſemel poſſedit, † præſumitur & nunc poſſidere, & conſequenter qui poſſeſſionis amiſſionem allegat, eam probare tenetur.

7 Quartò ſuffragatur † l. ſi creditor. C. de pigno. actio. vbi creditor, qui pignus habet & aduerſus quem debitor experitur, ſi dicit, ſe non poſſidere rem pignori datam, ſed eam amiſiſſe, amiſſionem probare debet. Ea eſt ratio, quia qui olim poſſedit, & nunc poſſidere & habere præſumitur, vt poſt alios reſpondit Crauet. in conſ. 112. num. 17.

8 Quintò facit † c. olim. il 3. de reſtit. ſpolia. ibi:
*Quod (eo tempore quo ſententiam ipſe protulerit) poſſeſsionem in ipſis iuris parœcialis haberet, vel prius etiam habuiſſet.*



9 Vltimò huc pertinet † ratio, quod mutatio voluntatis non præſumitur. l. eum, qui. ff. de probatio. & l. cum hic ſtatus. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxo. & ſcripſi ſupra præſumpt. 35. vbi diſſerui, an & quando præſumatur mutatio voluntatis. Qui ergo olim poſſidebat, præſumitur non mutaſſe animum & voluntatem, atque ita etiam nunc poſſidere.

11 His conſtat, minus † rectè ſenſiſſe eos, qui opinati ſunt, ex præteriti temporis poſſeſſione non præſumi poſſeſſionem de præſenti. Qua quidem in opinione fuerunt Io. & Goffredus antiqui interpretes, quos commemorat gloſſa in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. glo. in cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. & proprie. & in cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. Dynus in cap. ſemel. de reg. iur. in 6. Bald. in l. ſiue poſſidetis. col. 1. verſ. vltimo oppo. C. de proba.

Horum argumentationes leues admodũ ſunt. Primò enim
10 ſic argumentantur, poſſeſſio † facilius amittitur quàm dominium. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acq. poſſeſſ. Et ſi ergo is, qui ſemel fuit dominus, etiam nunc dominus præſumatur, vt ſuperiore præſumptione diximus: Non tamen ita dicendum eſt de poſſeſſione, quæ facilius dominio amittitur.

Hæc argumentatio leuis admodum eſt, vt etiam animaduertit Abbas in d. c. cum ad ſedem. num. 15. & ibidem Butr. numero 25. de reſtit. ſpolia. Non enim ſequitur, facilius amittitur poſſeſſio quàm dominium: Ergo qui olim poſſedit, hodie non præſumitur poſſidere. Ita ad rem noſtram explicat & Ripa in d. cap. cum eccleſia Sutrina, numero 23. verſic. amplia etiam, dum arguit à poſſeſſione rei immobilis ad poſſeſſionem rei mobilis.

Secundò ſic argumentum ſumunt. Qui negat poſſidere
12 † conuinci debet de mendacio, aliàs non præſumeretur poſſeſſio, quæ facti eſt, vbi non extat animus poſſidendi. l. vlt. ff. de rei vend. & tamen ſi præſumeretur poſſidere, qui olim poſſedit ſolis præſumptionibus de mendacio conuinceretur, quod dicendum non eſt.

Hanc argumentationem deduxit Baldus in d. l. ſiue poſſidetis, columna prima, verſi. vltimo oppo. C. de probatio. Verùm huic argumentationi ſatisfacit, & rectè Salicetus, quod imò negans conuinci poteſt de mendacio hac ſola præſumptione in odium negantis, niſi is probet, ſe ſine dolo deſijſſe
13 poſſidere. Nec † obſtat. d. l. vlt. ff. de rei vend. quia reſpondet Salicetus, loqui in caſu quando reus conuentus negat ſe poſſidere ad actoris detrimentum: vt ſcilicet ſubterfugiat iudicium. Nam tunc reus mendax, ob ſolum ipſum mendacium poſſeſſione priuatur.

14 Tertiò ea ratione † vſus eſt Dynus in cap. ſemel malus, in fine. de reg. iuris in ſexto, quod poſſeſſio auferri poteſt facto alterius ſine conſenſu ſpontanei animi poſſidentis, vt in integro illo tit. ff. de vi & vi arma. Non ergo de præterito præſumitur in præſenti. Hæc conſideratio leuiſſima eſt, tum quia nos loquimur, quando non apparet antiquum poſſeſſorem fuiſſe à ſua poſſeſſione deiectum: tum etiam quia violenta illa poſſeſſionis ablatio ſolùm priuat naturali poſſeſſione, non autem ciuili, quæ in animo conſiſtit: & propterea dicimus, quod deiectus ſua poſſeſsione poteſt incontinenti eam ſua manu recuperare: cùm cenſeatur potius continuare, quàm nouam acquirere, vt ſcripſi in Tract. de recupe. poſſeſſ. remedio 15. numero 391. poſt Baldum in l. pen. columna vltima. C. ſi à non compet. iudice. Imò ſcripſi in eodem Tract. in remedio nono, numero 194. hunc ciuiliter poſsidentem poſſe vi expellere occupatorem: nec ob id dici poſſe incidiſſe in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

15 Hinc infertur, † quod ille, qui agit interdicto vti poſsidetis, retinendæ poſſeſsionis, ſufficit, ſi probat, ſe olim poſſediſſe: quia ex poſſeſsione præterita præſumitur & præſens. Ita Baldus in l. 1. numero 12. C. vti poſsid. & poſt alios Ripa in c. cum eccleſia Sutrina numero 23. verſ. ex iſtis, de cau. poſſ. & propriet. Alciatus in Tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. numero nono, & Didacus in c. poſſeſſor in ſecunda parte. §. 1. numero quarto, verſ. quin & in interdicto. de reg. iuris, in ſexto, & ſcripſi in Tract. de retinenda poſſeſſ. remedio 3. numero
16 556. Idem eſt in † interdicto vnde vi, recuperandæ poſſeſsionis: ſicuti præcitati Doctores ſcribunt, & copioſius diſſerui in Tract. de recuperanda poſſeſsione remedio. 16. nu. 386. Et ad rem noſtram in ſpecie idem ſcripſit Alc. in d. præſum. 21. in fi. vbi dixit, quod hæc præſumptio eſt efficacior illa, qua dicimus, delictum non præſumi, iuxta l. merito. ff. pro ſocio, de qua ſuperiore libro diſſeruimus.

17 Extenditur † primò, vt procedat hæc præſumptio etiam in hærede & ſucceſſore vel vniuerſali, vel ſingulari. Nam & ad ſui commodum & fauorem præſumitur, quod ſi ſuus ille anteceſſor olim poſſederit, quod etiam tempore ſuæ mortis ita poſſederit, vt in ipſum ſucceſſorem peruenerit poſſeſſio. Ita Bart. in l. Pomponius. §. vlti. in fine. ff. de acq. poſſeſ. Baldus in conſil. 12. Quidam D. Matthæus. ad finem. libro 1. Butrius & Abbas in cap. cum ad ſedem. de reſti. ſpolia. Alex. in conſi. 80. num. 10. libro. 2. Franc. Baldus. in l. Celſus. nu. 139. ff. de vſuca. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina. num. 24. de cauſa poſſ. & proprie. Alciatus in Tract. de præſum. reg. 2. præſump. 21. num. 3. verſiculo tu aduerte. Bellonus in conſilio 11. numero 10. & Zuchardus in l. vltima. numero 202. C. de edicto Diui Adriani tollendo. & Natta in conſilio. 439. num. 9. & in conſilo 521. colum. 1.

18 Hinc † cenſuit gloſ. vlti. in cap. ſi Epiſcopum. 16. quæſt. 6. quod quælibet res, quæ erat apud defunctum, præſumitur perueniſſe ad eius hæredem. Et confert tex. l. cùm ita. §. ſpecies. de lega. 2. Et ſcribunt gloſ. in l. 1. C. de ſeruis fug. & Bald. in l. de his. C. de furtis.

19 Non obſtant nunc † argumenta Aretini, qui in d. l. Pomponius. §. vltimo. de acquiren. poſſeſ. à recepta aliorum opinione receſſit. Et primò ea ratione motus eſt Aretinus, quia cum continuatio poſſeſſionis conſiſtat in animo, qui olim poſſedit, ſi aſſerit, ſe hodie poſſidere, ſibi creditur. Nam (vt dictum fuit) in his, quæ pendent ab animo alicuius, eius aſſertioni creditur. At ſucceſſor atteſtari non poteſt de animo ſui anteceſſoris. l. idem Pomponius ſcribit, ſi mihi. §. vlti. ff. de rei vend. Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. primo. ff. de verbor. obliga.

20 Ergo ceſſante † ratione, debet ceſſare diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. de iure patro. Huic argumentationi ſatisfacit Alciatus in dicta præſumpt. 21. Placet mihi illa conſideratio, cùm dixit, non ob id ſolùm præſumi poſſeſſionis continuationem, quòd poſſeſſio conſiſtat in animo atque ita quod credatur aſſerenti ſe poſſidere: ſed etiam, quia mutatio non præſumitur.

21 Secundò motus eſt † Aretinus auctoritate Bartol. in l. vlt. C. de edicto Diui Adriani tollen. Cùm dixit, quod quando dubitatur, an defunctus poſſederit tempore mortis, nõ debet fieri miſſio in poſſeſſionem ex beneficio illius l. vlti. quia hæres non probat id, quod eſt cauſa ſuæ intentionis, nempè defunctum poſſediſſe tempore mortis ſuæ. Ecce ergo quod quamuis defunctus ſemel poſſederit, non tamen præſumitur tempore mortis ſuæ poſſediſſe. Huic doctrinæ Bart. reſpondet præcitato in loco Alciatus, illum loqui, quando dubitatur, an defunctus poſſederit tempore mortis, ex quo alter de præſenti poſſidet: vel aliter obſcurata eſt legis præſumptio: aliàs hæres probato, quod ſuus ille anteceſſor poſſedit, habet intentionem ſuam fundatam: quia quamuis lex requirat probationem certi temporis pro forma: attamen ſufficit probatio hæc præſumptiua, vt reſpondit idem Aretinus in conſi. 51. columna prima. Iaſon in l. non hoc. numero 15. verſic. confirmo iſtam. C. vnde legitimi. Ripa in dicto cap. cum Eccleſia. numero vigeſimotertio. verſic. tertiò ampliari. & Tiraquellus in Tracta. de legibus connubia. in gloſ. 5. numero 47. & ſcripſi aliqua ſuprà libro primo. quæſt. 34. in fine. Hæc autem
22 extenſio locum non habet quando apparet † aliquem poſſediſſe medio tempore. Nam tunc ceſſat præſumptio continuationis. Ita Bald. in d. l. Celſus. num. 140.

23 Extenditur † ſecundò, vt locum habeat hæc præſumptio etiã in poſſeſſione rei mobilis. Nam & hoc in caſu, qui ſemel poſſedit, & hodie poſſidere præſumitur. Ita Abbas in ca. cum ad ſedem. numero 15. & ibidem Butrius de reſtit. ſpolia. Salicetus in l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. Capra in conſilio 161. numero tertio. Alexand. in conſilio 58. columna vltima. libro primo, & in conſilio 133. columna prima, libro ſecundo, idem ſenſit Felinus in cap. ſcribebam. columna vltima. de præſumptio. Afflictus in deciſ. 13. columna prima. Ripa in capit. cum Eccleſia Sutrina. numero vigeſimotertio. verſi. amplia etiam. de cauſa poſſeſ. & proprie. & Alciatus in Tract. de præſumpt.

reg.ſecunda, præſumpt.vigeſimaprima,numero quarto, verſ. limitatur tertiò, qui aperte dixit, poſſeſſionem rerum mobilium nil differre in hoc à poſſeſſione rerum immobilium. Idem Alciat.in l.ſingularia.nu.8.ff.ſi certum peta. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quia amiſſio voluntatisq́; mutatio non præſumitur:Sicuti diximus ſupra.

24 Cæterùm contrariam † opinionem probarunt glo.in lege in ciuile.C.de furtis. Specul.in tit.de petitorio & poſſeſſo.§.primo, verſic.quid ſi peto.& idem in tit.de actio.ſeu petitio.§.primo.verſic.quid ſi ago. Caſtren.in lege ſi minorem.C.de in integr.reſtit.mino. Aretinus in conſilio 120.in fine.Socin. Sen.in conſilio 190.col.3.verſic.2.patet, libro 1.Iaſon in l.ſi quis ex argentariis.§. Prætor ait.nu.9.ff.de eden.& in l.quod ſe. in fin. ff. ſi certum peta.Franc.Balbus in l. Celſus.numero 142.de vſucap. & ibidem Claudius Seyſellius.num. 42. Gratus in conſ.94.colum.2.& col.4.lib.2. & Alciatus ſibi parum conſtans in reſp.341.in fin.

Diſtinguit Alciat.in Tract.de præſumpt.reg.2. præſumpt. 21.conciliando interpretum opiniones,conſtituit itaque Alciatus tres caſus.

25 Primus eſt, quando is, qui † olim rem mobilem poſſedit, aſſerit, ſe etiam hodie poſſidere. Hoc in caſu procedit præſumptio, quod ſcilicet & nunc poſſidere præſumatur. Ita loquuntur Abbas,Butrius, Salicetus & reliqui ſupra pro prima opinione commemorati. Et huc facit doctrina Baldi in l.ex
26 perſona.num.quarto.C.de probatio.cum dixit,ea, quæ † intrinſecus conſiſtunt, nempè in animo & voluntate, præſumi continua, cum ergo poſſidere in animo conſiſtat, qui olim poſſedit, ſi aſſerit & nunc poſſidere, inſurgit præſumptio, ita eſſe. Et prætereà ſubiungit Baldus in dicta l. ex qua perſona. numero quinto, res, quæ ſemel fuit aliquo in loco, & ibi adhuc eſſe.l.ſi quis ex argentariis.§.pen.ff.de eden.rei ergo mobilis, poſſeſſio, quæ penes aliquem fuit, præſumitur & adhuc eſſe. Et in ſpecie Baldi doctrinam ſic conſiderauit & Felinus in cap.ſcribebam.num.2.de præſumpt.

27 Secundus eſt caſus, quando † is, qui rem mobilem olim poſſidebat,negat hodie poſſidere.Hoc in caſu vera eſt opinio glo.in d. l. in ciuile.C.de furtis, & ſequacium, quod ſcilicet non præſumatur hodie poſſidere. Et hunc caſum manifeſtè probauit Ripa in cap.cum eccleſia Sutrina.num.27. de cauſa poſſeſſ. & proprie. & ante illum Butr. in c.cum ad ſedem.numer.25.verſ.ſi non conſtat. extra de reſtit.ſpolia.& communem dixit.Alciat.qui ſupra.Ea eſt ratio, quia hic verſamur in dubio, atque ita non apparet rem ipſam mobilem eſſe apud hunc,qui negat ſe poſſidere:cùm itaque non conſtet eum naturaliter poſſidere,negando ſe poſſidere dicitur nec ciuiliter, ideſt animo poſſidere:quia negatione ſtatim deſinit poſſidere.dicta l.3.§.in amittenda.ff.de acquirenda poſſeſſione.

28 Hunc caſum † intelligit Alciatus præcitato in loco, quando hic negans poſſediſſet tempore litis conteſtatæ.Nam & ſi deinde negaret,ſe poſſidere:attamen ei non creditur,ſed pręſumitur adhuc poſſidere. Ita probat text.in l.non ignorabit.
29 C.ad exhiben.& ibidem Salicetus.Cæterùm Ripa † in d.cap. cum eccleſia Sutrina.numero 29.de cauſa poſſeſſ. & proprie. ſcripſit,non pręſumi poſſidere:ſed dolo deſijſſe poſſidere iuxta text.l.ſi in rem.verſic.ſine dolo.ff.de except.rei iud. Idem dixit Didacus in cap.Raynutius.§.11.num.2. verſ.ſed forſan.
30 de teſta. Prætereà & ſecundò declaratur hic † caſus, vt non procedat, quando negans habet cauſam ab actore. Nam tunc præſumitur etiam nunc poſsidere.Ita Alciatus in d.pręſump. 21.Ripa in d.c.cum eccleſia.numero 30.& Euerardus in centuria legali,in argumento,de tempore ad tempus.numer.16. ex l.ſi creditor. C. de pignor. actio. Hoc enim caſu creditur dolo deſijſſe poſsidere, & ideo poſsidere fingitur.Rurſus &
31 tertiò † declaratur hic caſus, vt non procedat, quando illud tempus eſſet de recenti & proximo.Nam & de pręſenti poſſidere pręſumitur.Ita Nicolaus Arelatanus in additio.ad Alciatum in dicta præſumptione.21.qui ait,ita ſenſiſſe Euerardum præcitato in loco, & Didacus in dicto cap.Raynutius.§. vndecimo,numero ſecundo,verſ.ſed forſan.de teſtam.Et declarationem hanc dixit Arelat.probari in dicta l.non ignorabit.C.ad exhib.ſecundum vnam lecturam, & confert text.l.ſi
32 rem.ff.de except.rei iud.Et facit † ( inquit idem Arelatanus) traditio Bart.Iaſon.& aliorum in l.ſi quis ex argentariis.§.vltim.ff.de eden.Cùm dicunt, quod ſi probatum eſt, rem fuiſſe apud aliquem, tenetur ille probare amiſsionem. Qua de re ſcripſi ſupra præſumpt.61.

33 Tertius eſt † caſus (inquit Alciatus) quando quis nec negat,nec affirmat, ſe poſsidere.Hoc caſu non præſumitur continuatio poſſeſsionis. Ita ſentiunt Docto.in d.l.ſiue poſsidetis,& clarè Euerardus in d.centuria legali,in arg.de tempore ad tempus.num.16.

34 Extenditur tertiò, vt procedat † etiam ſi poſtea probetur actus contrarius.Ita Butrius in c.cum ad ſedem.nu.25.de reſt. ſpolia.Caſtr.in d.l. ſiue poſsidetis.num. 5. C. de probatio.& Socin.Iun.in conſ.15.num.1.lib.5.

35 Declaratur † primo hæc præſumptio,vt procedat,ſi is,qui aſſerit ſe poſsidere, allegat ſuam antiquam poſſeſsionem, & dicit, ſe adhuc poſsidere, aliàs ſi poſſeſsio non eſſet allegata, non haberet locum hæc pręſumptio:Ita Bart.in l. Celſus.numero 22.ff. de vſucap.& in lege ſiue poſsidetis, in fine.C. de probat.Caſtren.in l.certum.§.primo.ff.de confeſsis, Aretin. in l.Pomponius.§.vlt.ff.de acquirenda poſſeſſ.Felinus in cap. afferte. de præſumpt. Baldus in dicta l. Celſus. numero 143. Ripa in cap. cum eccleſia Sutrina. numero vigeſimoquarto, de cauſa poſſeſſ. & propriet. Alciatus in Tract. de præſumpt. reg.2.præſumpt.21.numero primo, verſic.primò limita, & idem in l.cum quid.numero trigeſimonono.ff. ſi certum peta.& Didacus in cap.Raynutius.§.11.numero ſecundo,de teſta.& in cap.poſſeſſor, par.2.§.1.nu.1.verſ.eſt tamen ea opinio.de reg.iur.in 6.

36 Hinc † intelligimus malè ſenſiſſe eos, qui opinati ſunt,allegationem hanc non eſſe neceſſariam. Qua quidem in opinione fuerunt Alex. in conſilio 133. numero ſeptimo, libro primo. Felinus in cap.ſcribam columna vltim. de præſumpt. & Anto.Burgos in cap.peruenit.de emptio.& venditio. Et ij quidem ea ratione moti ſunt, quod cum poſſeſsio acquiſita non amittatur,niſi mutata voluntate, vt iam fuit dictum, iſta mutatio voluntatis,niſi allegetur,non præſumitur,ſed præſu-
37 mitur perſeuerantia. Verùm † huic rationi rectè reſpondet Alciatus præcitato in loco,iuris regulam eſſe,pręſumptiones allegari debere,cùm ex facto proprio deſcendunt,alioqui nil prodeſſe,vt ſcribunt Bar.& reliqui in l.cum quid.ff.ſi certum peta.& latiſſ. diſſerui ſupra libr.1.q.45. Et ibidem explicaui text.c. prætereà.de tranſactio. dixiq́; eo in caſu præſumptionem fuiſſe allegatam.

38 Declaratur † ſecundò, vt hæc præſumptio locum non habeat in eo, qui ſe fundat in poſſeſsione aliena.Non enim poteſt quis aſſerere, ille olim poſſedit, ergo etiam nunc poſsidet. Ita Anch.in conſ.297. Efficacioribus.col. pen.verſ. non obſtat. Ripa in d.c.cum eccleſia Sutrina.num.25. verſ.tertiò intellige. de cauſa poſſeſſ. & proprie. & Alciatus in d. reg.2. præſumpt.21 num.7. verſ.limitatur quartò. Qui quidem Alciatus ſcripſit, ita demum admitti hanc præſumptionem, ſi agatur de commodo poſſeſſoris, atque ita non attenditur commodum tertij. Id quod affirmarunt etiam Bart.in l.Celſus.num.23.de vſucap.& ibidem Bald num.144.

Ego opinor gloſſam illam huc non pertinere:cùm declaratio hæc loquatur, quando quis allegat poſſeſsionem tertij ad ſui commodum : Illa verò gloſſa loquitur,quando allegat quis propriam ad alterius commodum. Exiſtimo tamen declarationem hanc veram eſſe : Si quidem hic allegans alterius poſſeſsionem non poteſt atteſtari de eius animo & voluntate, cùm eam ignoret. Non ergo admitti debet ad allegandum tertij voluntatem, vt tradunt Bart.in l. vlt.ff. ſi ager vectig.vel emph.peta. Iaſon in l.poſthumo.num.12.C.de bono.poſſeſſ.contratab.

39 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat hęc pręſumptio, quando aduerſarius allegaret poſſeſsionem ad damnum eius, qui olim poſſedit. Ita glo.in d.l.ſiue poſsidetis.C. de probatio.quam ſic intellexerunt Abb.in c. cum ad ſedem.nu.15.de reſtit.ſpolia.Bald.in l.Celſus.nu.37.de vſucap.& apertius Didac.in c.Rayn.§.11.nu.2. verſ.imò iure communi.de teſt.qui eiuſdem opinionis commemorat Ripa.in d. c. cum eccleſia. nu.27.de cauſa poſſ.& proprie.& Alciat.in d.præſum.21.n.6.

40 Declaratur quartò,vt † nō habeat locum hęc pręſumptio, quādo non cōſtaret de poſſeſsione de prætetito,niſi per confeſsionē partis.Nam tunc nō infertur, quod poſsideat iſte de

præ-



41 præſenti : cùm † confeſſio non extendatur de tempore ad tempus,nec de caſu ad caſum.Ita declarant gloſſa & Bar.in l. certum.§.1.ff.de confeſſis.& in ſpecie magis Ripa in d.c.cum Eccleſia Sutrina.num.24.ver.ſecundò intellige.de cauſa poſſeſſ.& proprie.

Verùm Alciatus in dicta præſum.21.num.8. valdè dubitat, & ſe remittit ad ea,quæ ipſe ſcripſit in eadem reg.2.præſum. 12.diſſentit etiam Didacus in d.c.poſſeſſor.parte 2.§.primo. numero 2.de reg.iuris.in 6. Hic videnda ſunt ea, quæ ſcripſi ſuprà libr.1.q.48. vbi declaraui gloſſam.d.l.certum.§.1.ff.de confeſſis. Ex his enim, quæ ibi explicaui, clara redditur hæc alioqui perplexa declaratio.

42 Declaratur † quintò, vt locum non habeat hæc præſumptio, quando allegans continuationem poſſeſſionis iam diu non poſſideret naturaliter, vt putà, quia lapſum eſſet decennium. Nam licet olim poſſederit, non tamen præſumitur, quod etiam hodie poſſideat. Ita Alciatus in Tract.de pręſumptio.reg.2.præſumpt.21.num.9.ex ſententia Bart.in l.vltima. C.de edicto Diui Adriani tollend. & Mattheſ.in notab.117. Nota mirabilem: Et in ſpecie idem prius reſpondit Baldus in conſilio 20.Super primo puncto, in fine libro quinto, quem ſecutus eſt Ripa in dicto cap. cum Eccleſia.num.23.verſic.& ex hoc elicitur. de cauſa poſſeſ. & proprie.& Euerardus in centuria legali, in argumento de tempore ad tempus.num. 16.verſic.ſecundò caſu.Ea eſt huius ſententiæ ratio,quia ſi reſpicimus poſſeſſionem naturalem,iam videmus, illam eſſe ab altero occupatam : ſi verò reſpicimus ciuilem, dicimus
43 illam præſumi amiſſam : cùm tantò † tempore ciuilis poſſeſſio amittatur, vt tradunt gloſ.l.prima.C.de ſeruis fugit. Bart.in l.Celſus.num.25.de vſucap. Curtius Senior in conſil. 24.col.2. & dicemus infrà præſumptione ab hac ſecunda, in prima declarat.

44 Declaratur † ſextò,vt non procedat quando allegans poſſidere de præſenti, ex quo de præterito poſſedit, conſtaret modico quidem tempore eum amiſiſſe poſſeſſionem naturalem:& ab inde citrà ſuſpicatum fuiſſe poſſe repelli : atque ita poſſidendi animum depoſuit. Ita Fulgo.in conſ.194. Proponitur.col.2.quem ſecuti ſunt Ripa in dicto c.cum Eccleſia. num.23.verſic.& hoc elicitur.& Alciatus in dicta præſum.21. nu.9.Et idem viſus eſt ſentire Soci.Sen.in conſ.15.nu.2.& 3. lib.4.qui ſubobſcurè loquitur.

45 Declatatur ſeptimò, † vt locum non habeat hæc præſumptio, quando alia efficatior præſumptio eſſet, quòd imò hodie iſte non poſſidet.Ita in ſpecie declarar Alciatus in d.pręſump.
46 21.num.12.& 13. Ea ratione motus eſt, quia † vna præſumptio efficacior atque potentior tollit minus efficacem minuſque potentem.l.Diuus.ff.de in integr.reſtit.& copiosè diſſerui ſuprà lib.1.q.29. Exemplum huius declarationis affert Alciatus in præſumptione, quæ oritur ex ſententia. Nam illa efficacior eſt hac noſtra, vt ſcribunt Imola & Felin.in c. inter monaſterium,de ſenten.& re iud.ille col.6.iſte num.30. verſ.limita 15.Verùm Imola & Felinus loquuntur in præſumptione,quæ verſatur circa dominium. Nos verò de poſſeſſione,inter quę credo longam eſſe differentiam. Nam cum poſſeſſio ſolo animo retineatur,vt dixi ſuprà,& ſi lata eſt ſententia contra aſſerentem ſe poſſidere, illa auferre quidem poteſt naturalem poſſeſſionem:ſed non ciuilem in animo conſiſtentem. Diuerſum eſt in dominio, de quo Imola & Felinus loquuntur. Non enim illud animo retinetur. Hac etiam de re ſcripſi ſupra præſumptione ab hac ſecunda, vbi explicaui, quando olim dominus præſumatur etiam nunc dominus.

47 Declaratur † octauò,vt locum non habeat quando poſſeſſio antiqua fuit probata per ſolam famam. Nam tunc is, qui dicitur ſic poſſediſſe,non præſumitur hodie poſſidere.Ita reſpondit Corn.in conſ.130.nu.4.lib.4.

## PRÆSVMPT. LXV.

### Ex poſſeſſione præſentis temporis, quando præſumatur poſſeſſio temporis præteriti.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio de præſenti an & quando arguat quem de præterito poſſediſſe.*

*Quòd regulariter ex poſſeßione de præſenti non præſumitur poſſeßio præteriti temporis.num.2.*

3 *Dominus hodie non præſumitur, quod tempore præterito non fuerit Dominus.*

4 *Poſſeßio de præſenti arguit poſſeßionem de præterito quando ex ipſa poſſeßione de præſenti colligi poſſet aliqua ratio, qua arguere poſſemus quod etiam olim quis poſſederit.*

1 EXPLICAVIMVS † ſuperiore præſumptione, quando ex poſſeſſione de præterito præſumatur poſſeſſio de præſenti : Nunc dicendum eſt,quando ex poſſeſſione præſenti præſumatur
2 poſſeſſio præteriti temporis.Qua in re † conſtituitur contraria regula pręcedenti,quod ſcilicet ex poſſeſſione pręſentis temporis nō præſumitur poſſeſſio temporis prætetiti. Ita Baldus in l.ex perſona.num.9.C.de probatio.& in conſ.12.Quidam.D.Matthęus.lib.1.Ancha.in c.ſemel malus. de reg.iutis.in 6.Floria.in l.non eſt neceſſe.num.9.ff.de probatio.Alex.in conſ.81.num.12.lib.7. Socinus Senior in conſ. 89.num.7.lib.1. Ripa in c.cum Eccleſia Sutrina.num.26.de cauſa poſſeſ. & proprie.& Alciatus in Tract.de præſumptio. reg.2.præſumpt.21.num.11.verſ.limitatur ſeptimò.Ita etiam
3 dicimus, † quod hodie dominus non pręſumitur præterito tempore dominus,vt explicauimus ſuprà pręſum.ab hac tertia,in fine.Hic enim ceſſant illę rationes,quibus diximus ſuperiore pręſumptione, ex pręterito pręſumi ad pręſens, ceſſant inquam illę rationes: nempè, quod continuatio pręſumatur,non autem mutatio.Nec hic apparet aliquando poſſediſſe vel ciuiliter,vel naturaliter,ita vt animus poſſidendi perduraſſe dici iure poſſit.

4 Declaratur primò,vt † non procedat,quando ex poſſeſſione de pręſenti colligi poſſet aliqua ratio, qua arguere poſſemus,quod etiam olim poſſederit. Ita Salicetus in l.ex perſona.C.de probatio.Soc.Sen.in conſ.89.lib.1.& Alciatus in d. pręſump.21.num.9.Exemplum,ſecundum Alciatum,quod ſi quis probat dominium antiqui temporis, & poſſeſſionem pręſentem, inde pręſumetur, hunc iam antiquo illo tempore etiam poſſediſſe : cùm videatur legitima ratio & cauſa, quod ille,qui eſt dominus,ſic etiam poſſeſſor.arg.l.procuratorem. C.de acq.poſſeſ.& ſenſit Bald.in l.vnica.C.de ſenten.quę pro eo,quod intereſt profer.

## PRÆSVMPT. LXVI.

### Ex poſſeſſione præteriti ac præſentis temporis quando præſumatur poſſeſſio medij temporis.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio præteriti ac præſentis temporis an & quando arguat poſſeßionem medij temporis.*

2 *Media præſumuntur,probatis extremis.*

3 *Poſſeßione præteriti & præſentis temporis probata, præſumitur etiam probata medij temporis poſſeßio ſolum quando agitur de poſſeßione decem annorum eiuſque præſcriptione : ſecus ſi agatur de præſcriptione 20 vel 30.annorum,quia tunc non ſufficit probare vtriuſque temporis extremitates, ſed opus eſt probare extremitatem & initium cuiuſlibet decennij.*

4 *Poſſeßio cùm retineatur animo,is animus durare non præſumitur vltra decennium.*

5 *Poſſeßio ciuilis ſola, à qua procedit præſcriptio, non præſumitur vltra decennium.*

*Et decennio præſumitur amiſſa.num.6.*

7 *Poſſeſſor antiquus præſumitur etiam hodie poßidere etiam reſpectu ciuilis poſſeßionis.*

1 DISSERAMVS nunc, quando † ex poſſeſſione pręteriti ac pręſentis temporis pręſumatur poſſeſſio medij temporis? Et præſumi ſcripſerunt gloſſa in c.volumus.16.q.4. & in c.cum Eccleſia.de cauſa poſſeſ.& propr.Bart.in l.ſicut.nu... ff.quib.mod.pig.vel hypoth.ſoluitur. & in l.Celſus.ff.de vſucap.Ancha.in conſ.5.nu.5.Abbas in c.cum ad ſedem.de reſti. Spolia. Felinus in proœ.Gregoriano.col.vlt.Barbat.in conſ. 12.libro 1. & in conſilio 35. & in conſilio 37.colum.4.lib.2.

Calcane.in conſ.100.Cur.Sen.in conſ.24.ſuper eo.Soci.Sen.
in conſ.89.col.vlt.lib.1.in conſ.187.lib.2.& in conſil.16.nu.
7.lib.3.Felinus in c.inter dilectos.col.3.de fide.inſtr.Iaſon in
l.talis ſcriptura in prin.num.5.de leg.1.Baldus in l.Celſus.nu.
136.ff.de vſucap.Ripa in c.cum eccleſia Sutrina.nume.23.
verſ.& ex hoc elicitur.& num.38.de cauſa poſſeſſ.& proprie
Alciatus.in Tract.de præſumptio.reg.2.præſum.22.num.1.
Euerardus in centuria legali in loco ab extremis.nu.2.Dida-.
cus in c.poſſeſſor,parte 2.§.1.nu.1.verſ.præmiſſa tamē.de reg.
iuris.in 6.Boſſius in Tract.cauſarum criminalium.in tit.de
principe.num.270.& Natta in conſ.235.nume.18.Ea eſt hu-
2 ius † ſententiæ ratio,quia probatis extremis media præſumū
tur,c.inter dilectos,vbi Butrius,Abbas,Felinus & reliqui,de
fide inſtr.& c.accedens de cōuerſ.coniuga.glo.in c.per tuas.
de cond.appoſit.& in c.ex parte.vbi Imola.de reſcriptis, Et
diximus ſupra in præſum.34.

3 Declaratur hæc † præſumptio, vt procedat ſolùm quò ad
poſſeſſionem decem annorum eiuſq; præſcriptionem, non
autem quò ad præſcriptionem,viginti,vel triginta annorum.
Nam tunc non ſufficit probare vtriuſque temporis extremi-
tates,ſed opus eſt probare extremitatem,& initium cuiuſli-
bet decennij.Ita Mattheſ.in notab.117.Nota mirabilem.Fe-
linus in c.inter dilectos col.3.de fide inſtr.Ripa in c.cum ec-
cleſia Sutrina.numero 23.verſ.& ex hoc elicitur, & apertius.
numero 38.in fine.de cauſa poſſeſſ.& proprie.

Et eſſe magis receptam opinionem aſſeruit Didacus in c.
poſſeſſor.parte ſecunda.§.primo.numero tertio.de reg.iu-
ris.& ſi ipſe (vt mox ſubiiciam) diſſentiat.

4 Ea ratione ij moti † ſunt,quia animus, quo poſſeſſio reti-
netur,non præſumitur durare vltra decennium.l.furtum & le
ge fundi.ff.de vſucap.& l.peregrè.ff.de acq.poſſ.Vnde vltra
decennium progredi non poteſt præſumptio continuæ poſ-
5 ſeſſionis.Et hinc † dicimus,ſolam ciuilem poſſeſſionem, à
qua procedit præſcriptio,non præſumi vltrà decēnium. Ita
glo.in l.1.C.de ſeruis fugit.Dynus in c.ſine poſſeſſione.de
reg. iuris in 6.Bart.in l.ſi de eo.§.ſi forte.ff.de acquiren.poſ-
ſeſſio.& in l.Celſus.de vſucap.& ibidem Baldus.num.37.Nec
hic repugnat conſideratio Alciati & Didaci,quos ſtatim cō-
memorabo,cùm dixerunt,quod aut ſola poſſeſſio ciuilis,abſ-
que naturali per aliquem retinetur: Et tunc ciuilis ob id non
durat vltra decennium, quia animus, quo ſolo illa retinetur
ad id vſque tempus durare præſumitur. Ita loquuntur (dice-
6 bat Alciatus) Dynus, Bart.& reliqui: Cùm dixerunt, † decen-
nio præſumi amiſſam ciuilem poſſeſſionē: loquuntur inquam
quando ciuilis eſt ſola, nempè, quia iam conſtat, eſſe amiſ-
ſam naturalem. Aut conſtat (ait Alciatus) aliquem olim poſ-
ſediſſe naturaliter & ciuiliter. Hoc caſu præſumitur cōtinuata
ciuilis cum ipſa naturali: atque ita vtramque obtinere: Et ſuf-
ficit quod de ipſa naturali conſtet præſumptiuè. Hoc in caſu
(inquit Alciat.& poſt eum Didacus) nos loquimur: Cùm ſci-
licet non conſtat eſſe amiſſam naturalem: quia in dubio præ-
ſumitur etiam ipſius naturalis continuatio. Hæc Alciati &
Didaci acuta conſideratio vera non eſt: quia Doctores, qui
7 † affirmant, antiquum poſſeſſorem præſumi etiam nunc poſ-
ſidere, loquuntur reſpectu ciuilis poſſeſſionis: cùm dicunt,
non præſumi amiſſam: quia conſiſtit in ſolo animo & volun-
tate, quæ mutata non præſumitur. Nullam ergo Doctores iſti
rationem habuerunt naturalis poſſeſſionis.

Et ex his intelligimus malè ſenſiſſe Alciatum & Didacum,
qui à Mattheſilano & aliis diſſenſerunt.

## PRÆSVMPT. LXVII.

### Quando poſsidere quis dicatur titulo præambulo.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor præſumitur poſsidere ex titulo præambulo.*
*Non habet autem id locum, quando emptor non ſoluit precium venditori.num.2.*
3 *Poſſeſſor iurium, vt puta iuris ſeruitutis ex tit.præambulo poſsidere præſumitur.*
*Idem de poſsidente iure legati rem legatam.num.4.*
5 *Poßidens fideicommiſſum ſibi relictum, iure fideicommisſi poſsidere præſumitur.*
6 *Hæres quicquid ex hæreditate poſsidet titulo hæreditario poſsidere præſumitur.*
7 *Poſsidens ex tit.præambulo poſsidere præſumitur, etiam quando titulus eſſet putatiuus.*
8 *Titulus quantuncunque ſit erroneus, oſtendit animum & intentionem poſsidentis.*
9 *Poſſeſſor ex titulo præambulo præſumitur poſsidere, etiam ſi dubium ſit, an is, à quo conſequutus eſt poſſeſsionem, ſit dominus vel non.*
10 *Maritus, qui bona vxoris poſsidet, non præſumitur titulo dotis præambulo poſsidere.*
*Præſumitur enim potius poſsidere iure familiaritatis.num.11.*
12 *Frater poſsidens & adminiſtrans bona fratris præſumitur iure familiaritatis poſsidere.*
13 *Poſſeſſorem in dubio ſuo nomine & non alieno poſsidere præſumi.*
14 *Poſsidere nemo præſumitur ex titulo præambulo iniuſto.*
15 *Mulierem poſsidentem bona mariti non præſumi poſsidere titulo iniuſto.*
16 *Poſsidere non præſumitur titulo præambulo qui ab vno titulum ab altero poſſeſsionem eſt conſecutus.*
17 *Poſsidere nemo præſumitur titulo præambulo qui ab vno titulum, ab altero poſſeſsionem eſt conſecutus.*

1 IVRIS & † Doctorum eſt ſententia poſſeſ-
ſorem præſumi titulo præambulo poſſidere:
ſicuti ſcripſerunt Bar.in l.2.num.3.C.de acq.
poſſeſ.& ibidem Salicetus.Lucas de penna
in l.3.in præſump.23.C.de apochis publi.lib.
10.latè Soc.Sen.in conſ.15.num.7.lib.4.Rui.in conſ.36.nu.
10.& in conſ.122.num.7.lib.4.& in conſ.151.num.10.lib.5.
Neuiz.in conſ.80.nu.25.Ripa lib.1.reſponſo c.1.nu.19.Soci.
Iun.in conſ.29.num.16.lib.1.Alciatus in Tract.de præſum-
ptio.reg.2.præſump.23.Alba.in conſ.64.num.32.Modernus
Pariſien.in tit.de vſuris.num.201.Craue in conſ.226.num.5.
& in conſ.255.nu. 3. Oſaſcus in deciſi.21.num.6.& Hierony.
Gabriel.in conſ.32.num.2.libro primo.

Et ij quidem adducti ſunt tex.l.quædam mulier.ff.de rei
vend.l.1.§.1.ff.de excep.rei iud.& l.2.C.de acquiren.poſſeſ.
& ibi ſcripſit Cynus præſumptionem hanc in emptore cauſa-
tam cenſeri conſenſu venditoris,qui dum vendidit,voluit em
ptorem eo titulo poſſidere. Et Cynum ſecutus eſt Lucas de
penna in l.1.C.de iure fiſci.lib.10.in gloſſa,ſed à quo,& Soc.
2 in d.conſ.15.nume.7.lib.4.Idem ſenſit † Aretinus in conſil.
128.col.pen.verſ.ſed ex tertio capite.qui dixit, non habere
locum,quando emptor non ſoluit pretium: atque ita non im-
pleuit ex latere ſuo.Nam tunc non præſumitur, emptorem
ipſum poſſidere conſenſu & voluntate venditoris. Idem reſ-
ponderunt Alex.in conſ.33.nu.6.lib.6. & Lud.Sylueſter in-
ter conſilia Riminal.Senioris in conſ.741.nu.7.lib.4.

3 Extenditur † primo,vt procedat etiam in iuribus,l.ſi à te.
ff.ſi ſeruitus vend.vbi præſumitur quis quaſi poſſidere ius ſer-
uitutis titulo præambulo.Ita & in l.pen.ff.pro legato, præſu-
4 mitur quis † poſſidere iure legati rem legatam,& tradit Alcia
tus in d.præſumpt.23.Ita etiam reſponderunt Bero.in conſ.
110.num.4.lib.2.& Craue.in conſ.226.num.5.quod ſi relicto
5 † fideicommiſſo alicui,is reperitur poſſidere, præſumitur iu-
re titulo fideicommiſſi. relicti.

6 Extenditur ſecundo,vt procedat † etiam in hæreditate: Si
enim delata eſt alicui hæreditas, & is reperitur rem aliquam
hæreditariam poſſidere,præſumitur titulo hæreditario poſſi-
dere.Ita Alciatus in d. præſumpt.23. arg.l.3. verſ. & quod de
ſubeunda C.de natural.lib.l.ſi à te.ff.ſi ſeruit.vend. & l.1. C.
de repud.hæred. Quod tamen (Ait Alciatus) intelligendum
eſt,vt ſcriptum eſt in d.l.1.C.de repud.hæred.& à Bar.in l.ge-
rit.ff.de acq.hæred.

7 Extenditur tertio,vt † procedat etiam,quando titulus eſ-
ſet putatiuus. Nam adhuc eo titulo præambulo poſſidere quis
præſumitur.Ita Soc.Sen.in conſ.15.num.7.lib.4.Alciat.in d.
præſump.23.Cur.Iun.in conſ.368.num.34.Crau.in conſ.61.
nu.2.Natta in conſ.502.nu.22.Ceph. in conſ.4.nu.39.lib.1.

8 Ea ratione † ij vſi ſunt; quia titulus & ſi erroneus oſtendit
intentionē poſſidentis.arg.l.vlt.ff.de reb.eorum.l.in teſtamē
to.ff.de fideic.lib.& tradit.Bar.in l.fideic.§.quoties.de leg.3.





9 Extenditur † quarto, vt locum habeat etiam quando eſt
dubium, an is, à quo conſecutus ſum poſſeſſionem, eſſet do-
minus vel non. Nam ſufficit quod poſſideret, vt locus ſit huic
præſumptioni. Ita Bart.in l.cum ſolus.col.penult.verſ.3.caſu.
ff.de vſucap.quem ſecuti ſunt commemorati à Neuiz.in con-
ſil.37.num.18.

10 Declaratur † primò,vt non procedat in marito, qui poſſi-
det bona vxoris. Nam non præſumitur poſſidere titulo dotis
præambulo: atque ita non præſumitur habuiſſe in dotem bo-
na illa. Ita gloſ.in d.l.2.C.de acquiren.poſſeſſ.& poſt multos
Rolandus à Valle in Tract.de lucro dotis.q.74.num.9.

11 Iure enim † familiaritatis præſumitur potius poſſidere ma-
ritus,quàm titulo dotis,iuxtà l.ob maritorum.C.ne vxor pro
marito.vbi Salicetus & reliqui, & reſpondit Socinus.Sen.in
conſ.131.nu.1.lib.1.& Alciatus in d.præſump.23.in fi.& ſcripſi
ſuprà lib.3.præſumpt.6.vbi explicaui, quando mulier præſu-
matur dediſſe bona ſua in dotem. Idem dicimus in fratre,
12 † qui poſſidet & adminiſtrabat bona fratris. Nam iure fami-
liaritatis, non autem ſuo proprio poſſidere præſumitur. Ita
Caſtr.in l.qui iure familiaritatis.ff.de acquir.poſſeſſ.Ruin.in
conſ.34.num.13.lib.1.Tiraq.de iure primig.q.25. & Cephal.
in conſ.4.num.40.lib.1.Et hoc in caſu ceſſat illa præſumptio,
13 qua ſolemus dicere,poſſidentem † præſumi ſuo iure & nomi-
ne,non autem alieno poſſidere,vt tradunt Bart.& Salicetus in
l.2.C.de acq.poſſ.Alex.conſ.136.num.2.lib.1. Pariſ.in conſ.
75.num.7.lib.4.Roland.conſi.46.num.44.lib.3.& Natta in
conſ.514.num.26.lib.3.

14 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat quando con-
ſtat titulum eſſe iniuſtum. Nam tunc eo titulo poſſidere quis
non præſumitur. Ita ſenſit Corneus in conſ.261.num.7.lib.3.
15 & manifeſtè Bero.in conſ.69.nu.7.lib.3.qui reſpondit, † mu-
lierem poſſidentem bona mariti, non præſumi poſſidere titu-
lo præcedēti iure familiaritatis: cùm titulus ille iuſtus non ſit.

16 Declaratur † tertiò,vt locum non habeat, quando conſtat
poſſeſſorem conſecutum eſſe poſſeſſionem ab vno, & titulum
ab altero. Hoc ſanè caſu ceſſat præſumptio hæc, nempè, quod
poſſeſſor poſſidere præſumatur titulo præambulo & præce-
denti. Ita declarant Baldus in l.ſuper longi.num.16.C.de præ-
ſcript.longi temp. & manifeſtiùs Angel. in d.l.quædam mu-
lier.in fi.ff.de rei vend.

17 Declaratur quartò, vt † locum non habeat, quando præceſ-
ſerit titulus verus: ſecus ſi præſumptus. Nam tunc, ne duæ
præſumptiones ſicque duo ſpecialia concurrant, dicendum
eſt, non præſumi poſſeſſorem poſſidere ex titulo illo præſum-
pto. Ita declarat Hieronymus Gabriel in conſ.145.nu.7.lib.1.
cuius declaratio comprobatur his, quæ ſcripſi ſuprà lib.1.q.
43.num.6.& 7.

## PRÆSVMPT. LXVIII.

### Poſſidere eum præſumi qui rem detinet, & apud ſe habet.

### SVMMARIVM.

1 *Detentionem differre à poſſeßione.*
2 *Poſſeßionem non autem detentionem præſumi.*
3 *Poßidentem ſuo iure poſsidere præſumi.*
4 *Poſſeſſorem non præſumi, ſed detentorem, qui interrogatus reſpōdit, ſe non poſsidere.*
5 *L.vlt.ff.de rei vendicatio.materia à quibus explicata.*

1 EST certè magna differentia inter detinere &
poſſidere: atque ita inter poſſeſſorem,& deten-
torem. Eſt enim † detentio nuda facti inſiſten-
tia, quæ aliàs occupatio appellatur. Ita poſt
alios declaraui in Tract.de recuperanda poſſeſ-
ſione, remedio primo.nu.64.& in remedio decimo.num.25.
& accedit in ſpecie Gratus in conſil.37.num.8.lib.2. Porrò
quando quis in aliqua poſſeſſione eſſe reperitur, an præſuma-
tur poſſidere, vel detinere? Recepta eſt ſententia, præſumi
† poſſidere. Ita Bartolus, Angelus & Imola in l.ſtipulatio iſta.
2 §.ij quoque.ff.de verb.oblig.Bald.in l.2.q.9.& 10.C.de ſeru.
& aqua.Inn.in c.cum olim.il 2.de priuileg.Caſtr.in conſ.334.
incipiendo.col.2.verſ.ſimiliter ex detentione lib.2. Lucas à
Penna in l.3.in l.præſump.11.C.de apochis publ.lib.10. Soci.
Sen.in conſ.15.num.2.lib.4.& Siluanus in conſ.27.num.4.Et
huius quidem ſententiæ ea videtur eſſe ratio, quia (vt diximus
in præcedenti præſumptione.num.13.) exiſtens in poſſeſſione
3 † ſuo iure & nomine, non autem alieno poſſidere præſumitur.

Declaratur hæc præſumptio, vt locum non habeat, quando
4 exiſtens in poſſeſſione fuit conuentus † in iudicio, vt rei ven-
dicatione,& negauit ſe poſſidere ſuo nomine, ſed alieno deti-
nere: Hoc caſu, vt poſſeſſione negans iſte priuetur, non præ-
ſumitur, quod alieno nomine detineat, non autem ſuo poſſi-
deat: Et propterea actor tenetur probare, rerum illum con-
uentum ſuo nomine & iure poſſidere, vt poſſit, eum priuari fa-
cere poſſeſſionis iure & commodo in pœnam mendacij. Ita
Abbas in cap.pen.num.18.de iura.calum.Roma.in conſil.59.
nu.9.& in conſ.70.num.6.Guido Papæ in conſ.3.num.3. Ia-
ſon in §.omnium.nu.93.inſtit.de actio. Gratus in d.conſ.37.
nu.8.lib.2.Marſilius in rub.ff.de fideiuſſ.nu.237.Rolandus in
conſ.88.nu.8.lib.4.qui alios recenſet.& idem ſcripſit M.An-
tonius Cuchus in Tract.de mentiente circa poſſeſſionem.nu.
293.Et illo in Tractatu Cuchus ipſe permultis extenſionibus
5 & declarationibus explicauit totam ipſam materiam † d.l.vlt.
ff.de rei vend.

## PRÆSVMPT. LXIX.

### Poſſeſsio an & quando præſumptionem pro ſe habeat: & de multis commodis, quæ poſſeſsio tribuit.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio hoc commodum affert, vt pro ſe præſumptionem habeat, & probandi onus in aduerſarium reijciat.*
*Non dicitur autem probati, ſed poſſeſſorem releuat ab onere probandi.num.2.*
*Idem in quaſi poſſeſsione, quæ pro ſe præſumptionem pariter habet.num.3.*
4 *Filiationis quaſi poſſeſsio an habeat præſumptionem pro ſe.*
5 *Poſſeſſor actore non probante obtinebit.*
6 *Poſſeſsio efficit, vt aduerſarius ſit actor.*
7 *Poſſeſſor in pari cauſa ſemper obtinebit, & pro eo erit iudicādum.*
8 *Poſſeſſor bonorum hæreditatis ſi produxit teſtamentum, præſumitur quòd illud ſit poſterius illo ſui aduerſarij non poſsidentis.*
9 *Inſtrumentis duobus productis, vno ſcilicet ceſsionis, & altero ſolutionis crediti, præſumitur prius confectum illud ſolutionis, ſi ſoluens reperitur in poſſeſ.*
10 *Papa ſi eadem die Poteſtariam Bononiæ duobus dedit, & incertum eſt, cui primò dederit, præfertur, is, qui eſt in poſſeſ.*
11 *Patre & filio marito vel vxore in bello vel naufragio ſimul mortuis, ſi ignoratur quis primò deceſſerit, is ſucceſſor præfertur, qui poſsidet.*
12 *Cauſam habentes ab eodem ſi duo contendunt, præfertur ille, qui prior eſt in poſſeſsione, licet alter ſit prior in titulo.*
13 *Poſſeſsio arguit dominium in poſſeſſore.*
*Et in certis caſibus ſola poſſeſsio etiam ſi ciuilis ſit operatur dominij tranſlationem.num.14.*
14 *Poſſeſsio hoc habet commodum, vt ex ea præſumatur prælatum acquiſiuiſſe rem ante adeptam prælaturam, & ſic ex bonis proprijs non autem Eccleſiæ.*
15 *Poſsidens immobilia non præſumitur fugitiuus, & releuat ab onere ſatiſdandi de iudicio ſiſti.*
16 *Beneficium qui diu poſsidet, præſumitur legitimè inſtitutus.*
17 *Poſſeſſor pignoris præfertur in iure offerendi.*
*Et ex duob.creditorib.in iure pignoris præfertur is.qui eſt in poſſ.*
18 *Poſſeſsio producit actum acquiſitionis fructuum.*
*Et cauſat acquiſitionem dominij mediante vſucapione vel præſcriptione.num.19.*
20 *Poſſeſsio diu diuiſim obſeruata arguit diuiſionem inter fratres & ſocios.*
21 *Poſſeſsio ordinat iudicium.*
*Et aliquando eſt cauſa implorandi officium iudicis.22.*
23 *Poſeſſor poteſt propria auctoritate expellere ſpoliatorem, atque ita ſuam poſeſſionem recuperare.*

*Intellige ſi incontinenti recuperat.nu.24.*
*25 Poſſeßio impedit executionem,*
*26 Poßidere is totum præſumitur,qui eſt in poſſeßione partis.*
*27 Seruitutis quaſi poſſeßionem habens interim ea vtetur,& aduerſarius cauebit de non turbando eum,donec lis fuerit finita.*
*28 Ædificatum in ſolo meo poſſum propria auctoritate deſtruere.*
*29 Poſſeſſor poteſt impedire hæredem mitti in poſſeßionem ex edicto diui Adriani.*
*Et ei dantur maiores dilationes.nu.30.*
*Et ſibi defertur iuramentum ſuppletiuum & in cauſis grauib. nu.31.*
*32 Poſſeßionis cauſa adeo dicitur magna,vt poßit connumerari inter eas, in quib.non defertur iuramentum in ſupplementum probationum.*
*Et dicitur ita grauis cauſa,vt à ſententia lata in poſſeſſorio permiſſum ſi appellare.num.33.*
*34 Poſſeſſor non tenetur prius iurare de calumnia, ſed eius aduerſarius.*

1 INTER multa poſſeſſionis † commoda enumerari ſolet hoc primum, quod pro ſe præſumptionem
habeat, & ob id, probandi onus reiiciat in aduerſarium.l.circa.ff.de probatio.l.libertis.§.vlt.ff.de libera.cauſa,& l.vis eius.C.de proba.Bart.in l.1.in prin.in 3.oppo.ff.
de operis noui nuntia.Baldus in l.Titia.col.2.ff.ſoluto matr.
in l.2.num.74.C.de ſeruit.& aqua,idem Baldus in c.1.num.
5.verſ.aliquando poſſeſſio.de conten.inter dom.& fidelem
de inueſtit.Florianus in l.ſicuti.§.ſed & ſi.ff.ſi ſeruit.vend.
Philippus Probus in additionibus ad Io.Monacum in c.ſi à ſede.nu.4.de præben.in 6.Corneus in conſ.90.nu.18.lib.2.Afflictus in d.c.1.nu.17.verſ.4.quia de conten.inter dom.& fidelem.Ripa in c.ſæpe.nu.2.verſ.tertium commodum. de reſtitu.ſpolia.Tiraquel.in Tract.de iure primigen.q.17.opinione.11.in fi.Riminaldus Iunior in l.ſi emancipati.nu.95.C.de
collatio.Coraſius in l.naturaliter.§.nihil commune.num.18.
ff.de acq.poſſ.Ego verò in Tract.de adipiſcenda poſſeſſ.remedio quarto.n.794.& in lib.2.de arbitra.iudicum.caſu.48.
2 nu.12.& nu.34.ſcripſi poſſeſſionem † non eſſe probationē,
ſed releuare poſſeſſorem ab onere probandi. Imo † idem eſt
3 in quaſi poſſeſſione, quæ pariter habet præſumptionem pro
ſe,ſicuti ſcripſerunt Baldus & Florianus quos ſuprà commemoraui.Idem etiam ſenſit Afflictus in d.c.1.num.18.verſ.vn-
4 decimò,quia:& Decius in in conſ.321.num.1.Idem de † quaſi poſſeſſione filiationis ſcripſerunt glo.vlt.& ibi Docto.in l.
1.C.quorum bono.& Alex.in conſ.51.nu.2.lib.1.Et hoc quidem poſſeſſionis commodum locum non habet quando ipſi poſſeſſori repugnat aliqua præſumptio, vel lex ipſa reſiſtit.
Sicuti declarant.Cur.Iun.in conſ.90.nu.3.& Ruinus in conſ.
28.nu.9.lib.4.
5 Secundum eſt poſſeſſionis † commodum,ex ſuperiore deſcendens:nempè,quod actore non probante poſſeſſor obtinebit.§.retinendæ.Inſtit.de interdict.c.ſæpe: de reſtitu.ſpo-
6 liato.Poſſeſſio † enim efficit,vt aduerſarius actor ſit.l.1.C.de
aliena.iud.mutan.cauſa facta.Et in ſpecie tradunt Baldus in
l.vlt.q.6.C.de edicto diui Adria.tollen.& in d.c.1.num.5.de
conten.inter dom.& fidelem.& ibidem Afflictus.num.17.Probus in d.cum à ſede.num.4.de præben.in 6.Ripa in d.c.ſæpe.
nu.2.de reſt.ſpolia.
7 Tertium poſſeſſionis † commodum à prædictis fluens eſt,
quod in pari cauſa pro poſſeſſore ſemper eſt iudicatum.c.cum
à ſede.de præben.in 6.& clarius in c.cum ſint iura de reg. iuris in 6.Et ſcribunt Cur.Sen.in repet.l.admonendi.num.323.
verſ.3.moueor.ff.de iureiuran. Afflictus in c.1.columna 2.
verſ. propterea ſciendum. Qui ſucceſſo.tenean. & in c.1.nu.
17.vreſ.8.de contentio.inter dom.& fidelem. Ripa in d.c.ſæpe.num.2.verſ.ſecundum de reſtit ſpolia.Coraſius in d.l.naturaliter.§.nihil.commune.nu.17.ff.de acq.poſſeſſ.& Neuizanus in conſ.79.nu.27.
8 Hinc docuit Bar.† in l.1.§.non autem.nu.1.ff.de bono.poſ
ſeſſ.ſecundum tab.illum, qui eſt in poſſeſſione bonorum hæreditatis habere præſumptionem pro ſe:quòd teſtamentum
à ſe productum ſit poſterius illo ſui aduerſarij non poſſidentis.Et ſimile quod reſpondit Baldus in conſi.274.licet alle-
9 gationes.lib.2.cùm dixit, ex duobus † inſtrumentis vno ſcilicet ceſſionis, altero ſolutionis crediti, præſumi prius confectum illud ſolutionis,ſi ſoluens reperitur in poſſeſſ.
10 Eſt quoque † ſimile quod docuit Baldus in c.Capitulum
Sanctæ Crucis.col.2.de reſcrip.cùm dixit, quod ſi Pontifex
eadem die dedit(vt ille loquitur)poteſtariam Bononiæ duobus,& incertum eſt, cui primò dederit,is, qui eſt in poſſeſſ.
præfertur. Et Baldum ſecuti ſunt Probus in additionib.ad
Io.Monacum in d.c.ſi à ſede num.6.de præben.in 6.Catelianus Cotta in memorabilibus.in verbo,poſſeſſionis verſ.& ideò ſingulariter:qui alios recenſet: Et accedit Curtius Senior in repet.l.admonendi.num.323.verſ.octauò faciat.ff.de
11 iureiuran. Eſt etiam ſimile † quod ſcripſit Bart.in l.ſi inter,
& in l.qui duos.§.qui in bello.ff.de rebus dub.dū dixit, quod
ſi ignoratur quorum primus in bello, vel naufragio deceſſerit,pater vel filius,maritus,vel vxor, ei ſuccedatur, is ſucceſſor præfertur qui poſſidet. Qua de re diximus ſupra in præſumpt.
12 Quartum poſſeſſionis † commodum eſt, quod ſi duo habentes cauſam ab eodem ſimul contendunt, ille præfertur
qui prius habuit poſſeſſionem etſi alter prior eſt in titulo.l.
quoties.C.de rei vendi.& l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publicia.in rem actio.
Ita hoc poſſeſſionis commodum obſeruant Afflictus in c.
1.col.2.verſ.propterea ſciendum.qui ſucceſſo.tenean & in c.
1.nu.17.veſ.octauò.de contentio.inter dom.& fidelem:Ripa
in d.c.ſæpe.nu.2.verſ.quartum commodum.Probus in d.cap.
ſi à ſede.nu.14.& Coraſius in d.§.nihil.commune.nu.19.
13 Quintum poſſeſſionis † commodum eſt, quod ex poſſeſſione præſumitur dominium.Bart.in l.pen.ff.de cond.inſtitut.& alij,quos copiosè retuli ſupra in præſump.63. Hoc cōmodum annotarunt Curtius Senior in repet.l.admonendi.n.
323.verſ.tertiò quia.ff.de iureiuran. Afflictus in d.c.1.num.
18.verſ.decimò.de contentio.inter dom. & fidelem.Ripa in
d.c.ſæpe.nu.2.verſ.quintum commodum.de reſtit. ſpolia.&
14 Coraſius in d.§.nihil commune.num.21.Imò † certis in caſibus ſola poſſeſſio etiam ſi ciuilis ſit,operatur dominij tranſlationem,vt in l.quiſquis, & in l.ſi quis argentum.§.ſed & ſi
quis.C.de donatio.Et in ſpecie commodi ciuilis poſſeſſionis
annotauit Guido papæ in q.356.in prin.
15 Sextum poſſeſſionis † commodum eſt: quod ex poſſeſſione præſumitur Prælatum acquiſiuiſſe rem ante adeptam prælaturam:atque ita ex bonis proprijs, non autem eccleſiæ:Ita
glò.in cap.1.12.q.2.quam ſecuti ſunt multi, quos congeſſi
ſuprà lib.3.præſumpt.53.num.9.Et illis accedunt nunc Philippus Probus in additionibus ad Io.Monacum in c.ſi à ſede.
num.10.de prębén. in 6. & Curtius Senior in repet.l. admonen di.num.323.verſ.nonò faciat.ff.de iureiuran.
15 Septimum poſſeſſionis † commodum eſt,quod is, qui poſſidet immobilia non præſumitur fugitiuus: & releuat ab onere ſatiſdandi de iudicio ſiti.l.ſciendum,vbi copiosè Iaſon.ff.
qui ſatiſd.coguntur.Et in ſpecie hoc eſſe poſſeſſionis commodum annotarunt Ripa in d.c.ſæpe.nu.2.verſ.ſeptimum eſt.&
Coraſius in d.§.nihil.commune.nu.22.Subtraxit(ni fallor)
Coraſius omnia quæ ſcripſerat Ripa in d.cap.ſæpe,eius nomine ſuppreſſo.
16 Octauum eſt † commodum poſſeſſionis: quia qui diu poſſidet beneficium præſumitur legitimè inſtitutus,ſicuti ſcripſerunt Inno.& Abbas in c.illud de præſumpt.Ripa in d.cap.
ſæpè.num.2.verſ.octauum commodum.Coraſius in d.§.nihil
commune.& num.25.& dicemus infrà in præſump.75.& ſcripſi in Tract.de recuperanda poſſeſſione remedio 1.nu.300.
17 Nonum commodum † poſſeſſionis eſt:quod poſſeſſor pignoris præfertur in iure offerendi.l.Paulus.§.qui pignoris.ff.
quib.mod.pig.vel hypoth.ſolu.& in l.1.C.eo.Ita ſpecie commodum hoc obſeruauit Ripa in d.ca.ſæpe.num.2.verſ.nonum,& Coraſius vbi ſuprà num.23.
18 Et ſimile † propè eſt,vt ex duobus creditoribus in iure pignoris præferatur is,qui eſt in poſſeſſione.l.ſi debitor.ff.de
pigno.& latè declarat Neguſant.in Tract.de pignoribus.in
ſecundo membro quintæ partis num.32. Et hoc poſſeſſionis
commodum annotauit Catelia.Cotta in memoralib.in verbo,poſſeſſionis commoditas.
18 Decimum eſt † poſſeſſionis commodum: quod poſſeſſio
producit actum acq.fructuum.l.3.§.ex contrario.ff.de acq.
poſſ.



poſſ.ſecundum tamen diſtinctionem Bart.in l. ex diuerſo. §.
1.ff.de rei vend.& Abbatis in cap. grauis. de reſt. ſpolia. &
ſcripſi in commentarijs,De recuperanda poſſeſſione remedio decimoquinto.nu.579.
Ita hoc commodum poſſeſſionis conſiderauit Ripa d. c.
ſæpe.num.2.verſi.decimum eſt,de reſtit. ſpolia. Idem ſenſerunt Baldus & Afflictus in cap. 1.de contentio.inter dom.&
fidelem.Ille nu.5.in fine.iſte.nu.17.verſ.7.Probus in additionibus ad Io.Monacum in cap.ſi à ſede. num. 1. & num. 5. de
præb. Idem operatur ſola ciuilis poſſeſſio. Ita Guido Papæ
in q.356.verſ. quintus eſt.
19 Vndecimum eſt † commodum poſſeſſionis: quod poſſeſſio cauſat acquiſitionem dominij mediante vſucapione,vel
præſcriptione.l.qui fundū in prin. ff. pro empto.& auth.niſi
tricennale. C. de bonis mater. Ita commodum hoc annotarunt Ripa.in d.cap.ſæpe.nume.2.verſi. vndecimum.& Coraſius in d §.nihil commune.num. 24. Ita etiam Guido Papæ in q.356. verſic. ſecundò, quia qui hoc commodum tribuit etiam ſoli poſſeſſioni ciuili.
20 Duodecimum eſt † poſſeſſionis commodum, quod ex
poſſeſſione diu diuiſim obſeruata præſumitur facta diuiſio
inter fratres & ſocios.glo.in l.pen.C.communi.diuid.quam
ſecuti ſunt innumeri propè, quos congeſſi ſuprà lib.3. præſumpt.60.nu.3.Ita hoc poſſeſſionis cōmodum obſeruarunt
Ripa in d.c.Sæpe.num.2.verſ.duodecimum.de reſti. ſpolia.
& Coraſius in d.§.nihil commune.num. 25.
21 Decimum tertium † commodum poſſeſſionis eſt, quod
poſſeſſio ordinat iudicium.Ita Baldus in c. 1.nume.5.de contentione inter dom. & fidelem de inueſtitura poſt glo. &
ibidem Afflictus. numer.17.verſi. & primo qui ſic interpretati ſunt.l.1.ff.famil. erciſ. Idem ſcripſit Probus in additio.
ad Ioan.Monacum in c.ſi à ſede.num. 3. de præben.in 6.qui
ſic interpretati ſunt.l.1.ff.famil.erciſ.
22 Decimumquartum eſt † poſſeſſionis commodum; quod
aliquando eſt cauſa implorandi officium iudicis.l.liberis.in
fine.ff.de liberali cauſa, & l.vlt.ff.de officio procura. cæſa.
Ita glo.& Baldus in d.c.1.nu.5.de conten.inter dom.& fidelem.& ibidem Afflictus, nu.17.Probus in d.c.ſi à ſede.nu.4.
23 Decimumquintum † commodum poſſeſſionis eſt,vt ipſe
poſſeſſor poſſit ſua auctoritate expellere ſpoliatorem:atque
ita ſuam poſſeſſionem recuperare. Ita ſenſit Baldus in d. l. c.
1.nu.5.verſic.aliquando eſt cauſa.& ibidem Afflictus. nu.17.
verſi.quintò:adducti tex.l.ſi ſeruus. ff. quod cum eo:& l. qui
24 poſſeſſionem. ff. de vi & vi arma. Id quod † intelligitur, ſi
modò incontinenti ipſe poſſeſſor recuperat. Ita declaraui
poſt in Tract.de recuperāda poſſeſſione.remedio primo. nu.
384.& hoc quidem commodum tribuit etiam ſoli poſſeſſioni ciuili,vt decidit Guido Papæ.in q.356.verſic.3. quia.
25 Decimumſextum commodum † poſſeſſionis eſt, quòd
impedit executionem.Ita Baldus qui ſupra.verſic.aliquando
impediendi,& ibidem Afflictus.nu.17.verſ.6.Philippus Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in cap. ſi à ſede.nu.4.verſ.aliquando eſt cauſa, de præb.in 6.Curtius Senior in repet.l. admonendi.num. 323. in fin.ff. de iureiuran.
& Iaſon.in l. à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.num.8. ff.de re iud.
adducti tex.l.ob maritorum,in ſecundo reſponſo.C.ne vxor
pro marito.
26 Decimumſeptimum eſt poſſeſſionis † commodum, quod
exiſtens in poſſeſſione partis præſumitur poſſidere totum.
Ita Afflictus in d.cap.1.num.18.de contentio.inter dom.& fidelem de inueſtit.poſt Baldum, quem commemorat. Et in
hanc ſententiam adducit.l. vna eſt via.ff. de ſeruit.ruſt.prædio.& l.poſſideri.ff.de acquiren.poſſ.
27 Decimumoctauum poſſeſſionis † commodum eſt, quod
is,qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,ea vtetur interim:&
aduerſarius cauebit de non turbando eum, donec lis fuerit
finita.l.de via.ff.de aqua quotidia.& æſtiua. Ita in ſpecie annotant Afflictus in d.cap.1.nume.18. verſic.11.de contentio.
inter dom.& fidelem.
28 Decimumnonum † eſt poſſeſſionis commodum, quod
poſſum mea auctoritate deſtruere ædificatum in ſolo meo.l.
quemadmodum.§.1.ff.ad l.Aquiliam.& tradunt Bart.in l.1.§.
nunciatio.num.1.ff.de operis nuncia.qui dixit, hoc contingere ob ipſum poſſeſſionis commodum. Et in ſpecie magis
idem ſcripſit Philippus Probus in additionibus ad Io. Monachum in cap.ſi à ſede.num.11. de præben.in 6.qui rationibus & aliorum auctoritatibus comprobauit.
29 Vigeſimum poſſeſſionis † commodum eſt, quia poteſt
poſſeſſor impedire hæredem mitti in poſſeſſionem ex edicto
Diui Adriani. Ita poſt alios ſcripſi in Commentariis de adipiſcenda poſſeſſione, remedio quarto.nu.565.Hoc commodum etiam poſſeſſioni ciuili tribuit Guido Papæ in d. q.356.
verſic.8.eſt.
30 Vigeſimumprimum poſſeſſionis † commodum eſt, quia
poſſeſſori dantur maiores dilationes.Ita glo.in l.ſicuti.§.ſed
& ſi quæratur.ff.ſi ſeruitus vend.in verbo.poſſeſſoris.
31 Vigeſimumſecundum commodum † poſſeſſionis eſt, vt
poſſeſſori deferatur iuramentum ſuppletiuum etiam in cauſis grauibus.Ita Bald.in l.bonæfidei.colum. penult. verſic. 3.
C.de reb.creditis & iure iurand.Alexand.in conſi.122.col.2.
lib.2.Iaſ.in conſi.129.in fine.lib.1.Et in ſpecie hoc poſſeſſionis commodum annotauit Catelianus Cotta in memoralibus.in verbo.poſſeſſionis commoditas.
32 Vigeſimumtertium † poſſeſſionis commodum eſt, quia
eius cauſa adeo dicitur magna; vt poſſit connumerari inter
eas,in quibus non defertur iuramentum in ſupplementum
probationum.Ita docuit Cur.Sen.in d.l.admonendi.nu.323.
ff.de iureiuran. & ſi dixit,receptam contrariam opinionem
33 eſſe magis receptam.Et rurſus † adeò grauis & magna dicitur poſſeſſionis cauſa, vt à ſententia lata in poſſeſſorio permiſſum ſit appellare.Ita hoc poſſeſſionis commodum annotauit poſt alios Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.
28. ff. de acqui.poſſ.
34 Vigeſimumquartum † commodum poſſeſſionis eſt, quia
poſſeſſor non eſt is,qui prius iurare debet de calumnia:ſed
eius aduerſarius.Ita docuit glo.l.ſicuti. §. ſed & ſi quæratur,
in verbo,poſſeſſoris.ff.ſi ſeruitus vend.
Non hic commemoro duo alia ciuilis poſſeſſionis commoda,quæ recenſet Guido Papæ.in d.q.356.verſ.6.& verſic.
ſeptimus.

## PRÆSVMPT. LXX.

Excommunicatus olim an & hodie præſumatur excommunicatus.

## SVMMARIVM.

*1 Excommunicatus olim an hodie excommunicatus cenſeatur.*
*Quòd ſi fuit excommunicatus ſub conditione,vt puta niſi decem dederit Semp.intra decem dies:ex quo potuit illa decem dediſſe,non præſumitur excommunicatus quò ad tertium agentem:ſecus quò ad ipſum Semp. num.2.*
*3 Clericus ſi accuſatus fuit, quòd ſine licentia celebrauit in parochia aliena, & id probetur, ex hoc tamen non poteſt condemnari,cùm celebrare potuerit cum licentia Parochi.*
*4 Intellectus l.non hoc.vbi Decius nu.6.verſi.ſic etiam.C.vnde legit.*
*5 Accuſator in criminalib.debet concludenter probare commiſſum crimen,nec ſufficiunt præſumptiones niſi ſint vrgentes.*
*6 Excōmunicatus quis nō præſumitur,quādo pro abſoluto haberetur.*
*Idem quando is allegaret abſolutionem, & diceret ſe perdidiſſe abſolutionis inſtrumentum, & lapſum eſſet longum tempus, ſi eſt bonæ conditionis & famæ.num.7.*
*Idem quando quis recipiendo dicit electionem eſſe nullam tanquā factam ab his,qui aliquando fuerunt excommunicati. num.8.*

1 QVI olim fuit † excommunicatus hodie etiam excommunicatus præſumitur. c. ſicut nobis. vbi Abbas de ſenten. excom. & cap. præpoſuit.vbi glo.de cler.excom.miniſt. Cynus in l.2. §. quod obſeruari. q. 6. C. de iureiurando propter cal.dando:& in l.ſiue poſſidetis.in fine.C.de probat.
Specul.in tit.de præſumptio.§.ſpecies.nu. 10. Rota in deciſ.
11.tit.de probatio.in antiquis.Ancharanus in conſil. 64.Motiua. Guido Papæ in Tract.de præſumptionibus.nu.32.Felinus in cap.ſcribebam.col.2.de præſump.Euerardus in centuria legali in loco,de tempore ad tempus.nu. 9.& Alciatus in
tract.de Præſumptio.reg.2.de præſumpt.6.num.1.

2 Declaratur † primò, vt non procedat in excommunicato
ſub conditione,vt puta,niſi decem dederit Sempronio intra
decem dies.Nam ex quo potuit illa decem dediſſe,non præ-
ſumitur excommunicatus quò ad tertium agentem : ſecus
quò ad ipſum Sempronium.Ita declarant Abbas in cap.ſicut
de ſenten.excom.& Alciat.in d.præſumpt.6.num.1.
3 Et ſimile † tradit Alciatus præcitato in loco ex ſententia
Lapi in alleg.126. Quidam incarceratus.colum.1.verſ.ratio,
quia.Cùm dixit, quod ſi accuſatus ſit clericus tanquam ex-
communicatus ob id, quod ſine licentia celebrauerit in pa-
rochia aliena iuxta.clem.1.de priuileg.& hoc probetur, non
tamen poterit condemnari, cum celebrare potuerit cum li-
centia Parochi.Et Lapum ſecuti ſunt Butrius in d.cap.ſuper
his.de accuſa.& ibidem Io.de Anna.& Felin.Decius in cap.
in præſentia.num.24. de probat. & Alciatus in d.præſumpt.
6.num.1.& in reg.3.præſumpt.1.num.3.
4 Nec obſtat † conſideratio Decij in l.non hoc. nu.6. verſ.
ſic etiam.C.vnde legitimi, cùm dixit, accuſatoris intentio-
nem eſſe ex eo ſolo fundatam, quod celebrauerit in paro-
chia aliena,nec apparet de licentia,nec quod in caſu ſpecia-
liter permiſſo celebrauerit,arg.eius quod tradit glo.in l.2.ff.
de appella.recipien. quam probarunt Mattheſ. in notab. 19.
Decius in conſ.8.num.1. Ruinus in conſil.41. num.16.libr.1.
& Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.30.verſ.2.amplia.
de verb.oblig.Nam reſpondet Alciat.in d.pręſumpt.6.quod,
5 Cum † ſimus in criminalibus,debet accuſator concludenter
probare commiſſum crimen,reſpectu ſui,ad quem non per-
tinet,quod is clericus habuerit, vel non habuerit licentiam.
Nec iſta ſimplex præſumptio,quod non habuerit licentiam,
ſufficit,l.vlti.C.de probatio.cum in criminalibus vrgens eſſe
debeat præſumptio, vt ſufficiat ad condemnandum : ſicuti
ſcripſimus ſupra lib.1.q.94.
6 Declaratur † ſecundò,vt locum non habeat hæc pręſum-
ptio, quando excommunicatus iſte pro abſoluto haberetur.
Ita Abbas in d.cap.ſicut.num.5. de ſenten.excom. & Alciat.
in d.reg 2.præſumpt.6.num.2.verſ.ſecundo limitat.Nam il-
li, qui hunc pro abſoluto habuerunt, non poſſunt allegare
præſumptionem hanc, à qua dicuntur receſſiſſe.Et latè præ-
citato in loco declarat Abbas.
7 Declaratur † tertiò, vt non procedat, quando allegaret
abſolutionem,& diceret, ſe perdidiſſe abſolutionis inſtru-
mentum, & lapſum eſſet longum tempus: & is eſſet bonæ
conditionis,& famæ.Ita declarat Alciatus in d. præſump. 6.
verſ.tertiò limitat.
8 Declaratur quartò,vt † non procedat, quando quis exci-
piẽdo dicit electionem eſſe nullam,tanquam factam ab his,
qui aliquando fuerunt excommunicati.

Hæc exceptio nil operabitur : quia non fit interpretatio,
quod eo electionis tempore eſſent excommunicati. Ita Cy-
nus in l.edita.C.de eden.& in l.ſiue poſſidetis in fine. C. de
probatio.& Alciatus in d.præſump. 6.in fi.

## PRÆSVMPT. LXXI.

### Alimenta præſumi præſtita ab eo, qui apud ſe habuit animal.

### SVMMARIVM.

1 *Viuere nemo præſumitur de vento.*
2 *Pupillus præſumitur recepiſſe alimenta à tutore, niſi probet, ſe aliunde ea habuiſſe.*
3 *Alimenta præſtita ab auo nepoti, cuius bona adminiſtrabat, dicuntur præſtita ex bonis ipſius nepotis.*
4 *Dominus equi pignorati ſi repetit eum à creditore,tenetur ſoluere expenſas factas in eo alendo, quia præſumitur alimentatus ab ipſo creditore,apud quem erat.*
5 *Equus ſi reperitur in meis paſcuis, iuſtè poſſum alimenta petere ab ipſius domino,cùm præſumatur in illis depaſculaſſe.*
6 *Infirmus in domo mea præſumitur à me habuiſſe alimenta & reliqua ei neceſſaria.*
7 *Habitans in domo Cardinalis præſumitur viuere expenſis ipſius Cardinalis.*
8 *Altari ſeruiens de altari viuere debet.*
9 *Alimenta quis ex eo loco capere præſumitur, vbi labores ſuſtinet.*
10 *Monachi præſumuntur vixiſſe ex frumento, quod Abbas aſſeruit emiſſe ex pecunia mutuo habita, cùm nõ appareat aliunde habuiſſe.*

1 IVris & naturæ † præſumptio eſt, neminem
præſumi vixiſſe ( vt aiunt ) de vento.l.vlt.C.
de alim.pup.præſtam. vbi diffinitum hac ra-
2 tione fuit,†pupillum præſumi recepiſſe ali-
menta à tutore, niſi probet ipſe pupillus, ſe
aliundè ea habuiſſe.& tradunt Alex.in conſi.110.in fine.lib.
7.& Alciatus in Tract. de præſump.reg.1.præſum.50.num.1.
Et his accedit. Io. Andreæ in additio. ad Specula.in tit. de
præſum.§.ſpecies. numero quinto, in verbo, in prædictis:
qui dixit hanc eſſe præſumptionẽ iuris & de iure, quod ve-
rum non eſt : ex quo(vt dixi)admittit probationem in con-
trarium.
3 Huc etiam facit † quod reſpondit Ruinus in conſilio 92.
in fi.lib.5.cùm dixit alimenta præſtita ab auo nepoti, cuius
bona adminiſtrabat, dici præſtita ex bonis ipſius nepotis;
hoc eſt;quod auus debet in libro rationum ponere expenſas
illas ad ſuum calculum & computum, vt tanto minus reſti-
4 tuat ex bonis ipſi nepoti. Huc etiam pertinet, quòd † ſi do-
minus equi pignorati eum repetit à creditore, tenetur ſol-
uere expenſas factas in eo alendo,cum præſumatur alimen-
tatus ab ipſo creditore,apud quem erat. Ita Alcia. in d.præ-
ſumpt 50. num.1.
5 Et prætereà † ſcribit Alciatus in d.præſump. 50. numero
primo. iuſtè illum petere alimenta equi ſuis in paſcuis re-
perti : cum præſumatur in illis depaſculaſſe.
6 Huc pertinet † quod infirmus in domo mea præſumitur
à me habuiſſe alimenta & reliqua ei neceſſaria. Baldus in
l.in reſtituenda.in fi.C.de petitio.hæred. Ripa in l.ſi ventri.
§.eorum.nume.14.ff.de priuileg. credito.
7 Hinc etiam tradit Gomeſ.in † commentarijs ad regulam
cancellariæ, De impetrando beneficio vacanti per obitum.
quæſt.13.columna tertia,verſ.in dubio tamen, quod habitãs
in domo Cardinalis,præſumitur viuere expenſis ipſius Car-
dinalis : cum non præſumatur vixiſſe de vento.d.l. vlt. C.de
8 alim.pup.præſtan.Et quia † qui altari ſeruit de altari viuere
debet,c.cum ſecundum.de præben.ob id ſumitur præſump-
9 tio quam iuris ratio dictat. Ius enim † præſumit,ex eo loco
aliquem capere expenſas, vbi labores ſuſtinet.
10 Hinc etiam ſcripſit † Baldus in auth. hoc ius porre-
ctum. numero octauo. C.de ſacroſ. eccleſi. monachos præ-
ſumi vixiſſe ex frumento,quod Abbas aſſeruit emiſſe ex pe-
cunia mutuo ſuſcepta ; cùm non apparet aliundè ha-
buiſſe.

## PRÆSVMPT. LXXII.

### Eccleſia quando vel Epiſcopo, vel alteri eccleſiæ ſubdita præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ſita intra fines diœceſis præſumitur ſubddita epiſcopo.*
*Et pariter eccleſia præſumitur alteri eccleſiæ ſubdita, quando ei ſoluit cathedraticum.nume. 2.*
*Et præſumitur illi ſubdita, cui pro viſitatione præbet conuiuium.num. 3.*
*Idem quando illi quartum præſtat. num.4.*
*Idem quando præſtat procurationem. num.5.*
*Idem quando alteri eccleſiæ conſignat infantes.num.6.*
*Idem quando eius mortuos ſepeliuit. num.7.*
*Idem quando eius mandatis paret, & agit ea quæ ſunt ſubditi. num. 8.*
*Idem quando illi exhibet reuerentiam. num.9.*
*Idem quando recepit munus conſeruationis.num.10.*
*Idem quando eius pontificalia admiſit.num.11.*
*Idem quando obſeruauit ſententiam contra ſe latam.num.12.*
*Idem quando exercuit iura ſuperioritatis. num.13.*

Cum



1 CVM eccleſia † ſita eſt intra fines diœceſis,præ
ſumitur ſubdita Epiſcopo.c.omnes baſilicę.
16.quæſt.7.& c.conſtitutus.de religio.dom.
Non ita eſt in alio prælato. c. vlt. de off. ar-
chidia. & tradit Lucas de penna in l. 3. in
præſump.137.C.de apochis publ.lib.10.
2 Ita pariter † eccleſia præſumitur ſubdita alteri eccleſiæ,
cui ſoluit cathedraticum. cap. illud. il ſecundo. 10.quæſt.3.
Lucas vbi ſuprà præſump.138.
3 Ita † eccleſia præſumitur ſubdita illi, cui pro viſitatione
præbet conuiuium.c.illud magnifi.10.quæſt. 3.
4 Idem † eſt,cùm ei præſtat quartam.c.priſcis. 10.q.3.
5 Idem † quando præſtat procurationem. quieſcamus. 52.
diſtinct.
6 Idem † cui conſignat infantes.c.relatum.10. quæſt.tertia.
7 Idem † quando eius mortuos ſepeliuit,c.placuit.13. q.2.&
c.2.de reſti.ſpolia.in 6.& reſpondit Calca.conſil.34.nu. 10.
8 Idem † quando eius mandatis paret,& agit ea, quæ ſunt
ſubditi.c.quem progenitores.20. q.1. Inno. in c.olim.il 3.de
reſtit.ſpolia.
9 Idem † quando illi exhibet reuerentiam. cap. ex ore. de
his,quæ fiunt à maio.parte capituli.
10 Idem quando † recepit munus conſecrationis. c. preſbi-
ter.24. diſtinct.& c.hæc quippe.3.quæſt.1.
11 Idem quando eius † pontificalia admiſit. c. pontifices. 7.
quæſt.1.& tradit Goffredus in d.c.ex ore.
12 Idem quando † obſeruauit ſententiam contra ſe latam. c.
olim.il 3.de reſti.ſpolia.
13 Idem eſt quando † exercuit iura ſuperioritatis, vt aliqua
pontificalia.Abbas in c.54.nume.3.lib.2. qui reſpondit, ec-
cleſiam præſumi ſubeſſe illi epiſcopo qui in ea exercuit ali-
qua pontificalia,& ſi non omnia.

## PRÆSVMPT. LXXIII.

### Paries an & quando proprius vel communis cum vicino eſſe præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Paries inter vicinorum domos ædificatus an & quando præſumatur communis inter ipſos vicinos, vel proprius alterius eorum.*
*Quòd extantibus ſignis, quæ apponi conſueuerunt parietibus ad denotandum an proprius vel communis ſit paries, ipſis adhibenda eſt fides.num.2.*
3 *Paries præſumitur proprius & non communis, quando habet inſcriptionem,quòd ædificatus fuit ab aliquo ſuo ſumptu.*
4 *Res ad eum pertinere præſumitur, qui fecit impenſam.*
5 *Paries, qui habet ſculpta inſignia, præſumitur eius cuius ſunt inſignia.*
6 *Scripta in lapidibus, parietibus, & monumentis fidem faciunt, rem eius eſſe,cuius eſt inſcriptio.*
7 *Inſpatronatus præſumitur illius eſſe cuius inſcripti lapides in foribus & ianuis eccleſiæ repoſiti apparent.*
*Et arma & inſignia ſculpta in eccleſia coniecturam faciunt, quòd is, cuius ſunt ipſa inſignia, ſit in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus dictæ eccleſiæ. num. 8.*
9 *Res illorum eſſe præſumuntur,quorum ſigna & nomina inſcripta vel impoſita in eis ſunt.*
10 *Paries illius eſſe præſumitur, qui à ſuo latere immiſſum ſignum habet vltra dimidium ipſius muri:ſi autem non excedit dimidium,præſumitur communis.*
*Idem quando extant feneſtræ perforantes totum murum ex parte vnius tantum,quia illius paries præſumitur : ſi verò eſſent plures ſeruientes vna vni vicino, altera alteri, tunc paries cenſetur communis.num.12.*
*Idem quando extant feneſtrellæ ex vna parte parietis tantum : ſi verò ex vtroque latere extant præſumitur communis. nu.12.*
*Idem quando extant tubuli,camini vel latrinæ:ſi enim ſunt citra mediũ muri,particularis illius paries præſumitur,ſi verò ſunt intra medium muri,præſumitur communis.numero 13.*
*Idem quando extant fiſtulæ vel canales intra vel citra medium muri.num.14.*
*Idem quando extent infixi lapidibus anuli,quibus alligari ſolent equi.ſi enim ab vno latere ſunt tantum infixi, particularis eſt paries,ſi ex vtraque parte extant,cõmunis cenſetur.nu.15.*
*Idem quando extant in pariete lapides illi,quibus vites ſuſtinentur:ſi ex vtraque parte parietis ſunt,arguitur paries communis, ſi ab vno latere tantum, eius præſumitur, à cuius parte infixi ſunt. num.16.*
*Idem quando extãt in ipſo pariete lampades ferreæ, ſi ex vtroque latere ſunt,communis,ſi ex vno tantum, illius eſſe paries præſumitur.num. 17.*
*Idem quando eodem modo extant lapides perforati.num.18.*
19 *Paries talis præſumitur totus, qualis indicatur illa pars, in qua ſigna extant.*
20 *Paries ſi non habet aliquod ſignum, vnde cognoſci poſsit an ſit communis vel particularis, & vnus vicinorum eſt in quaſi poſſeſsione ipſius tanquam proprij, hoc caſu præſumitur ipſius qui eſt in quaſi poſſeſſ.*
*Et quando ambo vicini ſunt in quaſi poſſeſsione, communis cenſetur. num.21.*
*Et quid quando non extant nec ſigna, nec quaſi poſſeſsio vnius vel alterius.num.22.*
23 *Paries,qui communis præſumitur,an præſumatur communis pro diuiſo vel pro indiuiſo:hoc enim multum refert.*
*Quando enim eſt communis pro indiuiſo, vnus non poteſt illum altius tollere inuito vicino. num.24.*
*Secus ſi eſt communis pro diuiſo. num.25.*
26 *Paries communis regulariter præſumitur communis pro diuiſo, & quare.*
*Secus ſi adeò tenuis eſſet, vt ſuper eo ædificari non poſſet, quia pro indiuiſo præſumitur communis.num. 27.*

1 FRequens † eſt dubitatio, an & quando paries, qui
inter vicinorum domos ædificatus eſt præſumatur
communis inter ipſos vicinos,vel prius alterius eo-
rum?Hac de re ſcripſerunt multa Cæpolla in Tract.de ſerui-
tutibus vrbanorum prædio.c.40.De pariete ſeu muro.nu.13.
& nouè Maſcardus in Tract.de probationibus,in cõcl.1144.
Ego ſoleo diſtinguere atque conſtituere tres caſus.
2 Primus eſt,quando † extant ſigna,quæ apponi conſueue-
runt his parietibus ad ſignificandum & demonſtrandum, an
proprius,vel communis ſit paries ? Hoc ſanè caſu, his ſignis
adhibenda eſt fides,atque ita præſumendum,parietem talem
eſſe,vt ſigna indicant. Ita tradunt Cæpolla & alij quos in-
frà commemorabimus.
3 Et primum quidem † ſignum alijs magis manifeſtum eſt,
quando paries habet inſcriptionem, quod ille fuerit ædifi-
catus ab aliquo eorum ſuo ſumptu,tũc paries eius proprius,
non autem communis præſumitur. Ita Cæpolla in d.c. 40.
num.16.verſ.item per inſcriptionem. Et probatur tex. l. qui
libertatem.§.vlt.& l.vlt.ff.de oper. publ.
4 Et confert ratio,quod † res ad eum pertinere præſumitur,
qui fecit impenſam.c.1.de religioſis dom. & ſcripſi ſuprà in
præſum.11 in fi.poſt Craue.in conſi.74. num.4.
5 Secundum eſt † ſignum,quando in pariete & muro ſculp-
ta,vel picta ſunt inſignia.Nam tunc paries præſumitur eius,
cuius ſunt inſignia.Ita Cæpolla in d.c.40.nu.16.& probat. d.
l.qui libertatem.§.vlt.& d.l.vlt.ff.de ope.publ.vbi Bart.
Et conferunt quæ ſcripſi ſuprà in lib.2.præſum.59.vbi ex-
6 plicaui,ſcripta † in lapidibus,parietibus & monumentis fi-
dem facere & probare, rem eius eſſe,cuius eſt inſcriptio.&
7 ſupra lib.3.præſump.90.num. 10.ſcripſi. ius patronatus † eſſe
eius, cuius inſcripti lapides in foribus & ianuis eccleſiæ re-
poſiti apparent.& eodem lib.3.in præſum. 135. nume.31.dixi
8 poſt Ripam, arma † & inſignia ſculpta in eccleſia conie-
cturam facere, quod is,cuius ſunt ipſa inſignia, ſit in quaſi
poſſeſſione iuris patronatus dictæ eccleſiæ.Et ad rem multũ
confert etiam quod ſcripſi in d. lib.3.in præſum.64.cũ dixi,
9 ſigna † & nomina præſumptionem & coniecturam facere,
res illorum eſſe,quorum inſcripta, vel impoſita ſunt eorum
ſigna, vel nomina.
10 Tertium eſt ſignũ, quando † ex latere vnius immiſſum eſt.
ſignũ.ſi enim eſt immiſſum in parietem vltrà dimidiũ ipſius
muri, paries præſumitur eius, cuius ſignum eſt immiſſum.ſi
verò nõ excedit dimidium muri,paries pręſumitur cõmunis.
Ita Cæpolla in d.c.40.nu.11.qui ſic declarat.l.parietem. ff.de
ſeruit.vrba.præd.idem ſcripſerũt Bar.in l.dãni.§. cũ parietẽ.
ff.de damno infecto, Soc. Sen.in conſ.44.col.1. verſ.ex qua



doctrina.

doctrina.li.4.ſenſit & Corn.in cóſ.184.col.2.verſ.& ſic quilibet.lib.1. Cæp.in conſ.35.n.8.in ciuil.qui declarat. & Ruin. in conſ.55.num.6.lib.4.& Crot. in conſ.153.nu.1.& 4. lib.2.

11 Quartum ſignum eſt,quando extant † ſpeculæ(feneſtras vulgus appellat,vt)perforãtes totum murum ex parte vnius tantùm:tunc paries præſumitur illius tantùm : ſi verè ſpecula eſſet communis : vel eſſent plures ſeruientes vna vni vicino,altera alteri : paries præſumetur communis. Ita Cæpolla in d.c.40.nu.13.verſ.item per feneſtras. idem in conſ. 35. nu. 6.in ciuilibus poſt glo.in l.ſi ædes.ff.com.diuid.idem reſpõderunt Caſtr.in conſ.334.Incipiendo à ſecundo. nu. 1. & 2. lib.2.Crottus in d.conſ.153.nu.10.& 13.lib. 2. & Soc. Sen.in conſ.44.nu.2.verſ.confirmatur etiam,quia ab vno.lib. 4.qui nu.3.intelligit procedere etiam quando ex latere vnius eſſet feneſtra perforata & ex latere alterius aliud ſignum. Nã adhuc paries præſumitur communis.Sic & Rui.in conſil.55.nu. 1.& num.6.lib.4. & num.7.

12 Quintum † eſt ſignum, quando extant feneſtrellæ ( ſic apud nos vulgò appellantur) à Cæmentarijs in pariete extructæ. Hæ ſi vna ex parietis parte tantùm extant, ſignificant parieté eſſe eius ſolummodò,è cuius parte feneſtrellæ ſunt: Si verò in vtraque parte extant,paries præſumitur communis.Ita Cæpolla in d.c.40.nu.14. verſ. item cognoſcitur etiã: qui teſtatur,ſic Veronæ ſeruari. Et idem paſſim vidi alijs in locis.idem Cæpolla in conſ.35.num.6.in ciuilibus. Hoc intelligitur niſi feneſtretella vno ex latere parietis fieri potuiſſet clàm ab illo vicino.Ita Caſtren.in d.conſ. 334. col.2. verſ.nec obſtat,quod dicitur.lib.2.

13 Sextum eſt ſignum, quando † in pariete extant tubuli, vulgus appellat cappas Camini , vel latrinæ.Si enim ij tubuli ſunt intra mediũ muri, vel citra,paries præſumitur cõmunis;ſi verò ſunt ſeu proeminent vltra murũ paries præſumitur,eius,qui caminum habet.Ita Cæpolla in d.c. 40.nu.14. verſ.ité cognoſci poterit.& Crott in d.conſ.153. nu.11.lib.2.

14 Septimum eſt ſignũ,quando † extant aliquæ fiſtulæ, quas canales vulgus nominat,vt putei,ciſternæ,fontis, balnei,vel ſimilis aquæ ductus,qui fieri ſolent in his parietibus, diſtinguẽdo,vt in pręcedẽtib.ſignis.Ita Cęp.in d.c.40.n.14.ad finẽ.

15 Octauum † eſt ſignum,quando ex vna parte parietis extãt infixi lapidibus illi anuli,quibus alligari ſolent equi. Hoc ſignum ſignificat, parietem eſſe proprium eius , è cuius latere infixi ſunt anuli:cõmunẽ verò eſſe ſi ex vtraque parte extant. Ita Cæpolla in d.c.40.nu.15.& in conſ. 35.nu. 6.in ciuilibus.

16 Nonum eſt † ſignum,quando extant in pariete lapides illi,quibus vites ſuſtinentur:ſicuti euenit ſæpe in viridarijs. Si ij lapides ſunt ex vtraque parte parietis, arguitur paries , cõmunis:ſi ab vna parte tantùm,eius præſumitur paries,è cuius parte infixi ſunt lapides.Ita Cæpolla in d.c.40.num.15. verſ. item cognoſci poterit.Socinus Sen,in d.conſ.44.nu. 2. verſ. confirmatur iſta opinio.lib.4.

17 Decimum eſt ſignũ,quando † extant in pariete lampades ferreę,quę alio nomine luminaria appellantur.Hę ſi ex vtraque parte ſunt,paries præſumitur communis:ſi verè ex latere vnius tantùm,eius ſolùm eſſe creditur.Ita Cæpolla in d. c.40.num.15.verſi.item per lampades.

18 Vndecimum † eſt ſignum,quando extant lapides per forati:idem eſt dicendum,vt ſupra.Cæpolla.d.c.40.nu.15.in fine, & cum eo.Hierony.Gabriel in conſi.149.num.1. lib.1.

Duodecimum eſt ſignum,quando paries contentioſus eſt coniunctus alteri parieti alicuius proprij eadem magnitudine,quam groſſitiem vocant,eius creditur,cuius eſt non contentioſus.Ita Crottus in conſil.153.num.17. & 18.

19 Et prædicta quidem ſigna † locum habent etiã ſi extãt in vna parte parietis eodẽ tamen tẽpore extructi.Nã totus ipſe paries talis præſumitur , qualis iudicatur illa pars , in qua ſigna extant.Ita egregiè reſpondit Soc.Sen.in conſi. 44.col.2. verſ.ſed ad hoc reſpondetur.lib. 4. Idem quando paries alio tempore fuit auctus,vel longitudine,vel latitudine,vt reſpõdit Cæpolla in conſi.35.num.6.in fi.in ciuilib.

20 Secundus eſt † caſus,quãdo in pariete nullum ex ſupradictis,vel alijs ſimilibus extat ſignum , quo cognoſci ſeu præſumi poſſit parietem eſſe proprium vnius,vel communẽ : ſed vnus vicinorum eſt in quaſi poſſeſſione ipſius parietis tanquam proprij.Hoc ſanè caſu eius proprius præſumitur;ita è

21 contra quando ambo ſunt † in hac quaſi poſſeſſione, cõmunis præſumitur.Ita Caſtr.in cóſ.334. Incipiẽdo à ſecũdo. nu. 1.& 2.li.2.Rui.in cóſ.55.n.5.li.4.Cæp. in cóſ.35.n. 8. in ciuilib.

22 Tertius eſt caſus,quãdo † nõ extant nec ſigna,nec quaſi poſſeſſio annis,vel alterius. Hoc caſu paries præſumitur cõmunis.Ita verè & rectè ſenſit Soc.Sen.in d. conſ.44.col.2.verſ. poſtremò etiam.lib.4.qui ea ratione vſus eſt : quia quidquid eſt intra fines inter prædium tuum & meum commune præſumitur,l.arbor.ff.communi.diuid.& l.pen.ff.pro ſocio.

23 Cæterũ dubitatio † eſt,an paries,qui cõis præſumitur,debeat præſumi cõis pro diuiſo,vel pro indiuiſo?Multum certè
24 refert,quod ſit cõmunis pro diuiſo,vel indiuiſo.Nã † quãdo
eſt cõis pro indiuiſo,vnus non poteſt illũ altius tollere,inuito vicino.l.Sabinus.ff.cõi diuid.& l.parieté. ff. de ſeruit.vrb.
25 præd.ſi verò † eſt communis pro diuiſo,quilibet poteſt pro
ſua parte altius tollere.Ita ſcribunt Ange.in l.hoc , quod dictum.§.ſi ex tribus.ff.de ſeruit.vrba.prædio. Corneus in cóſ. 90.nu.2.li.2.Decius in conſ.388.nu.1.ſenſit Soc.Sen.in conſi. 44.col.1.verſ.confirmatur dicta.lib. 4.

26 Hac de dubitatione † reſpondendũ eſt, parietem cõem in dubio præſumi communẽ pro diuiſo.Sicuti reſpõderũt Cor. in conſ.184.nu.2.verſ.his tamen non obſtantibus lib. 1. & in conſ.90.nu.14.lib.2.& in cóſ.213.nu.1.lib.4. Deci.in conſil. 388.nu.4.verſ.& hoc idem.& Hierony.Gabriel. in d.conſil. 149.nu.3.lib.1.Et hæc præſumptio locũ habet multo magis, quando quis eſt in quaſi poſſeſſione parietis pro diuiſo. Ita Corne.in d.conſi.90.nu. 17. Receditur tamen ab hac regula & præſump.contrarijs coniecturis & præſumptionibus.

27 Vna eſt,quãdo † paries adeo tenuis eſſet, vt ſuper eo ædificari non poſſet.Nã tunc præſumitur cõmunis pro indiuiſo. Ita Bar.in l.parieté.ff.de ſeruit.vrba.prædio.Corne.in d.cóſi. 184.col.2.verſ.& ſic quilibet vicinus.lib.1. qui idẽ eſſe dixit, de alia ſimili re communi,vt de aquæductu , quem aquarolum vulgò appellant.Idem Cor.in conſ.90.nu.14. in fi. lib.2. Deci.in conſil.388. num.1.verſ.& hoc ſecundum eum.

## PRÆSVMPT. LXXIIII.

### Quando dominus præſumatur aliquo ex actu voluiſſe liberare à ſua poteſtate ſeruum.

### SVMMARIVM.

*1 Dominus ſi ſcit, ſeruum ſuum clericari, & eum non impedit, eum libertate donare præſumitur,*
*Idem quando ſcit, ipſum ingredi cubiculum Imperatoris.num.2.*
*Idem quando ſcit, ipſum militare velle. num. 3.*
*Idem quando dedit ipſum ſeruum tutorem filijs ſuis. num.4.*
*Idem ſi ipſum hæredem inſtituit. num.5.*
*Idem quando voluit matrem ipſius ſerui eſſe liberam , quia præſumitur etiam eius filios libertate donare .num.6.*
*Idem quando ipſe dominus duxit in vxorẽ ſeruã vel libertã.nu.7.*
*Idem quando ipſe dominus conſentiret ſeruæ, quòd alteri nuberet. num. 8.*

1 CVm dominus ſcit † ſeruum ſuum clericari & non impedit,eum libertate donare præſumitur. auth. ſi ſeruus.C.de epiſ.& cler.& tradit Luc.de pen.in l.3. in præſ.168.C.de apoc.pub.li.10. & Old.in cóſ.331.n.3.in fi.

2 Idem eſt,quando † dominus ſcit ſeruum ingredi cubiculũ Imperatoris.l.pen.C.de præpoſ.ſacri.cub.lib.12. ibi: *Ad conditionem libertatis ingenuitatiſq; rapiantur, raptiq; videantur.* & ſcribit Lucas de penna in d.l.3.in præſum.169.

3 Idẽ eſt,quãdo † dominus ſcit ſeruũ militare.l.ſuper ſeruis. C.qui mil.nõ poſſ.li.12.& ſcripſit Lucas in d.l.3.in præſ.170.

4 Idem quando † dedit ſeruum ipſum tutorem filijs ſuis.
Nam præſumitur in neceſſarium antecedens eum libertate
5 donaſſe.§.pen.Inſt.qui tuto.dari poſſ. vel ſi ſeruum † hære-
dem inſtituit.l.pen.C.de neceſſ.hæred.inſti.& docuit Fulgoſius in l.Barbarius.num.4.ff.de off.præto.

6 Idem eſt,quando † dominus voluit matrem eſſe liberam, nam præſumitur,voluiſſe etiam eius filios libertate donare. §.ſi quis libera,verſ.neque enim.in auth. vt liber. de cætero, & l. 2.C.ſi mancip.ita fuer.alien. & annotauit Alciatus in Tract.de præſum.reg.1.præſump.12.

7 Idem eſt , quando † dominus duxit in vxorem ſeruam, vel libertam,Nam præſumitur eas velle eſſe omnino liberas. l.libertæ.ff. de operis liber.& l.2.C.de poſtlim.reuerſ. Idem
8 quando † dominus conſentiret ſeruæ quod alteri nuberet. l.
antepen. ff. de oper. liber. & tradit Lucas de penna in l. 3. in præſumpt.87.88.89.C.de apochis pub.lib.10.



## PRÆSVMPT. LXXV.

### Clericum, qui diu poſsidet beneficium , præſumi poſsidere conſenſu & auctoritate ſuperioris.

### SVMMARIVM.

*1 Clericus ſi diu poſſedit beneficium:præſumitur poſſidere auctoritate & conſenſu ſuperioris.*
*Et procedit vt non ſolùm abſoluatur à iudicio , quo iſte fuit conuentus, qui eſt in hac quaſi poſſeſſ.ſed etiam vt obtineat , ſi actoris partes ſuſtentaret.nu.2.*
*Et reprehenditur Imola in c.illud.in ſi.de præſumpt.nu.3.*

1 REcepta eſt interpretum † ſententia, clericum qui iam diu poſſidet beneficium, vel prælaturam,præſumi poſſidere auctoritate & conſenſu ſuperioris.Ita Bal.in l.ſi filiusfam.C.de pet. hæred.& ibid.Caſtr.idem Bald.in l.ſiue poſſidetis.C.de probat.Ang.Imola , & Comenſ.in l.qui in aliena. in prin.ff.de acq.hæred.Gem.in c.ordin §.1.de offic.ordin.in 6. & in c.ſi iudex.col.vlt. de ſent.excom.in 6. Anch in c.1.q. 8. verſ.dixit tamen de reg.iur.in 6. Butr.in c.ex inſinuatione. col.pen.de proc.& ibid.Imol.nu.12.Idem Imo.in c.ea nóſcitur.col.1.verſ.ſi autem ſumus de his, quæ fiunt à pręlato ſine conſ.capit.& idem in c.illud.in fi.de pręſump. Lap.alleg.89. Bellem.in concl.645.Anch.in conſ.117.Io.de Anna.in c.licèt heli.col.pen.de Simo.& ibid. Abb.col.vlt.Barba.in conſ.26. col.4.& in conſ.33.lib.2.& in conſ.1.col.5.lib.4.Alex.in cóſ. 219.col.4.nu. . . lib.6.Iaſ.in l.ſciendum.col.6.nu. . . de verb. oblig. & idem in l.qui in aliena.in princ.colum.6.num. . . de acq.hęr.Felin.in c.ſicut.nu.45.de re iud.Soc.Sen.in conſ.15. col.pen.lib.1. Decius in l.1.in 3.lectura.nu.27.C.qui admitti idem in conſ.118.num.2.& in conſ.121.nu.4.Caſſane.in conſ. 11.nu.35.Gomeſ.in commentariis ad regulas cancellariæ, de annali poſſeſſore.q.58.verſ.quibus non obſtantibus.

2 Extenditur † hæc ſententia,vt procedat non ſolùm quò ad hoc,vt abſoluatur à iudicio,quo iſte,qui eſt in hac quaſi poſſeſſione,cõuentus fuit, ſed etiam vt obtineat, ſi actoris partes ſuſtinet.Ita Io.Andr.in c.illud.de pręſum.& ibid.Butr.Anch. col.1.Card.col.2. & Feli.nu.5. Alex.in conſ.134.col.1. lib.4. & in conſ.219.col.4.lib.6. Soc.Sen.in conſil.153.col.2.& in conſ.270.col.3.lib.2.Dec.in l.ſi certis annis.n.17.C.de pact. Gratus in conſ.121.col.2.lib.2. Gomeſ.in comment.ad reg. cancel.de trien.q. 10. verſ.ſecundò principaliter.Soci.Iun.in conſ.22.num.15.lib.1. Boër.q.124.num.7. & in q.171. nu.15. Gramma.in conſ.144.col.2.in ciuilibus.

3 Quibus intelligimus † malè diſſentire à pręd ictis Imolam in d.c.illud in fine de præſumpt.Et huc ſpectant aliqua , quæ ſubſequenti in præſumptione dicemus.

## PRÆSVMPT. LXXVI.

### Clericus an & quando quis eſſe præſumatur.

### *SVMMARIVM.*

*1 Clericus an & quando quis eſſe præſumatur: cùm regulariter nemo præſumatur clericus.*
*2 Clericum aliquem eſſe ſi conſtat, & ad aliquos ordines promotum,non præſumitur tamen promotus ad ordines maiores.*
*Et ſi affirmat ſe promotũ debet oſtendere literas promotionis.ibid.*
*3 Clericus promotus ad ordines maiores an præſumatur promotus ad minores.*
*4 Habitum clericalem deferens ſi obijt nullo relicto hærede,non poteſt petere fiſcus eccleſiæ eius bona, ex eo quòd ex habitu præſumi debeat ipſum fuiſſe clericum.*
*5 Iudex ſecularis deprehendens aliquem in habitu clericali remittere eum debet ad epiſcopum.nu.8.*
*6 Titulus quando in aliquo caſu eſt neceſſarius , poſſeſsio etiam longiſsimi temporis ius non tribuit.*
*7 Clericus quis præſumitur ex habitu clericali tantum,quando agitur de modico præiudicio.*
*Et quaſi poſſeſsio ex habitu clericali ſufficit ad priuilegium fori, vt ille remittatur epiſcopo.num.8.*
*Intellige tamen de clerico illius regionis,non de externo.nu.11.*
*9 Monialis illa præſumitur,quæ reperitur in eo habitu.*
*10 Habitus indicat qualis quiſque ſit.*
*12 Clericum percutiens incedentem in habitu laicali excuſatur à pœna excommunicationis.*
*13 Virgo reperta in habitu meretricio præſumitur meretrix , & ob id qui eam corrupit,non punitur pœna ſtupri , vel alia pœna, qua ſolent puniri illi,qui iniuriam virgini inferunt.*
*14 Militem qui ignorauit,non contempſit diſciplinam.*
*15 Familiam prætoris incedentem ſine inſignijs ſi quis verberauit, excuſatur.*
*16 Contendens cum Rectore Gymnaſij excuſatur , quando caret ipſe inſignijs.*
*17 Clericus , qui diu ſtetit in quaſi poſſeſsione clericatus in beneficio etiam curato,præſumitur verè clericus, & habet intentionem ſuam fundatam.*
*18 Promotio ad ordines ſacros præſumitur , quando quis tanquam promotus diu ſtetit & ſeruiuit in beneficio.*
*19 Prælatus is verè præſumitur,qui diu fuit in quaſi poſſeſ.prælaturæ.*
*20 Canonicus is præſumitur, qui diu in ſtallo & choro cum alijs eſt.*
*21 Subdiaconus is præſumitur , qui diu in Eccleſia ſeruiuit tanquam ſubdiac.*
*22 Monialis præſumitur de licentia ſui ſuperioris tranſiuiſſe ab vno monaſt.ad aliud,quando diu eſt in quaſi poſſeſſ.noui monaſterij ingreſsi.*
*23 Clericus vt quis præſumatur ex quaſi poſſeſsione clericatus, debet in ea manuteneri,vel ſi eſt reus abſoluatur à iudicio actore nihil probante.*
*Nec prodeſſet d.quaſi poſſeſsio , quando clarè conſtaret de vicioſo ingreſſu.num.24.*

1 QVÆ ſuperiore † præſumptione ſcripſi , efficiunt,vt hic diſſeramus,an & quando clericus quis eſſe pręſumatur. Et pro regula cõſtituendum, clericum aliquem non præſumi : cum hoc à natura non ſit.c.presbyteri.68.diſt. vbi glo.& c.legũ.2.q.1.& tradunt Io.Andr.in c.ſcienti.de regul. Lucas de Penna in l.3.in præſum.62.C.de apoch.pub.lib.10. Deci.in c.cum adeo.nu.13.de reſcr. & in c.1.nu.17.verſ.finaliter.de fide inſtr.in conſ.125.nu.6.Brun.in conſ.38.nu.9.Caſſane.in conſ.44.nu.13.Bellon.in conſ.52.num.6.Boer.q.171. nu.15.Ripa in c.2.nu.4.de iud.Bertr.conſ.307.lib.2.Alcia.in Tract.de præſump.reg.2.præſum.4.nu.2.& Gomeſ. in commment.ad reg.cancellariæ.de annali poſſeſ.q.58.Craue.in conſ.
2 72.nu.2. Et idem dicimus , quod & ſi † conſtat aliquem eſſe
clericum,& ad aliquos ordines promotum:non tamen præſumitur promotus ad ordines maiores.Ita Abbas in c.vnico.nu. 3.de lit.conteſt.Feli.in c.ſuper his.n.18.de conſtit.Guido Papę.q.582.Alex.in conſ.117.in fine.lib.7.& Rebuffus in praxi benefic.in tit.de forma literarum primæ tonſuræ.nu.22.qui affirmant vno ore , affirmantem , ſe promotum oſtendere debere literas promotionis.

3 Extenditur † primò , vt procedat hęc ſententia etiam quo ad ordines minores,vt ſcilicet promotus ad maiores nõ præſumatur iam promotus ad minores,qui pręcedere debent.Ita poſt alios reſpondit Craue.in conſ.134.nu.45.Quæ ſententia procedit,niſi promotio ad maiores facta ſit ab Epiſcopo multum probo & prudenti.Feli.in d.c.vnico.nu.2.de litis conteſt. & Rimi.Sen.in conſ.426.nu.44.etiam ſi iſte incederet in habitu & tonſura.Nam nec tunc quò ad ea,quę magni ſunt pręiudicij præſumitur ordo iſte clericalis. Ita Gemin.in c.ſi iudex.§.vlti.de ſenten.excom.in 6.quem ſecutus eſt Alcia.in d. pręſump.4.nu.2. Et idem ſentiunt Doct.quos in ſequenti de-
4 claratione referam. Qui ob id inferunt, quod † defuncto ali-
quo ſine hęrede,cuius bona à fiſco principis ſecularis petuntur,& Epiſcopus contendit,imò pertinere ad fiſcum Eccleſię ſuę:quia defunctus ille præſumebatur clericus ex habitu clericali,quo ille incedebat indutus, ſcribunt ij fiſcum Eccleſiæ malè petere. Ea adducitur ratio, quod iſta quaſi poſſeſſio repugnat origini , vnde non releuat ab onere probandi. Hanc tamen rationẽ reiicit Alcia. quia videmus, hanc quaſi poſſeſſionẽ ex habitu clericali releuare ab onere probãdi, vt in d.c.
5 ſi iudex.de ſenten.exc.in 6.vbi iudex † Laicus deprehendens
aliquẽ in habitu clericali,eũ remittit ad Epiſcopũ. Secũdam
6 itaq; rationẽ attulit Alc. quia quando † aliquo in caſu neceſ-

ſarius eſt titulus, poſſeſſio etiam longiſſimi temporis ius non tribuit; at hoc in caſu, titulus omninò neceſſarius eſt.c.cum adeò de reſcrip.& c.ex literis,de tranſact.Nec poſſeſſio transfert onus probandi,arg.c.ad decimas.de reſt.ſpolia.in 6.

7 Declaratur primò, vt † non procedat prædicta extenſio & præſumptio, quando ageretur de modico præiudicio: ſicuti cùm verſamur in pręparatoriis iudicij.Nã tũc ex habitu & inceſſu clericali præſumitur quis clericus.Bal.in l.non ignorat. n.4.C.qui accuſ.nõ poſſ.Ang.in l.ſi prius de operis noui nuntia.& Alc.in d.præſum.4.in fi.His accedit Aufrer.in addit.ad
8 Capel.Toloſ.q.117.cùm dixit,quaſi † poſſeſſionem ex habitu clericali ſufficere ad priuilegiũ fori,vt ille remittatur epiſcopo. Et Aufre.ſecutus eſt Craue.in Tract.de antiq. temp.in 1. partic.3.partis princ.n.34. idẽ decidit Gram.in deciſ.81.nu. 16.& idem ſcripſit Rebuff.in Tract.nominationũ.q.22.n.13. Ita intelligũtur.d.c.ſi iudex.de ſent.excom.in 6.& c.ſi eos.de conſecrat.diſt.4.Ita fortè declarari poteſt quod dicitur illam
9 præſumi † monialem,quæ reperitur in eo habitu,vt procedat quoad hæc leuis præiudicij:atq; ita intelligẽdus eſt Lucas de Penna in l.3.in præſum.54.C.de apoch.pub.lib.10.Ita etiam procedit text.l.moueor.C.ſi ſeruus exporta.væneat:vbi Bart.
10 annotauit,† talem quem præſumi,qualem habitus eum indi-
11 cet.Quod tamen † diximus de clerico incedente in habitu & tonſura, intelligitur de clerico illius regionis: Secus ſi eſſet exterus: Nam tunc non ſufficit habitus,& vt talis pręſumatur: ſed requiruntur literæ ſuæ promotionis.Ita Boër.q.171.num. 13.& Gramma.in deciſ.81.in fin.

12 Declaratur ſecũdò,vt † nõ procedat prædicta extẽſio quò ad excuſandum à delicto: Sicuti dicimus,à pœna excõmunicationis excuſari illum,qui percuſſit clericum repertũ in habitu laicali.Abb.in c.vt famæ.de ſent.excom.Bald.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.& cler.Ita etiã dicimus,virginem
13 † repertam in habitu meretricio præſumi meretricẽ, & ob id qui eam corrupit,nõ punitur pœna ſtupri, vel alia pœna,qua ſolet puniri ille,qui iniuriã virgini infert.l.item apud Labeonẽ.§.ſi quis virgines.ff.de iniuriis. qua de re diximus ſupra in
14 præſum.65.Et accedit † tex.in l.ſi ignorans.ff.locati, cùm dixit iuriſcon.non contẽpſit diſciplinã, qui ignorauit militem.

15 Huc facit quod † ſcripſit Alber.in Tract.ſtatuto, parte 1. q.43.Cùm dixit, excuſari eum, qui familiam prætoris incedentem ſine inſigniis,verberauit.

16 Ita † etiam(ait Alber.)excuſatur cõtendens cum Rectore Gymnaſij quãdo caret inſigniis.Cæterùm rectè & doctè ſcribit Didac.Couuar.lib.1.varia.reſolu.c.14.nu.2. excuſari quidem hunc à pœna ordinaria,non autem ab extraordinaria.

17 Declaratur tertiò prædicta † præſumptio,vt locum nõ habeat in eo,qui diu ſtetit in quaſi poſſeſſione clericatus,in beneficio etiam curato. Nam tũc ille præſumitur clericus & habet intentionem ſuam fundatam.Ita Spec.in tit.de pręſum.§. 1.in fin.Hoſt.Butr.& Abb.in c.illud.de præſump.Bal.in l.ſiue poſſidetis.in 4.oppoſ.C.de probat.Lapus alleg.89.Bellemera in concl.645. Barb.in conſ.26.col.4.lib.2. Abb.in c.ſicut de re iud.& ibid.Felin.nu.20. idem in conſ.2.nu.28. Alex.in conſ.184.nu.7.lib.7.Decius in c.1.nu.17.verſ.finaliter.de fide inſtr.& in conſ.118.nu.2.& Craue.in Tract.de antiq.temp. in 1.part.tertiæ partis princ.nu.32.qui poſt Rotam,quam al-
18 legat, ſcripſit, promotionem † ad ordines ſacros præſumi, quando tanquam promotus diu ſeruiuit in beneficio idem Crauet.in conſ.134.num.44. & Gomeſ.in regula cancellariæ de annali poſſeſſore.q.58.verſ.nec obſtat.

19 Huc † pertinet quod ſcripſit Bal.in l.2.nu.75. C.de ſeruit. & aqua, quod ille, qui diu eſt in quaſi poſſeſſione prælaturæ, prælatus præſumitur,& Imola in c.dilecto.nu.13.de præben.

20 Huc facit quod † tradit Archid.in c.contra morem,diſtin. 100.Cùm dixit,canonicum pręſumi illum, qui diu in ſtallo & choro cum aliis eſt. Idem ſcripſit Lucas de Penna in l. 3. in præſumpt.55.C.de apochis publ.lib.10.

21 Huc etiam pertinet † quod tradit Inn.in c.ſuper his.de accuſ.& cum eo Feli.ibid.& idẽ Fel.in c.illud.nu.5.de præſum. & in c.olim.nu.2. de litis conteſt.ac etiam in conſ.2.nu.29.& Alex.in conſ.219.num.25.in fi.lib.6.cùm dixerunt, illum qui diu ſeruiuit in eccleſia tanquam ſubdiaconus, vel ad alios ordines promotus præſumi talem.

22 Ita pariter dicimus,† monialem præſumi ſui ſuperioris licentia tranſiuiſſe ab vno monaſterio ad aliud, quando diu eſt in quaſi poſſ.noui monaſterij ingreſſi. Ita Socin.Sen.in conſ. 270.colum.3.lib.2.Et ſimile ſcripſi ſupra lib.2.præſump.78. nu.9.cum dixi,Notarium præſumi illum,qui diu ſe geſſit pro tali.Et ibidem alia ſimilia retuli.

23 Hæc tamen declaratio † procedit, quò ad hoc,vt iſte, qui in hac quaſi poſſeſſione reperitur,in ea manuteneatur, vel ſi eſt reus conuentus abſoluatur à iudicio, actore nil probante. Non tamen prodeſt,quò ad hoc, vt ſi agit ipſe,ei adiudicetur beneficium:Cum tũc neceſſe ſit,quod de clericatu cõſtet per ſcripturam,vel per teſtes:aliàs beneficium ſibi,vt capaci, adiudicari non poteſt.Bald.in c.dudũ.il primo,col.vlt.de elect. Rebuff.in Tract.Nominationum.q.22.n.13.Craue.in Tract. de antiq.temp.in 1.partic.3.partis princ.nu.33.& in conſ.134.
24 nu.40.& Boër.in q.171.nu.13.Prætereà † prędicta declaratio locum non habet, quando clarè conſtaret de vitioſo ingreſſu.Nam tũc præſumptio ducta à quaſi poſſeſſ.diuturna ceſſat. Ita Soc.Sen.in conſ.270.col.2.lib.2.poſt Abb.& alios, quos commemorat.Idem ſenſit Bald.in l.2.num.73.C.de ſeruit.& aqua.Ita etiam loquitur Imol.in c.dilecto.nu.13.de præben.

## PRÆSVMPT. LXXVII.

Præſentatio ad beneficium,& beneficij acceptatio an & quando præſumantur factæ intra tempus à lege præſtitutum.

### SVMMARIVM.

*1 Præſentatio ad beneficium,& eius beneficij acceptatio an & quando præſumatur facta intra tempus à lege præſtitutum.*
*Quòd intra tempus à lege conceſſum præſumitur facta,quando patronus, qui præſentauit, nullum habet aduerſarium, qui eius præſentationem habentem debitam formam impugnet.nu.2.*
*3 Negligens nemo præſumitur,præſertim quando agitur de commodo & lucro.*
*4 Præſentatio ad beneficiũ præſumitur debito tempore facta, quando patronus præſentans habet contradicentem, & præſentatio ipſa iam fuit admiſſa ab ordinario.*
*Non præſumitur autem facta intra debitum tempus, quando patrõnus habet contradicentem, & præſentatio non fuit ab ordinario admiſſa expreſſa cauſa.nu.5.*
*Et quid ſi non fuit admiſſa ab ordinario,expreſſa alia cauſa reiectionis, quam cauſa, quòd præſentatio non fuerit facta intra debitum tempus.nu.6.*
*7 Expreſſio vnius cauſæ eſt alterius excluſio.*
*8 Iudex infirmans ſententiam in vno articulo cenſetur in altero confirmare.*
*9 Præſentatio an præſumatur intra debitum tempus facta, ſi patronus habet contradicentem, & præſentatio non fuit admiſſa, nulla expreſſa cauſa ipſius reiectionis.*
*Declara,vt num.14.*
*10 Patronus aſſerens intra debitũ tempus præſentaſſe, probare debet.*
*11 Actum facere ſi quis tenetur intra certum tempus, probare tenetur id obſeruaſſe.*
*12 Beneficium acceptans tenetur probare ſe intra debitum tempus acceptaſſe.*
*13 Bonorum poſſeſſor probare debet ſe intra debitum tempus agnouiſſe ipſam bonorum poſſeſſionem.*

1 ESt ſatis congruus † hic locus, vt diſſeramus, an & quando præſentatio patroni ad beneficium, & eius beneficij acceptatio facta pręſumatur intra tempus à lege pręſtitutum? Diſtinguendi ſunt aliquot caſus meliore ordine quàm diſtinxerit Lambertinus in Tract.de iure patro. lib.2.parte 2. in 25.art.1.quæſt.princip.num.7. & 8. quem in multis ſecutus eſt Maſcardus in concl.1217.

2 Primus eſt caſus, quando † patronus, cui præſentauit nullum habet aduerſarium, qui eius pręſentationem habentem debitam formam impugnet.Hoc ſane caſu,præſentatio præſumitur facta intra tempus à lege pręſtitutum.Ita ſenſit Lambertinus in d.arti.25.num.7. poſt Geminia.in c.vt circa.§.1.
3 col.6.verſic.ex his nota.de electio.Et huius ſententiæ † ea eſt ratio,quia nemo pręſumitur negligens,pręſertim quãdo agitur de commodo & lucro, arg.l. ſi defunctus.C. arbitr.tutel. iuncta.l.cum de indebito.ff.de probat.Et hãc rationem conſiderauit Rota in deciſ.3. in tit. de conceſſio. præb. in nouis, dum de acceptatione beneficij, & electionis factę loquitur.



4 Secundus eſt caſus,quando † patronus,qui pręſentauit,habet contradicentem, & præſentatio ipſa iam fuit admiſſa ab ordinario, qui pręſentatum inſtituit. Hoc caſu pręſumitur, pręſentationem fuiſſe intra debitum tempus facta. Ita Lambertinus in d.artic.25.nu.8.verſ.2. verò caſu.poſt Rot.in deciſ.91.in tit.de accept.in antiq. & Rochum Curt.in Tract.de iure patro.in verbo,honorificum.q.49.

Ea eſt ratio huius traditionis;quia pręſumptio ſtat pro ordinario, qui nõ admiſiſſet pręſentationem nec inſtitutionem conceſſiſſet, ſi pręſentatio extrà tempus facta fuiſſet: ſicuti docuit Innocentius in cap. quia in cunctis, de conceſſ. præben. libr.6. Et confert quod diximus in præcedenti præſumptione in tertia declaratione,clericum beneficij poſſeſſorem præſumi promotum ad ordines,quos beneficium illud requirit:quia alioqui ordinarius & viſitatores paſſi non fuiſſent illum retinere beneficium ſine ordinib.neceſſariis.

5 Tertius eſt caſus,quando † patronus, qui præſentauit,habet contradicentem;& pręſentatio ipſa non fuit ab ordinario admiſſa,ſed reiecta, expreſſa cauſa: quia intra debitum tempus præſentatio non fuit facta: cui quidem reiectioni non contradixit,ſed tacuit ipſe patronus.Hoc ſanè caſu,qui clarus eſt,non præſumitur præſentatio facta intra debitum tempus. Ita Lambert.in d.art.25.num.7.verſ.primo caſu.

Eſt ratio,quia illa reiectio præſentationis eſt quędam ſententia diffinitiua, ſeu vim diffinitiuæ obtinens, ex quo ſecum trahit executionem, atque ita alia ſententia non expectatur: vt ſimili in caſu egregiè ſcripſit Bart.in l.creditori.§.vlt.nu.7. ff.de oper.noui nunc.cùm dixit,interlocutoriam,qua capitula probatoria fuerunt reiecta, trahere ſecum executionem,& propterea ab ea appellandum eſſe. Cùm ergo noſtro in caſu nec patronus, qui præſentauit, nec clericus ille præſentatus appellauerint à reiectione hac, ſequitur dicendum, ipſi reiectioni acquieuiſſe, præſumitur ergo non debito tempore facta præſentatio.

6 Quartus eſt † caſus, quando patronus,qui præſentauit,habet contradicentem, & præſentatio ipſa non fuit admiſſa,ſed reiecta ab ordinario,expreſſa alia reiectionis cauſa,quàm cauſa, quod præſentatio non fuerit facta intra debitum tempus. Hoc ſanè caſu præſumitur facta præſentatio intra debitum tempus. Ita Lambert.in d.art.25.nu.7.verſ.ſi verò per haben-
7 tem. Ea ratione viſus eſt vti Lambert.quia † expreſſio atque ita incluſio vnius cauſę eſt excluſio alterius,iuxta.l.cum Prætor.§.1.ff.de iudic.& c.nonne.de pręſum.ſic ſimili in caſu(in-
8 quit † Lambert.) ſcripſit Innoc.in c. dilecti. de appel.iudicem infirmantem ſententiam in vno articulo cenſeri confirmare in altero. Et Innoc.ſecuti ſunt Rota in deciſ.22.de appell.in antiq. & Fely. in cap.cum inter col.6. verſ.7. fallit,de ſenten.& re iud.

9 Quintus eſt caſus,quando † patronus,qui præſentauit habet contradicentem:& præſentatio ipſa non fuit admiſſa, ſed reiecta ab ordinario, nulla expreſſa cauſa ipſius reiectionis. Hoc in caſu ſumi non poteſt præſumptio, quod præſentatio facta fuerit à patrono intra debitum tempus. Ita Lambertin. in d.art.25.nu.7.verſ.ſi verò indiſtinctè, qui ſic intellexit loqui & Rochum Curtium in d.q.49.& Rotam, quam recenſet,eſt ſanè Rota in deciſ.12.in tit.de iure patronatus in antiquis,& idem ſenſit Hyeron. Gabriel in conſ.185.nu.11.lib.2.

10 Eſt ratio,quia † patronatus aſſerens ſe intra debitum tempus pręſentaſſe,probare debet.

11 Cùm ille,qui † tenetur facere actum intra certum tempus tanquam deducens ſolemnitatem quandam probare teneatur,id obſeruaſſe,ſicuti dicimus eum,qui appellauit à ſententia contra ſe lata, probare debere, appellaſſe intra tempus, nempè decendium à iure pręſtitutum: cum non pręſumatur ſic appellaſſe.Ita copioſè ſcripſi ſupra li.2.in pręſum.95.n.3.

12 Ita etiam dicimus, † eum, qui acceptauit beneficium, debere probare, ſe intra debitum tempus acceptaſſe vt ſæpius decidit Rota in deciſ.3.de conceſſ.præb.in nouis, in deciſi. 24.tit.de probatio.& in deciſ.13. de conceſſ. pręben.in antiquis.Bellemera in concl.349.ſicut pręſumitur,& idem tradit Tiraq.in Tract.de retractu conſang.§.1.glo.16.n.8.Sic pariter diximus ſupra lib.4. pręſum.104.Bonorũ poſſeſſorẽ pro-
13 bare † debere ſe intra debitũ tẽpus agnouiſſe ipſam bon.poſſ.

Nec in caſu noſtro quidquam operatur illa ordinarij reiectio:quia cum(vt dixit Lambertin.)nullã reiectionis cauſam expreſſerit,dici nõ poteſt,reieciſſe ob id, quod patronus non præſentauerit intra debitum tempus: Cùm alia de cauſa reiicere potuerit.

14 Declaratur hic † caſus, vt locum habeat, quando conſtat patronum ſciuiſſe beneficium patronatum vacaſſe illo tempore,ſecus ſi nõ conſtat de ſciẽtia.Nã tunc pręſumitur ignorantia principij vacationis,& conſequenter præſumitur præſentaſſe intra debitum tẽpus. Ita declarat Hieron.Gabriel in d.conſ.185.nu.11.lib.2.ex ſententia Bellemeræ in concl.349. Sicut præſumitur. Qui quidem ſic de acceptione beneficij deciſum fuiſſe teſtatur à Rota Romana.

## PRÆSVMPT. LXXVIII.

Beneficij renunciatio, vel permutatio an & quando in fraudem, expectantis præſertim, facta præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Beneficij permutatio vel renunciatio an & quando præſumatur facta in fraudem expectantis.*
*Quòd ſi eſt facta auctoritate ſuperioris, & de nullius præiudicio agitur,non præſumitur fraude facta.nu.2.*
*3 Fraus non præſumitur,niſi probetur.*
*4 Superioris auctoritas interpoſita omnẽ ſuſpicionẽ tollit & purgat.*
*5 Beneficij permutatio vel renunciatio nõ præſumitur facta in fraudem expectãtis,quando auctoritas ſuperioris interuenit, etiam ſi adſit expectans non quidem primum vacaturum, ſed ſimpliciter vacaturum.*
*Idem quando facta fuit ſuperioris auctoritate qui ſciuit adeſſe expectantem primum vacaturum,& ſciuit qualitates & conditiones perſonarum permutantium & renunciantis,ac etiam ipſorum beneficiorum.nu.6.*
*Quid ſi ſuperior ignorauit adeſſe expectantem primum vacaturum, necnon ignorauit qualitates beneficiorum & perſonarũ permutantium & renuntiantis.nu.7.*
*8 Beneficij permutatio vel renunciatio in fraudem facta cenſetur.ſi renuncians ipſe habet beneficium tenue,& ei renũciat, vt præcludat viam expectanti ad obtinendum aliud beneficium pingue de proximo vacaturum.*
*Idẽ ſi obtinens pingue beneficiũ graui infirmitate laborat, & beneficiũ ſuum permutat cũ eo,qui tenue beneficiũ obtinet.nu.9.*
*Intellige,quòd tria concurrant,vt nu.10.*
*Idem ſi permutatio facta ſit ab eo,qui eſt ſenio confectus, & permutauit cum adoleſcente ſanguine coniuncto.nu.11.*
*12 Beneficij permutatio aliquod onus habentis facta à ſene cum alio beneficio carente onere,licet ſit magis tenue,fraudis ſuſpicione caret.*
*13 Beneficij permutatio facta cum tenuiori tempore peſtis ſuſpicionem fraudis habet,etiam ſi renuncians ſit ſanus.*
*Idẽ quando renuncians habet cum expectante inimicitiã,& ob id renunciat,licet non ſperet aliud pingue ſibi conferri.nu.14.*
*15 Beneficij permutatio fraudis ſuſpicione caret, quãdo aliqua qualitas,quæ adiecta eſt beneficio pingui vel tenui operatur æqualitatem.*
*16 Beneficij permutatio vel renunciatio ſi facta eſt clam & ſecreto, in fraudem expectantis facta præſumitur.*
*Idem quando factæ fuerunt multæ reſignationes.nu.17.*
*Idẽ quando reſignans dicit, promiſſiones ſibi factæ adimpleri.n.18*
*Idẽ quando ſubditus collatori renunciat beneficiũ tenue.nu.19.*

1 POSTQVAM † de præſumptionibus & cõiecturis,quę circa beneficialia verſãtur,diſſerere cæpimus, adiungam & hic egregiam illam diſceptationem, an & quando beneficij permutatio,vel renunciatio in fraudẽ alicuius præſertim expectantis facta præſumatur? Qua quidem de re multa perplexè ſcripſerũt Io. de Selua in Tract.de beneficio parte 3.q.18. Petrus Rebuffus in commentariis ad cõcordata Regis Galliarum,in tit.de Collationib.§.volumus, in verbo, vacantia, & omnium perplexiùs Ioſeph.Maſcardus in Tract. de probationib.in conclu.1170. Exiſtimo ego ſic eſſe diſtinguendos aliquot caſus,quibus tota hæc tractatio clara & manifeſta ſatis reddi poteſt.

2 Primus † eſt caſus,quãdo facta eſt renunciatio,vel permutatio beneficij auctoritate ſuperioris putà Pontificis, vel ordinarij

dinarij : & de nullius præiudicio agitur, quippè nullius adeſt expectans primum vacaturum. Hoc in caſu, qui clarus eſt, renunciatio, vel permutatio non præſumitur fraude facta. Ita à ſenſu contrario probat. c.2. de renuncia. in 6. Cũ enim permutare beneficia permiſſum ſit, accedẽte ſuperioris auctoritate. c. ad quæſt. cum duob. ſeq. de rerum permuta. & clem. 1. eod. tit. & reſpondit Dec. in conſ. 210. nu. 3. verſ. & licèt : ſequitur dicendum, permutationem ſic factam non præſumi fraude.

3 Eſt ratio, quia fraus † non præſumitur vt ſcripſi in precęd. lib. in 3. præſumpt. Et in ſpecie hanc rationem conſiderarunt Anch. in conſ. 385. nu. 4. & Philip. Probus in addit. ad Io. Monach. c. 2. nu. 28. de renuncia. in 6. Et accedit, quod præſumptio ſtat pro ipſa permutatione, quã ſua auctoritate non confirmaſſet ſuperior, ſi fraude factam vidiſſet. Auctoritas enim
4 † ſuperioris interpoſita ſuſpicionem tollit & purgat. l. furti. §. qui iuſſu. ff. de iis, qui notan. infamia, & in ſpecie ſic reſponderunt Anch. in conſil. 388. num. 5. & Gammarus in Tract. de permut. benef. num. 20.

5 Secundus eſt caſus, quando † facta eſt renuntiatio, vel permutatio beneficij auctoritate ſuperioris : & aderat expectans non quidem primum vacaturum : ſed ſimpliciter vacaturum. Hoc etiam caſu renuntiatio, vel permutatio non præſumitur tur facta in fraudem illius expectantis. Ita egregie reſpondit Anch. in conſ. 388. nu. 4. qui ſic declarat. c. 2. de renuncia. in 6. de quo dicemus in caſu ſubſequẽti. Cùm enim quis habet expectatiuam ſimplicem, hoc eſt ad beneficium vacaturũ, quod duxerit acceptandum, eius gratia & ius non tollitur in totum: vt tollitur in caſu. d. c. 2. ſed ſolùm tollitur quò ad hoc beneficium permutatum : & propterea licet non conſequatur hoc, attamen poterit conſequi aliud proximè vacaturũ, quod fortè (vt dixit Anch.) erit pinguius. Et Anch. ſecuti ſunt Fel. in c. quia veroſimile. nu. 1. in fi. de præſum. & Philip. Probus in addit. ad Io. Monach. in d. cap. 2. nu. 5 de renuncia. in 6.

6 Tertius eſt caſus, quando † facta eſt renunciatio, vel permutatio beneficij auctoritate ſuperioris, qui ſciuit adeſſe expectantem primum vacaturum : Sciuit etiam qualitates conditionéſque perſonarum permutantium, vel renuntiantis : ac etiam ipſorum beneficiorum. Hoc etiã caſu nulla fraus præſumitur. Ita in ſpecie ſcripſerunt Oldr. in conſ. 324. nu. 7. Philip. Probus in addit. ad Io. Monach. in d. c. 2. nu. 12. de renuntia. in 6. & Rebuff. in cõment. ad cõcordata Regis Galliarũ, in tit. de collat. §. volumus in verb. vacãtia, ver. quęro quomodo.

Eſt ratio, quia ille ſuperior, hoc eſt Põtifex, vel ordinarius noluit locum eſſe pro tunc illi expectatiuæ. Et propterea expectans ille non poteſt conqueri & allegare fraudem, quæ ob ſuperioris ſcientiam, & interpoſitam auctoritatem non præſumitur, ſicuti diximus ſupra.

7 Quartus eſt caſus, quando † facta eſt beneficij renunciatio, vel permutatio auctoritate ſuperioris, qui tamen ignorauit adeſſe expectantem: primum vacaturum : ignorauit etiam qualitates beneficiorum, & perſonarum permutantium, vel renunciantis.

Hoc caſu fraus præſumitur, ſi concurrunt aliquæ coniecturæ. Ita Oldr. in d. conſ. 324. n. 7. & Pariſ. in cõſ. 130. n. 14. lib. 4.

8 Prima eſt † coniectura, quæ conſiderari poteſt in renuntiante, vt ſi obtinens beneficiũ tenue, ei renũciat, vt pręcludat viam expectanti ad obtinendum aliud beneficium pingue de proximo vacaturũ: Hic eſt caſus. c. 2. de renuntia. in 6. is enim, cui prouiſum fuit de beneficio primo vacaturo, acceptare debet illud, quod vacabit priore loco, ſiue tenue, ſiue pingue ſit: Cum prouiſio ad primum vacaturum limitata dicatur. Si ergo habens beneficium tenue renuntiauit eo tempore, quo videbat alium habentem beneficium pingue eſſe graui morbo oppreſſum, vt præcludat (ſicut dixi) viam expectanti: Et deinde hoc pingue vacatum ſibi collatum fuit: fraus huius renuntiantis præſumitur. Et propterea auferri ab eo debet beneficium, & tradi illi expectanti, eo dimittente illud tenue etiam ſi acceptauit. d. cap. 2. de renuntia. in 6. Et coniecturam hanc ſic etiam declarat Bald. in c. dudum. il 2. col. 2. de elect. & Rebuff. in comment. ad Concordata Regis Galliarum. in tit. de Collationibus. §. volumus. in verbo, vacãtia. verſ. decima coniectura. Idem ſenſit Pariſ. in conſ. 139. nu. 5. lib. 4.

9 Secunda eſt † cõiectura fraudis, quæ verſatur circa permutationem beneficij in detrimentum expectantis primũ vacaturum: vt ſi obtinens pingue beneficiũ graui infirmitate laborat, & beneficiũ ſuũ permutat cum eo qui tenue beneficium obtinet. Hic fraude præſumitur facta permutatio, vt ſcilicet is expectans conſequatur beneficium hoc tenue vacaturũ per mortem illius infirmi. Hanc coniecturã facit Ancha. in conſ. 385. nu. 6. in fi. quem ſecuti ſunt Barb. in c. in pręſentia. nu. 38. de probatio. & Rebuff. in cõment. ad concordata Regis Galliarum. in tit. de collat. §. volumus, in verbo, Vacãtia verſ. prima eſt, quando, qui quidem recenſet eundem Anch. in conſ. 388. col. 2. & Craue. in conſ. 82. nu. 3. Verùm, ſi diligenter perpendatur Anch. in d. conſ. 388. nu. 5. non admittit hanc coniecturam hoc in caſu, quando ſcilicet, infirmus permutat beneficium ſuũ pingue cum tenui: ſed adiungit, cõcurrere debere quod permutatio facta fuerit cũ conſanguineo, vel valdè amico: Sicuti etiã loquitur Craue. in d. conſ. 82. nu. 3. & 4. Et propterea ſecunda & tertia coniecturæ poſtmodum conſideratæ
10 à Rebuffo cum hac prima coniungendæ † ſunt. Atq; ita tria debent hic concurrere, quod permutatio facta ſit à grauiter infirmo, quod beneficium datum ſit pinguius accepto, & tertiò quod permutatio facta ſit cum ſanguine cõiuncto, vel valdè amico. Et tria hæc concurrere debere manifeſtè ſenſerunt Io. de Selua in Tract. de benef. in 3. part. q. 47. & alij, quos refert & ſequitur Gomeſ. in reg. cancel. De infirmis reſignantibus q. 19. qui manifeſte dixit, nõ ſufficere permutationẽ fuiſſe factam ab infirmo, ſed requiri beneficiorũ inæqualitatem. Et manifeſtius idem ſcripſerunt poſt alios Fel. in c. quia veriſimile. nu. 1. de præſumpt. Philip. Probus in addit. ad Io. Monach. in d. c. 2. nu. 15 & nu. 18. in fin. de renuntia. in 6. & Pariſ. in conſil. 130. nu. 4. lib. 4. Idem ſenſit Rota in deciſ. 2. de præſumpt. in antiquis. Sic & Bellemera in concluſ. 344.

11 Extenditur primo hæc † coniectura, vt locum etiã habeat in permutatione facta ab eo, qui eſt ſenio cõfectus, & permutauit cum adoleſcente, ſanguine ſcilicet coniuncto, vel valdè amico. Nam idem de Sene quod de infirmo exiſtimant in his terminis Rebuffus præcitato in loco. verſ. ſexta eſt, & Philip. Probus in addit. ad Io. Monach. in d. c. 2. nu. 11. de renuntia. in 6. & idem decidit Rota Romana, vt refert Thomas Faſtoli in cauſa ſexta in 22. dubio.

Et confirmatur horum traditio ex his, quæ diximus ſupra in præſumpt. 46. vbi de Senibus aliqua explicauimus.

Cæterùm prædictis repugnat quod tradit Gomeſ. in dicta regula Cancellarię, De infirmis reſignantibus, in q. 7. cùm dixit, regulam illam locum non habere in ſenibus, qui ægroti & infirmi dici nõ poſſunt. Diſtingui poteſt, inter ſenes valdè ſenio confectos, quales ſunt decrepiti, & ſenes, qui ſenium tũc ingreſſi quodãmodo ſunt, ſicuti ſenſit Gomeſ. in d. q. 7. in fin. & diximus ſupra in præſump. 46. Non repeto iam dicta. Hæc tamen extenſio locũ nõ habet, quãdo beneficium pingue ha-
12 bet † annexum graue aliquod onus, puta curam animarum, quam ob ſenium ferre non poteſt permutans: & aliud beneficium tenue acceptum caret hoc onere: atque ita ſimplex eſt. Nam tunc fraudis ſuſpicio ceſſat. Ita Rebuffus in loco ſupra allegato. verſ. ſecundò vitatur.

13 Extenditur † ſecundo, vt locũ habeat hæc cõiectura etiam in eo, qui ſanus quidem eſt, ſed tempore peſtis & in loco vbi ſæuit peſtis ipſa permutat beneficium pingue cum tenui. Ita de renuntiatione tradit Rebuff. in loco ſupra alleg. ver. ſeptima quando. Qui ex ſententia Boër. in q. 206. idem eſſe dixit, quando quis ſtatim condẽnandus renũtiaret atq; reſignaret.

14 Extenditur † tertiò, vt locum habeat etiam quando ſanus ob inimicitiam, quam habet cum expectante renuntiat beneficium ſuum, & ſi non ſperat aliud pingue ſibi conferri.

Nam adhuc fraus pręſumitur facta contra expectantem. Ita Rebuffus pędicto in loco. verſ. vndecima eſt.

15 Declaratur primò † hęc coniectura, vt locum non habeat, quando aliqua qualitas, quæ adiecta eſt beneficio pingui, vel tenui, efficit & operatur æqualitatem : ſicuti quando obtinens beneficium opimum & pingue non poterat morari in loco ob inimicos: vel ob aëris intemperiem: vel quia beneficiũ tenue erat in patria cedentis: beneficiũ verò opimum non: vel ſi beneficiũ tenue fuit diu poſſeſſum per illos de conſanguinitate, vel familia vel per eos fundatũ: vel ſi beneficium tenue eſt in ciuitate: opimũ verò & pingue eſt ruri : vel demũ ſi beneficium tenue habebat dignitatẽ: & is, qui habebat pingue erat nobilis & diues, qui dignitatẽ pluris faciebat quàm habere pingue illud beneficium. Ita declarat Rebuff. in loco



ſuprà citato. verſicul. ſecundò vitatur, vſque ad verſ. octauo, qui ſeptem coniecturas diſtinxit, quæ tamen ſub vna hac declaratione complecti poterant, & illa quidem omnia ferè deſumptio à Philip. Probo in d. c. 2. nu. 15. & 16. de renun. in 6.

Cæterùm erit aduertendum, quomodo hæc declaratio ſeu hæ coniecturæ, conueniant caſui noſtro, nẽpè quomodo permutantes ſe excuſare poſſunt, vt Rebuffus excuſari voluit, ne videantur permutaſſe in detrimentum expectantis. Quandoquidem conſiderari non poteſt, quod obtinens beneficium pingue, ſi valdè infirmus eſt, vel iam maximè ſenex, voluerit permutare ob prædictas cauſas quæ in eo verificari nequeũt.

16 Tertia eſt coniectura, quando † permutatio, vel renuntiatio facta fuit clam & ſecreto. Nam tunc fraus præſumitur. Ita poſt Barba. in conſ. 90. col. 3. lib. 4. ſcripſit Rebuffus in loco ſuprà citato. verſic. Quinta quandò. Et accedit quod ſcripſi in libro præcedenti, in præſum. 3. nu. 107. cum dixi, dolũ & fraudem præſumi actu clam & ſecreto facto.

17 Quarta eſt coniectura † in renuntiatione beneficij, quãdo factæ fuerunt multæ reſignationes. Hæc enim multiplicitas cõiecturam facit renuntiantem ipſum voluiſſe omninò fraudare expectantem: Ita Rebuf. in loco ſuprà alleg. verſ. 8. coniectura. Qui cõprobat eo ſimili, quo dicimus, ex multis clauſulis appoſitis in contractu in fauorem vſurarij coniecturam ſumi, contractum eſſe fæneratitium: ſicuti tradunt Cardinalis & Cæpolla à Rebuffo allegati, & accedunt multi, quos congeſſi ſuprà in lib. 3. præſum. 122. nu. 79.

18 Quinta eſt coniectuta, † quando reſignantis dicit, promiſſiones ſibi factas adimpleri. Hic enim actus coniecturam facit, quod ille non intendebat verè reſignare, niſi mediantibus illis promiſſionibus. Et propterea reſignatio præſumirur Simoniaca. Ita poſt Barba. in d. conſ. 60 col. 3. lib, 4 ſcripſit Rebuffus in loco ſuprà allegato. verſ. nona eſt coniectura. Idem reſpondit Pariſius in conſ. 130. nu. 10. lib. 4.

19 Sexta eſt † coniectura, quando ſubditus collatoris renuntiat beneficium tenue. Hoc enim præſumitur factum in fraudem expectantis primum vacaturum ſuaſionibus ipſius Collatoris, etiam ſi nullus ſit infirmus. Ita Rebuffus in loco ſuprà commemorato. verſ. vltima coniectura. Qui refert cautelam, qua expectans euitare poterit fraudem hanc.

## PRÆSVMPT. LXXIX.

### Eccleſia quando ſolenniter conſtructa & dotata præſumatur,

### SVMMARIVM.

1 *Eccleſia vel oratorium non poſſunt ædificari ſine Epiſcopi licentia ex conſt. Impp.*
2 *Et quando præſumatur auctoritate Epiſcopi conſtructa Eccleſia. nu. 2. & per tot.*
3 *Eccleſia quando iamdiu habet campanas, altaria & his ſimilia, auctoritate Epiſcopi conſtructa cenſetur.*

1 CONSTITVIT † Iuſtinianus in Authen. vt nullus fabricet Eccleſiam domumq; oratoriã ſine Epiſcopi licentia: tantumque ei conferat quantum ſacerdos, qui eius habiturus eſt curã,
2 viuere inde poſſit. Non enim pręſumitur † Eccleſia ſic ædificata ab ędificatore dotata: ſicuti ea adductus conſtitutione ſcripſit Lucas à Penna in l. 3. in præſumpt. 68. C. de apochis publ. lib. 10.

3 Cæterùm † quando Eccleſia iam diu habet cãpanas, altaria, & his ſimilia præſumitur auctoritate Epiſcopi conſtructa. Ita gl. in clem. quia contingit. de relig. dom. Fede. de Senis in conſ. 130. & Archid. in c. nemo. de conſecr. diſt. 1. qui quidem & illud annotauit, quod ſi locus eſt in forma Eccleſiæ, & ibi per ſacerdotes publicè celebratur, præſumitur id auctoritate Epiſcopi factum. Idem ſcripſerũt Rom. in l. ſciendum. nu. 30. ff. de verb. obl. Barb. in c. requiſiſti. nu. 29. ver. ſed pulchra eſt. de teſta. & in conſ. 1. col. 5. lib. 4. & Feli. in conſ. 2. nu. 22.

## PRÆSVMPT. LXXX.

### Vnio Eccleſiarum quando præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Eccleſias vel præbendas vnire odioſum eſt, & ideò vnio non præſumitur, ſed ab eo probari debet, qui eam aſſerit factam.*
2 *Eccleſiarum vnio præſumitur, quando aſſeritur facta vnio duarum Eccleſiarũ ob paupertatem & inopiam ipſarum, quæ apparet.*
*Idem quando iam diu vnio obſeruata eſt. nu. 3.*
*Et ſolennitas in vnione curſu temporis adhibita præſumitur. n. 4.*
*Et quod tempus requiratur. nu. 5.*
6 *Eccleſia vna an ſit alteri vnita acceſſoriè vel principaliter ſi dubitatur, recurritur ad coniecturas.*
*Idem de beneficio alteri vnito. ibid.*
7 *Villa vna quando præſumatur alteri vnita. remiſſ.*

1 CVM Eccleſias, † vel præbendas vnire odioſum ſit, & quid facti, ea propter vnio non præſumitur, ſed probari debet ab eo, qui factam aſſerit. Ita reſponderunt Alex. in conſ. 70. col. 1. lib. 3. Decius in conſ. 233. col. 2. Felinus in conſ. 2. nu. 22. & Ripa in reſp. 1. nu. 8. tit. de legib.

2 Declaratur primò hæc † præſumptio, vt non procedat, quando aſſeritur facta vnio duarum Eccleſiarum, de quarum paupertate & inopia apparet. Nam tunc facta præſumitur. Ita reſpondit Feli. in conſ. 2. nu. 23. Et vnionem coniecturis probari affirmauit idem Feli. in c. tranſlato. nu. 6. in fi. de conſti.

3 Declaratur † ſecundò, vt locum non habeat, quando iam diu vnio obſeruata eſt. Nam tunc præſumitur. Ita reſponderunt Oldr. in conſ. 296. nu. 2. Anch. in conſ. 162. in fi. Calcan. in conſ. 34. nu. 4. & alij, quos infrà commemorabo. Et hæc quids pręſumptio procedit tam reſpectu ipſius ſubſtãtiæ actus nẽpè
4 vnionis quàm ſolennitatis. Nã † & ſolennitas in vnione curſu tẽporis adhibita præſumitur. Roma. in conſ. 275. Alc. in conſ. 219. n. 13. li. 6. Feli. in c. ſicut. n. 29. in fi. de ſent. & re iud. in cõſ. 2. n. 23. Afflictus in deciſ. 368. n. 4. Lofredus in conſ. 40. Crau. in Tract. de antiq. tẽp. in 1. particula 3. partis principalis. n. 40.

5 Cæterùm hac † in re dubitant Doct. quod tẽpus hic requiratur. Receptior & verior eſt opinio eorum, qui ſcripſerunt, requiri tẽpus immemoriale. Ita Io. Andr. in c. qui contra. de reg. iuris. in 6. Oldr. in d. conſ. 296. nu. 3. Rota in deciſ. 9. & 10. tit. de reb Eccl. non alie. in antiq. Alex. in conſ. 70. nu. 3. lib. 3. Feli. in conſ. 2. nu. 26. & Rebuf. in praxi beneficior. in regula, De vnionib. in gl. 9. in fi. reiecta opinione Cardin. in c. 1. q. 20. de ſup. neg. præla. Caſſane. in conſ. 10. col. 1. & Boer. q. 345. qui opinati ſunt ſufficere curſum 40. anno. ac etiã reiecta opinione Feli. in c. ex parte. col. 1. de teſtib. & in c. cauſam. col. 2. de pręſcrip. Iaſ. in l. ſciendum. col. 6. de verb. obl. qui ſcripſerunt, ſufficere curſum triginta annorum.

6 Cùm verò dubitatur, an † vna Eccleſia, vel beneficium ſit alteri vnitum principaliter, vel acceſſoriè, recurritur ad coniecturas. Ancha. in conſ. 114. in fi. Nam ex pręeminẽtiis, ex donatione, ex reſidentia in altero, & ex fama id coniici poſſe dicebat Ancharanus. Et illum ſecutus eſt Feli. in c. tranſlato. nu. 6. in fine. de conſtit.

7 Quando autem vna villa † alteri præſumatur vnita, & latè explicat Calcane. in conſ. 34.

## PRÆSVMT. LXXXI.

### Vxoratus quando præſumatur legitimè ingreſſus religionem.

### SVMMARIVM.

1 *Coniugatus non poteſt de iure ab vxore recedere & ingredi religione, niſi ambo mutuo conſenſu, relicto ſeculo, ingrediantur.*
*At ſi contingat, coniugatum iam diu ingreſſum eſſe religionem, præſumitur, quòd ſit legitimè ingreſſus. nu. 2.*
3 *Mulier, quæ diu in monaſterio habitauit, conſenſiſſe religioni præſumitur, atque ita matrimonium ſpiritualem cõtraxiſſe, etiam ſi inuita minúſque libenter ingreſſa fuerit.*

1 CONIVGATO † iure permiſſum non eſt recedere ab vxore, & ingredi religionem, niſi ambo mutuo conſenſu, relicto ſeculo, ingrediantur. c. ex publico. de conuer. coniug. vbi Abbas & reliqui, & latiſſimè diſſerit Syluester Prierius in ſua ſumma, in verbo, matrimonium. 8. num. 12.

2 Ceterùm † ſi contingat, coniugatum iam diu ingreſſum eſſe religionem, præſumptio eſt, quod ſi legitimè ingreſſus. Ita reſpondit Feder. de Senis in conſ. 37. quem ſecutus eſt Felinus in c. ſicut. nu. 29. de ſenten. & re iud.

3 Huc pertinet † tex. in c. vlt. qui cler. vel mona. quo probatur, quod illa, quæ diu in monaſterio habitauit, conſenſiſſe religioni atque ita matrimonium ſpirituale cõtraxiſſe præſumitur, tametſi inuitá minuſque libenter ingreſſa fuerit. Et hanc eſſe præſumptionem iuris & de iure ſcripſit Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. num. 5. verſ. idem in ea.

## PRÆSVMPT. LXXXII.

### Beneficijs renuntiaſſe eum præſumi, qui probationis habitum ſuſcepit.

SVMMARIVM.

*1 Religionem ingreſſus, donec intra probationis annum exiſtit, licèt inter religioſos connumerari non poßit, in multis tamen pro religioſo habetur, & in quib. num. ſeq.*

*2 Beneficijs renunciaſſe, præſumitur, qui religionem eſt ingreſſus etiam intra probationis annum.*

*3 Clericus beneficiatus ſi contrahit matrimonium per verba de præſenti, præſumitur renunciaſſe beneficio.*

*Et in tali caſu ſufficit probare ipſum matrimonium per verba de præſenti, & ſi non probetur copula carnalis. num. 4.*

1 ET ſi enim ingreſſus † religionem, donec intra probationis annum exiſtit, inter religioſos verè connumerari non poſſit: cum ad ſæculum valeat redire: & propterea hoc nomine, nouitius, appellatur: In multis tamen pro
2 religionem profeſſo habetur: ſicuti quando † ambigitur, an præſumatur renunciaſſe beneficijs, quæ exiſtens clericus ſecularis obtinebat.

Hoc ſanè caſu habetur pro profeſſo, atque ita præſumitur beneficijs illis renuntiaſſe. Ita Inno. in c. ex tranſmiſſa. de renun. in c. poſtulaſti. de reg. & in c. beneficium. de reg. in 6. & Lucas de pen. in l. 3. in præſump. 117. C. de apoch. publ. li. 10.

3 Eſt huic † ſimilis illa præſumptio, qua dicimus, clericum beneficiatum contrahentem matrimonium per verba de præ
ſenti, præſumi renuntiaſſe beneficio. cap. 1. c. 3. & c. diuerſis. de
4 cler. coniug. Et ſufficit † hoc caſu probare ipſum matrimonium per verba de præſenti, etiam ſi non probetur copula carnalis. Ita egregiè Io. Staphilæus in Tract. de varijs modis vacationis. num. 75. vbi alia ad rem hanc ſcribit.

## PRÆSVMPT. LXXXIII.

### Religionem ingreſſus, quando præſumatur emiſiſſe profeſsionem.

SVMMARIVM.

*1 Religionem ingreſſus quando præſumatur profeſsionem emiſiſſe, nec poſsit ad ſeculum redire.*

*Quòd quando expreſsè profeſsionem emittit, caſus eſt ſine dubitatione. nu. 2.*

*Dummodo concurrant reliqua habilia. ibid.*

*3 Profeſsionẽ quis poteſt emittere ſtatim in ipſo ingreſſu religionis.*

*4 Religionem ingreſſus non præſumitur profeſsionem feciſſe, quando tacitè id egit.*

*Secus ſi coniecturis aliter appareat. ibid.*

*Si enim ſuſcepit habitum profeſſorem, & aliquod exercitium facit profeßis conueniens, pro profeſſo habetur, nec requiritur perſeuerantia tridui. num. 5.*

*6 Religionem ingreſſus ante profeßionem ſaltem per annum debet eſſe nouitius ex conſtitutione ſacri Concilij Tridentini.*

*7 Ignorans & errans non cenſetur conſentire.*

*8 Profeßionem emittens ſponte non autem coactè id facere debet: & quid vltra ſcire debeat. & num. 6.*

*Et profeßionem emittere debet conſenſu eius, qui poteſt eum incorporare religioni. num. 9.*

*10 Profeſsionis habitum recipiens à non habente poteſtatem non obligatur religioni etiam in genere: & quando concurrunt alia requiſita, ſufficit tacitus conſenſus ipſius prælati.*

*11 Pater vel mater non poſſunt obligare filium religioni tradendo ei habitum ipſum religionis.*

*12 Abbatiſſa non poteſt ſola concedere habitum profeſsionis.*

*13 Profeſsionem emittens debet eſſe legitimæ ætatis. & nu. 23.*

*14 Puer etiã doli capax aſſumendo habitum profeſsionis, & faciendo actum profeſsis conuenientem non efficitur profeſſus. nu. 23.*

*15 Profeßionem emittens, id facere debuit in ipſomet monaſterio, quia non ſufficeret in domo propria.*

*16 Profeßionem emiſiſſe is non dicitur, qui habitum extra eccleſiam ſumpſit, & ſine alia conſueta ſolennitate.*

*Idem quando deferens ipſum habitum proteſtatus eſt ſe illum deferre ſine animo emittendi profeßionem. nu. 17.*

*Et hoc, vt per officium collatum arguatur facta profeßio, debet ſaltem præcedere tacita profeßio. num. 18.*

*19 Profeßio emiſſa præſumitur quando quis defert habitum profeſſorum diuerſum ab habitu nouitiorum.*

*Idem quando quis aſſumpſit veſtes benedictas, quæ ſolis profeßis concedi ſolent. num. 20.*

*21 Profeßio conſiſtere non poteſt, niſi duæ perſonæ concurrant, quarum vna ſe obliget religioni, altera religionem obliget illi.*

*Continet enim obligationem reciprocam facientis & recipientis eam. nu. 22.*

*Et ſi quis reaſſumat ex ſe ipſo habitum pluries ſine conſenſu prælati, non obligatur profeßioni. num. 23.*

*24 Profeßionem emiſiſſe is præſumitur, qui paſſus eſt, ſe promoueri ad ſacros ordines.*

*Idem quando per annum detulit habitum nouitiorum, qui indiſtinctus eſt ab habitu profeſſorum. num. 25.*

*Idem quando ante religionis ingreſſum donauit bona ſua agnatis vel alijs, & deinde in religione perſeuerauit vltra annum probationis. num. 26.*

1 POSTVLAT hic locus, vt † diſſeramus, quando ingreſſus religionem in ea dicitur emiſiſſe profeſſionem, qua ipſi monaſterio ita obligatur, vt ad ſeculum redire amplius non poſſit? Diſtinguendi ſunt primum duo caſus.

2 Primus eſt, quando † ingreſſus religionem emittit expreſsè profeſſionem. Hic caſus, non habet dubitationem, quin is profeſſus efficiatur, & monaſterio obligetur, dummodò concurrant reliqua habilia, nempè quod ſit legitimæ ætatis: quod ſcienter id egerit, & quod voluntariè. Ita conſtitutum eſt in c. vidua. de reg. in c. 1. & capi. conſtitutionem eo. tit. in 6. Nec
3 † requiritur hoc iure annus probationis: cùm ſtatim facto ingreſſu emittit poſſit profeſſio hæc expreſſa. Hodie verò locus non eſt huic expreſſæ profeſſioni ante perfectum annum probationis: ſic diſponẽte ſacro Concilio Trid. ſeſ. 25. c. 15. de regularibus.

4 Secundus eſt caſus, quando agitur † de poſſeſſione tacita. Hoc ſanè caſu pro regula conſtituitur: profeſſionem non præſumi emiſſam. Ita Abbas in c. nuper nobis. in fine, & ibidem Felin. nu. 2. de teſtib. Barba. conſ. 53. col. 3. lib. 2. & Puteus in deciſ. 408. lib. 1. Receditur tamen ab hac regula ſignis, coniecturis, & præſumptionibus quibus facta dignoſcitur. cap. ſtatuimus de regula cap. 1. cap. non ſolum, & cap. conſtitutionẽ eo. tit. de regula in 6. & ibidem Doctores. Et reſpondit Calder. in conſ. 5. col. 2. verſ. & ſatis videtur de regula: qui inquit, coniectura debere eſſe euidentes, & idem ſcripſit Nauarrus in c. ſtatuimus. num. 73 & 75. 19. q. 3.

5 Prima cõiectura † ſeu ſignum eſt, emiſſæ profeſſionis quando nouitius ille ſuſcepit habitum profeſſorum, & facit aliquod exercitium profeſſis conueniens: Nec hoc caſu requiritur perſeuerantia tridui. Ita probat c. vidua. de regula. ſicuti declarant ibi Butrius & Abbas, quos ſecutus eſt Nauarrus in d. c. ſtatuimus. num. 73. verſ. ſecundò, quod huic: & idem ego ipſe reſpondit in conſ. 396. num. 15. & 16. lib. 4. Id quod procedit etiam in eo, qui non eſt nouitius. d. c. vidua, & ſi hodie
6 † ex ſacro concilio commemorato neceſſarius omninò ſit annus nouitiatus. Debent tamẽ hic plura cõcurrere, & primùm, ſcire is debet, tali exercitio & talis habitus geſtatione induci profeſſionem. Ita tradit Inno. in d. c. vidua, quem ſecuti ſunt reliqui omnes, & communem teſtatur Nauarrus in d. c. ſtatuimus, qui rationem affert, † quia ignorans & errans non con-
7 ſentit. l. ſi quis per errorem. ff. de iuriſd. om. iud.

Secundo



8 Secundò, id † ſponte, non autem coactè facere debet. c. vidua. de his, quæ vi metuſvè cauſa, & c. quod interrogaſti. 27. diſt. Nauarrus vbi ſuprà.

9 Tertiò, quod fecerit † talem actum conſenſu illius, qui poteſt eum incorporare religioni. c. ad Apoſtolicam. de regula. & ibi Abbas. num. 4. & ſcribit Nauarrus præcitato in loco. Et
10 accedit Calde. in conſ. 5. col. 1. tit. de regul. qui poſt Inn. † ſcribit, recipientem habitum à non habente poteſtatem, nõ obligari religioni etiam in genere. Porrò quando concurrunt alia requiſita, ſufficit tacitus cõſenſus. Ita ſenſit Cald. in d. conſ. 5. col. 2. verſ. nec obſtat. ſi dicatur: & Syluester Prierius in ſum-
11 ma in verbo, religioſus. il 3. nu. 14. & 18. qui † & nu. 13. ſcripſit matrem, vel patrem non potuiſſe obligare filiũ religioni tradendo ei habitum ipſum religionis.

12 Idem de † Abbatiſſa, quæ ſola non poteſt concedere habitum profeſſionis, reſpondit Decianus in conſil. 18. nu. 9. 10. & 11. lib. 3. qui alia ad rem ſcripſit.

13 Quartò † requiritur, quod hic ſuſcipiens habitum & exercitium, ſit legitimæ ætatis, vt profiteri poſſit religionem. c. ad noſtram. & c. ſignificatum. de regul. in 6. & tradit Calde. in d.
14 conſ. 5. col. 1. qui ait, quod puerum † etiam doli capacem aſſumendo habitum & faciendo actum profeſſis conuenientem non effici profeſſum. Et hodie hoc diffinitum eſt Sacro Concilio Tridentino in d. ſeſſione 25. c. 15. de regularib.

15 Quintò requiritur, quòd † habitus & exercitium profeſſorum facta ſint in ipſomet monaſterio: Non enim ſufficeret in domo propria & priuata. Ita Calderinus in d. cõſ. 5. col. 1. ver. item ponitur, quod & c. Feli. in conſ. 29. & Puteus in deciſ. 156. lib. 1. poſt Inn. in c. porrectum. de regul. Scribit, qui dixit ceſ-
16 ſare præſumptionem profeſſionis, ſi † ſumit quis habitum extra Eccleſiam, & ſine alia cõſueta ſolennitate, & declarat Nauarr. in d. c. ſtatuimus. nu. 73. ver. aduertendum tertiò: Ceſſat
17 † etiam hæc præſumptio, quando deferens ipſum habitũ proteſtatus eſt, ſe illũ deferre ſine animo emittẽdi profeſſionem. Ita tradunt Abbas in c. conſulti. nu. 1. verſ. ſecundo verò caſu. & in c. poſtulaſti. n. 2. de reg. Bartholome. Funus in ſumma, in verbo, Nouitius, nu. 10. & Decia. conſ. 18. nu. 5. lib. 3.

18 Eſt etiam † annotãdum reſponſum Calde. in d. conſ. 5. col. 2. verſ. ſed iſte hic non erat, & c. quod ad hoc, vt per officium collatum arguatur facta profeſſio, debet ſaltem præcedere tacita profeſſio.

19 Secunda eſt † coniectura & ſignum factæ profeſſionis tacitæ, quando defertur ſolus ipſe habitus profeſſorum. Et habitus ipſi profeſſorum & nouitiorũ ſunt manifeſtè diſtincti. Ita probat tex. c. 1. in fi. prin. de regul. in 6. & ibi tradunt ſcri-
20 bentes glo. in c. ſtatuimus. de regul. † cùm ait, per aſſumptionem veſtium benedictarũ, quæ ſolis profeſſis concedi ſolent, cẽſeri emiſſam profeſſionem. Et gloſ. illam probauit Cald. in conſ. 15. in tit. de reg. & accedit Nauarrus in d. c. ſtatuimus. 19. q. 3. nu. 73. verſ. ſecundo modo, qui ſcribit plura debere concurrere, ſicuti etiã diximus ſuprà, nẽpè, quod ſciẽter ſuſcipiat, quod ſponte ſuſcepetit, & deferat: Et quod accipiat ab eo, qui ſua propria, vel mãdata poteſtate poteſt eum incorporare re-
21 ligioni: quia nulla profeſſio † conſiſtere poteſt, niſi duæ perſonæ concurrant, quarum vna ſe obliget religioni altera reli-
22 gionem obliget illi. Cõtinet † enim profeſſio obligationem reciprocam, facientis & recipiẽtis eã, iuxta c. ad apoſtolicam.
23 de regul. Imò ſcribit † Cald. in conſ. 5. col. 2. verſ. reaſſumptio autem. de regu. quod etiam ſi quis pluries reaſſumit ex ſeipſo habitum, ſine conſenſu prælati, nõ dicitur ſe obligare profeſſioni. Requiritur etiam, vt attigi ſuprà ſuſcipientem habitum profeſſorum eſſe debere legitimæ ætatis: alioqui religioni nõ obligari. Imò reſpondit Cald. in d. conſ. 5. col. 1. in fi. verſ. aut dictũ habitũ, & c. puerum qui ſumpſit habitũ profeſſorũ & illũ portauit vſq; ad 15. annum, adhuc non obligari religioni, ex quo ab initio aſſumere non potuit.

24 Tertia eſt coniectura & † ſignũ emiſſæ profeſſionis, quando paſſus eſt ſe promoueri ad ſacros ordines: Nam tunc dicitur tacitè profeſſus: quia videtur voluiſſe mutare vitam. c. non ſolùm. de reg. in 6. Ita in ſpecie reſpondit Calderinus in conſ. 15. tit. de regula.

25 Quarta eſt cõiectura † & ſignum emiſſę profeſſionis, quando per annum detulit habitum nouitiorum, qui indiſtinctus eſt ab habitu profeſſorũ. c. ex parte. de regul. & c. 1. eo. tit. in 6. & tradũt gl. in clem. eos. de regul. & ibidem Zabarella & Vitalinus. nu. Ita & Nauarrus in c. ſtatuimus. 19. q. 3. nu. 73. verſi. tertiò inducitur. Qui quidẽ ſcribit, quod licet iure libri ſexti atq; ita ante cõſtitutiones Clementis, per geſtationem huius habitus ſuſcepti ab impubere non fiebat profeſſio magis quã per delationem patenter diſtincti. d. c. 1. in fine. in prin. de regula. in 6. Attamen hodie ex clem. eos iuncta glo. de regul. fit profeſſio. Et ſubiungit Nauarrus, inter prædictam geſtationẽ annalem ingreſſi poſt pubertatem videri aliquam conuenientiam, & aliquam differentiam.

Primò conueniunt, quia neuter videtur profiteri, ſi habitus eſt manifeſtè diſtinctus, id eſt, in colore ſciſſura & forma.

Secundò (ait Nauarrus) conueniunt, quia iure antiquo ex c. ex parte. & c. ſtatuimus. de reg. Et iure ſexti. c. 1. eo. tit. de regula. in 6. quęlibet diſtinctio habitus nouitiatus etiam latens impediebat profeſſionem, etiam per ſolam annalem geſtationem habitus in vtroque.

Tertiò conueniunt (inquit Nauarrus) quod iure clem. eos. eo. tit. de regu. ſola diſtinctio patens in colore, ſciſſura vel forma in vtroque eãm impedit, & non diſtinctio latens.

Differentias verò nonnullas recẽſet Nauarrus, vt apud eũ.

26 Quinta eſt † coniectura & ſignũ emiſſæ profeſſionis quando ante religionis ingreſſum donauit bona ſua agnatis, vel aliis, & deinde in religione perſeuerauit vltra annum probationis. Nam tunc præſumitur voluiſſe ſe obligare illi monaſterio, quod eſt ingreſſus, & religionem illã profiteri. Ita Abbas in c. cõſulti. in fi. & in c. ſtatuimus. in fi. de reg. & alios cõmemoraui ac ſecutus ſum in d. conſ. 396. nu. 13. lib. 4. quo loci alia nonnulla ad rem ſcripſi.

## PRÆSVMPT. LXXXIIII.

### Religioſus decedens intra annum probationis an & quando præſumatur voluiſſe bona ſua acquiri monaſterio vel agnatis.

SVMMARIVM.

*1 Religioſus decedens intra annũ probationis an præſumitur voluiſſe bona ſua acquiri monaſterio, vel potius venientib. ab inteſt.*

*Quòd ſi ingreſſus eſt religionem bonorum incapacem in communi & in particulari. d. eius bona non acquiruntur monaſt. nu. 2.*

*Et quid ſi religio eſt bonorum capax, cui expreßè obtulit ſe & ſua. num. 3.*

*Et quid ſi non expreßè ſed tacitè tantùm bona obtulit. num. 4.*

*Et quomodo dignoſci poßit hæc tacita oblatio. nu. 5.*

*6 Profeßio omnis in quacunque religione etiam non medicantium ex conſtitutione ſacri Concilij Tridentini intra annum probationis facta, eſt ipſo iure nulla.*

*7 Religioſi bona qui deceßit intra annum probationis an acquirantur monaſt. quando religio eſt bonorum capax, & ei ſua bona non obtulit expreßè, ſed tacitè tantùm, conſtat tamen coniecturis, quòd voluit mutare vitam.*

*Et quid ſi eſt ingreſſus religionem animo experiendi atque probandi, non autem profitendi ac ſe obligandi. nu. 8.*

*9 Habitus ſolus non facit quem monachum.*

*10 Religioſus quis propriè & verè nõ dicitur ante profeſsionẽ. nu. 15.*

*11 Religioni eſt fauendum in dubio. nu. 18.*

*12 Religioſus exiſtens intra annum probationis poteſt de bonis ſuis teſtari, & diſponere ad libitum.*

*13 Religionem ingreſſus bonorum capacem ſi decedit intra annum probationis, & eſt dubium, an fuerit ingreſſus animo probãdi, vel profitendi, nunquid eius bona acquirantur monaſt.*

*14 Dos data pro ingreſſu religionis puellæ, quæ deceßit intra annum probationis, reuertitur ad eos, qui dotem conſtituerunt.*

*16 Religionem ingreſſus præſumitur in eadẽ voluntate perſeuerare.*

*17 Moriens non dicitur in eadem voluntate perſeuerare.*

*18 Cauſæ piæ in dubio eſt fauendum, & id procedit in his, quæ de ſe immediatè ſunt pia & religioſa, non autem quando agitur de vtilitate pecuniaria.*

*19 Votum ſi fuit factum Eccleſiæ de aliqua menſura intelligitur de minima.*

*20 Religioni qui ſe obligare non poteſt, nec ei eius bona acquirũtur.*

*21 Profeſsionem emittere non poteſt minor 16. annorum ex Conſtitutione ſacri Concilij Tridentini.*

Eſt

8 Eſt quoque annotandum, † abſentem electum debere ſe
intra viginti dies præſentare Pontifici alioqui præſumi ne-
gligere,& propterea ius ſuum perdit.Ita Gemin.in c.cupien-
9 tes.nu.5.de elect.in 6.qui & illud dixit,electũ præſumi † fa-
cere poſſe id,quod alij poſſunt.& idem ſcripſi Lucas de Pē-
na in l.3.præſumpt.108.C.de apochis pub.lib.10.

## PRÆSVMPT. LXXXVI.

### Decimæ laicis conceſſæ an & quando præſumantur conceſſæ ante Concilium Lateranenſe.

#### SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſunt iure diuino inſtitutæ, & non niſi eccleſiæ ſeu eius miniſtris debentur.*
2 *Decimandi ius non poteſt acquiri laico præſcriptione aliqua.*
3 *Decimæ non poſſunt laicis infeudari.*
4 *Decimæ retinentur à laico, ſi tamdiù ipſe eas poſſedit, & à tempore, cuius initij memoria non eſt in contrarium.*
*Requiritur tamen, quòd præter allegationem temporis concurrat communis fama & opinio, quòd eas fuerit conſecutus mediante perſona ſuorum maiorum.num.5.*

1 CVm decimæ † iure diuino inſtitutæ ſunt,niſi ec-
cleſiæ ſeu eius miniſtris debentur; non autem à
laicis poſſunt percipi.cap.Maſſana,& cap.ſacro-
2 ſancta.de electio. Quocircà decimandi † ius ac-
quiri non poteſt laico præſcriptione aliqua, c.cauſam, quæ,
de præſcript. & ſcripſerunt Zabarella Geminia. Comenſis,
Baldus,Bero Pariſius, & Rebuffus, quos commemoraui in
3 conſi.291.nu.41.lib.3.Imò nec † laicis infeudari poſſunt de-
cimæ,c.cum Apoſtolica.de his, quæ fiunt à Præla. ſine con-
ſen.cap.Quæ legis conſtitutio locum habet, etiam quando
decimæ apparent conceſſæ ante Concilium Lateranenſe,
quod celebratum fuit anno.1179.ſalutis noſtræ ſedente Ale-
xandro tertiò Pontifice max.vt poſt alios refert Bero.in cōſ.
21.nu.1.lib.1.Nam illæ, ſi caſu aliquo reuerſæ ſunt ad eccle-
ſiam adhuc laicis infeudari nō poſſunt.Ita Io. Andr.in c.pro-
hibemus.de decimis,& ibidem Abbas;ſic & Calder.in conſ.
1.in tit.de feudis.Imola in c.cum apoſtolica.de his,quæ fiunt
à præla.Præpoſ.in c.1.col.10. qui feudum dare poſſ.Fel. in c.
cauſam,quæ.col.2.verſi.facit etiā adhuc.de præſcript. Clau-
dius Seyſel.in ſpeculo feud.in tit.Quæ res in feud. dari poſſ,
verſi.nihilominus.& Berous in conſil.21.num.9. & num.12.
lib.1.qui communem eſſe teſtatur.

Et hæc quidem eſt recepta ſententia,& ſi diſſentiunt Za-
barella in c.2.de decimis, Caſtren.in conſi.139. Dubium fa-
cit.lib.1.& Aluarotus in c.1.col.7.verſ.oppono,ab extrà. qui
feudum dare poſſ.

4 Cæterùm † ſi laicus iam diu poſſidet decimas, hoc eſt à
tempore,cuius initij memoria non eſt in contrarium, reti-
nere eas poteſt: cum præſumantur ante Concilium Latera-
nenſe conceſſæ:Sicuti affirmarunt Io.Andr.in d.c.cum Apo-
ſtolica.col.pen.verſi.& quærit.de his,quæ fiūt à Prælato ſine
conſenſu cap.& ibidem Butrius col.3.verſ.quæro, & Imola.
col.6.verſ.vlterius quæri poteſt.Bald. in cōſ.417.Præſuppo-
ſito.lib.3.Gem.in c.2.§.ſanè.ad finē.verſ.ſuper dubio.de de-
cimis in 6.& ibid.Anch.in ſecundo notab.Comenſ.in conſi.
83. Caſtr.in d.cōſi.139.col.2.verſ.ſed iſta decima. lib.1.Io.de
Milis in repertorio,in verbo,decima tanto tempore, Alex.in
conſil.6.col.vlt.verſ.pro quo adduco. lib.1.Barbat.in conſil.
35.col.5.verſ.ex hoc tollitur.lib.2.Bald.in tract. de præſcript.
in 1.part.quintæ partis principalis.Claudius Seyſel.in ſpecu-
lo feud.in tit.Quæ res in feudum dari poſſ.pag.pen. verſ.re-
tenta autem.& ita deciſum fuit à Capella Toloſana in queſt.
440.& à Rota Romana,vt teſtatur Verallus in deciſio.376.in
ſecunda parte. Hanc quoque opinionem probarunt Rebuf-
fus in Tract.de decimis.quæſt.13.num.69.Berous in conſil.
21.num. 14.lib.1.

5 Requiritur † tamen hoc in caſu, quod præter allegatio-
nem temporis immemorialis allegatur communis fama &
opinio,quod Laicus ille poſſeſſor ſeu quaſi,decimarum,me-
diante perſona ſuorum maiorum eas fuerit conſecutus an-
te concilium Lateranenſe: ſicuti aliorum auctoritate ſcrip-
ſerunt Bero.in d.conſil.21.num.15.& 16.lib. 1.& Rebuffus in
d.q.quæſt.13.nu.69.& ſecuti ſum in d.conſi.291.nu.43.lib.3.

## PRÆSVMPT. LXXXVII.

### Emphyteutica vel feudalis res ad eccleſiam, aliqua de cauſa reuerſa, an & quando præſumatur Prælati voluntate incorporata eccleſiæ atque ita de eius menſa effecta.

#### SVMMARIVM.

1 *Feudum ad eccleſiam reuerſum efficitur de menſa ipſius eccleſiæ, eique incorporatur voluntate expreſſa vel tacita.*
*Et quando expreſſa voluntate incorporata dicatur.num.2.*
*Et quando tacitè.num.3.*
4 *Prælatus ſi rem ad eccleſiam reuerſam deſcribi fecit in codicib. rationum & bonorum eccleſiæ & cœpit rem illam ſimul habere cū alijs rebus eccleſiæ,præſumitur voluiſſe rem illam effici de menſa eccleſiæ.*
*Idem quando re ad manus ſuas redacta per aliquod tempus rem apud ſe ita retinet.num.5.*
*Secus ſi prælatus fuit impeditus rem illam ad ſe reuerſam iterum in emphiteuſim dare, quia nullo temporis curſu cenſetur declarata voluntas prælati, quòd voluerit rem illam eſſe de menſa eccleſiæ.num.6.*
*Et ſecus quando ea mente diſtulit aliquot annos emphiteuſim concedere,vt bonum emphiteutam inueniret.nu.7.*

1 NOn eſt,quod † multa hac de re diſſeram:cùm
multa ſcripſerim in conſ.79.nu.10. & multis
ſeq.lib.1. ſolum itaque ſummatim aliqua re-
feram. Et primùm quidem certum eſt, em-
phyteuſim, vel feudum ad eccleſiam reuer-
ſum, effici de menſa ipſius eccleſiæ eique (vt dici ſolet) in-
corporari,volūtate Prælati expreſſa,vel tacita. Expreſſa † eſt
2 voluntas, quando mortuo vaſallo, vel emphyteuta, vel ob
non ſolutum canonem res reuerſa eſt ad eccleſiam, & Præ-
latus expreſſim declarauit,velle rem illam eſſe de menſa ec-
cleſiæ & prælaturæ.Hoc caſu res efficitur talis:atq; ita mutat
naturam ſuam.Ita dixi in d.conſ.79.nu.10.ſcripſiſſe Bart.Ab-
batem,Zabarellam,Ancharanum, Barbatiam & Seyſellium.

3 Tacita † verò voluntas declaratur coniecturis, quas eo in
conſ.79.nu.13.dixi,eſſe in iudicis arbitrio repoſitas.

4 Et prima quidem † coniectura eſt, quando Prælatus rem
ad eccleſiam reuerſam deſcribi fecit in codicibus rationum
& bonorum eccleſiæ: & cœpit rem illam ſimul habere cum
aliis rebus eccleſiæ.Nam tunc coniicitur,Prælatum voluiſſe
rem illam effici de menſa eccleſiæ,& prima ſua natura amiſ-
ſa, nouam aſſumere. Ita dixi in d.conſ.79.num.14.ſcripſiſſe
Bart.Angelum,Plateam,Zabarellam, Ancharanum, Barba-
tiam,Seyſellium, Curtium Iuniorem, & alios nonnullos.Et
huius coniecturæ rationem illo in loco commemoraui.

5 Secunda eſt coniectura, † qua Prælati voluntas declara-
tur, quod velit rem ad eccleſiam reuerſam effici de menſa
eccleſiæ,nempè cùm re ad manus ſuas redacta, per aliquod
tempus eam apud ſe ita retinet.Nam & tunc coniicitur,Præ-
latum velle rem effici de menſa eccleſiæ.Ita dixi in d.conſil.
79.nu.16.verſ.ſecunda coniectura. Et ibidem.nu.17.ſcripſi,
dubitationem in eo verſari,quantum temporis currere hoc
in caſu debeat. Er dixi quinque eſſe Doctorum opiniones,
quas ſatis copioſè & diligenter enumeraui:ſcripſi tamen il-
lo in loco, quartam illam opinionem Iſerniæ & ſequacium
veriorem & receptam magis eſſe, quod ſcilicet requiratur
curſus triginta annorum.

Receditur tamen ab hac coniectura alijs cōtrarijs conie-
cturis.Ita ſcripſi in d.conſil.79.num.17.verſ.Quinimò.

6 Et primam eſſe coniecturam dixi,† quando Prælatus fuit
impeditus rem illam ad ſe reuerſam iterū in emphyteuſim
dare. Nam tunc nullo temporis curſu cenſetur declarata
voluntas Prælati,quod voluerit,rem illam eſſe de menſa ec-
cleſiæ.Ita dixi ſcripſiſſe,Ancharanū, Seyſellium & Zaſium.

Eſt & ſecunda † coniectura,quam retuli in d. cōſ.79.nu.
7 verſ.2.eſt,quando Prælatus ea mente diſtulit aliquot annos
emphyteuſim concedere, vt bonum emphyteutam inueni-
ret,& multo meliorem faceret eccleſiæ conditionē.Et huius
opinio



opinionis recenſui fuiſſe Cardinal Alexandrinum, Imolam,
Seyſelliū, & alios nonnullos. Hæc ſummatim referre volui.

## PRÆSVMPT. LXXXVIII.

### Parochiæ ſubditus quando quis præſumatur

#### SVMMARIVM.

1 *Parochianus is dicitur, qui totum annum partémve anni maiorem habitat in aliqua parochia, ibique audit diuina, & percipit eccleſiæ ſacramenta.*
2 *Denuntiationes, quis in celebrandis matrimonijs præcedere debent, fieri debent à proprio parocho.*
3 *Parochus is dicitur, ſub cuius parochiali eccleſia contrahere volentes totum annum vel maiorem partem habitant.*

1 PArochianus † hoc eſt eccleſiæ parochiali ſub-
ditus præſumitur atque dicitur is, qui totum
ipſum annum, vel maiorem partē anni habi-
tat in aliqua parochia, ibiq; audit diuina, &
percipit eccleſiæ catholicæ ſacramenta. c.is,
qui de ſepult.in 6.& ſcripſerūt Diuus Antonius,Io.Andreæ,
Hoſtienſis,Calderinus,Federicus Senenſis, Petrus Vbaldus,
& Io.de Selua,quos commemoraui & ſecutus ſum in conſi.
398.nu.16.& 17.lib.4.quo loci.nu.5.idem affirmauit doctiſſ.
Dominicus Bonſius,cuius eſt illud primum reſponſum, cui
ego ipſe ſubſcripſi,& eo loci Bonſius eiuſdem opinionis re-
tulit Abbatem,Cardinalem, & Francum.Et alij illi reſponſo
ſubſcribentes comprobarunt, & Rota Romana à me illo in
conſ.398.num.51.decidit;ſic intelligens Sacrum Concilium
Tridentinum ſeſſio.24.De reformatione matrimonij, quo
2 ſancitum eſt,† denuntiationes, quæ in celebrādis matrimo-
nijs præcedere debent, fieri oportere à proprio parocho. Is
3 enim † proprius præſumitur & dicitur parochus(vt diximus)
ſub cuius parochiali eccleſia cōtrahere volētes totum annū
vel maiorem partem habitarent:non autem ſi (vt ſæpe eue-
nit) ruri aliovè in loco recreationis cauſa ſe conferat,& ibi
aliquot dies,vel menſes habitant, reuerſurus deinde ad ſoli-
tum domicilium:Sicuti in d.conſi.398.à me & alijs copioſè
pertractatum fuit. Et nouè accedit Maſcardus in Tracta.de
probationibus in concluſ.1145.

## PRÆSVMPT. LXXXIX.

### Virginitas in muliere an & quando præſumatur.

#### SVMMARIVM.

1 *Virginitas in muliere an & quando præſumatur.*
2 *Virginitas eſt qualitas naturalis,quæ hominem ſequitur.*
3 *Mulierem qui ſeduxit ſi aſſerit ipſam non fuiſſe virginem antequam ſeduceret, probare debet illius corruptionem.*
*Secus ſi extant coniecturæ & ſigna corruptionis.num.4.*
5 *Mulier ſi in habitu meretricio incedit, vel à nuptis ferri ſolito, non virgo,ſed corrupta præſumitur.*
*Idem quando ipſa fuit cum amaſio vel marito in loco ſecreto & abdito.num.6.*
*Intellige, niſi conſtet virum eſſe impotentem ratione ætatis, vel alterius impedimenti.num.7.*
*Vel conſtaret,mulierem adeò arctam eſſe,vt vir non potuerit aperire clauſtra pudoris. num.8.*
*Secus ſi ob caliditatem ſeminis viri ipſa concepiſſet.num.9.*
10 *Mulierem ſine ſeminum commiſſione concipere poſſe negant philoſophi naturales.*
11 *Mulier corrupta præſumitur, quando obſtetrices, vel matronæ peritæ tacta inſpectáque muliere atteſtantur illam non eſſe virginem ſed corruptam.*
*Et ſic econtra cenſetur virgo,quando atteſtantur ſe credere illam eſſe virginem.ibid.& num.ſeq.*
12 *Mulier præſumitur corrupta à viro,cum quo dormiuit,ſi linteamina ſanguinolenta apparent.*
14 *Lapis Gagates tantæ eſt virtutis, vt per eum virginitas vel corruptio cognoſcatur in muliere:ſed id fabuloſum creditur.*
14 *Obſtetricis magnum fallacem eſſe.*

1 DVbitari † ſæpe ſolet, an virginitas præſumatur?
Et præſumi ſcripſerunt Cardinalis & Abbas in
c.1.nu.5.de adulter Alex. in conſi. 229. nu.2.lib.
6.Ruin.in conſ.199.nu.11. lib. 2. Bertrandus in
conſi.135.& in conſi.158.lib.2.Alba in conſ.37.num.2.Crau.
in conſi.166.num.5.Iulius Clarius in Practica Criminalis.§.
ſtuprū.verſ.ſed pone.& Maſcardus in Tract.de probationib.
2 in concluſ.1410.nu.1.Eſt enim hæc † qualitas naturalis, quæ
hominem ſequitur,vt ſcripſit Alciatus in Tract.de præſump-
tionibus.reg.3.in principio.Et hæc quidem præſumptio lo-
3 cum † maximè habet contra eum, qui mulierem ſeduxit: Si
enim ſeductor ille aſſerit illam à ſe ſeductam, virginem non
fuiſſe antequam eam ſeduceret,probare debet illius corrup-
tionem.Ita probat.c.continebatur. de deſponſa. impuberū,
& affirmant præcitati Doctores.

4 Declaratur primò † hæc præſumptio,vt locū non habeat,
quando extant coniecturæ & ſigna corruptionis. Et prima
5 quidem coniectura † & præſumptio eſt, quando mulier in-
cedit veſtita habitu vel meretricio, vel à nuptis ferri ſolito.
Nam tunc non virgo, ſed corrupta præſumitur; iuxtà tex.l.
item apud Labeonem. §.ſi quis virgines.ff.de iniurijs.Cuius
argumento reſpondit Decius in conſi.[illegible]07.num.3.monialem
præſumi illam,quæ eo habitu induta cernitur: ſic de clerico
Gramma.in deciſ.81.nu. 2. & de nouitio idem ſcripſit Tiraq.
in tract. de retractu conſang.§.1.glo.8.num.25.

6 Secunda eſt coniectura,† quando puella ipſa fuit cū ama-
ſio,vel marito in loco ſecreto & abdito. Hoc etiā caſu præ-
ſumitur deflorata.De amaſio enim cecinit poëta ille:*A iuue-
ne & cupido non creditur reddita virgo.*Et maritum pariter cor-
rupiſſe vxorem coniecturam faciunt Docto. in d.c.contine-
batur.de deſpōſ.impub.& gl.in c.dixit Dominus.32.q.1.Be-
ro.in cōſ.36.nu.9.lib.1.& Alcia.in reſp.25.num. 4. qui tamen
7 † intelligit hoc procedere,niſi conſter virum eſſe impoten-
tem ratione ætatis, vel alterius impedimenti.

8 Idem quando conſtaret, † mulierem adeò arctam eſſe,vt
vir non potuerit aperire clauſtra pudoris.Ita Cardinalis Za-
barella in clem.1.q.15.de conſang.& affinit.qui tamen intel-
9 ligit, niſi † mulier ob caliditatem ſeminis viri concepiſſet.
10 Nam tunc corrupta præſumeretur. Sed neſcio, † an hoc ad-
mittant philoſophi naturales,qui ſine ſeminum commiſtio-
nem mulierem concipere poſſe negant.

11 Tertia eſt cōiectura † & præſumptio, quando obſtetrices,
vel matronæ peritæ,tacta inſpectaque muliere,referūt & at-
teſtantur illam non eſſe virginem,ſed corruptam.Hoc etiam
caſu corrupta præſumitur: ſicuti è contra à fortiori, ſi atte-
ſtantur,ſe credere illam eſſe virginem, præſumitur virgo,vt
tradunt glo.in c.ſatis 33.q.5.& Abbas in c.propoſuiſti.nu.2.
12 de probatio.qui quidē ſubiunxit,corruptam præſumi † virgi-
nem à viro cum quo dormiuit, ſi linteamina ſanguinolenta
apparent.Et idem ſcripſi Alex. in additionibus ad Bar.in d.l.
item apud labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de iniurijs.Et adhi-
bendam eſſe fidem obſtetricibus matronis, mulierem eſſe
corruptam vel virginē decidit quoque Fran. de Marchis in
deciſ.677.& 678.part.1.quē ſecutus eſt Maſcardus in d.con-
clu.1410.col.vlt.qui de virginitate alia multa, quæ ad rē ita
13 parū cōferunt, vt fabuloſus ille lapis † gagates, quem tantæ
eſſe virtutis ſcripſit Plinius in lib. 36. naturalis hiſtoriæ. c.
19.vt virginitas,vel corruptio ex eo cognoſcatur.

Cæterùm quod diximus,credendum eſſe obſtetricibus &
matronis,aliquam eſſe virginem,vel corruptam dubitatione
14 probabili non caret:cum fallax ſit obſtetricis † manus, vt in
ſpecie ſcripſerunt Butrius in c.1.col.pen.verſ.itē quia & ibi-
dem Ancha.num.11.& Abbas in c.vlt.num.10.eo.tit.

## PRÆSVMPT. XC.

### Habilis & ideoneus ad contrahēdum matrimonium, & ad generādū an & quādo quis eſſe præſumatur.

#### SVMMARIVM.

1 *Hominem ſui natura poſſe generare,& matrimoniū contrahere.*
2 *Maritum,qui diu cum vxore habitauit, præſumi eam carnaliter cognouiſſe.*
3 *Puerum & infantem generare non poſſe.*
4 *Puerum nouem annorum aliquando generaſſe.*
5 *Senio confectum generare non poſſe.*
6 *Impotentiam coëundi ſignis permultis probari.*
7 *Coëundi impotentiam in viro nō probari per mulieris inſpectionē.*
8 *Virginitatis probationem per eius inſpectionem fallacem eſſe.*
9 *Potentiam coëundi probari ex congreſſu cum alia muliere.*

QVæ ſcripſimus in præcedenti præſumptione
effecerunt, vt hoc loco ſubijceremus hanc di-
ſputationem, an ſcilicet & quando idoneus &
habilis quis præſumatur ad contrahendũ ma-
trimonium & ad generandum? Qua in re dici-
1 mus primũ ſui natura † hominẽ habilem eſſe ad generãdũ,
& propterea matrimonium poſſe contrahere.c.quia diſt.50.
& tradit Inno.& ibidẽ etiam Butrius nu.6. c.1. de frigidis &
malef.Lucas de Penna in l.3.præſum. 53. C. de apochis publ.
lib.10.& Alcia.in Tract.de præſumpt.reg.1.præſump.41.
2 Hinc infertur alia præſumptio nempè præſumi † maritũ,
qui diu cum vxore habitauit eã cognouiſſe. c. nec aliqua.26.
q.1.& c.1.de frig.& malef.& tradit Alcia.in d.præſum. 41.Et
accedit Ancha.in d.c.1.nume. 7. cùm dixit, præſumi contra
mulierem con[illegible]rentem de viri ſui impotentia & frigidita-
te, eo negante[illegible]iu cohabitarunt.

Receditur t[illegible]en ab hac præſumptione contrarijs con-
iecturis & præſumptionibus, quarum aliquæ ab ipſa natura;
aliquæ verò ab accidentibus deſumi ſolent. Eſt præſumptio
3 ducta ab ipſa natura in eo, qui per † ætatem generare nõ po-
teſt: ſicuti eſt infans, vel impubes à pubertate ſatis remotus
c.2.de frig.& malef.quo loci Ancha.in primo notab.ſcriptũ
reliquit, puerum præſumi non poſſe reddere debitum: & ob
id nec matrimonio conſentire. Et quamquam obſeruatum
4 aliquando eſt, † puerum nouẽ annorum grauidam reddidiſſe
nutricem, vt memoriæ proditum eſt à Diuo Gregorio, vt re-
latum eſt in ſumma.20.q.1.& ſcripſi ſupra lib. 4.præſum.34.
num.19 attamen cum id fuerit (ſi modò fuit) præter naturam
non eſt in conſideratione. Eſt etiam præſumptio ſumpta à
5 natura in eo, † qui valdè confectus eſt ſenio.l.ſi pater.§. vlt.
ff.de adoptio.& in ſpecie tradit Ancha.in d.c.2.nu.2.de frig.
& malef.& ſcripſi in lib.2.de arbit.iud.caſu.89.num.58.

Præſumptio verò & coniectura ex accidenti deſumitur,
6 quandò aliqua extant † ſigna frigiditatis & impotentiæ. vt
tradunt Butrius in d.c.1.col.vlt.verſ. cõclude ergo.de frigid.
& malef.vbi in verſ.ſed benè, dixit, ſignum impotentiæ eſſe,
quando vir ipſo habet membrum aridum, vel ad modũ ver-
rucæ, quod porrum vocatur: vel habet membrum, quod re-
trahit ſe in corpore vt retrahere ſolẽt animalia, ſicuti canes,
equi & ſimilia.Idem ſcripſit Ancha.in d.c. 1.in fi. ſunt etiam
ſigna impotentiæ ſecundum Anch. in c.pen. col.vlt.de frig.
& malef.quando membrum eſt valdè carnoſum, vel debile.

Cæterùm ſuperioribus diebus dubitatum fuit hic Patauij
coram reuerendo admodum Vicario Epiſcopali, an mariti
7 † impotentia probari poſſit per inſpectionem mulieris? Re-
ſpondi interrogatus, diſputationem hanc diffiniri à Butrio
in d.c.1.col.vlt.verſ.aut mulier non erat virgo.de frig. & ma-
lef.qui, conciliando Doctorum opiniones, diſtinguit duos
caſus. Quorum primus eſt, quando mulier non erat virgo tẽ-
pore quo contraxit cũ hoc viro, quẽ nũc aſſerit eſſe impotẽ-
tem: & cum eo annum & plus habitauit. Hoc caſu (inquit Bu-
trius) non poteſt probari impotentia mariti per inſpectionẽ
ipſius mulieris: ſed ſolùm per inſpectionem mariti, vt ſi ha-
bet membrum impotens (vt diximus ſupra) ad coëundum.

Secundus eſt caſus quãdo mulier erat virgo tempore quo
contraxit matrimonium cum hoc viro, cum quo per annum
& vltra habitauit. Hoc etiam caſu (inquit Butrius ibidẽ verſ.
credo) probari non poteſt impotentia mariti per inſpectio-
nem mulieris: ſed probari poteſt aſpectu & euidentia defe-
8 ctus membri mariti. Et Butrium † ſecutus eſt Præpoſitus ibi-
dem.nu.7.in fi. Et huius traditionis ratio eſt, quam ſenſerũt
etiam præcitati Doctores: quia probatio per inſpectionem
mulieris, an ſcilicet ſit virgo, vel corrupta, eſt fallax; ſicuti in
ſpecie tradunt idem Butrius in d.c.1.col.pen.verſ.item quia,
& ibidẽ Anch.nu.11.& idem ſcribit Abbas in c.vlt.nu. 10. in
fi. eo. tit. & dixi ſuprà in fine præcedentis præſumptionis.
Non ergo debet iudex admittere hanc probationem per in-
ſpectionem mulieris, quia nõ releuaret & ſi fieri permittere-
tur.iuxtà tradita ab eodem Abbate in d.c.vlt.nu.11. Econtra
autem probatio impotentiæ per inſpectionem membri ma-
riti eſt clara & euidens, & propterea debet admitti.
9 Eſt etiam hic obſeruandum, † potentiam viri oſtendi at-
que demonſtrari probando, eum alia muliere coiuiſſe. Si-
cuti audiui ſuperioribus annis obſeruatum Venetijs, cum ob
dubium impotentiæ puellæ parentes hæſitarent illam matri-
monio tradere adoleſcenti ſummæ dignitatis, periculum de
eius coëundi potentia cum alia puella fieri curarunt. Et cog-
nita adoleſcentis congrediẽdi facultate, matrimonium ſub-
ſecutum eſt. Quod ſanè factum non ſatis probo: ſicuti aliud
ſimile quod Venetijs pariter contigit, damnauit Ancha.in c.
vlt.num.5.de frigid.& malef.cuius verba hæc ſunt.

*Et quandoque actus illicitus inducitur ad probationem actus, de cuius efficacia dubitatur. Vnde concubitus & coitus cum meretricibus probaret potentiam coëundi. Sic vidi hoc fieri Venetijs per Vicarium Epiſcopi, ſede vacante. Virum enim, qui impotens dicebatur, recludi fecit in vna camera cum vna meretrice, & cum ea diu degens nihil egit. Et hac fide ſic bona habita ſententiam diuortij tulit, omiſſis alijs ſolennitatibus de quibus in illo capitulo. Et ſic malè & turpiter.* Hactenus Ancha. Qui rectè ſenſit, non eſſe permittendum malum hoc quod eſt capitale peccatum, vt inde aliquod bonum proueniat.

## PRÆSVMPT. XCI.

### Habilis & idoneus an & quando quis ad alios actus præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Idoneus & habilis an & quando quis præſumatur ad aliquẽ actũ.*
*Et idoneus quis poteſt intelligi altero de duobus modis, quò ad intrinſeca, & quò ad extrinſeca. num.2.*
3 *Idoneitas tunc non præſumitur, ſed eſt probanda, quando reſcriptum puta Papæ continet huiuſmodi verba: ſi idoneus repertus erit.*
*Huiuſmodi enim verba denotant conditionem, quæ in forma ſpecifica debet impleri. num.4.*
*Et Papa ſic reſcribendo ſignificat, ſe non acquieſcere præſumptioni iuris.num.5.*
*Contra, num.6. & minus bene.*
7 *Idoneitas non præſumitur, ſed venit probanda, quando verba reſcripti ita concepta ſunt: ſi ſibi conſtiterit eum eſſe idoneũ.*
*Idem quando in reſcripto dictum eſt, ſi tibi conſtiterit per ſolertem inquiſitionem Sempronium eſſe idoneum.num.8.*
*Secus quando verba ita concepta ſunt: ſi idoneus eſt: quia non requiritur aliqua extrinſeca probatio.num. 9.*
*Sed contra. num.10. & male.*
11 *Intellectus cler.1.in prin.de conceſſ.præb.*
12 *Delegati duo, qui tertio delegato impedito poſſunt procedere, ſcire debent tertij impedimentum, alioqui proceſſus eſt nullus.*
13 *Conditionem eueniſſe qui dicit, probare id debet.*
14 *Verba reſcripti ita debent intelligi, vt aliquid operentur.*
15 *Datum ſub vna conditione cenſetur ſub contraria ademptum.*
16 *Idoneitas extrinſeca non præſumitur, ſed eſt probanda præcipue quando verba reſcripti in parte diſpoſitiua ita ſunt concepta: ſi idoneum ſibi eſſe conſtiterit.*
*Idem quando dictum fuit, ſi idoneus eſt. num.17.*
18 *Literatum & prudentem eſſe aliquem eſt quoddam contingens, quod non poteſt concurrere cum primæuo ſtatu naturæ.*
19 *Teſtis ſi requiritur quod ſit ſciens & peritus, huiuſmodi qualitas eſt expreſſim probanda, cùm à iure non præſumatur.*
20 *Prudentia eſt fons & mater omnium virtutum, non tamen ineſt homini à natura, cùm longa rerum experiẽtia acquiri ſoleat.*
21 *Idoneitatẽ extrinſecam præſumi ſcripſit Felinus & minus rectè.*
*At ſi coniecturis & præſumptionibus conſtaret de idoneitate hac, acquieſcendum eſſet. num. 22.*
23 *Idoneitas extrinſeca an præſumatur, quando verba reſcripti in prooemio tantum ita ſunt concepta: Laudabilia pueriles ætatis indicia; ex quibus colligitur, quòd ſuccedentibus annis in virum te debeas producere virtuoſum, &c.*
24 *Verbis narratiuis ſummi Pontificis eſt credendum, quando Pontifex narrat facta coràm ſe, vel à ſeipſo, ſecus ſi ab alijs.*
*Idem quando Papa aſſerit ita eſſe quod narrat.num.25.*

1 DIſſeramus † nunc de habilitate, aptitudine at-
que idoneitate hominis ad alios actus præ-
ter coëundi potentiam & habilitatem; Qua in
re prius dicendum eſt, idoneum aliquem poſſe
intelligi altero de duobus modis. Vno quo ad intrinſeca:
ſicuti



ſicuti quo ad bonitatem animi, caſtitatem, ſobrietatem, & ſi-
milia: Altero quò ad extrinſeca, vt quò ad ſcientiam, pruden-
tiam, diuitias, & aliam ſimilem idoneitatem & aptitudinem.
Ita declarant Fel.in c.vlt.nu.2.de præſumpt.& Lambertin.in
Tract.de iure patronatus.lib.2.part.1.in 2.art.q.10.nu.4.

Duo itaque huius diſputationis capita conſtituo.
2 Primum † eſt, cùm agitur de bonitate intrinſeca: atque ita
de bonis moribus. Et hoc in capite diſtinguo atque conſtituo
aliquot caſus.
3 Primus quorum eſt, quando † princeps, vt puta ſummus
Pontifex conceſſit reſcriptum collationis beneficij, vel pro-
motionis ad ordines, vel ad dignitatem, cuius ſanè reſcripti
verba ita concepta ſunt. Si idoneus repertus erit, vel ſi vitæ
laudabilis eum reperies.

Hoc in caſu idoneitas non præſumitur, ſed probanda eſt.
Ita Oldr.in conſ.41.Breuiter.Lapus allega.60.nu.3.Belleme-
ra in concluſ.85.Card.Zabarel.in clem.1. col.pen.verſ.ſi au-
tem ſonat.de off.deleg. Idem ſenſit Bald.in l. neque natales.
nu,7. verſ.& idem.C.de probatio. & eum ſic intellexit Fely.
in c.vlt.num.33. de præſump.idem ſenſit Gomeſ.in Tract.de
gratiis & expectatiuis.num.80. poſt Decium in c.2.col.2.de
4 electio. Ea † ratione ij moti ſunt, quòd verba hæc ſignificant
conditionem, quæ in forma ſpecifica debet impleri: atque ita
adhiberi debet cauſæ cognitio, quæ ſola præſumptione con-
5 tenta non eſt. Præterea † accedit alia ratio, quod Papa, ita re-
ſcribendo, ſignificauit, ſe non acquieſcere præſumptioni iu-
ris: quandoquidem ſi ei acquieuiſſet, non mandaſſet de hoc
perquiri: ſicuti mandauit cùm dixit, ſi enim reperies. Nam ſi
voluiſſet acquieſcere ſoli præſumptioni iuris, nil expreſſiſſet:
ex quo illa præſumptio ſibi ſatis cognita erat. Et hanc ratio-
nem ſenſit Alciat.in Tract.de præſumptio.reg.3. præſump.2.
num.2.verſ.4.limitatur.
6 Cæterùm ab hac opinione diſſentit † Archid. in c.4.12.q.
2. qui docuit, quod ſi Pontifex mandat executori his verbis,
conferas beneficiũ Sempronio, ſi eum idoneum reperies, po-
terit executor conferre beneficium illi Sempronio, nulla alia
recepta probatione de eius idoneitate. Idẽ ſenſit Bal.in l.2.n.
6.C.quãdo prouoca.nõ eſt neceſſe, cùm dixit, quod ſi execu-
tor contulit huic beneficium, nulla habita informatione de
illius idoneitate, non tamen collatio redditur nulla. Et Bal &
Archid. viſus eſt ſequi Fely.in d.c. vlt.nu.33. verſ.adde etiam
prædictis.de præſumpt. Crediderim tamen recedendum non
eſſe à prima illa opinione tanquam vera & magis recepta.
7 Secundus eſt caſus, quando † verba reſcripti ita concepta
ſunt, ſi tibi conſtiterit eum eſſe idoneum. Hoc etiam in caſu
nõ ſufficit ſola præſumptio, qua præſumitur quilibet idoneus:
ſed requiritur vera probatio idoneitatis. Ita glo.in clem. 1.de
officio.deleg.Inno.in c.vlt.de pręſump.& ibidem Imol col.
6.Lapus alleg.15.nu.7.& in conſ.60.n.2.Bal.in l.nõ dubium.
col.8.verſ.ſed iuxtà quæro.C.de legib.Abb.in c.1.de poſtu-
la.prælat.& in c.ſacro.col.2.de ſent.excom.Alex.in conſ.218.
nu.1.lib.2.& Pariſ.in conſ.31.nu.33.lib.4.
8 Hic caſus multò † magis procedit, quando eſt dictum, ſi ti-
bi conſtiterit per ſolertem inquiſitionem Sempronium eſſe
idoneum. Ita Paulus Leazarius in clem.cum ei, quem: de con-
ceſſ.præben.Bellamera in concl. 667. Clauſula poſita.& Fel.
in cap.vlt.num.33.de præſump.
9 Tertius eſt caſus, quãdo † verba reſcripti ita cõcepta ſunt,
ſi idoneus eſt. Hoc in caſu non requiritur aliqua extrinſeca
probatio, ſed ſufficit ipſa iuris pręſumptio. Ita Oldr.in d.cõſ.
41.Lapus alleg.15.& alleg.60.Zabarel.in clem.1.col.pen.de
offic.deleg.Fel.in c.vlt.nu.33.de præſum.reg.3.pręſum.3.n.1.

Ea ratione ij moti ſunt, quod hæc verba ſonãt in ſimplicẽ
facti veritatem, non autẽ in conditionẽ. Eſt enim hęc clauſula
eius naturæ, vt ſubintelligatur etiam ſi expreſſa non ſit.c.cum
adeò.vbi glo.vlt.de reſcript.& ibidem: Non ergo conditionẽ
facit: ſed potius eſt quædã ſimplex admonitio, vt inquit gl.in
d.cle.1.de off.deleg. Et propterea ſufficit hoc apparere verum
iuris præſumptione ſola: Cum illa pro veritate habeatur, vt
aliàs dictum fuit. Et hoc in caſu locum habent iura illa, qui-
bus dicimus, quemlibet idoneũ præſumi, vt in l.ſeruos.ff.de
manumiſſ.teſta.in cap.ſicut.1.q.1. & in capi.vlt.de pręſump.
vbi latè Fely. & Lambertin. in Tract.de iure patronat.lib.2.
parte prima.art.2.quæſt.10.nu.5.& 6.
10 Contrariam tamen † opinionem viſus eſt probare Baldus
in l.neque natales.num.7.C.de probatio. Nam (inquit ille)
licet idoneitas intrinſeca, & naturalis, ſicuti ipſa natura præ-
ſumitur: attamen propter adiunctam conditionem, cognitio
requiritur: nec ſufficit conſtare perſunctoriè ex generali prę-
ſumptione naturę: ſed requiritur, quod ſpecificè ſit cognitum.
Idem ſenſit ipſe Baldus in l.cũ te.col.1.verſ.ſimiliter, ſi Papa.
C.de probat.docuit, quod ſi Papa reſcripſit, alicui de benefi-
cio prouideri, ſi eſt legitimæ ætatis licet aliàs (vt idem paulò
infrà ſubiungit) quis præſumatur ætate idoneus, ſicuti mori-
bus: attamen ob id, quod verba hæc ſunt cõditionaliter pro-
lata, ætas eſt probanda aliter quàm per præſumptionem. Cæ-
terùm vera non eſt hæc Baldi traditio, quæ vt ex prædictis ap-
paret, repugnat receptæ aliorum ſententiæ. Nec rationes &
argumẽta, quibus motus eſt Baldus, ei quidquam ſuffragãtur.
11 Et primò † adducit tex.Clem.2.in princ.de conceſſ.præb.
cui reſpondetur, ibi requiſiuiſſe Pontificem, quod per inqui-
ſitionem ille appareret idoneus.

Secundò affert argumentatio hæc, quod non ſufficit hæc
verba, ſi idoneus eſt, vera eſſe: ſed de ea conſtate debet, & ipſi
executori.cap.prudentiam.in princip.de offi delega.vbi duo
12 † delegati, qui tertio delegato impedito, poſſunt procedere,
ſcire debent tertij impedimentum: alioqui proceſſus eſt nul-
lus. Verùm reſpondetur ex ſententia Imolæ in d.c.vlt.col.6.
de præſumpt.poſt Io.And.in c.eum, qui certus.de reg.iuris,
quod poteſt quis ad executionem mandati procedere, ſi pu-
tat conditionem veram, licet alter neſciat. Nec obſtat.d.cap.
prudentiam, quia non habet locum, quando impedimentum
non eſt neceſſarium: atque ita non conſiſtens in volũtate im-
pediti. Cùm autem hæc conditio, ſi idoneus erit, non pendeat
à voluntate alicuius: ſed à mera facti veritate: ob id ſufficit,
quod executor putet eam eſſe veram.

Præterea reſpondetur, vt attigimus ſuprà, vt dicemus in-
frà, verum non eſſe quod præſupponit Bald.pędicta verba, ſi
idoneus eſt, conditionem facere: Cùm potiùs ſonent in quan-
dam admonitionem. Et propterea ipſemet Bald.in l.2.nu.6.
C.quãdo prouoc.non eſt neceſſe, ſcripſit, collationem ab hoc
executore factam, nulla recepta informatione, non annullari:
Cùm ſufficiat ipſi executori viſum eſſe, hunc eſſe idoneum.
13 Quartò † adducitur ratio, quod ille, qui dicit conditionem
eueniſſe, probare debet.l.ex his.C.quando dies leg.cedat.

Sed reſpondetur primò ex ſupradictis, hanc non eſſe con-
ditionem. Reſpõdetur, & ſecundò vnà cum Alciato in Tract.
de præſump.reg.3.præſump.3.verſ.niſi reſpondeas, argumen-
tationem procedere in his, quæ tempore mutantur: ſicuti in
ætate: ſecus quò ad mores, de quibus nos loquimur: quia illi
ſui natura ſemper pręſumuntur boni, vt diximus ſuprà.
14 Quintò vigere † videtur, quod verba reſcripti ita debent
intelligi, vt aliquid operentur.cap.ſi Papa.de reſcript.in 6.&
arg.l.ſi quando.in princ.de leg.1. At qui hoc in caſu nihil ope-
rarentur hęc verba, ſi idoneus eſt, ſi probatio non reperitur:
quia iam à lege idoneus præſumitur.

Verùm reſpondet Alciatus in d.præſumpt.3.verſic.& ſi di-
ceres, quod imò hęc verba reſcripti multum operãtur in ſenſu
contrario: quia illud, quod datur ipſo iure, cenſetur adimi,
15 caſu quo non ſit idoneus: ex regula, quod † datum ſub vna
conditione cenſetur ſub contraria ademptum.l.ſi legatum
purè.ff.de adim.leg.& l.aliquando.in fi.ff.de cond.& demon.
Præterea, & ſecundò reſpõdetur, quod quando idoneitas ſeu
bonitatis in reſcripto fit mentio explicitè, exprimi dicitur,
quod implicitè inerat: quo caſu reſcriptum nil plus operatur
quàm à iure ipſo communi conſtitutum eſt, iuxta regulam.l.
3.de leg.1.& c.1.de ſumma Trinit. & fide Cathol. & vtroque
in loco Doctores. Et ſimili reſponſione vſus eſt Craue.in
Tract.de antiq.temp.in 5.particula, primę partis principalis.
num.41.in fine. Cùm dixit, quod ſi ſtatutum requirit bonam
fidem, quæ alioqui à lege præſumitur, nihil operetur: quia
ſtatutum exprimit quod implicitè inerat.

Secundum eſt huius diſputationis caput, quando agitur de
idoneitate extrinſeca, vt putà de ſcientia, prudentia, diuitiis,
& ſimilibus. Hoc ſanè in capite conſtitui etiam poſſunt ali-
quot caſus.
16 Primus eſt, quãdo † verba reſcripti in parte diſpoſitiua ita
ſunt concepta, ſi idoneum tibi eſſe conſtiterit, vel ſi idoneum

 reperies:

conſanguinea locũ non habere quando ſolũ contraxit ſpon-
ſalia.glo.in clem.1.in verbo,contrahere.de conſang. & affi-
nit.Bald.in l.pen.§.pen.ff.ne quis eũ,qui in ius voc.eſt vi exi-
mat.& in l.1.col.vlt.verſ.& per hoc determinantur. C.ſi Re-
ctor prouin.Abbas in c.1.nu.3.de conſtit.& in c.1.num.32.de
poſtul.prælat.Alex.in conſ.173.col.1.& in conſil. 194.col.vlt.
lib.2.Corn.in conſ.147.col.vlt.lib.1.Iaſon in l.2.in fine. ff.de
iuriſd.om.iud.in l.cum quidam.nu.12.ff.de liberis & poſth.
& in l.quominus.in nono notab.nu.18. ff.de flum. Dec.in c.
non concupiſcentiam,in ſecunda lect.col. 1. de conſtit.in c.
iurauit.nu. 13. de probat.& in conſ.645.nu.7.Ripa in Tract.
de peſte,in tit.de remedijs ad conſerua.vbert.nu.69.& num.
300.Curt.Iun.& Sapia in l.2.in fi.ff.de iuriſd. om. iud. Nico-
nicius in rub.C.de eden.nu.31. Ant. Gabriel.in d.concluſ.7.
nu.4.& fuſius Vicentius Carrocius in d. c.cũ quid prohibe-
tur.in 3. parte, limitatione prima; quo loci plures illationes
affert. Diſſentiunt tamen aliqui commemorati à Gabriele.
7 Declaratur † ſecundò,vt procedat hæc præſumptio,quã-
do adeſt eadem ratio tam in antecedenti quàm in conſequẽ-
ti:ſecus verò ſi diuerſa eſt ratio. Ita Cynus & Salicetus in l.
1.C.ſi Rector prouin.Alex.in conſ.194.col.pen.lib.2.Corne.
in conſi. 47.col.vlt.lib.1.Dec. in l.2.in fine.ff.de iuriſd. om.
iud.& in c.iurauit.num.13.de probatio.& in conſ.502. col.1.
Euerardus in d.arg.à conſequenti deſtructo, num. 4. Curt.
Iun.Sapia in l.2.in fi.ff.de iuriſd.omn.iud.& copioſè Carro-
cius in d.c.cum quid prohibetur.in tertia parte, limit. 6. qui
exemplum affert,quando adeſt eadẽ ratio, ſicuti quod ſena-
tor non poſſi contrahere matrimonium cũ liberta. item filia
ſenatoris cum liberto.l.ſemper.de ritu nuptia. vbi redditur
ratio,vt honeſtas ſeruetur, quæ ſanè ratio locum etiã habet
in ſponſalibus.l.oratio.ff.de ſponſa.Exemplum verò quando
adeſt diuerſa ratio adfertur,vt quod magiſtratum gerens nõ
poſſit contrahere matrimoniũ cum ſubdita,ea ratione, quia
propter potentiam ſuam contraheret cum ditiſſima, & non
poſſet poſtea matrimonium diſſolui: ſed non prohibentur
ſponſalia, quia diſſolui poſſent. l. ſi quis officium. ff. de ritu
nuptia.Non hic repetam illationes illas, quas commemorat
Carrocius præcitato in loco.
8 Declaratur † tertiò,vt non procedat, quando prohibitio
eſſet perſonalis.Ita Cynus & alij in l. 1. C.ſi rector prouin.
Baldus in l.2.col.1.ff.de iuriſd. omn. iud. Henricus Boic. in
c.ex parte,de accuſ.Euerardus in argumento à deſtruct.con-
ſequentis ad deſtructionem antecedentis. num. 3. & Vicen-
tius Carrocius in d.c.cum quid prohibetur, in 3.par.limit.2.
& Ant.Gabriel in d.conclu.7.num.6.
9 Declaratur quartò, † vt procedat in prohibitione perpe-
tua:non autem in temporali. Ita glo.in c.tua de deſpõſa. im-
pub.Baldus in l.1.num.. .C. ſi rector prouin. Albericus in l.
2.nu.. . ff.de iuriſd.om.iud.& in l.indebitam.ff. de cond. in-
debiti. Caſt.in l.ſolent.ff.de ijs,qui notan.infamia.Decius in
d.l.2.col.vlt.ff.de iuriſd.om.iud.& in c.nam concupiſcentiã.
in 2.lectura.col.1.de conſtit.Ant.Gabriel in d. concl.7. nu.7.
& Vincentius Carrocius in d.c.cum quid prohibetur.in ter-
tia parte,limit.3.His etiam accedunt Arnaldus Albertinus in
c.quoniam.q.6.nu.15.de hæret.in 6.& Euerardus in centuria
legali in argumento à deſtructione conſequentis. nu. 4.in fi.
Et hanc traditionem probat tex.l. ſi quis officium. ff. de ritu
nupt.& d.l.1.C.ſi rector prouin. vbi magiſtratus poteſt con-
trahere ſponſalia cum ſubdita,& ſi non poſſit ducere eam in
vxorem: quia prohibitio illa eſt temporalis, nempè donec
durat magiſtratus.
10 Ita etiam dicimus † impuberes poſſe cõtrahere ſponſalia,
non autem matrimonium, c.1.§.idem quoque de deſponſa.
impub.lib.6.Ea eſt ratio,quia impuberes non ſunt prohibiti
perpetuò cõtrahere matrimonium:ſed ſolùm durante ætate
11 pupillari.Ita è contra dicimus, † ſenatorem qui cum liberta
non poteſt contrahere matrimonium,non etiam poſſe con-
trahere ſponſalia,quando quidem matrimoniũ inter hos eſt
perpetuò prohibitũ.Ita procedunt.d.l.oratio.ff.de ſponſal.&
d.l.ſemper.ff.de ritu nupt.Ita pariter dicimus,quod ſi prohi-
betur bannitus eſſe ex prioribus,ſi eſt bannitus tẽpore ſcru-
tinij,& imbuſſolatur (vt vulgò dicitur) ad hoc vt poſtea poſ-
ſit extrahi & officium gerere: attamen omninò prohibetur
exercere officiũ:quia prohibitio eſt perpetua.ſic tradunt. Io.
Andr.in additio.ad Spec.in tit.de accuſa.§.ſequitur,in addi-
tio.magna.verſ.alia quæſt. Bald. in l. quid ergo. pæna gra-
uior.ff.de ijs,qui notan. infam.&in rub.C.de cõdict.ob cau-
ſam.Claudius Seyſel.in l.ſed ſi quis.§.ea l.col.vlt.ff.de verb.
oblig.& Carrocius in d.l.limit.3.num.2.qui quidem aliud ſi-
mile commemorat ex Aret.in l.exiſtimo.de verb. oblig.
12 His dubitari † poteſt an illa conſtitutio ſacroſancti Con-
cilij Tridentini Seſſione 24. c. 1. de reformatione matrimo-
nij prohibens matrimonia clandeſtina,locum etiam habeat
in ſponſalibus clàm contractis.
13 Declaratur quintò, vt † nõ procedat hæc præſumptio,quã-
do antecedens requireret ſpecificam prohibitionẽ. Vnde ſi
ſtatutũ diſponit,cõtra inſtrumentũ nullã opponi poſſe exce-
ptionẽ licet per reſtitutionem perueniatur ad exceptionem:
attamen reſtitutio illa nõ cenſetur prohibita;ex quo requirit
ſpecificã prohibitionẽ. Ita Soc.Sen.in conſ. 24.. nu.7.lib.2.
qui dixit,ſic reſpondiſſe Baldum.& ſi Baldus in l.in cauſæ, la
1.ff.de minor.25.annis,aliter ſcripſerit. Et Socinum ſecutus
eſt Carrocius in d.c.cũ quid prohibetur.limit.4.vbi declarat
hoc non procedere, quando ſtatutum diſponit his verbis:
aliqua exceptio quouis modo opponi non poſſit. Nam tunc
etiam reſtitutio in integrum prohibita cenſetur.
14 Declaratur † ſextò, vt non procedat in antecedẽte remo-
to.Nam tunc prohibito conſequenti non præſumitur prohi-
bitum antecedens. Ita declarat Carrocius in d. c. cum quid
prohibetur.in tertia parte,limit. 5.qui exemplis declarat.
15 Declaratur ſeptimò,vt † locum habeat hæc præſumptio,
quando finis eſt prohibitus:ſecus ſi prohibitus eſt ſolummo-
dò modus.Baldus in c.innotuit.col.1. verſ. nota prohibitio.
de elect.Decius in c.nam concupiſcentiam,in 2.lectura col.
1.de conſtit.& Ant.Gabriel.in d.concluſ.7.num.8.Caſſaneus
in conſi. 54. num. 62.
16 Declaratur † octauò, vt locum non habeat quando ante-
cedens poteſt ſuſtineri alia virtute quàm virtute ſui conſe-
quentis.Bald.in l.1. col. vlt.C.ſi Rector prouin. Gabriel.vbi
ſuprà nu.8.& Albert. in c.quoniã,in q.6.n.15.de hæret.in 6.
17 Declaratur nonò,vt † nõ procedat, quando prohibitũ di-
rectò tendit ad productionem illius, quod prohibetur:ſecus
ſi incidenter.Bart.in l.2.in fine.& ibidem Iaſon. nu. 25.Curt.
Iun.num.57.& Sapia num.21.ex l.non omne. ff. de ſtatu lib.
18 Declaratur decimò,vt † locum non habeat, quãdo æqui-
tas ſuggerit, vt illud, quod fieri non poteſt directò fiat per
indirectũ.Ita Bald.in rub.C.qui admitti.col.1.Curt.Iun.in d.
l.2.in fine.ff.de iuriſd.om.iud.& ibidẽ Sapia in fine. & Car-
rocius in d.c.cum quid prohibetur in tertia parte. limit. vlt.
in fine.

## PRÆSVMPT. XCIIII.

### Pænitẽs in extremo vitæ exitu an ſaluus fieri & æternam vitam conſequi præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Pænitens in extremo vitæ exitu an vitam æternam conſequi præ-*
*ſumatur.*
2 *Viuere is dicitur, qui in extremis vitæ eſt,de quo non eſt deſpe-*
*randum vſque ad vltimum.*
3 *Peccator in quacumque die & in quacumque hora cõuerſus fue-*
*rit,impietas eius non nocebit ei.*
4 *Eccleſia neminem in loco ſacro ſepeliri permittit, niſi quos ſal-*
*uos præſumit:imò nec publicè pro eo orare concedit.*
5 *Monachus cum peculio defunctus in ſterquilinio ſepeliri mãdatur.*
6 *Excommunicatus omnino arcetur à ſepultura.*
7 *Moriens in peccato mortali non eſt ſepeliendus in loco ſacro.*
8 *Eccleſia non denegat ſepulturam ijs,quos in extremo vitæ ſuæ pæ-*
*nitent peccaſſe.*
9 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
10 *Homo dum viuit facilè ei eſt peccare, & ſic poteſt male mereri*
*& damnari,& econtra etiam mereri poteſt.*
11 *Dei opt.max.tanta eſt bonitas,vt ad ignoſcendum ſit magis cle-*
*mens,quàm ad damnandum iratus.*
*Et ſic malos citra condignum punit, & bonos plus merito remu-*
*nerat.ibid.*
12 *Occidens ſeipſum licèt nec in loco ſacro ſepeliri debeat, nec pro*
*eo ſit orandum, quia tamen potuit in vitæ ſuæ extremo con-*
*uerti, permiſſum eſt pro eo orari ab his,qui crederent ipſum*
*fuiſſe*



*fuiſſe conuerſum.*
13 *Pœnitentem in extremis non præſumi, vitam æternam conſe-*
*qui poſſe, & quare,& num.ſeq.*
14 *Intellectus c. ſi quis poſitus. de pœnit.dict.7. deſumptus ex diui*
*Auguſtini homelia 41.& nu.ſeq.præſertim.num.24.*
15 *Sermonis à proprietate non eſt recedendum.*
16 *Vir ſanctus procul à mendacio cenſetur.*
17 *Scientia aliud eſt, aliud præſumptio.*
18 *Præſumptionis multi ſunt gradus: alia enim eſt leuis,quæ ſolam*
*ſuſpicionem parit:grauis,quæ producit opinionem: grauior,*
*quæ operatur plenam credulitatem.*
19 *Opinior minor eſt quàm fides firma & crudelitas,qua quis firmi-*
*ter credit ita eſſe.*
20 *Crudelitas & fides licèt in certitudine æquiparentur ſcientiæ,*
*attamen in modo differunt,& quomodo.*
21 *Præſumptionum aliqua ſufficit ad condemnandum, aliqua ad de-*
*ferendum iuramentum,& aliqua ad purgandum.*
22 *Pœnitentia in fine vitæ efficit, vt præſumatur quem ſaluari, vt*
*peccator abſoluatur, & pœnitentia ſacramentũ ei cõcedatur.*
*Non tamen efficit,vt certò credamus eum ſaluari.num 23.*
25 *Pænitens verè in articulo mortis præſumitur ſaluari.*
*At dubitandum eſt de illius ſalute, qui pœnitentiam ad extremũ*
*vitæ ſuæ exitum perduxit. num. 26.*
*Sicut enim dubia eſt pœnitentia, ita eſt dubia & ambigua ipſius*
*ſalus. ibid.*
27 *Pœnitens in extremis non Dei amore, ſed formidine mortis &*
*inferni,non præſumitur ſaluari, & quare.*

1 DVbitatum ſcio apud † ſacræ theologiæ & iuris
pontificij interpretes, an præſumatur is ſaluari
& vitam æternam conſequi, quem in vitæ ſuæ
extremo pænitet peccaſſe? Recepta, vera atque
catholica eſt opinio;præſumendum eſſe, hunc ſic pænitentẽ
ſaluũ effici.Ita ſcripſerũt Archidiac.Cardinalis & Nauar.in
c.ſi quis poſitus.de pænit.diſt. 7. Turrecremata in c.1.de pæ-
nit.diſt.7.Dominicus Soto in 4. ſententia diſt.19.q.2. art. 6.
Quequidẽ ſentẽtia probatur primò text.d.c.1.de penit.diſt.
7. quo loci refertur illud Leonis Papæ,quod ſcripſit in epiſt.
90.ad Ruſtic. Epiſcopum.Nemo (inquit Leo) *deſperandus eſt,*
*dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunquam quod diffi-*
*dentia ætatis differtur: conſilio maturiore perficitur.*
2 Cùm ergo † in hoc corpore exiſtere adhuc dicatur ille,qui
in extremis vitæ eſt, ſequitur dicendum de eo non eſſe de-
3 ſperandum:Nam & Ezechielis c.33.ſcriptũ legitur; *In † qua-*
*cumque die,ideſt,in quacumque hora, conuerſus fuerit peccator ab*
*impietate ſua,impietas eius non nocebit ei.* Id quod relatum eſt
in c.ponderet diſtinct.50.& in c.ſi presbiter.26.q.6.Et Lucæ
c.23.dixit Saluator latroni extremis laboranti, & pænitenti;
*hodie mecum eris in paradiſo.*
4 Secundò ſuffragatur; † quod eccleſia neminẽ in loco ſa-
cro ſepeliri permittit,niſi eum, quem ſaluum præſumit:Imò
nec publice pro eo orare concedit c placuit.23.quæſt. 5.& c.
5 fures.de furtis.Hinc monachus † cum peculio defunctus in
ſterquilinio ſepeliri mandatur, c. cum ad monaſterium.de
6 ſtatu monaco. Et excommunicatus † omninò arcetur à ſe-
7 pultura. clem.1. de ſepult. Et moriens † in peccato mortali
non ſepelitur in loco ſacro.glo.in c.ex parte.il 2.de ſepultu.
in c.monachi & in d.c.cũ ad monaſterium, de ſtatu mona-
8 cho.& c.quia in omnibus.de vſuris. At qui † eccleſia nõ im-
pedit ſepulturam ijs,quos in extremo vitæ ſuæ pænitet pec-
caſſe.cap.ſi quis autem.de pæniten.diſtinct.7.Ergo non præ-
ſumit eccleſia hos penitentes damnari, ſed ſaluari.
9 Tertiò accedit,quod † contrariorum eadem eſt diſcipli-
na.l.1.ff.de ijs, qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et de contrarijs
10 contraria dicuntur.cap.ſciendum.8.q.1. Atqui homo, † dum
uiuit,peccare poteſt:ſicque male mereri & damnari: ſicuti
ſcriptum eſt Ezechielis cap.33.*Iuſtitia iuſti non liberabit eum in*
*quacumque die peccauerit.*
Ergo & peccator dum viuit mereri poteſt.Et hoc quidem
11 ratione à fortiori ducta: Nam † Dei opt. max.bonitas tanta
eſt,vt ad ignoſcendum ſic clemens magis quàm ad damnã-
dum iratus.c.quia diuinitatis, de pænit.diſtinct. 1. ſic enim
malos citrà condignum punit. Bonos verò plus merito re-
munerat;teſte Diuo Thoma.in 4.ſentent.diſt.46.q.2.art.2.
12 Quartò confert † auctoritas Petri Paludani in 4. ſenten.
diſtinct.20.q.1.col.1.qui ſcriptum reliquit, quod licèt ſeip-
ſum occidens neque in loco ſacro ſepeliri debeat: nec pro
eo orandum ſit.c.placuit.23.q.5.Attamen quia potuit in vitæ
ſuæ extremo conuerti,iuxtà illud; *Dum occidebat eos conuerte-*
*bantur,*permiſſum eſt pro eis orare ab his, qui crederent oc-
ciſum fuiſſe conuerſum.
13 Nunc ſupereſt,vt † diluamus atque confutemus rationes
& argumenta,quæ contrariæ opinioni ſuffragari videntur.
Et primò quidem perpendi ſolet tex.cap. ſi quis poſitus.de
pæniten. diſtinct. 7. qui deſumptus eſt ex Diui Auguſtini
Homel.41.cuius verba hæc ſunt.
*Si quis poſitus in vltima neceſſitate ſuæ ægritudinis voluerit ac-*
*cipere pœnitentiam,& accipit,& mox reconciliatur,& hinc vadit:*
*fateor vobis, non illi negamus, quod petit: ſed non præſumimus,*
*quod benè hinc exit. Si ſecurus hinc exierit, ego neſcio, pœniten-*
*tiam dare poſſumus, ſecuritatem autem dare non poſſumus. Num*
*quid dico damnabitur? ſed non dico liberabitur. Vis ergo à dubio*
*liberari? Vis quod eſt incertum euadere? age pœnitentiam dum*
*ſanus es. Si ſic agis: dico tibi, quod ſecurus es: quia pœnitentiam egi-*
*ſti eo tempore quo peccare potuiſti. Si autem vis agere pœniten-*
*tiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu*
*illa.* Hæc Diuus Auguſtinus, cuius verba ibi: *ſed non præſumi-*
*mus, quod benè hinc exit*; ſignificare videntur, non eſſe præſu-
mendum ſaluari eum,quem in extremis laborantem peccaſ-
ſe penitet.
Et idem ſenſit idem Diuus Auguſtinus in eadem Home-
lia relata in c.ſi quis autem.eodem tit.
14 Reſpondetur, † primò ex ſententia Archidiaco. & Car-
dinalis in d cap.ſi quis poſitus; verbum illud, præſumimus,
ſic ſuppleri,præſu mimus aſſerere,id eſt, non audemus affir-
mare.Quam quidẽ interpretationẽ reijcit Nauarrus ibidẽ.
15 nu.5.quia à ſermonis † proprietate nõ eſt recedendũ l.nõ ali-
ter de leg.3.Et ſuppletio ſermonis proprietatẽ tollere vide-
tur.Et præterea (inquit Nauarrus) ſi per illud aſſerere intelli-
gimus,quaſi id ſciamus,nihil eſt dicere: Cum neque de eo,
qui in fine vitæ pænitet, neque de alio, cui tota ipſa vita
pænitentia fuit, certò affirmare poſſumus, ſine reuelatione
diuina,quòd ſecurus hinc exeat. Non ergo hic ſenſus con-
uenit verbis Diui Auguſtini.
Reſpondet ſecundò glo.in ſumma de pœnit.diſt.7. quam
probauit Turrecremata,in c.nemo eo.tit.D.Auguſt.voluiſſe
nos potius terrere quàm exprimere dubitationem, quam in
mente habeat.Hanc quoque interpretationem non admittit
Nauarrus præcitato in loco; quippè quod D.ipſe Auguſtin.
mendacium dixiſſet, nempè aliud voce exprimendo, quàm
16 quod in mente & animo habebat. Id quod † eſt alienum à
ſancto viro, qui mendacium ſummoperè damnare conſue-
uit,cap.1.22.q.2.& cap.ſuper eo.de vſuris.
17 Reſpondet tertiò † Nauarrus in d. cap.ſi quis poſitus.nu.
8 quod aliud eſt ſcientia, aliud præſumptio: vt ſcripſit Bart.
18 in l.admonendi.nu.21.ff.de iureiur.Et præſumptionis † mul-
ti ſunt gradus:hoc eſt,leuis, quæ ſolam ſuſpicionẽ parit:gra-
uis,quæ producit opinionem:grauior,quæ operatur plenam
credulitatem.Illa ergo ſuſpicio, qua leuiter quis incipit vni
parti adhærere, eſt minor opinione, qua quis adhæret vni
parti cum ſcrupulo tamen & formidine:an pars altera ſit ve-
19 ra.Opinio autem minor † eſt quàm fides firma & credulitas,
qua quis firmiter credit ita eſſe, capitul. firmiter de ſumma
20 Trinit.& fide cathol.fides autem & credulitas † licèt in cer-
titudine æquiparentur ſcientiæ:Attamen in modo differunt:
quia ſcientia per ſenſum, vel aliũ modũ euidenter quæritur:
fides autem obſcurioribus argumentis:quemadmodũ ſcripſi
ſupra lib.1.q.7.nu.54.& 55.omnium autẽ minima eſt dubie-
tas:qua in neutram partem animus inclinat, vt inquit glo.in
l.de ſtatu ſuo.ff.de teſta.Ille ergo text.d.c.ſi quis poſitus (di-
xit Nauarrus) in illis verbis,non præſumimus:intelligitur,vt
certo credamus,licet ſuſpicemur:& forte ita eſſe opinemur.
De aliis autem,quos ante mortis periculum peccaſſe pœni-
tuit,præſumimus,hoc eſt,certo credimus ſaluari.
21 Et † præterea (inquit Nauarrus) multi ſunt gradus præ-
ſumptionis:aliqua ſufficit ad condemnandum:aliqua ad de-
ferendum iuramentum: aliqua ad purgandum.Ita Abbas in
22 cap.vlt.§.1.nu.7.de iureiuran.Pœnitentia † ergo in fine vitæ

efficit,vt præſumatur eum ſaluari adhoc, vt peccator abſoluatur & pœnitentiæ ſacramentum ei concedatur d.c.ſi quis poſitus:& conſequenter , vt ei communicetur.ca.quod inter de pœnit.& remiſſ.& ſepultura in loco ſacro tribuatur cap. vlt.de ſepult.

23 Non tamen † efficit(ait Nauarrus)talis pœnitentia,vt certò credamus,eum ſaluari:ſed ſolùm,vt ſuſpicemur,vel opinemur. Verùm interpretatio hæc repugnate mihi videtur verbis & menti D.Auguſtini,qui non credidit,vel opinatus eſt , ſed verè dubitauit. Nam dixit D.Auguſtinus, *Non dico damnabitur: ſed nec dico liberabitur* , Quæ ſanè verba dubitantis verè ſunt. Et rurſus, D.Auguſtinus coniecturam non fecit hunc pœnitentem ſaluari reſpectu ſacramentorum , vt ſcilicet abſoluatur & pœnitentiæ ſacramentum ei concedatur , cùm manifeſtè aſſeruerit huic in extremo vitæ pœnitenti tribuendam eſſe abſolutionem,ſed loquitur D.Auguſtinus de ſecuritate vitæ æternæ,dum inquit, *ſed non præſumimus,quod bene hinc exit.*

24 Reſpondeo itaque † quartò & diſtinguo duos caſus , quorum primus eſt,quando pro conſtanti præſupponimus, eum, quem in vitæ ſuæ extremo pœnituit, verè pœnituiſſe. Hoc in caſu loquitur Nauarrus in d.c.ſi quis poſitus.num.1.& rectè ſentit,præſumi hunc pœnitentem ſaluari.Nam , (vt ſcriptum eſt Ezechielis cap.33.) *quacunque die conuerſus fuerit.&c.* Et Lucæ c.23.dixit Saluator latroni pœnitenti. *Hodie mecum eris in paradiſo.* De hoc caſu non loquitur D.Auguſtinus in dict. cap.ſi quis poſitus,vt ſtatim demonſtrabimus.

Secundus eſt caſus , quando dubitamus , an eum quem in extremo vitæ ſuæ pœnituiſſe aſſeritur , pœnituerit , vel non? Hoc in caſu loquitur D.Auguſtinus in d.c.ſi quis poſitus: & inquit,quod cum dubium ſit,an pœnituerit,præſumi non poteſt,quod is ſaluetur. Nam ſicuti dubium eſt de pœnitentia, ita etiam eſt dubium de ſalute:ex quo ſalus à pœnitentia pendet & cauſatur. Quod autem de dubio pœnitentiæ loquatur D. Auguſtinus ſatis manifeſtè oſtendunt eius verba,ibi.

*Vis quod eſt incertum euadere ? age pœnitentiam dum ſanus es: & ſi ſic agis:dico tibi,quòd ſecurus es:quia pœnitentiam egiſti eo tempore quo peccare potuiſti.Si verò vis agere pœnitentiam quando iam peccare non poteſt.peccata te dimiſerunt,non tu illa.*

Ecce quod Diuus Auguſtinus loquitur de dubio ſalutis præſuppoſita dubia pœnitentia. Eſt ſanè dubium agentem in extremis verè & ex corde pœnitere. Nam corporis infirmitas adeò perſæpè omnes animi ſenſus occupat , vt vix aliquid de Deo cogitare permittat. Et præterea credendum eſt potius, Dominum ei manum non porrigere , vt peccaſſe tunc pœniteat , cùm ad illud vſque temporis extremum benignitatem ipſius Dei deſpexerit. Et hanc fuiſſe diui Auguſtini mentem ſenſerunt Turrecremata in d.c.nemo.in prin.de pœniten.diſtinct.7.& manifeſtius Dominicus Soto in 4.ſen.diſt.19.art. 6.col.3.verſ.itaque mens. Hic itaque ſtatuendæ ſunt tres conclusiones,quas exiſtimo veras & fidei catholicæ cōſentaneas.

5 Prima eſt,† ſalutari præſumi eum,quem in mortis articulo verè pœnitet peccaſſe:cum pœnitentia hæc nil differat, ab ea,quam quis habet dum bene valet : Ita enim illi præſto eſt Dei auxilium,cui homo conſentit, ſicuti huic ſano & incolumi.Nec hic repugnat illud Eccleſiaſt.c.9. *Nemo ſcit , an dignus odio , vel amore ſit:* quia reſpondetur, Eccleſiaſten intelligi de certitudine ſcientiæ,non autem coniecturali:ſicuti declarauit Turre Cremata in d.c.nemo in ſi.de pœniten.diſt.7.& ſecutus ſum in conſ.82.n.83.lib.1. vbi plura de hac certitudine.

26 Secunda eſt concluſio , † dubitandum eſſe de ſalute eius, qui pœnitentiam ad extremum vitæ ſuæ exitum perduxit.Nā ſicuti dubia eſt pœnitentia:ſic etiam ambigua eſt ſolus.

27 Tertia eſt concluſio, † ſaluari non præſumi eum , qui non Dei amore,ſed formidine mortis & inferni pœnitentiæ ſigna dedit vel dum ſanus eſſet,vel dum in extremis laboraret:cum is dolor ad pœnitentiam veram non ſufficiat.c.nullus de pœniten.diſtinct.7.Ita intelligitur illud, quod de Antiocho Rege ſcriptum eſt in li.2.Machab.c.9. *Orabat ſcelestus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Sic etiam intelligitur Matthæi.c.27. *Iudas mox moriturus pœnitentia ductus triginta illos argenteos retulit in templum:at miſericordiam non eſt conſecutus.* Et interpretationem hanc probarunt Dominicus Soto in 4.ſen.diſt.19.q.2.art.6.col.3.verſ.ad primum igitur,& Nauarrus in d.c.ſi quis poſitus. num.5.de pœnit.diſt.7.

## PRÆSVMPT. XCV.

Confeſsionem ſacramentalem , an & quando ſacerdos præſumatur conſenſu & licentia confeſsi reuelaſſe atque detexiſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt nec nullo pacto ſua ipſe ſponte confeſsionem detegere.*

*Et ſi eam detegit in iudicio nulla eſt ſibijpſi adhibenda fides.nu. 2.*

*Etiam ſi fauore matrimonij eam detexerit.nume.3.*

4 *Sacerdos de licentia confitentis poteſt procedere & reuelare confeſsionem.*

*Et huiuſmodi licentia & conſenſus confitentis efficit , vt teſtimonio ſic detegentis fides adhibeatur in iudicio.nu.5.*

6 *Sacerdos an & quando credatur confeſsionem ſacramentalem cōfitentis conſenſu reuelaſſe.*

*Quod ſi viuente ipſo confitente,eóque ſciente & non contradicente nec conquerente dtexit eius confeſsionem, aſſerens ſe id facere licentia ipſius confitentis , fides ipſi eſt adhibenda.num.7.*

*Et multò magis id procedit, quando nullum verſatur tertij præiudicium,ſed ſolius confitentis.nu.8.*

*Non facit autem hæc fides perfectam probationem,ſed præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium.num.9.*

*Quid autem ſi confitens contradicit & negat ſe licentiam ſic reuelandi dediſſe.num.10.*

11 *Sacerdos ſi accuſatur à confitente , quod detexerit confeſsionem ſuam,& is aſſerat id feciſſe,quia ab eo non audiuit in confeſſione ſacramentali ſed extra,ſibi non creditur,& puniri debet pœna extraordinaria.*

12 *Sacerdos probatæ vitæ ſi mortuo confitente prodidit eius confeſsionem,quæ tertio aſſert præiudicium,& is non conquerit,numquid puniri poſsit,an ſit adhibenda fides.*

*Et quid ſi tertius,cui ex hoc præiudicium aſſertur,conquerit. num.13.*

*Et quid ſi de probitate eius vitæ non ſatis conſtat , & mortuo confitente prodidit confeſsionem non in iudicio tertio detrimentum aſſerens ſine vtilitate alterius.num.14.*

CONGRVVS ſatis eſt hic locus , vt diſſeramus de Sacramentali confeſſione à Sacerdote prodita atque detecta. Qua in re † ſciendum eſt prius.Sa-
1 cerdotem non poſſe,vel debere confeſſionem ipſam ſua ipſa ſponte detegere:ſicuti ex multorum ſententia ſcripſi in lib.2.de arbitrarijs iudicum.Caſu.414. Et ibi commemoratis accedunt alij quamplurimi congeſti à Didaco in epitome de ſponſalibus.in ſecunda part.c.8.§.vlt.nume.10. Qui
2 quidem † in verſ.imò & ſi Sacerdos,rectè : ſubiunxit authoritate Baldi & Caſtren.in l. Archigerontes.C de epiſcop.aud. Fel.in c.1.num.9.de exceptio. Tyndari in Tract.de teſtibus & Ripæ in Tract.de peſte.in vltima parte,huic confeſſioni ſic in iudicio etiam detectæ nullam eſſe adhibendam fidem. Id
3 quod admittunt Ro.& alij,quos ſtatim referam.Imò nec † fauore matrimonij probat hæc detecta& reuelata confeſſio:ſicuti ſenſit glo.in c.tua nos.in verbo , qualiter in ſi.de ſponſa. quam ſic interpretati & ſecuti ſunt Fortunius Garzia in l.1.§. huius ſtudij.num.21.de iuſti.& iure. Ripa in loco ſupra alleg. num.107. Alc.in c.omnis vtriuſque in 2.lect.num.3.de pœnit. & remiſ. & Did.in d.§.vlt.num.10. Quiquidem reiiciunt cōtrariam interpretationem & opinionem Roma.in l.ſi non ſpeciali.num.7.C.de teſta.Iaſon.in d.§.huius ſtudij.num.6.& in l.patre furioſo.num.7.ff.de ijs,qui ſunt ſui,vel alie.iuris,& Caſ
4 ſanei in conſ.1.num.17.Porrò confitentis conſenſu † & licentia ſacerdotem reuelare atque prodere poſſe confitentis confeſſionem,ſcripſerunt Diuus Thomas & Paludanus in 4.ſen. diſt. 21.art.3. Adria.in Tract. de ſigillo cōfeſſionis c.ſed probabilior.Lapus in alleg.94.num. 2.in ſi. Calde.in conſil.2.de teſtib.Fely.in c.veniens.il.1.col. pen.de teſtibus & in c.Matthæus de Simo.Marſilius in l.1.§.idem Cornelio.in ſin.ff.de quæſt.& Ripa in tract.de peſte.in vltima par.num.108.& hos congeſſit ac ſecutus eſt Dida.in d.§.vlt.nu.11.Et his accedunt alij commemorati à Nauarro in c.ſacerdos.num.151.de pœn. diſtinct.6. Et addo Dominicum Soto in 4.ſenten.diſtinct.19. quæſt.4.artic.6.qui teſtatur,eſſe receptam Theologorum ſententiam



ſententiam.Idem ſcripſit Io.Medina in tract.de.confeſſione.
5 q.49.Hic † conſenſus & licentia hunc parit effectum,vt teſtimonio ſacerdotis ſic detegentis atq; reuelantis confeſſionem fides adhibeatur in iudicio. Siquidem habito hoc conſenſu à confitente deſinit hæc eſſe confeſſio ſacramentalis : & ſacerdos non amplius ſacerdotis perſonam ſuſtinet,ſed ſolus teſtis. Eſt itaque tanta huic ſacerdoti adhibenda fides, quanta adhiberi ſolet alteri teſti. Imò & paulò plus , ob ſacerdotalem dignitatem.Quocirca rectè ſuperioribus annis ante ſacrū Concilium Triden.nobilis Pataui.proſpexerat filiis , de quorum legitimo ortu dubitari poterat : cùm non ſatis conſtaret de eius matrimonio contracto cum illorū filiorum matre. Proſpexerat ſanè dum in condito in ſcriptis teſtamento, licētiam dederat ſacerdoti , cui peccata confeſſus fuerat , vt ſi de ipſo matrimonio dubitaretur,ipſe ſacerdos confeſſionem detegeret ſacramentalem, in qua aſſeruerat , ſe verè mulierem illam in vxorem duxiſſe.His præmiſſis.

6 Dubitari nunc contingit,an † & quando credatur,vel præſumatur, ſacerdotem reuelaſſe confeſſionem ipſam ſacramētalem confitentis conſenſu. Hac in re ſunt opiniones, exiſtimarunt aliqui nullam prorſus adhibendam eſſe fidem ſacerdoti aſſerenti , ſe de conſenſu & licentia confitentis detexiſſe prodidiſſeque ſacramentalem confeſſionem.Sic ſanè Deci.in c.1.col.pen.in ſi.verſ.ſimiliter,quod notat,extra de exceptio. & ibidem Pariſ.nu.26.in ſi. Alij verè dixerunt in dubio præſumi ſacerdotem detexiſſe atque prodidiſſe cōfeſſionem ipſam conſenſu & licentia confitentis. Ita huius opinionis multos commemorauit Maſcardus in conclu.1286. Crediderim ego eſſe hic diſtinguendos atque conſtituendos aliquot caſus.

7 Primus eſt,quando ſacerdos † viuente ipſo confitente,eoque ſciente , & non conquerente detexit eius confeſſionem, aſſerendo , ſe id facere conſenſu & licentia ipſius confitentis. Hoc caſu,qui probabilem dubitationē non habet,dicendum eſt,adhibendam eſſe fidem ipſi ſacerdoti. Et in ſpecie ita ſenſit Lapus in alleg.94.col.2.verſ.præſertim, cum non accuſet.

8 Et hic quidem caſus † multo magis habet locum quādo nullum verſatur tertij præiudicium , ſed ſolius confitentis. Hæc
9 tamen † fides, quæ huic ſacerdoti adhibetur, non facit perfectam probationem:ſed præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium. Itaſcripſit Oldr.in d.alleg.94.col. 2.verſ.ſed licet non ſtetur.

10 Secundus eſt caſus, qn † ſacerdos viuente adhuc ipſo confitente,reuelauit eius confeſſionē aſſerens ſe id feciſſe licentia & conſenſu ipſius confitentis: qui contradicit & negat, ſe licentiam ſic reuelādi dediſſe. Hoc in caſu ſacerdoti nulla fides adhibetur:atq; ita nec præſumptionem facit,ita eſſe. Sic ſenſit Oldra.in d.alleg.94.nu.4.verſ.ſi aūt ipſe eſſet.& nu.8.verſ.6. hæc quæſtio,qui refert & probat traditionem Hoſtien.& Io. Andr.in c.omnis.de pœnit.& remiſ.cùm dixerūt,quod ſi con-
11 feſſus † accuſat ſacerdotē de prodita atq; detecta ſua confeſſione,& ſacerdos aſſerit,ſed id feciſſe, quia id ab eo cōfitente non audiuit in confeſſione ſacramentali , ſed extra, ſacerdoti non creditur,& ob id ( inquit Hoſtien.) punitur pœna extraordinaria. Et cum Hoſtienſi eſſe receptā ſententiam teſtatur Nauarrus in c.ſacerdos.n.163.de pœnit.diſt.6. Et alios plures commemoraui ac ſecutus ſum in li.2.de arbitr.iud.caſu 414. nu.8.& 9.Et illis accedit Maſcar.in præcitato Tracta.de probat.in conclu.1286.nu.3.qui aliquos recenſet, quorum traditiones nil ad rem pertinent.

12 Tertius eſt caſus,quando † ſacerdos probatæ vitæ mortuo confitente, prodidit atq; detexit eius confeſſionē, quæ tertio affert præiudicium,& is tertius non cōqueritur,ſed iudex tantū ex officio vult pœnis afficere ſacerdotem reuelatorem. Exemplum eſt in eo notabili caſu,de quo reſpondit Oldr.in d.alleg.94. mulier in extremis agens confeſſa eſt ſacerdoti,ſe ex adultero ſuſcepiſſe filios , quos tanquam ex marito progenitos educauit, & in filiorum legitimorū numero cum alijs habuit. Vita functa muliere,ſacerdos reuelauit confeſſionē marito. Epiſco.iudex ordinarius ex officio procedebat cōtra ipſum ſacerdotem,quem ob proditam confeſſionem punire volebat,ſacerdos verò dicebat,ſe cōfeſſionem prodidiſſe licentia & conſenſu dictæ mulieris defunctæ. Hoc de caſu interrogatus reſpondit Oldr.in d.alleg.94. adhibendam eſſe fidem, ſaltem præſumptiuè,ipſi ſacerdoti, ad euitandam pœnam.Et Lapum ſecuti ſunt Feli.in c.veniens.nu.21.& in c.teſtimoniū nu.35.de teſtib.& in c.nemo.de Simo.Ripa.in tract.de peſte. in tit.de remediis ad curandam peſtem.nu.108.Marſi.in l.ſi quis nec quæſtio.col.32.de q.Catelia. Cotta in memoral.in verbo,iuramentum probat. Nec neceſſe eſt , quod iuret hic ſacerdos:cum ſola ſua aſſertio eum excuſet:vt ſenſit Lapus in d.alleg.94.nu.7.in ſi. dum alternatiue requirit aſſertionem, vel iuramentum.Hinc intelligimus, malè ſentire Maſcardum in conclu.1286.nu.4.dum requirit iuramentum. Non enim ex Doctoribus aliquis eſt,quantum obſeruare potui,qui hoc in caſu id affirmet.

13 Quartus eſt caſus , quando † ſacerdos mortuo confitente prodidit atq; detexit eius confeſſionem,quę tertio poſſet detrimentum afferre,ſi ei crederetur:& tertius ille conqueritur. Idem eſt hoc in caſu dicendum, quod in præcecenti , nempè præſumi ſic ſacerdoti mandatum ab ipſo confitente , vt ſuam proderet confeſſionem.Ita verè ſenſit Lapus in d.allega.94. nu.4.verſ.præſertim, cum non accuſet. Duo enim hic conſiderantur aduerſus ſacerdotem, pœna ſcilicet, quæ indicta eſt contra reuelantes has cōfeſſiones:nec non & damnum illius tertij. Quo ad pœnam ſatis ex præcedenti caſu intelligimus, ei locum non eſſe:cùm ſacerdoti ſaltem præſumptiuè (vt diximus) credatur ad euitandum pœnam illam. Quò etiam ad detrimentum illius tertij idem eſt dicendum.

Nam cum ( vt diximus ) admittant interpretes penè omnes, licentiam hanc delegendi confeſſionem concedi poſſe ab illo confitente, fruſtra hoc eſſet permiſſum , ſi deinde ipſi ſacerdoti fides non adhiberetur de illius confitentis conſenſu & licentia. Cùm in eo ſacramentalis confeſſionis actu adhiberi nequeat teſtis aliquis,ſicuti conſiderauit Lapus in d.alle. 94.nu.3.Et ſi dicatur, proſpicere potuit ſacerdos, adhibendo teſtes,qui poſt ipſam ſacramentalem confeſſionem, audirent ex illo confitente quod erat deinde detegendum:Reſpondetur facilè , quod hæc non eſſet licentia conceſſa de ſacramentali confeſſione detegenda : vt loquuntur Doctores , ſed tunc ſacerdos incipit id ſcire tanquam homo,vt rectè aduertit Dominicus Soto in Tract.de ratione tegendi , vel detegendi ſecretum membro.3.q.4.verſ.& ad argumenta. Nec ad ſacerdotem pertinebat adhibere teſtes : cùm ille confeſſus factum à ſe neminē reſcire,quàm ipſum ſacerdotē voluit.Nec hic cōſiderandum eſt detrimentum, quod tertius iſte capit, ſed commodum & vtilitas,quæ inde prouenit ipſi confeſſo, cuius exoneratur conſcientia,vel alteri,qui alioqui læderetur damnoque afficeretur.Non enim paſſim ob nullā,vel tenuem vtilitatem tēporalem,ſed ob magnam huius ſæculi,vel paruā etiam æterni detegenda eſt hæc ſacramentalis confeſſio:ſicuti rectè admonet Io. Medina in tract.de cōfeſſione. q.49.ver.2.requiritur. Dida.in Epitome de ſponſali.in 2.par.c 8.§.vlt.num.11. verſ.Quod equidem.Nec vrget illa conſideratio Decij in c.1. col.pen.verſ.ſimiliter,quod notat.de exceptio.cùm dixit, ſacerdoti ſic reuelanti cōfeſſionem, non eſſe adhibendā fidem, quod fecerit conſenſu & licentia confitentis , ex quo agit de ſeipſo exonerando,atq; ita de ſe excuſando. Non inquam vrget hæc conſideratio : cùm ſacerdos non errauit , ex quo lex permittit,vt id valeat facere.

14 Quintus † & vltimus eſt caſus, quando ſacerdos de cuius bonitate vitæ non ſatis conſtat,mortuo cōfitente non coram iudice,vel ſerio negotium graue pertractans: ſed leuitate potius prodidit atq; detexit eius confeſſionem tertio detrimentum afferens ſine vtilitate vel ſaltem modica alterius.Hoc ſanè caſu crediderim , non eſſe aliqua ratione præſumendum, quod licentia & conſenſu confitentis detexerit. Id quod intelligo,etiam ſi ſacerdos ipſe coram illis dixiſſet , ſe id dicere conſenſu & licentia confeſſi.Hic etenim ceſſat illa iuſta detegendi cauſa,qua (vt cū Didaco diximus ſupra)permiſſum eſt prodere & detegere confeſſionē hanc.Et ſi rectè perpēdatur, caſum hunc admittit etiam Lapus in d.alleg.94.num.4.verſ. præſertim cum non accuſet.Et hic quidem caſus multo magis locum haberet, quando conſtaret , ſacerdotem non eſſe ſatis honeſtæ & probatæ vitæ.

## PRÆSVMPT. XCVI.

Bellum an & quando præſumatur iuſtum, vel iniuſtum.

SVM

SVMMARIVM.

*1 Capta in bello nunquid efficiantur capientis tuta conſcientia.*

*2 Bellum an & quando præſumatur iuſtum vel iniuſtum.num.ſeq.*

*Quòd eſſe bellum in dubio præſumatur iniuſtum.num.3.*

*Præſumitur autem iuſtum,ſi à principe non recognoſcente ſuperiorem fuit indictum:ſecus ſi ab inferiore.num.4.*

*5 Bellum dicitur iuſtum,quando concurrunt Principis non recognoſcentis auctoritas,iuſta cauſa,& recta intentio.*

*Et quæ ſint iuſtæ cauſæ belli.num.6.*

*7 Bellum in dubio nunquid præſumatur iuſta cauſa indictum.*

*8 Bellum non eſt ſuſcipiendum odio vel liuore vindictæ ſed zelo iuſtitiæ.*

DISPVTATIO hæc,ſicuti & præcedens, magna ex parte pertinet ad ſacros Theologos,
1 qui diſſerunt,† capta in bello, an capientis tuta conſcientia efficiantur. Et recepta quidem eſt eorum ſententia capientium iuſtè effici, ſi iuſtum eſt bellum ſecus verò,ſi iniuſtum eſt.Ita ſanè ex theologis Diuus Thomas in 2.2.q.66.art.8.ad primum, & in lib. 3.de regim.Princip.c.11.Diuus Anto.in ſumma.in 4.par.c.1. Adrianus in 4.ſententia.in Tract.de reſtitut.§.aggredior caſus ſpeciales.Io.Maior in 4.ſenten.diſtinct.15.q.20.Alphonſus de Caſtro in lib.2.de iuſta hæret.punit.c.14.Sylueſter Prierius in ſumma.in verbo,Bellum.q.1.Turrecremata in c. iuſgentium.num.17.diſt.1.Franc.Victoria in prælectionib.in tit.de iure belli.nume.51.& Bartholomeus Fumus in ſumma. in verbo, Bellum, nu. 8.Idem affirmant iuris pontificij interpretes,ſic inquam glo.in c.1.de iureiuran.vbi Inno.Archid.& Geminia.in d.c.iuſgentium.in fi.diſtinct.1.& Ancha.in c.peccatum.col.16.verſ.moueor primo.de reg.iu. in 6. Hoc etiam admittunt interpretes iuris cæſarei,vt Bart.in l.hoſtes.& in l.ſi quid in bello.ff.de captiuis & poſtlim.reuerſ.Martinus Laudenſis in Tract.de bello.col.2.Bar.in l.ſi quis pro redemptione.col.2.verſ.nota,quod iſta ſpolia.C.de donatio.Iaſ.in l.1.in 4.notab.ff.de acq.poſſ.& ibidem Ripa.num. 7.& nu. 69.Alcia.in l.hoſtes.ff.de verb.ſignif.Tiraq.in tract.de legib. connubial.in l.1.num.46.& 47.Voconius in lib.2.declarationum iuris c.35.& Dida.in c.peccatum.in ſecunda parte.§.vndecimo.num.1.de reg.iu.in 6.

2 Ceterùm † dubitationis eſt,quod dicatur, vel præſumatur iuſtum bellum?Varia hac de re ſcripſerunt Doctores : ſicuti perplures recenſet opiniones Hoſtien.in ſumma de tregua & pace,& in c.ſicut.il.3.de tregua & pace, quod loei ſenſit,
3 omne bellum † in dubio præſumi iniuſtum , & idem reſpondit Areti.in conſ.14.num.7.& confert quod de belli cauſa ſtatim.dicemus.Rectius docuit Abbas in d.c.ſicut.il.3.num.
4 13. de iureiuran.cùm dixit,in dubio bellum præſumi † iuſtū, ſi à Principe non recognoſcente ſuperiorem fuit indictum: ſi verò ab inferiore(vt loquitur Hoſtienſis)prǫſumi iniuſtum. Et Abbatis traditionem ſecuti ſunt Franc. Arias in Tract. de bello.num.158.& Bartholomæus Fumus in ſumma armilla.
5 in verb.bellum.n.15.Bellum verò iuſtum,(eodem Fumo † auctore ibidem.num.1.& prius Caſtren.in l.ex hoc iure.nu.6. verſ.3.enim.ff.de iuſti.& iure)eſt,quando concurrunt tria,hoc eſt,Principis ſuperiorem non recognoſcentis auctoritas,iuſta cauſa,& recta intentio.Caſtrenſem in ſpecie ſecuti ſunt ibidem Iaſ.& reliqui & Franc.Mar.in deciſionibus Delphinatus in q.456.num.44.par.1.De primo requiſito,nempe ſupremi Principis auctoritate idem ſenſerunt Abbas, & Arias ſupra commemorati & Areti.in conſ.14.num.6.qui reſpondit, bellum ſuſceptum inter ducem Bauariæ & Marchionem Montisferrati fuiſſe iniuſtū : cum vterque recognoſcat Cæſaream Maieſtatem.Ita etiam de ſecundo,hoc eſt de iuſta cauſa affirmarunt prædicti Abbas & Arias , & Soc. Iun.in conſi. 77.
6 num.30.lib.1. Cauſæ † autem iuſtæ multæ ſolent conſiderari. Et prima quidem quando Princeps ipſe non poteſt aliter recuperare quod ſuum eſt , vt tradunt Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure,Imola in c.quia plerique,de immunita.eccleſ.& Ripa in l.1.num.69.in fi.ff.de acq.poſſeſ.Quod circa iuſtum & ſanctum eſt bellum à Sereniſſ.Duce Allobrogum aduerſus Gebennenſes ſuſceptum,vt vrbem illam , quæ maiorum ſuorum fuit,ab impiis illis occupatoribus recuperet. Alia etiam ratione iuſtum eſt bellum illud , quia à peſſimis eccleſiæ catholicæ Romanæ hoſtibus occupatur. Sic ſane iuſtam hanc eſſe cauſam,qua Chriſtiani Principes bellum iuſtè inferre poſſunt infidelibus noſtrarum prouinciarum occupatoribus,ſcripſerunt Diuus Thomas,Diuus Antonius ,Caietanus, Turrecremata,& alij nonnulli commemorati à Didaco in c.peccatum.in 2.par.§.10.verſ. primus caſus eſt.Qui quidem ſubiungit,eſſe etiam iuſtam cauſam , quando ſuſcipitur bellum ad propulſandum iniuriam, & ſeipſum defendendum.Idem poſt alios ſcripſerunt Iaſ.in l.ex hoc iure,nume.32.ff.de iuſtitia & iure,& Bartholomæus Fumus in ſumma armilla.in verbo,Bellum.num.2.qui ex diuo Thoma in 2.2.q.40.ſubiunxit,iuſtam etiam eſſe cauſam mouendi bellum,quando ſubditi ſunt contumaces & rebelles : ſicuti iuſtiſſimum eſſe dicimus bellum, quod Philippus Hiſpaniarum Rex catholicus & inuictiſſ.aduerſus Belgas,quos Flandros appellamus,gerit.

7 Cæterùm,quando † non apparet de iuſta belli cauſa,an iuſta prǫſumatur,dubitari ſolet?Et non prǫſumi reſpondit Barb. in conſ.38.lib.4.quem ſecutus eſt Franc.Marcius in d.q.456. num.48.par.1.Rectius ſenſiſſe exiſtimo Abbatem in c.1.de tregua & pace,& cum eo Franc.Arium in tract.de bello,num 158.qui ſcripſerunt, in dubio præſumi iuſtam cauſam,arg.c quæ in eccleſiarum,de conſtit.& conferunt multa, quæ ſcripſi ſupra lib.2 præſump.10.& confert quod ſcripſi ſupra.de bello ipſo iuſto. Quod verò adiunxit Caſtren.in d.l.ex hoc iure.num.6.requiri etiam rectam intentionem,intelligitur ſecundum ipſum Caſtrenſem,vt bonum promoueatur ,& ma-
8 lum euitetur.c.qui culpatur.23.q.1. Non enim † mouendum, vel ſuſcipiendum eſt bellum odio,vel liuore vindictæ:ſed zelo iuſtitiæ : ſicuti ex ſententia Diui Antonini ſcripſit Bartholomæus Fumus in ſumma armilla.num.3.

## PRÆSVMPT. XCVII.

### Deſcripta in inuentario à tutore vel curatore præſumptionem aduerſus eos facere. Et de hærede,qui inuentarium non confecit,aliqua.

SVMMARIVM.

*1 Tutores vel curatores in confectione inuentarij bonorum pupilli, quorum adminiſtrationem ſuſcepturi ſunt, non præſumuntur pati,vt deſcribantur eorum propria bona inter illa pupilli vel adulti.*

*2 Deſcripta in inuentario à tutore vel curatore præſumptionem aduerſus eos faciunt ex conſt.Iuſtinia*

*3 Rem ſuam ſi quis paſſus eſt deſcribi in æſtimo,alterius nomine præſumptionem habet contra ſe.*

*4 Tutor vel curator ſi in ſcriptura etiam priuata aſſerant rem eorū propriam eſſe pupilli vel adulti, præſumptionem habent contra ſe iuris & de iure.*

*Et ſicuti contra eos agi poteſt ex ſolo inuentario,ita etiam agi poterit ex confeſſione in ſcriptura priuata facta.num.5.*

*Sed habet id locum quò ad bona mobilia,quæ ſit inuentario deſcripta præſumuntur pupilli ſecus verò immobilib.nu.6.*

*Et ſecus quò ad probationes indirectas,quæ aduerſus huiuſmodi præſumptionem iuris & de iure admittuntur.nu.7.*

*Et ſecus in alijs probationib.quæ aduerſus præſumptiones iuris & iure admitti ſolent.num.8.*

*9 Res aliena ſi reperitur deſcripta in inuentario bonorum pupilli, non præſumitur pupilli, nec dicta deſcriptio habet nocere domino rei vendicanti,nec tutori,qui illam deſcribi fecit.*

*10 Tutoris vel curatoris negligentia non eam conficiendo inuentarium non mediocriter eſt reprehendenda & coërcenda.*

*Sunt enim tales vt ſuſpectæ remouendi adminiſtratione,& notantur infamia, & alijs pænis iam à lege ſancitis ſunt plectendi. num.11.*

*Ex alijs autem cauſis non remouentur ab adminiſtratione,ſed ipſis dantur adiuncti,niſi ob manifeſtum dolum ſuſpecti ſint.numero 12.*

*13 Hæres fideicommiſſo grauatus nō conficiens inuentarium tenetur legatarijs & fideicōmiſſarijs etiam vltra vires hæreditarias.*

*Præſumit enim lex ob talem negligentiam, quòd ipſe occultauerit res hæreditarias.num.14.*

*Et ob id non excuſantur etiam viri probi etiam ſi magna ſint ſanctimonia.num.15.*

*Contra.nu.16.*



1 CVm nec rationi conueniat † naturali, nec aliquo modo veriſimile ſit,vt tutores vel curatores in cōfectione inuentarij bonorum pupilli,vel adulti, quorum bona adminiſtraturi ſunt, deſcribi patiantur pro-
2 pria bona inter illa pupilli, vel adulti, ea propter † ſtatuit Iuſtinia.in l.vlt.in prin.verſ. ſin autem.C.arb. tutel.non eſſe aliud inſpiciendum quam quod in ipſo inuētatio ſcriptū legitur. Reijcit itaque Iuſtinianus probationē contrariā huic præſumptioni,quā ob id iuris & de iure eſſe ſcripſerunt Speculat.in tit.de præſum.§.ſpecies.nu.5. in fine.Bald.in d.l.vlt. nu.2.dum dixit,admitti probationem cōtrariā per indirectū: ſicuti fit aduerſus præſumptionē iuris & de iure : vt diximus ſupra li.1.q.65.vbi nu.11.de hac ipſa ſcripſi.Corn.in conſ. 63. nu.2.in fine.lib. 3. Soc.Sen.in conſ.61.col.1.li. 1. & in conſ. 159.nu.2.lib. 2.Alc.in tract.de præſumptionibus.in præludijs in 2.par.nu.11.& Crau.in cōſ.261.nu.3.Eſt ſimile (inquit præ-
3 dicto † in loco Crauetta)quod dicimus, præſumi contra eū, qui paſſus eſt rem ſuam deſcribi in æſtimo alterius nomine.Bart.l.rura.C. de omni agro deſerto.lib.10.

4 Extenditur primò hæc† præſumptio vt locū habeat etiam in confeſſione tutoris, vel curatoris facta in ſcriptura etſi priuata,in qua aſſerat,rem propriam eſſe pupilli, vel adulti. Nā & hoc in caſu oritur præſumptio iuris & de iure aduerſus ſic confitentem.Ita poſt alios Dec.in l.ſingularia.num.8. & 9.ff.ſi certum peta.& ibidem Cagn.num.83.Idem reſpondit Soc.Sen.in conſil.159.num.2.lib.2.

5 Ex quo infertur, quod ſicuti † aduerſus tutorem & curatorem agi poteſt ex ſolo inuentario ſic confecto:vt reſpondit Soc.Sen.in d.conſ.62.col.1.lib.1.Ita etiam agi poterit ex confeſſione hac in ſcriptura priuata facta.

6 Declaratur primò, vt † procedat hæc præſumptio quo ab bona mobilia,illa enim ſic in inuētario deſcripta prǫſumuntur pupilli,vel adulti, vt contrarium probari minimè poſſit: ſecus verò eſt in immobilibus, quæ ſua eſſe probare poſſunt tutor & curator inſtrumentis, ſicuti affirmarunt Bald.in d.l. vlt.nu.1.& ibidem Salic.col.1.verſ.quæro,an hæc.C.arbitriū tutelæ. Ita pariter reſponderunt Brunus in conſ.120.n.7.Alciat.in reſp.237.Breuiter in propoſito.num.2. Probari etiam poterit teſtimonio.5.teſtium, Ita in ſpecie decidit Afflict.in d.dec.13.nu.26.& comprobatur ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 1.q.63.& ſenſit Bald.in d.l.vlt.num.2.

7 Declaratur † ſecundo, vt locum non habeat quo ad probationes indirectas, quæ aduerſus hanc præſumptionem iuris & de iure admittuntur.ſic Bar.in l.quod ad præſens.C.de murileg.lib.10.Bald.in d. l. vlt.nu.2.C.arbitr.tute. & egregiè comprobat Afflict in deciſ.13.nu.26.& 27.qui ſcripſit, probari poſſe contrarium indirectè, puta, res illas deſcriptas in inuentario fuiſſe vſu conſumptas, probari etiam poteſt fuiſſe reſtitutas, vt ſcripſi ſupra in lib.1.q.63.nu. 2. & q.65.nu.6. vbi alia de probatione indirecta admittenda contra prǫſumptionem iuris & de iure.

8 Declaratur † tertiò, vt non procedat in aliis probationibus, quæ aduerſus præſumptiones iuris & de iure admitti ſolent: ſicuti confeſſio aduerſarij,de qua ſcripſi ſupra in lib. 1.q.61.& notorium,vt dixi in d.lib.1.q.67.

9 Declaratur quartò,vt † locum non habeat, quando res in inuentario deſcripta reperitur aliena. Nam tunc illa deſcriptio non nocet domino rei eam vendicanti : nec tutori, qui illam deſcribi fecit. Ita poſt Iacobum de Rauenna docuit Salic.in d.l.vlt.in fin.principij,C.arb.tutelæ.

10 Dicamus nunc † pauca quædam de negligentia eiuſdem tutoris,vel curatoris non conficientis inuentariū.Hæc enim non mediocriter reprehendēda & coërcenda eſt:ſicuti verè eam caſtigandam eſſe cenſuit Iuſtinia.qui eadem in l. vlt. §.
11 vlt.C.arbitrium tutelæ,ſtatuit hos † tanquam ſuſpectos eſſe ab adminiſtratione remouendos, notari infamia , ac alijs pænis iam ſancitis à lege plectendos eſſe. Hæc ſuſpicio, qua ob non confectum inuentarium laborant ij tutores & curares eſt ſuſpicio hoc eſt præſumptio iuris & de iure ſicuti interpretantur ibidem Bald.nu.7. verſ. in glo.violenta,& Salicetus.in fine,qui ſic ſenſiſſe. gloſſ.ibi annotarunt. ſic etiam alias reperitur ſuſpicio adeò violenta,quæ à noſtris appellatur præſumptio iuris & de iure : vt ſcripſi ſuprà lib.1.q.7.nu. 56.Alijs verò ex cauſis tutor,vel curator ſuſpectus non afficitur his pænis;imò nec remouetur ab adminiſtratione , ſed
12 ei datur adiunctus:niſi ob†manifeſtum dolum ſuſpectus ſit. Ita docuit Bal.in loco præallegato.

13 Non eſt abſimilis † huic diſputationi de negligentia tutoris non conficientis inuentarium,illa quæ eſt de hærede grauato fideicommiſſo.Nā & eā Iuſtinianus ipſe coërcet, dum ſtatuit,hǫredē hūc negligentē teneri creditorbius, legatarijs & fideicōmiſſarijs etiā vltra vires hæreditarias.§.ſi verò non fecerit.in Auth.de hæred.& falcid.& ſcribūt Docto.in l. vlt. §.etſi præfatam.C.de iure delib.Baldus in l.filium,quem habentem nu.37. C.famil. erciſ. Comens.in conſil.30.col.2.& in conſ.73.col.2.& in conſ.73.col.2.dixi ſupra lib. 1. q.10. in fi.Afflictus in deci.44.num.33.Rolandus à Valle in Tract. de inuentario.in quinta parte.cap.1.

14 Ea ratione moti † ſunt omnes,quia lex prǫſumit,quod hæres ipſe occultauerit res hæreditarias.§.hinc nobis.in d. Authē.de hæred.& falcid.Et hāc præſumptionē eſſe iuris & de iure ſcripſerunt Euerardus in Centuria legali.in loco à veriſimili.num.19.Ita enim lex ſtatuit,vt ob præſumptionē hanc doli,his hæres teneatur:atque ita eſt legis determinatio : etſi eā ratione præſumptæ ſubtractionis promulgata fuit. Et
15 propterea non excuſantur † etiā viri probi etiam ſi magnæ ſunt ſanctimoniæ:vt tradunt Barb.in c.Raynaldus.col.53.de teſta.Tiraq.in tract.de pǫnis legū.&c.cauſa.51.n.111.& n.114.

16 Cæterùm nō defuerunt , qui † opinati ſunt,quod imò lex non præſumit hæredē fraudem commiſiſſe , & ſi inuentariū non confecit.Non enim in d.§.hinc nobis,dicitur, hæredem ſubripuiſſe,ſed dubitatiue loquitur, quod forte ſubripuit,ſicuti textum illū perpendunt Vaſquius in tract. de ſucceſſionum creatione.lib.1.§.8.tit.de teſta.nu.14. & Phanu. in tract. de inuentario parte 7.num. 34. Quorum interpretatio ſatis probabilis eſt,& attigi ſupra lib.1.q.10. num.15.

## PRÆSVMPT. XCVIII.

### Præſumi contra matrem , quæ intra annum non propoſuit & probauit iuſtam cauſam non petiti tutoris filio pupillo.

SVMMARIVM.

*1 Mater, quæ neglexit intra annum tutorem petere filio ſuo, iure priuatur eius ſucceſſione.*

*Id quod ad alios extenditur, qui pupilli hæredes legitimi futuri ſunt.ibid.*

*Excuſantur autem, ſi iuſtis de cauſis vel impediti vel moti non petierunt dari tutores. nu. 2.*

*Et quæ ſint iuſtæ cauſæ. num.3.remiſſ.*

1 IVre optimo ſancitū † eſt matrē priuari ſucceſſione filij,cui dari tutorē neglexit petere.l.2.§. ſciāt.ff.ad S.C.Tertull.Id quod alios,qui pupilli hæredes legitimi futuri ſunt,extenſum eſt in l.ſciant. C. de legit.hæred.

2 Cæterū † excuſantur mater,alijq; legitimi hæredes , ſi iuſtis de cauſis vel impediti,vel moti dari tutores nō petierūt: quemadmodū reſponſum eſt ab Vlpia.in d.l. 2. §.confeſtim, qui ſcripſit, dari tēpus anni ad iuſtā ipſam cauſam proponēdā alioqui excuſatio nō admittitur : Imò reijcitur probatio, cū matri nō petenti,vel ſe intra annū nō excuſanti repugnet præſumptio iuris & de iure : ſicuti in ſpecie docuit Bar.in d.
3 §.confeſtim.num. 2. Porrò iuſtæ † excuſationis cauſæ multæ ſunt à Doctoribus paſſim tam in d.l.ſciant, enumeratæ tum maximè à Neuiza.in lib.2.Syluæ nuptia.nume.53. qui vndecim ampliationibus,& quatuordecim limitationibus propoſitis ad d.l.ſciant.C.de legit.hǫred.per multa ad rem noſtram ſcripſit. Et alia facile eſt legere apud Cur. Sen. in conſ.67. col.16.Soc.Sen.in conſil.39.col.5.lib.1.& in conſil. 44. in fi. lib.2.Rubeum in conſi.65.col.1.in conſ.66.in fi. in conſi.81. nu.1.& in conſ.161.Soc.Iun.in conſi.119.num.12.lib.1. & in conſ.16.nu.10.11.& 12.lib.2.Pariſium in conſi.41. nu.57.lib.2. Goza.in conſ.17.nu.4.& 13.Marſilium in ſing. 302.Boerium. q.124.nu.21.latiſſ.Marant.in l.is poteſt.nu.179.ff.de acq.hǫre. Plotum in l.ſi quando.num.236.C.vnde vi.Tiraq.in tract.de retractu conuentio.§.2.glo.1.nume.79. qui copioſè diſſerit, & idem in tract. Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus in limit.4. nume. 7. & 8. & Herculanum in tract. Quis teneatur probare negatiuam.num.21.

PRÆ

## PRÆSVMPT. XCIX.

Tacens an & quando conſentire præſumatur.

### SVMMARIVM.

*1 Tacens an & quando conſentire præſumatur.*

1 CVm tacendi tempus † prope ſit, pauca de ipſa taciturnitate dicenda ſunt. Et cum hac in re vna certa regula ſtatui minime poſſit, rectè ſatis Iaſ.in l.quæ dotis.num.69. & nu.95. ff. ſoluto matr. conſtituit duo capita. Primo in capite enumerauit decem & ſeptem caſus, in quibus is, qui tacet conſentire præſumitur. In ſecundò verò capite nouem commemorauit caſus, in quibus is, qui tacet non præſumitur conſentire. Hos caſus magna ex parte fortè deſumpſit Iaſon à Benedicto Capra in eius regulis, regula.56. & nouè quamplurimis commemoratis illationibus & declarationibus explicauit Ioſeph. Maſcar. in tract. de probationibus.in concluſ.1153.1209. & 1218. Et præter eum videndi ſunt Ruin.in conſil.174.colum.3.lib.1. Ripa in cap.cum M. Ferrarien.num.130. de conſtit. Rota Genuen.in deciſ.14 nu. 78.& num.80. & Ioſeph Cunia in commentariis ad c. ſi aliquem.de ſucceſſio.feudi in verbo.marita.num.215.& in verbo antiquis.nu.279.& Thomas Marinus in Tract.feudorum tit 2.de feudo ex pacto & prouidentia antiquo.nu.71.

Eſt autem hic obſeruandum, ex actu tacito difficilius ſumi præſumptionem quàm ex expreſſo:cum in tacitis non ſit permiſſa extenſio, vt reſpondit Crauet.in conſ.34.num.2.

## PRÆSVMPT. C.

Præmiis & honoribus donatos præſumi libentius ſtudiis & laboribus operam dare.

### SVMMARIVM.

*1 Præmij ſpes maxime homines allicit ad ſtudia & labores.*
*2 Domus aliqua non eſt, nec reſp. ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis.*
*3 Labor omnis verus atque honeſtus præmijs ac ſplendore decoratur.*
*4 Socrates vnus è ſeptem ſapientibus pronunciauit, ciuitatem illam eſſe optimam, in qua plurima virtuti præmia propoſita ſunt.*
*5 Præmia quid in Repub. proficiant.*
*6 Conſtantinus Imper. ſummè laudandus, qui multis propoſitis præmijs inuitauit bonarum diſciplinarum profeſſores, vt libentius docerent.*
*7 Dionyſius Syracuſanus tantum honoris Platoni detulit, vt illi nauem vittatam mitteret, eúmque ſummis muneribus & liberalitate incredibili honoraret.*
*8 Pompeius magnus quanti fecerit Poßidonium ſtoicum philoſophū.*
*9 Ennio ab Aphricanorum familia quantum largitum fuit.*
*10 Alexander Magnus quanti fecerit Pindarum.*
*11 Seueri Imp. liberalitas erga Oppianum poëtam.*
*12 Deum videre maximam eſt merces.*

IAm ſcribendi finem feciſſem tacuiſſemque
niſi præmij laborum ratio aliqua mihi habenda
1 fuiſſet. Huius namque ſpes maximè † allicere & inuitare ſolet homines ad ſtudia &
labores. *Omnes enim* ( inquit Cicero in tertio
officiorum ) *expetimus vtilitatem, nec facere aliter vllo modo*
*poſſumus. Nam quis eſt, qui vtilia fugiat? aut quis potius qui ea*
2 *non ſtudioſiſſime perſequatur? Quinimò † nec domus* ( vt idem Ci-
cero in tertio de natura Deorum auctor eſt ) *nec Reſpub. ſta-*
*re poteſt ſi in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia*
3 *peccatis. Verus † quidem* ( teſte eodem Cicerone in primo de
oratore ) *iuſtus atque honeſtus labor præmys ac ſplendore deco-*
*ratur.*
4 Quocirca † Socrates è ſeptem ſapientium vnus pronun-
tiauit: ciuitatem illam eſſe optimam, in qua plurima vir-
5 tuti præmia propoſita ſint. Nam † inde factum eſt ( ſicut ali-
quādo apud Thucydidem legi ) vt inter quos maximam vir-
tutis præmia proponuntur, apud illos optimi etiam viri
6 Rempub, gubernent. Hinc miris in cælum laudibus † extol-
lendus eſt Conſtan.Impe.qui in l.medicos. C. de profeſſo.
& medicis lib.11.multis propoſitis præmijs ob id inuitauit
bonarum diſciplinarum profeſſores, quòd ſcire ( vt ipſe di-
xit ) libentius docere. Quam ſanè conſtitutionem in hanc
annotauit ſententiam Lucas à Penna in l.3.colum.4.in 126.
7 præſumptio. C.de apochis publ.lib. 10. Laudari † etiam ſo-
let Dionyſius ille Syracuſa. cuius præter cæteros celebratur
crudelitas, qui tantum honoris Platoni detulit, vt illi na-
uem vittatam mitteret, eumque ſummis muneribus & incre-
dibili liberalitate honoraret. Pari laude extollitur Pompeus
8 † ille magnus, qui eo honore Poſſidonium ſtoicum philo-
ſophum affecit, vt ad illius domum venturus, lictores de-
9 miſſis faſcibus ad ſtare imperaret. Ita & † Aphricanorum
familia commendatur, quod Ennio poëtæ hoc benignitatis
largita ſit, vt illi mortuo ius familiaris ſepulchri conceſſerit.
10 Sic pariter celebratur † Alexander Magnus, qui tantum Pin-
dari ſtudijs & doctrinæ teſtimonium reddidit, vt in Theba-
rum obſidione familiæ illius pepercerit. Non hic tacitus
11 præteribo laudes † Seueri Imperatoris, qui Oppiano poëtæ
in ſingulos verſus aureum numerauit. Ego verò tot labo-
rum, totque vigiliarum, quas in his, alijſque conſcribendis
commentarijs pro communi omnium vtilitate inſumpſi,
non aliud cupio, non aliud expoſtulo huius ſæculi præmiū,
quod certo ſcio, omnia eſſe vana & vanitatum plena, ſed
illud tantum expeto, illud humili corde expoſco, vt diuinæ
placeat bonitati, me hæc ad ſummam eius gloriam elabo-
raſſe: meque dignum efficiat, vt cum hinc diſcedere ſuæ pla-
cuerit Maieſtati, in æterna eius me recipiat tabernacula.
12 Nam merces † magna nimis eſt ( Diuo Auguſtino teſte ) vi-
dere Deum, cui perpetuò ſit honor & gloria. Amen.

FINIS

# INDEX RERVM, ET VERBORVM INSIGNIVM ORDINE ALPHABETICO DIGESTVS.

Quaſcunque materias, & quæſtiones quàm breuiſſimè, eaſque ſub ſuis Rubricis locatas facillimè complectens:

*Vt numerorum ratione ſubducta, Lector fideliter ſuis locis ſingula & videat & reperiat.*

## A

ABBAS electus in Epiſcopatu non poteſt monaſterium ſuum deſerere ſine licentia Pontificis vel legati de latere. Præſ.34.lib.6.num.11.& 20. 585.
Abbas, qui monacho ſuo ſtatim profeſſo contulit capellam, vel Eccleſiam beneficij manualis regendam, non cenſetur ſimoniacus. Præſ.8.lib.5.nu.8.pag.494.
Abbatis & Socini ratio reprobatur. Præſ.111.li.4.nu.19.284.
Abbatiſſa non poteſt ſola concedere habitum profeſſionis. Præſ.83.lib.6.nu.12.657.
ABLATIVI abſoluti conditionem important. Præſ.52.li. 4.num.11.94.
Ablatiui abſoluti importāt diſpoſitionem, quando verba referuntur ad eum qui vult agere ex illa diſpoſitione. Præſ. 76.lib.4.nu.65.160.
ABORTVS cauſari facilè poſſunt à vehementi febre, à ſaltu mulieris, à clamore, à timore, & huiuſmodi. Præſ.52. lib.6.nu.23.619.
ABRAHAM & Noë vltra ducenteſimum annum vixerunt primis illis temporibus. Præſ.49.lib.6.nu.16.610.
ABSENTIA iuſta ac legitima nunquid præſumatur an potius ex malitia. Præſ.20.lib.6.nu.1.558. Quòd iuſta & legitima præſumatur, oſtenditur. ibidem.
Abſentiæ iuſta cauſa non reputatur quando quis tenetur reſidere in aliquo loco, & abſens eſt: & iuſtam cauſam allegans eam probare debet. ibid.nu.3.
ABSOLVTVS à crimine, vel ab irregularitate, ſi denuò recepit beneficium, quod dimiſerat, confidentiam ſimoniacam commiſiſſe dicitur. Præſ.9.lib.5.nu.11.495.
ACCEPTANS rem, cum ſua cauſa, enere, & natura acceptare tenetur. Præſ.101.lib.4.nu.45.252.
ACCESSORIVM dicitur id, quod ipſum principale ſubſequitur. Præſ.3.lib.6.nu.3 550.
Et ſicut ſequitur ſuum principale, ita & ipſum præparatoriū cauſa ſui principalis eſt. ibid.nu.4.
Acceſſorium regulatur ſecundum naturam ſui principalis. Præſ.86.lib.4.nu.16.202.
Acceſſorium ſequitur ſuum principale. Præſ.18.lib.4.nu.20. 28.& Præſ.127.eod.lib.nu.27.308.
Acceſſorium ſequitur ſuum principale: & an vitiato acceſſorio cenſeatur & principale vitiatum. Præſ.21.lib.5.n.16.508. & de acceſſorio idem iudicatur quod de principali. Præſ. 110.lib.436.282.
Et dicitur acceſſorium eſſe quid indiuiduum cum ipſo principali. ibid.num.37.
ACCIDENTIA non præſumūtur. Præſ.37.li.6.n.3.589. & Præſ.44. li.6.nu.6.601. & Præſ.45.eo.lib.nu.65.605.
Accidentia extrinſeca non præſumuntur. Præſ.82.lib.6.nu.5. 581. Intellige, quando nulla ſubeſt cauſa præſumendi. ibid. num.7.
ACCO mulier dum ſe in ſpeculari contemplaretur, imaginem ſuam perinde ac mulierem alterā alloquebatur. Præſ. 45.lib.6.nu.54.604.
ACCVSANS alium ſine aliquo ſuo commodo, vel proprio intereſſe, fraude carere non videtur. Præſ.3.lib.5.num.106. 485.
Accuſans eum, qui damnum dedit in prædiis hæreditariis, an dicatur adiuiſſe hæreditatem. Præſ.101.lib.4.nu.22. 251.
Accuſans violatores ſepulchri paterni ex hoc non præſumitur hæreditatem adiuiſſe. Præſump.101.lib.4.num.86.pag. 256.
Accuſatio tarda maximè arguit innocentiam accuſati. Præſ. 48.lib.5.nu.16.544.
Accuſator, qui accuſationem non probauit, præſumitur eſſe in dolo, & mendacium dixiſſe, & falſam accuſationem propoſuiſſe dicitur. Præſ.3.lib.5.nu.61.483.
Accuſator, qui accuſatione propoſita differt, ſubterfugitque iudicium, calumniator præſumitur. Præſ.25.lib.5.num.6. pag.514.
Accuſator in criminalibus debet concludenter probare cōmiſſum crimen, nec ſunt ſufficientes præſumptiones, niſi ſint vrgentes. Præſ.70.lib.6.nu.5.648.
Accuſatoris probatio debet luce meridiana eſſe clarior, & redditur dubia ex qualicunque accuſati probatione. Præſ. 3.lib.5.nu.52.483.
Accuſati innocentia vt probetur, admittitur etiam tertius cuius non intereſt. Præſ.48.lib.5.nu.3.544.
Accuſatus præſumitur innocens, ſi ea nocte, qua dicitur cōmiſſum fuiſſe delictum, repertus eſt quieſcere, & in vtranque autem dormire. Præſ.48.lib.5.nu.13.644.
Idem quando ſua ipſe ſponte carcerem ingreditur. ibidem. num.14.
Idem quando quæſtionibus & torturæ ſe ſubiicit. ibidem. num.15.
Accuſatus præſumitur innocens, quando fugam arripere facilè potuit & non fugit. Præſ.48.lib.5.nu.10.544.
Idem de accuſato de aliquo crimine, qui ſua ipſe ſponte iudici ſe præſentat. ibi.nu.12.
Accuſati de adulterio ſi poſt factam excuſationem, & defenſionem, quòd eſſent ſanguine coniuncti, matrimonium contraxerunt, præſumuntur antea commiſiſſe adulterium, ſicut fuerant accuſati: & oritur hæc præſumptio ab ipſa lege, quæ eſt præſumptio iuris & de iure. Præſ.41.lib.5.nu. 7.533.& potēs eſt hæc præſumptio, vt dicti adulteri puniātur pœna capitali. ibid.nu.8.534.

Accuſatus de furto, cui aliqua pecunia data eſt alteri deferenda, ſi per inuia loca & inſolita iuit, furtum commiſiſſe præſumitur. Præſ.31.li.5.nu.6.522.

Idem quando præter morem receſſit è domo fugitiuè, cum eſſet familiaris in ea domo.ibid.nu.7.Secus ſi erat vir bonæ conditionis & famæ.ibid.nu.9.

Accuſatus de furto in dolo cenſetur, quando res ſubtracta adferebat ipſi tantum commodum & non alteri.Præſ.31.li.5.nu.15.523.

Idem ſi repertum eſt aliquod inſtrumentum aptum ad derobandum & conſtat eſſe ipſius accuſati.ibi.nu.16.

Accuſatus de hæreſi, ſi contra eum extant leues preſumptiones vel indicia de hæreſi, quæ tamen ſufficiebant ad indicendam purgationem, ſi iudice mandante fieri purgationē, recuſat omnino, ſuſpectus eſt de hæreſi, & vt ſuſpectus puniri poteſt.Præſ.6.lib.5.nu.42.491.

Acetvm vini appellatione non venit.Preſ.152.lib.4.num.16.351.

Acinaticivm vel Acinaceum venit nomine vini, & quid ſit.Præſ.152.lib.4.nu.18.351.

Actio ſuccedit loco rei.Præſ.190.li.4.nu.45.pag.449.

Actio expilatæ hæreditatis non datur cōtra cohæredem, quia præſumit lex, quòd acceperit bona hæreditaria ratione partis ſuæ, non autem animo ſubtrahendi.Preſ.18.lib.5.nu.3.502.

Actiones nemo præſumitur cedere velle cōtra ſeipſum.Preſ.155.lib.4.nu.8.355.

Actionum cumulatio eſt permiſſa, niſi expreſsè prohibita reperiatur.Præſ.16.lib.6.nu.15.566.

Actor quo caſu habeat probare ſi inter debitum tempus agnouiſſe bonorum poſſeſſionem. Preſ.104.lib.4.nu.17.261.

Actor non præſumitur in ciuilibus per calumniam mouiſſe actionem, præſertim quando in actione propoſita adhibitum fuit iuramentum calumniæ.Preſ.25.lib.5.nu.3.514.

Non excuſatur tamen ab expenſis, ſi per ſententiam ſuccubuit: nec excuſatur à præſumpta temeritate.ibi.nu.4.

Actor & reus ſunt in pari cauſa quo ad probationes & præſumptiones, & vterque debet concludenter probare ſuam intentionem.Preſ.2.lib.5.nu.32.478.

Acta ſi contineant, teſtem iuratum depoſuiſſe, non hinc præſumitur id factum fuiſſe parte preſente. Præſ.18.lib.6.nu.4.567.

Acta deducta in aliquo caſu principaliter efficaciùs probant, quàm ea quę deducuntur incidenter.Preſ.47.li.6.n.23.610.

Et ſi deducitur in iudicio actus incidenter, leuiores probationes ſufficiunt, quæ aliàs non ſufficerent ſi principaliter deduceretur.ibid.nu.25.

Actum facere ſi quis tenetur intra certum tempus probare tenetur id obſeruaſſe.Præſ.77.lib.6.nu.11.653.

Actum faciens contrarium primo, ab illo recedere preſumitur.Præſ.38.lib.6.nu.10.592.

Actum faciens ſcienter contra iuris præcepta per contemptum feciſſe præſumitur.Præſ.44.lib.5.nu.16.537.

Actum tempore mortis faciens, qui eum dum viueret, facere potuit, fraude præſumitur feciſſe.Præſ.8.li.6.nu.1.557.

Actum qui publicè geſſit, non preſumitur quòd voluerit vel falſum vel periurium committere.Præſ.31 li.6.n.5.584.

Actum aliquem gerens, ſi aliqua extat neceſſaria cauſa præſumitur magis feciſſe eadem cauſa adductus, quam cauſa merè voluntaria.Præſ.70.li.4.nu.4.137.

Actum aliquem fuiſſe geſtum à furioſo ſi quis probare velit, debet probare, quòd tempore actus geſtis erat furioſus. Preſ.45.lib.6.nu.61.605.

Declara, vt ibid.nu.62.

Et ſi actus geſtus à furioſo eſt ita benè geſtus, vt appareat nō eſſe actum furioſi vel dementis, ſuſtinetur.ibi.nu.66.

Secus ſi non habet dilucida interualla.ibi.nu.68.pa.606.

Et preſumitur factus tempore ſanę mentis, quando tempus confecti actus erat multum remotum à tempore quo is furore vexabatur.ibid.nu.69.

In dubio verò cenſetur geſtus tempore furoris.ibi.n.63.605.

Actus vbi fieri, conſueuit inter preſentes preſentia preſumitur.Preſ.14.lib.6.nu.19.562.

Actus præſumitur ita geſtus, vt ſit vtrique parti minus quam fieri poteſt oneroſus.Preſ.9.lib.6.nu.1.557.

Et in dubio ita interpretari debet, vt vtrique partium ſit ſatis factum & conſultum.ibi.nu.5.

Actus præſumitur eo tempore factus, & loco, ex quibus euitetur delictum.Preſ.2.lib.5.nu.10.477.

Actus quando fuit ſolenniter & indebita forma confectus, præſumitur in eo adfuiſſe perſonæ habilitatem. Præſ.13.li.6.nu.1.560.

Secus quando principaliter actus tenderet in alterius præiudicium.ibid.nu.7.

Si autem præiudicium eſſet tenue, præſumitur perſonę habilitas.ibid.nu.8.

Actus ſi non poteſt in eſſe produci, niſi certo modo & certa forma, ſi ſimpliciter factus reperitur, præſumitur ſub illa forma factus, ne pereat.Preſ.4.lib.6.nu.13.552.

Actus præſumitur factus ſecundum propriam eius naturam. Præſ.10.lib.6.nu.1.558.

Et preſumitur geſtus ſecundum qualitatem rei, ſuper qua cōficitur.ibid.nu.8.

Et præſumitur talis actus, vt qualitas ſibi adiecta ſui natura ei conueniat.ibid.nu.9.

Actus preſumitur factus ab eo vel eius nomine, qui impenſam facere tenebatur, cùm nō apparet à quo vel cuius nomine ſit geſtus. Preſ.11.lib.6.nu.1.558.

Actus quando preſumitur per errorem factus, præſumitur error & ignorantia in ipſo, etiam ſi adiecta fuit clauſula, ex certa ſcientia.Preſ.23.lib.6.nu.21.571.

Actus, qui & iure communi & iure ſpeciali confici potuit, quo iure confectus preſumatur.Preſ.6.li.6.nu.1.555.

Quòd ſi non poteſt valere & ſuſtinere iure communi, præſumitur geſtus de iure ſpeciali.ibid.nu.4.

Et quando poteſt ſuſtineri tam de iure communi quam ſpeciali, preſumitur confectus de iure ſpeciali.ibi.nu.6.556.

Vtilius eſt enim ipſi agenti, vt iure ſpeciali valeat.ibi.n.10.

Actus ſi in principio conſtat, quòd nō eſt voluntarius, & multo tempore idem apparet, preſumitur etiam quòd non fuerit medio tempore voluntarius.Præſ.36.li.6.nu.6.587.

Actus ille præceſſiſſe cenſetur, qui iure præcedere debuit. Præſ.7.lib.6.nu.1.556.

Et ex actib.duob. præſumitur ille præceſſiſſe qui alium reddit validum.ibid.nu.5.

Idem de duobus inſtrumentis.ibid.

Actus iudicatur ab affectu, non autem à nuda denominatione. Preſ.3.lib.4.nu.2.pag.6.

Actus quando poteſt referri ad bonum, & ad malum, debet in dubio referri ad bonum.Preſ.2.li.5.nu.6.477.

Actus ita interpretari debet, ne fruſtra quis ſibi proſpexiſſe dicatur.Preſ.4.li.6.nu.25.553.

Actus quando prima fronte habet maiorem formam delicti, quàm boni, preſumitur potius delictum. Preſ.2.li.5.nu.34.& 35.478.

Actus vnus quando in alium tranſitum facit, à ſui initio eum non continet, ſed ſit mutatio de vno ſolo exiſtente in aliū à principio non exiſtente.Preſ.42.lib.4.nu.5.83.

Actus ad hoc vt valeat, receditur à natura diſpoſitionis.Preſ.4.lib.6.nu.42.554.

Actus præſumitur factus vt valeat omni meliori & efficaciori modo.Preſ.5.lib.6.nu.1.555.

Secus quando coniecturis apparet de diſponentis voluntate, quòd ſcilicet eligere voluerit viam deteriorem. ibi.n.5.

Actus quilibet præſumitur factus vt valeat non vt pereat. Preſ.4.lib.6.nu.1.552.

Et ſemper præſumitur de validitate actus, donec de eius inualiditate conſtiterit.ibi.nu.2.

Et id etiam procedit in his, quæ ſtrictam interpretationem admittant.ibi.nu.30.

Et idem etiam procedit, ſi verba impropriarētur, dummodo impropriatio non ſit immodica.ibi.nu.34.

Actus præſumitur factus vt valeat etiam in eo caſu, in quo aliàs interpretatio deberet fieri contra eum, qui legem apertiùs dicere potuit quia ſumitur contraria interpretatio.ibid.num.36.

Idem quando quis deſtinaſſet vti iure communi, ſecundum quod actus vitiaretur, quia præſumitur quod valeat ſecundum ius ſpeciale.ibi.num.37.



Idem quando comprehenderetur maius ipſo expreſſo.ibid.num.38.

Actus in dubio interpretatur vt valeat eo modo quo valere poteſt.Preſ.4.lib.6.nu.48.554.

Non debet autem interpretari, vt valeat omni modo, quia ſemper valeret, quod eſt abſurdum.ibi.nu.49.

Actus quando poteſt valere tam de iure communi, quàm ſpeciali vtiliùs eſt ipſi agenti vt iure ſpeciali valeat, & præſumitur, agentem vti voluiſſe iure ſpeciali.Præſ.6.lib.6.num.10.556.

Si autem non extat differentia aliqua vel minoris vtilitatis vel æquitatis, quòd vno vel altero modo valeat, præſumitur confectus vel de iure communi vel ſpeciali, vt magis ſignificant ipſa verba.ibi.nu.11.

Et quid ſi non poteſt colligi, quo iure conficiens actum vti voluerit.ibid.nu.12.

Et ſi pares ſunt termini vt valeat ſimul vtroque iure, conficiens actum præſumitur vti voluiſſe vtroque iure.ibi.n.14.

Et quid ſi nulla eſt differentia quòd valeat potius iure communi quàm ſpeciali.ibi.nu.15.

Actus non præſumitur validus, quando ei repugnat præſumptio oriens ex natura ipſius actus.Præſ.4.li.6.nu.39.554.

Idem quando ad conficiendum actūm, de cuius validitate ambigitur, deficiunt aliqua requiſita neceſſaria. ibi.nu.43.

Idem quando actus caret neceſſariis requiſitis, vt ſuum eſſe & perfectionem non receperit.ibi.nu.44.

Et idem de eo iudicatur quod de actu nullo.ibi.nu.45.

Idem quando ſuſtinendo ipſum actum proprietas ſermonis nimium impropriaretur.ibi.nu.46.

Idem quando actus non habet ſuam formam.ibi.nu.47.

Idem quando alias repugnat præſumpta mens diſponentis. ibid.nu.50.

Idem quando agitur de impediendo proceſſu litis.ibi.nu.54.

Idem quando agitur de præiudicio tertij.ibi.nu.55.

Idem quando actus factus eſt in fraudem legis.ibi.nu.56.

Idem quando coniecturis apparet, eum, qui actum confecit, voluiſſe eligere viam illam, qua actus redditur nullus. ibid.num.57.pag.555.

Actus agentium nil vltra eorum mentem & animum operatur.Præſ.1.lib.6.nu.3.547.

Actus agentium vltra intentionem operātur in his, ſine quibus voluntas ſuum effectum conſequi non poſſet.Præſ.26.lib.4.nu.30.42.

Actus conditionalis non dicitur actus.Præſ.146.lib.4.nu.44.346.

Actus correſpectiui qui preſumantur, & quis ſit eorum effectus.Præſ.12.lib.6.nu.1.559.

Actus correſpectiui dicuntur illi, quorum vnus reſpectu & cauſa alterius confectus eſt, & vno deficiente corruit alter. ibi.nu.2.

Imò pro vno actu habentur.ibi.nu.3.& 21.eod.& ſeq.

Et ſi vnus eſt fictus & ſimulatus & fraude factus, ſic & alter præſumitur.ibi.nu.3.

Actus duo quando ſe inuicem compatiūtur, & vna ſtare poſſunt, ſi vnico contextu abſoluti fuerunt, præſumitur vnus reſpectu alterius celebratus, & ſic correſpectiui dicuntur. ibid.num.4.

Actus duo cenſentur correſpectiui non ſolum quando vnico contextu celebrantur, ſed etiam quando intra breue tempus vnus poſt alterum conficitur.ibid.nu.28.560.

Et illud breue tempus Ancharanus credidit eſſe, etiam ſi die ſequenti actus celebretur, vel eadem die, ſed alia hora.ibi.nu.29.

Quod ſecundum Cæpolam relinquitur arbitrio iudicis.ibi.num.30.

Actus duo cenſentur correſpectiui etiam inter diuerſas perſonas.ibid.nu.31.

Et idem quando in diuerſis inſtrumentis duo hi actus confecti fuerunt.ibi.nu.32.

Idem etiam quò ad præſumendum delictum.ibi.nu.33.

Actus non præſumuntur correſpectiui, quando conſtaret etiam ex coniecturis aliud fuiſſe actum inter partes. Præſ.12.lib.6.nu.38.560.

Idem quando ſe inuicem non compatiūntur, vel ſunt diuerſæ naturæ, etiam ſi confecti ſint vno eodemque tempore. ibid.num.39.

Actus & diſpoſitio præſumuntur in ſe continere vera, nec in eis præſumitur error.Præſ.22.lib.6.nu.2.569.

Actus, qui cum alterius conſenſu confici debet, non valet, niſi conſenſus iſte adhibeatur.Præſ.34.li.6.nu.13.585.

Actus frequentatus præſumptionem ſcientiæ inducit inter vicinos.Præſ.24.li.6.nu.26.576.

Actus geminatus ſi continet errorem, ſcienter commiſſus cenſetur, non autem per ignorantiā.Præſ.23.li.6.nu.14.571.

Et id multo magis, quando in ipſo actu adhibita eſt clauſula, ex certa ſcientia.ibid.nu.15.

Actus geſtus adhibita prætoris preſentia & auctoritate, præſumitur ritè & rectè confectus, & cum cauſæ cognitione. Præſ.104.li.4.nu.10.260.

Actus, qui iure præcedere debuit, non præſumitur preceſſiſſe, quando actus pendent à voluntate & poteſtate partium, & non conſtat actus ipſos fuiſſe eodem die confectos. ibi.num.10.

Idem quando ipſi actus eſſent ſemper validi, ſiue vnus ante alterum, ſiue poſt cōfectus fuerit, & vnus altero prius ſcriptus eſſet.ibi.nu.11.

Idem quando non eſt veriſimile, quòd actus ille præceſſerit. ibid.nu.12.

Actum præparatorium qui fecit, quando actum principalem & ſic præparatum confeciſſe dicatur.Præſ.3.lib.6.nu.1.550.

Et an verè diſpoſuiſſe præſumatur de ipſo principali.ibi.nu.16.551.

Quòd ſi præparatorium eſt proximum ſuo principali, dicitur diſpoſuiſſe & de ipſo principali.ibi.nu.17.

Secus ſi præparatorium eſt remotum ab ipſo principali.ibi.num.18.

Actus à lege permiſſus vel prohibitus an præſumatur. Præſ.16.lib.6.nu.1.565.

Actus à lege prohibitus factus publicè & palàm præſumitur ignoranter, & per errorem factus.Præſ.23.li.6.n.26.571.

Idem quando conſtat de perſuaſione alicuius perſonæ, cui probabiliter credi & fides adhiberi debuit.ibi.nu.27.

Idem quando agitur de excludenda donatione.ibi.nu.28.pag.572.

Idem quando agitur de excludendo dolo & mala fide.ibid.nu.29.

Actus in mente retentus nihil operatur. Præſ.99.lib.4.num.14.245.

Actus nullus nomen actus non meretur.Præſ.10.lib.4.num.21.pag.20.

Ex actu nullo facilè declaratur facientis voluntas.Præſ.15.li.4.nu.2.23.

Actus odioſus in dubio non ſuſtinetur, quia in odioſis non præſumitur pro validitate actus.Præſ.4.li.6.nu.53.554.

Actus præcedens potentior eſt ad ſequētes vt influat in omnes, quam è contra.Præſ.178.lib.4.nu.9.399.

Actus finis ex principio bonus vel malus præſumitur. Præſ.17.lib.6.nu.1.566.

Et an debeat ſpectari finis vel principium actus. ibid.nu.3.& 4.

Actus forma diligenter inſpecta, facilè ipſe actus agnoſcitur.Præſ.4.li.4.nu.20.pag.8.

Actuum pluralitas debet ab eo probari, qui eam deducit. Præſ.15.li.6.nu.3.563.

Actuum pluralitas preſumitur, ſi centum promiſſa abs tè peto, & probem de quinquaginta tantùm, non enim dicitur probata mea intentio.Præſ.15.lib.6.nu.13.563.

Idem quando aliquis petit centum ſibi pure promiſſa, & deinde probet promiſſa ſub conditione, quæ deinde euenit: non enim dicitur is probaſſe contenta in ſua petitione, ſed ex diuerſitate formæ duo actus præſumuntur.ibid.num.14.

Actuum, rerum & perſonarum pluralitas vel identitas an & quando præſumatur.Præſ.15.li.6.nu.1.563.

Actuum pluralitas præſumitur, quando agitur de conciliandis atteſtationibus teſtium, quæ alioqui eſſent pugnantes. ibid.nu.15.

Et præſumitur actuum pluralitas ad euitandam contrarietatem inter partem & teſtes.ibi.nu.19.
Alciatus contra,ibi.nu.20.
Actuum pluralitas præſumitur,quando temporis & perſonarum diuerſitas eſſet inter vnum actum & alterum.ibid.nu 22.pag.564.
Idem eſt præſumendum fauore matrimonij.ibid.nu.23.
Idem quò ad ſuſtentationem diſpoſitionis expreſsè factę.ibi. nu.24.
Actuum pluralitas non pręſumitur,etiam ſi plura documenta,quæ poſſunt de ea re fieri,confecta reperiantur. Præſ.15. li.6.nu.8.pag.563.
Nec præſumitur etiam ſi alias errore præſumeretur.ibidem. num.10.
Præſumitur verò quando apparet de publica forma.ibidem. num.11.
Actus ſequens declarat voluntatem præcedentem. Præſ.10. lib.5.nu.17.497.
Actus ſubſtantia ſublata, non eſt de ipſius effectu diſputandum.Pręſ.39.lib.4.nu.30.73.
Actus vnitas præſumitur ex identitate loci & perſonarum. Præſ.15.li.6.nu.5.563.
ACQVISITIO fit etiam ignorãti, & acquiritur etiam acceptanti ſola animi deſtinatione.Præſ.99.li.4.nu.11.245.
ADEVNDO quis ſe quaſi obligat legatariis. Præſ.108.li.4. nu.56.272.
ADOLESCENTES faciliùs labuntur,quàm adulti.Præſ.1. li.5.nu.13.274.
Adoleſcentia & voluptas vnà incedunt. Præſ.1.lib.5.num.5. pag.474.
Adoleſcentia cupit cæteris antecellere propter ambitionem. Præſ.48.li.6.nu.5.608.
Et adoleſcentiæ ætas apta eſt,vt ei munera multa etiam publica aliquando demandentur.ibi.nu.6.
ADVLTERI puniuntur quandoque pœna capitali, quandoque ſola thori ſeparatione, & aliquando pœna pecuniaria,vt in amiſſione dotis.Præſ.41.li.5.nu.3.533.
Adulterij ſuſpicio & præſumptio oritur, quãdo mulieris do domus frequentatur die noctuq; ab adoleſcentib. præſertim ſcholaſticis.Præſ.41.li.5.nu.21.534.
Et hæc præſumptio ſufficit quò ad torturam tantùm, non autem quò ad condemnationem.ibi.nu.22.
Adulterium probatur coniecturis & pręſumptionibus illis, quæ à natura vel à lege receptę atque probatæ ſunt. ibid. nu.28.pag.535.
Adulterium veraciter probari debet, vt pœnę ſit locus : & tunc ſufficiunt coniecturę loco verę probationis, quando à iure ſunt receptę.ibi.nu.34.
Adulteria clam & occulto committi ſolent,ideò ſunt difficilis probationis.Pręſ.41.li.5.nu.1.533.
Pręſumptionibus autem & coniecturis probari poſſunt. ibi. nu.2.& ſeq.
Quę pręſumptiones vel à natura,vel à lege,vel à iudice fiũt. ibid.nu.4.
Adulterij pręſumptio inſurgit aduerſus eum, cui à marito ter denunciatum fuit, ne cum eius vxore eſſet, eamque alloqueretur, ſi deinde comperiit eam alloquentem.ibi.nu. 9.534.
Et dicitur pręſumptio iuris & de iure,quę ſufficit ad indicẽdam pœnam capitalem ex lege Iulia de adulteriis.ibidem. nu.10.
Adulterij præſumptio inſurgit,quando ſolus cum ſola inuẽtus eſt in loco ſecreto & abdito.Pręſ.41.li.5.nu.11.534.
Non dicitur autem ex hoc actu verè probatum adulterium. ibidem nu.12.
Nec dicitur verè probatum adulterium,etiam quando vir & mulier niſi fuerunt in eodem lecto nudi.ibid.
Dicitur tamen vrgens pręſumptio,quę ſatis operatur quo ad thori ſeparationem.ibi.nu.13.
Idem quò ad dotis amiſſionem.ibid.nu.14.
Et nunquid hęc pręſumptio ſufficiat ad indicendam pœnam capitalem legis Iuliæ de adult.ibi.nu.15.
Adulterium præſumitur illam commiſiſſe, vel committere voluiſſe,quæ reperta eſt in domo, vbi ſolent adulteria cõmitti.Pręſ.3.lib.6.nu.8.550.
Idem pręſumitur ex pręparatoriis proximis ad committendum adulterium, vt quòd ſolus cum ſola, nudus cum nuda seperti ſint in cubiculo.ibi.nu.9.
AFFECTIO maior præſumitur erga iam natos,quàm erga naſcituros.Pręſ.89.li.4.nu.78.218.
AFFINITATIS gradus licet conſiderentur de iure canonico quò ad contrahendum matrimonium, quò ad ſucceſſiones tamen conſiderantur ſecundum ius ciuile. Pręſ.189. lib.4.nu.84.435.
Afflicti deprehenditur error.Præſ.8.li.4.nu.4.13.
AGENS interdicto vti poſſidetis retinendo non poſſeſſionis ſufficit ſi probat ſe olim poſſediſſe. Præſ.64.li.6.nu.15. pag.641.
Et idem dicendum in interdicto vnde vi recuperandæ poſſeſſionis.ibi.nu.16.
Agens contra poſſidentem rem ſuam ſi probauit eum dolo deſiiſſe poſſidere ſuccumbit petitor,& ſi reus iterum poſſidere cœpit,agit poterit.Pręſ.64.li.6.nu.5.640.
AGESILAVS Lacedęmonius iam ſenio confectus viſus eſt ſæpè per brumam nudis pedibus, ac ſine tunica incedere. Pręſ.46.li.6.nu.10.606.
AGGERES extruens in ſuo ad arcendam aquam ne in agrũ ſuum fluat,non præſumitur id fraudulenter facere,etiam ſi vicino deinde noceat.Pręſ.29.li.6.nu.11.582.
AGGRESSOR quis ex duobus contendentibus & rixantibus præſumatur.Pręſ.39.li.5.nu.1.531.
Quòd præſumitur is aggreſſor,qui ſuperſtes fuit.ibi.nu.2.
Aggreſſorem occidens tempore noctis non pręſumitur habuiſſe animum ipſum occidendi,ſed potius ſe defendendo id feciſſe.Præſ.40.lib.5.nu.26.532.
Et idem dicendum,etiam ſi exceſſit modum defenſionis.ibi. nu.27.
AGIS Lacedæmonius negauit Leotychidem,quem generauit,leuitate quadam eſſe filium ſuum. Præſ.53.lib.6.nu.12. pag.621.
Et ob id Leotychides & ſi à patre habitus & tractatus fuerit longo tempore vt filius, Agide ipſo mortuo regnum nõ obtinuit.ibi.nu.30.622.
Et quarę à patre fuit negatus.ibi.nu.46.624.
AGNATIONIS nomen eſt latiſſimum : & quid differat à linea,vel familia.Præſ.88.li.4.nu.16.206.
De Agnatione qui dicantur : & quando teſtator vult, bona ſua conſeruari debere in agnatione, qui comprehendatur. Præſ.88.li.4.nu.15.pag.ead.
Agnationis ſeu familiæ identitas quomodo probetur, vt ſi quis tanquam ex familia & agnatione vult defuncto ſuccedere,probare debet ſe eſſe ex eadem familia defuncti,vel quem defunctus in ſuo teſtamento vocauit. Pręſ.15.lib.6. nu.47.565.
Et huiuſmodi identitas probatur ob identitatem nominis agnationis.ibi.nu.48.
Intellige, niſi ipſi familiarum vel agnationum cognomini adiunctę eſſent qualitates,quæ ſignificarent ipſarum familiarum vel agnationum pluralitatem.ibi.nu.49.
Agnatus proximior pręfertur remotiori in ſucceſſione fideicommiſſi conditionalis.Præſ.93.li.4.nu.6.230.
Agnati,qui nondum nati ſunt,ſed tantùm concepti tempore euenientis caſus ſucceſſionis, ad fideicommiſſum conditionale pręſumuntur à teſtatore vocati.Pręſ.93.lib.4.nu.4. pag.230.
Et quid ſi reperiuntur agnati, quorum vnus erat natus tempore conditi teſtamenti, alter verò natus eſt tempore, quo euenit conditio.ibi.nu.5.
Agnato admiſſo ad ſucceſſionem, & nato eo tempore, quo euenit conditio, ſi deinde natus eſt alter eiuſdem gradus, non admittitur ad ſucceſſionem, nec concurrit cum iam admiſſo.Pręſ.93.li.4.nu.7.231.
AGRI cultura infert aditionem hęreditatis, ſed non neceſſario,ſed tunc ſolùm cum fit animo adeundi hęreditatem. Præſ.101.li.4.nu.75.255.
AGRIGENTINI quidam ob ebrietatem eò dementiæ peruenerunt,vt crederent ſe in naui eſſe & naufragium pati, & bona omnia omnemque ſupellectilem è ſpecula in





viam proiiciebant exiſtimantes nauim exonerare.Præſ.45. lib.6.nu.55.604.
ALTIATI conſideratio in rubr.de vulga.num.6.reiicitur. Præſ.108.lib.4.nu.49.272.
ALEXANDER Macedo noluit ab alio pingi, quam ab Appelle,neque ab alio fingi, quàm à Lyſipo.Præſ.92.lib.6. nu.10.665.
Et quanti fecerit Pyndarum.Præſ.100.li.6.nu.10.672.
Alexandri ſecundi Pontificis maximi bonus dolus & ſolertia,qui promiſſa impunitate Epiſcopo ſimoniaco ab eo cõfeſſionem extorſit.Præ.3.li.5.nu.39.482.
ALIENANTI rem meẽ ſi conſentio adhibita proteſtatione,ſaluo iure meo: proteſtatio intelligitur reſpectu pretij, non autem ipſius rei.Præſ.37.li.6.nu.13.589.
Alienare is dicitur, qui in teſtamento hæredem inſtituit, vel legatario relinquit.Præſ.189.li.4.nu.46.432.
Alienare prohibitus cenſetur etiam prohibitus contrahere quando ex eo contractu peruenit ad ipſam alienationem. Præſ.93.li.6.nu.2.665.
Alienationis prohibitio eſt vocationis & ſubſtitutionis acceſſoria, & non extendit fideicommiſſum. Præſ.68.lib.4. nu.20.133.
Alienatio generalis bonorum ita transfert dominium in acquirentem ſicuti ſpecialis.Præſ.167.li.4.nu.20.384.
Alienatio impropria quæ dicatur.Præſ.167.li.4.nu.41.386.
Alienatio metu facta non annullatur ad detrimentum illius, qui acquiſiuit,ſi metus particeps is non fuit. Præſ.8.lib.4. nu.19.15.
Alienatio rei tempore perituræ conceditur citra ius & nomen hæredis.Pręſ.101.li.4.nu.74.255.
Alienatio titulo lucratiuo facta quid differat ab alienatione titulo oneroſo facta.Pręſ.167.lib.4.nu.9.384.
Alienatio titulo lucratiuo facta in fraudẽ fiſci vitiatur. Præſ. 9.lib.5.nu.13.495.
Alienatio rerum Eccleſiæ facta ſine auctoritate Epiſcopi nõ tenet.Præſ.34.li.6.nu.18.586.
Alienatio facta in vltimis voluntatibus fauorabiliòr eſt ea, quæ fit inter viuos.Præſ.189.li.4.nu.51.433.
A lienatione prohibita per ſtatutum præſumitur & prohibitum pactum de alienando.Præſ.93.li.6.nu.3.665.
A lienatione expreſsè prohibita,non cenſetur illa prohibita, quę fit ex cauſa neceſſaria.Præſ.189.li.4.nu.106.437.
Et dicitur fieri alienatio ex cauſa neceſſaria, quę fit ex cauſa dotis.ibi.nu.107.

*Alimentorum nomine quid comprehendatur. Quibus debeantur alimenta, & quando ſint præstanda, & à quibus.*

ALIMENTARIVS quo caſu teneatur reddere rationem adminiſtrationis.Præſ.139.li.4.nu.29.325.
ALIMENTORVM nomine quid in legato contineri debeat.Præſ.157.li.4.nu.13.358.
Quòd alimentis legatis pręſtanda ſunt etiam ligna non ſolùm pro coquendis cibis, ſed etiam calfaciendi cauſa hiemali tempore.ibid.nu.24.
Comprehenditur etiam aqua, quãdo in ea regione vendi ſolet.ibid.nu.25.
Venit etiam equus, ſi alimentarij dignitas id fert.ibi.nu.28. pag.359.
Et pariter ſeruitores præſtari debent.ibi.nu.29.
Et pro ipſis ſeruis danda ſunt ſalaria.ibid.
Continẽtur etiam nomine alimentorum legatorum medicinæ.ibid.nu.30.
Et continetur impenſa ſtudiorum.ibi.nu.31.
Alimentorum cauſa dicitur cauſa pia,& idcirco legatum alimentorum dicitur pium.Præſ.115.li.4.nu.14.290.
Intellige,quando alimenta relicta fuerunt pauperi, ſecus ſi diuiti.ibi.nu.15.291.
Alimenta quo tempore ſint præſtanda.Præſ.157.lib.4.nu.26. 358.& ibi.nu.51.360.
Et alimentis legatis quouſque ſint præſtanda & quouſque ea debeantur,ſi ſimpliciter ſint legata,nec conſtat de teſtatoris voluntate.ibi.nu.36.359.
Quòd ſi teſtator legauit alimenta vſque ad pubertatem,pueris debentur vſque ad annum decimumoctauum, puellis vſque ad decimumquartum.ibi.nu.37.360.
Alimenta debentur etiã ſi conditio mixta caſu deficiat.Pręſ. 183.lib.4.nu.42.413.
Alimenta quis ex eo loco capere præſumitur vbi labores ſuſtinet.Pręſ.71.lib.6.nu.9.648.
Alimenta relinquuntur aliquando tacitè, aliquando expreſſè:quomodo vtroque modo.Præſ.157.li.4.nu.1.& ſeq.357.
Alimentorum legatum nil differt à legato educationis.Pręſ. 157.lib.4.nu.14.358.
Alimentorum legatum non reiteratur. Pręſ.158.lib.4.nu.3. pag.361.
Alimenta legata à quibus præſtari debeant. Præſ.157.lib.4. nu.42.360.
Quòd hæres in dubio cenſetur grauatus à teſtatore præſtare legata,& eo defuncto adita hæreditate, ipſius hæres.ibi. num.43.
Si verò hæres non adiuit,vel adiuit,& factus eſt locus ſubſtitutioni, ſubſtitus ille præſumitur grauatus præſtare legata. ibid.num.44.
Pręſtantur quandoque legata alimenta ab vno ex legatariis, quem teſtator grauauit dicto onere.ibi.nu.46.
Et legatariis ipſis vita functis pręſtantur ab eorum hæredibus.ibid.nu.47.
Præſtantur quandoque ab executoribus teſtamenti.ibi.n.48.
Aliquando etiam ab vſufructuario,cui teſtator hoc onus impoſuit.ibi.nu.49.
Et alijs deficientib. tenetur pręſtare alimenta, ille, ad quem peruenerunt teſtatoris bona,etiam ſi fiſcus is ſit,qui ea obtinuit.ibi.nu.50.
Alimentis legatis,in quo loco erunt pręſtanda.Præſ.157.lib. 4.nu.52.360.
Quòd ſi ſunt præſtanda mulieri, quę ſaluo eius honore non poteſt habitare cum hærede, ſunt ei præſtanda extra propriam domum hæredis.ibi.nu.53.277.
Idem quando alimẽtarius ob immodicam hæredis ſæuitiam cum hęrede habitare non poteſt.ibi.nu.54.
Et ſunt pręſtanda ab hærede extra propriam domum etiam quando inter ipſum & alimentarium orta eſſet lis & inimicitia.ibi.nu.55.361.
Idem quando plures hęredes,qui pręſtare tenentur alimẽta, diuiſerunt bona ipſa teſtatoris, & ſeparatim habitare cœperunt.ibi.nu.56.
Idem quando caſu aliquo fortuito euenit, vt alimenta præſtari nequeant in domo hęredis.ibi.nu.57.
Idem quando cõiectura aliqua colligitur, teſtatorem voluiſſe alimẽta pręſtari debere in domo ipſius alimentarij. ibi. num.58.
Alimentis legatis quantum pro ipſis ſit pręſtandum,quando ſimpliciter ſunt legata, non adiecta quantitate. Pręſ.157.li. 4.nu.32.359.
Quòd quando veniunt præſtanda ex pecuniarum quantitate,pecunia ipſa non eſt impendenda,ſed reponenda ab honeſtum lucrum, & ex eo reditu erunt præſtanda alimenta. ibid.num.33.
Et quid ſit inſpiciendum in præſtandis alimentis. ibi.nu.34.
Alimentis legatis nunquid debeantur etiam vxori & filijs legatarij, ſi non conſtat de teſtatoris voluntate. Præſ.157. lib.4.nu.39.360.
Quòd legatum alimentorum ſit quid perſonale,& perſonam non egreditur.ibi.nu.40.
Alimenta ſi duobus ſint coniunctim legata, nec teſtator expreſsè diſpoſuit, quòd altero eorum decedente vel repudiante ſuperſtes totum haberet, portio præmorientis vel repudiantis alteri non accreſcit.Præſ.158.lib.4.nu.2.361.
Alimentorum præſtatio arguit quẽ eſſe alterius filium.Præſ. 53.li.6.nu.33.623.
Alimenta,quæ legis diſpoſitione pręſtantur,aliter pręſtanda ſunt, quàm ea, quæ teſtatoris diſpoſitione debentur.Præſ. 199.li.4.nu.23.470.
Alimenta propoſita ab Auo nepoti, cuius bona adminiſtrabat,dicuntur pręſtita ex bonis ipſius nepotis.Præſ.71.lib.6, nu.3.648.
ALLEGANS diuitias vel paupertatẽ,probare debet. Pręſ. 25.lib.6.nu.4.578.
Et alleganti diuitias vel paupertatem incumbit onus pro-

bandi quando non allegatur aliquid tempus, quo quis fuit vel diues vel pauper.ibi.num.14.
Allegans præſcriptionem probare eam debet.Præſ.33.lib.6. num.2.584.
Allegans collegam ſuum tempore ſuſcepti officij fuiſſe diuitem probare id debet.Præſ.25.lib.6.num.19.578.
ALTARI ſeruiens de altari viuere debet. Præſ. 71. libr.6. num.8.548.
Alternatiua vt verificetur, ſufficit alteram partem eſſe verã. Præſ.186.lib.4.num.11.418.
In Ambiguis humanior ſententia eſt ſequenda.Præſ.51.li.6. num. 15.617.
AMICITIA magna æquiparatur cognationi. Præſ. 40.lib. 5.num.23. 532.
Amicitia vera quanti facienda.Præſ.89.lib.4.nu.70.217.
Amicitia coniunctus ſi vulnerauit amicum, non præſumitur animo occidendi vulneraſſe.Præſ.40.lib.5.num.22.532.
Intellige,vt ibi.num.24.
Amicus licet ſuorum appellatione veniat,non tamen dicitur ſuus ratione ſanguinis, & ſic non dicitur ſucceſſor ſanguinis.Prçſ.89.lib.4.nu.66.217.
Amicus quomodo à pari procedat cum venientibus ab inteſtato.Præſ.89.lib.4.nu.68.217.
Amicus procedit à pari cum venientibus ab inteſtato, & ita capit ex teſtamento minus ſolemni, ſicut capiunt qui veniunt ab inteſtato.Præſ.166.lib.4.nu.43.380.
Amicus poteſt agere pro amico ſine mandato, ſicut coniunctus pro coniuncto.Præſ.89.lib.4.nu.69.217.
AMON Diuidis filius Thamar ſororem ſuam morbo ſimulato ad ſe vocatam conſtuprauit.Præſ.17.li.5.nu.15.502.
AMOR nullus vincit paternum.Præſ.89.li.4.nu.118.224.
AMPHITAPA qui olim eſſet.Præſ.161.li.4.nu.6.366.
AMPHORA quid ſit.Præſ.152.li.4.nu.22.352.
Et cuius ſit menſuræ.ibi.
ANADEMATA eſt vox Græca, ſignificatque apud nos redimiculum.Præſ.163.li.4.nu.6.369.
ANGELI cautela in l.ſed & ſi de ſua.ff.de acq.hęred.refellitur.Præſ.49 lib.6.nu.19.610.
ANIMA cæteris omnibus eſt præferenda.Præſ.112.li.4.nu. 4.285.
Animam eſſe mortalem contendens hæreticus cenſetur:idẽ ſi affirmat non reperiri Paradiſum,Purgatorium vel infernum.Præſ.6.li.5.nu.12.490.
ANIMVS ex verbis iam prolatis facilè declaratur.Præſ.7. lib.5.nu.9.492.
Animus declaratur, qualis antea fuerit,ex his, quæ incontinenti fiunt Præſ.35.li.6.nu.13.586.
Animus talis præſumitur,qualem vel verba vel facta ipſa declarant.Præſ.35.lib.6.nu.2.586.
Et declaratur qualis ſit animus ex verbis iam ptolatis. ibid. nu.13.
Et iudicatur ex loquela.ibi.nu.14.
Et quomodo factis declaretur.ibi.nu.20.587.
Declaratur enim plus factis, quàm verbis.ibi.nu.21.
Et animus præcedens declaratur ex facto ſubſecuto.ibi.n.23.
Animi ſola deſtinatio dicitur deliberatio ſine verbali expreſſione.Præſ.99.li.4.nu.19.245.
Animi mutatio non præſumitur.Præſ.37.li.6.nu.5.589.
Animus deliberatus occidendi quando præſumatur.Præſ.38 lib.5.nu.1.531.
Viginti coniecturæ animi deliberanti occidendi in libro de arbitrariis iudicum ab auctore enumerantur.ibi.nu.2.
Animus delinquendi vel non, quando & quomodo cõiecturis & præſumptionibus declaretur.Præſ.40.li.5.nu.1.& per tot.531.& ſeq.
ANTECEDENS qui fecit,an & quando dicatur feciſſe etiã conſequens.Præſ.3.lib.6.nu.19.551.
ANTONII Butrij ratio in c.requiſiſti.de teſta.reiecta.Prę. 111.li.4.nu.18.284.
APPELLANS quid probare debeat.Præſ.104.lib.4.nu.14. pag.261.
Appellatio à ſententia præſumitur in dubio præceſſiſſe, deinde ſecutam eſſe cauſæ commiſſionem.Præſ.7.li.6.n.8.556
AQVÆ hauſtu conceſſo ex fonte, præſumitur conceſſum etiam iter ad hauriendum, & è contra.Præſ.144.li.4.num. 12.340.
AQVIMINARIA vel aquimanalia quid ſint,remiſſ.Prçſ. 160.li.4.nu.14.364.
Aquiminarium dicitur potius vas eſcarium,quàm potorium. Prçſ.162.li.4.nu.20.368.
ARBITER & arbitrator ex compromiſſo electus præſumitur pronunciaſſe vt arbiter, ad hoc vt laudum ſit magis efficax.Prçſ.5.li.6.nu.2.555.
Arbiter & arbitrator ſi quis ex compromiſſo ſit electus ad diffiniendum controuerſiam,ſi proceſſerit ordine non ſeruato,& laudum ferat, prçſumitur pronunciaſſe tanquam arbitrator,ne laudum ſit nullum.Prçſ.4.li.6.nu.26.553.
Arbitri, qui curant laudum ratificare, antequam eis legatur, contra iura id facere dicuntur.Præſ.3.li.5.nu.113.485.
ARGVERE licet à nomine, quia talis quis creditur, qualis nominatur.Præſ.30.li.6.nu.10.584.
ARGENTI eſcarij appellatione non veniunt cacabi argẽti,milliarium argenteum, vel ſartago. Præſ.162.li.4.nu.22. 368.
ARGVMENTVM de alimentis ad dotem procedit. Prçſ. 189.lib.4.nu.29.431.& ibi.nu.66.433.
Argumentum à communiter accidẽtibus probabile eſt.Prçſ. 19.li.6.nu.5.567.
Argumentum à communiter contingentibus plurimum poteſt in materia prçſumptionum & coniecturarum.Prçſ.14. lib.6.nu.20.562.
Argumentum de contractibus ad legata procedit.Præſ.144. li.4.nu.10.340.& prçſ.199.li.eo.nu.5.469.
Argumentũ à contractibus ad vltimas volũtates iure recipitur. Præſ.127.lib.4.num.9.307. & Præſ.146.lib.4.num.11. pag.343.
Argumentum de diſpoſitione tacita ad expreſſam valet,quãdo eadem eſt ratio.Prçſ.189.li.4.nu.97.436.
ARGVMENTVM de dote ad alimenta procedit.Præſ.191. li.4.nu.2.450.
Argumentum ab incluſiua vnius ad excluſionem alterius quando non procedat.Prçſ.38.li.4.nu.24.69.
Argumentum de legato libertatis ad legatum pię cauſę valet.Prçſ.116.li.4.nu.31.293.
Argumentum de legitima debita patrono ex bonis liberti ad legitimam debitam filio ex bonis patris valet. Præſ.101. lib.4.nu.50.253.
Secus vbi agitur de incommodo filij.ibi.nu.51.
Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale iure recipitur,& è contra:& ibi declaratur l.Titię ſi non nupſerit.ff. de cond.& demon.Prç.83.li.4.nu.21.& ſeq.187.
Argumentum à ceſſante ratione procedit. Prçſ.189.lib.4.nu. 190.444.& Prçſ.190.li.eo.nu.25.447.
Argumentum ſumptum à ſenſu contrario procedit à coniecturis & ideò contrariis coniecturis facilè tollitur. Prçſ. 166.li.4.nu.65.383.
Argumentum à contrario ſumi debet ad limites verborum. Prçſ.39.li.4.nu.32.73.
Argumentum à contrario ſenſu ſumi non poteſt in diſpoſitione teſtatoris, quando correctio ſtatim & incontinenti facta appareret.Prçſ.165.li.4.nu.7.373.
Argumentum à contrario ſenſu non debet ſumi,quando poteſt inde ſequi abſurdum.Præſ.83.li.4.nu.55.191.
Argumentum à contrario ſenſu non procedit quando alia iura repugnant.Prçſ.39.li.4.nu.25.73.
Argumentum à ſtatuto ad diſpoſitionem teſtatoris valet:ſecus ſi non eſt eadem ratio.Prçſ.83.li.4.nu.24.& ſeq.188.
Argumẽtum à ſubſtitutione vulgari,ad pupillarem & è contra,an & quando procedat.Prçſ.34.li.4.nu.33.54.
ARROGATIO fit ab auctoritate principis. Prçſ.82.lib.4. nu.6.183.
ARS imitatur naturam.Præſ.2.li.4.nu.22.5.
ASSERENS aliquid & in eo fundamentum faciens probare id debet.Prçſ.55.li.6.nu.5.628.
Aſſerenti ſe ab alienaſſe ẽa quæ poſſidet non creditur. Præſ. 62.lib.6.nu.12.638.
Aſſerenti aliquem furioſum incumbit onus probandi. Præſ. 45.li.6.nu.20.603.



INDEX.

Et coniecturis vel ſignis id probare poteſt.ibi.num.22.
Aſſerens aliquam hæreſim,cuius contrariam veritatem catholicam prius docuerat, hæreticus pertinax præſumitur. Præſ.7.lib.5.num.8.492.
Aſſertio dubia,quæ poteſt ſignificare hæreſim & catholicã fidem,in dubio catholica præſumitur. Præſ. 2. lib. 5. num. 12. 477.
ASSESSORIS officio nemo in ſua patria fungi poteſt, nec iuriſdictionem exercere.Præſ.12.lib.5.num.9.498.
ATHAMAS Æoli filius furioſus furijs à Iunone immiſſis vſque adeo correptus fuit,vt Learchum filium interfecerit. Præſ.45.lib.6.num.13.602.
ATHENIS vir quidam eruditiſſimus ictu lapidis in capite percuſſus,litterarum, quarum doctiſſimus erat,memoriam amiſit.Præſ.45.lib.6.num.33.603.
ATTESTATIONIS fundamentum dicitur eſſe ipſa fides, quæ eſt indiuidua, & ex periurio violatur. Præſ. 22. lib. 5. num. 3. 509.
AVCTORITAS alicuius quomodo præſumatur eſſe de ſubſtantia actus.Præſ.34.lib.6.num.17. 586.
AVGMENTVM regulatur ſecũdum naturam ſui principalis,cui æquiparari dicitur.Præſ.189.lib.4.num.157.441.
AVRO aut argento legato,quid auri vel argenti genus præſumitur legaſſe teſtator.Præſ.162.lib.4.num.1.367.
Quòd ſi legauit omne aurum & argentum ſuum,præſumitur legaſſe aurum & argentum tam factum quàm infactum, ideſt tam vaſa quàm maſſam.ibid.num.2.
Extende etiam hoc ad gemmas huiuſmodi auro vel argento incluſas. ibid.num.3.
Secus ſi qualitas aliqua adijcitur,quæ ſpeciei auri vel argenti non conuenit.ibid.num.4.
Nec cenſetur legata pecunia numerata.ibi.num.6.368.
Legato autẽ enim auri vel argenti certo pondere, pro hæredis commodo permiſſum eſt vt poſſit pecuniã eiuſdem tamen æſtimationis hæres præſtare.ibid.num.7.
Argenti nomine in legato non venit applumbatur, qua argenti maſſæ ſimul coniunguntur.ibi.num.8.
Nec etiam venit aurum vel argentum, quibus res alterius materiæ ornata eſt.ibi.num.9.
Auro vel argento facto legato,cenſentur legata omnia vaſa auri & argenti. ibid.num.10.
Et etiam vaſa,quæ cępta ſunt fabricari,etiam ſi nondum ſint perfecta.ibid.num.13.
Venit etiam materia auro argentóue intecta. ibi. num.14.
Nec non pediculi argenti.ibi.num.15.
Et veniunt gemmæ auro incluſæ.ibid.num.16.
Vaſa autem fracta & colliſa non veniunt nomine argenti facti.ibid.num.17.
Nec veniunt ſcaphia.ibid.num.18.
Auro vel argento legato,quod ſui vſus cauſa habebat teſtator,quid comprehendatur.ibi.num.24.& ſeq.368.
AVTH.res quæ.C.commu.de lega.non habere locum in bonis prohibitis alienari per contractum.Prçſ. 189. lib.4. nu. 186. 444.
AVVS tenetur dotare neptem & proneptem, quæ aliunde dotari non poſſunt.Præſ.189.lib.4.num.105.437.
Auus tenetur nepti dotem conſtituere, quando pater ipſius non habet bona, è quibus dotem filiæ conſtituat. Præſ. 189.lib.4. num.12.429.

B

BALDI & Felini ſumma auctoritas. Præſ.21.lib.5.num 17. 508.
Baldi,& quam plurium doctorum opinio refellitur.Præſ.34. lib.4. num.27.53.
Baldi verba interpretantur in l.fideicommiſſa.§.1.de lega.3. Præſ.5.lib.4.num. 3.9.

*Bannitus quis dicatur: quando præſumatur reſtitutus, & quomodo puniri debeat, & quibus commodis dicatur priuatus: & an poßit hæres inſtitui.*

BANNITI vulgo appellãtur *foruſciti*.Prçſ.45.lib.5.numero 28.540.
Bannitus quare dicatur non ſubditus. Præſ. 45.lib.5.numer. 24.& 29.539.& 540.
Bannitus efficitur hoſtis illius ciuitatis,è qua eſt bannitus,& patriæ odioſus.Præſ.45.lib.5.num.8.538.
Bannitum occidiſſe aſſerens probare debet, illum occiſum eſſe illum met in banno deſcriptum. Præſ.15.lib.6.num.37. 564.
Bannito liberato à banno & propriè reſtituto an & quando præſumantur reſtituta bona. Præſ.46.lib.5.nu.1.540.
Quòd ſi fuit liberatus iuſtitia mediante,præſumitur reſtitutus etiam quò ad bona.ibi.num.2.
Quando enim eſt reſtitutus, dicitur innocens à delicto,vnde verè non fuerat bonis priuatus.ibi.num.3.
Bannitus quando fuit gratia & liberalitate Principis reſtitutus,ſi bona ſunt adhuc apud ipſum principem, præſumitur etiam reſtitutus quo ad ea.ibi.nu.4.
Et quid ſi ipſa bona reperiuntur à principe alienata titulo oneroſo & ipſe bannitus fuit ſimpliciter reſtitutus.ibi.nu.5.
Et quid ſi bona iam fuerunt à principe in alium tranſlata titulo lucratiuo.ibi.nu.6.
Bannitus reſtitutus in pleniori forma cenſetur etiam reſtitutus quoad bona in alium alienata, & quouis titulo tranſlata:Et datur exemplum huius plenioris formæ.ibid.num.10. 11. & ſeq. 541.
Bannitus etiam ob contumaciam licèt pro confeſſo habeatur, ex diſpoſitione ſtatuti: captus tamen non punitur, ſi ſuam innocentiam vult probare.Præſ.48.lib.5. num. 6. 544.
Bannitus à ciuitate an præſumatur priuatus commodis & beneficijs iuris communis.Præſ.45.lib.5.num.11.539.
Bannitus à ciuitate Cremonæ nec quidem poteſt ſuccedere patri in legitima ſibi iure communi debita, ſtatuto illius ciuitatis prouidente, quòd forenſis non poſſit acquirere immobilia.Præſ.45.lib.5.num.26.539.
Bannitus à ciuitate Venetiarum non poteſt conficere teſtamentum coram duobus teſtibus tantùm, ſicuti lege Veneta permiſſum eſt.Præſ.45.lib.5.num.4.538.
Bannitus ob perpetratum graue delictum quibus commodis & iuris beneficijs priuatus præſumatur.Præſ.45.lib. 5. num. 1.538.
Quòd regulariter prçſumitur priuatus omnibus iſtis commodis, quæ illius loci ſtatutis ibi commorantibus tributa ſunt.ibid.num.2.
Et cenſetur priuatus factione teſtamenti tam actiua quàm paſſiua,quando ſtatutum concedit certam formam diuerſam ab illa à iure communi præſtituta,ſecũdum quam formam teſtari non poterit.ibid.num.3.
Bannitus ſimpliciter reſtitutus nunquid recuperet bona,quę peruenerunt ſine alterius facto ad alium ob ſolam cauſam delicti & banni ſequuti,vt puta ad proximiorem. Præſ.46. lib.5.num.9.541.
Bannitus non poteſt inſtitui hæres ex forma ſtatuti loci, de quo eſt bannitus, quia priuatus eſt beneficijs à ſtatuto cõceſſis.Præſ.45.lib.5.num.5.538.
Præſumitur etiam priuatus facultate ſuccedendi ab inteſtato.ibid.num.6.
Et præſumitur priuatus commodis & beneficijs à iure communi conceſſis,quando banniens priuauit ipſum ab omni actu legitimo.ibi.num.16.539.
Idem quando banniens, ſeu eius lex vel ſtatutum decernit, bannitum poſſe offendi perſonaliter & realiter.ibi.num.17.
Idem quando banniens vel eius ſtatutũ adimit bannito omne auxilium.ibid. num.18.
Idem quando quis fuit bannitus in ære & perſona.ibi.nu.19.
Idem quando ipſe bannitus eſſet poſitus extra protectionem communis.ibi.num.20.
Idem quando ſtatutum confiſcat ipſo iure bona ipſius banniti.ibi.num.21.
Bannitus non poteſt in immobilibus aliquo modo ſuccedere,nec quiſquam acquirere, ſtante ſtatuto, quòd forenſis acquirere non poſſit immobilia.ibi.num.23.
Habetur enim bannitus pro forenſi, & non pro ſubdito.ibi. num. 24.
Idem de bannito pœna capitali, qui pro forenſis habetur. ibid.num.27.
Et quare.ibi.num.29.540.
BAPTIZATVS nemo præſumitur in dubio. Præſ.14.lib.6. num. 8. 561.

# INDEX.


BARTOLVS in l.licet Imperator.nu.4.ff.ſi quis omiſſ.cau.teſta.declaratur.Præſ.108.lib.4.num.23.270.

Bartoli doctrina in l.licet imper.num.3.ff.ſi quis om. cau. teſta.in dubium reuocatur.ibid.num.44.271.

Bartoli lapſus in l.2.nu.44.ff.de vulg.& pupill. ſubſt.qui ſibi contrarius oſtenditur in l. Lucius num. 14.ff. eo. Præſ. 70. lib.4.num.31.140.

Bartolū & reliquos lapſos in interpretatione l.vlt. C.de inſt. & ſubſti.cui dantur plures intellectus à pluribus. Præſ. 37. lib.4 num.17.65.& num.ſeq.

*Bellum quando iuſtum præſumatur, & quando non ſit ſuſcipiendum.*

BELLVM an quando præſumatur iuſtum vel iniuſtum. Præſ. 96.lib. 6.num.2.670.

Quòd in dubio præſumitur iniuſtum.ibi.num.3.

Præſumitur autem iuſtum, ſi à principe non recognoſcente ſuperiorem fuit indictum:ſecus ſi ab inferiore. ibi.num.4.

Et dicitur bellum iuſtum,quando concurrunt, Principis ſuperiorem non recognoſcentis auctoritas,iuſta cauſa, & recta intentio.ibid.num.5.

Et quæ ſint iuſtæ cauſæ belli.ibid.num.6.

Et nunquid bellū præſumatur iuſta cauſa indictum.ibi.nu.7.

Bellum non eſt ſuſcipiendum odio vel liuore vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ.ibid.num.8.

BENEFACERE nemo cogitur inuitus. Prǽſ.83.lib.4.num. 9.186.

*Beneficia quibus conferri debeant,quando permutari poſſint, & quando renunciari: Et de beneficiorum confidentia an ſit licita.*

BENEFICIVM præſumitur collatum ex eo meliori modo, quo poteſt valere conceſſio.Præſ.5.lib.6.num.3.555.

Beneficij collatio præſumitur facta reſpectu permutationis paulò ante factæ.Præſ.12.lib.6.num.19.560.

Beneficium nemo præſumitur conferre ſibi odioſo.Præſ.45. lib.5.num. 10.539.

Beneficij permutatio facta in articulo mortis fraudulenta præſumitur. Præſ.8.lib.6. num.5.557.

Beneficij permutatio vel renunciatio non præſumitur facta in fraudem expectantis quando auctoritas ſuperioris interuenit etiam ſi adiit expectans non quidem primum vacaturum ſed ſimpliciter vacaturum. Præſ.78.lib.6. numero 5.654.

Idemquando facta fuit ſuperioris auctoritate,qui ſciuit qualitates & conditiones perſonarum permutantium , & renuntiantis,ac etiam ipſorum beneficiorum.ibid.num.6.

Quòd ſi ſuperior ignorauit ad eſſe expectantem primum vacaturum,necnon ignorauit qualitates beneficiorū, & perſonarum permutantium,& renuntiantis.ibid. num.7.

Beneficij permutatio aliquod onus habentis facta à Sene cum alio beneficio carente onere,licet ſi magis tenue,fraudis ſuſpicione caret.ibid.num.12.654.

Beneficij permutatio fraudis ſuſpicione caret, quando aliqua qualitas,quæ adiecta eſt beneficio pingui vel tenui operatur æqualitatem.ibid.num.15.

Beneficij permutatio vel renuntiatio in fraudem facta cenſetur ſi renuncians ipſe habet beneficium tenue, & ei renunciat vt præcludat viam expectanti ad obtinēdum aliud beneficium pingue de proximo vacaturum. Præſ. 78. lib. 6.num.8. 654.

Idem ſi obtinens pingue beneficium graue infirmitate laborat, & beneficium ſuum permutat cum eo,qui tenue beneficium obtinet.ibid.num.9.

Intellige,quòd tria concurrant,vt ibi.num.10.

Idem ſi permutatio facta ſit ab eo,qui eſt ſe ſeniò confectus, & permutauit cum adoleſcente ſanguine coniuncto. ibid. num. 11.

Beneficij permutatio facta cum tenuiori tempore peſtis ſuſpicionem fraudis habet etiam ſi renuncians eſſet ſanus. ibid.num.13.

Idem quando renuncians habet cum expectante inimicitiā, &ob id renuntiat,licet non ſperet aliud pingue ſibi cōferri, ibidem num. 14.

Beneficij permutatio vel renūciatio ſi facta eſt clā, & ſecreto,in fraudem expectantis facta præſumitur ibid,nu.16.655.

Idem quando factæ fuerunt multæ reſignationes.ibid.nu.17.

Idem quando reſignans dicit promiſſiones ſibi factas adimpleri ibid. num. 18.

Idem quando ſubditus collatori renūtiat beneficium tenue, ibidem num. 19.

Beneficij permutatio vel renunciatio, an & quando præſumatur facta in fraudem expectantis.Præſ.78.li.6.nu. 1.653.

Quod ſi eſt facta auctoritate ſuperioris & de nullius præiudicio agitur, non prǽſumitur fraude facta.ibi.num.2.

Beneficij tenuis permutatio in opulentū facta arguit ſimoniam ex parte eius,qui opulentum dedit.Præſ.35.lib. 5. nu. 5.530.

Beneficij renunciatio in fraudem facta non poteſt ei, ad cuius commodum facta fuerat.Præſ.83.lib.4.num.80.194.

Beneficijs renunciaſſe, præſumitur, qui religionem eſt ingreſſus etiā intra probationis annū.Præſ.82.li. 6. nu.2.656.

Beneficium acceptans tenetur probare ſe intra debitum tēpus acceptaſſe.Præſ.77.lib.6.num.12.653.

Beneficium qui diù poſſidet præſumitur legitimè inſtitutus. Præſcri.69.lib.6.num.16. 646.

Beneficij vocatio ſi fuit probata, & inſtitutio, licet de præſentatione aliter non conſtet, quàm per verba narratiua inſtituentis,ex hoc tamen præſumitur, præſentationē præceſſiſſe inſtitutionem.Præſ.36.lib.6.num.4.587.

Et hoc procedit inter litigantes, non autem in præiudicium patroni eccleſiæ.ibi num.5.

BENEFICIORVM confidentia aliquando licita & aliquādo illicita eſt.Præſ.9.lib.5.num.2.494.

Et permiſſa cenſetur, quando renuncians beneficio, confidit quòd poſt renunciationem à ſe liberè factam ſine vllo pacto vel modo confert beneficium illi,cui vult. ibi. nu. 3.

Idem quando confert beneficium alicui ea intentione,quòd ille aliquando cedet in fauorem alterius à ſe nominandi, vel ſui ipſius conferentis vel procurantis,dummodo nullum pactum vel conditio adiiciantur. ibid.

Beneficiorum confidentia illicita,quæ ſimoniaca appellatur, quibus coniecturis & præſumptionibus detegatur. Præſ.9. lib.5.num.1.494.

Dicitur enim ſpecies criminis ſimoniæ. ibid.

Beneficiorum confidentia illicita dicitur, quando vel ſimoniæ labes interuenit, vel alia cauſa illicitam eam reddens. Præſ.9.lib.5.num.3.495.

Et quando eſt ſimoniaca,prohibita eſt cōſtitutionibus ſummorum,Pontificum,Pij IIII.& Pij v. & regulariter nō præſumitur,niſi probetur.ibid.num.4.

Beneficiorum confidentia ſimoniaca non præſumitur, etiā ſi reſignans & reſignaturus eſſent amici tempore reſignationis.Præſ.9.lib.5.num.5.pag.ead.

Præſumitur autem ſimoniaca ex coniecturis,quibus detegitur ipſam eſſe ſimoniacam: & quæ ſint coniecturæ. ibid. num.7.& ſeq. 495.

Et præſumitur ſimoniaca,quando is, in quem collatum fuit beneficium,intra modicum temporis ſpatiū retroceſſit ipſum beneficium reſeruato ſibi aliquo commodo fructuum vel penſionis. ibid.num.10.

Idem quādo is,qui renunciauit beneficium,in illo adhuc reſidet,vel fructus percipit:vel ſi is,cui eſt collatum beneficium,reſpondet de fructibus ipſi renuncianti.ibid.num.14.

Idem ſi recipiens beneficium conſtituit procuratorē ipſum renunciantem,vel eius ſanguine coniunctos ad percipiendum,vel locandum fructus beneficij dimiſſi. ibid num.15.

Idem quando renuncians curauit fieri expeditionem & expeditionis expenſas pertinentes ad eum, cui collatum eſt beneficium,fecit.ibid.num.16.

Idē quando quis pro ceſſione alicui facta quacunque auctoritate in negotio ipſo ſe quoquo modo immiſcuit, & poſtea aliquid ex fructib.dicti beneficij cōſecutus eſt.ibi.nu.17.

Idem quando cōſtat ex literis reſignatarij ſcriptis reſignāti ſibi factam fuiſſe reſignationem ob id, quòd ipſe reſignatarius tanquam fideiuſſor reſignantis ſoluat debitum eius creditori. ibid.num.18.

Beneficiorum cōfidentia non ſimoniaca, ſed illicita quæ dicatur, ea quare non ſit comprehenſa in bullis Pij IIII. & Pij v. Præſ.9.lib.5.num.19.496.


Beneſi

# INDEX.


Beneficij collator, ſi contulit beneficium pacto adiecto vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris vel alterius de ipſo beneficio diſponatur, confidentiam ſimoniacam dicitur committere.Prǽſ.9.lib.5.num.9.495.

Beneficium reſignans ſi ad ſui commodum pactum aliquod iniicit,prǽſumitur ſimoniacè id feciſſe, & ſic dicitur confidentia ſimoniaca & illicita.Prǽſ.9.lib.5.num.8. 495.

Beneficium reſignans ſi illum conſtituit procuratorem, qui eſt ſanguine coniunctus, cui deinde facta eſt reſignatio, ſimoniacè prǽſumitur egiſſe. Prǽſ.8.lib.5.num.494.

Idem quando is,qui reſignauit beneficium, mortuus eſt in poſſeſſione d.beneficij,quia prǽſumitur interueniſſe pactū inter ipſum & reſignatarium,quòd ipſe donec eſſet in humanis,poſſideret.ibid. num.6.

Beneficium à clerico banniro ademptum & alteri collatum non reſtituitur ipſi clerico reſtituto.Prǽſ.46.lib.5.nu.7.541.

Beneficium reſtitutionis in integrum eſt perſonale & cedi poteſt.Prǽſ.189.lib.4.num.147.440.

Beneficium ſtatuti non tollitur per ſpecialem partium conuentionem, quando generaliter eſt inductum. Prǽſ. 109. lib.4.num. 45. 277.

BENEMERITA, ob quę alicui donatur vel relinquitur, non prǽſumitur, cùm ſint quid factū.Prǽſ.14.lib.6.numero 11. 561.

BERNARDINVS quidam Patauinus huiuſmodi inſania laboraſſe fertur,quòd diceret ſe videre equitem ingredientem cubile ſuum è ſpecula.Prǽſ.45.lib.6.num.53.604.

BIRETVM comprehenditur nomine veſtium. Præſ. 161. lib.4.num.19.366.

BLASPHEMANS aſſiduè dicitur ſuſpectus de hęreſi. Prǽſ. 6.lib.5.num.29.491.

Blaſphemans pluries calore iracundię, prǽſumitur tantùm ſemel blaſphemaſſe. Prǽſ.2.lib.5.num.27.477.

BONA,verbum,idem ſignificat,quod verb.hęreditas, quādo ſubiecta materia id ſuadet, ſecus alias. Prǽſ. 109.lib. 4. num. 10.274.

Bona dicuntur deducto ęre alieno.Prǽſ.109.lib. 4. num.8. 274.& Prǽſ.143.lib.eo.num.14.339.

Bona an in dubio cenſeantur relicta liberè à teſtatore, an autem onere fideicommiſſi & reſtitutionis grauata. Prǽſ. 67.lib.4.num.1.130.

Quòd liberè cenſeantur relicta.ibid.& num.2.

Bona aduentitia filij,& legitima ſibi debita à pari procedūt nec in eis conſtituenda eſt differentia. Præſumpt.38. lib.4. num.29.69.

Bona,quę non poſſunt alienari nec etiā fiſco publicari poſſunt.Prǽſ. 76.lib.4.num.101.164.

Bona & diuitię patris dicūtur eſſe filij. Prǽſumpt.189.lib.4. num.32.431.

Bona,quę ſunt in domo cuſtodię cauſa,perinde ſunt,ac ſi ibi non eſſent.Præſ.126.lib.4.num.12.306.

Bonorum dotalium dominium dicitur remanere penes mulierem non autem ad maritum tranſire. Præſ. 189. lib. 4. num.169.443.

Bona eccleſiæ poſſunt alienari pro redimendis captiuis.Prǽſ. 192.lib.4.num.2.452.

Bona eccleſiæ non poſſunt per teſtatorem legari. Præſ.119. lib.4.num.1. 297.

Et ſi legantur,nunquid ſaltem eorum æſtimatio ſit præſtanda ex præſumpta teſtatoris voluntate.ibid.num.2.

Bona emphyteutica nunquid poſſint alienari pro dotis conſtitutione etiam ſine conſenſu domini. Præſumpt. 189.lib. 4.num.163.442.

Bona iam à teſtatore donata reſtitui debent fideicommiſſario, quando teſtatorem pœnituit donationis iam factæ. Præſ.196.lib.4.num.10.pag.463.

Et quomodo coniecturis probetur hęc pœnitentia.ibidem. num. 11.

Bona feudalia non dicuntur propria bona vaſalli: ſecus in feudis hęreditarijs. Prǽſ.142.lib.4.num.8.337.

Bona feudalia non niſi in ſubſidium alienari poſſunt cauſa dotis conſtituendę.Prǽſ.189.lib.4.num.9. pag.429.

Bona filij ſunt magis debita matri quàm bona mariti. Prǽſ. 37.lib.4.num.11. 64.

Bona fideicommiſſo ſuppoſita non dicuntur eſſe poſſidentis,ſed aliena, cùm ſint alteri reſtituenda. Præſ. 142. lib.4. num.13. 337.

Bona ſuppoſita fideicommiſſo regulariter alienari nequeūt. Præſ.190.lib.4.num.37.448.

Bona ſubiecta fideicommiſſo ſi ſemel ſunt, alienata, perpetuo ſunt alienabilia.Præſ.189.lib.4.num.192.444.

Et quando id procedat.ibid.

Bona ad hæredem fideicommiſſo grauatum peruenta ex perſona quidem teſtatoris,ſed tamen alio iure quàm hæreditario:an & quando ex præſumpta mente ipſius teſtatoris veniant in reſtitutione fideicommiſſi. Præſ. 196. lib.4. num.1.463.

Bona in hæreditate teſtatoris fideicommittentis reperta, & fructus ab hærede grauato percepti,an & quādo præſumpta voluntate teſtatoris reſtitui debeant fideicommiſſario. Præſ.197.lib.4.num.1.464.

Bona hæreditaria ſi quis poſſedit per decēnium, præſumitur adiuiſſe hæreditatem, ne occupator & malæ fidei poſſeſſor videatur. Præſ.101.lib.4.num.28.251.

Et ſtatuto Florentiæ cautum reperitur; quod ſi quis poſſedit bona hæreditaria poſt quindecim dies à morte defuncti, licet ipſa bona deſeruit, adiuiſſe intelligatur. ibid. num.29.

Bonorum mobilium,& immobilium appellatione non continentur iura,& actiones, quia ſunt incorporalia. Præſ. 54. lib.4.num.26. 99.& num.ſeq.

Quid ſi diſpoſitio eſt vniuerſaliter facta. num.27.

Bona primogenituræ nunquid poſſint alienari pro conſtitutione dotis, vel ipſamet valeant in dotem aſſignari. Prǽſ. 189.lib.4.num.175.443.

Bona primogenituræ poſſunt alienari pro conſtitutione dotis filiæ, etiam ſi ipſi filiæ conſtitutioni primogenituræ conſenſiſſet. ibid.num.180. 444.

Secus quando primogenitura fuit conſtituta & ordinata à tranſuerſali.ibid.num.184.

Et ſecus quando ſui primogenitura ordinata & conſtituta ex contractu.ibid.num.185.

Bona ſoceri intelligūtur tacitè hypothecata pro dote à nuru recepta.Præſ.190.lib.4.num.11. 446.

Bonis exiſtētib.in ciuitate legatis, an & quādo prǽſumantur ea relicta,quę ſunt in ſuburbijs. Prǽſumpt.126.lib.4.num. 1. 305.

Bonis exiſtentibus in ciuitate legatis,prǽſumuntur etiam relicta ea,quę ſunt in ſuburbijs,quando relicta ſunt ſanguine coniunctis, & ſic in legatis, quę admittunt largam interpretationem, ibid.num.7.

Idem quando teſtator non habebat bona in ciuitate, ſed ſolum in ſuburbijs.ibid.num.8. 306.

*Bonorum poſſeſſio an & quando præſumatur agnita, & quibus deferatur.*

BONORVM poſſeſſio an prǽſumatur agnita ab eo, quę poſſeſſorium hęreditatis petitionem contra bonorum occupatores mouet.Prǽſ.103.lib.4.num. 1.258.

Bonorum poſſeſſio ſolemniter agnoſci ſolet,nec prǽſumitur ſolennitas,niſi probetur. Prǽſ.104.lib.4.num.16.261.

Bonorum poſſeſſionis agnitio requiritur iudicis prǽſentiam. Prǽſ.103.4.num.7.258.

Bonorum poſſeſſionis agnitio eſt neceſſarium antecedens, vt agi poſſit actione poſſeſſoria hęreditatis petitione aduerſus occupatores bonorum.Prǽſ.103.lib.4.num.2.pag.258.

Bonorum poſſeſſio intra debitum tempus prǽſumitur agnita temporis diuturnitate exiſtente. Prǽſ.104.lib.4. num.19 pag.262.

Idem,quando is qui agnouit bonorum poſſeſſ. eſt in poſſeſſ. ipſorum bonorum.ibid.num.20.

Idem quando apparet,Prętorem interpoſuiſſe decretum ibi. num. 21.

Idem quando bonorum poſſeſſio eſt delata ex teſtamento: bonorum enim poſſeſſor probabiliter potuit ignorare ſibi delatam fuiſſe bonorum poſſeſſionem.ibid.num.22.

Et idem dicendū,quando aduerſarius non opponit,nō fuiſſe agnitam intra prǽſtitutum tēpus bonorū poſſeſſ.ibi. nu.23.

Bonorū poſſeſſionē qui agnouit,& agit contra bonorū poſſeſſores poſſeſſoria hęreditatis petitione, an prǽſumatur


intra

intra debitum tempus eam agnouiſſe.Præſ.104.lib.4.num.1.259.
Et in bonorum poſſeſſ. ignoſcenda iure antiquo requirebatur decretum prætoris cum cauſæ cognitione.ibid.num.2.
Secus ſecundum iura noua.ibid.& num.3.
Bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas non defertur niſi ijs, qui alioqui ab inteſt.ſuccedere poſſunt.Pręſ.96.lib.4.num.36.241.
Bonorum poſſeſſor probare debet ſe intra debitum tempus agnouiſſe ipſam bonorum poſſeſſionem. Præſ.77. libro 6. num.13.653.
Bonitas à natura homini ineſt.Præſumpt.26. libro 6.num.1.582.
Bonitas non præſumitur in eo, qui promouendus eſt, imò adhibenda eſſe aliqualis informatio. Præſumpt.1. libro 5. num.31.475.
Bonum ſemper è bono præſumitur, ſicuti malum è malo. Præſ.32.lib.5.num.5.524.
Bonus quilibet à natura præſumitur, bonus autem is non præſumitur, qui alterum dolo circumuenit.Præſ. 3.lib.5.num.15.481.
Bonus ſemel ſemper præſumitur bonus, ſicut econtra.Præſ.19.lib.5.num.9.503.
Bonus qui olim fuit, etiam nunc bonus præſumitur.Pręſ.1.lib.5.num.17.474.
Extende, etiam ſi aliquo modo verba impropriarentur. ibidem num.18.
Bonus, quis non pręſumitur, quando agitur de alterius pręiudicio: nec debet quis ſtatim credere viro bono in pręiudium alterius.ibid. num.19.
Idem quando talis pręſumptio induceret aliquid damnum illi pro quo pręſumitur.ibid.num.20. 475.
Bonus quilibet eſſe debet, etiam ſi damno aliquo afficeretur. Pręſ.1.lib.5.num.27.475.
Bonus is dici non poteſt, qui vitioſus eſt.Pręſ.4.lib.5.num.2.487.
Bonus is non præſumitur, qui excedit terminos cauſæ, qua aliàs præſumptio delicti euitatur.Præſ.2.lib.5.num.53.479.
Bonus quis non præſumitur, quando agitur de ſalute animę. Præſ.1.lib.5.num.29.475.
Bonus verò tunc quilibet præſumitur, quando nõ extat pręſumptio in contrarium: ſecus ſi extat.ibid.num.33.
Bonus ſi quis aliàs fuit, præſumitur pro negotio, quod ipſe geſſit & pertractauit.Præſ.4.lib.5.num.10.487.

C

CAIVS Iulius Cæſar ſic dictus eſt, quia à cæſo matris vtero in lucem venit.Præſ.52.lib.6.num.19.619.
Morbo comitiali laborabat.Præſ.44.lib.6.num.3.601.
Cai Iulij Cæſaris dictum præclarum, ſi violandum eſt ius, regnandi cauſa violandum eſt.Præſ.53.lib.6.num.10.621.
CALENDARIVM, id eſt liber rationum, in quo nomina debitorum ſcripta ſunt, ſub legato vſusfructu omnium bonorum continetur.Præſ.143.lib.4.num.9.pag.338.
CALIGVLÆ erant paruæ caligæ olim.Pręſ.161.lib.4.num.9.366.
Caligula tres ſorores ſuas ſtupro contaminauit: ob quem inceſtum ſe Iouem vocauit.Præſ.17.lib.5.num.18.502.
CALVMNIA non multum differt à falſi crimine: calumniator enim falſam intendit accuſationem. Præſ. 25. lib.5. num.1.514.
Et committi ſolet calumnia tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus.ibid.num.2.
Calumnia ceſſare pręſumitur in cauſis priuatorum, quando ceſſat in cauſis fiſci.ibid.num.5.
Calumniari quando quis pręſumatur.Præſ.25.lib.5.nu.1.514.
Calumniatus ſemel in futurũ calumniari præſumitur. Pręſ.32.lib.5.num.3.524.
CAMVM non venit appell.vini: & quid ſit, & quomodo cõficiatur.Pręſ.152.lib.4.num.6.351.
CANONICI nunquid repræſentent eccleſiam. Præſ.113. lib.4.num.8.287.
Canonicus is præſumitur, qui diu in ſtallo, & choro cũ alijs eſt.Præſ.76.lib.6.num.20.fol.652.
CAPITVLVM & canonici idẽ ſunt.Præſ.113.li.4.nu.7.287.
Capituli conſenſus requiritur in præſentationibus, quæ in eccleſia collegiata fiunt.Præſ.34.lib.6.num.5.585.
CAPTA in bello nunquid efficiantur capientis tuta cõſcientia.Præſ.96.lib.6.num.1.670.
Capti à barbaris quando redimuntur, dicũtur reſtitui cõmunioni eccleſiæ & ſacramentorum.Pręſ.192.lib.4.nu.4.452.
Capti ad hoſtib.chriſtianis verè dici non poſſunt captiui aut capientium ſerui.Præſ.192.lib.4.num.7.452.
CARCERATVS ſi aufugit probandus eſt caſus fortuitus à cuſtode carceris, lex enim præſumit ipſum eius negligentia aufugiſſe.Præſ.61.lib.6.num.33.636.
DE CARCERE qui ſemel aufugit, amplius relaxari non debet etiam dato fideiuſſore.Præſ.32.lib.5.num.9.524.
CARDINALI aſſerenti ſe habere priuilegium doctorandi, & legitimanda ob ſummam eius nobilitatem creditur. Præſ.59.lib.6.num.4.633.
Intellige niſi graue tertij detrimentum verſetur ibid.num.5.
CARÆNVM quid ſit.Pręſ.152.lib.4.num.8.pag.351.
CARNEM ſuam nemo præſumitur odio proſequi.Præſ.40.lib.5.num.16.532.
CAROLVS II.Imp.cum haberet patrem, & filium homicidij noxios in carceribus, certumque eſſet alterum eorum id facinus perpetraſſe, iuſſit filium ſuſpendi: Quod audiens pater, vt filium à morte liberet ſponte crimen confeſſus eſt, & ſic ſuſpẽſus fuit, filio liberato.Præſ.56.lib.6.nu.8.631.
CAROLVS VI. rex. Francorum cùm inſanire incæpiſſet, verba partim ſibi conuenientia atque inordinata loqui conſueuit.Præſ.45.lib.6.num.40.603.
CARRVCA dormitoria cenſetur nomine mundi vel ornamentorum, ſi vxor, cui maritus eam legauit, ea vtebatur Præſ.163.lib.4.num.10.369.
Et quid olim eſſent carrucæ.ibid.
CASTITAS in fœmina eſt laudabilior quam in maſculo, & in ea vitium carnis eſt deteſtabilius.Præſ.78. lib.4.num.58.172.
CASTOR & Pollux ex Leda eodem partu nati.Pręſ.51.lib.6.num.3.616.
CASTRO legato cum inſtrumentis, quid in dicto legato comprehenſum præſumatur.Præſ.154.lib.4.num.21.354.
CASVS, vel aduerſa fortuna nunquam expectari debet, & quando ſit caſus infelix, & triſtis euentus conſiderandus. Præſ.41.lib.4.num.4.81.
Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.Præſ.26.lib.4.num.12.40.
Non habetur pro omiſſo, quando adeſt eadem ratio. Præſ.26.lib.4.nu.18.41.
CAVPONES & nautæ tenentur pro delictis ſeruorum & famulorum ſuorum.Præſ.27.lib.5.num.20.516.
CAVSA excuſat à dolo, & per conſequens à delicto.Præſ.2.lib.5.num.38.478.
Intellige, vt ibid.num.39.
Cauſa quælibet excuſare ſolet à malitia & dolo.Præſ.7.lib.5.num.22.46.
Cauſa ceſſante, ceſſare debet effectus: ſecus ſi effectus eſt iam conſumatus.Præſ.189.lib.4.num.196.& 197. 445.
Et ſecus etiam in iure iam quæſito.ibid.num.198.
Cauſa vbi mandata eſt diffinienda ab erudito, atque probato Iuris Conſ.is vices ſuas alteri mandare non poterit.Pręſ.92.lib.6.num.12.665.
Cauſam qui habuit à me non poteſt quæſtionem Dominij mihi referre.Præſ.63.lib.6.num.7.638.
Cauſam habentes ab eodem ſi duo contendunt præfertur ille, qui prior eſt in poſſeſſione licet alter ſit priori in titulo. Præſ.69.lib.6.num.12.646.
Cauſæ in regno Galliæ, potius ſecundùm æquitatem, quam ſecundùm iuris rigorem iudicãtur.Pręſ. 55.lib.4.nu.9.100.
Cauſa animę cæteris eſt præferenda.Pręſ.189.lib.4. numero 134.439.
Cauſa famæ æquiparatur cauſę vitę.Pręſ.49. lib.9. numero 6. 545.
Cauſa finalis dicitur regere & gubernare omnem diſpoſitionem, & eſt ſubſtantia ipſius diſpoſitionis & actus, & appellatur forma actus & fons cauſarum.Pręſ.24.lib.4. numero 3.36.
Et dicitur primum principium intentionis.ibid. num.4.

Cauſa

Cauſa impulſiua nõ dicitur propriè cauſa, ſed motiuũ quoddam ad diſponendum.Præſ.24.lib.4.num.18.37.
Cauſa iuſta non excuſat à dolo verò, à dolo autẽ præſumpto excuſat.Præſ.3.lib.5.num.12.481.
Cauſa limitata limitatum parit effectum.Præſ.21.lib.4.num.10.33.& Præſ.36.eo.li.num.7.58.& Præſ.69.eo.li. num.5.135.& Præſ.76.li.eo.num.87.163.
Cauſa pia & cauſa filiorũ à pari procedunt, quòad præſumptam voluntatem teſtatoris.Præſ.83.lib.4.num.41. 190.
Cauſa pia in dubio extraneis præfertur.Præſ.13.li.4.nu.4.22.
Cauſa pia ſi fuit, ſubſtituta filio, ſubintelligitur conditio, ſi ſine filiis deceſſerit: & hoc, quando agitur de omnib. bonis teſtatoris, vel ſaltem de maiori parte: ſecus ſi de re aliqua particulari non multi valoris.Præſ.89.lib. 4.num.124.225.
Et ſecus ſi teſtator reliquit piæ cauſæ pro malè ablatis, & ſic pro exoneratione conſcientiæ, quia non ſubintelligitur d. conditio. ibid.num.125.
Cauſa pia nunquid excludat matrem pupilli ex tacita pupillari.Præſ.39.lib.4.num.90.78.
Cauſæ piæ in dubio fauendum, & id procedit in his quæ de ſe immediatè ſunt pia, & religioſa, non autẽ quando agitur de vtilitate pecuniaria.Præſ.84.lib.6.num.18.659.
Cauſa teſtati regulatur in dubio à cauſa inteſtati. Præſ. 39. lib.4.num.22.72.& Præſ.75.li.eo.num. 10. 151. & Præſ. 94. li.eo.num.19.233.
CAVTELA abundans non nocet.Præſ.190.li.4.nu.31. 448.
Cautelis quilibet vti poteſt ad proprium commodum. Præſ.29.lib.6.num.17.582.
Secus ſi contrariũ extant coniecturæ fraudis. ibi.nu. 18. 583.
CÆCILIVS Metellus Numidici filius ex eo quòd patrem aſſiduis precibus, ac lachrymis ab exilio liberaſſet Pius dictus eſt. Præſ.57.lib.6.num.4.632.
CELEBRANS in loco, qui an ſit interdictus dubium eſt inter doctores, non dicitur propriè contemptor, etſi in dubio ſit à celebratione abſtinẽdum. Præſ.44.lib.5.nu. 6.537.
COELIBATVS olim erat maximè prohibitus, & quare. Præſ.83.lib.4. num.23.187.
CERTVM eſt tenendum, incertumque dimittendũ. Præſ.67.lib.4.num.5.130.
CERVESIA non continentur appell.vini, cùm conficiatur ex hordeo & aliis reb.calidis.Præſ.152 lib.4.num.10.351.
Et quare Itali ea non vtantur, ſed eam capitali odio proſequuntur.ibi.num.11.
CESSIO facta ſtatim poſt contractum emptionis & venditionis præſumitur facta reſpectu & cauſa ipſius contractus. Præſ.12.lib.6.num.20.560.
CHARILEVS Meander ob dementiam in vinculis à fratre detinebitur.Præſ.45.lib.6.num.28.603.
CHARITAS ordinata incipit à ſe & ſuis. Præſ.125. lib.4. num.14.304.& Præſ.189.li.eo.num.132.439.
CHARTIS legatis, veniunt libri, quãdo teſtator nihil præter libros habebat.Præſ.126.lib.4.num.9.306.
CHRISTIANVS fidei & religionis erga Deum opt. max. memor eſſe debet, quia ſine fidei ei placere non poſſumus. Præſ.6.lib.5.num.1.489.
Præſumitur itaque Chriſtianus religionis & fidei chriſtianæ cultor & obſeruator.ibid.num.2.
CYANIPVM Siracuſanum vino repletum filiam Cyanam violaſſe fertur.Præſ.17.lib.5.num.12.502.
CIBI nomẽ comprehendit panem, carnes & reliqua edulia pro qualitate & cõditione perſonæ: differunt enim cibi nobilium à cibis ruſticorum. Præſ.157.lib.4.nu.16.358.
CICERONIS locus in oratione pro ſexto Roſcio explicatus.Præſ.37.lib.5.num.3.530.
CYDONEVM nomine vinum non continetur, & quid ſit. Præſ.152.lib.4.num.15.351.
CYMON Athenienſis, vt Milciadem patrem damnatum vinculis eximeret, vltro ſeſe carceribus obtulit mortem oppetiturus, modò patrem à periculo ſeruaret.Præſ.57.lib.6.num.2.632.
Et cum patrem defunctum eſſe intelligeret vt corpus eius ſepulturæ traderet, non tantum multis ſe periculis exponit ſed pietatem in patrem captiuitati quoque præpoſuit.ibid.num.3.
CYNARAM regem Cypri, rem habuiſſe cum Mirrha filia, & ex eo concubitu ſuſcepiſſe Adonidem.Præſ.17.lib.5. nu.11.502.
CIPPVS quid denotet: & qui veniat appell. illorum de cippo quando teſtator dixit velle bona ſua peruenire ad cippum ſuum.Præſ.88.lib.4.num.17.206.
Et an comprehendatur fœminæ.ibid.
CIVES in rebus publicis adminiſtrandis ſunt ante omnes deligendi, qui ea in vrbe nati ſunt & præferendi etiam nouo incolæ magis idoneo.Præſ.12.lib.5.num.5.498.
Intellige, vt ibid. num.8.
Ciuis an quis ſit vel exterus, quanti referat. Præſ. 30. libr.6. num.1.583.
Ciuis quare ſtatuto cogantur in ciuitate habitare. Præſ. 12. lib.5.num.4.498.
Ciues noſtros ab exteris, & barbaris eſſe redimendos publicæ vtilitatis intereſt.Præſ.192.lib.4.num.3.452.
Ciuis filios habens præſumitur magis diligere ciuitatem, quàm is qui caret filijs, & præfertur Decurionibus non habentibus filios, & quare.Præſ.12.lib.5. nu.6.498.
Ciuis vel forenſis an & quando quis præſumatur. Præſ.30. lib.6.num.4.583.
Et quando alicuius origo ignoratur, an ſcilicet ſit huius vel illius loci, præſumitur eſſe illius ciuitatis, in qua fuit educatus.ibid.num.6.
Ciuis non præſumitur quis loci vbi degit, quando is ſe nominari fecit de alio loco, & deinde aſſerit ſe ciuem illius ciuitatis, in qua habitat.ibid.num.9. 584.
Ciuibus ſolis multa ſunt commoda à leg. & ſtatutis tributa. Præſ.30.lib.6.num. 2.583.
Ciuium nomina in ciuitate numeroſa impoſſibile eſt quòd ſint nota vni teſtatori.Præſ.111.lib.4.num.23.284.
CIVITAS quid ſit ſecundum Ciceronem.Præſ.111.libr.4. num.14. 284.
Et eius diffinitio ſecundum Iſidorum.ibid. num.15.
Et quid differat ab Vrbe, ex Nonio Marcello.ibid.num.16.
Ciuitas propriè dicitur, quæ muris cingitur. Pręſ. 126. lib.4. num.3.305.
Ciuitas, ſi ſtatuit, certos bannitos eſſe à banno cancellandos, præſumitur voluiſſe ipſos eſſe reſtitutos.Præſ.3.lib.6.num.10.550.
Ciuitati relinquere olim non erat permiſſum. Pręſ. 111. lib.4.num.2.283.
Hodie autem permittitur ibid.num.4.
Ciuitatis decuriones ſi ſtatuerunt, omnes ciues ſoluere debere gabellam, prout ſui maiores ſoluerunt: etſi non conſtet, quomodo maiores illi ſoluerunt, valet tamen ſtatutum, cùm cauſatiuè ſtent illa verba, non conditionaliter, Prout, ſui &c. Pręſ.1.lib.6.num.7.548.
IN CLARIS non eſt opus coniecturis.Pręſ.101.lib.4.num.11.250.& Pręſ.139.lib.eo.num.10.323.
Vide infra in ver. coniecturis.
CLAVSVLA quando non poteſt ſtare per ſe, tunc in fine poſita refertur ad caſum & diſputationem immediatè pręcedentem: ſi verò ſtare poteſt de per ſe, tunc ad omnia pręcedentia refertur.Pręſ.178.lib.4.num.7.399.
Clauſula, quæ olioqui ad omnia præcedentia non refertur, referri tamen debet, ne diſpoſitio reddatur inutilis: vel ſi aliquod ſequeretur abſurdum.Pręſ.180.lib.4.num. 36.405.
CLAVSVLÆ acceſſoriæ non extendũt principalem diſpoſitionem.Pręſ.60.lib.4.num.80.113.

*Clauſula codicillaris quomodo concipiatur, vbi apponi ſolet, & quid operetur.*

CLAVSVLA codicillaris varijs modis concipitur.Pręſ.31. lib.4.num.7.45.
Clauſula codillaris ſubintelligi debet in teſtamento ad pias cauſas.Præſ.31. lib.4. num.18.46.
Idem fauore libertatis ibi.num.19.
Clauſula codicillaris an, & quando pręſumatur in teſtamento ſcripta voluntate teſtatoris.Pręſ.31.lib. 4.num.1.45.
Et ſi dicta clauſula, vel ſimiles ſcriptę non ſunt, an ſubintelligi debeant ex pręſumpta ipſius teſtatoris voluntate. ibid.num.2.


Clauſula

Clauſula codicillaris an, & quandò fideicommiſſum operetur ex præſumpta mente teſtatoris in filio iam nato, & in poſthumo ſcienter, vel ignoranter præterito. Præſ. 32.lib. 4.num. 147.
Clauſula codicillaris,an operetur fideicommiſſum,quando teſtator condito teſtamento adiecta dicta clauſula deceſſerit,& deinde natus eſt poſthumus,qui ante aditam hæreditatem mortuus eſt. Præſ.32.lib.4.num.18.49.
Clauſula codi.quæ in teſtamento ſubintelligitur an operetur fideicommiſſum. Præſ.32.lib.4.num.19.ead.
Clauſula codicillaris apponi ſolet in teſtamento, vt ſubſtineatur teſtamentum in vim codicillorum, quando ipſum teſtamento corruit, defectu ſolennitatum. Præſ.60. lib.4. numero 77. 113.
Et an operetur, quod directa ſubſtitutio ad fideicommiſſariam trahatur.ibid.num.78.& ſeq.
Clauſulæ codicillares ſolent ſcribi in teſtamentis ex ſtilo & conſuetudine notariorum. Præſ. 60. lib.4.numero 79.ead. pag.
Et an ſcribantur voluntate teſtatoris. ibid.
Clauſula codicillaris in ſubſtitutione adiecta operatur vt nõ directè,ſed obliquè & per fideicommiſſum teſtator ſubſtituerit.Præſ.66.lib.4.num.11.130.
Clauſula derogatoria ad futura teſtamenta circa quæ verſetur, & quot.Præſ.166.lib.4.nu. 2.375.
Et quando verſatur citra poteſtatem teſtatoris, quomodo, concipiatur.ibid.num.3.
Et quid operetur.ibid.
Et quomodo concipiatur, quando verſatur circa ſolennitatem,& quid operetur.ibi.num.5. 376.
Et quæ nam ſit, quæ verſetur circa teſtatoris voluntatem. ibid.num.7.
Vbi quòd aliquando eſt expreſſa in teſtatore, aliquando tacita, & tacita interdum ſubintelligitur à lege, interdum ab homine.ibid.num.8.
Clauſula executiua in teſtamento quæ dicatur. Præſ.60.lib. 4.num.83.114.
Clauſula in fine poſita non refertur ad demonſtrationem præcedentem, quæ clauſulam ſpecialem & propriam habet.Præſ.181.lib.4.num.7.407.
Clauſula generalis teſtamenti non trahitur ad caſum de quo teſtator ſpecialiter diſpoſuit & prouidit. Præſ. 79.lib.4.nu. 33. 177.
Clauſulæ inſolitæ in inſtrumentis contractuum & aliorum actuum arguunt fraudem & dolum. Præſ. 3.lib. 5. numero 103. 485.
Clauſula in inſtrumento ſi non habet rectam conſtructionem,arguitur falſitas. Præſ.20.lib.5.25.505.
Clauſula ideo in meliori modo, in teſt.appoſita operatur vt filij poſiti in conditione præſumantur vocati. Præſ.76.lib. 4.num.82. 162.
Et quæ ſit vis dictæ clauſulæ.ibi.
Clauſula,reb.ſic ſtantibus,non habet locum in actu duorum voluntate firmato.Præſ.37.lib.6.num.32.590
Clauſula in reſcripto principis,quòd legitimatus ſuccedat & habeatur,ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet:intelligi debet in determinatis à iure communi, non autem in determinatis per ſtatuta particularia.Præſ.79. lib. 4.numer. 24. 176.
Clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum:arguit,teſtatorem voluiſſe teſtari. Præſ.3.lib.4.numero 4. 6.
Clauſula in teſtamento, ſi non valet iure teſta. &c.facit teſtamentum valere Præſ.10.lib.4.num. 2.18.
Clauſula in teſtamento, quòd valeat quocunque modo valere poteſt,quid operetur .Præſ.2.lib.4.num. 23.5.
Clauſula in teſtamento appoſita, omni meliori modo valeat,an operetur vt teſtamentum valeat iure codicillorum ſi iure teſtamenti non poteſt valere. Præſ.31.lib. 4. nume. 9. 46.
Quid ſi teſtator dixit nolle ſeruari miſeram legum diſpo. ibi.num. 10.
Quid ſi dixit velle teſtamentum ſuum pro legitimo haberi ibi.num.11.
Quid ſi dixit velle bona fide diſponere.ibi.num.12.
Clauſula in teſtamento,& ſi non valebit &c. an habeat vim clauſulæ codicillaris.Præſ.31.lib.4.num.14.46.
Clauſuras quilibet facere poteſt, ne prata ſua depaſcantur, licèt id beſtiarum dominis noceat:niſi conſuetudo patriæ ſit, quòd prata illa depaſci debeant. Præſ.29.lib. 6. numero 12. 582.


*Clericus quid præſumatur, à quibus prohibeatur, quomodo præſumatur beneficia poßidere,& quibus pœnis plectantur percutientes clericum.*


Clerici non veniunt nomine monachorum:& an eędem rationes quæ militant in monacho militent & in clerico. Præſ.83.lib.4.num. 67. 192.
Clericus an, & quando quis eſſe præſumatur cum regulariter nemo præſumatur clericus.Præſ.76.lib.6.num.1.651.
Clericus quis præſumitur ex habitu clericali tantum quando agitur de modico præiudicio.Præſ.76.lib.6.num.7.652.
Et quaſi poſſeſſio ex habitu clericali ſufficit ad priuilegium fori,vt ille remittatur epiſcopo ibid.num.8.
Intellige tamen de clerico illius regionis, non de externo ibid.num.11.140.
Clericis prohibetur in domo habere mulieres extraneas. Præſ.17.lib.5.num.2.501.
Clericus an poſſit adoptare filios, & ſic an ij excludant ſubſtitutum.Præſ.78.lib.4.num.48.171.
Quòd non ibid. num.50.
Clericus non poteſt habere filios ex matrimonio putatiuo, cùm nullus iuſtus error valeat eum excuſare: & ad matrimonium putatiuum excuſandum requiritur error maximè probabilis.Præſ.78.lib.4.num. 52.171.
Clerici vt plurimum non ſolent dimittere beneficia pinguia pro vilioribus.Præſ.35.lib.5. num.10.530.
Clerici & alij religioſi, qui à ſua eccleſia ad aliam tranſire conantur, ambitione & auaritia id facere præſumuntur. Præſ.35.lib.5.num.3.ead.pag.
Et id etiam ſi eſſent electi vel poſtulati ab illa eccleſia vacãte. ibi.num.4.
Secus ſi cum licentia ſummi Pontif. vel eius mandato id facerent.ibid.num.11.
Clericus ſi venatum iuit,præſumendum eſt,quòd non dolo, & vt legis contemptor,ſed recreationis gratia iuerit. Præſ. 3.lib.5.num.116.486.
Clericus ſi accuſatus fuit, quod ſine licentia celebrauit in parochia aliena,& id probetur, ex hoc tamen non poteſt condemnari, cum celebrare potuerit de licentia Parochi. Præſ.70.lib.6 num.3. 648.
Clericus ſi diu poſſedit beneficium præſumitur poſſidere auctoritate & conſenſu ſuperioris.Præſ.75.lib.6.num.1.651.
Et procedit vt non ſolum abſoluatur à iudicio quo iſte fuit cõuentus,qui eſt in hac quaſi poſſeſſione,ſed etiam, vt obtineat,ſi actoris partes ſubſtentaret.ibid.num.2.
Et reprehenditur Imola in c.illud in fi.de Præſ.ibid.num.3.
Clericus,qui diu ſtetit in quaſi poſſeſſione clericatus in beneficio etiam curato præſumitur vere clericus,& habet intentionem ſuam fundatam.Præſ.76.lib.6.num.17.652.
Ex quaſi poſſeſſione clericatus debet in ea manu teneri, vel ſi eſt reus abſoluatur à iudicio actore nihil probante.Præſ. 76.lib.6.num.23.652.
Nec prodeſſet,d.quaſi poſſeſſio, quando clarè conſtaret de vicioſo ingreſſu.ibid.num. 24.
Clericum aliquem eſſe ſi conſtat, & ad aliquos ordines promotum,non præſumitur tamen promotus ad ordines maiores.Præſ.76.lib.6.num 2.651.
Et ſi affirmat ſe promotum debet oſtendere literas promotionis.ibid.
Clericum percutiens incedentem in habitu laicali excuſatur à pœna excommunicationis.Præſ.76.num.12.652.
Clericus amplectens mulierem præſumitur velle eam benedicere,ſecundum glo.in c.abſit. 11. q.3.ſed non ſatis rectè. Præſ.2.lib.5.num.60.479.
Clericus beneficiatus ſi contrahit matrimonium per verba de præſenti præſumitur renuntiaſſe beneficio. Præſ. 82. lib.6.nu.3.656.
Et in tali caſu ſufficit probare ipſum matrimonium per verba de pręſenti,etſi non probetur copula carnali.ibid.nu.4.
Clericus beneficiatus,qui ſpontè ante negationem vel latam ſententiam reuocauit errorem ſuum hæreſis, & ad Catholicam Eccleſiam reuerſus eſt, non amittit beneficia. Præſ. 47.li.5.nu.5.542.
Clericus promotus ad ordines maiores an præſumatur promotus ad minores.Pręſ.76.li. 6.nu.3.651.
Clericus vel religioſus ſi inuentus eſt in domo pulchræ mulieris in loco abdito & ſecreto amplexans ipſam, adulterij & fornicationis ſuſpectus efficitur. Præſ.41.li.5.nu.19.534.
Et ideò clerici prohibentur alloqui mulieres, qui ex ea allocutione mala oritur ſuſpicio.ibi.nu.20,
Clerici & ſacerdotes omninò à mulierum conuerſatione abſtinere debent:multi enim ſunt inuenti,qui diabolica ſuggeſtione inceſtus & ſtupra commiſerunt. Præſ.17.lib.5.nu. 9.pag.502.
Clericus iam in ſacris exiſtens dicitur certus de fine ſui ſtatus,ex quo religionem diſerere non poteſt. Præſ.78.lib.4. nu.44.171.
Clericus in ſacris exiſtens poteſt hæredes filios legitimos & naturales ex diſpenſatione Papæ, quòd matrimonium contrahere poſſit:& hoc olim obſeruatum fuiſſe in multis. Præſ.78.li.4.nu.45.& 51.pag.171.& ſeq.
Hæc tamen diſpẽſatio cùm pendeat à voluntate Papæ, cenſetur impoſſibilis, & non niſi ex magna & vrgenti cauſa conceditur.ibi.nu.52.
Clericus ſecularis vt ſubſtitutum excludat, quæ in eo concurrere debeant.Præſ.83.li.4.nu.68.193.
Clericus ſenex ſi permutauit beneficium pingue cum tenui cuiuſdam nepotis ſui, nunquid ex hoc fraus præſumatur, Pręſ.35.li.5.nu.6.530.
Coactilia dicuntur feltri, quos ita appellat vulgus. Pręſ.161.lib.4.nu.14.366.
Coeundi impotentiam in viro non probari per mulieris inſpectionem.Pręſ.90.li.6.nu.7.662.
Codicilli latè dicuntur teſtamentum.Præſ.3.li.4.nu.6, pag.7.
Codicilli trahuntur ad mentem teſtamenti & è contrà. Pręſ. 177.li.4.nu.3.398.
Codicilli nõ continent directas ſubſtitutiones: ſecus ſi apparet,teſtatorem voluiſſe ſubſtitutionem in codicillis factam valere iure directo, quia nullo modo obligatur. Præſ.60,li, 4.nu.72,& 73.113.
Codicilli habentes clauſulam derogatoriam ſpecialem non tolluntur per ſecundos codicillos,niſi prioris derogationis mentio in eis fiat à reſtatore.Præſ.166.li.4.nu.30.378.
Cohæredes non ſunt,qui eodem tempore non cõcurrunt ad hæreditatem.Præſ.108.li.4.nu.45.271.
Cohæres veniens ad partem cohæredis repudiatam, dicitur venire ex quaſi ſubſtitutione.Præſ.108.li.4.nu. 10.269.
Collegiis relinquere olim prohibebatur,Pręſ.111.lib, 4.nu.3.283.
Hodie verò permittitur.ibi.nu.5.
Colludere duos litigantes quibus coniecturis detegatur.Præſ.26.li.5.nu.1.514.
Colluſio inter crimina & delicta numeratur.Pręſ.26.li.5.nu, 1.ead.pag.
Detegitur verò colluſio præſumptionibus & coniecturis,& quibus ibi.nu.2.& ſeq.
Colum niuarium eſt vas,in quo reponuntur niues ad refrigerandum vinum Pręſ.162.li. 4.nu.21.368.
Comenſis ratio reprobata.Pręſ.108.li.4.nu.48.271.
Comes Palatinus non poteſt legitimare ita, vt legitimatus admittatur contra teſtatoris expreſſam vel tacitam voluntatem.Præſ.78.lib. 4.nu.23.176.
Verùm nec princeps poteſt impedire iuſtam teſtamenti executionem.ibid.
Commenſalitate ſemel probata præſumitur & nunc quis commenſalis,ſicque familiaris Papæ, vel Cardinalis.Pręſ.64.li.6.nu.2.640.
Commentum dicitur quid fictum & ſimulatum. Pręſ. 82.lib.4.nu.9.183.
Commiſſiones duæ cenſentur correſpectiuè factæ, Pręſ.12.lib.6.nu.15.559.
Commodus Imp.ſorores conſtuprauit. Pręſ.17.lib.5.nu. 19.502.
Communicans cum hęreticis, & cum eis familiaritatem contrahens, ſuſpectus eſt vehementer de hæreſi.Pręſ.6.lib. 5.nu.17.490.
Communitas ſi promiſit ſtipendiariis emendare damnum paſſum eis, quorum equi in bello periiſſent, ſi equus fuit in bello vulneratus & domi deinde deceſſit, an communitas teneatur.Præſ.17.lib.6.nu.7.566.
Compenſatio eſt crediti & debiti ſibi inuicem contributio.Pręſ.109.li.4.nu.21.275.
Compenſatio non fit de quantitate ad ſpeciem. Præſ. 209.li. 4.nu.18.274.& ibid.nu.38.276.
Compromiſſi fraus detegitur ex actuum vicinitate. Pręſ.12.lib.6.nu.36.560.
Compromittere de rebus hęreditariis eſt actus, qui geri nõ poteſt citra ius & nomen hęredis, & ſic infert aditionem. Præſ.101.li.4.nu.21.251.
Conceſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum.Pręſ.39.li.4.nu.60.75
Concubina propriè dicitur, quando vtrique ſic ſunt ſoliti,vt inter eos potuerit eſſe matrimonium:& filij ex his nati dicuntur naturales, ſi diu retenta ipſa ſit in domo & in ſchemate concubinę,& cum ea ſolus ipſe vir rem habeat. Pręſ.54.li.6,nu.4.625.
Concubinatus inter liberos de iure ciuili permiſſus eſt,inter ſeruos autem eſt prohibitus.Præſ.78.li.4.nu.8.167.
Condemnatus ad reſtitutionem rei furtiuę cenſetur condemnatus condictione furtiua, quæ non infamat.Præſ. 49.li.5.nu.9.546.
Et condemnatus ob vim illatam,ſi ignotatur an vis ſit armis illata,vel ſine,punitur pœna de vi ſine armis illata.ibid.nu. 10.ead.pag.


*Condititio quid ſit,& quid operetur: Quot ſint eius ſpecies: Et an & quando impleri poßit, vel pro impleta habeatur.*


Conditionis nomen pro re ipſa conditionata ſeu ſub conditione relicta ſumitur.Pręſ.179.li.4.nu.3.401.
Conditio ſui natura eſt incerta.Pręſ.169.li.4.nu.9.388.
Conditio nil ponit in eſſe.Præſ.76.li.4.nu.21.155.
Conditio aliud eſt,aliud conditionatum,& ſublata conditione non dicitur ſublatum conditionatum.Præſ.169.lib.4.nu. 26.389.
Conditio & modus qui differant.Præſ.101.li.4 nu.5.250.
Conditio dicitur eſſe quid facti,& ſic non præſumitur.Præſ, 175.lib.4.nu.3.396.
Et conditio & modus differunt,nam conditio impleri debet antequam actus perficiatur, modus autem poteſt impleri poſt diſpoſitionem & actum perfectum.ibi.nu.10.
Item modus non impedit acquiſitionem fieri ab initio, licet reſoluatur eo deinde nõ impleto:at cõditio impedit acquiſitionem ab initio, ex quo nil ponit in eſſe, donec ei fuerit ſatisfactum.ibi.nu.11.397.
Item differunt conditio & modus, quia vbi agitur de modo implendo, neceſſaria eſt partis interpellatio: at diuerſum eſt,cum agitur de conditione.ibi.nu.13.
Item differunt,quia ſi modus caſu deficit, legatum tamen & diſpoſitio non corruit:ſi autem cõditio caſu deficit, etiam diſpoſitio corruit.ibi nu.14.
Conditionis duæ ſunt ſpecies,neceſſaria ſcilicet,& voluntaria.Præſ.185.li.4.nu.3.414.
Conditio neceſſaria dicitur,quæ rei natura ineſt.ibi.nu.4.
Et quando eſt neceſſaria ad actum,vel ad effectũ actus, permiſſa eſt extenſio ad alium caſum, & ſic impleri poteſt per æquipollens.ibi.nu.6.415.
Et adiecta pupillari ſubſtitutioni, ſi impubes deceſſerit: extenditur, atque impleta dicitur pupillo ipſo ea in ætate ingredienti religionem bonorum incapacem.ibi.nu.11.
Conditio neceſſaria certi temporis impleri non poteſt alio tempore.ibi.nu.12.
Conditio voluntaria dicitur, quam teſtator ſua voluntate adiicit & apponit.ibi.nu.5.ead.pag.
Quæ ſi non poteſt ſpecificè in caſu expreſſo impleri,ſufficit

quod impleatur per æquipollens.ibi.nu.13.ea.

Et quando poteſt ſpecificè impleri reſpectiuè ad grauamen, poteſt etiam impleri in caſu ſimili ipſi expreſſo à teſtatore. ibi.nu.17.

Secus quando euenit caſus propter vel contra voluntatem teſtatoris.ibi.nu.18.

Conditio voluntaria quando ſtat de per ſe,non autem reſpectiuè ad grauamen,& eſt negatiua , agiturq́ue de iure quæſito conſeruando,impleri poteſt in alio caſu.ibi.nu.19.

Non extenditur autem ad alium caſum , quando eſſet in poteſtate grauati ſub conditione eam defici facere.ibi.nu.21.

Extendi verò poteſt alium caſum , quando ſtat de per ſe,non reſpectiuè ad grauamen , & eſt affirmatiua,& agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus eſt idem fictè cum expreſſo introductus nempè iure ordinario ad eundem effectum. ibi.num.23.

Secus ſi agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus eſt idem fictè cum expreſſo,ſed non habent eundem effectum vel introductus iure ſpeciali & extraordinario.ibi.nu.24.

Et ſecus quando agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus non eſt idem fictè cum expreſſo.ibi.nu.25.

Conditio voluntaria extenditur ad caſum ſimilem , quando conſtat de coniecturata mente teſtatoris, & ſic impleri poteſt in caſu omiſſo ibi.nu.26.416.

Idem dicendum fauore teſtamenti conſeruandi.ibi.nu.27.

Idem quando qualitas perſonæ vel rei ſuadet, conditionem extendi debere ad alium caſum , atque ita in eo per æquipollens impleri.ibi.nu.28.

Conditionis tres ſunt ſpecies,caſualis,poteſtatiua & mixta. Pręſ.183.li.4..nu.2.409.

Conditio caſualis dicitur,quę à caſu & fortuna pendet.Pręſ. 183.lib.4.nu.3.ead.pag.

Et in conditione caſuali inſpicitur ſolùm euentus & ob id quandocunque deficiat,impeditur diſpoſitio. ibi.n.13.410.

Secus ſi conditio deficit facto eius , cuius intereſt eam non impleri.ibi.nu.14.

Et ſecus quando teſtator reliquiſſet etiam deficiente huiuſmodi conditione.ibi.nu.15.

Et ſecus in caſu l.vlt.C.de neceſſ.ſer.hære.inſt.ibi.nu.16.

Conditio in totum collata in perſonam tertij , & tota ab eo pendens dicitur potius caſualis quàm mixta.ibi.nu.33.412.

Cōditio poteſtatiua dicitur,quæ in arbitrio & poteſtate eius eſt,cui adſcribitur , & quam citra corporis aut animæ periculum implere poteſt Pręſ.183.li.4.nu.4.409.

Et conditionis poteſtatiuæ tres ſunt ſpecies.ibi.nu.6.

Conditio poteſtatiua non deſinit eſſe poteſtatiua , etſi caſu aliquo impleri non poſſit.ibi.nu.7.410.

Et quo caſu habeat effectum mixta.ibi.nu.8.

Conditio poteſtatiua non habetur pro impleta , quando ſtetit per ipſum honoratum & conditione grauatum, quominus impleret ipſam conditionem.ibi.nu.17.

Habetur autem pro impleta,ſi honoratus & conditione grauatus ſine aliqua ſui culpa fuit impeditus ab eo , in cuius perſonam conditio erat implenda.ibi.nu.18.

Quid autem ſi iſte honoratus & grauatus caſu fuit impeditus.ibi.nu.19.

Conditio poteſtatiua non habetur pro impleta , quando legatarij culpa præceſſit, vt ſi fuit in mora dandi , & interim is,in cuius perſonam erat implenda deceſſit.ibi.nu.20.

Idem quando is , cui numeranda erat pecunia , fuit à tertio occiſus.ibi.nu.21.

Conditio mixta dicitur illa , quæ pendet partim à perſona eius,cui eſt adſcripta,& partim à fortuna:& à multis appellatur caſualis.Præſ.183.lib 4.nu.9.410.

Et dicitur etiam mixta conditio illa quæ pendet partim à proprio,& partim ab alterius arbitrio.ibi.nu.10.

Conditio mixta non habetur pro impleta , quando non fuit impleta facto ipſius legatarij.ibi.nu.22.

Et procedit hoc etiam in legato libertatis.ibid.nu.23.

Idem etiam,ſi ſemel defecta conditione , legatarius vult adhuc eam implere.ibi.nu.24.411.

Conditio mixta habetur pro impleta,quando deficit ex parte eius,cui impleri debuit.ibi.nu. 25.& ſeq.

Idem quando is,cui implenda erat conditio, poſt recuſationem vult & requirit , quòd impleatur.ibi.nu.27.& nu.28. vbi conciliantur opiniones diſſentientium.

Conditio mixta nũquid habeat locum in legato annuo. ibi. num.31.

Et nunquid habeatur pro impleta, quando teſtator cōditionem contulit non quidem directò in perſonam ipſius hęredis vel legatarij , ſed in perſonam alterius.ibi.nu.32.& 34. 411.412.

Conditio mixta non habetur pro impleta , quando teſtator ſpecialiter prouidit caſu , quo impeditum fuiſſet conditionis implementum facto eius , in cuius perſonam implenda erat,& ſic fuit impeditum.ibi. nu.36.412.

Idem quando ex qualitate rei legatæ teſtator ſenſit, quòd conditio re ipſa impleretur, & non fuit impleta.ibi.nu.37.

Conditio mixta habetur pro impleta , quando pendet à voluntate duorum , eius ſcilicet qui implere , & eius cui impleri debuit , & impeditur iuſto facto tertij.ibi.nu.38.

Secus ſi impeditur facto iniuſto tertij.ibi.nu.39.

Vel à fortuna ipſa impeditur.ibi.nu.40.

Idem quando partim caſu deficit , & pro parte impleta fuit, quia habetur pro impleta.ibi.nu.45.413.

Idem quando deficit caſu teſtatoris.ibi.nu.46.& ſeq.

Conditio an & quando habeatur pro impleta ex præſumpta mente teſtatoris.Præſ.183.lib.4.nu.1.409.

Quòd vt dicatur & habeatur pro impleta , ſufficit quòd per temporis momentum fuerit impleta.ibi.nu.29.411.

Et ſi deficit teſtatoris facto , quo caſu pro impleta habeatur ibi.nu.59.413.

Conditio an & quando præſumatur impleta , & ſic eueniſſe. Præſ.182.lib.4.nu.1.408.

Quòd regulariter id non præſumitur , ſed is probare debet, qui aſſerit eam eueniſſe impletamq́ue eſſe.ibi.nu.2.

Eſt enim quid facti,quod non præſumitur.ibi.nu.3.

Conditio tunc pręſumitur impleta,quando aliqua extat pręſumptio contraria, quòd euenerit & fuerit impleta, nec eſt neceſſaria alia probatio.ibi.nu.9.

Conditio ſi deceſſerit ſine liberis : nunquid præſumatur impleta & ſic eueniſſe.ibi.nu.5.

Conditio legalis,quæ tacita dicitur, non præſumitur eueniſſe,ſed qui eam aſſerit impletam,probare debet.ibi.nu.6.

Conditio negatiua non præſumitur impleta, ſed aſſerēs eam eueniſſe probare debet.ibi.nu.8.

Conditio an & quando ex præſumpta mēte teſtatoris in forma ſpecifica vel per æquipollens impleri poſſit. Præſ.185. lib.4.nu.1.414.

Conditio debet impleri in forma ſpecifica. Præſ.21.li.4.nu. 28.34.& Præſ.78.li.eo.nu.11.167.& Præſ.148.li.eod.num.4. pag.348.

Et id magis in conditione voluntaria.Præſ.65.li.4.n.14.126.

Et an poſſit impleri per caſum ſimilem.ibi. 15.127.

Conditio ſufficit,quòd ſemel impleatur,quicquid inde poſtmodum eueniat.Præſ.69.lib.4.nu.3.135.

Conditionis implendę poteſtas & eligendi non eſt ius , ſed facultas.Præſ.175.li.4.nu.4.396.

Conditionem eueniſſe qui dicit , probare id debet. Præſ.91. lib.6.nu.13.663.

Conditio vbi non eſt à lege expreſſa,quando requiritur, ſubintelligitur & pro expreſſa habetur.Præſ.81.li.4.nu.21.181.

Conditionis omiſſio an arguat imperfectum teſtamentum quo ad inſtitutionem & ſubſtitutionem. Præſ.5.lib.4.nu.6. pag.9.

Conditio adiecta inſtitutioni an præſumatur repetita in ſubſtitutione.Præſ.178.lib.4.nu.1.399.

Quòd repetita cenſeatur afferuntur exempla.ibi.n.2. & ſeq.

Conditio adiecta inſtitutioni & ſubſtitutioni ante tamen gradus & perſonas nominatas pręſumitur reſpicere tam inſtitutos,quàm ſubſtitutos.ibi.nu.8.

Contra ibi.nu.10.& ſeq.ea.

Conditio adiecta inſtitutioni , quæ conuenit vtrique perſonæ,vt ſi dixit teſtator,Titio,ſi nauis ex Aſia venerit,& Seio lego fundum : cenſetur repetita à perſona vnius in perſonam alterius.ibi.nu.13.

Et vbi adiungitur vni perſonæ appoſitæ in vna oratione, cenſetur repetita in alia perſona poſita in alia oratione , ſi teſtator vtitur etiam dictione item.ibi.nu.14.

Secus ſi ſunt poſitæ in eadem oratione.ibid.

Conditio quando cum dictione , Item,eſt adiecta inter duas perſonas vocatas in duabus orationibus perfectis , vt lego Titio fundum, ſi nauis ex Aſia venerit:Item eundem fundũ lego Caio, non cenſetur repetita in perſonam Cai.ibid.nu. 15.400.

Quando autem dictio, Item, ponitur inter duas perſonas in duabus orationibus quarum vna eſt imperfecta, niſi ab alia ſuppleatur,tunc cenſetur repetita.ibi.nu.16.

Conditio caſualis ſi fit adiecta in inſtitutione vni gradui vel perſonæ iam nominatæ, non præſumitur repetita in ſubſtitutione:vbi refellitur declaratio Caſtren.in l.quæ conditio. nu.4.ver.hoc tamen.ff.de condi.& demon.ibi.nu.17.

Et ſi fuit adiecta inſtitutioni nominatim, & ſic reſtrictiuè & perſonaliter inſtituto, non cenſetur repetita in ſubſtitutione.ibi.nu.18.

Et quando fuit adiecta hæredi inſtituto,cui alter per fideicōmiſſum fuit ſubſtitutus , an cenſeatur repetita in vltimum etiam ſubſtitutum per fideicommiſſum.ibi.nu.24.ea.

Et quando fuit adiecta eidem , qui fuit ſubſtitutus per fideicommiſſum, & deinde vulgariter , an cenſeatur repetita in ſubſtitutione vulgari poſtea facta eidem perſonę. ibid.nu. 26.

Conditio inſtitutioni adiecta an & quando repetita præſumatur in prælegato & è contra.Præſ.179.li.4.nu.1.401.

Quòd in dubio pręſumitur repetita in prælegato eidem hæredi relicto in eodem teſtamento.ibi.nu.2.

Non cenſetur autem repetita in ſubſtitutione, quæ fit in defectum inſtitutionis.ibi.nu.4.402.

Conditio adiecta inſtitutioni præſumitur repetita in legato, etiam ſi in diuerſis orationibus , & omnino ſeparatis facta ſit inſtitutio,& legatum.ibi.nu.5.

Idem de conditione emãcipationis adiecta inſtitutioni, quæ in legato præſumitur repetita.ibi.nu.7.

Conditio adiecta inſtitutioni nō præſumitur repetita in prælegato,quando eiuſmodi eſſet conditio , quæ vitiaret legatum.ibi.nu.8.

Idem quando legatum factum eſt ab eodem gradu,ſecus ſi à diuerſis.ibi.nu.9.

Idem quando pręlegatum ſimpliciter factum præcedit,& inſtitutio conditionalis ſequitur,ſecus è contra.ibi.nu.10.

Idem quando inſtitutio conditionalis facta eſt in teſtamento,legatum verò ſimplex in codicillis.ibi.nu.11.

Conditio appoſita in prælegato particulari nunquid præſumatur repetita in ſubſtitutione in eadem perſona facta.ibi. nu.13.

Vbi quòd non præſumatur repetita,rationibus patet.ibid.

Secus quando patet de coniecturata mente teſtatoris , quòd voluerit repetere conditionem.ibi.nu.14.

Conditio adiecta legato ſeu fideicōmiſſo vniuerſali an cenſeatur repetita in ſubſtitutione directa. ibi.nu.15.

Conditio inſtitutioni adiecta poſt omnes gradus inſtitutionis , & ſubſtitututionis præſumitur iniuncta & relata ad quoſcunque.Præſ.178.li.4.nu.29.401.

Conditio adiecta in vno legato an & quando cenſeatur repetita in altero.Præſ.180.lib.4.nu.1.403.

Conditionis enim & qualitatis repetitio non ita facilè admittitur in legatis ſicut in ſubſtitutione.ibi.nu.2.

Coniecturis autem deſumi poteſt conditionis vel qualitatis repetitio,quæ vel deſumuntur à verbis ſeu dictionibus copulatiuis,vel ab vno verbo,quo orationes perficiuntur,vel à ratione identitate.ibi.nu.3.& 4.

Conditio nunquid cenſeatur repetita in legato, quãdo identitas rei extat,quæ legatur,& perſonarum, à quibus & quibus fit legatum,ſed verba diriguntur ad diuerſas perſonas. ibi.num.7.

Et quid ſi in huiuſmodi caſu verba diriguntur ad eandem perſonam.ibi.num.8.

Et quid ſi adeſt identitas rei quæ legatur , & perſonæ cui fit legatum & oratio eſt perfecta,ſed eſt diuerſitas perſonarũ, à quibus relinquitur.ibi.nu.9.404.

Et quid quando ſecunda oratio , qua fit legatum à ſecunda perſona,eſt imperfecta.ibi.nu.10.

Et quid ſi adeſt idētitas rei quæ legatur,& perſonæ à quibus legatur, ſed eſt diuerſitas perſonarum , quibus fit legatum ibi.nu.11.

Et quid quando ſecunda oratio eſt imperfecta.ibi.nu.12.

Conditio non cenſetur repetita in legatis,quãdo adeſt identitas perſonarum , ſed diuerſitas rerum , & orationes ſunt perfectæ.ibi.nu.13.

Idem & multò magis,quando inter vnam & alteram orationem perfectam factum eſſet legatum alteri diuerſæ perſonæ.ibi.nu.14.

Si autem ſecunda oratio eſt imperfecta , ſuppletur oratio ex præcedenti.ibi.nu.15.

Nec recenſetur repetita conditio,quando in legato adeſt re identitas,ſed diuerſitas perſonarũ, quibus legatur.ib i.n.1

Et quid ſi ſecunda oratio eſt imperfecta.ibi.nu.17.

Conditionis repetitio non eſt neceſſaria in legato , quando repetio ipſa non congruit ſequenti legato, etſi reliqua omnia,quę repetitionem ſolent inducere,concurrant.ibidem num.19.

Conditio adiecta legato cum dictione,cum,cenſetur repetita in ſecundo legato.Præſ.180.lib.4.nu.45.406.

Secus eſt fauore libertatis.ibi nu.46.

Et ſecus quando dictio,cum,ponitur inter duas perſonas affines & ſanguine coniunctas.ibi.nu.47.

Cōditio adiecta legato hoc modo,lego Titio fundum,quod ſi deceſſerit ſine liberis,deueniat in Seium.Item lego Sempronio fundum,an cenſeatur repetita in legato fundi.Pręſ. 180.lib.4.nu.23.405.

Conditio cenſetur repetita in ſequenti legato,quãdo dictio, &,ponitur inter duas res eidem legatas in vna oratione,& conditio vtrique rei conuenit.ibi.nu.25.

Et id procedit,ſiue inducatur diminutio, ſiue augmētum legati.ibi.nu.26.

Secus ſi conditio non conuenit vtrique rei.ibi.nu.27.

Conditio adiecta legato facto vxori, donec caſtè vixerit, & cum filiis teſtatoris habitauerit, non cenſetur repetita in legato facto eidem,mortuis filiis teſtatoris.ibi.nu.28.

Conditio non cenſetur repetita in ſequenti legato , quando dictio,&,ponitur inter res diuerſas eidem legatas in diuerſis perfectis orationibus.ibi.nu.29.

Idem quando in ſecunda oratione perfecta teſtatur aliam diuerſam conditionem à prima appoſuiſſet.ibi.nu.31.

Conditionis repetitio in ſecũdo legato ſubintelligitur, quãdo coniecturis & ex præſumpta mente teſtatoris inducitur repetitio.ibi.nu.32.

Vt ſi aliàs diſpoſitio redderetur inutilis. ibi.nu.33. & 35.ead. & ſeq.

Conditio in ſequenti legato cēſetur repetita,quando dictio, &,ponitur inter res diuerſas eidem legatas in diuerſis orationibus quarum vna eſt imperfecta.ibi.nu.37.

Idem quando dictio, &, reſpectu vnius rei ponitur inter diuerſas perſonas in vna oratione , & conditio vniformiter vtrique conuenit.ibi.nu.38.

Idem quando dictio, & , reſpectu vnius rei ponitur inter diuerſas perſonas in vna oratione , ſed conditio vniformiter non conuenit vtrique.ibi.nu.39.

Idem quando dictio, &, ponitur reſpectu eiuſdem rei inter diuerſas perſonas in vna oratione,& ponitur poſt ipſas perſonas nominatas & cōditio vtriq; conuenit.ibi.nu.40.406.

Idem quando dictio,&, ponitur inter duas res & inter duas perſonas in vna oratione , & conditio vtrique conuenit. ibi.num.41.

Idem quando dictio,&, ponitur inter duas orationes perfectas.ibi.nu.42.

Idem quando cum dictione, & , coniungitur dictio, etiam. ibid.nu.43.

Idem quando diuerſæ res à diuerſis grauatis præſtãdę relictę ſunt eidem perſonę in oratione imperfecta.ibi.nu.44.

Conditio adiecta legato libertatis cenſetur repetita in ſubſequenti legato, ne alioqui pereat. Præſ.180.li.4.nu.34.405.

Conditio appoſita in ſecundo legato an referatur ad præcedens.Præſ.180.lib.4.nu.20.& 21.404.

Conditio adiecta certæ perſonæ non dicitur in aliam repetita.Præſ.178.lib.4.nu.23.400.

Et conditio poteſtatiuá cohærens perſonæ ſi fuit adiecta inſtituto, non præſumitur repetita in ſubſtituto.ibi.n.27.401.

Et quid ſi conditio poteſtatiua non cohæret perſonæ.ibidem num.28.

Conditio adiecta rei, ne illa in Eccleſiá alienetur, valet. Præſ. 83.lib.4.nu.15.186.

Conditio appoſita in vna ſubſtitutione in altera præſumitur repetita.Præſ.178.lib.4.nu.30.401.

Secus quando conditiones & qualitates diuerſæ ſunt.ibi.nu. 32.& 33.

Conditionem hanc, ſi deceſſerit ſine liberis: ab vna in alteram ſubſtitutionem præſumi repetitam.ibi.nu.31.

Conditio appoſita in teſtamento regulariter præſumitur repetitam in codicillis.Præſ.177.li.4.nu.1.398.

Et id etiam ſi in codicillis ſit variata perſona.ibi.nu.5.

Secus ſi alia conditio diuerſa opponeretur in codicillis.ibid. num.6.

Et ſecus quando legatum aut diſpoſitio facta in codicillis nihil operaretur, ſi cõditio adiecta in teſtamento diceretur in eis repetita.ibi.nu.7.

Conditio à teſtatore adiecta reiici non debet. Præſ.83.lib.4. num.19.187.

Conditio de dando pupillo vel furioſo extenditur, atque ita impletur dando eorum tutori vel curatori. Præſ.185.lib.4. nu.16.415.


*Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: quid reſpiciat, & quid operetur in teſtamento.*


CONDITIO, ſi ſine liberis deceſſerit: dicitur eſſe quid connexum cum ipſa morte, vnde liberorum cõditione adẽpta, cenſetur etiam adempta conditio mortis. Præſ.169.li. 4.nu.13.388.

Imò quòd cenſeantur duæ conditiones.ibi.nu.15.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, reſpicit fauorem hæredis inſtituti & grauati reſtituere, quia ea pendẽte, commodum conſequitur & emolumentum ipſe hæres. ibi.nu.19. & 32. pag.389.

Et duplex dicitur eſſe.ibi.nu.31.

Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: habet tractum in futurum vſque ad tempus mortis.Prę́ſ.78.lib.4.nu.65.172.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, nunquid ſubintelligatur in donatione cauſa mortis, in qua facta ſit ſubſtitutio fideicommiſſ.Prę́ſ.89.li.4.nu.150.228.

Et quid in ſubſtitutione facta donationi inter viuos.ib.n.152.

Conditio, ſi ſine filiis deceſſerit, an & quando tacitè à lege ſubintelligatur in ſubſtitutione, vt ſubſtitutus excludatur. Præſ.89.li.4.nu.1.209.

Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: an & quando dicatur extitiſſe, ſi hæres inſtitutus & grauatus religionem eſt profeſſus.Præſ.83.li.4.nu.1.185.

Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis: adiecta ſubſtitutioni duobus vel pluribus factæ, an & quando verificetur altero inſtitutorum decedente ſine prole.Prę́ſ.186.li.4.nu.1.417.

Quòd ſi teſtator ſubſtituit ſingulariter, admittitur alter inſtitutus in caſu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, eueniente conditione in perſonam vnius.ibi.nu.2.

Idem etiam ſi ſit conditio negatiua.ibi.nu.3.

Idem ſi teſtator dixit, Caio ſubſtituo Mæuium, & Sempronio ſubſtituo Tittum, ſi vterque, vel ambo decedant ſine liberis.ibi.nu.4.

Idem quando extraneus fuit ſubſtitutus plurib.filiis. ibi.n.4.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: verificatur in perſonam alterius plurium inſtitutorum, quando teſtator particulariter ſubſtituit, eueniente conditione in perſonam vnius, & locus eſt ſubſtitutioni.ibi.nu.6.

Idem quando poſt purificatam conditionem in perſonam vnius, & admiſſo ipſo ſubſtituto ad illius portionem, admittitur etiam ad portionem alterius, qui deinde & ipſe ſine liberis deceſſit.ibi.nu.8.

Idem quando teſtator ſubſtituit pluribus alternatiuè vel alternatim.ibi.nu.10.418.

Idem quando ſubſtituit pluribus ſimpliciter ſeu indefinitè. ibid.num.12.

Idẽ quando ſubſtitutio facta eſt in vſufructu tantùm.ibi.n.13.

Idem ſi extat mater, cuius fauore aliàs pluralitas nõ reſoluitur in ſingularitates.ibid.num.14.

Idem ſi teſtator dicit, Et ſi Caius & eius hæredes vſque in infinitum deceſſerint ſine filiis, ſubſtituo Mæuium.ibi.n.15.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: non habet locum in perſonam alterius plurium inſtitutorum, quando ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris prę́ferẽda eſt ſubſtituto.ibid.nu.16.

Idem quando ſubſtitutio fuit facta in tota hæreditate, vel in toto relicto.ibi.nu.24.419.

Idem quando teſtator iuſſit conſtrui Eccleſiam, ſi filij hæredes inſtituti deceſſerint ſine filiis.ibi.nu.25.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non habet locum in perſonam alterius plurium inſtitutorum, quãdo teſtator dixit, Inſtituo Caium & eius filios, & ſi ipſe vel eius filij deceſſerint ſine filiis, ſubſtituo Mæuium. Prę́ſ.186.li.4.nu.26.419.

Idem quando reſultaret inęqualitas inter deſcendentes teſtatoris.ibi.nu.27.

Idem quando pręcedit reciprocum fideicõmiſſum.ibi.nu.28.

Idem quando ſubſtitutio facta eſt pluribus copulatiuè vel collectiuè, vel diſtributiuè.ibi.nu.29.& ſeq.420.

Idem quando inſtituti ſunt ex liberis teſtatoris, & ſubſtitutus eſt extraneus.ibi.nu.34.

Idem quando teſtator vſus eſt nomine collectiuo ſimpliciter.ibi.nu.37.

Secus quando filius inſtitutus & ſuperſtes non eſt ſucceſſibilis ab inteſtato.ibi.nu.39.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: nũquid verificetur in vno ex pluribus inſtitutis, quando teſtator duobus filiis inſtitutis, ſubſtituit eis tertium filium, vel nepotem ipſius teſtatoris.ibi.nu.40.

Et quid ſi ex duobus filiis inſtitutis, Caio ſcilicet & Sempronio, deceſſit primum Caius ſine filiis, deinde deceſſit etiam Sempronius ſine prole.ibi.nu.41.

Et quid ſi teſtator ita dixit, Inſtituo Caium & Sempronium filios meos, & ſi omnes ipſi & eorum filij deceſſerint ſine filiis, ſubſtituo Mæuium.ibi.nu.42.

Et quid ſi duo inſtituti erãt extranei.ibi.n.43.& 44.420.421.

Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, facta exiſtenti in ſacris quatenus valeat.Prę́ſ.78.li.4.nu.53.171.

Conditio tacita, ſi ſine liberis deceſſerit, an ſubintelligatur, quando pater non vocauit filium, ſed eum tantum in conditione poſuit.Præſ.89.lib.4.nu.153.228.

Conditio incerta impedit hæreditatis aditionem. Præſ.141. lib.4.nu.37.334.

Conditio inducta ex ablatiuo abſoluto maiorem vim habet quam aliæ conditiones. Prę́ſ.76.li.4.nu.64.160.

Conditio legati facta à marito, ſi eius vxor ad alias nuptias non tranſierit, non dicitur defecta, ſi mulier eſt ingreſſa religionem.Præſ.148.li.4.nu.15.348.

Conditio quælibet neceſſaria pro pura habetur.Præſ.78.li.4. nu.56.172.

Conditio vel qualitas poſita in clauſula ſeparata à præcedẽtibus vel ſequentibus an & quando ex prę́ſumpta mente teſtatoris referatur ad omnia vel ad vnum tantùm ex præcedentibus vel ex ſequentibus.Præſ.181.li.4.nu.1.407.

Quòd regulariter quando eſt poſita in clauſula generali ſeparata à præcedentibus & ſequentibus refertur ad omnia, ſi nulla extat ratio, quare magis referri debeat ad vnum, quàm ad alterum.ibi.nu.2.

Et idem multo magis, quando omnes conditiones poſitæ eſſent ſub vnica diſpoſitione, & ab eodem verbo regerentur. ibid.num.3.

Et id habet locum etiam in diſpoſitione odioſa.ibi.nu.4.

Non refertur autem ad ſuperiora, quando ex pręcedentibus vni eſt ſpecialiter prouiſum.ibi.nu.6.

Conditio & qualitas poſita in primo teſtamento an præſumatur repetita in ſecundo.Præſ.176.li.4.nu.1.397.

Quod non præſumitur repetita, oſtenditur ibi.n.2. cenſetur autem repetita, quando coniecturis colligi poteſt, teſtatorem voluiſſe eandem qualitatem & conditionem eſſe repetitam in ſecundo teſtamento.ibi.nu.8.398.

Vt ſi teſtator in ſecundo teſtamento diſpoſuit in omnibus quò ad ſubſtantiam vt diſpoſuerat in primo, etſi in ſecundo omiſit aliquam qualitatem, quæ potius vitio ſcriptoris,







quàm veluntate teſtatoris apparet omiſſa.ibi.nu.9.

Conditio & qualitas in vltima clauſula poſita ſeparata à præcedentibus ad præcedentia non refertur, quando præcedentia repugnarent contrariaque eſſent ſequẽtibus.Præſ. 181.li.4.nu.9.407.

Idem quando ex relatione ſequeretur legum correctio.ibid. num.10.

Idem quãdo ex huiuſmodi relatione diſpoſitio, ad quam fieret relatio efficeretur inutilis.ibi.nu.11.

Idem quando tali relationi repugnat ſermonis proprietas. ibid.nu.12.

Idem quando ex relatione reſultaret abſurdum.ibi.nu.13.

Idem quando diſpoſitio ex tali relatione reſtringeretur, quæ vt fauorabilis eſſet extendenda.ibi.nu.14.

Idem dicendum quoad poſita accę́ſſoriè & cauſa demonſtrationis, ad quæ non fit relatio.ibi.nu.15.

Idem quando ratio ſuadet, quòd ad imme diatè præcedentia tantum referatur.ibi.nu.16.

Idem quando ratio eſt diuerſa: relatio enim fit ſolùm ad id, cui ratio adaptatur.ibi.nu.17.

Idem quando maior adeſſet ratio in vno quàm in altero.ibi. nu.18.

Idem in caſibus priuilegiatis.ibi.nu.19.

Idem quãdo repugnaret præſumpta teſtatoris voluntas. ibi. num.20.

Idem quando qualitas & clauſula tacitè ſubintelligitur.ibi. num.21.

Idem quando clauſula eſt appoſita ad qualificandum diſpoſitionem aliquam.ibi.nu.22..408.

Idem quando aliquo interuallo diſtarent præcedentia à ſequentibus.ibi.nu.23.

Conditio tacita à lege ſubintellecta an differat ab expreſſa à teſtatore.Præſ.89.li.4.nu.18.pag.211.

Conditio turpis & impoſſibilis eſt reiicienda.Præſ.183.lib.4. num.49.413.

Conditio vna ad vnum relata non poteſt diuidi, ſicut etiam vnicum capitulum nequit ſeparari & diuidi: fallit tamen, quando diuiſio fit voluntate diſponentis.Præſ.169.lib.4.nu. 14.& 17.388.& ſeq.

Conditum non venit appellatione vini, & conficitur vino pipere admiſto.Præſ.152.li.4.nu.12.351.

CONDVCTOR & locator non præſumuntur voluiſſe nouare perpetuò coloniam, ſed ad tempus.Præſ.9.li.6.nu.2.557.

Conductor ſalis pro ſui libito poteſt vendere ſaltem etiam in detrimentum futuri conditoris.Præſ.29.li.6.nu.16.582.

CONFOEDERATI, qui tenentur opem ferre confœderatis, ſatis dicuntur auxilium præſtitiſſe, ſi fecerunt quicquid potuerunt, vt ſeruarent & defenderent.Præſ.28.li.5.nu.10.517.

CONFESSIO non extenditur de tempore ad tempus nec de caſu ad caſum.Præſ.64.li.6.nu.41.643.

Confeſſio dubia debet contra ipſum confitentem interpretari.Præſ.2.li.5.nu.46.478.

Confeſſio facta ſine cauſa licet nõ valeat, facta tamen in articulo mortis valet.Præſ.5.li.5.nu.15.488.

Confeſſio facta in teſtamento licet ſimulatè facta præſumatur & nil valeat, attamen ſi ſic confeſſus iurauit, valet, quia dum cogitat de morte, non præſumitur peieraſſe. Præſ.5.li. 5.nu.3.ead.pag.

Confeſſio generalis, & ad nullum certum tempus reſtricta omnia tempora complectitur.Præſ.2.li.5.nu.45.478.

Confeſſio, quæ recipitur contra præſumptionem iuris & de iure, multo magis recipitur contra ſolam iuris præſumptionem.Præſ.21.li.5.nu.8.507.

Confeſſio ſacramentalis an & quando præſumatur à ſacerdote conſẽnſu & licẽtia confeſſi reuelata atq; detecta.Prę́ſ. 95.li.6.nu.1.668.

Cõfeſſus recepiſſe pecuniam licet poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi tamen in extremis agens confeſſus ſit recepiſſe, non poterit eius hæres obiicere d.exceptionem.Præſ.5.lib.5.nu.14.488.

Confeſſus per torturam filij dicitur cõnfeſſus in tormentis. Præſ.56.li.6.nu.12.631.

CONFINES territorij præſumuntur ſe extendere vſque quò antiquitus extendebantur.Præſ.43.li.6.nu.3.609.

Et coniecturis & præſumptionibus quicunque confines probantur.ibi.nu.4.

CONIECTVRA idem eſt quod prę́ſumptio & indicium.Prę́ſ. 89.li.4.nu.4.& 14.210.211.& ſeq.

Coniecturę vehemẽtes requiruntur ad excuſandum dolum præſumptum in his, quæ naturaliter ſunt illicita & mala. Præſ.3.li.5.nu.123.486.

Coniecturę & præſumptiones ſufficiunt in his, quæ ſunt difficilis probationis.Præſ.41.li.5.nu.27.535.

Coniecturas ſufficere in his, quæ difficilis ſunt probationis. Præſ.36.li.5.nu.2.530.

Coniecturæ duæ vna ſola ſunt potentiores, & præualere debent.Præſ.34.li.4.nu.14.52.

Coniecturæ duæ quando ex aliquo actu capi poſſunt, quarũ vna delictum ſignificet, altera excludat, eligenda ea eſt, quæ vitio & crimine caret.Præſ.54.li.6.nu.23.626.

Coniecturæ, ex quibus cognoſcatur, filios in conditione poſitos ſuccedere ex teſtamento, quales eſſe debeãt. Præſ.76. li.4.nu.26.156.

Coniecturis non eſt locus in claris. Prę́ſ.31.li.5.nu.23.523.& Prę́ſ.40.li.eo.nu.20.pag.532.

Vide ſuper in ver.in Claris.

CONIVGATVS non poteſt de iure ab vxore recedere, & ingredi religionem, niſi ambo mutuo cõſenſu relicto ſeculo, ingrediantur.Præſ.81.li.6.nu.1.655.

At ſi contingat coniugatum iamdiu ingreſſum eſſe religionem præſumatur quod ſit legitimè ingreſſus.ibi.nu.2.656.

Coniuncti ſubſtitutum excludunt, ſi teſtator dixit, Caium, Mæuium & Sempronium hæredes facio, & ſi hæredes ij nõ erunt, Seium ſubſtituo.Præſ.87.li.4.nu.13.204.

Coniuncti re illi dicũtur, quibus teſtatur ſuis ipſis verbis ſolidum ſigillatim reliquit.Præſ.173.li.4.nu.16.393.

Coniunctioribus eſt ſubueniendum, quàm aliis: adhibenda eſt tamen diſcretionis ratio ſecundum differentiam coniunctionis, ſanctitatis, & vtilitatis: nam ſanctiori ac magis indigenti eſt ſubueniendum, quàm propinquiori.Præſ.125. lib.4.nu.16.304.

Coniunctio ſanguinis omnem fraudis ſuſpicionem tollit. Præſ.40.li.5.nu.17.532.

Coniunctio ſanguinis omnem delicti præſumptionem tollit, atque impedit, ne inuicem coniuncti fornicati ſint, tametſi habitent ſimul.Præſ.17.li.5.nu.1.501.

Coiunctus ſanguine licet dormiret cum ſanguine coniuncta in eodem lecto, modo id palam faceret, careret ſuſpicione fornicationis & ſtupri.Prę́ſ.17.li.5.nu.4.ea.pag.

Sed abſolutè verum non videtur, cùm magnum immineat periculum ob diabolicam tentationem: vnde diſtingue, vt ibi.nu.5.

CONIVRATIO & conſpiratio ſumuntut in bonam & in malam partem, vt plurimũ autẽ in malam.Prę́ſ.2.li.5.n.58.479.

CONSENSVS, auctoritas, licentia, vel conſilium alicuius an & quando de ſubſtantia actus, qui geri debet, præſumantur.Prę́ſ.34.li.6.nu.1.585.

Cõſequens dicitur velle, qui vult antecedẽs.Præſ.68.li.4.n.6. 133.& Prę́ſ.101.li.eo.n.6.250.Præſ.103.li.4.nu.3.258.

Secus ſi antecedens requirit ſpecificã expreſſionem. ibi.n.4.

Conſequentis poſitio arguit antecedens, quando actus pendet à voluntate vnius: ſecus ſi à volũtate duorum.Præſ.103. lib.4.nu.5.258.

Conſequens an & quando quis feciſſe dicatur, quandò antecedens fecit.Præſ.3.li.6.nu.19.551

Conſequente prohibito an & quando etiã antecedens cenſeatur prohibitum.Præſ.93.li.6.nu.1.665.

Conſequente prohibito cenſetur prohibitum, & antecedẽs, quando adeſt eadem ratio tam in antecedente, quàm in conſequenti: ſecus ſi diuerſa eſt ratio.Prę́ſ.93.li.6.nu.7.666.

Et datur exemplum, quando adeſt eadem ratio, & quando diuerſa.ibi.per diſcurſum. ibi.

Secus eſt etiam quando prohibitio eſſet perſonalis. ibidem. num.8.

Conſequenti prohibito cenſetur prohibitum antecedens in prohibitione perpetua, ſecus in temporali.ibidem.num.9. & ſeq.

Conſequente prohibito non cenſetur antecedens prohibi-

tum in pœnalibus,& in diſpoſitione, quæ extenſionem nõ admittit:vnde.Præſ.93.lib.6.nu.5.665.
Conſequente prohibito non præſumitur antecedens prohibitum, quando antecedens requireret ſpecificam prohibitionem.ibi.nu.13.152.
Idem dicendum in antecedente remoto.ibi.nu.14.
Idem,quando prohibitus eſt ſolummodo modus,non autem finis.ibi.nu.15.
Idem,quando antecedẽs poteſt ſubſtineri alia virtute,quàm virtute ſui conſequentis.ibi.nu.16.
Idem quando illud, quod prohibetur directo tendit ad productionem illius,quod prohibetur,ſecus ſe incidenter.ibi. num.17.
Idem quando æquitas ſuggerit vt illud quod fieri non poteſt directo fiat per indirectum.ibi.nu.18.
Consilium non pręſumitur de ſubſtantia actus: qui namq; aliquid facere debet cum alterius conſilio,debet conſilium requirere,non tamen habet neceſſe illud ſequi. Præſ.34.li. 6.nu.23.586.
Eſt enim liberum vnicuique explorare, an ſibi conſilium expediat.ibi.nu.24.
Conſilium, quod poteſt eſſe bonum & malum, bonum præſumi debet.Præſ.2.li.5.nu.11.477.
Conſilium prudens teſtatoris reſpectu filiorum quod dicatur.Præſ.76.li.4.nu.12.155.
Consortes qui dicantur,& qui veniant eorum appellatione.Pręſ.88.li.4.nu.16.206.
Constantinus Imp.ſummè laudandus, qui multis propoſitis prēmiis inuitauit bonorum diſciplinarum profeſſores, vt libentiùs docerent.Præſ.100.li.6.nu.6.672.
Conſtantini conſtitutio in l.1.C.de natur.liber.patrem in dignitate conſtitutum nil poſſe donare vel relinquere filio naturali vel incapaci.Præſ.96.lib.4.nu.1.238.
Constitutio fauorabilis eſt ita interpretãda, ne in odium retorqueatur.Præſ.33.li.5.nu.25.527.
Conſtitutio quod fideicommiſſi bona poſſint alienari cauſa conſtituendi dotem, non eſt iuris communis correctoria, ſed præter ius commune, & cauſa publicæ vtilitatis introducta.Præſ.189.li.4.nu.4.428.
Et eſt fundata in præſumpta voluntate & mente teſtatoris. ibi.nu.5.
Et dicitur remedium ſubſidiarium.ibi.nu.8.429.
Consvetvdo dicitur lex non ſcripta. Pręſ.31.li.4.nu.5.45.
Conſuetudo pręſumitur inducta in caſu licito. Præſ.2.li.5. num.18.477.
Conſuetudo non præſumitur,ſed allegari & probari debet. Præſ.14.lib.6.nu.14.562.
Conſuetudo non poteſt induci ex actibus differẽtibus.Præſ. 31.li.4.nu.8.46.
Conſuetudo non tollitur vno ſolo actu cõtrario:ita nec priuilegium ab ipſa conſuetudine cauſatum.Præſ.41.lib.6.nu. 13.599.
Contemnere impropriè is dicitur,qui caſu aliquem actum facit prohibitum, non autem deliberatè. Præſ.44.lib.5.nu. 7.537.
Contemptor & inobediens quibus pœnis plectatur.Præſ.44. lib.5.nu.19.pag.ead.
Contemptus eſt adeò graue crimen, vt dicatur peccare in Spiritum ſanctum qui per contemptum peccat.Præſ.44.li. 5.nu.20.538.
Contemptus conſideratur negatiuè & poſitiuè. Præſ.44.lib. 5.nu.2.537.
Et contemnere is dicitur negatiuè, qui de re aliqua curam non habet,nullam tamen iniuriam vel irreuerentiam facit, & qui taliter contemnit,non punitur de contemptu, ſed de alio delicto,quo contempſit.ibi.nu.3.
Contemptus poſitiuus,dicitur proprius & verus cõtemptus, & eſt ille,quando quis negat velle parere negando auctoritatem & poteſtatem ſuperioris qui iuſſit. Præſ.44.lib. 5.nu, 8.537.
Et hic contemptus probatur coniecturis.ibi.nu.9.
Contendens cum Rectore Gymnaſij excuſatur quando caret ipſe inſigniis.Præſ.76.lib.6.nu.16.652.
Contenta æqualiter ſub vnitate ſermonis,æqualiter diffiniri & terminari debent.Præſ.89.li.nu.141.217.
Continens qui fuit à teneris, multò magis præſumitur continens in ſenectute.Præſ.17.li.6.nu.2.566.
Contractus ab initio ſunt voluntatis, licet ex poſt ſint neceſſitatis. Præſ.109.li.4.n.3.273. & Præſ.110.li.4.n.3.280.
Contractus præfatio non declarat tunc animum contrahentium,quando longo temporis interuallo ante vel poſt ipſum contractum eſt adhibita.Pręſ.2.li.6.nu.14.550.
Idem quando concluſio præfationi derogaret.ibi.nu.15.
Contractus in dubio præſumitur iuſtus & legitimus.Præſ.2. lib.5.nu.5.477.
Contractus præſumitur in dubio fœneratitius & ſimulatus in foro conſcientiæ,ſecus in foro fori.Præſ.2.li.5.n.41.478.
Contractus detegitur fœneratitius ex vicinitate contractus locationis initi poſt venditionem. Pręſ.12.li.6.nu.37.560.
Contractũ fuiſſe dolo initum declaratur ex ſubſecuto euẽtu. Præſ.35.li.6.nu.29.587.
In contractibus quando dies vel conditio non adiicitur, purè promiſſum intelligitur,& ſtatim peti poteſt. Præſ.199.li. 4.nu.6.469.
Contractus ſub conditione celebratus dicitur reſolutus ipſa conditione non eueniente.Præſ.175.li.4.nu.12.397.
Contractus emptionis & depoſiti eodem die & coram eiſdem teſtibus celebrati cenſentur correſpectiui, & ſic vnus præſumitur cauſa alterius celebratus. Præſ.12.lib.6.num.8. pag.559.
Et pacta adiecta in vno cenſentur repetita in altero, & vnus cenſetur tribuere legem alteri.ibi nu.9.
Contractus mutui præſumitur ex pecuniæ numeratione, & dominij tranſlatione. Pręſ.14.li.6.nu.18.562.
In contractibus vltro citroque obligatoriis reſultat correlatio,ita quod impoſitum vni cenſetur iniunctum & alteri. Præſ.183.li.4.nu.34.412.
Contractus plures ſi eodem die & loco & coram eiſdem teſtibus celebrantur, præſumuntur facti vnus cauſa alterius. Pręſ.12.li.6.nu.5.559.
Contractus in teſtamento factus non poteſt reuocare. Præſ. 105.li.4.nu.15.263.
Contractus duplici vinculo muniti tolli non poſſunt, niſi amborum contrahentium conſenſu. Præſ.89.li.4.num.88. pag.220.
Contrahentes ſolenniter pręſumuntur legitimæ ętatis,& ſic habiles fuiſſe ad contrahendum.Præ.13.li.6.nu.3.561.
Contrahens ſcienter non habet euictionem.Præſ.190.lib.4. nu.48.449.
Contrahẽtibus licèt permiſſum ſit iure ciuili ſe inuicem decipere, non tamen id conuenit viro bono. Pręſ.1.li.5.nu.23. pag.475.
Contrahens matrimonium in articulo mortis non præſumitur id feciſſe, vt in fraudem ſubſtitutorũ legitimaret filios, ſed potius de ſalute animę cogitaſſe.Præſ.5.li.5.nu.16.488.
Contrahens cum muliere non ſeruata ſolennitate à ſtatuto requiſita, pręſumitur in mala fide.Præſum.3.lib.5.num.80. pag.484.
Contraria duo ſimul ſtare non poſſunt.Præſ.36.lib.4.nu. 24.& ibid.num.48.59.& 63.& Pręſum.38.lib.6.num.27.& ſequenti 593.
Contrariorum eadem eſt diſciplina. Præſump.94.lib.6.nu.9. pag.667.
Cor eſt imperator linguę, & cedit lingua cordi. Præſ.35. lib.6.nu.9.586.
Cor hominis ſoli Deo cognitum eſt,& eius voluntas & animus.Præſ.40.li.5.nu.1.531.
Cor hominis & animus ſoli Deo innoteſcit. Præſumpt.35.li. 6.num.1.586.
Corasii traditio in rub.C.de impub.nu.10.in dubium reuocatur.Pręſ.108.lib.4.nu.51.272.
Correlativa ſimul & eodem tempore naſcuntur, & naturaliter ſimul ſunt.Præſ.139.lib.4.nu.61.327.
Et vno ex correlatiuis prohibito cenſetur & alterum prohibitum.ibi.nu.62.
Creditor ſi vendit rem pupilli ſibi obligatam, non requiritur illa ſolennitas,quæ alioquin requiritur quando pupillus ipſe vendit.Præſ.38.lib.4.nu.9.68.

Creditore



Creditore inuito non poteſt ſolui aliud pro alio. Præſ. 109. lib.4.num.40.277.
Creditori ſi eſt factum legatum,qui eſt creditor purè & immediatè præſumitur factum animo compenſandi cum ipſo credito.Præſ.109.lib.4.num.4.273.
Creditori ſi legauit teſtator,& dixit, ſe legare de bonis ſuis, non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum ipſo credito.Præſ.109.lib.4.num.6.274.
Creditor,inſtitutus hæres à debitore poteſt repudiare hæreditatem,ſaluo eius credito.Præſ.101.lib.4.num.56.253.
Creditor poſterior ab anteriori conuentus ſe tueri non poteſt,niſi ſoluat, aut rem exactam anteriori reſtituat. Præſ. 189.lib.4.num.142. 440.
Creditor qui fecit priore loco expenſas animo repetendi, non autem compenſãdi,ſic etiam pręſumitur ſecundo loco feciſſe.Præſ.37.lib.6.num.22.589.& 590.
Creditor qui pignus habet,& aduerſus eum debitor experitur ſi dicit non poſſidere rem pignori datam, ſed eam amiſiſſe amiſſionem probare debet.Præſ.64.lib. 6.nume. 7.& ſeq. 640.
Credvlitas,& fides licet in certitudine æquiparentur ſcientiæ,attamen in modo differunt,& quomodo.Præſ.94. lib.6.num.20.667.
Crimina nunquam præſumuntur. Præſ.7.lib.5.numero 21. 493.
Crimen falſi nunquam præſumitur. Præſ.2.lib. 5.num.477.
Crimen grauiſſimum committens ſuſpectus eſt de hæreſi. Præſ.6.lib.5.num.38.491.
Et quæ ſint dicta crimina.ibid.
In Criminibus grauiſſimis,vt læſæ maieſtatis,non ſolum pater criminis reus, ſed & filij alioqui de eo innocentes plectuntur.Præſ.33.lib.5.num.5.527.
Idem in crimine hæreſis.ibi.num.6.
Et redditur ratio.ibi.num.7.
Idem in filijs illegitimis & ſpurijs.ibi.num.11.
Crimen læſæ maieſtatis commiſſum à patre non ſolum nocet filijs eius natis poſt commiſſum delictum, verùm & eis qui ante delictum nati erant,quia omnes præſumuntur eodem vitio laboraturi.Præſ.33.lib.5.num.16.527.
Crimen,occultum ſi quis commiſit, non præſumitur quòd aliud ſimile delictum is debeat perpetrare immò cenſentur de eo pœnitentiam egiſſe.Præſ.32.lib.5.num.46.526.
Crimen patris nocere filijs naſcituris, non autem illis, qui tempore commiſſis criminis conceptis fuerant,l.2.C.de liber.& eorum liber.cautum eſt.Præſ.33.lib.5.num.29.528.
Intellige,vt ibid.num.31.
Crocophantia quæ dicantur.Præſ.163.lib.4. num.7. 369.
Cvllei quid ſint, & cuius menſuræ.Præſ. 152.lib.4.nu. 27.352.

*Culpa quid ſit, & quando præſumatur, quando ſit probanda, & quomodo euitatur.*

Cvlpa eſt delicti ſpecies.Præſ.3.lib.5.num.126.486.
Culpæ quando fit mentio non intelligitur in dubio de leuiſſima,ſed de lata vel leui.Præſ.3.lib.5.num.136.487.
Culpa cùm ſit delictum non præſumitur.Præſ. 23.lib.6.num. 12. 571.
Culpa regulariter non præſumitur.Præſ.3.lib. 5. nu.125.486.
Præſumitur autem in actu, qui ſui natura culpam continet. ibi.num.128.
Et præſumitur in prouocante.ibid.num.131.ea.
Et præſumitur in omittente facere, quod diligens paterfamilias feciſſet.ibi.num.132.
Et præſumitur in eo,qui fecit, quod fieri non conſueuit.ibi. num.133.
Et præſumitur in eo,qui artem,quam non nouit, profitetur. ibid.num.134.
Et præſumitur in omnibus caſibus, in quibus dolus præſumitur.ibid.num.135.
Culpa potius præſumitur quàm dolus,& potius leuis culpa quàm lata. Præſ.2.lib.5.num.30.477.
Culpa eſt ſpecificè probanda.Præſ.3.lib.5.num.137.487.
Et eſt probanda ad caſum ordinatum.ibi.num.138.
Culpa,vt euitetur,præſumitur quę in re aliena feciſſe, quod in re propria feciſſet.Præſ.3.lib.5.num.127.486.
Culpa lata æquiparatur dolo.Præſ.3.lib.5.num.124.486.
Cvstos monetæ accuſatus de furto,ſi iam impendit monetam ſimilem illi, quæ fuit ſubtracta, oritur contra eum pręſumptio furti.Præſ.31.lib.5.num.5.522.
Declaratur id non procedere in mercatore.ibi.
Cuſtos rei ſubtractæ accuſatus de ipſo furto, ſi antea inops & oneratus familia erat,nunc autem poſt furtum impendere pecuniæ ſummam, præſumitur furtum commiſiſſe.Pręſ. 31.lib.5.num.3.522.
Declaratur id non procedere in mercatore,qui ob negotiationes aliquando plus ſolito impendit.ibi.num.4.
Nec procedit in viro bonæ conditionis & famæ.ibi.

D

Damnari aliquis de crimine ex ſola præſumptione non poteſt, niſi aliud conſtet.Præſ.32.li.5.nu.22.525.
Damnatus præſumitur quis potius pœna temporali quàm perpetua.Præſ.49.lib.5.num.11.546.
Dãnatus ſi quis ſit in amputatione manus,intelligitur, quod debilior ei abſcindatur.Præſ.49.lib.5 num.8.545.
Damnato ad mortem eſt adhibenda fides, & eius aſſertioni eſt ſtandum ſuper extorſione vſurarum ad præludicium fiſci.Præſ.5.lib.5.num.6.488.
Damnoſum quod eſt,non præſumitur: nec quod eſt contra bonos mores.Præſ.31.lib.6.num.7.584.
Damnum non debet quis ſentire ex ſua liberalitate. Præſ. 190.lib.4.num.36. 448.
Damno & periculo nemo præſumitur velle ſe exponere. Præſ. 190. lib.4.num.18. 447.
Dare nemo poteſt quod non habet.Præſ. 38.lib. 4. num. 20.68.& Præſ.133.eo.lib.num.10.316.
Datum ſub vna conditione cenſetur ſub contraria ademptũ. Præſ.91.lib.6.num.15.663.
Datum ſub conditione,ea non exiſtentur cenſetur ademptũ. Præſ.39.lib.4.nu.59.75.
David homicidij peracta pœnitentia, regia dignitate non fuit priuatus.Præſ.47.lib.5.num.10.542.
Deberi quid dicatur ex cauſa neceſſaria,& quid ex cauſa voluntaria.Præſ.109.lib.4.num.2.& 3.273.
Debitori ſi in diem ſucceſſit creditori ſuo, & debitum non ſoluit alijs, qui ſuccedunt eo repudiante,præſumitur ex hoc non facto adita hæreditas.Præſ. 101.lib. 4.numero 88.256.
Declara,vt ibi.num.90.91 & 93.pag.ea.
Debitor ex cauſa voluntaria, quod legat creditori ſuo, non præſumitur legare animo compenſandi cum ipſo credito. Præſ.110.lib.4.num.7.280.
Debitor voluntarius ſi legauit eandem ſpeciem, quam legatario debebat, præſumitur animo compenſandi reliquiſſe. Præſ.110.lib.4.num.25.282.
Idem quando quantitas legata conuenit cum quantitate debita.ibid.num.26.
Debitorum liberatio ſi ſit relicta,intelligitur de ijs, qui erãt debitores tempore conditi teſtamenti, non autem de debitis deinde contractis.Præſ.127.lib.4.num.8.307.
Debitorum nomina an legato bonorum comprehendantur. Præſ.138.lib.4.num.14.321.
Debitvm volũtarium dicitur,quod habet cauſam & originem voluntariam. Pręſ.110.lib. 4.num.2.280.
Et oritur etiam ex quaſi contractu.ibi.num.5.
Debito principali ſublato dicitur & illud fideiuſſoris extinctum.Præſ.164.lib.4.num.23.372.
Decedens inteſtatus dicitur teſtari permiſſiuè non autẽ diſpenſatiuè.Præſ.27.lib.4.num.13.43.
Decedere nemo debet partim teſtatus & partim inteſtatus. Præſ.48.lib.4.num.3.87.
Decedere non poteſt quis pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus,nec id ius noſtrum patitur.Præſumptio.101.lib. 4.num.49.253.
Deceſſiſſe nemo præſumitur relictis filijs. Præſumptio. 14. lib.6.num.7.561.

DECEPTVS in contractu poteſt aduerſarium interrogare an ſit vir bonus: qui ſi reſpondeat ſe virum bonum, tenetur damnum rependere: ſi verò dicat ſe non virum bonum, repellendus eſt à iudicio. Præſ.1.lib.5.num.24.475.
Hæc autem cautela confutatur à Felino.ibi.& nu. ſeq.
DECIMANDI ius non poteſt acquiri laico præſcriptione aliqua.Præſ.86.lib.6.num.2.660.
Decimæ ſunt iure diuino conſtitutæ,& non niſi eccleſiæ,ſeu eius miniſtris debentur.Pręſ.86.lib.6.nu.1.ea.pag.
Decimæ retinentur à laico ſi tamdiù ipſe eas poſſedit, & à tempore,cuius initij memoria non eſt in contrarium.Præſ. 86.lib.6.num.4.660.
Requiritur tamen quod præter allegationem temporis cōcurrat communis fama,& opinio,quòd eas fuerit conſecutus,mediante perſona ſuorum maiorum.ibi.num.5.
Decimæ non poſſunt laicis infeudari.Præſ.86. lib.6.n.3.660.
DECRETVM prætoris facit præſumi omnia ſolenniter acta.Pręſ.104.lib.4.num.3.259.
DEDVCERE aliquid in iudicio, & deductum probare,diuerſa ſunt.Pręſ.49.lib.6.num.24.610.
DEFRVTVM quid ſit & vndè dicatur.Pręſ.152.lib.4.nu.7. 351.
Defrutum non venit appellatione vini.ibi.num.14.
DELEGATI duo, qui tertio delegato impedito poſſunt procedere ſcire debent tertij impedimentum alioqui proceſſus eſt nullus.Præſ.91.lib.6.num.12.663.
Delegatio facta exiſtentia in dignitate licèt tranſeat ad eius ſucceſſorem,non tamen tranſit,quando facta eſt obtinenti dignitatem nomine alieno.Pręſ.121.lib.4.num.10. 299.

*Delictum an & quando præſumatur commiſſum, & à quibus,*

DELICTVM perpetraſſe dicitur, qui actui momentaneo potuit occurrere,nec prohibuit, pręſumitur enim conſenſiſſe. Præſ. 27.lib.5.num.14.515.
Delictum nunquam præſumitur.Pręſ.35.lib.5.num.8.630.
Delictum non debet pręſumi ſine cauſa perpetratum. Pręſ. 40.lib.5.num. 28.532.
Delictorum pluralitas nullo pacto pręſumitur.Pręſ. 2.lib.5. nu.21.477. & Pręſ.15.lib.6.nu.18.563.
Delicti pręſumptio eſt omnino euitanda.Pręſ.161. lib. 4. nu. 26.367.
Delicti pręſumptio habet locum,quando agitur de pręiudicio tertij, nec pręſumitur aliquis tunc bonus.Pręſ. 2. lib.5. num.51.479.
Et habet locum facto ipſo ſequuto,ex quo delictum ſit manifeſtum.ibid.num.54.
Idem quando vrgentior præſumptio eſſet in contrarium ibid.num.55.
Et hoc procedit in Iudæo,fœneratore,& ſimilibus, de quibus eſt malè pręſumendum.ibi.num.56.
Idem in eo actu indifferenti,qui ſecundum communē vſum loquendi ſumitur in malam partem.ibi.num 57.
Delicti pręſumptiones & coniecturæ dilui & confutari poſſunt contrarijs coniecturis & pręſumptionibus.Pręſ. 48.li. 5.num.9.544.
Delictum in foro conſcientię ſemper pręſumitur, quando agitur de ſalute animę, & id tutius ſit.Pręſ.2.li.5.n.40.478.
Delictum negans in tortura,& in ea moriens perſiſtens,pręſumitur innocens, & ſic prorſus purgaſſe omne indicium. Pręſ.5.lib.5.num.9.488.
Delicti vnitas ſeu identitas probatur vnitate loci & temporis,vel quando eadem cauſa conuenit.Præſ.15 lib.6.n.4.563.
Delictū alicuius ſi ſit probandū, fundi & loci identitas probari debet per omnes eius confines.Pręſ.15.lib.6.numero 31.564.
Delictum atrox arguit animum delinquētis ferum. Pręſ.40. lib.5.num.21.532.
Delictum qui aliàs commiſit,pręſumitur quod in poſterum ſimile ſit perpetraturus: reſpectu autem pœnitentis huiuſmodi pręſumptio ſolum ſuſpicionem facit. Pręſ.32.lib. 5.num.44.526.
Ex Delicto commiſſo de pręſenti arguitur etiam in pręteritum.Pręſ.32.lib.5.num.18.524.
Delictum commiſſum à ſeruo improbo & nequam pręſumitur voluntate ipſius domini commiſſum. Pręſ. 27.lib.5. num. 17.515.
Delictū à ſeruo,famulo,vel filio, vel altero conſanguineo, cōiuncto, aut amico commiſſum, non præſumitur cōmiſſum voluntate domini,patris, affinis vel amici.Pręſ.27.lib. 5.num.1.pag.ead.
Delinquere nemo pręſumitur.Pręſ.27.lib.5.num. 1.pag.ead.
Delinquere ac dolum committere nemo pręſumitur. Pręſ. 20.lib.6.num.2.568.
Delinquere nemo pręſumitur aduerſus proximum,eius corpus lędendo.Præſ.29.lib.num.2.582.
Delinquere nemo pręſumitur ſub ſpe immutatis eccleſiæ. Pręſ.10.lib.5.num.2.496.
DELINQVENTES puniri intereſt Reipub.& ei maximè vtile eſt. Præſ.49.lib 5.num.27.546.
Delinquentes ſpe & animo immunitatis eccleſiæ ac confugiendi ad eam,quando ex ea extrahi poſſint,& quibus cōiecturis ille animus detegatur. Pręſumptio. 10.libro.5. nu. 1.496.
Delinquens cùm ad Eccleſiam confugit, ab ea recipitur, nec inde diuelli poteſt.Pręſumptio.10.lib.5.num.3.pag.ead.
Secus ſi deliquit ſpe immunitatis eccleſię,quia eccleſia lędi dicitur.ibi.num.4.& ſeq.
Delinquens in ipſamet Eccleſia pręſumitur deliquiſſe ſpe immunitatis eccleſię.Pręſ.10.lib.5.num.9.pag.ead.
Secus ſi poſſet conſtare, quod non deliquerit ſpe dictę immunitatis.ibid.num.10.
Quod dicitur conſtare,quando delictum caſu fuit commiſſum,& ob rixam non cogitatum.ibid. num.11.497.
Delinquens extra eccleſiam ſpe tamen confugiendi ad eccleſiam non conſequitur Eccleſiæ immunitatem & ab ea extrahi poteſt.ibid.num.12.
Idem de eo,qui occidit aliquem ex propoſito & per inſidias. ibid.num.14.
Delinquens apud eccleſiam, vt in cœmeterio vel alio loco admodum vicino præſumitur ob loci vicinitatem deliquiſſe,vt ſtatim in Eccleſia ſe reciperet.ibi. num.15.
Idem quando quis ex propoſito & animo deliberato aliquē occidit,& ſtatim ad Eccleſiam confugit.ibi.num.16.
Delinquens poſt peractam pœnitentiam & aſſecutam indulgentiam à ſacerdote habere perinde ac ſi non deliquiſſet. Præſ.32.lib.5.num.34.525.
Delinquens nephario ſcelere impoſſibile,eſt,quod ſtatim ſine cura quieſcere poſſit,imò quod ne ſpirare quidem poſſit ſine metu.Præſ.11.lib.5.num.7.498.
Deliquiſſe an & quando quis præſumatur ſpe immunitatis eccleſiæ.Præſ.10.lib 5.num.8.& ſeq.496.
Deliquiſſe is præſumitur ſpe immunitatis Eccleſiæ, qui animo deliberato deliquit,& ad illam ſtatim ſe contulit. Præſ. 35.lib.6. num.32.587.
Deliquiſſe nemo præſumitur: delinquere enim & peccare non eſt viri boni,ſed mali & nequam.Præſ.2.lib. 5. nume. 1.476.
Nec deliquiſſe quis præſumitur, etiam quod aliqua præſumptio eſſet in contrarium.ibi num.22.477.
DELPHI habuerunt vaſa elaboratæ artis, ita vt poculorum vicem pręſtarent,& clypeorum loco vſui eſſent. Pręſ.160. lib.4.num. 8.354.
DEMENS dicitur is,qui eſt mente diminuta, & ſic mente caret.Pręſ.45.lib.6.num.6.602.
Et demens eſt,qui nō vſquequaque,ſed ex patte tantū mētis errore ducitur.ibi.num. 16.
Dementię & furoris morbo ſemel affectus, perpetuo eodem morbo laborare pręſumitur. Pręſumptio. 44. lib. 6. num.7.601.
DEMETRIVS Aſię, & Macedoniæ Rex cum pręlio captus eſſet à Seleuco Syrię Rege Antigonus ſecundus filius regni quietus poſſeſſor regiam purpuram lugubri veſte mutauit, & legatos ad vicinos Reges & ad Seleucum ipſum oratum miſit pro liberatione patris, & promittens ſe quoque obſidem daturū dummodo patrem carcere liberaret.Pręſ.57.lib 6.num.5.632.
Et intelligens patrem mortuum, claſſem inſtruxit & ad accipiendum defuncti corpus proficiſcitur quod obuium habuit à Seleuco in Macedoniā remiſſum, & maximo apparatu illud excepit.ibi.num.6.
DEMOCRITVS Abderites centum & nouem annos attigit, non morbo ſed longo ſenio extinctus. Præſ.46.lib. 6.nu.11.606.
DÆMONES inuocans ad tentandam pudicitiam dicitur vehementer ſuſpectur de hæreſi.Præſ.6.lib.5.num. 20.490.
Et idem de cōſulente dæmones per ſortilegia,vt futura prædicent.ibid.num.25.491.
DENOMINATIONIS prioris ordo denotat ordinē charitatis & maioris dilectionis.Præſ.16.lib.4.num.4.24.
DENVNTIATIONES, quæ in celebrandis matrimonijs præcedere debent,fieri debent à proprio parocho.Præſ.88. lib.6.num.2.661.
DEROGATIO ſpecialis prioris teſtamenti quæ dicatur. Præſ. 166.lib.4.num.18.19.20.21.& 22.377.
DESCENDENTIVM nomine comprehenduntur tam fœminæ ex maſculis natæ, quàm maſculi ex fœminis orti. Præſ.91.lib.4.num.4.229.
Deſcendentium nomine tunc maſculi ex fœminis non comprehenduntur,quando eſt relictum fideicommiſſum deſcēdentibus maſculis.Præſ.91.lib.4.nu. 5.pag.ea.
Idem quando teſtator ad fideicommiſſi ſucceſſionem vocauit deſcendentes per virilem ſexum.ibi.num.6.
Deſcendentibus vocatis, cenſentur vocati omnes vſque in infinitum cuiuſcunque ſint gradus, etiam qui nondum nati vel concepti ſunt tempore mortis teſtatoris. Præſ.91.lib. 4.num.7.229.
Deſcendentibus quadam ratione naturali parentum ſucceſſio quodammodo debita cenſetur.Præſ.33. lib. 4.num.1.50.
Deſcendens ex Mahumetanis, ſi vinum non bibit, neque carnes ſuillas edit, vel quid ſimile obſeruat, ſuſpectus eſt de hæreſi.Præſ.6.lib.5.num.40.491.
Deſcendentes à teſtatore iuſſi hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam ita demum cenſentur in eam rem grauati, ſi ſine liberis deceſſerit, etiam ſi ſint grauati reſtituere eccleſiæ,vel alij piæ cauſæ.Præſ.189.lib. 4.num.127. 439.
DESCRIPTA in inuentario à tutore vel curatore præſumptionem aduerſus eos faciunt ex conſtitutione Iuſtiniani.Præſ.97.lib.6.num.2.671.
DETENTIONEM differre à poſſeſſione. Pręſ. 68. lib. 6. num.1.645.
DETERMINABILE vnum aliquando ex mera legis diſpoſitione ſine aliqua præſumpta mente teſtatoris eſt fauorabilis altero.Præſ. 89. lib.4.num.142.227.
Aliquando verò eſt fauorabilius altero non ſimplici diſpoſitione legis, ſed ex tacita mente diſponentis.ibi. num.143.
Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat.Præſ.75.lib.4.num.3.151.& Præſ.76.eo.lib.num. 4.& 51.154.& 159.& Præſ.79.lib.eo.num.29.176.& Pręſ. 83.lib.eo.nume.31.188.& Præſ.89.nume.144. 227. & Præſ. 124.lib.eo.nu.14.303. & Præſ.139.li.eo.nu.24.324.& Pręſ. 140.lib.eo.num.9.pag.329.
Secus ſi aliàs ſequeretur correctio iuris communis. d. Præſ. 140.num.eo.& pag.ead.
DEVS cùm ſit valde bonus,non poteſt natura eſſe niſi optima.Præſ.1.lib. 5. num. 10.474.
Dei opt.Max.tanta eſt bonitas, vt ad ignoſcendum ſit magis clemens quam ad damnandum iratus.Præſ.94 lib.6. nume. 11. 667.
Et ſic malos citra condignum punit, & bonos plus merito remunerat. ibid.
Deus opt.Max.vitæ.& mortis noſtræ poteſtatem habet.Pręſ. 13.lib.5.num.3.499.
Deum videre maxima eſt merces.Præſ. 100.li.6.nu.12.672.
Dei ac principis ſui præcepta & leges quando quis præſumatur contempſiſſe.Præſ.44.lib.5.num.1.537.
DICERE nemo cenſetur quod non ſenſit: & nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitauerit. Præſ.35. lib.6.num.4.586.
DICTA in acquiſitione ex fideicommiſſo nunquid habeāt locum in priuilegiatis & contra.Præſ.193.lib.4.num.1.451.
Dicta in inſtitutione non cēſentur repetita in ſubſtitutione, & quo caſu.Præſ.62.lib.4.num.43.120.
Dicta in præfationibus declarant mentem diſponentis.Pręſ. 110.lib.4.num.29.282.
DICTIO implicatiua eius eſt naturæ, vt implicet caſum magis dubitabilem. Præſ.78.lib.4.num.5.167.
Dictio taxatiua excludit caſus diſſimiles non excludit autē ſimiles.Præſ.36.lib.4.num.20. amplia vt num. 22.
Dictio taxatiua tantum excludit alios caſus ſimiles.Præſ.39. lib.4.num.4.71.
Dictio,amplius,includit.Præſ.145. lib.4.num.3.341.
Dictio,autem, eſt aduerſatiua.Pręſ.78.lib.4.num.20.168.
Dictio, cum, ſui natura repetitionem inducit. Præſ. 180.lib. 4.num.45.406.
Dictio, cum, vel dictio, vnà magis copulat,quàm dictio,& Præſ.70.lib.4.num.10.& 32. 138.& 140.
Dictiones,de, & ex, denotat cauſam immediatam & proximam.Pręſ.81.lib.4.num.13.181.
Et ſignificant etiam cauſam mediatam.ibi.num.16.
Dictio,dictum,eſt reſtrictiua.Præſ.178.lib.4,num.20.400.
Dictio,eadem,eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.Præſ. 173.lib.4.num.20.pag.394.
Dictio,eius,quid magis ſignificat dictione ſua.Pręſ. 37. lib. 4. num.6.64.
Dictio, eo amplius, repetitionem antecedentis qualitatis & conditionis legato adiectæ in ſequēti legato inducit.Pręſ. 180.lib.4.num.48.406.
Extende etiam quando qualitas & conditio adiecta fuit ſequenti,non autem pręcedenti legato.ibi.num.49.
Et idem quando d.dictio eſt appoſita in codicillis, vt referatur etiam ad legatum in teſtamento eidem perſonæ factum,ſi modò in codicillis nil extat,ad quod dictio hęc referri poſſit.ibi.num.50.
Dictio,æquè,quid importet.Præſ.18.lib.4.num.18.27.
Dictio,&,eſt implicatiua. Præſ. 18.lib.4.num.30.29.
Dictio, &, ſui natura eſt copulatiua, & non multum differt à dictione,item: & nunquid inducat repetitionem præcedētis conditionis. Pręſ.180.lib.4.num.24.pag.405.
Quòd quando ponitur inter duas orationes perfectas, non ſtat copulatiuè,ſed continuatiuè.ibi.num.30.
Dictio,&,ſtat augmentatiuè vel implicatiuè pro etiam, imò continuatiuè.Præſ.78.lib.4.num.4.167.
Dictio,in,quo caſu habeat vim negatiuæ.Præſ. 1.num.3.lib. 4.pag.2.
Dicto,in,pro intra,& dictio,intra,ſignificat ſolùm quæ intus habentur.Præſ.126.lib.4.num.5.305.
Dictiones,ita vt,etſi, à pari procedunt. Præſumptio. 146.lib. 4.num.18.344.
Dictio,Item,eſt repetitiua præcedentis verbi ſui natura non autem qualitatum.Præſ.180.lib. 4.num.5.403.
At quandoque eſt repetitiua qualitatum,& aliquando ſolum continuatiua.ibi.num.6.
Dictio, maxime, eſt vox æquiuoca apta multa ſignificare. Præſ.100.lib.4.num.17. 247.
Significat aliquando idem quod certe.ibid.
Quandoque ſignificat, tantum,quandoque pręcipuè:quandoque ſtat comparatiuè,& alias habet ſignificationes.ibid. ſui natura implicat idem eſſe, etiam ſi ratio expreſſa deficeret.Præſ.50.lib.6.num.10.613.
Et ponitur quandoque taxatiuè.ibi.num.12.
Dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua, quæ omninò negat. Præſ.89.lib.4.num. 24.212.
Dictio,omninò,eſt pręciſa: idem de dictione,penitus.Pręſ. 166.lib.4.num.49.& 51.& ſeq.381.
Dictio,penè,quid ſignificet Pręſ.18.lib.4.num.29.29.
Dictio,plerunque, exponitur pro interdum.Pręſ.30. libro 5. num.19.521.
Dictio,plerunque,regulam conſtituit.Pręſ.22.lib.4.nu.2.35.
Dictio,pręciſè,habet vim ſpecialis derogationis, & poſita in ſtatuto habet vim clauſulę derogatorię ad futura ſtatuta.Pręſ.166.lib.4.num.46.380.
Dictio, pręter,includit:idem de dictione amplius. Pręſ.145. lib.4.num.3.341.
Idem de dictione,vltra.ibid.num.4.
Dictio,pro,trib.modis ſumi poteſt,& quomodo.Pręſ.134.li. 4.num.11.317.

Dictio, quandocunque, quid operetur. Præf.51.li.4.nu.6.91.
Dictio, quaſi, improprietatem denotat. Præf.86.lib.4.num. 13.202.
Dictio, quaſi, fictionem importat. Præf.27.lib.4.num.5.42.
Necnon quandoque improprietatem. ib.nu.6.& 12.42.& 43.
Dictio, quæcunque, vniuerſalis eſt. Præf 198.li.4. nu.21.467.
Dictio, quia, ſui natura denotat cauſam finalem. Præf. 24.li. 4.num.13.37.
Dictio, quicquid, vniuerſalis eſt, & comprehendit etiam caſus alioqui priuilegiatos. Præf.145.lib.4.num. 15.342.
Dictionum, quòd ſi, ſin autem, & ſi verò, natura. Præf. 180. lib.4.num.22.405.
Dictio, quoquomodo: idem quod omnimodo ſignificat, & habet vim taxatiuæ, quæ alios caſus excludit. Præf. 112.lib. 4.num.13.286.
Dictio, ſed verò, autem, & his ſimiles, quæ ſui natura ſunt aduerſatiuæ, repetunt qualitates & conditiones præcedentis legati & diſpoſitionis in ſubſequentem. Præf. 180. lib.4. num.51.406.
Idem de dictione, etiam, implicatiua. ibid. num.52.
Idem de dictione, vltra. ibi. num.53.
Dictio, ſeu, diſiungit verba, ſenſum verò coniungit. Præf.82. lib.4.num.15.184.
Dictio, ſi, eſt conditionalis. Præf.21.lib.4.nume. 27. pag.34. & Præf.34. libro eo. num.24.pag.53.& Præf.183. lib.eo. nu. 53.413.
Dictio, ſi, conditionem quandam, ſeu rem dubiam facit. Præf.28.lib.6.num.4.581.
Dictio, ſi quis, maſculinum & fœmininum comprehendit. Præf.89.lib.4.num.48.214.
Dictio, ſupra, includit. Præf.145.lib.4.num.5.341.
Dictio, vel, eſt diſiunctiua, quæ in altero ex duobus verificat. Præf.83.lib.4.num.66.192.
Dictio, velut, ſimilitudinem denotat, & quandoque ſtare ſolet, vt expreſſiua veritati. Præf.52.lib.4. num. 6. 93.& 94. & num.9. & 10.
Dictio, veluti, apud bonos auctores poſtponitur ſemper orationi. Præf.52.lib.4.num 10.94.
Dictio, vltra, includit. Præf.145.lib.4.num.4.341.
Dictio, vnà, ſignificat vnitatem & æqualitatem. Præf.139.lib. 4.num.22.324.
Dictiones, vnà cum: quomodo importent diminutionem, & augmentum. Præf.139.lib.4.num.26.325.
Dictio, vt, modum ſignificat. Præf.145.lib.4.num.5.343.
DIFFICILE id dicitur, quod in ſolo animo conſiſtit. Præf. 99.lib.4.num.24.245.
DIGNITAS ſumitur duobus modis, in genere ſcilicet, & in ſpecie; in genere vt ſignificet decus & honorem; in ſpecie pro magiſtratu ſumitur, vel pro aliqua præeminentia. Præf.78.lib.4.num.23.169.
Et qui dicantur in dignitate poſiti. ibi. num. 24.
Dignitas nunquam moritur, ſed eadem eſt continuans, in ſucceſſorem. Præf.121.lib.4.num.3.299.
Dignitas, quæ moritur cum eadem perſona, non dicitur propriè dignitas, vt ſub dignitatis nomine & priuilegijs comprehendatur. Præf.121.lib. 4.num.7.pag.ea.
Dignitatem qui eſt aſſecutus, in ea eſt manutenendus, & qui aſſerit eum eſſe illegitimum, probare debet. Præf. 54. lib.6. num.54.628.
DILATIO adiecta legato relicto in teſtamento cenſetur repetita in legato ſimpliciter facto in codicillis. Præf.177. lib.4.num.2.398.
DINVS fuit vnus ex compilatoribus libri ſexti decret. Præf. 38.lib.4.num. 30.69.
DIOCLETIANVS & Maximianus imperatores anno ſalutis noſtræ.287. Præf.37.lib.4.num.20.65.
DIONYSIVS Syracuſanus tantum honoris Platoni detulit, vt illi nauem vittatam mitteret, eumque ſummis muneribus & liberalitate incredibili honoraret. Præf. 100. lib.6.num.7.672.
Fuit autem ſummæ crudelitatis. ver. ibid.
DISPENSATIONES ſunt odioſæ & ob id ſtrictè interpretandæ. Præf.39.lib.4.num.54.75.
Diſpenſationes tanquam odioſæ ſtrictè admodum ſunt interpretandæ, ſecus in diſpenſationibus fauorabilibus. Præf. 39.lib.4.num.13.72.
DISPONERE de bonis is non dicitur, qui inteſtatus decedit. Præf.27.lib.4.num.2.42.
Diſponentis animus ex facto ipſo declaratur. Præf. 2. lib.4. num. 5. 4.
Diſponentis mens dubia ex ſubſecuto actu declaratur. Præf. 35.lib.6. num.30.587.
Diſpoſita in teſtamento tunc ſumunt effectum quando teſtator moritur. Præf.40.lib.4.num.11.80.

*Diſpoſitio qualiter interpretari debeat, quando mutari ſoleat, & quando præſumatur conditionalis vel fauorabilis: & quomodo ſit interpretanda.*

DISPOSITIO ita interpretari debet, vt euitentur circuitus. Præf.169.lib.4.num. 10.388.
Et ita etiam interpretari debet, ne fruſtra ac inutiliter ita actum ſit. ibid.num.11.
Diſpoſitio ipſa mutari ſolet temporis mutatione. Præf. 70. lib.4.num.82.113.
Diſpoſitio licet ſit mutata in ſubſtantia, non præſumatur tamen mutata quò ad qualitates. Præſumptio. 37. libro 6. num.53.pag.590.
Diſpoſitio an & quando præſumatur conditionalis, pura, modalis, in diem, vel pœnalis. Præf.175.lib.4.num.1.396.
Et an potius præſumatur conditionalis quàm pura. ibidem num. 2.
Diſpoſitio præſumitur conditionalis, quæ licèt quò ad ſonum verborum, ſit pura, ex natura tamen rei legatæ eſt conditionalis ibid.num. 5.
Idem quando lex ſubintelligit conditionem in actu & diſpoſitione ibid.num.6.
Idem quando aliquibus verbis ex mente teſtatoris colligitur conditio. ibid.num.7.
Et ſi diſpoſitioni ſit adiectum aliquid, quod ſignificet conditionem vel diem, nunquid præſumatur conditio vel dies. ibid.num.8.
Et quod ſi ineſt aliquid adiectum, quòd ſignificare videatur conditionem vel modum, nunquid præſumatur conditio vel potius modus. ibid.num.9.& ſeq.
Quòd ſi diſpoſitioni eſt aliquid adiectum, quod ſignificet conditionem & modũ, præſumitur potius modalis, quàm conditionalis. ibid.num.15.pag.397.
Secus quando ex aliquibus verbis colligitur, teſtatorem voluiſſe relinquere ſub conditione non autem ſub modo. ibi.num.16.
Et ſi adiectum ſit diſpoſitioni aliquid quod ſignificat conditionem vel pœnam, an conditio vel pœna præſumatur. ibid. num.18.
Diſpoſitio facta præſumitur in fauorem eius cui qualitas diſpoſitionis naturaliter conuenit, quando nomen non exprimitur. Præf.54.lib.4.num.26.53.
Diſpoſitio an ſit fauorabilis, vel odioſa pendet principaliter ex intentione legis. Præf.39.lib.4.num. 14.pag.72.
Diſpoſitio etſi ſui natura debeat ſtrictè interpretari, ob rationem tamen in præfatione expreſſam largè interpretatur. Præf.2.lib.6.num.13.550.
In Diſpoſitione aliqua ſi concurrit perſona priuilegiata, cuius fauore actus ſuſtinetur, cũ nõ priuilegiata, prodeſt priuilegium etiam non priuilegiato, vt actus valeat. Præf. 4. lib.6.num.18.553.
Diſpoſitionis cauſa finalis ſi eſt falſa, tota diſpoſitio redditur falſa. Præf.24.lib.4.num.2.36.
Diſpoſitio auth. res quæ. C. de lega. non habet locum in bonis prohibitis alienari per contractum. Præf. 189. libro 4. num.186.444.
Diſpoſitio auth. res quæ. C. commu. de lega. quòd bona fideicommiſſi non poſſint alienari ex cauſa dotis, nunquid habeat locum, quando fideicommiſſum à teſtatore relictum venit reſtituendum eccleſiæ, aliue pio loco. Præf. 189.lib.4.num.120.& ſeq.438.
Diſpoſitio facta in caſu ſimplici extenditur ad caſum, mixtum, quando agitur de conſeruando teſtamento, & hæredum inſtitutione. Præf.26.lib.4.num.28.41.

Diſpoſi



Diſpoſitio generalis dicitur obſcura: idem de ſermone generali & huiuſmodi. Præf.1.lib.6.num.14.548.
Diſpoſitio generalis comprehẽdit etiam priuilegiatos. Præf. 83.lib.4.num.39. 190.
Diſpoſitio hominis expreſſa facit ceſſare tacitam legis diſpoſitionem. Præf.36.lib.4. num.18.59.
Diſpoſitione loquens in caſu verò, habet etiam locum in caſu ficto, quando adeſt eadem ratio. Præf.81.lib.4.nu.20.181.
Diſpoſitio militis ſic intelligi debet, vt ſcripta eſt, & in ea ceſſant coniecturæ exceptis illis, quę ex iam ſcriptis, & prolatis verbis colligi poſſunt. Præf.39.lib.4.num.8. 71.
Diſpoſitio pœnalis extenditur ex mente diſponentis: & colligitur mens ex ratione. Præf.33.lib.5. nu. 19. 527.
Diſpoſitionem priorem quilibet præſumitur potius confirmare velle, quàm contra. Præf. 37.lib.6.num.2.pag.589.
Diſpoſitio, qua quis inuitatur ad relinquendum, reijcitur Præf.83.lib. 4.num. 20.187.
Diſpoſitio ſpecialis dicitur dignior generali, & ob id certa mentio fieri debet. Præf.38.lib.6.num.18.592.
Diſpoſitioni primæ ſpeciali non cenſetur derogatum niſi ſecunda diſpoſitio ſit pariter ſpecialis. Præf.166. lib. 4. num. 12. 376.
Diſpoſitio teſtatoris debet intelligi in caſu verò, non autem in ficto Præf.76.lib.4.num.6. 154.
Diſpoſitio teſtatoris ita eſt interpretanda, vt valeat & ſuſtineatur. Præf.10.lib.4.num.6. 18.
Diſpoſitio & mens teſtatoris ita interpretari debẽt ne delinquendi occaſionem præbeat. Præf.164.lib.4.num.2.370.
Diſpoſitio teſtatoris præſumitur facta in eo caſu, quo de iure fieri poteſt, vt valeat. Pręf. 4.lib.6.num.12. 552.
Diſpoſitio teſtatoris non poteſt vna valere, teſtamentum & codicilli eodem tempore. Præf.70.lib.4.num.81.113.
Diſpoſitio teſtatoris hoc modo concepta, Caius, ſi nauis ex Aſia venerit, hæres eſto: ſi verò non venerit, Lucius hæres eſto, an valeat, & poſſit quis eorum hæreditatem adire. Præf.17.lib.4.num.4.25.
Quid ſi teſtator dixit, Titius, ſi nauis ex Aſia venerit, ex parte tertia hæres eſto: ſi verò non venerit, ex parte ſexta hæres eſto. ibid.num.5.
Diſpoſitum illud præſumitur à teſtatore de quo, ſi fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet ſe voluiſſe ita diſponere. Præf. 26. lib. 4.num.8.40.& Præf.35.eo. lib. num. 19. 56. & Præf.39. eo.lib. numero 75.76.& Præf. 65. libro eo. num. 5.125.& Præf.67.num.18.131.
Diſpoſitum in vno ex correlatiuis habet locum & in altero. Præf.139. lib.4.num.60.327.
Diſputatio quando cadit ſuper vno, cætera præſumuntur habilia. Præf.36.lib.4.num.23.66.
DIES vſusfructus legati non cedit, niſi à die aditæ hæreditatis. Præf.141.lib.4.nu.36.334.
DIVES vel pauper an & quando quis præſumatur. Præf.25. lib.6.num.1.578.
Quòd qui ſemel fuit diues, præſumitur & nunc talis. ib.n.2.
Et diues præſumitur quis in dies effici. ibi.num.10.eo.
Diues qui fuit ſemel, non præſumitur hodie talis, quando agitur de vniuerſo. Præf. 25.lib.6.num.5.& ſeq.578.
Et nunquid qui eſt diues ad præſens præſumatur quòd olim diues fuerit. ibid.num.7.
Diuites & locupletes in dies homines effici præſumitur. Præf.28.lib.6.num.1.581.
Et diues qui præſumitur factus ſuis laboribus & induſtria, etiam ſi negotia alterius adminiſtraſſet, cùm ex ea adminiſtratione potuiſſet multa conſequi. ibi.num. 10.
Secus ſi nulla adeſt induſtria vel labor, quia pauper non pręſumitur effici diues. ibi.num.11.582.
Et diues quis non pręſumitur factus ſua induſtria aut labore, quando aliqua extat contraria coniectura. ibi.num.13.
Diuitem qui tenetur eligere, probare debet electum illum eſſe talem. Præf.25.lib.6.num.18.578.
DIVITIAS eſſe accidentia oſtenditur, cùm quilibet naſcatur nudus & inops. Præf.28.lib.6.num.6.581.
Et acquiruntur & amittuntur diuitiæ ex fortuna & impetu. ibi. num.8.
Diſtingue, vt ibid.num.9.
Diuitias & bona plura extare vel non extare quando pręſumatur: & quando præſumptio ſit pro inuentario. Præf. 26. lib.6.num.1.& per tot.579.
Diuitiarum qualitas repugnat naturæ, cùm quilibet nudus naſcatur. Præf.25.lib.6.num.8.578.
DIVINANS ea, quæ ſunt homini cognitu impoſſibilia, ex inſpectione Syderum & natalium dierum, ſuſpectiſſimus de hæreſi habetur, & poteſt tanquam hæreticus puniri. Pręf.6.lib.5.num.21.490.
DIVISIONES dare quid ſit. Præf.132.lib.4.num.6.314.
Diuiſionem à patre factam inter filios, teſtamẽti loco eſſe. Pręf.7.lib.4.num.9.12.
DOCTORES dignitatem quandam & pręeminentiam dicuntur habere. Pręf.78.lib.4.num.25.169.
Doctor, nobilis cenſetur, nec poteſt dici perſona indigna, cui comitiſſa non poſſit nubere. Pręſumptio. 189. libro 4. num. 86. 435.
Doctor non pręſumitur falſum commiſiſſe. Pręf. 2. libro 5.num. 20.477.
Doctor collegij reſtitutus à banno non recuperat locum ab alio occupatum. Pręf.46.lib.5. nu. 8.541.
DOCVMENTVM vnum ad aliud relationem quandam tacitè habere videtur. Pręf.15.lib.6.num.9.563.
DODRANTEM alienari poſſe nõ ſolùm cauſa dotis reſtituendę, ſed etiam cauſa redemptionis captiuorum. Pręf. 192.lib.4.num.5.452.
DOGMATA mala ſicut conſueuerunt impuram vitam inducere, ita & vita peruerſa dogmatum diuerſitatem ſępè parit. Pręf.32.lib.5.num. 26. 525.
DOLIVM quid ſit, & cuius menſurę. Pręf.152.lib.4.num. 24.352.

*Dolus quid ſit, & an & quando præſumatur, & quomodo excuſetur & tollatur.*

DOLVS eſt quid latens & in animo conſiſtens, qui ſanè animus non poteſt, niſi coniecturis, probari: debent autẽ coniecturę eſſe vrgentes & concludentes. Pręf.3. libr.5. numer. 44. 482.
Dolus ſemper eſt delictum, & pœna plecti debet, etſi extraordinaria. Pręf.3.lib.5.num.2.481.
Dolus ex inſolitis arguitur. Pręf.12.lib.4.22.
Dolus coniecturis verè detegi & probari poteſt, & quibus. Pręf.3.lib.5.num.42.8.
Dolus pręſumitur, quando fit aliquid ſine neceſſitate noctis tempore, quod die fieri potuit. Pręf. 12. libr. 4. numer. 7. 22.
Dolus alius eſt verus, alius pręſumptus. Pręf.3.lib.5. nume. 5. 481.
Verus dicitur, qui manifeſtis indicijs probatur, vel quem lex ſtatuit eſſe dolum. ibid.num.6.
Pręſumptus verò dicitur, qui indicijs non multum claris & manifeſtis detegitur. ibid.
Et pręſumptus ille poteſt dici, quem prudens iudex ſumit ex alijs coniecturis & indicijs, quę in iure ſcripta non leguntur. ibid.num.8.
Dolus ſiue verus ſiue pręſumptus probatur ſemper pręſumptionibus & coniecturis, quę aliquando ſunt à lege approbatę, aliquando verò in ea non ſcriptę. ibi.num. 9.
Dolus verus in futurum remitti non poteſt: pręſumptus autẽ in futurum committendus remitti poteſt. ibi.num.10.
Dolus ſemper in eo pręſumitur, qui ſemel in dolo verſatus fuit. Pręf.32.lib.5.nu.15. 524.
Dolus pręſumitur in eo, qui graue aliquid perpetrauit delictum. Pręf.3.lib.5.num.45.482.
Et pręſumitur à lege, quando quis dixit mendacium. ibid. num. 53.483.
Et pręſumitur etiam ex falſis perſuaſionibus. ibi.num.59.
Et pręſumitur à lege in eo, qui promiſſa non ſeruat. ibid.numero 63.
Et in eo arguitur, qui verbaliter ſoluit, quod realiter ſoluere promiſerat ibid.num.65.
Idem in eo, qui non facit, quod pro ſui officio & munere facere tenetur. ibid. num. 66.

Dolus

Dolus præſumitur à lege in eo, qui in contractu ſecum contrahentem decepit, ſi deceptus fuit enormiter læſus. Præſ. 3.lib.5.num.69.484.

Idem in eo, qui induxit fideicommiſſarium ad renunciandũ amplo fideicommiſſo, tenui accepta quantitate.ibi.nu.70.

Et præſumitur etiam ex modico exceſſu.ibi.num.71.

Et præſumitur à lege in eo, qui contra iura mercatur. ibid. num.76.

Et præſumitur in eo, qui facit quod facere non debet ibid. num. 83.

Intellige, vt ibid. num.85.

Et præſumitur dolus in eo, qui vſus eſt nimia diligentia & cautela, atque ita plus fecit, quam fieri conſueuit.ibidem num.102. 485.

Et arguitur dolus in eo qui diù diſtulit accuſare, vel exceptiones opponere.ibid.num. 105.

Idem, in eo, qui recta via non incedit, ſed per anfractus & diuerticula.ibid.num.108.

Idem de eo, qui contrahit in domo aliena.ibi.num. 109.

Dolus coniecturatur in muliere quæ donat: & idem in minore, qui ius ſuum remiſit.Præſ.3.lib.5.num.114.485.

Dolus facilè colligitur ex malo affectu ſubſequuto. ibidem num.99.

Et ſumitur à perſonarum qualitate, vt ſi multum ſagax contrahit cum pupillo vel minore, vel muliere, quorum fragile eſt conſilium ibid. num.100.

Et facilè arguitur dolus etiam ex præcedente tractatu. ibid. num. 110.

Dolus nunquam præſumitur niſi probetur. Præſumptio. 12. lib.4.num.2.21.

Dolus nunquam præſumitur, & maximè quando doli aut fraudis cauſa excogitari non poteſt.Præſ.3. lib.5. num. 14. & 17.481.

Nec eſt præſumendus dolus, quando alioqui nullum adferret lucrũ & commodũ illum opponenti.ibi. nu. 18. 482.

Et multo minus, quando ei reſultaret odium & damnum. ibid. nu.19.

Idem quando tenue aut modicum lucrum reſultaret. ibidem num.20.

Et minus præſumitur dolus commiſſus aduerſus hominem frugi & beneuolum.ibid.num.21.

Nec præſumitur aduerſus ſanguine coniunctum: & minus in eo, qui pro ſuo iure facit.ibi.num.22.& 23.

Dolus non præſumitur in eo, qui ſuo iure vtitur.Præſ.188. li. 4.num.15.424.

Dolus non præſumitur in eo, qui aliquid agit calore iracundiæ.Præſ,3.lib.5.num.24.482.

Nec in eo, qui rem accipit, vt eam domino reſtituat ibid. num. 25.

Nec præſumitur dolus in eo, qui fecit id, ad quod faciendũ inuitabat ipſum rumor & fama.ibid.num.26.

Dolus nunquam præſumitur in principe. ibi.num.29.

Nec eſt præſumendus, etiam quando aliàs verba actus & diſpoſitionis impropriarentur.ibid.num.30.

Dolus non præſumitur in eo, qui vt debitam ſibi à principe pecuniam exigeret, finxit velle detegere proditionem aduerſus ipſum principem.ibid.num.41.

Nec præſumitur in eo, qui fuit accuſatus vulneraſſe Sempronium menſe Maio, ſi is probauit quòd eo menſe d.Sempronius erat bannitus, & quòd ſtatuto banniti impune poſſunt offendi.ibid,num.49.483.

Dolus non præſumitur in faciente actum tantummodo prohibitum à lege poſitiua, qui neminem lædit, vel ſi lædit, leuis eſt læſio.Præſ.3.lib.5.num.115.485.

Dolus excuſatur, & tollitur contrarijs coniecturis.Præſ. 3.li. 5.num.122.486.

Dolus fraus, & culpa an & quando præſumatur. Præſumpt, 3.lib.5.num.1.481.

Dolus & fraus quid inter ſe differant.Præſ.3.lib. 5.nu.3.481.

Quòd dolus non ſolum factis ſed & verbis committitur, fraus verò factis.ibi.num.4.

Dolus & fraus alicui prodeſſe non debet.Præſumptio.83. li. 4.num.77.149.

Dolis & fraudibus quantum fieri poteſt eſt occurrendum, Præſumpt.188.lib.4.num.16.425.

Dolus præſumptus non excuſatur niſi coniecturis vehementibus in his, quæ naturaliter ſunt illicita & mala.Præſumpt. 3.lib.5.num.123.486.


*Domicilium quotuplex ſit, & quando mutatum præſumatur.*


DOMICILIVM triplex eſt, naturale, accidentale, & commune.Præſ.42.lib.6.num.3.599.

Et quod dicatur naturale.ibid.num. 4.600.

Domicilium naturale mutari non poteſt quò ad munera & honores & ſic onera perſonalia, ſecus quò ad iuriſdictionem.ibid.num,5.

Et ſic eius deſertione commoda perdi poſſunt.ibid. num. 6.

Mutari autem poteſt transferendo habitationem & domicilium ad locum dominantis.ibi.num.8.

Domicilium accidentale dicitur, quod aſſumptione comparatur, & docilium habitationis vocatur, & incolas facit. ibid. num.9.

Et à quolibet amitti poteſt pro voluntatis arbitrio.ibi.nu.11.

Eius autem mutatio regulariter non præſumitur.ibi.num.12.

Domicilium commune quid dicatur.ibi.num.15.

Vbi quod domicilium commune eiſdem amitti poteſt modis quibus naturale & accidentale.ibid.num.16.

Domiciliũ an, & quando quis mutaſſe præſumatur, Præſ.42. lib.6.num.1.599.

Quòd domicilium mutaſſe præſumitur, qui è loco receſſit cum ſuis reb.ibid.num.14.600.


*Dominium quomodo & quando præſumatur, cuius ſit natura, quomodo amittatur, & qualiter probetur.*


DOMINIVM arguitur ex poſſeſſione de præſenti, quando de ipſo dominio incidenter diſputatur. Præſumptio. 116. lib.4.num.37.294.

Dominium ex poſſeſſione præſumitur, quando diſponeret ſtatutum quod ex poſſeſſione præſumatur Dominium.Præſ. 63.lib. 6.num.5.638.

Idem quando agitur contra eum, qui cauſam habuit ab ipſo actore.ibid.num.6.

Dominium ex poſſeſſione præſumitur quando probata antiqua poſſeſſ. apparet quod antea res illa erat in nullius bonis.ibid. num.9. 639.

Idem quando agitur aduerſus violentum occupatorem. ibid.num.10.

Dominium quando deducitur in iudicio incidenter & allegatur poſſeſſio de præſenti ſine dubio ex poſſeſſione præſumitur Dominium.ibid.num.11.

Dominium non præſumitur ex poſſeſſione, quando principaliter diſputare contingit de Dominio vt in iudicio rei vendicationis.Præſ.63 lib.6.num.2.638.

Et idem dicendum etiam ſi teſtes dicerẽt hunc poſſeſſorem poſſediſſe rem illum pro ſua, & tanquam ſuam, & propriam habuiſſe.ibi.num.3.

Et idem etiam ſi poſſeſſor publicè tenebatur, & reputabatur Dominus.ibid.num.4.

Dominium ex poſſeſſione præſumitur quando vere apparet poſſeſſorem non eſſe Dominum.ibid.num. 20.639.

Idem quando diſputatur de dominio incidenter, & poſſeſſio deducitur de præterito.ibi.num.21.

Secus ſi allegetur poſſeſſio antiquiſſima quia ex ea præſumitur dominium.ibid.num.22.

Et quid ſi Dominium incidenter deducitur in Iud. per modum exceptionis.ibid.num.23.

Dominium habet naturam perpetuam, & vniformem vnde ex præterito ad præſens infertur.Præſ.62.lib.6. num.3.637.

Et ſine facto noſtro non amittitur.ibid.num.4.

Dominium non perditur ſolo animo.Præſumptio.62.lib.6. num. 11. 638.

Dominium de preſenti non preſumitur quando non allegatur ipſum Dominium antiquum.Preſ.62.lib. 6.num.13. pag. ead.

Dominium licet ex ſola locatione non probetur, attamen ex locatione, fructuúmque perceptione probatur Dominiũ, quando incidenter tractatur.Preſ.63.lib.6.nu.13.639.

Cum autem concurrunt aliæ coniecturę & adminicula, ex locatione preſumitur Dominium etiam principaliter, ibid.num. 14.







Idem ſi ſtatuto cauetur quod de damno dato credatur iuramẽto Domini, habebit enim locum ſtatutum etiam in poſſeſſore de præſenti, qui in ſimili caſu reputatur Dominus, ex quo agitur de Dominio incidenter.ibi. nu.15.

Idem quando quis agit actione confeſſoria pro ſeruitute debita ſuo prædio.ibi.nu.16.

Teſtator ſi voluit omnia ſua bona ad me pertinere, ſufficit probare illum poſſediſſe bona illa tẽpore mortis ſuæ.Præſ. 63.li,6.nu.17.639.

Intellige vt ibidem nu.18.

Dominium rei tacitè legatæ non tranſit ipſo iure & recta via in legatarium.Præſ,144.lib.4.nu.15.340.

Dominium præteritum non præſumitur ex Dominio præſenti.Præſ.62.li.6.nu.14.638.


*Dominus quis præſumatur, & quando teneatur pro ſeruo.*


DOMINVS qui olim fuit, an adhuc præſumatur Dominus, & è contra.Præſ.62.li.6.nu.1.637.

Quod conſiderato præterito tempore ad præſens olim dominus, & hodie præſumitur.ibi.nu.2.

Dominus olim præſumitur, & hodie Dominus & quando dominium præteriti temporis probatur ſola fama populi. ibid.nu.6.

Extenditur etiam id mortuo primo Domino relicto filio qui præſumitur Dominus, ſicut erat eius pater.ibi.nu.7.

Dominus hodie non preſumitur, quod tempore præterito fuerit dominus.Præſ.65.li.6.nu.3.643.

Dominus olim non præſumitur hodie dominus, quando cõtraria magis vrgens preſumptio repugnat.Præſ.62.li.6.n.9. pag.638.

Idem quando ipſe Dominus negaret ſe Dominum & poſſeſſorem ſimul.ibi.n.20. ſecus ſi retineret poſſeſſionem.ibi.

Dominus præſumitur ſcire quantitatem & valorem ſui patrimonij.Præſ.23.li.6.nu.33.572.

Non habet id tamen locum in patrimonio nouè aquiſito ex alterius ſucceſſione.ibi.nu.34.

Vel quando patrimonium eſſet valdè amplum.ibi.nu.35.

Vel niſi adſit enormiſſima læſio.ibi.nu.36.

Dominus tenetur ſolummodo preſtare ſeruum delinquentem pro noxa.Præſ.27.li.5.nu.3.515.

Et preſumitur, ipſum dominum ignorare, quæ à ſeruo ipſo geruntur.ibi.nu.4.

Dominus delicto ſerui conceſſiſſe præſumitur, quando appareret de ſcientia ipſius ex coniecturis etiam ſi agatur de actu momentaneo.Preſ.27.lib.5.nu.15.515.

Dominus ſi ſit ſeruum ſuum clericari & eum non impedit; eum libertate donare præſumitur. Præſ.74.li.6.num.1.650.

Idem quando ſciet ipſum ingredi Cubiculum Imperatoris. ibidem nu.2.

Idem quando ſcit ipſum militare velle.ibi.nu.3.

Idem quando dedit ipſum ſeruum tutorem filiis ſuis.ibidem num.4.

Idem ſi ipſum heredem inſtituit.ibi.nu.5.

Idem quando voluit matrem ipſius ſerui eſſe liberam, quia preſumitur etiam eius filios libertate donare.ibi.nu.6.

Idem quando ipſe dominus duxit in vxorem ſeruam, vel libertam.ibi.nu.7.

Idem quando ipſe Dominus conſentiret ſeruæ, quod alteri nuberet.ibi.nu.8. 651.

Dominus ſi ad aures famuli aliquid ſecreto dixit, & deinde ſtatim inimicus ipſius domini reperitur occiſus, mandato ipſius facto preſumitur.Præſ.27.li.5.nu.16.515.

Dominum non poſſe de re ſua diſponere odioſum eſt. Preſ. 67 lib.4.nu.3.& 27.130.& 131.

Dominus equi pignorati, ſi repetit eum à creditore, tenetur ſoluere expenſas factas in eo alendo, quia præſumitur alimentatus ab ipſo creditore.Preſ.71.lib.6.nu.4.648.

Dominus fundi ſuperioris poteſt aquam, quę in fundo ſuo fluit, auertere, ne in fundum inferiorem vicini excurrat, licet ipſi vicino noceat.Preſ.29.li.6.nu.13.582.

Domini eiuſdem rei non poſſunt eſſe duo inſolidum. Preſ. 173.li.4.nu.3.392.

Dominus rei furto ſubtractę ſi reſtituit pretium emptori bonæ fidei, non poteſt poſtea amplius illud condicere, atque ab illo repetere.Præſ.29.lib.5.nu.31.519.


*Domus nomine quid contineatur. Et legata aut publicata domo, quid cenſeatur legatum aut publicatum.*


DOMVS, nomen communi ſignificatione deſignat domũ, in qua habitamus: ſignificat & familiam, quando teſtator relinquit domui.Præſ.88.li.4.nu.12.206.

Et qui veniant appellatione eorum de domo.ibi.

Quòd illegitimè nati non veniant appellatione domus.ibi. num.13.

Secus ſi communis vſus aliter admittit.ibi.nu.14.

Et an comprehendantur fœminæ.ibi.nu.15.

Domus habitatio eſt fructus ipſius domus, & dicuntur fructus ciuiles.Preſ.101.li.4.nu.72.254.

Domus ſi reficitur, eadem manet forma, & dicitur eadem domus, ideò ſi fuit legata, ex d.refectione non admittitur legatum, ſicut quando deſtruitur, & noua conficitur.Preſ.171. lib.4.nu3.& 4.391.

Domo legata continentur & ea, quæ ſunt ei affixa, quæ amoueri non poſſunt.Præſ.154.li.4.nu.353.

Domo cum inſtrumentis legata: vel domo & inſtrumentis: cenſentur comprehenſa omnia neceſſaria ad vſum domus: ſecus quæ voluptatis cauſa ibi ſunt. Præſ.154.li.4.n.18.354.

Domo publicata non cenſentur publicata ſupellectilia domus.Præſ.160.li.4.nu.31.pag.365.

Cæterum domo legata continentur etiam ea, quæ cauſa ipſius domus parata ſunt.ibi.nu.32.

Domus preſumitur mea ex eo quod in ea nunc habito. Preſ. 63.li.6.nu.12.639.

Domum ſuam quilibet poteſt altius tollere, etiam ſi lumina vicini obſcurentur.Preſ.29.lib.6.nu.10.582.

Domus aliqua non eſt, nec Reſp. ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis premia extent vlla, nec ſupplicia peccatis. Preſ. 100.li.6.nu.2.672.

DONANS omnia ſua bona præſentia & futura, adiecto pacto de non reuocando, preſumitur donare inter viuos. Preſ.105.li.4.nu.30.264.

Donare nemo preſumitur in dubio.Præſ.146..lib.4.num.13. pag.344.


*Donatio quid ſit: an & quando facta præſumatur, & quibus. Quando reuocari poſſit, & quando valida ſit, & ſuſtineatur.*


DONATIO eſt proprie actus inter viuos. Preſ.188.li.4.nu. 18.425.

Donatio potius preſumitur, quàm delictum, & ſi preſumptio iuris ſit, quòd quis donare voluerit.Preſ.2.lib.5.nu.23. pag.477.

Donatio preſumitur facta ab eo, qui laudo arbitri fuerat cõdemnatus, donationem illam facere.Preſ.11.lib.6.num.10. pag.558.

Donatio preſumitur facta reſpectiuè ob merita, quando incontinenti eorum facta fuit mentio. Preſ.12.li.6.nu.7.559.

Donatio preſumitur à teſtatore facta, quando vſus eſt his verbis: Dono centum Caio, qui preſens erat & acceptauit. Præſ.105.lib.4.nu.18.263.

Donatio eo magis preſumitur facta à teſtatore, illis verbis: Dono centum Caio, & nõ legatum, ſi Caius fuerat preſens, & teſtator iuſſerat legatarium vocari ad hunc effectum tantùm.Preſ.105.li.4.nu.22.pag.ead.

Secus ſi repugnat aliqua coniectura.ibi.nu.23.

Donatio preſumitur facta in fraudem fiſci ob actuum vicinitatem.Preſ.12.li.6.nu.35.560.

Donatio non reuocatur propter filiorum adoptionem, licet reuocetur ob ſuperuenientiam filiorum legitimorum & naturalium.Preſ.82.li.4.nu.11.183.

Donatio licet per ſuperuenientiam liberorum reuocetur, non tamen reuocatur, quando filij per ſubſequẽs matrimonium in fraudem legimantur.Preſ.83.li.4.nu.79.194.

Donatio cùm non conſiſtat, niſi donatarius ſit preſens & accepter, ſi in ea nulla ſit mentio preſentię, & acceptionis, illa non preſumuntur.Præſ.14.lib.6.nu.3.561.

Donatio ſi fiat abſenti, licet non valeat vt donatio, valet tamen vt fideicommiſſum, ne actus pereat, dummodo adſit legitimus numerus teſtium.Preſ.4 lib.6.nu.24.553.

Donatio etiam reciproca ſubſtinetur, ſi donans & donatarius ambo moriantur ſimul & eodem tempore.Preſ.50.lib. 6.nu.13.613.

Et ſuſtinetur etiam ſi is qui donauit, non eſſet maſculus, ſed fœmina.ibi.nu.14.

Donatio facta à putatiuo adoptatore non valet.Præſ.77.li.4. num.10.165.

Idem ſi ſit facta vxori putatiuę donatoris, quæ morte non confirmatur.ibidem.

Donatio cauſa mortis eſt ſimillima legato.Præſ.89.lib.4.nu. 151.228.

Donatio cauſa mortis ſi habet inſertam huiuſmodi clauſulam.Et promiſit donator prædicta omnia grata, rata & firma habere, & in nullo contrafacere etiam ſi conualeſcat: dicta clauſula non obſtante poteſt reuocari per reconualeſcentiam.Prę́ſ.10.lib.6.nu.3.558.

Donatio cauſa mortis cenſetur tacitè reuocata ex ſuperuenienti inimicitia inter donantē & donatarium, etiam quando ipſe donans fuit in cauſa inimicitiæ. Præſ.170.li.4.nu.7. pag.390.

Donatio ſi ambigitur an ſit inter viuos vel cauſa mortis, pręſumitur talis, qualis melius ſubſtineri poteſt. Præſ.4.lib.6. num.22.553.

Donatio ſimpliciter facta poſt ſtatim conditum teſtamētum præſumitur donatio cauſa mortis, non autem inter viuos. Prę́ſ.12.li.6.nu.18.559.

Donatio inter viuos eſt irreuocabilis.Præſ.105.li.4.n.14.263.

Donatio facta coniunctæ perſonæ ab eo, qui deinde perpetrauit delictum, non præſumitur facta in fraudem fiſci, niſi ab alia adſit coniectura.Præſ.9 li.5.nu.6.495.

Donatio facta ab eo, qui de filiis non cogitauit, ſi fuit facta pro ſalute animæ, non reuocatur etiam ob ſuperuenientiam filiorum.Præſ.189.li.4.nu.136.440.

Donatio facta ab infirmo ad vxoris cōmodum valet, vt donatio cauſa mortis, licet de morte nulla ſit facta mentio. Prę́ſ.105.li.4.nu.29.264.

Donatio inofficioſa non reuocatur à filio naturali. Præſ.89. li.4.nu.101.221.

Donatio facta à matre filiæ, ſi intra biennium fuerit emancipata, extenditur ad caſum, ſi morte patris afficiatur ſui iuris. Præſ.185.lib.4.nu.9.415.

Donatio facta à patre filio continet fraudem ex actu ſubſecuto: quia ex ſubſecuto declaratur, quæ bona cēſeantur cōprehenſa in donatione & contractu.Præſ.35.li.6.n.26.587.

Et ex ſubſecuto euentu declaratur qualis fuerit animus in contractu antecedenti.ibi.nu.28.

Donatio facta à patre filio ſi reperitur ſcripta in inſtrumento prius, deinde legitur facta emancipatio, præſumitur emancipationem præceſſiſſe, alioqui non valeret donatio. Præſ.7.lib.6.nu.3.556.

Donatio facta à patre filio ſtatim quòd prima fuit facta ipſi patri, præſumitur facta contemplatione illius primæ. Præſ. 12.lib.6.nu.12.559.

Idem de donatione facta vxori.ibi.nu.13.

Donatio remuneratoria dicitur quædā alienatio titulo oneroſo.Præſ.167.li.4.nu.32.385.

Donatio facta à teſtatore inter viuos morte confirmatur, & bona ſic donata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quæ iure hæreditario non perueniūt ad hæredem.Præſ.196. lib.4.nu.4.463.

Donatio inter virum & vxorem non valet.Prę́ſ.50.li.6.nu.6. pag.612.

Moderatur hæc conſtitutio, vt ſi is, qui donauit, prius deceſſerit quàm eum pæniteret, ipſa donatio confirmaretur: ſi verò deceſſiſſet donatarius ante donantē ſuperſtite donante, reſolueretur donatio.ibi.nu.7.

Et quid ſi contingat, donantem & donatarium ſimul eodem tempore decedere.ibi.nu.8.9.& ſeq.612.& 613.

Donator & donatarius ſi vita functi ſunt, & ignoratur quis prius deceſſerit, cùm in diuerſis locis mortui ſint, melior iudicatur conditio poſſidentis, vt qui petunt, probare debeāt hunc vel illum prius obiiſſe.Præſ.50.li.6.nu.16.613.

Donatum à Principe legatis, quos beneuolentia proſequebatur, eorum cōtemplatione donatū præſumitur. Præſ.112.li. 4.nu.16.286.

Donata vxori cēſentur donata contemplatione eius cui cōueniunt res ipſæ donatæ.Præſ.112.li.4.nu.9.285.

*Dos quid ſit, & quid ſit dotem conſtituere, & an poßit conſtitui ex bonis fideicommißi.*

Dos dicitur eſſe quid acceſſorium ad matrimoniū, & à matrimonio pendet.Prę́ſ.189.lib.4.nu.48.432.

Dos dicitur æs alienum, quod prius eſt deducendum, quàm bona reſtituantur.Præſ.189.li.4.nu.99.436.

Dos non dicitur, niſi ſequuto matrimonio. Præſ.146.lib.4. num.21.344.

Dos & alimenta æquiparantur, & à pari procedunt.Prę́ſ.115. lib.4.nu.17.291.

Dos quid differat à legitima.Præſ.189.li.4.nu.17.429.

Dos ſuccedit loco legitimæ.Prę́ſ.101.li.4.nu.62.254.& Prę́ſ. 189.lib.eo.nu.176.444.& Præſ.194.eo.li.nu.10.457.

Dotis cauſa dicitur cauſa pia.Præſ.189.li.4.nu.102.436.

Dotis prælegatum quid ex præſumpta voluntate teſtatoris comprehendat.Præſ.145.lib.4.nu.1.& per tot.341.

Quòd dote ſimpliciter prælegata, cēſetur legatum ius actionis de dote: ſi verò teſtator legauit quicquid peruenit ex dote præſumitur reliquiſſe quantitatem.ibid.

Dotis titulus eſt oneroſus ex parte mariti, ex parte autem mulieris eſt lucratiuus.Præſ.167.lib.4.nu.38.386.

Dotem conſtituere eſt vendere, & ſic alienare, & pro donatione habetur.Præſ.189.li.4.nu.194.445.

Dos vbi reperitur ſoluta, præſumitur ſoluta ab eo qui eam dare & conſtituere tenebatur.Præſ.11.li.6.nu.7.558.

Dos quænam congrua dicatur, vt ex bonis fideicommiſſi cōſtitui poſſit.Prę́ſ.189.li.4.nu.10.429.

Dotis fauore poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta. Præſ.188.li.4.nu.4.423.

Dos non reſtituitur ex fideicommiſſo quando culpa mulieris exacta non fuit ex bonis liberis prius quam illa à marito diſſiparentur.Præſ.190.lib.4.nu.52.449.

Dos quæ de cauſa poſſit detrahi ex bonis fideicommiſſi. Prę́ſ.190.li.4.nu.8.446.

Dos data ante fideicommiſſum, & data poſt, valde differunt. Præſ.190.lib.4.nu 19.447.

Dos data ex bonis fideicommiſſi ſi ſoluto matrimonio recuperetur, nunquid veniat in reſtitutione fideicommiſſi.Præſ. 189.lib 4.nu 187.444.

Quòd ſi dos ipſa eſt recuperanda à patre vel à filia, & filia ipſa viuit, non venit in reſtitutione fideicommiſſi.ibi.n.188.

Si autem fuit recuperata à patre filia mortua, venit reſtituēda.ibi.nu.189.& ſeq.

Dos confeſſata non dicitur propriè dos.Prę́ſ.190.li.4.nu.51. pag.449.

Dos data pro ingreſſu religionis puellę, quæ deceſſit intra annum probationis, reuertitur ad eos, qui dotem conſtituerunt.Præſ.84.li.6.nu.14.659.

Dos debita filiæ dicitur æs alienum, Præſ.109.li.4.nu.9.274.

Dos, quam pater conſtituit filiæ, loco legitimę ſibi datur. Præſ.189.li.4.nu.75.& 77.434.

Dvo vel tres quod faciant maiorem partem vniuerſitatis eſt quid facti, ideò non præſumitur.Præſ.14.li.6.nu.4.561.

Duobus ſimul vita functis bello, ruina, naufragio, vel incendio, qui primo deceſſiſſe præſumatur.Prę́ſ.50.li.6.nu.1.612.


## E


EA, quæ communiter omnibus proſunt præferuntur his, quę priuatim fauent.Prę́ſ.189.li.4.nu.100.436.

Ecclesia dicitur mater & cultrix iuſtitiæ. Prę́ſ.83.li.4. nu.32.189.

Eccleſia nunquam gremium claudit ad ſe redeuntibus quo ad animarum ſalutem, idque non coactè, ſed ſpontè, gratia, & miſericorditer facit.Præſ.47.lib.5.nu.12.542.

Eccleſia non denegat ſepulturam iis, quos in extremo vitę ſuę pœnitet peccaſſe.Prę́ſ.94.li.6.nu.8.667.

Eccleſia neminem in loco ſacro ſepeliri permittit, niſi quos ſaluos præſumit, imò nec publicè pro eo orare concedit. Prę́ſ.94.li.6.nu.4.pag.ead.

Eccleſia non excludit ſubſtitutum, hærede ingrediente monaſterium, ſi teſtator dixit; Et ſi hęres meus deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore & de legitimo matrimonio procreatis.Prę́ſ.83.li.4.nu.27.188.


*Eccleſiæ*

INDEX.


*Eccleſiæ nomine quid comprehendatur: à quibus præſumatur dotata aut ædificata: Ad quem ſpectet Eccleſias vnire, & quibus ſubdita præſumatur.*

Ecclesiæ appell.de cathedrali intelligitur. Prę́ſ.114. lib.4.nu.4.288.

Eccleſia loco liberorum habetur: ſecus ſi concurrat cum liberis.Præſ.189.lib.4.nu.125.439.

Eccleſia non poteſt dici loco filij ipſius clerici, ſed potius loco vxoris: vel etiam loco primi arrogatoris. Præſ.78.lib.4. nu.43.170.

Eccleſia vbi reperitur dotata, præſumitur illa dos data ab hęrede teſtatoris, qui eam dotem reliquerat. Prę́ſ.11.lib.6. num.9.558.

Eccleſia pręſumitur reædificata ab Eccleſiæ prælato, ad quē pertinebat impenſam facere.Prę́ſ.11.li.6.nu.6.558.

Eccleſia, quando iamdiu habet campanas, altaria, & his ſimilia, auctoritate Epiſcopi conſtructa cenſetur.Præſ.79.lib.6. nu.3.655.

Eccleſia, vel oratorium non poſſunt ædificari ſine Epiſcopi licentia ex Conſt.Imp.Præſ.79.li.6.nu.1.pag.ead.

Et quando præſumatur auctoritate Epiſcopi conſtructa Eccleſia.ibi.nu.2.& per tot.

Eccleſia in dubio non præſumitur conſecrata. Præſ.14.lib.6, num.9,561.

Pro Eccleſia vel pio loco in dubio eſt pronunciandum.Prę́ſ. 83.li.4.nu.60.192.

Eccleſias, vel præbendas vnire odioſum eſt, & ideò vnio nō præſumitur, ſed ab eo probari debet, qui eā aſſerit factam. Præſ.80.li.6.nu.1.655.

Eccleſiarum vnio præſumitur quando aſſeritur facta vnio duarum Eccleſiarum ob paupertatem & inopiam ipſarum, quæ apparet.ibi.nu.2.

Idem quando iamdiu vnio obſeruata eſt.ibi.nu.3.

Et ſolennitas in vnione curſu temporis adhibita pręſumitur, ibid.nu.4.

Et quod tempus requiratur.ibi.nu.5.

Eccleſia vna, an ſit alteri vnita acceſſoriè, vel principaliter ſi dubitatur recurritur ad coniecturas.ibi.nu.6.

Idem de beneficio alteri vnito.ibid.

Eccleſia ſita intra fines Diœceſis pręſumitur ſubdita Epiſcopo.Præſ.72.lib.6.nu.1.649.

Et pariter Eccleſia præſumitur alteri Eccleſiæ ſubdita quando ei ſoluit Cathedraticum.ibid.nu.2.

Et præſumitur illi ſubdita, cui pro viſitatione præbet conuiuium.ibi.nu.3.

Idem quando illi quartum pręſtat.ibi.nu.4.

Idem quando præſtat procurationem.ibi.nu.5.

Idem quando alteri Eccleſię conſignat infantes.ibi.nu.6.

Idem quando eius mortuos ſepeliuit.ibi.nu.7.

Idem quando eius mandatis paret, & agit ea quæ ſunt ſubditi.ibi.nu.8.

Idem quando illi exhibet reuerentiam.ibi.nu.9.

Idem quando recipit munus conſeruationis.ibi.nu.10.

Idem quando eius Pontificalia admiſit.ibi.nu.11.

Idem quando obſeruauit ſententiā contra ſe latam. ibi.n.12.

Idem quando exercuit iura ſuperioritatis.ibi.nu.13.

Eccleſię ſimpliciter relictum dicitur relictum pro anima. Præſ.189.li.4.nu.137.440.

Et Eccleſię relictum pro malè ablatis non licet alienare pro conſtitutione dotis.ibi.nu.139.

Eccleſiam non ingrediens, ſed ad ianuam audiens officia, id facere præſumitur per contemptum. Præſ.44.li.5.n.17.537.

Electio præſumitur facta maiori zelo, quando à maiori eligentium numero eſt facta.Præ.85.li.6.nu.1.659.

Electio facta à maiori parte eligentium non præſumitur facta maiori zelo, quando minor pars habet viros prudentiores, & ſapientiores, Præſ.85.lib.6.nu.3.659.

Electio à minori eligentium numero facta præfertur illi, quę facta eſt à maiori quando in minori extat maior ratio, & pietas.Præſ.85.lib.6.nu.5, pag.ead,

Et electio facta à minori parte de digno præfertur electioni factæ de indigno à maiori parte.ibi.nu.6.

Electio, quæ conſilio alterius fieri debet, valet requiſito conſilio, etiā ſi illud nō ſequātur eligētes.Prę́ſ.34.li.6.n.26.586.

Electus præſumitur gratus ipſis eligentibus. Præſ.85.li.6.nu. 7.pag.659.

Et electus abſens debet ſe intra xx. dies præſentare Pontifici alioquin pręſumitur negligere, & ius ſuū perdit.ib.n.8.660.

Et præſumitur electum facere poſſe id quod alij poſſunt.ibi. num.9.

Eleemosina non eſt danda, vt is, cui tribuitur, efficiatur diues.Præſ.125.li.4.nu.26.305.

Eleemoſina fieri non poteſt de re aliena. Præſ.49.li.4.n.8.88.

Eleemoſinam dare magis indigenti cæteris paribus melius eſt.Prę́ſ.125.lib.4.nu.11.pag.304.

Emancipatio non infert aliquam iniuriam filio, ſed potius commodum, ex quo liberatur à nexu patriæ poteſtatis.Præſ.109.li.4.nu.29.274.

Emancipatio filiorum non præſumitur etiam ſi pater diuiſerit bona, & ſingulis ſuam portionē aſſignauerit, & etiam ſi eos ſeparatim à ſe habitare, & viuere voluerit. Præſ.55.li. 6.nu.9.629.

Emancipationem à patre in extremis laborāte factam, fraude præſumi factam.Præſ.8.li.6.nu.6.557.

Emancipatio facta in fraudem filij filiæve non tenet. Præſ. 83.lib.4.nu.81.194.

Embamma nomine aceti cōtinetur, & quid ſit.Præſ.152. lib.4.nu.20.352.

Emens à debitore, qui ad fraudandum creditores vendit, ſi ipſis denunciatum fuit ne emeret, præſumitur in dolo. Præſ.3.lib.5.nu.81.484.

Emiſſe is præſumitur per interpoſitam perſonam, qui deinde reperitur poſſidere, & fructus percipere. Præſ.35.lib.6.nu. 24.587.

Emptionis contractus præſumitur factus ob contractum mutui ſtatim ſubſequutum.Præſ.12.li.6.nu.23.560.

Emptor, qui litem motam non denuntiat venditori, præſumitur doloſè id feciſſe.Præſ 3.li.5.nu.68.484.

*Emptor rei furtiuæ an & quando teneatur ad reſtitutionem.*

Emptor rei furtiuæ ne teneatur ad reſtitutionem debet diligenter perſcrutari conditionem venditoris. Præſ.29.li. 5.nu.10.518.

Et id multò magis, quando emit modico pretio.ibi.nu.12.

Tenetur autem ad reſtitutionem illius rei etiā ſi fuiſſet proteſtatus, quòd caſu quo reperiatur eſſe non venditoris, ſed alterius, intendit eam emiſſe nomine veri domini.ibi.nu.13.

Contrà.ibi.nu.15.& malè.

Diſtingue vt ibi.nu.16.

Emptor rei furtiuæ ſi verè eſt bonæ fidei, & proteſtatus ſe velle non emere rem furtiuam, excuſatur, etiam ſi deinde res pereat.ibi.nu.17.519.

Tenetur verò ſaltem ad reſtitutionem æſtimationis ipſius quando vel rem amiſiſſet, vel res ipſa eſſet extincta, vel alteri vendita.ibid.nu.18.

Intellige, vt ibi.nu.19.

Idem quando tempore emptionis fuiſſet in bona fide. ibid. num.20.

Idem ſi d.emptor facta reſtitutione rei vero domino, curaret ab eo ſibi cedi actiones, quia eſt ſibi conſultum, vt recuperet pretium à venditore..bi.nu.21.

Emptor rei furtiuę tenetur ad reſtitutionem vero domino nullo recepto pretio, etiā ſi emerit ipſam in nundinis.Præſ. 29.li.5.nu.22.519.

Recuperat autem pretium à vero domino, quando rem ipſam redemiſſet ab hoſtib.vel latrunculis exteris.ibi.nu.26.

Ceſſat enim in eo ſuſpicio, quòd fuerit particeps furti, vel quòd fuerit negligens in perſcrutanda conditione venditoris.ibi.nu.27.

Pretium item recuperat à vero domino, quādo dictum pretium numeratum ab ipſo emptore verſum eſt in vtilitatem domini ipſius rei.ibi.nu.29.

Idem in emptore bonæ conditionis & famæ, in quo pręſumitur bona fides.ibi.nu.30.

Emphyteusis ſi eſt data nomine dotis, mortua muliere illa non reuertitur ad priorem dominum, ſed tranſit ad hęredes ipſius mulieris.Prę́ſ.189.lib.4.nu.195.445.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & quibus dederit, tranſit etiam ad hęredes extraneos ab inteſt.tamen ſucce-




dentes.

dentes.Præſ.27.lib.4.nu.11.43.
Emphyteuta an poſſit rem emphyteuticam onere fideicommiſſi non grauatam dare in dotem ſine conſenſu domini directi.Prę́ſ.189.lib.4.nu.164.pag.442.
Et quid ſi res emphyteutica ſubiecta eſt fideicommiſſo.ibid. num.165.
ENNIO ab Aphricanorum familia quantum largitum fuit. Prę́ſ.100.lib.6.nu.9.672.
OENOMELIS venit nomine vini, quid ſit. Præſ.152.lib.4. nu.17.351.
NON ENTIS nullæ ſunt qualitates.Præſ.39.li.4.nu.31.73.
EDICTVM de procuratoribus eſt certarum perſonarum prohibitiuum, adeò vt poſſint omnes procurarores conſtitui, qui non reperiuntur expreſſe prohibiti. Præſ.16.lib.6. nu.5.565.
Idem de edicto de teſtibus, qui omnes admitti poſſunt, qui expreſsè prohibiti non reperiuntur.ibi.nu.6.
Idem de edicto de teſtamentis.ibi.nu.7.
Edictum de legatis eſt prohibitorium certarum perſonarum & rerum,quibus legari & quæ legari non poſſunt.ibi.nu.9.
Edictum de matrimonio eſt prohibitorium certarum perſonarum,quæ matrimonium cõtrahere non poſſunt. ibi.n.11.
Idem de edicto de iureiurando.ibi.nu.12.
Idem de edicto de appellationibus.ibi.nu.13.
ÆDIFICANS in proprio fundo non præſumitur doloſè id facere,etiam ſi nunquam antea ibi ædificauerit.Prę́ſ.29. lib.6.nu.21.583.
Secus ſi coniecturis conſtat, quòd animo nocendi fecerit. ibi.nu.22.
Ædificium in ſolo meo poſſum propria auctoritate deſtruere.Prę́ſ.69.li.6.nu.28.647.

*Epiſcopi officium & dignitas: Quando ſuſpectus de hæreſi habeatur,& quando poſſit ſibi conditionem aſſumere.*

EPISCOPVS conferendo beneficium conſanguineo idoneo non dicitur committere ſimoniam. Prę́ſ.35.li.5.n.9.530.
Epiſcopus ſi mandet alicui,vt aliquid faciat ſub pœna excõmunicationis,intelligitur in dubio de excommunicatione iam lata & non ferenda.Præſ.49.lib.5.nu.12.546.
Epiſcopus in eligẽdo pauperes,quibus legatum eſt relictum, non libero,ſed regulato arbitrio vti debet.Prę́ſ.125.li.4.nu. 4.pag.304.
Idem de teſtamenti executoribus.ibi.
Epiſcopus vel alter in ſacris conſtitutus ſi inſtituit hæredem ſcienter hæreticum,ſuſpectus eſt de hęreſi. Præſ.6.lib.5.nu. 33.491.
Epiſcopus,qui mutando ſedem cupit ad meliorem & opulẽtiorem Eccleſiam tranſire, præſumitur id ex ambitione & improbitate facere.Prę́ſ.35.li.5.nu.1.529.
Nouitati enim dicitur ſtudere,dum nouam ſedem quęrit.ibi. nu.2.530.
Debet itaque vtraque Eccleſia priuari.ibid.
Secus quando mandato ſummi Pontificis mutaret ſedem. ibid.nu.11.
Epiſcopo ſenio confecto ita licet coadiutorem ſibi aſſumere quemadmodum & ęgroto.Prę́ſ.46.li.6.nu.3.606.
ÆQVALITAS inter fratres omnino ſeruanda.Præſ.36.li. 4.nu.34.61.
Æquitas inter iudices mercatorum max. ſpectari ſolet. Prę́ſ. 55.li.4.nu.10.100.
Idem inter iudices delegatos.ibi.
Idem cenſetur in illis iudicibus,qui ex forma ſtatuti poſſunt iudicare vt ſibi videtur.ibid.
Idem dicendum eſt de arbitratoribus.ibid.
Æquitas nunquid magis in eo verſetur,quòd euaneſcat ſubſtitutio,an quòd obliquetur.Præſ.55.li.4.nu.11.101.
EQVVS ſi reperitur in meis paſcuis, iuſtè poſſum alimenta petere ab ipſius domino cum præſumatur in illis depaſcu laſſe.Præſ.71.li.6.nu.5.648.
Equum ſibi locatum qui aſſerit deceſſiſſe in itinere probare debet equum illum mortuum,eſſe illummet,quem conduxit. Præſ.15.li.6.nu.27.564.
ERRANS in fide, ſi admonitus non reſipiſcit, etiam ſi per errorem errarſſet, perinde habetur, ac ſi ſcienter ab initio peccaſſet,& pertinax dicitur.Præſ.7.li.5.nu.13.493.
Extende, etiam ſi dictus errans minus fuit legitimè admonitus .ibi.nu.14.
Idem quando error ſeu ignorantia eſt probabilis, ſed tamen is ignorans iurat, ſe nunquam à ſua opinione diſceſſurum. ibid.nu.15.
Idem ſi proteſtatus firmiter, ſe nunquam recedere velle ab aliqua propoſitione hęretica.ibi.nu.16.
Diſtingue,vt ibi.nu.16.

*Error circa quæ verſetur,& an & quando præſumatur.*

ERROR eſt,quando aliud eſt, quàm creditur. Præſ.23.lib. 6.nu.4.570.
Et ſupponit aliquam notitiam eius,circa quod erratur,nempè per famam,viſum,vel opinionem.ibi.nu.6.
Vnde errare eſt falſa pro veris approbare: ignorare verò eſt nihil approbare.ibi.nu.7.
Error ſeu ignorantia aliquando verſatur circa iuris diſpoſitionem, aliquando circa factum hominis, aliquando circa vtrunque,& ſic datur ignorantia iuris,facti,& iuris & facti. ibi.nu.9.571.
Error an & quando pręſumatur commiſſus in actu & diſpoſitione.Præſ.22.li.6.nu.1.569.
Quòd cum error ſit quid facti non debet pręſumi. ibi.nu.3.
Et id multò magis, quando actus confectus fuit a perito & diligenti.ibi.nu.4.
Quando enim error eſt commiſſus à perito, habet in ſe culpam & negligentiam.ibi.nu.7.
Error non præſumitur commiſſus in inſtrumento circa ea, quæ ad notarij officium pertinent.ibi.nu.5.
Et ſic non pręſumitur commiſſus in confeſſione facta ab eo, qui rei & actus cognitionem ſcientiamque habet.ibi.nu.6.
Error præſumitur commiſſus,quando cõiecturis atque præſumptionibus apparet,rem aliter ſe habere.ibi.nu.8.
Et id non ſolum habet locum in errore facti,ſed etiam iuris, qui detegitur, quando conſtat de mala iuris interpretatio. & intellectu.ibi.nu.9.
Et Ruini reſponſum.reiicitur.ibi.nu.10.
Error quid differat ab ignorantia. Prę́ſ.23.li.6.nu.2.& 5.570.
Error iuris excuſat in illis caſibus in quibus ſatis eſt quem dolo carere. Prę́ſ.3.li.5.nu.32.482.
Intellige,niſi ius reſiſtat actui.ibi.nu.34.
Error in iure potius pręſumitur quàm dolus.Præſ.3.lib.5.nu. 31.482.
Error & ignorantia iuris& facti,quę & quando pręſumatur. Prę́ſ.23 li.6.nu.86.574.
Error in facto potius pręſumitur,quàm dolus.Præſ.3.li.5.nu. 35.482.
Error,qui in actu & diſpoſitione apparet, an pręſumatur cõmiſſus ſcienter,an per errorem & ignorantiam iuris. Præſ. 23.li.6.nu.1.570.
Æs alienum de fideicommiſſo eſt prius detrahendum.Prę́ſ. 190.li.4.nu.13.446.
ÆTAS tenera pueritię aut infantiæ nõ præſumitur idonea alicui operi.Prę́ſ.48.li.6.nu.10.608.
Ætatem breuiorem nobis conſtituit Deus, quàm antiquitus factum eſt, ob hominum nequitias. Prę́ſ.49.li.6.n.15.610.
EVCHARISTIAM ſacroſanctam non ſumens ſaltem ſemel in anno ſuſpectus eſt de hæreſi: verius autẽ intra annũ dicitur excommunicatus, poſt annum verò dicitur malè ſentire de poteſtate clauium.Prę́ſ.6.lib.5.nu.27.491.
Huiuſmodi antem ſuſpicio non eſt adeo violenta,vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, niſi in excommunicatione obſtinatè perſiſtat.ibi.nu.28.
EVENTVS triſtes non habentur in conſideratione. Præſ. 32.lib.4.nu.15.49.
EXCEPTIO declarat & confirmat regulam.Prę́ſ.146.li.4. nu.22.344.
Exceptio confirmat regulam etiam in non exceptuatis.Prę́ſ. 83.li.4.nu.40.190.
Exceptio conceſſa marito à lege, ne vltra quàm poſſit, conueniatur ab vxore, eſt exceptio dubia, quia dubium eſt,an maritus ſit peruenturus ad pinguiorem fortunam. Præſ.25. lib.6.nu.13.578.





EXCOMMVNICATIO lata ab homine, pro peccato mortali cenſetur lata, & ideò de maiori eſt intelligendum, non autem de minori.Præſ.49.lib.5.nu.21.546.

*Excommunicatus an & quando quis præſumatur, & à quibus prohibeatur.*

EXCOMMVNICATVS quis non præſumitur, quando pro abſoluto habetur.Præſ.70.li.6.nu.6.648.
Idem quando is allegaret abſolutionem & diceret ſe perdidiſſe abſolutionis Inſtrumentum, & lapſum eſſet longum tempus ſi eſt bonæ conditionis,& famæ.ibi.nu.7.
Idem quando quis recipiendo dicit electionem eſſe nullam tanquam factam ab his, qui aliquando fuerunt excommunicati.ibi.nu.8.
Excommunicatus olim an hodie excommunicatus cenſeatur.Præſ.70.li.6.nu.1.647.
Quod ſi fuit excommunicatus ſub conditione, vt putà niſi decem dederit Sempronio intra decem dies ex quo potuit illa decem dediſſe non præſumitur excommunicatus quo ad tertium agẽtem, ſecus quo ad ipſum Sempr.ibi.n.2.648.
Excommunicatus omnino arcetur à ſepultura. Præſ.94.li.6. nu.6.152.667.
Excõmunicatus de iure ſepeliri non poteſt in Eccleſia. Prę́ſ. 183.lib.4.nu.48.413.
Excommunicatus perſeuerans per annum in excommunicatione dicitur contemnere impropriè, quia nil agit contra Eccleſiam,niſi quòd negligens eſt, vt ab eo vinculo diſſoluatur.Præſ.44.li.5.nu.5.537.
Excommunicatus, qui ſe ingerit aliis non excommunicatis contra pręceptum ſuperioris,per cõtemptum ſe immiſcuiſſe cenſetur.Præſ.44.lib.5.nu.14.pag.ead.
Idem quando ſcienter perſeuerat in excommunicatione per annum.ibi.nu.15.
EXCVSANS ſe tanquam pauperem probare debet paupertatem.Præſ.25.lib.6.nu.15.578.
Excuſatus ſemel à munere ob inopiam non poteſt deiude ab alio munere ſe excuſare ob paupertatem illam,ſed cognoſci debet ân inops vel diues ſit.Prę́ſ.28.li.6.nu.3.581.
EXECVTORES legati ad pias cauſas ſi ſunt valdè pauperes,pro ſcipſis vel eorum filiis retinere poſſunt partem aliquam bonorum diſtribuendorum pauperibus. Præſ.126.li. 4.nu.17.304.
Si autem eorum inopia erat cogita ipſi teſtatori,ſecus dicendum.ibi.nu.18.305.
Si tamen deinde ſuperuenit paupertas, vel non erat ipſi teſtatori cognita, poſſunt pro ſe vel eorum filiis retinere.ibi. nu.19.
Et nunquid poſſint vnum tantum pauperem eligere,cui omnia bona teſtatoris aſſignent & tradant.ibi.nu.20.& ſeq.
Excuſatores teſtamenti à teſtatore iuſſi viſitare à ſe erectum collegium,non poſſunt per ſubſtitutum viſitare,ex quo electa eſt ipſorum perſona.Præſ.92.lib.6.nu.6.665.
Baldus contra,ibi.nu.7.
Executores teſtamenti, qui pro ſuo arbitrio habent diſtribuere bona teſtatoris, non poſſunt ea diſtribuere in perſonam filij ſpurij teſtatoris.Præſ.96.li.4.nu.12.239.
EXHÆREDATIO eſt odioſa.Præſ.10.li.4.nu.28.20.
Exhæredatio eſt odioſa,& ideò non præſumitur bona mente facta.Præſ.28.li.4 nu.3.44.
Exhæredatio quando bone vel mala mente facta præſumatur.Præſ.28.li.4.nu.1.pag.ead.
Exhæredatio ad tempus fieri non poteſt. Præſ.28.lib.4.nu.6. ead.pag.
Exhæredatio, an & quando coniecturis & præſumptionibus indicta cenſeatur.Præſ.30.li.4.nu.1.& per totum.45.
Et an ſolùm coniecturę, & præſumptiones ſufficiant ad inducendum exhæredationem.ibi.nu.2.ead.pag.
Exhæredationis cauſa in teſtamento à patre expreſſa an vera vel falſa præſumatur.Præſ.29.li.4.nu.1.44.
EXPRESSIO eius,quod tacitè ineſt,nihil operatur. Præſ. 139.lib.4.nu.16.324.& Præſ.194.lib.4.nu.8.pag.457.
Expreſſum id eſſe dicitur quod pendet ab eo, quod verè expreſſum fuit.Præſ.110.lib.4.nu.38.282.
Expreſſum id dicitur,quod in generalitate verborum continetur.Præſ.34.lib.4.nu.32.54.
Tacitum dicitur quod nec ex mente colligitur, ſed tacita à lege ſubintelligitur.ibid.
Expreſſum facit ceſſare tacitum. Præſ.60.lib.4.nu.48.111.& Præſ.109.lib.eo.nu.12.274.
Expreſſo vitiato, dicitur, & tacitum vitiatum, & quo caſu. Præſ.43.lib.4.nu.17.85.
Tacitum non debet plus operari,quàm expreſſum.ibid.

*Extenſio an & quando fieri poſſit & admittatur.*

EXTENSIO quando fit, fieri debet cum omnibus ſuis qualitatibus.Præſ.39.li.4.nu.33.73.
Extenſio conceditur etiam in exorbitantibus quando eadem viget ratio.Præſ.189.lib.4.nu.16.429.
Regulariter verò non conceditur.ibi.nu.108.437.
Extenſio de caſu ad caſum fit etiam in conditionibus voluntariis ex mente & voluntate teſtatoris.Præſ.65.lib.4.nu.16. pag.127.
Extenſio de caſu ad caſum admittitur ratione conſeruandæ agnationis vel familię.Præſ.85.li.4.nu.14.199.
Extenſio de caſu ad caſum non admittitur, quando in indiuiduo caſus eſt expreſſus.Præſ.6.lib.4.nu.19.127.
Extenſio in exorbitantibus non eſt permiſſa: ſecus ex identitate rationis:Præſ.89.li.4.nu.37.213.
Extenſio quando agitur de publica vtilitate, fit etiam in materia odioſa & pœnali.Prę́ſ.189.li.4.nu.158.441.
Extenſio in ſubſtitutionibus admittitur, & non admittitur ex præſumpta mente teſtatoris in aliqua veriſimili ratione fundata. Prę́ſ.36.li.4.nu.9.58.
Extenſio non admittitur de caſu ad caſum in ſubſtitutionibus.Præſ.36.li.4.nu.2.pag.58.
EXTRANEI quandoque dicuntur, quæ patriæ poteſtatis vinculo inuicem deuincti non ſunt. Præſ.50.lib.6.num.2. pag.612.
Extraneus ſi fuit inſtitutus ſub conditione, ſi ſe illius filium probauerit,intelligi debet de probatione pręſumptiua,non autem de vera probatione.Præſ.4.li.6.nu.20.553.
Extraneus hæres inſtitutus poſt mortem vxoris legatariæ vſusfructus,an poſſit detrahere vſumfructum falcidię.Prę́ſ. 141.li.4.nu.45.335.
Extraneus hæres inſtitutus tenetur dotare filiam teſtatoris,& ſi quid illi legat præſumitur animo compenſandi illud legaſſe.Præſ.109,li.4.nu.26.275.
Extraneus ſubſtitutus præſumitur ſemper excluſus à filiis & deſcendentibus grauati conditione tacita poſitis, ſi ſine filiis,&c.Præſ.89.li.4.nu.116.223.
EXTREMIS nempè principio & fine,probatis,media quoque cenſentur probata.Præſ.36.li.6.nu.1.587.
Idem quando medium habet coniunctionem cum extremis. ibid.nu.13.588.
Secus quando extrema ſunt omninò ſeparata, & nihil inferunt ſaltem veriſimiliter.ibid.
Et ſecus quando medium eſt de ſolennitate.ibi.nu.14.
EXTRINSECA declarant quæ intrinſecus extant.Præſ.35. lib,6.nu.22.587.

## F

FABII Rutiliani amor incredibilis erga filium. Præſ.56. lib.6.nu.14.631.
FACERE aliquid iuſta cauſa quis non dicitur motus,quãdo agitur de præiudicio tertij.Præſ.2.li.5.nu.52.479.
Facere aliquid obligatus, ſi iure impediatur facere ſufficit, ſi de facto faciat.Præſ.141.li.4.nu.42.335.
Facere qui non poteſt per ſe, nec etiam poteſt per alium. Præſ.38.li.4.nu.8.67.
Faciens actum contrarium primo ab illo recedere præſumitur.Prę́ſ.38.li.6.nu.10.592.
Faciens actum à lege poſitiua prohibitum, ſed non ſemper, & quouis in loco, ſed certo tempore & loco, quando præſumatur in dolo.Præſ.3.li.5.nu.121.486.
Faciens aliquid clam & occultè,quòd palam fieri ſolet,malæ fidei cenſetur.Præſ.3.li.5.nu.107.485.

Faciens aliquid clam, vt fraudem excludat, præſumitur immunis à dolo.Præſ.3.li.5.nu.37.482.

Idem in eo, qui fraude vtitur ad excludendum aduerſarij ſui fraudes.ibid.

Faciens aliquid palam,quod facere nõ debebat,per errorem feciſſe cenſetur.Præſ.19.li.5.nu.8.503.

Faciens in iudicio quod fieri nec debet, nec ſolet,calumniator præſumitur.Præſ.25.li.5.nu.8.514.

Faciens quod ſibi non prodeſt & alteri nocet, fraudis & doli particeps videtur.Præſ.3.li.5.nu.97.485.

Faciens aliquid in proprio fundo,ob ſui vtilitatem id præſumitur facere,non autem vt proximum lędat.Præſ.29.lib.6. num.3.582.

Et faciens aliquid in fundo ſuo vt amico proſit, licet alteri noceat,non præſumitur dolo feciſſe.ibi.nu.19.583.

Præſumitur autem doloſè facere & vt alteri noceat, quando id ſibi nihil prodeſt & alteri nocet.ibi.nu.23.

Idem quando tenuem inde percepturus eſt vtilitatem, & alter magnum detrimentum.ibi.nu.24.

Idem quando fit aliquid ad vicini æmulationem,quia animo nocendi pręſumitur factum.ibi.nu.28.

Faciens id,quod poterat neceſſario compelli, dicitur neceſſitate coactus facere, licet id ſpontè faciat. Præſ.109.lib.4. nu.43.277.

FACTA incontinenti cenſetur ineſſe per modum fictionis, non autem præſumptionis.Præſ.12.li.6.nu.25.560.

Facta illa præſumi debent, quibus cauſa probabilis accedit. Præſ.54.lib.6.nu.18.626.

Factum aliquid præſumitur in dubio tempore licito, vt euitetur delictum.Præſ.3.li.5.nu.120.486.

Facta non præſumuntur,niſi probentur. Præſ.15.lib.6.nu.7. pag.563.

Facti quę ſunt,non præſumuntur. Præſ.1.lib.4.nu.2.pag.2.& Præſ.31.eo.li.nu.3.45.& Præſ.155.eo.lib.nu.3.354. & Præſ.33. lib.6.nu.8.585.

Facti quæ ſunt,non præſumuntur.Præſ.14.li 6.nu.1.561.

In his autem quæ fieri ſolent, & à communiter accideutibus præſumuntur.ibi.nu.16.562.

Facti quæ ſunt præſumuntur, quando alioqui induceretur delictum,niſi præſumerentur.ibi.nu.23.& ſeq.

In facto præſumitur potius error,quàm dolus.Pręſ.3.li.5.nu. 35.482.

IN FACTO notorio præſumitur ſcientia, & non excuſat ignorantiam allegare,Pręſ 23.lib.6.nu.69.573.

Factum prudenter præſumitur quòd à pluribus factum eſt. Præſ.85.li.6.nu.2.659.

Factum ſubſecutum & euentus declarant, de qua re intellexerint contrahentes.Præſ.35.lib.6.nu.31.587.

FALCIDIÆ detractio poteſt hodie prohiberi à teſtatore, olim ſecus erat.Pręſ.198.li.4.nu.2.466.

Falcidiæ detractionis commodum eſt à iure conceſſum hęredi, vt adire poſſit hęreditatem vt præſtentur legata legatariis.Præſ.141.li.4.nu.46.335.

Falcidiæ & Trebellianicę detractio,vide in litera,T,Trebellianicæ & Falcidiæ detractio.

FALSARIVS ſemel ſemper in futurum præſumitur talis. Præſ.32.li.5.nu.13.pag.524.

*Falcitas quomodo committi ſoleat,& an & quando præſumatur, & ex quibus inſurgat.*

FALSITAS ſine dolo committi non poteſt. Præſ.20.lib.5. nu.51.506.

Falſitas non poteſt dici interuenire,quãdo caret dolo. Pręſ. 21.li.5.nu.29.508.

Falſitas ſi eſt commiſſa in acceſſorio, non ex hoc præſumitur commiſſa in principali.Præſ.21.li.5.nu.14 pag.ead.

Falſitas in inſtrumento commiſſa non dolo aut vitio ipſius notarij,ſed ob falſam partis aſſertionem,inſtrumẽtum non vitiat in ea parte vbi non eſt falſitas.Pręſ.21.li.5.nu.20.508.

Idem quando conſtaret vel efficacioribus probationibus, vel claris præſumptionibus alias inſtrumenti partes eſſe veras.ibid.nu.21.

Falſitas in inſtrumento ſi aliunde proueniat, quàm ex perſona notarij, & id vitium verſatur circa ſolemnia ipſius inſtrumenti, pręſumitur inſtrumentum falſum in omnibus ſuis partibus.Præſ.21.li.5.nu.27.

Idem quando vitium per errorem ipſius notarij emaneret. ibid.nu.28.

Et ſi falſitas prouenit aliunde,quàm ex perſona notarij, verſatur autem circa ſubſtantialia ipſius inſtrumenti, vitiatur inſtrumentum in totum.ibi.nu.30.

Quid autem ſi aliunde proueniat, & vitium eſt in capitulo diuerſo, connexo tamen illi,de quo eſt controuerſia. ibid. num.31.

Et quid ſi falſitas eſt in vno capitulo omnium ſeparato, an præſumatur falſum inſtrumentum in cæteris capitulis ſeparatis ab illo falſo.ibi.nu.32.509.

Falſitas præſumitur ex perſona notarij, qui alias falſitates commiſit.Pręſ.20.li.5.nu.27.505.

Et oritur falſitas commiſſæ ſuſpicio,ex immodica diligentia & ſolicita cura, vt ſcriptura admittatur & recipiatur. ibid. num.28.

Falſitatis præſumptio inſurgit, quando originale inſtrumẽti authentici non reperitur in prothocollo.ibi.nu.32.

Falſitatis coniectura inſurgit ex qualitate perſonę cõtrahentis,quæ cognoſci non potuit tempore celebrati contractus, cuius eſſet ætatis & qualitatis.Præſ.20.li.5.nu.35.505.

Idem quando actus fuit clam & in loco abdito & obſcuro confectus.ibi.nu.36.

Idem quando venditor,vel is qui ius ſuum renunciauit, ſtetit ſemper in poſſeſſione donec vixit.ibi.nu.37.

Idem quando conſtat,eum,qui aſſeritur falſificaſſe ſcripturã illi ſimilem perquiſiuiſſe, vt fortè inde exemplum ſumeret. ibi.nu.38.

Idem quando is,qui in inſtrumento fundamentum faciebat, requiſitus fuit ipſum producere.& diu diſtulit.ibi.nu.39.

Idem quãdo chartæ inſtrumenti ſunt diuerſorum ſignorum. ibi.nu.40.

*Falſum quando committi dicitur, & quando præſumatur, & quomodo euitetur.*

FALSVM ſine dolo committi non poteſt. Præſ.22.lib.5. nu.18.pag.5.

Falſi crimen eſt grauiſſimum,& ideò non pręſumitur niſi vrgentes ſint cõiecturæ& præſumitur potius error quam falſitas.Pręſ.20.li.5.nu.1.504.

Et in dubio fit interpretatio,vt falſitas euitetur.ibi.nu.2.

Imò ſumitur interpretatio aliquantulum extranea, vt euitetur falſitas.ibi.nu.3.

Et vt falſitas euitetur,pluralitas actuum & perſonarum præſumitur.ibi.nu.4.

Falſum in re leui & modica non eſt conſiderabilis. Præſ.21. lib.5.nu.19.508.

Falſi crimen nunquam pręſumitur.Præſ.2.li.5.nu.14.477.

Falſum nõ pręſumitur ob qualitatẽ perſonarum,quæ de falſo arguuntur.Pręſ.24.li.5.nu.2.512.

Falſum non pręſumitur commiſſum, quando vel perſonæ, vel loci qualitas ſuadet nõ eſſe commiſſum falſum.Pręſ.20. lib.5.nu.5.504.

Et in præſertim, ſi is, qui prætendit fuiſſe commiſſum falſum,diu diſtulit proponere querelã &accuſationẽ.ibi.nu.6.

Falſum præſumitur commiſſum, quãdo omnes teſtes deſcripti in ſcriptura vel inſtrumento ſunt mortui,nec adeò antiqua eſt ſcriptura, vt veriſimile ſit, quod mortui ſint omnes poſt illius confectionem.ibi.nu.7.

Idem quando adeſt apoſtilla diuerſi atramenti in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ.ibi.nu.8.

Contra,ibi.nu.9.

Idem quando aliquid de ſubſtantialibus fuit deletum & cãcellatum, vel raſura facta eſt in loco ſubſtantiali. ibi.nu.10.

Idem quãdo in prothocollo reperitur laceratum inſtrumentum,vel ipſius pars.ibi.nu.11.

Idem quando inſtrumentum continet minus veriſimilia.ibi. num.12.

Idem quando quis aſſerit in iudicio nolle vti inſtrumento ea de re confecto,ſed velle probare teſtibus.ibi.nu.22.505.





Idem quando ex pluribus teſtibus deſcriptis in inſtrumento aliqui tantùm producuntur examinandi.ibid.num.23.

Idem quando apparet de diuerſitate ſcripturarum, & multò magis de contrarietate.ibid.num.24.

Falſum commiſſum præſumitur,quando notarius aſſeruit in inſtrumento pecuniam fuiſſe à debitore datam & à creditore receptàm, & verè coram notario pecunia non adfuit. ibid.num.29.

Idem quando originale inſtrumenti non reperitur in prothocollo.ibid.num.32.

Idem quando,is qui produxit inſtrumentum,fuit ſæpe interrogatus,an eo vti vellet,& is reſpondit ſemper dubitatiuè. ibid.num.33.

Falſum aſſerere & verum tacere, paria ſunt. Præſ.3. libro 5. num.59.483.

Falſum vt euitetur, poſſunt verba impropriari. Præſ.23. libr. 5.num.11. 511.

Falſi coniectura euitatur,quando adeſt aliquod veritatis primordium.Præſ.20.lib.5.num.53.506.

Idem quando ille,qui fuit de falſo accuſatus,ſua ipſe ſponte coram iudice comparauit,& paſſus eſt in carcerem ſe mãcipari.ibid.num.54.

Idem quando adeſt teſtium multitudo.ibid.num.55.

Idem quando is,pro quo confectum fuit inſtrumentum, iãdiu eſt in poſſeſſione rei ſibi venditæ.ibid.num.56.

Idem quando illud,quod falſum arguitur,nihil ad negotium pertinet.ibid.num.57.

Idem quando adeſt ſola raſura in ſcriptura, & ignoratur à quo facta ſit.ibid.num.58.

Falſi ſuſpicio tollitur ex loci celebritate, vbi ſcriptura fuit confecta.Præſ.20.lib.5.num.46.506.

Idem quando nulla adeſſe potuit ratio ſeu cauſa committendi falſum.ibid.num.47.

Idem quando nulla vel lucri vel commodi ſpes ex ea poteſt emanare.ibid.num.48.

Idem quando eſt de re leui & modica.ibid.num.40.

Idem quando non apparet de dolo ipſo.ibid.num.50.

Falſi querelam qui propoſuit,ſi dolum non probauit, de non dolo ſatis conſtare dicitur.Præſ.20.lib.5.num.52.506.

Falſi ſpeciem & imaginem habent quæ non ſunt veriſimilia. Pręſ.20.lib.5.num.14.504.

FAMÆ cauſa æquiparatur cauſæ vitæ. Præſ.49.libro 5.num. 6.545.

Fama excuſat à dolo.Præſ.3.lib.5.num.27.482.

FAMILIÆ nomine veniunt etiam fœminæ:ſecus ſtãte ſtatuto,quòd ſtantibus maſculis fœminæ excludantur. Præſ. 88.lib.4.num.3.& 4.205.

Familias conſeruari publicè intereſt.Fræſumpt.67.lib. 4. nu. 23.132.

Familiam Prætoris incedentem ſine inſignijs ſi quis verberauit,excuſatur.Præſ.76.lib.6.num.15.pag.652.

FARINA an veniat appellatione frumenti.Præſ.151.lib.4. num.5.350.

Quòd non continetur in legato frumenti, quando repugnat communis vſus loquendi.ibid.num.8.

FATVVS dicitur, qui omnino deſipit, ſtultus verò qui aliquid ſapit.Præſ.45.lib.6. num.9.602.

FAVOR non debet in odium retorqueri, Præſ. 101. lib. 4. num.44.252.

Fauores ampliari & odia reſtringi oportet.Præſ.33.lib. 5. nu. 37.528.

Fauor publicus in omnibus caſibus præfertur priuato.Præſ. 190.lib.4.num.9.446.

FEDERICVS Imperator fuit conceptus à matre quinquagenaria,cuius pater Henricus,vt omnem tolleret ſuſpicionem,voluit eam publicè omnibus videntibus parere. Præſ. 24.lib.5.num.7.512.

Sed non defuerunt,qui hunc partum ſuppoſitiuum non iudicarent.ibid.num.8.

***Fœmina an & quando maſculorum nomine comprehenduntur, & cum eis concurrant: An poßint in feudo ſuccedere,& quando cenſeantur in conditione poſita.***

*Vide inf. in ver. filiæ fœminæ.*

FOEMINÆ an filiorum nomine comprehendantur, ſi pater filio decedenti ſine filijs ſubſtituit piam cauſam, ſub illis verbis:ſine filijs.Præſ.85.lib.4.num.15.199.

Quid ſi pater inſtituit filium, cum ſubſtituit filiam his verbis.Si ipſe filius deceſſerit ſine filijs.ibid.num.16.

Fœminæ continentur nomine filiorum, ſi pater inſtituit filios & alteri eorum morienti ſine filijs ſubſtituit ſuperſtitem, vel eius filios maſculos,& eis non exiſtentibus filias fœminas:ſi contingit extare ſolùm fœminas vtriuſque fratris.ibid.num.17.200.

Secus quando extant maſculi ſubſtituti.ibid.num.18.

Fœminæ filiorum maſculorum appellatione non comprehenduntur,ſtatuto ſtante,quod ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant.Præſ.84.lib.4.num.10.196.

Idem ſi maſculinum fuit qualificatè à teſtatore expreſſum. ibid.num.11.

Fœminę ſimul cum maſculis ſuccedere ſolent ab inteſtato Præſ.76.lib,4,num.29.156.

Fœminæ maſculis repudiantibus ſuccedunt per ius accreſcendi.Præſ.60.lib. 4. nu.16.109.& nu.20.

Fœmina ſi concedit feudum alicui pro ſe & filijs ſuis, intelligitur pro filiabus etiam fœminis,ex quo ipſa concedẽs eſt fœmina.Præſ.78.lib.4.num.35.170.

Fœminæ repelluntur à feudo ob earum inconſtantiam. Præſ. 37.lib.6.num.45.591.

Et non poſſunt ob eandem cauſam in cauſis criminalibus teſtificari.ibid.num.46.

Secus ſi aliter veritas haberi non poteſt.ibid.num. 47.

Fœminæ ita cenſentur in conditione poſitæ à teſtatore, ſicut maſculi.Præſ.89.lib.4.num.95.221.

Intellige,vt ibid.num.97.& ſeq.

Fœminarum excluſio ſi eſt facta à teſtatore, & ſtatim in eodem teſtamento adiecit teſtator fideicommiſſum, præſumitur d. fideicommiſſum factum reſpectu d.excluſionis. Præſ.12.lib.6.num.14.559.

Fœmina non præſumitur odio habere ſexum ſuum.Præſ.85. lib.4.nu.6.198.

Fœmina caſta eſt maſculo laudabilior,cùm in ea vitium carnis ſit deteſtabilius.Præſ.78.lib.4.num.58.172.

FOENERATOR ſi dicit ſe perdidiſſe librum rationum in mari,& probat quod varijs naufragijs perijt,licèt non probet quod liber ibi fuerit, ei creditur.Præſ.61.lib.6.numer. 25.636.

Fœneratores multi in ſuis teſtamentis ſolent relinquere pijs locis,vt ſignificent, ſe malos non fuiſſe. Præſ.183. lib.4 nu. 56.413.

FOENVS exercuiſſe nemo præſumitur.Præſ.2. lib.5.nume. 4.477.

FEVDA aliqua dicuntur hæreditaria, aliqua ex pacto & prouidentia.Præſ.119.lib.4.num.7.297.

Hæreditaria ſunt,quæ tranſeunt ad hæredes bonorũ, & ſunt alienabilia quò ad ſucceſſores feudi. ibid.

Feudum autem ex pacto & prouidentia tranſit ad ſucceſſores ſanguinis, & quare non poſſit legari à teſtatore: & an ſit præſtanda eius æſtimatio quando legatur.ibid.num.8.& 9.297.& 298.

Feudum nunquid inconſulto domino directi poſſit alienari pro dotis conſtitutione,vel in dotem dari. Pręſ. 189.lib. 4.num.166.442.

Quòd pro dote conſtitui poteſt,quando ipſamet mulier,quę feudum poſſidet,ſibiipſi illud in dotem conſtituit, aſſignatione ſic marito facta, ſine aliqua ipſius feudi æſtimatione, & nullo adhibito pacto de ipſo feudo lucrando.ibi.n. 167.

Feudum non poteſt alienari inconſulto domino etiam cauſa neceſſitatis.ibid. num.171.443.

Poteſt autem aſſignari in dotem filiæ à patre, qui alia bona libera habet,nulla æſtimatione facta, vt donec ipſe pater viuet,maritus filiæ dicto feudo fruatur.ibid.num.172.

Et poteſt dari in dotem inconſulto domino à patre filiæ, quando ipſe pater caret bonis,& feudũ dedit marito nulla facta æſtimatione.ibid.num.173.

Et quis teneatur probare quod nulla extent bona ex quibus poſſit filia dotari.ibid.num.174.

Feudi dominus ſi promittit expreſsè feudatario non alienare proprietatem feudi, alienatio fieri non poteſt etiam in caſu permiſſo.Præſ.189.lib.4.num.113.437.

Fevdvm conceſſum à fœmina in dubio intelligitur conceſſum etiam pro fœminis.Præſ.85.lib.4.num.6.198.

Feudum conceſſum pro ſe & filijs,non cenſetur conceſſum pro adoptiuis.Præſ.82.lib.4.nu.12.183.

Feudum ſi eſt conceſſum pro ſe & eius filijs ex vel de legitimo matrimonio natis, legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit.Præſ.81.lib.4.num.9.180.

Feudum ad Eccleſiam reuerſum efficitur de mēſa ipſius Eccleſiæ, eique incorporatur voluntate expreſſa vel tacita. Præſ.87. lib.6. num.1.660.

Et quando expreſſa voluntate incorporatū dicatur.ibi.nu.2.

Et quando tacitè.ibid.num.3.

Feudum hæreditarium continetur in fideicommiſſo, & debet cum alijs bonis hæreditarijs reſtitui fideicommiſſario. Præſ.197.lib.4.num.6.465.

Non enim differt ab alijs bonis liberis & allodialibus. ibid. num.7.

De Feudo hereditario idem iudicatur quod de alijs bonis hæreditarijs:idem de emphyteuſi hæreditaria. Præſ.95.lib. 4. num.41.237.

Feudum ex pacto & prouidentia non continetur ſub fideicommiſſo,nec debet reſtitui fideicommiſſario. Præſ. 197. lib.4.num.8.465.

Et redditur ratio.ibi.num.9.

Intellige niſi fideicommiſſarius,cui hæres iuſſus eſt reſtituere,ſit etiam de perſonis comprehenſis in inueſtitura. ibid. num.10.& 11.

Feudum dicitur ex pacto & prouidentia acquiſitum,quando pater ſua pecunia acquiſiuit illud pro ſe,& filijs & deſcēdentibus quod non tranſit ad extraneos hæredes. Præſ. 130.lib.4.num.12.311.

Feudum ex pacto & prouidentia, eſt omnino inalienabile. Præſ.142.lib.4.num.9.337.

In Feudo ex pacto & prouidentia filius non repreſentat patrem.Præſ.95.lib.4.num.42.237.

Fictio quid propriè dicatur.Præſ.35.lib.4. nu.12.56.

Fictio illa dicitur,quæ contra veritatem inducitur.Præſ.89. lib.4.num.5.220.

Fictio illa dicitur,quæ præſupponit veritatem in cōtrarium. Præſ.27.lib.4.num.8.42.

Fictio non admittit probationem in contrarium:ſecus quādo alia lege probatur,quia lex fingit ſuper incerto aliquādo.Præſ.89.lib.4.num.7.210.

Contra quando aliquid ſuper incerto inducit, dicitur præſumptio,non fictio.ibid.num.8.

Et eſt fictio ſemper fundata in aliqua æquitate.ibid. num.9.

Fictio nihil operatur,quando æquitas deficit.Præſ. 39.lib.4. num.16.72.

Fictio non admittit probationem in contrarium, cum veritati aduerſetur.Præſ.35.lib.4.num.5.56.

Fideicommiſſarius nunquam ſua auctoritate capere poteſt. Præſ.56.lib.4.num.8.pag.103.

Fideicommiſſarius ex ſua perſona non detrahit aliquā portionē Trebellianicę vel falcidiæ.Præſ.198.lib.4.nu.29.468.

Fideicommiſſarius quando agit contra grauatum reſtituere bona teſtatoris non poteſt grauatus ille obiicere contra ipſum fideicommiſſarium quod teſtator non erat Dominus illarum rerum, quarum reſtitutio petitur. Præſ. 63. lib. 6. num.8.639.

*Fideicommiſſum quid ſit, ad quæ extendatur, ex quibus conſtitui poßit, & inter quos: quando præſumatur iniunctum, quando eius alienatio valeat, & quare fideicommiſſa euerti non debeant.*

Fideicommissvm non comprehenditur, ſub nomine hæreditatis.Præſ.193.lib.4.num.10.454.

Fideicommiſſum an ſit quid fauorabile vel odioſum. Præſ. 67.lib.4.num.19.132.

Quòd quando manifeſtè conſtat,teſtatorem voluiſſe certis in caſibus & ob certas perſonas fideicommiſſum conſtituere, iudicari debeat fauorabile.ibid.num.20.

Fideicommiſſum fauorabile iudicatur, quando ipſum eſt relictum,quod agnatio & familia conſeruetur.Præſ.67.lib. 4.num.23.132.

Fideicommiſſum dicitur onus, & per conſequens odioſum ex parte eius, qui grauatur reſtituere., non autem ex parte eius,cui debet fieri reſtitutio.Præſ.67.lib.4.num.24.pag.ea.

Fideicommiſſum eſt onus, & ideo non debet præſumi, niſi expreſsè ſit iniunctum,& niſi vrgeat neceſſitas. Præſ. 62.li. 4.num.48.121.

Fideicommiſſi onus quando præſumatur repetitum à ſubſtitutis,ſeu continuatum in alios.Præſ.69.lib.4. num.1.134.

Fideicommiſſi onus non cenſetur iniunctum matri, quæ ſuccedit filio ab inteſtato, & quare.Præſ.72.libr.4. nume. 19.148.

Non extenditur vltra ætatem pupillarem.ibid.nu.20.

Fideicommiſſi onus quando eſt imperſonaliter iniunctum, præſumitur grauata ipſa hæreditas. Præſ. 131.lib.4.num.13. 314.

Et præſumitur iniunctum omnibus gradibus. ibid.num. 14.

Fideicommiſſi onus cenſeri iniunctum hæredibus inſtituti quando teſtator dixit inſtituo filium meum impuberem, & quandocunque deceſſerit in pupillari ætate, volo quod totum,ſeu integra hæreditas mea reſtituatur Caio. Præſ. 72. lib.4.num.12.147.

Et quare non cenſeatur d.fidei.iniunctum ipſi filio.ibi.

Quid ſi ſumus in dubio, eo quod nulla extant verba quibus colligi poſſit cui fuerit iniunctum hoc onus reſtitutionis fideicom.ibi.num.13.

Diſtingue vt ibid.num.14.& num. ſeq.148.

Fideicommiſſi onus,an & quando cenſeatur impoſitum ipſimet filio impuberi inſtituto.Præſ.72.lib.4.num.6. 147.

Quod quando teſtator expreſſe iniunxit onus inſtitutionis ipſimet inſtituto,is ſolus inſtitutus dicitur priuatus.ibi.n.7.

Quando autem hoc onus fuit iniunctum hæredibus filij hæredis inſtituti,tunc illi dicuntur grauati.ibi.num.8.

Secus in legitimo hærede impub. inſtituti à matre.ibi. nu.9.

In fideicommiſſis non fit extēſio de caſu ad caſum, & minus de perſona ad perſonam.Pręſ.67.lib.4.num.7.130.

Fideicommiſſum fauore dotis cenſetur non ſcriptum.Præſ. 83.lib.4.num.34.189.

Fideicommiſſum quando iniungitur perpetuum, extenditur etiam ad vltimum gradum agnationis.Præſ.69.lib.4. num. 17.pag.136.

Fideicommiſſa an poſſint conſtitui inter Iudæos. Præſ. 189. lib.4.num.34.& ſeq.431.

Fideicommiſſum non poteſt conſtitui in legitima filij, cùm ab ea omne onus detrahi debeat.Præſ.67.lib.4.nu. 25. 132.

Fideicommiſſo id non dicitur ſubiectum, quod debitum eſt pro dotis conſtitutione.Præſ.189.lib.4.num.45.432.

Fideicommiſſum ſi ſit relictum familiæ pro eius conſeruatione, fœminæ excluduntur, quæ familiam conſeruare nō poſſunt,nec continentur monachi & alij religioſi,nec illegitimè nati.Præſ.88.lib.4.num.5.205.

Fideicommiſſum relictum familiæ cenſetur potius relictum contemplatione familiæ, quàm ſingularium perſonarum. Præſ.71.lib.4.num.33.145.

Fideicommiſſo relicto filijs & deſcendentibus in infinitum, adiecta prohibitione alienationis, cum facultate quod non alienantes poſſint reuocare alienata, ſit facta alienatione ab aliquibus alij eam reuocarunt, an ij teneantur poſt mottem ſuam reſtituere alijs futuris deſcendentibus etiam conceptis poſt dictam reuocationem.Præſ. 93.lib.4.num.8.231.

Et quid ſi facta eſt alienatio ab illis agnatis qui tēpore mortis ſuæ reliquerunt ſolum agnatos, qui alienationis tempore nondum concepti erant, an ij recuperare poterunt. ibid.num.6.230.

Fideicommiſſum non induci ex ſola præſumptione hominis à lege non approbata:ſecus ſi coniectura eſt à lege recepta.Præſ.67.lib.4.num.10.131.

Fideicommiſſum in dubio quibus coniecturis præſumi poſſit iniunctum hæredi:nunquid leues coniecturæ ſufficiant: an requirantur graues & vrgentes. Præſ. 67.lib.4. num.8. pag. ead.





Fideicommiſſum præſumitur relictum ab vltimo ex ſubſtitutis morientibus quādo teſtator ſic dixit.Inſtituo Caium, & eo deficiente quandocunque, Sempronium, quo decedente quandocunque,Sæium. Et hæres primus non cenſetur grauatus.Præſ.131.lib.4.num.2.313.

Si autem dixit teſtator, Inſtituo Caium,& ſi is deceſſerit ſine filijs & ipſi filij ſine filijs, bona reſtituantur Sæio, non præſumitur fideicommiſſum iniunctum illis filijs filiorum inſtitutis poſitis in conditione,ſed ſoli Caio inſtituto.ibid. num.3.

Et ſi viuente hærede inſtituto legauit centum Caio, deinde hæredem inſtituit filium,cui ſubſtituit Sempronium, præſumitur ſolùm grauaſſe hęredem præſtare dictum legatum. ibid. num.4.

Et ſi grauauit perſonam repręſentantem hæredem, proculdubio dicitur legatum iniunctum hæredi.ibid. num.6.

Et ſi dixit,lego fundum Mæuio,& poſt eius mortem lego d. fundum Sempronio, quis cenſeatur grauatus.ibid.num.9.

Fideicommiſſum an, & quando præſumatur relictum, vt à filio impubere hæredis inſtituto reſtituatur, vel ab eius hæredibus. Præſ.72.lib.4.num.1.146.

Fideicommiſſum in dubio iniunctum præſumitur quando nihil fuit expreſſum in teſtamento,ſed tamen aliunde probari poteſt teſtatoris voluntas.Præſ.67.lib. 4. num. 17.131.

Fideicommiſſum cenſetur iniunctum,quando teſtator dixit, quòd volebat bona ſua tranſire,de hærede in hæredē. Pręſ. 68.lib.4.num.7. 133.

Idem ſi teſtator dixit,quod bona perueniant vel deſcendant de vno in alterum.ibid.num.8.

Et idem ſi dixit,quod vnus alteri ſuccedat.ibid.

Idem quando dixit velle, vt bona conſeruentur in agnatione & familia.ibid.num.9.

Idem quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.ibid.num.10.

Idem quando ſubſtituit ſuos deſcendentes vel agnatos ſub nomine appellatiuo.ibid.num.11.

Idem quando ſubſtituit agnatos & tranſuerſales, & dixit, quod mens & voluntas ſua eſt,quod bona permaneant perpetuò in dictis agnatis.ibid.num.12.

Idem ſi teſtator vocauit primò agnatos, deinde agnatorum primogenitos,conditione adiecta,quòd illi primogeniti, aſſumerent nomen & inſignia familiæ teſtatoris. ibi.nu.13.

Idem quando teſtator reliquit bona illuſtria, quæ cōſeruentur perpetuo in agnatione & familia.ibid.num. 14.

Idem quando ſubſtitutione facta teſtator prohibuit detractionem quartæ Trebellianicæ & alterius quotæ.ibi.nu.15.

Idem quando teſtator prohibuit hæredem à ſe inſtitutum teſtari,donec extarent ſibi filij.ibid.num.16.

Idem quando teſtator inſtituto hærede in omnibus bonis, poſtmodum dixit,quòd hæres ipſe eſſet contęntus certa re: ſignificauit enim quòd reſiduum reſtitueret venientibus ab inteſtato.ibi.num.17.

Idem quando teſtator poſt ſubſtitutionem adhibuit prohibitionem alienationis,adiecta ratione,quia vult bona conſeruari in agnitione & familia.ibi.num.18.

Et idem quando teſtator prohibuiſſet alienari bona, donec & quo vſque extaret aliquis ex ſuis deſcendentibus. ibid. num. 19.

Fideicommiſſum in dubio non cenſetur iniunctum nec inductum, niſi expreſsè de voluntate teſtatoris appareat.Pręſ. 67.lib.4.num.26.132.

Fideicommiſſum non præſumi à teſtatore relictum: & quales debeant eſſe coniecturæ,vt præſumatur relictum. Præſ. 67.lib.4.per tot. pag.130.& ſeq.

Fideicommiſſum non cenſetur iniunctum,quando teſtator ita dixit & ei ſubſtituo fratrem meum,& eius liberos, & ſi frater meus deceſſerit,vel eius liberis, ſine liberis ſubſtituo Mæuium,inter fratris filios ſcilicet.Præſ.71.li.4.nu.34. 145.

Secus ſi in ſubſtitutione facta de ipſis liberis vel deſcendentibus adeſſent aliqua verba denotantia tractum ſucceſſiuū. ibid.num.35.146.

Idem quando teſtator vocaſſet deſcendentes maſculos, excluſis fœminis. ibi.nu.36.vbi reprehenditur Ruinus.

Et idem quando coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe inducere fideicommiſſum.ibi.

Fideicommiſſum non cenſetur inductum, quando teſtator ita ſubſtituit,ſubſtituo fratrem meum,& quandocunque is deceſſerit,ſubſtituo eius familiam, vel agnationem, inter illos de familia,vel agnatione ſcilicet.Pręſ.71.lib.4. nu.29. 144.

Contra.ibid.num.30.& male vt num.31.& ſeq. 145.

Fideicommiſſi præſumptio temerè capienda non eſt. Præſ. 67.lib.4.num.9.131.

Fideicommiſſum quando coniecturis præſumitur iniunctū, vnde ſumi debeant hæ cōiecturæ,an ex diſpoſitione teſtatoris ſcripta,vel ſufficiat, alio deſumere, & ab his quæ non ſcripta non fuerunt.Præſ.67. lib.4.num.12.pag.ea.

Quòd nulla coniectura mentis teſtatoris poſſit ſumi niſi ex expreſſis tantum in ipſo teſtamento.ibid.num.13.

Diſtingue,vt ibid.num.14.& ſeq.

Fideicommiſſum conſeruatur per clauſulam codicillarem quando eſt concepta verbis futuri temporis.Præſ.32. lib.4. num.4.47.

Fideicommiſſi alienatio licèt regulariter valeat, ſi eſt facta ab ignorante ignoranti,non tamen valet,quando adeſt duplex prohibitio. Præſ. 189.lib.4.num.112.437.

Fideicommiſſa facilè euerti non debent. Præſ. 190.lib.4.nu. 20. 447.

Fideicommiſſum per indirectum, euerti non debet. Præſ. 189.lib.4.num.21.430.

In fideicommiſſis mens ipſa,& animus ſpectantur.Præſ.76. lib.4.num.23.156.

*Fideicommißi bona an & quando poſſint alienari pro alimentis, pro conſtituenda:augenda vel reſtituenda dote, cauſa donationis, vel pro redemptione captiuorum.*

Fideicommissi bona nūquid alienari poſſint ex præſumpta teſtatoris voluntate pro alimentis & alijs impenſis. Præſ.191.lib.4.num.1.450.

Quòd poſſunt alienari non ſolùm pro alimentis filiorum, ſed nurus,& aliorum ex familia.ibid.num.7.

Secus ſi filius fideicommiſſo grauatus iam habuit legitimam & Trebellianicam,quas malè vtendo conſumpſit.ib.nu.8.

Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari ob impenſam ſtudij.ibid.num.12.

Quòd non poſſunt alienari ob dictam impēſam à filio grauato,quando is alia bona haberet, quę poſſet alienare, & impenſam in ſtudijs ſibi facere.ibid.num. 21.451.

Et nunquid poſſint alienari ob cauſam militiæ, ſeu vt filio grauato ematur dignitas aliqua.ibid.num.22.

Fideicommiſſi bona,an & quando poſſint alienari pro dote conſtituenda eſt præſumpta mente teſtatoris.Præſ.189.lib. 4.num.1.428.

Et nunquid poſſint à patre alienari, vt dotem filiæ conſtiſtuat.ibid.num.23. 430.

Et ſi fideicommiſſum iniunctum eſt à matre, an poſſint alienari pro dotanda eius filia.ibid.num.26.

Fid eicommiſſi bona poſſunt inter viuos alienari pro dotis conſtitutione.ibid.num.50. 433.

Non poſſunt autem alienari pro dotis augmento.ibid.num. 71.pag.434.& num. 155.& 156.& ſeq.441.

Et nunquid poſſint alienari pro conſtituenda dote filiæ vel nepti,quæ vult ingredi religionem,& monialis effici. ibid. num.89.435.

Et ſicut alienari poſſunt pro cōſtituenda dote in caſibus cōceſſis,nunquid etiam alienare valeant quando ipſi fideicōmiſſo adiecta fuit à teſtatore expreſſa prohibitio generalis, ne alienari poſſint.ibid.num.96.& ſeq.436.

Fideicommiſſi bona nunquid alienari poſſint pro cōſtitutione dotis,quando teſtator ſpecificè prohibuit alienari bona fideicommiſſi etiam ex cauſa dotis.ibid.nu.116.& ſeq. 438.

Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro impenſis nuptialibus quæ vltra dotem fiunt.ibid.nu.140.440.

Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari,vt mulier ſibi augeat dotem.Præſ.189.lib.4.num.155.441.

Quòd ſi pater dotē tenuem filiæ reliquit, & ipſa filia nō poſſit nubere ab eam tenuitatem,poſſunt alienari.ibi.num.156.

Nō poſſunt autē alienari vt filia ſibi dotē augeat,quando pater reliquit dotem ſatis congruam ipſi.ibid.num.159. 442.

Idem quando pater viuens matrimonio collocauit filiam, & dotem tenuem viro ita conſentiente conſtituit.ibi. nu.160.

Fideicommiſſi bona nunquid poſſint alienari pro conſtituẽda dote filiæ, quando ipſa filia percepit tot fructus ex ipſis bonis,quæ ſufficerent pro ipſa dote.Ibid.num.161.& ſeq.

Et qua ratione alienari poſſint pro conſtituenda dote. ibid. num.191.444.

Fideicõmiſſi bona an & quando alienari poſſint pro reſtitutione dotis ex præſumpta teſtatoris voluntate. Præſ. 190. lib.4.num.1.446.

Facilius enim & maiori ratione debent poſſe alienari pro reſtitutione dotis quàm pro ea conſtituenda. ibid. num.10.

Sed quòd non poſſint alienari pro reſtitutione dotis pluribus comprobatur.ibid.num.16.447.

Fideicommiſſi bona abſque dubio alienari poſſunt pro reſtitutione dotis,quando teſtator ipſe , qui fideicommiſſum conſtituit,iam dotem accepit.ibid.num. 28.pag.448.

Idem etiam ſi maritus fideiuſſores dedit de ipſa dote reſtituenda.ibid.num.29.& ſeq.

Contrà,ibid.num.34.& ſeq.

Fideicommiſſi bona alienari poſſunt pro dotis reſtitutione, etiam quando tempore dotis datæ aderant bona libera,quę deinde tempore reſtitutionis dotis reperiuntur conſumpta, ibid.num.44.449.

Diſtingue,vt ibid.num.45.

Secus ſi mulier ſciuit bona omnia mariti eſſe ſuppoſita fideicommiſſo.ibid,num.47.

Et ſecus quando dos eſt tantum confeſſata. ibi.nu.50.

Fideicommiſſi bona poſſunt alienari cauſa donationis propter nuptias.Præſ.189.lib.4.num.3.428.

Fideicommiſſi bona an & quando poſſint alienari pro redimendo filio ab hoſtibus barbaris vel infidelibus capto. Præſ.192.lib.4.num.1.451.

Et nunquid poſſint alienari,quando filius vel nepos fideicõmittentis fuit captus ab hoſtibus Chriſtianis , inter quos perſæpe bellum geritur.ibi.num.6.& ſeq.

Et an poſſint alienari,quando filius grauatus,eſt carcere mãcipatus cauſa æris alieni vel delicti.ibi.num.8.

Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari,quando filius data opera conſumpſit omnia bona ſua,& deinde fideicommiſſum ſubuerteret. ibid. num.9.

Et quid ſi bona conſumpſit non præmeditata culpa ſua , ſed iuuenili calore, vt quia non cogitabat de craſtino. ibid. num. 10.

Fideicommiſſi bona poſſunt alienari per filium fideicommittentis carceratum ob æs alienum iam contractum ab ipſomet teſtatore, vt liberetur è carcere.ibid.num.11.

Fideicommiſſum conditionale non continetur in puro.Prę́ſ. 193.lib.4.num.18.454.

Fideicommiſſum ſub conditione relictum an & quando reuocata conditione etiam ipſum reuocatum dicatur. Præſ. 169.lib.4.num.5.& ſeq.vbi datur diſtinctio.388.

Fideicommiſſum ademptum extinctúmque præſumitur cõditione adempta,quando dixit teſtator, Conditionem, quã appoſui,adimo.ibid.num.21.389.

Idem ſi dixit,Adimo conditionem , ſi deceſſerit ſine liberis. ibid.num.23.

Idem ſi dixit,Adimo conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. ibid.num.24.

Et nunquid cenſeatur ademptum conditione ſublata,quando ſunt inſtituti æqualiter hæredes extranei. ibid. num. 28.

Et quid ſi fuerunt inſtituti hæredes extranei inæqualiter.ibi. num.33.

Fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi grauatus decederet ſine filijs, expirat per ſuperexiſtentiam filiorum naturalium tantum,qui verè & propriè filij non ſunt. Præſ. 185.lib.4.num.20.415.

Fideicommiſſum relictum à matre filio poſt mortem patris debetur,ſi filius fuit à patre emancipatus.Præſ.185.lib.4.nu. 7.415.

Fideicommiſſum reciprocum in dubio odioſum cenſetur. Præſ.67.lib.4.num.27.132.

Fideicommiſſum relictum poſt mortem plurium , quorum vnus erat ſubſtitutus alteri,videtur relictũ ab vltimo moriente.Prę́ſ.72.lib.4.num.15.148.

Fideicommiſſo grauatus an & quando ex præſumpta teſtatoris voluntate reſtituat percepta ex ſubſtitutionibus , cohæredibus deficientibus.Prę́ſ.193.lib.4.nu.1.453.

Fideicommiſſi onere ſimpliciter grauatus, vel vt reſtituat quod ei ſupererit, quid & quantum alienare hodie poſſit: & quando in fraudem fideicommiſſi alienaſſe præſumatur. Præſ.188.lib.4.num.1.423.

Quòd ſi filius eſt , poteſt alienare quartas legitimæ , & Trebellianicæ,ſi autem eſt hæres extraneus,ſolã deducit Trebellianicam.ibid.num.3.

Liberè autem omnia bona poteſt alienare , nil penitus ei reſeruato , cui teſtator voluit bona reſtitui , quando ipſe teſtator expreſſam licentiam alienandi cõceſſit ipſi grauato. ibid.num.5.& 8.423.424.

FIDEIVSSOR an poſſit dari aut debeat à marito pro dote reſtituenda.Præſ.190.lib.4.num.43.449.

Fideiuſſores prę́ſumũtur interceſſiſſe reſpectu obligationis antecedentis,cuius mentio in aliquo capitulo facta fuerat. Præſ.12.lib.6.num.10.559.

FIDELITAS à vaſallis domino iurata dicitur correſpectiua cum pacto & promiſſione domini de obſeruandis iuribus ſubditorum.Præſ. 12.lib.6.num.22.560.

FIDES catholica ſicut perficitur aſſenſu intellectus , cum conſenſu voluntatis , ſic hæreſis conſumatur diſſenſione intellectus,& conſenſu voluntatis.Præſ.7.lib. 5. nu. 4.492.

Fidem qui ſemel non ſeruauit , præſumitur quod nec etiam in poſterum ſit eam obſeruaturus.Prę́ſ.32.lib.5.num.8.524.

*Filiatio quomodo probetur,& quando nomen filiationis ceſſet.*

FILIATIO probatur ex confeſſione & nominatione facta etiam incidenter & etiam extra iudicium , ſi fuit facta in actu,qui filio conuenit , & non extraneo.Præſ.53.lib.6.nu. 39.623.

Idem quãdo cõfeſſio & nominatio eſt geminata & repetita principaliter propter aliud.ibid.num.40.

Idem quando nominatio fuit facta incidenter ſeriò tamen & non perfunctoriè præſente ipſo nominato. ibid.num.41.

Idem in antiquis,ibid.num.42.

Filiatio communi voce & fama probatur : ſed ſecus quando communi voci & famæ repugnat aſſertio & nominatio illorum,qui pater & mater creduntur prædicti filij. ibid.nu. 43.& 44.623.& 624.

Et probatur filiatio aliquando ſimilitudine & effigie, & ſi concurrit matris profeſſio, probatio multum vrget. ibid. num.45.624.

Contra,ibid.num. 47.

Et probatur filiatio ex coniectura deſumpta à ſententia lata ſuper ea.ibid.num.48.

Intellige quando ſententia fuit lata principaliter ſuper ipſa filiationis cauſa.ibid.num.49.

Secus ſi fuit pronuntiata in iudicio aliquo poſſeſſorio. ibid.

Filiatio verè & propriè non poteſt probari , & cùm ſit quid facti,non præſumitur , & qui ſe filium aſſerit probare debet.Præſ.53.lib. 6. num. 1.620.

Filiationis autem quaſi poſſeſſionem acquirit filius ex tractatu , etiam ſi eius pater ipſum reſpueret poſt tractatum. ibi.num.26.622.

Et id etiam ſi adeſſet vnicus actus tractationis,modò aliqualis nominatio concurrat.ibi.num.28.

Et id etiam ſi pater poſtea aſſereret ipſum nõ eſſe filiũ ſuum. ibid.num.29.

In filiatione probanda multum prodeſt vicinorum opinio, non tamen concludenter id probat , ſed requiruntur alia adminicula. Prę́ſumptio. 24.libro 6. num. 23.576.

Filiationis quaſi poſſeſſio an habeat prę́ſumptionem pro ſe. Præſ.69.lib.6.num.4.646.

Filiationis nomen ceſſat patre mortuo. Præſ. 53. lib. 6.num. 24. 622.

FILIÆ non debetur legitima,quę à ſtatuto excluditur propter maſculos,& dicit ſtatutum quod maritetur, Præſ. 146. lib.4.nu.40.345.

Et an quod ſibi debetur pro dote,debeatur ei purè, vel ſub conditione ibid.346.





Vbi quod ſub conditione ei debetur non pure.ibid.

Secus ſi pater reliquit ei dotem titulo inſtitutionis.ibi.nu.41.

Et ſecus quando pater vſus eſt verbo præteriti temporis , vt ſi dixit,quòd dotauit.ibid.num. 42.

Filia ſi cedit iura quæ habet in bonis,continentur iura dotis. ſi alioqui ipſa ceſſio eſſet nulla.Præſ.4.lib.6.nu.32.pag.553.

Filiæ ſi fuerint inſtitutæ in aliqua quota hæreditatis vnà cũ maſculis,cenſentur etiam in reciproca ſubſtit. comprehenſæ.Præſ.60.lib.4.num.21.109.

Filię in re certa inſtitutæ, iam inſtitutis maſculis hæredibus vniuerſalibus non obtinent nomẽ hæredum legatariorum. 60.lib.4.num.12.108.

Filia non poteſt petere à patre alimenta, quando aliunde illa ſuſcipit.Præſ.189.lib.4.num.67.433.

Filia nubendo inſcio patre dicitur ipſi iniuriam facere.Prę́ſ. 189.lib.4.num.70.434.

Filia quantuncumque nupta inſcio patre non debet indotata permanere,ne alioqui à marito malè tractetur.Præſ.189. lib.4.num.65.433.

Filiam dotare eſt neceſſitas legalis , quæ naturali æquiparatur,Prę́ſ.167.lib.4.num. 35.385.

Filia,quæ in corpus ſuum peccauit , licet nec ali nec dotari à patre debeat,peracta tamen pœnitentia & alenda & dotanda eſt. Præſ.32.lib.5.num.38.525.

Filia excluſa à ſtatuto exiſtentibus maſculis non cenſetur poſita in conditione ad excluſionem ſubſtituti.Præſ.89.lib. 4.num.106.222.

Intellige,niſi hæres ipſe à patre grauatus inſtituat filiã alioqui à ſtatuto ab inteſtato excluſam.ibid.num.107.

Filię fœminæ an & quando deficere faciant expreſſam cõditionem ſubſtitutionis , ſi deceſſerit inſtitutus ſine filijs. Præſ.85.lib.4.num.1.198.

Filiæ fœminæ à teſtatore cenſentur excluſæ , quando communis extat loquẽdi vſus, quòd diuerſo nomine nuncupãtur maſculi & fœminæ.Præſ.84.lib.4.num.17. 196.

Idem quando reſultaret aliquod abſurdum , ſi maſculinum comprehenderet fœmininum.ibid.num.18.

Idem ſi ſequeretur plures impropriationes.ibid. nu. 19. 197.

Filia ingreſſa religionem accepta dote , ſatis dicitur dotata & nupta,ſtante ſtatuto quòd filia nupta & dotata excludatur ſucceſſione.Præſ.189.lib.4.num.94.436.

Filia naturalis vel ſpuria ſi non habet vnde dotem ſibi conſtituat,poſſunt alienari bona fideicommiſſi à patre ipſius, vt dos ſibi aſſignetur.Præſ.189.lib.4.num.25.430.

Secus ſi habet vnde dotem conſequatur. ibid.

*Filius qui dicatur aut præſumatur : & qui nomine filiorum comprehendantur: Quando ſub patris poteſtate eſſe dicatur: Ad quæ teneatur patri , & quando legitimus præſumatur.*

FILIVS is propriè dicitur,quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant. Præſ.89.lib.4.num.40.213.

Filij, dicuntur, qui nati ſunt ex legitimis nuptijs,ideò naturales non dicuntur propriè filij.Prę́ſ.78.lib. 4.num.12.167.

Filius dicitur portio corporis patris ſui.Prę́ſ. 33.lib.5.num. 10.527.

Filius dicitur portio viſcerum matris.Prę́ſ.89.lib.4. numer. 50.214.

Filiorum nomen generis maſculini ſui natura non comprehendit fœmininum, ſed tantum per interpretationem. Prę́ſ.84.lib.4.num.2.195.

Filiorum nomine fœminæ comprehenduntur ex coniecturis.Præſ.84.lib.4.num.3.pag.ead.

Filiorum appellatione quando non veniant nepotes. Præſ. 189.lib.4.num.20.430.

Filius ergo hæres,& an hoc ſit ex prę́ſumptione iuris.Prę́ſ. 76.lib.4.num.17.155.

Filius eodem modo prouenit à patre quo ex radice arbor. Prę́ſ.58.lib.6.num.1.632.

Vnde prę́ſumitur patri ſimilis virtute & moribus.ibid.

Filius viuente patre dicitur quodammodo Dominus , & ſic in eo non habet locum vſucapio pro hærede cum cenſeatur eſſe eadem perſona cum patre. Prę́ſumpt. 62.lib.6. num.8. 637.

Filius à patria poteſtate liberatur vel morte naturali, ciuiliue vel dignitate , religionis ingreſſu , emancipatione, & filij expoſitione & demum præſcriptione qui modi non præſumuntur niſi probentur.Præſ.55.lib.6.nu. 8.629.

Filius is præſumitur,qui probauit,ſe eſſe natũ ex vxore eius, quem aſſerit eſſe patrem.Præſ.53.lib.6.num.2.620.

Idem ſi eo tempore,quo is conceptus eſt,mater eius conſuetudinem habebat cum adultero.ibid.num.3.

Idem ſi mulier habitaret extra domum mariti,ſi modò maritus ad eam accedere ſolebat ibid.num.4.

Idem dicendum in filijs naturalibus qui ex concubina prę́ſumuntur.ibid.num.5.

Idem ſi mater affirmaret,filium illum ex proprio maritò nõ eſſe genitum , quia præſumitur filius ipſius mariti. ibidem num.6. 621.

Matris enim aſſertio circa filiationem filio non poteſt nocere.ibid.num.7.

Filius quis præſumitur ex nominatione & confeſſione patris nominantis & confitentis aliquem eſſe filium ſuum. ibid. num.34.623.

Vt quando in iudicio principaliter & propter ſe quis nominauit,confeſſúſque eſt aliquem eſſe filium ſuum. ibi.nu.35.

Secus ſi in iudicio incidenter & propter aliud nominauit. ibid.num.36.

Filius inducitur in quaſi poſſeſſione filiationis ex tractatu & educatione.Præſ.53.lib.6.num.21.622.

Etiam ſi ageretur iudicio petitorio.ibid.num.22.

Idem quando pater eſt vita functus , & ab alijs hic vt filius defuncti tractatus eſt.ibid.num.25.

Idem quando extra iudicium principaliter & propter ſe pater ipſum nominauit & confeſſus eſt eſſe filium ſuum.ibid. num. 37.623.

Secus ſi incidenter & propter aliud.ibid.num.38.

Filius legitimus is nõ præſumitur,qui natus eſt patre abſente,puta per decennium , & reuerſus inuenit filium anniculum.Præſ.53.lib.6. num.15.621.

Idem quando conſtaret, virum vel mulierem non potuiſſe aliqua de cauſa generare.ibid.num.16.

Idem quando vxor habitauit cum alio , etiam quòd marito pateret aditus coëundi cum ipſa vxore.ibid.num.20.622.

Filius nunquid ſub patris poteſtate vel ſui Iuris eſſe præſumatur.Præſ.55.lib.6.num.1.628.

Quod ſub patris poteſtate eſſe præſumatur.ibid.num.2.

Quod imò ſui iuris eſſe præſumatur.ibid.num.3.

Affertur , & tertia ratio,quòd nec ſui Iuris,nec ſub patris poteſtate eſſe præſumatur,ſed qui aſſerit eum eſſe , vel ſui Iuris,vel ſub poteſtate id probare debet.ibid.num.4.

Diſtingue vt ibid.num.6.& ſeq.

Filius abſque dubio ſub patris poteſtate præſumitur quando conſtat ipſum eſſe natum ex legitimo matrimonio,& patrẽ eius adhuc viuere,& non apparet aliqua ſui ſtatus mutatio quæ non eſt præſumenda ibid.num.7.

Filius præſumitur ſui Iuris quando cõſtat eum eſſe natum ex legitimo matrimonio,& patrem ipſius eſſe vita functum. ibid.num.10.629.

Si autem ignoratur an pater viuat vel deceſſerit,tunc qui aſſerit ipſum eſſe ſub poteſtate vel ſui Iuris probare debet. ibid.num.11.

Filius ſui iuris eſſe præſumitur , quando conſtat ipſum eſſe natum ex illicito concubitu.ibid.num.13.

Et quid ſi ignoratur an ſit natus ex legitimo matrimonio, vel ex illicito coitu ſi contentio eſt inter ipſum patrẽ,& filium,vel inter eorum hæredes.ibid.num.14.& ſeq.

Filius ſui iuris eſſe cenſetur quando eſt in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui Iuris.ibid.num.21.630.

Filius ſui Iuris tanto magis eſſe cenſetur,quando per xx. annos fuit in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui Iuris.ibid.nu.27.

Idem quando eſt in d. quaſi poſſeſſione ob multos actus à ſe tanquàm à patrefamilias geſtos etiam ſi longum tempus non ſit decurſum.ibid.num.28.

Filius præſumitur ſui iuris eſſe quando conſtitutus eſt in quaſi poſſeſſione libertatis patris vel aduerſarij appellatione,& nominatione.ibi.num.31.

Filius ſuo iure tenetur vindicare mortem patris. Præſ. 101. lib.4.num.85.256.

Filium facturum eſſe præſumitur, quod feciſſet pater illius. Præſ.58.lib.6.num.8.633.

Filius an & quando legitimus vel naturalis vel ſpurius pręſumatur. Præſ. 54.lib.6.num.1.625.

Quòd ſi eſt ex illicito coitu natus, præſumitur potius ſpurius quàm naturalis, & ſic eſt incapax. ibid.num.2.

Et id etiam, ſi pater ipſe nominaſſet eum naturalem. ibid. num. 6.

At filijs ex quocunque illicito coitu nati communi loquendi vſu & conſuetudine apud iuris Pontificij interpretes naturales dicuntur. ibid.num.7.

Præſumitur ſpurius, ſi conſtat eum eſſe natum ex meretrice, ad quam multis patebat aditus, & is, qui eius filij ſe exiſtimabat patrem, illum domi habuit, aluit, tractauit & nominauit vt filium. ibid.num.8.

Et filium pręſumi in dubio ſpurium opiniones referuntur variȩ, ſed refelluntur, ibid.num.15.626.

Filij præſumuntur illegitimi, quando At illegitimi habiti & tractati fuerunt. ibid.num.39.627.

Filius vt dici poſſint naturalis, plura concurrere debent & quæ. Præſ.54.lib.6.num.3.625.

Præſumitur autem potius naturis quàm ſpurius, ex quo ſpurium eſſe, delictum eſt, quod non præſumitur. ibidem nume. 5.

Sed leuem eſſe huiuſmodi conſiderationem ibidem oſtenditur cùm naturalitas ſaltem hodie delictum parentum pręſupponat. ibid.

Filius ſi non conſtat ex quo coitu ſit natus, an ex matrimoniali, vel illegitimo, quid ſit præſumendum. ibid.nu.10.

Adfertur opinio tenentium dictum filium præſumi potius naturalem quàm legitimum vel ſpurium. ibid.num.11.626.

Sed vt naturalis quis dici poſſit, adeò multa requiruntur, vt hodiè per raro & ferè nunquam aliquis reperiatur, qui propriè dici poſſit naturalis. ibid.num.13.

Filius in dubio non pręſumitur legitimus, cùm de cauſa legitimationis non conſtat. Præſ.2.lib.5.num.36.478.

Filium eſſe legitimum non eſt à natura, ſed à iure ipſo poſitiuo. Pręſ.89.lib.4.num.26.212.

Filius debet potius præſumi ex legitimo matrimonio natus, cùm id ſit honeſtius. Præſ.54.lib.6.num.17.626.

Et pręſumitur legitimus etiam, ſi mater eius aliquando adulterium commiſerit. ibid.num.24.

Et eò magis pro legitimo haberi debet, quando conſtitutus eſt in quaſi poſſeſſione legitimitatis. ibi.num.31.

Filius præſumitur potius legitimè natus quàm è contra, quãdo agitur de ipſius fauore, ſecus quo ad fauorem patris. Pręſ.55.lib.6.num.17.629.

Filij legitimitas alia eſt, quȩ à matrimonio prouenit, alia eorum qui in iudicio ſtare volunt. Præſ. 54.libr.6. numer.49. 627.

Filium alere prouenit à pietate & charitate, quæ eſt patris erga filium. Præſ.89.lib.4.num. 34.213.

Filium erudire in optimis diſciplinis eſt pietatis officium. Præſ.191.lib.4.num.17.451.

Flius quicquid acquirit, ita acquirit patri, vt nec momento quidem dominium rei remaneat apud filium. Præſ. 18.lib. 4.num.32.pag.29.

Secus in aduentitijs. ibid.

Filius præſumitur voluiſſe inſtituere querelam inofficioſi teſtamenti, ex quo præparatoria fecit ad eam proponendam. Præſ.3.lib.6.num.5.550.

Filij iuſtus eſt metus, qui dum in gymnaſio commoratur ob metum patri illatum in patria beneficio renunciauit. Præſ. 57.lib.6.num.6.pag.632.

Idem quando vis facta eſt patri, & ipſe filius aliquid agit vt patrem liberet, præſumitur id metu à filio actum, ac ſi ipſi filio illata vis fuiſſet. ibid.num.7.

Filius non poteſt ſine cauſa priuare matrem legitima ſibi debita, ſicut nec pater poſſe debet. Pręſ.38. lib.4.nume. n. 68.

Filius cùm non poſſit donare ſine patris conſenſu, ſi donat non adhibito d.conſenſu, antequàm pater conſentiat, poteſt donationem reuocare. Præſ.34.lib.6.num.14.585.

Filius præſumitur ſcire creditum patris, quod eſt notabilis & egregiæ ſummæ. Pręſ. 23.lib.6.num.82.574.

Filius vel filia non poſſunt contrahere matrimonium ſine patris conſenſu, ſi contrahit, nuptiæ iuſtæ non ſunt: ſecus de iure canonico. Præſ.189.lib.4.num. 53.& 55.433.

Filius non poteſt eſſe in iudicio ſine patris conſenſu, & niſi ipſe pater adſit præſumitur abſentia. Præſumptio. 19. lib.6. num.2.567.

Filiusfamilias ſine patris conſenſu in iudicio eſſe non poteſt. Pręſ.34.lib.6.num.2.585.

Et non poteſt donare cauſa mortis, niſi pater conſentiat. ibid.num.3.

Filius ſi legauit liberationem patri de adminiſtratis pręſumitur etiam eum voluiſſe à reliquatu liberum eſſe. Præſ. 57.lib.6.num.8.632.

Filius habet querelam contra teſtamentum patris etiam ſi conſecutus ſit legitimam, quando pater illam ſibi reliquit titulo legati, & non inſtitutionis. Pręſumpt. 38. lib.4. num. 18.68.

*Filius an & quanda repræſentet patrem, & qualis præſumatur.*

Filius an repræſentet perſonam patris in ſucceſſione feudi. Pręſ.95.lib.4.num.40.& ſeq.237.

Filius an repręſentet patrem in fideicommiſſo relicto à propatruo vel alio tranſuerſali. Pręſumpt.95.lib.4.num.31.179. pag.ead.

Quod coniecturis conſtare poteſt teſtatorem voluiſſe, filium repræſentare debere patris perſonam. ibid.num.32. & ſeq.

Filius quando ingreditur locum patris, & gradus non dicitur corrumpi, ſed repręſentari. Pręſ.95.lib. 4.num.5.234.

Filius repręſentat pattem in ſucceſſione fideicommiſſi trãſuerſalis, quando teſtator demonſtrauit eandem affectionem tam erga filium fratris quàm erga fratrem. Pręſ.95.li. 4.num.37. 237.

Idem quando fideicommiſſum fuit relictum fratribus & eorum deſcendentibus ſub qualitate hȩreditaria. ibidem num. 38.

Idem quando teſtator cõſiderauit cuiuſlibet hȩredis lineam diſtributiuè. ibid.num.39.

Filij repreſentationi locus eſt, quando aliqui minus dilecti anteponerentur à teſtatore magis dilectis in ſucceſſione fideicommiſſi tranſuerſalis. Præſ. 95.lib.4.num.34.237.

Idem quando teſtator dixit, quòd ſuccedatur in ſtirpes & non in capita. ibid.num.35.

Filius locum patris ingreditur, quando fideicommiſſum fuit relictum ab aliquo aſcendente, & ſic cum patruo cõcurrit. Pręſ.95.lib.4.num.14.235.

Filius perſonam patris dicitur repręſentare, quando agitur de ſucceſſione aſcendentis, vt puta aui vel proaui. Pręſ. 95. lib. 4.num.6.pag.ea.

Idem quando agitur de ſucceſſione auiȩ proauiæ, ibid.nu.7.

Idem quando agitur de ſuceſſione tranſuerſalis proximi gradus, vt de ſuccedendo patruo. ibid.num.8.

Idem quando agitur de ſucceſſione auunculi. ibid.num.9.

Idem quando agitur de ſucceſſione materterȩ. ibid.num.10.

Et habent hȩc locum non ſolum in ſucceſſione delata iure communi, ſed etiam in delata à ſtatuto. ibid.num.11.

Secus quòd ad ea, quibus pater ipſe repreſentatus non erat ſucceſſurus. ibid.num.12.

Filius repreſentat patrem, quando agitur de fideicommiſſo relicto à tranſuerſali prioris gradus. Pręſumptio. 95. libr. 4. num.16.235.

Idem quando tempore mortis teſtatoris nepos ipſe ex filio, vel pronepos ex nepote nondum natus vel conceptus erat. ibid.num.17.236.

Idem quãdo filius viuebat tempore mortis patris teſtatoris. ibid.num.18.

Et id multò magis, quando concurrit aliqua coniectura, qua teſtator ſignificauit velle, filium repræſentare perſonam patris. ibid.num.19.

Filius quòd repręſentet perſonam patris, cùm agitur de ſucceſſione ab inteſtato, à multis fictio legis appellatur. Pręſ. 95.lib.4.num.1.234.

A multis etiam dicitur hȩc repręſentatio pręſumpta: & vtraque opinio vera demonſtratur. ibi.nu.2.

Eſt autem huiuſmodi repręſentatio quid extraordinarium, & conſequenter in dubio locum non habet. ibi.nu.3.

Filij repręſentatio in locum patris non poteſt dici ſublata quibuſcunque coniecturis, in illis caſibus, in quibus vel lege, vel hominis diſpoſitione ſancitum eſt ei locum eſſe, ſed illis tantum coniecturis, quæ ex verbis diſpoſitionis colliguntur. ibi.nu.4.235.

Filius non repręſentat patrem, quando agitur de ſucceſſione tranſuerſali vltra patruum vel auunculum, vt concurrat cum patruo in d.ſucceſſione. Præſ.95.li.4.nu.13.pag.ead.

Filius non repręſentat patrem, quando dixit teſtator, quod ſuccedatur ſalua gradus prærogatiua. Præſ.95.lib.4.nu.20. pag.236.

Et quid operentur huiuſmodi clauſulæ. ibid.

Idem quando teſtator vocauit proximiores. ibi.nu.21.

Idem quando teſtator vocauit ſuperſtites. ibi.nu.22.& intellige, vt ibid.

Idem quando vocauit proprio nomine fratres, deinde nomine appellatiuo eorum filios. ibi.nu.23.

Idem quando extat aliqua qualitas impediens repręſentationem. ibi.nu.24.

Idem quando teſtator vocauit immediatè natos. ibi.nu.25.

Idem quando coniecturis conſtat, teſtatorem noluiſſe ſuccedi ſecundum iuris communis ordinem, quo ſcilicet ab inteſt. ſucceditur. ibi.nu.26.

Filius locum patris nõ tenet in emphyteuſi ex pacto & prouidentia. Præſ.95.li.4.nu.43.237.

Contra, ibid.nu.45.

Idem quando agitur de ſuccedendo in primogenitura. ibid. nu.44.

Et quid in feudo miſto. ibi.nu.46.

Filij repręſentationi non eſt locus, quando teſtator coniunctim vocauit filios. Præſ.95.lib.4.nu.27.236.

Idem quando teſtator inſtitutis hȩredibus ſubiecit ſubſtitutionem his verbis: Et prædictos eius hæredes inuicem ſubſtituit. ibid.nu.28.237.

Idem quãdo conſtat, teſtatorem magis dilexiſſe filios quàm nepotes, vel magis fratres, quàm eorum filios. ibi.nu.29.

Idem quando teſtator voluit ſuccedi ordine ſucceſſiuo. ibid. nu.30.

Filius de matre nil ſuſpicari debet, & eius perſona ſancta, & honeſta ei videri debet. Præſ.39.lib.4.nu.68.76.

Filius licet dicatur eſſe vna & eadem perſona cum patre pręſumitur tamen ignorare factum patris. Pręſ.23.lib.6.nu.57. pag.573.

Et præſumitur ignorare, teſtamentum fuiſſe à patre conditum. ibi.nu.58.

Secus ſi coniecturis conſtat ipſum id ſciuiſſe. ibi.nu.59.

Et ſi confitetur ſe hæredem ex teſtamento, non pręſumitur ignorare confectum fuiſſe teſtamentum, imò pręſumitur ſcire quȩ in ipſo continentur. ibi.nu.60.

Idem quando ipſe filius ſoluit aliqua relicta in ipſo teſtamẽto, vel conuenit cum legatariis de legatis in ipſis ſoluendis. ibi.nu.61.

Filius præſumitur ſcire, confectum fuiſſe teſtamentum à patre, quando publica vox & fama eſt, ipſum patrem condidiſſe teſtamentum, & diſpoſuiſſe certo mod. ibi.nu.63.

Idem quando teſtamentum reperitur apud ipſum filium hȩredem. ibi.nu.64.

Idem quando filius fuit præſens, quando pater conficiebat teſtamentum. ibi.nu.65.

Filij plerumque ſimiles parentibus creduntur. Præſ.58.lib.6. nu.5.632.

Filius præſumitur bonus, & artis peritus, ſi patrem habuit bonum, & peritum. Præſ.58.li.6.nu.9.633.

Sed leuis eſt hæc præſumptio, ſæpè enim à parentibus degenerant filij, cum à bonis ſæpè generentur mali, & è contra. ibi.nu.10.

Filius præſumitur eodem vitio laborare quo laborabat pater eius. Præſ.33.li.5.nu.1.526.

Si enim pater fuit incontinens, talis etiam præſumitur filius. ibid.nu.2.

Et ſi pater fuit factioſus, partialis & ſeditioſus, talis etiam filius eſſe cenſetur. ibi.nu.3.

Et id locum habent tam in filiis natis, quàm naſcituris. ibid. & nu.23.527.

Filius talis præſumitur, qualis pater fuit. ibi.nu.4.526.

*Filius an & quando conſequatur legitimam: quando præſumatur ingratus erga patrem, & quando retineat feudum.*

Filius conſequitur legitimam iure hæreditario, non autẽ citra ius & nomen hȩredis. Pręſ.101.lib.4.nu.41.252.

Filius mortuo patre conſequitur legitimam tanquam creditor, non vt hæres. Pręſ.101.li.4.nu.55.253.

Contra, ibi.nu.57.

Filius ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis legitimam detrahere non poteſt, quando pater ſibi in teſtamento legitimam aſſignauit, quàm deinde is malè conſumpſit. Pręſ.191.lib.4. nu.10.450.

Filius ſi legatis non ſit grauatus, & habeat ſubſtitutum vulgarem, retinendo bona patris pro ſua legitima dicitur adiuiſſe hȩreditatem. Pręſ.101.li.4.nu.66.254.

Idem quando filius ſuccedit ab inteſt. ibi.nu.67.

Idem in filia, quȩ non poteſt petere dotem, & omittere hæreditatem, niſi dos promiſſa fuiſſet à patre ipſo viuente. ibi. nu.68.

Filio multis legatis grauato, ſi datus eſt ſubſtitutus, vulgaris, ſi retinet lȩgitimam emiſſo reſiduo bonorum, non dicitur adire hȩreditatem. Præſ.101.li.4.nu.69.254.

Filius non pręſumitur vitio ingratitudinis affectus contra patrem. Pręſ.2.li.5.nu.3.476.

Filij non pręſumuntur ingrati, niſi probetur ingratitudo. Pręſ.29.li.4.nu.3.44.

Filius licet non ea dilectione & amore proſequatur parẽtes, quibus ab illis amatur, pręſumitur tamẽ eos diligere. Pręſ. 57.lib..6.nu.1.632.

Filius non pręſumitur patrem occidiſſe. Pręſ.11.li.5.n.3.497.

Et filium occidiſſe patrem non ſtatur leui pręſumptioni, ſed requiruntur vrgentia indicia. ibi.nu.6.498.

Filius non pręſumitur erga patrem ingratus. ibi.nu.8.

Et filius is non pręſumitur, qui patrem verberibus affecit. ibi. nu.5.497.

Filius & ſeruus in quibus differant. Pręſ.22.lib.4.nu.4.35.

Quod filius ſtatim eſt capax, & ſibi acquirere poteſt, quod ſecus eſt in ſeruo, cuius capacitas pendet à capacitate domini. ibi.nu.5.

Filij, & ſerui æquiparãtur in modo probationis. Pręſ.55.li.6. nu.25.pag.630.

Filius, ſeruus, vel quiſquis alter quando patris, domini, vel alterius conſilio delictum commiſit, præſumptio eſt, quòd niſi datum fuiſſet huiuſmodi conſilium, tale delictum ſecutum non fuiſſet. Præſ.27.lib.5.nu.23.516.

Filius ſi habitat domum, quam multis de cauſis habitare poteſt, vt puta tanquam hæredes, iure pignoris & hypothecæ, & cauſa cuſtodiæ, præſumitur habitare ex cauſa magis vtili. Præſ.101.lib.4.nu.36.252.

Quando autem nulla alia ſubeſt cauſa, quàm aditionis hȩreditatis, habitatio arguit aditionem. ibi.nu.37.

Filius non poteſt retinere feudum & repudiare hȩreditatem patris, à quo feudum accipit. Præſ.101.li.4.nu.53.253.

Filius poteſt retinere legatum repudiata hȩreditate. Pręſ.101. lib.4.nu.58.253.

*Filius an & quando præſumatur fideicommiſſi onere grauatus, & ſi eſt grauatus, ad quæ teneatur: & quando legitimam detrahat.*

Filius non potuit grauari, qui non fuit honoratus. Præſ. 34.li.4.nu.17.52.

Filius inſtitutus & grauatus à matre, vel ab aſcendẽte per lineam maternam, cenſetur grauatus, ſi ſine filiis deceſſerit. Præſ.89.lib.4.nu.46.214.

Filius inſtitutus præſumitur grauatus quando pater ita inſtituit, & ſi filius meus inſtitutus deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo Caium. Præſ.72.li.4.nu.10.147.

Idem quando verbum ſubſtituo, fuit abſolutè poſitum. ibid. nu.11.

Filius fideicommiſſo grauatus à patre non deducit legitimã, ſed eam reſtituere tenetur vna cum hæreditate, quando pater ſibi prælegauit adiecta expreſſa conditione, quod ſi velit conſequi legatum, non deducat, aliquam legitimam, ex

fideicommiſſo, ſed eam cum aliis bonis reſtituat, & is acceptauit prælegatum.Præſ.196.lib.4.nu.23.464.

Idem quando filius approbauit omnia & ſingula diſpoſita in teſtamẽto, in quo grauatus expreſsè fuerat reſtituere etiam legitimam.ibi.nu.24.

Filius fideicommiſſo grauatus nõ tenetur reſtituere quæ ſibi relicta fuerant à patre in donatione ſibi facta inter viuos. Præſ.196.li.4.nu.6.463.

Et id habent locum etiam pro ea parte, pro qua ipſe filius hęres extitit, quia nec portionem illam reſtituere tenetur. ibi.nu.7.

Declara,vt ibi.nu.9.

Filius fideicommiſſo grauatus non tenetur reſtituere fideicommiſſario legitimam ſibi debitam.ibi.nu.14.

Omne enim onus &grauamen reiici debet à legitima,quàm omnino liberam filius conſequi debet.ibi.nu.15.

Et legitimam non iure hæreditario, ſed diſpoſitione & prouidentia legis conſequetur.ibi.16.

Filius fideicommiſſo grauatus reſtituere etiam loco pio, deducit prius legitimam,nec eam reſtituit.ibi.nu.17.

Et id procedit,etiam ſi teſtator erat miles.ibi.nu.18.

Et habent locum etiam quãdo ſtatutum excludit filiam à legitima,& illa hæres inſtituitur à patre,& grauatur fideicõmiſſo,quia legitimam non reſtituet.ibi.nu.19.464.

Idem quando pater inſtituit filium in maiori portione,quàm ſit eius legitima, & eum grauauit reſtituere totam hæreditatem,quam deinde adiuit.ibi.nu.20.

Et contraria opinio Calcanei & Cephali refellitur.ibi.n.22.

Filius nullò modo grauari poteſt in legitima.Præſ.101.lib.4. nu.63.254.

Filius licet nõ poſſit grauari in legitima, poſſunt tamen grauari eius hęredes & ſuccedentes ab inteſtato in d.legitima. Præſ.72.lib.4.nu.5.147.


*Filius an & quando ſuccedat patri, & quando filius vna cum patre vocati præſumantur, & quando pater filijs ſuccedat.*


FILIVS eſt ipſo iure hæres patris.Præſ.101.li.4.nu.73.255.

Filius licet ob ſuitatem videatur ipſo iure hæres patris, non præſumitur tamen ſe ipſi hæreditati immiſcuiſſe,niſi animũ ſuum declarauerit ſe hæredem eſſe. Præſ.99.li.4.nu.4.244.

Intellige,quando ipſe filius conuenitur à creditoribus & ſic de eius præiudicio agitur:ſecus verò ſi ipſe agit,& agitur de eius commodo.ibi.nu.5.

Filius non patris, ſed propria contemplatione præſumitur inſtitutus.Præſ.22.li.4.nu.1.35.

Filius inſtitui poteſt ſub conditione poteſtatiua, ſi hæres vel ſi decem dederit:legitima autem non poteſt ei relinqui ſub hac conditione.Præſ.101.li.4.nu.47.253.

Filius non poteſt inſtitui ſub conditione,quæ non ſit in eius poteſtatiua.Præſ.70.lib.4.nu.15.138.

Filius nou poteſt inſtitui ſub conditione, quæ non ſit in eius poteſtte.Præſ.70.li.4.nu.15.138.

Filij ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios, & alij filij ex eo fratre ſperabantur.Præſ.70.li.4.nu.21.139.

Idem quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios,& eo teſtamenti tempore nulli nec nati nec concepti erant.ibi.nu.22.

Idem quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios natos & naſcituros.ibi.nu.23.

Idem quando inſtituit vel ſubſtituit fratrem eius liberos vel deſcendentes.ibi.nu.24.

Filius inſtiiutus à patre,ſi aſſerit ſe poſſidere bona aliqua patris pro ſua legitima,an dicatur hæreditatem adiuiſſe ſibi in teſtamento relictam.Præſ.101.li.4.nu.39.& 40.252.

Et an poſſit ſeparare legitimam ab hæreditate, acceptando ipſam legitimam repudiata hæreditate.ibid.

Filius ſi à matre ſit inſtitutus ſub neceſſaria cõditione,ſi à patre emancipatus erit, conditio impleta dicitur, ſi patre ipſo vel morte naturali vel ciuili ſublato,filius ſui iuris efficitur. Prĕſ.185.lib.4.nu.8.415.

Filio hærede inſtituto, vel ſeruo, an & quando præſumatur contemplatione patris vel domini facta inſtitutio.Præſ.22. lib.4.num.1.& per tot.35.

Filiorum inſtitutio trahitur ad filium etiam poſt teſtamentum natum:& datur intell.l.3.C.de inoſ.teſta. Præſ.26.lib. 4.nu.20.41.

Filij cenſentur vocati ex teſtamento, & prædilecti quando teſtator in fine ſubſtitutionum excludit fœminas propter pauperes Chriſti. Præſ.76.lib.4.nu.56.pa.159.

Idem quando teſtator prohibuit Trebellianicæ detractionẽ ijs omnibus,ad quos hæreditas peruentura eſſet. ibi.nu.80. pag.162.

Idem quando melior eſſet conditio tranſuerſalium, quàm deſcendentium ipſius inſtituti.ibi.nu.81.

Filij vna cum patre vocati cenſentur, quando pater inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios, quos tunc habebat nec alij ſperabantur.Præſ.70.li.4.nu.19.139.

Filij vna cum patre vocati præſumuntur,quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit penitus extraneum & eius filios. Præſ. 78.lib.4.nu.35.140.

Idem quando teſtator inſtituit vel ſubſtituit extraneum,& ipſius extranei agnatos.ibi.nu.36.

Filij vna cum eorum patribus vocati,an & quando prĕſumãtur vocati,& eodem ſuccedant tempore, vel ordine ſucceſſiuo.Præſ.70.li.4.nu.1.137.

Diſtingue,vt ibi.nu.2.ſeq.

Filij vno & eodem tempore cum patre vocati cenſentur, quando teſtator non hęredis inſtitutionem fecit, ſed legatum vel fideicommiſſum particulare reliquit. Præſ.70.li.4. nu.6.138.

Idem, quando teſtator inſtituit filium & aliquos ex nepotibus ipſius filij tantùm.ibi.nu.7.

Idem quando pater inſtituit filium,& ex eo nepotes maſculos tantum.ibi.nu.8.

Idem quando inſtituit filium,& vna cum eo nepotes.ibi.n.9.

Idem quando inſtituit filium & ex eo nepotes, ac ipſos omnes onere fideicommiſſi grauauit erga aliquem.ibi.nu.11.

Idem quando pater inſtituit & ſubſtituit filium & nepotes adiecta clauſula,pupillariter & per fideicõmiſſum.ibi.n.13.

Idem quando conſtat coniecturis, patrem vocantem filium & nepotes non conſideraſſe rationem illam inſtituẽdi nepotes.ibi.nu.14.

Filij in hæreditate non obſtante patris erronea diſpoſitione debent reduci ad æqualitatem.Præſ.24.li.4.nu.15.37.

Filius adita hæreditate ſolùm, quo ad vulgarẽ ſubſtitutionẽ, nunquid eo decedente in pupillari ætate tranſmittat eã in matrem ita vt ſubſtitutus excludatur. Præſ.38.li.4.n.19.68.

Vbi datur intellectus l.Lucius.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ibid.

Filij per vulgarem vocati cenſentur,quando pater ſubſtituit filio ſorores,vel earum filios.Præſ.71.lib.4.nu.5.141.

Secus quando teſtator dixit inſtituo filium, & ſi non vixerit, nepotem, dicitur enim nepos per fideicommiſſariam vocatus.nu.6.

Filius ſi fuit inſtitutus contemplatione patris,& pater ſit rogatus eum emancipare,non tamen emancipatione facta tenetur ei reſtituere. Præſ.23.lib.4.nu.7.36.

Filij ordine ſucceſſiuo vocati poſt eorũ parentes, an & quãdo per vulgarem ſubſtitutionem, vel per fideicõmiſſariam vocati prĕſumantur.Præſ.71.li.4.nu.1.141.

Quod per vulgarem vocati præſumuntur, quando pater inſtituit filium,& nepotes.ibi.nu.2.

Filij cenſentur vocati ex teſtamento, quãdo teſtator expreſſim vocauit filios ſubſtituti, tacito de filiis inſtituti. Præſ. 76.lib.4.nu.56.159.

Idem ſi teſtator ita dixit,Inſtituo Caium, & Sempron. filios meos,& ſi eorum vnus deceſſerit ſine filiis ſubſtituo ſuperſtitem, & eius filios.ibi.nu.57.160.

Et idem quando filij bis ſunt poſiti in conditione. ibi.n.58.

Idem quando teſtator in alio teſtamento capiti prĕſupponeret hos in condit.poſitos eſſe vocatos.ibi.nu.59.

Et idem quando adeſſet fauor piæ cauſæ, quòd cenſerentur vocati.ibi.nu.60.

Et idem quando ipſimet filij in legatis, & fideicommiſſis particularibus poſiti ſunt in conditione.ibi.nu.61.

Filij quando ſunt inæqualiter inſtituti, conditione adempta non præſumitur fideicõmiſſum.Præſ.169.li.4.nu.25.389.







Filiis vel liberis diſpoſitiuè vocatis, quando ex præſumpta mente teſtatoris dicantur vocatæ etiam fœminæ. Præſ.84. lib.4.num.1.& per tot.& ſeq.195.

Filius ſi inſtituit patrem ſuum, & ipſum grauauit poſt mortem ſuam reſtituere,non ſubintelligitur conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,& quare.Præſ.89.lib.4.nu.54.215.


*Filij an & quando præſumantur in conditione poſiti: & ſi ſunt in conditione poſiti,ad quæ teneantur.*


FILII qui præſumuntur in conditione poſiti,an cenſeantur vocati ex teſtamento, vel potius in cõditione poſiti tantùm ad excluſionem ſubſtituti, & eis ſit reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato ſolummodo.Prĕſ.89.lib.4.nu.154.228.

Filios in conditione poſitos, non præſumi vocatos ex teſtamento, ſed ſuccedere ab inteſtato excluſis ſubſtitutis. Præſ.76.lib.4.nu.14.155.

Filij ſi ſunt in cõditione poſiti, ſub qualitate maſculinitatis, præſumuntur vocati ex teſtamento & redditur efficax ratio.Præſ.76.lib.4.nu.27.& 28.156.

Filij plures inſtituti collectiuè cum conditione, quòd bona non alienentur extra familiam,quomodo & in quibus cenſeantur vocati.Præſ.18.lib.4.nu.19.28.

Filij poſiti in conditione an & quando præſumantur vocati, vt ſuccedant ex teſtamento.Præſ.76.lib.4.nu.1.154.

Et quando dicantur poſiti in conditione expreſſim. ibi.nu.2.

Filij & deſcendentes in tacita conditione ſubintellecti, ſi deceſſerint ſine filiis, ſi non ſunt eorum patris vel aui inſtituti & grauati hæredes, non excludunt ſubſtitutum. Præſ. 89.lib.4.105.222.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati etiam fauore piæ cauſæ, & præſumuntur ſuccedere ex teſtamento. Præſ.76. lib.4 nu.40.158.

Et hoc etiam ſi adeſſet prohibitio alienationis vltra poſitionem in conditione,& onus reſtitut.ibi.nu.41.

Filij in conditione poſiti cenſentur grauati quando ſcilicet fuerunt grauati onere reſtitutionis. Præſ.76.li.4.nu.39.157.

Filij poſiti in conditione cẽſentur vocati etiam ſi extaret ſtatutum in ciuitate,quod maſculis exiſtentibus,non ſuccedant fœminæ.Præſ.76.li.4.nu.38.ea.pag.

Filij in conditione poſiti prĕſumuntur vocati ex teſtamento, quando ipſi inſtituti ſunt etiam reciprocè ſubſtituti ſi eorum vnus deceſſerit ſine filiis.Præſ.76.li.4.nu.52.159.

Et idem quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtituti.ibi.nu.53.

Secus verò quãdo teſtator fecit plures gradus ſubſtit. ſub eadem condit.expreſsè honorando filios in conditione poſitos in vltimo gradu.ibi.nu.54.

Et quid in deſcendentibus teſtatoris,&quid in aliis.ibi.n.55.

Filij poſiti in conditione dicuntur prædilecti ſubſtituto quo ad portionem patris ab inteſtato,non autem ex teſtamento. Præſ.186.li.4.nu.23.419.

Filij in conditione poſiti cenſentur ex teſtamento vocati quando extaret ſtatutum,quod filij poſiti in conditione cẽſeantur vocati:nam teſtator præſumitur velle ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti.Præſ.76.li.4.nu.83.163.

Filij in conditione poſiti, præſumuntur vocati, quando per ipſos tacitè cenſentur excluſæ aliæ perſonę,quæ aliàs eſſent melioris conditionis, vel ſaltem eiuſdem quam ipſi poſiti in conditione.Præſ.79.lib.4.nu.58.160.

Idem quando teſtator vſus fuit conſilio Galli.ibi.nu.69.161.

Idem quando conſtat teſtatorem voluiſſe bona ſua conſeruari in agnatione,& fami.ibi.nu.70.

Idem ſi teſtator grauauit hæredes ſuos vt perpetuò curarent fieri animaduerſarium in aliqua Eccleſia.ibi.nu.71.

Filij ſi ſunt in conditione poſiti affirmatiuè cenſentur vocati ex teſtamento,& quomodo id fieri poſſit. Præſ.76.lib.4. nu.66.161.

Et quid ſi ponantur in conditione negatiuè.ibi.nu.67.

Filij præſumuntur vocari ex teſtamento quando poſiti ſunt in condit.his verbis. Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis,& ex legitimo matrimonio natis. Præſ.76.lib.4. num.48.158.

Idẽ quando poſſunt patri ſuccedere ab inteſtato.ibi.n.49.159.

Extende,vt nu.50.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator habuit reſpectum ad ſtirpes, & nõ ad capita hæredum inſtitutorum,& grauatorum.Præſ.76.lib.4.nu.74.162.

Idem quando teſtator in ſubſtitutione mentione deſcendẽtium.ibi.nu.75.

Filij ſi ſunt poſiti in conditione ſubſtitutionis fideicommiſſariæ,præſumuntur vocati ex teſtamento. Præſ,76.lib.4.nu. 77.162.

Et quid ſi teſtator in vltimo ſubſtitutionis gradu ita dixit. Ita & taliter,quòd ipſius teſtatoris hęreditas,& bona remaneant apud hæredes,& eorum deſcendentes.ibi.nu.78.

Filij in conditione poſiti cenſentur magis dilecti quàm fœminæ & ſic vocari ex teſtamento, ſi teſtator vocauit filios in aliqua parte teſtamenti.Præſ.76.li.4.nu.30.157.

Idem dicendum eſt quando teſtator excluſiſſet proprias filias,& ſubſtituiſſet tranſuerſales,vel extraneum.ibid.nu.31.

Idem quãdo teſtator iuſſiſſet quòd linea maſculina deficiente,ſubſtitutus deferret nomen,& inſignia familiæ ipſius teſtatoris.ibi.nu.32.

Et multo magis id procedit, ſi teſtator bis, vel pluries vſus fuiſſet dictione,maſculinis.ibi.nu.33.

Idem ſi ipſe teſtator,vltra dictionem maſculis, expreſsè vocaſſet fœminas,non exiſtentibus maſculis.ibi.nu.34.

Et idem ſi vltimo loco teſtator ſubſtituit extraneũ.ibi.nu.35.

Et id max ſi ipſe teſtator progreſſum fecit ad alios gradus ſubſtitutionis, cum hac qualitate maſculinitatis.ibi.nu.36.

Idem quando etiam tacitè colligitur,teſtatorem habuiſſe rationem maſculinitatis, atque ita tacitè ſenſiſſe de conſeruatione agnationis & familiæ.ibi.nu.37.

Filij poſiti in cõditione in caſibus in quib.cenſentur vocati ex teſtamento,cenſentur vocati ſolũ reſpectu portionis eorum patris cuius cauſa fuerunt in conditione poſiti, ſecus quo ad portiones aliorum inſtitutorum.Prĕſ.76.li.4.nu.86. pag.163.

Filij poſiti in conditione, quod cenſeantur vocati ex teſtamento, ex diſputatione hac quæ nam vtilitatis habeantur. Præſ.76.lib.4.nu.96.& nu.ſeq.164.

Filij poſiti in conditione,qui cenſentur ex teſtamento vocati,nunquid cenſeantur ſubſtituti directo, vel fideicommiſſaria.Præſ.76.lib.4.nu.92.163.

Quod cẽſeantur vocati per compendioſam ſubſtitutionem atque ita regulariter,pupillariter, & per fideicõmiſſum.ibi.

Imò,quod per ſolam fideicommiſſariam.ibi.nu.93.164.

Quod per vulgarem tantùm,ſunt qui opinati ſunt.ibi.94.

Diſtingue vt nu.95.

Filij in conditione poſiti tunc vocati non prĕſumuntur quãdo ceſſat ratio poſitionis in conditione. Præſ.76.lib.4.nu. 88.163.

Idem quando poſiti in conditione eſſent in alio teſtamenti capitulo expreſsè vocati.ibi.nu.89.

Et idem quando vltra conditionem,ſi ſine filiis,adiecta eſſet alia conditio,vt puta,ſi ſine teſtamento vel alienatione bonorum.ibi.nu.90.

Idem ſi teſtator voluit teſtamentum ſuum intelligi debere vt iacet ad literam, & ſine aliqua interpretatione. ibidem. .num.91.

Filij in conditione poſiti tunc non cenſentur vocati quando eſſent,grauati ſub nomine appellatiuo hæredum. Præſ.76. lib.4.nu.52.159.

Idem ſi in aliquo caſu ſint expreſsè vocati.ibi.nu.43.158.

Et idem ſi eſſent expreſsè vocati in caſu alienationis. ibid. nu.44.

Et idem dicendum,quando ſubſtitutio eſſet facta poſt mortem plurium poſitorum in condit.ibi.nu.45.

Et idem quando filij ſunt poſiti in conditione, ſed hæredes hæredis ſunt grauati.ibi.nu.46.

Et idem quando filij ſunt nominatim grauati.ibi.nu.47.

Filij poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos præſumũtur ex teſtamento vocati.Præſ.76.lib.4.nu.63.160.

Filij decendentes qui ingreſſi ſunt religionem bonorum incapacem, non præſumuntur poſiti in conditione tacita ad ſubſtituti excluſionem.Præſ.89.lib.4.nu.109.222.

Et quid ſi ſunt ingreſſi religionem bonorum capacem.ibi.

Filij,nepotes & pronepotes prĕſumuntur poſiti in conditione,ad excluſionem ſubſtituti. Præſ.89.lib.4.nu.71.217.

*Filius quibus de cauſis poßit exhæredari, & quando præſumatur exhæredatus.*

Filius licet ob vitium ingratitudinis poſſit à patre exhæredari, ſecus tamẽ eſt peracta per cum pœnitentia, quia ingratus eſſe deſinit. Præſ.32.lib.5.nu.39.525.
Imò ſi fuerit à patre ex iuſta cauſa exhæredatus, ſi poſtea ſe reconciliauit cum ipſo patre, exhæredatio cenſetur reuocata. ibi.nu.40.
Filius dicitur nominatim exhæredatus, qui & ſi non fuit proprio nomine demonſtratus, appellatiuo tamen eſt ſatis certificatus cùm ſolus eſſet. Præſ.79.li.4.nu.20.176.
Filius non eſt exhæredandus vt Eccleſia inſtituatur. Prẹſ.189. lib.4.nu.122.pag.438.
Intellige quò ad legitimam, non quo ad reliqua, ſed malè, quia de tota ſucceſſione loquitur B. Auguſtinus. ibi.

*Filij adoptiui qui dicantur: Quando patri ſuccedant, & quando faciant conditionem deficere, & quando excludunt ſubſtitutum.*

Filii adoptiui largè dicuntur filij. Præſ.185.li.4.n.22.415.
Filius adotiuus in diſpoſitione fauorabili nil differt à legitimo naturali. Prẹſ.89.li.4.nu.36.213.
Filius adoptiuus dicitur filius ſolummodo legitimus nō autem naturalis. Præſ.82.lib.4.nu.3.183.
Filij adoptiui dicuntur filij fictè, & impropriè, non autem verè. Præſ.76.lib.4.nu.7.154.
Filij adoptiui ſunt ſimiles in omnibus filiis legitimis & naturalibus quo ad effectum ſucceſſionis, & excludunt matrem à ſucceſſione ab inteſt. patris adoptantis, & præferuntur cæteris alioqui ſucceſſuris adoptanti. Præſ.89.li.4.nu.32.213.
Imò filius adoptiuus præteritus à patre adoptante irritum facit eius teſtamentum. ibi.nu.33.
Filius adoptiuus quod non dicatur verè & propriè filius, ſed imaginarius: & quod non ſuccedat contra teſtamentum patris. Præſ.89.lib.4.nu.38.& 41.213.
Filij adoptiui nec olim nec hodie efficiuntur de familia & agnatione adoptantis. Præſ.89.li.4.n.42.pag.ea.
Quòd imò olim tranſibant in poteſtatem adoptantis. ibid. num.43.214.
Filius adoptiuus in tọtum ſuccedit patri ab inteſtato, naturalis verò, ſolùm in duabus vnciis: & in adoptiuo tranſit dignitas & nobilitas patris adoptantis in naturali ſecus. Prẹſ. 89.lib.4.nu.35.213.
Filius adoptiuus an faciat deficere conditionem ad excluſionem ſubſtituti. Prẹſ.89.lib.4.nu.104.222.
Filij adoptiui non faciunt, regulariter deficere fideicommiſſum. Præſ.78.lib.4.nu.49.171.& Prẹſ.89.eo.li.nu.45.214.
Filij adoptiui an & quando excludant ſubſtitutum. Præſ.82. lib.4.nu.1.183.
Quod ſi teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus ſubſtituo Caium, non excludant. ibid.nu.2.
Filius adoptiuus tunc excludit ſubſtitutum, quando filius ante conditum teſtamentum eſſet adoptatus iuſſu teſtatoris, ab ipſomet filio teſtatoris, & deinde ſit conditum teſtamẽtum, in quo filio ſuo decedenti ſine filiis ſubſtituit Caium. Præſ.82.lib.4.nu.16.184.
Idem quando teſtator grauauit eum, qui non poterat habere niſi filios adoptiuos. ibi.nu.17.
Idem quando adoptio facta eſt ſciente & volente ipſo ſubſtituto. ibi.nu.18.
Filij adoptiui nō excludunt ſubſtitutum, & ſi teſtator dixit:
Et ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, ac legitimis, ſeu legitimatis tantum. Præſ.82.lib.4.nu.14.184.
Filius adoptiuus ſubſtitutum non excludit, quando teſtator ſic dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis ſi is hæres aliquem adoptauit. Prẹſ.82.lib.4.nu.8.183.
Filius amplectẽs matrem etiam proſtratam, præſumitur ſingularis beneuolentiæ gratia id feciſſe. Præſ.17.lib.5.num.3. pag.501.
Filij arrogati proprius accedunt ad naturam legitimatorum, quàm adoptiui. Præſ.82.lib.4.nu.7.183.
Filius arrogatus, ſi fuit grauatus reſtituere alteri, intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit. Præſ.89.lib.4.nu.31.213.
Et quid in adoptato. ibi.& nu.ſeq.eo.& ſeq.
Filius arrogatus an excludat ſubſtitutum, ſi teſtatot dixit: Si deceſſerit ſine filiis. Præſ.82.lib.4.nu.4.& ſeq.583.
Et an ſit verè filius arrogatoris, ſicut adoptiuus adoptãtis. ibi. num.5.
Filio arrogato inſtituto, cuius arrogatio apparet deinde nulla, valet nihilominus inſtrumentum, ſi alioqui erat eum hẹredem facturus. Præſ.24.lib.4.nu.19.38.
Filij conſtitutorum in ſacris ignominioſi dicuntur, & perpetuò ſerui eſſe debent in ea Eccleſia, in qua pater miniſtrauit: & filiorum nomen non obtinẽt. Præſ.78.li.4.nu.47.171.
Filius, qui deliquit, non præſumitur deliquiſſe voluntate & conſenſu patris. Præſ.27.li.5.nu.7.515.
Idem ſi filius collocutus ſit cum patre, & illi annuerit: vel ſeruus cum domino, quia præſumitur potius quod conſiliũ dedetint, quam quod mandauerint committi delictum. ibi. num.8.
Idem quando filius vel ſeruus dixit ſe velle aliquem occidere, & pater vel dominus tacuit. ibi.nu.9.
Idem quando ipſe pater vel dominus verbis tantùm enunciatiuis annuit. ibi.nu.10.
Filij deportati, vel damnati in metallum non cẽſentur poſiti in conditione tacita ad excluſionem ſubſtituti. Prẹſ.89.lib. 5.nu.110.222.
Filij & deſcendentes nondum nati tempore euenientis caſus fideicommiſſi, quando agitur de fideicommiſſo vel legato puro non præſumuntur à teſtatore vocati. Præſ.93.lib.4.nu. 1.pag.230.
Et quid in fideicommiſſo conditionali. ibi.nu.2.& 3.
Filius ducens vxorem poſt mortem patris poteſt obligare bona fideicommiſſo ſubiecta pro reſtitutione dotis, & redditur ratio. Præſ.190.li.4.nu.15.446.
Filiis duobus eodem tẽpore natis & vno partu, ſi incertum eſt, quorum primus ſit natus, quid ſit præſumendum. Præſ. 51.li.6.nu.13.617.
Quòd ſi maſculus & fœmina eodem partu nati ſint, & agitur. de fauore libertatis, maſculus primo natus præſumitur. ibi. num.14.
Vel ſi teſtator reliquiſſet libertatem ancillæ, ſi primò fœminam peperiſſet mulier, fauore libertatis præſumptio ſumitur, fœminam prius natam fuiſſe. ibi.nu.16.
Si autem non agitur de fauore libertatis, maſculus prius natus præſumitur. ibi.nu.17.
Filij duo eodem partu nati pulchritudine & viribus raro ſunt diſſimiles, & quare. ibi.nu.27.
Vide in ver. Maſculo & fœminę eodem partu natis.
Filij emancipati vocati vna cum patre quam portionem cõſequantur. Præſ.18.lib.4.nu.36.29.
Filius emancipatus ſi fuit inſtitutus & grauatus reſtituere, intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit. Prẹſ.89.li.4.nu.51.214.
Filios eorum qui lẹſerint Cæſaris maieſtatem vel in hæreſim lapſi fuerint, iuſtè damnari certa pœna, & quare. Præſ.56. lib.6.nu.6.631.
Filiusfamilias exiſtens in quaſi poſſeſſione ſui iuris ob actus plures à ſe geſtos obligatur erga creditorem cui ex cauſa onerosa centum promiſerat, tametſi ſtatuto cautum eſſet, quod filius non poſſet ſe obligare ſine patris conſenſu. Præſ.55.li.6.nu.30.630.

*Filij fratris an & quando cenſeantur vocati à teſtatore.*

Filii fratris, nunquid per fideicommiſſariam cenſeantur vocati, quando teſtator dixit: Inſtituo filium meum, & ſi is deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo fratrem meum, eiuſque filios. Prẹſ.71.li.4.nu.22.143.
Vbi quod non ſit locus fideicommiſſariæ hoc caſu. ibi.
Extende, vt ibi.nu 23.& ſeq.
Filiis fratris per fideicommiſſariam vocari cenſentur quando per compendio. non ſunt ſubſtituti: compendioſa enim continet fideic. Præſ.71.lib.4.nu.12.142.
Idem ſi teſtator vſus eſt verbis, quæ fideicommiſſariam ſolent ſignificare. ibi.nu.13.
Idem quando teſtator dixit, & ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo fratrem meum, & eius filios, & deſcẽdentes gradatim, ibi.nu.14.

Idem



Idem quando teſtator dixit: Inſtituo filium meum & ſi deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo fratrem meum vel eius filios. ibi. num.15.
Idem quando teſtator dixit: Et ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, ei ſubſtituo fratrem meum, & ordine ſucceſſiuo eius filios, vel deſcendentes. ibi.nu.16.
Idem quando conſtat, teſtatorem feciſſe ſubſtitutionem reciprocam fideicommiſſariam inter deſcendentes ipſius fratris ſui ſubſtituti. ibi.nu.17.
Filij fratris præſumuntur per vulgarem vocari quando teſtator vſus eſt verbo, inſtituo, more directo. Præſ.71.li.4.nu.7. pag.141.
Idem quando teſtator ita diſpoſuit, inſtituo filium meum, & illi ſubſtituo Sempro. fratrem meum, & eius filios. ibidem. nu.8.
Idem quando teſtator ita diſpoſuiſſet & ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo Sempronium fratrem meum, & eo non extante, eius filios, vel deſcendentes. ibi.nu.10.142.
Secus ſi cõiecturis colligi poteſt, teſtatorem voluiſſe vocare filios illos per fideicommiſſariam, & quibus coniecturis id colligi poſſit. ibi.nu.11.& ſeq.
Filij fratris non cenſentur onere fideicommiſſi grauati, quãdo teſtator poſt deſcendentes fratri ſubſtituiſſent alios alterius gradus. Prẹſ.71.li.4.nu.24.144.
Idem quando teſtator reciprocè ſubſtituiſſet ipſos filios, vel deſcendentes fratris ſui, & poſt eos omnino extraneos ſubſtituiſſet per fideicommiſſ. ibid.nu.25.
Idem quando teſtator dixit: ſubſtituo fratrem meum eiuſque filios, & deſcendentes in ſtirpes & non in capita inuicem, & viciſſim, vulgariter, pupillariter, & fideicom. ibi.nu.26.
Idem ſi teſtator dixit: ſubſtituo fratrem meum, & quandocũque is deceſſerit, ſubſtituo eius liberos, vel deſcendentes. ibi.nu.27.
Filius grauati, ſi alius eius hæres non extat, facit deficere cõditionem. Præſ.1;0.li b.4.nu.26.212.
Filij aliquando habitus, & tractatus vt filius, ſi deinde à patre reiectus in alterius domum ſe cõtulit, & à nouo patre tanquam filius haberi & tractari cœpit, ab illa quaſi poſſeſſione recedere dicitur. Prẹſ.53.li.6.nu.1.622.
Idem quando tractatus ſonaret potius in cauſam pietatis quàm filiationis. ibi.nu.32.623.
Filij hæredes inſtituti non ſolùm alimenta conſequi debent, ſed vſumfructum quoque obtinere. Præſ.139.li.4.nu.23.324.
Filio hærede inſtituto, rogatoque eius patre filium emancipare, præſumi rogatum patrem etiam reſtituere hæreditatem ipſi filio. Præſ.23.lib.4.nu.1.& per tot.35.
Filius, cui delata fuit hæreditas patris, ſi facit collationem bonorum fratri ſuo, non præſumitur adiuiſſe hæreditatem. Prẹſ.101.li.4.nu.97.256.
Filij hæreticorũ infames eſſe dicuntur. Præſ.33.li.5.n.24.527.
Et filij & nepotes hæreticorum ex decreto Bonifacij Pontificis non ſunt admittendi ad officia & beneficia Eccleſiaſtica. ibi.nu.26.
Intellige de his filiis, quorum parentes fuerant pertinaces in hæreſi, & in ea deceſſerunt. ibi.nu.27.
Filij improbi fato quodam à viris egregiis proficiſcuntur. Præſ.58.li.6.nu.11.633.
Filius impubes ſi vnà cum patre moritur ruina vel naufragio præſumitur obiiſſe ante patrem, quando ipſe ſubſtituiſſet pupillariter ipſi filio impuberi, & quare. Præſ.50.lib.6. nu.34.615.
Idem quando agitur de ſucceſſione in bonis extranei. ibid. nu.35.616.
Filij illegitimi præſumuntur eiſdem vitiis laboraturi, quibus & eorum patres laborabant, & quare. Præſ.33.li.5.nu.9.527.
Filij illius, qui fuit inſtitutus grauatus, excludunt etiam alterum teſtatoris filium ſubſtitutum. Præſ.89.lib.4.nu.119.224.
Et confutantur opiniones. ibi.nu.121.
Filij aduerſus parentes ingrati lege diuina apud Hebreos lapidibus obruebantur. Præſ.4.li.5.nu.12.487.
Filij legitimati dicuntur conſecuti iura legitimorum: & qui dicantur iuſti liberi. Præſ.89 li.4.nu.23.212.
Filij legitimati excludunt fœminas, quando extat ſtatutum quod ſtantibus maſculis fœminæ excluduntur. Præſ.89.lib. 4.num.25.212.
Filius legitimus legitimati non excludit ſubſtitutum quãdo dictum fuit, Et ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus vel ex legitimo matrimonio, cùm pater ipſe nō potuetit ſuccedere, nec plus iuris habere poteſt, quàm pater. Præſ.79.lib.4.num.25.176.
Declara, vt ibi.nu.26.
Filio legitimo filij ſpurij auum relinquere poſſe contemplatione eius nepotis conſtat, quando ipſe filius ſpurius iam deceſſiſſet. Præſ.96.li.4.nu.23.240.
Idem quando auus reliquit ſic nepoti, ne aliquis vſusfructus acquireretur filio ſpurio. ibi.nu.24.
Filij ex putatiuo matrimonio ſunt verè & propriè legitimi quò ad ſucceſſiones, & ſi modò fuerit ſolenniter celebratum matrimonium, & affuerit bona fides in facto ipſorum contrahentium. Præſ.77.li.4.nu.3.165.
Et tunc ſubſtitutum excludunt, quando teſtator ſic dixit, Et ſi hæres meus ſine filiis deceſſerit, ſubſtituo Caium. ſi hæres habuit filios ex d. matrimonio. ibi.nu.4.
Et ſuccedunt etiam in feudo. ibi.nu.5.
Idem ſi teſtator dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio natis. ibi.nu.6.
Secus ſi teſtator dixit: Si deceſſerit ſine filiis ex vero matrimonio natis. ibi.nu.7.
Filij ex putatiuo matrimonio nati an & quando præſumantur comprehenſi ſub filiis in conditione poſitis ad ſubſtituti excluſionem. Prẹſ.77.lib.4.nu.1.165.
Filij ex putatiuo matrimonio inſtituti à patre, qui credebat eos eſſe natos ex legitimo matrimonio, aſſumunt hæreditatem, nec corruit inſtitutio, & quare. Præſ.24.li.4.n.9.37.
Filij naturales ex matrimonio putatiuo faciunt cõditionem deficere, & excludunt ſubſtitutum. Præſ.78.li.4.nu.29.169.
Filij nati ex adulterio, manchi atque imperfecti quodammodo cenſentur. Præſ.54.li.6.nu.27.626.
Filius natus ante dignitatem patris non conſequitur ad prærogatiuas & honores ipſius. Præſ.33.li.5.nu.36.528.
Contra & rectiùs. ibi.nu.38.
Filij nati antequam pater habitus fuiſſet hęreticus, priuatur bonis paternis, ſicuti & nati poſt. Præſ.33.lib.5.num.17.& ſeq.527.
Contra, ibid.nu.28. ſed minus rectè, & confutantur opiniones. pag.528.
Filij nati ante hæreſim patris non debent eius criminis pœna affici: nec ſunt priuandi beneficiis Eccleſiaſticis, quæ iam tempore commiſſi criminis obtinebant. Præſ.33.lib.5. nu.33.528.
Contra, ibi.nu.17.& 35.527.& 528.
Filij nati ante hæreſim patris non præſumuntur, ſi tandem pater ad Eccleſiæ vnitatem redierit. ibi.nu.40.

*Filij naturales qui dicantur: An & quando ſubſtitutum excludunt: Quando faciant deficere conditionem: Et quæ conſequantur ex bonis paternis.*

Filij naturales non dicũtur propriè filij, ſed impropriè. Præſ. 78.li.4.nu.67.173.
Filius naturalis non eſt in poteſtate patris. Præſ.89.lib.4.nu. 44.214.
Filij naturales an & quando comprehendantur ſub nomine filiorum in conditione poſitorum ad excluſionem ſubſtituti. Præſ.78.lib.4.nu.1.166.
Quòd faciant deficere conditionem, & ſic ſubſtitutum excludant. ibi.nu.2.
Filij naturales ſubſtitutum non excludunt, quando dixit teſtator, Si deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus. Præſ. 78.lib.4.nu.67.173.
Filij naturales & vitio ſpurietatis affecti non excludunt ſubſtitutum, quia verè nomen filij non obtinent. Præſ.78.lib. 4.nu.68.ead.pag.
Secus ſi teſtator dixerit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio, & quoquo modo venientibus, quia intelligitur etiam de ſpuriis. ibi.nu.69.
Filij naturales in conditione poſiti an excludant Eccleſiam ſubſtitutam. Prẹſ.78.li.4.nu.66.173.
Filij naturales faciunt deficere conditionem, quando fœmina teſtatrix & in dignitate etiam cõſtituta adiecit hanc con-

 ditionem

ditionem ſuo heredi, ſi deceſſerit ſine filiis. Præſ.78.lib.4. nu.36.170.
Intellige,vt ibi.nu.37.
Idem dicendum,quando teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio, vel quoquo modo deſcendentibus.ibi.nu.38.
Idem,ſi teſtator in dignitate poſitus hæredem fecit eum,quẽ ſciebat habere non poſſe filios ex legitimo matrimonio. ibi.nu.39.
Filij naturales faciunt conditionem deficere,etiam quod teſtator ſit nobilis & in dignitate cõſtitutus, ſi ipſemet teſtator ſit etiam naturalis.Præſ.78 li.4.nu.34.170.
Filij naturales quod faciant deficere conditionem & ſubſtitutum excludant,eſt conſideranda dignitas teſtatoris fideicommittentis,an ſit veriſimile eum voluiſſe naturales ſuccedere vel non: necnon eſt conſideranda eius voluntas vel ex dictis ante confectionem teſtamenti, vel ex ſcriptis in eodem teſtamento. Præſ.78.li.4.nu.21.168.
Filij naturales non faciunt deficere conditionem. Præſ.78. lib.4.nu.10.& ſeq.167.
Filij naturales ex præſumpta mente teſtatoris non faciunt deficere conditionem,ſi teſtator ſit conſtitutus in dignitate:& quomodo ſumatur hæc dignitas.Præſ.78.lib.4.nu.23. pag.169.
Filij naturales non faciunt deficere conditionem,etiam ſi ſit inſtituta fœmina extranea.Præſ.78.li.4.nu.60.172.
Secus ſi dicta fœmina iam eſſet in concubinatu.ibi.nu.61.
Filij naturales non faciunt deficere conditionem, quando aliquis inuitatur ad lucrũ ſub conditione affirmatiua.Præſ. 78.lib.4.nu.70.173.
Idem quando filij ſunt poſiti in conditione tacitè ex legis diſpoſitione.ibi.nu.71.
Et idem quando mulier hæredem fecit proprium virum,quẽ grauauit reſtituere,ſi deceſſerit ſine filiis: intelligitur enim de filiis legitimis & naturalibus.ibid.
Filij naturales non faciunt deficere fideicommiſſum, quando colligitur ex teſtatoris voluntate, ipſum nolle,quod dicti filij excludant ſubſtitutum.Præſ.78.li.4.nu.57.172.
Filij naturales non cenſentur excluſi à teſtatore in dignitate conſtituto, quando is mentionem feciſſet naturalium in alia teſtamenti parte,& eos honoraſſet.Præſ.78.lib.4.num. 31.169.
Idem,quando extaret ſtatutum, quod filij naturales æquè ac legitimi ſuccedant.ibi.nu.32.170.
Filius naturalis ſi fuit grauatus reſtituere alteri à patre,intelligitur,ſi ſine liberis deceſſerit:ſecus in ſpurio.Præſ.89.li.4. nu.25.212.
Idem in filio naturali vel ſpurio legitimato inſtituto in totum.ibi.nu.22.
Et idem in filiis ſuſceptis à filio ipſo grauato dum fuit in deportatione.ibi.nu.30.
Filij naturales non cenſentur rumpere fideicõmiſſum,quando grauatus tempore teſtamenti habebat filios legitimos & naturales,quia teſtator præſumitur de illis tantum cogitaſſe.Præſ.78.lib.4.nu.63.& ſeq.172.
Filij naturales iure digeſtorum nihil conſequebantur ab inteſtato.Præſ.78.lib.4.nu.22.169.
Filius naturalis vnciam tantum ex bonis patris conſequi poteſt,exiſtentibus aliis filiis.Præſ.48.lib.4.nu.9.87.
Si ſubſtitutus ſit filio legitimo,& naturali,aliis filiis exiſtentibus ſuccedit pupillo tantùm in bonis ipſius pupilli,& nõ in bonis patris,exceptis duabus vnciis.ibid.
Filius naturalis legitimus an cenſeatur in cõditione poſitus ab auo teſtatore, ſi grauauit eius patrem alteri reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit,ſi fuit legitimatus tempore conditi teſtamenti.Præſ.89.li.4.nu.103.222.
Filius naturalis natus in libertate ſine figura matrimonij regulariter non facit deficere conditionem nec iure nouo, nec iure antiquo.Præſ.78.li.4.nu.17.& 19.168.
Secus quò ad duas vncias, in quibus ſuccedit ab inteſtato iure Authen.ibid.
Filij naturales concepti in ſeruitute in figura matrimonij eodem iure ſuccedunt,quo legitimè nati in libertate. Præſ. 78.lib.4.nu.28.169.
Filij naturales in ſeruitute nati in figura matrimonij an faciant deficere conditionem, & ſic ſubſtitutum excludant, & patris ſuccedant ab inteſtato.Præſ.78.lib.4.nu.15.168.
Et quid ſi de filiis ſit mẽtio in diſpẽſatione,illos honorãdo.ib.
Filij naturales nati in ſeruitute in figura matrimonij non ſolum iure nouo,ſed etiam antiquo faciunt conditionem deficere,& ſubſtitutum excludunt.Præſ.78.li.4.n.18.& 28.168. & 169.& ſeq.
Filij naturales in ſeruitute natu ab inteſtato ſuccedunt,& legitimorum appellatione veniunt:& an excludant ſub ſtitutum.Præſ.78.li.4.nu.9.167.
Filius poſthumus natus in quinto, ſexto, vel octauo menſe, qui ſtatim deceſſit, non præſumitur in condemnationem tacita poſitus ad excludẽdum ſub ſtitutum. Præſ.89.li.4.nu. 111.pag.223.
Nec rumpit teſtamentum.ibi.
Idem quando partus eſt monſtruoſus.ibi.nu.112.
Idem in filiis, qui etſi nati ſunt, non tamen extant tempore mortis grauati,cũ eo adhuc ſuperſtite deceſſerit.ibi.nu.113.
Filius præteritus,quem pater ignorabat viuere, an habeatur pro inſtituto.Præſ.26.li.4.nu.21.& per tot.30.& ſeq.42.
Filio intra pubertatem defuncto matre excluſa admittitur ſubſtitutus, ſi autem poſt pubertatem deceſſit filius, ſuccedit mater per fideicommiſſatiam.Præſ.39.li.4.nu.2.71.
Filius ſpiritualis non facit deficere conditionem, ſi ſine filiis deceſſerit,ad excluſionẽ ſubſtituti. Præſ.89.li.4.n.108.222.
Filius ſpiritualis ſi fuit inſtitutus à patre ſpirituali, & grauatus alteri reſtituere,non ſubintelligitur in eo conditio,ſi ſine liberis deceſſerit & quare.Præſ.89.li.4.nu.53.215.

*Filij ſpurij quando à patre ſint alendi, & quid conſequantur ex bonis patris: & à quibus prohibeantur.*

Filii ſpurij cõſtitutione iuris Pontificij à patrib. ſunt alẽdi,quod & iure Cæſareo obſeruatur. Præſ.54.lib.6.num.9. pag.625.
Et ſi eius ſunt ætatis,vt poſſint eſſe in iudicio,legitimam perſonam quò ad iudicium habere dicuntur.ibi.nu.10.627.
Filij ſpurij nec directè nec indirectè conſequi poſſunt bona patris.Præſ.96.li.5.nu.6.238.
Filius ſpurius prohibetur conſequi aliqua bona patris etiam quando pater ſubſtitueret ipſum filio legitimo ſubſtitutione vulgari vel fideicommiſſa.Præſ.96.li.4.nu 13.239.
Idem quando pater pupillariter ſubſtitueret ipſum filio legitimo impuberi.ibi.nu.14.
Idem quando pater reliquit extraneo, qui ſtatim quòd conſecutus eſt relictam rem,eam tradidit filio teſtatoris ſpurio. ibid.nu.15.
Idem quando pater inſtituit extraneum, & conſtat ei plurimum commendaſſe dictum ſpurium, ſi deinde inſtitutus ipſum hæredem faciat,præſumitur fraus.ibi.nu.16.
Secus quãdo teſtator inſtituiſſet filium ſuum legitimum, qui deinde hæredem feciſſet fratrem ſpurium, qui præſumitur amore potius fraterno,quàm iuſſu patris ipſum inſtituiſſe. ibid.nu.17.
Filius ſpurius non cenſetur prohibitus relictum acquirere, quando ei pater reliquit,cùm legitimus & relicti capax erit. Præſ.96.li.4.nu.33.240.
Secus ſi filius ſit inceſtuoſus.ibi.nu. 34.241.
Filio ſpurio pater non modo prohibetur relinquere,iure poſitiuo,ſed & iure diuino.Præſ.96.li.4.nu.3.238.
Filio ſpurio ſi pater reliquit ſub conditione, cùm relicti capax erit:pendente hac conditione quid ſit agendum de hæreditate.Præſ.96.li.4.nu.35.241.
Filio ſpurio præſumitur fraudulenter datum, quãdo eius pater contracta cum aliquo ſocietate omnium bonorum eiuſdem filij nomine ſocium illum hæredem omnium bonorum ſuorum inſtituit.Præſ.96.li.4.nu.18.239.
Idem quando pater reliquit nepoti legitimo ex filio ſpurio, contemplatione tamen ipſius filij.ibi.nu.19.
Secus ſi conſtat relictum fuiſſe factum huic nepoti contemplatione ipſius nepotis.ibi.nu.20.
Et quando id conſtare poſſit.ibi.nu.22.& ſeq.240.
Filio ſpurio præſumitur fraudulenter relictum, quãdo pater ipſius ei relinquit cauſa alimentorum vltra debitam quantitatem.Præſ.96.lib.4.num.18.ea.
Idem quando pater relinquit filiẽ ſpuriæ cauſa dotis:intelligitur enim,quatenus dos congrua ei aſſignatur.ibid.nu.29.
Idem ſi eius pater inſtituit Principem aliquem ſub conditione,ſi perſonaliter veniet ad capiendum hæreditatem,& interim relinquit ſpurium & eius deſcendentes adminiſtratores & curatores hæreditatis ſine redditione rationum. ibid.num.31.
Idem quando reliquit ipſi ſpurio non nominando eum eſſe filium ſuum.ibi.num.32.
Filij teſtatoris ſi ſunt inſtituti,& eis datus eſt ſubſtitutus extraneus,ſuccedũt inuicem ex iure accreſcendi excluſo ſubſtituto.Præſ.87.lib.4.num.9.204.
Finis quando neceſſario non pendet à principio, ipſemet finis attenditur.Præſ.17.lib.6.num.9.566.
Idem quando principium ex ſe nihil operatur,ſed eſt ratione & cauſa finis.ibi.num.10.
Finivm mutatio non præſumitur, & vbi olim fuerunt termini,ibid.& nunc eſſe cenſentur.Præſ.43.lib.6.nu.1.600.
Fiscvs licèt loco filiorum ſuccedat,ſuccedit tamen & habetur tanquam extraneus.Præſ.139.lib.4 num.79.328.
Et ſuccedit delinquenti tanquam extraneus ſucceſſor. ibid. num.83.
Fiſcus, cui ſoluitur tanquam creditori, tenetur cedere ius ſuum ſoluenti pro debitore ſicuti quilibet alius creditor. Præſ.189.lib.4.num.143.440.
Forensis licèt is non ſit, qui in loco natus eſt, pro tali tamen fictè habetur, ſi in eo loco onera non ſuſtinet. Præſ.45.lib.5.num.31.540.
Forenſis ſi ex diſpoſitione ſtatuti eſt incapax immobilium ciuitatis,ſibi debetur æſtimatio rei immobilis legatæ. Præſ. 120.lib.4.num.6.298.
Declara,vt ibi.num.7.8.& ſeq.
Et nunquid ſibi debeatur æſtimatio rei legatæ,quando ſtatutum diſponit, quòd res ſint omninò inalienabiles in forenſis.ibid.num.8.228.
Quòd ſi ſtatutum prohibet alienationẽ fauore publicẽ vtilitatis, æſtimatio non debetur.ibid.num.9.
Idem quando repugnat coniecturata mens teſtatoris, qui noluit legatarium conſequi æſtimationem.ibid.num.10.
Fori antiqua praxis eſt ſequenda,& ab ea non eſt recedũdum.Præſ.34.lib.5.num.11.529.
Fornicatio præſumitur etiam inter ſanguine coniunctos quando adeſt aliqua violenta præſum. Præſ. 17.lib. 5. num.6.501.
Et maximè hoc procedit in ſola conſanguinea & affine.ibid. num.7.
Idem quando nimia eſſet familiaritas inter patrem & filiã & fratrem & ſororem.ibid.num.8.
Franciscvs Donato Venetorũ dux octuageſimo quarto ætatis ſuæ anno integris viribus adhuc Reipub. operam dedit.Præſ.46.lib.6.num.17.607.
Franciſcus Molinus poſt centeſimum ætatis ſuæ annum Venetijs procuratoria dignitate ornatus eſt.Præſ.46.lib.6. num.18.ea.

*Fratris nomine quis comprehendatur: Et ad quæ teneatur frater erga fratrem.*

Fratris nomine non venit ſoror.Præſ.84.lib. 4. nu. 12. 196.
Fratres ad mutuum auxilium compoſiti videntur. Præſ. 16. lib.5.num.3.500.
Frater præſumitur fratrem diligere,& per conſequens ipſum lædere nolle.Præſ.16.lib.5.nu.1,ea.
Dicitur enim frater quaſi ferè alter,& partis corporis alterius ibid.num.2.
Nec præſumitur frater necaſſe ſororem.ibi.num.4.501.
Frater nũquid poſſit alienare bona fideicommiſſi, vt dotem conſtituat ſorori.Præſ.189.lib.4.num.38.431.
Et quid ſi fuit grauatus à patre ſuo defuncto.ibid.nu.39.432.
Non enim tenetur regulariter ſororẽ dotare, præcipuè quãdo ſoror habet bona,è quibus poſſit ſibi dotem conſtituere.ibid.num.40.
Secus ſi non habet vnde dotem ſibi conſtituat, & adeò eſt inops,vt nihil habeat in bonis.ibi.num.41.
Intellige de ſorore vtrinque coniuncta.ibi.num.43.
Frater tenetur dotare ſororem,quando extat ſtatutum,quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt.ibi.num.42.
Secus ſi ſoror eſt vterina.ibi.num.43.
Frater tenetur pro fratre oſtendere maieſtatem principis, ſic dictante eius decreto:ſecus ſi frater erat abſens, quando alter frater offendit ipſum principẽ.Præſ.31.lib.5.nu.25.523.
Frater non tenetur dotare ſororem, quando ex bonis patris habet vt ſe dotet.Præſ.109.lib.4.nu.63.279.
Frater cõiũctus ex latere patris ei cui ſubſtitutus fuit, an excludat matrem ex tacita pupillari.Præſ.39. lib.4. nu.82.77.
Fratres heredis grauati non præſumũtur poſiti in tacita cõditione,ſi ſine filijs,&c. ad excluſionem ſubſtituti.Præſ.89. lib.4.num.114.pag.223.
Frater inſtitutus à fratre,ſi ſit grauatus alij reſtituere, nõ ſubintelligitur in eo tacita conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, quia in eo ceſſat coniectura pietatis: & quia frater non tenetur fratrem inſtituere ſicut pater:& confutantur argumenta eorum qui contrarium ſenſerunt.Præſ.89. lib. 4.nu. 55.216.
Frater poſſidens, & adminiſtrans bona fratris præſumitur iure familiaritatis poſſidere.Præſ.67.lib.6.nu.12.645.
Frater,& ſoror habent querelam contra teſtamentum quãdo eſt inſtituta turpis perſona, licet non conſequantur legitimam ex bonis fratris defuncti.Præſ.38.lib.4.nu.17.68.
Fratres & ſorores pluries inceſtum commiſiſſe obſeruatum eſt.Præſ.17.lib.5.num.14.502.
Frater teſtatoris præſumitur magis dilectus ab ipſo teſtatore,quam eius vxor,mater pupilli,& propterea præſumitur excludere ipſam.Præſ.56.lib.4.num.17.104.
Idem de patruo,& pia cauſa.ibi.num.18.
Frater vterinus teſtatoris ſubſtitutus non cenſetur vocatus ad excluſionem matris pupilli inſtituti.Præſ.56.lib.4.num. 16.104.

*Fratres vtrinque coniuncti an & quando æqualiter ſuccedant cum conſanguineis fratribus & quando eos excludant.*

Fratrem vtrinque coniunctum æqualiter ſuccedere cũ conſanguineis fratribus in ſubſtitut. pupill. Præſ. 75.lib.4. num.12.151.
Fratres vtrinque coniuncti æqualiter cum conſanguineis ſuccedere præſumuntur, quando habens fratres vtrinque coniunctos,& conſanguineos reliquit bona fideicommiſſo ſuppoſita pro conſeruatione agnationis,& familiæ,non nominata perſona ipſorum fratrum ſuorum. Præſ. 75. lib. 4. num.21.152.
Fratres vtrinque coniunctos æqualiter admitti in ſubſtitutione fideicõmiſſ.cũ conſanguineis.Præſ.75.lib.4.nu.17.ea.
Secus ſi teſtator ipſe in inſtitutione expreſſim coniunxiſſet re & verbis vtrinque coniunctos.ibid.num.18.
Frater vtrinque coniunctus an & quando excludat fratrem conſanguineum ex præſumpta mente teſtatoris. Præſ. 75. lib.4.num.1.150.
Frater vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo fratri quando teſtator ita dixiſſet & vno filiorum meorum decedente, eius portio perueniat in ſuperuiuentes, ſi tempore euenientis caſus erit ſuperſtes alias admittentur conſanguinei.Præſ.75.lib.4.num.6.151.
Idem quando conſtat teſtatorem magis dilexiſſe cõiunctum in vna portione quàm alios.ibi.num.7.
Frater vtrinque coniunctus an præferatur conſanguineis quando agitur de pupillari ſubſtitutione facta à patre inter eius filios.Præſ.75.lib.4.num.8.151.
Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum in cauſa inteſtati.Præſ.75.lib.4.num.11.ead.
Frater vtrinque coniunctus tunc fratrem conſanguineum excludere cenſetur, quando pater ipſe in inſtitutione re, & verbis coniunxit duos ex prima vxore,& duos ex ſecunda. Præſ.75.lib.4.num.4.ea.
Fratres vtrinque coniuncti quando fuerunt re & verbis expreſſim à teſtatore coniuncti præferuntur conſanguineis in pupill.ſubſtit.Præſ.75.lib.4.num.14.ea.
Et quid in ſubſtitutione fideicommiſſ. ibid.num.15.
Frater vtrinque coniunctus ſubſtitutus excludit matrem ex

tacita pupillari.Præſ.39.lib.4.num.79.77.
Succedit enim ab inteſtato fratri æqualiter vnà cum matre, vnde cũ ſit vocatus ex tacita pupillari,duplici iure vocatus cẽſetur ideo præfertur matri vno iure tantũ ſuffultæ.n.80.
Frater habens vtrinque coniunctos, nec non alios fratres cõſanguineos,ſi ſimpliciter ſubſtituit filio ſuo fratres ſuos, an vtrinque coniuncti excludant conſanguineos. Præſ. 75. lib.4.num.19.152.
Quod vtrinque coniuncti præferantur,ratione maioris affectionis.ibid.
Secus ſi extaret vnus tantum frater coniunctus, nam vt pluralis,illa numerus prolatus à teſtatore verificetur, intelliguntur vocati etiam conſanguinei.ibid.num.20.
FRATERNITATIS quaſi poſſeſſio acquiritur per tractatum.Pręſ.53.lib.6.num.25.622.
Fraternitates dicuntur loca pia,& legatum eis factum dicitur ad pias cauſas.Pręſ.115.lib.4.num.5.290.
FRAVS cõiecturis & præſumptionibus probari poteſt.Pręſ. 3.lib.5.num.43.482.
Fraus non præſumitur,niſi probetur.Præſ.78.lib.6.n. 3.654.
Fraus in dubio nunquam præſumitur nec actu nec potentia. Præſ.82.lib.4.num.10.183.
Fraus in dubio non eſt præſumenda.Præſ.81.li.4.nu.29.182.
Fraudibus quò ad fieri poteſt,eſt obuiandum. Præſ.190.lib. 4.num.21. 447.
FRVCTVS tantum an & quando præſumantur relicti, & quando ius vſusfructus.Præſ.136.lib.4.num.1.318.
Quòd quando verba ſunt clarè directa ad perſonam legatarij, vt ſua manu fructus conſequi poſſit relictum dicitur ius vſusfructus.ibid.num.2.319.
Fructus verò tantum cenſentur à teſtatore legati,quando teſtator legat fructus alicui, quos ab hærede ei pręſtari vult. ibid.num.3.
Quid autem ſi verba ſunt dubia,vt quia non diriguntur ad legatarium nec ad hæredem,vt ſi teſtator dixit lego fructus fundi.ibid.num.4.
Et quid quando verba ſunt dubia, & relicta eſt certa pars fructuum.ibid.num.5.
Et quid ſi relicta eſt certa quantitas fructuum.ibid.num. 6.
Fructus ex hæreditate adita percepti non dicuntur hęreditarij.Præſ.188.lib.4.num.27.425.
FRVMENTVM aliquando in genere capitur,aliquando in ſpecie,& quomodo.Pręſ.151.lib. 4.num.2.350.
Et frumenti nomine an contineatur farina.ibid.num.5.
Et an panis.ibid.num.9.
Frumento legato,quid pręſumatur legaſſe teſtator.Pręſ. 151. lib.4.num.1.350.
Quòd non continetur frumentum,quod teſtator vęnale habebat.ibid.num.10.
Frumento legato, ipſum frumentum in ſpecie deberi oſtenditur.Præſ.151.lib.4.num.4.350.
Idem dicendum in contractibus in quibus frumenti vel tritici fit mentio,vt intelligantur ſecundum communẽ vſum loquendi.ibid.
Frumento legato,quod teſtator habebat in ciuitate,cenſetur legatum frumentum exiſtens in ſuburbijs,quando ibi tenebatur cauſa cuſtodiæ, donec deferretur in ciuitate. Præſ. 126.lib.4.num.11.306.
FVGITIVVS is cenſetur,qui ad fugam ſe præparat.Præſ.3. lib.6.num.12.551.

*Fundi nomine quid contineatur, & quid legato fundo comprehendatur.*

FVNDI nomine continentur dolia, molæ oliuariæ, & prælum,cùm fundo ſint infixa.Præſ.154.lib.4.num.3.353.
Fundum,idem eſt dicere, quod & totum fundum, cùm non poſſint partes ſeparari.Præſ.62.lib.4.num.4.117.
Intellige, quò ad partes integrales ipſius fundi, non autem quò ad partes diſcretas & quotitatiuas.ibid.num.5.
Fundi identitas vel vnitas non ſatis dicitur probata,quando quatuor eſſent deſcripti confines, & duo tantum conuenirent.Præſ.15.lib.6.num.30.564.
Satis autem probatur ſolo nomine ſingulari.ibid.num.32.
Vel probando fundum illum eſſe prope aliquod caſtrum, & eſſe eius nominis,cuius mentio facta eſt.ibid.num.33.
Vel demonſtrando,quòd deſcendentes primi poſſeſſoris illius fundi continuato tempore poſſederunt.ibid. num. 34.
Vel publicam famam vulgi opinionem.ibid.num.35.
Fundo inſtructo legato,qui fundus debeatur ex coniectura mente teſtatoris.Præſ.154.lib.4.num.1.353.
Quòd ſi teſtator ſimpliciter legauit fundum, præſumitur legaſſe ea,quæ ita fundo cohærent,vt amoueri inde nequeãt. ibid.num.2.
Non continentur verò ea,quæ ſunt diuiſa & ſeparata ab eo ibid.num.5.
Fundo inſtructo legato, vel vt inſtructus eſt, quidnam debeatur, & quid differat huiuſmodi legatum à legato fundi & inſtrumentorum.ibid.num.14
Et quæ contineantur in dicto legato.ibid.
Fundo legato vt optimus maximúſque eſt,nõ ſolũ omnia inſtrumenta debẽtur fundo neceſſaria, ſed & quæ voluptatis cauſa in fundo habuit teſtator.Præſ.154.lib.4.num.17.354.
Fundo cum inſtrumẽtis legato:& fundo legato & inſtrumẽta in quibus differat hæc legati formula:& quid,lego fundum inſtructum.Præſ.154.lib.4.num.7.353.
Fundo cum inſtrumentis legato, cenſentur comprehenſa à teſtatore etiam inſtrumenta,quæ non ſunt infixa nec ædificata in fundo.ibid.num.6.
Et dicitur duplex legatum.ibid.
Et reuocato legato fundi,an cenſeatur etiam reuocatum legatum inſtrumentorum.ibid.num.8.
FVREM ſcienter receptans punitur pœna furti; in dubio autem ſecus.Præſ.29.lib.5.num.34.519.

*Furtum à quibus commiſſum præſumatur, & circa quæ & quando ſine culpa cuſtodis commiſſum dicatur.*

FVRTVM factum fuiſſe quando coniecturis probari poſſit & fama populi. Præſ.61.lib.6.num.21.pag.636.
Probatur fuiſſe cõmiſſum ex eo quod is cui res dicitur ſubtracta ſtatim conqueſtus eſt,coadhibuit omnem diligentiã vt furem inueniret.ibid.num. 22.
Idem quando is cui dicitur factum furtum eſt vir probus, probatæque famæ.ibid.num.23.
Idem quando ab habitantibus in domo factæ ſunt acclamationes concurrentibus tum aliquibus alijs indicijs.ib.n.24.
Furtum detegitur, & ſumitur indicium à forma pedis accuſati de ipſo furto:non eſt autem ſufficiens indicium ad torturam.Præſ.31.lib.5.num.12.522.
Furtum præſumitur commiſſum culpa eorum,apud quos res extabat.Præſ.3.lib.5.num.130.486.
Furtum præſumitur cõmiſſum ab ipſius rei cuſtode ob malam eius cuſtodiam, & poteſt is torqueri,vt furem indicet. Præſ.31.lib.5.num.1.522.
Secus ſi in cuſtodiendo eam diligentiam adhibuit, quam vnuſquiſque diligens paterfamilias adhibuiſſet, & quando more ſolito cuſtodiuit.ibid.num.2.
Furtum præſumitur is commiſiſſe,qui viſus eſt noctis tẽpore extra domum,in qua commiſſum fuit furtum.ibid.num.10.
Idem de eo,cuius vel veſtis,vel telum,vel quid ſimile repertum fuit in loco commiſſi furti.ibid.num.13.
Idem quando reperta eſt ſchala ad ſpeculam domus commiſſi furti,quæ ſanè ſchala viſa eſt prius in domo ipſius accuſati.ibid.num.14.523.
Non eſt tamen hoc ſufficiens indicium ad torturam.ibid.
Furtum is præſumitur commiſiſſe,apud quem claues adulterinæ ad aperiendum hoſtium domus repertæ ſunt.Præſ.31. lib.5.num.17.523.
Furtum non cenſetur cõmiſſum in re ſociali, ſi dominus ea vtatur ad vſum deſtinatum.Præſ.18.lib.5.num.4.502.
Furtum tunc dicitur caſu fortuito, & ſine culpa cuſtodis cõmiſſum quãdo à domeſticis domus,vt puta à famulo,à filio filiáue,vel ab vxore fuit cõmiſſum.Præſ.61.li.6. nu.37.637.
Idem quando res fuit recondita in loco tutiſſimo & tamen locus ille fuit fractus,& res omnes inde exportatæ.ibi.n.38.
Idem quando in eo loco vbi res repoſitæ erant nunquam antea commiſſum fuit aliquid furtum, cum locus ille fuit habitus pro bene tuto.ibid.num. 39.
Idem quando probata eſt diligentia non mediocris cuſtodis qui cuſtos diligentiſſimus creditur.ibid.num.40.


Idem




Idem quando rei Dominus conſenſit rem illam reponi in loco quem tutum credebat.ibid.num.41.
Furtum non ſine culpa cuſtodis committi ſolet qui diligentius cuſtodire debuit.Pręſ.61.lib.6.num.34.637.
Furtum apud Lacedęmones non puniebatur,ob id quòd ipſi rerum domini ob neglectam cuſtodiam in cauſa furti eſſent.Pręſ.61.lib.6.num.35.637.
Furtum an & quando in re inuenta, vel pro derelicto habita commiſſum pręſumatur:& quando cenſeatur res habita pro derelicto.Pręſ.30.lib.5.num.1.520.
Furto teſtibus probato creditur Iuramento partis de ſcripturis furto ſubtractis.Pręſ.61.lib.6.num.29.636.
Furtum ad hoc vt dicatur manifeſtum, attenditur principiũ commiſſi furti,& quare.Pręſ.17.lib.6.num.5.566.
Furtum à ſeruo commiſſum pręſumitur conſenſu domini commiſſum, ſi ipſe ſeruus ſit improbus & nequam. Pręſ. 27.lib.5.num.18.515.
Non punitur tamen dominus eadem pœna, qua plectendus eſt ſeruus,ſed mitiori,arbitrio iudicis.ibi.num.19.516.

*Furioſus, inſanus aut mentecaptus an & quando quis præſumatur:& an furioſus poſſit grauari onere fideicommiſſi.*

FVRIOSVS,inſanus,demens, aut mentecaptus an & quando quis pręſumatur.Pręſ.45.lib.6.num.1.602.
Et quid differant furioſus inſanus, demens & mente captus. ibid.num.2.
Quòd in in multis ęquiparantur,& macarones appellantur. ibid.num.17.
Furioſus is pręſumitur, qui furijs quodammodo agitatur & rabie angitur,vnde nec ſibi nec alijs parcit.ibid.num.11.
Idem de eo,qui mentis lumine & ſenſu caret. ibid. num.15.
Idem de eo,qui per vicos more inſanorum loquitur,vel deridendo vadit.ibid.num.24.603.
Idem ſi proijcit lapides ſine cauſa per viam.ibid. num.25.
Idem ſi incidit via lutoſa,cũ bona poſſet incidere.ibi.nu.26.
Idem de eo,qui tenetur in cõpedibus,vt furioſus.ibi. nu. 27.
Idem de eo, qui de vna re interrogatus de altera reſpondet. ibid.numero 36.
Idem de infirmo,qui prohibet vel ſpernit medicinas in infirmitate ſibi à medicis ordinatas.ibi.num.37.603.
Sed teſtes deponentes de huiuſmodi dementia atteſtari debent, illum recuſaſſe ac ſpreuiſſe medicinas ob inſaniam vel furorem,quo agitabatur.ibid.num.38.
Furioſus vel demens is præſumitur, qui iuſſit cadauer ſuum ſepeliri cum ſonis & cantibus.ibid.num.41.eo.
Idem de eo,cui tanquam furioſo vel dementi datus eſt curator.ibid.num.44.604.
Idem quando quis habitus & reputatus eſt pro furioſo vel demente à parentibus vel vicinis.ibid.num.45.
Idem quando teſtes deponerent,quod ita ab omnibus habebatur pro demente vel furioſo.ibid.num.46.
Idem quando quis turpia & inhoneſta publicè facit.ib.n.47.
Idem quando quis imaginibus fallitur. ibi.num.48.
Idem de eo, quem conſtat furore,dementia vel inſania affectum fuiſſe,& non conſtat conſueuiſſe habere dilucida interualla.ibid.num. 59.605.
Furioſus is non præſumitur, quem non conſtat antea furore agitatum fuiſſe, ſed ſanæ mentis cenſetur.ibi.num.18.602.
Furioſus ſi quis fuit ab initio,atque etiam ex poſt, præſumitur etiam medio tempore fuiſſe talis.Præſ.36.lib. 6. numer. 12.588.
Furioſus ſi habet dilucida interualla,ſi dubitatur an actus ab ipſo geſtus,ſit geſtus tempore furoris vel interualli, in dubio præſumitur geſtus tempore furoris.Pręſ.45.lib. 6.num. 63.605.
Et qui dicit fuiſſe geſtum tempore dilucidi interualli, probare id debet.ibid.
Furioſus an poſſit grauari onere fideicommiſſi.Præſ.49.lib. 4.num.12.88.

*Furor an & quando præſumatur,& quanto tempore durare cenſeatur.*

FVRORIS & dementiæ ſignum & coniectura, eſt quando quis iuſſit cadauer ſuum in mare proijci.Pręſ.45.lib.6.nu. 29.603.
Idem quando iuſſit cadauer ſuum ſepeliri cum ſonis & cantibus.ibid.num.41.
Idem quando quis nomen ſuum ignorat.ibi.num.30.
Idem quando quis loquitur verba inordinata,fatua,& talia, quæ ab homine ſuæ mentis proferri non ſolent.ibid.nu.39.
Idem quando quis vno propè tempore bona ſua delapidauit,ea vendendo vili pretio, vel ſine cauſa donando. ibid. num.57.605.
Idem quando quis facit actus, quos nemo ſanæ mentis faceret.ibid.num.58.
Furoris morbus cùm ſit inſanabilis,præſumitur durare omni tempore, & dilucida interualla cùm ſint per accidens, probari debent per aſſerentem illa. Præſ.45.li.6.nu.64.605.
Furor quando breui tempore dicatur reuerſus,iudicis arbitrio relinquitur, cum iure diffinitum non ſit. Præſ. 50.lib. 4.num.10.& num.17.89. & 90.
Furor ceſſans, & breui reuertens dicitur potius inumbrata quies,quàm mentis ſanitas reſtituta. Præſ.50.lib.4.nu.8.89.
Furor,& inſania ſui natura inſanabilis durãs præſumitur, licet aliqua extent dilucida interualla.ibi.

G

GALENVS dum puer eſſet,& febri quateretur,ex cubili prominentes atro colore feſtuculas videre ſe opinabatur,& veſtes floccorũ plenas.Præſ.45.li.6.nu. 51.604.
Galenus vixit centum quadraginta annis,& nullo correptus morbo interijt.Præſ.46.lib.5.num.12.606.
GALLI non habent filios in poteſtate.Præſ.18.lib. 4. num. 40.30.
GARVS fit ex piſcium inteſtinis,& eſt condimentum ciborum,non autem cibus.Præſ.156.lib.4.num.2.356.
Dicitur alias ſalamora,quæ ex piſcibus vel carnibus ſale cõſperſis prouenit.ibid.num.3.
Aliàs dicitur geladia.ibid.num.4.
GENVS an differat à familia: qui dicantur eſſe de genere alicuius.Præſ. 88.lib.4.num.7.205.
Quòd genus ſumitur aliquando largè,vt includat totam parentelam:aliquando ſtrictè,vt agnationem comprehendat. ibid.num.8.
Genus comprehendit ſub ſe omnes ſpecies, & id quidẽ propriè:& ipſe ſpecies comprehendunt ſua indiuidua. Præſ.1. lib.5.num.26. 475.
Generi per ſpeciem derogatur.Præſ.38.lib.6.num.9. 592.
Non autem ei derogatur,quando ſpecies non eſt contraria generi, ſed ſub ipſo genere comprehendi poteſt: & ſic lex noua non corrigit veterem.ibid.num.14.
Idem quando genus verificari debet in vna ſpecie.ibi. nu.15.
GEORGIVM Trapezuntium & Franciſcum Barbarum ſenio confectos,literarum,quarum eruditiſſimi fuerũt, omnino oblitos fuiſſe fertur.Præſ.45.lib.6.num.34.603.
GERMANICVS quæſtor adoleſcens factus,& mox conſul, res mirandas geſſit.Præſ.43.lib.6.num.8.608.
GORDIANVS Senior audita morte filij laqueo ſe ſuſpendit. Præſ.56.lib.6.nu.9.631.
GORGIAS Leontinus centeſimum & ſeptimum agens annum interrogatus quapropter vellet tamdiu in vita manere,reſpondit,Quia nihil habeo,quòd ſenectutem meam accuſem.Præſ. 46.lib.6.num.13.606.
GRAVARI is non poteſt, qui vocatus & honoratus non eſt. Præſ.70.lib.4.num.12.138.
GRAVATVS facilius is præſumitur, qui habet facultatem præſtandi rem legatum,quàm ille qui non habet,ſed oportet vt eam redimat.Præſ.110.lib.4.num. 47.283.
Grauatus reſtituere hæreditatem intelligitur grauatus in portione ſibi relicta.Præſ.76.lib.4.num.16.155.

H

HABITANS in domo Cardinalis præſumitur viuere expenſis ipſius Cardinalis. Præſ. 71.lib.6. nu.7. 648.
HABITATIO propriè ſolum eſt ipſe vſus,non autem proprietas.Præſ.62.lib.4.num.32.119.
Habitatio & domicilium quid differant.Præſ.42.lib.6.num. 2.599.
Habitatione legata cẽſetur legaſſe teſtator, vt liberè legatarius ibi eſſe & habitare poſſit,& ſic ire & redire. Præſ.157. lib.4.num.20.358.


Et ce

Et conſetur relicta habitatio pro ſe & eius familia.ib.nu.21.
Continetur etiam habitationis nomine ſuppellectilia, ſcãna,cathedræ,menſæ & huiuſmodi.ibi.num.23.
HABITVS indicat qualis quiſque ſit. Præſ.76.lib.6.num. 10.652.
Habitus ſolus non facit quem Monachum.Præſ.84.lib.6.nu. 9.658.
Habitum clericalem deferens ſi obijt nullo relicto hærede non poteſt petere fiſcus eccleſiæ eius bona,ex eo quod ex habitu præſumi debeat ipſum fuiſſe clericum.Præſ.76.lib. 4.num.651.
HERCVLES morbo comitiali affectus fuit, & ab Ariſt. appellatur hic morbus Herculeus ab ipſo Hercule. Præſ. 44.lib.6.num.4.601.

*Hæres quis dicatur, & quis nomine hæredis comprehendatur: quorum dominus cenſeatur.*

HÆRES verbum prolatum in conditione voluntaria verificatur in bonorum poſſeſſore, qui impropriè & fictè eſt hæres.Præſumptio.185.lib.4.num.14.415.
Hæredum appellatione venit non modò primus hæres, ſed & hæres hæredis,& alij deinceps: & nomen hæres,eſt nomen collectiuum.Præſ.70.lib.4.num.29.140.
Hæredum appellatione quando ex communi vſu veniunt filij & deſcendentes,extranei cenſentur excluſi.Præſ.130.lib. 4.num.21.312.
Idem quando teſtator honoraſſet filios inſtituti aliquo legato,& erga eos oſtendiſſet beneuolentiæ ſignũ.ibi.nu.22.
Idem quando nomini,hæredibus,adiecta eſſet aliqua qualitas, quæ alteraret propriam hæredis ſignificationem. ibid. num.23.
Hæredis nomen non comprehendit extraneos, quando teſtator reliquit Caio & eius hæredibus rem quidem ſui natura tranſitoriam ad extraneos,ſed tamen ſi tranſiret reſultaret aliquid abſurdum & contra præſumptam teſtatoris voluntatem.Præſ.130.lib 4.num.13. 311.
Hæredis nomen etiam extraneum hæredem continet. Præſ. 130.lib.4.num.3.ea.
Extende etiamſi relicta ſit res, quæ ſui natura finitur morte legatarij.ibid.num.4.
Intellige de primis hæredibus non autẽ ſucceſſiuè. ibi.nu.6.
Hæredis nomen in teſtamento aſcendentis intelligitur de hæredibus ſanguinis, hoc eſt de deſcendentibus.Præſ.76. lib.4.num.72.161.
Hæredis nomen ſi eſt poſitum in conditione,intelligitur ſolum de hærede ſanguinis,nõ autem de extraneo. Præſ.130. lib.4.num.24.312.
Hæredis ſi eſt expreſſum nomen proprium, præſumitur factum cauſa demonſtrationis.Præſ.108.lib.4. num. 32. 271.
Et dicta expreſſio eſt loco taxatiuæ.ibid.num.33.
Hæres non dicitur, qui eſt intra tempus ad deliberandum. Præſ.101.lib.4.num.96.256.
Hæres quò ad ſui damnum is dicitur,qui repudiata hæreditate reſpondit ſe hæredem.Præſ.101.lib.4.num.30.252.
Idem dicimus de eo,qui adiuit hæreditatem, vt non poſſit amplius eam repudiare.ibi.num.31.
Idem de eo,qui per mendacium dicit ſe hæredem, cùm verè non ſit, quia habetur pro hærede quò ad ſui damnum, & ad fauorem creditorum.ibid.num.32.
Hæres idem eſt quod dominus. Præſ.101.lib.4.num. 35.252. & Præſ.140.eo.lib.num.20.330.
Hæres idem eſt quod dominus,& teſtator hæredem inſtituẽdo eum facit dominum.Præſ. 67.lib. 4. num.2. & 26. 130. & 132.
Hæres cùm eadem perſona cum teſtatore reputetur,non eſt tamen propriè, nec eius bona ſunt verè ipſius teſtatoris. Præſumpt.117.lib.4.num. 1.pag.294.
Hæres præſumitur omnium eorum Dominus quæ erunt apud defunctum.Præſ.64.lib.6. nu.18.641.
Hæres quicquid ex hæreditate poſſidet titulo hæreditario poſſidere præſumitur.Præſ.67.lib.6.num.6.644.
Hæres qui extitit ſemel, nunquam deſinit eſſe hæres. Præſ. 141.lib.4.num.27.334.
Hæres factus ſemel non poteſt deſinere eſſe hęres.Præſ.183. lib.4.num.30.411.
Hæredem aliquem facere eſt ipſum dominum conſtituere Præſ.133.lib.4.num.9.316.
Hæredem quilibet præſumitur habere,ex quo ſaltem poſtremo loco habet fiſcum.Præſ.130.lib.4.num.25.312.
Hæres præſumitur magis dilectus à teſtatore, quàm legatarius.Præſ.106.lib.4.num.29.266.

*Hæres quinam inſtitui poſſit: & quid ſit hæredis inſtitutio, & quomodo præſumatur, & ad quæ extendatur: Et an & quando valeat, vel reuocetur.*

HÆRES quilibet poteſt inſtitui,qui non reperitur expreſſè prohibitus.Præſ.16.lib.6.num.10.565.
Hæres quibuſcunque verbis inſtitui & ſubſtitui hodie poteſt ſanctione.l.quod indignum.C.de teſta.Præſ.55.lib.4.num. 6.100.
Hæredes quibus ex partibus inſtitui vel ſubſtitui præſumantur.Præſ.18.lib.4.num.1.26.
Hæredis inſtitutionem faciens cenſetur teſtari voluiſſe,non autem codicillari.Præſ.2.lib.4.nu. 21.5.
Hæredis inſtitutio dicitur caput & fundamentum teſtamenti.Præſ.173.lib.4.num.28.395.
Hæredis inſtitutio eſt fauorabilis,& ideo extendenda de caſu ad caſum.Præſ.26.lib.4.nu. 7.40.
Idem in ſubſtitutione directa.ibi.
Hæredis in ſubſtitutionis cauſa finalis quæ dicatur. Præſ.24. lib.4.num.5.10.& per tot.36.& 37.& ſeq.
Hæredis inſtitutionem non induci coniecturis aut præſumptionibus velut ſubſtitutio inducitur. Præſ. 26. lib.4. num. 17.41.
Hæredis inſtitutio an & quando coniecturis & præſumptionibus cenſeatur inducta.Præſ.19. lib.4.num.1. 30.
Hęredis inſtitutionem ſolis coniecturis & præſumptionibus induci poſſe,& quomodo.Præſ.19.lib.4.num.6.ea.
Diſtingue,vt ibi.num.7.9. & 10.
Hæredis inſtitutionem non induci coniecturis aut præſumptionibus ſed verbis expreſſis.Præſ.26.lib.4.nu.33.42.
Hæredis inſtitutio nutu teſtatoris fieri non poteſt. Pręſ.19. lib.4.num.2.30.
Hęredis inſtitutio vt conſiſtat,conſtare debet is, qui fuit demonſtratus.Pręſ.25.lib.4.num.6.38.
Hęredis inſtitutio an & quando extendatur de perſona ad perſonam. Pręſ.26.lib.4.num.19.41.
Hæredis inſtitutio an & quãdo ex pręſumpta mẽte teſtatoris extendatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus.Pręſ.26.lib.4.num.1.40.
Quòd extenditur de caſu ad caſum, quando habet eandem rationem,& veriſimilem mentem teſtatoris.ibi.num. 2.
Hęredis inſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex pręſumpta mente teſtatoris.Pręſ.65.lib.4.num.35.128.
Hęredis inſtitutionem non extendi de caſu ad caſum probatur.Pręſumptio.26.lib.4.num.11.& 16.pag.40.& 41.
Hęredis inſtitutionem non extendi de perſona ad perſonam ex coniecturata mente teſtatoris.Pręſ.26.lib.4.num.23.41.
Hæredis inſtitutio difficilius reuocatur quàm legata. Pręſ. 172.lib.4.num.5.392.
Et quare facilius tollatur legatum.Pręſ.173.li.eo. nu.27.395.
Hęredis inſtitutio incerta, an, & quando, & quibus coniecturis reddatur certa vt valeat.Pręſ.25.lib.4.num.1.38.
Hęredis inſtitutio,legatum, vel alia diſpoſitio an & quando ex falſa cauſa vitietur, & an & quando ex pręſumpta mẽte teſtatoris valeat.Pręſ.24.lib.4. nu.1. 36.
Hęredis inſtitutio non debet vitiari, ob errorem in qualitate perſonę,quando illa qualitas non inducit cauſam finalẽ. Pręſ.24.lib.4.numę.21.38.
Hæredis inſtitutio in re certa non valet, & ſi conſtat teſtatorem teſtari voluiſſe cẽſetur facta inſtitutio in vniuerſum. Pręſ.34.lib.4. num.15. 52.

*Hæres inſtitutus an & quando præſumatur & adiuiſſe hæreditatem,vel confeciſſe inuentarium,vel repudiaſſe.*

HÆRES inſtitutus,vel ab inteſtato vocatus, ſi confecit inuentarium bonorum hęreditatis,pręſumitur ipſam hęreditatem adiuiſſe.Pręſ.101.lib.4.num.94.256.
Hęres qui confecit Inuentariũ non pręſumitur habuiſſe alia bona,



bona,quàm in ipſo Inuentario deſcripta,& contrariũ aſſerenti incumbit onus probandi. Præſ.61. lib.6. nume.6.635.
Hæres quando promittit ex contractu ſoluere id, quod tanquam hæres cum beneficio legis & inuentarij ſoluere tenebatur,ſi ex ipſo contractu immediatè conueniatur, non habebit beneficium inuentarij.Præſ.109.lib.4. nu. 48.277.
Hæres inſtitutus etiam in re certa poteſt propria auctoritate appræhendere poſſeſſionẽ rei ſibi relictæ. Præſ. 141.lib.4. num.13.332.
Hæres inſtitutus ſi erat creditor ipſius teſtatoris, & petijt creditũ ſuũ ſibi ab eo ſolui,qui hæres eſſe poteſt d.teſtatori, præſumitur hæreditatem repudiaſſe. Præſumptio. 102.libro 4.num.17.258.
Et hoc niſi proteſtatus ſit id petere animo non repudiandi hæreditatem.ibid.num.18.
Hæres ex diuerſis partibus inſtitutus,ſi in aliqua parte habet ſubſtitutum, & adit hæreditatem ex ea parte, in qua non habet ſubſtitutum, alia pars ei accreſcit excluſo ſubſtituto. Præſ.87.lib.4. num. 10.204.
Hæres ſi ſit ille inſtitutus,de cuius ſtatu dubitatur, præſumitur contemplatione eius inſtitutus, qui credebatur eius dominus.Præſ.22.lib.4.num.6.35.
Hæredes plures inſtituti in re certa æqualiter præſumuntur inſtituti.Præſ.18.lib.4.num.5.26.

*Hæres quando poſſit alienare bona ſibi relicta, & quo caſu: & an præſumatur ſciuiſſe mortem defuncti.*

HÆRES nunquid bona alienare poſſit, ſi teſtator ei relinquendo fideicõmiſſum ipſum rogauit reſtituere quod poſt mortem ſuam ſuperfuerit.Præſ. 183.lib.4.nu.11.& ſeq.424.
Et ſi fuit grauatus reſtituere quod tempore mortis ſuæ ſupererit,poteſt liberè alienare vſque ad dodrantem,quando inter viuos alienat,ſecus in vltima voluntate. ibi.nu. 17.425.
Et tenetur omninò in huiuſmodi caſu reſtituere quartã omnium bonorum,quæ teſtator ipſe reliquit, quam alienare quoquomodo non poteſt,niſi quatuor de cauſis. ibi. nu.20.
Et primò cauſa dotis.ibi.num.21.
Et tam pro conſtituenda dote, quàm pro reſtituenda etiam extraneæ.ibid.
Item ob ſponſalitiam largitatem.ibi.num.22.
Item tertiò ob redemptionem captiuorum.ibi.num.23.
Et demum pro alimentis.ibid.num.24.
Et nunquid & fructus ex bonis hæreditarijs perceptos, & extantes tempore eius mortis debeat reſtituere vnà cum bonis non alienatis.ibid.num.25.& ſeq.
Hęres tantùm poteſt diſtrahere ex bonis hæreditarijs,quantùm ſatis fieri poſſit creditoribus etiam ſi ſit extraneus hæres inſtitutus à marito poſt mortem eius vxoris relictæ vſufructuariæ.Præſ.143.lib.4.num.15.pag.339.
Idem quando teſtator reliquit ipſi vſufructuariæ plenum & integrum vſumfructum.ibid.num.16.
Extende, etiam ſi ipſe hæres ex patrimonio proprio ſoluit, quia poterit deducere ex bonis teſtatoris quantum ipſe numerauit.ibid.num.17.
Hæres quibus ex bonis ſoluet æs alienum, an ex ſuis proprijs, vel potius ex hæreditarijs, quando teſtator reliquit alteri vſumfructum omnium ſuorum bonorum. Præſ. 143. lib.4.num.13.339.
Hęres in ſolutione æris alieni quid ſeruare debeat in alienandis bonis teſtatoris.Præſ.143.lib.3.num.19.339.
Quòd tunc non poteſt diſtrahere ex bonis hæreditarijs quicquam pro ſolutione æris alieni, quando coniecturis conſtat, teſtatorem noluiſſe bona ipſa hæreditaria hac pro cauſa alienari, ſed hæres tenetur ex proprio patrimonio ſoluere: & quibus coniecturis id conſtare poſſit. ibid.num.20.& ſeq.ea.
Hæredem ſciuiſſe mortem defuncti ſi quis velit probare, non ſufficit quòd probet ipſum fuiſſe vicinum, ſed probare etiam debet famam fuiſſe in vicinia. Præſ. 24. lib. 6. num. 15.576.
Et Bartol.declaratur doctrina in leg. is poteſt. num. 16.verſicul.ſi verò non eſt conſanguineus.ff.de acquir. hæred.ibi. per diſcurſum.

*Hæres quando teneatur de euictione erga legatarium, & ad quæ de iure teneatur.*

HÆRES an & quando teneatur de re euicta erga legatariũ. Præſ.118.lib.4.num.1.295.
Quòd non tenetur de euictione, quando teſtator legauit quid vniuerſale, quod euictum ſit.ibid.num.2.
Secus ſi legauit quid generale, vt patri vnum ex ſeruis ſuis, qui ſi à legatario euincatur, hæres de euictione tenetur. ibid.num.3.
Intellige,vt ibid.num.4.
Hæres non tenetur de euictione erga legatarium quando teſtator legauit certam ſpeciem,quæ eſt omninò & in totum ipſius teſtatoris.ibid.num.5.
Secus ſi ipſe hæres occultaſſet iura vel inſtrumenta, quibus legatarius poterat probare ius teſtatoris, quæ ſibi legauit, & ſic fuit cauſa euictionis.ibid.num.6.296.
Non tenetur autem de euictione, quando teſtator legauit rem certam,quæ non erat ſua in totũ,ſed in ea ius aliquod habebat.ibid.num.7.
Hæres non tenetur de euictione erga legatarium, quando teſtator ignorans,vel errans rem eſſe alienam, eam legauit extraneo.Præſ.118.lib.4.num. 13.pag.296.
Secus ſi eam legauit coniunctæ perſonæ.ibid.num.14.
Hæres tenetur de euictione erga legatarium, quando teſtator ſciens rem alienam omnino eſſe eam legauit.Præſ.118. lib.4.num.10.ea.
Secus ſi ius aliquod in ea habebat.ibid.num.11.
Pręſumitur enim ius legaſſe,quod in ea habebat.ibid.nu.12.
Hęres tenetur vindicare mortem eius, cui ſucceſſit:quòd ſi negligit facere pręſumitur dolosè id facere,& ab eo aufertur hęreditas tanquam ab indigno:pręſumitur enim particeps homicidij.Pręſ.3.lib.5.num.82.484.
Hęres tenetur exhibere librum rationum defuncti in eo caſu,in quo defunctus teneretur, cuius Iuramento nominatur quod liber ille ad ſe non peruenerit. Pręſ. 61. lib. 6. num.10.pag.635.
Iuris enim pręſumptione cenſentur omnia perueniſſe ad hęredem quę fuerant apud defunctum.ibid.num. 11.eo.& ea.
Hęres in iudicio poteſt interrogari, vt cum iuramento reſpondeat,an adiuit iam hęreditatem, vt reſpondere tenetur.Pręſ.99.lib.4.num. 16.245.

*Hæres an & quando præſumatur grauatus à teſtatore, & quando teneatur ad reſtitutionem hæreditatis ad ſe peruentæ; & quando teneatur vltra vires hæreditarias. Et quando dolosè alienaſſe dicatur.*

HÆRES in dubio cenſetur grauatus à teſtatore præſtare legata,& eo defuncto adita hęreditate, ipſius hæres. Præſ. 157.lib.4.num.43.360.
Si verò non adiuit,vel adiuit & factus eſt locus ſubſtitutioni,ſubſtitutus ille pręſumitur grauatus pręſtare legata. ibi. num.44.
Et quando plures hęredes ſunt inſtituti vel ſubſtituti, quinam teneantur ad legata.ibid.num.45.
Hęres cenſetur grauatus, non autem ſubſtitutus, ſi teſtator ita dixit:Acceptis centum dato fundum Caio. Præſ. 131. lib. 4. num.8.313.
Hęres quando grauatus purè vel ad certũ diem, ſubſtitutus admittitur, etiam ſi is ſuſcipiat filios. Pręſ. 83. lib.4.num. 57. 192.
Hęres inſtitutus,& grauatus reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis,ſi in extremis laborans ingreditur religionem,pręſumitur fraude ingreſſus,vt ſubſtitutum excludat. Pręſ. 8.lib.6. num. 4. 557.
Hęres nunquid teneatur ad reſtitutionem bonorum, quę ad ſe peruenerunt ex perſona quidem teſtatoris, ſed alio iure quàm hęreditario.Pręſ.196.lib.4.num.1.463.
Quòd non reſtituit bona,nec tenetur, quæ ſibi relicta ſunt à teſtatore cauſa implendi conditionem.ibid.num.2.
Et redditur ratio. ibid.nu.3.
Hæres fideicommiſſo grauatus tenetur ad reſtitutionem etiam mobilium, quę teſtator reliquit. Pręſ.197.lib.4. nu. 1. 464.
Et quid ſi conſumpta ſunt reſtitutionis tempore ſine hæredis culpa. ibid. num.3.

Et tenetur reſtituere omnia bona mobilia non ſolùm in quibus teſtator habebat omne dominium, ſed etiam ea, quorum habebat vtile tantùm dominium.ibid.num.5. 465.

Et an teneatur reſtituere fideicommiſſario emphyteuſim. ibi.num.12,

Diſtingue,vt ibid.num.13.

Et an teneatur reſtituere bona,quæ poſt à ſe aditam hæreditatem quæſiuit ex bonis ipſius teſtatoris, ideſt de fructibus ex illis perceptis, remiſſ.ibid.nûm.14.

Et quid de alijs bonis aliunde ab ipſo hærede quæſitis. ibi. num.15.

Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali an & quando præſumatur rogatus reſtituere etiam portiones, quæ ſibi ex alijs ſubſtitutionibus obuenerunt. Præſ. 193.libr.4. nume. 2. 453.

Et quando agitur de ſubſtitutione vulgari, an ipſe grauatus ſuccedens per vulgarem cohæredi teneatur & eius portionem ad ſe peruentam fideicommiſſario reſtituere ibid.num.3.

Hęres quando fuit grauatus purè & ſtatim reſtituere fideicommiſſario, quod poſtea ex repudiatione cohæredis ad eum perueniet, non tenetur reſtituere.ibid.num.4.

Hæres grauatus ſuccedens pupillo per pupillarem ſubſtitutionem an teneatur etiam ipſius pupilli cohęredis ſui portionem ad ſe peruentam reſtituere remiſſ. ibid. num.5.

Et quid quando agitur de ſubſtitutione compendioſa,nunquid grauatus per eam ſuccedens cohæredi, reſtituat etiam quod ab eo conſequutus eſt.ibid.num.6.

Diſtingue,vt ibid.num.ſeq.eo.454.

Hæres non tenetur reſtituere perſonam, quam à cohærede conſequutus eſt per compendioſam ſubſtitutionem,quando teſtator grauauit ipſum reſtituere portionem ſuam tantummodo.ibid.num.8.

Idem quando teſtator grauauit ipſum hæredem reſtituere hæreditatem.ibid.num.9.

Amplia,vt ibid.num.11.

Hæres grauatus non tenetur reſtituere portionem cohæredi, cui ſucceſſit per fideicommiſſariam comprehenſam in compendioſa,quando teſtator grauauit ipſos hæredes, deinde eos inſtituit.ibid.num.12.

Secus ſi teſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, vt ſi grauauit reſtituere, quicquid ad eum peruenerit.ibid.nu.13.

Et quid quando agitur de ſubſtitutione reciproca. ibid. num. 14.

Hæres grauatus nunquid teneatur reſtituere portiones cohæredum in ſubſtitutione directa militari. ibid. numero 24.455.

Hæres fideicommiſſo grauatus non conficiens inuentarium tenetur legatarij s & fideicommiſſarijs etiam vltra vires hæreditarias.Præſ.97.lib.6.num.13.671.

Præſumit enim lex ob talem negligentiam, quòd ipſe occultauerit res hæreditarias.ibid.num.14.

Et ob id non excuſantur etiam viri probi, etiam ſi magna ſint ſanctimonia.ibid.num.15.

Contra,ibid.num.16.

Hæres grauatus fideicommiſſo ſi rem ipſam totam ſcienter alienat,contra conſcientiam alienaſſe dicitur, & ſic dolosè.Præſ.3.lib.5.num.95.485.

Intellige,ſi perpetuò alienat:ſecus ſi donec in humanis erit. ibid.num.96.

Hæres fideicommiſſo grauatus pendente conditione reſtitutionis fructus ſuos facit.Præſ.189.lib,4.num. 162.442.

Hæres rogatus reſtituere hæreditatem vel bona, nunquid etiam præſumatur rogatus reſtituere ipſa prælegata. Præſ. 194.lib.4.num.1.456.

Hæres rogatus reſtituere cùm vellet, quo tempore reſtituere teneatur.Præſ.90.lib.4.num.1.229.

Hæres rogatus reſtituere quibus coniecturis præſumatur religionem ingreſſus in fraudem ſubſtituti. Præſ.83.lib.4. num.83.& ſeq.194,

Hæres allegans paupertatem teſtatoris eam probare debet. Præſ.26.lib.6.num.5. 579.

Hæredes plures coniuncti re & verbis qui dicantur.Præſ.86, lib.4.num.1.201.

Et qui dicantur verbis coniuncti,& quo iure vnus ſuccedat alteri per ius accreſcendi.ibid.num.2.

Hæredes diſtincti re & verbis qui dicantur, & an ſuccedant per ius accreſcendi.Præſ.86.lib.4.num. 3.201.

Hæredes plures ſi ſint vocati ſub nomine collectiuo, vnà cum tertio, in quibus partibus cenſeâtur inſtituti.Præſ.18. lib.4.num.21.28.

Hæredes extranei qui dicuntur.Præſumpt.140.lib.4.num.2. 329.

Hæres extraneus præſumitur ſcire confectum fuiſſe teſtamentum,ex quo hæreditatem conſecutus eſt, & quæ in eo diſpoſita fuerunt.Præſ.23.lib.6.num.75.574.

Intellige, niſi aliàs fuiſſet ſucceſſurus ab inteſtato. ibidem num.76.

Vel niſi fuiſſet inſtitutus in teſtamento in ſcriptis confecto, quia antequam illud ſit apertum, ignorare præſumitur in eo diſpoſita.ibid.num.77.

Idem ſi ſit infans, quia præſumitur ignorare etiam factus maior diſpoſita in teſtamento eius, cui ſucceſſit. ibidem num. 78.

Hæres extraneus præſumitur ignorare diſpoſita in codicillis.ibid. num.79.

Hæres hæredis dicitur etiam teſtatoris.Præſ.34.lib. 4. num. 13. 52.& Præſ.43.eo.lib.num.3.84.& Præſ.76.lib,eod.num. 100.164.

Hæres legatarij grauari poteſt ſub nomine hæredis. Præſ. 72.lib.4.num. 17.148.

Hæres ſcriptus in re certa nullo dato cohærede, detracta rei mentione, totam ipſam hæreditatem conſequitur. Pręſ. 141.lib.4.num.3.331.

Heres, qui ſucceſſit grauato onere fideicommiſſi cenſetur debitor voluntarius, & legatum ob id à ſe factum pręſumitur factum animo compenſandi. Pręſ.110.lib. 4. numer. 6. 280.

Hęres ſuccedens pupillo ab inteſtato, ſuccedere dicitur ex tacito defuncti iudicio, non autem ex expreſſo. Pręſ.72.lib. 4.num.18.148.

Hęres ſuam implens conditionem, ſub qua fuit inſtitutus dicitur adire.Pręſ.101.lib.4.num.4.250.

*Hæreditas quid ſit & quid comprehendat: & an & quando præſumatur adita, & quibus verbis.*

HÆREDITATIS nomine non veniunt pręlegata,nec nomine vniuerſali bonorum.Pręſ.194.lib.4.num. 38.459.

Hęreditas eſt ſucceſſio vniuerſum ius defuncti. Pręſ.38. lib. 4.num.21.68.

Hæreditas comprehendit æqualiter iura tam paſſiua, quàm actiua:& quid differat aditio à repudiatione. Pręſ. 99.lib. 4.num.13.245.

Hęreditatem adire is dicitur,qui verbis declarat ſe hęredem eſſe: pro hęrede verò is ſe gerit, qui factis ſe hęredem declarauit.Pręſ.99.lib.4.num.25.ead.

Hæreditas quibus verbis adita pręſumatur.Pręſ. 100. lib. 4. num.1. 246.

Hęreditatem pręſumitur quis potius adiuiſſe, quàm occupaſſe.Pręſ.2.lib.5.num.16.477.

Hęreditatē præſumitur quis adiuiſſe, quando is conuocatis amicis & teſtibus dixit,Volo adire hęreditatem.Pręſ.100. lib.4.num.15.247.

Hęreditatem dicitur is adiuiſſe,qui in ſocietatis communione perſeuerauit.Præſ.101.lib.4.num.23.251.

Idem quando hęres ſcriptus in teſtamento liberauit debitores hęreditarios.ibi.num.24.

Idem quando mandauit ſolui legata relicta in teſtamento. ibid.num.25.

Idem quando quis conſtituit procuratorem ad adeundam hęreditatem.ibi.num,26,

Hęreditatem non dicitur adiuiſſe quis ex actu pio & religioſo,vt ſi ſepeliuit mortuum. Præſ. 101.lib. 4. nu.70.254.

Et quid ſi quis percepit fructus ex bonis hæreditarijs.ibid. num.71.&ſeq.

Hæreditatem pręſumitur adiuiſſe inſtitutus, ſi accepit à ſtatu libero pecuniam cauſa implendi conditionem, ſicque manumittendi ſeruum illum. Præſumpt. 101. libr. 4. num. 14.251.




INDEX.


Idem,ſi donauit omnia ipſa bona hæreditaria.ibi.nu.15.

Idem,quando aliis legauit bona hæreditaria.ibi.nu.16.

Idem quando locauit d. bona:ſecus autem quando non potuit liberè locare.ibi.nu.17.

Hæreditas quando & quibus coniecturis præſumatur adita. Præſ.99.li.4.nu.1.244.

Hæreditas an præſumatur adita ex facto dubio, ſi actus fieri poteſt altero de duobus modis libitè,& id ſemper ſuo iure. Præſ.101.lib.4.nu.34.252.

Hęreditas an pręſumatur adita ex facto dubio,vt quia potuit quis facere,vt hæres & non hęres.Præſ.101.li.4.nu.27.251.

Hæreditas an præſumatur adita ex facto negatiuo. Præſ.101. lib.4.nu.87.256.

Hæreditas an præſumatur adita, quando quis accepta pecunia iniuit pacem cum occiſoribus defuncti, de cuius hęreditate agitur.Pręſ.101.lib.4.nu.84.255.

Hæreditas an præſumatur adita quando quis dedit aliquas eleemoſinas pro ipſo defuncto ex eiuſdem defuncti boniś. Præſ.101.lib.4.nu.77.ea.

Et quid ſi maritus, cui pro ſe & filiis delata fuit hæreditas vxoris,dedit pannos vxoris pauperibus.ibi.nu.78.

Et quid ſi fratri fuit delata hæreditas fratris, cum quo viuebat in communi,& eam mortuo fratre adminiſtrauit.nu.79.

Et quid,quando quis ſoluit debita hęreditaria.ibi.nu.80.

Hæreditas an pręſumatur adita, quando mihi inſtituto aliquis ſic dixit: Gratulor tibi,quod talis hęreditas tibi obuenerit:& egoreſponderim:Bene placet mihi.Præſ.100.lib.4. nu.29.248.

Hæreditas nunquid præſumatur adita,quando hęres vſus eſt his verbis:Hæc hæreditas mihi non diſplicet.Præſ.100.lib. 4.nu.21.247.

Et quid ſi vſus eſt verbis enunciatiuis propter ſe dicens ſe eſſe hæredem Titij.ibi.nu.22.248.

Et quid ſi vſus eſt verbis enunciatiuis ob aliud emiſſis. ibid. num.23.

Et quid ſi dicta verba enunciatiua fuerunt prolata à notario, puta in mandati inſtrumento.ibi.nu.24.

Et quid ſi verba enunciatiua prolata fuerunt conditionaliter.ibi.nu,25.

Et quid ſi hæres vſus eſt verbis his: Magna eſt fortuna,quod talis hæreditas mihi obuenerit.ibi.nu. 27.

Hęreditas pręſumatur adita ab eo,qui exegi debitores hereditarios.Præſ.101.lib.4.nu.18.251.

Idem quando inſtitutus diuiſit bona hæreditaria cum cohærede.ibi.nu.19.

Idem quando hæres ſcriptus in teſtamēto compromiſit cum legatariis.ibi.nu.20.

Hæreditas ex facto principali præſumitur adita, quando ipſum factū eſt certū inducēs actionē.Præſ.101.li.4.n.12.250.

Hæreditas præſumitur adita, quando quis poſt pręſtitutum tempus ad deliberandum reſpondit, Volo adire. Præſ.100, lib.4.nu.12.247.

Idem quando inſtitutus fuit interrogatus,an velit eſſe hęres, reſpondit,Volo adire.ibi.nu.13.

Hæreditas præſumitur adita, quando inſtitutus & vocatus vſus eſt verbis diſpoſitiuis,certis & determinatis.Præſ.100. lib.4.nu.5.246.

Et hoc habent locum, etiam ſi admixta eſſent aliqua verba impropria.ibi.nu.6.

Idem quando conditionaliter prolata fuerunt verba.ibi.n.7,

Idem quando ſic dictum fuit:Adeo hæreditatem animo non adeundi.ibi.nu.8.

Declaratur tamen,vt non procedat,vt ibi.nu.9.

Hæreditas non præſumitur adita ab eo,qui petit reddi rationem adminiſtrationis.Præſ.101.li.4.nu.81.255.

Idem, quando quis ſuſcipit litem cum creditoribus hæreditariis.ibi.nu.82.

Idē quādo quis curauit ſeruos hæreditarios torqueri,ib.n.83.

Hæreditas non præſumitur adita ex facto præparatorio neceſſario ad hæreditatis aditionem.Præſ.101.lib.4.nu.3.250.

Hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento incerto.Præſ.100, li.4.num.33.248.

*Hæreditatis aditio quid ſit & an & quando præſumatur.*

HÆREDITATIS aditio eſt quid facti, & ob id non præſumitur,etiā ſi hæreditas ſit opulenta.Præſ.99.li.4.n.3.244.

Hæreditatis aditio infertur ſolum ex actu certo, qui fieri nō poteſt citra ius & nomen hęredis:nō autem ex actu dubio. Pręſ.100.lib.4.nu.18.247.

Hæreditatis aditio & repudiatio à pari procedunt.Præſ.101. lib.4.nu.61.254.

Hæreditatis aditio an & quando inducatur ex facto principali non autem præparatorio.Præſ.101.li.4.nu.9.250.

Quòd quando factum eſt certum non inductiuum aditionis hęreditatis,non pręſumitur facta aditio.ibi.nu.10.

Hęreditatis aditio an præſumatur,quando quis poteſt facere actum vt dominus,nō autē vt hęres.Præſ.101.li.4.n.38.252.

Quòd non infertur ex eo actu, qui fieri non poteſt citra ius & nomen hæredis.ibi.nu.40.

Hæreditatis aditio an præſumatur ex facto præparatorio nō neceſſario ad ipſam aditionem.Præſ.101.li.4.nu.7.250.

Et quid ſi factum eſt præparatorium non ad ipſam hæreditatis aditionē,ſed ad ipſius hæreditatis petitionem.ibi.nu.8.

Hæreditatis aditio an & quando ex geſtis & factis pręſumatur.Præſ.101.li.4.nu.1.& per tot.250.

Hęreditatis aditio poteſt præſumi & verbis & factis,& quomodo.Præſ.99.li.4.nu.6.& 7.244.

Non enim ſolus ipſe animus ſeparatus à verbis & factis ſufficit,vt poſſit dici adita hęreditas.ibi.nu.15.eo.& ſeq.245.

Hæreditatis aditio non præſumitur,nec ſolo animo fieri poteſt.Pręſ.99.li.4.nu.2.pa.244.

Hæreditatis aditio non fit principaliter ad obligandum adeuntem,ſed acquirendum ſibi.Præſ.99.lib.4.nu.10.245.

Hęreditatis aditio non recipit conditionem,cùm ſit actus legitimus,& animum certū requirit.Pręſ.100.li.4.n.26.248.

Hæreditatis aditio nullo facto vel dicto declarata, eſt ſolus quidam actus in mente retentus.Præſ.99.li.4.nu.14.245.

Hæreditatē adeuntis ſatis voluntas declaratur,licet ſcriptura declarauerit animum ſuum adeundę hæreditatis, quę ob defectum ſolemnitatis ſit inualida.Pręſ.100.li.4.nu.3.246.

Hæreditatis aditæ non omnia facta coniecturam faciunt,ſed illa tantùm, quę citra ius & nōmen hæredis fieri non poſſunt, & quæ neceſſaria ſunt & veriſimilia. Præſ.101.lib.4. nu.2.250.

Hæreditas adita per hęredem amittit nomen hæreditatis. Pręſ.188.li.4.nu.26.425.

*Hæreditas an & quando dari aut acceptari debeat,quando repudiari poſſit,aut tolli per ſuperuenientem inimicitiam.*

HÆREDITAS dari non poteſt nec ex tempore, nec ad tempus.Pręſ.141.li.4.nu.21.333.

Hæreditas non poteſt ad tempus dari.Pręſ.51.li.4.nu.21.92.

Hæreditas non poteſt pro parte acceptari & pro parte repudiari,cum de ipſa hęreditate agitur.Pręſ.101.li.3.n.43.252.

Secus quando agitur de acceptanda tantùm legitima, quæ non eſt quota hęreditatis,ſed bonorum.ibid.

Hæreditatem relinquere,idem eſt,quod & relinquere ipſum ius, quod percipitur ex hęreditate: & idem eſt relinquere vſumfructum,& id quod ex vſufructu percipitur.Præſ.136. lib.4.nu.8.319.

Hęreditas an & quando verbis vel factis repudiata pręſumatur.Pręſ.102.lib.4.nu.1.257.

Hæreditas verbis dicitur repudiari, quando illa ſunt apta ad ſignificandum repudiationem. Præſ.102.lib.4.nu.3.&.4.ea.

Ex exempla habentur.ibi.nu.4.& 5.

Hæreditatem repudiare is dicitur, cui aſſignatus fuit terminus ad deliberandum,an velit adire vel non,ſi is deinde reſpondit nolle adire.Pręſ.102.lib.4.nu.6.257.

Idem,quādo poſt illa verba,nolo adire,lapſi eſſent tres menſes.ibi.nu.7.

Idem quando inſtitutus vel vocatus dixit,nolo amplius adire.ibi.nu.8.

Idem quando quis dixit,ſe non aditurum.ibi.nu.9.

Idem quando quis conuocatis amicis & teſtibus dixit,Eſtote teſtes,quod nolo adire hęreditatem.ibi.nu.10.

Idem quando cum iuramento protulit quis verba illa, Nolo adire.ibi.nu.11.

Idem quando inſtitutus, vel vocatus in ſcriptis dixit, Nolo adire.ibi.nu.12.

Hęreditatē repudiās alteri nō obligatur.Pręſ.99.li.4.n.12.245

Hæreditas non poteſt tolli per ſuperuenientem inimicitiam, legatum verò ſic.Præſ.173.lib.4.nu.23.394.

Hæreditas non adita non poteſt tranſmitti. Præſ.76.li.4.nu. 98.164.

Hæreditas & legatum in quibus differant,& in quibus æquiparenrur.Præſ.173.li.4.nu.26.394.

Hæreditas legitima dicitur,quæ defertur ex teſtamento:verè autem legitima dicitur hęreditas,quę ab inteſtato defertur. Præſ.62.li.4.nu.31.119.

Hæreditas luctuoſa dicitur illa filij non autem mariti. Præſ. 37 li.4.nu.7.64.

Hæreditas luctuoſa filij ratione miſerationis ad matrem peruenire debet.Præſ.39.li.4.nu.28.73.

Hæreditas patris eſt filio quaſi debita.Pręſ.37.li.4.nu.13.65.

Hæreditas patris iuxta commune votum parentum peruenire debet ad filios.Præſ.50.li.6.nu.23.614.

HÆRESES licet ſpecie ſint diuerſę, habent tamen connexitatem quãdam,vt vna ab altera dependere videatur. Pręſ. 32.li.5.nu.28.525.

Hæreſis deprehẽditur nõ ſolũ ex ipſis factis manifeſtè hęreſim ſignificantibus,verùm etiam ex verbis,vt ſi quis opinio nes hęreticorum pertinaciter,tuetur.Pręſ.6.li.5.nu.10.490.

Hæreſim vnam qui ſemel abiurauit,ſi in aliam deinde diuerſæ ſpeciei labatur,relapſus dicitur.Pręſ.32.li.5.nu.27.525.

*Hæretici qui dicantur aut præſumantur:& quando dicatur reuerti ad gremium Eccleſiæ:Et dicatur pertinax hæreticus.*

HÆRETICVS præſumptiuè quis dicatur.Pręſ.6.lib.5.nu. 14.490.

Hæretici aliqui dicuntur violenta præſumptione,aliqui ſunt vehementer ſuſpecti,aliqui leuiter ſuſpecti. Præſ.6.li.5.nu. 15.ead.pag.

Hæreticus an & quando quis præſumatur.Præſ.6.lib.5.nu.1. & per tot.489.

Hæreticus præſumitur & de hęreſi ſuſpectus is, qui perſiſtit in crimine notorio recuſando correctionem. Præſ.6.lib.5. nu.32.491.

Idem de Epiſcopo vel alio in ſacris conſtituto,ſi inſtituit hęredem ſcienter hæreticum.ibid.nu.33.

Idem de religioſo, qui relicta religione factus eſt apoſtata & id ſine iuſta & probabili cauſa: vel duxit vxorẽ.ibi.n 34.35.

Idem de magiſtrato vel officiali requiſito ab Inquiſitore, ſi recuſat iurare ſe ſeruaturum canones & ſtatuta contra hæreticos & eorum fautores.ibi.nu.36.

Idem de eo,qui duas vores palàm duxit.ibi.nu.37.

Idem de committente grauiſſima crimina.ibi.nu.38.

Idem de illo,qui opiniones nouas & ſingulares aſſerit in materia morali,eaſque pertinaciter tuetur contra omnes receptas ſententias.ibi.nu.39.

Idem de deſcendentes ex Mahumetanis,qui vinũ non bibit. neque carnes ſuilas edit, vel quid ſimile obſeruat.ibi.n.40.

Idem de accuſato de hæreſi, ſi contra eum extant leues præſumptiones vel indicia de hæreſi, quę tamen ſufficiebãt ad indicendam purgationem ſi iudice mandãte fieri purgationem,recuſat omnino.ibi.nu.42.

Hæreticus verè is dicitur, de cuius praua opinione aduerſus Eccleſiæ dogmata conſtat.Præſ.6.li.5.nu.5.490.

Hęreticus pręſumitur qui committit crimen,quod ſui natura prę ſe fert aliquid,quod eſt hęreſis manifeſta, vt baptizare imagines.ibi.nu.6.

Idem de eo,qui rebaptizat puerum.ibi.nu.7.

Idem de eo, qui idolis genuflectit, & preces nepharia dicit. ibi.nu.8.

Idem de eo, qui conuicitur ex pręſumptionibus indubitantatis.ibi.num.9.

Idem de eo,qui affirmat, vſuras eſſe permiſſas, & peccatum non eſſe eas exercere.ibi.nu.11.

Idẽ de eo,qui contendit,animã eſſe mortalẽ:& idẽ ſi affirmet nõ reperiri paradiſum,purgatoriũ,vel infernum. ibi.nu.12.

Idẽ de eo,q libros hęreticos cõpoſuit atq; cõſcripſit.ib.n.13.

Idem de eo,qui prauas ceremonias obſeruat vel adorat & veneratur Pſeudoprophetas.ibi.nu.16.

Idem de illo,qui communicat cum hæreticis.ibi.nu.17.

Idẽ de eo,qui inuocat dæmones ad tẽtandã pudicitiã.ib.n.20

Idem de diuinante ea,quę ſunt homini cognita impoſſibilia, ex inſpectione ſyderum & natalium dierum.ibi.nu.21.

Idem de eo,qui tempore mortis petiit ſibi dari hoſtiam non conſecratam,potiſſimum ſi antea aliqua ſuſpicione de hęreſi laborabat.ibi.nu.22.cum diſtinctione vt.ibi.n.24.491.

Idem de eo, qui dęmones conſulit per ſortilegia, vt futura prędicant.ibi.nu.25.

Idem de eo,qui ſacroſanctam Euchariſtiam nõ ſumit ſaltem ſemel in anno.ibi.nu.27.

Idem de blaſphemante aſſiduè.ibi.nu.29.

Idem de committente ſimoniam.ibi.nu.30.

Idem de magiſtratu,qui requiſitus auxilium pręſtare, vt hæreticus pręhendatur,recuſat.ibi.nu.31.

Hæreticus ſemel adhuc talis præſumitur.Pręſ.6.li.5.nu.41.ea. & Pręſ.32.li.eo.nu.14.524.

Hęreticus pertinax quis pręſumatur.Pręſ.7.li.5.nu.1.492.

Hęreticus pertinax & verè is dicitur,qui credit aliquam propoſitionem veram eſſe, cuius contrariam ſcit eſſe catholicam.ibid.nu.2.

Et ſola obſtinatio facit quẽ hęreticum pertinacem. ibi.nu.3.

Hęreticus pertinax is dicitur,qui aſſertionem aliquam hęreticam defendit.ibi.nu.5.

Hæreticus pertinax pręſumptiuè is dicitur, cuius pertinacia nondum eſt manifeſta, ſed tantùm iuris pręſumptione pro conſummato pertinace habetur.ibi.nu.6.

Idem denegante aliquã propoſitionẽ Catholicę fidei apud omnes fideles publicè diuulgatã, ſi eſt rõnis capax.ibi.n.7.

Hęreticus pertinax pręſumitur is, qui aſſerit aliquam hęreſim, cuius contrariam veritatem Catholicam prius docuerat.Pręſ.7.li.5.nu.8.492.

Idem de eo, qui perſiſtit in errore, cuius contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur,quia negligens dicitur in quęrenda veritate.ibi.nu.11.

Idem de eo,qui impedit pręedicationem,defenſionem atque doctrinã Catholicę fidei:& qui contemnit cenſuras Eccleſię:& qui iurat ſe nunquã ab errore diſceſſurũ.ib.n.12.493.

Idem de quocunque, qui in fide Catholica errat, & paratus non eſt ad ſuſcipiendum correctionem.ibi.

Idem de eo,qui errat in fide,ſi admonitus nõ reſipiſcit,etiam ſi per errorem erraſſet.ibi.nu.13.

Extende,vt ibi.nu.14.& 15.& 16.

Diſtingue,vt ibi.nu.17.

Idem de eo, qui in extremis laborans petiit hęreticos conſolatores.ibi.nu.23.

Idem de eo,qui non habet animũ ſe corrigendi.ibi.nu.19.

Hęreticus damnatus,& deinde ad Eccleſię gremium reſtitutus,an & quando pręſumatur etiam reſtitutus ad bona,quibus fuerat ob crimen priuatus.Pręſ.47.li.5.nu.1.541.

Statim enim quòd in hęreſim lapſus eſt, amittit bona etiam ante ſententiam declaratoriam.ibi.nu.2.

Hęreticus,qui aliquãdo perſiſtit in hæreſi,nulla adhuc contra eũ facta inquiſitione,nullaq; lata ſententia,ſi ad fidẽ reuerſus eſt,an recuperet bona iam amiſſa ipſo iure.ibi.n.3.& ſeq.542.

Hęretico iam dãnato,qui adiurata hęreſi reſtituitur gremio Eccleſię, an reſtituantur bona quę apud fiſcũ ſunt.ibi.n.6.

Quòd ſine facto ſuperioris ea non recuperat.ibi.nu.7.

Et an ſit in poteſtate iudicis hunc reſtituere quò ad bona.ibi nu.8.& ſeq.

Hęretico iam damnato non eſſe reſtituenda bona,ſi reuertitur ad gremium Eccleſię.ibi.nu.13.

Et hoc ipſo iuris rigore inſpecto, ſed gratia & miſericordia reſtitui poſſunt.ibi.nu.15.543.

Hęreticus,qui ſuſceptus eſt ad gremium Eccleſiæ, nunquid eo ipſo cẽſeatur reſtituere quo ad bona à ſuperiore.ibi.n.16

Quòd ipſe ſuperior reſtituens debet mentionem facere in ſententia de reſtitutione quò ad bona & iura,quę ob contractam hęreſim amiſerat.ibi.nu.17.

Hęreticus quãdo recipitur ad gremium Eccleſię, dicitur recipi ex gratia & miſericordia & ſic non recuperat, niſi expreſsè.ibi.nu.18.

Hęreticus dicitur ſpontè reuerti ad Eccleſiam, quando ante conditionem reuertitur.Pręſ.47.li.5.nu.14.542.

Hęreticus iam damnatus ſi abiurata hęreſi reſtituitur gremio Eccleſiæ, nunquid recuperet bona in priuatum tranſlata. Præſ.47.li.5.nu.19.& ſeq.543.

Et nunquid etiã cenſeatur reſtitutus ad eam facultatem, locum & gradũ, quem obtinuiſſet,ſi non extitiſſet hæreticus. ibid.num.22.

Et nũquid iudex, qui ipſum reſtituit poſſit eum reſtituere ad dictum gradum.ibid.nu.23.

Hæreticus incorrigibilis dicitur is, qui non habet animum ſe corrigendi.Præſ.7.lib.5.nu.19.493.

Hæreticos receptans dicitur aliquando vehemẽter ſuſpectus de hæreſi,& interdum eadem pœna plectitur,qua verè hæreticus punitur.Præſ.6.li.4.nu.19.490.

Hæreticum in domo receptans præſumitur ignoraſſe eũ eſſe talem.Præſ.23.li.6.nu.54.573.

Hæreticorum libros frequenter legens dicitur aliquando vehementer ſuſpectus de hæreſi, & iudicis arbitrio relinquitur, vt is pro perſonarum locorum & temporum qualitate arbitrari debeat,an ſit ſuſpectus.Præſ.6.li.5.nu.18.490.

HYDROMELI non venit appellatione vini,& quid ſit,& quomodo conficiatur.Præſ.152.li.4.nu.13.351.

HOMICIDA probare debet hominem à ſe percuſſum nõ occidendi animo percuſſum fuiſſe,alioqui dolus in eo pręſumitur.Pręſ.3.lib.5.nu.46.& 48.482.& 483.

HOMICIDA ex diſpoſitione ſtatuti Bononien.non ſolùm non poteſt ſuccedere occiſo, ſed nec alicui ex eius aſcendentibus,vel deſcendentibus niſi ex teſtamento poſtea cõfecto,& quare.Præſ.170.li.4.nu.14.390.

Homicidium pręſumitur potius caſu commiſſum & fortuito,quàm data opera.Præſ.2.li.5.nu.29.477.

Homicidium ſi fuit commiſſum ab eo, qui dabat operam rei licitè non cenſetur animo occidendi commiſſum.Præſ.40. lib.5.nu.25.532.

Homicidium qui ſemel commiſit,pręſumitur,etiam eũ occidiſſe,cuius homicida ignoratur.Præſ.32.li.5.nu.10.524.

Homicidia noctis tempore cõmiſſa à quibus perpetrata pręſumantur.Præſ.36.lib.5.nu.1.530.

Solent enim huiuſmodi ſcelera vt plurimum noctis tempore committi.ibid.

*Homo qualis præſumatur,& quandiu viuere cenſeatur.*

HOMINES ſui natura ſunt ſanæ mẽtis.Pręſ.45.li.6.n.19.603.

Homo nũquid pſumatur bonus vel malus.Pręſ.1.li.5.n.1.473

Quòd à natura nec bonus nec malus eſt.ibi.nu.2.474.

Imò quòd naturaliter pronus eſt ad malum. ibi.nu.3.

Et procliuis eſt ad voluptates.ibi.nu.4.

Hominẽ ſui natura eſſe bonũ,D.Thomæ,auctoritate cõprobatur:& quòd naturæ principia ſint quoque bona. ibi.n.7.

Et ſui natura eſſe bonum probatur iure Pontificio & Cæſareo.ibi.num.15.

Nunquam autem præſumitur homo optimus.ibi.nu.34.475.

Homo ſicut regulariter bonus præſumitur, vitio quoque carere cenſetur.Præſ.4.li.5.nu.1.487.

Homo impellitur ratione ad bonum,ſenſu autem impellitur ad malum.Præſ.1.li.5.nu.14.474.

Sui natura autem eſt bonus.ibi.nu.15.

Homo præſumitur memor ſuæ ſalutis,& quòd Deum timeat & Eccleſiam Dei lædere nolit.Præſ.10.li.5.nu.1.496.

Homo præſumitur ſalutis æternæ memor,preſertim quando in extremis laborat.Præſ.5.li.5.nu.1.& 2.483.

Homo immemor ſalutis æternę præſumitur, quando agitur de præiudicio tertij,etiam ſi in extremis laboret.Præſ.5.lib. 5.num.17.pag.ead.

Idẽ quando extat ſuſpicio fraudis in contrariũ.ibi.n.20.489.

Homo quò ad animę ſalutem etſi debeat omnia mala potius pati,quàm malo conſentire, in foro tamen exteriori nõ tenetur allegare ſe bonum ad ſui detrimentum. Præſ.1.lib.5. num.28.475.

Homo regulariter præſumitur religionis Chriſtianæ obſeruator,non autem hæreticus:& quando hæreticus pręſumatur.Præſ.6.li.5.nu.1.& per tot.& ſeq.489.

Homo præſumitur in dies ſuo labore & induſtria effici ditior & locupletior.Præſ.28.li.6.nu.1.581.

Homines ſunt ad diſſentiendũ faciles.Pręſ.183.li.4.n.12.410

Homo in dubio nõ pſumitur baptizatus.Præſ.14.li.6.n.8.561

Homo præſumitur hodie ſcire quæ antea ſciuit. Pręſ.32.lib. 6.num.2.584.

Homo non dicitur ſibi natus,ſed patriæ & Reipub.membrũ appellatur.Præſ.13.lib.5.nu.5.499.

Homo vt efficiatur ſtudioſus,debet ſeruare ſe ab his, ad quæ natura maximè inclinat.Pręſ.1.li.5.nu.6.474.

Homines omnes à natura liberi naſcuntur.Præſ.55.lib.6.nu 15.629.

Homo liber,qui deliquit, non præſumitur deliquiſſe voluntate & conſenſu patroni.Præſ.27.li.5.nu.5.515.

Homo liber bona fide poſſeſſus præſumitur inſtitutus hęres contemplatione bonæ fidei poſſeſſoris.Præſ.22.li.4.n.7.35.

Homo homini nullo arctiore vinculo iũgitur,quàm eo,quò parentes liberis.Præſ.56.lib.6.nu.18.631.

Homo non præſumitur velle,niſi id quo dicit. Præſ.35.lib.6. num.12.586.

Hominis voluntas cõſiſtit in verbis ſicut facies in ſpeculari. ibi.num.16.587.

Hominis voluntas ita declaratur factis quemadmodum & verbis.Præſ.101.lib.4.nu.1.250.

Hominis voluntas facilè coniecturis & præſumptionib.probatur.Pręſ.40.li.5.nu.2.531.

Hominem ſui natura poſſe generare, & matrimonium contrahere.Pręſ.90.li.6.nu.1.662.

Homines quandoque generare,& concipere non valent aliquo tẽpore, & deinde generandi & cõcipiendi facultatem recipiunt tã mares,quã fœminæ.Pręſ.24.li.5.nu.12.513.

Homo quamdiu viuere præſumatur.Præſ.49.lib.6.nu.1.609.

Quòd non præſumitur viuere vſque ad centeſimum annum. ibid.nu.2.& 13.eo.& ſeq.610.

Contra,ibi.nu.9.ſed male.

Et id nec iuris nec hominis præſumptione.ibi.nu.3.& 5.

Homo poſſibile eſt quòd viuat centum annos, non tamen id eſt præſumendum.ibi.nu.11.610.

Et quod homines hac noſtra ætate vixerint vltra cẽteſimum annum,fabuloſum reputatur.ibi.nu.17.

Hominis vita ſi in iudicium deducitur principaliter, præſumitur viuere centum annos:ſi incidenter ſecus,ſed damnatur hęc diſtinctio.ibi.nu.21.

Etſi hominis vita eſt fundamentum agentis, debet ab actore probari,ſi verò mors eſt eius fundamentum, & tunc ſimiliter mortem probare debet.ibi.nu.26.611.

Reiicitur tamen hæc opinio.ibi.nu.27.

Homo ſi tandiu abeſt, quod ignoratur an viuat, ex quo iure determinatum non eſt quod præſumatur mortuus, erit arbitrarium iudici an præſumatur mortuus.ibi.nu.28.

Et conciliantur opiniones cõtrariæ vſque ad finem præſumptionis.ibi.

Homo non præſumitur viuere centum annos. Præſ.55.lib.6. num.12.629.

Homo dũ viuit facilè ei eſt peccatũ & ſic poteſt malè mereri, & dãnari.& è cõtra etiã mereri poteſt.Pręſ.94.li.6.n.10.667

HONESTVM quod eſt, magis eſt præſumendum, quàm quod eſt inhoneſtum.Præſ.54.li.6.nu.22.626.

HORATII trigemini apud Romanos nati, totidemque Curiatij apud Albanos pro obtinẽdo imperio ſimul cõgreſſi fuere,& Horatij Romanis imperium paraſſe dicuntur.Pręſ. 51.li.6.nu.4.616.

HOSPITALE dicitur locus pius.Pręſ.115.li.4.n.4.290.

HOSTES patriæ non debent gaudere priuilegiis & beneficiis patriæ.Pręſ.45.li.5.nu.9.539.

HOSTIAM non cõſecratam tempore mortis ſibi dari petens manifeſtè hæreticus cenſetur,potiſſimum ſi anteà aliqua ſuſpicione hæreſi laborabat. Præſ.6.li.5.nu.22.490.

Diſtingue,vt ibi.nu.23.491.

I

IACOBVS Garzia Hiſpanus ſacerdos & bonarum literarum eruditus,hoc morbo laborabat, vt crederet ſe ab inimicis ſuis perſequi ſemper.Præſ.45.li.6.nu.56.604.

IACTARE velle ſuum nemo præſumitur.Pręſ.35.li.5.nu.7. 530.& Pręſ.27.li.6.nu.9.581.

IASON reprehenditur.Præſ.8.lib.4.nu.6.13.

Iaſonis traditio in l.licet Imperator.ff.ſi.quis omiſſ.cau.teſt. nu.28.reiicitur.108.lib.4.nu.47.271.

IDENTITAS non præſumitur ad euitandum delictum. Pręſ.15.lib.6.num.17.563.

Identitas eſt ab eo probanda, qui in ea fundamentum conſtituit. Præſ.15.li.6.nu.2.563.

Identitas rei licet aliquando præſumatur, fallit tamen, quando agitur de arguendo delicto. Præſ.2.li.5.nu.9.477.

IDOLIS genuflectere, & preces nepharias dicere arguit veram hæreſim. Præſ.6.lib.5.nu.8.499.

*Idoneitas an & quando præſumatur.*

IDONEITAS tunc non pręſumitur, ſed eſt probanda, quádo reſcriptum puta Papæ continet hujuſmodi verba: ſi idoneus repertus erit. Pręſ.91.li.6.nu.3.663.

Huiuſmodi enim verba denotant conditionem quæ in forma ſpecifica debet impleri.ibi.nu.4.

Et Papa ſic reſcribendo ſignificat, ſe non acquieſcere præſumptioni Iuris.ibi.nu.5.

Contra, nu.6.ibi.& minus bene.

Idoneitas non præſumitur, ſed venit probanda quando verba reſcripta ita concepta ſunt, ſi ſibi conſtiterit eum eſſe idoneum.ibi.nu.7.

Idem quando in reſcripto dictum eſt, ſi tibi conſtiterit per ſolertem inquiſitionem Semp.eſſe idoneum.ibi.nu.8.

Secus quando verba ita concepta ſunt, ſi idoneus eſt, quia non requiritur aliqua extrinſeca probatio.ibi.nu.9.

Sed contra, ibi.nu.10.& male.

Idoneitas extrinſeca non præſumitur, ſed eſt probanda præcipuè quando verba reſcripti in parte diſpoſitiua ita concepta ſunt, ſi idoneum ſibi eſſe conſtiterit.ibi.nu.16.

Idem quando dictum fuit ſi idoneus eſt.ibi.nu.17.664.

Idoneitas extrinſeca an præſumatur quando verba reſcripti in procemio tantum ita ſunt concepta: Laudabilia puerilis ætatis indicia, ex quibus colligitur quod ſuccedentibus annis in virum te debeas producere virtuoſum, &c. Præſ.91. lib.6.nu.23.ead.

Idoneitatem extrinſecam præſumi ſcripſit Felinus, & minus rectè. Præſ.91.lib.6.nu.21.664.

At ſi coniecturis, & præſumptionibus conſtare de idoneitate hac acquieſcendum eſſet.ibi.nu.22.

Idoneus, & habilis an & quádo quis præſumatur ad aliquem actum. Præſ.91.lib.6.nu.1.662.

Et idoneus quis poteſt intelligi altero de duobus modis, quo ad intrinſeca & quo ad extrinſeca.ibi.nu.2.663.

IGNOBILIS ſiue popularis quilibet præſumitur. Præſ.60. lib.6.nu.2.633.

Ignobilitatem aduerſarij aſſerens & in ea fundamentum faciens debet eam probare. Præſ.60.li.6.nu.5.634.

IGNORANS & errans non cenſetur conſentire. Præſ.83. lib.6.nu.7.636.

*Ignorãtia an & quando præſumatur, & circa quæ verſetur: & quando præſumatur in facto proprio vel alieno: & quãdo excuſetur.*

IGNORANTIA dicitur, cùm de facto nihil ſcitur, & propriè eſt ignorare, id eſt, neſcire quod ſciri debet: & eſt ſimplex ſcientiæ priuatio. Præſ.23.li.6.nu.3.& 7.570.

Ignorantia præſumitur, vbi ſcientia non probatur. Præſ.116. lib.4.num.35.294.

Ignorantia præſumitur, quádo in aliqua parte apparet. Præſ. 23.lib.6.nu.50.573.

Ignorantia licet regulariter præſumatur, non tamen præſumitur in eo, qui præſens fuit. Pręſ.21.li.6.nu.6.568.

Ignorantia verſatur aliquando circa iuris diſpoſitionem, aliquádo circa factũ hominis, aliquádo circa vtrũq;, & ſic datur ignorãtia iuris, facti, & iuris & facti. Pręſ.23.li.6.n.9.571.

Ignorantia errorq; tam iuris factiq; proprij vel alieni an & quando præſumatur. Præſ.23.li.6.nu.1.570.

Quod ignorantia & error regulariter non præſumitur in facto proprio, ita nec ignorantia & error proprij nominis. ibid.num.32.572.

Ignorantia facti proprij præſumitur, quando agitur de damno euitando.ibi.nu.37.

Idem quando agitur de facto antiquo.ibi.nu.38.

Intellige, niſi factum ſit arduum & graue, quia tunc non excuſaret ignorantia.ibid.

Vel eſſet factum alteri obligatorium.ibi.nu.40.

Ignorantia facti proprij præſumitur & excuſat, quando factum eſt inuolutum & intricatum. Pręſ.23.lib.6.nu.41.572.

Idem quando hoc proprium factum fuiſſet explicatum non per ſe, ſed per filium vel per procuratorem.ibi.nu.42.

Intellige tamen niſi factum ſit arduum & graue, quia tunc pręſumitur dominus certior factus ab ipſo procuratore.ibi. num.43.

Vel intellige, niſi ex facto ipſius procuratoris aliquod commodum peruenit ad dominum.ibi.nu.44.

Vel quando procurator fecit aliquid cum magna impenſa, quàm veriſimiliter procurator inſcio domino non feciſſet, quia non præſumitur ignorantia.ibi.nu.45.

Intellige etiam, niſi procurator fuerit ad hoc ſpecialiter conſtitutus.ibi.nu.46.

Ignorantia in facto proprio præſumitur, quando quis eſt implicitus multis negotiis.ibi.nu.47.

Idem quando aliquis in extremis laborans rem aliquam vni obligauit, deinde eam alteri legauit.ibi.nu.49.

Ignorantia facti alieni regulariter excuſat, & præſumitur. Pręſ.23.li.6.nu.51.573.

Et qui ſcientiam allegat, probare eam debet.ibi.nu.52.

Ignorantia in facto alieno, quod quis ſcire tenetur non præſumitur, ſed ſcientia.ibi.nu.66.

Idem quando aliquid eſt publicè factum.ibi.nu.68.

In facto enim notorio præſumitur ſcientia.ibi.nu.69.eo.

Idem quando de eo facto eſt publica vox & fama.ibi.nu.70.

Idem ſi factum alienum eſſet denunciatum ad domum illius qui ignorantiam allegaret.ibi.nu.71.574.

Idẽ quádo ignorantiã allegãs fuiſſet pſens illi facto.ibi.n.72.

Idem quando conſtat, hunc allegantem ignorantiam iam perquiſiuiſſe de hoc facto, & eius partem ſciuiſſe.ibi.nu.73.

Idem quando ipſius facti alieni ſcriptura eſſet apud d. allegantem ignorantiam.ibi.nu.74.

Ignorãtia facti alieni non pręſumitur in factis nobilium ſeu magnorum virorum.ibi.nu.80.

Idem quando factum eſt nobile & egregium.ibi.nu.81.

Idem in facto alieno ſæpius pertractato.ibi.nu.83.

Idem quando ex facto alieno quis ſenſit cõmodum.ibi.n.84.

Idem in factis vicinorum & coiunctorum.ibi.nu.85.

Ignorantia iuris & facti an & quando præſumatur. Præſ.23. lib.6.nu.86.574.

Ignorantia iuris difficile probatur. Præſ.23.lib.6.nu.13.571.

Ignorantia iuris & errore nemo præſumitur aliquid feciſſe. Præſ.22.li.6.nu.10.ea.

Ignorantia iuris naturalis non pręſumitur in minore, muliere, milite, ruſtico, & ſimilibus. Præſ.23.li.6.nu.23.571.

Nec in prædictis perſonis præſumitur ignorantia iuris, quãdo tractant de lucro captando.ibi.nu.24.

Idem quando confecerunt actum clam.ibi.nu.25.

Ignorantia probabilis excuſat ab hęreſi. Pręſ.7.li.5.n.10.492

Ignorare plus eſt quàm errare: cùm ignorantia nullam, error verò aliquã rei ſciẽtiam ſupponat. Pręſ.23.li.6.n.8.570

ILLEGITIMVM quem eſſe, creditur quædam nota & infamia facti. Præſ.54.lib.6.nu.29.626.

IMAGINVM vſus pius, & illis ſeruamus nomen eius, cuius eſt imago, & inter ſacras res & reliquias haberi debẽt. Pręſ. 115.li.4.nu.19.291.

IMMOBILIA cenſentur etiam redditus & penſiones annuæ, dummodo perpetuæ ſint. Pręſ.142.li.4.nu.336.

IMMVNIS à collectis, ſi eas ſoluit coactè, non ſibi præiudicat. Pręſ.41.lib.6.nu.15.599.

Immunis à muneribus ciuitatis ſi patitur ſe deſcribi in æſtimo & cataſtro, præſumitur ſuo beneficio renunciaſſe. Præſ. 41.lib.6.nu.4.598.

Intellige, vt ibi.nu.6.& 7.

Impediens prædicationem, defenſionem, atque doctrinam catholicæ fidei, & contemnens cenſuras Eccleſiæ, & iurans ſe nunquam ab errore diſſeſſurum, pertinax hęreticus cenſetur. Pręſ.7.lib.5.nu.12.493.

Impedimenti cauſa ceſſante, ceſſare debet & impedimẽtum. Præſ.39.li.4.nu.71.76.

Impenſa facta in domo præſumitur facta à marito, qui tenetur ferre onera matrimonij. Pręſ.11.li.6.nu.11.558.

Impetrans reſcriptum non expreſſis his, quę mouere potuiſſent principem ad non concedendum, præſumitur voluiſſe circumuenire & decipere ipſum principem, & ſic dolus cẽſetur. Pręſ.3.lib.5.nu.75.484.







IMPILIÆ quid ſint. Præſ.161.lib.4.nu.16.366.

IMPOTENTIAM coëundi ſignis permultis probari. Pręſ. 90.li.6.nu.6.662.

IMPROPRIATIO nimia in teſtimonio teſtis non admittitur. Pręſ.4.li.6.nu.35.553.

Improprietates reſtringi non autem extendi debent. Præſ.83. lib.4.nu.87.194.

IMPVBES poteſt contrahere ſponſalia non autem matrimonium, & quare. Præſ.93.lib.6.nu.10.666.

Impuberem poſſe filios procreare malitia ſupplente ætatem, & puerum nouem annorum nutricem ſuam grauidam reddidiſſe. Præſ.34.lib.4.nu.19.52.

INCENDIARIVS quibus coniecturis detegatur: & qua pœna plectatur. Pręſ.42.li.5.nu.1.& 2.535.

INCENDIVM committi non ſolet ſine aliqua culpa inhabitantium. Pręſ.61.li.6.nu.31.636.

Incendium præſumitur commiſſum culpa inhabitantium. Pręſ.3.lib.5.nu.129.486.& Præſ.42.li.eo.nu.3.535.

INCLVSIO vnius eſt alterius excluſio: & quãdo procedat hæc reg. Præſ.89.li.4.nu.90.220.& Pręſ.190.li.4.nu.27.447.

Ceſſat autem huiuſmodi argumentum quando conſtat, mentem diſponentis eandem fuiſſe de caſu excluſo quæ de incluſo.ibid.

Nec habet locum d.regula in connexis, quæ ſui natura æquè includuntur. Pręſ.36.li.4.nu.22.59 & Pręſ.39.li.eo.nu.6.71.

INCOLA verè is dicitur, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit. Pręſ.42.li.6.nu.10.600.

INCONSTANTIÆ vitiũ maximũ eſt. Præſ.37.li.6.n.1.589

INCONTINENS is pręſumitur qui patrem habuit incontinentem. Pręſ.58.li.6.nu.6.632.

INDEFINITA ęquipollet vniuerſali Pręſ.51.li.4.n.8.91.& Pręſ.76.li.eo.nu.19.155.& Pręſ.173.li.eo.nu.12.393.

Indefinita æquipollet vniuerſali, quãdo ratio id ſuadet: ſecus ſi non adeſt eadem ratio, vel diſpoſitio eſt odioſa. Præſ.62. lib.4.nu.7.& 10.117.& ſeq.

Indefinita ęquipollet vniuerſali etiam in diſpoſitione hominis, quando eadem eſt ratio & qualitas. Pręſ.21.li.4.n.5.32.

INDVCTA ad augmentum non debẽt operari diminutionem. Pręſ.2.li.4.nu.19.5.& Præſ.190.li.eo.nu.30.448.

Inducta ad diminutionem augmentum operari non debent. Pręſ.127.lib.4.nu.5.307.

Inducta ad fauorem non debent odium operari. Præſ.123.lib. 4.nu.5.301.& Pręſ.169.lib.eo.nu.18.389.& Pręſ.1.lib.5.nu. 21.pag.475.

INÆQVALITAS, quæ caſu euenit, non eſt cõſiderabilis. Præſ.60.lib.4.nu.53.111.

INFAMIA non præſumitur, cùm ſit delictum. Pręſ.54.lib. 6.nu.30.626.

Infamiæ pœna eſt grauior quàm pœna mortis. Præſ.49.lib.5. num.5.545.

INFANTIA finitur in ſeptimo anno. Pręſ.47.li.4.nu.3.86.

INFIRMITAS eſt habitus cuiuſcunque corporis contra naturam. Præſ.46.lib.6.nu.7.606.

Infirmus in domo mea pręſumitur habuiſſe à me alimenta & reliqua ei neceſſaria. Pręſ.71.li.6.nu.6.648.

Infirmus quidam Romæ occluſis ædibus, de feneſtris vaſa tranſeuntibus oſtendebat, ſciſcitans an eliderer. Præſ.45. lib.6.nu.50.604.

INGRATITVDINEM ſequitur impudentia, quæ ad omnem turpitudinem dux eſt. Præſ.4.li.5.nu.13.487.

Et quid apud Athenienſes de ingratitudine ſancitum reperitur.ibid.nu.14.

Ingratus nemo præſumitur, præſertim erga parentes: & in huiuſmodi vitio neceſſaria eſt omnimodo liquida & clara probatio, cùm ſit vitium valdè graue. Pręſ.4.li.5.nu.11.487

Et quomodo diuino Numine puniantur ingrati.ibi.& n.ſeq.

INIMICITIA & odium an & quãdo inter aliquos pręſumatur. Præſ.43.lib.5.nu.1.& per tot.536.

Et quibus cõiecturis probari poſſit inimicitia.ibi.n.3.& ſeq.

Inimicitia præſumitur inter eos, inter quos grauis eſt orta lis puta in cauſa ſtatus.ibi.nu.4.

Idem quando extitit lis de omnibus bonis, vel de maiori eorum parte.ibi.nu.5.

Idem quando extitit lis de cauſa capitali.ibi.nu.6.

Inimicitia orta ex lite præſumitur durare etiam lite finita. Præſ.43.li.5.nu.7.536.

Inimicitia ſuperueniens eſt valida cõiectura, teſtatorem poſſe mutare voluntatem. Præſ.166.li.4.nu.38.379.

Inimicitia ſuperueniens operatur, vt multa iam conceſſa reuocata cenſeantur. Pręſ.170.lib.4.nu.3.390.

Inimicus is pręſumitur, qui eſt amicus inimici, vel ſaltem eſt ſuſpectus. Præſ.43.lib.5.nu.12.536.

Sic & qui cum inimico conuerſatur.ibi.nu.13.

Idem de cohabitante cum inimico.ibi.nu.14.

Secus in cohabitatione modici temporis, puta duorum mẽſium.ibi.nu.15.

Inimicus pręſumitur omnia facere quæ poteſt, vt inimico noceat, & ideo ſi in fundo ſuo aliquid facit, quod inimico noceat, doloſè feciſſe pręſumitur. Præſ.29.lib.6.nu.26.583.

Inimicus ſemel adhuc præſumitur inimicus. Præſ.32.li.5.nu. 11.pag.524.

Inimicus adhuc pręſumitur, qui ſemel fuit inimicus. Pręſ.43. lib.5.nu.8.536.

Et quid de inimico reconciliato.ibi.nu.9.

Inimicus is præſumitur, qui cùm conſueuerit aliquem ſalutare, non amplius ſalutat.ibi.nu.10.

Idem de eo, qui conſueuerat me adloqui, & amplius non loquitur.ibi nu.11.

Idem de eo, qui contrahit parentelam cum inimico meo, vel confederationem.ibi.nu.16.

Inimicus is præſumitur, qui aliqua iniuria fuit affectus vel ab aliquo carceratus.ibi.nu.17.

INIVRIA nõ infertur volenti & ſcienti. Præſ.189.li.4.n.57.433

INIVRIA non præſumitur illata ob cognationis vel affinitatis vinculum. Præſ.16.lib.5.nu.5.501.

Et illata à fratre iudicatur grauior, quàm ſi ſit illata ab extraneo.ibi.nu.6.

Iniuria à conſanguineo illata, non præſumitur animo iniuriandi illata. Pręſ.40.li.5.nu.18.532.

Iniuria aliquẽ afficiens probare debet, ſe nõ animo iniuriandi id feciſſe, alias in dolo eſſe cenſetur. Pręſ.3.li.5.n.47.482.

Iniuriandi animus coniecturis & pręſumptionibus detegi poteſt. Pręſ.40.li.5.nu.31.533.

Et animus non iniuriandi probatur iuramento eius, qui iniuriam intulit.ibi.nu.32.

INNOCENS quilibet pręſumitur & ſine vitio. Pręſ.1.lib.5. nu.16.474.

Innocẽs is pſumitur, quẽ nemo accuſauit. Præſ.4.li.5.n.3.487

Innocentiæ vis magna eſt, quæ vt detegatur ſemper admitti debent probationes. Pręſ.48.lib.5.nu.1.544.

Poteſt probari autem innocentia teſtibus domeſticis, & ſanguine coniunctis.ibi.nu.7.& 9.eo.

Imò probari poteſt pręſumptionibus & coniecturis.ibi n.8.

Innocentię maxima eſt coniectura, quę ſumitur ex exculpatione ſocij criminis, cùm moriturus eſſet, cùm & is fuerit accuſator.ibi.nu.17.545.

Idem quando teſtes, qui contra accuſatum atteſtati ſunt, extra iudicium teſtimonium ſuum reuocauerunt.ibi.nu.18.

Innocentiæ efficax coniectura eſt illius, qui dãnatus ad mortem proteſtatus eſt ſe innocentem eſſe, & dum laqueo fuiſſet ſuſpenſus, mori non potuit, ſed laqueo fracto incolumis cecidit in terram.ibi.nu.19.

Secus ſi clarè conſtaret de delicto morte digno.ibi.nu.20.

Innocentia accuſati quibus coniecturis detegi poſſit. Pręſ. 48.li.5.nu.1.& per tot.544.& ſeq.

Innocentia accuſati vt probetur, admittitur etiam tertius cuius non intereſt. Pręſ.48.lib.5.nu.3.ead.

INNOVANTES regimina & adminiſtrationes ciuitatis habent præſumptionem contra ſe, & ſuſpicione non carẽt. Pręſ.34.li.5.nu.5.529.

INSANI ſępiſſimè ſane loquuntur. Pręſ.8.lib.4.nu.36.16.

Inſani & dementes aliquando loquuntur verba ſanę mentis, & aliquando aliqua ſigna prudentię faciunt, non tamen deſinunt eſſe dementes. Præſ.45.li.6.nu.60.605.

Inſania appellatur phreneſis, quæ tunc eſſe dicitur, quando continua dementia eſſe incipit: aut cùm æger, quamuis adhuc ſapit, quaſdam tamen varias imaginationes accipit. Pręſ.45.lib.6.nu.3.602.

INSTITVO verbũ,an ſit directũ ciuile. Præſ.54.li.4.n.2.97.
Inſtitutio preſumitur,quod preceſſerit ſubſtitutionem.Preſ. 7.li.6.nũ.2.555.
Inſtitutio in hæreditate aliena ſcienter facta à teſtatore non valet,nec debetur æſtimatio.Præſ.116.lib.4.nu.12.292.
Inſtitutio facta de nepote in caſu mortis filij extenditur ad caſum,ſi is, filius patietur interdictum aquæ & ignis, vel ſi emancipetur.Præſ.26.lib.4.nu.6.40.
Inſtitutio facta de poſthumo naſcituro poſt mortem teſtatoris trahitur ad caſum,ſi is poſthumus naſcatur in vita.Præſ. 26.lib.4.nu.4.40.
Inſtitutio pura ad diem vel ex die fieri nequit. Præſ.141.li.4. num.4.331.
Inſtitutio in re particulari facta valet. Præſ.26.li.4.nu.27.41.
Inſtitutio tacita reſultans ex verbis, pro expreſſa habetur. Preſ.19.li.4.nu.8.30.
Inſtitutio facta de vno ex pluribus an &quando valeat.Preſ. 25.li.4.nu.17.39.
Inſtitutiones & ſubſtitutiones directè ſunt fauorabiles, & in eis filiæ ſub nomine filiorum continentur.Præſ.84.nu.4. pag.195.
Inſtitutionis vel legati cauſa impulſiua non facit corruere ipſam diſpoſitionem,licet fuerit falſa.Præſ.24.li.4.n.17.37.

*Inſtitutus an & quando præſumatur adiuiſſe hæreditatem: & quando quis præſumatur inſtitutus vel ſubſtitutus.*

INSTITVTVS an præſumatur adiuiſſe hæreditatem,quãdo vſus eſt verbis diſpoſitionis, quæ tamen ſuſpenſionem quandam habent.Præſ.100.li.4.nu.10.246.
Inſtitutus an dicatur hæreditatem adiuiſſe,ſi conſtituit procuratorem ad proteſtandum alicui,qui ſe in hereditate fratris ſui ingerit,ne quid noui faciat in dicta hæreditate,quia ad ſe pertinet iuſto titulo.Præſ.100.li.4.nu.31.248.
Et quid ſi fuit interrogatus ab aliquo, quo vti velit teſtamẽto,& ipſe reſpondeat,velle vti primo ſi valet:&ſi non valet, velle vti ſecundo.ibi.nu.32.
Quòd ſi reſpondendo poſitionib.dixit,ſe quoquo modo heredem eſſe,hæreditatem præſumitur adiuiſſe.ibi.nu.34.
Idem,ſi dixit,credere ſe hæredem eſſe.ibi.nu.35.
Inſtitutus præſumitur hæreditatem adiuiſſe, quando dixit, Volo eſſe hæres.Præſ.100 li.4.nu.19.247.
Idem quando dixit,Pro certo volo adire.ibi.nu.20.
Inſtitutus vel vocatus ab inteſtato ſi ceſſit bonis hereditariis, præſumitur iã adiuiſſe hæreditatem.Preſ.101.li.4.n.98.256.
Inſtitutus vel ab inteſtato vocatus ſi patitur res hæreditarias multi valoris interire & peſſum ire repudiaſſe cẽſetur.Preſ. 102.li.4.nu.14.258.
Inſtitutus vel ſubſtitutus an & quãdo quis præſumatur.Præſ. 17.lib.4.nu.1.25.
Inſtitutus quando eſt etiam ſubſtitutus, ex præſumpta mente teſtatoris ſuccedit ex iure accreſcendi, excluſa ſubſtitutione.Præſ.87.li.4.nu.8.204.
Inſtitutus ſub conditione non poteſt dici heres,niſi deficiente conditione.Præſ.51.li.4.nu.20.92.
Inſtituti hoc pacto, Titius & Sæius vter eorum viuet,hæres eſto,ſi conſtat vtrunque viuere,qui cẽſeatur inſtitutus nunquid ambo.Præſ.17 lib.4.nu.2.25.
Et quid ſi vnus deceſſit altero ſuperſtite.ibi.num.3.
Inſtitutus in re certa,quando ex præſumpta mente teſtatoris cenſeatur hæres vel legatarius.Præſ.20.li.4.nu.1.31.

*Inſtrumentum an & quando præſumatur falſum, & quando exhiberi debeat.*

INSTRVMENTVM ſi fuit confectum inter ignotos,præſumitur falſum.Præſ.20.li.5.nu.41.505.
Et idem quando in eo falſa cauſa eſt expreſſa. ibi.nu.42.506.
Idem quando debita ſolemnitas fuit omiſſa.ibi.nu.43.
Inſtrumentum ſi continet renunciationem immenſi iuris,& aliqua cauſa ipſius renunciationis minus vera fuit narrata, falſitatis vitio non caret.Præſ.20.li.5.nu.34.505.
Inſtrumentum,quod iamdiu aſſeritur confectum,ſi literis recentibus apparet regiſtratum, falſi ſpeciem continere dicitur.Preſ.20.lib.5.nu.15.504.
Idem quando ipſa regiſtratio facta eſt non ſeruato ſtilo & modo ſolito regiſtrandi.ibi.nu.16.
Et idem quando inſtrumentum non continet ea, quæ adhiberi ſolent inſtrumentis.ibi.nu.17.505.
Idem quando characteres literarum inſtrumenti apparent diuerſi à ſolitis characteribus quibus conſueuit vti ille ſcriptor inſtrum.ibi.nu.18.
Inſtrumentum arguitur falſum ex eo,quod notarius conſueuit ſcribere nomen Hieronymi cum aſpiratione ſi in eo reperitur ſcriptum ſine aſpiratione.ibi.nu.19.
Idem quando inſtrumentum cõtinet pacta inſolita,vel clauſulas non conſuetas adhiberi.ibi.nu.20.
Inſtrumentum non cenſetur in totum falſum, quando falſitas eſſet circa illud, quod nullo modo reſpicit negotium, de quo agitur.Præſ.21.li.5.nu.10.507.
Idem quando falſitas fuiſſet commiſſa circa rem iam demõſtratam.ibi.nu.11.
Idem quando falſum fuiſſet in vna parte inſtrumenti commiſſum præſumptiuè tamen.ibi.nu.12.
Inſtrumentum non præſumitur in totum falſum,quando falſitas eſt commiſſa in re tenui & modica.Præſ.21.lib.5.nu.5. nu.18.508.
Idem quando falſitas in inſtrumento commiſſa nõ dolo aut vitio ipſius notarij, ſed ob falſam partis aſſertionem eſſet commiſſa,non enim vitiatur in ea parte,vbi non eſt falſitas. ibi.num.20.
Idem quando conſtaret vel efficacioribus probationibus vel claris præſumptionibus alias inſtrumenti partes eſſe veras. num.21.
Inſtrumentum in vna parte falſum an & quando præſumatur in totum falſum. Preſ.21.li.5.nu.1.507.
Quòd tunc totum falſum cenſetur,quando falſitas prouenit ex perſona notarij, qui ſua malitia & dolo commiſit falſum.ibi.nu.3.
Idem quando falſitas fuiſſet commiſſa in verbis enunciatiuis ac incidenter prolatis in eo,puta circa locum, tempus, & huiuſmodi,alias ſecus.ibi.nu.6.
Declaratur hoc non procedere,quando conſtaret ex confeſſione partis alia capitula ipſius inſtrumenti vera eſſe. ibid. num.7.
Inſtrumento damnato de falſo, corruit & omnis confeſſio in comprehenſa.Præſ.21.li.5.nu.15.508.
Inſtrumenti fides pendet à fide & perſona notarij. Præſ.21. lib.5.nu.4.507.
Inſtrumentum ſi reperitur factum de venditione pura, & aliud de conditionali, præſumitur venditionum ſicq; actuũ pluralitas.Præſ.15.li.6.nu.12.563.
Inſtrumentum fuiſſe apud aduerſarium ab initio litis,ſi quis probauit,cogere eum poteſt ad exhibendum.Præſ.64.li.6. num.4.640.
Eſt enim inſtrumentum de his,quæ cuſtodiri ſolent.ibi.
Inſtrumenta facta à notario damnato de falſo poſt ſentẽtiam omnia falſa præſumuntur.Præſ.21.li.5.nu.24.508.
Inſtrumentum carens debitis ſolemnitatibus licet viuo notario ipſo nihil probet, eo tamen mortuo ſemiplenam probationem facit.Præſ.5 li.5.nu.10.488.
Et inſtrumenti fides ſuſtinetur teſtibus mortuis, licet viuentes contradicant.ibi.nu.12.
Et inſtrumento notarij mortui maior fides adhibetur, quàm viuentis.ibi.nu.11.
Inſtrumenta dotalia licet non requirãtur ad matrimonij validitatem,requiruntur tamen, vt filij iam nati legitimi reddantur quò ad ſucceſſionem.Præſ.189.li 4.nu.83.435.
Inſtrumentis duobus productis,vno ſcilicet ceſſionis, & altero ſolutionis crediti, præſumitur prius confectum illud ſolutionis:ſi ſoluens reperitur in poſſeſſione.Præſ.69.lib.6. nu.9.646.
Inſtrumentum primum ſi eſt planum & clarum, declaratur ſecundum obſcurum & dubium, ne cenſeantur partes ſe correxiſſe.Præſ.37.li.6.nu.11.589.
Inſtrumentis artificij legatis, continentur ea, quæ illi artificio conueniunt.Præſ.154.lib.4.nu.22.354.
Inſtrumenta non infixa fundo fructus acquirendi cauſa quæ ſint.Præſ.154.li.4.nu.10.353.
Et quæ ſint inſtrumenta quærendorũ fructuũ cauſa.ibi.n.11.





Et quæ colligendorum fructuum cauſa.ibid.num.12.
Et quæ conſeruandi fructus cauſa.ibid.num.13.
Inſtrumento Lanionis legato quid contineatur. Præſ. 154. lib.4.num.28.354.
Inſtrumenro pictoris legato, quid comprehendatur. Præſ. 154.lib.4.num.23.ea.
Et quid,inſtrumento piſcatorio legato.ibid.num.24.
Et quid inſtrumento balneatorio legato.ibi.num.25.
Intellectus auth.cui relictum.C.de indic.viduit.tollen.Præſ. 148.lib.4.num.15.348.
Intellectus c.1.de homicid.Preſ.10.lib.5.num.13.& ſeq.497.
Intellectus c.1.§.fin.de teſt.in 6.Præſ.38.lib.4.num.28.69.
Intellectus c.2.de reg.iur. Præſ.2.lib.5.num.6.477.
Intellectus c.omnis etas. 14. q. 1.quòd omnis ætas prona eſt ad malum quò ad animæ ſalutem.Præſ.1.lib.5.nu.30.475.
Intellectus c.per exemptionem de priuileg.Præſ. 113.lib.4. num.8.287.
Intellectus c.ſi quis poſitus,de pænit.diſt.7.deſumptus ex diui Auguſtini Homelia.4.Præſ.94.lib.6. nume. 14.& ſeq.& præſertim num.24.667.& ſeq.
Intellectus & declaratio c.Valentino. 34. diſtinct. Præſ.147. lib.4.num.6.347.
Intellectus gl.in c.ſi forte.in ver.ſcientiæ de elect.lib.6.Præſ. 2.lib.5.num.39.478.
Intellectus Cler. 1. in prin. de conceſſ.præb. Præſ. 91. libro 6.num. 11. 663.
Intellectus l.vnicæ.C.ſi dos conſtant.matr.Præſ.89. libro 4. num.85.219.
Intellectus l.1.C.de pact.Præſ. 76.lib.4.num.15.155.12.num. ſeq.ibid.& Preſ.169.lib.eo.num.7.388.
Intellectus l.vnicæ. in pr. ff. quando dies lega.cedat. Præſ. 159.lib.4.num.21.363.
Intellectus l.1.§.id quod ex ſubſtitutione ff.ad legem Falcid. Præſ.108. lib.4.num.30.270.
Intellectus l.1.§.excuſantur.ff.ad S. C. ſyllan.vbi declarantur nonnulla verba Vlpiani malè ab Accurſio & alijs perpenſa.Præſ.28. li.5.nu.4.516.
Intellectus l. 1.in princ.ff.de vſufruc.Præſ.159.li.4.n.13.362.
Intellectus l.2.C.de lib.& eorum li.Preſ.33.lib.5.nu.31.528.
Intellectus l.2.C de offi.procu.Cæſa.Præſ.99.li.4.n.22.245.
Intellectus l.2.& 3.ff.de interrog.actio.Preſ.99.li.4.n.23.ea.
Intellectus l.2.§.ſi dubitatur. ff. quemadmo.teſta. aper.Præſ. 49.lib.6 num.27.611.
Intellectus l.3.C.de inoffic.teſta.Præſ.26.lib.4.num. 20. 41. & Preſ.89.lib.eo.num.83.219.
Intellectus l.3.§.vltim.ff.de condi.cau.data.Præſ. 155.lib.4. num.6.355.
Intellectus l.à Titio.ff.de verb.oblig.Præſ.146.li.4.n.12.343.
Intellectus & conciliatio ad l.centurio. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.leg.precibus. C. de imp. & alijs ſubſtituti. Præſ. 52. lib.4.num.5.93. num. ſeq.
Intellectus l.cogi.ff.ad Trebell.Præſ.67.lib.4.nu.22.132.
Intellectus l.commodiſſime.ff de libe.& poſth.Præſ.26.lib. 4.num.13.15.& 16.& ſeq.40.& 41.
Intellectus l.cum alienam rem.C.de lega.Præſ.118.lib.4.nu. 17.296.
Intellectus l.cum auus.ff.de cond.& dem.Preſ.76. lib. 4.nu. 18.155.
Intellectus l.cum filijs ff de cur.furio.& l. qui tertiana. ff.de edil.edict.Præſ.50.lib.4.num.9.89.
Intellectus l.cum fuerit.ff.de condi,& demon.Præſ. 147. lib. 4.num.2.346.
Intellectus l.cum quidam.ff.de bono.poſſeſſ.Præſ.103.lib.4. num.6.258.
Intellectus l.cum tale.§.pen.ff.de cond. & demonſtr. Preſ. 183.lib.4.num.57.413.
Intellectus leg.eius militis. §.militia miſſus.ff de milit. teſta. Præſ.4.lib.4.num.14.8.
Intellectus l.facto.§.ſi quis autem.ff.ad Treb. Præſ.50. lib. 6.num.29.& ſeq.615.
Intellectus l.falſus.§.ſi iactum ex naue.ff.de furt.Preſ.30.lib. 5.num.18.521.
Intellectus l.filia legatorum.C.de lega.Præſ.167.lib.4.num. 36.385.
Intellectus l.filium.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur.Præſ.24 lib.6.num.22.576.
Intellectus l.Gallus.§.ille caſus.nu.3.de libe. & poſthu.Præſ 38.lib.6.num.6.592.
Intellectus l.iam hoc iure.ff.de iuſt.& iur.Præſ.39.lib. 4.nu. 29.73.
Intellectus l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Præſ.35.li. 4.num.10.56.
Intellectus l. inde Neratius. in prin. ff. de vſufruc. accreſc. Preſ.159.lib.4.num.14.362.
Intellectus l.Iulianus.ff.de hæred.inſtit.& l. triplici.§.vlt.de verb.ſigni.Præſ.173.lib.4.num.21.& 30.394.& 395.
Intellectus l.Lucius.§.vlt.ff.de lega.2 vbi an filiorum appellatione veniant naturales tamen.Præſ.78.lib. 4. num.7.167.
Intellectus l.Lucius.§.Caio.ff.ad Trebell.Præſ.186.lib.4. nu. 18.418.
Intellectus l.nõ hoc vbi Decius.nu.6.verſi.ſic etiam.C.vnde legiti.Præſ.70.lib.6.num.4.648.
Intellectus l.non iuſtum.C.ad.Trebell.Præſ.108.lib.4.num. 30.270.
Intellectus l.pater filiæ.ff.de euictio.Preſ.189.lib.4.num. 69. 434.
Intellectus l.precibus.C.de impub.& alijs ſubſt.Præſ. 38.lib. 4.num.26.69.
Intellectus l.Prætor ait.§.ſed ſi ſeruus.ff.de eden.Præſ.61.lib. 6.num.14.635.
Intellectus l.pro hærede.in princ.ff.de acquir.hæred.Preſ.99. lib.4.num.17.245.
Intellectus l.promittendo.ff.de iur.dot.Præſ.146.lib. 4.num. 11.343.
Intellectus l.propter veneni.§.1.ff.ad S. C. Sillan.& quo caſu procedat.Præſ.3.lib.5.num.84.484.
Intellectus l.quæ conditio.§.cũ ita.ff.de condi. & demonſt. Præſ.114.lib.4.num.3.288.
Intellectus l.qui dotem.ff.de dote præle.Præſ.145.lib.4.num. 11.341.
Intellectus l.qui dos.§.cum bello.ff.de reb.du.Præſ.50. lib.6. num.21.614.
Intellectus l.qui filio in prin.ff.de hæredi.inſti.Præſ.141. lib. 4.num.39.334.
Intellectus l.qui filium.ff.vbi pupil. educa.debe.Præſ. 146.li. 4.num.16.344.
Intellectus l.qui fundum.ff.de contrah.empt. Præſ. 178.lib. 4 num.11.399.
Intellectus l.quod ſi alij.ff.de adim.leg.Preſ.173.lib. 4. num. 18.394.
Intellectus l.recuſare.§.Titius.ff.ad trebell.Præſ.63.lib.4.nu. 7.& 12.& ſeq.123.
Intellectus l.ſancimus.C.de nupt.Præſ.147. li.4.num. 5. 347.
Intellectus l.ſed & in illo.ff.de reb.dub.Præſ.50.lib. 6. num. 19.613.
Intellectus l.ſed ſi hoc.§.vlt.ff.de condi.& demõſtr.Præſ.123. lib.4.num.3.301.
Intellectus l.ſepe.ff.commodati.Præſ.28.lib.5.num.5.517.
Intellectus l.ſequens quæſtio.de leg.2.Præſ.196.li.4.n.5.463.
Intellectus l.ſeruum filij.§.pocula.ff. de lega. 1. vbi conciliatur à Bart.ſed non ſatis probabiliter cum l.lana.§.pen.ff.de leg.3.Præſ.171.lib.4.num.5.391.
Intellectus l.ſi auia.C.de iure delib.Præſ.99.lib.4.n.20.245.
Intellectus l.ſicut.ff.de alimen.lega.Præſ.173.lib.4. numero 10.393.
Intellectus l.ſicut certi.C.de teſtamenti.Præſ.89.lib.4.num. 82.219.
Intellectus l.ſi ego.ff.de iure dot.Præſ.146. libr. 4. numero 12.343.
Intellectus l.ſi fundum ſub conditione.§. fin. ff. de leg. 1. & vltim.C.de neceſſ.ſer.hæred.inſtitut.Præſ.43.lib.4. nume. 15.85.
Intellectus l.ſi inter.in prin.ff.de re.dub.Præſ.50.lib.6.num. 11. 613.
Intellectus l.ſi ita.ff.de auro & argen.leg. Præſ. 127. libr. 4. num.35.309.
Intellectus l.ſi pater pro filia.ff.de collat.dot.Preſ.109.lib.4. num.17.20.& 47.274.275.& 277.

Intellectus ad leg.ſi plures, de leg.3. ex Comen. reijcitur ab authore.Præſ.108.lib.4.nu.27.270.Reprobatur etiam eiuſdem Comen.intellectus,& Alcia.ad l. Celſus.§. quod ſi alicuius de lega.ibid.num.28.

Intellectus l.ſi plurib.ver.quod ſi de leg.1.Præſ.173.lib. 4.nu. 17.394.

Intellectus l.ſi quæramus.ff.de teſtib.Præſ. 13.lib.6.nu.4.561.

Intellectus l.ſi quid earum.§.vlt.de leg.3.Præſ. 122.lib.4.nu. 10.300.

Intellectus l.ſi quis in principio teſtamenti de lega. 3.Præſ. 166.lib.4.num.13.376.

Intellectus l.ſi quis ita hæres inſtituatur. ff. de hæred. inſtitu. Præſ.76.lib.4.num.13.155.

Intellectus l.ſi quis ſeruo.ff.de manumiſſ.teſtamen.Præſ.63. lib. 4.num.8.& 12.123.

Intellectus l.ſi tibi puer.ver.ad viſceratioнē de lega. 3. Prꝫſ. 111.lib.4.num.28.285.

Intellectus l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.Præſ.89.lib. 4.num. 86.220.

Intellectus l.ſi Vxorem in princ.C. de condit.inſert. 5. Præſ. 55.lib.6.num.19.630.

Intellectus l.tale pactum.§.vlt.ff.de pact.Præſ.89.lib.4. num. 84. 219.

Intellectus l.Titia.ff.de leg.Falc.Præſ.109.lib. 4.nu. 46. 277.

Intellectus leg.Titia.ff.ſoluto matrimonio.Præſ.55.lib.6.nu. 18. 629.

Intellectus l.Titiæ ſi non nupſerit. ff. de condit.& demonſt. Præſ.83.lib.4.num.21.& ſeq.187.

Intellectus l.Titio centum.§.Titio genero.ver.ante nuptias. ff.de condi.& demonſt.Præſ.146.lib.4.num.9. & ſeq.343.

Intellectus l.Titius & Sæius & l.ſeq.ff.de hære. inſtit. Præſ. 64.lib.4.num.5.124.

Intellectus l.tranſlatio.ff.de adim.leg.Præſ.173.lib. 4.nume. 14.393.

Intellectus l.viriles.§.ſi adierit.ff.de lega. prꝫſt. Præſ.29.lib. 6.num.20.583.

Intellectus l.pen.ff.de vſufruc.accreſc.Prꝫſ.159.li.4.n.15.362.

Intellectus l.vlt.C.de codicil.Præſ.63.lib.4.nu. 9. & 12.123.

Intellectus l.vltim.in vltim. verſ. C. de fideicommiſſ. liber. Præſ,43.lib.4.num.16.85.

Intellectus leg.vltim.C,de fide Inſtrumen.Præſ.61. libr. 6. num.15.635.

Intellectus l.vltim.§.licentia C.de Iur.deliberan.Præſ.61.lib. 6.num.16.ea.

Intellectus l.vlt.C.de poſthu.hære.inſti.Præſ.26.li. 4.n.5.40.

Intellectus l.vltim.C.de priuileg.fiſci.Præſ.189.lib. 4.nume. 145.440.

Intellectus l.fin.C.qui admitti.Præſ.104.lib.4.num. 12. 261.

Intellectus l.ſi.ff.de iure deliber. Prꝫſ. 78.lib.4.num. 14.168.

Intellectus leg.vltim.§.filium de lega.2.Præſ.186.lib.4.num. 18.418.

Intellectus l.vltim.ff.de rei vendic.Præſ.64.li.6.num.13.641.

Intellectus §.dotes in Auth.de nupt.Præſ.89.lib. 4. num.85. 219.

Intellectus §. hæc igitur in Auth. de reſtit.& ea quæ parit in vnd.men.Præſ.190.lib.4.num.17.447.

Intellectus §. Sancimus in Auth. de reſti. & ea quæ parit in vndecimo menſe,& quando d.conſtitutionis ratio procedit.Præſ.189.lib.4.num.74.434.

Intellectus §.ſanctiſſimas in Auth.de alien. & emphit. Præſ. 189.lib.4.num.114.437.

Intellectus §.ſed & hoc præſenti:in Auth.de ſanctiſſ.epiſco. Præſ.146.lib.4.num.8.263.Præſ.148.lib.4. num.5.343.

Intellectus §,cum proponeretur etiam in l.mulier.ff.ad Trebell.Præſ.189.lib.4.num.98.436.

Intellectus §.Lucius.l.Titius.ff.de lib.& poſth. Præſ. 26. lib. 4.num.3.40.

Intellectus §. Lucius Titius teſtamento. l. Lucius Titius de lega.2.Præſ.18.lib.4.num.22.28.

Intellectus §.propoſitum.l.Pamphilo.ff.de lega.2. Præſ.100. lib.4.num.17.147.

Intellectus §.Seia libertis. l. Titia Seio. ff. de leg.2.Præſ.62. lib.4.num.3.117.

Intellectus §.ſi quis rogatus.il 1.l.ex facto.ff.ad Trebell,Prꝫſ. 78.lib.4.num.3.& 6.166.

Intellectus §. venditionis. l. ſicut.ff.quib. mod. pig. vel hipoth.ſol.Præſ.116.lib.4.num.21.293.

Intellectus §.eadem.Inſt.de leg.Præſ.173. lib. 4.numero 19. 394.

Intellectus §.transferri.Inſt.de adempt.legat.& §.præcedentis.Præſ.173.lib.4.num.13.393.

Intellectus §.pen.Inſt.de hæred.qual.& diffe.Præſ. 99.lib.4. num.18.245.

Intellectus glo.in §.pen.in ver.locupletior. Inſt.quibus alie. licet vel non. Præſ.27.lib.6. num.3.580.

Intellectus §.vltim.Inſt.de bonor.poſſeſſ.Præſ.104.lib.4.nu. 12.261.

Intellectus ſententiæ D. Auguſtini tranſlatæ in c. non imputantur.1.q.4.Præſ.33.lib.5.num.34.528.

Intellectus ſubauditi, quibus non inducitur legum correctio,qui ſint.Prꝫſ.38.lib.6.num.5.592.

Interpretatio §. 1. verſi. adierunt.in Auth.de reſti.& ea quæ parit in vnde.men.Prꝫſ.190.lib.4. num.2.pag.446.

Interpretatio §.Sancimus.in Auth.de reſt.& ea quæ parit in vnd.men.Præſ.190.lib.4.num.6.ea.

Interpretatio l.iam hoc iure.ff.de vulg. Decij nō recipienda & quare.Præſ.36.lib.4.num.6.58.

Interpretatio ea in dubio eſt ſumenda,vt actus valeat non vt pereat.Præſ.104.lib.4.num.9.260.

Non habet autem locum hæc regula, in præiudicium tertij. ibid.

Interpretatio fauorabilis dicitur illa, quæ excludit odium, etiam cum annullatione actus,& præfertur ille, quæ facit valere actū.Præſ.10.lib.4.num.27.20.Contra, ibi.num.29.

Interpretatio verborum Geneſ.cap.6. Non permanebit ſpiritus meus in homine.Præſ.49.lib.6.num.14.610.

Interpretatio verborum in Pſalm.89.Erunt eorum anni quadraginta,quinquaginta,&c.Præſ.49.lib.6.num.7.609.

Inuenta in littore maris fiunt primo occupantis.Præſ.30.lib. 5.num.3. 520.

Inuentarium conficitur poſt tres menſes à die aditæ hæreditatis.Præſ.101. lib.4.num.95.256.

IOANNES Bolognetus ſibiipſi contrarius. Prꝫſ.104.lib.4. num.18.262.

Iraſcibilis ſi quid fecit,ſumitur præſumptio in meliorē partem, quod ſcilicet non dolo, ſed iuſta ex cauſa id fecerit. Præſ.3.lib.5.num.117.486.

Irnerius in compendium redegit conſtitutiones Authenticorum,& eas in Codice inſeruit abſque auctoritate corrigendi leges veteres.Præſ.83.lib.4.num.43.190.

Irrationabilia non præſumuntur.Præſ.31.lib.6.num.2. 584.

Iſocrates anno quarto ſupra nonageſimum vitæ ſuæ edidit librum quem Panathenaicum inſcripſit.Præſ.46.lib.6. num.14.607.

Iter ad hauriendum aquam qui conceſſit, præſumitur etiam conceſſiſſe hauſtum aquæ. Præſ.3. lib.6.nu. 6.550.

Iudæi vel alij infideles non poſſunt cogi ſuſcipere baptiſma. Præſ.83.lib.4.num.9.186.

Iudæi fœnerantes ſuper veſtibus alienis tenentur eas reſtituere proprijs dominis nullo eis reſtituto pretio, etiam ſi ignorent veſtes illas eſſe alienas.Præſ.29.lib.5. num. 11,518.

Iudæis fœneratoribus ſi conceſſum eſt priuilegium, vt poſſint res furtiuas ſibi pignoratas vel venditas retinere, donec per veros dominos pretium reſtituatur, non tenentur ad reſtitutionem,& ceſſat diſpoſitio l.in ciuilem.C.de furtis.Præſ.29.lib.5.num.35.520.

Non habent autem locum huiuſmodi priuilegia,quando ipſi Iudæi ſciunt rem eſſe alienam.ibid.num.36.

Nec habent locum d.priuilegia contra clericos.ibid.nu.37.

Nec contra ſcholares,quorum ſerui & famuli eorum veſtes aut libros pignori dant vel vendunt ipſis Iudæis.ibi.nu.38.

Iudæus conficiens teſtamentum ſeruare debet formā & diſpoſitionem iuris communis.Præſ.189.lib.4.nu.35.431.

*Iudex qualis eſſe debeat,& quod ſit eius officium.*

IVDEX hæredi factum & perſonam ſuſtinet.Præſ. 141.lib. 4.num.43.335.

Iudex præſumitur datus vt iudicet ſecundum ius commune; non autem ſecundum ius extroardinarium. Præſ. 4. lib. 4. num.16.8.

Iudex ſi habet facultatem cognoſcendi de cauſa,ferendique ſententiam ex iuriſdictione ordinaria & delegata præſumitur proceſſiſſe ex ea,qua ſentētia eius ſuſtineri poteſt. Prꝫſ. 4.lib.6.num.27.553.

Iudex ſi ad inſtantiam ſubſtituti ſtatuit hæredi inſtituto terminum certum ad deliberandum, an velit adire vel non, ſi is nihil reſpondit intra terminum prꝫſumitur repudiaſſe. Præſ.102.lib.4.num.19.258.

Iudex ſi moriens dicat ſe tuliſſe falſam ſententiam, ei non creditur ad præiudicium eius, pro quo ſententia eſt lata. Præſ.5.lib.5.num.18.488.

Iudex ſi tulit interlocutoriam, & poſtea aliam illi contrariā pronunciauit,præſumitur ignoraſſe primam. Præſ.23.lib.6. num.48.572.

Iudex, qui contra antiquam curiæ proxim & ſtylum nouam citationis formam inducit,ſuſpectus habetur, & contra eū præſumitur.Præſ.34.lib.5.num.6.529.

Debet enim & tenetur reijcere etiam libellum deuiantem ab antiqua & conſueta praxi & ſtylo.ibi.num.7.

Iudex non debet ferre ſententiam pro eo, cuius teſtes varij ſunt & pugnantes.Præſ.23.lib.5.num.5.511.

Iudex non debet exequi ſententiam aduerſus eū quē,deinde eſſe innocentem intelligit.Præſ.48.lib.5nu 5.5.44.

Iudex in dubio pronunciare debet, appellationem non eſſe deſertam.Præſ.9.lib.6.num.3.557.

In dubio debet deferre appellationi.ibi.num.4.

Iudici ſi aliquid fuit donatum poſt latam ſententiam, non ex hoc argui poteſt ipſum fuiſſe corruptum. Præſ. 8. lib. 5. num.12.494.

Iudex,qui poteſt ferre ſententiam tanquam delegatus & tanquam ordinarius,prꝫſumitur in dubio eam tuliſſe tanquam ordinarius.Præſ.4.lib.4.num.9.8.

Iudex ſi citat reum ad audiendum ſententiam ore ſuo, hæc citatio habet vim trinæ citationis.Præſ.8.lib.4.num. 12.14.

Idem ſi nuncius citat præſente iudice.ibid.

Iudex ſi actum aliquem fecit, præſumitur illum feciſſe ad partis inſtantiam, ſi is actus impenſam requirebat.Præſ.11. lib.6.num.3.558.

Iudex non præſumitur velle quod ſibi lege permiſſum non eſt.Præſ.47.lib.5.num.20.543.

Iudex in iudicando aliquem furioſum plenam adhibere debet cauſæ cognitionem,cùm multi tales ſe fingant.Præſ.45. lib.6.num.23.603.

Iudex ſi obtulit ſe daturum curatorem furioſo, non præſumitur ſtatim mutaſſe voluntatem.Præſ.37.lib.6. nu.21.589.

Iudices curare debent,vt banniti capti fateantur ſe eſſe illoſmet,qui in banno deſcripti legūtur,vel debet aliūde habere probationes,illos eſſe.Prꝫſ.15.lib.6.num.38.564.

Iudicis officium eſt in æquitate fundatum. Præſ. 189. lib. 4. num.63.433.

Iudicis officium conceditur loco deficiētis actionis, ſic ſuadente æquitate.Præſ.141.lib.4.num.44.335.

Iudicis pro decreto an & quando præſumatur.Præſ. 104. lib. 4.num.5.259.

Iudicis furioſi ſententia non reſcinditur, ſi modo tēpore à ſe latæ ſententiæ compos mentis ſit.Præſ.17.lib.6.nu.10.566.

Iudex,qui hæreticum damnatum ad eccleſiæ gremiū recipit, an poſſit ita eum reſtituere,vt ei liceat recuperare bona in alium à fiſco tranſlata.Præſ.47.lib.5.num.21.543.

Iudex inferior ſi contra ſuperioris inhibitionem procedit, contemptor inhibitionis cēſetur.Præſ.44.lib.5. nu.18.537.

Iudex iuſtus non debet ea præſumere, quæ repugnat experientiæ humanꝫ.Prꝫſ.49.lib.6.num.5.609.

Nec debet prꝫſumere ea,quæ legi diuinæ repugnāt. ib. nu.6.

Iudices ordinarij in pleriſque locis Italiæ ferre debent ſententias in certis cauſis cum ſapientis iuriſperiti conſilio. Prꝫſ.34.lib.6.num.9.585.

Iudex ſecularis deprehendens aliquem in habitu clericali remittere eum debet ad Epiſcopum.Præſ.76.lib.6. nu.5. & 8.651.& 652.

Iudex,qui ſua ſponte conſilium à Iuriſperito habere voluit, non tenetur illud ſeq.Præſ.34.lib.6.num.27.586.

Secus ſi ex ſtatuti diſpoſitione neceſſe habuit ferre ſententiā cum conſilio ſapientiæ.ibid.num.28.

IVDICIVM eſt ſola quædam præſumptio iuris, non autem iuris & de iure.Præſ.89.lib.4.nu.15.211.

In Iudicijs ſummarijs quo pacto habilitas perſonæ ſit requirenda.Prꝫſ.13.lib.6.num.5.561.

IVLIA C.Cꝫſaris filia & Pompeij vxor ex puerperij doloribus migrauit, & partus aliquot dies vixit:& quare abortum fecerit.Prꝫſ.52.lib.6.num.12.619.

*Iuramenti vis & effectus.*

IVRAMENTVM habet vim clauſulꝫ codicil. Prꝫſ. 31.lib. 4.num.13.46.

Iuramentum ſequitur naturam actus.Prꝫſ.7.lib.5.nu.18.493.

Iuramentum ſuplet defectum ſolennitatis teſtamenti, non autem ſubſtantiꝫ.Prꝫſ.55.lib.4.num.22.102.

Iuramentum non auget obligationem extrinſecus,ſed ei intra ſuos limites manenti addit religionis vinculum & robur.Prꝫſ.164.lib.4.num.14.371.

Iuramentum prꝫſumitur interpoſitum ſecundum naturam contractus.Prꝫſ.10.lib.6.num.7.558.

Iuramento illius nō ſtatur cui aduerſatur Iuris prꝫſumptio, Prꝫſ.61.lib.6.num.13.635.

Iuramentū teſtis nō extēditur ad accidētia & circūſtātias,ſed reſpicit ſolū ſubſtantiā ipſius negotij Prꝫſ.22.li.5.n.20.510.

Iuramento verberantis quando ſit ſtandū, ꝙ animo nō occidendi vel non vulnerandi id egerit.Prꝫſ.40.lib.5.n.30.532.

IVRANS ſibi in teſtamento fuiſſe relictum legatū quod ob iuramentum illud conſecutus eſt,ſi deinde eſt repertum teſtamentum,in quo nihil ſibi relictum apparet,periurij pœnam incurrit.Prꝫſ.15.lib.6.num.21.563.

IVRISCONSVLTORVM munus olim fuit ſolū vel interpretandi,vel reſpondendi de iure.Prꝫſ.89.lib. 4. nu. 11.210.

IVRISDICTIO non extenditur extra territorium. Prꝫſ. 45.lib.5.num.14.539.

IVRA ſtatuerunt ea,quæ minus oneroſa eſſe poſſunt contēdentibus ac contrahentibus.Prꝫſ.9.lib.6.num. 6.557.

Iura ſi plures pœnas imponūt pro delicto, nō cēſentur ſe inuicē corrigere,ſed dare electionē iudici.Pr.37.li.6.n.18.589.

Iuris diſpoſitionē ignorare,quā omnes ſcire debēt per ſe vel per alios quos conſulere poſſunt,eſt lata culpa. Prꝫſ. 23. lib.6.num.11.571.

Iuris executio non habet iniuriarum actionem.Prꝫſ.29.li.6. num.9.582.

Iuris impedimētum ab eo cauſatum,qui vult excuſari ex eo, nihil operatur.Præſ.183.lib.4.num.47.413.

Iuris profeſſor eruditione ſingularis non poteſt per ſubſtitutum ſuo muneri ſatisfacere, atque ita per alium docere. Prꝫſ.92.lib.6.num.11.665.

In iure prꝫſumitur potius error quàm duobus. Prꝫſ. 3.lib.5. num.31.482.

Ius ſibi dicere nemini eſt permiſſum.Præſ.98.lib. 4. numer. 4.242.

*Ius accreſcendi quid ſit, & vnde proueniat, & quando ei ſit locus: Et quid de iure non decreſcendi,*

IVS accreſcendi dicitur quꝫdam tacita ſubſtitutio. Prꝫſ. 61. lib.4.num.2.114.

Ius accreſcendi eſt quꝫdā tacita ſubſtitutio ex teſtatoris voluntate.Prꝫſ.39.lib.4.num.83.77.

Ius accreſcendi dicitur quꝫdam ſubſtitutio legalis, & ceſſat quando datur vulgaris ſubſtitutio.Prꝫſ.40.lib.4. nu. 17.80.

Et quod non pendet à futuro euentu oſtenditur. num. 18. & quando locum habeat.ibid.

Ius accreſcendi à diſpoſitione legis ex coniecturata mente teſtatoris inducitur.Prꝫſ.14.lib.4.num.4.22.

Ius accreſcendi an proueniat abſolutè à voluntate teſtatoris Prꝫſ.86.lib.4.num.19.202.

Ius accreſcendi,quod lex ex præſumpta mente teſtatoris introduxit,an ſit diſpoſitio teſtatoris,vel legis.ib.nu.20.203.

Ius accreſcendi quod prouenit à præſumpta mente teſtatoris non habet locum, quando taxatiuè teſtator diſpoſuit. Prꝫſ.36.lib.4.num.21.69.

Ius accreſcendi an ſit à lege introductū ex prꝫſumpta mente teſtatoris.Prꝫſ.86.lib.4.num.4.201.

Quòd fuit immediatè à lege introductum, & habet locum in querela inofficioſi teſtamenti,& in bonorũ poſſeſſ. contra tab. ibi.num.5.& 9.
Idem de iure decreſcendi.ibid.
Ius acceſcendi habet locum in ſucceſſionibus ab inteſtato, & hoc caſu dicitur à lege inuentum, & non ex præſumpta voluntate teſtatoris.ibid.num.6.
Et an habeat locum in ſucceſſione militis qui quoquo modo vult,teſtari poteſt,& poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,ibid.num.8.
Ius accreſcendi præſumitur à lege introductum, ex coniecturata mente teſtatoris, quando agitur de ipſo iure ex diſpoſitione teſtatoris, & ſolum ambigitur, an hæc diſpoſitio,quæ ipſum ius introduxit,fundata ſit in præſumpta mẽte teſtatoris.Pręſ.86.lib.4.num.11.& ſeq.202.
Iuri accreſcendi an & quando ſit locus inter filias, quibus factum eſt doris legatum.Præſ.149.lib.4.num.1.348.
Quòd ſi teſtator dixit, Filiabus meis pro dotibus lego mille pro qualibet earum:decedete vna ex ipſis ante contractum matrimonium,eius dotis portio alijs non accreſcit.ib.nu.2.
Et redditur ratio.num.3.
Si autem teſtator coniunctim vel re & verbis, vel re tantùm legauit dotes filiabus,inter eas erit locus iuri accreſcendi. ibid.num.4.eod.
Iuri accreſcendi an & quando ſit locus inter alimentorum collegatarios, ex præſumpta mente teſtatoris. Præſ.158.lib. 4.num.1.361.
Quod tunc iuri accreſcendi erit locus,quando teſtator duobus coniunctim legauit alimenta,& diſpoſuit,quòd vno eorum decedente alter haberet deficientis portionẽ. ibi.nu.6.
Declara,vt ibid. num.7.
Idem quando teſtator duobus vel pluribus legauit quantitatem pro alimentis ſeparatim tamen,& eos inuicem expreſſe ſubſtituit.ibid.num.8.
Iuri accreſcendi non eſt locus in legato alimentorum facto pauperibus,ſicque ad pias cauſas.Pręſ.158.lib.4.n. 4.pa.361.
Idem in legato alimentorum tacito.ibid. num.5.
Ius accreſcendi vel non decreſcendi an & quãdo habeat locum in legato vſusfructus.Præſ.159.lib. 4.num.2.362.
Quòd quando legatarij ſint coniuncti re & verbis,eſt locus iuri non decreſcendi.ibid. num.3.
Intellige, vt ibid,num.4.
Idem quando legatarij ſunt coniuncti re tantùm, ſi ante acceptatum legatum vnius portio deficit.ibid.num.5.
Si autem poſt acceptatum legatum deficit portio vnius, locus eſt iuri accreſcendi.ibid.num.6.
Iuri accreſcendi an ſit locus in legato vſusfructus, quando legatarij ſunt coniuncti verbis tantùm ante acceptatum legatum.ibi.num.7. & ſeq.
Habet enim ius accreſcendi facilius locum in vſufructu quàm in proprietate.ibid.num.10.
Et in proprietatis legato habet locum inter verbis coniunctos,ibid.num.11.
Sed quòd in legato vſusfructus non habeat locũ inter verbis coniunctos,antiquorum auctoritate oſtenditur.ibid.nu.12.
Contraria tamen opinio verior defenditur ibidem per diſcurſum,& num.ſeq.
Ius accreſcendi habet locum in legato vſusfructus inter cõiunctos re & verbis etiam poſt acceptatum ipſum legatum, ibid.num.18.363.
Ius non decreſcendi an contineat ea omnia, & in eo cõcurrant,quæ in iure accreſcendi.Præſ.86.lib.4.num.18.202.
Ius Cæſareum & Pontificium non obligant niſi de actibus extrinſecis.Præſ.96.lib.4. num.9.245.
Ius commune eſt iure ſpeciali potentius & firmius. Præſ.4, lib.4.num.10.8.
Contra num.11.cùm ius ſpeciale deroget iuri communi. ibi.
Ius commune non lædunt ea,quæ dubitationis tollẽdæ cauſa adhibentur.Præſ.190.lib.4.num.42.448.
Ius coniunctionis,quod eſt in inſtituto, tranſit in vulgariter ſubſtitutum.Præſ.108.lib.4.num.7.269.
Ius filio quæſitum ſine eius facto & conſenſu à patre tolli nõ poteſt.Præſ.53.lib.6.num.27.pag.622.
Iura omnia hæreditaria tã actiua quàm paſſiua tranſeũt in fideicommiſſariam vniuerſalem.Præſ.108.lib.4.num.58.272.
Ius naturale non poteſt perimi à iure ciuili. Præſ. 101.lib.4. num.65.254.
Ius quærendum facilius tollitur ex vltima voluntate, quã ex contractu.Præſ.89.lib.4.num.87.220.
Ius quærendum facilius amittitur,quam ius iam quæſitum. Præſ.39.lib.4.num.73.76.& Præſ.45.lib.5.num.22.539.
Ius patronatus præſumitur illius eſſe cuius inſcripti lapides in foribus & ianuis Eccleſiæ repoſiti apparẽt. Pręſ. 73.lib.6.num.7.649.
Et arma, & inſignia ſculpta in Eccleſia coniectura faciunt, quod is cuius ſunt ipſa inſignia ſit in quaſi poſſeſſione iuris patronatus dictę Eccleſiæ.ibi.nu.8.
Ius Pontificium permittit Romæ, minorem poſſe teſtari ſecundùm ius commune.Præſ. 4.lib.4.num.2.7.
Iuris proprij renunciatio eſt donatio quædam, quæ non præſumitur.Præſ.41.lib.6.num.2.598.
Ius in re dicitur,quòd de pręſenti competit:ius ad rẽ, quod non competit de præſenti, ſed eſt de futuro ſpes. Præſ.40. lib.6.num.10.596.
Ius ſpeciale dicitur ius extraordinarium & non conſiderabile.Præſ.4.lib.4.num.15. 8.
Ius ſpeciale tanquam deuians à iure communi reſtingi debet.Præſ.4.lib.4.num.19.
Ius ſpeciale difficilius tollitur quàm ius commune. Præſ. 4. lib.4.num.13. 8.
Iure ſuo vtens nemini cenſetur damnum inferre.Præſ.29. lib.6.num.6.582.
Iure ſuo aliquem priuare & alterius facto ſine iuxta cauſa iniquum,& impium eſt.Præſ.38.lib.38.lib.4.num.12.68.
Ius viſitandi lai[illegible]s per officiales ſeculares non eſt in vſu, & ob id hæc nouitas eſt reijcienda.Præſ.34.lib.4.num.12.52.
Iuſtiniani conſtitutio eſt in auth.licet.C.de natur.libe. patrem filijs legitimis carentem bona ſua naturalibus filijs relinquere,ſpurijs verò nil prorſus.Præſ.96.lib.4.nu.2.238.
Iuſtiniani conſtitutio in l.iubemus.C.de teſta. quòd teſtator manu propria ſcribat in teſtamento nomẽ hæredis à ſe inſtituendi:& quare facta ſit hæc cõſtitutio.Præſ.8.li.4.n.2.13.
Et cur non obſeruetur hodie.ibid.
Iuuenes præſumũtur validiores,robuſtiores & calidiores ipſis ſenibus,Præſ.48.lib.6. num.1.608.
Et præſumuntur incontinentes, & libidini ac cupiditatibus addicti.ibi.num.3.
Et præſumuntur dociliores ipſis ſenibus.ibid.num.4.

L

Labor omnis verus atque honeſtus præmijs ac ſplendore decoratur.Præſ.100.lib.6.num.3. 672.
Laboribus ſuis nemo fraudari debet.Præſ.39.lib.4. nu. 9.72.
Lacerta quid ſit.Præſ.156.lib.4.num.6.356.
Lanæ appellatione venit etiam lana filata,antequàm tamẽ ſit contexta.Præſ.151.lib.4.num.6.350.
Lana legata debetur veſtimentum ex ea cõfectum. Pręſ.171. lib.4.num.6.391.
Contrarium in l.lana.§.pen.de lega.3.ibid.
Lapis Gagates tantæ eſt virtutis,vt per eum virginitas, vel corruptio cognoſcatur in muliere,ſed id fabuloſum creditur.Pręſ.89.lib.6.num.13.661.
Laser quid ſit.Præſ.156.lib.4.num.8.356.
Latinitas falſa arguitur ſuſpicionem falſi in inſtrumento vel in reſcripto.Pręſ.20.lib.5.num.26.505.
Laudemia continentur inter fructus iurium & actionũ, & comprehenduntur in legato vſufructus omnium bonorum.Præſ.142.lib.4.num.22.338.
Lectum inter neceſſaria alimenta contineri.Pręſ. 157.lib. 4.num.27.359.
Legandi olim in vſu erat ſuperſtitioſa famula, per vendicationem, damnationem, & ſinendi modum. Pręſ. 105. lib.4.num.1.263.
Legandi formula,quę olim in vſu erat, eſt hodie ſublata,cũ liceat quibuſcunque verbis legare.Pręſ.105.li.4.n.2.ea.pa.

*Legatarius & quando conſequatur legatum, & quando illud amittat.Et quando agere poßit de euictione,relegata ſibi euicta:& quando poßit grauari alteri reſtituere.*

Legatario ad conſequendũ legatũ dãtur tres actiones realis ſcilicet,perſonalis, & hypothecaria:& datur ipſi facultas eligendi actionem,qua vti volet.Præſ.63.lib.4.num. 2.122.
Legatarius præſumitur ſciuiſſe diſpoſita in teſtamento, quãdo ipſe tanquam tutor teſtamentarius cœpit adminiſtrare. Præſ.23.lib.6.num.62.573.
Legatarius nunquid perdat legatum, ſi iuſſus habitare cum filijs à teſtatore,cum ipſis non commoratur. Præſ. 123.lib. 4.num.19.302.
Quòd ſi legatum fuit relictum cauſa,& fauore filiorum,perdit legatum.ibid.num.20.
Et hoc etiam ſi legata fuerunt alimenta.ibid.num. 21.
Si autem legatum fuit relictum cauſa ipſiuſmet legatarij, nõ extinguitur legatum, ſi ipſe non commoratur, vel cum eis habitare non poteſt.ibid.num.22.
Si autem legatum fuit factum cauſa vtriuſque, nempè tam cauſa legatarij quàm filiorum,pręponderat fauor legatarij, ne extinguatur legatum.ibid.num.23.
Legatarius ſi eſt incapax ſua culpa, ei non debetur æſtimatio rei ſibi legatæ.Præſ.120.lib.4.num.2.298.
Secus ſi eſt incapax ſine ſuo delicto ibid.num.3.
Et ſunt ſerui militiæ incapaces,& religioſi mendicantes immobiliũ incapaces,quibus debetur æſtimatio.ib.nu.4.& 5
Legatarius debet priuari legato, ſi per eum ſtat, quominus habitet cum filijs teſtatoris.Præſ. 123. lib.4.num. 4. 301.
Intellige,vt ibid.num.6.
Legatarius an & quando relegata euicta,agere poſſit de euictione contra hæredem ex præſumpta teſtatoris voluntate. Præſ.118.lib.4.num.1.& per tot.295.& ſeq.
Legatarius poteſt grauari alteri reſtituere rem legatum, etiã ſi legatum maneret per temporis momentum apud ipſum legatarium.Præſ.131.lib.4.num.10.313.
Legatarius acceptans legatum factum animo compenſandi tenetur cõpenſare ſolùm pro quantitate relicta. Præſ. 110. lib.4.num.49.283.
Legatarius aſſerens teſtatorem ſciuiſſe, rem à ſe legatam alienam,eſſe probare id debet.Præſ.116.lib. 4.num.33.294.

*Legatum quid ſit: & quam interpretationem recipiant legata, & quid comprehendere dicantur.*

Legatum dicitur quid acceſſorium ad teſtamentum. Præſ.273.lib.4.num.29.395.
Legatum dicitur quædam donatio.Præſ.110.lib. 4.nu.11.281.
Legatum dicitur donatio à teſtatore facta, ab hærede præſtanda.Præſ. 105. lib.4.num.17. 263.& Præſ.131. lib. eo.nu. 5.313.
Legatum & hæreditas in quibus æquiparentur.Præſ.173.lib. 4.num.36.294.
Legata & prælegata quid differant.Præſ.179.lib.4. nu.6.402.
Legatum ſic debet interpretari,vt ſit vtile legatario,non autem econtra.Præſ.106.lib.4.num.16.& 20.365.
Legatum recipit largam interpretationem, quando teſtator reliquit perſonè à ſe multum dilectæ.Præſ.106.li. 4. n.9.ea.
Legatum ſumit largam interpretationem, quando ſit interpretando appatet, teſtatorem prouidiſſe in caſu magis neceſſario.Præſ.106.lib.4.num.36.267.
Legata ſtrictè interpretanda ſunt.Præſ.144.lib.4. nu. 8.340.
Legatum ſtrictè & propriè debet interpretari. Præſ.126. lib. 4.num.4.305.
Legata ſtrictè interpretantur, & eorum verba ſumuntur in ſtricta & propria ſignificatione.Præſ.109.lib.4. nu. 13. 274.
Legatum non interpretatur ſtrictè,quando incertitudo eſt in perſona, vt quid minus eſt debeatur, ſed poteſt hæres eligere quod ſibi videtur.Præſ.106.lib.4.num.23.266.
Idem quando propria vocabuli ſignificatio aliud importat. ibid.num.24.
Idem quando teſtator electionem dedit hæredi, vt præſtet vnam vel alteram rem, quia tunc ſtatur eius electioni.ibid. num.25.
Legatum ſumit interpretationem ex affectione, qua teſtator proſequebatur legatarium, vt de re maiori factum præſumatur.Præſ.106.lib.4. num.26.
Legatum vel donatio an præſumatur, quando teſtator vſus eſt verbis his,Dono,Lego,Relinquo.Præſ.105.lib.4.num.1. & per tot.263.
Legatum præſumitur à teſtatore factum, quando ita dixit Dono Caio centum.Præſ.105.lib.4.num.16.ea.
Legatum præſumitur,non donatio, cùm teſtator dicit, Dono,& lego Caio:qui præſens erat & acceptauit. Præſ.105. lib.4.num. 24.ea.
Idem quando teſtator legauit,deinde donãuit.ibi.nu.25.264.
Idem quando teſtator legauit,poſtea tradidit.ibid.num.26.
Idem quando teſtator tantam ſummam non potuiſſet donare.ibid.num.27.
Legatum à teſtatore factum præſumitur, cùm dicit,Deputo talem rem Caio.Præſ.105.lib.4.num.3.263.
Idem ſi dixit, Aſſigno rem illam Sempronio.ibid.num.4.
Idem quando dixit,Hæres meus centum Titio dare damnas eſto.ibid.num.5.
Legatum idem non debet diuerſo iure cenſeri. Præſ.113.lib. 4.num.6.287.
Legatum in ſpeciebus æſtimatis & inæſtimatis comprehendit res ipſas,non autem pretium ſeu æſtimationem. Præſ. 145.lib.4.num.10.341.
Legatum cenſetur etiam futura comprehendere, quando variatio vel augmentum verſatur circa eandem rem legatam,vel quæ habetur loco eiuſdem ex diſpoſitione defuncti.Præſ.127.lib.4.num.23.308.
Idem quando res poſtea acquiſita eſt primæ iam legatæ acceſſoria.ibid.num.24.
Idem quando teſtator dixit, Lego omnia bona: vel, Lego vſumfructum omnium bonorum.ibid.num.28.
Idem quando teſtator vſus eſt in teſtamento ſermone generali nullo adiecto verbo præſentis vel futuri temporis. ibi. num.29.
Idem quando teſtator corruptis illis rebus quàs legauit,alias loco earum fieri curauit.ibid.num.30.
Idem quãdo vſus eſt ſermone particulari,vt ſi dixit,Lego fũdum.ibid.num.31.
Idem ſi dixit,Lego fundum meum.ibid.num.32.309.
Idem ſi legauit partem tantum ipſius fundi. ibid.num.33.

*Legatum an & quando præſumatur factum animo compenſandi.*

Legatum factum fuiſſe animo compenſandi ex proprietate ſermonis deprehenditur.Præſ.110.lib.4.nume.39.282.
Legatum præſumitur factum animo compenſandi ex cauſa generali,vt ſi dixerit teſtator legare ob ſeruitia & obſequia à legatario recepta.Præſ.110.lib.4.num.40.ea.
Idem ſi alias verba legati eſſent ſuperflua.ibid. num.42.283.
Idem ſi hæreditas aliter intelligendo redderetur damnoſa potius quàm lucroſa.ibid.num.43.
Idem quando aliàs teſtator prætuliſſet extraneos ſuæ agnationi.ibid.num.44.
Idem ad euitandam præſumptam donationem, ſed contrarium videtur verius.ibid.num.45.
Idem quãdo aliàs opus eſſet diſtrahere bona immobilia. ibi. num.46.
Idem quando teſtator legat eadẽ de cauſa,qua debet.ib.n.48.
Legatum ſi in tempus nuptiarum fuit collatum, & ſub conditione ſi nupſerit, animo compenſandi factum præſumitur.Præſ.109.lib.4.num.59 279.
Legatum præſumitur factum animo compenſandi cum debito voluntario, quando compenſatione reiecta fatua iactatio.Præſ.110.lib.4. nu. 23.281.
Idem quandò aliàs reſultaret inter filios vel filias teſtatoris inæqualitas.ibi.num.24.
Idem quando ex dictis in præfatione diſpoſitionis colligitur mens diſponentis,quòd voluerit compẽſare.ibi.nu.28.282.
Idem quando teſtator dixit, ſe legare pro omni & tota eo, quod ipſe legatarius petere & conſequi poſſet. ibid. nu.30.
Idem quando teſtator iuſſit,legatarium eſſe debere contentum legato ſibi relicto.ibid.num.31.
Legatũ pręſumitur factũ à debitore animo cõpẽſandi quãdo ex verbis teſtamẽti id colligi poteſt.Pręſ.110.li.4.n. 34.282.
Legatum factum à debitore voluntario ſimpliciter,ſi debitũ erat qualificatum,non præſumitur relictum animo compẽſandi cum debito voluntario.Pręſ.110.lib.4.num.8.280.
Idem quando debitum erat in vna ſpecie, & legatum fuit factum in diuerſa ibid.num.9.281.
Idem quando teſtator dixit,ſe relinquere iure legati.ib.n.10.


Lega

Legatum factum à debitore voluntario non præſumitur factum animo compenſandi, quando ex diſpoſitis colligitur, animum fuiſſe non compenſandi. Præſ. 110. lib. 4. numero 19. 281.
Idem quando debitum eſſet in diem, vel ſub conditione. ibid. num. 20.
Idem quando legatum venit alteri reſtituendum. ibi. nu. 21.
Idem quando legatum redderetur onerosum & inutile, ſi compenſaretur cum credito legatarij. ibid. num. 22.
Legatum factum creditori voluntario, an & quando animo compenſandi factum præſumatur. Præſ. 110. lib. 4. num. 1. pag. 280.
Legatum non præſumitur factum animo compenſandi cum debito voluntario, quando teſtator legat ſuo debitori, quẽ maximè diligit. Præſ. 110. lib. 4. nu. 12. 281.
Idem quando teſtator non erat ipſemet debitor, ſed alteri. ibi. num. 13.
Idem quando id, quod erat debitum, erat reuerſurum ad ipſum teſtatorem vel alterum, ſed non id, quod legabatur. ibid. num. 14.
Idem ſi teſtator dixit, ſe legare de bonis ſuis. ibid. num. 15.
Idem quando alia ſubeſſe poſſet cauſa quàm compenſandi. ibid. num. 16.
Idem quando non induceretur fatua iactatio ſui. ibid.
Idem quando debitum redderetur magis voluntarium ob arbitrium collatum in ipſum debitorem legantem. ibid. num. 18.
Legatum factum ad compenſationem debiti principalis, & pro acceſſorijs præſumitur factum. Præſ. 110. lib. 4. nume. 34. 282.

*Legatum an & quando duplicatum aut repetitum à ſubſtituto præſumatur.*

Legatum an & quando duplicatum præſumatur. Præſ. 128. lib. 4. num. 1. 309.
Legatum præſumitur repetitum à ſubſtituto fauore alimentorum. Præſ. 108. lib. 4. num. 36. 271.
Idem fauore piæ cauſæ. ibid. num. 37.
Et an cenſeatur repetitum à ſubſtituto pupillariter. ibidem. num. 38.
Legatum præſumitur repetitum à ſubſtituto, quando teſtator grauauit hæredem ſub nomine appellatiuo, etiam ſi ſubſtitutio ſit tacita vulgaris. Præſ. 108. lib. 4. num. 8. 269.
Et præſumitur repetitum in quaſi ſubſtitutione, hoc eſt in iure accreſcendi. ibid. num. 9.
Idem quando qualitas oneris ceſſaret in ſubſtituto. ibidem. num. 11.
Et præſumitur repetitum etiam à ſubſtituto legatarij. ibid. num. 12.
Legata à ſubſtituto cenſeri repetita, eſt fundatum in ſola coniecturata mente teſtatoris. Preſ. 108. lib. 4. num. 54. 272.
Et à lege cenſentur repetita, ne fruſtrà teſtator legaſſe videatur. ibid. num. 55.
Legatum non præſumitur repetitum à ſubſtituto à milite directè, vbi & de ratione. Preſ. 108. lib. 4. num. 43. 271.
Legatum non præſumitur repetitum à ſubſtituto, quando hæres fuit nominatus nomine appellatiuo, quod vim proprij habet, quia fuit ſolus inſtitutus. Preſ. 108. lib. 4. num. 34. ea.
Idem quando coniecturis apparet, teſtatorem voluiſſe repetere legatum. ibid. num. 35.
Legatum non præſumitur repetitum à ſubſtituto, quando habitum fuit pro non ſcripto. Preſ. 108. lib. 4. num. 14. 269.
Non cenſetur repetitum à ſubſtituto particulari. ibid. nu. 15.
Idem quando inſtitutus fuit vocatus ſub conditione, quæ nõ eſt veriſimiliter euentura. ibid. num. 17.
Idem quando vnus & idem eſt inſtitutus & ſubſtitutus. ibid. num. 18.
Idem quando teſtator aliquid aliud reliquit legatario præſtandum à ſubſtituto. ibid. num. 19.
Idem quando certa fuit cauſa relinquendi ab inſtituto, quæ eſſet in ſubſtituto. ibid. num. 20. 270.
Idem quando legatarius aut fideicõmiſſarius eſt ſubſtitutus in aliqua hæreditatis parte. ibid. num. 21.
Legatum qua ratione non dicatur repetitum in ſubſtitutione directa militari. Præſ. 108. lib. 4. num. 53. 272.
Legata ab inſtituto preſumi debent repetita à ſubſtituto per fideicommiſſum: vbi & ratione. Præſ. 108. lib. 4. num. 57. 272.
Legatum relictum ab inſtituto quando cenſeatur repetitum à ſubſtituto. Preſ. 108. lib. 4. num. 1. 269.
Quòd præſumitur repetitum à ſubſtituto, quando teſtator reliquit generalibus his verbis. Quiſquis mihi hæres erit, 100. Sempronio dato. ibid. num. 2.
Idem quando dixit, Hæres meus 100. Sempronio dato. ibidem.
Idem quando grauat hæredem ſub nomine appellatiuo. ibid. num. 3. 269.
Legatum relictum ab inſtituto nominatum an cenſeatur repetitum à ſubſtituto. Præſ. 108. lib. 4. num. 24. 270.
Legatum quando eſt relictum ab inſtituto proprio eius nomine expreſſo, videtur grauata perſona non autem hæreditas. Præſ. 108. lib. 4. num. 29. ea.
Legatum relictum ab inſtituto licèt cenſeatur repetitum & ſubſtituto, ſi tamen teſtator reſtrictiuè eum grauauit non dicitur grauatus ſubſtitutus. Præſ. 178. lib. 4. num. 22. 400.
Legata ab hęrede cenſentur à ſubſtituto repetita in ſubſtitutione exemplari. Præſ. 108. lib. 4. num. 42. 271.
Legatum quantitatis duplicatum præſumitur, quando ſecũdum legatum continet diuerſam quantitatem à primo. Preſ. 128. lib. 4. num. 15. 310.
Idem quando eadem quantitas in eodem teſtamento legatur à diuerſis hæredibus præſtanda. ibid. num. 16.
Et idem eſt dicendum in contractibus. ibid. num. 17.

*Legata an & quando, quibus, à quibus debeantur, & quo in loco ſint ſoluenda: quomodo relinqui ſoleant, & quando benemeritis facta dicantur.*

Legata & fideicommiſſa quo tempore preſtari & ſolui debeant ex coniecturata mente teſtatoris. Præſ. 199. lib. 4. num. 1. 469.
Legatum quo in loco ſoluendum ſit ex coniecturata mente teſtatoris. Præſ. 200. lib. 4. num. 1. 471.
Quòd ſi legauit teſtator ſpeciem, & illa reperitur in loco confecti teſtamenti, preſumitur ipſum voluiſſe eo in loco præſtari debere. ibid. num. 2.
Idem quando ſpecies legata alio in loco reperitur, & illa actione perſonali petitur, quia præſtari debet in loco vbi eſt. ibid. num. 3.
Idem quando teſtator legauit quantitatem, quæ extat in loco conditi teſtamenti. ibid. num. 4.
Si autem ſpecies vel quantitas non eſt in loco illo, nec in loco vicino, & ſi hæres non ſolueret in illo loco, legatum redderetur inutile, preſumitur, teſtatorem voluiſſe quod heres perquirat rem illam, & etiam ſuis expẽſis aduehat in locum legatarij. ibid. num. 5.
Secus ſi tempore teſtamenti teſtator neſciebat rem legatam eſſe in loco illo remoto. ibid. num. 6.
Et ſi teſtator legauit quantitatem vt quantitatem, vt ex genere emptionis, & comparationis vel menſuræ colligitur, vt in loco illo emptionis vel menſuræ præſtetur, ibi ſolui præſtarique debet. ibid. num. 7.
Secus ſi repugnant aliæ coniecturæ. ibid. num. 8.
Et qui faciendum in dubio, vt quia res non ſit in loco, nec apparet ex genere comparationis vel menſuræ, quo in loco præſtare debeat. ibid. nume. 9.
Legati qualitas ſi ſignificat quo in loco ſit præſtandum legatum, ibi debet præſtari. Præſ. 200. lib. 4. num. 10. 471.
Legatum ei acquiritur, cuius contemplatione factum eſt. Præſ. 112. lib. 4. num. 2. 285.
Legatum præſumitur relictum fauore legatarij, quando teſtator multum dilexit ipſum legatarium. Præſ. 123. lib. 4. nu. 7. 301.
Idem quando teſtator eſſet relicturus etiam ſi non extarent filij vel alij, cum quibus vellet teſtator legatarium commorari debere. ibid. nu. 9.





Idem quando ſunt legata alimenta. ibi. nu. 10.
Idem quando eſt factum legatum pro tempore vitæ ipſius legatarij. ibi. nu. 11.
Idem quando onus iniunctum excederet valorem legati. ibi. num. 12.
Idem quando apparet teſtatorem voluiſſe, quòd legatarius habitaret cum hæredibus ſuis, vt commodiùs legatum cõſequi poſſet. ibi. nu. 13.
Et idem quando teſtator dixit, ſi legatarius habitare voluerit. ibi. nu. 14.
Legatum non preſumitur factum fauore legatarij, quãdo eſt illi relictum cum hoc, vt inhabitet cum hærede teſtatoris, ſi is, cum quo habitare iuſſus eſt, talis eſt, vt requirat operã & induſtriam ipſius legatarij. ibi. nu. nu. 15. 302.
Quod habet locum, donec opera & induſtria ipſius legatarij eſt neceſſaria. ibi. nu. 16.
Legatum vt debeatur legatario, neceſſe eſt, quòd teſtamẽtum cõfirmetur morte teſtatoris, ſuperſtite, ipſo legatario. Præſ. 50. li. 6. nu. 18. 613.
Legatum nõ debetur, ſi non apparet, cui ex duobus legatum eſt. Præſ. 25. li. 4. nu. 8. 38.
Legatam vel fideicommiſſum an & quando ab inſtituto vel ſubſtituto, aut ſubſtituti hæredibus relictum preſumitur. Præſ. 131. lib. 4. nu. 1. 313.
Quòd præſumitur relictum ab vltimo ex ſubſtitutis morientibus quando teſtator ſic dixit: Inſtituo Caium, & eo deficiente quandocunque, Sempronium: quo decedente quandocunque Seium. Et primus hæres non cenſetur grauatus. ibid. num. 2.
Legata nunquid debeantur à filio iam nato ſcienter præterito à patre in teſtamento. Præſ. 32. li. 3. nu. 20. 49.
Quid ſi pater ſciẽter præteriit poſthumum adiecta clauſula, ſi non valebit, &c. ibi. nu. 21.
Quid ſi ignoranter præteriit poſthumum. ibi. nu. 22.
Et quid ſi legatum eſt factum piæ cauſæ. ibi. nu. 23.
Declara, vt nu. 24.
Legata omnia præſtantur ex bonis teſtatoris. Preſ. 109. lib. 4. nu. 11. pag. 274.
Legatum præſumitur factum ſecundum legatarij conditionem, ne alioqui ſit inutile. Præſ. 134. li. 4. nu. 3. 317.
Legata & fideicommiſſa quatuor modis relinqui ſolent, purè ſcilicet, ſub conditione, in diem: & ſub modo. Præſ. 199. li. 4. nu. 2. 469.
Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt purè relictum, dies iam dicitur ceſſiſſe, vnde ſtatim peti & preſtari debet. ibi. nu. 3.
Et vbi legatum eſt purè relictum, dominium ipſum rei legatæ ſtatim mortuo teſtatore dicitur trãſiuiſſe in legatarium. ibi. num. 4.
Intellige, addita prius hæreditate. ibi. nu. 8.
Et tunc ſtatim præſtandum non eſt, quando ex hoc redderetur inutile, ſed poſt aliquod tempus ſolummodo debetur. ibid. num. 9.
Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum ſub conditione, non prius eſt preſtandũ, quàm ceſſerit ipſa cõditio. ibi. n. 11.
Et ſi eſt relictum ſub conditione inutili, diſpoſitio pro pura habetur & ſtatim peti poteſt relictum. ibi. nu. 14. 470.
Idem quando non ſtat per legatarium, quominus impleatur conditio. ibi. nu. 15.
Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum in diem, an & quando peti aut præſtari debeat. ibi. nu. 16.
Quòd quãdo dies certa eſt à teſtatore expreſſa, expectari debet illud tempus. ibi. nu. 17.
Et quid ſi dies eſt omninò incerta. ibi. nu. 18.
Et quid ſi reliquit teſtator ſub die nõ omnino incerta, ſed certificanda per relationem, ſeu habito reſpectu perſonæ legatarij, vel rei relictæ, vel cauſæ, qua præſtari debet. ibi. nu. 19.
Vbi enumerantur exempla.
Legatum vel fideicommiſſum ſi eſt relictum ſub modo, debetur ſtatim à morte teſtatoris & ſic adita hæreditate peti poteſt. ibi. nu. 24.
Legatum ſolo nutu relinqui poteſt. Præſ. 105. lib. 4. nu. 9. 263.
Legata & fideicommiſſa particularia nutu relinqui poſſunt. Præſ. 76. lib. 4. nu. 62. 160.
Idem de fideicommiſſis vniuerſalibus. ibid.
Legatum etiam verbis antiquis per ſinendi modum relinqui poteſt. Præſ. 105. li. 4. nu. 6. 263.
Et etiam hodie dari poteſt per damnationis modum. ibi. n. 7.
Et etiam per vendicationis modum. ibi. nu. 8.
Legatum & ſi quibuſcunque verbis relinqui poſſit, tamen intelligitur, quando verba poſſunt legatis conuenire. Præſ. 105. li. 4. nu. 11. 263.
In legatis vel fideicommiſſis ſi aliquando mentio hæredum diſpoſitiuè, aliquando conditionaliter: vnde ſępè ambigitur de quibus hęredibus preſumatur teſtatorem ſenſiſſe. Præſ. 130. lib. 4. nu. 1. 311.
Legata fiunt ob merita pręcedentia. Præſ. 111. li. 4. nu. 20. 284.
Legatum ob legatarij merita & affectionem fieri ſolet. Preſ. 112. li. 4. nu. 14. 286.
Legatum non dicitur factum pro benemeritis, quando excedit qualitatẽ debitę remunerationis. Preſ. 194. li. 4. n. 26. 458

*Legatum an & quando præſumatur conditionale, purum, aut modale: & quando fiat legati tranſlatio, & tranſmiſſio.*

Legatum an ſit conditionale, ſi ſit factum pro dote certæ mulieri ab extraneo cauſa contrahendi matrimonium cum perſona incerta. Præſ. 146. li. 4. nu. 24. 344.
Et ſi extraneus legat pro matrimonio contrahendo mulieri incertę pro perſona certa. ibi. nu. 25. 345.
Legatum dicitur conditionale, quando eſt factum filię pro dote reſpectu matrimonij. Præſ. 146. li. 4. nu. 29. ea.
Et quid ſi pater ſimpliciter legat filiæ pro dote & ipſi etiam relinquit legitimam. ibi. nu. 30.
Et quid ſi ipſi filiæ legitimam non reliquit, ſed legauit pro dote ſimpliciter. ibi. n. 31.
Legatum præſumitur conditionale, ſi teſtator dixit, ſe relinquere in ſubſidium nuptiarum. Præſ. 146. li. 4. nu. 19. 344.
Legatum cenſetur purum, quando præſumpta & cõiecturata eſt mens teſtatoris, quòd voluerit præſtari legatum, etiam ſi mulier nõ nubat, ſi factum fuit reſpectu certę perſonę. Preſ. 146. lib. 4. nu. 22. ea.
Extende, vt ibi. nu. 23.
Quid autem ſi eſt factum legatũ dotis ab extraneo pro muliere maritãda ſimpliciter, nũquid dicatur purũ. ib. n. 26. 345
Et quid ſi teſtator extraneus reliquit puellæ legatum ſimpliciter, deinde in parte executiua teſtamenti adiecit clauſulã, quòd legatũ cauſa dotis præſtaretur. ibi. nu. 27.
Et quid ſi teſtator legauit pro dote, & adiecit conditionẽ, quod ipſa muliere mortua, dos illa perueniat in alium. ibi. nu. 28.
Legatum dicitur purum, ſi fuit factum filię pro dote, etiam ſi excedat debitum legitimę. Præſ. 146. li. 4. nu. 33. 345.
Idem ſi fuit relictum filię à patre diuite, & qui erat relicturus omninò dotem ipſi. ibi. nu. 35.
Idem ſi legauit pater dotem filiæ, & iuſſit eam ſtare tacitam & contentam ea dote. ibi. nu. 36.
Idem ſi filiæ reliquit dotem, & interim alimenta. ibi. nu. 37.
Idem quando pater haberet plures filias, & omnibus legauit dotem, & earum vna iam nupſit, & dotem fuit conſecuta, namq; & ſecunda dotem purè aſſequi debet. ibi. nu. 38.
Et quid ſi filia eſt iam ſtatuto excluſa extantibus maſculis. ibi. num. 39.
Legatum dicitur modale, quando legati cauſa reſpicit fauorem ipſius legatarij. Præſ. 146. li. 4. nu. 17. 344.
Legatum modale quale cenſeatur. Præſ. 146. li. 4. nu. 4. 343.
Legatum ſub modo relictum præſumitur datum in recompenſationem oneris. Preſ. 169. li. 4. nu. 4. 388.
Legati tranſlatio an & quando præſumatur facta teſtatore cum eiſdem conditionibus. Preſ. 174. li. 4. nu. 1. 395.
Quòd ſi eſt facta tranſlatio à teſtatore de vna perſona in aliã, præſumitur facta cum eadem conditione & onere illi primo impoſitis. ibi. nu. 2.
Secus quando conditio iniũcta primo legatario ita eius perſonæ cohæret, vt à ſecũdo legatario impleri minimè poſſit. ibi. num. 3.
Legatum ſi transfertur in alium adiecto alio onere vel conditione ſpeciali, non pſumitur facta dicta trãſlatio cũ onere impoſito illi primo & ſic nõ cẽſetur repetita cõditio. ib. n. 4.
Idem quando legatũ translatum in aliam perſonam redderetur inutile, ſi conditio eſſet repetita in ſecundum. ibi. nu. 5.
Legatum ſi transfertur à teſtatore ipſo de eadem perſona in

eandem perſonam, non dicitur transferri cum eadem conditione & onere.ibi.nu.6.

Et id multò magis, quando legatum fuit aliis verbis tranſlatum,quàm prius relictum.ibi.nu.7.

Si autem conditio eſt adiecta tacitè,tranſlatio in eãdem perſonam præſumitur cum eòdem onere facta.ibi.nu.8.396.

Et idem ſi poteſt colligi ex verbis teſtatoris ipſum voluiſſe in legati tranſlatione transferre etiam conditionem & onus. ibi.nu.9.

Et ſi legatum transfertur de vna perſona in alteram nõ à teſtatore,ſed à lege,non dicitur tranſlatum legatum cum eadem conditione & onere.ibi.nu.10.

*Legatum an & quando ademptum aut reuocatum præſumatur.*

LEGATVM quandocunque reuocari poteſt.Præſ.105.lib. 4.num.13.263.

Legatum corruit deficiente modo,etiam caſu. Præſ.146.li. 4.nu.10.343.

Legatum vel fideicommiſſum an & quãdo præſumatur adẽptum & reuocatum, adempta vel reuocata conditione vel modo in eis appoſitis & adiectis. Præſ.169.li.4.nu.1.388.

Quòd ſi legatum ſimplex fuit relictum ſub conditione, vt puta ſi legatarius rationes addiderit: adempta per codicillos dicta cõditione nõ præſumitur reuocatũ legatũ ibi.n.2.

Si autem fuit relictum ſub modo, adempto modo, præſumitur reuocatum legatum.ibi.nu.3.

Legatum quando alienatione rei legatæ ademptum atq; reuocatum præſumatur:in dubio enim non preſumitur reuocatũ,cũ ſit quid odioſum.Preſ 167.li.4.n.1.3.& 4.383.& 384

Quòd tunc,præſumitur ademptum, quando coniecturis apparet,ipſum teſtatorem mutaſſe voluntatem, & ſic reuocare voluiſſe legatum.ibi nu.5.384.

Idem quando teſtator rem ipſam legatam alienauit nulla vrgente neceſſitate.ibi.nu.6.

Secus ſi vrgente neceſſitate.ibi.nu.7.

Idem quando rem legatam alienauit etiam titulo oneroſo, modo nulla alienandi neceſſitas extiterit.ibi.nu.8.

Legatum preſumitur ademptum ob alienationem rei legatæ etiam ſi res non alienetur in totum, ſed aliqua in parte, & intelligitur reuocatũ quò ad partem alienatam.ibi.nu.10.

Idem etiam ſi alienatio ſit inutilis.ibi.nu.11.

Et idẽ tã in legato exp̃ſſim facto,quã in tacitè relicto.ib.n.13

Legatũ cenſetur adẽptum per alienationem generalem omniũ bonorũ,ſub quibus res ipſa legata cõtinebatur.ibi.n.19

Et præſumitur adẽptum tam alienatione voluntaria, quàm neceſſaria,quando teſtator legatũ ſub conditione fecit huiuſmodi,ſi res mea erit cùm moriar.ibi.nu.23.385.

Idẽ quãdo facta alienatione teſtator ipſã reuocauit.ibi.n.24

Secus in legato facto piæ cauſe,vel ſãguine cõiunctis.ib.n.25

Legatum non præſumitur ademptum alienatione rei legate, quando teſtator ſolum mandauit hæredi, vt rem illam, à ſe legatam alienaret.ibi.nu.28.

Idem quãdo coniecturis apparet, teſtatorem noluiſſe ipſum legatum reuocare,vt ſi in codicillis declarauit ſe confirmare legata in teſtamento facta.ibi.nu.26.

Idem quando teſtator ſine neceſſitate rem ipſam vendidit, tradidit, & pretium accepit.ibi.nu.29.

Idem quãdo teſtator legauit rem vel æſtimationem.ibi.n.30.

Idem quando res legata fuit alteri donata in remunerationem.ibi.nu.31.

Idem quando alienatio eſt facta à patre,vt dotem daret filie, quam dotare lex iubet.ibi.nu.34.

Idem quando mulier legauit fundum,& deinde bona omnia in dotem dedit.ibi.nu.37.& ſeq.386.

Legatum non præſumitur ademptum alienatione à teſtatore facta neceſſitatis cauſa.Præſ.70.li.4.nu.59.112.

Legatum non præſumitur alienatione rei legatæ reuocatum, quando re ipſa alienata,eius loco altera comparatur. Præſ. 167.lib.4.nu.39.386.

Idem quando teſtator legauit totum fundum,& deinde dimidium alienauit, illa enim dimidia non alienata ex legato debetur.ibi.nu.40.

Idem dicendum in alienatione impropria.ibi.41.

Et quæ dicatur alienatio impropria.ibi.

Idem dicẽdum in obligatione generali omnium bonorum, qua legatum non præſumitur reuocatum.ibi.nu.42.

Idem dicendũ in locatione ad longum tempus.ibi.nu.43.

Legatum non præſumitur ademptum & reuocatum ob promiſſionem quam fecit teſtator de alienando rem legatam, ibid.nu.45.

Idem in alienatione facta ex teſtamento, in quo teſtator hæredem fecit aliquem in omnibus bonis: non enim dicitur reuocaſſe rem legatam in codicillis, vel iam antea donatam.ibi.nu.46.

Idem in donatione cauſa mortis.ibid.nu.47.

Idem quando teſtator præſtari voluit legatum ex aliqua re poſita in diuerſa oratione à legato.ibi.nu.48.

Idem quando alioqui teſtamentum redderetur nullum, vel ſubiaceret querelæ inoffícioſi.ibi.nu.49.387.

Legatum preſumitur reuocatum,adempta conditione.Præſ. 183.li.4.nu.54.413.

Et ex contracta cum legatario etiam inimicitia.ibi.nu.55.

Et fortiùs reuocatur facto teſtatoris, quàm caſu & fortuna. ibi.nu.58.

Legatum preſumitur ademptum rei legatæ deſtructione à teſtatore facta.Præſ.171.lib.4.nu.1.391.

Secus rei refectione.ibi.nu.2.

Vnde legatum ſignorum vel columnarum,quas deinde teſtator ædibus iniunxit, preſumitur ademptum & reuocatum, & ſic non debetur.ibi.nu.7.

Idem quando teſtator legauit aliquid ex fundo,deinde illud detraxit,& alteri adiecit.ibi.nu.8.

Legatum preſumitur adẽptum ceſſante cauſa, ob quam teſtator legauit.Præſ.172.li.4 nu.1.391.

Vt ſi ademit onus, cuius cauſa legauerat, præſumitur enim etiam ademiſſe ipſum legatum.ibi.nu.2.

Legatum tolli & ademi poteſt per inimicitiam ſuperuenientem,hereditas autem non.Preſ.173.li.4.nu.23.394.

Legatum propter ſuperuenientem inimicitiam inter teſtatorem & legatarium an & quãdo extinctum & ademptum preſumatur.Præſ.170.li.4.nu.1.390.

Eſt enim probabilis coniectura mutatæ voluntatis & ademptionis legati ſuperueniens inimicitia.ibi.

Et id multò magis, quando teſtator poſt conceptum odium dixiſſet,ſe nolle illum aliquid ex ſuo habere.ibi.nu.2.

Legatum præſumitur reuocatum ex ſuperuenienti inimitia etiam ſi teſtator in codicillis nõ ademit legatum expreſsè, in teſtamento factum.ibi.nu.4.

Secus ſi teſtator in ipſis codicillis expreſsè reuocaſſet aliqua ex legatis iam tacitè reuocatis.ibi.nu.5.

Præſumitur etiam tacitè ademptum legatum, quando teſtator fuit in cauſa ſuperuenientis inimicitiæ.ibi.nu.6.

Intellige,vt ibi.nu.8.

Idem quando res legata iam per errorem fuiſſet ſoluta,ob tacitam enim ademptionem repeti poteſt.ibi.nu.9.

Idem quando teſtator dixit, ſe legare ob benemerita ipſius legatarij ibi.nu.10.

Legattum non præſumitur ademptum ob ſuperuenientem inimicitiam leuem.ibi.nu.11.

Nec quando dubitatur, an ex actu aliquo, qui odio & bona gratia fieri ſolet,orta eſſet inimicitia.ibi.nu.12.

Nec quando ſubſecuta deinde fuit inimicitiæ reconciliatio. ibi.num 13.

Legatum factum ſecundo ſub commemoratione primi an præſumatur ab ipſo primo ademptum & in ſecũdum tranſlatum.Præſ.173.lib.4.nu.1.392.

Quòd quando teſtator rem,quã vni legauit, legat alteri ſimpliciter,nulla facta primi legatarij mentione,non cenſetur in totum ademptum legatũ a primo,ſed concurrunt ambo, & ſinguli dimidiam habent.ibi.nu.2.

Et ſi ſit factum legatum ſecundo ſub commemoratione aduerſatiua primi legati, cenſetur à primo ademptum & in ſecundum tranſlatum.ibi.nu.4.

Idẽ quãdo teſtator in codicillis legat,idẽ alteri quod legauit primo,ſub commemoratione ipſius primi legatarij. ibi.n.5.

Idem quando teſtator legat eidem id quod prius ipſi legauit ſub commemoratione primi legati.ibi.nu.6.

Idẽ quãdo teſtator ex interuallo rẽ, quã prius legauit vni, legat alteri,ſub commemoratione primi legatarij.ibi.n.7.393







Legatum primum per ſecundum reuocatum cenſetur, etiam ſi ſit factum incapaci.ibi.nu.25.394.

*Legatum an & quando cedere ſoleat, & quando reddatur inutile & inualidum.*

LEGATA & fideicommiſſa cedere ſolent vel quò ad petitionem,vel quò ad tranſmiſſionem.Præſ.201.li.4.n.1.472.

Legatum quandoque cedit etiam ante aditam hæreditatem, ſi ita placet teſtatori.Præſ.141.li.4 nu.38.334.

Legatum vel fideicommiſſum certo tempore debitum cenſetur currère à die aditæ hæreditatis.Præſ.199.li.4.n.7.469

Legati purè relicti licet dies cedat ſtatim à die mortis teſtatoris, legatum tãtum vſusfructus purè relictum non cedit, niſi poſt aditam hæreditatem.Præſ.159.li.4.nu.20.363.

Legati dies incerta redditur certa à cauſa ipſa, qua factum eſt legatum,& quomodo.Præſ.199.li.4.nu.20.470.

Legatum ſi eſt factum perſonæ expreſſæ, ſed ignoratur hæc perſona expreſſa non valet.Præſ.107.li.4.nu.9.267.

Si autem eſt factum vni perſonæ ex pluribus, quæ ex futuro euentu certificatur,valet.ibi.nu.10.

Et quid ſi eſt factum perſonæ incertæ de certis,quę non certificatur.ibi.nu.11.268.

Et quid ſi eſt factum perſonæ incertę de incertis, quæ non certificatur.ibi.nu.12.

Quòd factum perſonæ incertæ de incertis valet,quando hęredi eſt data facultas eligendi.ibi.nu.13.

Et idem eſt dicendum fauore piæ cauſæ.ibi.nu.14.

Legatum non valet etiam factum coniunctæ perſonæ,quando teſtator legauit rem alienam, quam ſuam eſſe putabat, aliqua ex cauſa nulla.Præſ.118.li.4.nu.16.296.

Idem quando teſtator rem eſſe ſuam putabat ex aliqua cauſa,quæ tamen eius morte finiebatur.ibi.nu.18.

Legatum debet potius reddi inutile,quam quod teſtator prẹſumatur voluiſſe grauare hæredem.Prẹſ.106.li.4.nu.21.266

Legatum hoc modo conceptum: Inſtituo Caium, & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituatur hæreditas Mæuio, quem grauo prẹſtare centum,valet & præſumitur legatum hẹredi hæredis.Prẹſ 107.li.4.nu.7.267.

Idem, quando extat aliqua demonſtratio, quæ vim nominis habet.ibi.nu.8.

Legatum incertum an & quando & quomodo reddatur certum.Præſ.107.li.4.nu.1.267.

Et fauore piæ cauſæ an valeat.ibi.nu.3.

Et quid ſi legatur perſona.ibi.nu.4.

Legatum incertum tam reſpectu perſonæ legatarij,quàm rei legatæ nullo modo valet.Prẹſ.107.li.4.nu.15.268.

Idem etiam quando agitur de fauore pię cauſę.ibi.nu.16.

Secus ſi dicta incertitudo duplex certificari poteſt.ibi.nu.17

Legati incertitudo valdè differt reſpectu rei & reſpectu perſonæ.Præſ.107.li.4.nu.2.267.

Et ſi eſt reſpectu perſonę eius,à quo relinquitur, an cẽſeatur relictum ab hẹrede inſtituto,vel ab eius hæredibus.ibi.n.5.

Et quid ſi incertitudo eſt reſpectu perſonę eius cui relinquitur,& nulla eſt expreſſa perſona ſpecialiter, ſed vniuerſaliter,vel indefinitè.ibi nu.6.

Legatum acceſſorium alterius, puta fundi cum inſtrumento præſumitur ademptum alienato tãtùm fundo.Præſ.167.lib. 4.num.21.384.

Legatum quod perſonali actione petitur,in loco vbi petitur, prẹſtari debet.Prẹſ.200.li.4.nu.12.472.

Legatum factum adminiſtratoribus ciuitatis præſumitur relictum ipſi vniuerſitati.Prẹſ.111.li.4.nu.7.283.

Secus ſi extant benemerita adminiſtratorum, ob quæ fuerit factum legatum.ibi.nu.8.284.

Et ſecus ſi adminiſtratores ſunt vocati propriis nominibus ibi.num.9.

Legatum factum non omnib.adminiſtratorib. ſed aliquibus ex eis,non cẽſetur factum ciuitati.Prẹſ.111.li.4.nu.10.284.

Legatũ factũ alicui hoc pacto, vt habitet cũ filiis ipſius teſtatoris,fauore filiorũ p̃ſumitur relictũ.Præſ.123.li.4.n.19.302.

*Legatum alimentorum dicitur pium,& quid comprehendat,& quando debeatur.*

Legatum alimentorum dicitur pium.Præſ.115.li.4.n.14.290

Intellige, quando alimenta relicta fuerunt pauperi, ſecus ſi diuiti.ibi.nu.15.291.

Legatum alimentorum eſt fauorabile & extendendum.Prẹſ. 122.li.4.nu.5.300.

Legatum alimentorum annuum præſumitur: eſt enim fauorabile,& latè interpretandũ. Præſ.132.li.4.nu.10.& 11.315.

Legatum alimentorum præſumitur in dubio relictum pro inſano & demente, cui magis fuit neceſſarium prouidere quàm alteri.Præſ.25.li.4.nu.16.39.

Legatum alimentorum comprehendit etiam veſtitum.Præſ. 199.li.4.nu.21.470.

Legatum alimentorũ ſui natura non eſt reiterabile, alimẽta enim quis pluries cõſequi nõ poteſt.Præſ.128.li.4.n.18.310

Legatum alimentorũ incertę quantitatis debetur ſecundum quòd teſtator aliis legatariis reliquit.Prẹſ.106.li.4.n.11.265

Vel inſpiciuntur teſtatoris facultates.ibi.nu.13.

*Legatum annuum quando debeatur:& quando ſit reiterabile,aut perpetuum.*

LEGATVM annuum debet ab hærede præſtari quocũque loco petetur à legatario.Prẹſ.200.li.4.nu.11.471.

Secus ſi extant contrarię coniecturæ.ibi.nu.13.

Legata annua debẽtur,etiam ſi conditio caſu deficeret.Prẹſ. 163.lib.4.nu.41.412.

Legatum annuum non dicitur vnum legatum, ſed plura:tot enim cenſentur legata,quot anni Præſ.132.li.4.nu.14.315.

Legatum an & quando præſumatur annuum & reiterabile: regulariter enim prẹſumitur vnius præſtationis tantum. Prẹſ.132.li.4.nu.1.314.

Quòd ſi eſt factum pio loco,prẹſumitur annuum.ibid.nu.3.

Et idem ſi eſt factum decurionibus ciuitatis.ibi.nu.4.

Idem de legato facto ad ludos,qui quotamnis fieri ſolent in ciuitate.ibi.nu.5.

Idem de legato redditurum puta vnius montis.ibi. nu.9.315.

Legata annua ſi ſint relicta pro ſe & hẹredibus intelligitur etiam de hẹredibus extraneis.Præſ.130.li.4.nu.7.311.

Legatum annuum factum ſacerdoti dicitur perpetuum,non autem donec viuet ille ſacerdos.Prẹſ.121 li.4.nu.2.299.

Legatum factum his verbis, Lego centum Caiæ, donec nubat:annuum prẹſumitur.Prẹſ.132.li.4.nu.13.315.

Legatum omnium bonorum mobilium adiecto ſigno vniuerſali vniuerſitati bonorum continet res mobiles venales, ſeu earum vſumfructum.Præſ.137.lib.4.nu.4.319.

Idem quando teſtator dixit, Lego omnia bona mea mobilia ſiue lanæ ſiue argẽti,vini,vel alterius cuiuſcunq; rei.ibi.n.5.

Quid autem ſi teſtator indefinitè locutus eſt,dicẽs,Lego res meas mobiles.ibi.nu.6.

Et quid ſi dixit,Lego omnia bona mea mobilia, quæ in domo ſunt.ibi.nu.7.320.

Legatum tertiæ partis bonorum, quę teſtator habet in illo loco, comprehendit bona tantùm, quæ extabant tempore conditi teſtamenti.Prẹſ.127.li.4.nu.13.307.

Legatum vel fideicommiſſum relictum Caio & eius hæredibus,intelligitur de hẹredibus quibuſcunque,ſiue ſint extranei ſiue ex ſanguine,modò bonorum hẹredes ſint.Prẹſ.130. lib.4.nu.2.311.

Legatum canonicis an & quando contemplatione Eccleſiæ, vel eorũ perſonæ factũ prẹſumatur. Prẹſ.113.li.4.nu.1.287.

Quòd conſuetudo loci eſt ſpectanda.ibi.nu.2.

Legatum factum Canonicis vt ſingulis, æquè inter ipſos Canon,diuiditur:relictum verò capitulo canonicorum diuiditur ſicuti alia bona ipſius capituli,vt ſcilicet plus vni quàm alij detur reſpectu antiquitatis vel alterius qualitatis. Prẹſ. 113.li.4.nu.12.288.

Legatum ſi eſt relictum omnibus Canonicis, vel indefinitè Canonicis,cuius contemplatione relictum præſumatur,an Eccleſiæ,an propriæ eorum perſonæ.Prẹſ.113.li.4.n.5.287.

Legatum factum Canonicis & clericis,inter quos ſunt comprehenſi adminiſtratores,contemplatione Eccleſiæ præſumitur factum.Præſ.113.li.4.nu.9.288.

Idem quando in legato expreſſa fuiſſet cauſa, quæ reſpiceret ipſam Eccleſiam.ibi.nu.10.

Legatum ſi eſt factum Canonicis,ſed ambigitur, an ſit factũ contemplatione capituli,vel ſingularium perſonarum ipſorum canonicorũ,quid iuris.Prẹſ.113.li.4.nu.11.288.

Legatum factum vni,vel aliquibus ex Canonicis,eorum cõtemplatione prẹſumitur factum.Præſ.113.li.4.nu.3.287.

Idem quando legatum eſt Canonicis expreſſis eorum propriis nominibus.ibi.nu.4.
Legatum an & quando præſumatur factum ad pias cauſas. Præſ.115.lib.4.nu.1.290.
Legatum factum ad pias cauſas largè interpretatur, vt de re meliori factum præſumatur,non autem de re minori. Præſ. 106.lib.4.nu.33.266.
Secus ſi verbis vel coniecturis conſtat, teſtatorem alter ſenſiſſe.ibi.nu.34.267.
Legatū ad pias cauſas debetur, etiam ſi conditio mixta caſu deficiat,& æquiparatur legato libertatis. Præſ.183.lib.4.nu. 44.pag.413.
Legatum factum pię cauſę præſumitur reuocatum,alienatione rei legatæ ſequuta.Præſ.167.li.4.nu.17.384.
Legatum factū pio loco in dubio præſumitur annuum.Præſ. 132.li.4.nu.3.314.
Legatum ciuibus an præſumatur relictum contemplatione ciuitatis vel ei,vel ſingulis ciuibus. Præſ.111.li.4.nu.1.283.
Legatum ciuibus factum præſumitur factum ad eorum vtilitatem,non vniuerſitatis,& quare.Præſ.111.li.4.nu.24.284.
Et particularibus debetur, ſi in legato ſit cauſa expreſſa, quæ ſingulos reſpiciat.ibi.nu.25.
Legatum ciuibus factum nō præſumitur factum vniuerſitati, ſi non omnibus, ſed aliquibus fuit tantùm relictum. Præſ. 111.li.4.nu.21.284.
Idem ſi eſt factum expreſſis ciuium nominibus.ibi.nu.22.
Legatum ciuibus indefinitè factum, vel omnibus ciuibus, præſumitur factum ciuitati.Præſ.111.li.4.nu.13.ea.
Legatum ciuibus ciuitatis, vel fideicommiſſum datum videtur relictum ciuitati.Præſ.111.li.4.nu.6.283.
Legatum factum coniunctæ perſonæ à teſtatore multum dilectæ,cui etiam teſtator tutelam iniunxit, non præſumitur relictum tanquam tutori, & ſic vt tutelæ onus is ſuſcipiat. Præſ.124.li.4.nu.5.303.
Legatum factum etiam coniunctæ perſonæ non comprehēdit niſi ea,quæ exiſtebant tempore conditi teſtamēti. Præſ. 127.li.4.nu.18.308.
Idem in legato conditionali.ibi.nu.19.
Legatum factum ſanguine coniuncto præſumitur factum de re meliori.Præſ.106.li.4.nu.27.266.
Secus quando par eſt affectio & coniunctio erga hæredem & legatarium.ibi.nu.28.
Et ſecus quando teſtator alia multa legata reliquit ipſi legatario.ibi.nu.31.
Et idem quando induceretur legatorū multiplicatio.ibi.n.32
Legatum factum ſanguine cōiuncto latam recipit interpretationem.Præſ.106.li.4.nu.10.265.
Legatū factū creditori nūquid animo cōpenſandi cū debito relictum videatur.Præſ.109.li.4.nu.1.& per tot.& ſeq.273.
Legatum ſi eſt factum creditori, qui eſt creditor purè & immediatè præſumitur factum animo compenſandi cum ipſo credito.Præſ.109.li.4.nu.4.pa.ea.
Legatum factum creditori, cui aliquid teſtator debebat in foro conſcientię, præſumitur animo compenſandi factum. Præſ.109.li.4.nu.49.277.
Secus ſi cum debito hoc inexigibili cōcurreret debitum exigibile,quia tunc pro exigibili diceretur factū. ibi.n.50.278.
Legatum factū decurionibus ciuitatis præſumitur annuum. Præſ.132.li.4.nu.4.314.
Idem de legato facto ad ludos, qui quotannis fieri ſolent in ciuitate.ibi.nu.5.
Idem de legato redditum puta alicuius montis.ibi.n.9.315.
Legatum factum dignitati,vt Pontifici, Cæſari, vel Epiſcopo an tranſeat ad ſucceſſionem, ſi deceſſit legatarius antequàm cedat dies legati.Præſ.121.li.4.nu.1.299.
Legatum factum obtinendi dignitatem nomine alieno,puta vicario Epiſcopi,non tranſit in ſucceſſorem. Præſ.121.li.3. num.5.ead.
Idem in legato facto Auguſtę,quia non habet dignitatem ex ſua perſona,ſed ex perſona mariti ſui imper.ibi.nu.6.
Legatum domus vel bonorum domus, de qua domo intelligatur.Præſ.129.li.4.nu.1.& per tot.310.
Legatum dotis æquiparatur donationi dotis.Præſ.146.lib.4. num.7.343.
Legatum dotis pluribus factum an & quando ex præſumpta mente teſtatoris admittat ius accreſcendi. Præſ.149.lib.4. nu.1.& per tot.348.
Legatum dotis quando eſt ſub modo, ab ipſo modo deficiat & legatum.Præſ.146.li.4.nu.48.346.
Legatum dotis quando purum vel modale vel cōditionale præſumitur.Præſ.146.li.4.nu.1.342.
Quòd quando verba adiecta legato ſignificant conditionem vel modum,vel purum relictum,dicitur legatum vel conditionale,vel modale,vel purum.ibi.nu.2.
Legatum dotis conditionale quod dicatur. ibid.num.3.& 6. 342.& 343.
Legatū dotis purū ſtatim peti poteſt ſine aliqua cautione de nubendo:ſecus ſi eſt conditionale.Præſ.146.li.4.nu.47.346.
Legatum factū ab extraneo pro dote mulieris reſpectu certæ perſonæ,cum qua iam contracta ſunt ſponſalia,dicitur purum.Præſ.146.li.4.nu.20.344.
Legatum dotis factum puellæ,cum nubet,an & quando relictum præſumatur ipſi etiam ingredienti religionem. Præſ. 148.lib.4.nu.1.348.
Quòd ſi eſt factū puellæ,ſi nupſerit certę perſonę, præſumitur teſtator ſenſiſſe de ipſis nuptiis temporalibus. ibi.nu.2
Legatum dubium interpretatur, & ſit clarum ex viribus patrimonij ipſius teſtatoris:Et ſumitur coniectura & interpretatio,ne illud ſit nullum & inutile. Præſ.106.lib.4.num.13 & 14.265.
Legatum adeò dubium & obſcurū à teſtatore factum, vt vix dignoſci poſſit quid ille ſenſerit, quàm interpretationem recipiat ex præſumpta eius voluntate.Præſ.106.li.5.n.1.264
Quòd ex conſuetudine teſtatoris ſumitur coniectura, quod legare is voluerit.ibi.nu.2.
Et in legatis dubiis ſpectanda eſt conſuetudo patriæ ipſius teſtatoris.ibi.nu.4.
Legatum ſi eſt in dubium de qua moneta intellexerit teſtator,præſumitur de ea intellexiſſe,de qua in aliis antecedentibus vel ſubſequentibus legatis fecit. Præſ.106.li.4.nu.12. pag.265.
Legatum ſimpliciter factum Eccleſiæ cuius Eccleſię cōtemplatione relictum præſumitur. Præſ.114.lib.4.nu.1.288.
Quòd Eccleſię parochiali relictum præſumitur.ibi.nu.2.
Legatum factū Eccleſiæ vel monaſterio dicitur ad pias cauſas.Præſ.115.li.4.nu.3.290.
Idem quando eſt factum hoſpitali.ibi.nu.4.
Legatum factum Eccleſiæ parochiali,cui Eccleſię debeatur, ſi teſtator duas habuit parochiales, vnam tempore conditi teſtamenti,alteram tempore mortis ſuę. Præſ.114.li.4.nu.6. pag.289.
Legatum ſi eſt factum Eccleſiæ parochiali,& teſtator eodem tempore duas habeat Eccleſias parochiales, cui relictum præſumatur.Præſ.114.li.4.nu.8.289.
Quòd coniecturis hoc ſit diffiniendum, & quæ coniecturæ ſufficiant,plene diſcutitur.ibi.
Si autem eſt factum Eccleſiæ,& plures extant Eccleſiæ eiuſdē nominis,pſumitur relictū Eccleſiæ pauperiori. ibi.n.9.
Et ſi ambę Eccleſiæ ſint equè pauperes præſumitur legatum Eccleſiæ mulierum,& ſic monialium.ibi.nu.10.
Et ſi ambæ Eccleſię ſunt monialium, pręſumitur legatum monaſterio mendicantium.ibi.nu.11.
Legatum factum Eccleſiæ alicuius Sancti, quę non reperitur in ciuitate,pręſtari debet Eccleſię cathedrali.Præſ.114.li.4. nu.5.288.
Legatū factū Eccleſię rectori,an Eccleſiæ, vel perſonę contēplatione relictū pręſumatur.Pręſ.112.li.4.nu.1.285.
Legatū ad epulū,vel ad alimenta ſenibus vel pueris pręſtāda ſingulorū vtilitatem reſpicit.Pręſ.111.li.4.nu.27.285.
Legatum factum familiæ non omnibus de familia debetur, ſed vni tantùm:eſſet enim inutile,ſi plures eſſent in familia & legatum eſſet modicum.Præſ.106.li.4.nu.15.265.
Legatum factū filiæ à patre,quàm dotare is tenetur,cenſetur factū animo compenſandi cum dote.Præſ.109.li.4.n.7.274
Legatum filię à patre factum pręſumitur in cōpēſationem factum pro dote etiam quò ad acceſſoria dotis & in eius appenditiis.Pręſ.109.lib.4.nu.27.275.
Idem quando compenſatione reiecta ex ipſo legato, congrua dos
grua dos remaneret apud filium.ibi.nu.28.
Non præſumitur autem animo compenſandi relictum, quādo ab ipſo patre fuit factum legatum, ab altero autem dos data vel promiſſa fuit.ibi.nu.29.
Vel quando filia fuiſſet cum aliis extraneis hæredibus inſtituta .ibi.nu.30.
Nec pſumitur animo cōpēſandi relictū quādo legatū erat in certa ſpecie pecunię diuerſa à pecunia in dotē data.ibi.n.31
Idem quādo dos fuit promiſſa genero, & legatū fuit factum filiæ.ibi.nu.32.276.
Idem quādo aliquibus verbis conſtat teſtatorem legaſſe animo compenſandi.ibi.nu.33.
Legatū factum ad inſtruendū forum,theatrum, & ſtadiū ciuitatis,vniuerſitati relictū cenſetur.Præſ.111.li.4.nu.26.284.
Legatum factum fraternitati dicitur ad pias cauſas. Præſ.115. li.4.num.5.290.
Idem ſi eſt factum pauperi & inopi, & pię cauſæ priuilegia conſequetur.ibi.nu.6.
Debet tamen multorum cōſilio ſibi auferri, & pręſtari loco pio.ibid.
Legatū factū fratrib. de vna pittantia in feſto D. Dominici, an ſemel tantū ſit pſtandū,vel quotānis Pr.132.li.4.n.8.314.
In legato generali continetur venalia, quando teſtator nil aliud in domo,quàm ea habebat. Præſ.126.li.4.nu.10.306.
Legatum ab hęrede relictum,quod cēſetur repetitum à ſubſtituto,intelligitur repetitum etiam quò ad qualitates.Præſ. 108.li.4.nu.13.269.
Legatum factū Imperatori nō efficitur caducum, eo mortuo exiſtente tempore facti legati.Præſ.121.li.4 299.
Legatum pro incertis & malè oblatis pręſumitur ad pias cauſas.Præſ.115.lib.4.nu.28.291.
Idem ſi eſt factum ab infirmo pro oblatione,quàm vult fieri Eccleſiæ.ibi.nu.29.
Legata relicta ab inſtituto à milite non ſunt pręſtanda à ſubſtituto.Præſ.14.li.4.nu.5.23.
Legatū factū liberis intelligitur relictū iā natis quos ſciebat teſtator extare,nō autē filij naſcituris.Præſ.122.li.4.n.9.300.
Legatum libertatis dicitur pium. Præſ.167.li.4.nu.18.384.
Legatum libertatis ſeruo relictæ præſumitur ademptum ipſo ſeruo alienato.Præſ.167.li.4.nu.14.ea.
Idē ſi libertas ſit purè ipſi ſeruo relicta, quia alienatione vel voluntaria vel neceſſaria ſerui, pręſumitur adempta libertas.ibi.nu.15.
Intellige.niſi alienatio ſerui ſit inutilis.ibi.nu.16.
egatū præſumitur pium vel ex qualitate perſonæ cui factū
Leſt,vel ob cauſam,ob quā eſt relictū. Præſ.115.li.4.n.2.290.
Legatum librorum,quos habebat teſtator tunc, nō includit libros deinde emptos.Præſ.127.li.4.nu.15.308.
Idē quādo confecit aliud teſtamentū, emptis deinde aliis libris,& in eo confirmauit primum teſtamentum quò ad legata.ibi nu.16.
Legatum magnum factum teſti deſcripto in teſtamento arguit ſuſpicionem falſi.Præſ.20.li.5.nu.13.504.
Legatum factū matri ſi eſt minus quàm ſua legitima petere ēpoteſt ſupplementum ipſius legitimę. Pręſ.39.li.4.n.52.75.
Legatum meretrici, vt ad frugem melioris vitæ redeat, præſumitur ad piam cauſam.Præſ.115.li.4.nu.26.291.
Secus ſi teſtator legauit propriæ concubinæ,quam in tempore teſtamenti in domo retinebat.ibi.nu.25.
Legatum monetę debetur ſecundum tempus ſolutionis,quo auctus eſt eius valor.Præſ.127.li.4.nu.25.308.
Legatum factū, quòd in die mortis ipſius teſtatoris fieri debeat vna feſtiuitas,ſemel tantùm fieri debere pręſumitur.Pręſ.132.li.4.nu.7.314.
Legatum relictum mulieri cùm erit copulata matrimonio, quando ei pręſtandum ſit.Pręſ.147.li 4.nu.10.347.
Legatum relictum mulieri poſtquam erit copulata matrimonio,non debetur illi,per quā ſtetit, ne conſummaretur matrimonium.Pręſ.147.li.4.nu.12.pag.ea.
Legatum factū mulieri ſi nō nupſerit,ſibi debetur,ſi ingreditur religionem,intelligitur enim de matrimonio carnali. Pręſ.148.lib.4.nu.6.348.
Legatum factum alicui,ſi Caia nupſerit,nō debetur,niſi matrimonio temporali ſequuto.Pręſ.148.li.4.nu.7.ea.
Legatum factum mulieri affirmatiuè ſi nupſerit, an debeatur,ſi ſpiritualiter nupſerit.ibi.nu.8.& 12.
Quòd ex antecedētibus vel ſubſequentibus interpretari poteſt,an ſcilicet teſtator pręſumatur ſenſiſſe de matrimonio carnali,& non ſpirituali,vel è contra.ibi.nu.12.
Legatum factum mulieri,ſi Titio nupſerit,non debetur ei,ſi nupſit Caio.Pręſ.148.li.4.nu.3.348.
Legatum factum mulieri,ſi,vel cùm erit, vel donec erit, vel permanebit vidua, an & quādo ex præſumpta voluntate teſtatoris debeatur,ea deinde nubēte.Præſ.187.li.4.nu.1.421.
Legatum mulieri reſpectu certę perſonę,vt ſi contraxerit cū Caio:an dicatur oneris vel honoris.Pręſ.146.lib.4.num.15. & ſeq.344.
Legatum factum nobili, qui etſi multa habeat bona,non tamen tot poſſidet, quot conueniunt qualitati & conditioni ſuę perſonæ,cēſetur ad piam cauſam.Præſ.115.li.4.n.8.290.
Legatum relictum à nobili & diuite largam admittit interpretationem,vt quod plus eſt,legaſſe pręſumatur.Pręſ.106. lib.4 nu.22.266.
Legatum nominis debitorum an & quando exactione ipſius crediti reuocatum & ademptum pręſumatur.Præſ.168.lib. 4.num.1.387.
Quòd exactis ipſius debitoribus ademptum & reuocatum pręſumatur.ibid.
Secus ſi teſtator pecuniam exactam depoſuit, vel eam vtiliter impendit.ibi.nu.2.
Non cenſetur reuocatum, ſi teſtator demonſtrationis gratia nominauit debitorem,vt ex illius credito legatum pręſtaretur.ibid.num.3.
Idem quando teſtator aliqua iuſta exigit.ibi.nu.4.
Legatum nominis debitorum extinguitur pro ea parte, pro qua teſtator exegit.ibi.nu.5.
Legatum factum pauperibus valet, licet incertum videatur. Pręſ.125.li.4.nu.1.304.
Nec poteſt dici captatorium,& ſi pauperum electio conferatur executoribus teſtamenti,vel Epiſcopo.ibi.nu.2.
Pauperum tamen electio cenſetur primum conceſſa executoribus teſtamenti conſtitutis à teſtatore, & nullis exiſtentibus Epiſcopus ciuitatis teſtatoris eligendi facultatem habet.ibi.nu.3.
Legatum quando eſt factum pauperibus,executores vel Epiſcopus debēt eligere ex pauperibus ciuitatis ipſius teſtatoris.Pręſ.125.lib.4.nu.5.304.
Et debent eligere in d.ciuitate prius fœminas,quàm maſculos.ibi.num.7.
Et fœminas illas pauperes eligere debent, quę vel in monaſteriis clauſæ ſunt, vel in hoſpitalibus vel carceribus clauduntur, & potius moniales, quàm alios religioſos.ibi.nu.8.
Nam monialium inopia periculoſior eſt illa aliorum religioſorum.ibi.nu 9.
Et tunc inter maſculos diſtribui debet,quando ipſi ſunt magis pauperes & inopes,quam fœminæ.ibi.nu.12.
Et ex magis pauperibus ſunt eligendi ex his, qui ſunt de familia teſtatoris.ibi.nu.13.
Et nō exiſtētibus pauperioribus ex eius familia,eligātur magis pauperes ex propriis familiis executorum.ibi nu.15.
Legatum factum pauperi ſanguine cōiuncto pręſumitur relictum non ob paupertatem, ſed ob ſanguinis affectionem. Præſ.112.li.4.nu.5.285.
Legatum factum pauperi ſanguine coniuncto non pręſumitur ad piam cauſam,& ob paupertatem factum, ſed ob ſanguinis affectionem.Præſ.115.li.4.nu.9.290.
Legatū factū plato Eccleſię in quo expreſſa fuit aliqua cauſa,quę Eccleſiam vel animę fauorem reſpicit,intuitu Eccleſię factum præſumitur.Pręſ.112.li.4.nu.7.285.
Idem quando legata fuiſſet res conueniens Eccleſię.ibi.n.8.
Idē ſi pręlatus nil ppriū habere poteſt in particulari.ibi.n.10
Idem ſi pręlatus eſt extraneus ipſi teſtatori.ibi.nu.11.
Idem ſi ſit legatū pręlato extraneo eius proprio nomine expreſſo.ibi.nu.12.286.
Legatum ſi eſt factum Pręlato Eccleſię ſanguine coniuncto ipſi teſtatori, contemplatione ipſius pręlati factum præſumitur.Præſ.112.lib.4.nu.3.285.
Idem ſi teſtator legauit pręlato, atq; ita nomine appellatiuo,

nomine proprio non expreſſo.ibid.num.6.
Legatum factum puellę quando erit nupta, debetur ſtatim quod contraxit matrimonium per verba de præſenti: & ſi non ſit ſecuta copula carnalis.Præſ.147.li.4.nu.1.346.
Legatum factum per quadriennium non ſemel,ſed in ſingulis quadrienniis debetur.Prę ſ.132.li.4.nu.12.315.
Legatum factum Rectori Eccleſiæ benemerito de ipſo teſtatore,contemplatione ipſius præſumitur factum & non Eccleſiæ,Præſ.112.li.4.nu.17.286.
Idem quando legatæ fuiſſent res, quæ non conuenirent Eccleſiæ,ſed perſonæ tantùm.ibi.nu.18.
Legatum factum rectori extraneo tunc cõtemplatione eius præſumitur relictum & non Eccleſiæ, quando is fuit arcta amicitia coniunctus ipſi teſtatori. Præſ.112.li.4.nu.15.286.
Legatum factum vice,loco, vel cauſa alterius rei aſſumit naturam illius rei,cuius loco & vice relictum eſt.Prę ſ.134.lib. 4.nu.12.317.

*Legatum rei alienæ an & quando valeat.*

LEGATVM rei alienæ valet fauore libertatis, etiã ſi ignorabat teſtator rem eſſe alienam.Præſ.116.li.4.nu.29.293.
Idem fauore piæ cauſę.ibi.nu.30.
Legatum rei alienæ factum coniunctę perſonæ valet, etiam ſi teſtator ignorauit rem alterius eſſe, ſecus ſe putauit eſſe ſuam aliqua ex cauſa.Præſ.116.li.4.nu.15.293.
Legatum rei alienæ vxori factum valet, etiã ſi teſtator ignorabat rem eſſe alterius,eſt enim ita fauorabile dictum legatum,ſicut coniunctę perſonę factũ. Prę ſ.116.li.4.n. 8.293.
Idem ſi factum ſit valdè familiari, & amico, qui diu inſeruiuiſſet ipſi teſtatori.ibi.nu.19.
Idem quando teſtator dictam rem legauit præſente & ſciente domino ipſius.ibi.nu.20.
Legatum rei alienę, quam teſtator ſciebat eſſe alienã, valet, & debetur æſtimatio ſaltem.Præſ.116.li.4.nu.2.292.
Idem ſi teſtator ſciens rem eſſe alienam dixit, Lego fundum illum meum.ibi.nu.3.
Idem ſi dicta res aliena fuiſſet alteri obligata.ibid.nu.4.& id habet locum etiam in re furtiua.ibi.nu.5.
Idem quando res ipſa legata,eſt ipſius legatarij, ſed reuocabiliter.ibi.nu.6.
Idem quando res erat propria teſtatoris, ſed tempore teſtamenti erat apud hoſtes.ibi.nu.7.
Idem quando teſtator tempore conditi teſtamenti erat dominus rei legatæ,ſed cõferebat legatum in tempus, quo res ſua eſſe deſignebat.ibi.nu.8.
Legatum rei alienæ quãdo valet hæres tenetur præſtare æſtimationem, ſi rem ipſam redimere & præſtare non poteſt. Prę ſ.116.li.4.nu.41.294.
Et æſtimatio boni viri arbitrio eſt conſideranda.ibi.nu.42.
Legatum rei alienę non valet,quando res eſt ipſius legatarij, nec debetur æſtimatio.Præſ.116.li.4.nu.9.292.
Intellige,vt ibi.nu.11.
Legatum rei alienæ non valet, quando in ea redimenda hæres nimium grauaretur.Præſ.10.li 4.nu.25.14.
Legatum rei alienæ ſi eſt factũ præſente & conſentiente domino ipſius rei, hic conſenſus parit aduerſus dominum exceptionem tantummodo rei legatæ,nõ autem actionem. Prę ſ.116.li.4.nu.22.293.
Legatũ rei Eccleſię,quæ eiuſmodi eſt,vt eius alienatio nullo modo permittatur à ſummo Pontifice vel cum magna difficultate,nõ valet,etiã quò ad æſtimationẽ.Pr.119.li 4.n.3.297
Idem in legato rei Principis.ibi.nu.4.
Si autem facilè alienari poteſt,& facilè impetratur cõſenſus Pontificis,valet,& ſi ipſa redimi non poteſt, præſtatur æſtimatio.ibi.nu.5.
Quid in legato rei feudalis.ibi.nu.ſeq.
Legatum rei feudalis, quæ mortuo teſtatore eſt reuerſura ad dominum,inutile eſt.Præſ.118.li.4.nu.20.296.
Legatum rei hæredis ſiue ſcienter ſiue ignorãter factum valet.Prę ſ.117.li.4.nu.4.294.
Idem dicendum de iure canonico.ibi.nu.5.
Idem ſi teſtator in dicta re ius aliquid habebat.ibi.nu.6.
Idem quando teſtator legauit rem, quam ex fideicommiſſo maiorum tenebatur reſtituere ipſi ſuo hęredi.ibi.nu.7.295.
Legatum rei hæredis non valet, quando ipſe hæres habebat tantũmodo ius pignoris vel ſeruitutis in d.re legata.ibi.nu.8.
Idem in re filij hæredis inſtituti in ſola ſua legitima.ibi.nu.9.
Idem quando teſtator legaret bona,quæ certo in loco haberet,& interea aliqua extarent bona ſui hæredis.ibi.nu.10.
Legatum rei,quæ erat ſuppoſita fideicommiſſo,quod legans extare ignorabat,valet.Prę ſ.116.lib.4.nu.16.293.
Legatum rei propriæ teſtatoris quid differat à legato rei hæredis.Præſ.117.li.4.nu.3.294.
Legatum ſeruitutis quid ex prę ſumpta mente teſtatoris contineat.Prę ſ.144.li.4.nu.1.& per tot.& ſeq.340.
Legatum ſeruitutis non debetur,quãdo teſtator reliquit prędium liberum & francum ab omni ſeruitute.ibi.nu.5.eo.
Legatum ſeruitutis an præſumatur factum contemplatione perſonæ vel rei.ibi.nu.17.
Legatũ factũ à teſtatore,qui non erat directo debitor legatarij,nõ pſumitur factũ animo cõpẽſandi.Pr.119 li.4.n.56.278
Idem quando teſtator non erat purè debitor ipſius legatarij, ſed ſub conditione vel in diem.ibi.nu.57.
Secus ſi extat aliqua cõtraria coniectura.ibi.n.58.& ſeq.279.
Et ſi nõ eſt verè & propriè debitor legatarij, ſed impropriè, nunquid animo compenſandi factum dicatur.ibi.nu.60.
Legatum factum tutori,prę ſumitur factum, vt tutelam ſuſcipiat.Præſ.124.li.4.nu.1.& per tot.302.
Legatum victus an & quando peti aut præſtari debeat.Præſ. 169.li.4.nu.22.470.
Legatum factum viduis,pupillis,& aliis miſerabilibus perſonis præſumitur pium. Prę ſ.115.li.4.nu.10.290.
Idem quando eſt factum pro anima.ibi.nu.12,
Idẽ quando eſt factũ pro redẽptione captiuorum. ibi.nu.13.
Idem quando eſt factum pauperi cauſa dotis.ibi.nu.16.291.
Idem quando eſt factum pro imagine Saluatoris noſtri, vel Sancti facienda,aut pingenda.ibi.nu.18.
Idem ſi eſt factũ cauſa ſtudij ſacræ Theologiæ: & qui de aliis ſtudiis.ibi.nu.20.
Idem de legato libertatis,vel ſi eſt factum cauſa conſequẽdę libertatis.ibi.nu.21.
Idem ſi eſt factum pro patriæ fortificatione, pro refectione murorum,& huiuſmodi.ibi.nu.23.
Idem quando eſt factum ob publicam vtilitatem. ibi.nu.24.
Idẽ ſi eſt factũ ad conſtructionẽ monumentorum.ibi.nu.25.
Idem ſi eſt factum meritrici, vt ad frugem melioris vitæ redeat.ibi.nu.26.
Legatum vſusfructus eſt proximũ legato alimentorum.Prę ſ. 159.li.4.nu.1.362.
Legatum vſusfructus cõtinet etiam habitationem.Prę ſ.140. lib.4.nu.14.329.
In legato vſusfructus ita numerantur inter coniunctos verbi coniuncti,ſicuti coniuncti re & verbis & re tãtùm.Prę ſ.159. lib.4.nu.8.362.
Maior autem eſt vis & effectus coniunctionis verbalis,quam realis tantùm.ibi.nu.9.
Et coniunctio verbalis in eo efficit,coniunctos ipſos cenſeri vnam & eandem perſonam & vnum corpus ibi.nu.17.363.
Legatum vſusfructus ademptum cenſetur ipſo vſufructu deinde alienato.Prę ſ.167.li.4.nu.22.385.
Legatum vſusfructus omniũ bonorũ non præſumitur reuocatum ex aliis legatis ſtatim & incontinenti factis in eodẽ teſtamento,etiam ſi alia legata videntur incõpatibilia cum ipſo legato vſusfructus.Præſ.165 li.4.nu.8.373.
Legatum factũ vxori an & quando cẽſeatur relictum etiam ſecundæ vxori.Prę ſ.122.li.4.nu.1.& per tot.& ſeq.299.
Legatum factũ à marito vxori à ſe valde dilectæ præſumitur factũ affectione maritali, non autem vt ſuſciperet onus tutelæ ei iniunctum.Præſ.123.li.4.nu.8.301.
Legatum factum vxori contemplatione mariti exiſtentis in dignitate tranſit ad ſecundam vxorem,ex quo conſideratur perſona ipſius mariti.Prę ſ.121.li.4.nu.11.299.
Legatũ factũ vxori vltra dotẽ à marito,largè interpretatur,vt omne illud cenſeatur legatũ pro dote.Pr.106.li.4.n.35.267.
Legatum factum vxori ſimpliciter & ſub nomine appellatiuo propriæ vxoris quæ tempore conditi teſtamẽti extabat, nunquid ea mortua debeatur ſecundę,quam duxit teſtator Prę ſ.122.li.4.nu.8.300.
Et quid ſi dixit,Lego vxori meæ.ibi.nu.12.





Legatum factum vxori vel alteri, vt habitet cum filijs,cuius fauore factum præſumatur.Præſ.123.lib.5.num.1.301.
Quòd regulariter præſumitur factum fauore ipſius legatarij. ibid.num.2.
Legatum factum vxori alterius,qui tẽpore conditi teſtamenti vxorem non habebat, præſumitur factum tam ſecundæ vxori quam primæ,ſi ſecunda extitit tempore,quo dies legati ceſſit.Præſ.122.lib.4 num.2.299.
Et id multò magis locum habet, quando conſtat, ipſum teſtatorem reliquiſſe contẽplatione ipſius mariti.ib.n.3.300.
Quid autem ſi teſtator reliquit vxori illius, qui tunc temporis vxorem habebat,quæ deceſſit,mortuo teſtatore,& is ſecunda duxit.ibi.num.4.& ſeq.
Et quid ſi tunc temporis viuebat vxor,ſed deceſſit, & is duxit ſecundam viuo ipſo teſtatore.ibid.num.6.
Legatum ab vxore factum maritum animo compenſandi relictum cenſetur, etiam quando factum fuiſſet pactum de dote lucranda.Præſ.109.lib.4.num.41.277.
Legatum factum ab vxore marito quod non eſt permanſurum apud ipſum virum, quippe qui grauatus eſſet alteri reſtituere, non præſumitur relictum animo compenſandi. Præſ.109.lib.4. num.52.278.
Idem quando conſtat coniecturis vxorem legaſſe ipſi marito animo compenſandi.ibid.num.54.

*Legitima quid ſit: quibus debeatur, quomodo relinqui debeat: & an cum onere relinqui poſſit.*

LEGITIMA nõ venit nomine hæreditatis, nec dicitur pars hæreditatis,ſed bonorum.Præſ. 196.lib.4.nu.21.464.
Legitima eſt quid diuerſum ab hæreditate, cùm non ſit pars hæreditatis ſed bonorum.Præſ 101.lib.4.num.59.253.
Et propter inobedientiam,vel propter non confectum inuẽtarium non perditur.ibid.num.60.pag.254.
Legitimæ natura eſt,vt totum ei accreſcat,& ideo filius eam acceptando, dicitur acceptare, vt reſiduum hæreditatis ei accreſcat.Præſ.101.lib.4.num.46.252.
Legitimæ petitio non excluditur verbis quamtumuis generalibus.Præſ.39.lib.4.num.50.74.
Legitima debetur iure naturali.Præſ.101.lib.4.num.64.254.
Legitima debetur filijs iure naturæ, parentibus verò lege ciuili tantùm.Præſ.33.lib.4.num.4.50.
Legitimam conſequitur filius non iure hęreditario, ſed diſpoſitione & prouidentia legis.Præſ. 196.lib.4.nu.16. 463.
Legitima quæ debetur filio in bonis patris æquiparatur illi quæ debetur patri in bonis filij,nõ tamen generaliter.Præſ. 33.lib.4.num.3. 50.
Legitima debita filio dicitur æs alienum impropriè tamen. Præſ.109.lib.4.num.9.& 14.& ſeq.274.
Legitima ita eſt debita matri ex bonis filij,ſicuti filiæ ex bonis patris.Præſ.38.lib.6.num.36.594.
Legitima quæ debetur matris ex bonis filij, ita eſt ſibi debita, ſicuti illa, quæ debetur filio ex bonis patris, vel matris. Prę ſ.38.lib.4.num. 5. 67.
Legitima debita filio bonis patris eſt ſibi debita iure naturæ, & communi voto parentum,legitima autem debita parentibus ex bonis filij miſerationis cauſa debetur. ibi.
Legitimam matri non deberi in foro conſcientiæ. Præſ. 38. lib.4.num.31.69.
Legitima non debetur nepotibus.Præſ.189.lib.4.nu.15.429.
Legitima titulo inſtitutionis relinqui debet. Præſ. 101. lib. 4. num.42.& 43.252.
Legitima ſine onere & conditione relinqui debet.Præſ.146. lib.4.num.32.& 45.& ſeq.345.& 346.
Legitima onere reſtitutionis grauari non poteſt. Præſ. 194. lib.4.num.11.457.
Legitima filiæ excluſæ à ſucceſſione patris inteſtati eſt tertia portio eius,quod habitura eſſet ab inteſtato ſecundum ſtatuti diſpoſitionem.Præſ.38.lib.6.num.35.594.
Legitimatio an vires ſuas porrigat extra territorium legitimantis.Præſ. 79.lib.4.num.46.pag.178.
Legitimatio reddit legitimatum nobilem.Præſ. 79. lib.4.nu. 10.175.
Legitimatio non modò reddit legitimatum ſucceſſibilem, verùm etiam tollit expreſſim omnem infamiam. Prę ſ. 79. lib.4.num.8.pag.ea.

*Legitimitatis quaſi poſſeſſio quomodo inducatur,& quos effectus pariat.*

LEGITIMITATIS quaſi poſſeſſio conſtituitur multis modis.Præſ.54.lib.6.num.32.627.
Primò confeſſione & nominatione patris & matris. ib.n.33.
Contra,ibi.num.34. & malè.
Et nunquid vnius tantùm confeſſio ſufficiet, patris ſcilicet, vel matris tantùm ibid.num.35.
Quòd ſic confeſſio facta eſt principaliter & propter ſe, inducit quaſi poſſeſſionem legitimitatis, ſecus ſi facta ſit incidenter.ibid.num.36.
Legitimitatis quaſi poſſeſſio inducitur ſecundò ex tractatu, vt ſi pater vel mater habuerunt & pertractarunt aliquem filium vt legitimum.ibi.num.37.
Idem quando filius fuit admiſſus ad actum,ad quem non admittitur niſi legitimè natus.ibid.num.38.
Legitimitatis quaſi poſſeſſio inducitur tertiò ex longa cohabitatione patris & matris, quę coniecturam contracti matrimonij facit quò ad filij legitimitatem.ibi.nu.40.
Legitimitatis quaſi poſſeſſio conſtituitur quartò ex voce & fama populi,vt vicinorum,& ſimilium.ibid.num.41.
Inducitur quintò ex inſtrumento antiquo etiam inter alios confecto,in quo aſſeritur aliquis filius legitimus.ib.nu.42.
Inducitur ſextò ex ſententia lata in poſſeſſorio,qua filius tãquàm legitimus miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum patris.ibid.num.43.
Et huiuſmodi quaſi poſſeſſio operatur qualequale præiudicium contra aduerſarium in iudicio petitorio, non tamen operatur plenam & efficacem præſumptionem pro eo, qui in poſſeſſionem miſſus eſt. ibid.num.44.
Et quamuis ſingula prædicta ſufficiant ad conſtituendum d. quaſi poſſeſſionem, quando tamen duæ vel plures concurrunt,efficacior redditur.ibid.num.45.
Legitimitatis quaſi poſſeſſio multos parit effectus.ibi.nu.46.
Primò in iudicio poſſeſſorio habet vim plenæ probationis. ibid.num.47.
Et idem de quaſi poſſeſſione filiationis. ibid. num.48. Facit 2.plenam probationem etiam in iudicio petitorio contra parentes ipſos, qui nominatione, confeſſione, & tractatu hanc quaſi poſſeſſionem conſtituerunt.ibid.num.51.
Intellige, niſi contrarium validioribus probationibus demonſtratum fuerit.ibid.num.52.
Sufficit etiam dicta quaſi poſſeſſio adhuc vt filius manuteneatur in ſua quaſi poſſeſſione legitimitatis. ibid. num. 53.
Facit tertio plenam probationem circa ea quæ in præparatorijs iudiciorum veniunt.ibid.num.55.628.

*Legitimatus quis dicatur: quando faciat deficere conditionem, & an & quando ſubſtitutum excludat.*

LEGITIMATVS dicitur propriè & verè legitimus quò ad diſpoſita poſt ipſam legitimationem. Præſ.89.lib.4.n.28.212.
Legitimati an comprehendantur appellatione legitimorum & naturalium.Præſ.79 lib.4.num.2.174.
Legitimatus legitimi appellatione non venit, quando teſtator ei ſpecialiter prouidit aliquid relinquendo:& ſubſtitutum non excludet.Præſ.79.lib.4.num.32.177.
Legitimati non continentur ſub verbis, ſine filijs legitimis: quando teſtator expreſsè prohibuit bona alienari. Prę ſ.79. lib.4.num.34.pag ea.
Idem quando in eo loco,in quo teſtator condidit teſtamentum,vel in quo natus eſt, extat communis vſus loquendi, quòd legitimati non appellentur legitimi.ibid.num.35.
Legitimatus quando ex præſumpta mente teſtatoris faciat deficere conditionem, & ſubſtitutum excludat, quem teſtator vocauit ea conditione, ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib.Præſ.79.lib.4.num.1.174.
Legitimatus an ſubſtitutum excludat, ſi teſtator fuit poſitus in dignitate.Præſ. 79.lib.4.num.5.& ſeq.175.
Quid ſi extat ſtatutum,quòd naturalibus ſuccedat. ibid.n.7.
Legitimatus excludit ſubſtitutum, licet legitimatio pendeat à voluntate principis legitimantis.Præſ.78. lib.4. nu. 46.171.
Legitimatus à patre nobili tunc ſubſtitutum excludit quando fuit ſpecialiter reſtitutus ad nobilitatem, honores & dignitates.Præſ.79. lib.4.num.11.175.

Idem quando princeps manifeſtè derogauit l. ex facto. §. ſi quis rogatus.ff.ad trebell.ibid.

Secus ſi teſtator fuiſſet magnæ & eximiæ nobilitatis, vt dedecus ei foret habere talem ſucceſſorem.ibid.num.13.

Sed in hoc plurimum poterit iudicis arbitrium.ibid.

Legitimatus excludit ſubſtitutum, etiam quòd pater fecit in dignitate poſitus, quãdo princeps in legitimatione expreſſit, quòd in omnibus & per omnia habeatur ac ſi eſſet natus ex verò & legitimo matrimonio. Præſ.79.lib.4. nu.14.176.

Idem quando tempore conditi teſtamenti teſtator non erat nobilis.ibid.num.15.

Idem quando hæredi inſtituto ſubſtituit illegitimum & naturalem.ibid.num.16.

Idem quando ſubſtituiſſet alium legitimatum.ibid. num.17.

Idem quando ſubſtituiſſet ignobilem & plebeium.ib.nu.18.

Idem ſi hæredem fecit eum, quem ſciebat habere non poſſe niſi filios naturales, quos poſſet deinde legitimare.ibi.n.19.

Idem quando ipſemet teſtator eſſet naturalis, & ſic legitimatus.ibid.num.20.

Legitimatus non excludit ſubſtitutum quando teſtator ſubſtituit alterum eius filium. Præſ.79.lib.4.nu.30. 176.& 177.

Idem quando teſtator ſubſtituit eccleſiam, vel cauſam piam. ibid.num.31.177.

Legitimatus non excludit ſubſtitutum, quãdo agitur de primogenitura. Præſ.79.lib.4.num.42.178.

Idem quando teſtator voluit filium legitimari ad ſuccedendum in eo quod pater voluerit, vel ſine præiudicio venientium ab inteſt.ibid.num.43.

Idem quando teſtator excluſit proprias filias, vt ſuccederent filij maſculi legitimi & naturales.ibid.num.44.

Idem quando teſtator & legitimatus non ſunt ſubiecti iuriſdictioni principi legitimantis.ibid.num.45.

Idem quando per reſcriptum tempore impetratæ legitimationis potuit ex ſequenti matrimonio legitimari.ib.nu.47.

Et hoc defectu infringuntur q̃ plurimæ legitimationes. ibid.

Nec dicitur excludere ſubſtitutum ex inualiditate legitimatiunis, defectu citationis.ibid.

Legitimatus non excludit ſubſtitutum, quando fuit dictum, Et ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio. Præſ.79. li.4.nu. 21.176.

Extende, etiam ſi legitimatio habeat clauſulam, quòd ſit & habeatur perinde, ac ſi eſſet de legitimo matrimonio natus & procreatus. ibid.num.22.

Legitimatus ſi eſt natus ex his, inter quos non poterat eſſe matrimonium prohibitione iuris diuini, non excludit ſubſtitutum. Præſ.79.lib.4.num.37.177.

Non enim dicitur legitimatus, ſed diſpenſatus.ibi. num.ſeq.

Extende etiam in eo ſpurio, cuius parentes prohibebãtur cõtrahere matrimonium iure canonico.ibi. num. 39. pag.178.

Legitimatum non poſſe excludere ſubſtitutum coniecturis facilè perpenditur, & quibus coniecturis. Præſ.79.lib.4.nu. 4.& ſeq.175.

*Legitimatus per ſubſequens matrimonium an præſumatur legitimus: & an ſubſtitutum excludat.*

LEGITIMATVS per ſubſequens matrimonium in diſpoſitione ſtatuti dicitur verè propriè natus de legitimo matrimonio. Præſ.81.lib.4.num.11.181.

Et quòd non excludat ſubſtitutum, probatur.ibid.nu.12.

Legitimati per ſubſequens matrimonium cenſentur immediatè nati ex legitimo matrimonio. Prçſ.81.lib.4. nu.8.180.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an & quando præſumatur comprehendi loco filij legitimi & naturalis, ita vt ſubſtitutum excludat. Præſ.81.lib.4.num.1.ea.

Quòd deficere facit conditionem & ſubſtitutum excludit, quando teſtator ſubſtituit hæredi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus.ibid.num.2.

Et quid ſi ſubſequutum matrimonium eſt putatiuum, non verum.ibid.num.3.

Et quid ſi teſtator dixit: & ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs ex vel de legitimo matrimonio natis.ibi.num.4.& 5.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an excludat ſubſtitutum, ſi teſtator ita dixit: Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs & naturalibus & natis ex legitimo matrimonio, Præſ.81. lib.4.nu.23. 182.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an ſubſtitutum excludat, ſi teſtator dixit: Et ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio. Præſ.81.lib.4. num.25.182.

Et quid ſi dixit, Et ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis.ibid.num.26.

Et quid ſi dixit: Sine filijs natis ex legitimo matrimonio & filius fuit conceptus ante cõtractum matrimonium, & matrimonio contracto natus.ibid.num.27.

Quòd ſubſtitutum non excludit, quãdo matrimonium fuiſſet contractum cauſa fraudandi ipſum ſubſtitutum: & quæ ſit fraudis coniectura hoc caſu.ibi.num.28.& 31.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium tempore mortis contractum non excludit ſubſtitutũ. Prçſ.8. lib.6. nu.3.557.

Legitimati per reſcriptum non veniunt appellatione legitimorum ex proprio corpore & ex legitimo matrimonio natorum. Prçſ.83.lib.4.num.33.189.

Lex vera illa dicitur, quæ ratione condita eſt. Præſ.31.lib.6. num.1.584.

Leges diuinitus promulgatæ dicuntur per ora principum. Præſ.3.lib.5.num.77.484.

Lex debet eſſe clara & manifeſta, ne captione ſua laqueum pariat. Præſ.1.lib.6.num.13.548.

Legis præcepta ſpernere eſt repugnare diuinæ voluntati. Præſ.3.lib.5.num. 77.484.

Leges & præcepta Dei necnon principum graue interdum & peccatum & delictum contemnere, quorum cõtemptor graui pœna plecti debet. Prçſ.44.lib.5.num.1.537.

Lex nihil fruſtrà operatur. Prçſ.99.lib.4.num.15.245.

Lex nil fruſtra, & ſuperfluo operari ſolet. Prçſ.40.li.4.n.15.80.

Leges magis fauent filijs vt ſuccedant eorũ parentibus etiã vltra legitimam, quàm eccleſiæ. Prçſ.189.lib.4.nu.130.439.

Quo autem caſu plus faueant eccleſiæ & piæ cauſæ, quàm filijs, excepta legitima debita.ibi.num.133.& ſeq.

Lex non fauet illi, qui ſua culpa ſe poſuit in neceſſitate. Prçſ. 190.lib.4.num.23.& 49.& ſeq.447.& 449.

Fallit in muliere ibid.nu. 24.447.

Leges non potuerunt omnes caſus comprehendere, qua de re ſolet de ſimilibus ad ſimilia procedi. Præſ.67.li.4.n.11.131.

Lex nunquam cenſetur iniqua concedere, cum ſit ars boni, & æqui. Præſ.39.lib.4.num.20.72.

Lex ſupplet voluntatẽ defuncti in caſu nõ cogitato, teſtatoris autem negligentiam non ſupplet. Præſ.89.li.4.n.91.220.

Et aliquando interpretatur mentem teſtatoris circa ea, quæ fuerunt ab initio per teſtatorem veriſimiliter cogitata, quę tamen ob verborum obſcuritatem dubia ſunt. ibid. nu.92.

Procedit autem hæc interpretatio à proximis, non autem à remotis.ibid.

Interpretatur lex etiam aliquando teſtatoris mentem ab extra & à remotis.ibi.num.93.

Lex eadem pietate permiſit patri ſubſtituere filio ſuo pupillariter, qua conceſſit eidem ſubſtituere exemplariter filio mente capto. Prçſ.70.lib.4.num.66.112.

Lex propter finem etiam quoſcunque triſtes euentus perpẽdit. Prçſ.41.lib.4.num.10.pag.81.

Et quid quãdo agitur de ſibi prouidẽdo, nõ autẽ alteri.ib.n.11

Leges non adaptantur his, quæ raro contingunt. Præſ.89.lib. 4.num.123.225.

Leges non permittunt quemquam mori in paupertate. Præſ. 191.lib.4.num. 15.451.

Legis prçſumptio pro veritate habetur. Prçſ.41.li.5.n.17.534.

Legis præſumptio non ad infirmandum, ſed ad confirmandum adaptatur. Præſ.10.lib.4.num.3.18.

Lex præſumit quòd teſtator nolit excludere matrẽ à luctuoſa filij hæreditate. Præſ.40.lib.4.num.20.80.

Lex præſumitur teſtatorẽ voluiſſe ſuã ipſam diſpoſitionẽ valere omni eueniente caſu. Præſ.86.lib.4.num.17. 202.

Lex præſumit minus ſcriptum in teſtamẽto, quàm à teſtatore ipſo dictum, & cogitatum. Præſ.35.lib.4.num. 13.56.

Lex quando aliquid ſubintelligit in diſpoſitione hominis id facit, quia præſumit illum ſic voluiſſe. Prçſ.35.lib.4.n.14.ea.

Lex malè præſumit cõtra eum, qui tempore noctis ambulat. Præſ.31.lib.5.num.11.522.

Lex licet non prçſumat matrimoniũ inter duos cohabitãtes, fauore tamen filiorũ præſumit. Præſ.54.lib.6.num.25.626.


Legis




Legis diſpoſitio ceſſat, vbi habetur expreſſa diſpoſitio & prouiſio teſtatoris. Præſ.65.lib.4.num.32.128.

Legis diſpoſitio generaliter concepta non includit caſum dotis nec cauſam piam. Præſ.189.lib.4.num.101. 436.

Lex diſponens circa ea, quæ iuris ſunt, veritatem continet, non autem fictionem. Præſ.89.lib.4.num.27.212.

Lex vel ſtatutum vbi diſponit prohibitiuè, non prohibitum cenſetur permiſſum, niſi ratio vel natura repugnet. Præſ. 16.lib.6.num.4. 565.

Lex ſi ſtatuiſſet iniquum eſſe matrem priuari filij ſucceſſione, eadem diſpoſuiſſet eam non poſſe excludi per pupillarem expreſſam, & tamen contrarium determinatur. Præſ. 39.lib.4.num.19.72.

Lex ſtatuit, ſanguine proximiores ſuccedere ei, qui inteſtatus deceſſit. Præſ.27.lib.4.num.9.43.

Lex quo caſu fingere dicatur. Præſ.89.lib.4.nu.13.211.

Lex quando concedit patri vt pupillariter filio ſubſtituat, id diſpenſatiuè facit. Præſ.39 lib.4.num.12.72.

Legis præfatio ſi eſt generalis, ſic etiã dẽt intelligi ipſa lex: & ipſa præfatio præbet intellectũ toti legi. Pr. 2.li.6.n. 2.549.

Leges publicæ vtilitatis cauſa inuitant mulieres ad nuptias. Præſ. 83.lib.4.num.22.187.

Legis auxilium fruſtrà requirit, qui in legem committit. Prçſ. 10.lib.5.num.5.496.

Legis vel ſtatuti finis ſi determinat aliquam pœnam, & præcedunt plura capitula, illa pœna ad omnia refertur. Præſ. 181.lib.4.num.5.407.

Legum contrarietas quomodo colligatur ex verbis manifeſtis. Prçſ.38.lib.6.num.29.593.

Et quomodo ex ſenſu verborum & ratione.ibid.num.30. & ſeq.per diſcurſum.

Lex prohibet apertè, aliquem de facto non debere vexari. Præſ.98.lib.4.num.5. 242.

Lex quando requirit perſonæ legalitatem, illa probari debet, quia non præſumitur. Præſ. 1.lib. 5.num.37.475.

Legis vna pars per aliam declaratur. Prçſ.83.lib. 4.nu.31.188.

Legis vna pars ſicut aliam declarat, & præcedentia ex ſubſequentibus aperiuntur, ita ex rubrica lex ipſa interpretationem poteſt accipere. Prçſ.1.lib.6.num.20.548.

Lex vna nõ præſumitur aliã corrigere. Prçſ.37.li.6.n.24.590.

Lex vna in dubio non præſumitur alteram corrigere aut mutare. Præſ.38.lib.6.num.2.592.

Nec legũ correctio inducitur per ſubauditos intellect⁹.ib.n.3

Leges & ſtatuta antiqua an & quando nouis promulgatis præſumantur correcta & mutata, Præſ.38.lib.6.num. 1.592.

Legis antiquæ correctio per nouã colligi poteſt ex prçſumptionibus & coniecturis.ibid.num.7.

Et lex noua tunc ſine dubio antiquam corrigit, quando lex antiqua eſt generalis, noua verò ſpecialis, & illi generali repugnans & contraria.ibid.num.8.

Lex noua non corrigit veterẽ, quando poteſt aliquid operari etiam in modico ſemper enim ſtrictè in reliquis intelligitur.ibid.16.

Idẽ quãdo lex antiqua eſt ſpecialis noua verò generalis.ibid. num.17.

Et afferuntur exemplum.ibid.num.18.

Idem quando in lege vel ſtatuto nouo adiecta eſſet clauſula derogatoria, non obſtantibus niſi quatenus inter ſe pugnat. ibid.num.20.593.

Lex noua ſiue ſtatutum corrigit antiquam, quando cõiecturis & præſumptionibus colligatur, ſtatuentes voluiſſe nouo ſtatuto generali recedere ab antiquo ſpeciali. ibid. num.21.

Et quibus coniecturis id colligatur.ibid.nu.22.& ſeq.

Lex noua antiquam ſpecialem corrigere cenſetur, quãdo ipſa lex antiqua erat duplici vinculo firmata.ibi.nu.37.pag.594.

Et quid ſi ambæ ipſæ leges ſint ſpeciales, ad eundem tamen finem tendentes.ibid.num.38.

Leges communes ſicut non licet ignorare, ita nec conſuetudines multum vulgares. Præſ.40.lib.6.nu.18.597.

Lex delinquendi occaſionem tribuens non valet. Prçſ.49.li. 5.num.25.546.

Lex humana, quæ diuinæ non repugnat, ſeruari debet etiam in foro conſcientiæ, Præſ. 38.lib.4.num.31.69.

Lex indiſtinctè, & generaliter loquens, indiſtinctè, & generaliter intelligi debet. Præſ.76.lib.4.num.11.155.

Lex noua generaliter loquẽs & verbis multùm generalibus tollit veterem ſpecialem. Præſ.38.lib.6.num. 24.592.

Idẽ quando legi nouę coniuncta eſt publica vtilitas.ib.n.25.

Idem quando ambæ ipſæ leges ſunt generales, & inter ſe pugnant contrariæque ſunt.ibid.num. 26.

Lex noua tollit antiquam, quando ambæ ipſæ leges ſunt ſpeciales & inter ſe contrariæ.ibid.num.28.

Lex noua Papæ videtur conſuetudinem illi contrariã tollere & ſi eius nullam fecit mentionem. Præſ. 40.li.6.nu.19.597

Lex Pontificia ſequitur potius legem Dei quàm ſeculi. Præſ 83.lib.4.num.61.pag.192.

Lex priuans vxorem dote ob commiſſum adulterium extenditur etiam ad viduam, quæ ſtuprum commiſit. Præſ.32.li. 5.num.20.524.

Lege 12.tabularum ſancitum eſt licere vnicuique de rebus proprijs pro ſui libito diſponere & cuicunque relinquere. Præſ. 97.lib.4.num.2.241.

Lex Voconia, à Voconio lata, ne quis pecunioſus hæredem relinqueret filiam, abrogata fuit ab Impp. Præſ.97.lib. 4.num.3.& 4.ea.

L.2.ff.de lib.& poſthu.declaratur. Præſ.108. lib.4. nu.52.272.

L.cum fuerit.ff.de condit.& demonſt.declaratur. Præſ.147.li. 4.num. 2.346.

L.mulieri & Titio.ff.de condit.& demon.conciliatur cum l. quæ conditio.eo.tit. Præſ..178.lib.4.num.6.399.

L.hac edictali.C.de ſecund.nup.corrigitur per ſtatutum Papienſe, & per alia ſtatuta, dum ſtatuit, mulierem ſecundò nubentem non poſſe plus dotis conſtituere ipſi ſecundo viro, quàm vnus filiorum primi matrimonij conſecuturus eſt. Præſ.38.lib.6.num.31.593.

L.ſi ita ff.de iniuſt.rup.irrit.teſta.interpretatur & declaratur. Præſ. 10.lib.4.num.30.pag.20.

L.vlt.ff.de rei vẽdicatione materia à quibus explicata. Præſ. 68.lib.6.num.5.645.

Legiſlator quando duas quæſtiones & dubitationes diffiniẽdas proponit, ſi vnam affirmatiuè determinat, alteram negatiuè dicitur determinare. Præſ.190.lib.4.nu.26.447.

Legiſlatores non ſolent noua lege corrigere & mutare antiquã, niſi præfatione aliqua permiſſa. Præſ.38.li.6. n. 4. 592.

Legiſlatoris auctoritatem & poteſtatem negans, & recuſans expreſsè ei obtemperare, dicitur propriè contemnere. Prçſ. 44.lib.5.num.10.537.

Legiſlatorum mens eſt, vt delinquendi occaſionem tollant. Præſ.49.lib.5.num.24.546.

Libellus ſi duas cauſas continet, quarum vna eſt vera, altera falſa, præſumitur porrectus ob cauſam veram. Præſ.4.lib.6. num.17.553.

Liber rationum defuncti ſolùm qualemqualẽ prçſumptionem facit. Præſ.5.lib.5.num.5.488.

Cenſuit autem Afflictus maiorem fidem ei adhibendam eſſe quam libris viuentis.ibid.

Libro rationum tutoris eſt credendum de paruis impenſis ab eo factis, ſi ſit mortuus, cùm nõ præſumatur ipſum fuiſſe ſuæ ſalutis immemorem Præſ.5.lib.5.num.4.488.

Libros hæreticos componens vel conſcribẽs hæreticus manifeſtè cenſetur. Præſ.6.lib.5.num.13.490.

Libros ſuos qui legauit, non cenſetur illo legaſſe, quos alijs conſueuerat commodare. Præſ.162.lib.4.num.25. 368.

Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatib. Præſ.109.li.4.n.5.273.

*Liberatione legata debitori, fideiuſſori, reo conductori vel tutori legata, quid legatum præſumatur.*

LIBERATIONE cõductori fundi his verbis relicta: Lego quicquid Caius conductor prædij mei mihi debet & debebit, vt ſinat hæres meus eum habere; cenſetur conductor in totum liberatus, vt poſſit toto tempore locationis ſibi factę vti frui illo fundo. Præſ.164.lib.4.num.29.372.

Liberatione ſimpliciter relicta debitori, præſumitur facta liberatio in re tantũ, nõ in perſonã. Præſ.164.li.4.n.28.pa.ea.

Liberatione legata à debito principali, cenſetur legata liberatio etiam debiti acceſſorij. Præſ.164.lib.4.num.30.ea.

Liberatione relicta fideiuſſori, non præſumitur relicta reo principali: relicta verò reo principali prçſumitur relicta etiam ipſi fideiuſſori. Præſ.164.lib.4.num.22.ea.


Libe

Liberatione legato reo principali, liberandus eſt ab hærede per acceptilationem: ſi verò eſt relicta fideiuſſori, pacto ab hærede liberabitur. Præſ.164.lib.4.num.24.ea.

Liberatione relicta tutori à teſtatore rerum ſuarum, nunquid præſumatur liberatus tutor à reſtitutione reliquatus. Præſ.164.lib.4.num.27.371.ea.

Et quid in liberationis legato facto à filio patri.ibi.n.18.

Et quid ſi matri tutrici liberationem legauit.ibi.num.19.

Et quid ſi generi liberationem legauit ſocero.ibid.num.20.

Liberatione legata tutor tunc præſumitur etiam liberatus à reliquatu, quando teſtator vſus eſt verbis amplis & generalibus.ibid.nu.21.pa.372.

Liberatione tutori ſimpliciter legata, ne teneatur reddere rationem futuræ adminiſtrationis, quid ſibi relictum præſumatur, nunquid cenſeatur liberatus ab omnimoda redditione rationum. Præſ.164.lib.4.num.1.370.

Quòd liberatione legata etiam matri tutrici filiorum à marito, ne teneatur reddere rationem ſimpliciter, tenetur tamen reddere de his, quæ doloſè geſſit. ibi.num.3.

Et id etiam ſi verbis generalibus relicta eſt liberatio.ibi.n.4.

Extende etiam ſi expreſsè legata ſit liberatio ab adminiſtratione doloſa.ibid.num.5.

Et habet hic locum etiam in lata culpa.ibid.num.6.

Et procedit, etiam ſi teſtator legauit ipſi tutori & adminiſtratori quicquid apparebit eum debere ob tutelam, quam adminiſtrauit.ibid.num.7.

Sed contra, ibid.num.8.

Liberatione legata tutori, ne teneatur reddere rationem futuræ adminiſtrationis, cenſetur liberatus tutor à dolo præſumpto, qui ſibi remiſſus cenſetur.ibid. nu.9. pag.371.

Et ſi ipſi tutori vel adminiſtratori legata eſt liberatio pro adminiſtratione præterita & iam facta, in dubio non præſumitur liberatus tutor à doloſa adminiſtratione.ibid. nu.10.

Secus ſi relicta eſt liberatio verbis amplius & generalibus. ibid.num.11.

Et nunquid præſumatur tutor liberatus à reſtitutione rei, quę à teſtatore iure dominij poterat vendicari.ibi.num.12.

Quòd non cenſeatur liberatus, & liberationē reſtringi debere ſolum cauſa adminiſtrationis multis rationibus comprobatur.ibid.

Et id etiā ſi liberatio fuit relicta præſtito iuramento.ibi.n.13.

Tunc autem cenſetur liberatio relicta etiam de his quæ vendicari poterant à teſtatore, quando ipſe teſtator vſus eſt verbis amplis & generalibus.ibid.num.15.

Idem ſi teſtator legauit liberationem ab adminiſtratione, à lucris perceptis & percipiendis, & reliquorum ſolutione & reſtitutione. ibi.num.16.

*Liberorum appellatione qui comprehenduntur.*

LIBERI, nomen eſt commune comprehendens ita maſculos ſicut fœminas. Præſ.89.lib.4.num.96.221.

Liberorum appellatione comprehenduntur omnes deſcendentes Pręſ.189.lib.4.num.2.428.

Liberorum appellatione comprehenduntur deſcendentes vſque in infinitum. Præſ.89.lib.4.num.74.218.

Quòd tantummodo deſcendentes vſque ad trinepotes, & male.ibi.num.76.

Liberorum appellatione cōprehenduntur, & nepotes. Præſ. 33.lib.5.num.14.527.

Liberorum vel deſcendentium appellatione comprehendūtur non ſolum filij & nepotes, ſed etiam alij vſque in infinitum. Præſ.70.lib.4.num.25.140.

Liberi & deſcendentes: hæc omnia ſunt collectiua plures gradus comprehendentia. Præſ.71.lib.4.num 28.144.

Liberi deſcendentibus, vel ſimilibus vocatis, filiæ fœminæ regulariter cenſentur vocatæ æquè vt maſculi. Præſ. 84.li. 4.num.35.197.

Extende, vt ibi.num.36.

Receditur tamen à prædicta regula præſumptionibus & cōiecturis.ibid.num.37.

Libertas relicta debetur, etiam ſi conditio mixta caſu deficiat. Præſ.183.lib.4.nu.43.413.

Libertas directò data, quæ valere non potuit, non ſuſtinetur ex fideicommiſſo. Præſ.10.lib.4.num.24.20.

Libertas relicta ſeruo ſub conditione, ſi decem promiſerit, debetur, ſi ſeruus ſimpliciter promiſit etſi efficaciter ſe non obligauit. Præſ.185.lib.4.num.15.415.

Libertas ſeruo præſumitur relicta, etiam quòd verba teſtatoris ſint dubia, apta tamen comprehendere eius libertatem. Pręſ.115.lib.4.num.22.391.

Libertinus an veniat appellatione filij. Pręſ.78.li.4.n.14.168.

Liberti lege Athenienſium ob ingratitudinem ad ſeruitutem redigebantur. Præſ.33.lib.5.num.30.528.

Libertus ſi vnà ſimul deceſſit cū filio pubere, & agitur de ſuperexiſtētia reſpectu ſucceſſionis patroni in bonis d.liberti, quis primò deceſſiſſe cenſeatur. Pręſ.50.lib. 6. num.37.616.

Quòd fauore patroni præſumitur ipſe filius prius obiiſſe.ibi.

Secus ſi extaret pater ipſius liberti, qui patrono eſt præferēdus.ibi.num.38.

Et ſecus etiam, quando non extaret ipſe patronus, ſed eius hæres ſolum.ibid.num.39.

Libertus ſi aliquid legat patrono ſuo præſumitur id feciſſe animo compenſandi cum quarta ſibi debita. Præſ. 109.lib. 4.num.15.274.

Libidinis vitium non præſumitur in homine, præſertim in religioſo & qui alioqui in adoleſcentia fuit cōtinens. Præſ. 4.lib.5.num.4.487.

Libidinis vitiū & huiuſmodi etſi vehemēs ſit in adoleſcētia, in ſenectute tamē extinctū pręſumitur. Pr.32.li.5.n. 43.526.

Libido & concupiſcentia areſcit in ſene ſicut in infirmo & ægro, quia minuitur calor. Præſ.46.lib.6.num.27.607.

Licentia alicuius eſt de ſubſtantia actus, quando ipſe actus debet fieri cum licentia. Præſ.34.lib.6.num.19.586.

Aliquando tamen non eſt de ſubſtantia.ibi.num.22.

Liguſticū quid ſit & vnde naſcatur. Præſ.156.lib.4.nu.7.356.

De Lignea quid dicuntur: & quando teſtator vocat lineam, vel dicit bona debere cōſeruari inter eos, qui ſunt de linea, qui comprehendantur.ibid.num.11.

Litera illa dicitur quæ oculis legi pōt. Pręſ.36.li.4.n.46.62.

Literæ amatoriæ quomodo arguant adulterium cōmiſſum vel committendum. Præſ.41.lib.5.num.39.535.

Literarum, & prudentem eſſe aliquem eſt quoddam contingens, quod non poteſt concurrere primæuo ſtatu naturæ. Præſ.91.lib.5.num.18.664.

Litigās mecū licet præſumatur meus inimicus, lite tamē finita nō amplius inimic⁹ meus pręſumitur. Pr.37.li.6.n.36.590.

Litigantium quando vnus eſt victus, ob id, quòd noluit defendere cauſam, producendo iura, quibus illam tueri potuiſſet, colluſiſſe præſumitur. Præſ.26.lib.5.num.3. 514.

Idem quando victus non appellauit à ſententia, à qua appellare potuit.ibid.num.5.

Litigator aſſiduus calumniari pręſumitur. Pręſ.25.li.5.n.7.514.

Litis impenſa præſumitur facta non à procuratore, ſed ab ipſo domino litis. Præſ.11.lib.6.num.8.558.

Litorius vixit ann.300. eximias vires retinens. Præſ. 46.lib.6. num 9.606.

Locatio in quinquennium in fraudem hæredum non valet: nec locatio facta à prælato in fraudem eccleſiæ. Præſ. 83. lib.4.num.83.194.

Locator ſi promiſit non expellere colonū, intelligitur modo is rectè colat, & debitā penſionē præſtet. Pr.10.li.6.n.2.558.

Locupletari qui vult cum aliena iactura & damno, in legem committere dicitur. Præſ.3.lib.5.num.90.484.

Locupletior an & quando præſumatur factus ille, ad quem vel res vel fructus peruenerunt. Præſ. 27. lib. 6.num.1.580.

Quòd ſatis is dicitur factus locupletior, qui rem ſuam bene egit.ibid.num.2.

Locupletior is præſumitur factus, quādo conſtat de vtilitate, quæ in actu permanet, vel prouiſum eſt neceſſitati.ibi. n. 4.

Et is dicitur ſatis factus locupletior, quando rem quæ ad eum peruenit, non conuertit in proprios vſus, ſed eam reſtituit cui de iure reſtituere debet.ibi.num.5.

Locupletior non cenſetur quis factus ex eo quòd res, quę ad eū peruenit, nō eſt amplius apud eū, ſed conſumpta reperitur, & ignoratur quomodo fuit conſumpta.ibi.num.6.

Et damnatur tradito Angeli cōtrarium ſentientis in l. vtrum in gl.1.ff.de petit.hæred.ibid.num.7.

Locupletiorem quem eſſe factum ex re, quæ ad eū peruenit ex contractu, quis teneatur probare.ibid.nu.10.581.


Loque

INDEX.


Loquela manifeſtum quem facit. Pręſ. 35.lib.6. num.11.586.

Loquendi communis vſus debet ab eo probari, qui eum allegat, & quomodo probetur, remiſſiuè. Pręſ.160.lib.4.nu. 5.364.

Loquendi communis vſus maximè in teſtamentis ſpectari debet. Pręſ.140.lib.4.num.19.330.

Loquendi communis vſus non facit coniecturam de voluntate teſtatoris, quando alia fortior coniectura repugnat. Præſ.148.lib.4.num.14.348.

Et difficilis eſt probationis. Præſ.55 lib.eo.num.30.102.

Loqui ore proprio, & loqui ore alieno ex proprio conſenſu & voluntate, paria ſunt. Præſ.8.lib.4.num.11.14.

Loth cum filiabus concubuit. Pręſ.17.lib.5.nu.10.502.

Lucinus Vicecomes malè priuatus fuit Mediolanenſium principatu ob id, quòd Elizabetha eius mater affirmauerat illum non ex marito ſed ex adultero generatum. Præſ. 53. lib.6.num.8.621.

Lucrum dotis debitum ex pacto, nullo extante ſtatuto, dicitur voluntarium. Præſ.110.lib 4.num. 4.280.

Ludouicus Corteſius doctor Patauinus iuſſit corpus ſuum ſepeliri debere cum ſonis & cantibus, & familiam ſuam induci debere colore roſaceo: quod ab hæredibus adimpletū fuit. Præſ.45.lib.6.num. 42. 603.

Et an fuerit hoc ſignum fatuitatis.ibid.num.43.604.

Ludouicus Romanus arguitur, & improbatur. Præſ. 8. lib.4. num.16.14.

M

MACHARÆVS Æoli Tuſcorum regis filius amore ſororis ſuæ captus, eam violauit, quæ accepto à patre enſe mortem ſibi conſciuit: & idem fecit paulò poſt ipſe Macharæus. Præſ.17.lib.5.num.16.502.

Magiſtratus tenentur de delicto familiæ & officialium ipſorum, quibus conſenſum præſtitiſſe præſumuntur. Præſ. 27. lib.5.num.22.516.

Magiſtratus recipiens rem furto ſubtractam præſumitur bona & laudabili mente id feciſſe. Pręſ.29. lib.5.num. 5.518.

Magiſtratus vel officialis requiſitus ab Inquiſitore ſi recuſet iurare ſe ſeruaturum canones & eorum fautores, ſuſpectus de hæreſi habetur. Præſ.9.lib.5.num.36.491.

Magiſtrarus requiſitus auxilium præſtare, vt hæreticus præhendatur, ſi recuſat, ſuſpectus eſt de hæreſi. Præſ. 6. lib.5. num.31.pag.491.

Magiſtratibus non obtemperans dolo carere non dicitur. Præſ.3.lib.5.num.86.484.

Maior 25. ann. effectus, ſi læſum ſe credit dum minor erat, petere debere reſt.inſt.intra quadriennium. Præſ. 104. lib. 4.num.8.260.

In Maleficijs perquirendis prius ſunt fœminæ quàm maſculi torquendæ. Præſ.37.lib.6.num.44.591.

Malum ſemper è malo præſumitur, ſicuti bonum è bono. Præſ.32.lib.5.num.5.524.

Malum minus ſemper eſt præſumendum. Præſ.54.lib.6.num. 14.626.

Malum minus & leuius commiſſum cēſetur ex duobus malis perpetratis. Præſ.2.lib.5.num.24.477.

Declara, vt ibid.num.31.eo.

Malus in eodem genere mali ſemper præſumitur eſſe. Præſ. 2.lib.5.num.50.479.

Malus qui fuit ſemel, adhuc præſumitur malus in eodē genere mali. Præſ.1.lib.5.num.32.475.

Malus ſemper præſumitur malus præſumptio hæc præſumptio hominis appellatur ad Alberico, verius autem dicitur præſumptio iuris. Præſ.32.lib.5.num 17.524.

Malus & nequam ſemel ſemper malus & nequam præſumitur. Præſ.32.lib.5.num.1. 524.

Et malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, vel illi ſimili ſecus in diuerſo genere.ibid.nu.24.pa.525.

Habet autem contra ſe ſuſpicionem quandam, vt & malus ſit in alijs diuerſis malis ob magnam connexitatem, quam habent inter ſe vitia.ibid.num.25.

Malus ſemel ſi factus eſt probus, ab eo malo ſe diu abſtinēs ſaltem per triennium, ceſſat contra eum præſumptio, quòd adhuc ſit malus in eodē genere mali. Præſ.32.li.5.nu.30.525.

Intellige, ſi magnam pœnitentiam egit.ibid.num.31.

Vel ſi conſtaret ſæpè occaſionem contigiſſe delinquendi in ſimili caſu, & tamen ſi abſtinebat.ibi.num.32.

Idem quando ſimpliciter ipſum pœnituit, facta declaratione vel verbis vel facto ipſo ſe pœnitere.ibi.num.33.

Mancipiorum optione legata filiæ, cùm in familia nupſerit, partus & fructus mancipiorum nati & acquiſiti ante contractas nuptias ad filiā nō pertinēt. Præſ.150.li.4.nu.14.349.

Mandatum qui conceſſit ſuper præparatorio, nō præſumitur voluiſſe concedere ſuper principali. Præſ.3.lib.6.nu.15.551.

In Mandato de dando nunquàm pręſumitur electa induſtria perſona. Præſ.92.lib.6.num.3.664.

Manifeſtum & certum id dici poſſe, quod coniecturis & præſumptionibus conſtat. Præſ.19.lib.4.num.5.30.

Marcus Cato Cenſorius dictus, in octuageſimo primo anno filium genuit. Pręſ.46.lib.6.num.28.607.

Marcus Mantua I.C. Patauinus nonageſimum ſecundum annum ætatis vixit, & in patria ſexaginta ferè annos partim ius ciuile, partim pontificiū docuit. Pręſ.46.li.6.n.21.pa.ea.

Margaritam Holandiæ comitiſſam, ex quo pertinaciter negaret, mulierem duos pueros ſimul ab eodem patre cōceptos edere poſſe, in pœnam vt creditur, trecentos ſexaginta tres vt paruos pullos vno partu procreaſſe fertur, omnes ſacro baptiſmate regeneratos: quod fabuloſum cenſetur. Pręſ.51.lib.6.num. 11.617.

*Maritus qualis præſumatur erga vxorem. Et quando teneatur ad reſtitutionem dotis.*

MARITVS & vxor ſunt duo correllatiua. Pręſ.139.lib.4. num.59.327.

Et dicuntur ſocij diuinæ & humanæ domus, & ſunt vna & eadem caro.ibid num.63.

Maritus & vxor licet reputentur vna perſona, & eadem caro, intelligitur quò ad matrimonij vinculum, & quò ad reliqua bona & onera matrimonij: ſecus quò ad reliqua. Pręſ. 18.lib.4.num.42.30.

Maritus dicitur plus diligere vxorem quàm proprios filios. Pręſ.89.lib.4.num.62.217.

Maritus ſi confeſſus eſt ſe nomine dotis recepiſſe centum, & conſtat poſt fuiſſe numerata ſolùm quinquaginta; declaratur ex hoc primam confeſſionem non fuiſſe verā, ſed ſolū factam ſpe futuræ numerationis. Pręſ.35.lib.6.num.25.587.

Maritus ſi confeſſus eſt habuiſſe & recepiſſe dotē, illa verba, Habuiſſe & Recepiſſe: intelliguntur tempore confecti inſtrumenti, vt confeſſio valeat. Præſ.4.lib.6.num.29.552.

Maritus ſi vxore moriente in matrimonio habet conſequi lucrum dotis, ſi contingat ambo ſimul decedere ruina vel naufragio, etiam ſi dubium ſit quis prius deceſſit, pręſumitur eueniſſe conditionem, cùm vxor ſit mortua in matrimonio. Præſ.50.lib.6.num.3.612.

Et idem dicendum econtra, quando ſtatuto vel pacto cautū eſſet, quòd viro decedente in matrimonio, certa pars bonorum viri ad vxorem pertineret.ibid num.4.

Et idem, quando ambo ciuiliter decederent eodem tempore, & ſi religionem ingrederentur.ibid.num.5.

Et ſi vxore pręmoriente ex diſpoſitione ſtatuti lucratur dotē ſi vna cum vxore decedit, nec conſtat quis primò deceſſerit, hæredes ipſius mariti non acquirunt ipſam dotem, & quare.ibid.num.17.613.

Maritus qui bona vxoris poſſidet non præſumitur titulo dotis pręambulo poſſidere. Pręſ.67.lib.6 num.10.645.

Præſumitur enim potius poſſidere iure familiaritatis.ib.n.11.

Maritus, qui mortua vxore tenetur dotem reſtituere, ſi eam retinet apud ſe nomine filiorum, non ex hoc dicitur adire hęreditatem pro ipſis filijs. Pręſ.101.lib.4.num.89.256.

Declaratur, vt ibid.num.92.

*Maritus ad quæ teneatur vxori: & quid in legato facto ipſi vxori præſumatur ei reliquiſſe.*

MARITVS tenetur legis diſpoſitione præſtare quartam bonorum ſuorum vxori ſuæ inopi: & nunquid ſi ipſi vxori aliquid legat præſumatur legaſſe animo cōpenſandi. Præſ. 109.lib.4.num.34.276.

Maritus cenſetur vſufructuarius bonorum mulieris in omnibus illis caſibus in quibus vxor ipſa vſufructuaria dicitur: & in omnibus etiam alimentarius ſicut ipſa vxor. Præſ. 139.lib.4.num.58.327.


Maritus

Maritus ſi legauit vxori centum præter dotem cenſetur legaſſe etiam ipſam dotém. Præſ.145.lib.4.num.2.341.
Idem ſi dixit, vltra dotem, vel ſupra dotem.ibid.num.4.& 5.
Et ſi ab vxore dotis nomine quadraginta tantùm accepit, & ita legauit:Vxori meæ quinquaginta,quæ dotis nomine ad me peruenerunt,Lego:illa quinquaginta debétur. ibi.n.6.
Et ſi legauit ipſi vxori quicquid ei comparauit, & quod ipſi teſtatori illa dedit, præſumatur legaſſe etiam dotem ab ea habitam.ibid. nu. 14. pag.342.
Maritus ſi legat vxori,cui aliquid acquiritur ex diſpoſitione ſtatuti,animo compenſandi reliquiſſe cenſetur. Præſ.109. lib.4.num. 55.278.
Maritus ſi legauit vxori ob id,quòd & ipſa ſibi reliquit,ſi ipſe reuocat legatum præſumitur, quòd etiam vxor reuocare voluerit à ſe relictum.Præſ.172.lib. 4. num.4.392.
Maritus ſi legauit lectum vxori ſuæ viduæ, non præſumitur legaſſe lectum ſericum.Præſ. 134.lib.4.num. 5.317.
Maritus ſi reliquit vxori legatum annuum, ſi electioné quâdam fecerit; præſumitur hæc conditio impleta à muliere, ſi hæredes paſſi ſunt diù eam percipere ipſum annum legatum.Præſ.182.lib.4.num.10.408.
Maritus ſi legauit vxori ſuæ prædia per fideicommiſſum: ité lances, quas elegerit, quatuor : an debeantur tantū quæ etant tempore conditi teſtamenti, an & quæ mortis tempore extabant.Præſ.150.lib.4.num.15.350.
Maritus ſi legauit vxori victum & veſtitum, non cenſetur eā reliquiſſe viſufructuariam, ſed vſuariam tantum. Præſ. 135.lib.4.num.4.318.
Maritus ſi legatum reliquit vxori, & eam tutricem conſtituit filiorum nunquid præſumatur legaſſe, vt niſi onus tutelæ ſuſcipiat extinguatur legatum. Præſ. 124.lib.4.numero 6. 303.
Maritus ſi legauit vxori ſuæ his verbis, ſi vidua erit, vel cùm vidua erit, nunquid præſumatur voluiſſe quòd permaneat in viduitate & perſeueraret,aliàs non conſequatur legatum.Præſ.187.lib.4.num.6.422.
Maritus ſi vxorem hæredem inſtituit ex eo, quia ab ipſa is fuerat hæres inſtitutus,ſi vxor reuocauit teſtamentum,præſumitur etiam ipſe ſuum reuocaſſe. Præſ.165.lib.4.nume. 20.374.
Maritus ſi inſtituit vxorem donec vixerit,& poſt eius morté nullū aliū inſtituit hæredem,nunquid vſufructuaria præſumatur vxor vel proprietaria.Præſ.141.lib.4.num.2.331.
Et an d.inſtitutio ſit perpetua, vel grauata onere fideicom. poſt mortem ipſius vxoris.ibid.num.5.
Quòd reliquit ei vel hæreditatem vel vſumfructum ea viuente, & poſt eius mortem inſtituit filium proprium,filius reiecta conditione præſumitur inſtitutus in ſua legitima, & mulier cenſetur grauata onere fideicom. erga ipſum filium poſt eius mortem inſtitutum. ibid. num. 8. & ſeq. pag.332.
Et ſi titulo legati reliquit vxori vſumfructum bonorum ſuorum donec viuet & poſt eius mortem inſtituit filium proprium,nunquid valeat tale legatum,& quomodo cenſeatur grauata ipſa mulier.ibid.num.10.
Et quid ſi reliquit ipſam vxorem huiuſmodi titulo dominā & vſufructuariam.ibid.num. 11.
Et quid conſequi poſſit d.mulier.ibi.nu.18.& ſeq.ea.& ſeq.
Maritus ſi inſtituit vxorem,& eam grauauit alteri reſtituere, non ſubintelligitur conditio,ſi deceſſerit ſine liberis: & quare,cùm maior ſit coniunctio viri & vxoris quàm patris & filij,& dicatur mulier pars corporis mariti. Præſ.89.lib. 4.num.61.& ſeq.216.& ſeq.
Intellige,vt ibid.num.64.217.
Maritus relinquendo vxori,cui lege municipali relinquere prohibetur, quando in ipſius legis fraudem reliquiſſe præſumatur. Præſ.97.lib.4.num.1.& per tot.241.
Maritus relinquendo partem hæreditatis ſuæ vxori an multo magis ſit, credendum, quòd ei relinquere voluerit luctuoſam hæreditatem.Præſ.37.lib.4.num.10.64.


*Maritus quando poſſit vxorem propter adulterium interficere: & quando præſumitur ipſam occidiſſe, vel verberaſſe corrigendi animo. Et quando abeſſe per dolum præſumatur.*


Maritus poteſt vxorem interficere in adulterio deprehenſam inſpecto iure ciuili ſecus in foro diuino.Præſ.189. lib. 4.num.81.435.
Maritus ſi ad probandum adulterium deducet oſculum impudicum,ſuccumbet.Præſ. 41.lib.5.num.33.535.
Maritus ſi iam anno elapſo abfuit ab vxore, & reuerſus reperijt ipſam prægnantem, oritur præſumptio à natura ſine vllo dubio adulterij ab ea commiſſi.Præſ. 41.lib. 5. num. 5. pag. 533.
Quæ præſumptio dicitur adeò vrgens, vt dicatur probatio concludens,vt ipſa mulier perdat dotem,& puniri quoque poſſit pœna legis Iul. de adult.ibid.num.6.
Maritus non præſumitur occidiſſe vxorem, ne tam graue ſcelus commiſiſſe credatur:ſecus quando extant vrgentes coniecturæ.Præſ.15.lib.5.num.4.500.
Vt ſi reperta eſt vxor mortua in lecto apud ipſum,quia,præſumitur occiſa ab ipſomet marito.ibid.num.5.
Idem quando in corpore ipſius vxoris apparent ſigna ſuffocationis,niſi appareant dicta ſigna non manu hominis, ſed aliunde prouenìſſe.ibid.num.6.
Idem quando maritus curauit vxorem ita mortuam ſepeliri tempore noctis, & non adhibitis cæremonijs adhibendis in ſepeliendis cadaueribus chriſtianorum.ibid. num.7.
Idem quando maritus ipſam non luget, nec obſeruat conſuetudinem patriæ circa luctum. ibid.num.8.
Idem quando conſtat,maritum odio habuiſſe ipſam vxorem, & quòd conſueuit ipſam afficere grauiſſimis verberibus. ibid.num. 9.
Secus ſi modicè verberaſſet.ibid.
Maritus ſi verberat vxorem corrigendi animo id feciſſe præſumitur.Præſ.15.lib.5. num.1.500.
Moderata enim caſtigatio eſt ſibi permiſſa contra vxorem. ibid.num.2.
Maritum,qui diù cum vxore habitauit, præſumi eam carnaliter cognouiſſe.Præſ.90.lib.6.num.2.662.
Maritus & vxor ſimul ſunt inueſtiti de emphiteuſi pro ſe & filijs ſuis,intelligitur etiam de filijs procreandis tam à viro quàm à muliere etiam ex alio matrimonio. Præſ. 21. lib. 4. num.8.32.
Mariti & vxoris confeſſio & aſſertio, quòd filius, natus in eorum domo & ex illa vxore,non ſit mariti filius, ſed adulteri, ipſi filio non nocet.Præſ.53.lib.6.num.12.621.
Maritus corruptę ita repellitur à ſacris ordinibus ſicut maritus viduæ,vel bigamus.Præſ.36.lib.6.num.9.588.
Marito conficienti teſtamentum non creditur,ſi in eo atteſtatur ſe ab vxore ſua recepiſſe 100. cùm ſit prohibita donatio inter virum & vxorem.Præſ.5.lib.5.num.21.489.
MASCVLINITATIS qualitas poſita in inſtitutione cenſetur repetita in ſubſtitutione, ſicque ex inſtitutione declaratur ſubſtitutio.Præſ.84.lib.4.num.34.197.
Maſculinitatis qualitas poſita in primo teſtamento an cenſeatur repetita in ſecundo.Præſ.176.lib.4.num.6.pag.397.
MASCVLINVM non concipit fœmininū, quando diſtinctè & ſeparatim habita eſt ratio fœminarum & maſculorum.Præſ.181.lib.4.num.8. pag.407.
Maſculinum non comprehendit fœmininum, quando maſculus ſub nomine proprio fuit nominatus. Præſ. 84. lib. 4. num.20.197.
Idem quando extat ſtatutum, quòd verba ſcripta in teſtamentis intelligantur ad litteram.ibid.num.22.
Idem quando alioqui reſultaret aliqua repugnantia aut cōtrarietas in ipſa diſpoſitione.ibid.num.23.
Maſculinum tunc fœmininum non comprehendit quando ſtatuto cauetur, quòd verba teſtatorum intelligantur ad litteram.Præſ.36.lib.4.num.47.62.
Maſculinum licet concipiat fœmininum, quando tamen diſcretiuè facta eſt mentio vtriuſque ſexus, non dicitur concipere.Præſ.94.lib.4.num. 7.232.
MASCVLVS & fœmina ſi concurrant, melioris conditionis eſt maſculus quàm fœmina.Præſ.85.li. 4.nu.19.pa. 200.
Maſculi citius perficiuntur in vtero quàm fœminę,& maior calor eſt in maſculo quàm fœmina, ideo in vtero matris maiori impetu mouetur. Præſ. 51. libro. 6. numer. 18. & 19.617.


Et ideo




Et ideo etiam maſculi ſunt viribus fortiores & robuſtiores quàm fœminæ.ibid.num.20
Maſculus poteſt vſque ad annum ſeptuageſimum generare fœmina vſque ad quinquageſimum ad ſummum,& raro:ordinariè tamen maribus ſexageſimus quintus annus finis procreandi eſt,fœminis 45.Præſ.24.li.5.num.9.512.
Maſculi excludunt fœminas,ſtante ſtatuto,quod fœminę ex cludantur à maſculis:ſecus verò ſi maſculi non reperiantur. Præſ.85.lib.4.num. 200.
Maſculorum vocatio & conſeruatio bonorum in agnatione non operatur,vt onus fideicommiſſi extendatur de perſona ad perſonam.Præſ 69.lib.4.nu.11.135.
Maſculo & fœmina, eodem partu natis non præſumi quēquàm illorum primo natum,cum ęquè naſci primum contingat.Præſ.51.lib.6.num.21.617.
Quòd imo maſculus præſumitur primò natus.ibid.nu.22.
Et id præſumptione hominis.ibid.nu.23.
Maſculis duobus vel fœminis duabus eodem partu natis, ſi non agitur de fauore libertatis, qui vel quæ prius in lucem prodijſſe cenſeatur.ibi.nu.24.
Quòd præſumptiuè is,qui pulchrior, fortior & robuſtior eſt ibi.nu.25.
Sed leuis eſt huiuſmodi præſumptio, & reijcitur.ibid.n.26.
Vide in verbis filijs duobus eodem tempore natis.
MASSARITIÆ domus ex communi vſu loquendi in aliquibus locis veniunt nomine ſuppellectilis. Præſ.160.li. 4.num.2.364.
Et aliquando mobilia domus.ibi.num.3.
Et quandoque vtenſilia domus.ibi.num.4.
Maſſiniſſa rex Numidiæ ætatem ſuam ſummo cum robore vltra octuageſimum annum produxit,quo tempore filium Methymatum generauit.Præſ.46.lib.6.num.15.607.
Mathematicorum ſententia refellitur aſſerentium hominis vitam eſſe centum annorum.Præſ.49.lib.6.num.18.610.
MATER dicitur ante partum oneroſa, in partu doloroſa, poſt partum laborioſa, & poſt filij mortem luctuoſa:labores præmio dignos ſtatuit Imper. in l.aſſiduis.C.qui poteſt in pign.hab.Præſ.39.lib.4.num.10 72.
MATRES quare magis diligant filios quàm ipſi parentes. Præſ. 89.lib.4.num.49.214.
Mater non dicitur ſuperuixiſſe filio, quādo in ipſo puerperio cum filio illo deceſſit, vt ſuccedere poſſit marito. Præſ 50. lib.6.num.36.616.
Mater ſuccedit filio ab inteſtato. Præſ.39.lib.4.nu.27.430.73.
Mater non tenetur regulariter dotare filiam.Præſ.189.lib.4. num.27.431.
Secus ſi ipſa eſt diues, & pater eſt inops & pauper. ib.nu.28.
Et poteſt alienare bona fideicommiſſi, vt filiæ dotem conſtituat ibi.nu.31.
Mater non debet ſuo iure priuari niſi ſit expreſſum à lege, vel à teſtatore.Præſ.39.li.4.nu.21.72.
Matri ita debita eſt legitima ex bonis filij,ſicuti filię ex bonis patris.Præſ.38.lib.6.nu.36.594.
Mater affirmans filium eſſe ætate minorem, cùm ſit maior, mendax præſumitur,& doloſè id affirmare,cenſetur enim filij ſui ætatem non ignorare.Præſ.3.lib.5.num.60.483.
Matris aſſertio & confeſſio non poteſt nocere filio circa filiationem.Præſ.53.lib.6.nu.7.621.
Et minus aſſertio patris.ibi.num.11.
Matris confeſſio non poteſt filio nocere exiſtenti in quaſi poſſeſſione filiationis.Præſ.24.lib 5.num.24.513.
Mater & filius iure non cēſentur vna & eadem perſona.Præſ. 18.li.4.nu.39.30.
Mater & auia licet exiſtentibus agnatis excludantur ab hæreditate non tamen dicuntur excluſæ à tutela. Præſ.33.lib. 6.nu.33.pa.594.


*Mater an & quando excludatur à ſucceſſione filij, & quando ipſa ſubſtitutum excludat.*


MATER an & quando excludatur per ſubſtitutionem vulgarem partim tacitam, & partim expreſſam eueniente caſu ipſius tacitæ.Præſ.37.li.4.n.36.
Mater nunquid cenſeatur excluſa à ſucceſſione filij in caſu l. humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtit.quando ſcilicet pater ſubſtituit filio ſuo furioſo eius filios, ſi verò non extarēt eius filij,ſubſtituit fratres ſuos.Præſ.38.li.4.nu.22.69.
Mater nunquid excludatur à ſucceſſione ex tacita pupillari. ſubſtit.Præſ.39.lib.4.num.1.71.
Mater an excludatur à ſucceſſione ex ſubſtitutione pupillari partim expreſſa,& partim tacita.Præſ.38.lib.4.n.34.69.
Matrem excludit à ſucceſſione filij non ſuadet æquitas.Præſ. 39.li.4.nu.17.72.
Mater priuatur ſucceſſione filij per tacitam pupillarem, ſi tranſiens ad ſecundas nuptias, nō petiit tutorem dari filiis, etiā ſi à patre ipſo ſit ipſi filio impub.ſubſtituta.Præſ.39.li. 4.nu.70.76.
Matrem excludit per tacitam pupillarem multæ afferuntur coniecturæ.Præſ.39 lib.4.num.40.74.
Prima colligitur ex dictis extra teſtamentum nu.41.
Vel à verbis ante teſtamentum prolatis.nu.42.
Matrem tunc demum excludi cenſetur, quando teſtator dixit quod nil amplius in bonis ſuis petere poſſit, vel reliquit ei centum dicens, volo quod ſit tacita & contenta &c. & præfertur ſubſtitutus ei.Præſ.39.li.4.nu.47.74.
Contra nu.50.
Et quid operetur dicta verba ꝙ ſit tacita & cōtenta.n.48.49.
Mater abſque controuerſia per pupillarem expreſſam cenſetur excluſa.Præſ.39.lib.4.nu.11.72.
Matrem excludi à legitima etiam per expreſſam pupillarem iure pontificio cautum eſt Præſ.38.lib.4.nu.27.69.
Mater excluditur etiam à legitima in caſu exemplaris ſubſtitutionis commun. opin.Præſ.38.lib.5.num.25.69.
Et quid in pupillari expreſſa ibi.& nu.ſeq.
Matrem excludi à legitima per pupillarem expreſſam iure Cæſario inſpecto,malè ſenſerūt Bar.& quamplures à Decio relati Præſ.38.li.4.nu.15.68.
Mater per tacitam pupillarem excludi cenſetur tranſeundo ad ſecunda vota etiam ſi teſtator nihil dixit de ſecundis nuptiis in teſtamento.Præſ.39.lib.4.nu.65.75.
Mater per ſubſtitutionem pup.tacitam, cenſetur excluſa, ſi eam teſtator odio proſequebatur iuſtis de cauſis: odium,& inimicitia inter teſtatorem,& legatarium faciūt præſumi re uocatum legatum.Præſ.39.lib.4.num.67.76.
Mater cenſetur excluſa à ſucceſſione filij per tacitam pupillarem,ſi ipſa poſt mortem pupilli aliquid inhoneſti egit.Præſ. 39.lib.4.num.72.lib.4.& n.ſeq.76.
Mater tunc cenſetur legato, & ſucceſſione priuata quando teſtator dixit,relinquo centum vxori, donec vitam vidualē ſeruauerit ea ſtatim nubente.Præſ.39.lib.4.nu.58.75.
Idem ſi teſtator dixit,ſi non nupſerit.ibi.
Mater tunc excluſa non cenſetur ex tacita pupillari quando teſtator ſubſtituiſſet pupillo extraneum vna cū altero eius filio.Præſ.399.4.num.86.78.
Quid ſi teſtator ſubſtituit filio pupillo fratrem ſuum.nu.87.
Matrē excludit ſubſtit.pupillaris expreſſa. Pr.40.li.4.n.7.79.
Matris excluſio à ſucceſſione filij pupilli ita pendet à voluntate teſtatoris ſicut excluſio a legato.Præſ.39.lib.4.n.61.75.
Mater nunquid excludat ſubſtitutum,ſi teſtator inſtituto poſthumo naſcituros dixit,etſi non naſcetur poſth.ei ſubſtituo Caium,ſi natus eſt poſth. qui deceſſit impuber. Præſ.39. lib.4.num.26.73.
Mater licet per tacitam ſubſtitutioné pupillarem non excludatur, excludetur tamen quando ſunt ſubſtituti alij filij teſtatoris.Præſ.54.li.4.nu.5.97.
Idem ſi eſt ſubſtituta pia cauſa.ibid.
Matri an detur, querela contra teſtamentum inofficioſum conditū à patre filij ſui nomine, ſi ſe præteritum repertt. Præſ.38.lib.4.num.16.68.
Et quomodo tali caſu conſequatur legitimam.ibi.
Matri ita datur querela contra teſtamentum filij, ſicut ecōtra.Præſ.38.lib.4.nu.6.67.
Mater tranſeundo ad ſecunda vota ita dicitur inferre iniuriam filio ſicut priori marito.Præſ.39.lib.4.nu.64.75.
In legato generali non ſenſetur comprehenſa perſona odioſa teſtatori.ibi.
Mater inops,& valde egens non poteſt,nec debet priuari legitima.Præſ.38.lib.4.nu.32.69.
Idem quando ſubſtitutus haberet conſcientiam læſam, quia etiam tenetur reſtituere.ibi.nu.33.


RR

Mater

Mater Iudæa an teneatur filiæ Chriſtianę dotem cōſtituere, & poſſint pro d.cōſtitutione dotis alienari bona fideicommiſſo ſubiecta. Præſ.189.li.4.nu.33.431.

Mater meretrix licèt non poſſit filiam exhærdare, ſecus tamē eſt poſt ſui erroris emendationē. Pr.32.lib.5.nu.37.525.

Mater quæ neglexit intra annum tutorem petere filio ſuo, iure priuatur eius ſucceſſione. Præſ.68.lib.6.num.1.671.

Id quod ad alios extenditur, qui pupilli hæredes legitimi futuri ſunt.ibi.

Excuſantur autem, ſi iuſtis de cauſis vel impediti vel moti petierunt dari tutores.ibid.nu.2.

Et quæ ſint iuſtæ cauſæ remiſſ.ibid.nu.3.

Matre mortua ante filium pupillum ex tacita pupillari admittitur ſubſtitutus. Prę.ſ.40.lib.4.num.2.79.

*Matrimonium quid ſit, inter quos & quomodo contrahatur, & inter quos ſit prohibitum,*

MATRIMONIVM eſt quid facti. Præſ.2.li.5.nu.37.478.

Matrimonium cùm ſit quid facti non præſumitur. Præſ.54.li.6.nu.12.625.& Præſ.55.eo.li.nu.16.pag.629.

Matrimonium eſt contractus vltrò citroque obligatorius. Pr.183.li.4.nu.35.412.

Matrimonium celebrari dicitur inter Chriſtum & ingrediētem religionem, & appellatur matrimonium ſpirituale. Pr.148.li.4.num.10.348.

Matrimonia debent eſſe libera ex conſtitutionibus canonicis. Prę.ſ.189.lib.4.nu.76.434.

Matrimonium contrahitur ad procreandam ſobolem. Præſ.89.li.4.nu.97.221.

Matrimonium ſolo conſenſu conſtat, & quamuis ſit clandeſtinum, reddit filios legitimos. Præſ.54.li.6.nu.19.626.

Matrimonium ſolo cōſenſu contrahitur de iure ciuili. Pr.81.lib.4.nu.15.pag.181.

Matrimonium in articulo mortis contrahi poteſt, ſed non in fraudem ſubſtituti. Præſ.83.li.4.nu.78.194.

Matrimonium eſt potius præſumendum clandeſtinè contractum quàm adulterium. Præſ.2.li.5.num.25.477.

Matrimonium inter liberum & ancillam omninò prohibetur. Præſ.78.li.4.nu.8.167.

Matrimonium contrahens in articulo mortis non præſumitur id feciſſe vt in fraudem ſubſtitutorum legitimaret filios ſed potius de ſalute animæ cogitaſſe. Præſ.5.li.5.n.16.488.

Matrimonium in foro conſcientiæ dicitur aliquando præſumptum etiam illud, quod verbis expreſſis fuit contractū. Præſ.35.lib.6.num.19.587.

Matrimonij clandeſtini prohibitio Ex Sacro Trident.Conc. an habeat locum in ſponſalibus clàm contractis. Præſ.93.li.6.nu.12.666.

Matrimonium contractum mandante principe, qui conſueuit min⁹exequi, prę ſumitur metu cōtractū. Pr.11.li.4.n.6.21.

Matrimonium putatiuum dicitur, quando verè & ſolenniter contractum fuit, ſed ob aliquod impedimentum conſiſtere non poteſt inter ipſos cōtrahentes. Præſ.77.li.4.n.2.165.

Matrimonium putatiuum non dicitur verum matrimonium & vbi requiritur verum matrimonium non ſufficit putatiuum. Præſ.77.lib.4.num 8.ead.

De Matrimonio ſpirituali idem eſt iudicandum quod de tēporali. Præſ.189.li.4.nu.90.435.

At ſpirituale eſt dignius carnali: ſpirituali enim matrimonio liberatur filius à patria poteſtate.ibi.nu.95.436.

MATVLA quid ſit. Præſ.163.li.4.nu.4.369.

MEDIA præſumūtur probatis extremis. Pr.66.li.6.n.2.644.

MENDACIVM eſt lege diuina prohibitum: eſt enim mendacium dicere falſum teſtimonium. Præſ.3.li.5.nu 56.483.

Prohibetur quoque & lege naturali, cùm ſui natura & genere ſit ſemper malum, ibid.nu.57.

Mendacium qui dixit, præſumitur in dolo, quando ex dicto mendacio cōſequitur aliquod commodum: ſecus ſi nullum, Præſ.3.li.5.nu.62.483.

Mendax is præſumitur, qui affirmauit quod neſciebat. Præſ.3.li.4.nu.55.ea.

Menephron cum matre iacuit. Præſ.17.li.5.n.13.502.

Mēs eſt radix verborū & ſubſtātia prima. Pr.35.li.6.n.8.586.

Mens & ratio idem ſunt. Præſ.33.li.5.nu.20.527.

Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum Præſ.35.lib.6.nu.6.586.

MENSTRVORVM reſeratio ſterilitatis indicium eſt, at nō ſemper. Præſ.24.lib.5.num.14.513.

MENTECAPTVS eſt idem, & nil differt à demente Pr.45.lib.6.num.7.602.

MENTIRI nemo præſumitur in articulo mortis. Præſ.5.li.5.nu.7.488.

Mercator, qui remiſit litteras cambij ſoluendas ab eo quod paulo poſt acceptas litteras deceſſit, in dolo præſumitur. Pr.3.lib.5.nu.111.485.

Meretrix poteſt teſtari, quia expreſſè non reperitur prohibita. Præſ.16.lib.6.num.8.565.

MESSALA Coruinus ſui nominis ob mentis alienationē oblitus eſt Præſ.45.lib.6.nu.31.603.

METVS non prę ſumitur ex ſola potentia. Præſ.11.li.4.n.21.

Metus nunquam præſumitur interueniſſe, & ideo teſtamentum nūquàm prę ſumitur metu cōfectum. Pr.11.li.4.n.2.ea.

*Militis priuilegia in teſtando & ſubſtituendo.*

MILES poteſt & iure communi & iure militari teſtari. Præſ.6.lib.6.nu.2.555.

Miles poteſt teſtari quoquo modo vult, vel ſecundum ius cōmune, vel ſecūdum ius ſpeciale & priuilegiatum. Præſ.4.li.4.nu.1.7.

Miles quoquo modo vult teſtari poteſt, & prę ſumitur quod voluerit ſuum teſtamentum valere eo modo quo poterit. Prę ſ.31.lib.4.num 15.46.

Miles poteſt quoquo modo vult teſtari, & ſic coniecturis poteſt hęredem inſtituere: Et cuiuſmodi cōiectura eſſe debeat. Prę ſ.19.lib.4.num.10.pag.30.

Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Prę ſ.48.lib.4.num.14.87.

Miles ſi ante perfectum teſtamentum deceſſit, quia teſtamentum illud de iure communi inſpecto ſuſtineri non poteſt, prę ſumitur, ꝙ iure militari teſtari voluerit. Pr.6.li.6.u.4.555.

Militis in teſtamento non eſt locus iuris accreſcēdi. Prę ſ.14.li.4.nu.3.22.

Militis teſtantis voluntas an coniecturis poſſit interpretari. Prę ſ.14.lib.4.num.1.ea.

Quòd non ibi. nu.2

Militis in teſtamento ceſſant coniecturę & prę ſumptiones, & eius dipoſitio debet intelligi ſicut ſcripta eſt. Prę ſ.36.li.4.nu.50.63.

Miles ſciens ſe filios habere, ſi eos non inſtituat, videtur eos excludere & exhęredare. Prę ſ.39.lib.4.nu.80.219.

Miles ſi teſtādo dixit, quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Caium an dicatur ſubſtituiſſe compendioſa. Prę ſ.51.li.4.num.24.92.

Miles ex priuilegio poteſt directò ſubſtituere filio puberi, pupillariter autem non poteſt. Prę ſ.52.lib.4.nu.16.95.

Miles ſolis coniecturis & præſumptionibus ſubſtituere poteſt, cùm etiam poſſit teſtari quoquo modo vult. Prę ſ.64.li.4.nu.7,124.

Miles poteſt emācipare & ſuſtituere pupillariter. Prę ſ.60.li.4.nu.60.112

Mulieris ſubſtitutio hoc modo concepta: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius hęres ſic, an ſit compendioſa. Prę ſ.52.lib.4.num.14.& n.ſeq.94.

Miles ſi fecit actum, quem facere non debebat, per errorem & ignorantiam iuris, feciſſe cenſetur. Prę ſ.23.li.6.n.18.571.

Prę ſumitur enim in milite potius error & ignorantia quàm dolus.ibid.nu.31.pag.572.

Militem, qui ignorauit non contempſit diſciplinam. Prę ſ.76.li.6.nu.14.652.

Miles, qui ſemel malè ſe geſſit in militia, prę ſumitur quod in futurum male quoq; ſe geret. Prę ſ.32.li.5.nu.4.524.

Miliarium dicitur vas ad aquę calidę opus prę paratum. Prę ſ.162.li.4.nu.23.pag.368.

Minor non poteſt in integrū reſtitui aduerſus dolū verū, aduerſus autē dolū prę ſumptū de prę terito reſtituitur. Pr.3.li.5.nu.11.481.

Minor ætate prę ſumitur errore & ignorātia iuris nō autē ſciēter feciſſe actū, quē facere nō debebat. Pr.23.li.6.nu.19.571.

Et minor, mulier, miles, ruſtic⁹, & ſimiles ignari diſpoſitionis legis ea facilitate, qua actū cōficiēdo ſe obligāt, eadē facilitate patiuntur in ipſo actu apponi clauſulam, ex certa ſcientia.ibi.nu.22.





MOBILIA qui ſemel poſſedit præſumitur etiam hodie poſſidere, cum poſſeſſio rerum mobilium nil differat à poſſeſſione immobilium. Præſ.64.lib.6.nu.23.641.

Contra ibid. nu.23.& ſeq.

Mobilia qui ſemel poſſedit præſumitur nunc etiam poſſidere, quando poſſidens aſſerit ſe etiam hodie poſſidere. Præſ.ibi.num.25.642.

Mobilia qui olim poſſedit ſi negat hodie poſſidere ſibi creditur.ibid.nu.27.

Secus ſi negans poſſediſſet tempore litis cōteſt. quia ſi deinde negaret ſe poſſidere ſi non eſt credendum, quia præſumitur adhuc poſſidere.ibid.nu.28.

Imò præſumitur dolo deſijſſe poſſidere.ibi.num.29.

Prę ſumitur etiam d.negans, & hodie poſſidere quando ipſe habet cauſam ab actione ibi.num.30.

Idem quando de recenti poſſediſſet.ibi.nu.31.

MODVS an & quando ex præſumpta volūtate teſtatoris pro impleto habeatur. Præſ.184.lib.4.num.1.413.

Quòd modus mixtus habetur pro impleto, quando deficit caſu aut fortuna, non autem facto alicuius.ibi.

Idem quando defecit facto & culpa eius, in cuius perſonam implendus erat.ibi.num.3.pag.414.

Secus ſi conſtat, teſtatorem voluiſſe, modum omnino impleri debere.ibid.num.2.pag.413.

Et ſecus ſi deficit culpa legatarij.ibi.nu.4 pag.414.

MOLENDINVM ædificans in parte ſuperiore fluminis in ripa ſua, licèt noceat molēdino inferiori, præſumitur tamē id feciſſe, vt principaliter ſibi proſit. Præſ.29.li.6.n.15.582.

MOLESTIA & controuerſia in idem ſonant. Præſ.98 li.4.a nu.2.242.

Moleſtim facti dicitur inferre etiā illę, qui occulta res iura, & actiones. Præſ.98.li.4.nu.11.243.

Et dicitur etiam moleſtia facti, quæ à ſolis verbis prouenit, vt ſi quis diffāmet fundum non eſſe meum.ibi nu.12.

Moleſtiam iudicialem inferre is dicitur, qui non ſolùm agit, ſed etiam excipit.ibi.num.13.

Non dicitur autem moleſtiam is inferre, qui in iudicio vel extra, proponit quod negari nō poteſt eſſe verum.ibi.n.14.

MONACHVS non præſumitur velle habitum mutare, ſed velle in eadem religione perſeuerare. Præſ.37.li.6.n.6.589.

Monachus cum peculio defunctus in ſterquilinio ſepeliri mandatur. Præſ.94.lib.6.nu.5.667.

Monachus ſi tempore ſui ingreſſus aliquid ſpontè donat vel offert eccleſiæ ſeu monaſterio, nō dicitur commitere ſimoniam. Præſ.8.li.5.nu.11.pag.494.

Monachi præſumuntur vixiſſe ex frumēto quod Abbas aſſeruit emiſſe ex pecunia mutuo habita, cum non appareat aliunde habuiſſe. Præſ.71.lib.6.num.10.648.

*Monaſterium quando ſuccedat monacho: & an & quando ſubſtitutum excludat.*

MONASTERIVM habetur loco filij fictè tamen & ciuiliter, non autem naturaliter. Præſ.83.li.4.nu.28.188.

Monaſterium ſuccedit monacho Præſ.83.li.4.nu.30.pag.ead.

Monaſterium an excludat ſubſtitutum, quando non apparet vel manifeſtis verbis, vel probabilibus coniecturis, teſtatorem voluiſſe ipſum excludere ad fauorem ſubſtituti. Præſ.83.lib.4.nu.58.192.

Quòd præferatur monaſterium rationibus comprobat.ibi.

Et idem dicendum in foro conſcientiæ.ibi.nu.59.

Monaſterium non præſumitur excludere ſubſtitutum, ſi teſtator inſtituto filio ſuo hærede, ei decedēti ſine liberis ſubſtituit ex ſua familia adiecta ratione, quia vult bona conſeruari in agnatione & familia. Prę ſ.83.lib.4.num.45.191.

Idem ſi dixit teſtator, Et ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo Caium & nullus alius ſuccedat.ibi.nu46.

Idem quando hæredi ſuo decedenti ſine liberis ſubſtituit cauſam piam.ibid.nu.47.

Idem ſi extat ſtatutum, quando teſtamenti verba intelligantur ad literam: ſub illis verbis, ſi deceſſerit ſine filiis, non cōprehēditur monaſteriū ꝙ deinde hęres eſt ingreſſus.ib.n.48.

Idem quando teſtator ſubſtituit his verbis ſine veris filiis. ibi.num.49.

Idem ſi teſtator reliquit certum qui hæredi ſuo, ſi monaſterium fuerit ingreſſus.ib.nu.50.

Idem quando ordinauit, quod eueniente caſu ſubſtitutionis certa pars bonorū perueniret ad piam cauſam.ibi.n.51.

Idem ſi teſtator ſubſtituit his verbis. Et ſi deceſſerit hæres meus ſine filiis, & monaſterium non ingrediatur, ſubſtituo Caium.ibi. num.52.

Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando monaſteriū, quod hæres eſt ingreſſus, non ſucceſſit d.hæredi. Præſ.83.li.4.nu.72.193.

Idem quando hæres grauatus ingreſſus eſt religionem, & deceſſit ante profeſſionem.ibi.nu.73.

Idem quando hæres grauatus condidit teſtamentum ante ingreſſum monaſterij, & extraneum feci.ibi.nu.75.

Idem quando hæres ingreſſus eſt monaſterium vt fraudaret ſubſtitutum. ibid.nu.76.

Idem quando teſtator dixit. Inſtituo te hæredem ſi ſine liberis moriar. ſi teſtator ingreditur monaſterium.ib.n.86.194.

Monaſteriū non excludit ſubſtitutū, ſi teſtator dixit: ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalib. Pr.83.li.4.n.34.189.

Idem quando teſtator habens duos, filios, eos æqualiter inſtituit & inuicem ſubſtituit, ſi eorum alter deceſſerit ſine liberis.ibi.nu.36.& ſequenti ea.

Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando ſtatutum extat, quod eccleſia non ſuccedat. Præſ.83.lib.4.nu.53.191.

Idem quando teſtator inſtituit iam in ſacris, & ei decedenti ſine filiis ſubſtituit.ibid.nu.54.

Idem quando teſtator filium hæredem inſtitutum grauauit purè vel poſt diem certum reſtituere.ibid.nu.56.pag.192.

MONIALIS illa præſumitur, quæ reperitur in eo habitu. Præſ.75.lib.6.nu.9.pag.652.

Monialis præſumitur de licentia ſui ſuperioris tranſiuiſſe ab vno Monaſterio ad aliud, quando diù eſt in quaſi poſſeſſione noui Monaſterij ingreſſi. Præſ.76.lib.6.num.22.652

Monialium inopia periculoſior eſt illa aliorum religioſorū. Præſ.125.lib.4.nu.9.304.

MORBVS comitialis appellatur ab Ariſt. herculeus, eò quod Herculeus d.morbo fuerit affectus. Præſ.44.li.6.n.4.601.

Et morbo comitiali ſemel affectus ſemper præſumitur affectus, quia eſt ſui natura inſanabilis.ibi nu.5.

Morbo ſui natura ſanabili affectus an præſumatur in eodem morbo perſeuerare atque perſiſtere. Præſ.44.li.6.nu.1.600.

Et quid ſi morbus eſt ſui natura perpetuus, & inſanabilis. ibi.num.2.pag.601.

MORI velle nemo præſumitur cum mendacio & peccato: & nemo præſumitur mentiri in articulo mortis. Prę ſ.5.lib.5.nu.7.488.

Moriens nō dicitur in eadem voluntate perſeuerare. 84.li.6.n.17.659.

Moriens non omnis præſumitur S.Ioannes Baptiſta. Præſ.5.li 5.nu.19.488.

Morientis aſſertioni in alterius præiudicium non eſt credēdum. Præſ.29.li.4.nu.4.44.

Morientium voluntates ex voluntate & arbitrio iudicū colligi ſolent. Prę ſ.39.lib.4.nu.43.pag.74.

Moriens inteſtatus dicitur tacitè diſponere. Prę ſ.188.li.4.n.19.425.

Moriens in peccato mortali nō eſt ſepeliendus in loco ſacro. Prę ſ.94.lib.6.nu.7. pag 667.

MORTIS appellatione licèt intelligatur de morte naturali, vt tamen actus ſuſtineatur intelligi debet de morte ciuili. Prę ſ.4.li.6.num.19.553.

Mortis caſum extendi ad caſum ſecūdarum nuptiarum. Prę ſ.65.li.4.nu.10.126

Mors hominis vnico teſte non probatur. Prę ſ.49.li.6.nu.20.610.

Probatur tamen per vocem & famam ibi.n.21.

Mortis occiſi conſcius is dicitur, qui ante tempus veriſimile, quo fama verè ſibi potuit peruenire, mortem nunciauit illius occiſi. Prę ſ.37.li.5.nu.1.530.

Motus vehementes in muliere prægnante vim habent maximam expellendi & excutiendi fœtum etiam immaturum. Prę ſ.52.lib.6.num.22.619.

MVLCTA ſeu pœna pecuniaria eius, qui pendente tempore reuenditionis commiſit delictum, & poſt reuenditionē fuit cōdemnatus, ad quem pertineat. Præſ.17.li.6.n 8.566

MVLIER dicitur ſocia domus mariti.Pr.157.li.4.n.22.358.

Mulier mutabilis eſt,& viro iuconſtantior.Præſ.37.lib.6.nu.42.590.

Mulier ſui natura mutabilis eſt,& ſic facilè præſumitur eam mutaſſe ſuam diſpoſitionem, & voluntatem.Præſ.165.lib.4.nu.22.374.

Mulieré poſſe nubere publicè intereſt.Pr.189.li.4.n.131.439.

Mulier nupta extra ciuitatem etſi retineat ciuitatis originẽ,ſi tamẽ nulla bona in ea ciuitate reliquit ad ſuſtinẽdũ onera, deſinit eſſe ſubdita,& ſic pro foreſi habere,nec poteſt in bonis immobilibus ſuccedere.Præſ.45.lib.5.nu.30.540.

Mulier per tranſitum ad ſecunda vota amittit tutelæ adminiſtrationem.Præſ.124.lib.4 nu.11.303.

Mulier ſecundo nubens efficitur inimica primi mariti, cum eius memoriam negligere dicatur.Præſ.56.lib.4.nu.20.104.

Et dicitur etiam inferre iniuriam filijs ſuperſtitibus ibi.

Mulier retinet vtile dominium feudi iure quodam naturali. Præſ.189.lib.4.nu.168.443.

Mulierem poſſidenrem bona mariti non præſumi poſſidere titulo iniuſto.Præſ.67.lib.6.nu.15.645.

Mulier ſi dotẽ dedit ex bonis fideicõmiſſis, &moritur maritus,deinde ipſa mulier:nũquid dos reſtitui debeat fideicommiſſario,an verò tranſeat ad hæredes extraneos.Præſ.189.lib 4.nu.193.444.

Mulier per errorem & iuris ignorantiam feciſſe præſumitur quod facere non debuit.Præſ.23.lib.6.nu.17.571.

Mulier & ruſticus prẹſumũtur poti⁹ ſimplicitate ducti quàm dolo ad aliud faciendum.Præſ.3.lib.5.num.28 482.

Idem in pupillo.ibid.

Mulier,quæ ex diſpoſitione ſtatuti non poteſt contrahere ſine conſenſu mariti, poteſt reuocare contractum ſi contrahit, antequam maritus conſentiat.Præſ.34.lib.6.nu.15.585.

Et ſi interim ipſa moritur,non poterit maritus illi contractui conſentire.ibidem nu.16.

Mulier præſumitur ſuo tempore parere,vel ſcilicet ſeptimo, vel nono menſe,vel alio,quo partus vitalis eſſe poſſit.Præſ.52.lib.6.num.3.618.

Intempeſtiuè autem peperiſſe præſumitur,quando ipſa deceſſit in puerperio.ibid.nu.8.

Sed refellitur hæc præſumptio.ibid nu.9.

Mulier ob abortum,mortis periculum ſubit ex vehementioribus doloribus quos ſentit.ibid.nu.13.pag.619.

Mulieres vno partu ſæpè duos filios pariunt, aliquando plures tam maſculos quàm fœminas.Præſ.51.lib.6.nu.1.616.

Et mulierem plures parere filios quinque non poſſe affirmat Ariſt.cum non ſint niſi quinque receptacula.ibi.nu.8.

Ob id fabuloſum cẽſetur,quod ſcribit Plin.ſeptem & duodecim filios mulierem peperiſſe.ibi.num.9.

Et fabuloſum etiam creditur,quod dicit Albertus, mulierẽ in Germania configuratis iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis abhortum feciſſe.ibi.num.10.

Mulier quædam apud Arelatem permultos peperit filios ſuibus ſimiles,cuius familia porcellinorum nuncupatur:quod fabuloſum creditur:Præſ.51.lib.6.num.12.617.

Mulier Alexandrina olim Romę quinque habuit filios incolumes vno partu natos.Præſ.51.lib.6.nu.5.616.

Idem de alia muliere legitur tempore Antonij Pij,quæ quinque eodem partu edidit filios.ibi nu.6.

Et idem de ancilla Cęſaris compertum eſt.ibi.num.7.

Mulieres multę repertę,quę cum vno viro generare non poſſunt,cùm altero autem poſſunt.Præſ.24.lib.5.nu.13.513.

Mulierem ſine ſeminum commiſtione concipere poſſe negant Philoſophi naturales.Præſ.89.lib,6,num.10.661.

Mulier luxurioſa præſumitur & prodiga, cùm vnum crimen dependeat ab alio.Præſ.32.lib.5.num.23.525.

Mulier ob oſculum impudicum punienda eſt pœna extraordinaria iudicis arbitrio.Præſ.41.lib.5.num.37.535.

Et poteſt priuari legato ſibi relicto ſub conditione,ſi honeſte vixerit ibidem.num.38.

Mulierem amplecti,vel deoſculari eſt actus indifferens, qui in bonum & malum poteſt referri:à communiter autem accidentibus refertur ad actum libinis.Præſ.2.li.5.nu.59.479.

Mulier ob ſtuprum efficitur indigna,& ob id perdit ius quæſitum,& à fortiori ius quærendum. Præſ.39.lib.4.n.74.76.

Mulier corrupta præſumitur quando ob ſtetrices,vel matronæ peritæ tacta, inſpectáque muliere atteſtantur illam non eſſe virginem,ſed corruptam.Præſ.89.lib.6.num.11.661.

Et ſic è contra cenſetur virgo,quando atteſtantur ſe credere illam eſſe Virginem.ibid.& nu.ſeq.

Mulier præſumitur corrupta à viro cum quo dormiuit ſi linteamina ſanguinolenta apparent.ibi. nu.12.pag.661.

Mulier ſi in habitu meretricio incedit,vel à nuptis ferri ſolito,non virgo ſed corrupta prẹſumitur.Præſ.89.li.6.nu.5.ea.

Idem quando fuit cum amaſio, vel marito in loco ſecreto, & abdito. ibid.nu.6.

Intellige niſi conſtet virum eſſe impotentem ratione ætatis vel alterius impedimenti.ibi.nu.7.

Vel conſtaret mulierem adeò artam eſſe vt vir non potuerit aperire clauſtra pudoris.ibi.num.8.

Secus ſi ob caliditatẽ ſeminis viri ipſa concepiſſet.ibi.nu.9.

Mulierem qui ſeduxit ſi aſſerit ipſam non fuiſſe virginem antequam ſeduceret probare debet illius corruptionẽ .Præſ.89.lib.6.num.3.661.

Secus ſi extant coniecturæ, & ſigna corruptionis.ibi.nu.4.

Mulier aſſerens ſe eſſe vxorem eius,qui ad diaconatum fuerat promotus, quomodo repelli poſſit ab hac aſſertione. Præſ.36.lib.6.nu.8.588.

Mulier carnoſa roſei coloris aptior eſt ad concipiendum. Præſ.53.li.6.num.18.622.

Mulier nupta dicitur vidua remanere ſtatim quod maritus deceſſit.Præſ 187.li.4.nu.18.422.

Mulier quinquagenaria carnoſa & roſeo colore prædita cęteris aptior eſt ad generandum.Præſ.24.li.5.nu.10.512.

Mulier ingrediendo religionem dicitur nuptias cum Deo contrahere.Præſ.148.li.4.uum.9.348.

Mulier,quæ diu in Monaſterio habitauit conſenſiſſe religioni præſumitur,atque ita matrimonium ſpirituale contraxiſſe,etiam ſi inuita,minúſque libenter ingreſſa fuerit .Præſ.8.li.6.num.3.656.

Mulier ad mariti domum traducta pro carnaliter cognita habere.Præſ.147.li.4.num.7.347.

Et dicitur nupta, poſtquam fuit carnaliter cognita ſi ita ſe habet communis loquendi vſus.ibi.num.8.

Et quando copulata matrimonio dicatur.ib.num.9.

MVNDI nomine in legato mulieri facto quid contineatur. Præſ.163.lib.4.num.3.369.

MVLSVM non continetur apellatione vini & quid ſit, & quomodo conficiatur.Præſ.152.lib.4.num.3.351.

MVRIA quid ſit.Præſ.156.li.4.nu.5.pag.356

MVRVS etſi ſit communis, licet in eo ædificare ad ſui vtilitatem principaliter, licèt vicino deinde damnum inferatur.Præſ.29.li.6.nu.14.582.

MVTATIO eſt accidens ,quod per ſe nõ præſumitur.Prẹſ.165.li.4.nu.3.373.

Mutatio non prẹſumitur.Prẹſ.167.lib.4.nu.27.385.

Mutatio tanquam accidens non prẹſumitur.Prẹſ. 25.li.6.nu.3.578.Prẹſ.42.lib.eo.num.13.600.

MVTVANS pecuniam malè conſumpturo bonę fidei non prẹſumitur.Prẹſ.3.li.5.num.112.485.

MVTVS ſi legauit vxori omnes veſtes ſuas,& ipſe conſumptis veſtibus extantibus tempore teſtamenti aliàs emit ipſi vxori, hę nouę veſtes intelliguntur comprehenſę ſub illo legato.Prẹſ.21.li.4.num.16.33.

N

NABVCHODONOSOR rex furioſus extitit, qui ſibi ipſi nõ parcebat.Præſ.45.li.6.nu.12.602.

NATI plures eodem partu dicuntur ſimul nati.Prẹſ.21.li.4.nu.18.33.

NATVRA eſt ab ipſo Deo, qui eſt natura naturans.Prẹſ.1.li.5.nu.10.474.

Et eſt auctrix rei melioris quò ad fieri poteſt, & ex his quę fieri poſſunt,facere ſolet quod melius eſt.ibid.

Natura eſt imitatrix vitiorum.Præſ.1.lib.5.num.4.474.

Naturę autem principia ſunt bona authoritate D.Thomę. ibi.nu7.

Natura perfectè omnia parit.Prẹſ.54.li.6.n.28.626.

Natura virtutum omniũ initia dedit, atque rebus omnibus eã vim inſeruit, vt appetant ſui conſeruatiouem, & corruptioni reſiſtant.Prẹſ.13.li.5,nu.4.499.

Naturalis vt quis dici poſſit,adeò multa requirũtur,vt hodie perraro & ferè nunquam aliquis reperiatur,qui propriè dici poſſit naturalis.Prẹſ.54.li.6.nu.13.626.

Natus ex nobili genere, nobilis, & virtutis amator præſumitur.Prẹſ.58.li.6.nu.2.632.

Et è contra ex peſſimo genere ortus peſſimus eſt cenſendus. ibid.num.3.

Naufragium paſſus propè litus,ſi res iactauit,præſumitur eo animo iactaſſe vt recuperaret: ſecus ſi procul à terra. Prẹſ.30.li.5.nu.17.521.

Nauis ſi reficitur, eadem manet forma & dicitur eadem nauis,& ideò ſi fuit legata, ex d.refectione non amittitur legatum,ſicut quando deſtruitur & noua conficitur.Præſ.171.li.4.nu.3.& 4 391.

NECESSARIVM illud dicitur, cuius contrarium eſt impoſſibile.Prẹſ.78.li.4.nu.55.172.

NEGANS delictum in tortura,& in ea moriens perſiſtens, præſumitur innocens,& ſic prorſus purgaſſe omne indiciũ. Præſ.5.li.5.nu.9.488.

Negans aliquam propoſitionem Catholicæ fidei apud omnes fideles publicè diuulgatam, ſi eſt rationis capax, præſumitur hæreticus pertinax.Præſ.7.li.5.nu.7.492.

Negatiua rei conuenti ſatis eſt probata,cum ab actore cõtrarium non probetur.Prẹſ 61.li.6.nu.5.635.

Negatiuam deducens,eam probare debet:ſecus quando prẹſumptio eſt pro negante.Prẹſ.1.li.4.nu.5.& 6.pag.3.

Et quando eam probare teneatur.ibi.nu.7.ea.

NEGLIGENS nemo præſumitur præſertim quãdo agitur de commodo,& lucro.Præſ.77.li.6.nu 3.652.

Negligens ſemel præſumitur quod in futurum ſemper erit negligens.Prẹſ.32.li.5.nu.6.524.

NICOLAVS de Ponte Venetiarum Dux nonageſimum tertium ætatis ſuæ annum incolumis impleuit. Prẹſ.46.lib.6.nu.20.607.

*Nepotes an & quando filiorum appellatione contineantur: quales præſumantur: & quando cenſeantur in conditione poſiti.*

NEPOTES an & quando ſub filiorũ nomine prẹſumptiuè contineantur in teſtatoris diſpoſitione.Prẹſ.94.li.4.n.1.231

Nepotes veniunt appellatione liberorum.Pr.33 li 5.n.14.527.

Nepotes filiorum nomine comprehenduntur, quando teſtator conſueuit appellare nomine filij,& hoc etiam in ſubſtitutionibus fideicommiſſariis.Prẹſ.94.li.4.nu.24.233.

Idem quando teſtator conſtituit fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis & familiæ.ibi.nu.25.

Idem quando alioqui extranei vel remotiores admitterentur excluſis ipſis nepotibus.ibi.nu.26.

Idem quando teſtator habuit nomina filiorum & liberorum pro ſynonimis.ibi.nu.27.

Idem quando teſtator ſubſtituit quoſcunque filios naſcituros.ibid.nu.28.

Idem quando teſtator ſubſtituit in ſtirpes & non in capita. ibid.num.29.

Idem quãdo ęquè nepotes ac filij eſſent ſucceſſuri ab inteſtato.ibi.nu.30.

Idẽ quando teſtator protulit verba in certum futurum euentũ,quo tẽpore nõ reperiantur filij,ſed nepotes tantũ.ib.n.31

Nepotes, & alij eorum deſcendentes continentur appellatione liberorum.Prẹſ.76.li.4.nu.9.154.

Nepotes quando non veniant filiorum appellatione. Prẹſ.189.li.4.nu.20.430.

Nepos propriè nõ venit appellatione filij.Pr.94.li.4.n.2.232

Et id locum habet,etiam quando coniecturis & prẹſumptionibus apparere poteſt,teſtatorem ſub eo filij nomine comprehendere voluiſſe nepotem.ibid.

Idem quãdo teſtator reſtrictè dixit,Lego filiis Titij,vel ſubſtituo filios ſuos.ibi.nu.3.

Idẽ quãdo teſtator vocauit filiũ ſub nomine proprio.ibi.n.4.

Idem quãdo ſunt nominati filij nominibus propriis, & poſtea ſit dictum,ſi dicti filij mei.ibi.nu.5.

Idem quando diſponens in eadem diſpoſitione diſcretiuè locutus eſſet de filiis & nepotibus.ibi.nu.6.

Nepotes filiorum nomine non continentur,quando filij fuerunt nomine proprio vocati, deinde dixit teſtator, & ſi dicti filij,&c.Præſ.84.li.4.nu.21.197.

Nepotes filiorum nomine continentur,quando filij ſunt à teſtatore inuitati in inſtitutione,non autem ipſi nepotes,& in ſubſtitutione deinde ſimpliciter ſunt vocati filij. Præſ.94.li.4.num.8.232.

Idem quando teſtator ſcripſiſſet hæredes filios ſuos tãtùm, & poſteà dixiſſet, etiam ſi aliqua dictarum filiarum mearũ decederet antequam nuberet, ei ſubſtituo ſupraſcriptos filios meos.ibi.nu.9.

Idem quando teſtator vocando nepotes vſus eſt nomine liberorum,deinde in ſubſtitutione vocat filios ſuos.ibi.n.10.

Idem quando diſpoſitio adaptari non poteſt ad nepotes. ibi.num.11.

Idem quando teſtator in aliis teſtamenti partibus ſub nomine filiorum intellexit ſolùm de filiis primi gradus: nam & in ea parte,in qua de filiis ſimpliciter locutus eſt,non præſumitur de nepotibus intellexiſſe.ibi.nu.12.

Idem quando teſtator ęquis portionibus in capita filios ſubſtituiſſet.ibi.nu.13.

Idem quado alioqui magis dilectus excluderetur à minus dilecto.ibi.nu.14.

Idem quando in loco, vbi conditum eſt teſtamentum, extat ſtatutum, quòd verba teſtamenti intelligantur ad literam vt iacent.ibi.nu.15.

Idem quando tempore conditi teſtamenti extabant filij & nepotes,& teſtator ſolum filios nominauit.ibi.nu.17.233.

Idem quando agitur de ſucceſſione tranſuerſali vltra patruũ magnum.ibi.nu.18.

Idem quando à tranſuerſali vocati ſunt filij tranſuerſalis, & ibi redditur ratio.ibi.nu.21.

Idem quando teſtator grauauit filium onere fideicommiſſi. ibid.num.22.

Idem quando diſpoſitio iam ſortita fuit effectũ ſuum in perſonam filiorum.ibi.nu.23.

Nepotes fideicommiſſis licet non contineantur filiorum appellatione cõprehenduntur tamẽ, quãdo teſtator ſubſtituit filios in ſtirpes,& non in capita.Prẹſ.84,li.4.nu.16.196.

Nepos quando ęquè ac filiis ſuccedit ab inteſtato,nomine filij videtur comprehendi.Prẹſ.94.li.4.nu.20.233.

Nepotes præſumuntur tales, quales qui ipſorum fuerunt, & eodem vitio cenſentur laborare. Prẹſ.33.li.5.nu.12.527.

Hinc pœna,qua auus afficitur ob crimen læſę maieſtatis,trãſit etiam contra eius nepotem.ibi.nu.13.

Idem in crimine hæreſis.ibi.nu.15.

Nepotes quando fideicommiſſario extraneo præferantur. Prẹſ.76.li.4.nu.23.156.

Nepotes cenſentur in conditione poſiti non ſolùm quando nati nondum erat tempore conditi teſtamẽti, verùm etiam quando erant nati & cogniti ipſi teſtatori. Et idem de pronepotibus & aliís,& cõfutantur opiniones Caſtren.Roma. & aliorum.Prẹſ.89.li.4.nu.77.218.

Nepos teſtatoris poſitus in conditione cenſetur vocatus ex teſtamento ſi eodem nomine vocetur quo teſtatur ſi dictũ ſit,& ſi ſine filio proprio mei nominis deceſſerit, ſubſtituo. A. Præſ.76.li.4.nu.73.162.

Nepotes concepti poſt mortem aui non dicũtur verè nepotes aui,ſed extranei,iure autem reprẹſentationis ad aui ſucceſſionem admittuntur.Præſ.189.li.4.nu.19.429.

Nepotes in fratre latè ſumpto vocabulo veniunt appellatione nepotis.Prẹſ.89.li.4.nu.60.216.

Nepos ab vno inſtitutus & grauatus, niſi intra 30.annum deceſſerit,reſtituat hẹreditatem patruo,intelligitur ſic grauatus,ſi modò ſine liberis deceſſetit.Præſ.89.li.4.nu.2.209.

Et fundatur hæc ſententia Papiniani & Iuſtiniani non in fictione legis, ſed in prẹſumpta & coniecturata mente teſtatoris.ibi.num. 3.

Neptes teſtatoris prẹſumuntur ordine ſucceſſiuo vocati inſtituti vna cum eorum patre.Prẹſ.70.li.4.nu.3.137.

Neptis fideicommiſſi onere granata ab eius auo patetno nũquid poſſit ſibi dotem conſtituere ex bonis fideicommiſſi ſicuti filia poteſt.Præſ.189.li.4.nu.11.& ſeq.429.

Quòd poteſt ſibi dotem conſtituere ex bonis fideicommiſſi, quando eſt grauata ab auo, etiam ſi ſit nata poſt mortem aui.ibid.num.18.

Neptis non poteſt alienare bona fideicommiſſi ab auo conſtituti cauſa dotis ſibi conſtituendæ, quando extant bona patris eius, è quibus dos ſibi poteſt conſtitui.ibid.nu.22.& 36.pag.430.& 431.

Secus in ſubſidium.ibi.nu.37.

*Nobiles quales eſſe præſumuntur.*

NOBILIS præſumitur datę fidei obſeruãtiſſimus.Pręſ.59.l.b.6.nu.2.633.

Nobilis pręſumitur munificus,& liberalis.Pręſ.59.li.6.nu.6.pag.633.

Et pro Nob. præſumitur in his quæ ad nobilitatem ſpectant. ibid.num.7.

Nobiles & diuites præſumuntur innocenter viuere, & de eis ſemper bene eſt præſumendum.Pręſ.4.li.5.nu.6.pag.487.

Et magis præſumitur pro nobili,quàm pro ignobili.ibi.nu.7.

Et magis pręſumitur pro diuite,quàm pro inope.ibi.nu.8.

Nobiles non præſumuntur velle,naturales excluſo ſubſtituto ſibi ſuccedere.Præſ.78.lib.4.nu.26.169.

Nobili conuenit vitæ honeſtas & caſtitas. Pręſ.78.lib.4.nu.27.pag.ead.

Nobiles in electionibus magiſtratuum, & officiorum ſunt aliis anteponendi.Pręſ.59.li.6.nu.10.633.

Nobilem ſeu magnatem ſe dicens id probare debet.Pręſ.60.lib.6.nu.3.pag.ead.

Nobilitas quare non pręſumitur.Pręſ.60.li.6.nu.1.pa.633.

Nobilitas non eſt prima qualitas,quæ venit à natura,ſed habet ortum ex accidẽtibus ſibi vel progenitoribus. Præſ.60. li.6.nu.4.634.

Nobilitas quando in iudicium deducitur incidenter, & ſic principaliter de ea non diſputatur ſufficiunt leuiores probationes.Præſ.60.li.6.nu.6.pa.ea.

Nobilitati quantum ſit deferendum.Præſ.59.li.6.nu.1.633.

NOMENCLATOR dicitur, qui in memoriã domino ſuggerit nomina ſalutantium.Præſ.48.li.6.nu.11.608.

NOMINA ſunt,vt demonſtrent voluntatem dicentis.Pręſ.35.li.6.nu.3.pag.586.

Nomina communia æquè maſculos & fœminas comprehendentia ſunt hæc.

Cognati.Præſ.84.li.4.nu.31.197.

Coniuncti.ibi.nu.32.

Conſanguinei.ibi.nu.30.

Deſcendentes.ibi.nu.26.

Hæredes.ibi.nu.34.

Liberi.ibi.nu.25.

Perſonæ.ibi.nu.28.

Poſteri.ibi.nu.29.

Proles.ibi.nu.27.

Propinqui & proximi.ibi.nu.33.

Nomen commune,vt puta liberorum,deſcendentium,& huiuſmodi, filias fœminas æquè comprehendit ac maſculos, & ſubſtitutum excludunt fœminæ. Præſ.85.li.4.nu.22.200.

Secus ſi teſtator excludit filias.ibi.nu.23.

Nomen creditoris quando loco ſolutionis pecuniæ veniant. Præſ.189.li.4.nu.149.441.

Nomina debitorum nunquid in legato bonorum cõprehendantur.Pręſ.138.li.4.nu.14.321.

Nomina debitorum non cõtinentur ſub nomine mobilium vel immobilium.Præſ.142.li.4.nu.20.337.

Nomen proprium declarat appellatiuum. Præſ.126.li.4.nu.15.306.

Nomen proprium præferri debere, vel appellatiuũ licet magni referat, nulla tamen differentia obſeruatur,quãdo alioqui actus non poſſet ſuſtineri.Præſ.4.li.6.nu.7.552.

Nominatus primo in cõtractu pręſumitur principalis,ſecundo verò fideiuſſor.Pręſ.7.li.6.nu.6.556.

Nomina,Maſculi,deſcẽdẽtes,linea,& huiuſmodi,ſunt collectiua.Præſ.186.li.4.nu.38.420.

Nomen,vſufructuaria,ſui proprietate ſignificat ipſum vſumfructum.Pręſ.140.li.4.nu.6.329.

NOTARIVS ſemper præſumitur rogatus de inſtrumento. Præſ.1.li.4.nu.8.pa.3.

Notarius non præſumitur rogatus de inſtrumento. Pręſ.14. lib.6.nu.12.pag.561.

Contra,ibi.nu.17.pa.562.

Notarius q̃ cõfecit teſtamentũ p̃ſumitur rogatus & teſtatore vt adſcribat oẽs clauſulas adhiberi ſolitas. Pr.31.li.4.n.6.45.

Notarius in teſtamẽto pręſumitur apponere verba,quæ ſignificent teſtatoris voluntatem.Præſ.79.li.4.nu.36.177.

Notarius nõn pręſumitur delinquere. Præſ.21.li.5.nu.2.507.

Notarius præſumitur potius aliquid per errorẽ feciſſe contra iuris diſpoſitionem,quàm doloſè.Præſ.23.li.6.nu.30.572.

Notarius ſi omiſit aliquid ſcribere in inſtrumento, præſumitur id potius errore eueniſſe,quã dolo.Pręſ.3.li.5.n.36.482.

Notarius pręſumitur potius obliuione ductus, quàm falſum ſcripſiſſe.Pręſ.32.li.6.nu.3.584.

Notarius ſi in actis ſcripſit,aduocatum latinè reſpondentem poſitionibus ruſtici atque idiotæ, reſpondiſſe ipſo ruſtico præſente & intelligente nõ præſumitur id doloſè ſcripſiſſe. Pręſ.21.li.6.nu.7.568.

Intellige,niſi notarius id doloſè ſcripſerit, quia debet puniri pœna arbitrio iudicis.ibi.nu.8.

Notarij probitas & integritas facit ceſſare omnem ſuſpicionem falſitatis.Pręſ.29.li.5.nu.44.506.

Notarij ſolius nominis expreſſio non redditur certũ,quis fuerit ille notarius rogatus de inſtrumẽto.Pr.15.li.6.nu.42.564.

Notarius de falſo conuictus non poteſt in poſterum alia inſtrumenta conficere:pręterita autem inſtrumenta ab eo facta non cenſentur falſa.Pręſ.41.li.5.nu.32.535.

Notarius de falſo damnatus non poteſt amplius cõficere inſtrumenta.Pręſ.21.li.5.nu.25.508.

Idẽ quãdo non eſſet adhuc dãnatus,ſed eſſet valdè ſuſpectus & diffamatus,quia inſtrumentum eius nõ valeret.ibi.n.26.

Notarius ſemel falſarius nõ poteſt cõficere alia inſtrumẽta, & inſtrumenta ab eo confecta nõvalent.Pręſ.21.li.5.nu.5.507.

Notarius ſi fuit damnatus ob inſtrumentum falſo cõfectum cætera eius præterita inſtrumenta falſa non præſumuntur. Præſ.32.li.5.nu.45.526.

Nouitates ſolent diſſidium parere.Præſ.34.li.5.nu.2.529.

Nouitates arguunt fraudes, quando aliquid teneatur contra ſolitam & antiquam conſuetudinem. Pręſ.34.li.5.nu.13.ea.

Numerus pluralis in duobus verificatur.Pręſ.150.li.4.nu.6. & 8.349.

Numerus ſingularis poteſt reſolui & verificari in numero plurali.Pręſ.125.li.4.nu.23.305.

NVMMI dicuntur potius aurum vel argentum factũ quàm maſſa:& dicuntur argentum vel aurum ſignatum. Pręſ.162. li.4.nu.5.367.

NVNDINÆ ſunt tutæ,& liberè in eis cõtrahi poteſt. Pręſ.29.li.5.nu.23.519.

Intellige quò ad acceſſum & receſſum, & ne quis aliqua in eis moleſtia afficiatur:nõ ſunt tamen priuilegiatæ, vt mercator non debeat cautè negotiari.ibi.nu.24.

NVPTIARVM nomine ex communi vſu loquendi veniũt tantùm nuptiæ carnales.Præſ.148.li.4.nu.13.348.

Nuptiæ debent eſſe conuenientes de iure & de facto. Præſ.189.li.4.nu.87.435.

Nuptiæ non contrahuntur, niſi adſit vtriuſque conſenſus. Pręſ.183.li.4.nu.11.410.

O

OBLIGANS ſe ad obſeruãdum pacem pro ſe & filiis, intelligitur de filiis natis, non de naſcituris. Præſ.127. li.4.nu.11.307.

Obligari quis non dicitur ſolo animo & ſola voluntate niſi Deo.Pręſ.99.li.4.nu.8.244.245.

Contra,ibid.num.12.pag.245.

Obligatio generalis licet non contineat ea, quæ quis in ſpecie non obligaſſet, tunc tamen non continentur, quando aliàs ipſa obligatio non valeret.Pręſ.4.li.6.nu.31.553.

Obligatus ad annuum redditum, ſi probet ſolutionem primorum & poſteriorum annorum, pręſumitur quod medio tempore ſoluerit.Præſ.36.li.6.nu.3.587.

Obliuio quare in homine aliquando præſumatur. Præſ.32. li.6.nu.1.584.

Obſtetricis manum fallacem eſſe.Pręſ.89.li.6.nu.14.661.

Occidendi animũ habuiſſe creditur, qui telo vel veneno aliquem aggreſſus eſt,vel ſtuduit necare. Pręſ.40.li.5.nu.6.531.

Occidendi animus deliberatus quando præſumatut.Pręſ.38. li.5.num.1.531.







Viginti coniecturæ animi deliberati occidendi in lib. De arbitrijs iudicum ab authore enumerantur.ibid.num. 2.

Occidens aggreſſorem tempore noctis,non cenſetur habuiſſe animum ipſum occidendi, ſed potius ſe defendendo id feciſſe. Præſ.40.lib. 5. num.26.pa.532.

Et idem dicendum, etiam ſi exceſſit modum defenſionis. ibid.num.27.

Occidens aliquem ex propoſito & per inſidias non gaudet immunitate eccleſiæ,ſed extrahi inde poteſt. Præſ.10.lib.5. num.14.497.

Occidens ſe ipſum licèt, nec in loco ſacro ſepeliri debeat, nec pro eo ſit orandum, quia tamen potuit in vitæ ſuæ extremo, conuerti permiſſum eſt pro eo orare ab ijs, qui credent ipſum fuiſſe conuerſum.Præſ.94.lib.6.nu. 12.667.

Occidiſſe ſeipſum nemo præſumitur.Pręſ.13.lib.5.nu.1.499.

Occidens enim ſeipſum Deum opt.Max.naturam & Remp. lędit.ibid.num.2.& 3.

Et cùm occidere ſeipſum ſit grauiſſimum ſcelus, non præſumitur.ibid.num.6.

Occultans & ſupprimens teſtamentum donec filius exhæredatus moreretur, ne poſſet agere de inofficioſo, contra iura id egiſſe dicitur. Pręſ.3.lib.5.num.94.485.

In Occultis accipitur ſemper interpretatio in optimam partem.Præſ.32.lib.5.num.47.526.

Occupans aliena,iniuſtè id facere præſumitur maximè ſi vi id facit.Pręſ.3.lib.5.num.91.485.

Idem in eo,qui aliena conſumit,atque in ſui vtilitate vertit. ibid.num.92.

Octauius Balbus audito falſo clamore viciniæ filium trucidari,ſponte ſe neci quàm euaſerat obtulit. Pręſ.56.libr.6. num.10.631.

Odia ſunt reſtringenda.Præſ.33.lib.6.num.6.585.

Odia reſtringi & fauores ampliari oportet.Pręſ.33.libr.5.nu. 37.528.

Odium teſtatoris erga vxorem teſtimonio duorum ſatis probari poteſt.Præſ.39.lib.4.num.69.76.

In Odioſis in dubio præſumitur interpretatio contra teſtamentum.Præſ.10.lib.4.num.26.20.

Olei plura ſunt genera.Præſ.153.lib.4.num.2.pag.352.

Oleo legato quid præſumatur legaſſe teſtator. Præſ.153.lib. 4.num.1.ea.

Quòd cibarium oleum cenſetur legatum, non autem quod deliciarum & voluptatis cauſa ſeruatur, vel valetudinis cauſa habetur.ibid.num.4.

Oleum factum ex nucibus dicitur impropriè oleum, & ſic non continetur in legato olei, niſi aliter ſe habeat teſtatoris vel regionis vſus.ibid.num.5.

Onus per modum inducitur illi, cui ſub modo relinquitur. Pręſ.146.lib.4.num.14.344.

Onus adiectum inſtitutioni non cenſetur repetitum in ſubſtitutione.Pręſ.69.lib.4.num.2.134.

Opinio minor eſt quàm fides firma, & credulitas, qua quis firmiter credit ita eſſe.Præſ.94.lib.6.num.19.667.

Opinio aliqua ſi eſt approbata in foro & iudicijs, ab ea non eſt recedendum, & ſi in contrarium ſit magis recepta doctorum opinio.Præſ.34.lib.5.num.10.529.

Ab antiqua enim fori practica non eſt recedendum. ibidem num. 11.

Opiniones nouas & ſingulares aſſerens in materia morali, eaſque pertinaciter tuetur contra omnes receptas ſententias,ſuſpectus eſt de hæreſi.Præſ.6.lib. 5.num.39.491.

Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.Præſ.60.lib.4.num.56.112.

Optione legata quid legatum præſumatur. Præſ. 150. libr.4. num.1.349.

Oratio dicitur eſſe mentis interpres. Præſ.35.lib.6.num. 7. pag.586.

Orationes quando ſunt perfectæ,qualitas poſita in vna non cenſetur in altera repetita: econtra quando ſunt imperfectæ.Pręſ.178.lib.4.num.12.399.

Orbilius grãmaticus ſui quoque nominis oblitus eſt. Præſ. 45.lib.6.num.32.603.

Ordines ſacros ſuſcipere volens,probare debet, ſe legitimè natum, quotiens de ſe contraria fama extat: ſecus ceſſante contraria fama.Præſ.54.lib.6.num.26.626.

Ornamentũ & mundus quid differant apud Iuriſconſultos. Pręſ.163.lib.4.num.2.369.

Ornamentis mulieri legatis quid præſumatur legaſſe teſtator.Pręſ.163.lib.4.num.1.5.& per tot.369.

Quòd non veniunt lapilli, margaritæ & gemmæ niſi alia appareat ex coniecturis teſtatoris voluntas.ibid.num.9.

Veniunt autem carrucæ, ſi mulier eis vtebatur. ibid.nu.10.

Oſculum impudicum arguit adulterium, vnde mulier ex eo redditur ſuſpecta,quæ ſuſpicio iudicis arbitrio pro violenta & indebita haberi poteſt. Præſ. 41. libr. 5. numero 26.534.

Contra, quod non ſit vrgens coniectura.ibid. nume.29. & 33. 535.

Oſculum eſt actus venereus & impudicus,non infert tamen fuiſſe commiſſum adulterium.ibid.num.30.

Dicitur autem adulterij præparatorium, & ſic futurum arguit.ibid.num.31.& 33.

Et ſi maritus ad probandum adulterium deducit oſculum impudicum ſuccumbet.ibid.num.33.

Oſculum impudicum non connumeratur inter coniecturas, à iure receptas ad probandum commiſſum adulterium,vnde ob id mulier dote priuari non debet.ibid.nu.35.& ſeq.

Mulier autem ob oſculum impudicum punienda eſt pœna extraordinaria iudicis arbitrio.ibid.num.37.

Et poteſt priuari legato ſibi relicto ſub conditione, ſi honeſtè vixerit.ibid.num.38.

Oues recuperans à lupo ereptas tenetur eas reſtituere verò domino, alioqui furtum committit.Pręſ.29.lib.5.n.28.519.

P

PACISCI nemo poteſt de verò adulterio nec præſumpto: ſecus de pręſumpto præſumptione hominis.Præſ.41.li. 5.num.16.534.

Paciſci nemo poteſt de re aliena.Præſ.76.lib.4.num. 20.155.

Pacta inſolita arguunt contractum ſimulatum,& fœneratitium.Præſ.3.lib.5.num.104.485.

Pactum accidens vltra diſpoſitionem ſtatuti qualitatem vel naturam obligationis non mutat.Præſ.109.lib.4.n. 42.277.

Palliola quid eſſent, & quid ſtragula,remiſſiuè.Præſ.161.lib. 4.num.5.366.

Panis an contineatur appellatione frumenti. Præſ. 151.lib. 4.num.9.350.

Pannis, qui in domo erant, legatis, non cenſentur legatæ veſtes.Præſ.161 lib.4.num.21.366.

Papa ardua eccleſiæ negotia cum conſilio Cardinalium expedire ſolet.Præſ.34.lib.6.num.8.585.

Non tamen compellitur eorum conſilium ſequi. ibid. num. 25.586.

Papa non præſumitur conceſſiſſe ea,quę irrationabilia ſunt Præſ.31.lib.6.num.4.584.

Papa ſi cohortando aliquid iubet, & aliquis recuſando exhortationem illam, negat poteſtatem, vt hæreticus puniri poteſt. Præſ.44.lib.5.num.11.537.

Papa poteſt diſpenſare circa ea, quæ lex canonica poſitiua prohibet.Pręſ 79.lib.4.num.40.178.

Papa ſi eadem die Poteſtariam Bononiæ duobus dedit, & incertum eſt cui primo dederit,præfertur is, qui eſt in poſſeſſione.Præſ.69.lib.6.num.10.646.

Papinianus tempore Septimij Seueri vixit, cui anno ſaluti 195. imperare cœpit, & illius præfectus prætorio extitit: deinde interfectus iuſſu Caracallæ.Præſ.37.lib.4.n. 18.65.

Papirius Romanus Claudiam ſororem grauidam reddidit. Præſ.17.lib.5 num.17.502.

Paradiſum non reperiri affirmans, Purgatorium, vel infernum,hæreticus præſumitur.Præſ.6.lib.5.num.12.490.

Parentes qui propriè dicantur ſecundum vulgarem hominum appellationem.Præſ.88.lib.4.num.18.206.

Parentes poſt Deum opt.max.quanti facere debeamus.Præſ. 11.lib.5.num.1.497.

Et parentum contemptus quod genus peccati ſit, & quàm graue ſcelus.ibid.num.2.& 3.

Parentibus magis tenemur quàm filijs, etſi filios magis diligamus quàm ipſos parentes:amor enim non reſpicit retrò. Præſ.106.lib.4.num.30.266.

Parentes nimis ſapientes communiter generant filios ſtolidos.Præſ.58.lib.6.num.13.633.

*Paries an & quando proprius vel communis præſumatur.*

PARIES præſumitur proprius, & non communis quando habet inſcriptionem, quod ædificatus fuit ab aliquo ſuo ſumptu.Præſ.73.lib.6.num.3.649.

Paries illius eſſe præſumitur, qui à ſuo latere immiſſum ſignum habet vltra dimidium ipſius muri, ſi autem non excedit dimidium præſumirur communis.Præſ.73.lib.6.num.10.pag.ea.

Idem quando extant feneſtræ perforantes totum murum ex parte vnius tantùm, quia illius paries præſumitur, ſi verò eſſent plures ſeruitutes vna vni vicino altera alteri, tunc paries cenſetur communis.ibid.num.11.650.

Idem quando extāt feneſtellæ ex vna parte parietis tantùm. ſi verò ex vtroque latere extant præſumitur communis.ibi.num. 12.

Idem quando extant tubuli,camini,vel latrinæ, ſi enim ſunt circa medium muri particularis illius paries præſumitur;ſi verò ſunt intra medium muri præſumitur communis. ibi. num. 13.

Idem quando extant fiſtulæ vel canales intra vel citra medium muri.ibid.num.14.

Idem quando extat inſerti lapidibus anuli, quibus alligari ſolent equi, ſi enim ab vno latere ſunt tantùm inſerti,particularis eſt partis, ſi ex vtraque parte extant, communis cenſetur.ibid.num.15.

Idem quando extant in pariete lapides illi, quibus vites ſuſtinentur,ſi ex vtraque parte ſunt,arguitur paries communis,ſi ab vno latere tantùm eius præſumitur, à cuius parte infixi ſunt.ibid.num.16.

Idem, quando extant in ipſo pariete lampades ferreæ ſi ex vtroque latere ſunt communis, ſi ex vno tantùm illius eſſe paries præſumitur.ibid.num.17.

Idem quando eodem modo extant lapides perforati.ib.n.18.

Paries talis præſumitur tutus,qualis iudicatur illa pars, in qua ſigna extant.Pręſ.73.lib.6.num.19.650.

Paries ſi non habet aliquod ſignum vnde cognoſci poſſit an ſit communis vel particularis, & annus vicinorum eſt in quaſi poſſeſſione ipſius tanquam proprij, hoc caſu præſumitur ipſius, qui eſt in quaſi poſſeſſione.Præſ. 73. lib. 6.nu. 20. 650.

Et quando ambo vicini ſunt in quaſi poſſeſſione communis cenſetur.ibid.num.21.

Et quod quando non extant nec ſigna, nec quaſi poſſeſſio vnius,vel alterius.ibid.num.22.

Paries communis regulariter præſumitur communis pro diuiſo & quare.Præſ.73.lib.6.num.26.pag.650.

Secus ſi adeo tenuis eſſet, vt ſuper eo ædificari non poſſet, quia pro indiuiſo præſumitur communis.ibid.num.27.

Paries,qui communis præſumitur, an præſumatur communis pro diuiſo, vel pro indiuiſo hoc enim multum refert. Præſ.73.lib.6.num.23.650.

Quando enim eſt communis pro indiuiſo, vnus non poteſt illum altius tollere inuito Domino.ibi.num.24.

Secus ſi eſt communis pro diuiſo.ibi.num.25.

Paries inter vicinorum domus ædificatus an, & quādo præſumatur, communis inter ipſos vicinos, vel proprius alterius eorum. Præſ.73.lib.6.num.1.649.

Quòd extantibus ſignis, quæ apponi conſueuerant parietibus ad denotandum an proprius, vel communis ſit paries ipſis adhibenda eſt fides.ibid.num 2.

Paries qui habet ſculpta inſignia præſumitur eius cuius ſunt inſignia.Præſ.73.lib.6.num.5.649.

Parochianus is dicitur, qui totum annum partémue anni maiori habitat in aliqua parochia ibique adiuit diuina, & percipit eccleſiæ ſacramenta.Pręſ.88.lib.6.num.1.661.

Parochus is dicitur,ſub cuius parochiali eccleſia contrahere volentes totum annum vel maiorem partem habitant. Præſ.88.lib.6.num.3.ea.

Pars ſanior præfertur maiori numero niſi in numero magnus eſſet exceſſus.Præſ.85.lib.6.num.4. 659.

Partes ſi conueniunt facere vnum, & deinde contrarium fecerint, præſumuntur id potius errore feciſſe, quàm vt ſe corrigerent.Præſ.37.lib.6.num.10.589.

Partus quamplures fuiſſe editos cæſo ventre, vt C.Iulij Cęſaris. Præſ.52.lib.6.num.18.& 16. 619.

Partus imperfecti aliquando ſunt vitales, & ſuccedere poſſunt.Præſ.52.lib 6.num.24.pag.ea.

Partus quinquagenariæ etſi mirabilis, legitimus eſſe poteſt ſanctione Iuſtiniani.Præſ.24.lib.5.num.6.512.

Partus ſeptimeſtres vitales ſunt.Præſ. 52.lib.6.num.10.618.

*Partus ſuppoſitio an & quando præſumatur, & quomodo probari poßit.*

PARTVS ſuppoſiti crimen inter delicta falſitatis enumeratur, & an & quando præſumatur. Præſ.24.lib.5.nu.1.512.

Partus præſumitur ſuppoſitus, quando mulier eius eſt ætatis,vt ſecundum naturam concipere nequeat, vt ſi exceſſit quinquageſimum annum.ibid.num.4.

Et quid de partu mulieris non excedentis quinquageſimum annum.ibid.num.5.

Partus cenſetur ſuppoſitus, ſi mulier ſtetit diu ſterilis, & vſque ad illud tempus, in quo ſe peperiſſe aſſerit:ſed non ſatis verè,vt ibi.num. 11,

Partus ſuppoſitio præſumitur, quando mulier aſſerens ſe prægnantem paſſa non eſt ventrem inſpici & cuſtodiri: & quomodo ſit huiuſmodi partus ſuſpectus.ibi. nu. 15.pa.511.

Idem quando mulier receſſit ex vrbe, & rus ſe contulit,nulla ſecum ducta obſtetrice, nullaque re neceſſaria ad puerperium.ibid.num.16.

Atqui ſuſpicionem potius hoc arguit quàm ſuppoſitionē.ib.

Partus ſuppoſitio pręſumitur, quando conſtat, iam paulò ante natum fuiſſe ex alia puerum, & hunc traditum alicui magna familiaritate coniuncto illi mulieri, quæ ſe nunc peperiſſe dicit.ibid.num.17.

Idem quando teſtibus probatum eſt, quòd eo tempore, quo mulier aſſerebat ſe grauidam, viſa eſt ab ea decidi aliqua culcitra,qua venter tumidus fieri poterat.ibid.num.18.

Partus ſuppoſiti coniectura ducitur, vt ſi mulier poſt mortem mariti ſe nunquam prægnantem eſſe dixit per longum temporis ſpacium.Pręſ.24.lib.5.num 19.

Idem quando nullus præſens fuit tempore, quo mulier ſe peperiſſe dixit.ibid.num.20.

Idem quando partus editus non aſſimilatur ipſi mulieri, nec eius marito:ſed leuis eſt hæc coniectura. ibi.num.21.

Idem quando fama oritur, partū fuiſſe ſuppoſitum.ib.n.22.

Idem ſi mater confeſſa eſt, ſe partum ſuppoſuiſſe.ibid. n.23.

Partus ſuppoſitus non præſumitur,quando nulla extitit cauſa ſupponendi ipſum partum.ibid.num.25.

Idem quando nulla extat ſpes lucri vel commodi ſupponendi partum ibid.num.26.

Idem ſi probatur ſumma mulieris probitas & integritas. ibi. num. 27.

Idem quando mulier de huiuſmodi crimine accuſata ſponte ſe iudici præſentauit: & carcerem libenter eſt ingreſſa. ibid.num.28.

Idem quando filius,qui aſſeritur ſuppoſitus, diu perſeuerauit in quaſi poſſeſſione filiationis.ibid.num.29.pag.514.

Partus ille non præſumitur ſuppoſitus quem amor paternus filium eſſe oſtendit. Præſ.56.lib. 6.num.3.631.

Partus fœtúſque mulieris quibus ſignis aut coniecturis cognoſci poſſit perfectè vel immaturè editus. Præſ.52. lib.6. num. 1.618.

Qui enim partum immaturè ac intempeſtiuè editum aſſerit,præſumptionem contra ſe habet.ibid.num.2.& 4.

Partus immaturitas atque imperfectio validis atque vrgentibus præſumptionibus probari debet.ibi.num.5.

Partus dicitur aliquando immaturus aliquando imperfectus.ibid. num.6.

Immaturus dicitur, cùm intempeſtiuè editus eſt imperfectus, cùm ad ſui corporis perfectionem aliquid deficit. ibid.num.7.

Et immaturus is creditur, qui editus ante ſeptimum menſem eſt,vel octauo menſe.ibid.

Partus immaturitas ex eo præſumitur,quod maeſtra, ſeu ſecunda,vel illa pellis, in qua partus eſt inuolutus, non eſt matura: & immaturam tunc eſſe dicunt obſtetrices,cùm inciſa ſanguinem non emittet,ibid.num.16.619.

At



At coniecturam hanc non eſſe veram & probabilem oſtenditur ibi.num.17.

Et nunquid ex vehementi tuſſi, qua affligebatur mulier partus immaturitas coniecturari poſſit,ita quod abortum feciſſe dicatur.ibid.num.20.& ſeq.

Partus ſuppoſitio teſtibus probari poteſt. Pręſ.24.lib.5.num. 3.512.

Paſſum continetur nomine vini,& quid ſit. Pręſumpt.152.li. 4.num.19.352.

Parum & nihil æquiparantur.Pręſ.29.lib.6.num.25.583.

*Patris amor erga filios quantus ſit.*

PATRIS erga filium tantus præſumitur amor, vt magis velit filio quàm ſibi beneficium conferri.Pręſ.96.lib.4.num. 25.240.

Patris amor,& affectio erga filium incredibilis eſt: & præſumitur magis ipſum filium diligere quàm eccleſiam,maximè quo ad legitimā. Pręſ.83.lib.4.nu.37.& 44.189.

Patris erga filium tam incredibilis eſt amor vt propriam gloriam quam ipſi vitæ anteferre ſolemus gloriæ filij poſtponere ſoleat.Pręſ.56.lib.6.num.13.631.

Pater & filius quo caſu cenſeatur vna & eadem perſona.Pręſumpt.18.lib.4.num.36.29.

Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona. Pręſ.89.lib. 4.num.79.218.

Patris & filij vna & eadem cenſetur perſona, & filius dicitur portio corporis ipſius patris:& pater & filius cenſentur vna caro.Pręſ.18.lib.4.num.27.33.& 37.28.29.

Patris, & filij non reputatur eadem perſona in prudentia,& fide. Præſ.58.lib.6.num.12.633.

Pater præſumitur diligere filium pluſquam ſeipſum, & dicitur eadem perſona cum filio.Pręſ.37.lib.4.num.12 65.

Pater non minus diligit filium quàm ſeipſum,vnde præſumptio eſt,quod quemadmodum quis ſeipſum offendere nolit: ita etiam nolit filium lædere, & ſi quid in filium commiſit, id correctionis gratia admiſiſſe præſumitur. Præſ.14. lib.5. num.1.499.

Pater cenſetur magis diligere filios quàm propriam vxorem. Pręſ.139.lib.4.num.6.323.

Pater pręſumitur plus filium diligere quàm vxorem, præcipuè quando agitur de ſucceſſione. Pręſ.141. libr.4.nume. 20.333.

Pater pręſumitur magis diligere filium, quàm extraneam ſobolem. Pręſ.186.libro 4.num.35.420.

Et pręſumitur ſemper voluiſſe conſeruare ius legitimæ ſucceſſionis inter ſuos ipſos filios.ibid.num.36.

Pater quando, & quantum præſumatur diligere filium,præſumitur enim ſemper eum diligere,& hoc præſumptione Iuris ſumpta ab ipſa natura.Pręſ.56.lib.6.num.1.631.

Et pater vel mater non præſumuntur illi qui filios non diligunt.ibid.num.2.

Pater præſumitur plus diligere filium,quam ſemetipſum.Præſumptio.56.lib.6.num.4.631.

Et ſi pro delicto torquenti ſunt pater, & filius, primum torquendus eſt filius in conſpectu patris, vt pater ipſo citius verum confiteatur,vt qui magis timeat in filio,quàm inſemetipſo.ibi.num.5.

Pater quantum affligatur videns pro peccatis ſuis filium pati. Pręſ.56.lib.6.num.7.pa.631.

Pater non dicitur liberatus à carcere,ſi filium ibi dimiſit, vel obſidem dedit.Pręſ.56.lib 6.num.11.pa.ea.

Partes magis terrentur in perſonam filiorum quàm in propriam.Præſ.33.lib.5.num.8.527.

Pater præſumitur æquè diligere filios primæ & ſecundæ vxoris.Pręſ.75.lib.4.num.2.151.

Pater teſtando præſumitur magis dilexiſſe filios quàm extraneos.Præſ.130.lib.4.num.15.312.

Pater teſtando præſumitur magis diligere ſuos deſcendentes, quàm ſubſtitutum extraneum. Pręſ.186.lib.4.num.20.419.

Pater præſumitur ſumere bonum conſilium pro filio. Præſ. 54.lib.4.num.9.97.

Pater præſumitur voluiſſe ſumere bonum conſilium pro filio Præſ.36.lib.4.num.3.58.

Pater preſumitur capere bonū conſilium pro filijs. Pręſ.81. li.4.num.30.182.

Pater pręſumitur ſemper bonum conſilium pro filio ſumere. Pręſ.56.lib.6.num.15.631.

Et præſumitur perſæpe inuiſere conſueuiſſe ipſum filium in Gymnaſio exiſtentem.ibi.num.16.

Et pro filio tandem omnia vult pater.ibid.num.17.& ſeq.

Pater præſumitur velle ſeruare ęqualitatem inter filios.Pręſ. 26.lib.4.num.22.41.

Pater non præſumitur contemplatione filij naturalis velle excludere filium legitimum:& ideo ſi filio ſuſtiiuit alium filiū naturalis nō faciet deficere conditionem.Præſ.78.lib.4.nu. 62.172.

Pater ſi donat filio benemerito non expreſſis ipſis benemeritis,præſumitur donaſſe illorum contemplatione,alioqui donatio non valeret. Pręſ.4.lib.6.num.23.pa.553.

Pater non præſumitur dolo facere,ſi filium, quę in poteſtate habet, non exhibet.Præſ.29.lib.6.nu.8.582.

Pater præſumirur magis diligere natum filium ſe viuo quàm natum ſe mortuo.Præſ.36.lib.4.num.10.58.

Si in teſtamento igitur dicat ſi me mortuo naſcetur & naſcatur & viuo, & non mutauit teſtamentum cum potuerit, præſumitur velle deceſſiſſe inteſtatus. ibi.num.11.pa.59.

Pater præſumitur magis diligere natum ſe viuo, quàm naſciturum ſe mortuo.Præſ.26.lib.4.num.15.40.

Pater cenſetur magis diligere filios natos quàm naſcituros. Pręſ.33.lib.5.num.22.527.

Patris culpa vel peccatū nō debet nocere filio in his, quæ ipſe filius aliunde habet.Pręſ.96.lib4.num.21.240.

Patris factum non debet obeſſe filio. Pręſumpt.38.lib.4.nu. 13.68.

Patris macula filijs antea natis minimè præiudicare debet, quin vti poſſint priuilegiis, quibus vti poterant ex paterna dignitate ante crimen commiſſum. Pręſump.33.lib.5.nume 39.528

Patris profeſſio filio nocere non poteſt,Præſump.55.lib.6.nu. 20.630.

*Pater atque teneatur.*

PATER tenetur de iure communi præſtare alimenta filio & eius vxori. Pręſ.157.lib.4.num.41.360.

Pater naturalis tenetur ad impenſam ſtudiorum pro filio naturali: tenetur enim ad pietatis officia erga filium.Pręſ.191. lib.4.num.20.451.

Pater non tenetur filium diuitem alere. Præſ.96.lib.4.num. 25.240.

Pater non tenetur filio emancipato reſtituere illud, quod eſt ſibi relictum.Pręſ.23.lib.4.num.6.35.

Pater cogitur conſentire filio recipienti dotem ab vxore, & ſe obligare. Pręſumpt.190.libro 4.nume.12.& 14.pag.446. & ſeq.

Pater vel Mater non poſſunt obligare filium Religioni tradendo ei habitum ipſum religionis. Pręſ.83.lib.6.num.11. 657.

*Pater an & quando teneatur filia dotem conſtituere.*

Pater tenetur filiæ dotem cōſtituere, & ſic etiam ipſam alere. Præſ.191.lib.4.num.4.450.

Et eius ſucceſſor ita tenetur præſtare alimenta filio ſicut tenebatur ipſe pater.ibid.num.5.

Pater licet teneatur iure naturæ filium alere,non tamen tunc tenetur,cum ipſe filius ſua lata culpa aſſignatam pro alimētis portionem malè conſumpſit & dilapidauit.ibid.num.9.

Et non tenetur dotare filiam, quæ ſibi ſemel aſſignatam malè conſumpſit.ibid num.11.

Pater non ſolùm tenetur alere filium de præſenti, ſed etiam ea facere, quibus in futurum ſeipſum alere & tueri poſſit. ibid.num.13.

Et ſi filio aluerit,& neceſſaria eis non præſtiterit, anathema cenſetur.ibid.num.16.pa.451.

Non ſolum enim tenetur filio ad alimenta, ſed etiam ad alia onera,quæ patri incumbunt.ibi.nu.18.

Pater iure tenetur filiam dotare. Pręſ.189.lib.4.nu.6.428.

Et tenetur pro filio dotem recipere,& poteſt ad hoc cogi.ib. num.24.pa.430.

Et ſi non dotauit filiam dum viueret,ſed dotem conſtituit in teſtamento,an id facere potuerit de rebus quæ ſubiacent reſtitutioni fideicommiſſi.ibid.num.44.pa.432.

Pater

Pater quando aliquid ſimpliciter relinquit filiæ, præſumitur dotis nomine reliquiſſe.ibi.num.49.ea.

Et nunquid poſſit alienare bona fideicommiſſi pro dotanda filia, quæ iam eſt matrimonio copulata, cùm non teneatur dotare filiam iam nuptam.ibi.num.52.pa.433.

Pater poteſt filiam exhæredare,quæ ſe inuito nupſit, niſi ipſam iã ætate annorum 25.affectam neglexerit matrimonio copulare.ibi.nu.54 eadem.

Tenetur autem filiæ dotem dare,quæ nupſit ipſo conſentiente,ſiue dos ſibi fuerit promiſſa, ſiue non.ibi.nu.56.

Et tenetur ipſi filiæ dotem conſtituere, etiam ſi ipſo inconſulto nupſit viro indigno, ſi 25.exceſſit annum.ibi.nu.58.

Et id fortius procedit,ſi nupſit viro digno.ibi.num.59.

Quid autem ſi ante 25.annum patre inſcio nupſit viro digno, & iam ipſi dos promiſſa fuerat.ibi num.60.

Et quid ſi in dicto caſu nulla dos fuerat promiſſa.ibi.nu.61.

Et nunquid bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari pro dote conſtituenda in ſupradictis caſibus.ibi.

Pater tenetur dotare filiam non iure obligationis, ſed iudicis officio.ibi.num.62.ea.

Contrà,quod imò iure actionis tenuatur.ibid.num.64.

Pater tenetur dotare filiam etiam diuitem,ad alimenta verò ei non tenetur.ibi num.68.pa.433.& 434.

Et tenetur dotare filiam iam nuptam & ob id poteſt alienare bona fideicõmiſſi pro dotis cõſtitutione.ibid.n.72.434.

Tenetur enim ipſi filiæ dotem conſtituere, & ipſam matrimonio collocare.ibi.num.73.

Pater nunquid teneatur dotẽ conſtituere filię ex bonis fideicommiſſi,ſi ipſa ante 25. annũ ipſo patre inſcio nupſit indigno,& ipſi dos non fuit promiſſa.ibi.num.76.& ſeq.

Pater ita tenetur filię dotem conſtituere pro matrimonio ſpirituali,ſicut & pro temporali.ibi.num.91.pa.435.

Et tenetur filiæ vltra legitimam aliquid dare, quando legitima eſt adeo tenuis,vt viro copulari non poſſit, niſi dos excedàt legitimam.ibid.num. 104.pa.437.

Et ſi reliquit ipſi filiæ legitimam, quæ ſufficit pro dotis conſtitutione,non poteſt alienare ipſa bona fideicommiſſi pro conſtituenda ſibi dote.ibid.num.117.pa.438.

Et quid ſi reliquit legitimam filio, qui habuit etiam Trebellianicam,& omnia is cõſumpſit,nunquid filia dotanda poſſit alienare bona fideicommiſſi,quæ tantum ſuperſunt.ibi. num. 118.

Et quid ſi ipſe teſtator grauauit filiosreſtituere omnia bona, & prohibuit alienationem etiam ex cauſa dotis,nulla dote relicta filiæ, quæ à fratribus excluditur ex diſpoſitione ſtatuti.ibi.num. 119.

Pater non poteſt aſſignare filiæ pro dote feudum quando habet alia bona libera, ex quibus poſſit eam dotare.ibid.nu. 170.443.

Pater ſi reliquit dotem filiæ, quæ eſt excluſa à ſtatuto propter maſculos,præſumitur purè legaſſe. Præſ.146.li.4.num. 43.346.

Pater ſi iam filiæ dedit dotem, & deinde mortuo genero eã dotem exegit,& eidem filiæ poſtmodum legatũ fecit, præſumitur animo cõpẽſãdi feciſſe.Præſ.109.lib.4.nu.22.275.

Idem quando econtra, pater fecit legatum filię,& deinde ei dotem numerauit,hæc enim numeratio dicitur facta in cõpenſationem legati.ibid num.23.

Si autem legat filiæ non expreſſo dotis nomine,intelligitur legaſſe pro dote,& ſic animo compenſandi.ibi.num.24.

Idem quando non ipſe pater dotem numeraſſet pro filia, ſed eius filius.ibid.num.25.

Idem dicendum quò ad acceſſoria dotis & eius appendicijs, in compenſationẽ enim dicitur factum legatum.ibi.n.27.

Idem quando compenſatione reiecta ex ipſo legato, congrua dos remaneret apud filiam.ibi.num. 28.

Pater ſi aliquid legat filię quam dotare tenetur, cenſetur legaſſe animo compenſandi cum dote.Præſ.109.lib.4.num, 7.274.

Pater ſi relinquit centum filiæ ſi nubet, & quinquaginta ſi monaſterium ingrediatur : non valet hæc diſpoſitio. Pręſ. 189.lib.4.num.92.435.

Pater licitè poteſt legare filię mille, ſi nupſerit,& ſi monaſterium ingrediatur ducenta tantum. Præſ.83.lib.4.nu.4.186.
Contra,nu 26.& male.pa.188.

*Pater quid teneatur relinquere filijs, & quos ipſis ſubſtituere debeat:quando poßit ipſos grauare:quos alios inſtituere poßit. Et quando poßit filios exhæredare.*

Pater & cæteri aſcendentes præſumuntur velle relinquere hæreditatem filij, & deſcendentibus ex eis. Pręſ.33.lib. 4.num.2. pa.50.

Patris hæreditas magis debetur filio quàm econuerſo.Præſ. 33.lib.4.num.3.ea.

Pater ſi habet prolem legitimam, prohibetur relinquere nepoti ex filio ſpurio.Præſ.96.lib.4.num.26.240.

Idem ſi ipſe nepos natus eſſet ex filio inceſtuoſo.ibi.nu.27.

Pater ſi in teſtamento duos filios inſtituit, vniuerſaliter vnum, & alterum in re certa inſtitutus ille in certa quare nõ habeatur pro legatario.Præſ.20.lib.4.num.5.31.

Et quid ſi vſus eſt verbo obliquo vel communi iuncto verbo directo.ibi.num.6.

Pater inſtituto filio poſt eius mortem ſubſtituit ei Titium nepotem ex d.filio.Deceſſit d. filius grauatus relictis d.Titio & alijs filijs : nunquid omnes d. filij concurrant cũ Titio, an verò ipſe Titius cõſequatur dimidiam hæreditatem iure fideicommiſſi, & concurrat in alia dimidia cum alijs fratribus.Præſ.89.lib.4.nu.115.223.

Pater ſi vna cum filio extraneum inſtituit, & vtrunque grauauit reſtituere,in perſonam filij ſubintelligitur conditio, ſi ſine filijs deceſſerit. Præſ.89.lib.4.nu.52.214.

Secus in perſonam extranei.ibi.

Pater inſtituta filia in re certa,& in reliquis excluſa, ſi inſtituit filios,& vno eorum decedente ſine filijs ſubſtituit ſuperſtitem,ſub illis verbis, ſine filijs non comprehenditur neptis teſtatoris ex filio prædefuncto,ſed excluſa cenſetur. Pręſ.85.lib.4. num.8.199.

Idem quando pater ſubſtituit agnatos in perpetuũ.ibi.nu.9.

Idem quãdo extant alia ſigna, quibus demonſtrauit teſtator, velle bona conſeruari in familia.ibid.nu.10.

Idem ſi extat ſtatutum in ciuitare,quod in ſucceſſione inteſtari fœminę excludantur ſtantibus maſculis.ibi.nu.11.

Pater filia in re certa inſtituta, ſi inſtituit filium, cui ſine filiis decedenti ſubſtituit extraneũ, an fœminas comprehendiſſe præſumatur.ibid.num.12.

Quid ſi inſtituit filios, quos inuicem ſubſtituit, relicta fœmina,cui aliquid reliquit, & dixit:Et ſi omnes filij decederent ſine filijs, ſubſtituo filiam in vita tantùm:ſi deceſſit vnus filiorum relicta filia,an ipſa faciat deficere conditionẽ ad excluſionem aliorum.ibi.nu.13.

Pater ſi duas filias in certis rebus inſtituit, & duos filios inſtituit hæredes vniuerſales,deinde dixit omnes filios meos inuicem ſubſtituo, an fœminę cenſeantur inuicem ſubſtitutę cum maſculis vulgari ſubſtitutione. Pręſ.60.lib.4.nu. 11.108.& num.ſeq.cum declaratione vt num.14.& 15.109.

Pater ſolo nutu teſtari poteſt inter liberos.Pręſ.19.lib.4.nu. 12.31.

Pater poteſt teſtari ꝓ filio furioſo, ſi is perpetuo ſit furioſus. Præſ.50.lib.4.nu.15.90.

Et quid ſi habet dilucida interualla.ibi.

Pater pro filio impubere teſtari poteſt nempe ei pupillariter ſubſtituẽdo vſque ad pubertatem:vltra pubertatem ſecus. Præſ.47.lib.4.num.86.

Pater ſi vſus eſt in teſtamento verbo obliquo tantùm, non præſumitur hęredem feciſſe. Præſ.20.li.4.nu.9.31.

Pater ſi in primo teſtamento reliquit iure inſtitutionis,& in ſecundo ſimpliciter, qualitas iure inſtitutionis non cenſetur repetita in ſecũdo teſtamento. Pręſ.176.lib.4.n.4.397.

Pater præſumitur adhibere voluiſſe clauſulam codicillarem in teſtamento inter liberos. Pręſ.31.lib.4.num.16.46.

Pater nõ cenſetur extraneum propriæ ſoboli velle præferre. Præſ.37.lib.4.num.14.65.

Pater ſi filio ſuo impuberi ſubſtituit,ſi in pupillari ætate deceſſerit:an is filius pręſumatur deceſſiſſe impubes.Pr.182. lib.4.nu.4.408.

Pater poteſt filio pupillo ſubſtituere ex quadam diſpenſatione contra communes iuris regulas, quæ tamen eſt fauorabilis.Pręſ.39.lib.4. num.53.55.& pa.75.

Pater ſubſtituendo filio eius perſonam ſubſtinet, & dicitur facere quod ipſe filius feciſſet.Præſ.39.li.4.nu.63.pag.ead.



Pater ſubſtituendo nomine filij præſumitur diſponere ſicut diſpoſuiſſet ipſe filius ſi teſtari potuiſſet.Præſ.39.lib.4.n.81. & nu.85.77.

Pater non poteſt facere exemplarem ſubſtitutionem filio ſui iuris effecto,cùm ſit quemadmodum extraneus.Præſ.50.li. 4.nu.5.89.

Pater ſi ſimpliciter grauat filium ſuum hæredem inſtitutum poſt mortem ſuam reſtituere eccleſiæ, intelligitur ſi ipſe filius deceſſerit ſine filiis.Præſ.83.lib.4.nu.38.190.

Pater ſi inſtituit filium, & ipſum grauauit poſt mortem ſuã reſtituere alteri ſubintelligitur cõditio,ſi ſine liberis deceſſerit.Præſ.89.lib.4 num.19.212.

Et idem quãdo auus inſtituit nepotem, vel proauus pronepotem.ibid.

Pater non præſumitur grauare velle filium onere fideicommiſſi.Præſ.71.lib.4.nu.4.141.

Pater non poteſt grauare filium in eius legitima, poteſt tamen filio impuberi ſubſtituere,atque ita pro eo teſtamẽtum facere.Præſ.72.lib.4.nu.2.& nu.3.146.

Pater ſi diuiſit bona inter filios,& ea illis aſſignauit, iuréque dominij tranſtulit,ſi decedit condito teſtamento,in quo ipſos grauauit ad reſtitutionem, non tenentur dicta bona reſtituere ſic ipſis aſſignata & ibi redditur ratio.Præſ.196.li. 4.nu.12.463.

Secus ſi filijs eadem bona conceſſerunt patri cum facultate teſtandi.ibid.nu.13.

Pater quãdo relinquit filio illegitimo,cùm factus erit legitimus & capax ſucceſſionis, ipſi filio ſtatui poterit terminus, intra quem ſe legitimari faciat,alioqui ſit excluſus.Pr.96.li. 4.num.38.241.

Patri ſicut non eſt permiſſum aliquid relinquere filio ſpurio, ita nec eſt ei conceſſum vt prohibeat moleſtiam ipſi ſpurio inferri.Præſ.95.lib.4.nu.9.239.

Et hæc prohibitio habet locum,vt nec pater poſſit aliquo titulo oneroſo ipſi ſpurio relinquere.ibi.nu.10.

Et idem quando ſpurius caperet manus aliena ex diſpoſitione ipſius patris.ibi.nu.11.

Pater ſi legauit vxori aliqua in vita, & deinde vxorem & filiam æqualiter inſtituit,& ſi filia ſine liberis deceſſerit,voluit totam eius hæreditatem peruenire ad eccleſiam exceptis legatis,nunquid mortua vxore ſuperſtite filia debeantur eccleſiæ legata.Præſ.37.lib.6.nu.12.589.

Pater ſi propria pecunia acquiri emphiteuſim pro ſe & filio ſpurio,admittitur ſpurius cauſa alimentorum,niſi alimenta excederent debitam quantitatem.Præſ.96.li.4.nu.30.240.

Pater præſumitur bona mente exhæredaſſe filium.Præſ.28. li.4.nu.2 & 4.pag.44.

Et quando mala mente præſumatur id feciſſe.ibi.nu.5.

Pater præſumitur bona mẽte filium exhæredaſſe,quãdo iuſſit hæredi ſcripto reſtituere integram hæreditatem vel ſaltem legitimam ipſi filio exhæredato.ibid.num.7.

Et quàm ſit vtilis hæc exhæredatio.ib.nu.8.& 9.

Pater ſi præteriuit poſthumum in teſtamento, in quo appoſuit clau.codic.conceptam hoc modo ſi non valeret an cenſeatur filius grauatus onere fideicommiſſi erga hæredem ſcriptum.Præſ.32.li.4.nu.6.47.

Præteritum imperfectum includit tempus præſens, & futurum ibi.& quid operetur,& quando non verificetur de futuro. ibi.

Pater poteſt bona ſua vendere, & pretium in mare proiicere in præiudicium filiorum.Præſ.83.li.4.nu.7.186.

Pater ignoranter præterito poſthumo adiecta clauſula in teſtamento ſi non valebit & c.ſi extant coniecturæ,ex quibus colligi poſſit ipſum voluiſſe grauare onere fideicommiſſi, ſi rumpet teſtamentum, an pręſumatur grauatus.Præſ.32. lib.4.nu.10.48.

Pater qui ignoranter præterijt poſthumum adiecta clauſula ſi non valebit & c.ſi nato poſthumo tandiu ſuperuixit quod potuiſſet mutare teſtamentum, & non mutauit, an præſumatur grauaſſe ipſum filium, vel potius voluiſſe decedere inteſtatus.Præſ.32.lib. 4.nu.12.pag.ea.

Et quid ſi nato poſthumo pater morte præuentus an potuit mutare teſtamentum.ibi.nu.13.

Quid ſi pater non modo non cogitauit de poſthumo verum nec vlla ſpes erat,quod naſceretur an illa clauſ.operetur onus fideicommiſſi.ibid.nu.14.

Pater ſi ſcienter præteriit filium iam natum, quid præſumatur ipſum velle operari clauſulam codicillarem.Præſ.32.li. 4.nu 2.47.

Et quid ſi præteriuit poſthumũ in teſtamento in quo appoſuit clauſulam codicillarem conceptam verbis præſentis temporis ſi non valet & c.an nato poſthumo rumpatur teſtamentum.ib.3.

Pater ſi ſcienter præteriit poſthumum adiecta clauſula codi. in teſtamento concepta verbis futuri temporis an præſumatur voluiſſe grauare poſthumum reſtituere fideicõmiſſum hæredi ſcripto in teſtamento.Præſ.32.li.4.nu.7.48.

Et quid ſi pater cogitauit in ſpecie tantummodo de poſthumo quem præteriit appoſita clauſula in teſtamẽto.ibi.n.8.

Et quid ſi ipſe pater ignoranter præteriit poſthumum cum eademmet clauſula.ibid.nu.9.

Pater non præſumitur filium iniuſtè exhæredaſſe.Præſ.10.li. 4.nu.12.19.

Nec moriens præſumitur immemor vitæ æternę.ibi.

Pater tres habens filios,ſi duos tantùm hæredes fecit,& tertium quem ſolebat habere, non nominauit,pręſumitur eũ tacitè exhęredaſſe Pręſ.36.li.4.nu.30.60.

Secus ſi pater,vel mater non cogitauit de tertio filio naſcituro,nec potuit morte pręuentus mutare teſtamentum.ibi.35.

Patri acquiritur vſusfructus ex bonis filios relictis Pręſ.23. li.4.nu.5.35.

Pater non poteſt rem filiis ſine decreto alienare.Pręſ.38.li.4 nu.10.68.

Pater,auus, & reliqui aſcendentes quo caſu inter extraneos hæredes numerentur,quibus inſtitutis,vxor relicta vſufructuria conſequatur ipſum vſumfructum,non autem ſola alimenta.Præſ.140.li.4.nu.3.& 4.pag.329.& ſeq.

*Patre & filio ſimul defunctis,quis primo obijſſe præſumatur.*

Pater & filius ſi vnà in bello mortui ſunt, & dubitatur, quis primò ſit vita functus,pater prius præſumitur mortuus. Pr 48.li.6.nu.2.608.

Pater & filius pubes ſi vnà ſimul perierunt bello,ruina aut naufragio,& agitur de ſuperexiſtẽtia reſpectu ſucceſſionis quis primò mortuus pręſumatur.Pręſ.50.lib.6.n.21. 614.

Pręſumitur enim pater ordine naturę mori ante filium.ibid. nu,22.

Quòd patre & filio eodem tempore mortuis tunc pater prius deceſſiſſe pręſumitur, quando pia cauſa habet ſuccedere. ibi.nu.25.

Cum declaratione.vt ibi.nu.26.

Secus ſi coniecturis apparet filium prius deceſſiſſe.ibi.nu.27.

Non pręſumitur autem quod filius pubes ſuperuixerit patri in ſupra dicto caſu,quando agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis extranei.ibi.nu.28.& nu.29.pag.615.

Quando autem agitur de ſuperexiſtentia reſpectu patris vel alterius aſcẽdentis, pręſumitur filium prius deceſſiſſe,& qua re ibi.nu.30.

Idem ſi filius ſit impubes.ibi.nu.32.

Idem dicendum in filio vel filia, qui paululum exceſſiſſent ętatem pupillarem.ibid.nu.33.

Patre & filio,marito vel vxore in bello, vel naufragio ſimul mortuis,ſi ignoratur,quis primo deceſſerit,is ſucceſſor pręfertur qui poſſidet.Pręſ.69.lib.6.nu.11.646.

*Pater qua pœna poſsit filium afficere:quando ipſum poſsit natalibus reſtituere,& an poſsit illum legitima priuare.*

Pater poteſt iuſtè requirere iudicem, vt carcerari faciat filiũ ſuum,& cum certa à ſe deſignata pœna afficiat.Pręſ.14.li.5. nu.2.499.

Declara id non procedere, quando pater non eſſet perſona honeſta & diſcreta.ibi.nu.3.

Pater ſi relegat,filium in aliquo loco,vel carcerari includat, non poteſt accuſari de carcere priuato, quia animo corrigendi ipſum id feciſſe cenſetur.ibi.nu.4.

Præſumitur

Præſumitur enim ob pietatem paternam eum potius retinere ſub cuſtodia quàm in carcere.ibid.nu.5.
Pater verberans filium ſuum clericum non incidit in excõmunicationẽ,quia prẹſumitur id feciſſe animo corrigẽdi ipſum ibi.nu.6.
Et ſi excedit modum in caſtigando ipſum filium punitur ſolùm de exceſſu,non autem de omnibus percuſſionib.ibi.u,7.pag.500.
Pater offerens filium ſuum nocentem iudici.non præſumitur offerre, vt ipſum ſummo ſupplicio afficiat, imò filius ſic oblatus mitiori pœna erit puniendus.ibid.nu 8.
Idem de patre & filio hebræis.ibi.
Pater ſicut poteſt filium illegitimè natum iuſtis natalibus reſtitui facere aliis filiis inuitis,an pariter poſſit ipſemet filius mortuo patre legitimationem impetrare, ſi pater ipſe fuit huius propoſiti.Præſ.80.lib.4.num.1.178.
Quòd poſſit,multorum authoritate probatur.ibi.pag.179.
Quomodo autem conſtare poſſit de hac patris voluntate & an ſufficiant coniecturæ.ibid.nu.2.
Pater præſumitur voluiſſe filium legitimari, quando dedit mandatum procuratori, vt impetraret, legitimationem,& non perfecta legitimatione deceſſit.ibid.nu.6.
Secus quando vel verbis vel facto declaraſſet voluntatem ſuam,quod non vult filium legitimari vel laceraſſet reſcriptum impetratæ legitimationis.ibid.nu.7.
Pater cenſetur voluiſſe filium legitimari, quando ſua epiſtola ſignificaret velle illũ legitimare.Præſ.80.lib.4.nu.8.179.
Idem quando in teſtamento dixit, quod volebat hunc filiũ quem naturalem eſſe ſciebat,fore ſibi legitimum ſucceſſorem.ibi.nu.9.
Et idem etiam quando prædictum teſtamentum defectu ſolennitatem vel alterius cauſæ effectum eſt nullum.ibi.n.10.
Idem quando ipſe pater in teſtamento filio naturali pupillariter ſubſtituit nulla mentione facta, quod eſſet naturalis.ibi.nu.11.
Et idem dicendum,quando pater inſtituiſſet hunc filium illegitimum ſub cõditione, quando capere poterit.ibi.n.12.
Pater vel mater ſi aſſerunt aliquem eſſe filium ſuum,intelligitur quod aſſerant eſſe legitimum.Præſ.54.li.6.nu.21.626.
Pater ſi relinquit filio legitimam, & eccleſiam in reſiduum hæredem inſtituit, non valet teſtamentum fauore eccleſiæ.Præſ.189.li.4.nu.128.439.
Si autem inſtituit filium,& eum grauauit reſtituere, demonſtrauit,ſe velle priore loco prouidere filiis,deinde eccleſię.ibi.nu.129.
Patri permiſſum eſt,ne aliquid relinquat filio profeſſo vltra eius legitimam.Præſ.83.lib.4.nu.11.186.
Pater familias ille præſumitur, qui communi opinione ita habitus eſt,ob id, quod ſe pro tali gerebat.Præſ.55.li.6.nu.29.630.
Patria dicitur communis omnium noſtrûm parens, pro qua nos totos ipſi dedere,& pro ea mori,atque in ea omnia noſtra ponere ac quaſi conſecrare debemus.Præſ.12.lib.5.nu.2.498
Et quid non diligit eam impius præſumitur.ibi.nu.3.
Patriæ multa debemus, multa parentibus & multa multis, ſed filiorum cauſa omnia volumus.Præſ.56.li.6.nu.19.631.
Patriam propriam poſt Deum & parẽtes diligere debemus, & id iuſgentuim iubet:quare præſumitur quilibet ſuam ipſam patriam diligere.Præſ.12.li.5.nu.1.pag 498.
Patriæ cauſam cauſæ noſtræ anteferendam Horatiis Coclitis teſtimonio deprehenditur.Præſ.13.lib.5.nu.1.499.
Patriam deſerens,vel rus potius habitans quàm ciuitatem, non dicitur impius,quando iuſtis de cauſis id facit.Præſ.12.li.5.nu.10.498
PATRONVS aſſerens intra debitum tempus præſentaſſe probare debet.Præſ.77.li.6.nu.10.653.
Patronus qui petit tanquam pauper alimenta ſibi præſtari à liberto, debet ſuam paupertatem probare.Præſ.25.li.6.nu.17.578.
PAVPER non præſumitur effici diues. Præſ.28.lib.6.nu.11.582.
Pauper qui fuit olim, nunquid hodie talis præſumatur,Prẹſ.25.lib.6.nu.9.578.
Pauper præſumitur facilius delerare quàm diues.Præſ.4.li.5.nu.9.487.
Paupertas non eſt habitus permanens, ſed variabilis.Præſ.25.lib.6.nu.11.578.
PECCANDI conſuetudo etſi multùm operetur ad præſumẽdum contemptum in foro exteriori, nil tamẽ facit quò ad forum conſcientiæ.Præſ.44.lib.5.nu.4.537.
Peccans ſpe abſolutionis conſequendæ virtute indulgentiarum non poteſt ex vi ipſarum abſolui.Præſ.10.lib.5.num.6,496.
Peccator in quacunque die,& in quacunque hora conuerſus fuerit,impietas eius non nocebit ei.Præſ.94.lib.6.n.3.667.
Peccator, qui peccatis pœnitẽtiam egit non dicitur amplius peccator.Præſ.32.lib.5.num.36.525.
Peccatum mortale per ſe ſuique natura operatur remotionẽ à ſacramentis.Præſ.49.li.5.nu.22.546.
Peccatum originale non eſt in eſſentia animę, ſed in potentia ſola.Præſ.1.lib.5.num.9.474.
Peccatum parentum non imputantur filijs, quæ poſt eorum natiuitatem parentes commiſerunt.Prẹſ.33.li.5.nu.32.528.
Intellige de pœna excommunicationis.ibi.nu.34.
Peccatum primi parentis non efficit,quin ab ipſa natura homo creatus ſit bonus,ſed illi bonitati aliquod attulit impedimentum,quod per Chriſti Saluatoris noſtri mortem, & ex ſacri baptiſmatis lauacro penitus ſublatum fuit.Præſ.1.li.5.nu.12.474.

*Peculium an & quando legatum præſumatur: & quid legato peculio contineatur.*

PECVLIVM an & quando legatum præſumatur:& quid ex præſumpta teſtatoris voluntate legato peculio contineatur,& quid ex eo deducatur,& quando extinguatur.Præſ.155.lib.4.nu.1.& per tot.354.
Peculio legato continentur nomina debitorum:non autem comprehenditur id,quod dominus debet ſeruo.ibi.num.7.pag.355.
Et peculio legato cuius temporis peculium debeatur.ibid.nu.14.
Ex Peculio legato non deducitus æs alienum, ſeu quod ipſimet teſtatori debetur,quando ipſe teſtator ſpecialiter reliquid res peculi.Præſ.155.lib.4.num.12.355.
Peculium à domino relictum, ſi dubitatur an fuerit relictũ ſeruo manumiſſo,vel alteri,cui ſeruum ipſum legauit,nunquid debeatur,& cui.Prẹſ.155.lib.4.nu.2.& ſeq.354.
Peculium prẹſumitur relictum ſeruo, ſi coniecturis apparet, teſtatorem voluiſſe legare peculium, vt ſi ex ipſo peculio grauauit ſeruum præſtare quantitatem, quam aliàs non haberet.ibi.nu.5.pag.ead.
Peculij legati nomine continetur etiam id quod ſeruus dederat domino cuſtodiæ & depoſiti cauſa donec ab ipſo manumitteretur. Præſ.155.li.4.num.9.355.
Perculij legatum ex quibus minuatur.ibi.nu.10.
Et quando non minuatur.ibi.nu.11.
Peculij legatum reuocatione extinguitur, & quomodo reuocetur,remiſſiuè.ibid.nu.15.

*Pecuniæ nomine quid veniat,præcipuè legato omnium bonorum.*

PECVNIA nũquid veniat nomine rei mobilis, & inter res vænales contineatur in legato.Prẹſ.138.lib.4.nu.1.320.
Quòd ſi repoſita eſt in arca,vt inde non amoueatur,ſed ſit loco prẹſidij continetur quidem in legato rerum mobilium ibi..nu.2.
Quid autẽ ſi non fuit in arca repoſita loco prẹſidij,ſed vt impenderetur.ibid.nu.3.pag.321.
Pecunia ſi eſt repoſita in arca vt vel impenderetur,vel mutuo daretur,& teſtator legauit omnia ſua bona mobilia, cenſetur legata etiam dicta pecunia.ibid.nu.4.
Idem quando teſtator indefinitè legauit mobilia. ibi.nu.6.
Et hoc etiam ſi pecunia eſſet fœnori & cambiis deſtinata.ibi nu.7.
Non cenſetur autem legata,quando teſtator legat res mobiles exiſtentes



biles exiſtentes in domo.ibid.num.8.
Idem ſi fuerat deſtinata à teſtatore, vt reponeretur in arca, ſed non fuit adhuc repoſita, habetur enim pro non repoſita,nec legata cenſetur ſub nomine mobilium.ibid.num.11.
Idem quando pecunia fuit repoſita in arca,ſed dubitatur, an ibi ſit loco præſidij, vel vt impendatur, vel mutuo detur.ibid.nu.11.
Pecunia in arca teſtatoris reperta nunquid includatur fideicommiſſo omnium bonorum ab eo relicto.Pr.197.lib.4.num.2.464.
Pecunia ſubrogata loco rei mobilis legato in rerum mobilium continetur.Præſ.138.lib.4.num.12.321.
Non comprehenditur autem,quando in loco, in quo teſtator teſtatus eſt,communi loquendi vſus eſt, quod appellatione bonorum mobilium non venit pecunia.ibi.nu.13.
Pecuniam qui numerauit ſtatim poſt ſtipulationem,ſtipulationis reſpectu præſumitur numeraſſe.Pr.12.li.6.n.24.560.
Pecuniæ exactæ,quę fuerunt apud tutorem præſumuntur eſſe apud eius hæredem.Prẹſ.61.lib.6.num.12.635.
Peluis quid ſit.Prẹſ.160.lib.4.num.13.364.
In Pendentibus à voluntate vnius ſi non valet quod ago vt ago,nec valebit vt valere poteſt:Et quando hoc procedat.Pr.2.lib.4.num.20.5.
Pœna non poteſt indici, niſi expreſſo iure cautum ſit. Prẹſ.49.lib.5.num.1.545.
Pœnam non meretur, quid aliquid agit lege permittente.Pr.189.lib.4.num.80.434.
Pœna illa prẹſumitur impoſita, quę conformatur verborum improprietati:ſi enim repugant ſermonis improprietas,nõ prẹſumitur impoſita mitior pœna.Pr.49.li.5.num.14.546.
Et pœna illa debet imponi, quę alioqui non repugnet legi vel menti iudicis.ibid. num.17.
Pœna mitior & leuior prẹſumitur à lege vel iudice impoſita, ex quo in pœnis ſtricta admodum fieri debet interpretatio.prẹſ.49.lib.5 num.2.545.
Secus in delictis atrocioribus & grauib.num.19.pag.546.
Et ſecus quando aliàs diſpoſitio nihil operaretur.ibid.n.20.
Et ſecus quando ex mitiori pœna inſurgeret occaſio delinquendi.ibid.num.23.
Vel quando delictum quaſi impunitum remaneret.ib.n.28.
Pœna capitalis ſi ſit à lege indicta interpretatur de pœna excõmunicationis,vel de carcere perpetuo.P.49.li.5.n.4.545.
Pœna impoſita contrahenti matrimonium cum conſanguinea non habet locum quando ſolùm contraxit ſponſalia.Præſ.93.lib.6.num.6.665.
Pœna impoſita à ſtatuto offendendi officialem non habet locum aduerſus eum, qui offendit vxorem officialis.Præſ.121.lib.4.num.8.299.
In pœnis pecuniariis in dubio præſumitur de mitiori.Præſ.49.lib.5.num.13.546.
In pœnalibus fit lata interpretatio, quatenus ſermonis proprietas ſuadet.Præſ.49.lib.5.num.15.pag.ead.
Et admittitur extenſio in pœnalibus ne alioqui delictum remaneat impunitum.ibid.num.26.
In pœnalibus ſtricta fit interpretatio, & odioſa cenſentur.Præſ.4.lib.6.num.33.553.
Pœnitens in extremo vitæ exitu an vitam æternam conſequi præſumatur.Præſ.94.lib.6.num.1.667.
Pœnitens verè in articulo mortis prẹſumitur ſaluari.Pr.94.li.6.num.25.668.
At dubitandum eſt de illius ſalute,qui pœnitentiam ad extremum vitæ ſuæ exitum perduxit.ibid.num.26.
Sicut enim dubia eſt pœnitentia,ita eſt dubia, & ambigua ſalus.ibid.
Pœnitentem in extremis non præſumi vitam æternam conſequi poſſe & quare.Præſ.94.li.6.num.13.& ſeq.667.
Pœnitens in extremis non Dei amore ſed formidine mortis,& inferni,non præſumitur ſaluari,& quare.ib.n.27.668.
Pœnitentia in fine vitæ efficit,vt præſumatur, quem ſaluari, vt peccator abſoluatur & pœnitentiæ Sacramentum ei cõcedatur.Præſ.94.lib.6.num.22.667.
Non tamen efficit vt certo credamus eũ ſaluari.ib.n.23.668.
PENORIS legati noĩe quid cõtineatur.P.156.li.4.n.1.355.
Quòd nõ venit acetum,quod paratum fuit cauſa extinguendi ignem.ibid.num.9.pag.356.
Non continẽtur pignoris nomine frumenti & leguminum thecæ:& quid ſint d.thecæ vel argulæ vel ſportæ.ibid.n.11.
Nec continentur antidota ſeu medicamenta.ibid.num.12.
Nec inſtrumenta piſtrini, & vaſa coquinaria.ibi.nume.13.
Nec demum quæ promercii cauſa habebat teſtator.ib.n.14.
Nec continentur dolia.ibi.num.16.
Et in pœnoris legato nunquid continentur omnia rẹcondita in penu cauſa cuiuſcunque vſus.ibid.num.17.
Penu legata,quæ Romæ ſit, nunquid debeatur etiam exiſtẽs in ſuburbijs.ibid.num.19.
Et penu legata præter vinum,quod Romæ erat, quænam penus legata præſumatur.ibid.num.21.
PERCVTIENS aliquem præſumitur id feciſſe animo ſe defendendi,non autem offendendi.Præſ.2.lib.5.num.15.477.
Percutiens baculo non tenetur de vulnere læthali, quia non præſumitur habuiſſe animo occidendi.Prẹſ.40.li.5.n.9.532.
Idem de eo, qui percuſſit faciem manu vacua.ibi.num.10.
Percutiẽs baculo caput verberati, ex quo percuſſit in parte periculoſa.præſumitur habuiſſe animũ occidendi.ibid.n.11.
Intellige,& declara,vt ibid.num.12.
Percutiens baculo vel lapide præſumitur habuiſſe animum occidendi, quando aliqua præcederent, quæ ſignificarent ipſum habuiſſe animum occidendi.ibid.num.14.
Percutiens pomo enſis,cùm poſſet vulnerare ipſo enſe, non præſumitur habuiſſe animum occidendi.ibi.num.13.
Et quid in dubio.ibi.num.19.
Percutiens vel vulnerans ira accenſus, vel inferens multa & grauia vulnera, animum occidẽdi præſumitur habuiſſe.ib.
Percutiens aliquem,ſi ſtatim attulit medicamenta vel quid ſimile fecerit,animum occidendi non præſumitur habuiſſe, imo nec etiam vulnerandi.ibid.num.29.ea.
Percutiens aliquem paruo gladio,præſumitur id feciſſe animo non occidendi.Prẹſ.2.li.5.num.26.477.
Percutiens pugnis vel calcibus non præſumitur habuiſſe animum occcidendi.Præſ.40.lib.5.num.7.531.
Secus ſi coniicit ſagittas vel iacula.ibid.
PEREGRINI, vel qui ciues Romani non erant,non poterant olim hæredes inſtitui. Prẹſ.30.lib.6.num.3.583.
Perfectio illa appellatur,cui nil,quod agatur, ſupereſt.Præſ.1.lib.6.num.10.548.
Et perfectum id dicitur, quod ab alio nil mutuatur.ibi.n.11.
Periurus ſemel ſemper in poſterum peierare præſumitur, & ſic reiiciendus eſt à iuramẽto prẹſtãdo.Pr.32.li.5.n.12.524.
Periurus à dicendo teſtimonio repellitur etiam poſt obtentam abſolutionem à periurio.Prẹſ.22.li.5.num.7.509.
Permiſſa omnia regulariter cenſentur, quæ expreſsè prohibita non reperiuntur.Prẹſ.16.lib.6.num 2.565.
Permiſſio eſt fauorabilior prohibitione.Prẹſ.16.li.6.n.3.ea.
Perſarum lege ſancitum legitur Danielis c. 6. ne mutari vllo poſſit modo edictum aut lex,quàm Rex perſarum condidiſſet.Prẹſ.34.lib 5.num.4.529.
Perſeuerantia diſſenſus,& metus adhibitus ante contractum Matrimonij prẹſumitur, quando ex poſt mulier petit matrimonij ſeparationem.Prẹſ.36.lib.6.num.7.588.
Perſiſtens in crimine notorio recuſando correctionem ſuſpectus eſt de hẹreſi.Prẹſ.6.lib.5.num.32.491.
Perſona quænam dicatur indigna, cui filia nubere debeat.Præſ.189.li.4.num.85.435.
Pẹrſonæ cohẹrentia quomodo vnum magis altero cohæreat Prẹſ.92.lib.6.num.5.665.
Perſonæ identitas vnitaſque probari debet ab eo, qui eam aſſerit.Prẹſ.15 lib.6 num.36.564.
Et probatur ex ſolius nominis proprij identitate.ibi.nu.39.
Et demonſtratur expreſſo proprio nomine ſub his demonſtrationibus,Petrus Martini de Peruſio.ibid.n.40.
Et probatur multis alij modis,vel probando nomen propriũ cum aliqua demonſtratione & ſigno.ibi.nu 43.& 44.
Vel probatur ex nominis vnitate, adiectis duobus ſignis vel indiciis ibid.num.45.pag.565.
Vel probatur aliquibus ſignis vel ſtigmatibus in corpore.ib.num.46.
Perſonæ induſtria an,& quando electa prẹſumatur.Prẹſ.92.lib.6.num.1.664.

Quod tunc non præſumatur electa, quando verba arguunt electam non fuiſſe induſtriam.ibid.nu.2.
Perſonæ induſtria nunquid videatur electa quando mandatur factum, quod ſui natura non cohæret omnino perſonæ, ſed excellentia ſola perſonæ id arguit.Præſ.92.li.6.nu.9.& ſeq.665.
Perſonæ induſtria cenſetur electa, quando committitur factum, quòd ita ſui natura cohæret ipſimet perſonæ, vt ſeparari ad ea non poſſit.Præſ.92.lib.6.nu.4.664.
Perſonæ induſtria præſumitur electa, quando mandatur factum, quod ſui natura nõ cohæret perſonæ, nec perſonæ excellentia extat, ſed tamen factum ſui natura eſt graue & arduum.ibid.nu.13.pag.665.
Idem quando ex verbis colligitur electam fuiſſe induſtria perſonæ.ibid.nu.14.
Perſona perſonæ acceſſoria eſſe non poteſt.Præſ.154.lib.4.nu.9.pag.353.
Perſona excludens ſubſtitutum quænam præſumatur ex cõiecturata mente teſtatoris.Præſ.62.lib.4.nu.36.pag.119.
Perſona certa ſi eſt inſtituta, ſed dubitatur, quænam illa ſit, corruit inſtitutio, niſi certificetur, & appareat, de qua ſenſit teſtator.Prẹſ.25.lib.4.nu.5.38.
Perſona incerta de certis inſtituta, quẹ non certificatur an valeat inſtitutio.Prẹſ.25.lib.4.nu.18.39.
Et quid ſi certificetur indiciis aut coniecturis.ibid.nu.19.
Perſona penitus incerta inſtituta, corruit ipſo facto inſtitutio.Prẹſ.25.lib.4.num.2.38.
Idem in ſubſtitutione fideicommiſſa.ibi.num.3.
Secus in inſtitutione piẹ cauſẹ.ibid.num.4.
Prẹſumptio nimia eſt plus quàm violenta compulſio.Prẹſ.11.lib.4.num.10.21.
Arguit enim dolum.Prẹſ.12.eo.lib.num.9.pag.22.
Pertinacia in hẹreſi eſt grauiſſimum crimen, & ideo in dubio non eſt prẹſumenda.Prẹſ.7.lib.5.nu.20.493
PETENS id, quod reſtituturus eſt, prẹſumitur doloſus.Prẹſ.3.lib.5.num.88.pag.484.
Secus ſi petit alieno nomine.ibi.nu.89.
Petrus Apoſtolus negati Saluatoris deploratione facta ab Apoſtolatu non fuit deiectus.Præſ.47.lib.5.num.11.542.
Philipus Decius adeò ſenectute emarcuiſſe fertur, vt nullius legit aut paragraphi recordaretur.Præſ.45.lib.6.nu.35.603.
Phreneticus is dicitur, qui habet mentem læſam, & aliquando ſine cauſa obliuionem patitur.Præſ.45.li.6.num.10.602.
Phrenetici alij hilares ſunt, alij triſtes, alij faciliùs continẽtur & intra verba deſipiunt, & diuerſæ quidem naturẹ ſunt. Præſ.45.lib.6.nu.4.602.
Et quid ſunt laqueis vinciendi.ibid.num.5.
Pietas eſt fundamentum omnium virtutum: & conſideratur etiam circa patriam magis quàm erga parentes & propinquos, teſte Cicerone.Præſ.89.lib.4.num.17.211.
Pietas eſt relinquere piæ cauſæ.Prẹſ.189.li.4.num.123.439.
Pietatis paternæ prẹſumptio fortior eſt erga filios quàm erga cauſam piam.Prẹſ.189..lib.4.num.121.438.
Et pater relinquendo filiis dicitur exercere pietatem paternam.ibid.num.123.pag.439.
Pij Papæ V.Sanctio non licere patris relinquere quouis titulo filio ſpurio etiam legitimato quicquam ex quæſitis ex fructibus & alij rebus eccleſiaſticis. Prẹſ 96.li.4.num.4.238.
Et prohibuit non ſolùm ipſis ſpuriis nihil poſſe relinqui, verùm nec ipſorum coniugibus, parentibus filiis, vel aliis quibuſcunque attinentibus.ibid.nu.5.
Inter Placere & Diſplicere datur hoc melium, non diſplicere.Præſ.100.li.4.num.21.247.
PLVRES vbi nominatim coniunguntur in eadem oratione, in virilem quilibet admittitur; & quo caſu.reg.hæc procedat.Prẹſ.18.lib.4.num.35.29.
Plures collectiuè nominati quando loco vnius habeantur. Præſ.18.lib.4.num.11.27.
Pluralitas eſt ab eo probanda, qui in ea fundamentum conſtituit Præſ.15.lib.6.num.2.563.
Idem de deducente identitatem, qui eam probare debet.ibi.
Pluralitas reſoluitur in plures, ſingularitates, quando reſpicit plures & ſeparatos effectus, ſecus ſi reſpicit vnum & eundẽ effectum. Communi tamen opinione reſoluitur in plures ſingularitates etiam quoad vnum effectum niſi præſumatur contraria voluntas teſtatoris.Præſ.36li.4.num.41.62.
Pluralitas in delictis non præſumitur.Pr.15.li.6.num.18.563.
POMPEIVS Magnus quanti fecerit Poſſidonium Stoicum philoſophum.Præſ.100.lib.6.num.8.672.
Pomponij reſponſum in l.ſi tibi puer de lega.3.ibi, ad viſcerationem, explicatur.Prẹſ.111.lib.4.num.28.285.
IN POPVLO præſumuntur multi exiſtere, qui non habeãt ſinceram fidem, ſed potius prẹmio & mercede ſint corruptibiles.Præſ.1.lib.5.num.39.476.
PORTITOR non præſumitur ſine iuſta cauſa voluiſſe traiicere currus onuſtos.Præſ.31. lib.6.num.6.584.
Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator dixit de hærede in hæredem, donec ſuperſunt maſculi de domo. Præſ.76.lib.4.num.84.163.
Idem quando teſtator filio à ſe inſtituto ſubſtituit compendioſè.ibid.num.88.
Poſiti in conditione non præſumuntur vocati vt ſuccedant ex teſtamento: & ideo non poſſunt grauari.Pr.62.li.4.n.55.121.Contra.ibid.
Poſiti in conditione ſi ſunt ex filiis & deſcendentibus teſtatoris, non cenſentur inuicẽ ſubſtituti.Pr.62.li.4.nu.57.122.
Idem ſi partim fuerunt poſiti in conditione, & partim honorati, quia non dicitur inter eos facta reciproca fideicom. ſubſtitu.ibi.num.58.
Declara id non habere locum, vt ibi.num.59.
Poſiti in conditione quando ſunt grauati, cenſentur etiam vocati, & cõſequenter reciproca dicitur facta inter eos ſubſtitu.fideicom.Præſ.62.lib.4.nu.60.122.
Verior autem eſt opinio, quod non poſſint grauari, vt ibi, & ideo inter eos non poſſe fieri reciprocam.ibi.
Poſitioni nemo tenetur reſpondere, qua detegi poſſit periurium ſuum.Præſ.1.li.5.num.22.475.
Poſſe ea dicimur, quæ poſſumus honeſtè.Præſ.183.lib.4.nu.5.409.

*Poſſeßio qualis præſumatur, & quomodo retineatur, & qualiter amittitur, quoſque effectus pariat.*

POSSESSIO præſumitur potius iuſta quàm violenta.Præſ.2.lib.5.num.17.477.
Poſſeſſionem non autem detentionem prẹſumi.Prẹſ.68.li.6.num.2.645.
Poſſeſſio cum retineatur animo, is animus durare non præſumitur vltra decennium.Præſ.66.lib.6.num.4.644.
Poſſeſſionis continuatio non ob id ſolùm præſumitur quod conſiſtat in animo ſed etiam quia mutatio non præſumitur ibid.Præſ.64.lib.6.num.19.& ſeq.641.
Poſſeſſionem habuiſſe defunctum tempore mortis ſuæ ſi dubitatur non debet fieri miſſio in poſſeſſionem ex beneficio. l.vlt.C.de edic.diui Adr.tollen.Præſ.64.lib.6.num.21.641.
Poſſeſſio auferri poteſt facto alterius ſine conſenſu ſpontanei animi poſſidentis.Præſ.64.li.6.num.14.pag.ead.
Poſſeſſionis amiſſionem allegans eam probare tenetur.Præſ.64.lib.6.num.6.640.
Poſſeſſio facilius amittitur quàm dominium.ibid.n.11.641.
Poſſeſſio vbi negatur conuinci debet negans aliàs non præſumitur poſſeſſio, quæ facti eſt.ibi.num.12.
Poſſeſſio nunquid arguat dominium.Præſ.63.li.6.nu.1.638.
Poſſeſſio arguit dominiũ in poſſeſſore.Pr.69.li.6.n.13.646.
Et in certis caſibus, ſola poſſeſſio etiam ſi ciuilis ſit operatur dominij tranſlationem.ibi.num.14.ea.
Poſſeſſio de præſenti an & quando arguat quẽ de præterito poſſediſſe.Præſ.65.li.6.nu.1.643.
Quòd regulariter ex poſſeſſione de præſenti non præſumitur poſſeſſio præteriti temporis.ibid.nu.2.
Poſſeſſio de prẹſenti arguit poſſeſſionem de præterito, quando ex ipſa poſſeſſione de præſenti colligi poſſet aliqua ratio qua arguere poſſemus ꝙ etiã olim quis poſſederit.ib.n.4.
Poſſeſſio efficit vt aduerſarius ſit actor.Pr.69.li.6.nu.6.646.
Poſſeſſio hoc commodum affert vt pro ſe præſumptionem habeat, & probandi onus in aduerſarium reiiciat.Præſ.69.lib.6.num.1.pag.ea.
Non dicitur autem probatio, ſed poſſeſſorem releuat ab onere probandi.ibid.num.2.





Idem in quaſi poſſeſſione, quia pro ſe præſumptionẽ pariter habet.ibid.num.3.
Poſſeſſio hoc habet commodum vt ex ea præſumatur Prælatum acquiſiuiſſe remanente ademptam prælaturam, & ſic ex bonis propr ijs non aũt eccleſiæ.Prẹſ.69.li.6.nu.14.646.
Poſſeſſio impedit exequutionem.Pr.69.li.6.nu.25.647.
Poſſeſſio ordinat iudicium.Pr.69.lib.6.nu.21.pag ea.
Et aliquando eſt cauſa implorandi officium Iudicis.ib.n.22.
Poſſeſſio produxit actum acquiſitionis fructuum.Pr.69.li.6.nu.18.646.
Et cauſat acquiſitionem dominij mediante vſucaptione vel præſcriptione.ibid.nu.19.pag.647.
Poſſeſſionis cauſa adeo dicitur magna vt poſſit cõnumerari inter eas, in quibus non defertur iuramentum in ſupplemẽtum probationis.Pr.69.li.6.nu.32.pag.ead.
Et dicitur ita grauis cauſa, vt à ſententia lata in poſſeſſorio permiſſum ſit appellare.ibid.num.33.
Poſſeſſio ciuilis per decenniũ amittitur.Pr.64.li.6.n.43.643.
Poſſeſſio ciuilis ſola à qua procedit prẹſcriptio, non præſumitur vltra decennium.Præſ.66.li.6.nu.5.644.
Et decennio præſumitur amiſſa.ibi.nu.6.
Poſſeſſio ciuilis cùm retineatur animo, qui ſemel poſſedit, etiam nunc poſſidere præſumitur.Prẹſ.37.li.6.nu.4.589.
Poſſeſſio diù diuiſim obſeruata arguit diuiſionem inter fratres, & ſocios.Pr.69.lib.6.num.20.647.
Poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio præſumptionem facit pro eo qui in ea reperitur.Præſ.55 lib.6.num.22 630.
Et quid ſi primẹuus naturæ ſtatus repugnat ipſi poſſeſſioni. ibid.nu.23.
Poſſeſſio medij temporis non arguit cõtinuationem poſſeſſionis.Præſ.64.li.6.num.22.641.
Poſſeſſio præteriti temporis non arguit poſſeſſionem de prẹſenti quãdo quis ſe fundat in poſſeſſione aliena & quare.ib. nu.38.642.
Idem quando aduerſarius allegaret poſſeſſionem ad damnum eius qui olim poſſedit.ibi.num.39.
Idem quando non conſtaret de poſſeſſione de præterito niſi per confeſſionem partis.ibi.nu.40.
Idem quando allegans continuationem poſſeſſionis iamdiù non poſſideret natutaliter, vt puta quia lapſum eſſet decennium.ibi.nu.42.pag.643.
Idem quando quis allegaret poſſeſſionem de præſenti, ex quo de præterito poſſedit & conſtaret modico quidem tempore eum amiſiſſe poſſeſſ. naturalem.ibid.nu 44.
Idem quando ex alia efficaciori præſumptione appareret, quod imo hodie iſte non poſſidet.ibi.nu.45.
Idem quando poſſeſſio antiqua fuit probata per ſolam famã. ibi.nu.47.
Poſſeſſio de præterito arguit poſſeſſionẽ de præſenti etiã in hẹrede, & ſucceſſore, vel vniuerſali, vel ſingulari quia ad ſui commodum prẹſumitur quod ſi ſuus anteceſſor poſſederit, ita etiam poſſederit tẽpore ſuæ mortis.Pr.64.li.6.n.17.641.
Poſſeſſio præteriti, ac præſentis temporis, an, & quando arguat poſſeſſionem medij temporis.Præſ.66.lib.6.nu.1.643.
Poſſeſſione præteriti, & præſentis temporis probata, præſumitur etiam probata mediis temporis poſſeſſio ſolùm quando agitur de poſſeſſione decem annorum eiuſque præſcriptione: ſecus ſi agatur de præſcriptione 20.vel 30.annorum quia tunc non ſufficit probare vtriuſque temporis extremitates, ſed opus eſt probare extremitatem, & initium cuiuſlibet decennij.ibi.nu.3.
Ex poſſeſſione præteriti temporis non prẹſumi poſſeſſionem de præſenti refelluntur multorum opiniones leuibns argumentis fulcitæ.Præſ.64.li.6.nu.10.& ſeq.641.
Poſſeſſore actore nõ probante obtinebit.Pr.69.li.6.n.5.646.
Poſſeſſor in pari cauſa ſemper obtinebit, & pro eo erit iudicandum.Pr.69.li.6.nu.7.pag.ead.
Pro poſſeſſore in dubio eſt Prẹſumẽdũ.Pr.69.li.6.nu.6.646.
Poſſeſſor poteſt impedire hẹredem mitti in poſſeſſionem ex edicto D.Adriani.Pr.69.lib.6.nu.29.647.
Et ei dantur maiores dilationes.ibi.nu.30.
Et ſibi defertur iuramentum ſuppletiuum, & in cauſis grauibus ibi.nu.31.
Poſſeſſor põt propria authoritate expellere ſpoliatorẽ, atque ita ſuã poſſeſſionẽ recuperare.Prẹſ.69.lib.6.n. 23.pag.647.
Intellige ſi incontinente recuperat.ibi.nu.24.
Poſſeſſor non tenetur prius iurare de calumnia, ſed eius aduerſarius.Pr.69.lib.6.num.34.pag.647.
Poſſeſſor præſumitur poſſidere ex Titulo præambuio.Pr.67.li.6.nu.1.644.
Non habet autem id locum quando emptor non ſoluit venditori.ibid.num.2.
Poſſeſſor Iuriũ vt puta iuris ſeruitutis ex tit.præambulo poſſidere præſumitur.ibid.nu.3.
Idem de poſſidente iure legati rem legatam.ibi.nu.4.
Poſſeſſor ex tit.præãbulo poſſidere prẹſumitur etiam quando titulus eſſet putatiuus.ibi.nu.7.
Poſſeſſor ex titulo præambulo præſumitur poſſidere etiam ſi dubium ſit an is à quo conſequutus eſt poſſeſſionem ſit dominus vel non.ibi.nu.9.645.
Poſſeſſor pignoris præfertur in iure offerendi.Præſ.69.li.6.num.17.646.
Et ex duobus creditoribus in iure pignoris prẹfertur is, qui eſt in poſſeſſione.ibi.
Poſſeſſor bonorum hẹreditatis ſi produxit teſtamẽtum, prẹſumitur quod illud ſit poſterius illo ſui aduerſarij non poſſidentis.Pr.69.li.6.n.8.646.
Poſſeſſorem non prẹſumi ſed detentorem qui interrogatus reſpondit ſe non poſſidere.Pr.68.li.6.nu.4.645.
Poſſeſſorem in dubio ſuo nomine & non alieno poſſidere prẹſumi.Pr.67.li.6.nu.13.pag.ea.
Poſſeſſor antiquus prẹſumitur etiam hodie poſſidere etiam reſpectu ciuilis poſſeſſionis.pr.66.li.6.nu.7.644.
Poſſidentem ſuo iure poſſidere prẹſumi.pr.68.li.6.n.3.646.
Poſſidens fideicommiſſum ſibi relictum, iure fideicommiſſi poſſidere prẹſumitur.pr.67.li.6.nu.5.644.
Poſſidens immobilia non prẹſumitur fugitiuus & releuat ab onere ſatiſdandi de iudicio ſiſti.Pr.69 li.6.n.15.646.
Poſſidens ex duplici iure prẹſumitur poſſidere ex titulo magis efficaci.Prẹſ.5.li.6.nu.4.555.
Poſſidens cum titulo & bona fide prẹſumitur ignorare, quod res illa ad alium pertineat.prẹſ.23.li.6.nu.53.573.
Poſſidere nemo præſumitur ex titulo præambulo iniuſto. Præſ.67.li.6.nu.14.645.
Poſſidere non præſumitur titulo, præambulo qui ab vno titulum ab altero poſſeſſionem eſt conſequutus.ibi.nu.16.
Poſſidere nemo præſumitur titulo præambulo qui ab vno titulum, ab altero poſſeſſionem eſt conſequutus.ibi.nu.17.
Poſſidere & habere an & quãdo quis plus præſumatur quàm aſſeritur.Præſ.26.lib.6.nu.1.579.
Quòd qñ quis aſſerit plura adeſſe bona quàm aduerſarius dixit, ipſi aſſerenti obſtat contraria aliqua probatio. ib.nu.2.
Et quid ſi aſſerenti plura adeſſe bona repugnat ſola iuris Pr. ibid.num.3.
Et quid quando aſſerenti plura adeſſe bona nulla vel probatio vel præſumptio repugnat ibi.nu.4.
Poſſidere is totum præſumitur qui eſt in poſſeſſione partis. Præſ.69.lib.6.nu.26.647.
Seruitutis quaſi poſſeſſionem habẽs interim ea vtetur, & aduerſarius cauebit de non turbando eum donec lis fuerit finita.Pr.69.lib.6.nu.27.647.
Poſſidere ſi quis nec negat nec affirmat rem, an præſumatur continuatio poſſeſſionis.Præſ.64.li.6.num.33.642.
Et quid ſi probetur contrarius actus.ibid.nu.34.
Poſſidere ſe aſſerens ſi allegat antiqãu poſſeſſionẽ, & dicit ſe adhuc poſſidere, prẹſumitur cõtinuatio poſſeſſionis, ib.n 35.
Et refelluntur opiniones tenentium d.allegationem non eſſe neceſſarium.ibid.nu.36.
Poſſidere hodie ſi quis aliquem probauit, & poſſediſſe ante decennium, prẹſumitur is etiam medio tempore poſſediſſe & continuaſſe poſſeſſionem.P.36.li.6.nu.2.587.
Poſſidere eo vſque quis dicitur quouſque defuncto voluntariè diſceſſerit aut vi eiectus fuerit.Prẹſ.64.li.6.n.3.640.
Poſſidere nũquid is hodie prẹſumatur q olim poſſidebat, & ſic an ex poſſeſſione de prẹterito arguatur poſſeſſio de prẹſenti.Prẹſ.64.lib.6.nu.1.pag.640.
Poſteritati nomen continet deſcendentes vſque infinitum. Pr.98.li.4.num20.212.

Poſthumo,nato, & ideo mortuo adeo ruptum eſt teſtamentum, vt reconualeſcere amplius non poſſit.Præſ.50.lib.4.nu.14.89.
Poſthumo ſic inſtituto:Inſtituo ventrem vxoris meæ,ſi præ-ſed's eſt,dicitur tantummodo vocatos poſthumus, immeſecè naſcituros ex eo ventre tunc prægnante. Præſ.21.lib 4.nu.11.33.
Poſthumum a n poſſit inſtituere, qui vxorem nō habet.Præſ.21.lib.4.nu.1.& 2.32.
Poſthumo inſtituto,quis poſthumus inſtitutus & vocat⁹ preſumatur.Præſ.21.lib.4.nu.3.& per tot..32.& ſeq.
POTENTIAM coëundi probari ex congreſſu cum alia muliere.Præſ.90.lib. 6.nu.9.662.
POTVS cibariorum nomine continetur,& comprehenditur vinum ceruiſia,& alia potionis genera,necnō vaſa, quibus ad potandum vtimur.Præſ.157.lib.4.nu.17.358.
PRECARII natura eſt,quòd poſſeſſio transferatur.Præſ.4.lib.6.nu.40.554.
Et precario rogans,ſi deinde eandem rem cōduxit, non preſumitur id egiſſe,nec ex precario trāsferatur poſſeſſio, quia repugnat naturæ actus.ibi.nu.41.
Precario aliquid concedens præſumitur concedere ſecundum eius naturam, vt ad libitum reuocare poſſit.Præſ.10.lib.6.nu.5.558.
Precedentia ex ſequentibus declarātur,etiam ſi longè diſtāt. Præſ.181.lib.4.nu.24.408.
Preceptum dandi intra Calendas,licèt vnicum tantùm videatur, inſpectis verbis ipſis, virtualiter tamen dicuntur duo, vnum dandi,alterum dandi intra Calendas. Præſ.169.lib.4.nu.16.388.
Prædilectus in primo caſu præſumitur etiam prædilectus in ſecundo.Præſ.39.lib.4.nu.36.73.

*Prædio legato quid præſumatur legatum.*

PRAEDIVM ſi ſit legatum expreſsè vnà cum ſeruitute ſibi præſtanda ex alio prædio,ſeruitus cenſetur legata,& ſic debetur.Præſ.144.lib.4.nu.2.pag.340.
Idem ſi dixit teſtator,prædium vt tunc eſt lego.ibi.nu.3.
Et quid in dubio. ibid.num.4.
Et ſi ſit legatum prædium multis ſeruitutibus obnoxium, & teſtator legauit ipſum liberum & francum ab omni ſeruitute,excepta ſeruitute luminum, vel ſimili, non cenſentur relictæ aliæ ſeruitutes,niſi illę reſeruatę.ibi.nu.6.
Prædio autem legato ſeruitutibus obnoxio nunquid in dubio cenſeatur legata ſeruitus ibi.nu.7.
Prædio legato debetur & ſeruitus quando aliàs legatum prædij eſſet inutile,niſi præſtaretur ſeruitus.ibi.nu.11.
Intellige,ſi ſeruitus eſſet omnino neceſſaria:ſecus ſi vtilis tātùm.ibid.nu,13.
Et ſi prædio legato præſumatur legata ſeruitus, an ipſo iure ſit debita, vel potius peti debeat.ibi.nu.14.
Et à quo peti debeat.ibi.nu.15.
Vide,legatum ſeruitutis.
Prædio legato quoad quis dixerit, præſumitur legatus vſusfructus tantùm.Pręſ.134.li.4.nu.7.317.
Prædiis duobus legatis,quorum vnum alteri ſeruitutem pręſtabat, & ſingula ſunt duob.legata, an præſumatur legata ſeruitus,& quomodo & cui.Pręſ.144.li.4.nu.1.340.
Prædiis relictis vt inſtructa ſunt cum dotib & reliquis colonorum,non deberi reliquatum iam debitum à colonis qui ex agro diſceſſerunt:Et quæ contineātur in hoc legato.Pr.154.li.4.nu.15.354.
Prædium,quod aliàs ob perſonalem prohibitionem alienari non poteſt, ex cauſa neceſſaria poteſt alienari Præſ.189.lib.4.nu.148.441.
PRAEFATIONES declarant diſpoſitionem dubiam, & ſignificant caſum contineri in diſpoſitione ex mente diſponentis.Præſ.190.li.4.num.5.446.
Præfationes & procemia,quib.vſus eſt legiſlator, declarant, coniecturamque faciunt, quid in lege ipſa is ſanciuerit.Pr.2.lib.6.nu.1.549.
Et oſtendit præfatio ſeu procemium cauſam finalem,qua motus eſt conficiens actum, vel diſpoſitiones ad ita agendum ibid.num.12.pag.550.
Præfatio contractus non declarat tunc animum contrahentium quando longo temporis interuallo ante vel poſt ipſū contractum eſt adhibita.Præſ.2.lib.6.num.14.550.
Idem quando concluſio præfationi derogaret. ibi.nume.15.
Præfatio ſtatuti non declarat ipſum ſtatutum, quando ipſa pręfatio ab ipſo ſtatuto reſtringitur.Pręſ.2.lib.6.nu.16.550
Prælationis ius non eſt ceſſibile.Præſ.189.lib.6.nu.144.440

*Prælatus quis præſumatur:& quod ſit Prælati officium.*

PRELATVS is verè præſumitur,qui diù fuit in quaſi poſſeſſione prælaturæ.Præſ.76.lib.6.num.19.652.
Prælatus ſi fecit actum contrarium priuilegio eccleſiæ conceſſo,non cenſetur in præiudicium eccleſię illi priuilegio renunciaſſe, quia non poteſt præiudicare eccleſiæ. Præſ.41 lib.6.num.8.598.
Et eius confeſſio aſſerentis,emphiteutam ſoluiſſe canonem eccleſię,nec prodeſt emphiteutæ, vt euitet pœnam caducitatis.ibi.num.9.pag.599
Prælegatus nō poteſt donare vel alienare bona Eccleſiæ ſine conſenſu capituli. Præſ.34.lib.6.num.4.585.
Et in eccleſiæ negotijs adhibere debet clericorum & capituli conſilium.ibi.num.7.
Prælatus ſi concedit bona eccleſiæ in emphiteuſim, præſumitur ſibi prius licentiam fuiſſe conceſſam.Præſ.7.lib.6.nu.4.556.
Prelatus ſi rem ad eccleſiam reuerſam deſcribi fecit in Codicibus rationum, & bonorum Eccleſiæ,& cœpit rem illam ſimul habere cū aliis rebus Eccleſiæ præſumitur voluiſſe rē illam effici de menſa Eccleſiæ. Præſ.87.lib.6.nu.4. pa.660
Idem quando re ad manus ſuas redacta per aliquod tempus rem apud ſe ita retinet ibid.num.5.
Secus ſi prelatus fuit impeditus rem illam ad ſe reuerſuram iterum in Emphiteuſim dare,quia nullo temporis curſu cenſetur declarata voluntas Prelati quod voluerit rem illam eſſe de menſa Eccleſiæ.ibid.num.6.
Et ſecus quando ea mente diſtulit aliquot annos Emphiteuſim concedere vt bonum emphiteutam inueniret.ibi.nu.7.
Prelati & ceteri adminiſtratores eccleſiarum preſumuntur comparaſſe diuitias ex induſtria,non autem ex bonis eccleſię.præſ.28.lib.6.num.12.582.
Prælato & capitulo ſi commiſſa eſt cauſa, vocem vnam habebit prelatus, alteram capitulum. Præſ.18.lib.4.nu.13.27.

*Prælegatum quid ſit:& an & quando reſtitui debeat cum fideicommiſſo.*

PRAELEGATA non veniunt nomine hæreditatis,nec nomine vniuerſali bonorum.Præſ.194.li.4.nu.38.459.
Prælegata nunquid debeantur cum fideicommiſſo ſubſtituto pupillariter.Præſ.195.lib.4.nu.8.pag.462.
Prælegata nunquid ſint reſtituenda ſubſtituto exemplariter vnà cum fideicommiſſo.Præſ.195.li.4.nu.10.pag.ead.
Et quid in ſubſtitutione directa militari.ibi.num.12.& ſeq.
Prælegata an & quando debeant reſtitui ſubſtituto directa ſubſtitutione.Præſ.195.lib.4.nu.1.461.
Et quando in ſubſtitutione vulgari.ibi.nu.2.
Prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi,& debentur ſubſtituto vulgariter,quādo teſtator verbis amplis & generalib.ſubſtit.ibi.nu.5.
Idem quando prælegatum adhuc non ceſſiſſet,vt ſi hæres, cui facta fuit ſubſtitutio & prælegatum,deceſſit viuo adhuc teſtatore.ibid.nu.6.
Idem quando prælegatum fuit adeò amplum, & opulentum, vt abſorberet maiorē partem bonorum teſtatoris.ibi.nu.7.
Cum declaratione vt ibi.
Prælegata nunquid reſtitui debeant ſubſtituto per fideicommiſſum ab hærede,quando ipſe teſtator prius prælegata fecit vni ex hæredibus,quem deinde inſtituit & grauauit ſimpliciter reſtituere.Pr.194.li.4.num.2.456.
Quòd reſtitui debent,extensè probatur.ibi.
Et idem quando teſtator multis inſtitutis hæredibus vni vel etiam aliis prælegauit,deinde eorū vnum,ſi ſine liberis deceſſerit,grauauit reſtituere portionem ſuam.ibi.nu.3.
Prælegata reſtitui debent ab hærede, ſubſtituto per fideicō miſſum vnà cum fideicommiſſo, quando inter prælegata & inſtitutionem hæredis interpoſita eſſent multa extranea.ibi nu.5.







Idem quando teſtator in inſtitutione ita dixit: In aliis verò bonis inſtituo.ibi.nu.6.
Contra.ibi nu.7.& non ſatis rectè.
Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, quando teſtator prohibuit alienari prælegatum alterius cauſa & contemplatione quàm fideicommiſſi vniuerſalis.ibi.nu.15.458.
Idem quando prohibitio facta eſſet fauore alterius quàm primi ſubſtituti eiuſdemque cohæredis.ibi.nu.16.
Idem quando grauatus inſtituiſſet hæredem venientem ab inteſtato.ibi.nu.17.
Intellige,quando aliquid in re illa prohibita alienari eſt ſpecialiter vocatus poſt mortem prohibiti:ſecus verò quando ſimpliciter facta eſt prohibitio alienationis.ibi.nu.18.
Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi,quando teſtator in ipſo adiecit aliqua verba,quæ repugnarent alienationi.ibi.nu.19.
Idem quando teſtator dixit,quod ipſe prælegatarius haberet prælegatum pleno iure ibi nu.20.
Et idē,quādo teſtator vſus eſt aliis ſimilibus verbis.ibi.n.21.
Idē quādo dixit,quòd haberet prelegatū ſibi precipuū.ib.n.22
Idem quādo teſtator in ſubſtitutione dixit,ſaluis ſemper predictis prælegatis.ibi.nu.23.
Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando fuit factum à teſtatore ob maximam dilectionem, qua prælegatarium proſequebatur.Præſ.194.lib.4.nu.24.458.
Idem quando teſtator prælegauit ob benemerita ipſius prelegatarij.ib.nu.25.
Et quomodo cōſiderentur benemerita in huiuſmodi caſu.ib.
Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator dixit,ſe prælegare propter debitum, quo erga ipſum legatarium tenebatur.ibi.num.27.ea.
Idem quando teſtator prius hæredem inſtituit,& eum grauauit reſtituere portionem ſuam, deinde ei fecit prælegatum.ibi.nu.28.
Idem multo magis quando teſtator adieciſſet aliqua verba reſtrictiua.ibi.nu.29.
Idem quando grauauit teſtator hæredem reſtituere bona ſua: in reſtitutione enim non venit prælegatum factum poſt ſubſtitutione fideicommiſſariam.ibid.nu.30.pag.459.
Idem quando teſtator prius fecit prælegatum,deinde ſubſtitutionem,& grauauit hæredem his verbis: Et ſi prædictus hæres meus deceſſerit ſine filiis reſtituat hæreditatē Caio. ibid.num.37.
Idem quādo teſtator iuſſit hæredi, vt reſtituat bona.ib.n.30.
Idē quādo dixit, debere reſtitui bona & hæreditatē.ib.n.40.
Idē quādo dixit,quod reſtitueret partē hæreditatis ibi.nu.41.
Idem quando ſimpliciter dixit teſtator,Et hæredes ſubſtituo. Licèt non dixerit,in hæreditate.ibi.nu 42.
Idem quando dixit, Inſtituo Titium cum pacto ſubſtitutionis poſtea ſequentis, quod deficientibus dictis hæredibus ſine filiis pars talium decedentium accreſcat aliis cohæredibus.ibi.nu.43.
Idem quando teſtator prius hæredes inſtituit, & eos grauauit reſtituere portiones ſuas hæreditatis, deinde fecit prælegata.ibi.nu.53.461.
Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando ſubſtitutio fit in hæreditate.Præſ.195..lib.4.nu.4.461.
Prælegatum tunc venit in reſtitutione fideicommiſſi, etiam ſi factum ſit poſt ſubſtitutionem, quando teſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, vt Reſtituat, quicquid ad eum peruenerit Præſ.194.lib.4.nu.31.459.
Idem quando prælegatum continet maiorem partem hæreditatis.ibi.nu.32.
Idem in ſubſtitutione,quę reſpicit etiam futurum ibi.nu.33.
Idem quando teſtator grauauit hæredem reſtituere patrimonium,vel ſubſtantiam ſuam.ibid.nu 34.
Idem quando teſtator iuſſit hæredi,vt reſtitueret portionem ſuam & fideicommiſſum.ibi.nu.35.
Idem quando ſubſtitutus eſſet filius teſtatoris, & grauatus extraneus ibid.nu.36.
Idē quando heres grauatus cepit prelegatum vt heres non vt legatarius.ib.nu.44.
Idem quando teſtator grauauit hæredem reſtituere verbis vniuerſalibus & prægnantibus.ib.nu.45.pag.460.
Idē quādo prelegatū eſſet adeò amplū, vt cōprehēderet maiorē partē hereditatis.ib.nu.46.vbi duplex redditur ratio.
Idem quando filius teſtatoris eſſet ſubſtitutus extraneo, cui factum eſt prelegatum.ibid.nu.47.
Idem quando teſtator iuſſit reſtitui ea, quę in hereditate remanerent.ibid.nu.48.
Idem quando mentio hereditatis facta fuiſſet ad extendendum ſubſtitutionem ſimpliciter factam.ibi.nu.49.
Idem quando teſtator reliquit prelegatum iure & titulo inſtitutionis.ibi.nu.50.
Idem quando teſtator grauauit ipſum hæredem, vt reſtitueret propriam ipſius hæredis hæreditatem.ibi.nu.51.
Idem quando teſtator prælegauit hæredi portionem hæreditatis,in qua ipſe cohæres fuerat prius inſtitutus & grauatus.ibi.nu.52.
Prelegatum alimentorum non venit in reſtitutione fideicōmiſſi.Preſ.194.lib.4.num.14.457
Prelegatum dotis non venit in reſtitutione fideicommiſſi. Preſ.194.lib.4.nu.9.pag.ead.
Idem quando teſtator filiæ à ſe inſtitutæ & grauatæ prælegauit dotem adiecta ratione & cauſa,vt eam equalem redderet cum altera filia, cui iam dotem numerauerat.ibi.nu.12.
Intellige,niſi dos excedat legitimam, quia tunc nullum eſt dotis priuilegium ibi.nu.13.
IN PRÆLEGATO facto vni cohæredum, re euicta ab eo cui fuit prælegata,alter non tenetur de euictione.Præſ.118.li.4.nu.15.296.
Premij ſpes maximè homines allicit ad ſtudia & labores.Pr.100.lib.6.num.1.672.
Et quid proficiant in Rep.præmia.ibi.nu.5.
PRÆPARATORIVM id dicitur, quod precedit in actū principalem:acceſſorium, eſt quod ipſum principale ſubſequitur.Preſ.3.lib.6.nu.2.550.
Et non differt ad acceſſorio quò ad effectus.ibi.nu.3.
Non dicitur autem eſſe cauſa principalis, quando factum ipſum principale requirit expreſſionem certam & formalē. ibi.nu.14.pag.551.
Preparatoria ad proficiſcendum qui fecit, proficiſci voluiſſe preſumitur.Preſ.3.lib.6.num.7.550.
Preparatorium qui eligit,præſumitur etiam voluiſſe eligere principale.Præſ.3.lib.6.nu.11.pag.ea.
Preſbyter qui ſcripturam conſcripſit,falſum commiſiſſe nō preſumitur. Pr.20.lib.5.nu.45.506.
PRÆSCRIPTIO dicitur impiū preſidiū.P.33.li.6.n.4.584
Et dicitur quid odioſū tāquā abſorbēs ius alteri⁹.ib.nu.5.585.
Et dicitur eſſe quid facti,ſeu à facto deſcendens.ibi.nu.7.
Præſcriptio omnis dicitur permiſſa, niſi expreſsè reperiatru prohibita.Præſ.16.lib.6.nu.14.566.
Præſcriptio non præſumitur.Præſ.33.lib.6.nu.1.584.
Et in dubio eſt pronunciandum contra allegantem præſcriptionem.ibi.nu.2.
Et ſicut preſcriptio non præſumitur,ſic nec præſumūtur qualitates,quæ ad ipſam cauſandā requiruntur.ibid.nu.9.585.
Preſcriptio preſupponi domini negligētiā.P.33.li.6.n.3.584.
Præſcriptionem allegans probare eam debet.P.33.li.6.n.2.ea.
In præſcriptione non ſufficit dolo carere,ſed bona fides requiritur.Præſ.3.li.5.nu.33.pag.482.
Præſens an quis præſumatur vel abſens à loco in quo domicilium habet.Præſ.19.lib.6.nu.1.567.
Quòd præſens quis præſumitur in loco,vbi habitat, niſi probetur abſentia. ibid.nu.4
Præſens in iudicio non habet neceſſe illum certiorem facere de actu quem factus eſt ipſe iudex,quia preſumitur ſcire. Præſ.21.lib.6.nu.4.568.
Diſtingue vt ibi.nu.5.pag.ead.
Preſens in loco preſumitur ſcire ea quę ibi.aguntur.Præſ.21.lib.6.nu.1 pag.ead.
Præſentia autem tunc non arguit ſcientiam,quando quis deponeret de præſentia alterius.ibi.nu.9.
Idem quando ageretur de præſumenda ſcientia reſpectu cōſenſus.ibid.nu.10.pag.569.
Idē qn̄ ſtatutū requirit,ꝙ act⁹ fiat in præſentia alicui⁹.ib.n.11.
Preſentia vel abſentia an præſumatur.Pr.19.lib.6.nu.1.567.

Quod non præſumatur,& qui præſentiam vel abſentiam aſſerit,probare debet.ibid.nu.6.pag.568.
Intellige ſi nõ cõſtat de domicilio & habitatione eius,de cuius præſentia vel abſentia diſputatur.ibid.nu.7.
Præſentia præſupponit intelligentiam.Pr.103.li.4.n.7.258.
Præſentia alicuius in actu an & quando præſumatur,cùm ille actus præſentiam requirit.Præſ.18.li.6.nu.1.567.
Quòd cum præſentia ſit quid facti ob id non debet præſumi. ibi.nu.2.
Præſentia alicuius præſumitur in actu,quando ipſe actus fieri conſueuit aliquo præſente.ibid.nu.5.
Idem quando verba ipſa in actu ſcripta ſui natura ſignificarent præſentiam.ibi.nu.7.
Idem quando concurrit aliqua iuris præſumptio, vt ſi ſententia iam tranſiuit in rem iudicatam.ibi.nu.8.
PRÆSENTATIO an præſumatur intra debitum tempus facta,ſi patronus habet contradicentem,& præſentatio nõ fuit admiſſa nulla expreſſa cauſa ipſius reiectionis. Præſ.77.lib.6.nu.9.653.
Declara vt ibi,nu.14.
Præſentatio ad beneficium,& eius beneficij acceptatio , an, & quando præſumatur facta intra tempus à lege præſtitutum. Præſ,77.lib.6.nu.1.652.
Quod intra tempus à lege conceſſum præſumitur facta, quando patronus qui præſentauit nullum habet aduerſarium,qui eius præſentationem habentem debitam formam impugnet.ibi.nu.2.
Præſentatio ad beneficium præſumitur debito tempore facta,quando patronus præſentans habet contradicentem,& præſentatio ipſa iam fuit admiſſa ab ordinario.Præſ,77.li.4 nu.4.653.
Non præſumitur autem facta intra debitum tempus quando patronus habet contradicentem & præſentatio non fuit ab ordinario admiſſa expreſſa cauſa.ibinu.5.
Et quid ſi non fuit admiſſa ab ordinario expreſſa alia cauſa reiectionis , quàm cauſa,quod præſentatio nõ facta fuerit intra debitum tempus.ibid.nu.6.
Expreſſio vnius cauſæ eſt alterius excluſio.Præſ.77.lib.6.nu. 7.653.
Iudex infirmans ſententiam in vno articulo cenſetur in altero confirmare.Præſ.77.lib.6.nu.8 pag.ea.

*Præſumptio quid ſit,& quis ſit eius effectus,& quando vna aliam tollat.*

PRÆSVMPTIO dicitur,quæ de re dubia fit:& eius eſt natura,vt admittat probationem in contrarium, quando ſcilicet eſt præſumptio hominis vel iuris tantùm.Præſ.89.lib, 4.nu.5.&.6.210.
Præſumptio eſt de re dubia, & non attenditur in foro conſcientiæ,quando is, contra quem eſt præſumptio,ſcit veritatem eſſe in contrarium.Præſ.83.lib.4.num.62.192.
Præſumptio ſemper ſumi debet in illá partem,per quam pęna euitatur.Præſ.49.li.5.nu.3.545.
Præſumptio eſt fauorabilior peruenientibus ab inteſtato. quàm pro pia cauſa.Præſ.13.lib.4.nu.3.pag.22.
Præſumptio cum fictione ſimul eſſe non poteſt.Præſ.35.lib, 4.nu.20.pag.56.
Præſumptionis multi ſunt gradus,alia enim eſt leuis,quæ ſolam ſuſpicionem parit:grauis,quæ producit opinionem grauior,quæ operatur plenam credulitatem.Præſ,94.lib.6.nu, 18.667.
Præſumptionum aliqua ſufficit ad condemnandum aliqua ad deferendum iuramentum,& aliqua ad purgandum. Pręſ. 94.lib.6.num.21.pag.ead.
Præſumptio reiicit probandi onus in aduerſarium.Præſ.116, lib.4.num.34.294.
Præſumptionem qui habet pro ſe, reiicit onus probandi in aduerſarium.Præſ.13.lib.6.nu.6.561.
Præſumptionem ſibi fauentem nemo tenetur allegare contra ſe.Præſ.1.lib.5.n.22.475.
Præſumptiones allegari debent cum ex facto deſcendant, alioqui nihil proſunt.Præſ.64.lib.6.nu.37.642.
Præſumptio efficacior & potentior tollit, minus efficacem minuſque potentem.Præſ.64.lib.6.nu.46.643.
Pręſumptio validior tollit debiliorem.Pr.21.li.5.nu.22.508.
Pręſumptio vna ſicut aliã tollit,multò magis probatio , quę pręſumptione ſimplici dicitur efficacior,ipſam pręſumptionem diluit.Pręſ.21.lib.5.nu.9.507.
Pręſumptio iuris quę dicatur:& quę iuris & de iure.Pr.89. lib.4.nu.16.211.
Præſumptio iuris dicitur illa,quæ à lege nominatim fit.Pręſ. 49.lib.6.nu.4.609.
Pręſumptio iuris admittit probationem contrariã Præſ.35.li. 4.nu.6.56.
Præſumptio Iuris,& de Iure non eliditur ſolo iuramento eius cui illa aduerſatur.Præſ.61.lib 6.nu.18 635.
Præſumptio legis pro veritate habetur.Pr.41.li.5,nu.17.534.
Pręſumptio ducta à ſubſtantia rei pręfertur pręſumptioni ſumptę à ſolemnitate actus.Pręſ.3.lib.4.nu.3.pag.6.
Pręſumptum à lege dici etiam tacitum.Pręſ.27.li.4.nu.15.43.
Pręterito facta à patre ignorante ſe habere filium , extinguit legata etiam relicta ad pias cauſas.Pr.189.li.4.nu.126.439.
Ex pręterito non pręſumitur ad pręſens.Pſ.25.li.6.n.12.578.
PRÆTOR ſi virum Nobilem carceratum relaxauit locumque carceris ei prętorium conſtituit ſi is aufugit excuſatur, cùm ſit ſequutus fidem nobilis quem fidei obſeruatorem credebat.Pręſ.59.li.6.nu.3.633.
Pręrori & ancianis ſi eſt commiſſa cauſa, vocem vnam habebit pręror alteram anciani.Pręſ.18.lib.4.num.13.27.
PRIMOGENITVRÆ in conſtitutione reſeruari debet legitima aliis filiis.Pręſ.189.lib.4.nu.177.444.
Et aliis filiis reſeruari etiam debent alimenta.ibi.nu.178.
Primogeniturę bona nunquid poſſint alienari pro conſtitutione dotis,vel ipſamet valeant in dotẽ aſſignari.Pręſ.189. lib.4.nu.175.180.& 181.pag.443.& 444.
Primogenitus is, dicitur, qui tempore ſucceſſionis eſt natumaior,licèt alius ante eum natus & mortuus ſit:& licèt ſolus natus.Pręſ.92.lib.4.nu.2.& 3.230.
Primogenitꝰ tenetur alere alios fratres.P.189.li.4.n.179.444
Primogenito ad ſucceſſionem fideicommiſſi vocato à teſtatore pręſumitur vocatus ętate maior,non autem qui dignitate & animi dotibus alios antecellit.Pręſ.92.li.4.n.1.230.
Intelligitur etiam de eo, qui ſolus natus eſt, nam is dicitur primogenitus,ibid.num.2.
Primogeniti filius,vel eius patruus an dicatur primogenitus, vt ad fideicommiſſi ſucceſſionem admittatur.Pręſ.92.lib.4. nu.4.230.
Primogenitus Regis dicitur etiam ille, qui natus eſt ante adeptum regnum à patre.Pręſ.92.lib.4.nu.5.pag.ea.

*Principis poteſtas & authoritas quanta ſit:qua obedientia principi debeatur,& quando poßit derogare ſuo priuilegio*

PRINCEPS licèt non pręſumatur vti plena & abſoluta poteſtate , pręſumitur tamen vti , quando aliter actus non valeret etiam ad tertij pręiudicium Pręſ.4.lib.6.nu.4.552.
Princeps poteſt aliqua concedere ac reſcribere de iure communi & etiam de iure ſpeciali Pręſ.6.lib.6.num.3.555.
Princeps cùm poſſit concedere ex iure cõmuni & ex iure ſpeciali,pręſumitur conceſſiſſe de iure communi.Præſ.4.li.4. nu.8.8.
Princeps nunquid in dubio pręſumatur voluiſſe priuare bannitum commodis & beneficijs conceſſis à iure communi. Pręſ.45.li.5.nu.15.539.
Princeps poteſt priuare eum,quem propter delictum banniuit beneficiis iuris communis reſpectu bonorum exiſtentium in ciuitate,de qua ipſum banniuit.Pręſ.45.lib.5.nu.12. pag.ead.
Et habet id locum non ſolùm in principe ſupremo , ſed in quouis inferiore dummodo ſit dominus illius loci.ib.n.13.
Princeps ſi ſine cauſę cognitione priuauit vaſallum feudo, quod alteri deinde donauit,pręſumitur facta d.priuatio cauſa & reſpectu donationis.Præſ.12.lib.6.nu.16.559.
Princeps ſi filiis inſtitutis reliquit vxorem vſufructuariam, cenſetur ipſa vxor ſolùm alimentaria.Pr.139.li.4.n.65.327.
Princeps pręſumitur ſcire ea,quę à iure cõmuni ſancita ſunt, & pręſertim conſuetudines vulgares.Pr.40.li.6.n.17.597.
Princeps dicitur confirmare diſpoſitionem teſtatoris , quatenus iure eſt valida voluntas enim principis pręſumitur legis cõformis & conſentanea.Pręſ.189.lib.4.n.182.444.





Princeps an poſſit in præiudicium ſubſtituti legitimare , & exprimere quod ipſum excludit in legitimatione.Præſ.79. lib.4.nu.3.175.
Princeps nõ poteſt impedire iuſtam teſtamẽti executionem. Præſ.79.lib.4.nu.23.176.
Princeps nullo modo debet innouare diuiſiones feudorum, quæ ſemper indiuiſa permanſerunt.Præſ.34.lib.5.nu.14.529.
Principibus eſt obediendum,nec non eorum magiſtratibus quorum perſonam ſubſtinent.Præſ.3.lib.5.nu.87.484.
Principi reſiſtens Deo reſiſtere videtur.Præſ.3.li.5.n.78.ead.
Principis ſui præcepta quando quis contempſiſſe dicatur.Pr. 44.lib.5.nu.1.537.
Principis præſentia tollit omnem fraudis ſuſpicionem.Præſ. 82.lib.4.nu.6.& 10.183.
Princeps an & quando ſuo priuilegio cenſeatur derogare & tollere ſtatutum ciuitatis, cùm non præſumatur regulariter velle tollere ſtatuta ciuitatis.Præſ.39.lib.6.num.1.& 3.595.
Si enim concedit facultatem legitimandi illegitimè natos, vt ſuccedere poſſint non obſt.leg.& conſtitutionibus,præſumitur ſenſiſſe de legib.communibus , non autem de ſtatutis.ibi.nu.2,
Nec præſumitur voluiſſe priuilegio ſuo tollere ſtatuta ciuitatis,etiam ſi dixit in priuilegio , Non obſt.quibuſcunque leg.& conſtitutionibus ibid.nu.4.
Idem etiam ſi in ipſo priuilegio inſerta ſit clauſula , Motu proprio.ibid.nu.5.& 7.
Princeps ſuo priuilegio præſumitur voluiſſe derogare ſtatuto ciuitatis,quando in ipſo priuilegio adiecta fuit clauſula,
Pro expreſſis habentes &c.& quid operetur dicta clauſula. ibi.nu.6.
Idem quando princeps concedens priuilegium ſciuit,vel ſaltem in genere cogitauit extare ſtatutum ciuitatis,ibi.nu.7.
Princeps quando per viam legis generalis derogat omnibus priuilegiis etiam ſi de illis oporteret ſpecialem facere mẽtionem,tolluntur, etiam priuilegia habentia clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia & reſcripta.Præſ.40.lib.6. nu.23.597.
Et quando dicatur per viam legis concedere priuilegia.ibi. nu.24.pag.598.
Non tamen habet id locum quò ad priuilegia inſerta in corpore iuris.ibid.nu.25.
Princeps quando derogat omnib.priuilegiis,per viam alterius priuilegiis vel reſcripti, conſiderandæ ſunt clauſulæ vtriuſque priuilegij.& illæ præferri debent quæ maioris ſunt efficaciæ ad hoc vt ſecundum priuilegium tollat primum. ibi.nu.26.
Et quid ſi clauſulæ ſunt paris efficaciæ.ibi.nu.27.
Principio malo inchoata malo finiri debent exitu : ita econtrà,quæ bono cœpta ſunt principio præſumuntur etiam bono exitu debere finiri.Præſ.17.lib.6.nu.1.566.
PRIORITAS licèt præſumatur ſecundùm ordinem litteræ, ſecus tamen eſt quando actus aliàs redderetur nullus. Præſ.4.lib.6.nu.5.552.
PRIVARI quis non poteſt eo , quod ſibi datum non fuit, ex teſtamento.Præſ.13 lib.4.nu.2.22.
Priuatio non datur,niſi præcedat habitus.Præſ.83.lib.4 nu. 12.186.
Priuatio præſupponit habitum præceſſiſſe.Præſ.61.lib. 6.nu. 4.pag.635.
Priuatus poteſt ſi vult præferre ſuam vtilitatem priuatam vtilitati publicę quando in publica non continetur ſua propria.Præſ.189 lib.4.nu.132.439.
Priuilegiatus nunquam vtitur ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum.Præſ.89 lib.4.nu.121.224.
Priuilegiati duo quando concurrunt,is præfertur,qui tractat de damno euitando.Præſ.189.lib.4.nu.124.439.

*Priuilegium an præſumatur:quando amittatur:& quando quis priuilegio renunciaſſe dicatur.*

Priuilegium non præſumitur.Præſ.14.lib.6.nu.15.562.
Priuilegium non admittitur nec per cõtrauẽtionem , nec per præſumptionem,quando in eo adſcripta eſt clauſula decreti,vel alia prohibitiua Præſ.41 lib.6.nu.10.599.
Nec tollitur priuilegium contrario actu priuilegiati,quando actus fuit coactè factus.ibi.nu.14.
Priuilegio præſumitur quis falſus renũciare quàm iuri communi.Præſ.6.lib.6.num.9.556.
Priuilegio an & quãdo quis renũciaſſe præſumatur : nemo enim regulariter præſumatur renunciare ſuo priuilegio. Pręſumpt.41.lib.6.nu.1.598.
Priuilegio cenſetur quis renunciaſſe , quando fecit actum contrarium ipſi priuilegio.ibid.nu.3.
Intellige quoad præiudicium facientis, actum,non quoad alios.ibi.nu.5.
Non cenſetur autem quis priuilegio renunciare quando facit actum,illi cõtrarium,ſed proteſtatur,quod non intendit renunciare ipſi priuilegio.ibi.nu.11.pa.599.
Idem quando actus contrarius priuilegio ſortitus eſt effectũ ſuum:ſecus ſi is tantũmodo tentauit cõtrauenire.ibi .nu.12
Idem quando priuilegium quæſitum eſt conſuetudine. ibd. nume.13.
Priuilegio an poſſit renunciare priuilegiatus,qui non eſt vſus ipſo priuilegio longo tẽpore,quo vti potuiſſet.Pręſ.41. lib.6.num.16.pa.599.
Priuilegij reuocatio , vel conceſſionis factæ à principe non præſumitur.pręſ.37.libro.6.num.7.589.
Priuilegio iam conceſſo cenſetur receſſum ex ſuperuenienti cauſa. Pręſ.37.li.6.nu.41.590.
Priuilegium alienandi bona fideicommiſſi pro conſtituenda vel reſtituenda dote nunquid poſſit cedi.Præſ.189.lib.4. nu.141.440.
Priuilegium conceſſum ciuib.originarijs non competit ijs qui à ciuitate & loco ſuæ originis receſſerunt. Præſ.42.lib. 6.num.7.600.
Priuilegium reſpiciens deciſoria litium nõ ligat exteros.Pr. 29.lib.5.num.39.520.
Priuilegium dotis competens mulieri tunc tranſit in ceſſionarium,quando mulier ad ſui commodum cedit iura, quæ habet contra hæredes mariti. Pręſ.189.lib.4.num.153.441.
Secus ſi ceſſio fuit facta principaliter ad commodum & vtilitatem ceſſionarij.ibi.nu.154.
Priuilegium conceſſum familiæ comprehendit etiam fœminas nuptas. Præſ.88.lib.4.num.4.205.
Priuilegium competens fiſco ſui natura eſt perpetuum,quia fiſcus nunquam moritur.Pręſ.189.lib.4.num.146.440.
Priuilegium fori competens hæredi inſtituto non tranſit in fideicommiſſarium.Præſ.189.lib.4.nu.151.441.
Priuilegium in corpore iuris inſertum eſt potentius non inſerto : poteſt tamen à principe tolli ſecundo priuilegio & quando præſumatur illud tollere.Præſ.40.li.6.num.13.597.
Quòd ſi retinet nomen & vim priuilegij, pręſumitur ſecundo priuilegio ſublatum; ſecus ſi efficitur ius commne.ibid. num.14.
Priuilegium conceſſum marito , ne teneatur vltra quam facere poſſit , non habet locum in marito putatiuo.Præſ.77. lib.4 num.9.165.
Priuilegium nouum an & quando pręſumatur antiquũ tollere.Præſ,40 lib.6.num.1.596.
Quòd ſi in ſecundo priuilegio nulla eſt facta mentio primi, non cenſetur ſublatum primum regulariter.ibid.num.2.
Et id præſertim quando primum priuilegium habet clauſulam derogatoriam ibi.num.3.
Et id multo magis quando ſecundum priuilegium ſpeciale nulla mentione facta primi generalis,tolleret in totum ius illius primi priuilegiati ; & ſic ei eſſet nimis præiudiciale, ibid.num.4.
Etiam ſi in ſecundo priuilegio adiecta ſit clauſula ex certa ſcientia:vel non obſtante,&c.ibid.num.5.
Et habet id etiam locum inſpecta qualitate.ibid.num.6.
Priuilegium nouum antiquum non præſumitur tollere etiã ſi primum ſit generale, ſecúndum vero ſpeciale.ibi num.7.
Idem dicendum econtra,quando primum eſt ſpeciale,ſecundum verò generale.ibi.num.8.
Et idem dicendum non ſolùm quando ex primo priuilegio acquiſitũ fuit ius in re,ſed etiam ius ad rem.ibi.nu.9.& ſeq.
Priuilegio nouo cenſetur antiquum ſublatum quando primum eſt conforme iuri communi, etiam nulla eius mentione facta.ibi.nu.11.pa.597.
Idem quando primum priuilegium eſt inſertum in corpore

Iuris.ibi.nu.12.
Idem quando illud eſſet ſubreptitium,vel aliàs nullum, etiã de ipſo nulla facta mentione.ibi.num.15.
Idem quando primum priuilegium eſſet multum vulgare. ibi.num.16.
Idem quando Princeps concedendo ipſum cogitauit ſaltē in genere de primo iam alteri conceſſo.ibi.nu.20.
Idem quando 2.priuilegium derogaret primo non in totũ, ſed in aliqua parte,ibi.num.21.
Idem quando in 2.priuilegio adiecta eſt clauſula derogatoria. Non obſt.quibuſcunque priuilegijs in contrarium facientibus.ibid.num.22.& ſeq.
Priuilegium patris, vt poſſit teſtari per filio, non debet eſſe ad præiudicium alterius. Pręſ.38.lib.4.num.14.68.
Priuilegium perſonale, quod habet pattonus, ne à liberto onere fideicommiſſi grauetur in legitima,nõ trãſit in eum, in quem ex neceſſitate memoriæ repudiantis ius patroni transfertur.Præſ.189.lib.4.num.152.441.
Priuilegium à principe conceſſum an & quando præſumatur derogare & tollere ſtatutum ciuitatis. Præſ.39.lib.6. nu.1.595.
Probatio admittitur contra fictionem, quando eſt fundata ſuper dubio, aut incerto. Pręſ.35.lib.4.nu.7.56.
Probationes concludentes eſſe debent.Præſ.41.lib.5.num. 36.535.
Probatio clara præſumptioni præualet. Præſ.21.lib.5.num. 23.508.
Probatio in contrarium licèt non admittatur contra præſũptionem iuris & de iure, admittitur tamen per indirectum. Præſ.89.lib.4. num.10.210.
Probationes dubiæ admittuntur in criminalib.ad probandum accuſati defenſionem,necnon teſtes de ſola crudelitate deponentes.Præſ.3.lib.5.nu.50.pa.483.
Probationes manifeſtę quę dicantur,quibus caſus fortuitus probari debet.Præſ.61.lib.6.num.20.636.
PROCVRATOR cenſetur reuocatus ex ſuperuenienti cauſa quæ ſi adfuiſſet, quando conſtitutus fuit,dominus non conſtituiſſet. Præſ.37.li.6.nu.38.pa.590.
Procuratori ſi quis dedit mandatum ad impetrandum, & probetur,dictum procuratorẽ recepiſſe litteras de his, quæ ſibi mandata erant, pręſumitur impetrationem à procuratore factam fuiſſe Præſ.6.lib.6.num.11.588.
PRODVCENS teſtamentum confectũ cum debita forma à minore 25.ann. non tenetur eum probare fuiſſe maiorem annis.14.Præſ.13.lib.6.num.2.560.

*Profeßionem feciſſe quis dicatur: & an & quando profeßio ſit nulla.*

PROFESSIONEM quis poteſt emittere ſtatim in ipſo ingreſſu religionis.Præſ.83.lib.6.num.3.656.
Profeſſio omiſſa pręſumitur quando quis defert habitum profeſſorum diuerſum ab habitu nouitiorum. Præſ.83.lib. 6.num.19.657.
Idem quando quis aſſumpſit veſtes benedictas, quæ ſolis profeſſis concedi ſolent.ibid.num.20.
Profeſſionem emiſiſſe is præſumitur, qui paſſus eſt ſe promoueri ad ſacros ordines.ibi.nu.24.
Idem quando per annum detulit habitum nouitiorum, qui indiſtinctus eſt ab habitu profeſſorum.ibi.num.25.
Idem quando ante religionis ingreſſum donauit bona ſua agnatis,vel alijs, & deinde in religione perſeuerauit vltra annum probationis.ibid. num.27.
Profeſſionem emiſiſſe is non dicitur, qui habitum extra Eccleſiam ſumpſit,& ſine alia conſueta ſolemnitate.Præſ.83. lib.6.num.16.657.
Idem quando deferens ipſum habitum poteſtatus eſt ſe illũ deferre ſine animo emittendi profeſſionem.ibi.nu.17.
Et ad hoc vt per officium collatum arguatur facta profeſſio, debet ſaltem præcedere tacita profeſſio.ibid.num.18.
Profeſſionem emittere non poteſt minor. 16.annorum ex Conſtit. Sacri Conſilij Tridentini.Præſ.84.lib.6.num.21. pa.659.
Profeſſionis habitum recipiens à non habente poteſtatem non obligatur religioni etiam in genere,& quando concurrant alia requiſita ſufficit tacitus conſenſus ipſius prælati. Præſ.83.lib.6.nu.10.657.
Profeſſio omnis in quacunque Religione etiam non mẽdicantium ex Conſtit. Sacri Concilij Trident.intra annum probationis facta eſt ipſo iure nulla. Præſ.84.li.6.nu.6.658.
Profeſſio conſiſtere non poteſt niſi duæ perſonæ concurrãt quarum vna ſe obliget religioni,altera religionem obliget illi.Præſ.83.li.6.nu.21.pa.657.
Continet enim obligationem reciprocam facientis & recipientis eam.ibi.nu.22.
Et ſi quis reaſſumat ex ſeipſo habitum pluries ſine conſenſu prælati non obligatur profeſſioni.ibi.nu.23.
Profeſſionem emittens ſpõte non autem coactus id facere debet, & quid vltra ſcire debeat. Pręſ.83.lib.6.num.6. & 8.656.& 657.
Et profeſſionem emitere debet conſenſu eius qui poteſt eum incorporare religioni.ibi.nu.9.pa.657.
Profeſſionem emittens debet eſſe legitimæ ętatis.ibi.num. 13.& 23.
Profeſſionem emittens id facere debuit in ipſomet mònaſterio,quia non ſufficeret in domo propria.ibid.nu.15.
PROGENIEI appellatione non modò filij, ſed & nepotes & pronepotes continentur.Præſ.189.lib.4.nu.13.429.
Procemium & præfatio ſtatuti vel legis coniecturam facit eorum,quę ſtatuentes ipſi voluerunt.Præſ.2.lib.6. n.3.549.
Idem dicendum de procemio & præfatione reſcripti principis.ibi.nu.4.
Idem de procemio & præfatione bullæ ſummi pontificis. ibid.num.5.
Idem de præfatione decretis principis.ibid.nu.6.
Idem de præfatione ſententiæ iudicis.ib.nu.7.
Idem de præfatione laudi.ibi.nu.8.
Idem de præfatione inueſtituræ.ibi.nu.9.
Idem de præfatione contractus.ibi.nu.10.
Idem de præfatione diſpoſitionis teſtatoris.ibi.nu.11.
PROHIBITIO dicitur quædam priuatio, quę habitum præſupponit. Præſ.133.lib.4.num.6.316.
Prohibitio de non alienandis bonis fideicommiſſi fortior eſt prohibitione facta à contrahentibus. Inter vnam verò & alteram eſt maxima differentia. Præſ.189.li.4.num.109. & 110.437.
Prohibitiones duæ quando concurrunt de non alienando, tunc prohibita cenſetur etiam alienatio in eum caſum, in quem poterat alienari exiſtente vna ſola prohibitione,ibi. num.111.
Prohibitio de non alienandis bonis fideicommiſſo ſuppoſitis præſumitur facta reſpectu fideicõmiſſi iam ab ipſomet teſtatore conſtituti.Præſ.12.lib.6.nu.17.pa.559.
Prohibitio expreſſa facit ceſſare tacitam. Pręſ.189. lib.4. nu.115.438.
Prohibitum directò dicitur etiam prohibitum per indirectã Præſ.189.lib.4.num.82.435.
Prohibitum ad tempus dicitur poſt tẽpus cõceſſum.Pręſ.165. li.4.num.17.374.
PROMERCALIA quæ dicantur. Pręſ.156.li.4.nu.15.356.
PROMISSA non ſeruare eſt iniquum & legi diuinæ repugnans,necnon legi naturali, quę iubet,datam fidem ſeruari debere. Pręſ.3.lib.5.nu.64.483.
PROMITTENS ſoluere in certo loco, licèt renunciauerit priuilegio ſui fori, conueniri tamen ibi poteſt,& ſi ibi non reperiatur.Pręſ.6.li.6.nu.8.556.
PROMOTIO ad ordines ſacros pręſumitur, quando quis tanquam promotus diù ſtetit & ſeruiuit in beneficio. Pręſ. 76.lib.6.num.18.652.
PROMOVENDVS ad epiſcopatum debet eſſe natus de legitimo matrimonio:& per ſubſequens matrimonium natus promoueri poteſt.Præſ.81.lib.4.num.5.180.
Promotus in dubio nemo præſumitur ad ſacros ordines. Præſ.14.lib.6.num.10.561.
Pronomen,ipſe, eſt reſtrictiuum ad perſonam.Præſ.38.lib. 6.num.32.594.
Pronomen,ipſe, perſonalitatem oſtendit. Pręſ.178.lib.4.nu 19.400.

Pronomẽ



Pronomen,is, vel ipſe,perſonalitatem ſignificat.Præſ.62.li. 4.num.6.117.
Pronomen,meum, tempus præſens denotat.Præſ.127.lib.4. nu.35.309.
Et pronomina,meus,tuus,ſuus, ſunt poſſeſſoria,& ob id tempus præſens demonſtrant.ibid.nu.36.
Secus ſi illis ſit adiunctum verbum futuri tẽporis.ibid.n.37.
Pronomina, meum,tuum, ſuum,ſignificat dominium in diſpoſitione particulari,ſecus in vniuerſali.Præſ.162.li.4.nu. 29.368.
PROPOSITIO particularis verificatur in vno ſolo.Pr. 186.lib.4.num.7.pag.417.
PROTESTATIO licèt admittatur contra præſumptionẽ iuris & de iure,quando tamen ex ea fraus legi facilè fieri poteſt ſecus eſt.Præſ.29.lib.5.num.14.518.
PROTHIRVM quid ſit,& an veniat nomine inſtrumentorum domus.Præſ.154.lib.4.num.20.354
PROTHOCOLLA inter mobilia conumerantur. Præſ. 142.lib.4.num.15.337.
Prothocollum ſi eſt ſcriptum manu alterius quàm notarij: ſuſpicionem falſitatis arguit.Præſ.20.lib.5.nu.30.pag.505.
Secus ſi notarius ſe ſubſcripſit.ibi.nu.31.
Prothocollum notarij ſi cõtineat Rubricam huiuſmodi Inſtrumentum emptionis & venditionis inter Caium & Sempronium confectum &c.præſumptionem facit fuiſſe celebratum talem contractum,ſed manifeſtè nõ probat.Pręſ.1. lib.6.nu.2.547.
PROVISIO hominis plus operatur quàm prouiſio legis,& ſic facit ipſam prouiſionem legis ceſſare.Præſ.190.lib.4.n. 39.448.
Quod procedit, quando facta eſt ſuper eodem facto, & ad idem ambæ tendunt ibid.nu.40.
Secus ſi ad diuerſa.ibid.nu.41.
Et ſecus ſi legis prouiſio pinguius prouidet.ibi.num.42.
Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, & quando hoc procedat.Præſ.109.lib.4.num.44.277.
Prouiſio teſtatoris expreſſa facit ceſſare tacitam prouiſionem legis.Pręſ.41.lib.4.nu.13.82.
Et procedit hoc non ſolùm quando tacitum, & expreſſum eſt circa idem,ſed etiam quando eſt circa diuerſum.ibid.
PROXIMVM ſuum fraudare in negotio eſt aduerſus legem diuinam.Præſ.3.lib.5.nu.72.484.
PRVDENTIA eſt fons,& mater omnium virtutum, non tamen ineſt homini à natura cùm longa rerum experientia acquiri ſoleat.Pręſ.91.lib.6.nu.20.664.
PSEVDO prophetas adorans, & falſas ceremonias obſeruans vehementer ſuſpectus eſt de hæreſi.Præſ.6.lib.5.nu. 19.490.
PVBERTAS in maſculis cenſetur vſque ad decimum quartum annum,in fœminis vſquead duodecimũ.Præſ.157.lib. 4.num.38.360.
Pubertas plena dicitur vſque.14 annum. Pręſ.47.lib.4.nu. 4.86.
Pueri omnia iudicant maiora quàm ſint,& ideo rebus quibuſcunque etiam leuiſſimus terrentur. Præſ.50.lib.6.num. 31.615.
Puer etiam doli capax aſſumendo habitum profeſſionis, & faciendo actum profeſſis conuenientem non efficitur profeſſus.Præſ.83.lib.6.num.14.& 24.657.
Puerum,& infantem generare non poſſe. Præſ.90.lib.6.nu. 3.662.
Puerum ſcienter rebaptizare arguit hæreſim manifeſtam. Præſ.6.lib.5 num.7.490.
Puerum nouem annorum aliquando generaſſe. Pręſ.90.lib. 6.num.4.662.
Pugillares erant tabellæ quædam, in quibus ſcribebant antiqui Pręſ.160.lib.4.num.25.365.
Pupilli connumerantur inter miſerabiles perſonas, quando. ſunt pauperes & orphani.Præſ.115.lib.4.num.11.290.
Pupillus non dicitur habere in ſe perfectam animi deliberationem ob ætatis defectum nec quò ad voluntatem, nec quò ad aliquem actum.Præſ.69.lib.4.num.7.135.
pupillus præſumitur educatus à tutore,apud quem erat.Pręſ. 11.lib.6.num.2.pag.558.
Pupillus præſumitur potius ſimplicitate ductus quàm dolo ad aliquid faciendum.Præſ.3.lib.5.num.28.482.
Pupillus præſumitur recepiſſe alimenta à tutore niſi probet ſe aliunde ea habuiſſe. Præſ.71.lib.6.num.2.648.
Pupillus ſi tutori ſibi ſolidum ſoluẽdi cedit actionem aduerſus contutorem, priuilegio pupillis conceſſo amplius non gaudebit.Præſ.189.lib.4.num.150.441.
Pupillo non ſucceditur per vulgarem ſubſtit. ſed ſolùm ipſi teſtatori.Præſ.34.lib.4.num.4.51.
Pupillus non poteſt grauari onere fideico mmiſſi in pupillari ſubſtitutione,& hoc quando procedat.Præſ.49.lib.4.num. 13.88.
Pupillus vel minor nec poteſt ſine auctoritate tutoris vel curatoris ſe alteri obligare.Præſ.34.lib.6.num.6.585.
Pupillus,& qui ei ſubſtitutus eſt, ſi eodem tempore moriantur,non poteſt dici vnus alteri ſuperſtes, vt ſuccedat in demortui locum. Pręſ.50.lib.6.num.19.613.
Purgatio canonicas facilius admittitur pro nobili accuſato quàm pro ignobili.Præſ.59.lib.6.num.8.633.
Puteum fodiens in ædibus ſuis, ex quo venę putei vicini ſui pręciduntur,non præſumitur feciſſe ad detrimẽtum vicini, ſed ſolùm pro ſua vtilitate. Præſ. 29 lib.6.nu.4.582.
Idem de faciente foſſam in agro, qui aquam è fundo vicini auocet.ibi.num.5.

## Q.

QVALITAS iuncta verbo intelligi debet ſecundũ tempus verbi.Præſ.81.lib.4.num.17.181.
Fauore autem perſonæ ſæpè non intelligitur ſecundùm tempus verbi.ibi.num.18.
Qualitates duæ quando concurrunt in diſpoſitione,naturalis vna, & vna accidentalis, attenditur illa,quæ eſt vtilior, & quæ facit actum validum.Præſ.24.lib.4.num.20.38.
Quantitas ſi reſpectu certæ ſpeciei debetur, ſpecie perempta,debitor à præſtatione quantitatis liberatur.Pręſ.145.li. 4.num.9.341.
Quantitas & ſi pluries in teſtamento ſit legata, ſemel tantũ in dubio datur.Præſ.128.lib.4.num.9.310.
Extende,etiam quando pluribus factum eſt legatum generale, & coniunctum ex illis pluribus legatum ſpeciale.ibi. nu.10.
Duplicatum verò cenſetur legatum quantitatis, quando ſecundum legatum continet diuerſam quantitatem à primò. ibi.num.15.
Et idem quando eadem quantitas in eodem teſtamento legatur à diuerſis hæredibus pręſtanda.ibi.num.16.
Et idem eſt dicendum in contractibus.ibi.num.17.
De Quantitate ad ſpeciem non fit, compenſatio.Præſ.109. lib.4.num.18.274.
Quarta non detrahitur,ex bonis fideicommiſſi relicti à milite.Præſ.52.lib.4.num.7.93.
Quarta debita patrono in bonis liberti dicitur quædam portio legitimæ.Præſ.109.lib.4 num.15.274.
Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt. Præſ.47.lib.5.num.14.542.

## R.

RACHEL vxor Iacob Patriachæ dum Beniaminum peperiſſet, in partu animam afflauit, ipſe verò Beniamin multo tempore vixit.Præſ.52.lib.6.num.11.619.
Raguſini proprijs viuunt legibus non autem Romanis.Præſ. 18.lib.4.num.41.30.
Ratio impellit hominem ad bonum, ſenſus autem ipſum inclinat ad malum. Præſ.1.lib.5.n.14.474.
Ratione ceſſante debet ceſſare, & diſpoſitio.Præſ.64.lib.6. num.20.641.
Ratio eadem vbi militat,ibi idẽ ius militare debet.Pręſ.21. lib.4.num.15.33. & Præſ.36.li.eo.nu.35.61.& Pręſ.191.li.eo. num.3.450.
Et procedit id etiam in pœnalibus.Pręſ.33. li.5.num.18.527.
Rebecca geminos filios peperit ex Iſaac, & geminos Thamar ex Iuda ſocero. Pręſ.51.lib.6.num.2.616.
Rebellis is pręſumitur, qui natus eſt ex progenie tali nota

infamata

infamata.Præſ.58.lib.6.num.7.633.

Receptans ſcienter furem punitur pœna furti. Præſ.29.lib.5.num.34.519.

In dubio autem ſecus eſt.ibi.

Receſſiſſe non dicitur, qui breui eſt reuerſurus.Præſ.50.lib.4.num.vnde.7.pa.89.

RECTORI & vniuerſitati ſcholarium ſi data eſt facultas eligendi bidellum vocem vnam habebit Rector, alteram ſcholares.Præſ.18.lib.4.num.13.27.

Idem de prælato & capitulo dicendum.ibi.

Redditus & emolumenta rogationum & prothocollorum notarij continentur in legato vſusfructus omnium bonorum. Præſ.142.lib.4.num.15.337.

Referenti nulla ſolet fides adhiberi,cùm de relato non conſtat.Præſ.1.lib.6.num.6.548.

Regis cuiuſdam filius regno ſe ob id abſtinuit,quòd eius mater ſibi dixit,ipſum nō fuiſſe procreatum ex Rege.Præſ.53.lib.6.num.9.621.

Regula non ex actu vno ſingular, ſed ex multis, vt ſit vniuerſalis,confici debet.Præſ.49.lib.6.num.8.609.

Regula cancellariæ de veriſimili quare promulgata.Præſ.37.lib.5.num.2.530.

Regula generaliter ſeu indiſtinctè poſita declaratur per exēpla in ea relata.Pręſ.89.lib.4.num 56.216.

Reijciens aliquem tanquam pauperem probare debet illum eſſe talem.Præſ.25.lib.6.num.16.578.

Reipublicæ intereſt plures homines naſci, & ciuitatem hominum copia repleri magis quàm diuitiarum. Præſ.12.lib.5.num.7.498.

Reipublicæ negotia ſi ab vna ex duabus partibus ciuium ſolent pertractari,ſi tamen ambæ partes pertractarunt,negotia præſumuntur tantum ab illa parte tractata ad quā pertractatio pertinebat. Præſ.4.lib.6.num.16.pa 552.

RELATIO nunquam fit ad illud, per quod diſpoſitio fauorabilis reſtringeretur,quando ſui natura eſt largè interpretanda.Pręſ.47.lib.4.num.7.86.

Et nunquid fit ad verba,quę ſunt demonſtratiua. num.8.ibi.

Relatio licèt regulariter fieri debeat ad pręcedentia, fallit tamen quando alias actus vitiaretur.Præſ.4.lib.6.num.552.

RELATIVVM iunctum pronomini ſignificat omne illud,quod antecedit.Præſ.173.lib.4.num.11.393.

RELATIVIS, quam,vel quod.ſui natura operatur, vt pręcedentia cenſeantur relata cum omnibus ſuis qualitatibus. Pręſ.169.lib.4.num.22.389.

Relatiuum, quod, eſt repetitiuum conditionis & qualitatis pręcedentis in ſubſequens. Pręſ.180.lib.4.num.54.406.

RELIGIONI eſt fauendum in dubio. Præſ.84.lib.6.nu.11.& ibid.num.18.658.& 659.n

Religionem quis non dicitur ingreſſus ante profeſſionem. Præſ.83.lib.4.num.74.193.

Religionis ingrediens debet renunciare mundo & vanitatibus ſuis, & vouere paupertatē & obedientiam. Præſ.83.lib.4.num.18.187.

Religioni qui ſe obligare non poteſt nec ei eius bona requiruntur.Præſ.84.lib.6.num.20.659.

Religionis habitum ſuſcipiens in articulo mortis non dicitur profiteri religionem,nec bona ſua monaſterio acquirere:ſecus ſi deinde incolumi effectus perſeuerauit,& profeſſionem emiſit.Pręſ.83.li.4.num.84.194.

Religionem ingreſſus, quando præſumatur profeſſionem emiſiſſe,ne poſſit ad ſecundum redire. Præſ.83.lib.6.num.1.656.

Quod quando expreſſè profeſſionem emittit, caſus eſt ſine dubitatione.ibi.num.2.

Dummodo concurrant reliqua habilia.ibid.

Religionem ingreſſus præſumitur in eadem voluntate perſeuerare.Præſ.84.lib.6.num.16.659.

Religionem ingreſſus non præſumitur profeſſionem feciſſe quando tacitè id egit.Præſ.83.lib.6.num.4.656.

Secus ſi coniecturis aliter appareat.ibid.

Si enim ſuſcepit habitum profeſſorum & aliquod exercitiū facit profeſſis conueniens pro profeſſo habetur,nec requiritur perſeuerantia tridui.ibi.num.5.

Religionem ingreſſus ante profeſſionem ſaltem per annū debet eſſe nouitius ex Conſt. Sacri conſilij Trident.Præſ.83.lib.6.num.6.656.

Religionem ingreſſus, donec intra probationis annum exiſtit,licet inter religioſos connumerari non poſſit in multis tamen pro religioſo habetur: & in quibus.Præſ.82.lib.6.num.1.& ſeq.656.

Religionem ingreſſus bonorum capacem ſi decedit intra annum probationis,& eſt dubium, an fuerit ingreſſus animo probandi, vel profitendi, nunquid eius bona acquirantur Monaſterio.Pręſ.84.lib.6.num.13.659.

RELIGIONES & nouas ſectas qui inducunt,fiunt ſuſpecti de hæreſi, cùm ſit valde periculoſum noua inducere. Pręſ.34.lib.5.num.3.529.

Religioſus,quis propriè, & verè non dicitur ante profeſſionem.Præſ.84.lib.6.num.10.658.

Religioſi non poſſunt eſſe teſtamenti executores,niſi habita à ſuis pręlatis licentia. Præſ.34.libr.6.num.10. & 21.585.& 586.

Religioſus decedens intra annum probationis an præſumitur voluiſſe bona ſua acquiri Monaſterio,vel potius venientibus ab inteſt.Præſ.84.lib.6.num.1.658.

Quod ſi ingreſſus eſt religionem bonorum incapacem in communi, & in particulari, d.eius bona non acquiruntur Monaſterio.ibi.num.2.

Et quid ſi religio eſt bonorum capax,cui expreſſe obtulit, ſe & ſua,ibi.num.3.

Et quid ſi non expreſſè, ſed tacitè tantùm bona obtulit. ibi.num.4.

Et quomodo dignoſci poſſit hæc tacita oblatio.ibi.num.5.

Religioſi bona,qui deceſſit intra annum probationis, an acquirantur Monaſterio quando Religio eſt bonorum capax, & eiſua bona non obtulit expreſſè,ad tacitè tantùm,conſtat tamen coniecturis, quod voluit mutare vitam.Pr.84.lib.6.num.7.658.

Et quid ſi eſt ingreſſus religionem animo experiendi, atque probandi non autem profitendi,ac ſe obligandi.ibid.nu.8.

Religioſus exiſtens intra annum probationis poteſt de bonis ſuis teſtari, & diſponere ad libitum. Præſ.84.li.4.num 12.659.

Religioſi mendicantes ſunt incapaces bonorum immobilium,quæ ſi ei legantur,æſtimatio debetur eis.Præſum.120.lib.4.num.4.& 5.pag 298.

Religioſus,qui relicta religione factus eſt apoſtata,& id ſine iuſta & probabili cauſa, ſuſpectus eſt de hæreſi.Præſ.6.li.5.num.34.491.

Et id multo magis procedit, quando duxiſſet vxorem, quia non ſolùm habetur vt ſuſpectus, verum vt verè hæreticus eſt puniendus.ibi.num.35.

Reliquatus eſt debiti reſiduum. Præſ.154.li.4.num.16.354.

Remedia plura quando ſunt vni à iure conceſſa, poteſt is vno remedio vti, & tamen ex eo alteri non præiudicatur.Pr.190.li.4.num.33.448.

Remedium extraordinarium concurrens cum ordinario an ſit conſiderabile.Præſ.4.lib.4.num.18.8.

Remedium ordinarium quando extat, debet ceſſare extraordinarium.Præſ.190.lib.4.num.37.448.

Et tunc facit ceſſare extraordinarium, quando extraordinarium eſt contra ius commune.ibi.num.38.

Remedium ſubſidiarium ceſſare dicitur,quando ceſſat cauſa & ratio, qua ipſum remedium fuit introductum. Pr.190.li.4.num.35.448.

Remotus præſumitur aliquando magis dilectus proximiore. Pręſ.71.lib.4.num.20.143.

Remuneratio ſupponit obligationem quandam, non tamen compellit neceſſario. Præſ.167.lib.4.num.33.pa.385.

Renuncians clàm alicui iuri ſub fiducia, ne illud ius veniret in compromiſſum,non cenſetur id dolo egiſſe.Pręſ.3.lib.5.num.38.482.

Renuncians priuilegio ſui fori cenſetur etiam renunciaſse iuri communi, vt verba aliquid operentur. Præſ.6.lib.6.num.7.pag.556.

Et ſi promiſit ſoluere in certo loco, licèt renunciauerit priuilegio fori, conueniri tamen ibi poteſt,etſi ibi non reperiatur

riatur.ibi.num.8.


INDEX.


riatur.ibi.num.8.

Renunciatio & confeſſio facta à genero erga ſocerum pro ſolutione dotis, præſumitur facta reſpectu & cauſa prouiſionis de ea dote numeranda.Præſ.12.lib.6.num.11.559

Renunciatio beneficij inualida nocet renuntianti,ne poſſit continuare poſſeſſionem,licèt quò ad alios nō noceat.Præſ 101.lib.4.num.33.252.

Renunciatione generali iurium non cenſetur renunciatum lucro dotis ex præcedenti pacto & conuentione delato.Pr.37.lib.6.num.20.589.

Renunciatio proprij iuris eſt quædam donatio, quę non pręſumitur.Præſ.41.lib.6.num.2.598.

Repudians hęreditatem alteri non obligatur.Pręſ.99.lib.4.num.12.245.

Repudians hęreditatem nō ſolùm hæreditate priuari debet, verùm etiam omnibus bonis cum per inſtituentem in eum quocunque titulo tranſlatis. Pręſ.101.li.4.num.52.253.

Repudiatio hęreditatis quomodo factis arguatur, Pręſ.102.lib.4.num.13.& 14.258.

Repudiatio & aditio in multis quò ad inducendum eas à pari pręcedunt, & ideo ſolo animo inducitur repudiatio Pręſ.102.lib.4.num.2.257

Repudium vxori fraude is præſumitur miſiſſe mortis tempore,qui viuens mittere potuit.Pręſ.8.lib.6.nu.2.pag.557.

Repulſus ab electione ob vitium & crimen amplius non eſt admittendus, quia vitium adhuc præſumitur durare.Præſ.32.lib.5.num.16.524

Res vna,& eadem non debet diuerſo iure cenſeri,ſecus quo ad intellectualem conſiderationem. Præſ.54.lib.4.num.16.& 17.&.Præſ.86.li.eo.num.14.202.

Res vna non debet diuerſo iure cenſeri.Pręſ.146.lib.4.num.34.345

Res præſumitur extare apud eum, ad quem ſemel peruenit, niſi probetur amiſſa aut cōſumpta. Pręſ.27.lib.6.nu.8.580.

Res illorum eſſe præſumuntur quorum ſigna & nomina inſcripta vel impoſita in eis ſunt. Præſ.73. lib.6.num.9.pag.649.

Rei proprietas non cenſetur alienata per locationem ad longum tempus. Præſ.167.lib.4.num.44.386.

Res quomodo præſumatur habita pro derelicta. Præſ.30.li.5.num.16.521.

Rem inueniens ſciens eam non eſſe habitam pro derelicta, ſi non reſtituit, furtum committit: & quomodo ſcire id poſſit.Pręſ.30.lib.5.num.20.521.

Secus eſt,ſi ignorat.ibi.

Rem inueniens, quę nunquam fuit in alicuius bonis, ſicut lapilli & gemmæ,quæ in litotrę maris inueniuntur, nec verè nec pręſumptiuè furtum commiſiſſe dicitur.Præſ.30.li.5.num.2.520.

Rem inueniens, quæ aliquando fuit in bonis alicuius nunc autem non reperitur cuius ſit, furtum non dicitur committere.ibi.nu.4.& ſeq.

Rem inueniens,quæ & nunc eſt in dominio alicuius, & dominus inueniri poteſt libellum propoſuit, in quo oſtendat ſe paratum reſtituere domino furtum nullo modo commiſiſſe dicitur.ibi.nu.9.pag.521.

Et fuit lex Romanorum, vt rei inuentæ libellus proponeretur.ibid.

Idem quando ipſę inuentor deponit rem apud iudicem vel apud Epiſcopum.ibi.num.10.& 11.

Et id lege Longobardorum ſancitum fuit.ibi.

Et idem mos eſt apud Gallos.ibi.

Rem inueniens,quam probabiliter credit habitam fuiſſe pro derelicta ab ipſo domino,etiam ſi non propoſuit libellum, excuſatur à furto etiam in foro conſcientiæ.ibi.nu.15.

Rei inuentor alienę ſi propoſuit libellum, quo notum fecit ſe rem inueniſſe,& petit pretium inuētionis,furtū non dicitur committere, licèt malè faciat quò ad illud pretium.ibi.num.12.

Rei inuentor, cuius dominus inueniri poteſt, ſi credens illā habitam fuiſſe pro derelicta libellum non propoſuit, furti ſuſpicione non caret.ibid.num.13.

Nec eius aſſertioni eſt ſtandum, quòd ſcilicèt eam acceperit animo non furandi, etiam ſi iurauerit.ibi.num.14.

Idem apud aliquem fuiſſe ſi iam probatum eſt, tenetur ille probare amiſſionem.Præſ.64.li.6.num.32.pag.642.

Res ad eum pertinere præſumitur qui facit impenſam. Pr.73.lib.6.num.4.649.

Rem perueniſſe ad reum conuentum ſi ſola extat ſuſpicio, ſi negat is illam habere,vel ad ſe perueniſſe, ſtatur ipſius Iuramento.Præſ.61.lib.6.num.7.635.

Rem perueuiſſe ad reum conuentū ſi conſtat Iuris præſumptione ſi is negat eam ad ſe perueniſſe an ſit ſtandum eius iuramento.ibi.num.9.

Rem perueniſſe ad reum conuentum ſi cōſtat præſumptione Iuris,& de iure,& is negat rem ad ſe perueniſſe non ſtatur iuramento ipſius.ibid.num.17.pag.636

Rem perueniſſe ad aliquem ſi conſtat nec is negat perueniſſe dicitur autem caſu rem illam perdidiſſe an ſtatur eius Iuramento. ibi.num.19.

Rei amiſſionem vel conſumptionem non pręſumi. Præſ.61.lib.6.num.1.634.

At ſi non conſtat rem ipſam perueniſſe ad eum qui in iudicio conuenitur,ſi reus dicit ſe illam non habere,præſumitur eam amiſiſſe niſi contrarium probetur.ibi.num.2.

Rei amiſſio ſi fuit probata,& aſſeritur dolo,& culpa eius qui amiſit fuiſſe rem amiſſam,è contra verò qui amiſit,caſu, & fortuito amiſiſſe aſſerit, quis tenebitur probare caſum vel dolum.Præſ.61.lib.6.num.30.636.

Res perdita eo ipſo dicitur,quòd adhibita diligenti inquiſitione non reperitur. Præſ.61.lib.6.num.3.pag.634.

Rei traditio non pręſumitur, niſi adſit aliquod verbum, id ſui natura ſignificans.Præſ.14.lib.6.num.2.pag.561.

Rei ſiue mobilis ſiue immobilis vnitas vel identitas probari debet ab eo,qui eam deducit, non enim pręſumitur.Pr.15.lib.6.num.25.564.

Et rerum pluralitas præſumitur aduerſus eum, qui vnitatem & identitatem deducit.ibi.num.26.

Rei mobilis identitas quibus ſignis probetur.ibi.nu.28.

Rei immobilis idētitas vnitaſq; probari ſolet multis modis, & quibus.ibi.num. 29.& ſeq.

Res aliena ſi reperitur deſcripta in inuentario bonorum pupilli nō præſumitur pupilli, nec dicta deſcriptio habet nocere domino rei eam vendicanti, nec tutori,qui eam deſcribi fecit.Præſ. 97.lib.6.num.9.671.

Res aliena ſi ſit legata quam teſtator ignorabat eſſe alienam, ſed propriam eſſe credebat,non debe tur, nec etiam ęſtmatio.Pręſ.116.lib.4.num.13.292.

Res aliena ſi ſit legata, an & quando ſit ipſa præſtanda, vel ſaltem eius æſtimatio ex præſumpta teſtatoris voluntate. Præſ.116.lib.4.num.1.pag.ea.

Vide legatum rei alienę.

Re aliena legata,quando valet legatum, hæres tenetur præſtare æſtimationem, ſi rem ipſam redimere & pręſtare non poteſt,Præſ.116.lib.4.num.41.pag.294.

Quę ęſtimatio boni viri arbitrio conſideranda eſt.ibi.nu.42

Res dubię in benigniorem partem interpretari debent.Præſ.7.lib.5.num.21.493.

In re dubia media via eſt eligenda.Pręſ.56.lib.4.n.4.pag.103

Res, quę tranſit ad ecclęſiam licèt fiat immunis & exempta à collectis, poteſt tamen teſtator legando rem eccleſię apponere legem, quòd ipſa eccleſia teneatur pro dicta re ad onera & collectas. Præſ.83.lib.4.num.14.186

Res emphiteutica ſi eſt legata, non debetur eius æſtimatio. Præſ.118.lib.4.num.19.296.

Res poſſeſſę ab Epiſcopo pręſumuntur eſſe de menſa. Pręſ.83.lib.6.nu.19.657.

Re feudali legata quę pręſtari non poteſt,nunquid debeatur ęſtimatio ex pręſumpta teſtatoris mente, qui ſciebat rem eſſe feudalem.Pręſ.119.lib.4.num.6.297.

Res ſuppoſita fideicommiſſo ſi ſemel fuit alienata,perpetuò durat alienabilis.Pręſ.189.lib.4.num.192.444.

Et quando procedat.ibi.

Res furto ſubtracta ſi reperitur apud aliquid,an is pręſumatur furtum commiſiſſe, tā vt ſit locus pœnæ furti,quàm vt domino res ipſa reſtituatur.Præſ.29.lib.5.num.1.518.

Quòd ſi reperitur apud eum, quem non conſtat adhuc eſſe probatę

probatæ famę vel non, & agitur de indicenda pœna ipſa criminis,non oritur ex hóc ſufficiens pręſumptio, ſed ſola quędam ſuſpicio.ibi.num.2.
Et hæc ſuſpicio diluitur, ſi is nominat, à quo rem habuit, vel iurat,ſe illum non cognoſcere.ibi.num.3.
Res furtiua ſi reperiatur apud virum probum & bonæ conditionis & famę,ceſſat omnis ſuſpicio,quòd ipſe illam ſubtraxerit. Præſ.29.lib.5.num.4.518.
Si autem reperitur apud virum malè conditionis & famæ, adeò magna contra eum inſurgit præſumptio,vt torturæ locus eſſe poſſit,ibi.num.6.
Quando autem agitur de indicenda ipſa pœna furti ordinaria,præſumptio non inſurgit adeò vrgens, vt ſufficiat ad cõdemnandum.ibi.num.7.
Secus ſi concurrant aliæ coniecturæ,quòd ſolus conſueuerit is receptare furta, vel res furtiua reperta eſt in loco ſecreto ipſius domus,quia locus erit pœnæ.ibi.num. 8.
Et multæ aliæ coniecturæ connumerantur.ibi.
Res furtiua ſi reperitur apud aliquem,qui ipſam emerit,& ambigitur de ſola ipſius rei reſtitutione,an is præſumatur furti particeps,& teneatur ad reſtitutionem.ibi.nu.9.
Res quę dicitur furto ſubtracta,quòd fuit in loco vbi commiſum eſt furtum,probatur ex eo, quod antea ibi fuerit. Præſ. 61.lib.6.num.26.636.
Idem quando furtum fuit commiſſum in loco in quo res ſolent cuſtodiri.ibid.num.27.
Et ideo ſtatur Iuramento eius qui probauit furtum fuiſſe cõmiſſum.ibi num.28.
Rem qui furto amiſit caſum fortuitum probare tenetur cũ alioqui ſui culpa commiſſum præſumatur. Præſ.61.lib.6. num.36.637.
Re hæredis à teſtatore legata, an & quando legatario res ipſa debeatur vel ſaltem ipſius rei æſtimatio. Præſ.117.lib.4. num.1.& per tot.294.
Res legata ſemel tantùm debetur,etiam ſi in diuerſis ſcripturis puta teſtamento,& codicillis eadem relinqueretur.Pr. 128.lib.4.num.5.310.
Idem quando eſſent legata bis præſtanda à diuerſis hæredibus.ibi.num.6.
Debetur autem bis,quando à duobus teſtatoribus fuit legata,& primùm præſtabitur ipſa res, deinde æſtimatio.ibid. num.7.
Intellige, niſi duo illa teſtamenta haberentur pro vno & eadem.ibi.num.8.
Re legata, quæ perijt viuo teſtatore tranſmittitur actio, qua æſtimationem conſequi poſſit legatarius.Pręſ.145.lib.4.n. 7.341.
Diuerſum autem éſt, quando ſpecies eſt in obligatione.ibi. num.8.
Rei legatæ æſtimatio an & quando ſit legatario incapaci præſtanda ex præſumpta teſtatoris voluntate.Præſ.120.lib. 4.num.1.298.
Rei legatę æſtimatio nunquid debeatur forenſi,quando ſtatutum diſponit,quòd res ſint omnino inalienabiles in forẽſes.Præſ.120.lib.4.num.8.pa.ea.
Quòd ſi ſtatutum prohibet alienationem fauore publicæ vtilitatis æſtimatio non debetur.ibi.num.9.
Idem quando repugnat coniecturata mens teſtatoris,qui noluit legatarium conſequi eſtimationem.ibi.num.10.
Rei legatæ ſub conditione dominium non tranſit in legatarium à morte teſtatoris, ſed ſolùm poſtquam euenit conditio.Præſ.199.lib.4.num.12.469.
Et id etiam habet locum in conditione tacita,quæ tamen ex teſtamento prouenit.ibi.nu.13.
Res mea amplius mea effici non poteſt.Præſ.116.lib.4.num. 10.292.
Rerum nouarum ſtudioſi ſunt valdè legibus ſuſpecti, & ob id malè de eis præſumitur.Pręſ.34.lib.5.num.1.529.
Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter. Præſ.188.lib.4. num.6.423.
Et rei dominus poteſt, ſi vult,re ſua abuti.ibi.num.12.
Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter, & Dominus poteſt re ſua abuti:ſecus in præiudicium tertij. Pręſ.83.lib.4. num.6.& 8.186.
Rem ſuam ſi quis paſſus eſt deſcribi in ęſtimo, pręſumptionem habet contra ſe. Præſ.97.lib.6.num.3.671.
Res venales an in legato rerum mobilium vel earũ vſufructu comprębenſę à teſtatore præſumantur. Pręſ.137.lib.4.nu.1. 319.
Quòd ſi teſtator legauit certum genus bonorum, non comprehenduntur res venales.ibid.num.2.
Idem quando teſtator legauit ſimpliciter bona ſua mobilia non adiecto ſigno vniuerſali .ibi.num.3.
Res venales comprehendũtur in legato rerum mobilium, quando coniecturis & præſumptionibus conſtat,teſtatorẽ voluiſſe ſub eo legato eas comprehẽdere, & quibus coniecturis id conſtare poſſit.ibi.num.8.& ſeq.
Idem quando téſtator dixit. Lego vxori meę omne frumentum, quod domi habeo : & teſtator nullum aliud frumentum haberet quàm illud venale.ibi.num.9.
Idem quando teſtator dixit : Lego frumentum, quod domi quocunque modo habeo.ibi.num.10.
Idem quando res venales ſunt fructus collecti ex fundi & agris teſtatoris,& non negotiationis cauſa.ibi.nu.11.
Idem ſi teſtator legaret omnia quæ domi habet, excepta lana venali:omnes enim aliæ res venales cenſentur comprehenſę.ibid.num.12.
Idem quando pater diues legat filio.ibi.num.13.
Reſcriptum declaratur à precib⁹ pręcedentibus. Pręſ.190.li. 4.nu4.446.
Reſcriptum pręſumitur ab eo impetratum,qui impenſam facere tenebatur. Pręſ.11.lib.6.num.4.558.
Reſcriptum ſi duas cauſas continet, quarum vna eſt vera,altera falſa præſumitur conceſſum ob cauſam veram.Pręſ.4. lib 6.num.17.553.
Reſcriptum impetrans expreſſis falſis qualitatibus doloſè id egiſſe pręſumitur. Præſ.3.lib.5.num.54.483.
Reſcriptũ impetrans non expreſſis, his quę mouere potuiſſent principem ac non concedendum,præſumitur voluiſſe circunuenire & decipere ipſum principem & ſic doloſus cenſetur. Pręſ.3.lib.5.num.75.484.
Reſcripto vtens probare debet impletam eſſe conditionẽ à lege ſubintellectam in reſcripto, quæ eſt ſi preces veritate nitantur. Pręſ.182.lib.4.num.7.408.
Reſcriptum quod apparet conceſſum contra ſtilum curiæ, falſum,pręſumitur. Præſ.20.lib.5.num.21.505.
Reſcriptum inſolitũ & deuians ab antiquo & ſolito ſtilo cancellarię pręſumitur falſum.Pręſ.34.lib.5.num.8.529.
Reſcripta principum debent intelligi ſecundum iuſtitiam fori & poli.Pręſ.189.lib.4.num.183.444.
Reſcriptum principis ſi ſolùm iure ſpeciali inſpecto valet, pręſumitur eo iure conceſſum.Pręſ.6.lib.6.num.5.555.
Reſponſio & determinatio à pręcedenti interrogatione declarari ſolet.Pręſ.190.lib.4.num.3.446.
Reſponſio, quę alteri fit, certa eſſe debet. Pręſ.100.lib.4.nu. 14.247.
Reſtitutioni fideicommiſſi an & quando ſit locus,remiſſiuè. Præſ.68.lib.4.num.21.133.
Reſtitutionis onus pręſumitur à teſtatore repetitum, quando apparet ipſum teſtatorem voluiſſe bona perpetuò conſeruari in agnatione & familia.Pręſ.69.lib.4.num.9.pa.135.
Reſtitutionis onus repetitum cenſetur, quando teſtator dixit, quòd bona ſua tranſeant de hęrede in hęredem.Pręſ 69.lib.4.num.12.pag.ea.
Idem quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.ibi.num.13.
Idem quando teſtator vſus eſt verbis diſpoſitiuis.ibi.nu.14.
Idem quando vocauit primogenitũ ex ſuis deſcendẽtibus.ib. num.15.
Idem quando teſtator vocatis ipſis agnatis & tranſuerſalib. expreſſè dixit, quòd mens & voluntas ſua eſt, quod bona perpetuò maneant in dictos inſtituto & ſubſtituto.ibid. n.16.pa.136.
Idem quando teſtator reliquit bona illuſtria & digna, quę voluit conſeruari perpetuò in agnatione & familia ibid. num.18.
Idem quando teſtator vocauit primò agnatos, deinde agnatarum primogenitos,adiecta cõditione, quòd primogeniti agnatarum
agnatarum aſſumerent nomen inſignia & familiæ ipſius teſtatoris.ibid.num.19.
Idem quando teſtator vocauit vltimo loco & in ſubſidium legitimatos.ibid.num.20.
Idem quando iam conſtat,teſtatorem grauaſſe proprios filios onere fideicommiſſi.ibid.num.21.
In ſubſtitutionibus fit latior interpretatio quam in ſubſtitutionibus.Præſ 36.lib.4.nu.8.58.
Extenſionem admitti in ſuſtitutione oſtenditur.ibid.
Reus non debet damnari,niſi probationes ſint claræ & manifeſtæ.Præſ 2.li.5.num.33.478.
Roboam filius Salomonis ſtolidus extitit.P.58.li.6.n.14.633.
Roma dicitur communis patria.Præſ.42.lib.6.num.15.600.
Romani in hortis aliquando habitare conſueuerunt.Præſ. 156.lib.4.num.20.pag.356.
Romani conſueuerunt reſeruare acetum cauſa extinguendi ignem.Præſ.156.lib.4.num.10.pag.ead.
Romani ad euitandos radios ſolares æſtiuo tempore vti ſolebant velis quibuſdam,ſicut mos eſt etiam hodierna die apud nos.Præſ.154.lib.4.num.19.354.
Rubricæ natura eſt ſpectanda,nõ accidẽs.P.1.li.6.nu.8.548.
Rubricæ conſcribuntur ad denotandum id, quod in contextu habetur, nec plus cenſetur rubrica diſponere quàm in textu legitur. Præſ.1.lib.6.num.4.547.
Et Rubricæ quò ad ſe perfectionem habere dicuntur,at nunquàm vim legis obtinent.ibid.nu.9.548.
Et qua de cauſa ſint rubricæ imperfectæ.ibid.num.12.
Rubricæ ſeu titulorum inſcriptione vel ſtatutorum, coniecturam & præſumptionem tantùm faciunt eorum, quæ in ſuppoſito deinde titulo ſcripta ſunt, non autem perfectè diſponere cenſentur.Pr.1.lib.6.num.1.547.
Rubrica quando ob generalitatem verborum eſt clara, & ſubſequens contextus eſt ambiguus, tunc textus per rubricam declaratur.Pr.1.li.6.nu.19.548.
Rubricæ quando textus repugnat,magis attenditur ipſe tex. quàm rub.Pr.2.li.6.num.17.559.
Rubrica perfecta diſponit, & allegari poteſt ad deciſionem cauſarum.Præſ.1.li.6.num.16.548.
Rubrica C.ne fideiuſſ.dot.dentut.licèt videatur perfecta quãtum in ſe eſt,non poteſt tamen allegari ad deciſionem cauſarum:& perfectam quidem ipſam non eſſe oſtenditur.ibi. num.17.
Rubrica,quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem iure ipſe vtatur:an ſit perfecta.Pr.1.lib.6.num.15.548.
Rubrica ſtatuti ſi generaliter dicit, maritum mortua vxore in matrimonio dotem lucrari debere,ſi textus ſtatuti habet quòd dotem ab vxore traditam lucretur maritus, habet locum hic tex.etiam in dote promiſſa.Pr.1.li.6.num.21.ead.
Et ſi diſponit ſtatutum in rubrica,quòd filia dotata non ſuccedat ſtantibus maſculis:tex.verò ſtatuti dicit,quòd non ſuccedat in bonis maternis, nunquid d.filia cenſeatur excluſa à bonis paternis.ibi.num.22.pag.549.
Ruinus ſi contrarius oſtenditur.Pr.18.li.4.nu.34.29.
Ruini reſponſum reiectum.Pr.22.li.6.num.10.569.
Ruſticitas excuſat à dolo præſumpto.Pr.2.li.5.num.13.481.
Ruſtici & agricolæ ſecundùm ſimplicitatem ac puritatem quandam naturalem viuere dicuntur, atque innocentes & quiete viuere præſumuntur.Præſ.4.li.5.num.5.487.
Ruſticus ſeu idiota iuris ignorantia aliquid feciſſe præſumũtur,quod fieri non debebat,non ſcienter & doloſé.Pr.23. li.6.nu.16.571.

*Sacerdos an,& quando præſumatur confeſsionem pœnitentis conſenſu detexiſſe.*

## S

SACERDOS non poteſt vllo pacto ſua ipſa ſponte confeſſionem detegere.Pr.95.li.6.num.1.668.
Et ſi eã detegi in iudicio,nulla eſt ſibi adhibẽda fides.ib.n.2.
Etiam ſi fauore matrimonij eam detexerit.ibid.num.3.
De licentia autem confitentis poteſt eam prodere & reuelare.ibid.nu.4.
Et huiuſmodi conſenſus & licentia confitentis efficit vt teſtimonio ſic detegẽtis fides adhibeatur in iudicio.ib.n.5.669.
Sacerdos an & quando præſumatur confeſſionem ſacramentalem confitentis conſenſu reuelaſſe.ibid.nu.6.
Quod ſi viuente ipſo confitente,eo quæ ſciente & non contradicente nec conquerente detexit eius confeſſionem,aſſerens ſe id facere licentia ipſius confitentis,fides eſt ſibi adhibenda.ibid.num.7.
Et multo magis id procedit, quando nullum verſatur tertij præiudicium,ſed ſolius confitentis.ibid.num.8.
Non facit autem hæc fides perfectam probationem, ſed præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium. ibid.num.9.
Quid autem ſi confitens contradicit & negat,ſe licentiam ſic reuelandi dediſſe.ibi.num.10.
Sacerdos ſi accuſatur à confitente,quòd detexerit confeſſionem ſuam,& is aſſerat,id feciſſe quia id ab eo non audiuit in confeſſione ſacramentali,ſed extra,ſibi non creditur, & puniri debet pœna extraordinaria.ibi.nu.11.
Sacerdos probatæ vitæ ſi mortuo confitente prodidit eius confeſſionem,quæ tertio affert præiudicium & is non conqueritur,nunquid puniri poſſit, vel ſibi ſit adhibenda fides. ibid.num.12.
Et quid ſi tertius, cui ex hoc præiudicium affertur.conqueritur.ibid.num.13.
Et quid ſi de probitate eius vitæ non ſatis conſtat,& mortuo confitente prodidit confeſſionem non in iudicio,tertio detrimentum afferens ſine vtilitate alterius.ibid.nu.14.
Sacerdos qui in aliena parochia celebrauit, præſumitur licitè celebraſſe,niſi aliter probetur.Præſ.3.li.5.num.118.486.
Sacerdotes celebrare compellens tempore interdicti præſumitur per contemptum compuliſſe.Pr.44.li.5.nu.13.537.
Sacerdos ſciens ſe excommunicatum, & monitus ne celebret,vult celebrare,præſumitur per contemptum celebraſſe.Pr.44.li.5.num.12.pag.ead.
SAGA erant veſtimenta militum tempore belli.Præſ.161.li. 4.num.7.pag.366.
Salis conductor pro ſui libito poteſt vendere ſalem etiam in detrimentum futuri conductoris.Pr.29.li.6.n.16.582.
Saltuarij dicuntur ſyluarum ſeu ſaltuum,fructuúmque cuſtodes.Præſ.154.lib.4.num.26.354.
Sanguinis coniunctio omnem fraudis ſuſpicionem tollit.Pr. 40 lib.5.num.17.532.
Sapa quid ſit.Pr.152.li.4.nu.9.351.
Satisfeciſſe qui aſſerit,& obſeruaſſe cõtractum & conuentionem,probare id debet,quiá non præſumitur ſatisfactio, niſi probetur.Pr.2.li.5.num.49 479.
Scaphia non veniunt in legato argenti facti,& qui ſint ſchaphia.Pr.162.li.4.num.18.368.
Schedula manu aliena conſcripta,an habeat vim teſtamenti inter liberos maximè quum non ſit repoſita in prothocollo notarij Pręſ.7.li.4.num.2.pag.11.
Quid autem ſi eſt ſcripta manu parentis nullis adhibitis teſtibus eſt autem apud notarium,ſed non in prothocollo regiſtrata.ibid.num.3.
Et quid ſi eſt manu aliena ſcripta, & reperitur in domo vel arca patris,nullis adhibitis teſtibus.ibid.num.4.
Et quid ſi ſchedula caret teſtibus,fuit autem conſcripta manu parentis,& reperitur in eius domo, & recognita à filiis pro ſchedula patris.ibid.num.5.
Et quid ſi eſt ſcripta manu aliena, & ſubſcripta manu paris. ibid.num.6.
Quid ſi dubitatur an ſit ſcripta manu patris vel aliena, nec extant teſtes;qui de hoc teſtificari poſſint.ibid.nu.7.
Et quid ſi d.ſchedula reperta fuit in domo parentis, ſed non recondita in arca, & dubitatur an fuerit ſcripta eius manu, & contentio eſt de hoc nõ ſolùm inter ipſos filios,ſed inter aliquem ex eis & extraneum.ibid.num.8.
Schiſmaticus,vel talium partes ſequens dicitur vehementer ſuſpectus de hæreſi.Pr.6.lib.5.num.24.491.
Et qui dicantur ſchiſmatici.ibid.
Scholares dicuntur exteri,& in dubio non cenſetur domicilium contraxiſſe,niſi per decennium habitauerint.Pręſ.29. lib 5.num.40.520.
Imò nec vltra decẽniũ, ſi nõ habẽt animũ ibi habitãdi.ib.41.
Et hoc etiamſi ſtatutum vellet,ſcholares haberi pro ciuibus, quia intelligitur quò ad ſibi vtilia.ibid nu.42.

Scholaris, qui negligẽter ſtuduit in iure canonico, præſumitur quòd etiam negligenter ſtudebit in iure ciuil i.Præſ.32.lib.5.num.7.524.

Scholaſticus non tenetur pro delicto famuli, cùm ſuo conſenſu deliquiſſe non præſumatur.Præſ.27.lib.5.num.6.515.

Scienti & volenti non infertur damnum vel iniuria.Prœſ.82.lib.4.num.19.184.

Scientia aliud eſt, aliud præſumptio.Præſ.94.li.4.nu.17.667.

Scientiæ in homine & virtutes ſunt ſecundùm aptitudinem à natura, non autẽ ſecundum perfectionẽ.P.1.li.5.n.8.474.

Scipio Aphricanus admodum ætate adoleſcens Ædilis creatus eſt.Præſ.48.li.6.num.9.608.

Scripta in lapidibus, parietibus, & monumentis fidem faciũt rem eius eſſe cuius eſt inſcriptio.Præſ.73.lib.6.nu.5.649.

Scriptura quando in ſe continet verbum aliquod, quod includit factum illud tunc id præſumitur.Præſ.14.li.6.n.21.562.

Scriptura eadem ſi continet appoſitam exceptionem, contra actorem & contra iudicem, præſumitur prius appoſita exceptio contra iudicem.Præſ.7.li.6.num.7.556.

Scriptura, quæ conficitur à notario, non eſt de ſubſtantia, ſed ad faciliorem probationem.Præſ.8.li.4.num.15 14.

Sedularia quid ſint.Pr.160.lib.4.num.16.364.

Senator quare non poſſit contrahere matrimonium cum liberta, nec ſponſalia.Præſ.93.lib.6.num.11.666.

Senectus dicitur morbus & infirmitati ęquiparantur.Præſ.46.li.6.num.1.606.

Contra ibid.num.6.

Senex præſumitur prudẽtior ſapientiorq; iuuene.P.47.li.5.n.1.607

Et in ſene præſumitur maior veritas rei atque illius cognitio. ibid.num.2.608.

Et ſenis teſtimonio magis creditur quàm iuuenis ibid.nu.3.

Et ſenibus plus quàm iuuenibus eſt deferendum in rebus dubiis diffiniendis & terminandis ibid.num.4.

Et pro ſenioribus ſemper præſumitur, vt ſcilicet virtutibus, boniſque moribus vincant iuniores ibid.num.5.

Et ſeniores anteferuntur iunioribus & honoribus, officiis & dignitatibus non modò ſecularibus, ſed & eccleſiaſticis.ib.num.6.

Senex nemo eſt ita, quòd non præſupponatur adhuc poſſe viuere vltrà annum.Præſ.46.lib.6.num.32.pag.607.

Senes poſſunt ad æternam rei memoriam teſtes examinari, ſicut valetudinarij & infirmi.Pr.46.lib.6.num.5.606.

Et ſi ſeptuageſimum annum attigerunt, præſumptiuè dicuntur infirmi: permulti tamen ſunt ea ætate robuſti & validi. ibid.num.8.

Et tunc infirmo æquiparari poſſunt, quando illi negocio, de quo ageretur, non plus ſupereſſe poſſunt quàm ipſi valetudinarij.ibid.num.22.pag.607.

Idem dicendum in his, quæ exercitium corporale requirunt. ibid.num.26.

Senex d.cùm donat, dicitur donare cauſa mortis.Præſ.46.lib.6.num.24.607.

Senes excuſatur à munere perſonali.P.46.li.6.n.23.pag.ead.

Et præſumuntur citius mori debere quàm iuuenes ob caloris naturalis deficientiam.ibid.num.30.

Præſumitur enim ſenex vicinus morti.ibid.33.

Senes vbi in ciuitatibus ſunt impudentes, liberi etiam nepoteſque ipſorum tales cenſentur.Pr.58.li.6.n.4.pag.632.

Senex relegatur breuiori tempore quàm iuuenis.Pr.46.li.6.num.32.607.

Senex ſexagenarius regulariter & vt plurimum generare nõ poteſt.Præſ.46.li.6.num.29.pag.ead.

Senio confectum generare non poſſe.P.90.li.6.num.5.662.

Senis ſtatuto cautum eſt, tres teſtes etiam non rogatos ſufficere in teſtamentis.Pr.4.li.4.num.4.pag.7.

Sententia licet contineat ipſam fuiſſe latam parte citata, nõ tamen inde ſequitur præſumi, partem ipſam fuiſſe præſentem.Pr.18.li.6.num.3.567.

Sententiæ & lauda præſumantur probata correſpectiuè ad comprehenſa in petitionibus.Pr.12.li.6.num.6.559.

Sententia ſi continet duas cauſas, alteram veram, & alteram falſam, pręſumitur lata ob cauſam veram.Pręſ.4.li.6.n.17.553.& ibi.num.28.pag.ead.

Sententia ſi dubitatur an ſit diffinitiua vel interlocutoria interpretatur eo modo quo melius valere poteſt.Pr.4.li.6.nu.21.553.

Sententiæ contrariæ ſi inter pares numero iudices proferantur in liberalibus cauſis libertati eſt fauendum.Pr.10.lib.4.num.13.19.

Pro Sententia confirmante magis præſumitur, quàm pro infirmante.Præſ.4.li.6.num.14.552.

Sententia ferenda ex præſumptione viciniæ debet temperari, & pœnam corporalem non cõtinere.P.24.li.6.n.46.577.

Et ſententia lata ex d.probatione præſumptiua non tranſit in iudicatum.ibid.nu.47.

Sequentia præcedentia declarant, etiam ſi longè diſtant.Pr.181.lib.4.num.24.408.

Sermonis proprietas eſt attendenda, & ab ea non eſt recedẽdum.Præſ.178.lib.4.nu.5.pag.399.

Sermonis à proprietate non recedendũ.P.94.li.6.nu.15.667.

A ſermonis proprietate nõ eſt recedẽdũ.Pr.140.li.4.n.7.329.

Secus ſi coniecturis mens teſtatoris vrget.ibi.

Sermo generalis dicitur obſcurus: idem de diſpoſitione generali & huiuſmodi.Præſ.1 lib.6.num.14.548.

Sermo vniuerſalis complectitur omnia & nihil excludit.Pr.138.li.4.num.5.321.

Seruitus fundi non cenſetur vendita in contractibus vendito fundo.Pr.144.li 4.num.9 340.

*Seruus atque teneatur domino: an poſſit obligari & ſerui electione legata quid debeantur legatario: & quando cenſeatur ipſi legata libertas.*

SERVVS tenetur anteponere ſalutem domini ſuæ proprię.Pr.28.li.5.num.12.517.

Seruus differt à vaſallo in hoc quòd vaſallus non tenetur pręferre domini ſalutem propriæ.Pr.28.lib.5.nu.13.pag.ead.

Serui & vaſalli quando præſumãtur ſimulatè attuliſſe auxilium domino interfecto, vt non excuſentur pœna S.C.Sillaniani, vel amiſſionis feudi.Pr.28.li.5.num.1.& per tot.516.

Serui, qui non afferunt domino auxilium, dum occiditur, graue crimen cõmittere dicuntur, quod S.C.Sillaniano coercetur, ſtatuẽte, vt queſtionibus & tormẽtis ſubiiciantur.ib.

Eodemque S.C.ſancitum fuit, ipſos ſeruos excuſari, quando verè & non ſimulatè auxilium domino ferre non potuerunt.ibid.num.2.

Et quomodo ſimulatè opem non dediſſe pręſumantur.ibid.num.3.& ſeq.

Seruus ſimulatè & fictè opem fert domino, cùm fingit aliquid facere, & re vera nihil facit.Præſ.28.li.5.num.6.517.

Idem quando ſimulat morbum & ægritudinem, ne auxilium domino ferat.ibid.num.7.

Seruus dicitur in auxilium domini feciſſe quicquid potuit ſi clamauit vt ad auxilium excitaret vicinos, vel terruis aggreſſores, vel turbam conuocauit.ibid.num.11.

Seruus, qui delictum commiſit, non præſumitur voluntate domini commiſiſſe.Pr.27.li.5.num.2.515.

Idem ſi collocutus ſit cum domino, & illi annuerit, pręſumitur enim quod potius conſilium dederit, quàm quod mandauerit delictum committi.ibid.num.8.

Idem quando ſeruus dixit ſe velle aliquem occidere, & dominus tacuit.ibid.num.9.

Idẽ quãdo dominus verbis tãtùm enũciatiuis annuit.ib.n.10.

Seruus præſumitur voluntate domini commiſiſſe delictum, quando ipſe dominus conſultus pe delicto committendo, vel videns illud committi tacuit.ibid.num.11.

Idem quando delictum habuit cauſam continuam & ſucceſſiuã, cui ipſe domin9, potuit veriſimiliter occurrere.ib.n.12.

Seruus pręſumitur voluntate domini commiſiſſe delictum, quãdo dominus ad aures ipſius aliquid ſecretò dixit, & deinde ſtatim inimicus ipſius domini reperitur à ſeruo occiſus Pr.27.lib.5.num.16.515.

Idem quando ſeruus eſt improbus & nequam.ibid.num.17.

Idem quando ſeruus eſt improbus & commiſit furtum ibid. num.18.

Non punitur autem dominus eadem pœna, qua ſeruus, ſed mitiori arbitrio iudicis.ibi.num.19.pag.516.

Idem quando appareret de ſcientia ipſius domini ex coniecturis, etiam ſi agatur de actu momentaneo.ib.n.15.pag.515

Seruus





Seruus efficaci obligatione ligari nõ põt.P.185.li.4.n.15..415

Seruus eſt incapax militiæ, quæ ſi ſibi ſit legata, æſtimationem conſequitur.Præſ.120.lib.4.num.4.298.

Serui ſi aufugiunt non ſine aliqua eorum culpa fugam arripuiſſe dicuntur, qui illos cuſtodiri debebant.Præſ.61.lib.6.num.32.pag.636.

Serui ſi non defendũtur à dominis, poſſunt ab alio defendi, & de eorum innocentia debet iudex quærere.Præſ.48.lib.5.num.2.544.

Seruus ſi pignorauit Iudæo fœneratori veſtes domini, & dominus ſoluat ipſi Iudæo pretium numeratum ſeruo, non poteſt ipſe dominus amplius illud repetere.P.29.li.5.n.32.519.

Et nunquid is fœnerator præſumatur ſciuiſſe ſeruum illum pignori dediſſe rẽ illam ſine cõſenſu domini.ib.n.33.& ſeq.

Serui electione legata, de quo ſeruo an de proprio an de alieno præſumatur ſenſiſſe teſtator.Præſ.150.lib.4.num.9.349.

Quòd non poteſt eligi is, cui ſub conditione teſtator libertatem legauit.ibid.nu.12.

Seruorum optione legata an legatarius valeat duos eligere: & an valeat eligere vltra tres.Pr.150.li.4.nu.5.& 7.pag.349.

Seruus præſumitur contemplatione domini inſtitutus.Pr.22.lib.4.num.3.35.

Seruo ſi eſt relicta hæreditas purè, & libertas ſub conditione, conditio adſcripta libertati ſuſpendit etiam dationem hæreditatis.Præſ.199.li.4.num 10.469.

Seruus quando eſt in quaſi poſſeſſ libertatis habet præſumptionem pro ſe.Præſ.55 li 6.num.26.630.

Idem de filio dicendum.ibid.

Seruo præſumitur relicta libertas, etiam quod verba teſtatoris ſint dubia apta tamen comprehendere eius libertatem. Præſ.115.li.4.num.22.pag.291.

Seruus iudicis ſi minatus ſit ei, contra quem iudex dominus ipſius tulit ſententiam, ne appellet, præſumitur conſenſu ipſius domini minas intuliſſe.Pr.27.lib.5.num.21.516.

Seruus iuſſus eſſe liber, ſi ſpe libertatis bona hæreditaria ſurripit, ad duplum tenetur.Præſ.10.li.5.num.7.496.

Seueri Imp.liberalitas erga Oppianum poëtam.Præſ.10.lib.6.num.11.672.

Siluę vſus ſi ſit legatus, quia ſub ratione vſus non valet legatum, ſumitur interpretatio, vt præſumatur relictus vſusfructus.Præſ.4.lib.6.num.9 552.

Siluæ vſus ſi ſit legatus, præſumitur legatus vſusfructus.Præſ.115.lib.4.num.6.& 14.& ſeq.pag..290.& 291.

Simonia non leuem hæreſim ſapit, imò hæreſim eſſe conſtat. Præſ.8.lib.5.nu.1.493.

Et ideo non præſumitur.ibid.num.2.

Simonia ſolet ſecretò committi, & quibus coniecturis & pręſumptionibus detegi ſoleat.Præſ.8.lib.5. num.3.pag.493.

Simoniæ præſumptio oritur ex vicinitate promiſſionis rei temporalis, & conceſſione beneficij.Pr.12.li.6.n.34.560.

Simonia pręſumitur ex permutatione beneficiis tenuis cum opulento ex parte eius, qui opulentũ dedit.P.35.li.5.n.5.530.

Simonia præſumitur, quando munus aliquod ei fuit donatũ qui conceſſit beneficium, vel quid aliud ſpirituale.Pr.8.li.5.num.4.493.

Et quomodo ſumatur hæc coniectura, latè ibid diſſeritur.ib

Simonia non præſumitur, quando aliquid ſpontè poſt collatum beneficium à recipiente datum fuit.P.8.li.5.n.10.494.

Simonia præſumitur quando renunciauti beneficium iam fuit facta aliqua promiſſio rei temporalis, deinde paulò poſt ſequuta eſt ipſi9 beneficij renũciatio.Pr.8.li.5.n.7.494.

Idem quando reſignans beneficium expreſsè proteſtatus eſt ſe reſignare ad commodum alicuius, & validè inſtat, vt illi conferatur.ibi.num.9.

Simoniam committens de hæreſi eſt ſuſpectus, dicitur enim ſimonia largo modo hæreſis.Præſ.6.li.5.num.30.491.

Synecdoche eſt figurata loquutio, qua à parte totum, vel à toto pars intelligitur.Præſ.169.li.4.num.8.388.

Soboles cõprehẽdet deſcẽdẽtes in ĩfinitũ.P.89.li.4.n.73.217.

Soboles iuſta dicitur illa, quæ ſubeſt patriæ poteſtati.Pr.89.lib.4.num.42.213.

Soboles iuſta dicitur, quæ ex legitimis iuſtiſque nuptiis naſcitur.Pręſ.89.li.4.num.100.221.

Societas vinculum adeò eſt arctum, vt poſt patres nulla ſit maior coniunctio.Pr.18.lib.5.num.1.502.

Societas ſi ſit cõtracta cum patre eiuſque filiis, ipſe pater cũ filiis portionem lucri vel damni conſequitur, aliam dimidiam alter ſocius.Pręſ.18.lib.4.num.28.pag.28.

Socius non præſumitur velle lædere ſocium, aliquidue agere in eius detrimentum.Præſ.18.lib.5.num.1.502.

Socius amouens rem communem præſumitur amouiſſe iure ſuo, non autem vt furtum cõmitteret.P.2.li.5.n.2.476.

Idem ſi verberat ſeruum communem!, non tenetur enim actione iniuriarum.ibid.

Socius verberans ſocium communem præſumitur id feciſſe iure ſuo & caſtigationis gratia, non autem vt ſocio inferret iniuriam.Præſ.18.li.5.num.2.502.

Secus ſi in verberando excedit modum correctionis.ibi.n.5.

Socini & Frãciſci Cald.traditio reiecta.P.105.li.4.n.20.263.

Socrates vnus è ſeptem ſapientibus pronunciauit, ciuitatem illam eſſe optimam, in qua plurima virtuti præmia propoſita ſunt.Pręſ.100.lib.6.num.4.672.

Solon interrogatus, cur legem contra parricidas non ſanciuerit, reſpondit, ſe credere nunquam potuiſſe filium tam impium eſſe poſſe, vt patrem occideret.Præſ 11.li.5.n.4.47.

Solui non poteſt aliud pro alio inuito creditore.Præſ.109.li.4.num.40.277.

Soror hæreditatem repudiaſſe cenſetur, ſi permiſit à fratribus hæreditatem paternam poſſideri, & quando aliqua re indigebar, ab eis petebat Præſ.102.lib.4.nu.15.258.

Et idem quando paſſa eſt fratres poſſidere, & cũ eis de adminiſtrata ipſa hæreditate nunquàm rationes aliquas iniuit. ibid.num.16.

Specialia plura ſimul concurrere non poſſunt.Pr.4.lib.4.n.7.pag.8.& Præſ.6.li.6.num.13.556.

Specialia duo circa idem concurrere non debent.Pr.89.li.4.num.102.67.

Specialia duo ſimul concurrere non debẽt, & quando habet locum dicta reg.Præſ.41.li.4.num.5.&.7.81.

Species multiplicabilis non eſt.Præſ.128.lib.4.n.3.309.

Specialiter ſi quid fieri debet, non ſufficit verbis generalibus fieri.Præſ.166.lib.4.num.16.377.

Sponſus non præſumitur dolo recepiſſe dotis promiſſionem aliàs mulieris nõ debitam ab aliquo, cùm ſuo iure vſus eſt. Præſ.29.lib.6.num.7.582.

Spurius, per ſubſequens matrimonium non legitimatur.Pr.81.lib.4.num.22.182.

Spurius verè dicitur legitimatus, cuius progenitores prohibebantur ſolum iure ciuili matrimonium contrahere.Pręſ.79.li.4.num.41.178.

Statuentes non præſumuntur ſtatim ſe corrigere & voluntatem mutare.Præſ.37.li.6.num.14.589.

Et id etiam ſi ſtatuto caueretur, quòd verba ſtatutorum intelligerentur ad litteram: quia intelligeretur, dummodo ex verbis non reſultaret correctio incontinenti.ibid.num.15.

Et id etiam ſi verba impropriarentur. ibid.num.16.

Et ſi ſtatutum in ſui initio loquitur de ceſſantibus ſiue fugitiuis, & ſic alternatiuè: deinde loquatur copulatiuè illa copula reſoluitur in diſiunctiuam, ne cenſeatur voluntatis mutatio in ſtatuentibus.ibi.num.17.

*Statuta qualiter ſint interpretanda: quæ ſit eorum vis & facultas, & an poſſint tolli per partium conuentionem.*

STATVTA ſtrictè interpretari debent.Pr.121.li.4.n.9.299.

Statutum recipit interpretarionem paſſiuam à iure communi Pręſ.36.li.4.num.44.62.

Statuta & vltimæ teſtatorem diſpoſitiones quò ad interpretationem à pari procedunt. P.81.lib.4.num.10.181.

Statuti antiqua & ſolita interpretatio eſt obſeruanda, & in ferendis ſentẽtiis ab ea nõ eſt recedẽdũ.Pr.34.li.5.nu.9.529.

Statuti procœmium & præfatio coniecturam facit eorum quę ſtatuentes ipſi noluerunt.Pr.2.li.6.nu.3.549.

Statuti rubrica ſi generaliter dicit, maritum mortua vxore in matrimonium dotem lucrari debere.ſi tex.ſtatuti habet quod dotem ab vxore traditam, lucretur maritus, habet locum hic tex.etiam in dote promiſſa.Pręſ.1.lib.6.nu.21.548.

Et ſi diſponit ſtatutum in rub quod filia dotata non ſuccedat ſtãtib9 maſculis: tex.verò ſtatuti dicit, ꝙ nõ ſuccedat ĩ bonis


TT 2 maternis

maternis,nunquid d.filia cenſeatur excluſa à bonis paternis. ibid.num.22.549.
Statutum quantò magis eſt ſpeciale, tantò fortiùs & poten- Præſ.33.tiùs exiſtit.Præſ.4.li.4.num.12.8.
Statutum poteſt in totum tollere legitimam patri debitam. li.4.num.5.50.
Statutum vbi diſponit prohibitiuè, nõ prohibitum cenſetur permiſsũ,niſi ratio vel natura repugnet.P.16.li.6.n.4.565.
Statutũ ſi diſponit,quòd homicida teneatur dare.100.iudici, an ea debeãtur iudici, q̃ tẽpore vulnerationis erat iudex an verò iudici qui deinde erat tẽpore mortis.P.17.li.6.n.6.566.
Statutum ſi imponit pœnam centum Capitaneo & ancianis ciuitatis, dimidium ſoluet ſolus capitaneus, & aliam dimidiam anciani.Præſ.18.li.4.num.12.27.
Statutum ſi imponit pœnam amputationis capitis, non poteſt adaptari hæc pœna ad pœnam exilij, quia repugnaret proprietati ſermonis,ſed intelligitur de morte naturali.Pr. 49.li.5.num.16.& 18.546.
Statutum ſi punit maiori pœna occidentem ciuem,quàm forenſem,ſi ignoratur,an occiſus ſit ciuis vel forenſis, prędumitur in dubio ciuis.Præſ.30.li.6.num.7.583.
Idem quando eodem ſtatuto cautum reperiretur,quod grauius puniretur forenſis delictum comittens, quàm ciuis,in dubio enim præſumitur ciuis.ibid.num.8.pag.584.
Statutum ſi obligat ad debita,eũ ad quem peruenerunt omnia bona debitoris,non habet locum ſi ſeparatim atque ita ſpecialiter bona ipſa ad aliquem peruenerunt.Præſ.155.li.4. num.13.355.
Statutum quando prohibet interpretationem fieri intelligitur de interpretatione friuola,& cẽſetur interpretationem hominis remouere non autem legis.Præſ.36.li.4.n.43.62.
Statutum ſi prohibet relinqui vxori,intelligitur etiam prohibere ei relinquere p interpoſitã perſonã.P.97.li.4.n.7.242.
Et ſi permitat vxori relinqui poſſe vſumfructum intelligitur vt poſſit ei relinquere etiam ad ſecunda vota tranſeunti.ibi.
Statutum ſi prohibet reſtitutionem aduerſus ſententiam,prę ſumitur etiam prohibere actum quo deinde ſententia reſcinderetur.Pręſ.93.li.6.num.4.665.
Statutum ſi prouidet,bannitum non debere admitti ad petitionem ſui iuris, præſumitur quòd etiam ipſum excluſerit ab omnibus commodis & beneficiis conceſſis à ſtatutis illius ciuitatis.Præſ.45.li.5.num.7.538.
Statutum ſi ad alicuius negocij probationem requirit teſtes optimos, hæc qualitas erit deducenda & probanda.Præſ.1. li.5.num.35.475.
Idem quando requirit,quòd teſtes ſint bonæ exiſtimationes. ibid.num.36.
Declara,vt ibid.num.38.pag.476.
Statuto ſtante,quòd filij mercatorem teneantur ſoluere omne æs alienum patris etiam ſi repudiauerint patris hæreditatem,ſi pater exhæredauerit filios hoc adiecto, quòd hæres ſcriptus teneatur reſtituere hæreditatem vel ſaltem legitimam ipſis filiis,valet exhæredatio & liberantur filij ab obligatione ſtatuti.Præſ.28.li.4.num.9.44
Statuti beneficiũ nõ tollitur per ſpecialem partiũ cõuẽtionẽ, quando generaliter eſt inductum. Pręſ.109.li.4 nu.45.277.
Statutum quòd bona omnium ciuium collectari ſemper poſ ſint,etiam ſi tranſeant ad eccleſiã,valet.Pr.83.li.4.n.16.186.
Statutum in contractibus minorum requirit cõſenſum duorum propinquorum,niſi eorum præſentia probetur, præſumitur abſentia.Præſ.19.li.6.num.3.567.
Statutum,quòd emens rem alienam in nundinis non teneatur eam reſtituere,non valet.Pręſ.29.li.5.num.25.519.
Statutum quod reiicit omnes exceptiones, non præſumitur illas reiicere quę deſcendunt ab aliquo capitulo eiuſdẽ ſtatuti.Præſ.37.lib.6.num.26.590.
Idem de ſtatuto reiiciẽte omnem nullitatem,quæ obiici poſ ſet contra ſententiam latam, quia non cenſetur reiicere nullitatem prouenientem ex eiuſdem ſtatuti capitulo.ibi.n.27.
Statutum tollens omnes exceptiones non cenſetur reiicere exceptionem innocentiæ.Præſ.48.lib.5.num.4.544.
Statutum,ꝙ non poſſit filia nubere indigno ſine conſenſu patris non vale..Præſ.189.li.4.num.78.434.
Statutum, quod excludit filiã dotatam, debet intelligi quòd dos ſit pura.Præſ.146.li.4.num.46.346.
Statuto excludente mulierem nuptam intelligi debet nupta nondum matrimonio conſummato.Pręſ.147.li.4.nu.3.347.
Statutum,quòd ingrediens religionem non ſuccedat, eſt nullum.Pr.139.li.4.num.24.324.
Statutum ſimpliciter loquens de filiis non intelligitur de adoptiuis.Præſ.89.li.4.num.39.pag.213.
Statutum loquens de infirmis,in ſenibus locum habet.Pręſ. 46.li.6.num.2.606.
Statutum loquens de muliere copulata matrimonio, quomodo intelligatur.Pr.147.li.4.num.11.347.
Statutum, quòd maritus lucretur dotem decedẽte vxore ſibi nupta intelligitur etiam muliere nupta nondum matrimonio conſumato decedente.Præſ.147.li.4.num.4.pag.ead.
Statutum Mantuæ excludẽs filias propter maſculos à ſucceſſione patris decedentis ab inteſtato non habet locum decedente patre condito teſtamento.Præſ.38.li.6.nu.34.594.
Statutum Mediolani, quod maritus non exiſtentibus liberis communibus præmortua vxore lucretur dotem, ſaluo iure liberorum prioris matrimonij,quomodo intelligatur.Pręſ. 37.li.6.num.25.590.
Statuta Mediolani tria adimentia bannitis beneficia iuris communis.Præſ.45.li.5.num.25.539.
Statutum nouum generale quando continet clauſulam, nõ obſtante aliqua lege generali vel ſpeciali,præſumitur antiquum corrigere.Præſ.38.li.6.num.23.593.
Nihil tamen operatur d.clauſula,quando ipſum ſtatutum ſpeciale eſt iuramento confirmatum.ibid.num.23.
Statutum Papienſe prohibẽs vxorem hæredem inſtitui, cõplectitur vniuerſalem & particularem diſpoſitionem.Præſ. 97.li.4.num.5.242.
Statutum permittens patri relinquere filio ſpurio non valet. Pręſ.96.li.4.num.7.238.
Idem ſi diſponit,quòd opponi nõ poſſit aliqua exceptio aduerſus ipſum relictum.ibi.nu.8.
Statutum vel priuilegium reſpiciens deciſoria litium non ligat exteros.ibid.num.39.pag.241.
Statutum puniens cognoſcentem carnaliter mulierem nuptam habet etiam locum contra cognoſcentem monialem. Præſ.148.li.4.num.11.348
Statutum puniens contrahentem frumentum, puniet etiam extrahentem farinam.Præſ.151.li.4.nu.7.350.
Statutum Taruiſij, quòd nullus forenſis poſſit ibi acquirere poſſeſſiones immobiles,corrigitur per aliud ſtatutum,quòd bona & poſſeſſiones mulieris committentis adulterium applicẽtur viro:ſi enim vir eſt forenſis,lucratur bona mulieris Præſ.38.lib.6.num.11.592.
Et affertur aliud exemplum de ſtatuto ſpeciali corrigente generale antiquum.ibid.num.12.& 13.
Stipulatio præſumitur adhibita in fideiuſſione.quãdo in ſcriptura reperitur ſcriptũ,aliquẽ fideiuſſiſſe.P.14.li.6.n.22.562.
STIPVLATIO potius annullatur,quàm quod fiat interpretatio cõtra promiſſorẽ multũ illi odioſa.Pr.4.li.6.n52.554.
Stipulatio ſuper aliquo actu vel contractu concepta præſumitur ſecundum naturam ipſius actus adhibita.Pr.10.li.6. num.4.558.
Stipulatio rem ſuam ſibi dari,non valet, vt ſignificet rem illam debere reſtitui caſu quo amittatur.Pr.4.li.6.nu.51.554.
STIRPS ex pluribus diuerſiſque gradibus conficitur, & vnum corpus reputatur ex toto ipſe genere:vnde nulla eſt differentia inter paulò proximiorem & paulò remotiorem.Pr. 95.li.4.num.36.237.
De Stirpe qui dicatur:& cùm teſtator vocat ſtirpem, vel ſtatuit bona debere conſeruari in ſtirpe,qui cõtineãtur.Pr.88. li.4.num.9.205.
Et an fęminę ſub hoc noĩe cõprehẽdãtur,remiſſiuè.ib.nu.10
Stragula dicitur veſtis genus. Pręſ.160.li.4.nu.18.365.
STVDIA præcipuè ſunt de his,quibus homo ſe alere & tueri poteſt.Pręſ.191.li.4.num.14.451.
Studij impenſam non ſolum pater tenetur facere, ſed & frater,auus paternus,& alij propinqui enumerati in l.ſi quis à liberis.ff.de libe. agnoſc.Præſ.191.lib.4.num.19.pag.ead
Stultus dicitur qui improuidus, incautus & ineptus eſt. Præſ. 45.li.6.num.8.602.



INDEX.

Et quid differat à fatuo.ibid.num.7.
SVBDIACONVS is præſumitur qui diù in eccleſia ſeruiuit tanquam ſubdiaconus.Præſ. 76.li.6.num.21. pag.652.
SVBDITVS qui fuit ſemel etiam hodie pręſumitur talis. Præſ.62.li.6.num.5.637.
Subintellectum tacitè non poteſt appellari dictũ.Pręſ.166. li.4.num.17.377.
Submerſus repertus in puteoõn præſumitur ſeipſum præcipitaſſe.Pręſ.13.li.5.num.7.499.
Subrogatum ſapit regulariter naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.Præſ.83.li.4.num.42.190.
Subrogatus motu proprio in lite ab altero cępta præſumitur ignorare ſententiam contra ſuum anteceſſorem latam.Pr. 23.li.6.num.56.573.
Subſtitui nemo quis poteſt ſibiipſi. Præſ.17.li.4.num.6.25.
Subſtituo,verbum licet ſit commune, conuenit tamen etiam ſubſtitutioni directæ.Præſ.54.lib.4.num.3.97.

*Subſtitutio quid ſit, & quam interpretationem recipiat, & ad quæ extendatur.*

SVBSTITVTIO dicitur ſecũda inſtitutio.P.26.li.4.n.10.40
Subſtitutio,verbum,ſui natura ad directas tantùm ſubſtitutiones refertur,nõ ad fideicommiſſarias.P.60.li.4.n.68.112.
Subſtitutio conuenire debet verbis & perſonis.Præſ.70.li.4. num.33.110.
Subſtitutio dicitur limitata & reſtricta, quando facta eſt expreſſo proprio nomine.Præſ.69.li.4.num.8.135.
Subſtitutio eſt potentior iure accreſcendi.Pr 87.li.4.n.1.203.
Subſtitutio vna & eadem non debet diuerſo iure cenſeri.Pr. 108.li.4.num.22.270.
Subſtitutio vna ab alia ſubſtitutione interpretationem recipit & declaratur.Præſ.178.li.4.num.34.401.
Subſtitutio ſui natura habet conditionem propriam.Pr.36.li. 4.num.4.58.
Interpretatio l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.Bar.nõ recta.ibid.
In Subſtitutione qualibet facta filiis vel deſcendentibus an ſemper ſubintelligatur tacita conditio, ſi ipſi filiis vel deſcendentes deceſſerint ſine liberis.Præſ.89.li.4.nu.126.225.
Quòd in ſubſtitutione vulgari nõ ſubintelligitur.ib.n.127.
Declara,ſi vulgaris non eſt compræhenſa in compendioſa, aliàs ſecus.ib.n.128.
Subſtitutio extendit cenſetur, quando in ea eſt dictio tunc. Præſ.65.li.4.num.24.128.
Secus quando adiecta eſſent verba reſtrictiua, quibus ſignificauit teſtator ſe tantũmodo in eo caſu ſubſtituiſſe.ib.n.25.
Subſtitutio ex multorum ſententia extenditur de perſona ad perſonam ex identitate rationis, ſeu qualitatis expreſſa per teſtatorem, in ipſa ſubſtitutione.Præſ.71.li.4.num.21.143.
Subſtitutio tunc præſumitur extendi de perſona ad perſonã, quando aliàs excluderetur perſona magis dilecta:præſumendum enim eſt teſtatorem voluiſſe eam excludit.Præſ.65.li. 4.num.36.128.
Idem quando ſubſtitutio aliàs redderetur eluſoria.ib.nu.37.
Idem quando illa perſona,ad quam fit extenſio, continetur ſub nomine expreſſæ pſona, lato ſũpto vocabulo.ib.n.4.38.
Subſtitutio extenditur vſque ad pubertatem,teſtatore ita ſubſtituente.
Inſtituo filium meum infantem,& ſi is deceſſerit in ea ætate, ei ſubſtituo Sempronium.Præſ.47.li.4.num.6.86.
Et quid ſi dixit tũc & eo caſu ei ſubſtituo Semproniũ. ib.n.9.
Subſtitutio facta,ſi filius non eſſet in rerum natura, extenditur ad caſum quando filius in rerum natura extitiſſet, ſed in pupillari ætate deceſſiſſet.Præſ.65.li.4.num.8.126.
Subſtitutio facta,ſi hæres promoreretur extẽditur ad caſum, ſi hæres non extaret.Præſ.65.li.4.num.7.pag.ead.
Subſtitutio ſi facta ſit imparibus in vna oratione verbum, ſubſtituo refertur æqualiter ad duos,& æqualiter determinare debet.Præſ.36.lib.4.num.32.61.
Secus ſi in diuerſa oratione.ibid.
Et quando ſunt duo ſubſtituti inuicem in eadem oratione conſiderantur tãquàm vna perſona,& vnũ corpus.n.33.ead.
Subſtitutio etiam inutilis fauore alicuius perſonæ facta excludit ius accreſcendi.Præſ.87.li.4.num.3.204.
Secus ſi ſubſtitutio eſſet nulla ipſo iure.ibi.n.4.pag.ead.
Subſtitutio ſi fuerit facta expreſſis propriis nominibus ſubſtitutorum, iis præſumuntur æqualiter ſubſtituti Præſ.18. li.4.num.6.pag.26.
Subſtitutio ſi facta fuit de poſthumis naſcituris an extendatur ad caſum, quando vnus tantùm poſthumus natus eſſet. Præſ.65.li.4.num.20.127.
Subſtitutio ſi eſt alicui facta ſimpliciter, intelligitur facta in ea portione,in qua inſtitutus fuit.Præſ.62.li.4.num.9.117.
Subſtitutio non cenſetur facta in omnibus bonis,etiam ſi expreſsè ſit facta in omnibus bonis inſtitutio, & deinde fuit adiecta ſubſtitutio ſimpliciter.Præſ.62.li.4.n.42.120.
Subſtitutio ſi eſt facta in parte hæreditatis,non cenſentur inſtituti inuicem grauati,etiam ſi facta ſit ſubſtitutio vltimo morienti.Præſ.62.li.4.num.44.pag.ead.
Secus ſi vltimo morienti facta ſit indefiniti, vt puta in bonis vel hæreditate.ibid.num.45.
Et ſecus etiam,quando teſtator ſubſtituit his verbis:In d.hæreditate ſubſtituo Mæuium, quia ſunt verba relatiua,& reſtrictiua ad præcedentem hæreditatem.ibid.num.46.
Subſtitutionis ſpes non tranſit ad hęredem ſubſtituti.Præſ. 43.li.4.num.14.84.
Subſtitutio facta verbo communi in re certa nunquam trahitur ad directum.Pręſ.60.li.4.n.17.contra n.19.pag.109.

*Subſtitutio compendioſa quæ dicatur, & quas ſubſtitutiones ſub ſe comprehendat: & quomodo varietur.*

SVBSTITVTIO compendioſa quę dicatur.Præſ.34.li.4.n. 29.53.
Subſtitutio compendioſa dicitur, quæ ſub verborum compendio plura tempora, ſeu plures continet ſubſtitutiones. Præſ.51.lib.4.num.2.90.
Et plura hæc tempora intelliguntur pupillaris ætatis & pubertatis,& quomodo aliàs.ibi.
Subſtitutio compendioſa quibus coniecturis facta à teſtatore cenſeatur.Præſ.51.li.4.num.1.pag.90.
Subſtitutio,quam plures ſubſtitutiones continet,& quam habet tractum temporis in futurum,an dicatur compendioſa, reiecta Baldi ſententiam.Præſ.34.li.4.num.28.53.
Subſtitutio an ſit compendioſa, ſi teſtator hæredem extraneum inſtituit, & ſic ei ſubſtituit & quandocunque Caius hæres meus deceſſerit ſubſtituo Sempronium.Præſ.51.li.4. num.25.pag.92.
Subſtitutio ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo Caium,an ſit compendioſa.Præſ.51.li.4.num.14.91.
Quid ſi teſtator dixit,Et quandocunque filius meus deceſſerit,eum rogo vt reſtituat hæreditatem Titio.ibid.num.15.
Subſtitutio quæ fit ſub conditione mortis, vel alia dicitur compendioſa.Præſ.51.li.4.num.19.92.
Subſtitutio compendioſa ſub temporum pluralitate comprehendit plures ſubſtitutiones.Præſ.54.li.4.num.11.97..
Subſtitutio compendioſa licet comprehendat plures ſubſtitutiones vnaquęque tantum ſuam naturam retinet nec vna alteri communicatur.Præſ.39.li.4.num.35.73.
Subſtitutio compendioſa an ex præſumpta mente teſtatoris contineat exemplarem.Pręſ.45.li.4.num.1.85.
Quod quando eſt facta filio furioſo comprehendit exemplarem ibid.
Declaratur ſecus eſſe,vt nu.2.
Subſtitutio compendioſa fideicommiſſariam continet.Præſ. 68.li.4.num.4.133.
Subſtitutio compendioſa pupillarem tunc continet ad excluſionem matris, quando ipſa tranſiuit ad ſecundas nuptias Præſ.56.li.5.num.19.104.
Subſtitutio compendioſa pupillarem non continet, quando coniecturis apparet teſtatorem noluiſſe ſubſtituere pupillariter,ſed ſemper per fideicommiſſum.Præſ.54.li.4.nu.18.& quibus coniecturis id appareat.num.ſeq.
Subſtitutio compẽdioſa ſi facta eſt his verbis:Et quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Caium vulgariter pup. & per fideic.nõ ſubintelligitur in vulgari tacita conditio,ſi ſine filiis, &c.Præſ.89.li.4.num.149.228.
Subſtitutio compendioſa ſecundum temporis curſum variatur, & quomodo.Præſ.54.li.4.num.6.97.
Subſtitutio cõpẽdioſa verbis cõmunibꝰ facta nõ cõtinet pupillarem,matre exiſtente in medio.Præſ.50.li.6.nu.24.614.

Substitutio compendioſa facta verbis communibus matre exiſtente in medio,an eam excludat, & contineat pupillarem.Præſ.56.lib.4.nu.3.103.& nu.ſeq.Declara vt num.5.

Substitutio compendioſa verbis communibus facta non cõtinet pupillarem,quando veriſimiliter apparet teſtatorem voluiſſe excludere tẽpus pupillaris ætatis,& exempla afferuntur.Præſ.54.lib.4.num.19.98.

Idem quando compendioſa admixta fuit reciprocæ, & inſtituti,quibus facta eſt ſubſtitutio,ſunt impares,ibid.

Idem quando ex verbis clauſulæ executiuæ apparet teſtatorem voluiſſe pupillariter ſubſtituere.num.21.

Idem quando apparet,teſtatorem noluiſſe de bonis ſuis tantum diſponere.num.22.

Substitutio compendioſa verbo communi facta pupillo an præſumatur directò facta ipſi pupillo ante pubertatem.Pr,66.lib.4.num.8.129.

Substitutio compendioſa verbis communibus à pagano facta,an,& quando præſumatur comprehendere pupilli.Pr,54,lib.4.num.1.96.

Substitutio compendioſa verbis communibus à pagano facta,an & quando prȩſumatur cõtinere fideicommiſſariam, quando directò valere non poteſt, quòd fideicommiſſariã continet,facile oſtenditur.Præſ.47.lib.4.num.1.105.

Contra num.2.ibid.

Substitutionem compendioſam verbis communibus à pagano factam eſſe omni tempore fideicommiſſariam multorũ auctoritate probatur.Præſ.54.lib.4.num.13.98.& num.ſeq. Contra num.14.& ſeq.

Substitutio compendioſa verbis directis facta puberi an trahatur ad fideicommiſſum, quando æquitas in iudiciis ſpectatur,Præſ.55.lib.4.num.8.100.

Substitutio compendioſa verbis directisfacta ſi eſt firmata iuramento ân trahatur,ad fideicommiſſum.Præſ.55.lib.4 num,21,101,

Substitutio compendioſa verbis directis facta, an & quando præſumitur poſt aditam hæreditatem & pupillarem ætatẽ experare,& an,& quãdo valeat tanquam fideicommiſſaria, Præſ.55.lib.4.num.1.100.

Quod ad fideicommiſſariam trahatur.num.2.

Quid ſi eſt facta verbis directis ciuilibus,vel verbis directis, naturalibus.num.3.

Substitutio compendioſa quando eſt facta verbis directis, etſi mater eſt in medio valet tamen ſemper iure directo & excluditur mater,Præſ.56.lib.4 num.2.103.

Substitutio compendioſa facta à milite impuberi dicitur directa,etiam matre ipſa in medio exiſtente.Præſ.52.lib.4.n,2.93,Contra num.4.

Substitutio compendioſa facta à milite impuberi verbis directis,vel obliquis, an, & quando valeat poſt pubertatem iure directo, vel fideicommiſſi.Præſ.52.lib.4.nu.1.pag.ead.

Substitutio compendioſa facta à pagano cenſetur potius directa quam fideicommiſſaria, & obliqua, quando vtroque modo valere poteſt.Præſ.52.lib.4.num.3.pag.ead.

Substitutio compendioſa à pagano verbis directis, vel communibus facta impuberi matre exiſtente in medio, an, & quando præſumatur valere ſemper directo, & quando ad fideicommiſſum trahatur,Præſ.56,lib.4 num.1.103.

In ſubſtitutione compendioſa, in qua continentur ſubſtitutiones directæ,& obliquæ,ſubintelligitur tacita conditio, ſi deceſſerit ſine filiis.Præſ 89.lib.4.num.138.226.

Et quid quò ad vulgarem comprehenſam in ipſa compendioſa.ibid.num.139.& ſeq.

Substitutio compendioſa verbis obliquis à pagano facta, an & quando contineat vulgarem,pupillarem& fideicommiſſariam.Præſ 58.li.4.num.1.105.

De fideicommiſſaria certum eſt quòd in ea eſt comprehenſa.ibid.num.2.

Substitutio compendioſa à milite facta verbis obliquis fideicommiſſaria cenſetur.Præſ.52.lib.4.num.17.pag.95.

Et quomodo verbis obliquis fiat.ibid.

Substitutio compendioſa verbis communibus.ibid.num.18.

Substitutio compendioſa verbis ſingularibus facta quæ dicatur.Præſ.53.lib.4.num.3.pa.90.& num.7.9.10.12.13.pa.91.

Et quæ dicatur verbis ſingularibus,vel ſpecialibus fieri.ibid. num.4.& 5.pag.ead.

Substitutio copulatiuè facta nihil differt ab ea facta collectiuè vel diſtributiuè.Præſ.186.lib.4.num.30.420.

Et quæ dicatur ſubſtitutio copulatiuè facta.ibid.num.31.

Et quæ collectiuè.ibid.num.32.

Et quæ diſtributiuè.ibid.num.33.


*Subſtitutio directa quid ſit,quomodo inducatur,ad quæ extendatur: Et quando obliquetur.*


Substitutio directa dicitur 2.inſtitutio, & eſt æque fauorabilior vt ipſa prima inſtitutio.Pr.69.li.4.n.3.pa.129.

Substitutio in dubio an directa prȩſumatur,vel potius obliqua aut fideicommiſſaria.Prȩſ.66.li.4.num.1.129.

Quòd directa præſumatur,probari videtur.ibi.num.2.

Substitutio in dubio cenſetur potius directa quàm fideicommiſſaria,ſi modo conueniat perſonis.Præſ.60.li.4.num.28. pag.109.& Præſ.67.li.eo.num.6.130.& præſ.60.li.eo.num. 31.110.& Prȩſ.61.num.3.& 9.114.& 115.

Substitutionem directam coniecturis & præſumptionibus induci non poſſe.Prȩſ.19.lib.4.num.3.30.

Substitutio directa, & fideicom.quid differant.Prȩſ.73.li.4. num.3.149.

Substitutio directa & fideicommiſſaria valde differunt:ſubſtitutio enim vulgaris nõ ſe cõpatitur cum hæredis inſtitutione,fideicommiſſaria verò ſe compatitur.Prȩſ.178.li.4.n. 25.400.

Substitutio directa an & quando coniecturis & præſumptionibus inducta cenſeatur.Prȩſ.64.li.4.num.1.124.

Quòd coniecturis induci poſſit,auctoritate quamplurium oſtenditur ibid num.2.

Contra num.3.

Referuntur opiniones diſtinguentium.ibid.num.4.

Substitutiones directè non inducuntur coniecturis vel prȩſumptionibus.Prȩſ.61.lib.4.num.4.115.

Contra.ibid.num.5.

Substitutio directa coniecturis induci non dicitur etiam in caſu,in quo ageretur de ſubſtinendo teſtamentum,etiam ſi alioqui corrueret teſtamentum,Prȩſ.64.li.4.num.6.124.

Idem in teſtamento condito à patre inter liberos.ib.num.8.

Substitutio directa difficilius inducitur quàm fideicommiſſa.Prȩſ.61.li.4.num.13.115.

Substitutio directa,an verbis obliquis fieri poſſit.Præſ.34.li. num.11.52.

Substitutio directa eſt obliqua fauorabilior: obliqua enim cùm contineat onus reſtitutionis dicitur odioſa.Pr.66.li.4. num.3.129.

Substitutio directa eſt fauorabilis,& ideo extendenda de caſu ad caſum.Præſ.26.li.4.num.7.40.

Substitutio directa an & quando prȩſumatur extendi de caſu ad caſum,de perſona ad perſonam,& tempore ad tempus.Præſ.65.li.4.num.1.125.

Substitutio directa an & quando extendatur de tempore ad tempus:& an ſit permiſſa d.extenſio.Prȩſ.65.li.4.n.39.128.

Quòd ſi tempus fuit adiectum voluntariè, non extenditur, ſecus ſi neceſſitate cauſatiua.ibid.num.40.pag.129.

Et quid ſi militat eadem ratio tam in tempore non expreſſo quàm in expreſſo.ibi.num.41.

Et quid in tempore tacito & à lege ſubintellecto.ibi.nu.42.

Substitutio directa an & quando extendatur de perſona ad perſonam ex præſumpta mente teſtatoris & an dicta extenſio ſit iute permiſſa.Prȩſ.65.li.4.nu.34.128.

Substitutio directa exenditur de caſu ad caſum fauore piæ cauſæ,& maximè ſi in teſtamento adiecta fuerit clauſula codicillaris.Præſ 65.li.4.num.22.127.

Substitutio directa non extenditur ad caſum contrarium, & ſibi diſſimilem.Præſ.65.li.4.num.18.pag.ead.

Substitutio directa tũc nõ extẽditur,quando ſubſtitutio eſt facta ſub conditione volũtaria.Præſ.65.li.4.num,33.128.

Substitutio directa tunc non extẽditur de caſu ad caſum,quãdo ex hoc reſultaret aliquod abſurdum & inconueniens, Præſ.65.li.4.num.29.pag.ead.

Idem quando ex dicta extenſione induceretur pœna.ib.30.

Idẽ quãdo teſtator ſpecialiter prouidit in vtroq; caſu ib.n.31.

Substitutio directa trahitur ad fideicommiſſum ex iuſta cauſa.Præſ.52,lib.4.num.8.93.







Substitutio directa facta,quando ſubeſt cauſa,an extendatur ad fideicommiſſariam,quando mater eſt in medio.Præſ.54. li.4.num.4.97.

Substitutio directa admittitur etiam in fideicommiſſis. Pr. 66.lib.4.num.7.129.

Substitutio verbis directis facta poſt pubertatem trahitur ad fideicom.quando ſubſtituta fuit perſona,quam teſtator valdè diligebat. Præſ.55.lib.4.num.16.101.

Idem ſi ſubſtitutio facta ſit in re certa.ibi.num.17.

Idem eſt dicendum,quando hȩc ſubſtitutio habet adiectam conditionem liberorum ibi.num.18

Et idem ſi ſubſtitutio eſt concepta cum aduerbio hoc quandocunque.ibi.nu.19.

Idem quoque ſi ſubſtitutioni huic adiecta ſit dictio, mihi. ibi.nu.20.

Substitutio verbis directis facta maiori,vel extraneo, directa valere non poteſt, ſed trahitur ad fideicommiſſum.Pr. 55.lib.4.num.23.102.

Idem ſi ſubſtitutio facta fuit expreſſa ætatum diminutione ibi.num.24.

Idem eſt dicendum, ſi cum verbo directo iunctum ſit obliquum.ibi.num.25.

Idem ſi teſtator dixit. Et quandocunque deceſſerit hæres meus,tunc Caius hæres eſto vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum.ibi,num.26.

Idem ſi teſtator mandaſſet, quod teſtamentum non intelligeretur de ſubtilitate iuris.ibi.num.27.

Et idem ſi cauetur ſtatuto quod teſtamenta intelligantur nõ ſecundùm literæ rigorem, ſed iuxta naturalem verborum ſignificationem.ibid.

Et idem teſtator prohibuiſſet detractionem Trebellianicæ ibi.num.28.

Idem quoque dicendum, ſi teſtator eſt idiota,& ignarus ſignificationis verborum.ibi.num.29.

Substitutio verbis directis facta poſt pubertatem ad fideicommiſſum trahi dicitur quando in teſtamento adeſt clauſula codicillaris.Prȩſ.55.lib.4. num.12 pag.101.

Quid ſi fuit appoſita clauſula, omni melioti modo.num.13.

Et quid ſi teſtamentum eſt confectum inter liberos.ibid. num.14.

Substitutio quando fit vſque ad certam ætatem, ex quo non eſt perpetua dicitur directa.Præſ.52.lib.4.num.13.94.

Substitutio ſi eſt facta verbis obliquis vel communibus iunctis verbis directis,cenſetur facta directa vel obliqua ad electionem ſubſtituti.Prȩſ. 20.lib.4.num.8.31.

Substitutio verbis directis facta obliquatur,quando aliquibus verbis conſtat de mente teſtatoris ſubſtituentis.Pr.60. lib.4.num.76.113.

Substitutio in codicillis verbis directis facta obliquatur,nec valere poteſt.Prȩſ.60.lib.4.num.75.pag.ea.

Substitutio directa militaris ſimilis eſt pupillari,& de ea idẽ quod de pupillari eſt iudicandum. Prȩſ.195.lib.4.num.13. 462.

Contra quod imo ſequatur naturam vulgaris ſubſtitutionis ibi.num. 14.& 15.

Imò quòd ſequatur naturam fideicommiſſariæ.ibid.nu.16.

Sed verior opinio, eſt quod ſequatur naturam vulgaris.ibid. num.17.

Substitutio reciproca directa an & quando prȩſumatur facta inter plures, quibus morientibus facta eſt vulgaris vel pupil.Præſ.61.lib.4.num.1.& per tot.114.


*Subſtitutio exemplaris,ad quid ſit introducta,& ad quæ extendatur: quantum duret, & quando reconualeſcat.*


Substitutio exemplaris introducta eſt ad inſtar pupillaris.Prȩſ.38.lib.4.num.23.69.

Substitutio exemplaris à pari procedit cum pupillari, cùm eius exemplo ſit inuenta. Præſ.63.lib.4.num.15.124.

Substitutio exemplaris inducta eſt ad exemplum pupillaris, & eius naturam regulâſque ſequitur. Prȩſ.195.lib.4.num. 11,462.

Substitutio exemplaris introducta eſt ad inſtar pupillaris vt pater poſſit filio prouidere.Præſ.44.lib.4.nu.2. &nu.3.85.

Substitutio exemplaris introducta eſt ad ſimilitudinem pupillaris & fit eiſdem modis furioſo,quibus & pupill.pupillo. Præſ.49.lib.4.num.1.88.

Et quando, & quibus verbis facta præſumatur.ibi.per tot.

Substitutio exemplaris an comprehendatur in reciproca ex præſumpta teſtatoris voluntate.Præſ.60.lib.4.num.62.112.

Quod ſi reciproca facta ex duobus filijs maioribus mentecaptis comprehenditur.ibi.num.63.

Substitutio exemplaris conuenit cum pupillari,& eius exemplo inuenta eſt.Præſ.41.lib.4.num.1.81.

Substitutio exemplaris eſt ſimilis pupillari, & eius exemplo introducta.Prȩſ.42.lib.4.nu.3.82.

Tranſitus facilis eſt in habentibus ſimbolum atque ſimilitudinem.ibid.

Substitutio exemplaris ijſdem legibus regulatur quibus & pupillaris, cum eius exemplo ſit introducta. Præſ.41.lib.4. num.15.82.

Substitutio exemplaris & fideicommiſſaria, nunquid ſimul concurrant, & ſit locus electioni. Præſ.63.lib.4.num.14.& 15.123.& 124.

Substitutio exemplaris fit filio furioſo ob defectum iudicij & ſenſus. Pr.52.lib.4.nu12.94.

Substitutio exemplaris ſi verbis & perſonæ cõuenire poteſt, præſumitur potius directa quàm fideicommiſſa. Præſ.66. lib.4.num.9.129.

Substitutio exemplaris facta in vno caſu furoris extenditur ad alium caſum ſimilem.Præſ.65.lib.4.num.6.126.

Substitutio exemplaris facta in re certa trahitur ad totum. Præſ.48.lib.4.num.5.87.

Substitutio exemplaris nunquid durare dicatur,ſi viuo teſtatore ceſſauit filij furor,eo verò mortuo reuerſus eſt. Præ.50. lib.4.num.18.90.

Substitutio exemplaris tunc reconualeſcere cenſetur,quando mortuo ipſo teſtatore ceſſauit furor, qui tamen breui tempore reuerſus eſt.Prȩſ.50.lib.4.num.6.89.

Substitutio exemplaris tunc non reconualeſcit,quando mortuo ipſo teſtatore furor ceſſauit, deinde diù poſt reuerſus eſt.Præſ.50.lib.4.num.11.pag.ea.

Substitutio exemplaris ceſſante furore euaneſcit. Prȩſ.50.li. 4.num.1.pag.ea.

Et an, & quando ex præſumpta mente teſtatoris reconualeſcat redeunte furore qui iam ceſſauerat.ibi.num.2.

Et an, & quando dicatur reconualeſcere viuo adhuc ipſo teſtatore.ibi.num.3.

Substitutio exemplaris expreſſa an contineat vulgarem & pupillarem tacitas.Præſ.44.li.4.num.1.85.

Substitutio exemplaris tacita, ân & quando ex præſumpta voluntate teſtatoris excludat matrem.Præſ.46.lib.4.num. 1.86.

Quod ſi eſt comprehenſa in compendioſa excludit matrem ibid.num.2.

Idem ſi pater ſubſtituit magis dilectum quàm eius vxor.ibi. nu.3.

Substitutio exemplaris tacita continetur in expreſſa pupillari ex ratione,qua pupillaris expreſſa comprehendit vulgarem tacitam.Præſ.42.li.4 num.6.83.

Substitutio exemplaris tacita tunc comprehenditur in expreſſa vulgari,quando teſtator poſt aditam hæreditatem expreſſa ſubſtituit per fideicommiſſum. Præſ.41.lib.4.num. 12.82.

Substitutio exemplaris tacita non continetur in expreſſa vulgari quando teſtator reciprocè ſubſtituit duobus filijs imparibus, nempe vni ſanæ mentis, alteri verò mente capto.Præſ.41.lib.4.num.14.pag.ead.

Substitutio exemplaris verbis ſingularibus facta quæ dicatur.Præſ.49.lib.4.num.2.88.

Et quando dicatur expreſſa verbis ſpecialibus.ibid.num.3.

Et quando dicatur verbis generalibus.ibi.num.4.

Substitutio ſemel extincta amplius reuiuiſcere non poteſt. Præſ.50.lib.4.num.12.89.

Substitutio hoc modo concepta inſtituo hæredem filium mihi ex vxore mea naſciturum:& ſi hæres erit, & in pupillari etate deceſſerit, ſubſtituo Titium,ſi non eſt natus filius, an habebit locum ſubſtitutio.Præſ.65.lib.4.nu.13.126.

Subſtitutio ante inſtitutionem facta non facit corruere teſtamentum.Pręſ.19.li.4.num.5.187.
Subſtitutio facta decedente hærede ſine filijs adita hereditate,habet etiam locum, ſi is inſtitutus non adiuit. Pręſ.65. lib.4.num.12.126.
Subſtitutio facta ſi filius non naſcatur, compræhendit etiã caſum vulgaris, ſi moriatur ante aditam hereditatem, vel eam repudiet.Pręſ.185.lib.4.num.10.415.

*Subſtitutio fideicommißaria quæ dicatur;ad quæ extendatur,& quando dicatur reciproca.*

SVBSTITVTIO fideicommiſſaria dicitur non exemplaris quando pater ſubſtituit filio furioſo Caium, quem grauauit alteri reſtituere. Pręſ.49.lib.4.num.14.88.
Quid ſi teſtator voluit in bonis ſuis propriis ſuccedi.ibid. num.15.
Subſtitutio præſumitur fideicommiſſa, quando voluit teſtator bona ſua eſſe debere communia inter filios & ſuos deſcendentes.Præſ.68.lib.4.num.5.133.
Subſtitutio pręſumitur fideicommiſſa.quando teſtator inſtituto filio ſubſtituit eius filio compendioſe.Præſ.68.li.4.nu. 4.pag.ea.
Subſtitutio fideicommiſſ. dicitur odioſa ob onus reſtitutionis bonorum.Præſ.73.lib.4.num.2.149.
Subſtitutio fideicommiſſ.recipit interpretationem ex teſtatoris affectione, & ſecundum etiam regulatur.Pręſ.75.li.4. num.16.152.
Subſtitutio facta in re certa non dicitur pupillaris,ſed fideicommiſſ.Pręſ.54.lib.4.num.25.99.
Subſtitutio quando regulari debet ab altera ſimul iuncta potius fideicommiſſaria debet regulari à vulgari, quam econtra.Præſ.89.lib.4.nu.147.228.
Subſtitutio fideicom.an contineatur ſub reciproca.Præſ.60. lib.4.num.67.112.
Quòd ex recepta ſententia non comprehenditur.ibi.nu.68. vſque ad finem,cum declaratione tamen.num.70.& duob. ſeq.& ſeq.pa.112.& 113.
Subſtitutio fideicom.in reciproca contineri dicitur,quando teſtator reciprocè ſubſtituendo dixit. Quos inuicẽ ſubſtituo vulg.pupil.& per fideicom. Præſ.60.li.4.num.84.114.
Idem ſi reciproca ſit admixta eum compendioſa.ibid.num. 85.ead.
Subſtitutio quibns coniecturis probetur facta per fideicommiſſum à teſtatore,non autem directè.Præſ.68.li.4.num.1. 132.
Quòd quando teſtator dixit, velle ſua bona eſſe fideicommiſſo ſuppoſita, tacito de reſtitutione,præſumitur voluiſſe hæredem grauare reſtituere ſubſtitutis. ibi.num.2.
Quid ſi teſtator coram 7. teſtibus dixit velle conſtituere fideicommiſſum & vocato notorio omiſit ſubſtitutionem fideicommiſſariam,& ſimpliciter ſubſtituit.ibi.num.3.
Subſtitutio fideicommiſſi an, & quando extendatur de caſu ad caſum,ex præſumpta mente teſtatoris.Pr.73.li.4.n.1.149.
Subſtitutio fideicom.an extendatur de perſona ad perſonã. Præſ.73.lib.4.num.5.pag.ea.
Quod ſi adeſt præſumpta, & coniecturata mens teſtatoris, extendatur,aliàs ſecus.ibid.num.6.
De tempore autem ad tempus nunquam extenditur,niſi ex coniecturata mente teſtatoris aliter colligatur.ibi.num.7.
Subſtitutio fideico. extenditur de caſu ad caſum quando eadem extat ratio, & præſumpta mens,ac voluntas teſtatoris tam in vno, quam in altero caſu. Præſ.73.lib.4.num.4.149.
In ſubſtitutione fideicommiſſaria facta in vita grauati non ſubintelligitur tacita conditio,ſi ſine filijs.&c. Præſ.89.lib. 4.num.127.236.
Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria cenſetur etiam inducta ex coniecturis & pręſumptionibus etiam ſi teſtator nõ ſubſtituerit in omnibus bonis,nec vltimo morienti;& quę ſint coniecturæ. Pręſ.62.li.4.num.34.119.
Primò quando vnus ex inſtitutis ſuperſtes talis eſt, qui ſubſtitutum excludit ex pręſumpta mente teſtatoris.ibi.nu.35.
Secundo quando inſtituti tales ſunt, qui agnationem & familiam conſeruare poſſunt,& ſignificaret teſtator velle ſua bona conuerſari in familia.ibid.nu.37.pag.120.
Tertiò quando teſtator vocauit omnes ſuos deſcendentes, deinde tranſuerſales, quos grauauit,& alijs adiectis clauſulis demonſtrauit eos inuicem ſubſtituiſſe.ibi.num.38.
Quartò quando filios inſtitutos teſtator grauauit reſtituere,dein ſubſtituit tranſuerſales.ibi.num.39.
Quintò quando teſtator pluribus vocatis filijs,eis ſubſtituit & adiecit clauſulam prohibitionis alienationis. ibi.nu.40.
Subſtitutio reciproca fideicom.non dicitur inducta; etiam ſi teſtator dixerit,ſi omnes penitus defecerint,ſubſtituto Męuium in tota hęreditate & quare. Pręſ.62.lib.4.nu.50.pag. 121.
Extenditur,etiam ſi ſubſtitutio facta eſſet poſt mortem plurium liberorum expreſſe reciprocè ſubſtitutorum.ibi.n.51
Idem ſi teſtator tres inſtituit hęredes, & ſingulos pro tertia parte,& omnes prohibuit alienare, & Trebellianicam detrahere,ſed quòd deberent Męuio reſtituere.ibi.num.52.
Idem, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria iuncta eſt cum vulgari pupillari.ibi.num.53.
Subſtitutio fideicommiſſaria reciprocè facta ceſſat, quando facta eſt in tota hæreditate vltimo pluriũ filiorum, ſi impuberes deceſſerint,non extante matre in medio, vel fratre vtrinque coniuncto.Pręſ.62.li.4.num.24.pag.118.
Idem, quando inter ipſos inſtitutos & grauatos facta fuit alia ſpecialis ſubſtitutio.ibi.num.25.
Idem quando ſubſtitutus vltimo pręcederet illi vltimo nec eſſet locus tranſmiſſioni.ibi.num.26.
Idem, quando bona peruenerunt ad grauatos ex alia cauſa quàm ex cauſa,qua fuerunt vocati.ibi.num.27.
Idem dicendum inter vocatos in diuerſo gradu.ibi.num.28.
Et idem quando fideicommiſſum reciprocum locum habere non poteſt inter plures vocatos,& ſi omnes non ſint æqualiter vocati,& æqualiter grauati.ibi.num.29.
Subſtitutio reciproca his verbis concepta, Eóſque inuicem ſubſtituo, pręſumitur potius directa quàm fideicommiſſaria.Præſ.66.lib.4.num.5.129.
Et quid ſi facta fideicommiſſo eſt dubia.ibi.nu.6.
Subſtitutio militaris in dubio directa pręſumitur. Præſ.66. li.4.num.10.130.

*Subſtitutio pupillaris quæ dicatur ad quæ extendatur, quid requirat,& quando deficiat.*

SVBSTITVTIO pupillaris quæ dicatur. Præſ.34.li.4.nu. 23.53.
Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum pupill.Pręſ.60.li. 4.num.20.109.
Subſtitutio pupillaris dicitur propriè, & principaliter teſtamentum filij quòd eius nomine facit pater, impropria verò dicitur patris cùm agatur de hęreditate filij.Præſ.38.li. 4.num.7.67.
Subſtitutio pupillaris inuenta eſt vt pater prouideat, & conſulat filio qui teſtari non poteſt.Pr.47.lib.4.num.5.86.
Subſtitutio pupillaris & exemplaris nunquid eodem tempore ſimul concurrant, & ſit locus electioni. Præſ.63.lib.4. num.16.124.
Subſtitutio pupillaris & fideicommiſſa,an ſimul eodem tẽpore concurrere poſſint.Præſ.63.lib.4.num.13.123.
Subſtitutio pupillaris quibus coniecturis facta conſtare poſſit.Preſ.34.lib.4.num.1.51.
Subſtitutio pupillaris requirit aditionem hæreditatis. Pręſ. 63.li.4.num.5.123.
Subſtitutio pupillaris qua ratione tacita contineatur ſub vulgari.Præſ.36.li.4.num.38.62.
Et nunquid comprehendatur,quando his verbis facta eſt, ſi hæres non erit.ibid.39.
Subſtitutio pupillaris non continetur in vulgari, quando teſtatur ita dixit,inſtituo Caium filium meum impuberem, & ſi ipſe hæres non erit vel hæres erit,in pupil.ętate deceſſerit.ſubſtituo Sempronium per fideicommiſ.Præſ.36.lib. 4.nu.51.63.
Idem quando teſtator ſubſtituit quo ad ſua bona.ibi.nu.52.
Subſtitutio pupillaris non continetur ſub compendioſa verbis obliquis à pagano facta. Præſ.58.li.4.num.6.106.





Extende etiam ſi facta eſſet ſpecialis mentio pupillaris ætatis.ibi.num.7.
Declara vt ibi.num.8.9.10.
Subſtitutio non dicitur trahi ad pupillarem,etiam mentione facta de pupillari ætate, quando repugnant.Pr.60.lib.4. num.32.110.
Idem ſi repugnat qualitas perſonæ.ibi.
Subſtitutio pupill.in reciproca contineri cenſetur, quando aliquæ extant coniecturæ,quòd teſtator voluerit eam complecti ſub reciproca.Præſ.60.lib.4.num.45.111.
Subſtitutio pupillaris trahitur ad omnia bona ipſius teſta. Pręſ.48.lib.4.num.2.87.
Subſtitutio pupillaris trahitur ad omnia bona, etiam ſi ſubſtitutus peteret ſeparationem bonorum patris à bonis pupilli, ſeparationem enim petere non poteſt.Præſ.48.lib.4. num.6.pag.ea.
In ſubſtitutione pupillari interpretanda, an magis coniunctus admittatur, nec ne,non attenditur maior affectio teſtatoris, ſed quomodo æqualiter quis ſucceſſurus ſit ab inteſtato.Præſ.39.lib.4.num.84.77
Subſtitutio pupillaris aditionem pupilli requirit. Præſ.37.li. 4.num.21.66.
Contra.num.42.
Subſtitutio pupillaris tempus certum habet, exemplaris autem incertum.Præſ.41.lib.4.num.8.81.
Subſtitutio pupillaris an, & quando facta præſumatur vſque ad pubertatem. Præſ.47.lib.4.num.2.vel intra per totum. pag.86.
Subſtitutio pupillaris fieri nequit emancipato & illegitimo qui ſub teſtatoris poteſtate non ſunt. Præſ.60.lib.4.nu.40. 111.
Subſtitutio pupillaris deficit ſuperueniente pubertate. Pręſ. 72.lib.4.num.4.146.
Subſtitutio pupillaris expirat pubertate, ſic & exemplaris. Præſ.42.li.4.num.983.
Subſtitutio hæc Caium filium meum hæredem inſtituo, & Sempronium an ſit pupillaris.Præſ.34.lib.4.num.8.51.
Quid ſi teſtator inſtituta filia in re certa, & filium pupillum in reliquis bonis & filio ita ſubſtituit filij mei,filia mea hæres ſit.ibid.num.9.
Et quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,bona mea Titio reſtituantur,an ſit fideicommiſ.ſubſtit.ibid.nume.10.
Subſtitutio ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Sempronius ſit mihi hæres an cẽſeatur pupillaris. Præſ.34.lib.4. num.12.& nu.ſeq.52.
Vbi quomodo interpretari debeat illa dictio,meus.
Subſtitutio his verbis communibus, filius meus hæres eſto & ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, vel quandocunque ſubſtitutus capiat bona propria auctoritate,pupillaris,& directa cenſetur.Pręſ.56.lib.4.num.7.103.
Subſtitutio hæc, & ſi filius meus deceſſerit in pupillari ętate,volo bona mea à commiſſariis meis vendi, & inter pauperes diſtribui, an ſit pupillaris.Pręſ.34.lib.4.num.44.55.
Quid ſi huiuſmodi eſt,filium meum (impubere ipſo pręſuppoſito) viuum, & mortuum cum omnibus bonis ſuis fratri meo reliquo an ſit pupillaris.ibi.num.45.
Et quid ſi præſumatur teſtatorem voluiſſe diſponere.ibi.
Subſtitutio, ſi filius meus impuberi ætate deceſſerit bona mea deueniant in Sempronium, an ſit pupillaris. Præſ.34. lib.4.num.16.52.
Et quid ſi filio exhæredato pater hanc ſubſtitutionem feciſſet,vel dixiſſet mihi hæres ſit.ibi.
Subſtitutio ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituto Sempronium,an ſit pupillaris.Præſ.24.lib.4.nu.18.52.

*Subſtitutio pupillaris expreſſa quæ dicatur,ad quæ extendatur,& quando expiret.*

SVBSTITVTIO pupillaris expreſſa dicitur quæ hoc modo eſt concepta & quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Caium.Præſ.34.lib.4.num.5.51.
Declara vt ñu.6.
Et quibus referatur illa dictio,ei.num.7.
Subſtitutio pupillaris expreſſa an comprehendat tacitam exemplarem,quando pater filio impuberi, & furioſo ſubſtituit, & ſubſtitutio ipſa pupillaris eſt reſtricta ad certum,& limitatum tempus.Præſ.42.lib.4.num.7.& num.ſeq.pa.83.
Subſtitutio pupillaris expreſſa an,& quando comprehendat tacitam exemplarem.Præſ.42.lib.4.num.1.82.
Et quę dicatur ſubſtitutio pupillaris expreſſa continens tacitam exemplarem.ibi.num.2.& 4.
Subſtitutio pupillaris expreſſa an contineat tacitam exemplarem,quando pater ſubſtituit filio impuberi,qui teſtamẽti tempore non erat furioſus,ſed poſt mortem patris intra pupillarem ętatem furor ſuperuenit.Pręſ.42.lib.4.num.10. pag.83.
Et quid ſi ſuperuenit furor poſt mortem patris poſt pupillarem ætatem.ibi.num.11.
Subſtitutio pupillaris expreſſa, an & quando contineat vulgarem tacitam.Præſ.43.lib.4.num.1.84.
Et qua ratione pupillaris ipſa expreſſa contineat tacitam vulgarem. ibi.num.2.& ſeq.
Subſtitutio pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem etiam ſi ipſa pupillaris ſit reſtricta ad breuius tẽpus quam ætatis pupillaris.Præſ.43.lib.4.num.5.pag.84.
Idem ſi apparet deinde pupillarem eſſe inutilem.ibi.nu.6.
Secus ſi alijs coniecturis, & præſumptionibus conſtat teſtatorem voluiſſe ſub expreſſa pupillari contineri tacitam vulgarem.ibi.num.7.
Et ſecus ſi adeſſet ſtatutum,quòd inſtrumenta intelligantur ad litteram, quam tunc non continet tacitam vulgarem. ibi.num.8.
Et idem ſi ſubſtitutus non poſſet ſuccedere vt quia eſſet incapax.ibi.num.9.
Subſtitutio pupillaris expreſſa tacitam vulgarem complecti non poteſt quando ipſa pupillaris facta fuiſſet magno interuallo poſt teſtamentum.Præſ.43.lib.4.num.10.pag.84.
Idem dicendum fauore matris ipſius teſtatoris.ibi.num.11.
Idem quando filio impuberi ſunt ſubſtituti cohęredes ipſi. ibi.num.12.
Idem quando ipſa pupillaris ſubſtitutio reſtricta, & limitata fuit ad tempus ipſius pubertatis.ibi.num.13.
Subſtitutio pupillaris expreſſa ſicut expirat ſuperuenienti pubertate, an idem dicendum de tacita vulgari.Præſ.43.li. 4.num.18.85.
Subſtitutio, filio meo impuberi, quandocunque deceſſerit ſubſtituto Titium & ſi videatur compẽdioſa dicitur tamẽ ipſa pupillaris. Pręſ.34.lib.4.num.37.pag.54.
Declara,vt.num.38.
Quid ſi teſtator dicat & ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,in eius hęreditate ſubſtituo Sempro.an ſit manifeſta pupillaris.ibi.39.pag.55.
Et quid ſi teſtator ita ſubſtituit, ſi filius meus in pupillari ętate deceſſerit,Titius ſit mihi hæres in fundo Semproniano ibi.num.40.
Subſtitutio pupillaris facta filijs continet, & in ea ſubintelligitur tacita conditio,ſi ſine filijs,&c.Pr.89.li.4.n.189.225.
Idem in ſubſtitutione exemplari.ibi.num.130.
Idem in ſubſtitutione directa militari.ibi.num.131.
Idem in fideicommiſſa vniuerſali.ibi.num.132.226.
Idem in ſubſtitutione directa, quę in fideiommiſſariam cõuertitur.ibi.num.133.
Et idem in ſubſtitutione fideicommiſſa rei particulari.ibi. num.134.
Secus ſi eſt tanti valoris,quòd veriſimile non ſit, teſtatorem eã voluiſſe relinquere vel reſtitui, ſi filius grauatus ſuſceperit filios.ibi.num.135.
Et ſecus ſi tempore conditi teſtamenti ſunt nati nepotes teſtatoris,& filij grauati quia non ſubintelligitur d.conditio. ibi.num.136.
Subſtitutio reciproca pupillaris cenſetur inducta, quando teſtator ſubſtituit vltimo ex pupillis tota hæreditate,etiam ſi extat mater non excluſa ſtatuto. Pręſ.61.libr.4.nume. 3.114.
Subſtitutio reciproca pupillaris non pręſumitur inducta, quando teſtator pluribus pupillis ſubſtituit in tota hæreditate,ſed non vltimo decedenti. Præſ.61.lib.4.n.14.115.

Subſtitutio reciproca pupillaris inducta præſumitur inter plures inſtitutos, etiam quando extaret alter frater pubes, qui pro parte eſſet ſucceſſurus vltimo pupillo morienti. Pr. 61.lib.4.num.6. pag.ead.
Extenditur etiam ſi ſubſtitutio ſit facta verbis indefinitus.ib. num.7.
Idem quoque dicendum in pupillari comprehenſa in compendioſa.ibi.num.8.
Subſtitutio reciproca pupillaris non cenſetur inducta inter plures inſtitutos, quando teſtator ſubſtituit vltimo morieñti in tota hæreditate,& mater non extat, vel extat, ſed ſtatuto excluſa.ibi.num.10.
Idem quando eſt ſubſtituta eccleſia.ibi.
Idem quando teſtator pluribus pupillis ſimpliciter ſubſtituit,nec in tota hæreditate.ibi.num.12.
Subſtitutio pupillaris reſtricta ad tempus pupillaris ætatis non poteſt extendi ad vulgarem.Pręſumpt.43.lib.4.nume. 19.85.
Et quomodo intelligatur hæc reſtrictio.ibi.

*Subſtitutio pupillaris tacita quid ſit, & ad quid introducta; ad qua extendatur,& quis ſit eius effectus,*

SVBSTITVTIO pupillaris tacita eſt quædam ficta ſubſtitutio à lege introducta.Præſ.39.lib.4.num.15.72.
Contra.num.18.
Subſtitutio tacita pupillaris à lege introducta. Prę∫.35.lib.4. num.18.56.
Subſtitutionem pupillarem tacitam fingi à lege, non autem præſumi.Præſ.35.lib.4.num.8.56.
Subſtitutio pupillaris tacita non dicitur fieri à teſtatore, ſed à lege fingi. Præſ.37.lib.4.num.24.66.
Subſtitutionem pupillarem tacitam,eſſe quidem pręſumptã ſed quod magis in ea operatur legis diſpoſitio, quam voluntas. Præſ.35.lib.4.num.17.& num.ſeq.56.
Subſtitutio pupillaris tacita interpretatur eodem modo quo expreſſa cum vtraque perueniat à voluntate teſtatoris.Pr. 39.lib.4.num.38.73.
Subſtitutio pupillaris tacita an comprehendatur in vulgari expreſſa.Præſ.39.lib.4.num.5.pag.71.
Quid ſi eſt facta à milite.num.7.
Subſtitutio pupillaris tacita dicitur per extenſionem contineri in expreſſa vulgari non è contra. Præſ.35.lib.4.num. 15.56.
Subſtitutio pupillaris tacita an dicatur ineſſe vulgari expreſſæ ab initio purè, vel ſub conditione. Præſ.40.lib.4.n. 19.80.
Subſtitutionem tacitam pupillarem eſſe comprehenſam in vulgari ad matris excluſionem vſque ab initio ex præſumpta mente teſtatoris.Prę∫.40.lib.4.num.1.per tot.78.
Subſtitutionem tacitam pupillarem ineſſe initio expreſſè vulgari à futuro euentu pendere affirmarunt nonnulli. Præſ.40.lib.4.num.14.80.
Subſtitutio pupillaris tacita licet ſui natura contineatur in expreſſa vulgari,vnaquæque tamen ſuam naturam, & qualitatem retinet. Præſ.39.lib.4.num.34.pag.73.
Subſtitutio pupillaris tacita comprehenſa in expręſſa vulgari an præſumatur, vel à lege fingatur. Præſ.35.lib.4.num. 1.pag.55.per tot.
Prę∫umptam eam eſſe.ibi.num.2. Contra.ibi.num.3.
Quod ſit prę∫umpta iuris tantùm.Bartol.ſententia.ibidem num.4.
Subſtitutio pupillaris tacita tunc demum non excludit matrem,quando illa reperitur inſtituta, & data cohæres filio pupillo.Præſ.39.lib.4.num.24.73.
Subſtitutio pupillaris partim expreſſa, & partim tacita, an & quando excludit matrem.Prę∫.38.lib.4.num.1.pag.67.
Subſtitutio pupillaris omninò expreſſa matrem excludit.Pr. 38.lib.4.num.2 pag.ea.
Et an excludat eam, à legitima.nu.3.ibi.
Et nunquid ipſam excludat à legitima ſibi debita ex bonis filij.num.4.ibi.
Subſtitutio pupillaris verbis ſingularibus facta quando eſſe dicatur.Prę∫.34.lib.4.num.2, & nu.ſeq.pag.51.

*Subſtitutio reciproca qua dicatur, & quando facta præſumatur, ad qua extendatur,& quando expiret.*

SVBSTITVTIO reciproca dicitur,quia inuicẽ, & mutuo fit inter duas,pluréſue perſonas.Præſ.60.lib.4.num.1.108.
Dicitur alio nomine breuiloqua, eò quòd breuiter fiat.ibi. num.2.
Et ſit pluribus perſonis ęqualibus.ibi.
Subſtitutio reciproca dicitur, qua pluribus hæredibus inſtitutis,vel exhęredatis vnus in alterius defectum ſubrogatus Prę∫.59.lib.4.num.2.pag.106.
Et quando dicatur facta verbis ſingularibus.ibi.num.3.
Et quando verbis ſpecialibus.ibi.nu.4.
Et quando verbis generalibus.ibi.num.ſeq.
Subſtitutio dicitur reciproca, teſtatore ita dicente, & ſi quis hęredum meorum deceſſerit,bona mea vadant de vno, in alienum. Prę∫.59.lib.4.num.10.pag.107.
Idem ſi dixit teſtator:Inſtituo Caium, & Sempro. & eorum liberos,& deſcendentes & eos, & præmortuorum filios in uicem ſubſtituo vulgariter, pupill.& per fideicomm..ibid. num.11.
Idem ſi dixit,Inſtituo Caium,Seium,Titium, & Sempro.& vltimo eorum decedenti ſubſtituo Lucium.ibid.num.12.
Et idem dicendum, quando teſtator inſtituit, & ſubſtituit Caium, Seium, & Sempron.& eorum liberos, & déſcendentes vt ſuccedant,in ſtirpes,& non in capita.ibi.num.13.
Subſtitutio reciproca perfectionem incipit habere à tempore morte ipſius teſtatoris. Prę∫.60.lib.4.num.55.112.
Subſtitutio reciproca an, & quando facta præſumatur.Prę∫. 59.lib.4.num.1.106.
Subſtitutio reciproca vt cenſeatur facta inter eos,quibus vltimo loco tertius aliquis fuit ſubſtitutus, debet eſſe facta vltimo morienti,& in omnibus bonis. Prę∫.62.libr.4.num. 56.121.
Subſtitutio reciproca illas ſolas ſubſtitutiones & illa tempora complectitur,quę perſonis poſſunt conueniri. Præſ.60. lib.4.num.10.109.
Subſtitutio reciproca,tunc fideicommiſſariam comprehendit,quando ex aliquibus verbis præcedentibus,vel ſequentibus apparere poteſt,teſtatorem voluiſſe complecti fideicõmiſſariam.Præſ.60.lib.4.num.70.pag.113.
Idem quando dicta ſubſtitutio fit in codicillis.ibi.num.71.
Idem quando in teſtamento fuit clauſula codicillaris.ibid. num.74.
Contra.num.78.ead.
Subſtitutio reciproca compendioſæ admixta comprehendit fideicommiſ.Prę∫.60.lib.4.num.29.110.
Subſtitutio reciproca ex quibus coniecturis cenſeatur pupillarem continere.Præſ.60.lib.4.num.34.pag.ea.
Et an comprehendat pupillarem, quando teſtator tres vel quatuor filios hęredes duos puberes & duos impuberes, omnes inſtituit,& inuicem ſubſtituit, quò ad impuberes. ibi.num.35.
Declara,vt.num.36.
Et an comprehendat pupillarem, quando teſtator inſtituit tres hęredes nempe duos filios impuberes,& tertium extraneum impuberem,& eos inuicem ſubſtituit.ibi.num.37.
Quid ſi teſtator declarauit voluiſſe comprehendere pupillarem.ibi.num.38.
Et quid ſi pater inſtituit duos impuberes, quorum vnus erat emancipatus, alter autem in poteſtate,& eos inuicem ſubſtituit,& deinde emancipatum adoptauit.ibi.num.39.pag. 111.
Et quid ſi inuicem ſubſtituit duos impuberes, quorum vnus erat illegitimus,quem deinde legitimum fecit.ibi.nu.42.
Subſtitutio reciproca tunc continet pupillarem quando eſt facta duobus impub. ſecus ſi vnus eſt pubes alter vero impubes.Præſ.60.lib.4.num.22.& num.24.pag.109.
Subſtitutio reciproca complectitur pupillarem, quando facta eſt mentio pupillaris ætatis.Præſum.60.lib.4.num.30. pag.110.
Subſtitutio reciproca continet pupillarem, quando teſtator ſubſtituit duobus filiis impuberibus in re tamen certa. Præſ.60.lib.4.num.61.112.

Subſtitutio



Subſtitutio reciproca continet pupillarem, quando teſtator inſtituit duos filios impuberes portionibus inæqualibus. Præſ.60.lib.4.num.46.111.
Quid autem ſi inſtituit duos filios impuberes & eos reciprocè ita ſubſtituit: Et ſi vnus filiorum hæres non erit,alterum ſubſtituo. ibi.num. 35.& ſeq.vſque ad num.51.& ſeq.pag. 110.& 111.
Subſtitutio reciproca tunc demum continet pupillarem expreſſam verbis generalibus quando eſt ſimpliciter concepta:ſecus ſi reciproca eſt reſtricta ad caſum vulgaris.ib.nu. 49.pag.111.
Subſtitutio reciproca admixta cum compendioſa facta imparib.pupillarem minime comprehendit. Prę∫.60.lib.4.n. 26.pag.109.
Contra & male,ibi.num.29.
Subſtitutio reciproca pupillarem non continet, quando reſultaret difformitas. Præſ.54.lib.4.nu.10.pag.97.
Subſtitutio reciproca quãdo eſt facta duob⁹ filijs impuberibus mente captis aut furioſis, continet vulgarem, pupillarem & exemplarem.Prę∫.60.lib.4.num.64.pag.112.
Quid ſi facta eſt duobus filijs, quorum vnus eſt impubes ſanæ mentis,alter verò pubes mente captus.ibi.num.65
Subſtitutio reciproca aliquando continet tantum ſubſtitutionem vulgarem,& quando. Prę∫.60.lib.4.num.4.108.
Aliquando continet vulgarem,& pupillarem, & quando.ib. num.5.
Et quandoque comprehendit vulgarem, pupillarem, & exemplarem,& quo caſu.ibi.num.6.
Continet præterea aliquando vulgarem,pupillarem, & exẽplarem,& fideicommi.ibid.num.7.
Subſtitutio reciproca an & quando contineat ſubſti.vulgarem tantùm.Prę∫.60.lib.4.num.8.pag.ead.
Si fuit facta vni impuberi filio inſtituto & alteri exhæredato nunquid comprehendat vulgarem.ibi.num.9.
Subſtitutioni reciprocæ pupillari, non eſt locus,quando ceſſat paritas. Præſ.60.lib.4.num.23.pag.109.
Subſtitutio reciproca facta à milite per emancipationem non expirat. Prę∫.60.lib.4.num.60.pag.112.
Subſtitutio hæc Titius,& Seius, vter eorum viuet hæres mihi eſto,an ſit reciproca. Præſ.59.lib.4.num.5.106.
Quid ſi teſtator ita dixit, Lucio Titio eorúmue cui fundum do, lego & ſi vterque vixerit vtrique, ſi alter, alteri totum debebitur.ibi.num.6.pag.107.
Et quid ſi dixit,Titius,& Mæuius inuicem ſubſtituti mihi hæredes eſtote.ibi.num.7.
Et quid ſi dixit,& ſi quis hæredum meorum deceſſerit, volo bona mea ad ſuperſtites peruenire.ibi.num.8.
Subſtitutio reciproca fideicommiſſa, nunquid cenſeatur inducta,ſi eſt facta ſimpliciter, quando ſcilicet teſtator non ſubſtituit vltimo morienti,nec omnibus bonis. Prę∫.62.li. 4.num.30.118.
Subſtitutio reciproca fideicommiſſa an cenſeatur, quando teſtator ſubſtituit quidem in omnibus bonis, ſed non vltimo morienti, ſed poſt mortem plurium grauatorum.Prę∫. 62.lib.4.num.47.49.& ſeq.pag.120.121.
Subſtitutio reciproca fideicommiſſa,cenſetur quando plures inſtituti fuerunt vocati nomine collectiuo.Præſ.62.lib. 4.num.22.118.
Extenditur etiam quò ad filios pręteritos, quibus conſeruatur fideicommiſſum vniuerſale.ibi.num.23.
Subſtitutio reciproca fideicommiſſa,inter plures vocatos cenſetur inducta,quando aliqua coniectura aut ſigno,conſtat teſtatorem ſenſiſſe de omnibus bonis & hæreditate. Præſ.62.lib.4.num.11.117.
Et quæ ſint hæc ſigna & coniecturę.ibi.num.ſeq.pag.118.
Subſtitutio reciproca fideicommiſſa. quando præſumatur facta inter plures vocatos, quibus omnibus vel vltimo morienti datus eſt ſubſtitutus.Prę∫.62.lib.4.num.1.116.
Et quid ſi teſtator ſubſtituit vltimo inſtituto morienti in bonis & hæreditate indefinitè, an præſumatur reciprocę ſubſtituiſſe.ibid.num.2.& ſeq.
Subſtitutio ad certum tempus reſtricta,& limitata non extenditur vltra illud tempus.Prę∫.60.lib.4.num.8.135.
Subſtitutio tacita non impedit ius accreſcendi. Præſ.37.li. 4.num.9.64.
Subſtitutio ſi eſt tacita, & alia adminicula concurrant, non excluditur ius accreſcendi,& ſic coniunctus pręfertur ſubſtituto.Præſ.87.lib.4.num.11.204.

*Subſtitutio vulgaris qua dicatur: & quando fieri ſoleat: & ad qua extendatur.*

SVBSTITVTIO vulgaris eſt efficacior & nobilior ipſa fideicommiſſaria.Præſ.89.lib.4.num.148.228.
Subſtitutio vulgaris dicitur coninucta cum ipſe iure accreſcendi.Præſ.60.lib.4.num.18.pag.109.
Subſtitutio fieri vulgaris fieri ſolet reſpectu portionis hęreditariæ cum per eam ſuccedatur directò ipſi ſubſtituenti. Præſ.195.lib.4.num.3.461.
Subſtitutio vulgaris & pupillaris vna ſimul eodem tempore eſſe non poteſt. Præſ.63.lib.4.num.4.122.
Subſtitutio vulgaris,an contineatur ſub compendioſa à pagano facta verbis obliquis.Prę∫.58.lib.4.num.3.105.
Quod regulariter non continet.ibi. Declara vt num.4.ſcilicet contineri, ſi teſtator dixit, vulgariter, pupillariter,per fidei.ibi.
Idem ſi compendioſa facta ſit cum ſpeciali expreſſione ipſus vulgaris.ibi.num.5.pag.106.
Subſtitutio vulgaris ſi duobus imparibus facta ſit puberi cilicet,& impuberi an contineat tacitam pupillarem. Pr. 36.lib.4.num.31.61.
Subſtitutio vulgaris tunc non continet pupillarem quando teſtatore ſubſtituit vulgariter taxatiuè.Præſ.36.lib.4.num. 19.pag.59.
Subſtitutio vulgaris tunc non continet pupillarem, quando teſtator reciprocè,ſubſtituit duobus filijs,quorum vnus eſt impubes,alter verò pubes, etiam reſpectu impuberis.Prę∫. 36.lib.4.num.28.pag.60.
Idem quando pater habens duos filios impuberes, vni ſubſtituit vulgariter,alteri verò vulgariter, & pupillariter.ibi. num.29.
Subſtitutio vulgaris tacitam pupillarem non comprehendit quando ſtatuto caueatur, quòd inſtrumenta ſeruẽt ad literam prout iacent abſque alia interpretatione.Pr.36.lib.4. num.42.& num.45.pag.62.
Subſtitutio vulgaris non còntinet tacitam pupillarem ex præſumpta mente teſtatoris in teſtamento militis. Præſ. 36.lib.4.num.50.pag.63.
Subſtitutio vulgaris aditione hæreditatis expirat, & ideo nõ poteſt concurrere fideicommiſſa.Præſ.63.lib.4,num.11.123.
Subſtitutio, filio meo fratrem ſubſtituo, dicitur vulg.& pupillaris.Prę∫.51.lib.4.num.22.pag.92.
Quid ſi adiecta ſit conditio, vt, ſi Caius factus ſit conſul.ib. num.23.
Subſtitutio hæc inſtituo filium meum pupillum, & ſi deceſſerit in pupillari ętate,ſubſtituo Caium, vulgaris,& pupill. cenſetur.Præſ.36.lib.4.num.49.pag.63.
Subſtitutio ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Sempronius mihi,& ſibi hæres ſit,an ſit vulgaris, vel pupillaris expreſſa.Præſ.34.lib.4.num.20.52.
Quid ſi teſtator ita ſubſtituit:inſtituo filium meum impuberem,& ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo Sempronium.ibi.num.21.& ſeq.
Subſtitutio, inſtituo filium meum,& ſi ipſe hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Caiũ cùm habeat duo capita, an ſit vulgaris vel pupillaris. Prę∫um.34.pagina.54.
Quid autem ſi continet vnam conditionem tantùm.ibi.
Subſtitutio vulgaris comprehenſa ſub compendioſa extenditur de caſu ad caſum.Prę∫.65.lib.4.num.23.127.

*Subſtitutio vulgaris expreſſa ad qua extendatur.*

SVBSTITVTIO vulgaris expreſſa quando & quibus caſibus contineat tacitam pupillarem.Præſ.36.lib.4.nu.1.58.
Subſtitutio vulgaris expreſſa an, & quando contineat tacitã exemplarem.Præſ.41.li.4.num.2.per tot.pag.81.
Et quomodo quis cenſeatur ſubſtitutus per exẽplarem tacitam.ibid.

Subſtitutio

Subſtitutio vulgaris expreſſa facta furioſo, an contineat tacitam exemplarem.Præſ.41.lib.5.num.3. & num. ſuperiori pag. eadem.

Subſtitutio vulgaris expreſſa an contineat tacitam pupillarem, quando teſtator vſus eſt verbis, tunc,& eo caſu.Pręſ. 36.lib.4.num.26.59.

Et quid operentur huiuſmodi verba reſtrictiua, an excludāt caſibus ſimiles.ibid.

Quòd d.verba ſunt declaratiua rei, cui adijciuntur.ibi.n.27.

Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupill.ex legis diſpoſitione, interpretatione tamen ſumpta à coniecturata mente teſtatoris. Præſ.39.lib.4.num.76.pag.76.

Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem per interpretationem à lege factam.Præſ.35.lib.4.nu.23.57.

Subſtitutio vulgaris expreſſa porrigitur ad pupillarem. Præſ. 39.lib.4.num,23.pag.72.

Subſtitutio vulgaris expreſſa iure quodam ſpeciali continet pupillarem.Pręſ.41.lib.4.num.6.81.

Subſtitutio vulgaris expreſſa impuberi facta continet tacitā pupillarem ex pręſumpta mente teſtantis. Pręſ. 36.libr.4. num.12.59.

Extende etiam ſi ipſa vulgaris fuit expreſſa in vnum caſum tantùm.ibi.num.13.

Extende ſecundo, vt habeat locum non ſolùm in tota ipſa vulgari,ſed etiam in eius parte.ibi.num.14.

Secus quando conſtat de contraria teſtatoris voluntate.ibi, num.15.

Subſtitutio expreſſa vulgaris continet tacitam exemplarem, etiam ſi tempore conditi teſtamenti filius cui pater ſubſtituit,non erat furioſus,ſed furor deinde ſuperuenit. Pręſ.41. lib.4.num.9.pag.81.

Subſtitutio vulgaris expreſſa tunc nō continet tacitam pupillarem,quando duo impuberes ſunt inuicem ſubſtituti in eadem oratione. Præſ.36.lib.4.num.40.62.

Subſtitutio vulgaris expreſſa tunc non continet tacitam pupillarem quando teſtator expreſſe ſubſtituit pupillariter, ei cui vulgariter ſubſtituerat.Pręſ.36.lib.4.num.17.59.

Subſtitutio expreſſa facta filio impuberi non continet tacitam pupillarem ſecundùm propriam conditionem & neceſſitatem ipſius vulgaris,ſed ex præſumpta mente teſtatoris-Pręſ.36.lib.4.num.5.58.

Subſtitutio vulgaris partim expreſſa, & partim tacia de qua in l.vlt.C.de inteſt.& ſubſtit.an excludat matrem.Prt.37.li. 4.num.15.

Et quid de pupillari partim expreſſa, & partim tacita.ibid.

Et quid de pupillari tacita tantùm.ibi.num.16.

Subſtitutio vulgaris, quæ continet caſum impotentię dicitur illum continere, ſiue ille caſus eueniat viuo teſtatore ſiue mortuo.Præſ.34.lib.4.num.35.54.

Subſtitutio vulgaris tacitam matrem excludit. Præſ.37.lib.4. num.1.pag.63.

Subſtitutio vulgaris tacita an,& quando expiret cum ipſa pupillari expreſſa.Præſ.43.lib.4.num.13.84.

Subſtitutio vulgaris tacita, quę ſub expreſſa pupillari continetur,excludit ius accreſcendi.Præſ.87.lib.4.num.5.204.

Et id etiam,quando coniunctus, qui vellet ſuccedere per ius accreſcendi, eſſet filius ipſiuſmet teſtatoris,quia ipſi antefertur ſubſtitutus.ibi.num.6.

Secus ſi coniecturis & præſumptionibus appareat teſtatorū voluiſſe præferre coniunctum ſubſtituto, & quibus coniecturis id appareat.ibi.num.7.& ſeq.

Subſtitutio ſi eſt facta hoc modo, Vulgariter, pupillariter & per fideicomm.quando ſubſtitutus præſumatur poſſe ſuccedere ex quauis ſubſtitutione.Præſ.61.lib.4.num.1.114.


*Subſtitutus quis dicatur, & quando admittatur: quando alios excludat, & à quibus excludatur.*


SVBSTITVTVS dicitur etiam proprie hęres. Pręſ.178. lib.4.num.4.399.

Subſtitutus dicitur ſubrogatus in locum inſtituti, & ob id eius naturam & qualitates aſſumit. Præſ.108.lib.4.nu.5.269.

Subſtitutus regulariter ſuccedit teſtatori. Præſ.37.lib.4.num. 2.63.

Subſtitutus an admittatur, ſi teſtator inſtituit poſthumum, cui decedenti ſubſtituit ſecundum poſthumum ſibi naſciturum:cui deſcendenti ſubſtituit fratrem, an hic frater admittatur, ſi ſecundus poſthumus non eſt natus. Pręſ.65.li. 4.num.21.127.

Subſtitutus pręfertur monaſterio,quando apparet de expreſſa voluntate teſtatoris excludentis ipſum monaſterium. Præſ. 83.li.4.nu.3.185.

Subſtitutus nunquid in caſu l.vlt.C.de inſti.& ſubſti.excludat matrem.Præſ.37.lib.4.num.4.pag.64.

Subſtitutus à teſtatore tunc excludit matrem, quando poteſt excludere eam ab inteſtato, propter conſeruationem agnationis,familiæ.Præſ.56.lib.4.num.15.104.

Subſtitutus à teſtatore in caſu tacitę pupillaris tunc cenſetur matrem excludere quando is fuit magis dilectus à teſtatorē quam eius vxor,pupilli mater. Præſ.39.lib.4.num.77.pa.76.

Diſtingue vt.num.78.& ſeq.pag.77.

Subſtitutus quando excludit fœminas,excludit etiam maſculos deſcendentes ad eis.Præſ.89.lib.4.num.98.221.

Subſtitutum quiſnam poſſit excludere ex præſumpta mente teſtatoris. Præſ.186.lib.4.num.19.419.

Subſtitutus enim ad hoc vt excludatur à deſcendentibus teſtatoris ex præſumpta eius voluntate, neceſſe vt ij ſint inſtituti in teſtamento.ibi.num.21.

Et an ſufficiat,quòd ſint in conditione poſiti.ibi.num.22.

Subſtitutus excluditur per profeſſionem religionis, etiam quando hęres inſtitutus obtulit ſe epiſcopo ſeruaturum regulam monialem,cùm ab aliquo monaſterio recipi non potuerit.Præſ.83.lib.4.num.69.193.

Non procedit autem hoc,quando hæres fuit grauatus his verbis reſtituere:Si hæres meus deceſſerit ſine liberis,& religionem profiteatur,ſubſtituo Caium:& isCaius religionem ingrediatur mortuo iam ipſo hærede ſine filijs.ibi.num.70.

Nec procedit, quando hęres grauatus ingreſſus eſt monaſterium minoritarum.ibi.num.71.

Subſtitutus in ſubſtitutione vulgari & fideicommiſſa cenſetur habere facultatem eligendi qua ex ſubſtitutione vellit ſuccedere,cum ambę concurrant eodem tempore. Præſ.63. lib.4.num.6.123.

Contra.ibi.num.10.& 11.

Subſtitutus in bonis mobilibus,& immobilibus quo caſu cēſeatur etiam ſubſtitutus in iuribus & actio. Præſ.54.lib.4 num.28.99.

Subſtitutus ſub conditione filio inſtituto,ſi deceſſerit ſine liberis:admittitur etiam in caſu, quo inſtitutus decederet viuo teſtatore.Preſ.65.lib.4.num.11.126.

Subſtitutus exemplariter ſuccedit in omnibus bonis quæſitis furioſo vndecunque. Præſ.48.lib.4.num.11.87.

Subſtituto exemplariter nunquid ſint reſtituenda prælegata vna cum fideicommiſſo.Pręſ.195.lib.4.num.10.462.

Subſtituti inuicem,& grauati reſtituere alteri, non dicuntur ſubſtituti inter ſe per fideicommiſſum,ad excluſionem ſubſtituti poſt eorum mortem.Præſ.60.lib.4.num.69.113.

Subſtitutus directò à milite non dicitur cohæres inſtituti.Pr. 108.lib.4.num.46.271.

Subſtitutus pupillo an & quando pręſumatur grauatus reſtituere etiam bona ipſius pupilli.Pręſ.74.lib.4.num.1.150.

Quod quando teſtator cum expreſſè grauauit reſtituere hæreditatem,& bona ipſius pupilli, tunc omnia reſtituere debet.ibi.num.2.

Idem ſi non expreſſè, ſed ſaltem verbis ęquipollentibus expreſſis ipſum grauauit.ibi.num.3.

Subſtitutus pupillo cenſetur grauatus reſtituere etiam bona pupilli,quando ſumus in dubio & grauatus fuit compulſus adire hæreditatem ipſius pupilli,cui fuerat ſubſtitutus.Pręſ. 74.lib.4.num.8.150.

Subſtitutus pupillo, qui ei ſucceſſit,poteſt petere reſtit.in integrum. Præſ.45.lib.4.num.7.pag.87.

Subſtitutus pupillo non tenetur reſtituere bona ipſius pupilli,quando teſtator expreſſim grauauit ipſum reſtituere bona ſua, & non illa pupilli.Præſ.74.li.4.num.4.150.

Idem ſi non expreſſim, ſed ſimpliciter grauauit eū reſtituere bona ſua.ibi.num.5.







Idem ſi teſtator inſtituit filium ſuum pupillum cui decedenti in pupillari ætate ſubſtituit extraneum, quo decedente ſine filiis ſubſtituit alium extran.ibid.num.6.

Quid autem in dubio ſit faciendum, maximè cum pupillaris ſubſtitutio præcedit, & inſtitutionis onus ſubſequitur. ibid.num.7.

Subſtitutus pupillariter,quibus in bonis ex præſumpta mente teſtatoris ſuccedat.Præſ.48.li.4.num.1.87.

Subſtitutus pupillariter cenſetur in totum ſuccedere teſtatori etiam ſi ſubſtitutio facta fuiſſet in re certa.Pr.48.li.4.nu. 4.pag.ead.

Subſtitutus pupillariter ſuccedit in omnibus bonis pupilli,etiam ſi teſtator adiecit aliqua verba reſtrictiua ad bona ſua. Pr.48.li.4.num.12.pag.ead.

Subſtitutus pupillariter conſequitur omnia bona pupilli vndecunque illi quæſita.P.195.li.4.num.9.462.

Subſtitutus pupillariter ſuccedit in omnibus bonis vndecunque filio acquiſitis,quando teſtator paganus ſubſtituit pupi. filio ſuo legitimo,& naturali.Pr.48.li.4.nu.10.pag.87.

Subſtitutus pupillariter tunc non ſuccedit in bonis teſtatoris,quando pupillaris non continet tacitam vulg.Pr.48.li. 4.num.8.pag.ead.

Subſtitutus pupillariter tenetur legata à pupillo relicta vti æs alienum præſtare.Pr.108.li.4.num.39.271.

Subſtitutus pupil.à milite poteſt ſuccedere vel in parte bonorum,vel in totum,iuxta voluntatem teſtatoris.Pr.48.li.4. num.14.pag.87.

Subſtitutus in re ceta eſt loco legatarij.Pr.108.li.4.n.16.269.

Subſtitutus per ingreſſum religionis excluditur,etiam ſi hæres inſtitutus ſit bigamus à Pontifice tamen diſpenſatus, quando teſtator ſubſtituit hæredi,ſi ſine liberis deceſſerit.P. 83.li.4.num.63.192.

Idem quando hæres ante ingreſſum monaſterij diſpenſauit bona fideicommiſſo ſuppoſita in pios vſus.ibid.nu.64.

Et idem dicendum non ſolùm in monacho,ſed eti amin clerico ſeculari.ibid.n.65.

Subſtitutus his verbis,ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,dicitur ſubſtitutus ſub conditione caſuali, nam.Præſ.34. li.4.nu.36.pag.54.

Subſtitutio omnis directa dicitur conditionalis inſtitutio. ibid.

Succedens ab inteſt.verè & propriè non dicitur ſubſtitutus à teſtatore,ſed à lege.Pr.27.li.4.num.7.pag.42.

Succedentes ab inteſt.an & quando ex coniecturata mente teſtatoris,vel eius ficta voluntate ſuccedere dicantur.Pręſ. 27.li.4.nu.1.pag.42.

Succedentes ab inteſtato cenſentur ſuccedere ex legis diſpoſitione,quæ fingit defunctum ita diſpoſuiſſe,& ideo dicuntur habere titulum legis.Præſ.86.li.4.num.7.201.

Succedentes ab inteſt.habentur tanquàm hæredes ſcripti,& ſic impropriè,cùm verè ſcripti non ſint.Pr.27.li.4.n.14.43. Declara vt num.16.17.& ſeq.ea.

Succedentes ab inteſt.mulieri, cui vir reliquerat hæreditatē hoc pacto,vt poſt eius mortem reſtitueret hęreditatam eiuſdem viri conſanguineo, ſed de ipſa hæreditate ad libitum diſponere poſſet ad valorem mille: an ſuccedunt in dictis mille muliere prædefuncta inteſtata.Pr.27.li.4.n.10.pa.43.

Succedens per querelam inofficioſi teſtamenti, vel per contratab.dicitur ſuccedere ab inteſtato, non autem ex teſtamento.Pr.86.li.4.num.10.pag.202.

Succedere alteri eſt potius lucrum, quàm onus & damnum. Pr,190.li.4.num.22.447.

Succeſſio aliena quæ dicatur.Pr.89.li.4.num.120.224.

Succeſſio filiis dicitur quid quodammodo matri debitum.P. 39.li.4.num.62.pag.75.

Succeſſio ab inteſtato non datur poſt decimum gradum.Pr. 76.li.4.num.76.pag.162.

Succeſſio propria & ſua qualiter intelligatur.Præſ.89.li.4.n. 57.216.

Succeſſioni ex teſtamento quando locus eſt, ceſſat illa ab inteſtato.Pr.76.li.4.nu.97.& 99.164.

Succeſſor præſnmitur ignorare factum ſui anteceſſoris.Pręſ. 23.li.6.num.55.573.

Idem in hærede.ibid.

Succeſſorum ſanguinis appellatione non veniunt agnati trāſuerſales & ſic fratres.Pr.89.li.3.num.59.216.

Summa maior continet minorem.Pr.110.li.4.nu.27.pag.282.

Suitas nunquid tollatur datione cohæredis exrranei.Pręſ.37. li.4.num.8.pag.64.

Suorum appellatione qui veniam.Pr.70.li.4.nu.26.140.

Suorum appellatione veniunt agnati ad differentiam extraneorum vſque ad ſeptimum gradum.Pr.89.li.4.n.58.216.

Supellectilis nomine quid veniant in legato ex præſumpta mente teſtatoris.Pr.160.li.4.num.1.pag.364.

Quòd aliquando veniunt maſſaritiæ domus ex communi vſu loquendi in aliquibus locis.ibid.num.2.

Et aliquando mobilia domus.ibid.num.3.

Et quandoque vtenſilia domus.ibid.nu 4.

Supellectilis nomine quænam contineantur.Pr. 160.li.4. num.6.pag.364.

Quòd veniunt capſę & armaria, niſi ſint veſtium vel librorum.ibid.num.12.

Et veniunt etiam vaſa criſtallina & murrhina.ibid.nu.15

Et veniunt rhedæ & ſedularia.ibi.nu.16.

Et veniunt tapeta,ſtragulæ,& toralia.ibid.nu.17.pag.365.

Et veniunt aulea.ibid.19.

Suppellectilis nomine non veniunt animalia, & ſi nomine mobilium aliquando contineantur.ibid.nu.20.

Nec veniunt veſtes nec libri.ibid.nu.21.

Nec capſæ aut armaria in quibus reponuntur veſtes aut libri ibid num.22.

Nec tapeta & lintea,quibus inſternuntur vehicula.ib.nu.23.

Nec pugillares & codices.ibid.num.24.

Nec venit eſcarium,nec penulæ & togę.ibi.num.26.

Nec argentum potorium.ib.nu.27.

Nec baltheum argentum,nec argentuum infectum.ibi.n.28.

Nec vaſa ænea ſalientis aquæ poſita.ibi.num.29.

Nec habitatio,in qua ipſa ſupellex eſt.ibid.num.30.

Nec veniunt ea, quæ etſi ſui natura inter ſupellectilia poni poſſunt,attamen loco ſupellectilis teſtator non habuit,ſed artificij cauſa eis vſus eſt ibid.nu.33.

Superfluum id non dicitur, quod in aliquo caſu habet locū & aliquid operatur.Pr.40.li.4.num.16.pag.80.

Superioris authoritas interpoſita omnem ſuſpicionem tollit,& purgat.Pr.78.li.6.num.4.654.

Superſtitioſi inter ſortilegos connumerantur. Pr.6.li.5.nu. 26.pag.491.

Supprimens ſecum contrahenti qualitatem ſuæ perſonæ priuilegiatæ dolum committere cenſetur.Pr.3.li.5.n.74.484.

Suſpicio eſt minor ipſa præſumptione.Pr.61.li.6.nu.8.635.

Suus,pronomen quomodo accipiatur, & quot modis:& qui dicantur ſui.Pr.89.li.4.nu.67.217.


## T.


TACENS an & quando conſentire præſumatur.Pręſ.99. li.6.nu.1.pag.672.

Taciti & expreſſi non eſt per virtus.Pr.39.li.4.n.39.pag.74.

Taciti & expreſſi eadem eſt virtus Pr.89.li.4.n.140.pag.227.

Taciti & expreſſi eadem eſt virtus, quod procedit quando tacitum ineſt præciſè,& ſimpliciter, ſecus ſi limitatè.Pr.40. li.4.num.8.pag.79.

Et quo alio caſu procedat d.reg.ibi.num.9.10.p.79.&.80.

Talis quis hodie præſumitur qualis olim, fuit.Præſ.32.lib.5. num.2.524..

Tempus an debeat ille probate, qui in illo fundamentum conſtituit.Pr.104.li.4.num.4.6.& 11. & ſeq.pa.259.& 260.

Tempus agnoſcendi bonorum poſſeſſionem vtile cenſetur, & ignoranti non currit, ſed ſcienti.Pr.104.li.4.nu.7.259.

Termini poſiti ab homine ſunt quidem mutabiles, ſed quid ſunt à natura ſecus.Pr.43.li.6.num.2.pag.600.


*Teſtamentum quid ſit, & quo tuplex: & quando perfectionem habere præſumatur.*


Teſtamenti appellatione continetur quælibet vltima voluntas.Pręſ 3.li.4.num.7.pag.7.

Teſtamentum dicitur eſſe quid indiuiduum,& capit vires ab vltimo puncto.Præſ.5.li.4 num.5.pag.9.
Teſtamentum valdè differt à codicillo, & in quibus.Præſ.3.li.4.num.1.pag.6.
Teſtamentum aliud eſt in ſcriptis,aliud nuncupatiuum, vtriuſque autem diuerſa eſt forma.Pr.2.lib.4.num.1.pag.3.
Teſtamenti nuncupatiui forma.Pr.2.li.4.num.2.pag.3.
Teſtamentis in ſcriptis forma.Pr.2.lib.4.num.3.pag.3.
Teſtamentum in ſcriptis an & quando poſſit valere vt nuncupatiuum Pr.2.li.4.num.14.pag.4.
Et an & quando corruat in totum.ibid.num.15.pag.5.
Teſtamentum in ſcriptis ſi caret aliqua ſolennitate, puta vnius teſtis ſubſcriptione,vel ſigillo,an corruat, an verò valeat vt nuncupatiuum.Pr.2.li.4.num.6.& 7.pag.4.
Teſtamentum in ſcriptis vel nuncupatiuum concedere an & quando quis voluiſſe præſumatur.Præſ.2.per tot.lib.4.nu.8.pag.ead.
Teſtamentum & matrimonium quo caſu parificentur & æquè ſint fauorabilia.Pr.10.li.4.num.16.pag.19.
Teſtamentum incipit habere perfectionem à tempore mortis teſtatoris.Pr.21.li.4.num.19.& 26.& ſeq.pag.33.& 34.
Teſtamentum recipit vires & perfectionem tempore mortis teſtatoris & tunc confirmatur.Pr.122.li.4.nu.7.pag.300.
Teſtamentorum pluralitas non præſumitur,niſi probetur.Pr.15.li.6.num.6.pag.563.

*Teſtamentum an & quando cenſeatur metu confectum, & quando arguatur imperfectum, & qui poſſint condere teſtamentum*

Teſtamentum an & quando præſumatur ſponte vel metu cōfectum.Præſ.11.li.4.num.1.pag.21.
Teſtamentum non præſumitur metu confectum,etiam quod teſtator confecerit illud in carcere,in quo fuerat alia de cauſa,quàm vt teſtaretur,detruſus.Pr.11.li.4.num.3.pag.21.
Extende,etiam ſi inſtitutus fuiſſet hæres aliquis princeps,vel perſona potens.ibid.num.4.
Secus ſi princeps conſueuit inferre metum,& minas exequi. ibid.num.5.
Teſtamentum metu eſſe confectum an ſatis ſit probatum, ſi teſtator condito teſtamento ſtatim affirmauit ſe metu confeciſſe teſtamentum illud.Pr.11.li.4.num.7.pag.21.
Et qui ſi in teſtamento adeſt clauſula, quòd ſcilicet non metu,ſed ſponte teſtatus eſt.ibid.num.8.
Teſtamentum grauiter ægrotantis,& moleſtiis & minis affecti an præſumatur metu factum.Prę́ſ.11.li.4.nu.9.pag.ead.
Et ſi ob nimiam reuerentiam ſic teſtatus eſt.ibid.
Teſtamentum nunquid arguatur imperfectum conditionis omiſſione,quoad inſtitutionem & ſubſtitutionem.Pr.5.li.4.num.6.pag.9.
Teſtamentum multis modis & in multis caſibus poteſt probari imperfectum,& enumerantur.Pr.5.li.4.n.4.& ſeq.p.ea.
Teſtamentum an & quando perfectum & abſolutum præſumatur.Pr.5.lib.4.nu.1.per tot.pag.9.
Teſtamenti perfectio præcipua à voluntate teſtantis dependet.Præſ.5.li.4.nu.1.pag.ead.
Teſtamenti publicatio an ſit neceſſaria ad perfectionem ipſius.Præſ.5.li.4.num.7.pag.10.
Teſtamentum ſi non fuit perfectum teſtatore morte præuento an ex eo declaretur qualis fuerit ipſius voluntas.Pr.15.li.4.num.6.pag.23.
Et au poſſit peti publicatio d.teſtamenti.ibid.
Teſtamentum an præſumatur ab aliquo conditum, cum teſtamentum ſit quid.facti.Pr.1.li.4.num.1 pag.2.
Teſtamentum in dubio non præſumitur confectum, cùm ſit quid facti.Pr.14.li.6.num.13.pag.561.
Teſtamentum condere,vel codicillos conficere an & quando quis præſumatur.Pr.3.li.4.per tot.pag.6.

*Teſtamentum qualiter confirmetur: & an & quando ſit validum vel inualidum.*

Teſtamentum morte teſtatoris confirmatur.Pr.40.li.4.num.12.pag.80.
Teſtamentum confirmatur, etiam,ſi non conſtet ipſum teſtatorem teſtari voluiſſe, cùm interrogatus à notario vel à priuta perſona,reſpondeat talem ſuum hæredem eſſe velle.Pr.8.li.4 num.16.pag.14.
Et reprobatur Iaſonis opinio.ibid.
Teſtamentum robur obtinebit, etiam quòd teſtator à conſanguineis vexatus,vt eos hæredes faciat, interrogatus an velit Caium extraneum inſtituere,reſpondet,velle.Pr.8.li.4.num.18.pag.15.
Teſtamentum confirmat codicillos.Pr.124.li.4.n.4.pag.303.
Teſtamentum an & quando validum & iure confectum præſumatur.Pr.10.li.4.num.1.pag.18.
Teſtamentum in dubio pronunciari debet, vt valeat.Præſ.141.li.4.num.40.pag.335.
Teſtamenti ad validitatem an ſit neceſſe, quod notarius adhibeatur & rogetur.Præſ.8.li.4.num.15.pag.14.
Teſtameuti validitas vbi in dubium reuocatur, ante omnia quæritur,an teſtator fuerit habilis ad teſtandum, deinde an teſtamentum habeat debitam formam.Pr.13.li.6.n.4.561.
Teſtamenti validitas vel inualiditas non pendet à corporis valetudine,ſed à mentis ſanitate.Pr.8.li.4.nu.25.pag.15.
Teſtamenti pro validitate an & quando non præſumatur.Pr.10.li.4.num.17.& per tot.pag.19.
Teſtamentum vt valeat, debet ſumi illa interpretatio,qua ſuſtineatur,niſi verba teſtatoris repugnent,vel nimis improprientur.Pr.21.lib.4.num.24.pag.34.
Teſtamentum valet,etiam ſi interrogatio ſit facta à perſona ſuſpecta.Pr.8.lib.4.num.20.pa.15.
Idem ſi ad alterius interrogationem eſt conditum,& ſit reuocatorium alterius iam conditi.ibi.nu.21.ea.
Teſtamentum ratum cenſetur,ſi teſtator interrogatus, an faciat Caium hæredem:& reſpondeat,ſic,non repetendo eius nomen.Prę́ſ.8.lib.4.num.23.pa.ead.
Teſtamentum præteritione filij redditur nullum, at præſumitur teſtator velle ſuam diſpoſitionem valere.Pr.116.li.4.num.25.263.
Teſtamentum inualidum cenſetur, quando teſtator non eſt liberę mentis,vt quia timet eos,ſub quorum eſt cuſtodia, etiam ſi conſtet,ipſum velle teſtari.Præſ.8.li.4.n.29.pa.15.
Et fortius hoc procedit, quando nō conſtaret,ipſum voluiſſe teſtari. ibid.num.30.
Teſtamentum præſumitur inualidum, quando ſi præſumeretur validum inſurgeret magna inæqualitas inter teſtatoris filios.Pr.10.li.4.num.35.pa.20.
Teſtamentum infirmatur,quando interrogatio eſt facta à perſonis ſuſpectis,vel conditum eſt à notario ſuſpecto, vt quia omiſit ſolēnia in teſtamento adhibenda.P.8.li.4.n.40.p.16.
Teſtamentum illius,qui non eſt ſanæ mentis,non valet.Prę́ſ.8.li.4.num.31.pa.15.
Extende,etiam ſi teſtator inſtituiſſet conſanguineos.ib.n.32.
Quid autem ſi teſtator verè & propriè non eſt mente inſanus,ſed dubitatur.ibid.num.33.pag.16.
Et quomodo cognoſci poſſit teſtatorem ita voluiſſe teſtari, ita vt valeat,teſtamentum,& quæ ſint ſigna.ibid.nu.34.36.37.& ſeq.pa.ea.
Teſtamentum factum in fraudem legis eſt penitus nullum.Pr.10.li.4.num.31.pa.20.
Idem,ſi reſultaret delinquendi occaſio.ibid.nu.32.
Idem,ſi voluntas teſtatoris eſſet adeo perplexa,vt ſciri vel cognoſci non poſſit,qui diſponere voluerit.ibid.nu.33.
Et quæ perplexitas poſſit cauſari in teſtamentis.ibid.
Teſtamentum interrogati ab eo, qui acceſſit cum teſtamento ſcripto,& eo lecto dixit, facis ita:non valet,etiam ſi teſtator reſpondeat quod ſic.Præſ.8.li.4.num.39.pag.16.
Teſtamentum,quod forma debita caret, nullum reputatur.Præſ.10.li.4.nu.22.pa.20.
Idem,ſi repugnat præſumpta mens diſponentis in cōtrarium. ibid.num.23.
Teſtamentum illius,qui ſanæ mentis exiſtit,licèt corpore infirmo, ad interrogationem alterius valet, cùm ignoratur, quem hæredem facere velit.Pr.8.li.4.num.24.pa.15.
Extende,vt num.26.27.& 28.ea.
Teſtamentum nutu factum non valet quo ad liberos, ad pias autē cauſas valet,Pr.189.li.4.num.135.pag.439.

*Teſtamentum*



*Teſtamentum quando præſumatur doloſum, & quando dicatur carere debitis ſolennitatibus.*

Teſtamentum an & quando præſumatur dolo confectum. Præſ.12.li.4.num.1.& per tot.pag.21.
Teſtamētum præſumitur doloſum,quando à notario, qui ſuadentibus hæredibus inſtitutis conſcripſit teſtamentum noctis tempore,non fuit expreſſum, qua hora noctis teſtator ita diſpoſuerit.Pr.12.li.4.num.6.pag.22.
Teſtamentum redditur ſuſpectum,quando hæredis inſtitutio facta fuit ad interrogationem eius, qui adduxit notarium & teſtes,& effecit,vt inſtitueretur.Præſ.12.li.4.n.3.pag.ead.
Teſtamentum caret omni ſuſpicione, ſi poſtquàm eſt confectum à notario,interrogetur teſtator: an hęredem eſſe velit ſcriptum in teſtamento, & ipſe coram teſtibus reſpondeat velle.Pr.8.lib.4.num.9.pag.13.
Extēditur,vt n.10.14.15.16.18.19.20.21.& 23.pa.13.14.& 15.
Teſtamentum confectum noctis tempore ſine tot.luminibus quibus manifeſtè cognoſci poſſit & diſcerni ipſius teſtatoris perſona ac teſtium,præſumitur dolo factum.Præſ.12.li.4.num.5.pag.22.
Tria enim lumina ſunt adhibenda tempore noctis.ibid.
Teſtamentum an & quando præſumatur ſolenne.Præſ.9.li.4.num.1.pag.17.
Teſtamentum carens ſolennitatibus,quæ à iure requiruntur non præſumitur validum.Pr.10.li.4.num.18.pag.19.
Nec meretur nomen teſtamenti ibi.num.20.pag.20.
Teſtamentum carens aliqua ſolennitate non præſumitur falſum quò ad teſtatorem & hæredes,ſed quò ad notarium.Pr.9.li.4.num.4.pag.17.
Teſtamentum quandò prima facie apparet vitioſum in aliquo,præſumitur non ſolenne.Pr.9.li.4.num.3.pag.ead.
Contra Teſtamentum iudicatur,quando maior numerus doctorum ſtat aduerſus ipſum teſtamentum.Barba.contra,& malè.Pr.10.li.4.num.14.& 15.pag.19.

*Teſtamentum an & quando aliud tollat.*

Teſtamentum primum in dubio non reuocatur per ſecundum minus ſolenne & inualidum.Pr.173.li.4.n.24.pag.394.
Teſtamentum primum non rumpitur per ſecundum, in quo filius ſpurius fuit hæres inſtitutus.Pr.4.li.4.num.17.pag.8.
Teſtamentum primum habens clauſulas derogatorias tollitur per ſecundum ſimplex.Pr.8.li.4.nu.22.pag.15.
Teſtamentum primum ſi fuerit reuocatum per ſecundum an ex dictis & diſpoſitis in primo declarentur verba dubia ſecundi.Pr.15.li.4.num.5.pag.23.
Teſtamentum ſecundum tollit primum ipſo iure.Pr.165.li.4.nu.28.pag.374.
Et id ſi etiam expreſsè non reuocatur primum.Pr.166.eodem.libro.num.15.pag.377.
Teſtamentum cum clauſula derogatoria ad futura confectū an & quando per ſecundum teſtamentum reuocatum præſumatur.Pr.166.li.4.num.1.pag.375.
Et an ſecundum teſtamentum tollat primum habens clauſulam derogatoriam expreſſam conceptam verbis generalibus.ibid.nnm.9.pag.376.
Quòd neceſſario in ſecundò teſtamento, debet fieri mentio primi.ibid.num.10.
Et quid ſi primum teſtamentum habet clauſulam derogatoriam verbis ſpecialibus conceptam.ibid.num.11.& ſeq.
Teſtamentum ſecundum vt tollat primum habens clauſulam derogatoriam ad futura etiam ſi ſit vnicum debet continere ſpecialem derogationem.ibid.num.25.pag.378.
Et confutatur opinio Bar.faciens differentiam inter vnicum teſtamentum & plura.ibid.num.26.
Confutatur quoque conſideratio Socini in §.in legatis leg.ſi mihi & ibid.de leg 1.ibid.num.27.
Teſtamentum ſecundum habens clauſulam codicillarem nō derogat præcedenti habenti clauſulam derogatoriam ad futura teſtamenta.ibid.num.28.
Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum habens clauſulam derogatotiam ſpecialem etiam quando vltra eam in primo adiecta eſſet clauſula derogatoriæ.ibid.num.29.
Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam non tollitur per ſecundum etiam ſi teſtator ſcit & memoriæ tenet tenorem primi, niſi fiat ſpecialis derogatio:non eſt autem neceſſaria,ſingularis,& indiuidua.ibid.num.31.
Teſtamentum ſecundum reuocat primum habens clauſulam derogatoriam, quando illa fuit appoſita præter teſtatoris conſenſum.ibid.
Idem quando clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamento eſſet impoſſibilsi.ibid.num.33.
Idem quando conſtat alio mòdo teſtatorem voluiſſe mutarę teſtamentum & præcedentis pœnituiſſe.ibid.nu.34.
Idem ſi ſuperuenit aliqua noua cauſa, qua veriſimiliter prę́ſumatur teſtatorem mutaſſe voluntatem, etiam ſi non ſit facta ſpecialis nominatio.ibid.num.37.pag.379.
Idem quando in ſecundo teſtamento eſt aliquis hæres inſtitutus valdè dilectus à teſtatore etiam nulla in eo mentione facta clauſulæ derogatoriæ.ibid.num.42.pag.380.
Teſtamentū ſi continet clauſulam derogatoriam non ſolùm conceptam verbis ſpecialibus, ſed etiam aliis amplioribus corroboratam, vt tollatur per ſecundum poſt confectum requiritur derogatio ſpecialis amplioribus & efficacioribus verbis concepta.Pr.166.li.4.nu.59.pag.382.
Et quomodo tollatur per ſecundum, ſi non habet clauſulam derogatoriam expreſsè,ſed in eo à lege tacitè ſubintelligitur.ibid.nu.60.& ſeq.
Et ſi non habet clauſulam prædictam expreſsè, ſed tacitè. tantùm & ſubintellectam non quidem à lege,ſed ab homine, vt tollatur per ſecundum nunquid requiratur ſpecialis derogatio.ibid.nu.64.
Teſtamentum conditum à patre inter liberos tacitè cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad aliud ſequens teſtamentum inter extraneos confectum.Pr.165..li.4.n.61.pag.382.
Et ſi ipſe pater conficit ſecundum teſtamentum,nunquid adiicere debet clauſulam ſpecialem derogatoriam ad primum inter liberos confectum.ibid.nu.62.vbi late conſideratur.
Teſtamentum ſecundum conditum poſt decennium à primo iam condito habente clauſulam derogatoriam ad futurum, etſi non contineat clauſulam ſpecialem derogatoriam ad præcedens,illud tenens tollit.Pr.166.li.4.nu.44.pag.380.
Idem quando in ſecundo teſtamento dixit teſtator, ſe velle ipſum ſecundum teſtamentum præciſé valere:abſque enim alia clauſula derogatoria præſumitur ſublatum præcedens habens clauſulam ſpecialem derogatoriam ad teſtamēta ſequentia.ibid num.45.
Teſtamentum ſecundum habens clauſulam, caſſum, & irritum decernens quodcunque aliud teſtamentum à me conditum, quo non obſtante volo hoc teſtamentum omninò valeré:tollit omninò primum habens clauſulam derogatoriam ad futurum.ibid.num.47.
Idem quando teſtator voluit, ſecundum teſtamentum valere omni modo & forma,quib⁹melius valere poteſt.ib.n.48.
Idem quando in ſecundo inſerta eſt clauſula, Volo iſtud teſtamentum penitus valere, non obſtante alio teſtamento quoquo modo per me facto, & imprecor mala cuicunque hanc meam voluntatem impugnanti.ibid.nu.50.pag.381.
Idem quando in ſecundo teſtamento appoſita eſt pœna ei contrafacienti.ibid.num.51.
Idem quando teſtator poſt primum teſtamentum habens clauſulam ſpecialem derogatoriam confecit codicillos, in quibus clauſulam illam expreſse reuocauerit,& deinde ſecundum teſtamentum condidit, in quo nullam fecit mentionem illius clauſulæ derogatoriæ.ibid.uum.52.
Idem quando teſtator coram principe, vel apud acta confecit ſecundum teſtamentum.ibid.num.53.
Idem quando in ſecundo teſtator dixit teſtamen.& hanc eſſe volo meam vltumam voluntatem,&c.ibid.num.54.
Idem quando in ſecundo teſtamento adiecta fuit huiuſmodi clauſula.Et prædictus teſtator voluit hoc ſuum teſtamentum extendi debet,ad conſilium ſapientis.ibid.nu.55.& 56. vbi latè diſputantur & conciliantur opiniones.
Idem quando teſtator dixit,ſe caſſare primum teſtamentum ex certa ſcientia.ibid.num.57.
Idem quando teſtator leuari feciſſet ex prothocollo notarij exēplū ſeu authēticū ſecundi teſtamēti & illud in arca pro-

 pria recon-

pria recondidiſſet.ibid.num.58.

Teſtamentum ſecundum confectum inter liberos vim habet clauſulæ ſpecialis derogatoriæ ad tollendum præcedẽs teſtamentum continens clauſulam derogatoriam ad futura. Præſ.166.li.4.num.39.pag.379.

Et conditum ad pias cauſas reuocat primum habens clauſulam derogatoriam ad futuram, etiam ſi ſit conditum ſine clauſula expreſſa derogatoria ibid.num.40.

Procedit enim à pari cauſa teſtator inter liberos.ibid. nu.41.

*Teſtamentum vires.*

Teſtamento plus eſt fauendum, quàm filios exhæredato.Pr. 10.li..4.num.11.19.

Teſtamenti vna pars per aliam declaratur.Pr.71.li.4.n.18.p. 143.& Præſ.134.lib.eo.num.9.317.

Teſtamenti verba præſumuntur prolata in caſu poſſibili, nõ autem in impoſſibili.Pr.10.li.4.num.4.pag.18.

Teſtamentum occultans & ſupprimens, donec filius exhæredatus moreretur ne poſſet agere de inofficioſo, contra iura id egiſſe dicitur.Pr.3.li.5.num.94.pag.485.

Teſtamẽtum producens confectum cum debita forma à minore 25.ann.non tenetur probare eum fuiſſe maiorem ann. 14.Præſ.13.li.6.num.2.pag.560.

Teſtamentum ad pias cauſas ſolis coniecturis & præſumptionibus firmum manet:imò ſolum teſtatoris nutum ſufficere. Pr.19.lib.4.num.13.pag.31.

Teſtamentum cæci cur tot ſolemnitatibus commemorati in l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.fac.poſſ.conficit debeat.Pr. 6.li.4.num.1.pag.10.

Et nunquid non ſeruatis dictis ſolennitatibus ſubſiſtere poſſit.ibid.nu.2.

Teſtamentis duobus confectis, quorum primum ignoratur confectum, quod nam primo vel ſecundo loco confectum, præſumatur.Præſ.13.li.4.num.1.pag.22.

Teſtamentum factum ab eo, qui habet dilucida interualla, præſumitur potius factum tẽpore ſanę mentis, quàm quando fauore agitabatur, ſi eſt ſolenniter conditum.Pr.45.li.6. num.67.pag.605.

Teſtamentum fratris, in quo pro parte inſtituta eſt perſona honeſta, & pro altera turpis, quò ad honeſtã ſuſtinetur, quò ad turpem rumpitur querela inofficioſi.Præſ.89.li.4.n.146. pag.228.

Teſtamentum, in quo eſt appoſita hora, præſumitur fauorabilius illo, in quo ſcripta non eſt.Pr.13.li.4.nu.5.pag.22.

Teſtamentum confectum ad alterius interrogationem an & quando valeat.Pr.6.li.4.num.3.pag.10.

Teſtamentum ſeu hæredis inſtitutio ad alterius interrogationem facta, an & quando præſumatur facta, voluntate teſtatoris, & quando iure ſuſtineatur & valeat.Pr.8.li.4.num. 1.3.& per tot.pag.13.

Teſtamentum irritum, & teſtamẽtum nullum defectu ſolennitatem nunquid differant.Pr.15.lib.4.num.3.pag.23.

Teſtamentum irritum ob capitis dimutionem ſine dubio declarat, qualis fuerit ipſius teſtatoris voluntas.Pr.15.li.4.n.7. pag.24.

Teſtamentum conditum à marito ab vxoris interrogationẽ an valeat.Pr.8.li.4.num.41.pag.17.

Teſtamentum militis ad litteram intelligi debet, & nullam admitti interpretationem.Pr.89.li.4.nu.81.pag.219.

In Teſtamento militis coniecturæ admittuntur.Pr.108.li.4 num 50.272.

Teſtamentum nuncupatiuum, & teſtamentum in ſcriptis an æquiparentur quo ad correctionem Iuſtiniani de inſcribẽdo nomen hæredis manu teſtatoris.Pr.8.li.4.n.5.pag 13.

Teſtamentum patris confectum duobus teſtibus tãtum adhibitis, in quo filiis ſint inſtituti vnà cum extraneo, quò ad filios valet, ſecus quò ad extraneum..Pr.89.li.4.n.145.p.228.

Teſtamentum à patre inter liberos coniecturis ſuſtinetur.Pr. 19.li.4.num.11.pag 31.

Teſtamentum patris vel matris inter liberos, quibus indiciis & coniecturis conſiſtat.Pr.7.li.4.num.1.& per tot.pag.11.

Et quæ coniecturæ ſufficiant.ibid.num.2.

In teſtamento à patre condito inter liberos ſubintelligitur clauſula codicillaris.Pr.55 li.4.nu.15.pag.101.

Teſtamentum Venetiis conditum cum duobus teſtibus valet.Pr.4.lib.4.num.3.pag 7.

Teſtãdi facultatẽ nemo ſibi auferre põt.P.166.li.4.n.4.p.375.

Teſtari eſt animum ſuum declarare.Pr.104.li.4.n.13.p.261.

Teſtari ſana mente is dicitur, qui animæ ſuæ, & de ſe benemeritis conſuluit, etſi ad alterius interrogationem id fecerit.Præſ.8.li.4.num.35.pag.16.

Teſtari qui poteſt ſecundùm ius commune & ſecundùm ius ſpeciale, an & quando præſumatur teſtamentum condidiſſe vel vno vel altero modo.Pr.4.li.4.num.5.pag.7.

Teſtari prohibitus, cenſetur etiam prohibitus codicillaris. Pr.3.li.4.num.8.pag.ead.

*Teſtator qualis præſumatur: & quando præſumatur voluiſſe decedere inteſtatus: & quando dicatur dolo inductus ad teſtandum.*

Teſtator & hæres idem reputantur, & duo connexa cenſentur.Pr.36.li.4.num.23.pag.59.

Teſtator & hæres vna & eadem perſona cenſentur & quando non.Pr.109.lib.4.num.61.pag.279.

Teſtator non prẹſumitur immemor ſalutis æternæ.Pr.29.li. 4.num.2.pag.44.

Teſtator nunquam præſumitur cõſideraſſe triſtem euentum: conſideratur tamen, vt illi, ſi fieri poteſt, prouideatur.P.78. lib.4.num.64.pag.172.

Teſtator non præſumitur alienas ſucceſſiones ſuis anteponere.Pr.89.li.4.num.75.pag.218.

Teſtator non præſumitur voluiſſe anteponere alienam ſobolem ſuæ propriæ.Pr.68.li.4.num.17.pag.418.

Teſtator quos priore loco vocauit, magis dilexiſſe præſumitur.Pr.189 li.4.num.138.pag.440.

Teſtator vocans eos quod ſummopere diligebat, prẹſumitur velle adhibuiſſe clauſulam codicillarem.Pr.31.li.4.num.17. pag.46.

Teſtator cenſetur magis diligere inſtitutum quàm ſubſtitutum.Pr.108.li.4.num.4.pag.269.

Teſtator ſi confeſſus eſt ſe fuiſſet vſurarium, ſit interpretatio quod ſemper fuerit, ad hoc vt hæres compellatur ad reſtitutionem.Pr.2.li.5.num.42.& ſeq.pag.478.

Et ſi dixit ſe teneri ad reſtitutionem vſuratum à multis extortarum, non fit interpretatio, quod ipſe extorſerit, ſed quod ab alio extortæ ad eum peruenerint.ibid.num.48.

Teſtator præſumitur velle deceſſiſſe inteſtatus, quando inter teſtamenti confectionem, & poſthumi natiuitatem tantum tempus interceſſit, quod poſſet eſſe inducta obliuio dicti teſtamenti, in quo prẹteritus ſit poſthumus.Præſ.32.li.4.n.16. pag.49.

Idem quando teſtator, iam condito teſtamento, & nato poſthumo diu ſuperuixit non mutato teſtamento, ſed tamen declarauit velle poſthumum ſibi eſſe hæredem vel voce, vel ſcriptis.ibid.num.17.

Idem è contra ſi declarauit contenta in teſtamento velle habere locum ibi.vbi aliæ coniecturæ conſiderantur in vtroque caſu.ibi.

Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.Pr.141.li.4.num.22.pag.333.

Teſtator ſi immodici perſuaſionibus adductus teſtatus eſt, præſumitur dolo inductus.Pr.12.li.4.num.8.pag.22.

Teſtator, qui omiſit illum hæredem facere, quem iure quodammodo inſtituere tenebatur, cum alium inſtituit, præſumitur doloſè id feciſſe.Pr.12.li.4.nu.10.pag.ead.

Teſtatoris diſpoſitio tunc demum ex falſa cauſa finali vitiatur quando ex eius expreſſione clarè apparet de errore teſtatoris: ſecus quando expreſsè non conſtaret, ſed ſolum tacitè.Pr.24.li.4.num.16.pag.37.

*Teſtatoris voluntas qualis cenſeatur, & qualiter interpretari debeat, & ad qua extendatur.*

Teſtatoris voluntas & diſpoſitio an & quando præſumatur legis conformis ex præſumpta eiuſdem mente.Pr.202.lib. 4.num.1.pag.472.

Teſtatoris voluntas præſumitur legis conformis.Pr.21.li.4. num.35.pag.34.





Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi.Pr.63.li.4.nu.3.122.& Pr.79.lib.eo.nu. 9.& Præſ.95.eo.li.nu.15.& ſeq.255.& Præſ.109.lib.4.num. 39.pag.276.

Teſtatoris voluntas pro lege eſt habenda.Pr.67.li.4.nu.21. pag.132.

Teſtator præſumitur voluiſſe ſuam voluntatem eſſe iuri cõmuni conformem & diſpoſitioni legis & ſtatuti.Præſ.161. li.4.num.25.pag.366.

Teſtator præſumitur velle ſuam voluntatem eſſe legis diſpoſitioni conformem. Præſ.75.li.4 n.9.151.& Præſ.78.eo.li. num.33.pag.170.& Præſ.81.lib. eo.num.6.180.&Præſ.89. li.eo.nu.15.202.

Teſtator præſumitur velle ſe conformare cum diſpoſitione legis.Præſ.56.li.4.num.6.pag.103.

Teſtator præſumitur velle ſuam diſpoſitionem eſſe conformen ſtatuto & legi municipali.Pr.94.li.4.num.16.pag.232.

Teſtator præſumitur ſemper velle ſuam diſpoſitionem valere omni meliori modo.Pr.2.li.4.num.17.pag.5.

Teſtatoris voluntas vbi eſt dubia, non attendirur, vt recedatur ab eo quod eſt certum.Præſ.67.li.4.num.4.pag.130.

Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem.Pr. 50.li.4.num.4.pag 89.

Teſtatoris voluntas præſumitur conformis conſuetudini teſtandi & ſic legi.Præſ.31.li.4.num.4 pag.45.

Teſtatoris voluntas vt coniecturari poſſit, conſiderari debet tempus conditi teſtamenti.Pr.60.li.4.num.41.pag.111.

Teſtatoris voluntas in cõditionibus magis inſpicitur quàm verba.Pr.78.li.41.nu.13.pag 167.

Teſtatoris verba in dubio ſunt intelligenda ſecundùm tempus quo prolata fuerunt.Pr.194.li.4.nu.4 pag.456.

Teſtatoris voluntas quando præſumatur perfecta.Prẹſ 5.li.4. num.2.pag.9.

Teſtatoris præſũpta volũtas totũ facit.Pr.185.li.4.n.2.p.414.

Teſtatoris voluntas eſt interpretanda ſecundùm id, quod teſtator ipſe credebat, non autem ſecundùm quod erat in veritate.Præſumpt.26.li.4.num.31.pag.42.

Contra, nu.32.

Teſtoris voluntas interpretatur ſecundùm tempus quo diſpoſitio applicatur ad actum, habita tamen relatione ad tempus conditi teſtamenti.Præſ.40.li.4.num.3.pag.79.

Teſtatoris voluntas interpretatur ita, vt comprehendat caſum, de quod ſi fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet ſe ita diſponere velle.Præſ.2.li.4.num.18.pag.5.

Teſtatoris diſpoſitio & mens eſt ita interpretanda, ne delinquendi occaſionem præbeat.Pr.164 li.4.nu.2.pag.370.

Teſtatoris verba debent intelligi & interpretari ſecundùm qualitatem & conditionem perſonæ, ad quam ipſa verba referuntur.Pr.106.li.4.num.6.pa.265.

Teſtator non præſumitur velle niſi quod expreſſit.Pr.23.li.4. num.2.pag.35.

Teſtatoris contraria voluntas quot teſtibus probari poſſit. Præſ.36.li.4.num.16.pag.59.

Et quot ad declarandum eiuſdem dubiam voluntatem requirantur.ibid.

Teſtator præſumitur velle familiam ſuam conſeruari.Præſ. 32.li.4.num.11.pag 48.

Teſtatoris dubia voluntas an declaretur & præſumatur ex ſcriptis in teſtamento nullo imperfecto, & reuocato.Præſ. 15.li.4.nu.1.pag.23.

Teſtatoris voluntas limitata non extenditur vltra quàm expreſſit ipſe teſtator.Pr.69.li.4.nu.6.pag.135.

Teſtatoris vltima voluntas non poteſt ſtare in ſuſpenſo, effectus autem ipſius ſic.Pr.40.li.4.num.6.pag.79.

Teſtator præſumitur voluiſſe, quod hæres faciat, quod ipſe ſi vixiſſet, erat facturus.Pr.190.li.4.nu.14.pag.446.

Teſtator præſumitur voluiſſe præſtari à ſuis hæredibus quod ipſe, ſi viueret, ſi præſtari cogeretur.Pr.189.li.4.n.103.p.436.

Teſtator præſumitur voluiſſe id ab hæredibus fieri, quod ipſe facturus erat viuus.Pr.189.li.4.num.7.pag.429.

*Teſtatoris affectio quanti facienda erga hæredes.*

Teſtatoris affectio quomodo conſiderari poſſit in coniecturanda eius voluntate.Præſ.16.lib.4.num.1.pag.24.

Et vnde colligitur maior affectio erga vnum quàm erga aliũ ibid.num.3.& ſeq.

Teſtatoris affectionem anteponendam eſſe proprietati ſermonis.ibid.nu.2.

Et multa eſſe ſigna affectionis, quibus teſtator ſignificare ſolet plus vnum altero diligere.ibid.

Teſtator nũquam præſumitur alienam ſobolem propriæ anteferre.Pr.16.li.4.nu.5.pag.ead.

Et præſumitur magis dilexiſſe natos quã naſcituros.ib.n.6.

Et ſi ſignificauit ſe aliquem magis diligere in inſtitutione, prẹſumitur etiam magis diligere in ſubſtitutione.ibid.nu.7.

Et filios præſumitur magis diligere in portione iam relicta eorum patri, quàm alios.ibid.num.8.

Teſtator quem viuens magis dilexit, præſumitur etiam quòd moriens magis eum quàm alterum diligat.ibid.num.9.

Et præſumitur plus maſculos quàm fẹminas diligere.ib.n.10.

Et prẹſumitur magis diligere ſuos deſcendentes quàm tranſuerſales.ibid.nu.11.pag 25.

*Teſtator quomodo teſtari poßit, & quid ſeruare debeat: quid præſumitur relinquere, quos vocare debeat & quas conditiones poßit adijcere in teſtamento.*

Teſtator quibus ſignis prẹſumatur voluiſſe teſtari, & quę ſint ſigna, quę incidant.Pr.8.li.4.nu.38.& ſeq.pag.16.

Teſtator non poteſt diſponere contra legis præcepta.Pr.98. lib.4.num.6.pag.242.

Et ſi de re ad libitum poteſt diſponere, ſi prohibet moleſtiam vel controuerſiam inferre ei, cui relinquit, intelligitur de moleſtia tam iuris quàm facti: Et multo magis, ſi teſtator vſus eſt verbis generalibus.ib.n.7.& 8.pa.242.& 243.

Et quid ſi teſtator potuit quidem de re ipſa diſponere & prohibuit moleſtiam inferri, ſed tamen illa moleſtia infertur de re, quæ eſt ſecundum naturam diſpoſitionis & actus.ibi. num.9.pag.243.

Teſtatori permiſſum eſt teſtari & ad libitum de rebus ſuis diſponere, & eius voluntas pro lege eſt ſeruanda.Præſ.83.li. 4.num.5.pag.186.

Teſtator debet vel ſua manu ſcribere nomen hæredis, vel clarè ſua voce exprimere, & quare.Pr.19.lib.4 num.4.pag.30.

Teſtatoris eadem diſpoſitio non debet diſponere inæqualiter.Præſ.60.li.4.num.25.pag.109.

Teſtator præſumitur voluiſſe diſponere omni meliori & efficaciori modo, quod fieri potuit.Pr.70.lib.4.nu.5.pag.137.

Teſtator præſumitut diſpoſuiſſet ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ cui voluit prouidere.Pr.35.li.4 n.21. pag.56.

Teſtator præſumitur voluiſſe decedere eum eo teſtamento, & diſpoſitione quam potuit ſuperuiuendo mutare & non mutauit.Præſ.40.li.4.num.13.pag.80.

Teſtator ſicut diſpoſuit de antecedenti, ſic de conſequenti diſpoſuiſſe cenſetur.Pr.23 li.4.nu.4.pag.35.

Teſtator præſumitur difficilius diſponere de rebus hęreditatis quam de proprijs.Pr.39.lib.4.num.37.pag.73.

Teſtator præſumitur reliquiſſe ſolum ius quod habet in re. Præſ.72.li.4 num.16.pag.148.

Teſtatores in teſtamentis ſolent filiorum vel liberorum mẽtionem facere diſpoſitiuè vel conditionaliter.Præſ 84.li.4. num.1.pag.195.

Teſtator ſi pluries in ſua diſpoſitione qualitatem maſculinitatis replicaſſet, an præſumatur in alia parte ipſius diſpoſitioni, vbi ſimpliciter nominaſſet filios, de maſculis tantùm ſenſiſſe.Pr.84.li.4.num.5.pag.ead.

Conciliantur opiniones.ibi.nu.6.&.7.pag.196.

Teſtator poteſt rebus ſuis adiicere hanc conditionem, ne res ſua relicta eccleſia apud eum permaneat, ſi adiectum modũ non impleuerit.Pr.83.li.4.nu.13.pag.186.

Teſtator ſi limitatè & reſtrictè iniunxit onus reſtitutionis fideicom.ſuo hæredi, non præſumitur illud onus repetitum in ſubſtitutione.Pr.69.li.4.num.4.pag.135.

Teſtator quibus verbis limitatè reſtrictè locutus dicatur.Pr. 69.lib.4.num.7.pag.ead.

Teſtator ſi iuſſit aliquid pingi vel fieri in eccleſia, & id factum deinde reperiatur, pręſumitur factũ ab hæredibus. Pr. 11.li.6.num.5.pag 558.

Teſtator ſi diſponit, ſibi conſtrui debere monumentum ad inſtar alterius quod non reperitur, hæres dicto onere ſolutus cenſetur.Pr.1.li.6.num.5.pag.547.

Teſtator, ſi ſimpliciter diſpoſuit, quòd bona ſua diſtribuantur pro anima ſua, vnus tantùm pauper ab executoribus eligi poteſt.Præſ.125.li.4.num.21.pag.305.

Si autem dixit, bona diſtribui vel dari debere pauperi, plures eligi poterunt.ibid.num.22.

Et quid ſi dixit, inter pauperes.ibi.num.23.

Et ſi iuſſit bona ſua diſtribui debere inter pauperes, poteſt vnus ſolus eligi, quando bona diſtribuenda ſunt modici valoris, & electus habet multos filios, & præcipuæ fœminas. ibid.num.24.

Secus ſi bona diſtribuenda ſunt opulenta.ibi.num.25.

Teſtator quomodo præſumatur voluiſſe codicillari, non autem teſtari, ſi teſtibus dixerit illud eſſe ſuum teſtamentũ: vel Notarius ſcripſerit, hoc eſt teſtamentum, &c. Pręſ.3.li.4. nu.5.pag.6.

Teſtator eligens teſtari in ſcriptis, non cenſetur renunciare formæ teſtandi nuncupatiuè.Pr.2.li.4.num.8.pag.4.

Teſtamentum ergo eius in ſcriptis in aliquo deficiens valebit vt nuncupatiuum.ibid.

Extende vt nu.9.10.11.& 24.& ſeq.pag.4.& 5.

Declara.vt num.12. 25.ibi.

Teſtatorem voluiſſe diſponere nuncupatiuè vel in ſcriptis quomodo perpendi poſſit.Pr.2.li.4.num.4.pag.3.& 4.

Teſtator ſi adhibuit ſolennitatem ſufficientem teſtam.nuncupatiuo, non tamen ſufficientem teſtam.in ſcriptis, vel econtra, quo caſu ſuſtineatur teſtamentum.P.2.li.4.n.16.p.5.

Teſtatori non licet nouas ſolennitates in teſtamento conficiendo introducere, vel à iure inuentas non obſeruare. Pr.166.lib.4.num,6.pag.376.

Teſtator ſi interrogatur à priuata perſona de nomine hæredis, & notarius ſcribat, atque ita de hærede inſtituto inſtrumentum conficiat, an valeat teſtamentum.Pręſ.8.li.4.num. 14.pag.14.

Teſtator nunquid poſſit loco expreſſionis nominis ſui hæredis ad alterius interrogationem reſpondere, atque ita teſtari.Pr.8.li.4.num.7.pag.13.

Teſtator quando dicatur voluiſſe prohibere falcidiam & Trebellianicam.Pr.198.li.4.num.7.pag.466.

Quòd tunc dicitur voluiſſe prohibere, quando ſciens vires ſui patrimonij expreſſis verbis eam prohibuit.ibid.nu.8.

Et an ipſe teſtator hoc caſu præſumatur ſcire vires ſui patrimonij.ibid.num.9.

Teſtatori ex tacita vulgari ſucceditur immediatè.Pręſ.43.li. 4.num.4.pag.84.

Teſtator ſi inſtituit amicum ſuum, & ipſum grauauit alteri reſtituere, non ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, & confutantur argumenta Barbatiæ.Pr.89.li.4 n.65.p. 217.

Teſtator ſi in ſuo teſtamento vocauit agnatum, & vnus reperitur agnatus tempore conditi teſtamenti, & reperitur etiã alter tempore mortis ipſius teſtatoris, cenſetur vocatus ille, qui extabat tempore teſtameuti.Pr.114.li.4.nu.7.pag.289.

Teſtator quando vocauit deſcendentes, quos vocaſſe præſumatur, Pr.91.li.4.num.1.pag.229.

Quòd regulariter cenſeantur vocati tam maſculis quàm fœminæ ibid.nu.2.

Et hoc etiam quò ad maſculos, qui ex fœminis ortum duxerunt.ibid.num.3.

Teſtator ſi vocauit duos eiuſdem nominis, quorum vnus eſt ſibi coniunctus ſanguine, præſumitur coniunctum vocaſſe, nec vitiatur inſtitutio.Pr.25.li.4.num.9.pag.38.

Et ex duobus coniunctis magis coniunctum vocaſſe cenſetur.ibid.

Teſtator præſumitur eos vocaſſe in dubio, qui alioqui ſucceſſuri erant ab inteſtato.Pr.25.li.4.nu.11.pag.39.

Et ſi duos amicos habuit eiuſdem nominis, quorum vnus eſt ſpiritualis amicus, is vocatus cenſetur.ibi.nu.12.

Vel magis benemeritus vocatus cenſetur.ibi.nu.13.

Et pręcipuè hoc procedit, quando vnus eſt amicus, alter verò inimicus ibid.nu.14.

Quid autem ſi vnus eſt altero pauperior, an pauperior præſumatur vocatus.ibid.num.15.

Teſtator ſi vocauit primò duos hæredes ſingulos ad ſemiſſem, deinde vocauit duos alios ad hæreditatem æquis partibus, quinam præſumantur hæredes inſtituti.Pr.17.li.4.n.7. pag.25.

Quid ſi in teſtamento dixit, Caius primo loco, Titius ſecundo loco, Sempronius tertio loco hæres eſto: an cenſeantur æqualiter inſtituti vel ſubſtituti.ibid.

Teſtator pluribus inſtitutis, ſi dixit, Si ij hæredes non erunt, Caium ſubſtituo, ſi vnus inſtitutorum non ſuccedit, alijs ſuccedit excluſo Caio ſubſtituto.Præſ.87.li.4.n.12.pag.204.

Teſtator ſi plures hæredes ſimpliciter inſtituit, præſumitur æqualiter eos inſtituiſſe, præcipuè ſi partibus non diſtributis vnico contextu eos vocauerit.Præſ.18.li.4.nu.2.pag.26.

Idem in legatis & fideicommiſſis præſumendum.ibid.nu.3.

Idem, ſi teſtes interrogati reſponderunt duos vel plures hæredes fuiſſe inſtitutos, ſed non recordantur quibus ex partibus.ibid.num.4.

Teſtator, ſi pluribus hæredibus inſtitutis dixit ſe hæredes facere ex partibus quas adſcribet: ſi deinde nullas partes adſcripſit, pręſumitur eos æqualiter inſtituiſſe.P.18.li.4.n.7.ea.

Idem, ſi vnum vel plures in vna parte hæredes fecit, & alijs hęredibus, quibus partem aliquam non adſcripſit, reſiduum reliquit: præſumitur enim in illo reſiduo eos æqualiter vocaſſe.ibid.num.8.

Teſtator quando pluribus hæredibus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, vltimo decedenti ſubſtituit Caium in hæreditate, is vltimus decedens tenetur reſtituere Caio etiam portiones cohæredum, quibus iam ſucceſſerat ex cauſa fideicommiſſi.Pr.193.li.4.num.15.pag.454.

Idem ſi teſtator vltimum decedentem grauauit reſtituere portionem ſuam.ibi.num.16.

Secus ſi vltimus decedens fuit grauatus reſtituere portionẽ ſuam purè.ibid nu.17.

Teſtator ſi inſtitutis Mæuio & Seio, rogauit Mæuium vt poſt mortem reſtitueret portionem ſuam Titio, & poſtea grauauit Seium, vt reſtitueret portionem ſuam Mæuio cohæredi, nunquid Mæuius præſumatur rogatus reſtituere etiam portionem, quam habuit ex perſona Seij.ibid.nu.19.

Et quid ſi teſtator tribus filiis inſtitutis dixit, Et qui deceſſerit ſine liberis, reſtituat portionem ſuam ſuperſtitibus: nunquid vltimus decedens cenſeatur grauatus reſtituere portiones cohæredum.ibid.nu.20.

Et quid, quando teſtator pluribus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis ita dixit: Et ſi omnes ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo Caium.ibid.num.21.

Et quid quando teſtator inſtitutis Titio & Sempronio, ita ſubſtituit: Si Titius deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Caium: Et ſi Sẽpronius morietur ſine filiis, ſubſtituo Titiũ.ib.n.22.

Et quid ſi conditio ſubſtitutionis factæ vltimo teſpiceret etiam perſonam cohæredum.ibid.num.23.pag.455.

Teſtator quando reliquit Eccleſiæ, intelligitur de propria & parochiali eius eccleſia.Præſ.125.li.4.nu.6.pag.304.

Teſtator ſeruare præſumitur voluiſſe æqualitatem inter filios.Pr.36.lib.4.num.37.pag.61.

Teſtator nunquid ita diſponere poſſit, vt ſuccedãt filij & deſcendẽtes hæredis ſuis excluſa eccleſia & monaſterio, quod propter ingreſſum hæredis aliàs ſuccederet, excluſo ipſo ſubſtituto.Præſ.83.li.4.num.2.pag.185.

Quòd poſſit, oſtenditur.ibid.num.ſeq.

Teſtator ſi inſtituit filios maſculos & excluſit filias, tunc fœminæ non comprehendũtur ſub nomine communi, nec ab eis excluditur ſubſtitutus.Pręſ.85.lib.4.num.23.pag.200.

Idem ſi extat ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminę nõ ſuccedant.ibid.num.24.

Idem quando conſtat, teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem & familiam.ibid.num.25.

Et idem quando teſtator in alijs ſubſtitutionibus ſemper vocauit maſculos.ibid.num.26.

Teſtator ſi mandauit filiis ſuis, ne ſocietatem diuiderent, ſi tamen iuſta ſuperuenit cauſa, qua ſi viueret teſtator permit- teret

teret diuiſionem, poterit fieri diuiſio.Pr.37.li.6.n.39.p.590.

Teſtator ſi iuſſit filios ſuos ali apud eorum matrem: vel ipſa matrẽ habitare debere cum filiis ſuis, præſumitur reliquiſſe alimenta.Pr.157.li.4.n.2 pag.357.

Idem ſi dixit, Relinquo vxori meæ habitationem cum filijs meis.ibi.num.3.

Idem ſi dixit, Relinquo gubernium ſeu curam & adminiſtrationem domus vxori, meę.ibi.num.4.

Idem quando dixit, Relinquo filiæ, vt in caſu viduitatis reuertatur in domo mea vel filiorum, hęredúmque meorum.ibi. num.5.pag.358.

Idem quando grauauit hæredem, vt aliquem tractet, tanquã filium ibi.num.6.

Idem ſi dixit, Relinquo Caium ſuũ viuere vel victũ.ibi.n.7.

Idem ſi dixit, Relinquo Caio, vt poſſit ſibi facere expenſas. ibid.num.8.

Idem ſi dixit, Relinquo Caio, vt poſſit ſe ſubſtentare.ibid. num.9.

Idem ſi dixit, Relinquo Caio pro neceſſitatibus ſuis ad congruam ſubſtentationem.ibi.num.10.

Idem ſi dixit, Commendo Caiũ hæredibus meis in omnibus eius neceſſitatibus. ibi.num.11.

Idem quando reliquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariam, inſtitutis hæredibus propriis filiis.ibi.num.12.

Teſtator habens filios & filias, ſi maſculos hęredes fecit, filias verò in re certa inſtituit, dixitque: Et ſi vnus filiorum deceſſerit ſine filiis, ſuccedat ſuperſtes, an cenſeatur excluſa neptis relicta ſola ab vno ex inſtitutis, an verò ipſa excludat patruum ſubſtitutum.Præſ.85.lib.4.num.2.pag.198.

Et quid ſi pater filias hæredes fecit vniuerſales, & earum vna decedente ſine filijs ei ſubſtituit filiũ, an neptis ex filia decedente excludat ſubſtitutum.ibi.num.3.

Et quid ſi fœmina condidit teſtamentum, & inſtituit filios & ſi alter eorum deceſſerit ſine filiis, ſubſtituit ſuperſtitem: an illa verba, ſine filiis, comprehendant ita fœminas ſicut maſculos.ibi.num.4.

Teſtator ſi inſtituit filiam, & ei decedenti ſine filiis legitimis ſubſtituit Caium, an pręſumatur illis verbis, ſine filiis comprehendiſſe legitimatos.Præſ.79.lib.4.num.27.pag.176.

Et quid ſi inſtituiſſet filium & filiam, & eis deſcendentibus ſine filiis legitimis ſubſtituiſſet.ibi.num.28.

Teſtator ſi mandat filiæ ſuæ, vt nubat cum conſilio Cai: tenetur quidem filia requirere conſilium, ſed non illud ſequi. Præſ.34. lib.6.nu.29. pag.586.

Et an d.conditio adiecta matrimonio valeat.ibi.num.30.

Teſtator ſi excluſit proprias filias vocando maſculos, non cenſetur cenſiſſe de adoptiuis. Præſ. 82.lib.4.num.13.pag. 183.& 184.

Teſtator vocando familiam, genus, ſtirpem, lineam, domum, parentes & huiuſmodi, quos vocaſſe præſumatur in ſubſtitutione, an illos de domo ſua, an verò illos de domo hęredis. Præſ.88.lib.4.num.1.205.

Et dato quod intelligatur de familia teſtatoris, an hoc intelligatur in genere vel in ſpecie.ibi.num.2.

Teſtator ſi vocauit alternatiuè fratrẽ vel eius filios, filij ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur. Præſ.70.lib.4.nu.30.pa.140.

Secus ſi inſtituit vel ſubſtituit fratem cum eius filiis, quia æqualiter & eodem tempore filij dicuntur vocati.ibi.nu.31.

Teſtator ſi inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios, aliquibus verbis, quæ non poſſunt ſalua ratione recti ſermonis cõuenire alteri quàm ordin iſucceſſiuo, filij cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.Præſ.70.lib.4.num.33.pag.ead.

Idem dicendum econtra.ibi.num.34.

Teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem & ſuos, an illi ſui dicantur ordine ſucceſſiuo vocati, vel in eodem tempore.Pr. 70.lib.4.num.26.pag.ead.

Teſtator ſi inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius hęredes, cenſetur hæredes vocaſſe ordine ſucceſſiuo, poſt mortẽ ſcilicet ipſius fratris. Præſ.70.lib.4.num.27.pag.ea.

Teſtator ſi vocauit fratres & eorum liberos ſeu deſcendentes vno fratrum præmortuo, eius filius vnà cum patruo admittetur ad propatrui alteriuſque tranſuerſalis ſucceſſionem Præſ.95.lib.4.num.33.pag.23.

Teſtator inſtituendo fratrem & eius filios, an & quando pręſumatur vocaſſe filios vna cum patre. Præſ.70.lib.4.nu. 16.pag.138.

Diſtingue, vt ibi.num.17.& ſeq.pag.139.

Teſtator ſi inſtituit fratrẽ & aliquot eius filios, quos expreſſo proprio nomine vocauit alijs omiſſis, pręſumitur vocaſſe ipſos filios vna cũ eorum patre æqualiter. Pręſ.70.li. 4.num.17.pag.ea.

Et quid ſi teſtator inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius aliquos filios non quidem nomine proprio expreſſo, ſed appellatiuo ita reſtrictè & limitatè, vt alij filij omiſſi appareant.ibi.num.18.

Teſtator ſi vocauit duos fratres ſuos, & propriam vxorem, ſi vnus fratrum repudiat portionem ſuam illa accreſcit tam vxori, quam alteri fratri.Præſ.39.lib.4.num.88.pa.78.

Teſtator quando vocauit maiores de domo, ſi primi illi exiſtentes tempore conditi teſtamenti deceſſerunt, alij gradatim admittuntur.Pręſ.92.lib.4.num.6.pag.230.

Teſtatorem poſthumum inſtituere poſſe, ſiue vxorem ipſe duxerit ſiue non ex ſententia Vlpiani. Pręſ.21.lib.4.num.2. pag 32.

Teſtator ſi inſtituit poſthumum naſciturum ex Sęia vxore ſua, non pręſumitur vocaſſe poſthumum natum ex alia vxore.Præſ.21.lib.4.num.9.pag.ead.

Et quare.ibi.num.10.pag.33.

Teſtator inſtituto poſthumo, ſi mulier erat pręgnans, an cẽſeatur vocaſſe etiam poſtumum ex alio ventre, & alia vxore natum. Præſ.21.lib.4.num.6.pag.32.

Et quid de muliere, quæ inſtituit poſthumum, an cenſeatur inſtituiſſe non modo eum, quem eſt habitura cum marito illo, verum & eum, quem ſuſceptura eſt ex alio viro.ibid. num.7.

Teſtator ſi in teſtamento ſic dixit, cùm haberet vxorem, Et caſu venter pareret: illum hæredem facio, qui poſthumus vocatus cenſeatur.Præſ.21.lib.4.num.30.pag.34.

Et quid ſi dixit, Inſtituo filios naſcituros ex vxore mea, quę ad præſens eſt grauida.ibi.num.31.

Et quid ſi dixit, Inſtituo ventrem vxoris, ſi prægnans fuerit ibi.num.32.

Quid ſi inſtituit ventrem vxoris, quem peperiſſet.ibidem. num.33.

Et quid ſi poſthumus eſt naturalis tantum, non autem legitimus.ibi.num.34.& ſeq.

Teſtator vxorem habens, ſi cùm teſtatur, notarius ſic dixit Inſtituit ventrem, ſi prægnans eſſet, an præſumatur inſtituiſſe non ſolùm poſthumum ex eo ventre ex ea vxore, ſed etiam, ex alia.Præſ.21 lib.4.nu.21.pag.33.

Teſtator qui vxorem habet, ſi ſimpliciter hęredem inſtituit poſthumum præſumuntur vocati omnes poſthumi, etiam naſcituri ex alia vxore. Præſ.21.lib.4.num.4.pag.32.

Teſtator vxorem habens, ſi ſimpliciter dixit: Inſtituo ventrem vxoris, an præſumatur vocatus non ſolum primus ſed etiam alius ex eademmet vxore naſciturus. Præſ.21.lib.4. num 12.pag.33.

Et an cenſeantur vocati naſcituri ex alia vxore.ibid.num. 13.& ſeq.

Teſtator ſi inſtituit partum vxoris, quę tamen non ſit prægnans præſumitur etiam intellexiſſe de alia vxore. Pręſ.10. lib.4.n.7.pag.18.& 19.

Teſtator ſi dixit, inſtituo vel ſubſtituo Caium, & eius filios, an intelligantur filij ęqualiter inſtituti cum ipſo Caio, & ſic eodem tempore ſuccedant, an ordine ſucceſſiuo.Præſ.18.li. 4.num.15.pag.27.

Teſtator ſi in teſtamento dixit, Inſtituo Caium & quoſlibet eius filios, an ſinguli cenſeantur æqualiter vocati. Præſ.18. lib.4.num.16.pag.ea.

Quid ſi dixit, Caium & Sempronij filios æquè hæredes facio.ibi.num.17.

Teſtator ſi inſtituit ita, Titius vnà cum filiis ſuis, & Sempronius mihi hæredes ſunto, ex quibus partibus cenſeatur hos vocaſſe. Præſ.18.lib.4.num.26.pag.28.

Teſtator ſi inſtituit Sempronium & Caium cum eius filijs, quot partes ſint conſtituendæ his inſtitutis. Præſ.18.lib.4. num.38.& 39.pag.30.

Quid ſi vocauit natos & naſcituros, & natos proprijs nomi-

nibus non expreſſis.ibi.n.24.pag.28.

Quid ſi dixit, Inſtituo Caium & Mæuium, Titium ac Sempronium filius Titij.ibi.num.25.

*Teſtator in ſubſtitutionibus quos vocaſſe dicatur.*

TESTATOR quos dilexit in inſtitutione præſumitur etiam prædilexiſſe in ſubſtitutione. Prgſ.60.lib.4.num.3.pag.109. & Præſ.75.lib.eod.nu.5.pag.151.

Teſtator non præſumitur ſub eadem conceptione verborũ velle inęqualiter plures hæredes vocare, & ſubſtituere.Pr.60.lib.4.num.3.pag.108.

Teſtator ſi ſubſtituit perſonam magis dilectã, quàm ipſa vxor mater pupilli, pupillariter, & directò ſubſtituiſſe ſenſetur ad excluſionem ipſius matris. Prgſ.56.libr.4.nume.14. pag.104.

Teſtator ſubſtituendo verbo communi, quod verbum retulit ad perſonam ſubſtituti pupillariter ſubſtituiſſe cenſetur ad matris excluſionem.Præſ.56.lib.4.num.21.pag.ead.

Idem ſi dixit, filio meo impuberi, quandocunque deceſſerit ſubſtituo Titium.ibi.num.22.pag.105.

Idẽ ſi adeſſet ſtatutũ excluſiuum fęminarũ.ibi.n.23.pag.ead.

Et idem quando plures filij impuberes fuerunt inuicem ſubſtituti ibi.num.24.

Idem ſi teſtator aliquid reliquiſſet ſpecificè vxori ſuæ.ibid. num.25.

Idem ſi teſtator reliquit ipſam vxorem vſufructuariam donec vixerit in viduitate, ea enim nubente expirat.ibi.nu.26.

Et idem dicendum quando alioqui filij ipſius teſtatoris inæqualiter ſuccederent.ibi.num.27.

Teſtator ſi verbis communibus ſubſtituit filio impuberi habenti matrem, an cenſeatur pupillariter ſubſtituiſſe.Pr.54. lib.4.num.29.pag.99.

Et quid ſi nullam penitus mentionem fecit pupillar.ętatis, num.30.

Teſtator ſi vſus eſt verbo communi pro directo, dicitur ſubſtituiſſe directò & ſic pupillariter. Præſ.56.lib.4.num.10. pag.103.

Idem ſi dixit, quod ſubſtitutus liberè capiat hęredit.ibi.nu. 11.pag.104.

Idẽ ſi teſtator voluit omnia bona ſua ita reſtitui vt nulla fieret diminutio vel detractio.ibi.num.12.pag.ead.

Teſtator ſi ſubſtituit per verbum commune cum expreſſa temporum diſtinctione, dicitur ſubſtituiſſe per pupillarem ritum tempus pupillaris ætatis, & deinde per fideicom.Pr. 56.lib.4.num.6.pag.103.

Teſtator ſi ſubſtituit vltimo decedenti ex pluribus hęredibus ſed non in omnibus bonis, an cenſeatur reciprocè & inuicem ſubſtituiſſe.Præſ.62.lib.4.num.41.pag.120.

Teſtator ſi inſtituit & ſubſtituit reciprocè duos filios impuberes, quorum vnus eſt anniculus, alter verò 13.annorum, an ſuperueniente pubertate in illo 13. annorũ extinguatur etiam illa pupillaris facta illi anniculo.Prgſ.60.lib.4.num. 52.& ſeq.pag.111.

Teſtator ſi inſtitutis filijs maſculis in ſubſtitutione ſubiunxit; Et ſupradictos filios ſubſtituo, filias fœminas excluſiſſę cenſetur. Præſ 84.lib.4.num.13.pag.196.

Idem quando dixit teſtator: Inſtituo filios maſculos, & ſi vnus deceſſerit, alij filij ſuccedant.ibi.num.14.

Idem quando vltra filios, aliæ perſonę ſub illis verbis includerentur.ibi.num.15.

Teſtator ſi inuicem ſubſtituit duos filios impuberes, eorum vno moriente, alter ſuccedit. Prgſ.89.lib.4.nu.122.pa.215.

Teſtator ſi duos impuberes inuicem ſubſtituit, deinde vnũ emancipauit, an extincta cenſeatur pupillaris ita in vno ſicut in altero.Præſ.60.lib.4.num.54.pag.111.

Teſtator ſi filio furioſo, nulla furoris mentione facta ſubſtituit eos, quo lex mandat ſubſtitui, prgſumetur exemplariter ſubſtituiſſe.Præſ.49.lib.4.num.5.pag.88.

Quid ſi dixit, & ſi filius meus deceſſerit, ei vel ſibi ſubſtituo Caium.ibi.num.6.

Si autem teſtator dixit, inſtituo filium meum furioſum, & poſt eius mortem volo, quod omnia mea bona diſtribuantur pauperibus, fideicommiſſaria nõ autem, exemplaris ſubſtitutio cenſetur.ibi.num.7.

Teſtator ſi ita ſubſtituit filio furioſo, & poſt eius mortem ſubſtituo Caium vulgariter, & per fideicommiſſum, & prohibeo bona alienari in perpetuum, vt conſeruentur in familia, ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria, non autem exemplaris ſubſtitutio cenſetur.ibi.num.9.

Quid ſi teſtator compendioſè ſubſtituit ipſi furioſo, & deinde eam reſtrinxit enumerando ſpecies ſubſtitutionum tacito de exemplari.ibi.num.10.

Quod non dicatur facta exemplaris.ibi.

Et idem quando teſtator ſubſtituit furioſo, eum grauando onere fideicommiſſi, quia dicitur fideicommiſſaria.ibid. num.11.

Teſtator ſi ſubſtituit aliquem & eius filios, intelligitur de natis tempore teſtamenti. Præſ.127.lib.4.num.14.pag.308.

Teſtator ſubſtituendo hęredi inſtituto dicitur ſubſtituere in omnibus Prgſ.108.lib.4.num.6.pag.269.

Teſtator ſi plures hæredes inſtituit, partibus ſingulis eorum aſſignatis: deinde vni eorum ſubſtituit reliquos, ſi locus eſt ſubſtitutioni cenſentur pariter & æqualiter ſubſtitutus. Pr. 18.lib.4.num.9.pag.27.

Quid ſi plures hæredes ita fecit, Caius & filij Sempronij.ibi. num.10.& 14.ea.& ſeq.

Teſtator ſubſtituendo pupillo dicitur in duabus hæredit.ſubſtituere in propria ſcilicet ipſius teſtatoris, & in illa pupill. Præſ.54.lib.4 num.12.pag.97.

Teſtator, qui ſtatim confecto teſtamento emancipatum adoptauit, vel illegitimum legitimauit, reciprocè ſubſtituendo, pupillarem comprehendiſſe cenſetur. Præſ. 60.lib.4.num. 42.pag.111.

Idem quando in teſtamento adiecit clauſulam, pupillariter & per fideicomm.ibi.num.44.

Teſtator ſi dixit, velle bona ſua conſeruari in agnatione & familia ſua, quò diutius fieri poſſet: præſumitur velle omnia bona & communem hęreditatem reſtitui, & ſic reciprocè & fideicommiſſariè ſubſtituiſſe. Præſ.62.libr.4.nume.12. pag.118.

Idem ſi grauando ſubſtitutos nominaret totam hęreditatem ſuam, vel omnia bona ſua.ibi.num.13.

Idem, quando teſtator tribus hęredibus inſtitutis in tota hæreditate ſubſtituit alium his verbis: & vltimo eorum decedenti ſubſtituo in d.hæreditate talem.ibi.num.14.

Idem quando teſtator ſubſtituit vltimo decedenti adiecto onere quod fructus omnium bonorum diſpenſentur.ibid. num.15.

Idem quando vltimo decedenti ſubſtituit, adiecto onere, quod non poſſit Trebellianicam detrahere.ibi.num.16.

Idem ſi teſtator ſubſtituit in omni portione, quæ ad ipſos hęredes perueniſſet.ibi.num.17.

Idem quando teſtator inſtituit hęredes in bonis mobilibus & immobilibus, deinde vltimo eorum decedenti ſubſtituit pariter in bonis mobilibus & immobilibus Męuium. ibid. num.18.

Et idem, quando teſtator ſubſtituit in aliqua re demonſtrata per ſuos confines ibi.num.19.

Et idem, ſi teſtator dixit, ſubſtituo Męuium hæredem vniuerſalem.ibi.num.20.

Et idem dicendum, quando Teſtator inſtituit, Caium, Seiũ & Sempronium & vltimo ipſorum decedenti ſubſtituit Męuium pro dimidia, & Titium pro altera dimidia ibi.nu.21.

Et idem, quando per alias quotas eſſet facta ſubſtitutio.ibi.

Teſtator ſi aliquit reliquit pro conſeruatione agnationis, fœminas excluſiſſe præſumitur, quia fœminæ non ſunt aptæ conſeruare agnationem.Præſ.84.lib.4.num.8.pag.196.

Idem ſi ipſe teſtatot conſtituendo differentiam inter ſexum & ſexum fœminis aliquid reliquit, maſculos verò hæredes fecit.ibi.num.9.

Teſtatoris mater ab ipſo ſubſtituta pupillariter tacitè an excludat ipſius vxorem, & matrem pupilli.Præſ.39.lib.4.nu. 89.pag.78.

*Teſtator quid in legatis ſeruare debeat.*

TESTATORIS dilectio erga legatarium præſumptionis

loc.



eſt, quid in dubio ſit ſibi legatum Præſ.106.libr.4.nume.9. pag.265.

Teſtator verè ſemel tantùm legare cenſetur, licet expreſſè dixiſſet ſe is ipſam legare, & ſemel tantùm debetur.Præſ. 128.lib.4.num.4.pag.309.

Teſtator an & quando præſumatur legaſſe ea tantùm, quæ habebat tempore conditi tęſtamenti, vel etiam deinde acquiſita.Prgſ.127.lib.4.num.1.pag.307.

Teſtator ſi donationis verbo vſus eſt, an legare, vel potius donare voluerit. Præſ.105.lib.4.num.12.pag.263.

Teſtator ſi in teſtamento vſus eſt ſermone generali nullo adiecto verbo præſentis vel futuri temporis, futuras res etiã legaſſe cenſetur.Præſ.127.lib.4.num.29.pag.309.

Idem quando corruptis illis rebus quas legauit, alias loco illarum fieri curauit.ibi.num.30.

Idem ſi vſus eſt ſermone particulari.ibi.num.13.

Idem ſi dixit, lego fundum meum.ibi.num.32.pag.309.

Idem quando legauit partem tantùm ipſius fundi.ibi.nu.33.

Et ſi in legato vſus eſt oratione indefinita, nunquid præſumatur futura etiam legaſſe.ibi num.34.

Teſtator ſi in legato vſus eſt ſermone vniuerſali, ſine adiectione verbi præſentis vel præteriti temporis, vt ſi legauit gregem, peculium, vel quid ſimile: futura etiam acquiſita legaſſe cenſetur acceſſoria vel ad gregem vel peculium. Præſ.127.lib.4.nume.26.pag.308.

Teſtator ſi in legato vtitur verbis ſignificantibus potius proprietatem quam vſumfructum, ſi legatarius eſt incapax proprietatis, præſumitur legaſſe vſumfructum.Præſ.4.lib.6.nu. 10.pag.552.

Teſtator ſi vſus eſt verbis præſentis temporis, an futura contineantur.Præſ.127.lib.4.num.6.pag.307.

Teſtator an & quando præſumatur legaſſe quod minus eſt, atque ita fiat ſtricta interpretatio. Prgſ.106.lib.4.num.17. pag.265.

Teſtator ſi inſtitutum in re certa repoſuit inter alios legatarios, præſumitur eum habere legatarij loco. Præſ.20.lib.4. num.2.pag.31.

Idem ſi illum in re certa vocatũ vocauit verbis obliquis. ibi. num.3.

Teſtator ſi reliquit alimenta, & exceſſit valorem redditus bonorum ſuorum, & hæres non confecto inuentario adiuit hęreditatem, totum relictum prgſtare tenetur.Prgſ.157.lib. 4.nu.35.pag.359.

Teſtator ſi legauit argentum eſcarium, cenſetur comprehendiſſe vaſa parata ad eſum & potum.Præſ.162.lib.4.num.19. pag.368.

Et ſi legauit vxori aurum vel argentum, quod ipſius vxoris cauſa paratũ erat, intelligitur de argento, quo ipſa ſola vxor vtebatur.ibi.nu.26.

Et ſi legauit aurum vel argentum ſuum, præſumitur legatum illud tantùm, cuius ipſe dominium habebat, non autem illud, quod ſibi debebatur.ibi.num.28.

Teſtator ſi in teſtamento ſibi & Titio legatum adſcribat licèt reſpectu ſui ſit falſum legatum, non tamen erit reſpectu Titij.Præſ.21.lib.5.num.13.pag.508.

Teſtator ſi legat totum frumentum, quod habet in ciuitate, non continetur frumentum quod extat in ſuburbijs.Præſ. 126.lib.4.num.2.pag.305.

Extende, etiam ſi ciuitas muris amplietur, & ſuburbia includantur.ibi.num.6.

Teſtator legans aliqui fundum, & in eo eundem inſtituens hęredem, erit electio legatarij an velit illum titulo legati vel inſtitutionis.Præſ.165.lib.4.num.5.pag.373.

Et ſi accepit illum titulo legati, accipere debet de manu hęredis vniuerſalis: ſi verò capit titulo inſtitutionis, ſua ipſe manu accipere poteſt.ibi.num.6.

Teſtator ſi legauit fundum ad vſum & vſumfructum, vel ad vtendum & fuendum, cenſetur legaſſe etiam proprietatem Præſ.133.lib.4.num.11.pag.316.

Secus ſi dixit ad vtendum & fruendum tempore vitæ ſuæ. ibi.num.12.

Et ſi ſimpliciter legauit fundum, cenſetur proprietatem legaſſe, etiãſi vſusfructus dicti fdiũ eſſet hæredis.ibi.nume.13. pag.17.

Idem ſi teſtator legauit plenam & omnimodam poſſeſſionẽ ibi.num.14.

Teſtator ſi in primo teſtamen. legauit fundum, & diſpoſuit, quod non poſſet alienari extra familiam, ſi deinde in ſecundo teſtamento ſimpliciter reliquit ipſum fundum, conditio non præſumitur repetita.Prgſ.176.lib.4.nu.3.pag.397.

Teſtator ſi legauit fundum alienum præſumitur ſciuiſſe, illũ fuiſſe alienum.Prgſ.116.lib.4.num.36.pag.294.

Et id prgſertim, ſi d.fundus non eſt deſcriptus in æſtimo inter bona ipſius teſtatoris.ibi.num.38.

Idem quando ipſemet teſtator conduxiſſet d.fundum ab ipſo poſſeſſore & domino.ibi.num.39.

Teſtator præſumitur credidiſſe fundũ à ſe legatum eſſe ſuũ, quando tempore teſtamenti ab ipſo poſſidebatur & poſſeſſio erat antiqua.ibi.num.40.

Teſtator ſi dixit, Lego Titio fundum, & in eo ipſum hæredinſtituo nõ præſumitur ſeipſũ correxiſſe, ſed erit electio legatarij, an velit habere titulo legati vel inſtitutionis.Pr.37. lib.6.num.19.pag.589.

Teſtator ſi legauit aliquid penoris in ſingulos annos, & ſi hęres id non dediſſet, nummos eum dare damnaſſet nunquid penus legata peti poſſit, an verò ſit in præſtatione: & an hæres ſoluẽdo ſemel pœnam liberetur ab annua præſtatione. Præſ.156.lib.4.nu.18.pag.356.

Teſtator ſi rem, quam vni legauit, legat alteri, demõſtratiuè. & repetitiuè, ſinguli habent dimidiam.Pr.173.lib.4.num.8. pag.393.

Et quid ſi teſtator in eadem voluntate rem legatam vni alteri legat demonſtratiuè tantùm, & ſic ſub cõmemoratione primi ibi.num.9.& ſeq.

Teſtator ſi legat rem, quam voluit legatarium poſſe retinere in vita tantùm: vt ſi dixit, Caio, & ſuo hæredi, dum Caius ipſe viuet, lego fundum, non cõprehendatur hæres extraneus poſt mortem ipſius Cai, ſed eius filius tantùm. Prgſ.130.lib. 4.num.8.pag.311.

Et ſi legauit decem Titio & eius hæredibus, filij Titij non poſſunt petere legatum viuo ipſo Titio patre.ibi.num.10.

Et ſi legauit Caio & eius hæredibus rem ad tranſitoriam nõ hæredes extraneos, extranei non poſſunt illam conſequi. ibi.n.11.

Teſtator ſi legauit rem, in qua ius tantùm pignoris habeat, non rem ipſam, ſed ius pignoris legaſſe dicitur. Præſ118.li. 4.num.8.pag.296.

Idem ſi legauit rem, in qua ius ſolum in ſpe conſiſtẽs habeat, ipſam enim ſpem tantùm legaſſe prgſumitur.ib.nu.9.

Teſtator ſi legauit rem, cuius vſumfructum tantummodo habebat, cenſetur reliquiſſe ſolum ius, quod in ea habebat, & hæres non tenetur de euictione. Præſumpt.118.li. 4.num.21. pag.296.

Idem quando legauit rem ſuppoſitam fideicommiſſo à ſe reſtituendo.ibi.num.22.

Secus ſi ſcienter legauit, quia tenetur hęres de euictione.ibi. nu.23.

Et ſi reliquit rem, ius cuius morte ſua erat reuerſurum ad hęredem à ſe inſtitutum, debetur legatum legatario, & hære tenetur de euictione.ibi.num.24.

Teſtator ſi legauit ignoranter rem alterius, quam præſcribebat, finita præſcriptione ipſo teſtatore ſuperſtite valebit legatum.Prgſ.116.lib.4.num.26.pag.293.

Idem quando legata eſt res aliena, ſed eſt teſtatori pro aliquo credito obligata, & ſic ius aliquid in ea habet.ibi.num.27.

Idem quando res ipſa legata erat naturali obligatione debita ipſi legatario.ibi.num.28.

Teſtator ſi legat rem alienam, nunquid prgſumatur ſciuiſſe vel ignoraſſe eam eſſe alterius. Præſ.116.libr.4.nume.32.& 33.pag.293.& 294.

Teſtator legans rem alienam credens eſſe ſuam non præſumitur velle grauare hęredem eam emere & legatario præſtare. Præſ.116.lib.4.nu.23.pag.293.

Et ſi legat rem alienam filio ignorans eſſe alterius, & pro eius legitima eam legat, valet legatum.ibi.num.24.

Teſtatores difficilius legant res alienas grauãdo hęredes eas emere & legatarijs præſtare, quàm res proprias.Præſ.116. li.4.nu.14.pag.293.

Teſtator

Teſtator ſi legauit ſeruo ſuo, deinde reliquit Mæuio ſeruorũ optionem qui illum ſeruum optauit, pręſumptio eſt, quod ſeruo illo non manumiſſo ab hærede inutile ſit legatum. Pr. 150. lib. 4. num. 13. pag. 349.

Teſtator ſi reliquit ſeruorum electionem, & dubitatur, quot legatarius eligere poſſit, tres ait Vlpianus poſſe eligere. Pr. 150. lib. 4. num. 2. pag. ea.

Poteſt autem legatarius vnum tantùm eligere, ſi vult pro ſui commodo. ibi. num. 3.

Secus quando pro alterius commodo & vtilitate teſtator optionem legauit. ibi. num. 4.

Teſtator ſi legauit mille diſtribuenda inter pauperes, non pręſumitur data facultas eligendi vnum tantùm pauperem cui omnia diſtribuantur. ibi.

Teſtator ſi legauit ſupellectilem ſuam, nõ præſumitur legaſſe argentum ſibi pignori datum, niſi ita ſit oppignoratum, vt eo vti poſſet. Præſ. 160. lib. 4. num. 34. pag. 365.

Intellige, vt ibi. num. 35.

Et ſi legauit ſupellectilem in genere, & deinde aliquas ſpecies enumerauit, nõ ex hoc reſtringitur legatum generis. ib. num. 36.

Teſtator ſi legauit vſum equorum, intelligitur vt legatarius poſſit eis vti ad vehendum ſub iugo, non autem in ludis Circenſibus niſi legatarius ſit ſolitus eſſe in dictis ludis. Pręſ. 134. lib. 4. num. 4. pag. 317.

Teſtator ſi dixit, lego Caio, quod dare & relinquere poſſum ex bonis meis quæ habeo, cenſetur relinquere etiam quæ poſt teſtamentum acquiſiuit. Præſ. 127. lib. 4. num. 20. pag. 308.

Secus ſi dixit, lego omnes res meas, qua ſũt & reperiri poſſunt Patauij. ibi. num. 21.

Teſtator, ſi dixit, lego bona, quæ habeo Papię vel Patauij, cẽſetur legata etiam quæ ſunt in ſuburbijs. Præſ. 126. lib. 4. nu. 13. pag. 306.

Idem ſi dixit, lego bona mea, quæ habeo in ciuitate Patauij, ibi. num. 14.

Teſtator ſi legauit credita quandocunque facta, & poſt conditum teſtamentum acquiſiuit alia credita, an hæc noua credita comprehendantur in dicto legato. Præſ. 127. lib. 4. num. 3. pag. 307.

Vbi multis auctoritatibus probatur quod non comprehenduntur noua credita. ibi.

Et idem quando dixit teſtator: lego quęcunque credita contracta, & quæ reperientur tempore mortis meę: quia non veniunt credita poſt teſtamentum contracta. ib. num. 4.

Teſtator ſi legauit creditori, & dixit, ſe legare de bonis ſuis, non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum ipſo credito. Pręſ. 109. lib. 4. num. 6. 274.

Teſtator legando creditori pręſumitur animo compenſandi id facere, & ex cauſa neceſſaria. Pręſ. 39. libr. 4. nume. 51. pag. 74.

Teſtator ſi reliquit debitori ſuo chirographum debiti, pręſumitur ei reliquiſſe liberationem. Præſ. 164. lib. 4. num. 25. pa. 372.

Et ſi reliquit aliquid creditori alicuius, præſumitur reliquiſſe potius comtemplatione ipſius debitoris quàm creditoris, & ſic vt debitor liberationem conſequatur. ibid. nume. 26. pag. ead.

Et ſi iam ſtipulatus fuerat ſibi dari à Caio ſtichum aut decem, & mandauit hæredi, ne à Caio ſtichum peteret, præſumitur liberaſſe Caium etiam ab illis decem. ibi. num. 27.

Et ſi reliquit ſimpliciter liberationem debitori, pręſumitur facta liberatio in rem tantùm, non in perſonam. ibi. nu. 28.

Et ſi legauit liberationem à debito principali, cenſetur legata liberatio etiam debiti acceſſorij. ibi. num. 30.

Teſtator, qui eſt debitor legatarij, ſi ei legando iuſſit eum eſſe tacitum & contentum legato, ſi legatarius acceptat legatũ, nil amplius petere poterit, etiam ſi creditum ſuum ſit maius legato. Pręſ. 110. lib. 4. num. 32. pag. 282.

Secus ſi deficiant illa verba, quod nil amplius petere poſſit, quia compenſabit pro modo & quantitate crediti. ibidem. num. 33.

Si autem legat pro euitandis diſcordijs & litibus, animo compenſandi legaſſe præſumitur. ibi.

Quod procedit, etiam ſi verba eſſent prolata poſt conditum teſtamentum. ibi.

Teſtator ſi legauit eccleſię parochiali, & duas habeat eccleſias parochiales, præſumitur illi legaſſe, in qua magis conuerſabatur. Præſ. 129. lib. 4. num. 3. pag. 310.

Teſtator ſi legauit centum filię, ſi erit vel cum erit vidua, conſequitur filia legatum ſtatim quod effecta erit vidua, etſi in viduitate non perſeuerauit. Pręſ. 187. lib. 4. num. 3. pag. 442.

Et idem dicendum in legato ſucceſſiuis temporibus præſtando, quod ſingulo anno, quo filia vidua erit, capiat legatum. ibid. num. 4.

Et ſi legauit cẽtũ annua filię ſiue extraneę, donec, vel quouſquę vidua erit, præſumitur voluiſſe, quod perſeueret in viduitate. ibi. num. 7.

Idem ſi dixit, ſi prædicta mulier vidua permanſerit. ibid. num. 8.

Idem ſi dixit, ſtante ipſa muliere in vita viduali. ibi. nu. 9.

Idem quando dixit, Seruando vitam vidualem. ibid. nu. 10.

Et in omnibus ſupradictis caſibus ipſa muliere nubente adeò extinguitur ligatum vt mortuo etiam nouo marito, nõ reintegretur amplius. ibi. num. 11.

Teſtator ſi legauit mulieri, ſi caſtè & honeſtè vixerit, ſemel inhoneſtè agendo ipſa priuatur legato, quod nõ recuperatur, etiam ſi deinde honeſtè viuet. ibi. num. 12.

Et ſi legauit mulieri centum iam exiſtenti in viduitate, ſi vidua remanebit, intelligitur ſi ipſa perſeuerabit in viduitate, & redditur ratio. ibid. num. 14. & 15.

Idem ſi legauit vxori propriè ijſdem verbis, ſi vidua remanebit. ibi num. 16.

Et ſi reliquit mulieri nuptæ, donec remanebit vidua, ſtatim quod effecta vidua, & ſi non perſeueret, conſequi debet legatum. ibi. num. 17.

Teſtator ſi inſtituit filium in bonis, quæ prohibuit alienari vt conſeruentur in agnatione & familia, deinde dixit: Etſi filius meus deceſſerit ſine hęredibus dicta bona perueniãt in Caium & eius hæredes non comprehenduntur hęredes extranei, & quare. Præſ. 130. lib. 4. num. 14. pag. 311.

Idem ſi dixit, filium meum inſtituo & eius hęredes, & ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, reſtituat hęreditatem Caio & eius hęredibus. ibi. num. 16. pag. 312.

Et quid ſi dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine hæredibus reſtituat Caio & eius hæredibus. ibi, num. 17.

Et quid ſi dixit, Inſtituo filium meum, & ſi is deceſſerit ſine liberis, reſtituat Caio & eius hæredibus ibi. num. 18.

Et quid ſi dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, reſtituantur bona Caio & omnibus eius hæredibus. ibi. num. 19.

Teſtator non habens filios, ſi fecit magna legata, nato deinde poſthumo, & teſtamen. rupto, legata non ſubſtituentur. Pr. 106. lib. 4. nu. 19 pag. 265.

Teſtator ſi legauit hoſpitali quicquid reſtaret de ſuis pecunijs in monte Florentiæ, prius ſolutis omnibus debitis: & tempore conditi teſtamenti reſtabant mille tantùm, tempore autem mortis acquiſiuit vſque ad tria millia: deberi tantùm mille conſultum fuit. Præſ. 127. li. 4. n. 12. pag. 307

Teſtator ſi legauit libertis alimenta, & Marco centũ Marcus ſi eſt vnus ex liberis, conſequetur alimẽta & centum. Pr. 128. lib. 4. num. 11. pag. 310.

Idem quando legauit cappam fratribus & priori bibliam, Prior conſequetur cappam & bibliam. ibi. num. 12.

Et quando in diuerſis diſpoſitionibus repetijt legatum eiuſdem quantitatis, toties præſtabitur. ibi. num. 13.

Intellige, niſi relinqueretur eadem quantitas ob eandẽ cauſam. ibi. num. 14.

Teſtator ſi dixit, Lego Titio, quæ ei debeo: ſi conſtat, eum nihil debere, non valet legatum: ſecus ſi dixit, lego Titio decem, quæ ei debeo, quia ſi conſtat nil eum debere valeat tamen legatum. Præſ. 24. lib. 4. num. 14. pag. 37.

Teſtator ſi legat tutori, ea mente legaſſe cenſetur, vt tutelę onus ſuſcipiat. Præſ. 124. lib. 4. num. 1. pag. 302.

Secus ſi erat ei aliquid relicturus, etiam ſi eum non reliquiſſet tùtorem. ibi. num. 2.

Teſtator ſi legauit alicui, quem tutorem conſtituit, ſenſit tamen aliquo caſu, vel permiſerit, onus tutelæ ipſum fore omiſſurum non cenſetur reliquiſſe ob onus d. tutelæ, & ſic is nõ perdit legatum, ſi tutelę onus non ſuſcepit. Pr. 124. lib. 4. num. 10. pag. 303.

Teſtator ſi in teſtamento legatum reliquit alicui, deinde in codicillis ipſum legatarium, tutorem fecit, nunquid ea mẽte præſumatur legaſſe, vt tutelam ſuſcipiat. Pręſ. 124. lib. 4. num. 3 & 4. pag. 302.

Et ſi legauit coniunctę perſonæ & ſe multum dilectæ, cui etiam tutelam iniunxit, an præſumatur reliquiſſe tanquam tutori, ita vt tutelæ onus is ſuſcipiat. ibi. num. 5.

Teſtator ſi illum conſtituit tutorem, qui tutor eſſe nõ poteſt, & ei reliquit legatum, non præſumitur legaſſe ob onus tutelæ, nẽc perdit legatum, ſi non adminiſtrat tutelam. Pr. 124. lib. 4. num. 12. pag. 303.

Idem quando teſtator vna cũ re legata, quæ ſui natura amitti poteſt, non ſuſcepta tutelæ adminiſtratione, legaſſet alteram, quæ nequit admitti. ibi. num. 13.

Teſtator, cùm legat vxori, præſumitur motus affectione. Pr. 122. lib. 4. num. 11. pag. 300.

Teſtator ſi legauit vxori centum fruenda toto tempore vitę, donec caſtè & honeſtè vixerit, & poſt eius mortem ſubſtituit Titium: an vxore tranſeunte ad ſecundas nuptias ſtatim admittatur ſubſtitutus vel expectari debeat mors naturali ipſius vxoris. Præſ. 185. lib. 4. num. 31. pag. 416.

Et ſi inſtituit filium in legitima tantùm, vxorem verò in reliquis omnibus bonis, donec vixiſſet & vidua foret, & poſt eius mortem, vel ea nubente, ſubſtituit filium, & ſi dictus filius decederet ante eius matrem, vel poſtea quandocunque inteſtatus & ſine liberis, legauit fundum Caio: ſi filius viuente matre in viduitate deceſſit ſine filijs condito teſtamento, in quo d. matrem inſtituit, nunquid legatum Caio expiret. ibi. num. 32.

Et ſi inſtituit filium, quem grauauit reſtituere ſub conditione ſi clericos efficeretur ſi filius non eſt effectus clericus, deceſſit tamen ſine filijs an locus ſit reſtitutioni. ibi. num. 33.

Et ſi inſtituit filios naſcituros, & caſu quo naſcerentur, & ſine filijs decederent, vxorem ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum: ſi nulli ſunt nati filij, an vxor admittatur. ibi. num. 34.

Teſtator ſi reliquit vxorem dominam & vſufructuariam, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, an hęc mulier dicatus hæres in totum, vel ſolùm legataria. Præſ. 141. lib. 4. nu. 31. pag. 334.

Et ſi voluit matrem eſſe dominam & vſufructuariam toto tempore vitę ſuæ, & poſt eius mortem inſtituit fratrem ſuũ vterinum, an præſumatur voluiſſe, ipſam eſſe in totũ hęredem, & grauatam onere fideicommiſſi. ibi. nu. 32.

Et ſi titulo legati reliquit vxori vſufructum, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, an d. mulier dicatur in totum hæres vel legataria. ibi. num. 33. & ſeq.

Et an tale legatum valeat. ibi. num. 35.

Et ſi titulo legati reliquit vxori vſumfructum, cui cohęredem dedit in re particulari, deinde poſt mortem ipſius vxoris inſtituit extraneum hæredem vniuerſalem, an valebit huiuſmodi legatum. ibi. nu47. pag. 336.

Et quid ſi inſtituit vxorem in omnibus bonis ſuis in vita ſua tantùm, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, nunquid ipſa mulier cenſeatur grauata onere fideicommiſſi erga d. extraneum. ibi. num. 48.

Et quid ſi ipſe teſtator ſimpliciter dixit, ſe inſtituere vxorem hæredem vniuerſalem in eius vita, & ſic non dixit, in omnibus bonis, & poſt eius mortem, bona omnia pleno iure peruenire ad extraneum hæredem ibi. num. 49.

Et quid ſi poſt mortem vxoris inſtituit cauſam piam, vel eccleſiam. ibi. num. 50.

Teſtator ſi legauit in codicillis veſtes vxori, quas habebat, & deinde alias ei emit, & confecit poſtmodum teſtamentum confirmatorium ipſorum codicillorum, continentur ſolùm ille exiſtentes empore codicillorum. Pręſ. 127. lib. 4. num. 17. pa. 308.

Teſtator ſi legauit vxori veſtes ſuas, quas veſtes præſumatur legaſſe. Præſ. 161. lib. 4. num. 13. 366.

Nunquid cenſeatur legaſſe etiam ęas, quæ adhuc non ſunt conſuetę. ibi. num. 20.

Et nunquid præſumatur legaſſe etiam veſtes, quorum vſus erat communis. ibi. num. 30. pag. 367.

Et an præſumatur legaſſe etiam veſtes feſtiuas. ibi. num. 31.

Et ſi legauit vxori annua veſtimẽta hyemalia, & æſtiualia, quibus temporibus præſtari debeant. ibi. num. 32.

Et quid ſi mandauit hæredi, vt veſtiat vxorem, nunquid ſemel tantùm, vel ſingulis annis veſtiet. ibi. num. 33.

Et ſi mandauit hæredi, vt veſtiret vxorem ſuam viduam, de quibus veſtibus præſumatur teſtator ſenſiſſe. ibid. num. 27. pag. 367.

Et ſi legauit vxori veſtes lugubres, eas poſt annum luctus petere non poteſt. ibi. num. 28.

Teſtator ſi legauit propriæ vxori, donec viuet in viduitate, & habitauerit cum filijs ipſius teſtatoris, fauore filiorum pręſumitur legaſſe. Pręſ. 123. lib. 4. num. 17. 302.

Et ſi legauit vxoris à ſe valde dilectæ, præſumitur reliquiſſe affectione maritali, non autem vt ſuſciperet onus tutelę ei iniunctum. ibi. num. 8. pag. 301.

Teſtator ſi legauit vxori, & poſt eius mortem reuerti voluit ad filias inſtitutas & earum hæredes, intelligendum eſt de hæredibus ſanguinis & quare. Præſ. 130. lib. 4. nu. 20. pa. 312.

Teſtator habens vxorem ſi ei reliquit legatum, & ipſa decedat, & alium ducat, legatum huic ſecundæ non debetur. Pr. 21. lib. 4. num. 29. pag. 34.

Teſtator ſi grauauit vxorem reſtituere bona etiam ſibi donata expreſſè, tenetur quidem ipſa vxor ad reſtitutionem. Pr. 196. lib. 4. nu. 8. pag. 463.

Teſtator, qui nondum vxorem duxerat, ſed ſperans ſe ducturum legat ſimpliciter ſubnomine appellatiuo vxori, nũquid debeatur hoc legatum ſecundę. Pręſ. 122. li. 4. n. 13. pa. 300.

Et quid ſi expreſſit nomen vxoris. ib. num. 14.

Et quid ſi expreſſo proprio nomine, ſecunda vxor eodem nomine vocabatur. ibi.

Teſtator ſi legauit vxori alterius, qui tempore conditi teſtamenti vxorem non habeat, præſumitur factum legatum tam ſecundò vxori quàm primę, ſi ſecunda extitit tempore, quo dies legati ceſſit. Præſ. 122. lib. 4. num. 2. pag. 299.

Et id multò magis locum habet, quando conſtat, ipſum teſtatorem reliquiſſe contemplatione ipſius mariti. ibi. num. 3. pag. 300.

Quid autem ſi teſtator reliquit vxori illius, qui tunc tempori vxorem habeat, quæ deceſſit, mortuo teſtatore, & is ſecundam duxit vxorem. ibi. num. 4 & ſeq.

Et quid ſi tunc temporis videbat, ſed deceſſit, & is duxit ſecundùm viuo ipſo teſtatore, nunquid tranſeat legatum ad iſtam ſecundam. ibi. num. 6.

Teſtator præſumitur in dubio eam domum vxori reliquiſſe, quam cum ea habitare conſueuit. Præſ. 106. lib. 4. nu. 3. 264.

Vel potius illam, quæ conuenit qualitati ipſius vxoris. ibi. nu. 7. pag. 265.

Et præſumitur tantum legaſſe ipſi vxori, quantum illa capere poteſt ſecundum conſuetudinem loci. ibi. num. 5.

Teſtator plures habens domos, ſi ſimpliciter legat domum. pręſumitur illam legaſſe, in qua habitare conſueuit. Præſ. 129. lib. 4. num. 1. pag. 310.

Teſtator ſi reliquit certam domum, & ſæpius in eodem teſtamento eius mentio facta eſt, non tamen plus quàm ſemel debetur. Præſ. 128. lib. 4. num. 2. pag. 309.


*Teſtator an & quando præſumatur reliquiſſe ſolum vſumfructum*


TESTATOR an & quando præſumatur reliquiſſe vſumfructum vel alimenta tantùm vxori, hærede extraneo inſtituto. Præſ. 140. lib. 4. num. 1. pag. 328.

Teſtator an & quando pręſumatur reliquiſſe vxori vſumfructum vel alimenta tantùm, filijs iam hęredibus inſtitutis. Pr. 139. lib. 4. num. 1. pag. 323.

Quòd ſi ita dixit: Iam inſtituto hęrede, vxorem meam relinquo dominam & maſſariam, præſumitur reliquiſſe ipſi vxori non dominium bonorum, ſed preæminentiam, quam vxor habebat in domo viuente marito. ibi. num. 2.

Et ſic alimenta tantùm conſequi debet. ibi.

Et quare non ſit cenſenda cohæres. ibi. num. 3.

Teſtator filijs hęredibus inſtitutis, non pręſumitur velle eos priuare vſufructu omnium bonorum, nuda eis relicta proprietate, etſi dixerit, quod vxorem reliquit dominã & vſufructuariam.

fructuariam.ibi.num.5.

Et ſi reliquit ipſam vxorem dominam & vſufructuariam donec vixerit, & poſt eius mortem inſtituit filium, ipſa vxor conſequitur vſumfructum omnium bonorum.ibi.num.7.

Et quid ſi ſimpliciter dixit, Relinquo vxorem meam vſufructuariam omnium bonorum meorum.ibi.num.8.

Teſtator ſi titulo legati reliquit vxori vſumfructum bonorum ſuorum donec viuet, & poſt eius mortem inſtituit filium proprium, nunquid valeat tale legatum, & quomodo cenſeatur grauata ipſa mulier. Prĉſ. 141.lib.4. nume.10. pag.332.

Et quid ſi reliquit ipſam vxorem huiuſmodi titulo dominã & vſufructuariam.ibi.num.11.

Et quid conſequi poſſit d.mulier.ibi.nu.18.& ſeq.

Teſtator ſi inſtituit vxorem donec vixerit, & poſt eius mortem nullum alium inſtituit hęredem, nunquid vſufructuaria præſumatur vxor vel proprietaria. Præſ.141.lib.4.num. 2.pag.331.

Et an d.inſtitutio ſit perpetua, vel grauata onere fideicommiſſi poſt mortem ipſius vxoris.ibi.num.5.

Teſtator ſi titulo inſtitutionis reliquit vxorem vſufructuariam, & poſt eius mortem inſtituit filium nunquid cenſeatur ei reliquiſſe vſumfructum, an proprietatem: & an teſtamentum valeat. Prĉſ.141.lib.4.num.23.& 24.pag.333.

Et quid ſi reliquit vxori vſumfructum donec vixerit, & poſt mortem inſtituit extraneum.ibi.num.25.

Et an valeat tale teſtamentum, vel ipſa mulier conſequatur ſolùm vſumfructum, an verò proprietatem. nume.26.& ſeq.ibid.

Teſtator ſi in eodem teſtamento multa ſimilia legata fecit, loquens de vſufructu, præſumitur in omnibus legaſſe vſumfructum, licèt non expreſſerit in aliquo ipſorum legatorum Præſ.134.lib.4.num.8.pag.317.

Et ſi legauit centum ſingulis annis pro vſufructu, dicitur legatus vſusfructus, non autem proprietas ibi.nu.10.

Teſtator inſtitutis filijs hæredibus ſi aliam perſonam quàm vxoris reliquit omnium bonorum vſufructuariam præſumitur reliquiſſe alimenta tantùm, non autem vſumfructum Præſ.139.lib.4.num.64.pag.327.

Teſtator ſi vna cum filio inſtituit extraneum, & vxorem reliquit vſufructuariam, pro ea hæreditatis prte extraneo relicta, ipſa vxor dicitur vſufructuaria, & proparte filio relicta, alimentaria. Præſ.140.lib.4.num.8.pag.329.

Teſtator ſi reliquit vni vſumfructum, deinde illius rei cuſtodiam alteri committit, dicitur reliquiſſe ſolùm vſum. Præſ. 135.lib.4.num.2.318.

Idem quando reliquit vſumfructum pro indigentia ſeu neceſſitate.ibi.num.3.

Idem ſi multis relictis filijs legauit matri vel vxori vſumfructum.ibi.num.5.

Idem quando reliquit legatario vſumfructum, & iam grauauit hęredem annuis legatis.ibi.num.6.

Idem quando fecit mentionem vſus.ibi.num.7.

Idem quando legauit vſumfructum domus cauſa habitandi. ibi.num.8.

Idem quando dixit, ſe legare fructus, vt de eis poſſit diſponere legatarius pro vſibus ſuis.ibi.num.9.

Teſtator qnando legat domum ad vtendum & fruendum, & ſi prĉſumatur legaſſe proprietatem, ſi tamen legatarius non eſt capax proprietatis, prĉſumitur relictus ſolus vſusfructus. Præſ.106.lib.4.num.8.pag.265.

*Teſtator quando præſumatur voluiſſe grauare hæredem legando.*

Testator non prĉſumitur velle grauare hæredem duplici legato reſtitutionis dotis. Prĉſ.145.libr.4.nume.12. pag.342.

Idem in alijs caſibus.ibi.num.13.

Teſtator non cenſetur in dubio voluiſſe grauare hæredem. Præſ.155.lib.4.num.4.pag.354.

Teſtator præſumitur minus grauare hęredem, quàm ſit poſſibile. Præſ.10.lib.4.num.25.pa.20.& Prĉſ.66.lib.eod num.4. pag.129. & Præſ.106.eodem lib.num.18. & Præſ.132.eo. lib.num.2. & Præſ.150.lib.eo.num.8.pag.349.

Teſtator non præſumitur voluiſſe hæredem grauare duplici onere. Præſ.109.lib.4.num.62.pag.279.& Præſ.193.li.eo. num.29.pag.455.

Teſtator quando mandat moleſtiam non inferri vel controuerſiam hæredi vel legatario, de qua moleſtia & controuerſia intelligatur. Præſ.98.lib.4.num.1.pag.242.

Teſtator an & quando prĉſumatur cenſiſſe de moleſtia tam iudiciali quam extraiudiciali, quando prohibuit moleſtiã inferri hæredi. Præſ.98.lib.4.num.10.pag.243.

Et quid in alijs contractibus.ib.

Teſtator ſi de re aliqua, de qua diſponere non poterat, prohibet inferri moleſtiam hęredi, intelligitur de moleſtia facti tantùm, non iuris. Præſ.98.lib.4.num.3.pag.242.

Teſtator quo caſu non cenſeatur poſuiſſe in conditione nepotes iam natos tempore teſtamenti; & quibus coniecturis Præſ.89.lib.4.num.94.pag.220.

Teſtator non præſumitur poſuiſſe in conditione nepotes ſi ſunt naturales, quando inſtituit filium, & grauauit alij reſtituere. Prĉſ.89.lib.4.num.99.pag.221.

Et confutantur rationes multorum.ibi.num.100.& ſeq.

Teſtator ſi grauauit hæredem ſoluere omnia & quęcunque debita, quæ ipſe habebat in aliquo loco, non ſe extendit legatum ad exiſtentia in alio loco. Præſ.138.libr.4.nume.9. pag.321.

Et ſi legauit ſupellectilia omnia exiſtentia in arca, reſtringitur legatum ad illa tantùm.ibi.num.10.

Teſtator ſi grauauit hęredem inſtitutum reſtituere hæreditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, non prĉſumitur voluiſſe eam conditionem eſſe repetitam in ſubſtitutum. Præſ.178.li.4. num.21.pag.400.

Teſtator quando ſimpliciter grauat hæredem onere fideicõmiſſi, ipſe nihil alienare poteſt, præſumitur enim teſtatorẽ noluiſſe facere actum ſuperuacaneum. Prĉſ.188.lib.4.num. 1.pag.423.

Idem dicendum in fideicommiſſo conditionali, quod alienari non poteſt irreuocabiliter, ſed ſolùm pendente conditione.ibi.num.2.

Teſtator ſi reliquit aliquem vſufructuariam cum poteſtate alienandi, illa poteſtas reſtringitur ad poteſtatem moderatam ad arbitrium boni viri.ib.nu.7 pag.423.

Et ſi prohibuit alienationem bonorũ hæredi vſque ad vigeſimumquintum annum, poſt illam ætatem hęres liberè alienare poterit, etiam teſtando vel donando. ibi.nume.10. pag.424.

Teſtator ſi grauat primo loco vocatum, prĉſumitur etiam quod voluerit grauare vocatum ſecundo loco. Præſ.108.li. 4.num.31.pag.270.

Teſtator non præſumitur filium ſuum liberos habentem grauare de reſtituendo fratri ſuperſtiti. Præſ.169.lib.4.nu. 27.pag.389.

Teſtatoris voluntas, quid bona conſeruentur in agnatione & famil. præſumitur, quando ſubſtituendo vocauit ſolùm maſculos excluſis fœminis, vel quando excluſit à ſucceſſione clericos. Præſ.69.lib.4.num.10.pag.135.

Teſtator ſi dixit, Inſtituo Caium, & ſi is deceſſerit ſine filijs, & ipſi filij ſine filijs, bona reſtituantur Sęio: non prĉſumitur fideicommiſſum iniunctum illis filijs filiorum inſtituti poſitis in conditione, ſed ſolùm Caio inſtituto. Prĉſ.131.li. 4.num.3.pag.313.

Et ſi viuente hęrede inſtituto legauit 100. Caio deinde hęredẽ inſtituit filiũ, cui ſubſtituit Sempronium præſumitur ſolùm grauaſſe hęredem prĉſtare dictum legatũ.ibi.nu.4.

Et ſi grauauit perſonam reprĉſentantem hęredem, proculdubio dicitur legatum iniunctnm hæredi.ibi.num.6.

Et ſi dixit, Lego, fundum Mæuio, & poſt eius mortem lego d.fundum Sempronio quinam cenſeatur grauatus.ibid. num.9.

Et ſi reliquit rem ſemel tantùm præſtandam poſt mortem hæredis inſtituti, nunquid præſtari debeat à ſubſtituto, an ab hæredibus inſtituti.ibi.num.11.

Et ſi fecit legatum ſucceſſiuum, quod prĉſtari poteſt tam à ſubſtituto per fideicommiſſum quam ab ipſo hærede inſtituto à quo cenſeatur relictum.ibi.num.12.pag.314.





*Teſtator quando præſumatur velle adimere conditionem, & velle tollere primum teſtamentum per ſecundum,*

Teſtator præſumitur illam viam eligere, qua ſuum teſtamẽtum valeat. Præſ.10.lib.4.num.8.pag.19.

Teſtator non præſumitur eam viam eligiſſe, qua impugnari poſſet teſtamentum. Præſ.105.lib.4.num.28.pag.264.

Teſtator quando in codicillis adimit conditionem fideicommiſſo, olim adiectam cõſiderandum eſt quibus verbis ipſe vtatur, vt adimatur fideicommiſſum. Pr.169.lib.4.nu. 20.pag.389.

Et altero de trib.modis loqui poteſt, vt ibi.per diſcurſum, & num.ſeq.

Et quando remouet conditionem, cenſetur etiam remouere conditionatum, quando conſtat de eius mente.ibi.nu.30

Teſtator præſumitur potius voluiſſe fideicommiſſum adimere quàm actum inutilem facere, & circuitus permittere. Præſ.169.lib.4.num.12.pag.388.

Teſtator in codicillis non prĉſumitur receſſiſſe à voluntate & diſpoſitione facta in teſtamẽto. Pr.177.li.4.n.4 pag.398.

Teſtator non prĉſumitur per codicillos voluiſſe reuocare teſtamentum. Præſ.37.lib.6.num 8.pag.589.

Teſtator an & quando prĉſumatur voluntatem mutaſſe & reuocaſſe, cum regulariter non præſumatur mutaſſe iam à ſe diſpoſita. Præſ.165.lib.4.num.1.pag.373.

Quòd non præſumitur mutaſſe diſpoſitionem, etiam ſi duas diuerſæ formę diſpoſitiones cõfeciſſet, vt puta teſtamentũ deinde codicillos.ibi.num.9.

Idem dicendum ſi fecit aliquem actum, quo alioqui voluntatis mutatio argui poſſe videretur.ibi.num.10.

Idem quando ceſſauit cauſa impulſiua, ob quam teſtator ipſe ſic diſpoſuit.ibi.num.11.

Secus ſi teſtator conditionem appoſuit.ibi.num.12.

Nec mutaſſe diſpoſitionem præſumitur, etiam quando mutatione tolleretur diſpoſitio odioſa.ibi.num.13.

Et potius error quam voluntatis mutatio in teſtatore præſumitur.ibi.num.14.

Nec præſumitur teſtator mutaſſe voluntatem etiam longo interuallo.ibi.num.15.

Nec etiam quando perſonæ, quibus ipſe reliquit, mutarentur.ibi.num.16.

Teſtator voluntatem mutaſſe præſumitur, quando cauſa finalis diſpoſitionis mutata eſt.ibi.num.17.

Et ſi hęredem inſtituit in fundo, & ei mandauit, quod plus petere non poſſet, intelligitur rebus ſic ſtantibus.ib.n.18.

Et ſi diſpoſuit, filium ſuũ poſſe legitimari ſe mortuo, præſumitur mutaſſe voluntatem, ſi noua cauſa ſuperuenit, puta ingratitudinis.ibi.num.19.

Idem ſi inſtituit primò hæredes partibus inęqualibus deinde in eodem teſtamento dixit, æquè hæredes ſunto. ibi.num. 21.pag.374.

Idem ſi poſt primum teſtamentum cœpit conficere aliud, & impeditus perficere non potuit.ibi.nu.23.

Idem quando ipſe teſtator cancellauit nomen hæredis ex teſtamen.ibi.num.24.

Secus ſi caſu & inopinatè cancellauit.ibi.num.25.

Et præſumitur mutaſſe voluntatẽ, quando concurrunt duę diſpoſitiones, vna tacita & altera expreſſa, & expreſſa tollitur & mutatur, prĉſumitur enim tacita mutata.ib.n.26.& ſeq.

Teſtator non præſumitur mutaſſe voluntatem, quando coactè emancipauit filium, quem reciprocè ſubſtituerat. Prĉſ. 70.lib.4.num.58.pag.112.

Teſtator non prĉſumitur in dubio mutaſſe volntautem. Pr. 167.lib.4.num.2.pag.383.

Teſtator ſi duo conſcripſit teſtamenta diuerſa nec apparet, quod prius vel poſterius cõditum ſit, neutrum valet. Pr.10. lib.4.num.34.pag.20.

Teſtator primum teſtamentum declarare validum prĉſumitur, ſi ipſum potuit mutare & nouum conficere, & non mutauit. Præſ.6.lib.4.num.4.pag.10.

Teſtator ſi remouet onus adiectum legato, cenſetur remouere ipſum legatum. Pr.183.lib.4.num.50.pag.413.

Et ſi onus eſt adiectum per viam modi, remoto ipſo modo, dicitur reuocatum legatum.ibi.num.51.

At ſi apponitur modus per modum conditionis, remota conditione non dicitur reuocatum legatum.ibi.n.52.

Teſtator ſi in ſecũdo teſtamẽto adiecit iuramẽtũ, prĉſumitur prioris voluntatis pœnituiſſe, atque ita omninovoluiſſe tollere præcedens teſtamentum, etiam nulla ſpeciali mentione eius facta. Pr.166.li.4.num.35.pa.379.

Et id etiam ſi primum teſtamentum fuiſſet pariter iuramento roboratũ, quia ſecundũ iuramentũ erit ſeruandũ.ib.n.36

Et ſi iurauit, ſe non reuocaturum teſtamentum, nunquid ſi aliud conficit teſtamentum poſt illud valeat & primum tollat, an verò in dicto ſecundo requiritur ſpecialis derogatio. ibid.num.63.pag.382.

Teſtator reuocando primum teſtamentum dicitur reuocaſſe & mutaſſe omnes clauſulas in eo ſcriptas. Præſ.176.li.4. num.5.pag.397.

Teſtator diſponens teſtari iure communi, ſecundùm quod eius teſtamentum non valeret, ſed iure ſpeciali ſic, tunc ſumitur interpretatio, vt voluerit teſtari iure ſpeciali ne teſtamentum careret viribus. Præſ.10.li.4.num.9.pag.19.

Teſtator ſi inſtituit filiũ adoptiuum vel arrogatum vt legitimum, & appareat, legitimationem minus rectè factam corruit inſtitutio. Præſ.24.li.4.nu.6.pag.36.

Idem, ſi inſtituit filium adoptiuum vel arrogatum tanquam rectè adoptatum vel arrogatum.ibid.num.7.pag.37.

Idem, ſi maritus legauit vxori credens eam legitimam vxorem, quæ non eſt, ſi apparet matrimonium nullum, corruit diſpoſitio.ibid nu.8.

Teſtator ſi legauit, vel hæredem inſtituit ſub modo, qui per hæredem vel legatarium impleri non poteſt, corruit diſpoſitio. Pr.24.li.4.nu.11.pag 37.

Idem, ſi cauſa finalis inſtitutionis ſit obligatoria & ſit falſa. ibid.num.12.

Teſtator filiis carens, vel habere ignorans ſi fecit legata, quæ non feciſſet ſi filios habuiſſet, vel habere ſciuiſſet, aut ſperaſſet ſuſcipere, ſi deinde ſuſcepit filios, præſumitur legata reuocaſſe. Pr.172.li.4.num.3.pa.392.

Teſtator in dignitate poſitus, ſi hæredem fecit ignobilem, & plebeium grauando ipſum, ſi ſine liberis deceſſerit, quod hæreditatem reſtituat alteri plebeio, non præſumitur velle conſeruare nomen & famam familiæ: & ideo etiam viles & naturales ſibi ſuccedere poſſunt. Pr.78.li.4.nu.30.pag.169.

Teſtator paganus ſi pupillariter ſubſt.filio legitimo tantùm nempe adoptiuo, ſuccedit ſubſtitutus ſecundum diſpoſitiotionem l.ſi arrogator ff.de adopt.& l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg. Pr.48.li.4.num.13.pag.87.

Teſtator ſciens quod teſtamenti tempore hæres inſtitutus ab eo & grauatus habeat ſolos filios naturales non præſumitur eos excluſiſſe, ſed de eis ſenſiſſe. P.78.li.4.n.41.pag.170.

Et ſi inſtituit hæredem poſitum in ſacris, eúmque grauauit reſtituere, ſi ſine filiis deceſſerit: de quib.filiis intellexiſſe præſumitur ibid.num.42.

Et an huiuſmodi fideicommiſſum valeat.ibi.& nu.ſeq.

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus nemo poteſt decedere. Præſ.76.li.4.num.10.pag.154.

Teſtatum vel inteſtatum aliquem voluiſſe decedere, colligitur ex procœmio ſcripturæ. Pr.2.li.4.num.13.pag.4.

Teſtimonium an & quando prĉſumatur falſum ob repugnantias & contrarietates. Pr.23.li.5.num.1.pa.511.

Quòd regulariter præſumuntur falſa teſtimonia quando teſtes eadem de re interrogati contraria & repugnantia atteſtati ſunt.ibid.num.2.

Idem quando varia dixerunt teſtimonia, & puniri poſſunt ſicut ij, qui falſum atteſtati ſunt.ibi.num 3.

*Teſtis de quib.atteſtari debeat: quando verum depoſuiſſe dicatur & quando falſum: & quando poßit repelli à teſtificando.*

Teſtis debet atteſtari de his vel quæ vidit, vel quæ ſenſu corporis certa eſſe percepit, aliàs dolus præſumitur, nec ignorantiæ vel erroris excuſatio prodeſt. Pr.22.li.5.n.10.pa.510.

Et non niſi conſulto & deliberatione præcedente iuſiurandum aliquod ſubire debet.ibid.num.11.

Teſtis fides augetur ob eius mortem Pr.5.li.5.n.13.pa.488.

Teſtium examinatio ſi fuit impedita à conſanguineo illius, contra quem teſtes fuerunt producti, præſumitur facta volente ipſo conſanguineo, ſi modo fuit impedimentum ſucceſſiuum. Præſ.27.li.5.nu.13.pag.515.

Teſtes aſſignantes concludentem rationem præferuntur iis, qui dicunt ſe ſcire, quia vel vicini vel coniuncti ſunt. Præſ. 24.li.6.num 48.pag.577.
Nec defertur iuramentum in ſupplementum.ibid.nu.49.
Teſtis ſi requiritur quod ſi ſciens & peritus huiuſmodi qualitas eſt expreſſim probanda cum à iure non præſumatur. Præſ.91.li.6.num.19.pag.664.
Teſtium dicta ſunt iuuanda vt cōueniant, non autem ſunt cauillanda. Præſ.23.li.5.num.12.pag.511.
Teſtis iuſta eſt excuſatio, quando dixit, ſe aliqua de re non recordari ob id, quod paſſus eſt infirmitatem, Præſ.32.li.6. num.4.pa.584.
Idem ſi ſe excuſat, quod ob lapſum temporis memoria non teneat aliqua verba, quæ ab aliquo iam audiuit.ibid.num.5.
Teſtis ſi dixit ſe ſcire, quia publicè audiuit, præſumitur quod audierit in loco vbi publicè dicitur.Præſ.21.li.6.n.2.pa.568.
Et ſi dixit ſe ſcire, quia fuit præſens, optimè probat, licèt non dicat quod audiuerit vel intellexerit.ibid.num.3.
Teſtis deponens, quod ſcit quia eſt vicinus, rectè probat.Pr. 24.li.6.num.16.pag.576.
At ſi quis vult probare aliquem ſciuiſſe, non ſufficit dicere, Ille ſciuit quia erat vicinus: ſed debet addere quod in vicinia id erat per famam cognitum.ibid.num.17.
Teſtis, qui tanquam vicinus vel coniunctus teſtimonium dicit, ſi interrogatus an cum eo vicino conſueuerit, reſpondit non conſueuiſſe, eius teſtimonio fides non adhibetur.Præſ. 24.li.6.num.38.pag.577.
Teſtis dictum in aliqua ſui parte falſum, an & quando in cæteris partibus falſum præſumatur.Pr.22.li 5.nu.1.pag.509.
Quod ſi teſtis dixit falſum in aliqua parte principali ſeu ſubſtantiali ipſius negotiis controuerſi, in cęteris quoque partibus falſum dixiſſe præſumitur.ibid.num.2.
Teſtes ſi atteſtantur de his, quæ per ætatem ſcire non potuerunt, præciſè non ex hoc falſum dixiſſe cenſentur.P.23.li.5. num.15.pag.511.
Idem quando eſſent varij & contrarij in aliquibus accidentalibus & acceſſorij.ibid.num.16.
Minuitur autem eorum fides ibid.num.17.
Teſtes non præſumuntur falſi, quando ob nimiam incertitudinem veritas ignoratur, & hinc inde producti ſunt inuicem contrarij ibid.num.18.
Idem quando ignorantia & fatuitas potius quàm malitia & dolus ex qualitate perſonæ conijcitur.ibid.nu.19.
Idem in varietate & diuerſitate verborum, quæ tamē eadem ſunt in ſubſtantia.ibid.num.20.
Teſtis deponens falſum in ſola ratione ſui dicti & teſtimonij, præſumitur in omnibus periurus, & corruit in totum eius teſtimonium.Præſ.22.li.5.num.23.pag.510.
Euitat autem pœnam falſi.ibid.nu.24.
Teſtis falſitas in vno articulo arguit falſitatem in cæteris atteſtationibus aliorum capitulorum.Pr.22.li.5.nu.4.pa.509.
Idem ſi in modico etiam eſſet falcitas.ibid.num.5.
Idem in teſtimonio in alia cauſa prolato ratione periurij.ibi. num.6.
Teſtis dictum in aliqua parte falſum, totum falſum cenſetur etiam ſi prolatum eſſet pro cauſa pia.ibid.num.8.
Idem ſi ignoranter & per errorem falſum eſſet prolatum.ibi. num.9.
Teſtis falſum deponens aduerſus naturam diuinaque iura delinquit, vnde ignorantia eum non excuſat.Præſ.22 li.5.nu. 12.pag.510.
Diſtingue, vt ibid.num.13.& num.14.vbi oſtenditur, quod probabilis ignorantia vel cauſa erroris poteſt ipſum teſtem excuſare q uæ relinquitur iudicis arbitrio.ibid.
Teſtis falſum dicens in diuerſis atteſtationibus nullo pacto excuſatur à periurio.ibid num.15.
Teſtis dictum in vna parte falſum non vitiatur cæteris partibus in his, quæ mediatè, ſicque remotè ſpectant ad negocium.Præſ.22.li.5.num.16.pag.ead.
Idem quando deponeret de peritia artis, & conuinceretur per alios teſtes peritiores, quod minus rectè teſtimonium dixiſſet.ibid.num.17.
Teſtis falſitas citra accidentia & circunſtantias, quæ nullo modo tāgūt negotium, nec qualificant eius dictum non vitiat eius teſtimonium in cęteris partibus prolatum. Pręſ.22. li.5.num.19.pag.ead.
Secus quando ipſe teſtis iurauit dicere veritatem ſuper omnibus, de quibus interrogabitur.ibid.num 21.
Idem quoad accidentias & circūſtātias, quæ ad cauſam ipſam faciunt.ibid.num.22.
Teſtis, qui confeſſus eſt aliquid quod prima facie eſt crimen, ſi in aliquod caſu poteſt eſſe non crimen, non repellitur tanquam criminoſus à ferēdo teſtimonio: eius autem fides pro iudicis arbitrio minuitur.Præſ.3.li.5.num.119.pag.486.
Teſtis ſi moriens dicat ſe falſum teſtimonium dixiſſe ſibi nō creditur ad præiudicium, eius, pro quo lata eſt ſententia.Pr. 5.li.5.num.18.pag.488.
Teſtis repugnantia & varietas efficit, vt nulla ipſius atteſtationi fides adhibeatur.Præſ.23.li.5.num.4 pag.511.
Et teſtis dictū variū nec etiā pro pia cauſa fidē facit.ibi.nu.6.
Teſtis varietas & repugnantia in dicto ſuo tolerabilis non viciat eius teſtimonium, vt ſi proueniat ex cauſa obliuionis temporis.ibid.num.8.
Idē qn̄ dicta pugnantia & contraria poſſunt cōciliari.ib.n.9.
Et quomodo poſſint conciliari.ibid.num.10.& ſeq.
Teſtes in dubio præſumūtur eſſe cōteſtes.P.23.li.5.n.13.p.ea
Secus ſi deponant de tempore, quia præſumuntur ſingulares ibid.num.14.
Teſtes cenſentur conteſtes, etiam ſi vnus deponat de actu cauſa deſignatione loci & temporis, & alter non.Præſ.15. li.6.num.16.pag 563.
Teſtem tanquam inimicum qui vult repellere, debet ipſam inimicitiam, & certam ipſius inimicitiæ cauſam probare. Pr.43.li.5.num.2 pag.536.
Teſtium nomina propria in teſtamentis deſcribenda ſunt cum duab. qualitatibus, aliàs non dicuntur legitimè deſcripti.Pr.15.li.6.num.41.pag.564.
Teſtis aſſerens aliquem eſſe hæreticum, & dicens hoc ſcire quia vicinus eſt, probat.Pr.24.li.6.num.24.pa.576.
Declara, vt ib.num.25.
Teſtibus atteſtantibus aliquem eſſe ſanæ mentis magis creditur, quàm atteſtantibus eſſe inſanæ mentis.Præſ.45.li.6. num.21.pag.603.
Teſtes domeſtici & familiares admittuntur ad accuſati defenſionem, qui aliàs non admitterentur.P.3.li.5.n 51.p.483.
Teſtibus nobilibus plus creditur quam ignobilibus.Præſ.59. li.6.num.9.pag.633.
Teſtis periurus ſemel, peracta pœnitentia admittitur adhuc ad teſtimonium.Præſ.32.li.5.num.35.pag.525.
Teſtes in teſtamento adhibendi debent eſſe rogati à teſtatore & quomodo ſufficiat eos eſſe rogatos.Præſ.8.lib.4.num. 13.pag.14.
Teſtes in teſtamento deſcripti præſumuntur rogati.Præſ.9. li.4.num.2.pag.17.
Teſtes ſenes ſunt domi examinandi.Præſ.46.lib.6.num.25. pag.607.
Textus quando repugnat rubricæ, magis attenditur ipſe textus, quàm rubrica.Præſ.2.li.6.num.17.pag.550.
Tex.l.nutu.de lega.3.quando habeat locum.Præſ.105.lib.4. num.10.pag.263.
Theofilius medicus infirmitate detentus in angulis domus occinentes arbitrabatur adeſſe tibicines & cantores.Præſ. 45.li.6.num.49.pag 604.
Theſaurus verè & propriè eſt pecunia ab ignotis domini ſupra hominum memoriam repoſita, quæ fit ſic eius, qui eam inuenit, quod non poſſit eſſe alterius abſque eius conſenſu. Præſ.30.li.5.num.5.pag.520.
Theſaurus non dicitur, quod vel lucri cauſa, vel metus cuſtodiæue quis ſubtus terram condiderit, & eius inuentor dicitur furtum committere.ibid.num.6.
Theſauri inuentor ſi inuenit illud non in loco proprio, ſed alieno, tenetur dare dimidiam domino fundi, & hoc ſi caſu inuenit; ſi verò data opera inuenit, totum domino fundi tenetur reſtituere.ibid.num.7.
Si verò arte magica inuenit etiam in fundo proprio, Cęſari & fiſco reſtituere debet.ibid.pag.521.
Quid autem ſi in loco ſacro religioſóue eſt inuentum. ibid. num.8.

Thomas



Thomas Contarenus diui Marci procurator nonageſimum ſextum annum robuſtus impleuit: & alius Thomas Contarenus 1578.procurator nonageſimum quintum integris penè viribus attigit.Præſ.46.li.6.num.19.pag.607.
Thraſylli inſania maxima, à qua abſolutus narrabat ſe nunquam vixiſſe iucundius.Pr.45.li.6.num.52.pag.604.
Timantes Cleoneus atheleta ſenio confectus in furorem lapſus ſeipſum interfecit, ex eo quod complicare non poterat arcum, quem iuuenis intendebat. Præſ. 45.lib.6.num. 14.pag.602.
Titulus acquiritur & præſumitur ex lōga præſtatione.Præſ. 182.li.4 num.11.pa.409.
Titulus quando in aliquo caſu eſt neceſſarius poſſeſſio etiam longiſſimi temporis ius non tribuit.Præſ.76.li.6.n.6.p.651.
Titulus quantuncunque ſit erroneus, oſtendit animum, & intentionem poſſidentis Pr.67.li 6.num.8.pa.644.
Toga olim erat: quæ tunicis ſuperimponebatur, & erat propria ciuium Romanorum.Pr.161.li.4.num.3.pag.366.
Toga prætexta quæ olim eſſet.Pr.161.li.4.num.8.pa.ead.
Topiarij ſunt artifices fruticum & herbarum in varias figuras conformandarum.Pr.154.li.4.num.27.pa.354.
Toralia qui ſint.Præſ.160.li.4.num.10.pag.364.
Torniellus acutiſſimus Iuriſconſ.ſemper habitus eſt.Præſ. 71.li.4.num.19.pa.143.
de Toto quoad totum idem iudicatur, quod de parte.Præſ. 198.li.4.num.28.pa.468.
Totius quò ad totum idem iuris eſt, quod de parte quò ad partem.Pr.89.li.4.num.29.pag.212.
Tranſactio vel ceſſio facta ſtatim poſt contractum emancipationis & venditionis, præſumitur facta reſpectu & cauſa ipſius contractus.Pr.12.li.6.num.20.pa.560.
Tranſitus eſt facilior in habentibus ſimbolum.Præſ.85.li 4. num.7.pag.198.
Tranſmiſſio fideicommiſſi & legati quando locum habeat. Præſ.201.li.4.num.2.pag.472.
Tranſuerſales dicuntur quodammodo extranei.Præſ.16.li.4. num.12.pag.25.
Trapezophoræ erant menſæ magno ornatu, quæ effictis imaginibus ſuſtinebantur.Pr.160.li.4.num.9.pag.364.

*Trebellianicæ detractio an & quando prohiberi poßit: & de quibus detrahi poßit & Falcidia.*

Trebellianicæ detractio an poſſit à teſtatore prohiberi.Pręſ. 198.li.4.num.3.pag.466.
Quòd ex receptiori opinione prohiberi poteſt.ibid.nu.4.
Et id procedit etiam in filijs primi gradus fideicommiſſo grauatis, vt poſſit adhuc pater prohibere, ne illi Trebellianicam deducent.ibid.num.5.
Quæ detractio ita prohiberi poteſt in codicillis ſicut in teſtamentis.ibid.num.6.
Trebellianicæ & Falcidiæ detractio tacitè etiam & ex coniecturata mente teſtatoris cenſetur prohibita, ſi coniecturæ apparent.ibid.num.10.
Et præſertim tunc cenſetur prohibita, quando teſtator mandauit reſtitui omnia bona.ibid.num.11.
Idem ſi teſtator dixit, Reſtituat hæres hæreditatem pleno iure: & tres doctorum opiniones afferuntur per diſcurſum.ib. num.12.pag.467.
Vbi num.13.probatur verior opinio.
Idem quando teſtator mandauit reſtitui integram hæreditatem.ibid.num.14.
Idem quando mādauit reſtitui totam hæreditatē ſuā.ib.n.15.
Idem quando mandauit reſtitui hæreditatem ſine aliqua diminutione.ibid.num.16.
Idem quando teſtator mandauit hæredi grauato, vt hæreditatem reſtituat, deductis centum, & quod plus deducere & detrahere non poſſit.ibid.num.17.
Idem quando aliquid reliquit ipſi grauato pro omni & toto, quod ipſe poſſet petere in ſuis bonis.ibi.num.18.
Idem quando teſtator vſus eſt verbis geminatis, vt ſi mandauit reſtitui totam & integram hæreditatem.ibid.num.19.
Idem quando mandauit, quod hæres grauatus reſtituat quæcunque bona ad eum peruenta.ibid.num.20.
Idem quando dixit, Bona mea reſtituantur Caio, quem volo ea libera habere.ibid.num.22.
Idem ſi dixit, quod fideicommiſſarius habere debeat bona ſine aliquo onere.ibi.num.23.
Trebellianicæ & falcidiæ deductio prohibita cenſetur ex modo reſtitutionis bonorum, vt ſi teſtator mandauit grauato, vt aliquid faceret, & niſi faciat, quod cadat ab hæreditate, vt pro non inſtituto habeatur.Præſ.198.li.4.num.24. pag.468.
Et cenſetur etiam prohibita ex qualitate fideicommiſſi, vt ſi teſtator bona fideicōmiſſo ſubiecta prohib uit quouis modo alienari.ibid.num.25.
Intellige, ſi prohibuit alienari certa bona, ex quib. nec Falcidia nec Trebellianica detrahi nullo modo poterit.ib.n.26.
Si autem prohibuit alienationem omnium bonorum, quæ reſtitui voluit fideicommiſſario, ſunt doctorum variæ opiniones.ibid.num.27.& ſeq.
Cenſetur etiam prohibita ex coniectura, quæ colligitur ex clauſula.omni meliori modo: ex qua voluit teſtator teſtamentum ſortiri plenum effectum.ibid.num.31.
Idem quando teſtator ſubſtituit directò, & adiecit clauſulam codicillarem, quod ſi non valet vel valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum: & ſic hæres ſit grauatus reſtituere per fideicommiſſum ſubſtituto.ibid.num.32.
Trebellianica non detrahitur ex prohibita alienatione quotæ hæreditatis vel bonorum.Pr.198.lib.4.num.30.pag.ead.
Trebellianica & Falcidia non poteſt deduci, quando directè hæreditas debet reſtitui.Præſ.198.li.4.num.33.pag.ead.
Sed dubia redditur hæc opinio.ibi.nu.34.
Trebellianicæ detractionis prohibitio arguit teſtatorē voluiſſe conſtituere fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis & familiæ.Pr.85.li.4.num.21.pag.200.
Triticum ſumitur aliquando in genere aliquando in ſpecie. Præſ.151.lib.4.num.3.pag.350.
Trulla quid ſit.Pr.160.li.4.num.11.pag.364.
Tulliola M.Ciceronis filia periit in ipſo puerperio, abortum faciens.Pr.52.li.6.num.14.pag.619.
Tunica erat veſtis, cui toga ſuperimponatur.Pr.161.li.4.n.4. pag.366.
Turpitudinem ſuam nemo detegere tenetur.Pr.1.li.5.nu.25. pag.475.
Tulcis enumeratur inter motus vehementiores.Pręſ.52.li.6. num.21.pag.619.
Tutelæ datio facta à patre filiis non extenditur ad filium, quem pater ignorabat habere.Pr.26.li.4.nu.24.pag.41.
Tutela licèt ſit fauorabilis ex parte pupillorum quibus datur tutor reſpectu tamen ipſius tutoris eſt odioſa, quia continet onus.Pr.26.li.4.nu.25.pag.ead.
Et in ea ſit ſtricta interpretatio.ibid.
Tutela vitiatur, ſi ex duobus eiuſdem nominis, non conſtat quis datus ſit tutor.Pr.25.lib.4 num.7.pa.38.

*Tutores vel curatores quid ſeruare debeant in confectione inuentarij: an eis poßit relinqui qui poßint eſſe tutores & quando præſumantur tutores in dolo.*

Tutor vel curator repræſentat hęredem, non autem ſubſtitutum.Pr.131.lib.4.num.7.pag.313.
Tutor præſumitur ſcire ætatem pupilli.Pręſ.24.lib.6.nu.20. pag.576.
Tutor præſumitur ſcire facta pupilli, cuius bona adminiſtrauit.Pr.23.li.6.nu.67.pa.573.
Tutores vel curatores in confectione inuentarij bonorum pupilli, quorum adminiſtrationem ſuſcepturi ſunt non pręſumuntur pati, vt deſcribantur eorum propria bona inter illa pupilli vel adulti.Præſ.97.li.6.num.1.pag.671.
Si autem in ſcriptura etiam priuata aſſerant, rem eorum propriam eſſe pupilli vel adulti, præſumptionem habent contra ſe iuris & de iure.ibid.num.4.
Et ſicuti contra eos agi poteſt ex ſolo inuentario, ita etiam agi poterit ex confeſſione in ſcriptura priuata facta.ib.nu.5.
Sed habet id locum quò ad bona mobilia quæ ſic inuentario deſcripta præſumuntur pupilli: ſecus verò in immobilibus ibid.num.6.
Et ſecus quo ad probationes indirectas, quæ aduerſus huiuſmodi præſumptionem iuris & de iure admittuntur.ib.n.7.

XX 2 Et ſecus

Et ſecus in aliis probationibus quæ aduerſus præſumptiones iuris & de iure admitti ſolent.ibid.num.8.

Tutoris vel curatoris negligentia in non conficiendo inuentario non mediocriter eſt reprehendenda & coercenda.Pr. 97.li.6.num.10.pag.671.

Sunt enim tales vt ſuſpecti remouendi ab adminiſtratione, & notantur infamia, & aliis pœnis iam à lege ſancitis ſunt plectendi.ibid.nu.11.

Et aliis autem cauſis non remouentur ab adminiſtratione, ſed ipſis dantur adiuncti, niſi ob manifeſtum dolum ſuſpecti ſint.ibid.num.12.

Tutor hodie non poteſt conſequi legatum, niſi onus tutelæ ſuſcipiat, etſi teſtatori ſit ſanguine coniunctus.Pr.124.li.4. num.7.pag.303.

Vt tamen perdat legatum, ſi recuſat tutelæ adminiſtrationem, requiritur quòd fuerit monitus & interpellatus ad ſuſcipiendum onus.ibid.num.8.

Nec priuatur legato, ſi recuſat tutelæ adminiſtrationem, ſi dictum legatum ſit à ſe alteri reſtituendum.ibid.num.9.

Tutor non poteſt dari in codicillis, niſi teſtamento confirmetur.Præſ.26.li.4.num.29.pa.42.

Tutore dato certæ rei vitiatur tutela.Pr.26.lib.4.n.26.pa.41.

Tutor poteſt ducere pupillam in vxorem, quam aliàs ducere non poteſt, ſi pater in teſtamento eam facultatem dedit. Pr.189.li.4.num.47.pa.432.

Tutor arguitur in dolo, quando alienauit bona pupilli, non obſeruatis iuris ſolennitatibus.Pr.3.li.5.num.79.pa.484.

Tutor vel adminiſtrator, qui reliquatum non reſtituit, in mala fide eſſe cenſetur.Præſ.3.li.5 num.93 .pag.485.

Tutor qui non deſcripſit bona pupilli in inuentario, dicitur non ſeruaſſe promiſſa, & præſumitur in dolo.Pr.3.li.5.num. 67.pa.484.

Tutori ſi obiiciatur, quod non confecit inuentarium, hæc exceptio reddit ipſum illegitimum, ne in iudicio agat: & ideo ipſe probare debet ſe inuentarium confeciſſe. Pr.104. li.4.num.15.pag.261.

Tutor non præſumitur factus diues ex bonis pupilli à ſe adminiſtratis.Pr.28.li.6.num.2 pag.581.

Tutor non præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis pupilli.Præſ.2. li.5.nu.8.pa.477.


## V.


VALERIVS Coruinus centeſimum annum integris viribus compleuit.Pr.46.li.6.num.16.pa.607.

Qui tres & viginti annos natus conſul creatus eſt, & res maximas geſſit.Præſ.48.eo.li.num 7.pag.608.

Varietas & repugnantia in teſte arguit dolum, & ideo tenetur de falſo.Pr.23.li.5.num.7.pag.511.

Vaſorum nomine quæ contineantur.Pr.162.li.4.n.11.p.368.

Vaſa delphica quæ dicantur.Pr.160.li.4.num.7.364.

Vaſa promulſidaria quæ dicantur.Pr.162.li.4.nu.12.pa.368.


*Vaſallus qualis eſſe debeat erga dominum: & quando poſſit feudum alienare.*


Vaſalli erga Dominum maxima debet eſſe beneuolentia, & plus aliquando debet vaſallus domino quàm proprio parenti.Præſ.19.li.5.num.1.502.

Et inter multa, quæ vaſallus domino præſtare tenetur, vnum hoc eſt maximum, quod eius arcana non pandat: quod eſt grauiſſimum crimen, Imo qui retexit, domini maieſtatem læſiſſe dicitur.ibid.nu.2.& 3.

Et cum tale crimen committit, infidelis domino extitiſſe dicitur, & ob id feudo priuari poteſt.ibid.nu.4.

Vaſallus quod priuetur feudo.eo quod arcana domini detexerit, quæ concurrere debeant.ibid.nu.5.

Et quod animo damnificandi dominum ea detexerit, quomodo probari poſſit.ibid.nu.6.pag.503.

Vaſallus qui ſecreta domini pandit, quomodo excuſari poſſit coniecturis, quod non animo damnificandi dominum ea detexerit.ibid.num.7.& ſeq.

Et ſi detexit arcana domini, & eſt dubium nunquid animo damnificandi id fecerit, quid agendum ibid.num.10.

Vaſalli, qui tenentur opem ferre domino in bello non excuſantur, ſi cùm potuerunt, auxilium non attulerunt.Pr.28. li.5.nu.8.517.

Vaſallus & ſeruus dicuntur opem tuliſſe domino non ſolum quando ſeruauerunt ipſum dominum, verùm & quando fecerunt quicquid potuerunt vt ſeruarent & defenderent, ibid.num.9.

Vaſallus excuſatur, nec feudum admittit, ſi vel opem non tulit domino vel eum deſeruit, vt propriæ ſaluti conſuleret. ibid.num.14.

Idem ſi metu amiſſionis bonorum partes domini deſeruit, & eius hoſtem ſecutus eſt.ibid.num.15.

Vaſallus, qui dominum odio proſequebatur, præſumitur eius arcana ad eiuſdem domini damnum retexiſſe.Præſ.29.li.6. nu 27.583.

Vaſallus, qui reuelauit ſecreta domini, præſumitur, id feciſſe, vt damnum afferret domino.Pr.32.lib.5.nu.26.5.pag 255.

Vaſallus non minus debet feudum perdere, cùm famam domini ſui non tuetur, quàm ſi non defendit eius vitam.Præſ. 49.li.5.num.7.545.

Vaſallo non eſt adhibenda fides aſſerenti ac probanti aliquid geſtum fuiſſe aduerſus rationem iuris feudi.Præſ.31.li. 6.num.3.pag.584.

Vaſallus ſi habuit licentiam à domino, vt poſſit alienare feudum, præſumitur conceſſa d. licentia, ſecundum ipſius feudi naturam, vt poſſit alienare impetrato aſſenſu domini.Pr. 10.li.6.num 6.pag.558.

Vaſallus nihil diſponere poteſt de re feudali in præiudicium domini, vel agnatorum, ad quos feudum reuerti debet, ſi feudum eſt ex pacto & prouidentia.Præſ.142.li.4.num.5. pag.337.

Vdones ſunt veſtes vndulatæ.Pr.161.li.4.num.18.366.

Vectigalium redditus continentur inter fructus iurium & actionum, qui continentur in legato vſusfructus omnium bonorum.Præſ.142.lib.4.num.21.pa.337.

Inter velle & nolle datur medium non velle.Præſ.100.lib.4. num.21.pag.247.

Velle nemo præſumitur niſi id quod dicit.Præſ.35.li.6.n.12. 586.

Velle nemo præſumitur, quod iure facere non poteſt. Præſ. 142.li.4.num.7.pag.337.

Velle in vltimis voluntatibus dicitur is, qui moritur.Præſ.90. li.4.num.2.pa.229.

Velle fauore dotis is dicitur, qui decedit.ibid.num.3.

Velle cõtractibus & ſententiis non dicitur moriens.ib.n.4.

Vendens bona hæreditaria, quæ ſeruando ſeruari poſſunt dicitur hæreditatem adiuiſſe.Pr.101.li.4.nu.13.pa.250.

Vendens rem ſuppreſſo eius vitio, quod ſi emptor cognouiſſet eam non emiſſet, præſumitur in dolo, & puniri poteſt pœna extraordinaria.Præſ.3.li.5.num.73.pag.484.

Venditio rei ſi non apparet an facta ſit ante vel poſt litis conteſtationem, præſumitur facta ante.Pr.7.li.6.nu.9.pa.557.

Veneti & Raguſini propriis viuunt legibus, non autem Romanis.Præſ.18.li.4.num.41.pag.30.

Venetorum lege ſancitum eſt, mulierem cenſeri indignam ex patre vili & mechanico natam, quæ ſi viro nobili Veneto copuletur matrimonio, ſuſcepti inde maſculi nobiles eſſe non poſſunt.Præſ.189.li.4.nu8 pam.8.435.

Venientes ab inteſtato cenentur tacitè vocati à teſtatore, & dicuntur fictè ſuccedere, & improprie morientis diſpoſitione, proprie autem legis diſpoſitione.Pr.76.li.4.nu.5.pa.154.

Venter non dicitur, niſi cum mulier eſt prægnans.Præſ.21. li.4.num.20.pag.33.

Ventre vxoris ſimpliciter inſtituto non cenſeri vocatũ poſthumum ex alia vxore.Præſ.21.li.4.num.17.pa.ead.


*Verba quid ſint, quomodo proferri debeant ad quæ extendantur: quomodo intelligi aut interpretari debeant quando improprientur: & quis ſit eorum effectus.*


Verba ſunt notæ paſſionum animi.Pr.34.li.4.nu.22.pag.53.

Verba ſub iugo mentis conſiſtunt tanquam ſub proprio originali & digniori.Pr.35.li.6.nu.10.pag.586.

Et ſunt mentis euidentiſſimum teſtimonium.ibid.nu.15.pa. 587.

Præſumptiuè autem non verè declarant loquentis animum. ibid.num.17.

Verborum tres ſunt ſpecies: ſignificant aliqua actum momẽtaneum, aliqua ſucceſſiuum, & quædam vtrunque demonſtrare ſolent.Præſ.187.li.4.num.1.pag.421.

Et quæ ſint quæ ſignificent actum momentaneum.ibid.nu.2.

Et quæ actum ſucceſſiuum.ibid.nu.7.pag.422.

Et quæ ſignificent tam actum momentaneum quàm ſucceſſiuum.ibid.num.13.

Verba aliquando viua voce, aliquando ſcriptis proferri ſolent, ſed nulla eſt differentia quò ad effectum adeundæ hæreditatis: & in quibus differant.Pr.100.li.4.nu.2.pa.246.

Verba non extenduntur vltra ſignificationem ſuam.Pr.100. li.4.num.28.pag.248.

Verbum debet declarare illud, ad quod refertur, non aliud. Præſ.127.li.4.num.22.pa.308.

Verba debent intelligi naturaliter & non ciuiliter.Præſ.81. li.4.num.19.pa.181.

Verba debent intelligi propriè.Pr.178.li.4.num.3.pag.399.

Verba intelligenda ſunt in proprio ſignificatu.Præſ.62.li.4. num.33.pag.119.

Verba debent intelligi propriè, & verè, non autem fictè & impropriè.Pr.76.li.4.num.8.pag.154.

Verba intelligi debent ſecundùm conditionem perſonę ad quam diriguntur.Pr.78.li.4.num.40.& 47.pag.170.& 171.

Verba intelligi debent ſecundum conditionem & qualitatem perſonæ diſponentis.Pr.85.li.4.num.5.pag.198.

Verba ita debent intelligi, ne ſonent in delictum.Pr.2.li.5. num.7.pa.477.

Verba in dubio intelliguntur demonſtratiuè non autem diſpoſitiuè.Præſ.51.li.4.num.11.pag.91.

Verba intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam vt illi conueniant.Præſ.133.li.4.num.5.pa.316.

Verba in dubio interpretari debẽt in meliorem ac benigniorem ſenſum.Pr.39.li.4.num.44.pa.74.

Verba in qualibet diſpoſitione ita ſunt interpretanda, vt aliquid operentur.Præſ.173.li.4.num.15.pag.393.

Verba interpretari debent ſecundum conſuetudinem & ſtatuta loci.Præſ.141.li.4.num.19.pag.333.

Verba quando ſignificare poſſunt aliquam ſpeciem ſubſtitutionis & perſona cui fit ſubſtitutio compatitur, talis præſumitur, & interpretatur.Præſ.34.li.4.num.25.pa.53.

Verba impropriantur, vt actus & diſpoſitio valeat & ſubſtineatur.Præſ.70.li.4.num.10.pag.19.

Verba poſſunt impropriari, vt euitetur falſum.Pr. 23.li.5.nu. 11.pag.511.

Verba impropriantur, vt conueniant ſubiectæ materiæ.Pr. 139.li.4.nu.12.pa.324.

Verba quando ſunt clara, non eſt ab ipſa proprietate ſermonis recedendum.Pr.139.li.4.num.9.pag.323.

Receditur ab ipſa proprietate ob veriſimilem mentem teſtatoris.ibid.num.11.pa.324.

Verba quando non poſſunt verificari in iure expreſsè conſtituto, verificantur in iure differenti, vt actus valeat.Præſ.4.li. 6.num.8.pa.552.

Verborum captatio in ſponſionibus quæ fiunt ludẽdo, ex natura actus licita videtur.Pr.3.li.5.num.40.pa.482.

Verborum geminatio operatur maiorem effectum, & habet maiorem emphaſim.Pr.81.li.4.num.24.pa.182.

Verborum geminatio efficacius operatur.Pr.34.li.4.nu.42. pag.55.

Verba aliquando admittunt caſum, qui intentionis defectu excluditur.Præſ.34.li.4.num.30.pa.53.

Verba eandem diſpoſitionem in ſingulis partibus orationis implicant.Pr.76.li.4.num.3.pag.154.

Et ibid declaratur l.Lucius.la.2.ff.de hæred.inſtit.

Verbi alicuius detractio in inſtitutione, vel ſubſtitutione an ſit permiſſa.Pr.34.li.4.num.41.pag.55.

Quod duorum verborum detractio non ſit licita numero ſequenti nec ſuppletio.

Verba conditionalia an aliquid diſponant.Præſ.76.li.4.num. 22.pag.156.

Verba, quæ important diminutionem, non debent interpretari, vt augeant effectum ipſorum verborum.Pr.139.li.4 num.25.pag.324.

Verba directa ciuilia quæ dicantur.Præſ.55.li.4.n.4.pag.100.

Verba directa naturalia quæ ſint.Pr.55.li.4.num.5.pag.ead.

Verba directa ciuilia an ſint ita apta ad hæredis inſtitutionem ſicut directa naturalia.Pr.55.li.4.num.7.pag.ead.

Verbum ciuile directum non trahitur ad aliquam ſignificationem.Præſ.34.li.4.num.43.pag.55.

Verba dubia applicari debent illi extremo, quod eſt potentius & quando hoc procedat.Pr.54.li.4.num.8.pag.97.

Verba dubia interpretari debent ab illo, qui illa pronunciauit.Pr.100.li.4.num.30.pa.248.

Verba dubia ex ſubſequentibus declarantur.Præſ.54.li.4.n. 24.pag 99.

Verba dubia principis, qui aliquid conceſſit, ab euentu, ſubſecuto facto, vel obſeruantia declarantur.Præſ.35.li.6.nu. 33.pag.587.

Verba generalia qui ſint apta comprehendere.Pr.53.li.4.n. 2.pag.95.

Verba hæretica proferens, etſi neget intentionem, ſi eſt ſuſpecto genere vel patria, præſumitur malè ſentire de fide.Pr. 3.li 5.num.101.pag.485.

Verba hæretica ſi quis protulit, interrogatus autem negat, ſe eo animo protuliſſe, vt crederet eſſe hæretica, non præſumitur hæreticus, vt tanquàm talis puniri debeat, ſed torquẽdus eſt ad declarandam credulitatem ſuam.Præſ.6.lib.5.nu. 3.pag.490.

Intellige, niſi aliqua ſiniſtra præſumptio vel ſuſpicio eſſet aduerſus hunc talia proferentem.ibid.num.4.pa.ead.

Verba indefinita quæ dicantur.Pr.127.li.4.num.34.pa.309.

Verba legis in dubio ſemper aliquid operantur.Pr.37.li.4.n. 5 pag.64.

Verba ſignificantia modum vel conditionem quæ ſint, remiſſiuè.Pr.175.li.4.num.17.pa.397.

Verbis narratiuis ſummi Pontificis eſt credendum quando Pontifex narrat facta coram ſe, vel à ſeipſo, ſecus ſi ab aliis. Præſ.91.li.6.num.24.pa.664.

Idem quando Papa aſſerit ita eſſe quod narrat ibid.nu.25.

Verba reſcripti debent ita intelligi vt aliquid operentur.Pr. 91.li.6.num.14.pag.663.

Verbum reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat, an & quando non procedat hæc regula.Præſ.36.li.4. num.36.pa.61.

Verbum reſpiciens vnam perſonam variat ſecuti variat illius perſonæ qualitas.Præſ.54.li.4.num.7.pa.97.

Verbum reſpiciens plura tempora æqualiter debet determinare, ſecuti & reſpiciens plures perſonas.Præſ.54.li.4. nu.14.pa.98.

Argumentum de perſona ad tempus procedit.ibid.

Verbum ſpeciale quando adiicitur generali, reſtringit ipſius generalis ſignificationem.Præſump.60.lib.4.nume.50.pag. 111.

Verba præſentis temporis regulariter futura non comprehendunt.Pr.127.li.4 num.7.pa.307.

Imò in dubio ſi præſens & futurum ſignificant, non comprehendunt futura.ibid.

Verba præſentis temporis non important conditionem, & ideo non trahuntur ad futurum ſed operantur circa vitium præſens.Pr.32.li.4.nu.5.pa.47.

Verba præſentis temporis in contractibus non comprehendunt futura, & idem dicendum in teſtamentis.Præſ.127.lib. 4.num.10.pag.3.

Verba præſentis temporis licet non trahantur ad futurum, attamen vt actus valeat, extenduntur.Præſ.4.lib.6.num.11. pag.552.

Verba præteriti temporis an & quando trahantur ad futurũ. Præſ.127.li.4.num.2.pag.307.

Verba præteriti temporis non adaptantur ad futurum.Præſ. 190.lib.4.num.7.pa.446.

Verba teſtamenti quando magis adaptantur vni ſubſtitutioni, quam alteri, quomodo ſint conſideranda.Præſ.53.lib.4. num.3.pag.95.

Verba in teſtamento nulliter prolata nihil operantur ad deſtruendam

deſtruendam expreſſam teſtatoris diſpoſitionem. Præſ.15. li.4.num.4.pag.23.

Verba teſtatoris debent intelligi in caſu vero non autem in ficto. Pr.83.li.4.num.29.pag.188.

Verba teſtatoris ſunt intelligenda de caſu vero & proprio. Pr.81.li.4.num.14.& 19.pag.181.

Verba teſtatoris ſunt maximè inſpicienda, & ab eis non eſt recedendum, quando manifeſtè non conſtat aliàs de eius mente.Præſ.65.li.4.num.17.pag.127.

Verba quibus vſus eſt teſtator in inſtitutione, non cenſentur repetita in ſubſt.Pr.49.li.4.num.16.pag.88.

Verba prolata à teſtatore ante teſtamentum ad matris excluſionem factis probantur duorum teſtimonio.Pręſ.39.li.4.num,46.pag.74.

Verba teſtatoris dubia interpretari debent ſecundum legis diſpoſitionem.Præſ.81.li.4,num.7.pag.180.

Verba teſtatoris diſponentis de propria hæreditate an ſit inconueniens quòd trahantur ad hæreditatem,& bona filij.P.39.li.4.num.56.pag.75.

Verba bona,idem ſignificat, quod ver.hæreditas, quando ſubiecta materia id ſuadet, ſecus aliàs.Præſ.109.li.4.num..10 pag.274.

Verba de bonis ſuis prolata à teſtatore ad excluſionem matris quomodo intelligantur.Pr.39.li.4.nu.57.pag.75.

Verba,ceſſare,infirmare,& expirare,nil differre inter ſe.Pręſ,50.li.4.nu.13.pag.89.

Verbum,Creditor,fictionem ſignificat.Pr.27.li.4.n.3.pa.42.

Quòd imò præſumptionem.ibi.num.4.

Verbum Credo,fictionem ſignificat.Præſ.12,lib,6.num.26.pag.506,

Imo quod præſumptionem ſignificet.ibid.num.27.

Verbum,debere,coactionem & neceſſitatem ſignificat.Pręſ.47.li.5.num.9.pag.542.

Verbum,decręuit,ſignificat animi deliberationem ab omni actu ſeparatam.Pr.99.li.4.num.21.pag.245.

Verbum,dominam,ſignificat hæredis inſtitutionem.Pr.141.li.4.num.12.pag.332.

Non ſignificat autem dominium & ſic hæredis inſtitutionem vniuerſalem, quando alius extat hæres: in re autem particulari poteſt ſignificare hæredis inſtitutionē.ib.n.17.

Verbum,dono,reſoluitur in fideicommiſſum.Pr.105.li.4.nu.19.pag.263.

Verbi, eſſet,præteriti imperfecti natura eſt,vt non ſolùm cōprehendat præteritum, ſed & futurum.Præſ.21.li.4.nu.22.pag. 33.

Et quo caſu.ibi.num.23.pag.34.

Verba, non aliter,ſunt adeò reſtrictiua,vt omnem alium caſum excludant.Pr.65.li.4.num.26.pag.128.

Idem de verbis, & eueniente caſu ſupraſcripto.ibid.nu.27.

Idem de verbis,Tunc & eo caſu.ibid.num.28.

Verbum,expenſas,interpretatur,ideſt alimenta in §.nobis ergo in Auth.de reſt.& ea quæ parit in vnd.menſ.Pr.191.li.4.num.6.pag.450.

Verba,hæreditate mea vel bona mea non poſſunt ad partem adaptari.Pr.62.li.4.num.8,pag.117..

Verba, Hoc amplius, repetitiua ſunt præcedentis qualitatis & conditionis.Pr.179.li.4.num.12.pag 402.

Verba, Inſtituo, Lego, & huiuſmodi directa ſunt, verbum autem Relinquo, eſt commune.Pr.97.li.4.num.6.pag.242.

Verba, Inſtituo poſthumum:& inſtituo ventrem, idem ſignificant.Præſ.21.li.4.num.14.pag.33.

Verbum,intelligitur,fictionem importare,idem de verbo videtur.Præſ.35.li.4.num.9.pag.56.

Verba,intelligitur, & videtur, præſumptionem ſignificare vel tacitam ſubauditam diſpoſitionem.Præſ.35.lib.4.num,11.pag.ead.

Verbum,inteſtatus prolatum conditionaliter verificatur, in eo,qui teſtari non poteſt,qui dicitur impropriè mori inteſtatus,Pr.185.li.4.num.29.pag.416.

Verbum, lego, ſui natura legatum non donationem ſignificat.Pr.105.li.4.num.21.pa.263.

Verbum,lego,nunquàm trahitur ad hæredis inſtitutionem, quando rei ſingulari adiectum eſt.P.141.li.4.n.34.pa.334.

Verbum,mea,eandem vim habet, quam verbum mihi.Præſ.54.li.4.num.23.pag.99.

Verbum,nominatim, ſignificat nomen proprium.Pr.108.li.4.num.25.pag.270.

Verbum,omnia, idem importat, quòd tota,& integra.Pr.56.li.4.num.13.pag.164.

Verbum,peruenire,eſt commune aptum comprehendere directam,& fideicommiſſariam ſubſtitutionem.Pr.59.li.4.nu.9.pag.107.

Verba,pleno iure ſubſtituo filio meo habent vim excludēdi matrem per tacitam pupillarem,ſignificant enim in totum integraliter,& ſine aliqua diminutione.Pr.39.li.4.nu.66.pag.76.

Verbum,porrigo, non importare extenſionem, & quando. Præſ.35.li.4.nu.16.& num.24.pag.56.& 57.

Verbum,poſſe,pietatem & arbitrium ſignificat.Præſ.96.li.4.num.37.pag.241.

Verba,poteſtas,& licentia,arbitrium regulatum ſignificant: adiuncta autem verbo, volo, naturam mutant.Pr.188.li.4.num.14.pag.424.

Verbum,probatio, conditionaliter prolatum in materia filiationis extenditur ad probationem præſumptam.Pr.185.li.4.num.30.pag.416.

Verbum,recognoſcere,in teſtamento adiectum propriè ſignificat teſtatorem fateri ſe debitū.P.110.li.4.n.40.p.282.

Verbum,relinquo:nullo alio dato hærede,trahitur ad inſtitutionem.Pr.141.li.4.num.7.pag.332.

Et hoc quando nullus alius eſt inſtitutus hæres, ſecus verò ſi alius extat.ibid.num 14.

Imo trahitur ex præſumpta mente teſtatoris, ne teſtamētum reddatur nullum.ibid.nu.15.

Et eſt verbum commune aptum ſignificare hæredis inſtitutionem.ibid.num.16.

Verbo, relinquo,& lego:ſunt obliqua,nec ad hæredis inſtitionem trahuntur.Præſ.20.li.4.num.4.pag.31.

Verba, ſi hæres non erit,quam interpretationem recipiant. Præſ.36.li.4.num.25.pag.59.

Verba,ſi quis,& quiſquis,licèt ſint ſingularis numeri, ad plures tamen referuntur.Pr.186.li.4.num.9.pag.418..

Verba ſi deceſſerit in pupillari ætate, an ſint apta comprehendere vulgarem ſubſtitutionem.Præſ.34.lib.4.nume.31,pag.53.

Verbum,ſit,quo caſu veritatem denotet.Præſ..9.lib.5.num.12.pag.495.

Verbum,ſpecialiter, pro expreſſe, eſt male à Ruino interpretatum in §.in legatis.nu.22.l.ſi mihi & ſibi de lega.1.Præſ.166.li.4.num.14.& ſeq.pag.377.

Verbum, videtur,ſignificat fictionem.P.86.li.4.n.22.p.202.

Verbum,videtur ſignificat etiam præſumptionem.Præſ.89.li.4.num.12.pag.210.

Verbum, volo, ſignificat liberum & abſolutum arbitrium. Præſ.188.li.4.num.13.pag.424.

Verbum,volo, iunctum infinito habet ſuſpenſionem quandam:& cùm ſit præſentis tēporis, reſoluitur in participium & verbum eiuſdem temporis, & futurum reſpicit.Pr.100.li.4.num.11.pag.247.

Verba,vnà cum ſimultatem ſignificant.Pr.18.li.4.n,31.pa.29.

Veriſimilia i lla dicuntur,quæ plerunque & communiter euenerunt.Pr.49.li.6.num.12.pag.610.

Verum & manifeſtum illud eſſe dicitur,quod lex ipſa præſumendo conſtituit.Præſ.3.li.5.num.7.pag.481.

Verum tacere,& falſum aſſerere,patria ſunt.Pr.3.lib.5.nu.59.pag.483.

Veſtimentorum alia ſunt virilia,alia puerilia,alia muliebria, alia communia, alia familiaria.Præſ.161.lib.4.nume.1.pag.366.

Veſtimenta virilia quæ dicantur.ibid.num.2.

Et quænam olim eſſent veſtimenta muliebria.ibidem.nu.10.

Et quæ dicantur communia.ibid.num.11.

Et quæ familiaria.ibid.num.12.

Veſtimenta puerilia olim erant togæ prætextæ caligulæ, clamides & pallia, & quænam eſſent dicta alimenta.Præſ.161.li.4.num.8.& ſeq.pag.ead.







Veſtium nomine veniunt etiam tapeta,faſciæ crurales,impilię,& ceruicalia. Præſ.161.lib.4.num.15.pag.ead.

Et veniunt quoque culcitrę, & veſtes, quæ ornatus gratia potius deferuntur,quàm quòd corpus tegant: non veniunt autem Vdones.ibi. num.17.

Et venit tela, quæ in pectine adhuc eſt,ſi modò prætexta eſt. ibi.num.22.

Veſtibus legatis,quę ex præſumpta mente teſtatoris præſtāda ſint.Præſ.161.lib.4.num.1.pag.ead.

Quòd præſumuntur legatę tam ſericę quàm aureæ,& lanee, & ſic deinceps.ibi.num.23.pag.ea.

Secus ſi ſtatuto cautum eſſet, ne mulieres ferrent veſtes aureas,& holoſericas,quia hæ non pręſumerentur legatæ.ibi.num.24.

Veſtitus nomine veniunt veſtes laneæ,lineæ,ſer cæ,& huiuſmodi pro qualitate & conditione perſonæ. Præſ.157.lib.4.num.18.pag.358.

Continentur etiam calciamenta.ibi num.19.

Viam nemo pręſumitur eligere,qua ſua diſpoſitio ſubuertatur.Præſ.4 lib.4.num.6.pag.7.


*Vicini an & quando præſumantur ſcire facta ſuorum vicinorum: & quando teneantur pro damno illato vicinis.*


VICINVS vel ſanguine coniunctus an & quando præſumatur ſcire facta vicini vel coniuncti. Præſ.24.lib.6.nu.1.pag.575.

Quòd regulariter non pręſumitur ſcire.ibi.num.2.

Multi contra.ibi.num.3.

Vicinus vel ſanguine coniunctus non præſumitur ſcire facta vicini vel coniuncti, quando agitur de illis actibus qui non caduntin cognitionem vicini vel coniuncti.ibi.nu.4.

Nec præſumitur ſcire vicinus vel ſanguine coniunctus conditum fuiſſe teſtamentum à vicino vel ſanguine cōiuncto. ibi.num.5.

Nec præſumitnr ſcire adulterium vel ſtuprum commiſſum à vicina vel coniuncta.ibi.num.6.

Nec præſumitur ſcire ſententiam latam contra vicinum vel coniunctum.ibi.num.7.

Nec præſumitur ſcire vicinum vel coniunctum carere tutore vel curatore.ibi.num.8.

Nec præſumitur ſcire vicinum vel cōiunctum gerere ſe pro Palatino Comite legitimando illegitimè natos.ibi.nu.9.

Nec pręſumitur ſcire facta vicini vel coniuncti, quando cū ipſis non conuerſatur.ibi.num.37.pag.577.

Nec pręſumitur ſcire facta vicini vel coniuncti, quando tēpore actus de quo quæritur, is erat abſens, vel ægrotabat. ibi.num.39.

Idem dicendum in vicino & coniuncto nouo.ibi.nu.40.

Et idem dicendum ratione qualitatis perſonæ, vt ſi minor deponat de ætate maioris.ibi.num.41.

Idem quando contrarijs coniecturis conſtaret, hunc vicinū vel coniunctum neſcire facta vicini vel coniuncti. ibid. num.42.

Idem quando teſtis deponit ſuper negatiua.ibi.num.43.

Idem quando ex hoc reſultaret delictum.ibi.num.44.

Idem in cauſis criminalibus.ibi.nu.45.

Vicinus pręſumitur ſcire facta vicini,& ſic coniunctus coniuncti,quando agitur de his, de quibus extat publica vox & fama.Præſ.24.lib.6.num.10.pag.575.

Idem quando agitur de his, quę communiter cadunt in ſciētiam & cognitionem vicini & coniuncti.ibi.num.11.

Vnde pręſumitur ſcire vicinum vel coniunctum eſſe diuitem vel pauperem.ibi.num.12.pag.576.

Et pręſumitur ſcire an vicinus vel coniunctus ſit bonę conditionis vel famę.ibi.num.13.

Et præſumitur ſcire,an deceſſerit vel viuus ſit vicinus vel cōiunctus.ibi.num.14.

Vicinus vel coniunctus pręſumitur ſcire, cuius ętatis eſt vicinus vel coniunctus.ibi.num.19.

Et pręſumitur ſcire, an aliquis ſit filius vicini vel coniuncti.ibi.num.21.

Et pręſumitur ſcire, an vicinus vel coniunctus ſit hæreticus ibi.num.24.

Et pręſumatur ſcire, quòd vicinus vel coniunctus poſſidet. ibi.num.27.

Et præſumitur ſcire, quòd exercuit iuriſdictionem.ibid. num.28.

Et ſcire præſumitur,quod eſt fœnerator.ibi.num.29.

Et pręſumitur non ignorare,conſuetudinem eſſe in loco vicino,vel famam.ibi.num.30.& 32.pag.577.

Et ſcire præſumitur, religioſum vicinum edidiſſe miracula. ibi.num.31.

Et præſumitur ſcire vicinum vel coniunctum eſſe blaſphematorem,aleatorem,prodigum,fornicatorem,venatorem, vel huiuſmodi.ibi.num.33.

Et extenditur hæc pręſumptio, quò ad præſumendum malam fidem vicini vel coniuncti.ibi.num.34.

Et habet locùm quò ad coniunctos remoti gradus. ibid. num.35.

Et procedit etiam in coniuncto vel vicino ętate minore.ibi. num.36.

Vicinorum opinio multum prodeſt in filiatione probanda, non tamen excludenter id probat, ſed requiruntur alia adminicula.Pręſ.24.lib.6.num.23.pag.576.

Vicini pręſumuntur ignorare actus momentaneos vicinorū. Præſ.24.lib.6.num.18.pag.ead.

Vicini furti crimine non tenentur, idem de alio damno dato,vel homicidio.Pręſ.31.lib.5.num.18.pag.523.

Hinc in multis locis ſancitum eſt, damnum in oppido,caſtro, & villa datum,eſſe reſarciendum à vicinis.ibi.num.19.

Vicini non tenentur de damno illato vicino,ſi ſunt bonæ cōditionis & famæ.ibi.num.22.

Nec quando indicijs aut coniecturis conſtat,damnum fuiſſe commiſſum ab alio quàm à vicinis.ibi.num.23.

Et ceſſat ſtatuti diſpoſitio de damno reſarciendo à vicinis. ibidem.

Vicini ſi tempore commiſſi furti vel damni erant abſentes, nulla præſumptio eſt contra ipſos, quòd furtum commiſerint,& ſic non tenentur de damno.ibi.num.24.

Et non tenentur de damno illato,quando damnum vel furtum fuit commiſſum noctis tempore, & à multis, quibus vicini reſiſtere non potuerunt.ibi.num.26.

Vicinus torqueri non poteſt ob id, quòd pręſumatur ſcire delictum à vicino vel coniuncto perpetratum.Præſ.24.li.6.num.45.pag.577.

Victus, verbum continet omnia quæ ęſui,potui, cultuique corporis,quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt.Pr.157.li.4.num.15.pag.358.

Vidua non poteſt petere alimenta ab hæredibus viri, à quibus erant ſibi præſtanda, ſi aliunde ipſa eſt conſecuta alimenta.Præſ.189.lib.4.num.67.pag.433.

Viduam fornicatricem præſumi etiam fuiſſe talem viuente marito.Præſ.32.lib.5.num.19.pag.524.

Contra.ibi.num.21.& ſeq.pag.525.

Viduitatē ſeruare, & in viduitate viuere quid ſit remiſs. Pr.187.lib.4.num.19.pag.423.

Villa tenetur rependere damnum ex incendio, in ipſa villa commiſſo,ſi incendiarium pro noxa non dederunt,& quare.Præſ.31.lib.5.num.20.pag.523.

Tenetur etiam emendare & ſic rependere damnum ex furto illatum.ibi.num.21.

Villa vna quando præſumatur alteri vnita remiſs.Præſ.80.li.6.num.7.pag.655.

Vini appellatione mulſum non continetur.Præſ.152.lib.4 num.3.pag.351.

Nec Zithum.ibi.num.4.

Nec Camum.ibi.num.6.

Nec defrutum.ibi.num.7.& 14.

Nec Ceruiſia.ibi.num.10.

Nec Conditum.ibi.num.12.

Nec Hydromeli.ibi.num.13.

Nec Cydoneum.ibi.num.15.

Nec Acetum.ibi.num.16.

Nec Oenomeli.ibi.num.17.

Vini appellatione venit Oenomeli. Pr.152.li.4.n.13.pa.ead.

Item Acinaticium,vel acinaceum.ibi.num.18.
Item paſſum.ibi.num.19.pag.352.
Item Embama.ibi.num.20.
Vino legato continetur omne, quod ex vinea natum vinum permanet.Præſ.152.lib.4.num.2.pag.351.
Et nunquid veniant etiam vaſa, quibus illud continetur.ibi.num.21.pag.352.
Et nunquid cenſeantur legata dolia & cuppuli.ibi.num.23 & 25.vbi manifeſtè apparet,quòd non continentur,nec comprehenduntur etiam vtres nec cullei.ibi. num.26.
Vino ſuauius vtuntur Itali, Germani, & Poloni, quàm frumento.Præſ.152.lib.4.num.1.pag.351.
Vir poteſt generare vſque adſexageſimum ſuæ ætatis annum, mulier verò vſque ad quinquageſimum. Præſ.53.lib.6.nu.17.pag.622.
Vir poteſt accuſare mulierem de adulterio, & non econtra. Præſ.78.lib.4.num.59.pag.172.
Viro & muliere vna ſimul morientibus preſumi prius deceſſiſſe mulierem vtpotè debiliorem. Preſ.50.lib.6.nu.15.pag.613.
Vir bonus & probatæ fidei deliquiſſe verè non preſumitur. Præſ.2.lib.5.num.19.pag.477.
Viro nobili & dignitate ornato turpe eſt habere heredem ex illicito coitu ornatũ,qui nobilitatis memoriam conſeruare non poteſt.Præſ.79.lib.4.num.6.pag.175.
Vir ſanctus procul à mendacio cenſetur.Præſ.94.lib.6.num.16.pag.667.
Virginitas eſt qualitas naturalis,quæ hominem ſequitur.Pr.89.lib.6.num.2.pag.661.
Virginitas in muliere an & quando præſumatur.Præſ.89.lib 6.num.1.pag.ea.
Virginitatis probationem per eius inſpectionem fallacem eſſe.Præſ.90.lib.6.num.8.662.
Virgo reperta in habitu meretricio præſumitur meretrix, & ob id qui eam corrumpit non punitur pœna ſtupri, vel alia pœna qua ſolent puniri illi, qui iniuriam virgini inferunt. Præſ.76.lib.6.num.13.652.
Viriolæ dicuntur anuli minores. Preſ.163. libr.4.nume.8. pag.369.
Virtutum ſpecies duæ,aliquę naturales,aliquæ verò, quæ opera & diligentia noſtra acquiruntur.Præſ.1.lib.5.num.11. pag.474.
Viuens non dicitur habere heredem.Præſ.70.lib.4.num.28. pag.140.
Viuens heredem habere non poteſt. Preſ.130.lib.4.num.9. pag 311.
Viuere is dicitur,qui in extremis vitæ eſt,de quo non eſt deſperandum vſque ad vltimum. Præſ.94. libr.6.nume.2. pag.667.
Viuere nemo preſumitur de vento. Preſ. 71.libr.6.nume.1. pag.648.
Vita contemplatiua eſt melior actiua.Præſ.83.lib.4.num.17. pag.187.
Vita contemplatiua eſt melior actiua, & ab ea non debet mulier retrahi vllo pacto. Preſ.189.lib.4.num.93.pag.436.
Vitium paternum quando & quomodo in filios preſumatur deſcendere & continuare. Preſ.33.lib.5.num.1.& per tot. pag.526.
Vlpianus tempore Papiniani floruit ſub Septimio Seuero,& vna cum Paulo eiuſdem Papiniani aſſeſſor fuit. Præſ.37. lib.4.nu.19.pa.65.
Vllus,dictio nunquàm affirmatiuè ponitur,ſed ſubiunctiuè, Preſ.1.lib.4.num.4.pag.3.
Vniuerſitas minori equiparatur, & preſumitur errorem feciſſe actum, quem facere non debebat.Preſ.23.lib.6.num. 29.pag.571.
Vniuerſitas ſua natura recipit augmentum & diminutionem. Preſ.25.lib.6.num.6.pag.578.
Vniuerſitatis quæ ſunt, non poſſunt dici ſingulorum.Pr.111. lib.4.num.17.pag.284.

*Voluntas quid ſit,& quomodo declaretur: quando mutata dicatur, & quando finiri dicatur.*

VOLVNTAS & poteſtas ſunt duo pręcipua in quauis hominis diſpoſitione.Præſ.198.lib.4.num.1.pag.466.
Voluntas magis quàm verba eſt inſpicienda in omnibus diſpoſitionibus, præcipuè in fideicommiſſis.Præſ.23.li.4.nu. 3.pag.35.
Voluntas declaratur etiam ex actu nullo & inualido.Pr.167. lib.4.num.12.pag.384.
Voluntatis mutatio non præſumitur. Præſ.1.lib.4.num.9. pag.3.& Præſ.80.lib.eo.num.4.179.
Voluntatis mutatio non pręſumitur: ſecus ſi res non permanet in eodem ſtatu, ſed aliquid ſuperuenit. Præſ.176.lib.4. num.7.398.
Voluntatis mutatio vel correctio non præſumitur, ſed potius creditur quis permanere in ea ſententia adhuc, in qua ſemel fuit.Præſ.34.lib.6.num.1.pag.589.
Et preſertim non præſumitur ſtatim & incontinenti, quia non preſumitur quis ſtatim ſe velle corrigere, & voluntatẽ mutare.ibi num.9.
Et non præſumitur mutatio voluntatis tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus.ibi.num.23.pag.590.
Idem dicendum in diſpoſitione legis.ibi.num.24.
Nec preſumitur voluntatis mutatio etiam ex longo temporis interuallo.ibi.num.28.
Idem etiam quando perſonę mutarentur & variarentur.ibi. num.29.
Idem quando ſtatutum requireret probationem voluntatis per certum tempus,vt per triennium, quia ſufficeret probare voluntatem adfuiſſe in initio triennij.ibi.num.30.
Idem quando res non ſtant in eo ſtatu & eſſe vt erant initio, ſed mutatæ fuerunt. ibi.num.31.
Voluntatis etiam præſumptæ mutatio non præſumitur: mutata autẽ diſpoſitione generali, facilè preſumitur mutatio. ibi.num.34.
Voluntatis mutatio preſumitur, quando actus pendet à voluntate,vnius rebus mutatis,ſicque ex cauſa.ibi.num.35.
Et præſumitur voluntatis mutatio ex morum mutatione.ib. num.37.
Et præſumitur ex loci,mutatione.ibi.num.40.
Et præſumitur, ex aliquo contrario actu aduerſus iam expreſſam voluntatem geſto.ibi.nu. 4pag.591.
Idem quando ex aliquibus verbis colligi poteſt voluntatis mutatio.ibi.num.49.
Voluntatis mutatio non præſumitur ex interuallo, ſed continuata cenſetur.Præſ.39.lib.4.num.45.pag.74.
Voluntatem fuiſſe mutatam aſſerens probare debet. Preſ. 165 lib.4.num.2.pag.373.
voluntatis enim mutatio non præſumitur, quando nullum. extat interuallum inter vnam & alteram diſpoſitionem ibi.num.4.
Voluntatis diuiſio fieri non debet. Preſ.54.libr.4.nume.25. pag.98.
Voluntas morte finitur.Præſ.40.lib.4.num.4.pag.79.
Voluntas expreſſa anteponitur præſumptæ. Preſ.87.lib.4.n. 2.pag.203.
Voluntas illa dicitur ſatis expreſſa,quæ ex iam diſpoſitis colligitur.Præſ.67.lib.4.num.16.pag.131.
Voluntas à mente retenta nihil operatur .Præſ.67.lib.4.nu. 15.pag ea.
Voluntas tacita non eſt ſufficiens ad tollendum teſtamentum,& directam inſtitutionem: ſecus in adhibentis legatis.Præſ.60.lib.4.num.57.pag.112
Voluntas vltima,quia ab vnius tantùm animo pendet,ab eo ſolo reuocari poteſt.Præſ.89.lib.4.num.89.pag.220.
Votum ſi fuit factum Eccleſię de aliqua menſura, intelligetur de minima.Preſ.84.lib.6.num.19.pag.659.
Votum incertum interpretatur in minus grauamen, quamuis agatur de vtilitate.Preſ.2.lib.5.num.47.pag.478.
Vrbs propriè dicitur,quæ muris cingitur.Præſ.126.lib.4.nu. 3.pag.305.
Vſufructuaria,nomen ſui,proprietate ſignificat ipſum vſumfructum.Preſ.140.lib.4.num.6.pag.329.

*Vſufructuarius ad quæ teneatur, & quod ius habeat*

VSVFRVCTVARIVS an & quando teneatur ſoluere ęs alienum à teſtatore relictum. Preſ.143.lib.4.nu.1.pag.338.
Quòd quando teſtator illi reliquit vſumfructum ſuæ hereditatis,tenetur ſoluere ipſum ęs alienum.ibi.num.2.
Et nunquid ipſe vſufructuarius teneatur illud ſoluere ex ipſo. vſufructu vel potius ex ſuo proprio.ibi .nu.4.
Et quid ſi teſtator reliquit vſumfructum omnium bonorum. ibi.num.8.& ſeq.
Vſufructuarius non tenetur ſoluere æs alienum, ſi teſtator reliquit ei ſub vſumfructum certarum rerum.ibi.num.5.
Idem ſi teſtator legauit vſumfructum bonorum mobilium & immobilium,vel partis eorum.ibi.num.6.
Et idem ſi teſtator legauit rem certam pleno iure proprietatis.ibi.num.7.
Idem ſi teſtator legauit vſumfructum dimidię vel tertię partis bonorum ſuorum.ibi.num.10.pag.339.
Idem ſi legauit vſumfructum rerum ſuarum abſolutè, vel partis earum.ibi.num.11.
Idem quando concurrunt coniecturæ,quibus conijcitur,teſtatorem noluiſſe æs alienum ſolui ab ipſo vſufructuario, vt ſi vſusfructus eſſet inutilis,ſi ex eo ſolueretur ęs alienum. ibi.num.12.
Idem quando teſtator voluit ipſum vſufructuarium teneri ad aliqua onera,ad quæ aliàs non teneretur. ibi.num.21.
Idem quando teſtator prohibuit detractionem alicuius quartę,vel portionis ex ipſo vſufructu, & ſubiunxit deinde, vt habeat vſufructuarius totũ, & integrũ vſumfructũ.ib.n.22
Vſufructuarius tenetur ſoluere debita teſtatoris annua, & ſic etiam legata annua, alia verò legata hæres tenetur adimplere. Præſ.143.lib.4 num.18.pag.339.
Vſufructuarius habet ius vtendi & fruendi alienis bonis,ſalua rerum ſubſtantia.Præſ.139.lib.4 num.40.pag.325.
Vſufructuarius verus facit fructus ſuos,nec vlli tenetur reddere rationem adminiſtrationis. Præſ.139.li.4 n.30.pa.ea.
Contra.ibi.num.31.
Vſufructuarius ſi vendit vſumfructum, præſumitur vendere commoditatem eius, nõ autẽ ipſum vſumfructum,qui vẽdi non poteſt.Preſ.4.lib.6 num.15.pag.552.

*Vſusfructus in quibus conſiſtat,quibus debeatur: & quid vſufructu legato cenſeatur legatum.*

Vſusfructus dicitur eſſe in rebus vel in iuribus.Præſ.139.lib. 4.num.15.pag.324.
Vſusfructus cohęret perſonę, & ab ea ſeparari non poteſt: & dicitur quid perſonale.Præſ.159.lib.4.num.16.pag.363.
Et quando naturam alimentorum aſſumere poſſit, & ſic videatur relictum perſonæ alimentorum nomine, & ſic dicatur annuum legatum.ibi.nu.19.
Vſusfructus regulariter non debetur ex bonis feudalibus:eſſet enim quodammodo alienatio.Præſ.142.lib.4.num.4.& 6.pag.337.
Vſusfructus relinqui & conſtitui nõ poteſt de bonis emphiteoticis,quæ ſunt ex pacto & prouidentia.Præſ.142.lib.4. num.10.pag.ea.
Secus in emphiteoſi hæreditaria.& ſic alienabili.ibi.num.11.
Et nunquid cõſtitui poſſit & relinqui ex bonis fideicommiſſo ſubiectis.ibi.num.12.
Et an poſſit conſtitui in bonis mobilibus. ibi.num.14.
Et an poſſit conſtitui in iuribus & actionibus quæ nec inter mobilia,nec inter immobilia continentur,ibi.nu.16.
Vſusfructus ius præſumitur legatum, quando teſtator legauit fructus,qui percipiantur & percipi potuerunt ex fundo. Præſ.136.lib.4.num.7.pag.319.
Idem ſi teſtator legauit fructus fundi alicui, & dixit, quòd liberè vti & frui illis poſſit. ibi num.9.
Vſusfructus ſi eſt legatus, ex quibus rebus præſumatur legatus.Præſ.142.lib.4 num.1.pag.336
Quòd quando eſt legatus vſusfructus immobilium quę perpetua erant teſtatoris & nulli reſtitutioni ſubiecta, præſumitur legatus vſusfructus ex quibuſcunque bonis ipſius teſtatoris.ibi.num.2.
Vſufructu legato,an & quando ſolùm vſus relictus pręſumatur.Præſ.135.lib.4.num.1.pag.318.
Quòd ſi teſtator reliquit vni vſumfructum, deinde illius rei cuſtodiam alteri committit dicitur reliquiſſe ſolùm vſum. ibi.num.2.
Idem quando reliquit vſumfructum pro indigentia ſeu neceſſitate.ibi.num.3.
Idem ſi multis relictis filijs legauit matri vel vxori vſumfructum.ibi.num.5.
Idem quando reliquit legatario vſumfructum,& iam grauauit hæredem annuis legatis.ibi.num.6.
Idem quando fecit mentionem vſus.ibi.num.7.
Idem quando legauit vſumfructum domus cauſa habitandi. ibi.num.8.
Idem quando dixit,ſe legare fructus, vt de eis poſſit legatarius diſponere pro vſibus ſuis.ibi.num.9.
Vſusfructus ſolus an & quando pręſumatur legatus non autem ipſa proprietas.Præſ.134.lib.4 num.1.pag.317.
Quòd quando teſtator legauit illi, qui ſolùm vſusfructus eſt capax,non cenſetur legaſſe proprietatem.ibi.num.2.
Idem quãdo res,quæ legatur, non niſi vſumfructum afferre poteſt.ibi.num.13.pag.318.
Idem quando teſtator legauit fundi vtilitatem.ibi.num.15.
Idem quando teſtator legauit fundum, ita tamen,vt legatarius cautionem præſtet de bene vtendo.ibi.num.16.
Idem quando teſtator reliquit adminiſtrationem vel gubernium.ibi.num.18.
Vſufructu omnium bonorum legato cenſeri etiam legatum nominum debitorum vſumfructum. Præſ.142.lib.4.num. 17.pag. 37.
Item & Kalendarium,quod eſt liber rationum,in quo nomina debitorum continentur.ibi.num.18.
Intellige ſi ſimpliciter ſit legatus vſusfructus omnium bonorum: ſecus ſi dictum ſit bonorum mobilium & immobilium ibi.num.19.
Vſusfructus bonorum morte fructuarij extinguitur. Pr.130. lib.4.num.5.pag.311.
Vſusfructus ciuitati relictus extinguitur ſpacio centum annorum Præſ.49.lib.6.num.10.pag.609.
Vſusfructus ſi ſit legatus duobus,nempè ſeni & adoleſcenti, ob Falcidiæ detractionem computatio fieri debet de toto ſecundum ætatem adoleſcentis.Præſ.46.lib.6.num.31.pag. 607.
Vſufructu rei legato, an & quando etiam proprietas ipſius rei legata præſumatur.Præſ.133.lib.4.num.1.pag.315.
Quòd ſi teſtator legauit vſumfructum domus adiecto onere, ne domus ipſa altius tollatur,præſumitur legaſſe etiam proprietatem.ibi.num.2.
Idem ſi legauit vſumfructum prædij adiecta conditione, ne illud alienari poſſit.ibi.num.3.
Idem ſi teſtator adiecit licentiam & facultatem alienandi. ibid.num.4.pag.316.
Idem ſi teſtator legauit fundum ad vſumfructum,vel ad vtẽdum & fruendum ibi.num.11.
Secus ſi dixit,ad vtendum & fruendum tempore vitę ſuę.ibi. num.12.
Et ſi ſimpliciter legauit fundum,cenſetur etiam proprietatẽ legaſſe,etiam ſi vſusfructu dicti fundi eſſet hæredis.ibi.nu. 13.pag.317.
Et idem ſi legauit plenam & omnimodam poſſeſſionem.ib. num.14,
Vſufructu prędij legato, quod teſtator voluit poſt mortem ipſius legatarij reſtitui, an cenſeatur etiam legata proprietas.ibi.num.7.pag.316.
Et quid ſi teſtator dedit facultatem ipſi vſufructuario nominandi hæredem poſt mortem ſuam.ibi.num.8.
Vſura non ſolùm lege diuina,ſed etiam naturali prohibetur. Præſ.3.lib.5.num.98.pag.485.
Vſuras extorquens,non ſine dolo id facere poteſt.Preſ.3.li.5. num.98 pag.ead.
Vſuras permiſſas eſſe affirmans, & peccatum non eſſe eas exercere pertinaciter defendens,hereticus preſumitur. Pr.6. lib.5.num.11.pag.490.
Vſurarius nemo eſt ab origine, & ideo retro non præſumendus talis.Præſ.2.lib.5.num.43.pag.478.
Et nunquid ſtante conſtitutione quòd omnia inſtrumenta vſurarij præſumãtur vſuraria,ſi aliquis ſit vſurarius de præ

ſenti, omnia inſtrumenta, quę retro fecit, pręſumuntur vſuraria. ibi.num.44.

Vſurarius, qui alioqui non admittitur ad dicendum teſtimonium, peracta pœnitentia admittitur. Præſ.32.lib.5.num.41 pag.526.

Secus ſi bis deliquit, quia non tollitur ex pœnitentia hęc præſumptio malitię. ibi.num.42.

Vſus non recipit diuiſionem. Præſ.162.lib.4.nu.27.pa.368.

Vt ille per inutile non debet vitiari. Præſ. 78.lib.4.num.54. pag.171.

Vulnerans aliquem paruo cultello non præſumitur vulneraſſe animo occidendi. Pręſ.40.lib.5.num.8.pag.532.

Vulnerans conſanguineum vel affinem non præſumitur animo occidendi vulneraſſe. ibi.num.15.

Vulnerantis animus coniecturis & indicijs perſcrutari poteſt, an occidere voluerit. Præſ.40.li.5.nu.3.pag.531.

Qui enim gladium aſtrinxit, occidendi animum habuiſſe pręſumitur. ibi.num.4.

Qui autem claua vel lapide percuſſit, occidendi animum non præſumitur habuiſſe. ibi.num.5.

Vulnerare vel occidere voluiſſe is præſumitur, qui ſe præparauit ad vulnerandum vel occidendum. Præſ.3.lib.6.nu. 13.pag.551.

Vulnerati aſſertioni ſtatur, quòd non fuerit ab accuſato vulneratus. Pręſ.5.lib.5.num.16.pag.488.

Vulneris vel percuſſionis reiteratio non præſumitur. Pr.14. lib.6.num.6.pag.561.


*Vxor qualis præſumatur, & an ſit ſub poteſtate mariti; & quando præſumatur adultera.*


Vxor in fauorabilibus continetur nomine familię: ſecus in odioſis. Pręſ.88.lib.4.num.6.pag.205.

Vxor dicitur ſocia mariti humanæ ac diuinæ domus. Pręſ.15. lib.5.num.3.pag.500.

Vxor dicitur vna caro cum viro ad ſacramentum ac vinculũ matrimonij, non autem dicitur coniuncta ei ſanguine: & non dicitur eius proxima, ſed affinitatis principium. Pr.89. lib.4.num.63.pag.217.

Vxor an dici poſſit coniuncta perſona marito. Pręſ.124.lib. 4.num.6.pag.303.

Vxor præter opera carnis non cenſetur ſub poteſtatem mariti, ſed ſub poteſtate patris. Præſ.18.lib.4.num.43.pag.30.

Vxor ſi inſcio vel reluctante merito pernoctauit, adulterũ commiſiſſe præſumitur. Præſ.41.lib.5.num.23.pag.534.

Cui opinioni diſſentit Craue. ibi.num.24.

Non poteſt autem argui de adulterio ex eiſdem cauſis, quibus repudiari poteſt ex l.conſenſu.C.de repud.

Vxor, quæ reperta eſt mortua in lecto apud maritum, præſumitur ab ipſo occiſa. Præſ.15.lib.5.num.5.pag.500.

Idem quando in corpore ipſius vxoris apparent ſigna ſuffocationis, niſi appareant dicta ſigna non manu hominis, ſed aliunde proueniſſe. ibi.num.6.

Idem quando maritus curauit, vxorem ita mortuam ſepelire tempore noctis, & non adhibitis cęremonijs adhibentis in ſepeliendis cadaueribus Chriſtianorum. ibi.num.7.

Idem quando maritus ipſam non luget, nec obſeruat conſuetudinem patrię circa luctum. ibi.num.8.

Idem quando conſtat, maritum odio habuiſſe ipſam vxorẽ & quòd conſueuit ipſam afficere grauiſſimis verberibus. ibi.num.9.

Secus ſi modicè verberaſſet. ibi.

Vxori repudium fraude is præſumitur miſiſſe tempore mortis, qui viuens mittere potuit. Pręſ.8.lib.6.num.2.pag.557.


*Vxori quando præſumantur relicta alimenta, vel vſusfructus bonorum: & quando hæres in omnibus bonis mariti cenſeatur: & quid poßit ipſa legare marito.*


Vxor alimentaria tantùm præſumitur, quando teſtator dixit ſe velle eam eſſe vſufructuariam omnium bonorum, & deinde dixit, quòd non poſſit petere dotem ante tempus matrimonij. Pręſ.140.lib.4.num.12.pag.329.

Idem quando teſtator dixit, quòd poſſit habitare in domo. ibi.num.13.

Idem quando dixit, quòd ipſa poſſet facere eleemoſynas. ibi. num.15.pag.330.

Idem quando ſubiunxit, quòd ſi contingeret ipſam vxorem moleſtari ab hærede, ei legabat victum & veſtitum. ibi. num.16.

Idem quando reliquit ipſam vſufructuariam in domo, non dixit omnium bonorum. ibi.num.17.

Vxor alimentaria tantùm cenſetur, quando teſtator dixit, quod reliquit eam vſurariam. Præſ.139.lib.4.nu.50.p.326.

Idem quando reliquit ipſi habitationem. ibi.num.57. p.327

Idem ſi princeps inſtitutis filijs, reliquit ipſam vſufructuariam. ibi.num.65.

Idem quando teſtator inſtitutis filijs reliquit eam vſufructuariam, ſiue ſint filij primi, ſiue ſecundi matrimonij. ibi. num.66.

Idem dicendum fauore nepotum, qui locum filij obtinent. ibi.num.67.

Idem quò ad filios adoptiuos. ibi.num.68.

Idem quò ad filios legitimatos. ibi.num.69.

Idem quò ad filios naturales & ſpurios, quando poſſunt ſuccedere. ibi.num.70.

Idem quando teſtator, exiſtente filia, eam dotauit, & fratrẽ proprium hæredem inſtituit, & ipſi vxori vſumfructum reliquit. ibi.num.71.

Idem quando pater inſtituit filium alias à ſtatuto excluſum, ſtantibus filijs vel agnatis. ibi.num.72.

Vxori cenſentur relicta alimẽta tantùm, quando teſtator dixit, ſe relinquere ipſam vſufructuariam bonorum, ſi refertur nomen vſusfructus ad ipſa bona. Pręſ.139.lib.4.nu.13. pag.324.

Contra. ibi.num.14. & benè.

Vxor an cenſeatur propriè vſufructuaria vel alimentaria, ſi teſtator reliquit eam vſufructuariã, & eam liberauit à præſtatione cautionis de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. Præſ.139.lib.4.num.27.pag.325.

Et quid ſi eam liberaret teſtator à redditione rationem adminiſtrationis ipſum bonorum. ibi.num.28.

Et quid quando teſtator inſtitutis filij, dixit velle ipſam eſſe vſufructuariam omnium bonorum, liberando eam à confectione inuentarij. ibi.num. 34.

Et quid ſi teſtator prohibuit eam moleſtia aliqua affici. ib. num.34.

Et quid ſi reliquit ei vſumfructum omnium bonorum deductis legatis. ibi.num.35.

Et quid ſi poſt mortem, vel ſub conditione, puta ſi nupſerit, inſtituit filios hæredes. ibi.num.36.

Vxor nunquid pręſumatur, vſufructuaria, quando teſtator inſtituto hęrede extraneo dixit, Relinquo vxorem meam dominam, an verò dicatur alimentaria. Præſ.140.lib.4.nu. 18.pag.330.

Et quid ſi dixit, relinquo eam dominam & vſufructuariam ibi.num.21.

Et quid ſi dixit, Et vxorem meam relinquo bonorum meorum maſſariam. ibi.num.22.

Et quid ſi dixit, dominam & maſſariam. ibi.num.23.

Et quid ſi dixit, vxorem meam relinquo vſufructuariam, vt habeat alimenta; ſicuti hactenus in domo mea habuit. ibi.num.24.

Et quid ſi dixit, Vxorem relinquo adminiſtratricem, & gubernatricem. ibi.num.25.

Vxor relicta vſufructuaria, extraneo hærede inſtituto, an concurrat in vſufructu cum hærede, vel potius integrum vſumfructum ipſa ſola conſequatur. ibi.num.26.

Vxor pręſumitur verè vſufructuaria non alimẽtaria, quando maritus ei legauit plenum & integrum vſumfruct. Pr.139. lib.4.num.37.pag.325.

Idem quando reliquit ipſi vſumfructum, & eam grauauit ſoluere onera. ibi.num.38.

Idem quando ei relicto vſufructu teſtator dedit ei facultatẽ plenè diſponendi de fructibus omnium bonorum. ibid. num.39.

Idem quando teſtator reliquit ipſi vſum & vſumfructum omnium & ſingulorum bonorum. ibi.num.41.

Idem quando primò certę partis bonorum reliquit vſumfructum, deinde legauit omnium bonorum vſumfructum: vbi patet, Deciũ ęquiuocaſſe ĩ huiuſmodi caſu. ib.n.42.326

Idem, quando conſtat, teſtatore in vna parte teſtamenti, reliquiſſe verum vſumfructum, & in alia parte ſimpliciter reliquiſſe vſumfructum. ibi.num.43.

Idem quando teſtator reliquit vxorem alimentariam in teſtamento, deinde mutato teſtamento per códicillis in eis reliquit eam vſufructuariam. ibi.num.44.

Idem quando teſtator dixit, quòd nec hęredes ſui, nec alij poſſent æſtimare vxori bona aliqua mobilia vel ſe mouentia, vel alterius generis, ſed volebat ipſam teneri reſtituere bona in eo ſtatu, in quo reperientur, cùm extinctus erit vſusfructus. ibi.num.45.

Idem quando teſtator dixit, quòd relinquebat vſumfructum omnium bonorum ipſi vxori liberè. ibi.num.46.

Idem quando legauit vſumfructum vxori, excepto victu & viſtitu filiorum. ibi.num.47.

Idem quando dixit, Relinquo vxorem meam vſufructuariã etiam exiſtentibus filijs meis. bi.num.48.

Idem quando reliquit ipſam vxorem vſufructuariam in omnibus, & per omnia. ibi.num.49.

Idem quando dixit, Relinquo vxorem vſufructuariam hæredem. ibi.num.50.

Idem quando dixit, Relinquo vxorem vſufructuariam, ita quòd non alimenta tantùm habeat, ſed plenum & integrũ vſumfructum. ibi.num.51.

Idem quando in vna parte teſtamenti teſtator dixit, Relinquo vxorem vſufructuariam: & deinde in alia parte dixit, relinquere alimenta. ibi.num.52.

Idem quando reliquit ipſi vſumfructum annuum & conditionalem. ibi.num.53

Idem quando reliquit ipſam vſufructuariam omnium & ſingulorum vel omnium vel cuiuſlibet generis bonorum ſuorum. ibi.nu.54.pag.327.

Idem quando teſtator inſtitutis filijs reliquit ipſam vxorem dominam & vſufructuariam ſi non nupſerit, & ſi nupſerit, habeat vſumfructum talis prædij. ibi.num.55.

Idem quando teſtator eos inſtituit, qui non ſunt propriè filij, ſed loco filiorum habentur, ſi eam inſtituit vſufructuariam. ibi.num.73.pag.328.

Idem dicendum quò ad fiſcum, qui ſuccedit loco filiorum. ibi.num.78.

Idem quando conſtat, teſtatorem multum ipſam vxorem dilexiſſe & odio habuiſſe filios. ibi.num.80.

Idem ſi poſt mortem filiorum ſuperuiuit ipſa vxor quia reaſſumit vſumfructum. ibi.num.81.

Idem quando filij hæredes inſtituti deſinunt eſſe domini bonorum patris aliter quàm morte. ibi.num.82.

Et idem quando poſt mortem filij ſuccedit pia cauſa. ibid. num.84.

Vxori verè cenſetur relictus vſusfructus, quando dixit teſtator, ipſam velle eſſe vſufructuariam talis fundi. Præſ.139.li. 4.num.17.pag.324.

Idem quando ei reliquit vſumfructum plurium rerum particularium. ibi.num.18.

Idem quando reliquit vſumfructum alicuius quotę ipſius hęreditatis. ibi.num.19.

Et quid ſi reliquit eam vſufructuariam omnium bonorum mobilium & immobilium iam inſtituto hærede: nunquid conſequetur vſumfructum, an alimenta tantùm. ibi.nu.20.

Et quid ſi teſtator dixit; Et vxorem meam relinquo vſufructuariam vnà cum filijs meis inſtitutis. ibi.num.21.

Vxor cenſetur verè vſufructuaria hęrede extraneo inſtituto quando maritus reliquit ipſam vſufructuariam. Præſ.140. lib.4.num.5.pag.329.

Idem quando inſtituit filios pro dimidia & pro altera dimidia extraneos, quibus extraneis pręlegata reliquit, ipſam verò vxorem vſufructuariam: conſequitur enim tam vſumfructum illius dimidię, quàm prælegatorum. ibi.num.10.

Secus ſi coniecturis conſtat, teſtatorem voluiſſe relinquere alimenta tantùm. ibi.num.11.

Vxor cui titulo legati relictus eſt vſusfructus, poſt[...] tem inſtituto extraneo, quo remedio conſequat[...] ex quo ea viuente nullus extat verè hæres, qui hæred[...] adiuerit. Præſ.141.lib.4.num.41.& ſeq.pag.335.

Vxor, cui reliquit teſtator vſumfructum donec vixerit, & poſt eius mortem inſtituit extraneum, cenſetur grauata reſtituere illi extraneo per fideicommiſſum, & ſic poteſt ipſa vel eius hæres detrahere Trebellianicam. Pr.141.li.4.n. 28.pag.334.

Et id multò magis procedit, quando poſt mortem mulieris fuit ille hæres extraneus vocatus per verba communia. ib. num.29.

Et multo magis cenſetur in totum hæres, quando teſtator ita dixit, Relinquo vxori meæ vſumfructum iure legati, inſtitutionis, & omni meliori modo. ibi.num.30.

Vxor poſt mortem filiorum non conſequitur vſumfructum bonorum mariti ſi verba teſtatoris, quę ſui natura importabant vſumfructum per conſuetudinem Bulgari reſtricta ſunt ad ſola alimenta. Præſ.139.lib.4.num.85.pag.328.

Idem quando vſusfructus eſt minoris valoris quàm ipſa alimenta. ibi.num.86.

Vxor quid conſequatur, quando maritus nullis penitus hæredibus inſtitutis, vel inſtitutis, ſed poſt mortem ipſius vxoris vſumfructum ei reliquit. Præſ.141. lib.4.num.1.pag.331.

Vxor nunquid præſumatur hæres in omnibus bonis, quãdo teſtator dixit: Relinquo vxorẽ dominam & maſſariam bonorum meorum, nullo alio hęrede inſtituto. Præſ.141.li.4. num.6.pag.332.

Vxori donata pręſumũtur contemplatione eius donata, cui conueniunt res ipſæ donatę. Pr.112.lib.4.nu.9.pag.285.

Vxor ſi amouit res mariti, non pręſumitur id furtim feciſſe, ſed vt cauſa hypothecæ nomine ſuæ dotis bona illa apud ſe haberet. Præſ.2.lib.5.num.13.pag.477.

Vxor pręſumitur potius ſubtraxiſſe furtiuè res mariti, quàm quòd illas quæſierit ex adulterio. Præſ.2.lib.5.nu.28.p.ea.

Vxor ſi reliquit marito his verbis, Lego 100. de bonis meis, non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum lucro dotis ex diſpoſitione ſtatuti. Pręſ.109.lib.4.nu.51.pa.278.

Secus ſi dixiſſet, Lego ſuper bonis meis. ibi.num.52.

Si autem reliquit animo compenſandi, intelligitur etiam ſi factum fuiſſet pactum de dote lucranda. ibi.num.41.p.277

Vxor ſi reliquit legatum marito, quod non eſt permanſurũ apud ipſum virum, quippe qui grauatus eſſet alteri reſtituere, non pręſumitur reliquiſſe animo compenſandi. Pr.109. lib.4.num.53.pag.278.

Idem quando conſtat coniecturis vxorem legaſſe ipſi marito animo non compenſandi. ibi.num.54.

Vxor ſi aliquid reliquit marito, cui ex diſpoſitione ſtatuti acquiritur pars dotis, nunquid animo compenſandi reliquiſſe pręſumatur. Præſ.109.lib.4.num 35.pag.276.

Quòd animo compenſandi relictum præſumatur non ſolùm etiam quando dos fuit marito promiſſa, ſed etiam quando fuit ei ſoluta. ibi.num.36.

Idem quando dos & legatum conſiſterent in diuerſis rebus vt dos in quantitate, & legatum in ſpecie. ibi.num.37.

Vxorem ducere iuſſus non poteſt per procuratorem eam ducere, vt ſcilicet matrimonij ſubſtantia fundetur in Procuratore. Præſ.92.lib.6.num.8.665.

Vxores duas qui palàm duxit, de hæreſi eſt ſuſpectus. Pr.6.li. 5.num.37.pag.491.

Vxor quæ diu ſtetit ſterilis, & diuertit à viro, & aliquot poſt dies reuerſo filium genuit, & domi peperit, ex proprio viro illum genuiſſe præſumitur. Præſ.53.li.6.nu.14.pa.621.

Vxor teſtatoris ſi fuit ſubſtituta, excluditur à filijs grauati in conditione tacita poſitis. Pręſ.89.lib.4.num.117.pag.224.

Dicitur enim hæres extranea, non ſua. ibi.

Vxoratus non recipitur ad ſacros ordines, niſi vxor ipſius promittat perpetuã continentiã. Pr.36.lib.6.nu.10.p.588.


Z.


ZITHVM nõ venit appellatiõe vini. P.152.li.4.n.4.p.351.

Et quid ſit, & quomodo conficiatur. ibi. & num.5.


*FINIS.*